17.a.1

2





Biblioteca Universitaria
Sala A
Número # 17
Tabla
Número 27

17. a. 1
2



1,30. 1276

C. PLINII

SECVNDI HISTORIAE

MVNDI LIBRI XXXVII.

OPVS OMNI QVIDEM COMMENDATIONE MAIVS, sed nullis ad hunc diem editionibus, nulla cuiusquam singulari vel opera, vel industria, à mendis, quæ aut temporum iniquitate, aut superiorum ætatum negligentia, inter Latinos primæ notæ scriptorem hactenus occuparunt, satis vnquam purgatum:

NVNC VERO, QVANTA POTVIT EXPECTARI FIDE, CVRA, diligentia, ex vetustissimorum excusorum & complurium codicum manuscriptorum attentissima collatione, & auctoritate, sic detersum ac emaculatum, vt ad pristinam eius integritatem & splendorem attulisse nostra hæc editio post alias omnes adiumenta sanè maxima iudicari meritò possit.

Accessere ad varias lectiones, quas multiplices in marginum spaciis tibi religiosissimè indicamus, & repræsentamus, Castigationes & Adnotationes eruditissimæ, quibus infinita Plinij loca cum Græcis & Latinis scriptoribus, illis præsertim, vnde pleraque omnia sua ille sumpsit, summa cum vtilitate conferuntur.

Vnà cum Indice totius operis copiosissimo, additamentis rursus non pœnitendis aucto, locisque propemodum innumeris, quæ cum auctoris sensu non bene congruebant, accuratissimè correcto, & restituto.

Omnia quidem multorum antehac doctorum hominum, nouissimè verò laboriosis obseruationibus conquisita, & solerti iudicio pensitata, IACOBI DALECAMPII, Medici, Cadomensis.

LVGDVNI,

APVD BARTHOLOMÆVM HONORATVM, SVB VASE AVREO.

M. D. LXXXVII.

Cum Priuilegio Cæsareæ Maiest. & Christianiss. Regis Galliarum.

SERENISSIMO ET GENEROSISSIMO PRINCIPI SVBALPINORVM INSVBRVM, CISALPINORVM Allobrogum, & magnæ Ligurum partis, CAROLO EMANVELI.

INualuit iam ac inueterauit mos, Sereniſsime princeps, quibus decretum eſt ingenij ſui monumenta poſteritati relinquere, ſublimi dignitate conſpicuum, & autoritate aliquem ij vt deligant, cuius patrocinio atque præſidio labores ſuos ab inuidorum & maleuolorum obtrectatione tutos fore confidant. Dictum olim fuit, & quidem ſapienter, principibus viris placuiſſe non vltimam eſſe laudem, haud ideò tantùm quòd ad id faſtigium euecti infrà ſe poſitos admodum paucos exiſtiment dignos conſuetudine ſua, ſed etiam quòd omnes fermè principes ſtatim à pueritia & adoleſcentia educatorum præceptorumque aſsidua cura ſic inſtituantur, vt bonis literis imbuti, & multiplici rerum cognitione inſtructi, à lupinis æra, quod ait poëta, ſolerter dignoſcant. Hoc eſſe verum ſi in quo vnquam perſpectum eſt principe, in tua Celſitate apparet maximè. Nam cùm penè ab incunabulis incredibili diligentia vtriuſque parentis, ſed iuſſu præcipuè ac ſolicitudine prudentiſsimi patris, doctus ſis omnia, quæ ad fouendam & retinendam pacem, gerenda bella, & negotia maximi momenti tum actione rerum, tum conſilio expedienda, & conficienda pertinent, ſedatiſsima tuorum morum grauitate, priuſquam iuuentutis annos attingeres, palàm feciſti, indolem tuam rebus geſtis maiorum, honori, titulis, & gloriæ reſpondere, quos ſuperaturus eſſes, non modò æquaturus. Nec fefellit ominibus fauſtis illa de te opinio concepta omnium magno conſenſu: nam ex quo lætiſsimis auſpiciis nationes tibi ſubditas & prouincias ſolus regere cœpiſti, ea pietate, iuſtitia, æquitate, clementia tuis ſic præfuiſti, vt vicinis gentibus bellorum diuturnitate, fame, peſtilenti lue ad internecionem propemodum afflictis & exhauſtis, ſecuriſsima & quietiſsima pace tui fruantur; fragores & tumultum armorum non ſentiant; ac poſtremò, quod eſt fortunatiſſimum, hoſpitem nunquam militem videant. Illud ſcilicet diuinum acumen perſpicaciſsimæ tuæ prouidentiæ, & tui principatus longè ac latè patentis æſtimatio, Catholicum Hiſpaniæ regem, omnium regum, quos hiſtoriæ memorant, po-

rentiſsimum, dominum vaſtiſsimarum & ditiſsimarum regionum, quæ ad orientem & occidentem extra cognitum veteribus orbem iacent, mouerunt, vt te ſibi generum aſciſceret, & tuæ prolis ſpe, quam pulcherrimam tibi celeritate fœlici Deus indulſit, feraciſsimæ ac porrectiſsimæ ditionis ſpem & poſſeſsionem oſtenderet. Cùm ergo tot ac tam egregiis animi dotibus tua Celſ. ſplendeat, vt inter alios & coæuos Europæ principes veluti fulgens quoddam iubar niteas, haud abs re præſtantes omnium ordinum viri tibi ſe mancipant, at deuouent, & ſe beatiſsimos putant, vel ſi benignis tantùm oculis aſpexeris. Eſt igitur hominum alibi rariſsimorum aula tua frequentiſsima, quos inuitant, & ad te, ſicuti magnes ferrum, non alliciunt, ſed pertrahunt, eximiæ virtutes, quibus excellis, ac præterea certiſsima liberalitatis & munificentiæ tuæ fama, ſic vbique vulgata, vt Celſit. tuam, his Dei donis cumulatiſsimam, etiam venerentur, quos non intuitus, non congreſſus, ſed ſolus tibi rumor conciliauit. Inter eos, qui certatim Celſitatis tuæ amplitudinem prædicant, &, vt meretur, in cœlum tollunt, auſus ego ſum, meas in Plinij naturalem hiſtoriam adnotationes & emendationes Serenitati tuæ dicare: de quibus, & Plinio ipſo, non eſt quod tuis auribus, quamuis patientiſsimis, prolixa verborum congerie moleſtus obſtrepam quandoquidem nihil propemodum eſt quod ignores; & quamuis hæc procul abſint à principum maximè ſerijs cogitationibus, colloquiis tamen doctorum hominum, qui comites & aſſeclæ tibi perpetui ſunt, nunquam non ſuggeruntur, & horum ingenito quodam amore à te vehementer expetuntur. Hæc quantulacumque, vt omnia ſoles ab iis oblata, qui Celſitatem tuam religiosè colunt & obſeruant, explicata & hilari fronte vt excipias, rogat & obſecrat, qui tibi eſt addictiſsimus, ſummiſsêque ac reuerenter manus tuas oſculatur,

Iacobus Dalechampius.

CANDIDO

CANDIDO LECTORI.

PERMVLTOS equidem miraturos proſpicio, in medicina facienda mihi occupatiſsimo quid venerit in mentem, Plinium vt tractare vellem, ſcriptorem, ob rerum quas mandauit literis varietatem ac obſcuritatem, paucis familiarem, opera mea vt is emendatior prodeat, & qua ad poſteros tranſmiſit, ductu meo cunctis ſint clariora, & faciliora: præſertim cùm iam plures inſignes eloquentia, doctrina, iudicio, ex Italis Barbarus, ex Hiſpanis Pinctanus, Gelenius ex Germanis, Turnebus ex noſtratibus laborem eum ſuſceperint, illóq; ſtrenuè ac fœliciter defuncti ſint. Inceptum profectò meum vel prorſus abrumpere, vel tardare ſaltem & labefactare debuit tantorum hominum, qui ſuo tempore ſumma cum laude floruerunt, propoſitum exemplum. Ab illis enim ſperanda omnia fuerant, quæ in hac commentationum & ſtudiorum ratione optare ac expectare conſueuimus, vt de ijs meritò dici queat, quod olim de Commentarijs Cæſaris iactatum eſt, omnibus illum ſcribendi cupiditatem excitaſſe, facultatem verò cunctis præripuiſſe. Ego me Hercule, quamuis ſtultiſsimum foret cum illis aui noſtri luminibus vel ingenio, vel eruditione me conferre, non ideò tamen diſcedendum ab eo putaui quod deſtinaram, multis de cauſis non ſolùm adductus, verùm etiam accenſus, quas hìc commemorare, benigne Lector, non abſurdum erit, mihi vt æquior ſis, & intelligant omnes non gloriæ ſtimulis & auiditate me percitum, laborioſiſsimum hoc onus ſubiiſſe, ac toleraſſe per decennium, ſed vt quocumque modo liceret prodeſſem reipublicæ literariæ, erga quam animatus ſemper optimè fui, & ne me mortuo lucubrationes hæ, qualeſcumque ſint, intercidant, ſi bene auguror, non futuras ijs inutiles, qui nobiliſsimi huius auctoris lectione delectantur, & vberrimum capere fructum ex ea poſſunt. Primùm igitur, ex quo ſtudia humaniora deguſtaui, ea mihi fuit ingenita mentis propenſio, vt quæ ad rerum cognitionem faciunt, ijs anteponerem, quæ ad ornatum & copiam orationis quæruntur, ac comparantur, quòd arbitrarer, interiorum literarum ſcientiam homini cordato magis conuenire, quàm dicendi vim, ac facundam venuſtatem. Itaque cùm inter Græcos Athenæus, Plinius inter Latinos, editis libris ea prodiderint, quæ intacta vel primarijs auctoribus, ignota nobis eſſent, horum ſcripta niſi ſuperſint, ac extarent, in Athenæo quidem optima fide vertendo, in Plinio verò corrigendo ac explicando noctes diéſque ſudare, anhelare, fathiſcere non recuſaui, vt [illegible] ea exantlata decennali mea peruentura eſſet ad nepotes vtilitas, aliqua ex parte nobis imputaretur, & quàm aſſidua ſolicitudine reipublicæ commodis ſeruirem, etiam hac ætate peſsima, & fermè decrepita, omnibus teſtatum eſſet. Addo quòd cùm præter libros ſex ordine priores, nihil à Plinio traditum ſit, quod medicorum [illegible]tem & ſupellectilem non

augeat, & non locupletet, siue de homine & reliquis animantibus terrestribus, aquaticis, volucribus disserat, siue de omnifarijs stirpibus sermonem habeat, siue aquarum quæ medicatæ sunt naturam expendat, siue de metallis agat, & gemmis, vt nihil medico futurum sit conducibilius, quàm quæ Plinius consignauit literis euoluere tam sæpe, versare, perlegere, vt penitus infixa hæreant ac insideant animo, idq; propterea curiosiùs, quòd auctores ab eo primo libro citati, quorum testimonio fidem scriptorum suorum fulciuit, temporum vetustas & caries nobis inuiderit. Ad eum verò conatum cùm valde iam procliuis essem, nihil me vehementiùs impulit, quàm quòd propitia fortuna, exaratos penna sex codices nactus sum, & inter eos antiquissimum ac sanissimum Vezontinum, è Chiffletij bibliotheca, medici doctissimi ac probissimi: cuius beneficio mihi concessum est per annum totum examinare singula in impressis codicibus suspecta, prospero, nisi fallor, successu, quòd innumeris locis ea restituta sint, quæ deplorata credebantur. Attulit quoque multùm opis D. Cuiacij non sine præfatione laudis & honoris appellandi, liber manuscriptus, è puluerulentis cœnobij cuiusdam tablinis erutus, post Chiffletianum præ alijs integer, ac incorruptus, quo me pro sua ingenti munificentia donauit. His adiutus subsidijs, magni profectò momenti, alacrius & audentiùs Plinium ita sum aggressus, vt dies ac noctes quantùm valetudo & priuata negotia permiserunt, manum à tabula nunquam remouerim. Fuere sanè quidam, qui me sic attentum & pertinacem obiurgarent, inanem meum laborem futurum admonentes: ideóque expedire magis, vt cassas illas meas, futiles, abortiuas obseruationes supprimerem, quàm ijs publicatis existimatio mea traduceretur, & fastidiosæ morosæque censuræ nepotum carpenda & vellenda obiiceretur. Eorum sententiæ nec obsequi, nec parêre libuit, quòd mea, qualiacumque sint, (hoc citra τὸν φιλαυτίαν dictum esto) posteris non vana & infructuosa fore mihi persuadeam: & quamuis non tantum præstem, quantum fortassis de me sibi literatorum senatus & concessus promittit, in illis tamen sæpiusculè festinatis meis perscriptionibus, emendationibus, adnotationibus reor aliquid fore, quod etiam delicatorum palato & auribus placeat, hoc meo fœtu maturiore, ac seriore, sed mihi si dexter Apollo vocatus adsit, cæteris meis omnibus magis vitali. Vale.

Typographus.

Typographus.

SI QVANTI MIHI HANC PLINII EDITIONEM, cuius procuratio in nos incidit, post non credendos labores, vt de sumptibus taceam, tibi amice Lector, adornasse steterit, hîc pluribus repetam, vereor ne quid isthæc commemoratio exprobrationi propius habere videatur. Hoc verè quidem testari possum, fructuosiores nec paucas, operosiorem omnino nullam nos, aut diutius vnquam exercuisse. Faxit Deus, quam ex docti viri lucubrationibus expectari est æquum, eam per nos paratam partámque vtilitatem iucundiùs tu in otio, quàm nos molestiùs in summo negotio parturijmus, præsentem colligas. Gratiæ non amplius à te petimus, quàm ab intelligentibus viris, æquisque harum rerum æstimatoribus, ingentis operis moles & difficultas, quæ pro se ipsa vel nobis tacentibus plus satis loquitur, requirere potest aut debet. Hæc, aut nihil, opinor, faciet, si quid conferendo, exscribendo, componendo, emendando premendo, humanitus in arumnosissima prouincia mihi, quorum vel id curæ fuit, excideret, æqui id totum, quale quantúmque, bonique consulas. Prima est hæc quidem manus, longè illa tamen affecta: quam & ipsam perfectam vt demus, (dabimus autem, Deus modò conatus nostros adiuuet) in te est positum, si nobis rem communem agentibus, quod debes, in amore responderis. Refert enim pulchrum quid effectum vt demus, & verò omnino refert, qua mente, quo animo, quibúsque sensibus & grata prædicatione Typographicos nostros labores, totámque hanc literariam negotiationem excipias & prosequare. Hoc est quod volebam imprimis nescius ne esses. Cæterum ne quid etiam impetum remoretur tuum, quibus in varijs censendis lectionibus vsi sunt infrà marginum notis, eas visum est statim ordine tibi è regione exponere. Hi sunt igitur vel libri vel scriptores, quorum adiutis ope tanti boni ingens oblatum suis auctoribus ferre acceptum debes.

Acl.	Aelianus
ex Alexand.	ex Alexandro
Al.al.	Alias, Alij, Aliud
Antiq.cod.	Antiquus codex, Antiqui codices
Arist.Arist.ex Arist.	Aristoteles, ex Aristotele
Arrh.ex Arrh.in Hist. Ind.	Arrhianus, ex Arrhiano in Historia Indica
Aut. Auct.	Autor, vel Auctor, Plinius
Basil.Basil.exempl.	Basilienſe, Basilienſe exemplar
Beral.Vet.Beral.	Beraldus, Vetus Beraldi.
Bud.Budæ.	Budæus
Cæs.	Cæsar
Carr.	Carrion
CH.Ch.Chi.Chif.Chiff. Chifflle.	Chiffletianus codex manuscriptus
	Chiffletius medicus, qui manuscriptum suum suppeditauit
Cod.Cod.anti.	Codex, Codices, Codex vel Codices antiqui
Col.Colum.	Columella
Const.	Constantinus Robertus
Cor.Corn.Corna.	Cornarius
Cuia.	Cuiacius
D.Dal.Dale.Dalech.	Dalechampius
d.	deest, desideratur, desunt
del.	deletur, dele, delendum
Dio.Dios.	Dioscorides
exempl.	exemplar, exemplaria
Ful.Vrs.Ro.famil.	Fuluius Vrsinus de Romanis familijs
Fux.Fuxen.Fux.exempl. M. Fux.	Fuxense, Fuxense exemplar, Manuscriptum Fuxense, ex Fuxensi Gymnasij Tolosani Bibliotheca
Gal.	Galenus
Gesn.	Gesnerus
Gyral.Gr.Gyr.	Gyraldus, Gregorius Gyraldus
Her.Hermol.ex Herm.	Hermolaus, ex Hermolao
Hisp.cod.	Hispanus codex, quo vsus est Pincianus
Iac.Milich.	Iacobus Milichius
Id.	Idem

Ind.vel Index.	Index alphabeticus in Plinium, vel primus Plinianæ Historiæ liber, quem auctor operi suo, veluti Indicem eorum quę illo tractaturus erat, præmisit.
ex Interpr.Isthm.Pind.	ex Interprete Isthmiorum Pindari.
Ioan.Britan.	Ioannes Britannicus.
Io. Go.	Ioannes Goropius
Io.Scal.	Iosephus Scaliger
Isidor.	Isidorus
Iuuenal.	Iuuenalis
l.leg.legen.non leg.	lege,lego,legendum,non legitur
Leop.Leopar.Leopard.	Leopardus
Lipſ.Lipſ.in Tac.	Lipsius,Lipsius in Tacitum
Long.Longo.Longol.Vet.Long.	Longolius,Vetus Longolij
Macrob.	Macrobius
M.Man.Manſ.Manſc.Mſ.Man.exem.	Manuscriptum,vel Manuscripta exemplaria
Marc.	Marcianus
Marc.Emp.	Marcellus Empiricus
Massar.	Massarius
Mediol.Vet.Mediol.	Mediolanense,Vetus Mediolanense
Mital.	Mitalerius Claudius
Or.Ort.	Ortelius
Ouid.	Ouidius
Pal.Pallad.	Palladius
Parisi.Vet.Pariſ.	Parisiense,Vetus Parisiensis editio
Parm.Vet.Parm.	Parmense,Vetus Parmensis editio
Pariſ.	Pausanias
Pine.Pinet.	Pinetus vel Pinæus Antonius
Plinius in Geogr.	Plinius in Geographicis, prima nimirum operis parte,vbi Geographica tractantur.
Plut.Plutar.Plutarch.ex Plut.	Plutarchus,ex Plutarcho
Polit.	Politianus
Pomp.	Pomponius Mela
Pto.Ptole.Ptolem.	Ptolemæus
Quintil.	Quintilianus
Rhen.	Rhenanus
Rhod.	Rhodiginus
Vet.Rom.	Vetus Romanum,Vetus Romana editio.
Rond.Rondel.	Rondeletius
Sab.Sabel.	Sabellicus
Sal.Salm.Salam.	Salmanticense,vel Salamanticense exemplar,
Scal.	Scaliger (quo vsus Pincianus
Senec.de tr.vitæ.	Seneca de tranquillitate vitæ
Sex.Pomp.	Sextus Festus Pompeius
Sig.	Sigonius
Sol.Soli.Solin.	Solinus
St.Step.Steph.	Stephanus,qui de Vrbibus
Strab.	Strabo
ſub.	ſubaudi
Suet.Sueton.in Aug.in Iul.	Suetonius in Augusto,in Iulio
Tertul.	Tertullianus
Theoph.	Theophrastus
Thuc.	Thucydides
Toler.	Toletanum exemplar
Turn.	Turnebus
Val.Val.Max.	Valerius Maximus
V.Vet.Vetuſt.Vet.cod. Vet.lect.	Vetus,Veteres,Vetusti,Vetus codex, Vetusta lectio
Varr.	Varro
Xen.Xenoph.de re equ.	Xenophon,de re equestri

Occurrent subinde & Adnotationibus eadem aut similia dictionum compendia, quæ his præsertim semel observatis non difficile erit reddere. Vale. prid. Kal. Ian. quo die hoc opus ad finem perductum excudi desijt.

CIↃ IↃ XXCVI.

Priuilegium Cæsareum.

RVDOLPHVS Secundus, diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Virtembergæ, Comes Tirolis, Notum facimus tenore præsentium vniuersis, quod cùm nobis humiliter exponendum curauerit Bartholomæus Honoratus, ciuis ac Typographus Lugdunensis, se opus quoddam C. Plinij Secundi, per Iacobum Dalechampium Cadomensem, magno labore & diligentia concinnatum, ac in triginta septem libros, Historias mundi tractantes digestum, pro bono publico & communi vsu, iam typis in lucem edere decreuisse, dummodo ab emulorum fraudibus priuilegio nostro Cæsareo præmunitus atque instructus esse posit: demisse proinde supplicando, vt suæ hoc loci indemnitati consulere dementer dignaremur. Nos sanè pro solito nostro rem literariam iuuandi studio, humilibus eiusdem precibus deesse nolentes, auctoritate nostra Cæsarea omnibus ac singulis Chalcographis, Bibliopolis, aliisque librariam negotiationem quoquo modo exercentibus, seriò firmitérque vetamus & inhibemus, ne quis memoratum opus, postquam dicti Honorati prælo excusum prodierit, per decennium à prima editionis suæ die computandum, intra sacri Romani Imperij, seu quorumcunque Regnorum ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines, siue in toto, siue in parte, simili, aut alio quopiam charactere vel forma imitari, recudere, aliue recudendum dare, vel alibi impressum adducere, venum exponere, distraheréque clam aut palàm, citra expressum ipsius Bartholomæi Honorati, suorúmve hæredum, consensum ac voluntatem ausit. Si quis autem secùs faciendo, priuilegium & interdictum hoc nostrum Cæsareum spernere, negligere, transgredi, aut temerario aliquo ausu violare præsumpserit, eum non solùm libris illis omnibus, tanquam perperàm impressis & adductis (quos quidem præfatus Typographus, eiusue hæredes, aut mandatarij, vbicunque deprehensos, vel propria auctoritate, vel Magistratus loci illius auxilio, sibi vendicare poterunt) priuandum, sed & pœna insuper decem Marcharum auri puri fisco nostro Cæsareo fraudis vindici, & sæpedicto Honorato, eiúsue hæredibus ex æquo pendenda, decernimus irremissibiliter plectendum. Dummodo tamen huiusmodi opus, tam in præfatione quàm aliàs, nihil omninò scandalosum, aut sacri Romani Imperij, ac Orthodoxæ Religioni Catholicæ aduersum in se contineat: Ipséque Typographus quamprimùm terna ad minus operis illius exemplaria proprijs suis sumptibus ad Cancellariam nostram Imperialem transmittere teneatur. Quod si neglexerit, priuilegio hoc nostro neutiquam vti posit, sed eo ipso priuatus & exutus penitus censeatur. Mandamus ergo vniuersis ac singulis nostris, & sacri Romani Imperij, Regnorúmque ac Ditionum nostrarum hæreditariarum subditis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existant, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, præsertim verò ijs, qui in Magistratu constituti, vel proprio, vel superiorum suorum loco ac nomine, iuris & iustitiæ administrationem exercent, ne quenquam priuilegium & edictum hoc nostrum Cæsareum impunè spernere, negligere, transgredi, aut violare patiantur: quin potius contumaces, si quos deprehenderint, mulcta plecti, aliisque idoneis ac opportunis modis coërceri curent, quatenus & ipsi eandem pœnam euitare voluerint. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, ac sigilli nostri Cæsarei impressione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, die vigesima sexta mensis Februarij, Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Regnorum nostrorum Romani decimo, Hungarici decimotertio, & Bohemici itidem decimo.

RVDOLPHVS.

Ad mandatum sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium.

Obernburger.

V. Stieheuser. b.

Extrait du priuilege du Roy.

PAr lettres patentes dudit Seigneur donnees à Paris le xxiij. iour de Decembre, mil cinq cents quatre vingts & quatre, ſignees *Parle Roy en ſon Conſeil, Bernard*, & ſeelees du grand ſeau en cire iaune à ſimple queüe: il eſt permis à Barthelemy Honorat marchand Libraire de Lyon d'imprimer, ou faire imprimer vn liure intitulé, *C. Plinij Secundi hiſtoriæ mundi libri xxxvij. Opus omni quidem commendatione maius, ſed nullis ad hunc diem editionibus, nulla cuiuſquam ſingulari vel opera, vel induſtria, à mendis, quæ aut temporum iniquitate, aut ſuperiorum ætatum negligentia, inter Latinos primæ notæ ſcriptorem hactenus occupauerant, ſatis vnquam purgatum: Nunc verò quanta potuit expectari fide, cura, diligentia, ex vetuſtiſſimorum excuſorum, & complurium codicum manuſcriptorum attentiſſima collatione, & auctoritate, ſic deterſum ac emaculatum, vt ad priſtinam eius integritatem & ſplendorem aſſurgere noſtra hæc editio poſt alias omnes adiumenta ſanè maxima iudicari meritò poſſit. Acceſſere ad varias lectiones, quas multiplices in marginum ſpaciis tibi religioſiſſimè indicamus, & repræſentamus, Caſtigationes & Adnotationes eruditiſſimæ, quibus infinita Plinij loca cum Græcis & Latinis ſcriptoribus, illis præſertim, vnde pleraque omnia ſua ille ſumpſit, ſumma cum vtilitate conferuntur. Vnà cum Indice totius operis copioſiſſimo, additamentis rurſus non pœnitendis aucto, locíſque propemodum innumeris, quæ cum auctoris ſenſu non bene congruebant, accuratiſſimè correcto, & reſtituto. Omnia quidem hominum doctorum laborioſis obſeruationibus conquiſita, & ſolerti iudicio penſitata, nouiſſimè verò Iacobi Dalecampij, Medici, Cadomenſis*: par tels ou tels Libraires & Imprimeurs que bon luy ſemblera, & iceluy vendre & diſtribuer par tout noſtre pays, terres & ſeigneuries de noſtre obeiſſance: ſans qu'autres Libraires ou Imprimeurs, que celuy, ou ceux auſquels ledit expoſant en aura donné charge, le puiſſent imprimer ou faire imprimer iuſques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & datte que ledit liure ſera acheué d'imprimer: auec deffences à toutes perſonnes de quelque eſtat & qualité qu'ils ſoyẽt, d'iceluy faire imprimer, expoſer en vẽte, changer ou traffiquer tant aux foyres eſtablies en France qu'ailleurs, ſans le conſentement dudit Honorat: ſur peine de confiſcation deſdits liures qui auront eſté mis en vente tant en public qu'en particulier, & de mil eſcuz d'amende applicable vn tiers au Roy, vn tiers au denonciateur, & l'autre tiers audit Honorat, ſans aucune diminution pour chaſcun liure ou exemplaire qui ſera trouué, & de punition corporelle: ſans qu'il ſoit permis d'imprimer ou faire imprimer ledit liure *C. Plinij Secundi hiſtoriæ mundi libri xxxvij, &c.* auec diuerſes Leçons, Commentaires, ou Annotations autrement veu, & corrigé, que celuy dudit Dalechamp. Et encor que ledit liure fuſt imprimé auec diuerſes Leçons, Commentaires, & Annotations, és villes n'eſtans de l'obeiſſance du Roy, n'entend, ny veut qu'il ſe vende ou eſchange aucunement en ſondit Royaume: faiſant deffences treſexpreſſes à tous Libraires, & Imprimeurs, & autres de quelque eſtat & qualité, condition, pays, & nation qu'ils ſoyent, ſes ſubiects & eſtrãgers, qu'ils n'ayent à imprimer ou faire imprimer, par eux, ou par perſonnes interpoſees, de quelques lieux ou part qu'ils ſoyent, auec fauſes marques, faux & ſuppoſés noms des lieux & des villes: vendre, eſchãger, tenir, achepter, ſoit en public ou en priué, ledit liure, ou aucun extrait d'iceluy, ny aucune choſe entreprendre au preiudice d'iceluy, ſur les meſmes peines que deſſus. Leſquels liures eſtans imprimés, expoſés en vente cõtre la teneur des preſentes, veut ſa Maieſté eſtre incontinẽt pris, ſaiſis, & mis entre ſes mains par le premier de ſes Iuges, & officiers iurés requis: en contraignant ceux qui en auront eſté trouués ſaiſis, ou qui en auront vendu & tranſporté, de declarer & nommer le lieu & les perſonnes de qui ils auront eu leſdits liures, pour eſtre procedé contre eux extraordinairement: & autres peines portees par leſdites lettres patentes. Et à fin qu'aucun n'en pretende cauſe d'ignorance, il eſt permis audit expoſant mettre vn brief de ce preſent priuilege au commencement ou à la fin dudit liure.

Par le Roy en ſon Conſeil.

Bernard.

C. PLINIVS CÆCILIVS
MARCO SVO S.

PErgratum eſt mihi, quòd tam diligenter libros auunculi mei lectitas, vt habere omnes velis, quærãſque qui ſint. Fungar indicis partibus, atque etiam, quo ſint ordine ſcripti, notum tibi faciam. Eſt etiam hæc quoque ſtudioſis non iniucunda cognitio. De iaculatione equeſtri vnus. Hunc, cùm præfectus alæ militaret, pari ingenio curáque compoſuit. De vita Q. Pomponij Secundi duo, à quo ſingulariter amatus, hoc memoriæ amici, quaſi debitum munus, exoluit. Bellorum Germaniæ viginti, quibus omnia, quæ cum Germanis geſſimus bella, collegit. Inchoauit cum in Germania militaret, ſomnio monitus. Adſtitit enim ei quieſcenti Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſimè victor ibi periit. Commendabat memoriam ſuam, orabátque, vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret. Studioſi tres, in ſex volumina propter amplitudinem diuiſi, quibus Oratorem ab incunabulis inſtituit & perficit. Dubij ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone nouiſſimis annis, cùm omne ſtudiorum genus paulò liberius & erectius, periculoſum ſeruitus feciſſet. A fine Auſidij Baſſi x x x i. Naturæ hiſtoriarum x x x v i i. opus diffuſum, eruditum, nec minus varium, quàm ipſa natura. Miraris, quòd tot volumina, multáque in iis tam ſcrupuloſa, homo occupatus abſoluerit? Magis miraberis, ſi ſcieris illum aliquandiu cauſas actitaſſe, deceſſiſſe anno v i. & i. medium tempus diſtentum impeditumque, quã officiis maximis, quã amicitia principum egiſſe. Sed erat acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia. Lucubrare à Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi ſtatim à nocte multa: hyeme verò ab hora ſeptima, vel, cum tardiſſimè, octaua, ſæpe ſexta. Erat ſanè ſomni parciſſimi, nonnunquam etiam inter ipſa ſtudia inſtantis, & deſerentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum Imperatorem: nam ille quoque noctibus vtebatur: inde ad delegatum ſibi officium. Reuerſus domum, quod reliquum temporis, ſtudiis reddebat. Poſt cibum ſæpe, quem interdiu leuem & facilem veterum more ſumebat, æſtate, ſi quid otij, iacebat in ſole, liber legebatur, adnotabat, excerpebátque. Nihil enim vnquam legit, quod non excerperet. Dicere etiam ſolebat, nullum eſſe librum tam malum, vt non aliqua ex parte prodeſſet. Poſt ſolem plerunque frigida lauabatur. Deinde guſtabat, dormiebátque minimum. Mox, quaſi alio die, ſtudebat in cœnæ tempus. Super hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim. Memini quendam ex amicis, cùm lector quædam pronuntiaſſet perperàm, reuocaſſe, & repeti coëgiſſe: huic aunuculum meum dixiſſe, Intellexeras nempe: quum ille annuiſſet, Cur ergo reuocabas? decem amplius verſus hac tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parſimonia temporis. Surgebat æſtate à cœna luce, hyeme intra primam noctis, ſed tanquam aliqua lege cogente. Hæc inter medios labores, vrbiſque fremitum. In ſeceſſu ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur. Cùm dico balinei, de interioribus loquor. Nam dum diſtringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat. In itinere, quaſi ſolutus cæteris curis, huic vni vacabat. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebantur, vn ne cæli quidem aſperitas vllum ſtudiis tempus eriperet. Qua ex cauſa Romæ quoque ſella vehebatur. Repeto me correptum ab eo, cùm ambularem: Poteras, inquit, has horas non perdere. Perire enim omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impartiretur. Hac intentione tot iſta volumina peregit, electorumque commentarios c l x. mihi reliquit, opiſthographos quidem, & minutiſſimè ſcriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe, potuiſſe ſe, cùm procuraret in Hiſpania, vendere hos commentarios Largio Licinio c c c c. millibus nummum, & tunc aliquanto pauciores erant. Nónne videtur tibi recordanti quantùm legerit, quantùm ſcripſerit, nec in officiis vllis, nec in amicitia principum fuiſſe? Rurſus cùm audis quid ſtudiis laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis, nec legiſſe? Quid eſt enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc inſtantia non poſſit efficere? Itaque ſoleo ridere, cùm me quidam ſtudioſum vocant, qui, ſi comparer illi, ſum deſidioſiſſimus. Ego autem tantum, quem partim publica, partim amicorum officia diſtringunt? Quis ex iſtis, qui tota vita literis aſſident, collatus illi, non quaſi ſomno & inertiæ deditus erubeſcat? Extendi epiſtolam, quamuis hoc ſolum, quod requirebas, ſcribere deſtinaſſem, quos ſilicet libros reliquiſſet. Confido tamen hæc quoque tibi non minus grata, quàm ipſos libros, futura, quæ te non tantum ad legendos eos, verumetiam ad ſimile aliquid elaborandum poſſunt æmulationis ſtimulis excitare. Vale.

C. PLIN

PEtis vt tibi auunculi mei exitum scribam, quò verius tradere posteris possis Gratias ago. Nam video morti eius, si celebretur à te, immortalem gloriam esse propositam. Quamuis enim pulcherrimarum clade terrarum, vt populi, vt vrbes, memorabili casu, quasi semper victurus, occiderit, quamuis ipse plurima scripserit, plura tamen perpetuitati eius scriptorum tuorum æternitas addet. Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos verò, quibus vtrumque. Horum in numero auunculus meus & suis libris, & tuis erit. Quò libentius suscipio, deposco etiam, quod iniungis. Erat Miseni, classémque imperio præsens regebat. Calen. Nouembris hora ferè septima, mater mea indicat ei apparere nubem insitata & magnitudine, & specie. Surgit ille, vt è sole solebat, frigida gustata: iacens enim studebat. Poposcit soleas, ascendit locum, ex quo maximè miraculum illud conspici poterat. Nubes, incertum procul intuentib. ex quo monte (Vesuuium fuisse postea cognitum est) oriebatur: cuius similitudinem & formam non alia magis arbor, quàm pinus expresserit. Nam longissimo velut trunco effusa in altum, quibusdam ramis diffundebatur. Credo, quia recenti spiritu euecta, dein senescente eo destituta, aut etiam pondere suo victa, in latitudinem vanescebat, candida interdum, interdum sordida & maculosa, prout terram cinerémve sustulerat. Magnum id, propiúsque noscendum, vt eruditissimo viro, visum est. Iubet liburnicam aptari: mihi, si venire vnà vellem, facit copiam. Respondi, studere me malle: & fortè ipse, quod scriberem, dederat. Egrediebatur domo: accepit codicillos Retinæ classiarij, imminente periculo exterriti, nam villa ea subiacebat: nec vlla, nisi nauibus, fuga. Vt se tanto discrimini eriperet, orabat. Vertit ille consilium, & quod studioso animo inchoauerat, obit maximo. Deduxit quadriremes, ascendit ipse, non Retinæ modo, sed multis) erat enim frequens amœnitas oræ) laturus auxilium: properat illuc, vnde alij territi fugiunt, rectúmque cursum, rectáque gubernacula in periculum tenet, adeò solutus motu, vt omnes illius mali motus, omnes figuras vt deprehenderat oculis, dictaret, enotarétque. Iam nauibus cinis inciderat: quò propius accederet, calidior & densior: iam pumices etiam, nigríque & ambusti & fracti igne lapides: iam vadum subitum, ruináque montis litora obstantia. Cunctatus paulum, an retro flecteret, mox gubernatori vt ita faceret monenti, Fortes, inquit, fortuna iuuat: Pomponianum pete. Stabijs erat, peruencrátque sinu medio. Nam sensim circumactis curuatísque litoribus mare infunditur. Ibi quanquam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen &, cùm cresceret, proximo, sarcinas contulerat in naues, certus fugæ, si contrarius ventus resedisset. Quo tunc auucunlus meus secundissimo inuectus, complectitur trepidantem, consolatur, hortatur: vtque timorem eius sua securitate leniret, deferri se in balineum iubet: lotus accubat, cœnat, atque hilaris, aut, quod æquè magnum est, similis hilari. Interim è Vesuuio monte pluribus locis latissimè flammæ atque incendia relucebant, quorum fulgor & claritas tenebras noctis excipiebat. Ille agrestium trepidatione igni relictas desertáque villas per solitudinem ardere, in remedium formidinis dictitabat. Tum se quieti dedit, & quieuit verissimo quidem somno. Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis grauior & sonantior erat, ab ijs, qui limini obuersabantur, audiebatur. Sed area, ex qua diæta adibatur, ita iam cinere mistísque pumicibus oppleta surrexerat, vt si longior in cubiculo mora esset, exitus negaretur. Excitatus procedit, seq; Pomponiano, cæterisque, qui peruigilarant, reddit. In commune consultant, intra tecta subsistant, an in aperto vagentur: nam crebris vastisq; tremoribus tecta nutabant, & quasi emota sedibus suis, nunc huc, nunc illuc abire, aut referri videbantur. Sub dio rursus, quanquam leuium exesorumq; pumicum casus metuebatur: quod tamen malorum collatio elegit. Et apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Ceruicalia capitibus imposita linteis constringunt. Id munimentum aduersus incidentia fuit. Iam dies alibi, illic nox omnibus nigrior densiorque: quam tamen faces multæ variáque lumina soluebant. Placuit egredi in litus, & ex proximo aspicere, quid iam mare admitteret, quod adhuc vastum & aduersum permanebat. Ibi super abiectum lintеum recubans sedit, atque iterum frigidam poposcit, hausitq;. Deinde flammæ, flammarúmque præuntius odor sulphuris, alios in fugam vertunt: excitant illum, qui innixus seruis duobus assurexit, & statim concidit (vt ego conjecto) crassiore caligine spiritu obstructo, clausoq; stomacho, qui illi natura inualidus, & angustus, & frequenter intus æstuans erat. Vbi dies redditus is, ab eo, quem nouissimè viderat, tertius, corpus inuentum integrum, illæsum, opertúmque vt fuerat indutus. Habitus corporis quiescenti, quàm defuncto, similior. Interim Miseni ego & mater. Sed nihil ad historiam. Nec tu aliud, quàm de exitu eius, scire voluisti: finem ergo faciam. Vnum adiiciam: omnia me, quibus interfueram, quæque statim, cùm maximè vera memorantur, audieram, persecutum. Tu potissima excerpes. Aliud est enim epistolam, aliud historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere. Vale.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER I.

PRÆFATIO.

C. Plinius Secundus [1] Vespasiano suo S.

[1] D. Tito Vespaſ. Alij.

LIBROS Naturalis Historiæ nouitium [2] Camœnis Quiritium tuorum opus [3] natum apud me proxima fœtura, licentiore epistola [4] narrare constituit tibi, iucundissime Imperator (sit enim hæc tui præfatio verissima, dum [5] maximi consenescit in patre.) Nanque tu solebas [6] meas esse aliquid putare nugas, vt [7] obiter emolliam Catullum conterraneũ meum. Agnoscis & hoc castrense verbum. [8] Ille enim, vt scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit, [8] quàm volebat existimari à [9] b Veraniolis suis & Fabulis. Simul vt hac mea petulantia fiat, quod proximè non fieri questus es in alia procaci epistola nostra, [11] vt in quædam acta [12] exeat, sciantque omnes quàm ex æquo tecum viuat [13] imperium. Triumphalis & Censorius tu, [14] sexiesque Consul, ac Tribunitiæ potestatis particeps, & quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter & equestri ordini præstas, Præfectus prætorio eius, omniáque hæc Reipublicæ, & nobis quidem quàlis in castrensi contubernio? Nec quicquam in te mutauit fortunæ amplitudo, nisi vt prodesse tantundẽ posses [15] & velles. Itaque cùm cæteris in [16] veneretionem tui pateat omnia illa, nobis ad colendum te familiariùs audacia sola supereſt. Hanc igitur tibi imputabis, & in nostra culpa tibi ignosces. Perfricuit faciem, nec tamen profeci: [17] quandò alia via occurris ingens, & longiùs etiã [18] submoues ingenij fascibus. Fulgurat in nullo vnquam verius dicta [19] vis eloquentiæ, Tribunitiæ potestatis facundia. Quanto tu ore patris laudes tonas? [19] quanto fratris amas? quantus in Poetica es? O magna fœcunditas animi: quemadmodum [20] fratrẽ quoque imitareris, excogitasti. Sed hæc quis possit intrepidus æstimare subiturus ingenij tui iudicium, præsertim lacessitum? Neque enim similis [21] at conditio publicantium, & nominatim tibi dicantium. Tum possem dicere, quid ista legis Imperator? Humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbæ, denique [21] studiorum otiosis: quid te iudicem facis? [22] Cùm hanc operam cordicerem, non eras in hoc albo. Maiorem te sciebam, quàm vt descensurum huc putarem. Prætereà est quædã publica etiam eruditorum reiectio. Vtitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenij

2 Quirit. tuor. op. Camœ. nat. Dal
3 natos. M.

4 fierare. Alij. nuncupare. Vet.

5 maximè. Alij. Herm. maximo. Alij.

6 noſtras. Vet.

7 obiicere moliar. Vet. obice remolliſ. Turn.

8 magis quàm. Dal.
9 vernaculis tuis & famulis. M. Veranii is ſuis & Fabullis.
10 tuis. Turn.
11 vt in acta quidem exeat.
12 exeant. M. exeam. Vet.
13 imperium triumphale & cenſorium Turn.
14 ſexiemq; Vet. ſeptimúque. Vet. decij.
15 vt. al. quantum. Chal. ac Alij.
16 veneretionem. M.

17 quoniam. M.
18 ſummoues. M.
19 quantum fratrẽ. M.
20 fratrem quoq; imitaretur.

21 ſtudioſorũ. Alij. otij ſtudioſis. Alij.
22 Quam hanc operam cùm dicerem, nemo in hoc albo. Turn. haud ſatis felicter.

aleam positus,& (quod miremur)per aduocatum [23] defenditur. [24] Hæc doctissimũ
[25] Persium legere nolo, Lælium Decimum volo. Quod si hoc Lucilius, qui primus
condidit styli nasum, dicendum sibi putauit: si Cicero mutuandum, præsertim cùm
de re publica scriberet: quantò nos causatiùs ab aliquo iudice [26] diffidimus? Sed hæc
ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione, quoniam plurimùm [27] interest, for
tiatur aliquis iudicem an eligat: multúmque apparatus interest apud inuitatũ hospi
tem & oblatum. Cùm apud Catonem illum ambitus hostem, & repulsis tanquam
honoribus [28] indeptis gaudentem, flagrantibus comitiis [d] pecunias deponerent
candidati, hoc se facere pro [e] innocentia (quod in rebus humanis summum esset)
profitebantur: inde illa nobilis M. Ciceronis suspiratio: O te felicem M. Porci à quo
rem improbam petere nemo audet. Cùm Tribunos appellaret [f] L. Scipio Asia-
ticus, inter quos erat Gracchus: hoc attestabatur, se vel inimico iudici [29] ap-
probari posse. Adeò summum quisque causæ suæ iudicem facit, quemcunque
[30] elegit, vnde prouocatio appellatur. Te quidem in excelsissimo humani gene-
ris fastigio positum, summa eloquentia, summa eruditione præditum, religio-
se adiri etiam à salutantibus scio. [31] Et ideò immensa præter cæteras subit cura,
vt quæ tibi dicantur, te digna sint. Verùm [32] & diis lacte rustici multæque gentes
supplicant, & mola tantùm salsa litant, qui non habent thura: nec vlli fuit vitio
deos colere, quoquo modo posset. Meæ quidem temeritati accesit hoc quoque,
quòd leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ingenij sunt capaces,
quod alioquin nobis per quàm mediocre erat: nec admittunt excessus aut oratio-
nes, sermonésve, aut [33] casus mirabiles, vel euentus varios, non alia iucunda dic-
tu, [34] aut legentibus blanda. Sterili materia rerum natura, hoc est, vita narratur,
& hęc sordidissima sui parte, [35] vt plurimarum rerum aut rusticis vocabulis aut ex-
ternis, imò barbaris, etiam cum honoris præfatione ponendis. Prætereà iter, est,
non trita autoribus via, nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos, qui
idem tentauerit, nemo apud Græcos qui vnus omnia ea [36] tractauerit. Magna
pars, studiorum amœnitates quærimus. Quæ verò tractata ab aliis dicuntur im-
mensæ subtilitatis, obscuris rerum tenebris premuntur. Iam omnia attingenda, quę
Græci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας vocant, & tamen ignota aut incerta ingeniis facta. Alia
verò ita multis prodita, vt in fastidium sint adducta. Res ardua, vetustis nouitatem
dare, nouis autoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, du-
biis fidem, omnibus verò naturam, & naturæ suæ [37] omnia. Itaque etiam non asse-
curis, voluisse, abundè pulchrum atque [38] magnificum est. Equidem ita sentio, pe-
culiarem in studiis causam eorum esse, qui difficultatibus victis, vtilitatem iuuandi
prætulerunt gratiæ placendi: idque iam & in aliis operibus ipse feci: & profiteor mi-
rari me T. Liuium, autorem celeberrimum, in historiarum suarum, quas repetit ab
origine Vrbis, quodam volumine sic orsum: Satis iam sibi gloriæ quæsitum: & [39] po-
tuisse se desinere, ni animus inquies pasceretur opere. Profectò enim populi gen-
ium victoris, & Romani nominis gloriæ, non suæ composuisse illa decuit. Maius
meritum esset, operis amore, non animi causa perseueraſſe: & hoc populo Ro-
mano præstitisse, non sibi. Viginti millia rerum dignarum cura, ([40] quoniam, vt ait
Domitius Piso, thesauros oportet esse, non libros) ex lectione voluminum circiter
duûm millium, quorum pauca admodùm studiosi attingunt propter secretum
materiæ, ex exquisitis autoribus centum, inclusimus triginta [41] sex voluminibus,
adiectis rebus plurimis, quas aut ignorauerant priores, aut posteà inuenerat vita.
Nec dubitamus, multa esse, quæ & nos præterierint. Homines enim sumus, & oc-
cupati officiis: [42] successuisq; temporibus ista curamus, id est, nocturnis, [43] ne quid
vestris putetis cessatum horis. Dies vobis impendimus: cum somno valetudi-
nem computamus: vel hoc solo præmio contenti, quòd dum ista (vt ait M.
Varro) [44] musinamur, pluribus horis viuimus. Profectò enim vita vigilia est.

23 defensus. Alij.
24 Nec docti. simis. Manjam Persium legere nolo, (sic & M.) Iunium Cõgium volo. Turn. Legit & Iunium Congium, Herm.
25 omnium Pers. M.
26 defendimur. M. & Ver.
27 refert. M.
28 inęptis. Ver. ineptis. Turn.
29 probari. M.
30 eligit. M.
31 Et ideò cauui vt quæ, &c. Et ideò cauui, quæ tibi dicantur, condigna sint. Ver.
32 &, in M. d. & mox, supplicant.
33 causas. M.
34 ac leg. M.
35 vt, in M. d. vt pluri mum.
36 tract. inuenit pr. Ver.
37 vim. M.
38 magnum. Ver.
39 potius se desidera re vt animus inquie re. M. potuisse desiderare. Turn.
40 quarum Alij.
41 septem. Alij.
42 subsciuisque. Turn.
43 ne quid nostris. Ver. ne quis vestrum parce his cess M.
44 musitamus. Ver. Apud Cicer. lib. 16. Epist. ad Attic. quæ incipit, Nonis mugi namur. Ex hoc loco ille corrigendus, vel ex illo hic. Chiffl. mu ginamur, festus, nugamur, & tarde co namur.

Quibus de causis atque difficultatibus nihil auso promittere, hoc ipsum tu præstas
quod ad te scribimus. [45] Nec fiducia operis hæc est, sed indicatura. Multa valde pre-
tiosa ideò videntur, quia sunt templis [46] dicata. Nos quidem omnes, patrem, te, fra-
trémque diximus opere iusto, temporum nostrorum historiam orsi à fine Ausidij
Bassi. Vbi sit ea quæres? iam pridem [47] peracta sancitur: & alioquin statutum erat
hæredi [48] mãdare, ne quid ambitioni dedisse vita iudicaretur. [49] Proinde occupan-
tibus locum taceo, ego verò & posteris, quos scio nobiscum decertaturos, sicut ipsi
fecimus cum prioribus. Argumentum huius stomachi mei habebis, quòd in his
voluminibus autorum nomina prætexui. Est enim benignum (vt arbitror) & ple-
num ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, nõ, vt plerique ex iis, quos attigi,
fecerunt. Scito enim conferentem autores me deprehendisse à iuratissimis &
proximis veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos, non illa Virgiliana
virtute vt certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de Republica, Pla-
tonis se comitem profitetur: [50] in consolatione filię, Crantorem, inquit, sequor:
item Panætium [51] de officiis. Quæ volumina eius ediscenda, non modò in manı-
bus quotidiè habenda, nosti. Obnoxij profectò animi, & infelicis ingenij est, depre-
hendi in furto malle, quàm mutuum reddere, [h] cùm præsertim sors fiat ex vsura.
[52] Inscriptionis apud Græcos mira felicitas: κηρίον inscripsere, quod volebant intel-
ligi fauum: alij κέρας ἀμαλθείας, quod Copiæ cornu, vt vel [i] lactis gallinacei [53] sperare
possis in volumine hausti. [54] [k] Iam Musæ, παράνδι, ἐλεγεῖα, [55] ἐγχειρίδιον, λεπτόν, [l] παγκαλλίδιον,
inscriptiones propter quas vadimonium deseri possit. At cùm intraueris, dij deæ-
que, quàm nihil in medio inuenies! Nostri crassiores, Antiquitatum, Exemplorũ,
[56] [m] Artiúmque quàm [57] facetissimi. Lucubrationẽ, puto, qui Antias ciuis erat & vo-
cabatur, Valerius primus asserit: Varro in Satyris suis [n] Sesculixẽ & Flexibulas. Apud
Græcos desiit nugari Diodorus, & βιβλιοθήκης historiam suam inscripsit. [o] Apion
quidem Grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat,
quum publicæ famæ tympanum potiùs videri posset, immortalitate donari à se
scripsit, ad quos aliqua componebat. Me non pœnitet nullum festiuiorem excogi-
tasse titulum. Et ne in totum videar Græcos insectari, ex illis [58] nos velim intelligi
pingendi fingendiq; conditoribus, quos [59] in libellis his inuenies, absoluta opera, &
illa quoque quæ mirando non satiamur? pendenti titulo inscripsisse: [60] vt, Apelles
[q] faciebat, aut Polycletus: tanquam inchoata semper arte & imperfecta, vt contra
iudiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam, velut emendaturo
quicquid [61] desideretur, si non esset interceptus. Quare plenũ verecundiæ illud est,
quòd omnia opera tãquam nouissima inscripsere, [62] & tãquam singulis fato adempti.
Tria non amplius, vt opinor, [63] absolutè traduntur inscripta, [64] Ille fecit, quæ suis lo-
cis reddam: quo apparuit, [65] summã artis securitatẽ autori placuisse, & ob id magna
inuidia fuere omnia ea. Ego planè meis adiici posse multa cõfiteor: nec his solis,
sed & omnibus [66] quę edidi: vt obiter caueam istos [r] Homeromastigas. Ita enim ve-
riùs dixerim, [67] quoniam audio & Stoicos, & Dialecticos, Epicureos quoque (nam
de Grammaticis [68] semper expectaui) parturire aduersus libellos, quos de Grãmatı-
ca edidi, & subinde abortus facere iam decem annis, cùm celeriùs etiam elephan-
ti pariant. Ceu verò nesciam, aduersus Theophrastum, hominem in eloquentia
tantum, vt nomen diuinum inde inuenerit, scripsisse etiam [s] fœminam, & pro-
uerbium inde natum, [u] suspendio arborem [69] eligendi. Non queo mihi tempe-
rare, [70] quò minùs ad hoc pertinentia ipsa Censorij Catonis verba ponam, vt
inde appareat, etiam Catoni de militari disciplina [71] commentanti, qui sub
Africano, imò verò & sub Annibale didicisset militare, & ne Africanum qui-
dem ferre potuisset, qui Imperator triumphum reportasset, paratos fuisse istos
qui obtrectatione alienæ scientiæ famam sibi aucupantur. Quid enim [72] ait in eo
volumine? Scio ego, quæ scripta sunt, si palàm proferãtur, multos fore [73] qui vtiliti-

45 Hæc fid. op. est? hæc ind. Ver. Herm.
46 dicatura. Ver.
47 pacta. Ver.
48 mand vt publicaret, ne quis amb. studuisse vt iud
49 Perinde verò occupantibus. Ver Chal. Perinde verò vt occup. loc. ego faceo, sic & post.
50 & in. Turn.
51 in offic.
52 Inscriptionum.
53 spectare. Turn.
54 15 iamnos. Turn.
55 en cheiridia. M.
56 artiúmque. Facetissimi lucubrationẽ, puto, quia vt baculus erat, & vocabatur paulominus, &c. & M Lego, artiúqi. Facetissimus Bibaculus, paulominus, Lucubrationũ, quia puto, vt erat, vocabatur, &c.
57 facundissimi. Alij.
58 mox vel. intelpingiq. cõdit. Turn. M.
59 in tabulis suis inuen.
60 Aut.
61 desyderaretur. Ver.
62 tãq. aliquid sing. fato sit ademptum. M. Ver.
63 traduntur, quæ ab olutè inscripta illo fecit. M
64 Apelles fecit.
65 summa artis securitatẽ.
66 quos.
67 quàm. Alij. Nam. M. quam Stoic. & dialecticos. Epicureos quoque. Nam Grammaticos audio, quod semper expectaui, &c.
68 id semper. Alij.
69 eligendum. M.
70 quin ad hoc. M.
71 cõminanti. Turn.
72 ad re in eo. Turn.
73 qui ita re probet, vt eligant. Turn. M. vt vellicent. Rhenanus.

74 sib præterea. Tum. M. ibi Alij sibique præterea Alij.

gent, sed ij potissimùm, qui veræ laudis expertes sunt. Eorum ego orationes 74 sino præterfluere. Nec Plancus illepidè, cùm diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset: Cum [u] mortuis non nisi laruas luctari. Quo dicto sic repercussit illas, vt apud eruditos nihil impudentius iudicetur. Ergo securi etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitijs & litigatoribus composuit, (quid enim illi aliud quàm litigant, aut litem quærunt?) 75 exequemur reliqua propositi. 76 Quia occupationibus tuis publico bono parcendum erat, quid singulis 77 contineatur libris huic epistolæ subiunxi: summáque cura, ne perlegendos eos haberes, operam dedi. Tu per hoc & aliis præstabis ne perlegant: sed vt quisque 78 desideraverit 20 aliquid, id tantùm quærat, & sciat quo loco inueniat. Hoc ante me fecit in litteris nostris [x] Valerius Soranus, in libris quos ἐκ τῶν τριάδων inscripsit.

75 exequamur. M.
76 Quia verò occup. M. & Ver.
77 contingretur. M.
78 desyderabit. M.

ANNOTATIONES.

a In Catullo est, *Cui dono lepidum meum libellum,*
Arida modò pumice expolitum?
Corneli, tibi. namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.
Visus autem legere Plinius,
Corneli, tibi. tu putare namque
(vel, *namque tu putare*)
Nugas esse aliquid meas solebas.
quod profectò durius & asperius fuit.

b Catullus sæpe scribit ad amicos & familiares suos Fabullum & Veranium, quem ὡς παιγνιῶδες blandiens nonnunquam vocat Veraniolum, vt hoc versu,
Et Veraniolum meum, & Fabullum.

c Suetonio Titus Latinæ Græcéque linguæ vel in orando vel in fingendis poematibus promptus & facilis fuit, vel vsque ad extemporalitatem.

d Qui honores à populo petebant, solebāt corām captandæ gratiæ causa per centurias certam pecuniæ summā pronuntiare, eámque præsentem apud aliquem virum grauem deponere, ne clanculum furtiua largitione populum corrupisse suffragiáque emisse crederentur. Vide Sueton. in Iulio cap. 19. Operas campestres Cicero pro Plācio sequestros eos vocat. Deponebantur verò apud illos à candidatis pecuniæ, vt iis multarétur, si ambitus aut corruptorum suffragiorum conuicti damnatíque fuissent, quia in Campo Martio ad honores petendos deferendósque destinatò coiret populus.

e Seneca Epistola 3. libri 1. candidatos omnes publico nomine bonos viros appellari scribit.

f L. Scipio Asiaticus deuicto Antiocho repetundarum accusatus, cùm à Senatus iudicio sibi timeret, Tribunos plebis appellauit, tametsi Gracchum, qui tum eum magistratū gerebat, inimicissimum esse sibi cognosceret ac infensissimum. Nec spe falsus est. Prohibuit enim Gracchus ne in carcerem & vincula traheretur. Eutropius.

g Nouerat Plinius à Theophrasto dictum χρῆναι ἀεὶ τοῦτο τελεῖν ἀνάλημμα; præterea breuen acutámque hanc sententiam, fuisse hominum sapientum, χρῆναι φάσκ. Victorius cap. 19. 11.

Quæ magis sint fortia vel minùs, & quibus salsæ aquæ prosint XI
Ratio rigandorum hortorum, & quæ translata meliora fiant, & de succis hortensiorum, & saporibus XII
Summa res, & historię, & obseruationes MCXLIII.

Ex autoribus

M. Actio Plauto, M. Varrone, D. Syllano, Catone Censorio, Hygino, Virgilio, Mutiano, Celso, Columella, Calphurnio Basso, Manlio Sura, Sabino Tyrone, Licinio Macro, Q. Hirtio, Vibio Ruffo, Cesennio qui Cepurica scripsit, Castritio item,

item, Firmo item, Petreio.

Externis

Herodoto, Theophrasto, Democrito, Aristomacho, Menandro qui Biochresta scripsit, Anaxilao.

Libro xx. continentur medicinæ ex his quæ in hortis seruntur.

De cucumere syluestri, & elaterio Cap. I
De anguino cucumere siue erratico, & de satiuo, & de pepone II
De cucurbita syluestri, & rapo III
De naporum differẽtiis, & raphano syluestri, & de raphano satiuo, & pastinaca IIII
De staphylino siue pastinaca, & gingidio, & seseli, & inula, & de cæpe V
De porro sectiuo, & capitato, & de allio VI
De lactuca syluatica siue caprina, & esopo, & isati, & lactuca satiua VII
De generibus betæ, & intubis, cichorio, & seri VIII
De brassica, & lapsana, & de brassica marina, & scilla, de bulbis, & bulbine IX
De asparagis & corruda, & libyco & orminio X
De apio, & apiastro, & oleoselino, & oreoselino XI
De petroselino & ocimo XII
De syluestri ocimo, & eruca, & nasturtio, & ruta XIII
De mentastro, & menta, & pulegio, & nepeta, & de cumino XIIII
De cumino Aethiopico, quod vrinam stringit, & de cappari, & de Ligustico siue panace, & cunila bubula XV
Item de cunila bubula, gallinacea siue origano Heracleotico, cunilagine molli, libanotide, cunila satiua & montana XVI
De piperiti, & origano, & oniti prasio, & tragorigano, & heraclio, & lepidio, & de gith, siue melanthio, & aniso XVII
De anetho & sacopenio, sagapeno, & de papauere albo & nigro, & quomodo succus herbarum colligendus est, & de opio XVIII
De erratico & ceratiti, & glaucio siue paralio & heraclio siue aphro, & de diacodio, tithymalo XIX
De portulaca siue peplio, coriandro, & atriplici XX
De malua, malope, & althæa, & lapatho, & oxylapatho, & hydrolapatho, & hippolapatho, & bulapatho XXI
De sinapis tribus generibus, & marrubio, & serpyllo, & sisymbrio siue tymbræo, & de lini semine, & blito XXII
De meu, & fœniculo, & hippomarathro, vel myrsineo, & cannabi, & de ferula, & carduis XXIII
Confectio theriacæ, compositio medicaminis Antiochi XXIIII
Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes M. D. CVII.

Ex autoribus

Catone Censorio, M. Varrone, Pompeio Lenæo, Gallione, Hygino, Sextio Nigro, qui Græcè scripsit, Iulio Basso qui item, Celso, Antonio Castore.

Externis

Democrito, Theophrasto, Orpheo, Menandro qui Biochresta scripsit, Pythagora, Nicandro.

Medicis

Nicandro, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Ophione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Tarentino, Apollodoro Citiense, Praxagora, Plistonico, Medio, Dieuche, Cleophanto, Philistione, Asclepiade, Crateua, Petronio Diodoto, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesicle, Epicharmo, Damione, Dalione, Sosimene, Theopolemo, Metrodoro, Solone, Lyco, Olympiade Thebana, Phyllino, Petreio, Mictione, Glaucia, Xenocrate.

92 Opinione. Ex Athen. & lib. 22.

Libro vigesimoprimo cõtinentur florum & coronamentorum naturæ.

De natura florum, & coronamentorum, de mira florum varietate Cap. I
De strophiolo serto, & qui primũ flores miscere cœperint, & quando primùm corolla inuenta, vel appellata, & quare II

Quis

Quis primùm coronam foliis aureis & argenteis dedit, & de honore coronarum apud antiquos, & de Scipionis honore, & de pactilibus coronis, & Cleopatræ reginæ facto III
De rosa in coronis. & de generibus eius, & vbi seratur IIII
De lilio tria genera, & ratione ea inserẽdi V
De violis, & caltha, & baccare, combreto, asaro, & croco VI
De floribus antiquis, & de odoramentorum diuersitate, saliunca, & polio VII
De vestium æmulatione cum floribus, & amarantho, & chrysocome siue chrysiti VIII
De honore coronarum, & cyclamino, & meliloto & trifolio, tria genera eius IX
De origano, & thymo, & melle Attico, & coniza, & Iouis flore, & helenio, & abrotono, & leucanthemo X
De amaraco vel sampsucho, & nyctegreto & meliloto, & viola alba, & codiamino & de syluestribus bulbis, & heliochryso & lychni, & de herbis citra mare XI
De cura apũ, & pabulo, & morbis earum & remediis XII
De venenato melle, & de remediis mellis venenati, & mellis insani XIII
De melle, quod muscæ non attingunt, & aluearijs, & cura eorum, si famem sentiunt, apes: & quomodo cera fiat XIIII
De herbis sponte nascentibus, & aculeatis XV
De carduo, ac helxine, & tribulo & anchusa XVI
De differentia herbarum per folia, & quę herbæ toto anno floreant, & hastula regia, & pistana, & de gladiolo XVII
De iunco genera sex, & de cypero, & de medicamentis earum, & de cypiro, & odorato iunco XVIII
Ex rosa medicinę, & de lilio, & de narciso, & ex viola, & de bacchare, & combreto, & asaro XIX
De nardo Gallico, & de croco medicinæ, & crocomagmate, & saliunca, & polio, & iri, & holochryso, & chryso-
come & meliloto XX
De trifolio, & thymo, & hemerocalle, & de helenio & abrotono XXI
Ex leucanthemo & sampsucho medicinę XXII
De anemona medicinæ XXIII
Ex œnanthe medicinæ XXIIII
Ex heliochryso medicinæ XXV
Ex hyacintho medicinæ XXVI
Ex vinca peruinca medicinæ, rusco, bati, & acino XXVII
Ex colocasia medicinæ XXVIII
Ex anthalio medicinæ XXIX
De parthenio medicinæ XXX
De strychno medicinæ XXXI
De corchoro & cnico XXXII
De perfoluta XXXIII
De mensuris & ponderibus XXXIIII
Summa medicinæ, historiæ, & obseruationes septingentæ triginta.

Ex autoribus

Catone Censorio, M. Varrone, Massurio, Antiate, C. Helio Vestino, Vibio Rufino, Hygino, Pomponio Mela, Pompeio Lenęo, Cornelio Celso, Calphurnio Basso, P. Largio, Licinio Macro, Sextio qui Græcè scripsit, Iulio Basso qui item, Antonio Castore.

Externis

Theophrasto, Democrito, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro qui Biochresta scripsit, Nicandro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Anaxilao.

Medicis

Mnestheo qui de coronis, Callimacho qui item, Phania physico, Simo, Timaristo, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Ophione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Citiense, Apollodoro Tarẽtino, Praxagora, Plistonico medico, Dieuche, Cleophãto, Philistione, Asclepiade, Crateua, Petronio Diodoto, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesicle, Epicharmo, Damione, Dallone, Sosimene, Theopolemo, Metrodoro, Solone, Lyco, Olympiade Thebana, Phyllino, Petreio, Mictione, Glaucia, Xenocrate.

Libro xxii. continetur de autoritate herbarum

De

C. Plinii Naturalis Historiæ

De gentibus herbis formæ gratia vtentibus Cap. I
Quòd herbis vestes inficiantur II
De corona graminea III
De raritate eius IIII
Qui soli corona ea donati V
Qui solus Centurio coronatus VI
Medicinæ ex reliquis coronamentis, & eringe VII
De herba quam centumcapita vocant VIII
De arcano, & glycyrrhiza IX
De tribulo, & generibus eius, & medicinis X
De stœbe, & medicinis eius XI
De hippophye, hippope, & medicinis earum XII
De vrtica, & medicinis eius XIII
De lamio, & medicinis eius XIIII
De scorpione, generibúsque ac medicinis eius XV
De leucacantha, & medicinis eius XVI
De helxine, perdicio, parthenio, sideriti, & medicinis eius XVII
De chamæleone, generibus ac medicinis eius XVIII
De coronopo, & medicinis eius XIX
De anchusa, & pseudanchusa, & medicinis earum XX
De onocheli, anthemi, loto, & lotometra, heliotropio, tricocco, & adianto siue callitricho XXI
De picride, thesio, asphodelo, halimo, acantho, & bupresti, elaphoboſco, scandice, iasione, & de caucalide, sio, silybo, scolymo, siue limonio, sonchо, condrillo siue condrilli, & boleti XXII
De fungis, & silphio, & de lasere XXIII
De natura mellis, & aqua mulsa, & quare genere ciborum mores immutentur, & de melitide, & cera: & contra compositiones medicorum XXIIII
Medicinæ, ex frugibus XXV
Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes DCCCCVI

Ex autoribus

Iisdem, quibus priore libro, & præter eos, Chrysermo, Eratosthene, Alcæo.

LIbro XXIII. cõtinetur de cultis arboribus.
De medicinis vuarum recentium, & de sarmentis vuarum, & vinaceis, & de vua theriace, & de vua passa, & astaphide, & astaphis agria, pituitaria, & labrusca, & de vite alba, & nigra, & de mustis, & vini generib⁹, & aceto Cap. I
De aceto scillino, & oxymelite, & sapa, & fæce vini, aceti, & sapæ II
De oleis & foliis oleæ, flore & cinere, & de oliua alba & nigra, & de amurca III
De foliis oleastri, & œnanthino oleo, & cicino, & amygdalino, & laurino, & myrteo, chamæmyrsino, & cupressino, & citreo, & caryino IIII
De myrobalano palma, & de palma elate V
Medicinę ex singulorum generum flore, foliis, fructu, ramis, cortice, ligno, succo, radice, cinere VI
De pyris, & eorum obseruationibus, & de ficorum obseruatione, & caprificorneo, & aliorum generibus medicinæ VII
De pineis, & amygdalis, & nuce auellana, & de nuce iuglande, & de pistaciis, & castaneis, siliquis, cornu, & vnedone, & lauro VIII
De myrto satiua, & myrtidano, & myrto syluestri IX
Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes MCCCCXIX.

Ex autoribus

C. Valgio, Pompeio Lenæo, Sextio Nigro qui Græcè scripsit, Iulio Basso qui itẽ, Antonio Castore, M. Varrone, Cornelio Celso, Fabiano.

Externis

Theophrasto, Democrito, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro qui Biochresta scripsit, Nicandro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Anaxilao.

Medicis

Mnestheo, Callimacho, Phania Physico, Simo, Timaristo, Hippocrate, Chrysippo, Dio

Liber Primus.

po, Diocle, Ophione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Cittiense, Apollodoro Tarẽtino, Praxagora, Plistonico, Medio, Dieuche, Cleophanto, Philistione, Asclepiade, Crateua, Petronio, Diodoto, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesicle, Epicharmo Damione, Dalione, Sosimene, Theopolemo, Metrodoro, Solone, Lyco, Olympiade Thebana, Phyllino, Petreio, Mictione, Glaucia, Xenocrate.

LIbro XXIIII. continentur medicinę ex arboribus syluestribus.
Medicinæ ex arboribus syluestribus I
Lotos II
Glans III
De cocco ilicis, & galla, & visco, pilulis, glande, & de cerri radice, & subere IIII
De fago, & cupresso, & cedro magna, & de cedride, galbano V
De ammoniaco, & styrace, & spondylio, & sphagno, & terebintho, chamæpity, & pityusa, & resinis, & picea, & lentisco VI
De pice spissa, & liquida, & palimpissa, & & pissasphalto, & zopissa, & teda, & lentisco VII
De platano, & fraxino, & acere, & alba populo, & vlmo, & tilia, & sambuco, & iunipero VIII
De salice, & amerina, & vitilibus, & erice IX
De virga sanguinea, & silere, & ligustro, & alno, & edera, & cisto, & cisso, & erythrano, & chamæcisso, & smilace, & de clematide X
De harundine, & papyro, ebeno, & rhodo dendro, de rhue erythro, & erythrodano, alysso, & radicula, & apocyno, & ro remarino & cachry, & sabina, & selagine, & samulo, & gummi medicinis XI
De spina Arabica, & spina alba, & acãthio, & acacia XII
De vulgari spina & syluestri, & de erysisceptro, & de appendice spina, & pyxacãthe, & paliuro, aquifolia, & taxo, & rubis medicinæ XIII
De cynosbato, & Idæo rubo, & rhamno, & lycio, & sarcocolla, & de oporice medicinæ XIIII
De chamædrye, & chamædaphne, & chameléa, & chamęsyce, & chamæcisso, & chamęleuce, & chamęcypariſſo, & ampelopraſſo, & ſtachye, & clinopodio, & centunculo, & clematide Ægyptia medicinæ XV
De aro, & dracunculo, dracontio, & ari, & millefolio, & herba eiusdem nominis, & pseudobunio, & myrrhi, & onobrychi medicinæ XVI
De coriacesia, & callicia, & menaide, & aliis vigintitribus, & medicinis earum, quas quidam magicas esse dicunt, & de considia, & de aproxi, & recidiuis amorum XVII
De eriphia, & lanaria, & stratioti medicinæ XVIII
De herba quæ nascitur in capite statuæ, & de herba è fluminibus, & herba lingua, & cribro, & fimetis, & rhodora, & impia, & Veneris pectine, & nodia, & philanthropo, & canaria lappa, & tordile, & de gramine, & dactylo, & fœnogræco medicinæ XIX
Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes MCCCCXVIII.

Ex autoribus

C. Valgio, Pompeio Lenæo, Sextio Nigro qui Græcè scripsit, Iulio Basso qui item, Antonio Castore, M. Varrone, Corn. Celso, Fabiano.

Externis

Theophrasto, Apollodoro, Democrito, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro qui, Biochresta scripsit, Nicãdro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Anaxilao.

Medicis

Mnestheo, Callimacho, Phania Physico, Simo, Timaristo, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Ophione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Cittiense, Apollodoro Tarentino, Praxagora, Plistonico, Medio, Dieuche, Cleophanto, Philistione, Asclepiade, Crateua, Petronio Diodoto, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea Mnesicle, Epicharmo, Damione, Sosimene, Theopolemo, Solone, Lyco, Metrodoro, Olympiade Thebana, Phyllino, Petreio, Mictione, Glaucia,

Xenocrate.

Libro xxv. continentur naturæ herbarum sponte nascentium, autoritas herbarum, & de origine vsus earum.

Naturæ herbarum sponte nascentium i

Qui Latinè vsus herbarum scripserint, & quãdo ad Romanos notitia earum peruenerit, & qui primi Græcorũ de his cõposuerint, & de herbarum inuẽtione, & antiqua medicina, & quare minus exerceantur eorum remedia, & de cynorrhodo, & dedracunculo medicinæ ii

De quodam pestifero fonte Germaniæ, & de Britannica, & maximis morborum doloribus iii

De moly, & dodecatheo, & pæonia, vel pentorobo, vel glycyside, & panace, vel asclepio, & heraclio, & panace Chironio, & panace centaureo, vel pharnaceo, & heraclio siderio, & hyoscyamo, vel appollinari siue altercangeno iiii

De linozoste, parthenio, hermupoa siue potius mercuriali, & achilleo, & panace heracleo, sideritim, illefolio, & de scopa regia, & hemionio, teucrio, splenio, de melã podio siue elleboro, quótve eorũ genera, & de nigro elleboro & albo medicinę, & quãdo detur. & quomodo sumendum, & quibus non dandum, & quod mures necat v

De mithridatio, & scordoti siue scordio, & polemonia vel phileteria vel chiliodynama, & eupatoria, & cẽtaurea siue chironio, & de lepto cẽtaureo libadio, felle terræ, triorche medicinæ vi

De clymeno, & gentiana, & lysimachia, & parthenide, & artemisia, & ambrosia, & nymphæa, & heraclio, & euphorbia medicinæ vii

De plantagine, & buglossa, & cynoglossa, & buphthalmo, & Scythica, & hippice, & de ischæmone, & de betonica, & Cãtabrica, & cõsiligine, & hiberide, & chelidonia, & canaria, & elaphoboscо, & dictamno, & aristolochia, & quòd eius delectatione aduolent pisces, & statim capiantur, & medicinæ contra serpentium ictus ex herbis quas superius nominauit viii

De argemonia, & agarico, & echio, & hyoscyamo, & hierobotane, & blataria, & lemonia, & quinquefolio, & dauco, & persolata, & arcio, & cyclamino, & peucedano, omnia ad serpentium ictus ix

De ebulo, & verbasco, & thelyphono. & contra scorpionum ictus, & rubetarum & canum morsus, & generaliter contra omne venenum x

Remedia ad capitis vitia xi

De centaureo, & chelidonia, & panace, & hyoscyamo, & euphorbio ad oculorũ vitia xii

De anagallide siue corchoro, & mãdragora siue circeio, & cicuta, & crethmoagrio, & molybdena, & capno, & acoro, & iride, cotyledone, aeizoo, & andrachne, & erigero, & de ephemero, & de labro Veneris, & de ranunculo, ad oculorum, aurium, narium, dentium, orisq; vitia medicinæ xiii

Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes MCCXCII.

Ex autoribus

Sex. Gallico, Pompeio Lenæo, Sextio Nigro qui Græcè scripsit, Iulio Basso qui itẽ, Antonio Castore, Corn. Celso.

Externis

Theophrasto, Apollodoro, Democrito, Iuba, Orpheo, Pythagora, Magone, Menãdro qui Biochresta scripsit, Nicãdro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Xãtho, Anaxilao.

Medicis

Mnestheo, Callimacho, Phania Physico, Timaristo, Simo, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Ophione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Cittiense, Appollodoro Tarentino, Praxagora, Plistonico, Medio, Dieuche, Cleophanto, Philistione, Asclepiade, Crateua, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesicle, Epicharmo, Damione, Sosimene, Theopolemo, Metrodoro, Solone, Lyco, Olympiade Thebana, Phyllino, Petreio, Mictione, Glaucia, Xenocrate.

Libro vigesimosexto continentur reliquę per morborum genera medicinę, & de nouis morbis, & de lichene quid sit, &

sit, & quando primùm in Italia cœperint, & de carbunculo, elephantiasi, & colo Cap. i

Laus Hippocratis ii

De noua medicina, & Asclepiade Medico, & qua ratione veterem medicinam mutauerit iii

Irrisio magicæ artis, & de lichene, eiúsque remedio, & faucium iiii

Ad strumas, & ad digitos, & ad pectus, & ad tussim medicinæ v

De verbasco, & cacalia vel tussilagine, & bechio, & saluia, ad tussim vi

Ad lateris dolores & pectoris, & ad orthopnœas, ad iocineris dolorem, cordis dolori, pulmoni, vrinæ, tussi, pectori, hulceribus, renibus, hepaticis, ad vomitionẽ, & singultus, pleureticis, lateri v ii

De omnibus vitiis ventris & remediis, & & eorum quæ circà vel intrà sunt, & de aluo sistenda, vel soluenda viii

De pulegio & argemone ix

De nymphæa, & abstinentia & appetẽtia Veneris, & de satyrio erythraico, & crategi, & sideriti x

Medicinæ generales de pedibus, talis, articulis, neruis, & remedia contra morbos qui totum corpus occupant, & de merthryda, & vigiliis, paralysi, & de febribus frigidis, & febre iumentorũ, & phreneticis, & chamæacta & aizoo, & igne sacro xi

Ad luxata membra, & contra morbum regium, & contra furũculos, & fistulas, & inflationes, & ambustionem, & contra alios morbos, ad neruos, & sanguinem xii

De herba equiseto, nymphæa, peucedano, sideríte, aliisque pluribus ad sanguinẽ sistendum vtilibus, & stephanomeli, & erisithale, & contra vermes xiii

Ad hulcera & plagas, & ad verrucas tollẽdas, & de polycnemo xiiii

De pluribus experimentis ad mulierum menses, & vuluæ morbos, & partus eiiciendos & continendos, & cutis in facie vitia, & capillum tingendum & tollendum, & quadrupedum scabiem xv

Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes MCCXCII.

Ex autoribus

M. Varrone, C. Valgio, Pompeio Lenæo, Sextio Nigro qui Græcè scripsit, Iulio Basso qui item, Antonio Castore, Cor. Celso.

Externis

Theophrasto, Apollodoro, Democrito, Iuba, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro qui Biochresta scripsit, Nicandro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Xãtho, Anaxilao.

Medicis

Mnestheo, Callimacho, Phania Physico, Timaristo, Simo, Hippocrate, Chrysippo, Diocle, Ophione, Heraclide, Hicesio, Dionysio, Apollodoro Tarẽtino, Praxagora, Plistonico, Medio, Dieuche, Cleophãto, Philistione, Asclepiade, Crateua, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesicle, Epicharmo, Damiõe, Theopolemo, Metrodoro, Solõe, Lyco, Thebana olympiade, Phyllino, Petreio, Mictiõe, Glaucia, Xenocrate. 93 medico Vet.

Libro xxvii. continentur reliqua herbarum genera Cap. i

De aconito, & panthera quæ extinguitur aconito ii

Quod omnium creaturarum conditor sit Deus iii

De Aethiopide, & agerato, & aloë, & alcea, & alypo, & allina, & androsacè, & androsæmo, & ambrosia, & anoni, & anagyro, & anonymo iiii

De aparine, & arctio, & aspleno, & asclepiade, & astere vel bubonio, & ascyro vel ascyroide, & aphace, & de alcibio, & alectorolopho v

Dalo vi

De alga, & actæa, & de ampelo agria, & absinthio vii

De ballote, & botrye fruticosa, & brabyla, & bryo, bupleuro, & catanance, calla, & circeia, & cirsio & crategono, & theligono, & crocodilio, & cynosorchi, & chrysolachano, & cucubalo, & conferua viii

De cocco Gnidio, & dipsaco, & dryopteri, & dryophono, & elatine, & empetro siue calcifraga, & epipacti vel helleborine, & epimedio, & enneaphyllo, & filice, & de femore bubulo, & galeopside siue galeobdolo, & clauce siue eugalacto ix

De glaucio, & glycyside, & gnaphalio siue chamęzelo, & galedrago, & holco, &

hyosiri, & holosteo, & hypophæsto x
De hypoglossa & hypecoo, Idæa, isopyro, lathyri, leontopetalo, lycopside, & aliis quibusdam xi
De medio, & myosota, & myagro, & natrice, & othone, & onosma, & onopordo & osyri, & oxye, & batrachio, & polygono, & leucanthemo, & phyteuma, & phyllo, & phellandrio & phalari, & polyrrhizo & proserpinaca, & de rachoma, & de reseda, & stœchade xii
De solano, & smyrnio, & telephio, & trichomane & thalictro & thlaspe & tragonia & tragoni, & tragopogo & spondylio: & quòd quidam morbi in quibusdam non sunt gentibus xiii
Summa medicinæ, & historiæ, & observationes ccii.

Ex autoribus

Pompeio Lenæo, Sextio Nigro, qui Græcè scripsit, Iulio Basso, qui item, Antonio Castore. Cornelio Celso.

Externis

Theophrasto, Apollodoro Cittiense, Democrito, Aristogitone, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro qui Biochresta scripsit, Nicandro.

Medicis

Mnestheo, & cæteris iisdē quibus in priore libro.

Libro xxviii. continentur medicinæ ex animalibus Cap. i.
An sit in medendo aliqua vis verborum: ostenta & sanciri & depelli ii
Remedia ex homine contra Magos iii
De quibusdam sortilegiis, & saliua hominis iiii
De observatione victus v
De sternutamento & Venere, & cæteris remediis vi
De remediis muliebribus vii
Medicinæ ex animalibus peregrinis, & elephanto, & leone, & de camelo, & hyæna, & crocodilo, & chamæleōte, & scinco, & hippopotamo, & lyncibus viii
Medicinæ communes ex feris animalibus aut eiusdē generis placidis, lactis vsus, & obseruationes, & de caseis, butyro, & adipe ix
Medicinæ de apro, & capris, & equis feris, & remedia ex bestiis contra omnes morbos x
De remediis ad morborum multa genera ex animalibus xi
Ad faciei vitia, ceruicis & pectoris morbos xii
Ad stomachi, lumborum, & renum vitia xiii
Ad aluum sistendam, cœliacos, & dysentericos, inflationes alui, rupta, tenesmon, & tænias, & colum xiiii
Ad vesicæ cruciatus, & calculos, de genitalium & sedis vitiis, & inguinum remediis xv
Ad podagras, morbum comitialem, sideratos, ossaque fracta remedia xvi
Ad melancholicos, lethargicos, hydropicos, ignem sacrum, & ad dolores neruorum remedia xvii
Ad sanguinem sistendum, & cōtra hulcera & carcinomata, ad scabiem remedia xviii
Ad muliebria mala medicinæ xix
Mira de animalibus xx
Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes clxxxv.

Ex autoribus

M. Varrone, L. Pisone, Fabiano, Verre, Antiate, Verrio Flacco, Catone Cēsorio, Seruio Sulpitio, Licinio Macro, Celso, Massurio, Sextio Nigro, qui Græcè scripsit, Bytho Dyrracheno, Ophilio Medico, Granio Medico.

Externis

Democrito, Apollonio qui Myrsin, Mileto, Artemone, Sextilio Antæo, Homero, Theophrasto, Lysimacho, Attalo, Xenocrate, Orpheo qui Diophios, Archelao qui item, Demetrio, Sotira, Laide, Elephātide, Salpe, Olympiade Thebana, Diotimo, Iolla, Mictione Smyrnæo, Aeschine Medico, Hippocrate, Aristotele, Metrodoro, Icacida Medico, Hesiodo, Dialcone, Cęcilio Bione qui peri dynameō, Anaxilao, Iuba rege.

Libro xxix. continentur medicinæ ex animalibus.

De ori

De origine medicinæ & quando primùm clinice, & quādo primùm iatraleptice, & de Chrysippo, & Erasistrato, & empirice, & Herophilo, & reliquis illustribus medicis, & quoties ratio medicinæ mutata sit, & qui primus Romæ medicus, & quando, & quid de medicis antiqui Romani iudicauerint, & vitia medicinæ Cap. i
De medicinis lanarum ii
De ouorum natura iii
Remedia de cane, & ex animalibus quę placida non sunt, sed fera, & ex volucribus, & contra morsus phalangiorū iiii
De seuo camelino, & cane rabido, & lacerta, & anseribus, & columbis, & mustelis remedia v
Ad alopecias tollendas, & ad pilos reddēdos, & ad lendes tollendos, & ad palpebras, & ad glaucomata, & ad oculos & parotidas remedia vi
Summa medicinæ, & obseruationes dxxi

Ex autoribus

M. Varrone, L. Pisone, Verrio Flacco, Antiate, Nigidio, Cassio Hemina, Cicerone, Plauto, Celso, Sexrio Nigro, qui Gręcè scripsit, Cęcilio Medico, Metello Scipione, Ouidio Poeta, Licinio Macro.

Externis

Philopatore, Homero, Aristotele, Orpheo Democrito, Anaxilao.

Medicis

Botrye, Apollodoro, Archidemo, Anaxilao, Aristone, Xenocrate, Diodoro, Chrysippo Philosopho, Horo, Nicandro, Apollonio Pitanæo.

Libro xxx. continentur medicinæ ex animalibus reliquæ prioris libri.
De origine Magicæ artis, quando & à quibus cœperit, & à quibus celebrata fuerit, & reliquę ex animalibus medicinæ i
De speciebus Magię, Neronisque & Magorum detestatio ii
De talpis, & reliquæ medicinæ per mor-

bos digestæ in animalibus, quorum genera placida sunt aut fera iii
Quomodo commendetur os, & contra maculas faciei, & ad faucium viria iiii
Ad strumas exhulceratas, ad humerorum & præcordiorum dolores v
De pulmonum vitiis, & iecoris, & sanguinis reiectionibus vi
Ad dysentericos, & ventris mala remedia vii
Ad calculos, & vesicæ dolores, testiúmque & inguinum tumores, & ad panos viii
Ad podagras, & articulorum dolores ix
Remedia aduersus morbos toti corpori x
Contra morbum regium, & phreneticos, & contra febres & hydropicos xi
Ad ignem sacrum, ad carbunculos, furunculos, ambusta, neruorúmque contractiones xii
Ad sanguinem sistendum, & tumores vulnerum, & hulcera, vulnera, & alia mala ex animalibus remedia xiii
Ad muliebria mala medenda, & cōceptus maturandos xiiii
Promiscuæ medicinæ xv
De miraculis quarundam bestiarum xvi
Summa medicinę, & obseruationes octingentæ liiii.

Ex autoribus

M. Varrone, Nigidio, M. Cicerone, Sextio Nigro qui Græcè scripsit, Licinio Macro.

Externis

Eudoxo, Aristotele, Hermippo, Homero, Apione, Orpheo, Democrito, Anaxilao.

Medicis

Botrye, Horo, Apollodoro, Menandro, Archimede, Aristone, Xenocrate, Diodoro, Chrysippo, Nicandro, Apollonio Pitanæo.

Libro xxxi. continentur medicinę ex aquatilibus, & aquarum mirabilia.
Aquarum mirabilia Cap. i
De differentia aquarum, medicinis & obseruationibus cclxvi. ii
De qualitate aquarum, insalubritate vel commoditate earum iii

Aquarum ſubitò naſcentium aut deſinentium ratio IIII
Obſeruatio hiſtorica V
Ratio aquæ ducendæ, & quomodo medicatis vtendum, & quid profit nauigatio, & medicinæ aquæ marinæ VI
De generibus ſalis & confecturis & medicinis, & obſeruationibus VII
De ſcombro piſce, & muria, & alece VIII
De natura ſalis, & eius medicinis IX
De nitri generibus, & confecturis, & medicinis, & obſeruationibus X
De ſpongiarum natura XI
Summa medicinæ, hiſtoriæ, & obſeruationes nongentæ vigintitres.

Ex autoribus

M. Varrone, Caſsio Parmenſe, Cicerone, Mutio, Cornelio Celſo, Trogo, Ouidio, Polybio, Sornatio.

Externis

Callimacho, Cteſia, Eudico, Theophraſto, Eudoxo, Theopompo, Polyclito, Iuba, Lyco, Apione, Epigene, Pelope, Apelle, Democrito, Thraſyllo, Nicādro, Menandro Comico, Attalo, Salluſtio Dionyſio, Andrea, Nicerato, Hippocrate, Anaxilao.

LIbro XXXII continētur reliquę medicinæ ex aquatilibus.

De echeneide piſce, & mirabili eius proprietate, de torpedine, & marino lepore, & mirabilia rubri maris Cap. I
De ingeniis & manſuetudine quorundā piſcium, & vbi ex manu edant, & vbi reſponſa dantur ex piſcibus II
De his, quibus in terris & in aquis victus eſt, & de caſtoreis medicinæ & obſertiones III
De teſtudine, & multorum piſcium medicinæ, & obſeruationes IIII
De aquatilibus, quomodo remedia in morbos digeſta ſunt, & primùm contra venena, & venenata animalia V
De oſtreis & purpuris, alga, & eorum remedia VI
Ad alopecias & capillos, & oculorum & aurium & dentium & faciei vitia VII
Promiſcuæ medicinæ VIII
Ad iocineris vitia, laterúmque, ad ſtomachi, alui, & aliæ promiſcuæ medicinæ IX
Ad febres omnium generum, & contra diuerſas infirmitates X
Animalium omnium in mari viuentium CLXVI. genera eſſe XI
Summa medicinę, & hiſtorię & obſeruationes nongentæ vigintiocto.

Ex autoribus

Licinio Macro, Trebio Nigro, Sextio Nigro qui Græcè ſcripſit, Ouidio Poeta, Caſsio Hemina, Mecœnate, L. Atteio.

Externis

Iuba, Andrea, Salpe, Apione, Pelope, Apelle Thaſio, Thraſyllo, Nicandro.

LIbro trigeſimotertio cōtinentur naturæ metallorum.

Quæ prima commendatio metallorum auri, & de origine anulorum aureorum, & modo auri apud antiquos, & equeſtri ordine, & de iure anulorum aureorum Cap. I
De curiis iudicum, & quoties nomina equeſtris ordinis immutata, & donis militaribus, & quando primùm coronę aurea II
De reliquo vſu auri in viris & mulieribus, & de nummo aureo, & quando primùm ſignatum eſt æs, argentum, & aurum, & antequàm ſignaretur qui mos in ære, & quæ maxima pecunia primo cenſu, & quoties & quibus tēporibus auroritas auri III
Ratio naturalis auri inueniendi, & quando primùm aurea ſtatua, & medicinæ ex auro IIII
De chryſocolla, & medicinæ ex chryſocolla V I. & mirabilis natura eius glutinandis inter ſe perficiendiſque metallis V
De argento, & argento viuo, & ſtibio ſiue alabaſtro, & ſcoria argenti, & de ſpuma

ſpuma argenti VI
De minio, quātæ autoritatis fuerit apud Romanos, & inuentione eius, & cinnabaris ratione in picturis, & medicinæ: de generibus minij, & ratione eius in picturis VII
De hydrargyro, de argento inaurando, de coticulis in argenti generibus, & experimentis VIII
De ſpeculis, & Aegyptio argento IX
De immodica pecunia, & quorum maximæ opes fuerint, & quādo primùm populus Romanus ſtipem ſparſerit X
De luxuria, & frugalitate in vaſis, & lectis argenteis, quando lances immodicæ factæ XI
De ſtatuis argenteis, & cælatura argenti, & cæteris quibuſdam XII
De ſile, & cæruleo, & neſtoriano, & cælo, & quòd non omni anno æqualiter ſpecies vendantur XIII
Smma medicinæ, & hiſtoriæ, & obſeruationes mille ducentę quindecim.

Ex autoribus

L. Piſone, Antiate, Verrio, M. Varrone, Cornelio Nepote, Meſſala, Ruffo, Marſo Poeta, Butho, Iulio Baſſo qui de medicinis Græcè ſcripſit, Sextio Nigro qui itē, Fabio Veſtale.

Externis

Democrito, Metrodoro Scepſio, Menæchmo qui de toreutice ſcripſit, Xenocrate qui item, Antigono qui item, Heliodoro qui de Athenienſium anathematis, Paſitele qui admirabilia opera ſcripſit, Nymphodoro, Timæo qui de medicina metallica ſcripſit, Iolla, Apollodoro, Andrea, Heraclide, Diagora Botryenſe, Archimede, Dionyſio, Ariſtogene, Democrito, Mneſicle, Attalo Medico, Xenocrate Zenonis, Theomneſto.

LIbro trigeſimoquarto continētur æris metalla, & ferri, & plumbi, & ſtanni Cap. I
Genera æris, quæ Corinthia, quæ Deliaca, quæ Aeginetica II
De candelabris, & templorum ornamētis III
Quando primùm ſimulachrum Romæ factum, & de origine ſtatuarū, & honore ſtatuarum, & generibus, & figuris IIII
De ſtatuis togatis, & quibuſdam aliis, & quibus primùm in columna, & quando roſtra, & quando primùm publicè, & quæ primùm ſtatuæ Romæ V
De ſtatuis ſine tunicis, & quibuſdā aliis, & quæ prima Romæ ſtatua equeſtris, & quando omnes ſtatuæ priuatim & publicè ſublatæ, & quibus Romæ mulieribus, & quæ primæ ab exteris publicè poſitæ VI
De antiquis ſtatuariis, & pretiis ſignorū immodicis, & coloſsis in vrbe celeberrimis VII
Nobilitates ex ære operum & artificum CCCLXVI. VIII
Differentię æris & mixturę, & de ſeruādo ære IX
De cadmia medicinæ X
De ſcoria, & flore & ſquama æris, & ſtomomate, & ærugine, & hieracio XI
De ſcolecia, & chalciti, & miſy, & ſory, & calchanto XII
De pompholyge, & ſpodio, & antiſpodio, & diphryge, & triente Seruilio XIII
De ferro, & ferreis metallis, & differētiæ ferri XIIII
De temperatura ferri, & medicinę ex ferro & ærugine, & rubigine, & ſquama ferri, & hygremplaſtro XV
De plumbi metallis, & albo plumbo, & nigro XVI
De ſtanno, & plumbo argentario, & quibuſdam aliis XVII
Medicinę de plumbo, & ſcoria plumbi, de molybdena ſiue galena, de pſimmythio & ſandaracha XVIII
Summa res, & hiſtorię, & obſeruationes DCCCXV.

Ex autoribus

L. Piſone, Antiate, Verrio, M. Varrone, Meſſala, Ruffo, Marſo Poeta, Butho, Iulio Baſſo qui de medicina Græcè ſcri-

pſit, Sextio Nigro qui item, Fabio Veſtale.

Externis

Democrito, Metrodoro Scepſio, Menæchmo qui de toreutice ſcripſit, Xenocrate qui item, Antigono qui item, Duride qui item, Heliodoro qui Atheniensium anathemata ſcripſit; Nymphodoro, Andrea, Heraclide, Diagora Botryēſe, Iolla, Apollodoro, Archimede, Dionyſio, Ariſtogene, Diomede, Mneſicle, Xenocrate Zenonis, Theomneſto.

Libro triceſimoquinto continetur honos picturæ.

Honos picturæ Cap. I
Honos imaginum II
Quando primùm clypei imaginum publicè, & quando in domibus poſiti, & de picturæ initiis, & monochromato, & primis pictoribus, & antiquitate pictorum in Italia III
De pictoribus Romanis, & quando primum dignitas picturæ, & qui victorias ſuas pictura propoſuerunt, & quando externis picturis dignitas Romæ IIII
Ratio pingendi, de pigmentis V
De coloribus natiuis & factitiis VI
Qui colores vdo non inducantur, & quibus coloribus antiqui pinxerunt, & quando primùm gladiatorum pugnæ propoſitæ ſunt VII
De ætate picturæ, operum & artificum indicatura, nobilitates CCCV. VIII
Primum picturæ certamen, & qui primi penicillo pinxerunt IX
De auibus per picturam deceptis, & quid difficillimum in pictura X
De auium cantu compeſcendo, & quis encauſto & penicillo primus lacunaria & cameras pinxerit, ſparſimque pretia mirabilia picturarum XI
Plaſtices primi inuentores, de ſimulacris & vaſis fictilibus, & pretio eorum XII
Terræ varietates, & de puluere Puteolano, & aliis terræ generibus, quæ in lapidem vertuntur XIII
De parietibus formaceis & latericiis, & eorum ratione XIIII
De ſulphure, & alumine, & generibus eorum, & medicinæ XV
De terra Samia, & Eretria, & Chia, & Selenuſia, pingniti, & ampeliti medicinæ XVI
Cretæ genera ad veſtium vſus, Cimolia, Sarda, Vmbrica, ſaxum, argentaria XVII
Qui, & quorum liberti præpoſiti XVIII
De terra ex Galatha, & terra Clupea, terra Balearica, terra Ebuſitana XIX
Summa medicinæ, & hiſtoriæ, obſeruationes DCCCCLVI.

Ex autoribus

Meſſala oratore, Meſſala ſene, Feneſtella, Attico, Verrio, M. Varrone, Cornelio Nepote, Decio Eculeone, Mutiano, Meliſſo, Vitruuio, Caſsio Seuero, Longulano, Fabio Veſtale qui de pictura ſcripſit.

Externis

Paſitele, Apelle, Melanthio, Aſclepiodoro, Euphranore, Paraſio, Heliodoro, qui anathemata ſcripſit Athenis, Metrodoro qui de architectonice ſcripſit, Democrito, Theophraſto, Apione Grammatico qui de metallica medicina ſcripſit, Nymphodoro, Andrea, Heraclide, Iolla, Apollodoro, Diagora Botryenſe, Archidemo, Dionyſio, Ariſtogene, Demane, Mneſicle, Xenocrate Zenonis, Theomneſto.

Libro trigeſimoſexto continentur naturæ lapidum & luxuriæ marmorum

Cap. I
Quis primus marmor in publicis operibus oſtenderit II
Quis primus peregrino marmore colũnas habuerit Romę III
Qui primùm laudati marmore ſcalpendo, & quibus temporibus IIII
Nobilitates operum & artificum in marmore CXXVI de marmore Pario, & Mauſoleo V
Quando primùm marmorum in ædificiis vſus, & quis primus Romæ cruſta uerit

uerit parietes, & quibus ætatibus quæque marmora in vſum venerint, & quis primus marmora ſecuerit. & ratio ſecandi: de harena VI
De Naxio, & Armenio, & de generibus marmorum VII
De alabaſtrite & Lydino, & Alabandico VIII
De obeliſco Thebaico, Alexandrino, & de illo qui eſt in Circo magno IX
De illo, qui eſt in campo Martio pro gnomone X
De tertio obeliſco Romæ in Vaticano XI
De pyramidibus Aegyptiis & ſphinge XII
De labyrinthis, Aegyptio, Lemnio, & Italico XIII
De penſili horto & oppido, & tẽplo Dianæ Epheſiæ XIIII
De delubro Cyzici, & lapide fugitiuo, & de echo ſepties reſonante, & ædificio ſine clauo, & mirabilia ædificiorũ Romæ XV
De magnetis generibus, & medicinis XVI
De lapidibus, qui citò abſumunt corpora in eis condita, & de his qui diu ſeruant, & de Aſsio lapide, & medicinis eius XVII
De ebore foſsili, & lapidibus oſſeis, & palmatis, & aliorum generibus XVIII
De corallio, vel pyrite, & medicinis eius, & oſtracite, de amianto lapide, & medicinis eius, de militite lapide & viribus eius, de gagate lapide & medicinis eius, de ſpõgiis & Phrygio lapide, & natura eius XIX
De hęmatite, & quinque generibus eius, & ſchiſto XX
De quatuor generibus aetitis, & calamo, & Samio, & Arabo, & pumicibus XXI
De lapidibus mortariorum medicinaliũ, & mollibus lapidibus, & ſpeculari lapide, & ſilicibus, & phengite, & cotibus, & reliquis ad ſtructuram lapidibus, igni & tempeſtatibus & reſiſtentibus XXII
De ciſternis, & calce, & harenæ generibus, & miſtura calcis & harenæ, & vitiis ſtructuræ, & tectoriis & columnis XXIII
De medicinis calcis, & maltha, & gypſo XXIIII
De pauimentis, & quando primùm Romæ, & ſubdialibus pauimentis, & Græcanicis, & quando primùm cameræ XXV
De origine vitri, & ratione faciendi, & de obſidiano vitro, & generibus multiformibus vitri XXVI
Ignium miracula, medicinæ, prodigia XXVII
Summa medicinæ, & hiſtoriæ, & obſeruationes DXXIII.

Ex autoribus

M. Varrone, Cælio, Galba, C. Ictio, Mutiano, Nepote Cornelio, L. Piſone, Tuberone, Seneca, Fabio Veſtale, Annio Fœciale, Fabiano, Catone Cenſorio, Vitruuio.

Externis

Theophraſto, Praxitele, Iuba rege, Nicandro, Sotaco, Sudine, Alexandro Polyſtore, Apione, Pliſtonico, Duride, Herodoto, Euemero, Ariſtagora, Dionyſio, Artemidoro, Bucorida, Antiſthene, Democrito, Demotele, Lycea.

Libro XXXVII. continetur origo gemmarum.

De gemma Polycratis tyranni, & Pyrrhi regis, & qui ſculptores optimi, & nobilitates artificum, & quis primus dactyliothecam Romæ habuit I
De gemmis translatis in triumpho Pompeij, & natura cryſtalli & medicinis, & luxuria circa eam, & quando primùm inuenta myrrhina, & luxuria circa ea, & natura myrrhinorum, & quæ mentiti ſunt autores de ſuccino II
De ortu, & medicinis, & generibus, & luxuria ſuccinorum, & lyncurio, & medicinæ III
De adamantis generibus, & medicinis, & margaritis IIII
De ſmaragdi generibus, & gemmis viridibus translucidis V
De opali generibus, & vitiis, & experimẽtis, & variis gemmis VI
De generibus carbunculorum, & vitiis, & experimentis, & gemmis ardentibus VII

De

De generibus topazij, & callaide, & de gẽmis viridibus non translucentibus VIII
De iaspidum generibus IX
De quibusdam gemmis per alphabeti ordinem X
De gemmis, quæ à membris hominum cognominantur, & quæ ab animalibus, & de his, quæ à cæteris rebus XI
De gemmis nascentibus, & factitiis, & figuris gemmarum XII
De ratione probandarum gemmarum XIII
Summa res & historiæ, & obseruationes MCCC.

Ex autoribus

M. Varrone, Actis triumphorum, Mecœnate, Iaccho, Cornelio Boccho.

Externis

Iuba rege, Xenocrate Zenonis, Sudine, Aeschylo, Philoxeno, Euripide, Nicãdro, Satyro, Theophrasto, Carete, Philomene, Democrate, Xenotimo, Metrodoro, Sotaco, Pythea, Timæo Siculo, Nicea, Theochresto, Asaruba, Mnasea, Theomene, Ctesia, Mithridate, Sophocle, Archelao rege, Callistrato, Democrito, Ismenia, Olympico, Alexandro Polyhistore, Apione, Horo, Zoroastre, Zactalia.

Finis libri primi

C. PLIN

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SECVNDVS.

An finitus sit mundus, & an vnus. CAP. I.

MVNDVM, & [1] hoc, quod nomine alio [a] cælum [2] appellare libuit, cuius [b] circumflexu [3] teguntur cuncta, numen esse credi par est, æternum, immensum, neque genitum, neq; interiturum vnquam. Huius extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanę coniectura mētis. Sacer est, æternus, immensus, totus in [c] toto, imò verò ipse totum; [d] finitus, & [4] infinito similis, omnium rerum certus, & similis incerto; extrà, intrà, cuncta cōplexus in se: idémque rerum naturæ [e] opus, & rerum ipsa natura. Furor est, mensuram eius animo quosdam agitasse, atque prodere ausos: alios rursus occasione hinc sumpta, aut [5] his data, [f] innumerabiles tradidisse mundos, [6] vt totidē rerū naturas credi [7] oporteret, [8] aut, si vna omnes incubaret [g], totidē tamen Soles, totidemq; Lunas, & cætera etiā in vno & immensa, & innumerabilia sydera: [9] quasi nō eadem quæstione semper in [h] termino cogitationis occursura, desiderio finis alicuius: aut, si hæc infinitas naturæ omnium artifici possit assignari, non illud idem in vno faciliùs sit intelligi, tanto præsertim opere. Furor est, profectò furor, egredi ex eo, & tanquam interna eius cuncta planè iam sint nota, ita scrutari extera: quasi verò mensuram vllius rei possit agere, qui sui nesciat: [10] aut mens hominis videre, quæ mundus ipse non capiat.

1 hoc quodcunque, nomine, &c. M. quocunque. V.
2 appellari M. V.
3 degunt. M. dicunt cuncta cōtineri. CH.
4 infinitus ac finito similis. M.
5 hinc M.
6 ac si Alij.
7 oporteat. Ver.
9 aut, si vnā omnes incubarent. M. aut si vni. V
9 quasi non eadem quæstiones semper in termino cogitationis sint occursuræ, si deerit finis aliquis. M.
10 aut mereantur homines videre &c. M. Aut homines possint videre. CH.

ANNOTATIONES,

a Vetustissimi Romani cohum appellauerunt. Ennius. *-pilam vnc Sol mediam, complere cohum terroribus audet.*
b Hæc ex Arist. lib. j. de Cælo. Vide num Plato aliter senserit.
c Hoc est, extra quod nihil est, nec motus nec tempus.
d Finitum esse ingeniosis rationibus probat Rhodig. ca. 19. lib. 2.
e Hæc antithesis conatur probare mundum nec cœpisse, nec desiturum esse, sed sibiipsi esse causam æternam.
f Ea fuit Democriti opinio apud Arist. & Val. Max.
g Ab absurdo monstrat non plures esse mundos, ex Arist.
h Sensus est, si plures sint mundi, fore vt nunquam sciri possit vbi sit primus, nec disputationis ac quęstionis finem vnquam futurū.

De forma eius. CAP. II.

FOrmam [a] eius in speciem orbis absoluti [1] globatam esse, nomen in primis, & cōsensus in eo mortalium, orbem appellantium, sed & argumenta rerum, docent: non solùm quia talis figura omnibus sui partibus vergit in sese, ac sibi ipsa toleranda est, seq; includit, & cōtinet, nullarum egens compaginum, nec [b] finem, aut initium vllis sui partibus sentiens, nec quia ad motum, quo subinde [2] verti debeat, (vt mox apparebit) talis

1 globosam. V.
2 verti mox apparebit. M.

aptissima est, sed oculorum quoque [3] probatione; quòd [c] conuexus, mediúsque, quacũque cernatur: quum id accidere in alia non possit figura.

3 probatione hoc declaratur. M.

ANNOTATIONES.

a De forma mundi vide Aristotel em de Mundo cap. 2. Physic. lib. 8. de Cælo lib. 2.
b Apud Philonem Byblium Sanchumates Berytius antiquissimus rerum Phœniciæ scriptor, mũdum ζωειδῆ τῆ τοῦ ὠοῦ σχήματι esse vult. Itaque initiis & Orgiis sacris Liberi patris, ouum, tanquam imago mundi, religiosissimè colebatur, auctore Macrobio ca. 17. 7. Saturn. & Plutarcho in Sympos. Apud Probum grammaticum Varro in Logistorico, Cœlum est testa: item vitellum, vt terra inter illa duo humor quasi in sinum conclusus aëris, in quo calor. Quidam mundum figura literæ o esse volunt, in qua extremum linea mentum Oceanum, repræsentat, ὑγρᾶ φύσει πέφυκε, vt ait idem Probus: témque Cyrillus. πανάριστον, ᾧ πάσα περιφέρεται & ἐνδιδύει χθών. Had. Iun. cap. 4. 3.
c Homerus ideò terram ἀντίξεινα vocat, propter globosam, orbicularam, rotundámque figuram, sine carentem ac initio.

De motu eius. CAP. III.

HAnc ergo formam eius, æterno, & irrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, viginti quatuor horarum spatio circumagi, Solis exortus & occasus haud dubium reliquêre. [1] An sit immensus, & ideò sensum aurium [2] facilè excedens, tãtæ molis [3] rotatæ vertigine [4] assidua sonitus, non equidem facilè dixerim; non hercle magis, quàm circumactorum simul tinnitus syderum, suósque voluentium orbes: [5] an dulci quidem & incredibili suauitate concentus: nobis qui intus agimus, iuxtà diebus noctibúsque tacitus labitur mundus. Esse innumeras ei effigies animalium, rerúmque cunctarum impressas, nec (vt in volucrum notamus ouis) læuitate continua lubricum corpus, [b] quod clarissimi autores dixêre [6] tenerum, argumentis indicatur: quoniam inde deciduis rerum omnium seminibus, innumeræ, in mari percipuè, ac plerunque confusis, monstrificæ [7] gignantur effigies. Prætereà visus probatione, alibi plaustri, alibi vrsi, tauri alibi, [8] alibi literæ figura, candidiore medio [9] super verticem circulo.

1 an autem sit M.
2 facilè, in quibusdam non legitur.
3 rotata. Ven.
4 assiduus M.
5 an dulcis quidam &c. M. an dulcis quidam & incredibilis suauitatis concentus. Nobis qui. &c. CH. concentu nobis qui intus agimus iuxta diebus noctibúsque tacitus labatur mundus. Alij.
6 rerum argumentis indicatur. M. quod clarissimum autores dixêre, terrenorũ argumentis iudicatur. CH.
7 generantur. Ven.
8 alibi Δ literæ. Ven.
9 per verticem. M.

ANNOTATIONES.

a Hæc fuit sententia Pythagoricorum: de qua re vide Somnium Scipionis, ex Platone. Vide item Arist. Phys. 8.
b Martianus Capella globosum ac tenerum corpus vocat, supernorisque læuitate compactum instar speculi prænitens s. Plato in Timæo, læuem esse mundum ait, extrinsecus vndique politum & cum æqualitate summa tornatum. Cicero, *Qui terram tenero circũiectu amplectitur.* Euripides, ὑγρᾶς ὑφ' ἁγνᾶς ἁρμονίας ὑγρᾷ molle ac tenerum est, quod hic Plinius vocat læuitate lubricum. Virg. *& ipse tener mundi concreuerit orbis.*

Cur mundus dicatur. CAP. IIII.

EQuidem & consensu gentium moueor. Nam quem [a] κόσμον Græci, nomine ornamenti [1] appellauerunt, eum nos à perfecta absolutáque elegantia, mundum. [b] Cælum quidem haud dubiè cælati argumento [2] diximus, vt interpretatur M. Varro. Adiuuat rerum ordo, descripto circulo, qui Signifer vocatur, in duodecim animalium effigies: & per illas Solis [3] cursus, congruens tot seculis ratio.

1 appellauere. M.
2 diximus. M.
3 Solis cursui congruens tot circulorum ratio. M.

ANNOTATIONES.

a Varro in satyra Dolio. *Mundus domus est maxima omniũ: Quã quinquã altitona fragmine Zonæ cingunt: Per quem limbus pictus bis sex signis Stellimicantibus, altus in obliquũ æthere Lunæ Bigas acceptat positum, cui septisfia patet.* Vocatur à cælatura cælum: Græcè ab ornatu, κόσμος: Aristoteles κάλλιστον τὸν κόσμον ὑπὸ τῶν θεῶν γεγονέναι. Latinè à puritie mundus dicitur. Vide Platonem in Gorgia.
b Aërem etiam olim vocarunt Ἄχλυν Græci, vt inane Latini. Euripides in Cadmo apud Probum, ἀχλὺς ὑπὲρ γῆς πνεῦμα, φωτὸς ἀπαμαυρωτήρ. Τὸ δὲ ὑ μόνον ἀχλυόεν καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀμιχλῶσι χάος. Aristophanes in Auibus. Διὰ τὸν πίλον τὸν ἐπὶ τῆς ἀχλυώσης καὶ τὸ χάος. Theoc. ὑπὸ πτερύγων ἀνανεύσας ἴσον ἴχνεα δὶ ἀέρος χάνει. Inde etiam fortassis veteres chaum cælum dixerunt. Vide annot. cap. 1.

De quatuor elementis. CAP. V.

NEc de [a] elementis video dubitari, quatuor ea esse. [1] Ignium [b] summum: inde tot stellarum collucentium illos oculos. Proximum [2] spiritus, quem Græci nostríque eodem vocabulo aëra [c] appellant. Vitalem hunc, & per [d] cuncta rerum meabilem, totóque [3] consertum: [4] huius vi suspensam, cum quarto aquarum elemẽto, librari medio spatio tellurem. Ita mutuo [c] complexu diuersitatis effici nexum, & leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent: contráque grauia, ne ruant, suspendi, leuibus in sublime tendentibus. Sic pari in diuersa nisu, vi [5] sua quæque consistere, irrequieto mundi ipsius constricta circuitu: quo semper in se currente, imam atque mediam in toto esse terram, eandémque [6] vniuersi cardine stare pendentem, [7] librantem per quæ pendeat: ita solam immobilem [8] circa eam volubili vniuersitate, eandem ex [9] omnibus necti, eidémque omnia inniti.

1 ignem. M. ignitum tumulo CH.
2 spiritum. M.
3 confertum. M.
4 cuius. V.
5 in suo quæque cõsistere. M.
6 vniuersũ. M.
7 librantémque. M. Ver.
8 circa eam volubili vniuersitate. M.
9 ex omnibus necti, & eidem omnia innecti. Turn. ca. 4. 22. Adu.

ANNO

ANNOTATIONES.

a De elementorum ratione vide Aristotelem lib. 2. de Generatione & corruptione.
b Falsò Plinius putat eandem esse materiam ignis & cœli, Epicureos secutus.
c Hunc αἰθέρα Græci vocant. Euripides ἐχῶ τὸν ὑψηλὸν τὸν ὑπέραιρον αἰθέρα, ᾗ γῆν πυρὶ ἴσχνθ' ὑγρᾷ τε συγχέᾳ νιν ἀγχόνας, τόνδ' ἡμεῖς βροτοὶ καλοῦμεν Δία. Hos versus sic Latinos fecit Cicero 2. de Nat. Deor.
Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qui terram tenero circumiectu amplectitur?
Hunc summum habeto deum, hunc perbibeto Iouem.
d Seneca quæst. Nat. lib. 2. cap. 9. *Spiritus non aperta tantùm inter dentes, sed etiam abdita & inclusa.*

De septem planetis. CAP. VI.

INter hanc, cælúmque, eodem spiritu pendent, certis discreta spatijs, septem sydera, quæ ab incessu vocamus errantia, quum errent nulla minùs illis. Eorum [a] medius Sol fertur, amplissima magnitudine ac potestate: nec temporum modò, terrarúmque, sed syderum etiam ipsorum, cælíque rector. Hunc mundi esse totius [b] animum, ac [1] planiùs mentem: hunc principale naturæ regimen, ac numen credere decet, opera eius æstimantes. Hic lucem rebus ministrat, aufértque tenebras: hic reliqua sydera [2] occultat: hic vices temporum, annúmque semper renascentem ex vsu naturæ temperat: hic cæli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat: hic suum lumen cæteris quoque syderibus fœnerat. Præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi literarum Homero placuisse in vno [3] eo video.

1 planè, Quidam.
2 occultat, illustrat. M. inlustrat. CH.
3 Dictio, eo, redundat

ANNOTATIONES.

a Chaldæi errantia sydera ad hunc numerum redegerunt: Ptolemæus verò ac Theon Solem & Lunam inter errantia non recensent. De Planetarum numero, motu, & situ, vide Arist. lib. de Mundo cap. 2.
b Elegantissimi hac de re Orphei versus,

Κλῦθι μάκαρ, πανάδερκες ἐχων κύκλον ὑμέναν,
Τίτανά χρυσοφαῆ, κόσμου ἔρεισμα φάος.

Et paulò pòst,

ἡμεῖς δὲ κλύοντες, ἐπεὶ φάος, ὦ μάκαιρα,
Μάσσιν ἀμυχθῇ ἄρμασι δινόμενον.

De Deo. CAP. VII.

QVapropter [a] effigiem Dei formámque quærere, imbecillitatis humanæ reor. Quisquis est Deus (si [1] modò est alius) & quacunque in parte, totus est sensus, [2] totus visus, totus auditus, totus [b] animæ, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere [3] atque etiam ex virtutibus vitiísque hominum, vt Pudicitiam, Cõcordiam, Mentẽ, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, [c] aut (vt Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium, maiorem ad socordiam accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, vt portionibus [4] quisque coleret, quo maximè indigeret. Itaque nomina alia alijs gentibus, & numina in ijsdem innumerabilia [5] reperimus: inferis quoque [6] in genera descriptis, morbísque, & multis etiam pestibus, dum esse [7] placatas trepido metu cupimus. Ideóque etiam publicè [d 8] Febri fanum in Palatio dicatum est, Orbonæ ad ædem Larium ara, & Malæ Fortunæ Exquilijs. Quamobrem maior cælitum populus etiam quàm hominum intelligi potest, cùm singuli quoque ex semetipsis totidẽ Deos faciant, Iunones [e] Genióque [9] adoptando sibi. Gentes verò quædam [10] animalia etiam [11] aliqua & obscœna, pro dijs [12] habẽt, ac multa dictu magis pudenda, per fœtidos [f] cibos, & [13] alia similia iurantes. Matrimonia quidem inter Deos credi, tantóque æuo ex his neminem nasci, & alios esse [14] grandęuos sempérque canos, alios iuuenes atque pueros, g [15] atricolores, aligeros, claudos, ouo editos, & alternis diebus viuentes morientésque, puerilium propè deliramentorum est. Sed super omnem impudentiam, adulteria inter ipsos fingi: mox iurgia & odia, atque etiam furtorum esse, & scelerum [16] numina. Deus est mortali [h] iuuare mortalem, [17] & hæc ad æternam gloriã via. Hac proceres iêre Romani: hàc nunc cælesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus, fessis rebus subueniens. Hic est vetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos, vt tales numinibus [18] adscribantur. Quippe & [19] omnium aliorum nomina Deorum, & quæ suprà retuli syderum, ex hominum nata sunt meritis. Iouem quidem aut Mercurium, alitérve alios inter se vocari, & esse [20] cœlestem nomenclaturam, quis non interpretatione [i] naturæ fateatur? [k] Irridendum verò agere curam rerum humanarum illud quicquid est summum. Anne tam tristi, atq; multiplici ministerio nõ pollui credamus [21] dubitemúsve? Vix propè est iudicare, vtrum magis conducat generi humano quandò alijs nullus est deorum respectus, alijs pudendus.

1 si mundo est alius aliquis. M. fortes si à mundo. Dal.
2 In CH. de sunt hæc adusque, totus animi.
3 rãque ex virtutib. hominum, quàm vitijs. M. atque tam ex uirtutibus quàm ex vitiis. CH. ex vitijs. Pint. atqui hæc est vera lectio.
4 coleret quisque. M.
5 inuenimus. M. CH.
6 in genera deorũ descriptis. M.
7 placata. M.
8 Febris. CH Febri fanum in Palatio dicatum est ad ædem Larium, & ara Malæ Fortunæ Exquiliis. ex Cicero. 2. de Nat. Deor.
9 adaptando. Ver.
10 animalia aliqua etiam obscœna pro diis habeant. M.
11 & aliqua ebf. Alij.
12 habeant. CH.
13 alia, & similia. Ver. per fœtidos cepas, allia, & similia. CH.
14 grandæuos semper canósque. M.
15 aeri coloris. M.
16 numina. At si deus est. M.
17 deest in M.
18 adscribant. M. & CH.
19 in M. non legitur. nec in CH.
20 cœlestium nomenclaturam. v. esse cœlestes nomẽclaturam. M. cœlestis nomenclatura quis non interpretationis &c. Pint. fortè, ἰcœlestes nomenclaturas Dal.
21 dubitemusue. Næuix propè est iudicari. CH.

dus. Externis famulantur[1] sacris; ac digitis deos gestant, & monstra quoque colunt: damnant, & excogitant[22] cibos: imperia dira in ipsos, ne somno quidem quieto,[23] irrogant. Non matrimonia, non liberos, non denique quicquam aliud, nisi[24] iubentibus sacris, deligunt. Alij in ipso [m] Capitolio fallunt, ac fulminantem peierant Iouem: & hos iuuant scelera, illos[25] sacra sua pœnis agunt. Inuênit tamen inter has vtrasque sententias medium sibi ipsa mortalitas numen, quo minùs etiam plana de Deo coniectatio esset. Toto quippe mundo, &[26] locis omnibus, omnibúsque horis omnium vocibus [n] Fortuna sola[27] inuocatur: vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea,[28] vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuiciis colitur: volubilis, à plerísque verò[29] & cæca etiã existimata, vaga, inconstans, incerta, varia,[30] indignorum fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium,[31] sola vtramque paginam facit. Adeóque[32] obnoxiæ sumus sortis,[33] vt [o] Sors ipsa pro Deo sit, qua Deus probatur incertus. Pars alia & hanc pellit, astróque suo [p] euentus assignat, & nascendi legibus: [34] semélque in omnes futuros vnquam Deo decretum: in reliquum verò otium datum. Sedere cœpit sententia hæc,[35] paritérque & eruditũ vulgus, & rude in eam cursu vadit. [36] Ecce fulgurum monitus, oraculorum præscita, aruspicũ prædicta, atque etiam (q parua dictu) in auguriis sternutamenta, & offensiones pedum. Diuus Augustus læuum prodidit sibi calceum præposterè[37] inductum, quo die seditione militari propè afflictus est. Quę singula improuidã mortalitatem inuoluũt, solùm vt inter ista certum sit, nihil esse certi, nec miserius quicquam homine, aut superbius. Cæteris quippe animantium sola victus cura est, in quo sponte naturæ benignitas sufficit: vno quidem vel[38] præferendo cunctis bonis, quòd de gloria, de pecunia, ambitione, supérque de morte non cogitant. Verùm in his Deos agere curam rerum humanarum credi, ex vsu vitæ est: pœnásque maleficiis aliquãdo seras, occũpato Deo in tanta mole, nunquam autem irritas esse, nec ideò proximum illi genitum hominem, vt vilitate iuxta belluas esset. Imperfectæ verò in homine naturæ præcipua solatia, ne Deum quidem posse omnia. Namque nec sibi potest mortem consciscere, si velit, quod homini dedit optimum in tantis vitæ pœnis: nec[39] mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos: nec facere, vt qui vixit, non vixerit: qui honores gessit, nõ gesserit: nullúmque habere in præterita ius, præterquam obliuionis: atque (vt facetis quoque argumentis societas hæc cum Deo copuletur) vt bis dena, viginti non sint, ac multa similiter efficere non posse: per quæ declaratur haud dubiè naturæ[40] potentia, ídque esse quod Deum vocamus. In hæc diuertisse non fuerit alienum,[41] vulgata propter assiduam quæstionem de Deo.

22 globos. M.
23 irrogant. CH.
24 nisi iuuantibus sacris, diligunt, M. & CH.
25 sacramenta. Vet. illis sacramẽta sua pœnas agunt. Alij.
26 omnibus locis. M.
27 inuocatur, ac nominatur, vna accusatur cum conuitijs colitur. M.
28 vna cogitatur, in Tol. d.
29 & cæca etiam, in CH. d. etiam, in Aliis.
30 indignorúmque. M.
31 sola est ea, quæ vtramque paginam facit. M.
32 obnoxij sumus sorti. Alij.
33 sortis, vt pro se ipsa sola pro Deo sit. M. CH.
34 semélque, in omnes futuros, Dei decreto: in reliquum vero otio dato. M.
35 paritérque & eruditi & rude vulgus. CH.
36 Sed ecce. M.
37 indutum. V.
38 præferenda. M. & CH.
39 mortalia. Alii.
40 potentiam id esse quod. Vet.
41 propter vulgatam assiduè. M.

ANNOTATIONES.

a Veterum opiniones de Deo vide apud Arist. de Mundo cap. 7. quamquam Platonem & Orpheum videatur hic secutus Plinius.
b Animæ, ψυχαὶ, quæ omnibus vita præditis eam præbent: animi, νόες, qui quæ in vniuerso fiunt omnia, admirabili sapientia regit & administrat. D. Augustino anima vitæ est, animus consilij. Animam Virgilius 6. Æneid. spiritum vocat.
c Plaut. in Aulul. *Vt te auferam Aula in Fidei fanũ ibi abstrudã probè.*
d Pauorem Hostilius atque Pallorem coluit, mox à nescio quo Febris dedicata. Minutius Fœlix. Idem D. Cyprianus lib. de idolorum vanitate. Arnobius lib. 4. aduersus Gent. Ab erroribus viarum dea Vibialia liberatsin tutela sunt Orbonæ, orbati liberis parentes; in Naniæ, quibus extrema tempora. Cicero 3. de Nat. Deor. *Febris enim fanũ in Palatio, & ædem Lauium & aram malæ Fortunæ Exquiliis consecratam videmus.* Febris fana tria Romæ fuerunt, vnum in capite vici Longi, alterum in Palatio, tertium iuxta monumenta Mariana. Huic & Malæ Fortunæ, Postuertæ, Prosę. Veiouí, Timori, Pallori, Rabigo, Auerruncus; apud Lacedæmonios Morti & Timori; apud Gades Pauperiari & Senectæ ædes, aræque positæ sunt: non vt opem ferãt, aut quidquam iuuent, sed ne quicquam obsint, aut noceant. De his vide Alex. ab Alex. cap. 13. 1.
e Natalis Deus Genius virorum: sic natalis mulierum Iuno. Tibullus. *Natalis Iuno sanctos cape thuris aceruos.* Plaut. In Menechm. *Teneo dextra genium meum.* Idem in Mercatore. *I hac mecum, vt videas simul Tuam Alcumenã pel licem Iuno eam.* Minutius Fœlix Præstites vocat Genios, quòd præsint hominũ actionibus: hominum custodes Hesiodus: manes Seruius. Ammianus lib. 12. ex Menandro, statim in lucem editis hominibus numina sociata sic vocat, quæ vitæ cursum regunt, admodũ paucis visa insigni virtute viris. Menandri versus sunt;

ἕκαστοι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ

ἰσθὺς γινομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

f Allia, porrum, cepas Ægyptij. Vide Alex. ab Alex. ca. 10. lib. 5.
g Plutarchus testatur Mortem albi fuisse coloris, Osirim subnigri, Typhona flaui.
h Cicero pro Ligario scribit homines ad Deos nulla re propius accedere, quàm salutem hominibus dando: id quod Strabo lib. 10. ὧν γὰρ ἔφησαν ἐχεῖ τοῦτο, ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεὸς, ἵνα εὐεργετῶσιν.
i Cicero enim ait eos, qui Dij appellantur, rerum naturas esse, non figuras Deorum.
k Hic sibi caueant veri ac pij Christiani.
l Magica intelligit, quos nostri exorcismos vocant: & annulos magica arte formatos obliquè sugillat, quibus vim magnam tribuebant veteres, iis maximè quibus Cynocephali, vel Harpocratis imago sculpta esset.
m Vt sanctiora essent pacta & cõuenta, cùm iurisurandi religio interposita esset, in ipso Capitolio nonnunquam fiebant, velut præsente & audiente Deo, qui trisulcum in periuros telum gerere censebatur. Plaut. in Curculione:

Coq. *Namque incubitare satius te fuerat Iouis,*
Tibi qui auxilio in iureiurando fuit.
Cap. *Siquidem incubare velint qui peierauerint,*
Locus non præberi potis est in Capitolio.

n Fortunæ varia cognomina vide apud Alex. ab Alex. cap. 1 3. 1. & Plaut. in Pseud. *Centum doctum hominum consilia hæc deuincit dea Fortuna: atque hoc verum est, Perinde vt quisque fortuna vtitur ita præcellit, atque eumde sapere cum dicimus.* In Rhetoricis ad Herennium leguntur Pacuuij versus graues & sententiosi: *Fortunam insanam esse, & cæcam & brutam, perhibent Philosophi.*
o In denario vetusto Romano percusso à quodã Plætoriæ gentis, qui eius templum vel dedicauerat, vel refecerat, Sortis imago im-

impressa est cum his literis, SORS M. PLAETOR. CEST. S. C.
p Ex opinione poëtarum id sumptum, qui singula nobis attributa sydera scribunt. Papinius, *Perpetuis frenis atque vni seruiet astro*: & alibi, *locum certũ dabit omnibus astris.*
q Hoc est humilia, vilia, spernẽda. Hac phrasi vtitur Fabius: *Cuidam longè fugare volucres, & pascere parua dicta animalia.* Eadem significatione vsurpat autor infrà cap. 53. 7. lib. frinolum dictu.

De natura syderum errantium, & eorum ambitu. CAP. VIII.

HInc redeamus ad reliqua naturæ. Sydera, quæ affixa diximus mundo, nõ illa, vt existimat vulgus, singulis[a] attributa nobis, & clara diuitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cuiusque lucentia,[1] adnumerata mortalibus: [2] nec cum suo quæque homine orta[3] moriuntur, nec, aliquem extingui, decidua significant. Non tanta cœlo societas nobiscum est, vt nostro fato mortalis sit[4] ille quoque syderum fulgor. Illa nimio[b] alimento tracti[5] humoris igneam vim abundantia reddunt, cùm [c] decidere creduntur: vt apud nos quoque id,[6] luminibus accensis, liquore olei notamus accidere. Cęterùm æterna est cælestibus natura, intexentibus mũdum,[7] intextúque cõcretis: potentia[8] autem ad terram magnoperè eorum pertinens, quæ propter effectus, claritatemque, & magnitudinem, in tanta[9] subtilitate nosci potuerunt, sicut suo[d] demõstrabimus loco. Circulorum quoque cæli ratio in terræ mentione aptiùs dicetur, quandò ad eam tota pertinet, Signiferi modò[10] inuentionibus non dilatis. Obliquitatem eius intellexisse, hoc est,[11] rerum fores aperuisse, Anaximander Milesius traditur primus, Olympiade quinquagesima octaua. Signa deinde in eo Cleostratus, & prima Arietis ac Sagittarij. [e] Sphæram ipsam antè multò Atlas. Nunc relicto mundi ipsius corpore, reliqua inter cœlum terrásque tractentur. Summum esse, quod vocant [f] Saturni sydus, ideóque minimũ videri, & maximo ambire circulo, ac trigesimo[12] anno ad breuissima sedis suæ principia regredi certum est. Omnium autem errantium syderum meatus, intérque ea Solis, & Lunæ, contrarium mundo agere cursum, id est, [g] læuum, illo semper in dexteram præcipiti. Et quanuis assidua conuersione immensæ celeritatis attollantur ab eo, rapianturq; in occasum, aduerso tamen ire motu per suos quęque passus: ita fieri, ne conuolutus aër eandem in partem æterna mundi vertigine, ignauo globo torpeat, sed[13] findatur, aduerso syderum verbere discretus & digestus. Saturni autem sydus gelidæ ac rigentis esse naturæ,[14] multóque ex eo inferiorem Iouis circulum, & ideò motu celeriori duodenis circumagi annis. Tertium Martis, quod quidam Herculis vocant,[15] ignei, ardentis à Solis vicinitate, binis ferè annis conuerti. Ideóque huius ardore nimio, & rigore Saturni, interiectum ambobus, ex vtroque temperari Iouem, salutarémq;[16] fieri. Deinde Solis meatum esse partium quidem trecentarum sexaginta: sed vt obseruatio vmbrarum eius redeat ad notas, quinos annis dies adiici, supérque quartam partẽ diei. Quam ob causam quinto anno vnus intercalaris dies additur, vt temporum ratio[17] Solis itineri congruat. Infra Solem ambit ingens sydus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsísque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ. Præueniens quippe & ante matutinũ exoriens,[h] Luciferi nomen accipit, vt Sol alter, diem maturans: contrà ab occasu refulgens nuncupatur Vesper,[i] vt prorogans lucem, vicémque Lunæ reddens. Quam naturam eius [k] Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter quadragesima secunda, qui fuit vrbis Romæ annus ceresimus quadragesimus secũdus. [18] Iam magnitudine extra cuncta alia sydera est: claritatis quidem tantæ, vt vnius huius stellæ radijs vmbræ reddantur. Itaque & in magno nominum ambitu est. Alij enim Iunonis, alij Isidis, alij Matris Deũm appellauere. Huius natura cuncta generantur in terris. Nanque in alterutro exortu genitali rore conspergens, non terræ modò conceptus implet, verùm animantium quoque[19] omnium stimulat. Signiferi autem ambitum peragit trecenis & duodequinquagenis diebus, ab Sole nunquam[20] absistens partibus sex atque quadraginta longiùs, vt Timæo placet. Simili ratione, sed nequaquam magnitudine aut vi, proximum illi Mercurij sydus, à quibusdam appellatum Apollinis: inferiore circulo fertur nouem diebus, ocyore ambitu, modò ante Solis exortum, modò post occasum splendens, nunquam ab eo viginti[21] tribus partibus remotior, vt[22] hic idem & Sosigenes docent. Ideò & peculiaris horum syderum[23] ratio est, neque communis cum suprà dictis. Nanque ea & quarta parte cæli à Sole abesse, & tertia; & aduersa Soli sæpe

1 ad munera. Vet.
2 quia nec. M.
3 cum suo homine oriuntur. Longol.
4 ibi quoque. M.
5 humoris cùm abundantiã reddunt, tunc decidere creduntur. M.
6 lucernis, Alij.
7 in textúque differentis, Alij.
8 autem eorum ad ter. mag. pertinet. Dal.
9 sublimitate. Vet.
10 inuctoribus. CH.
11 rerum fortissimas fores. M.
12 anno, cùm breuissimè ad sedis. Vet.
13 fundatur. M.
14 multoque eo inf. Dal. expunctò, eximiúmque ex eo in terris inf. M.
15 ignea ardẽtis Solis vicinitate. M.
16 fieri Deum. Inde. Vet.
17 Sõlis itineri fere. lius. M.
18. Largiori magnitudine. Vet.
19 omnium naturam stimulat. M.
20 abscedens. Vet.
21 duabus. M. Vet.
22 Cresias & Sosigenes. M.
23 Stario. M.

cernuntur, maioréſque alios habent cuncta plenæ conuerſionis ambitus, in magni anni ratione dicendos.

ANNOTATIONES.

a Cõfutat hic Epicureos, qui ſingulis hominibus ſingulas tributas eſſe ſtellas credebãt. In eadẽ opinione fuit & Manilius poëta.
b Cleomedes libris μετεωρων διηγήσεως, ſydera, ſtellas, aſtra, oceani, terræque vaporibus ali credidit, quoniam alimẽto priuatus ignis ſtatim extinguitur. Virg. *comessa polus dũ ſydera paſcet.* Δημόκριτος enim τὰς ἀπλανεῖς καὶ τὰς πλανήτας ἀστέρας τρέφεσθαι, τὴν μὲν ὑπὸ τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἀπὸ τῶν ὑγρῶν καὶ μάλιστα τῶν ἐκ τῆς θαλάττης, τὴν δὲ ἀπὸ τῆς γῆς. Totum porrò hunc locũ Pli. lubenter ita legerim. Hinc redeamus ad reliqua ſidera, quæ affixa diximus mundo, non illa, vt exiſtimat vulgus, ſingulis attributa nobis, adnumerandi mortalibus, & clara diuitibus, minora pauperibus, obſcura defectis, ac pro ſorte cuiuſque lucentia, nec cum ſuo &c.
c *Sæpe etiam ſtellas vento impellente videbis*
Præcipites cœlo labi, noctisque per vmbras
Flammarum longos à tergo albeſcere tractus.
Ptolemæus ἀκολουθίαν, ſtellas diſcurrere dixit. Paulò pòſt cap. 36. tractiones eas & emicationes autor vocat, diſcurſus. Ammianus Marcellinus eum fulgorem appellat *ἅρμα ἡλιακὸν*, quaſi currus orbitam. Tranſuerſas ſtellas & cadentes, quæ præteruolant & ſecant æra, Seneca vocat. ἀπροβόλους eſſe ſtellarum Græci putant.
d Vide locum ſub finem huius libri.
e Eam Anaximandri inuentum quoque tradit cap. 56. lib. 7.
f Saturnus lingua Syriaca, ſiue Aramæa, qua vſi ſunt Thuſci, latẽrem ſignificat: inde Latinum vocauerunt, & eius vxorem Latiam, ſiue Latiam Saturni.
g Plinius augurum diſciplinam ſequutus, pronam faciem intuentis in Auſtrum ſpectare voluit: indeque læuum erit vbi Sol ortur, dextrum vbi occidit. Ariſtoteli mundi dextra ſunt exortiua, læua occidua: Solino dextra ſeptentrionalia, læua meridionalia.
h Luciferum diurnam ſtellam vocat Plaut. in Menæchm. *Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus eras.* Veſperuginem quidam Veneris eſſe ſtellam putauerunt, ac ideò Venerem noctiuigilam appellarunt, vt Plaut. in Curc. aut noctilucam, vt Leuinus: *Venerem igitur almam adorans, ſiue ſamina, ſiue mas eſt, ita vti alma Noctiluca eſt.*
i Inde Veſperugo, extrema diei pars, & prima noctis. Vatro, *Inter veſperuginem & iubar dicta nox intẽpeſta*, (omitto quædam) *quã Aelius dicebat, cùm tempus agendi eſt nullum: quod alij concubium appellarunt, quòd omnes ferè tunc cubarent.* νύκτωρ veſperuginem Græci appellare videntur, quòd terra luce carere incipiat. Hom. Iliad. α. ἄμος δ' ἠέλιος μετέβη, νὺξ δ' ἐπὶ πόντον ὄρωρε. Veſperi exortum, primam facem Apuleius & Macrobius dixerunt: non quòd tunc faces accenderentur & lucernæ, quam ob rem Gal. ὑμεναίους ἀστροκλυσμοὺς, horam veſpertinam ait, vt meridiẽ Lucianus ἀμφὶ τὴν ἕκτην ὥραν ἀγειρόμην, quòd ea diei parte maxima ſit in foro frequentia, ſed quòd Veſperi ſtella poſt Solis occaſum prima lucet.
k Pythagoræ longam hiſtoriam, & incredibilium rerũ quas geſſit miracula, vide apud Rhodig. cap. 7. 19. Phlaſius Timon, ignarus præſtantiſſimæ naturæ hominis & prorſus diuinæ, aut maleuolẽtia & inuidia percitus, eum præſtigiatorem vocauit: *πωϛ γὰρ ἂν ὁ γόης ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐπαίδευσεν ἄνδρας ὑπερφυεῖς ἐπιστῆμαι;* Θ ἡμιτελὲς ἀνθρώπων σπουδάσμα ἀσεβέστατον.

De Lunæ natura. CAP. IX.

SEd omnium admiratione vincit nouiſſimum ſydus, [1] terríſque familiariſſimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum, [2] Lunæ. Multiformi hæc ambage torſit ingenia [2] contemplantium, & proximum [3] ignorari maximè ſydus indignãtium: creſcens ſemper, aut ſeneſcens. Et modò curuata in [4] cornua, modò æqua portione [5] diuiſa, modò [b] ſinuata in orbem: maculoſa, eadémque ſubitò prænitens, immenſa orbe pleno, ac repentè nulla: aliàs pernox, aliàs ſera, & parte diei Solis lucem adiuuans, deficiens, & in defectu tamen [6] conſpicua: quæ menſis exitu latet, cùm [c] laborare nõ creditur. Iam verò [7] humilis, & excelſa, & ne id quidem vno modo, ſed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Auſtros deiecta: quæ ſingula in ea deprehendit hominum primus Endymion: & ob id amore eius captus fama [8] traditur. Non ſumus profectò grati erga eos, qui labore, curáque lucem nobis aperuere in hac [9] luce: miráq; humani ingenij peſte ſanguinem, & cædes [10] condere Annalibus iuuat, vt ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris. Proxima ergo cardini, ideóque minimo ambitu, vicenis diebus ſeptenisque, & tertia diei parte, peragit ſpatia eadem, quæ Saturni ſydus altiſſimum triginta (vt dictum eſt) annis. [11] Deinde morata in coitu Solis biduo, cùm tardiſſimè [12] è triceſima luce rurſus ad eaſdẽ vices exit: haud ſcio an omniũ, quæ in cælo [13] pernoſci potuerunt, magiſtra. In duodecim menſium [14] ſpatia oportere diuidi annum: [15] quãdo ipſa toties Solem redeuntem ad principia cõſequitur. Solis [16] fulgore eã, vt [d] reliqua ſydera, tegi: ſiquidem in totum mutuata ab eo luce fulgere, [17] qualem in repercuſſu aquæ volitare conſpicimus. Ideò molliore, & imperfecta vi ſoluere tantum humorem, atque etiam augere, quem Solis radij abſumant. [18] Ideò & inæquali lumine aſpici: quia ex aduerſo demum plena, reliquis diebus tantum ex ſe terris oſtendat, quantum ex Sole ipſa [19] concipiat. In coitu quidem non cerni: quoniam hauſtum omnem lucis auerſa illò [e] regerat, vnde acceperit. [20] Sydera verò haud dubiè humore terreno [f] paſci: quia orbe dimidio [21] nonnunquam maculoſa cernatur, ſcilicet nondum ſupperente ad hauriendum [22] vltrà iuſta vi. [g] maculas enim non aliud eſſe, quàm terræ raptas cum humore ſordes.

1 terrio. CH.
2 cõtẽplantibus. CH.
3 ignorare. CH.
4 cornua, facie modo æqua & M.
5 diuidua. Ver. ſic & cap. 18.
6 conſpicua: ac mentis. M. alius, quin neſc.
7 humilis, excelſa.
8 traditus M.
9 luce. Mira hum. Dal.
10 ſcribere. M.
11 Deindè aſſecuta Solem, biduo remorata in coitu, & cùm tardiſsimè à triceſima luce &c. Milichius. Dein commorata. M.
12 i. CH.
13 pronoſci. CH.
14 ſpatia cognitum oport. Dal.
15 quando ipſum. M.
16 fulgore vt reliqui ſyderum regi. M. legit. & regi, Turneb.
17 qualem in repercuſſa aqua. M.
18 Ideò autem inæquali lumine abſumi. M.
19 conſpiciat. CH.
20 Humore verò terreno, vt ſydera, haud dubiè paſci. Dal.
21 nũquam. Dal
22 vltra iuſtra vi. Chiff.

ANNOTATIONES.

a Lineam ἀκτῖνα ἰωνικὴν, Lunæ orbitam, Tarentina voce circulum manacum veteres appellarunt, quaſi maniacum, μανιακὸν: vnde Arabibus Calendarium Almanach. Victruuius lib. 11. *Circinatio circuli menſtrui æquatur, qui Manacus dicitur.* Scalig.
b Lego, ſinuata, in orbe maculoſa, &c. Nam ſinus in orbe non poteſt intelligi. Vel certè, ſinuoſa, orbe pleno immenſa ac repente nulla, eademque ſubitò prænitens, maculoſa, aliàs &c.
c Lunæ cùm plena eſt, inciditque in faſtigium, vmbræ noctis, extinguitur, quod veteres laborare dixerunt. At verò menſis exitu, quamuis nullum eius ſumen ſit, tamen eam laborare veteres nõ credebant. Credebant etiam veneficarum carminibus & incantationibus deficientem ortipi, ſolicitari, affici, ac deduci. Qua propter ne illarum verba exaudiret, clamoribus, & æris crepitu obſtrepebant. Ambroſius, *Quod cùm requirerem quid ſibi clamor hic velit,*

omnibus ſtellis diuidimur. Proferatur quo ſiſtimur tot ſydera, tã exercitata, tam anxia per diem noctémque, vt in opere, ita in paſtu, Lucret. nec æther ſydera paſcit. Lucan. *Nec non Oceano paſci Phœbúmque polimque Credimus.*
g Poëtæ fingunt maculas illas eſſe puerum, quem dilectum ſecum Luna ferat, præ pudore faciem celantem. Valerius Cato in Diris. *Sydera per viridem redeunt cùm pallida mundum,*
Inſq; vicem exoritur, tunc aureus orbis ephebi
Luna tui tecum eſt, cur non eſt & mea mecum?
Apud Plutarchum Agelinarum Poëta περὶ τῶν προσώπων ἐφορμισάντων ἐν τοῖς τῶν σωμάτων.
Ὡϛ καὶ μεῖζ' ὕδατος πυρὶ πάμπολλον ἐνέκειτο δ' ἄχθος μείων
γλαυκοῦς ἐν πόντου φαεσίμβροτος ἠέλιος Θ
ἔμμεν· ἐπ' ὀγχαίαν μὲν τὸν ἀγειρόμενον ἐν ἀγροῖς.

De defectu Solis & Lunæ, & de nocte. CAP. X.

DEfectus autem [1] ſuos, & Solis, rem in tota contemplatione naturæ maximè miram, & oſtento ſimilem, eorum magnitudinum, vmbræque indices exiſtere. Quippe manifeſtum eſt, Solem interuentu Lunæ occultari, Lunámque terræ obiectu; ac vices reddi, eoſdem Solis radios Luna interpoſitu ſuo auferente terræ, terráque Lunæ. [2] Hac ſubeunte repentinas obduci tenebras, ruriſúmque illius vmbra ſydus hebetari. Neque aliud eſſe [a] noctem, quàm terræ vmbram. Figuram autem vmbræ ſimilẽ metæ, ac [3] turbini inuerſo; quando [b] mucrone tantùm ingruat, neque [4] Lunæ excedat [5] altitudinem: quoniam nullum aliud ſydus eodem modo [c] obſcuretur: & talis figura ſemper [6] in mucronem deficiat. Spatio [7] quidẽ cõſumi vmbras, indicio ſunt volucrum præalti volatus. Ergo confinium illis eſt aëris terminus, initiúmque ætheris. Supra Lunam pura omnia ac diuturnæ lucis plena. A nobis autem per noctem cernuntur ſydera, vt reliqua lumina [8] è tenebris. Et propter has cauſas nocturno tempore deficit Luna. Stati autem atque menſtrui non ſunt vtrique defectus, propter obliquitatem Signiferi, Lunæq; multiuagos (vt dictum eſt) flexus, non ſemper in [d] ſcrupulis partium cõgruẽte ſyderum motu.

1 ſuos M. ſui, & Solis, quæ res in tot. contnat. max mira, & oſtenſilis, eor. magnitudinẽ vmbráſque ind. exiſt. Dal.
2 Hac verò M.
3 orbi. Chiff.
4 non legitur in M. neque in Chiff
5 latitudinem. M.
6 in mucronem. M. mucrone. CH.
7 eodem CH.
8 in tenebris. V.

ANNOTATIONES.

a Noctis præſidem deum, Nocturnum Plautus appellat in Amphitryone: *Certè adepol ſeio, ſi quicquam eſt quod credam, aut certò ſciam, credo ego hac nocte Nocturnũ obdormiſſe clàm.* Idẽ in Bacchid.
Vulcanus, Sol, Dies, & Luna dei quatuor,
Sceleſtorem nullum illuminãre alterum.
b Hic monendus eſt lector, Plinium ſequutum quoſdam qui eclipſium rationes non intellexerunt, & ideò cum illis turpiter erraſſe. Haud enim verum eſt vmbram mucrone tantùm in Lunam incidere. Hoc enim modo fieret vt non plus vno puncto de corpore Lunari obſcurari poſſet, quanti ni videlicet mucro, ſeu acies contineret. Quod falſum eſſe experientia teſtatur: liquidem totã Lunam deficere, atque etiam aliquandiu in vmbra commorari, vel rudi vulgo notum eſt. Hac de re vide Iacobi Milichij in hunc ſecundum libri commentaria.
c Ratio eſt, quia Venus & Mercurius nunquam tam longè recedunt à Sole vt obſcurari poſſint.
d Hoc eſt in capite & cauda Draconis.

De ſydcrum magnitudine. CAP. XI.

HÆc ratio [1] mortales animos ſubducit in cælum: ac velut inde contemplantibus, trium maximarum rerum naturæ partium magnitudinem detegit. Non [2] poſſet quippe totus Sol adimi terris, intercedẽte Luna, [3] ſi terra [a] maior eſſet quàm Luna. [4] Certior ex vtraque vaſtitas Solis aperitur, vt non ſit neceſſe amplitudinem eius oculorum argumentis, atque coniectura animi ſeruitari: [5] immẽſum eſſe qui arborum in limitibus porrectarum in quolibet paſſuum millia vmbras paribus iactas interuallis, ráquam toto ſpatio [6] medius. Et quia per æquinoctium omnibus in meridiana plaga habitãtibus, ſimul fiat à vertice: item quia [7] circa ſolſtitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem vmbræ cadant, ortu verò ad Occaſum. Quæ fieri nullo modo poſſent, niſi multò, quàm terra, maior eſſet. [8] Et quòd mõtem Idam [9] exoriens latitudine exuperet: dextra læuáque large amplectens, præſertim tanto diſcretus interuallo. Defectus Lunæ magnitudinem eius haud dubia ratione declarat, ſicut terræ paruitatem [10] ipſe deficies. Nanque cùm ſint tres vmbrarum figuræ, conſtétque, ſi par lumini ſit materia, [11] quæ iactat vmbrã, columnæ effigie iaci, nec habere finẽ: ſi verò maior materia, quàm lumen, turbinis recti, vt ſit imum eius anguſtiſſimum, & ſimili modo infinita longitudo: ſi minor materia, quàm lux, metæ exiſtere effigiẽ in cacuminis finẽ deſinẽtem: talémque cerni vmbram deficiente Luna, palàm fit, vt nulla amplius relinquatur dubitatio, ſuperari magnitudine terram. [12] id quidem & tacitis ipſius naturæ indiciis. Cur enim partitis vicibus anni [13] brumalis abſcedit vt noctium [14] capacitate terras reficiat, exuſturus haud dubiè, & ſic quoque exurens quadam in parte, tanta magnitudo [15] eſt.

1 mortalium. Ver.
2 poſſet quippe. Ia. Milich. ſic legit. Nã poſſet totus Sol adimi terris, intercedẽte Luna, ſi terra minor eſſet.
3 ſi Luna maior eſſet, quàm terra Dal.
4 Tertia ex vtroque. M. & Chiff.
5 immenſum eſſe conſtat, quia Rhodig.
6 mediaſ M.
7 citra. V.
8 Nec non quod mõtes idem M.
9 exuperat. M.
10 ipſa. M.
11 iactans. CH.
12 hic. M.
13 bruma is. M.
14 opacitate. M. & Chiff.
15 eius Dal.

a Hæc in Euclide latiùs tractata videre poterit studiosus lector. b Doctissimus poeta, *Iámque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ.*

Quæ quis muenerit in obseruatione cælesti. CAP. XII.

ET rationem quidem defectus [a] vtriusque, primus Romani generis in vulgus extulit Sulpicius Gallus, qui Consul cum M. Marcello fuit: sed tum Tribunus militum, solicitudine exercitu liberato, pridie quàm Perseus rex superatus à Paulo est, in concionẽ ab imperatore productus ad [1] prædicendam eclipsim, mox & composito volumine. Apud Græcos autẽ inuestigauit primus omniũ [b] Thales Milesius, Olympiadis xlviij. anno quarto, prædicto Solis defectu, qui [2] Alyatte rege factus est, vrbis cõditæ anno [3] clxx. Post eos vtriusque syderis cursum in sexcentos annos præcinuit Hipparchus, menses gentium, diésque, & horas, ac situs locorum, & [4] vicos populorum complexus, æuo teste; haud alio modo, quàm consiliorum naturæ particeps. Viri ingentes, supráque [5] mortalium naturam tantorum numinum lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta, in defectibus [6] stellarum [7] scelera, aut mortem aliquã syderũ pauẽte: [8] quo in metu fuisse Stesichori & [c] Pindari vatum sublimia ora palàm est deliquio [9] Solis & in Luna veneficia arguente mortalitate, & obid [d] crepitu dissono auxiliante. Quo pauore ignarus causæ [e] Nicias Atheniẽsiũ imperator, veritus classem portu educere, opes eorũ afflixit. [10] Macti ingenio este cæli interpretes, rerúmque naturæ capaces argumenti reperto res, quo Deos hominésque [11] vicistis. Quis enim hæc cernens, & statos syderum (quoniã ita placuit appellare) labores, non suæ necessitati [12] mortalis genitus ignoscat? Nunc cõfessa de iisdem breuiter atque capitulatim attingã, ratione admodum necessariis locis strictímque reddita: nam neque instituti operis talis [13] argumentatio est: neq; omnium rerum [14] afferre posse causas minus mirum est, quàm constare in aliquibus.

2 Hâlyatte, ex Herod.
3 CLXXX. M. & CH.
4 vicus populorum. M. vt eos intelligamus quos recentiores Astrologi aspectus vocant.
5 mortalia tantorũ. M.
6 stellarum, d. in Tal.
7 scelera, vt mortem aliquam. M. & Chiff.
8 qua in mente. M.
9 Solis, aut Lunæ: veneficia &c. M. Solis & Lunæ. Alij.
10 Macte: M.
11 vincistis. V.
12 mortales genitos ignoscat? CH. forte, agnoscat:
13 aut argumenti ratio. M.
14 afferri. CH.

ANNOTATIONES.

a Vide Valer. Max. lib. 8. cap. 11.
b Thalem & Lycurgum fuisse viros sapientes, vel vt possent leges condere, & præcepta Philosophiæ, clarè indicat Plaut. in Bacchidib. *Nam ita me dij ament, vel Lycurgus, mihi quidem vt videtur, posset hic ad nequitiam adducier.* Ac rursum, *Q sem ego sapere nimio censui quàm Thalem.*
c Pindarus in cantico de radiis Solis obscuratis:

μηλίων δ' ἐν σάμασι φίγεσε νύκτα	*ἐν πατρὶ φθίσιμον,*
ἁ νίφετὰ δέλτου ὑπήφφατον,	*ἐν φάεσι διαφάνειαν, ἐν ἐνύᾳ*
πυκίνοισιν ἀνὰ πόδεσσι,	*ἐν ναυηγίοις χιὼ σνόει, ἐν νύκτιον δ' ἀχῶ,*
δδοιτι βασιλῆες διοχῆς:	*ἐν γαίαις πεσεσανύσσασα βλέφαρα*
ἀνδρῶν νίκαν ἐξ ἀφχῶν	*χιὼν διοφυδνόν.*

d Ouid. hac de re: *Te quoque Luna, traho, quoniam Temesæa labores Æra tuos minuant.* Liuius lib. 26. scribit, *Cãpanorũ imbellem multitudinẽ cum æris crepitu, q ualis in defectu Lunæ silenti nocte fieri solet, clamorẽ edidisse.* Alexander purat sic abigi prauos dæmones, tum feroces & insultantes, cùm vim suam in terras deficiens sydus nõ potest hominisalutarem mittere, & illorum cohibendæ insolẽtiæ efficacem. Credidit etiã simplex antiquitas Lunã de cælo in terras carminibus trahi posse: necnon depressam cogi in herbas subditas spumam & virus effundere, quibus ad magica fœliciùs vtãtur. Despumare Lunam id dixit Apul. lib. 1. Asini aurei. Lucanus lib. 6.

Et patitur cantu tantos depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Hæc omnia commentum Aglaonicæ, Agetoris filiæ, Astrologiæ periæ, fuisse, Plutarch. lib. de oraculorum defectu autor est. Vide quæ suprà cap. 9. in verbo, laborare, annotauimus.
e Nicias Atheniensis, clarus alioqui imperator, sed tardior, ac nimius cunctator, in quem hoc facetissimum Aristophanis dictẽrium: *καὶ μὰν νὴ τὸν Δί' ὀυχὶ νυνὶ γε δεῖ τὸν Νικίαν, ἀλλὰ μελλονικίαν.* Vide Plutarch. in eius vita.

De defectibus. CAP. XIII.

DEfectus ducentis [1] vigintiduobus mensibus redire in suos orbes certum est: Solísque [2] defectum non nisi nouissima primáve fieri Luna; quod vocant coitum: Lunę autem non nisi plena, sempérque citrà quàm proximè [3] fuerit. [a] Omnibus autem annis fieri vtriusque syderis defectus statis diebus, horísque, sub terra. Nec tamen cùm [4] fiant supernè, vbique cerni, aliquando propter nubila, sæpius globo terræ obstante [5] cõuexitatibus mundi. Intra ducentos annos Hipparchi sagacitate compertum est, & Lunæ defectum aliquando quinto mẽse à priore fieri, Solis verò septimo. [6] Eandẽ bis in triginta diebus supra terras occultari, [7] sed ab aliis atq; aliis hoc cerni: quæq; sunt in hoc miraculo maximè mira, cùm conueniat vmbra terræ Lunam hebetari, [8] nunc ab occasu parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Et quanam ratione cum Solis exortu vmbra illa hebetatrix sub terra esse debeat, semel iam acciderit, vt in occasu Luna deficeret, vtroque super terram conspicuo sydere. Ná vt [9] duodecim diebus vtrunque sydus quæreretur, & nostro æuo accidit, imperatoribus Vespasianis, patre iii. filio iterum Consulibus.

1 viginti tribus. M. Chiff. aliis xxv.
2 defectus. CH.
3 fuerint. CH.
4 fiunt. Ver.
5 ẽcon. Vet.
6 Eandem. M. & Chiff.
7 sed ab hoc atque aliis cerni. M. sed ab aliis hoc cerni. CH.
8 & nunc ab. Tol. non placet.
9 quindecim. M. & Chiff.

ANNOTATIO.

a Aut textus hoc loco mendosus est: aut aliquem autorem secutus est Plinius, qui eclipsium rationem non intellexit. Nam Horizontis diuersa positio nihil, aut admodum parum, ad eclipsium rationes pertinet: & omnino hæc res nullam habet rationem, vt singulis annis eclipses sub terra fiant, & non etiam singulis annis supra terram.

LVnam semper, auersis à Sole cornibus, si crescat, ortus spectare; si minuátur, occasus, haud dubium est. [a] Lucere [1] dodranteis semuncias horarum ab secunda adiicientem vsque ad plenum orbem, detrahentémque in [2] diminutionem. Intra quatuordecim autem partes Solis, semper occultam esse. Quo argumento amplior errantium stellarum, quàm Lunæ, magnitudo colligitur: quando illæ [3] &à septenis interdum partibus emergant. Sed altitudo cogit minores videri: sicut affixas cælo Solis [4] fulgore interdiu non cerni, cùm [5] æquè diu ac noctu luceant: idque manifestum fiat [6] defectibus Solis, & præaltis puteis.

1 initio dodrantem & semuncias horar. M.
2 deminutionem. Chiff.
3 etiam septenis. M. & Chiff.
4 fulgor. Iter. CH.
5 æque ac noctu. M. Tol. & CH.
6 defectu. M. Chiff.

ANNOTATIO.

a Lucere dod. se. est lucere tres vnius horæ quartas, & insuper eiusdem partem vicesimam quartam: vt explicat Bud. li. 1. de Asse. Secundo die lucet dextantem & silicium horæ vnius. Infrà cap. 18. lib. 32.

Errantium motus, & luminum canonica. CAP. XV.

ERrantium autem [a] tres, quas suprà Solem [1] dicimus sitas, occultantur, meantes cum eo. Exoriuntur verò matutino, discedentes partibus nunquam ampliùs vndenis. Posteà radiorum eius contactu [2] teguntur, & in [b] triquetro à partibus centum viginti stationes [c] matutinas faciunt, quæ & primæ vocantur: mox in [3] aduerso à partibus centũ octoginta, exortus vespertinos. [4] Itémque in centum viginti ab alio latere [5] appropinquante, stationes vespertinas, quas & secundas vocant: donec assecutus in partibus duodenis occultet illas, qui vespertini occasus appellantur. Martis stella, vtpropior, etiam ex quadrato sentit radios, [6] ab nonaginta [7] partibus: vnde & nomen accepit is motus, primus & secundus nonagenarius dictus ab vtroque exortu. Eadem stationalis senis mensibus commoratur in signis, alioqui bimestris, cùm cæteræ vtraque statione quaternos menses non impleant. Inferiores autem duæ occultantur in coitu vespertino, simili modo: [8] relictóque Sole, totidem in partibus faciunt exortus matutinos, atque [9] à longissimis distantiæ suæ metis Solem insequuntur, adeptæq; occasu matutino conduntur, ac prætereunt. Mox eodem interuallo [10] vesperi exoriuntur vsque ad quos diximus terminos. Ab [11] his retrogradiuntur ad Solem, & occasu vespertino delitescunt. Veneris stella [12] & stationes duas, matutinam vespertinámque, ab vtroque exortu facit, [13] à longissimis distantiæ suæ finibus: Mercurij, stationes breuiore momento, quàm vt deprehendi [14] possit. Hæc est luminum occultationúmque ratio, [15] perplexiore motu, multisq; inuoluta miraculis. Siquidem magnitudines suas, & colores mutant, & [16] eædem ad Septentrionem accedunt, abeúntque ad Austrum, terrísque propiores aut cælo repentè cernuntur: in quibus aliter multa, quàm priores, tradituri, fatemur ea quoque illorum esse muneris, qui primi quærendi vias [17] demonstrauerunt: modò ne quis desperet secula proficere semper. Pluribus de causis hæc omnia accidunt. Prima circulorum, quos Græci absidas in stellis vocant: etenim Græcis vtendum erit vocabulis. Sunt autem hi sui cuique earum, aliíque quàm mundo: quoniam terra à verticibus duobus, quos appellauerunt Polos, centrum [18] cæli est, necnon Signiferi, obliquè inter eos siti. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata. Ergo ab alio cuique centro absides suæ exurgunt. Ideóque diuersos habent orbes, motúsque dissimiles, quoniam interiores absidas necesse est breuiores esse.

1 dixímus. Vet.
2 regũtur. M. & Chiff.
3 auerso. CH.
4 Iterúmque. M. Tol. CH.
5 appropinquantes. Vet.
6 & ab octoginta partibus. M. radios lxxx partibus. CH.
7 partibus, vnde & nomen accepit. Motus primus &. M. & Chiff.
8 relictæque à Sole: M. & CH.
9 deest in. CH.
10 vespere. Chiff.
11 hisce. CH.
12 & deleuit in M. & Chiff. V. omnib.
13 dele, à. Dal.
14 possint. M. & CH.
15 perplexior. CH.
16 eadem. CH.
17 demonstrauerint. CH.
18 cæli est: non Signi fieri. V.

ANNOTATIONES.

a Saturnus, Iupiter, & Mars.
b In trino aspectu.
c Planetæ dicuntur stationarij cùm tardissimè mouentur.
d Mercurius & Venus.

Quare eadem aliâs altiora, aliâs inferiora videantur. CAP. XVI.

IGitur à terræ centro absides altissimæ sunt, Saturno in Scorpione, Ioui in Virgine, Marti in Leone, Soli in Geminis, Veneri in Sagittario, Mercurio in Capricorno, me-

diis omnium partibus. Et è contrario, ad terræ centrum humillimæ atque proximæ. Sic fit, vt tardiùs moueri videantur, cùm altissimo ambitu feruntur: non [1] quòd accelerent tardéntve naturales motus, [2] qui certi ac singuli sunt illis, sed quia deductas ab summa absíde lineas coarctari ad centrum necesse est, sicut [3] in rotis radios: idémque motus aliâs maior, aliâs minor, centri propinquitate sentitur. Altera sublimitatum causa, quoniam à suo centro absidas altissimas habent in aliis signis. Saturnus in Libræ parte vicesima, Iupiter Cancri quintadecima, Mars Capricorni vicesimaoctaua, Sol Arietis [4] vicesimanona, Venus Piscium decimasexta, Mercurius Virginis decimaquinta, Luna Tauri quarta. Tertia altitudinum ratio, cæli mensura, non circuli, intelligitur, subire eas, aut descendere per profundum aëris oculis existimantibus. Huic connexa latitudinum Signiferi obliquitatísque causa est. Per hunc stellæ, quas diximus [5] errantes, feruntur. Nec aliud habitatur in terris, quàm quod illi subiacet. Reliqua à Polis squalent. Veneris tantùm stella excedit eum binis partibus. Quæ causa intelligitur efficere, vt quædam animalia & in desertis mundi nascantur. Luna quoque per totam latitudinem eius vagatur, sed omnino non excedens eum. Ab his Mercurij stella laxissimè, vt tamen è duodenis partibus (tot enim sunt latitudinis) non ampliùs octonas pererret, neque has æqualiter, sed duas medio eius, & suprà quatuor, [6] infrà duas. Sol deinde medio fertur inter duas partes flexuoso Draconum meatu inæqualis: Martis stella quatuor medias, Iouis mediam & super eam duas: Saturni [7] duas, vt Sol. Hæc erit latitudinum ratio ad Austrum descendentium, aut ad Aquilonem subeuntium. Hac constare & tertiam illam à terra subeuntium [8] in cælum. Et pariter scandi eam quoque existimauêre plerique falsò: qui vt coarguantur, aperienda est subtilitas immensa, & omneis eas complexa causas. Conuenit stellas in occasu vespertino proximas esse terræ & latitudine & altitudine: exortúsque matutinos in initio cuiusque [9] fieri: stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica. Perinde confessum est, motum augeri, quandiu in vicino sint terræ: cùm absedant in altitudinem, minui. Quæ ratio Lunæ maximè sublimitatibus approbatur. Æquè non est dubium, in exortibus matutinis [10] etiam numerum augeri, atque à stationibus primis tres superiores diminui vsque ad stationes secundas. Quæ cùm ita sint, manifestum erit ab exortu matutino latitudines scandi: quoniam in eo primùm [11] abitu incipiant parciùs adiici motus: in stationibus verò [12] primis & altitudine subire, quoniam tũ primùm [13] incipiant detrahi numeri, stellæq; retroire. Cuius rei ratio priuatim reddenda est. Percussæ in qua diximus parte, & triangulo, Solis radio inhibentur rectum agere cursum, & ignea vi leuantur in sublime. Hoc non protinus intelligi potest visu nostro, ideóque existimantur stare, vnde & nomen accepit statio. Progreditur deinde eiusdem radij violentia, & retroire cogit vapor repercussas. Multò id magis in vespertino earum exortu, toto Sole [14] aduerso, cùm in summas absidas expelluntur, miniméque cernuntur, quoniam altissimè absunt, & minimo feruntur motu, tanto [15] minore, cùm hoc in altissimis absidum euenit signis. Ab exortu vespertino latitudo descenditur, parciùs iam se minuente motu: non tamen ante stationes secundas [16] agente, cùm & altitudo descenditur, superueniente ab alio latere radio, eadémque vi rursus ad terras deprimente, quæ sustulerit in cælum ex priore triquetro. Tantùm interest, subeant radij, an [17] superueniant. Multóque eadem magis in vespertino occasu accidunt. Hæc est superiorum stellarum ratio: difficilior reliquarum, & à nullo ante nos reddita.

1 quia. M. & CH.
2 qui certi singulis. Vet.
3 in rotæ radiis, idẽ motus. M.
4 decimanona. Chiff.
5 d. in CH.
6 intra. Vet.
7 duabus. CH.
8 leg. subeuntium in cælum, & per aera quoque descendentium. in cælum pariter, & descendentiũ quoque. Vet.
9 fieri stationis. Tolet.
10 etiamnum augeri. CH. motum.
11 habitu incipiat. M. & CH.
12 primis altitudinẽ subire. M.
13 incipiat detrahi numeris. M. & CH.
14 auerso. CH.
15 minores. CH.
16 augẽte. M. & CH. fortè, augescente. Dal.
17 desuper veniant. Vet.

Catholica syderum errantium. CAP. XVII.

PRimùm igitur dicatur, [1] cùm sint diuersæ stellæ, cur Veneris stella nunquàm longiùs [2] xlvi. partibus, Mercurius [3] vigintitribus à Sole abscedant, sæpe citra eas [4] ad Solem reciprocent. [5] Conuersas habent vtræque absidas, vt infra Solem sitæ: tantúmq; [6] circulis earum [7] subtèr est, quantùm superne prædictarum: & ideò non possunt abesse ampliùs, quoniam curuatura absidum ibi non habet longitudinem maiorem. Ergo vtræ

1 cùm sint vniuersæ. M. in Chiff. hæc clausula non legitur.
2 xxxvi. CH.
3 xx. M. & CH.
4 ab Sole reciprocæ sint. Chiff. & M.
5 Sic conuersas. CH.
6 circuli. Vet.
7 sub terra. CH.

[8] vtræque simili ratione modum statuunt absidum suarum margines, ac spatia longitudinis latitudinum euagatione pensant. At enim cur non semper ad quadragintasex, & ad partes [9] vigintitres perueniunt? Imò verò. Sed [10] ratio canonica fallit. Nanque apparet absidas quoque earum moueri, quòd nunquam transeat Solem. Itaque cùm in partem ipsam eius incidêre margines alterutro latere, tum & stellæ ad longissima sua interualla peruenire intelliguntur: cùm citrà fuere margines totidem partibus, & ipsæ ocyùs redire [11] creduntur, cùm sit illa semper vtrique extremitas summa. Hinc & ratio motuum conuersa intelligitur. Superiores enim celerrimè feruntur in occasu vespertino, hæ tardissimè: illæ à terra altissimè absunt, cùm tardissimè mouentur, hæ cùm ocyssimè. Quia sicut in illis propinquitas centri accelerat, ita [12] in iis extremitas circuli. Illæ ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt, hæ verò augere: illæ retrò cursum agunt à statione matutina vsque ad vespertinam, Veneris à vespertina vsque ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem scandere, altitudinem verò ac Solem insequi à statione matutina, ocyssima in occasu matutino, & altissima. Digredi autem latitudine, motúmque minuere [13] ab exortu matutino: retrò quidem ire, simúlque altitudine digredi à statione vespertina. Mercurij rursus stella vtroq; modo scandere ab exortu matutino, digredi verò latitudine à vespertino: consecutóque Sole ad quindecim partium interuallum, consistit quatriduo [14] propè immobilis. Mox ab altitudine descendit, retróque graditur ab occasu vespertino vsque ad exortum matutinum. Tantúmque hæc, & Luna, totidem diebus, quot subière, descenduntur. Veneris [15] quindecim & pluribus subit. Rursus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur: Martis etiam quadruplicato. Tanta est naturæ varietas. Sed ratio euidens: nam quæ in vaporem Solis nituntur, etiam descendunt ægrè. Multa promi ampliùs circa hæc possunt secreta naturæ, legésque, quibus ipsa seruiat. Exempli gratia: in Martis sydere, cuius est maximè inobseruabilis cursus, nunquàm [16] id stationem facere, Iouis sydere triquetro, rarò admodum sexaginta partibus discreto, qui numerus sexangulas mundi efficit formas: nec exortus, nisi in duobus signis tantùm, Cancri & Leonis, simul edere. Mercurij verò sydus in Piscibus exortus [17] vespertinos rapros facere, creberrimos in Virgine: in Libra matutinos. Item matutinos in Aquario, rarissimos in Leone. Retrogradum in Tauro & Geminis non fieri: in Cancro verò non citra vigesimam quintam partẽ. Lunam bis coitum cũ Sole in nullo alio signo facere, quàm Geminis: non coire aliquando in Sagittario tantùm. Nouissimam verò primâmque eadem die vel nocte, nullo alio in signo, quàm Ariete, conspici: id quoque paucis mortalium contingit. Et inde fama cernendi Lynceo. Non comparere in cælo Saturni sydus, & Martis cùm plurimùm diebus [18] centum septuaginta: Iouis triginta sex, aut cùm minimùm, denis detractis diebus: Veneris sexagintanouem, aut cùm minimùm, quinquaginta duobus: Mercurij tredecim, aut cùm plurimùm, [19] septemdecim.

8 vtrique, simili ratione ad modum statuunt &c. M. & Chiff.
9 viginti. M. V.
10 ratio Canonicos fallit, hoc est, canonũ Astronomicorũ conditores. CH.
11 coguntur. M.
12 in his. Alij.
13 ab exortu vespertino. M. & Chiff. & Plut.
14 pene. Chiff.
15 quindecies pluribus. M. & Chiff.
16 id, nisi quadratos stat. fac. Vet.
17 vespertinos in piscibus. M.
18 centum sexaginta. V.
19 xviij. Chiff.

Quæ ratio colores eorum mutet. CAP. XVIII.

COlores ratio altitudinum temperat: siquidem earum similitudinem trahunt, in quarum [1] aëra venêre subeundo, tingítque appropinquantes [2] vtralibet alieni meatus circulus. Frigidior in pallorem, ardentior in ruborem, ventosus in horrorem. Sol [2] atque commissuræ absidum, extremæq; orbitæ atram in obscuritatem. Suus quidem cuique color est, Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero candens, [3] Vesperi refulgens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli, cùm oritur, ardens, posteà radians: his causis connexo visu, & earum quæ cælo continentur. Namque modò multitudo conferta inest circa dimidios orbes Lunæ, placida nocte leniter [4] illustrante eas: modò raritas, vt fugisse miremur plenilunio abscondente: aut cùm Solis, suprâve dictarum, radij visus perstrinxêre nostros. Et [5] ipsa autem

1 oram. V.
2 Solæque. Long.
3 Vespero. Chiff.
4 illustrantis. Vet.
5 Et ipsi autem Lunæ ingruentium Solis radiorũ haud dubia differentia sentitur. M.

Luna

Luna ingruentium Solis radiorum haud dubiè differentias ſentit, hebetante [6] cætera [7] inflexos mundi conuexitate eos, præterquàm vbi recti angulorum cõpetunt ictus. Itaque in quadrato Solis diuidua eſt, in triquetro ſeminani ambitu orbe, impletur autem in aduerſo: rursúſque minuens eaſdem effigies, paribus edit interuallis, ſimili ratione, qua ſupra Solem tria ſydera.

6 algoris. Nam Saturnus nõ eſt humidus, ſed ſiccus.

7 eſt. Alij?

ANNOTATIO.

a Siue aſcendant, ſiue deſcendant.

Solis motus, & dierum inæqualitatis ratio. CAP. XIX.

SOl autem ipſe quatuor differentias habet, bis [a] æquata nocte diei, vêre & autumno, & in centrum incidens terræ octauis in partibus Arietis ac Libræ: bis permutatis ſpatiis, in auctum diei, bruma octaua in parte Capricorni, noctis verò, ſolſtitio totidem in partibus Cancri. Inæqualitatis cauſa obliquitas [1] eſt Signiferi, cùm pars æqua mundi ſuper ſubtérque terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu ſuo conſurgunt ſigna, longiore tractu tenent lucem: quæ verò obliqua, ocyore tranſeunt ſpatio.

1 eſt, in M. non legitur, neque in Chiff.

ANNOTATIO.

a Æquinoctium nunc vocant: olim Feſtus ait, æquidiale, τὴν ἰσημερίαν vocatum fuiſſe, quòd nox diei potius adnumerari debeat, quàm dies nocti.

Quare Iouifulmina aſſignentur. CAP XX.

LAtet pleroſque, magna cæli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris, ſuperiorum trium ſyderum ignes eſſe, qui decidui ad terras [a] fulminum nomen habeant: ſed maximè ex iis medio loco [1] ſiti, fortaſſis quoniam contagium nimij [2] humoris ex ſuperiore circulo, atque ardoris, ex ſubiecto, per hunc modum egerat. Ideóq; dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo vt è flagrante ligno carbo cum crepitu, ſic à ſydere cæleſtis ignis expuitur, [b] præſcita ſecum afferens, ne abdicata quidè ſui parte in diuinis ceſſante operibus. Idq; maximè turbato ſit aëre: quia collectus humor abundantiam ſtimulat, aut quia turbatur quodam ceu grauidi ſyderis partu.

1 ſiti. Aliſ?

2 algoris. Nam Saturnus nõ eſt humidus, ſed ſiccus.

ANNOTATIONES.

a Quaſi fluminum: vel fulmina, quaſi, flumina, vt ferè perpetuò in Manuſcr. legitur, quòd ad tertam defluant.

b Tria antiquitus fulgurum genera ferunt, poſtulatoria, peſtifera, & peremptalia: è quibus poſtulatoria votorũ, aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſyderabant: peſtifera mortem, aut exilium denunciabant: peremptalia verò ſuperiorum fulgurum, portentorúmque ſignificationem pariebant. De expiationibus fulgurum vide Senecam Natur. quæſt. lib. 2.

Interualla ſyderum. CAP. XXI.

INterualla quoque ſyderum à terra multi indagare [1] tentauerunt: & Solem abeſſe à Luna vndeuiginti partes, quantum Lunam ipſam à terra, prodiderunt. Pythagoras verò vir ſagacis animi, à terra ad Lunam [2] centum x x v j. M. ſtad. eſſe collegit. Ab ea vſque ad Solem duplum. Indè ad x i j. ſigna triplicatum. In qua ſententia & Gallus Sulpitius noſter fuit.

1 tentarunt. M.

2 cxxvj. ſtad. eſſe colligit. M. & Chiff.

De ſyderum muſica. CAP. XXII.

SEd Pythagoras interdum [1] ex muſica ratione appellat [a] tonum, quantum abſit à terra Luna. Ab ea ad Mercurium, [2] ſpatij eius dimidium: & ab eo ad Venerem ferè tantundem. A qua ad Solem ſeſquiplum: à Sole ad Martem tonum, id eſt, quantum ad Lunam à terra. Ac eo ad Iouem dimidium, & ab eo [3] ad Saturnum dimidium, & inde ſeſquiplum ad Signiferum. [4] Ita ſeptem tonos effici, quam diapaſõn harmoniam vocant, hoc eſt, vniuerſitatem concentus. In ea [5] Saturnum [b] Dorio moueri, Mercurium phthõgo, Iouem Phrygio, & in reliquis ſimilia, iucunda magis, quàm neceſſaria ſubtilitate.

1 & Chiff.

2 ſpatij dimidium: & ab eo ad Veneris. A quo ad M. & Ch.

3 ad Saturnũ, dimidium & inde ſeſquiplum ad Signiferum. M. & Chiff.

4 Ita ſeptem tonis effici, quam &c. Ch.

5 Saturnum Dorio moueri phthongo, Iouem Chiff.

ANNOTATIONES.

a Tonus hic ſumitur pro vnitate integra, hoc eſt, ex Pythagoræ ſententia pro 125000. ſtadiis.

b Veteres vocabãt grauem tonum Dorium, medium Lydium, acutum Phrygium: quare moti inepti quidam hic Mercurium inter poſuerunt, & legunt, Mercurium Lydio.

De mundi geometria.

CAP. XXIII.

STadium centum vigintiquinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt, pedes ſexcentos vigintiquinque. [b] Poſidonius non minus quadraginta ſtadiorum à terra altitudinem eſſe, [1] in qua nubila ac venti nubéſque proueniant. Inde purum liquidúmque, & imperturbatæ lucis [2] aërem. Sed à turbido ad Lunam vicies centum millia ſtadiorum. Inde ad Solem quinquies millies. Eo ſpatio fieri, vt tam immenſa eius magnitudo non exurat terras. Plures autem nubes nongentis ſtadiis in altitudinem ſubire prodiderunt. Incomperta hæc & inextricabilia: ſed [3] tam prodenda, quàm ſunt prodita: in queis tamen vna ratio Geometricæ collectionis nunquàm fallacis poſſit non repudiari, ſi cui libeat altiùs iſta perſequi. Nec vt menſura, (id enim velle penè dementis otij eſt) ſed vt tantùm æſtimatio coniectandi conſtet animo. [4] Nam cùm trecentis ſexaginta & ferè ſex partibus orbis Solis ex circuitu eius patere appareat circulum, per quem meat, ſempérque [c] dimetiens tertiam partem ambitus, & tertiæ paulò minus ſeptimam colligat, apparet, dempta eius dimidia, (quoniam terra centralis interueniat) ſextam ferè partem huius immenſi ſpatij, quod circa terram circuli ſolaris animo comprehenditur, ineſſe altitudinis ſpatio; Lunæ verò duodecimam; quoniam tantò breuiore, quàm Sol, ambitu currit: [5] ita ferri eam in medio Solis ac terræ. [6] Mirum quò procedat improbitas cordis humani, paruulo aliquo inuitata ſucceſſu, ſicut in ſupradictis occaſionem impudentiæ ratio largitur: ausíque diuinare Solis ad terram ſpatia: eadem ad cælum agunt; [d] quoniam ſit medius Sol, vt protinus mundi quoque ipſius menſura veniat ad digitos. Quantas enim dimetiens habeat ſeptimas, tantas habere circulum duo & viceſimas: tanquam planè à perpendiculo menſura cæli conſtet. Ægyptia ratio, quam Petoſiris & Necepſos oſtendêre, ſingulas partes, in lunari circulo (vt dictum eſt) minimo, triginta tribus ſtadiis paulò amplius patere colligit: in Saturni ampliſſimo duplum: in Solis, quem medium eſſe diximus, vtriuſque menſuræ dimidium. Quæ computatio plurimum habet [7] pudoris: quoniam ad Saturni circulum, addito Signiferi ipſius interuallo, innumerabilis multiplicatio efficitur.

1 in quam nubila ac venti nubeſque proueniant. M.

2 aëra. Chiff.

3 ſed tamen prodẽda: quia ſunt prodita: quamuis vna Tolet.

4 Nam cùm trecentis ſexaginta & ferè ſex partibus patere circulum, per quem meat orbis Solis ex circuitu eius appareat, ſempérque &c. Ver. quidam legunt, circuli pro circulũ.

5 ita fieri eam &c. M. & Chiff.

6 Miror. M.

7 aliis ponderis.

ANNOTATIONES.

a Menſurarum nomina, atque ſimplex vſitatáque diuiſio hæc eſt: Digitus continet quatuor grana hordei: palmus quatuor digitos: pes quatuor palmos: cubitus ſeſquipedes, ſeu vlnam: paſſus quinque pedes: ſtadium centum triginti pedes: ſtadia ſeptem vnum cõficiunt milliare Italicum, Suidas ἑπτὰ γὰρ στάδια μίλιον ποιοῦσι μέτρον. Notandum tamen ſtadia non vbique eandem terræ menſurã continere, ſed pro diuerſitate gentium eſſe diuerſas. ſtadiorum menſuras: quemadmodum & milliaria modò longiora, modo breuiora alijs atque alijs nationibus exiſtunt. Vnde Ptolomæus ait 500. ſtadia in terra vni gradui cæleſti reſpondere. At Eratoſtenes & Plinius 700. numerant.

b Poſidonius bifariam partitur diſtantiam à terra ad cæleſtes orbes. Ab ea enim ad aërem, vbi tempeſtates fiunt xl. ſtadia aſſignat: à nubibus ad Lunam vicies cẽtena millium: indéque ad Solem quinquies mille ſtadia.

c Hoc eſt, circunferentia ſemper continet ter diametrum, & ferè vnam ſeptimam. In hac tamen ſuppuratione neglexit ſeptimam vnius tertiæ.

d Si enim Sol fertur medio mundi, diſtárque à terra ſexaginta gradibus: diſtantia terræ & Signiferi erit duplicata, hoc eſt, 120. graduum.

De repentinis ſyderibus.

CAP. XXIIII.

REſtant pauca de mundo: nanque & in ipſo cælo ſtellæ repentè naſcuntur. Plura earum genera.

De Cometis & cæleſtibus prodigiis, natura & ſitu, & generibus eorum.

CAP. XXV.

[a] Ometas Græci vocant, noſtri crinitas, horrentes crine ſanguineo, & comarum modo in vertice hiſpidas. Iidem Pogonias, quibus inferiore ex parte, in ſpeciem barbæ longæ, [1] promittitur iuba. Acontiæ iaculi modo vibrantur, [2] ocyſſimo ſignificatu. Hæc fuit de qua quinto conſulatu ſuo [3] Titus Imperator Cæſar præclaro carmine perſcripſit, ad hunc diem nouiſſimè viſa. Eaſdem breuiores & in mucronem faſtigiatas, Xiphias vocauêre, quæ ſunt omnium pallidiſſimæ, & quodam gladij nitore, ac ſine vllis radiis: quos [b] Diſceus ſuo nomini [4] ſimilis, colore autem electro, raros è margine emittit. [5] Pithetes doliorum cernitur figura, in concauo fumidæ lucis. Ceratias cornus ſpeciem habet, qualis fuit cùm Græcia apud [6] Salamina depugnauit. Lampadias ardentes imitatur faces; [c] Hippeus equinas iubas, celerrimi motus, atque in orbem circa ſe euntes. Fit & candidus cometes, argenteo crine, ita refulgens, vt vix contueri liceat, [7] ſpeciéque humana Dei effigiem in ſe oſtendens. Fiunt & [8] hirti villorum ſpecie, & [9] iuba aliqua circundati. Semel adhuc iubæ effigies mutata in haſtam eſt, Olympiade centeſimaoctaua, vrbis anno tricenteſimo nonageſimooctauo. Breuiſſimum, quo cernerentur, ſpatium ſeptem dierum annotatum eſt, longiſſimum [10] octoginta. Mouentur autem alij errantium modo, alij immobiles hærent. Omnes fermè ſub ipſo Septentrione, aliqua eius parte non certa, ſed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Ariſtoteles tradit & ſimul [d] plures cerni; nemini compertum alteri, quòd equidem ſciam. Ventos autem ab iis graues eſtúſque ſignificari. Fiunt & hybernis menſibus, & in auſtrino polo, ſed ibi citra vllum iubar. Diráque comperta Æthiopum & Ægypti populis, cui nomen cui eius rex dedit [e] Typhon, ignea ſpecie, ac ſpiræ modo intorta, viſu quoque toruo, nec ſtella veriùs, quàm quidam igneus nodus. Sparguntur aliquando & errantibus ſtellis, cæteríſque crines: ſed cometes nunquàm in occaſura [f] parte cæli eſt, terrificum magna ex parte ſydus, ac non [11] leuiter piatum, vt ciuili motu Octauio Conſule, iterúmque Pompeij & Cæſaris bello. In noſtro verò [g] quo circa veneficium, quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde [12] principatu eius, aſſiduum propè ac ſæuum. Referre arbitrantur, in quas partes ſeſe iaculetur, aut cuius ſtellæ vires accipiat, quáſque ſimilitudines reddat, & quibus in locis emicet. Tibiarum ſpecie, muſicæ arti portendere. Obſcœnis autem moribus, in verendis partibus ſignorum. Ingeniis & eruditioni, ſi triquetram figuram quadratámve paribus angulis ad aliquos perennium ſtellarum ſitus edat. Venena fundere, in capite Septentrionalis, Auſtrinæve ſerpentis. [h] Cometes in vno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum fauſtus Diuo Auguſto iudicatus ab ipſo: qui incipiente eo, apparuit ludis quos faciebat Veneri Genitrici, non multò poſt obitum patris Cæſaris, in collegio ab eo [13] inſtituto. Nanque his verbis id gaudium prodidit: *Iis ipſis ludorum meorum diebus, ſydus crinitum per ſeptem dies in regione cæli, quæ ſub ſeptentrionibus eſt, conſpectum. Id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarumque & [14] omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſydere ſignificari vulgus credidit, [i] Cæſaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id inſigne ſimulacro capitis eius, quod mox in foro conſecrauimus, adiectum eſt.* Hæc ille in publicum, interiore gaudio ſibi illum natum, ſeq; in eo naſci interpretatus eſt: & [15] ſi verum fatemur, ſalutare id terris fuit. Sunt qui & hæc ſydera perpetua eſſe credant, ſuóque ambitu ire, ſed non niſi relicta [16] à Sole cerni. Alij verò, qui naſci humore fortuito, & [17] ignea vi, ideóque ſolui.

1 promitur. M.
2 ocyſſimæ. M.
3 Malim, Tiberius, vti anteà legebatur: cum præſertim ſuprà in Catalogo autorum, etiam Tiberium Cæſarem recenſeat.
4 ſimiles Ver. leg. quos diſco ſimiles, colore autem electro, raro è margine emittunt.
5 Alias, Pitheus M. eadem forma, qua Hippeus, & Diſceus. Pithias, Senec.
6 Salaminam. M. & Chiff. V.
7 quidam ſequentia huius periodi verba ſuppoſita exiſtimãt.
8 hirci. M. & Chiff.
9 iube Chiff. Long.
10 centum octoginta ex Senec. 7. Nat. Quæſt.
11 leniter. M.
12 principatum. M.
13 conſtituto. M.
14 omnibus è terris. Chiff.
15 vt verum fateamur. M.
16 ab. Chiff. M.
17. & igne. M.

ANNOTATIONES.

a Vide Senecam ca. 14. & 15. lib. 1. Quæſt. Natural. Item Ariſt. Meteorol. 1. cap. 3. & 4. & de Mundo 3.
b Diſceus ſit quando materia vndique ſibi ſimilis exiſtit.
c Fuit & Hippeus ſculptor ac ſaber inſignis de quo Athenæus pag. 233. verſ. 48.
d Fieri poteſt vt imago veri cometæ fulſerit in oppoſita nube, non aliter quàm imagines in ſpeculis reddantur.
e Thyphon infrà cap. 48. ventus eſt, & vibratus cenephias.
f Siniſtrè hic Plinius Ariſtot. interpretatus eſt: non enim dicit in occaſu cometas nunquàm apparere, ſed quod ſæpè diſſipentur ſupra Horizontem, ac euaneſcant.
g eo anno quo Cl. Cæſar veneno extinctus eſt.
h Huius meminit Suetonius in vita Iulij Cæſaris. Vide Senecam Quæſt. Nat. lib. 6. cap. 17. Cometes hic Chriſti ſeruatoris noſtri natalem

natalem prænunciaſſe creditur.
i In antiqui denarij Romani altera parte ſpectatur Cæſaris effigies cum his literis: IMP. CAESAR DIVI IIIVIR. R. P. C. in altera verò, templi Veneris anterior facies cum ſtella, Cæſaris ſtatua augurali habitu, & ara ad quam faciunt vota ſuſcipere, & controuerſias dirimere, interpoſito iureiurando, per Cæſarem, ſolebant, cum his literis: DIVO IVL.

Hipparchus de ſyderibus, per exempla hiſtorica, faces, lampades, trabes, bolides, & chaſma cæli.

CAP. XXVI.

IDem Hipparchus nunquàm ſatis laudatus, vt quo nemo magis approbauerit cognationem cum homine ſyderum, animáſque noſtras partem eſſe cæli; nouam ſtellam & aliam in æuo ſuo genitam deprehendit: eiúſque motu, qua die fulſit, ad dubitationem eſt adductus, ánne hoc ſæpius fieret, mouerentúrque & eæ, quas putamus affixas. [1] Idémque auſus, rem etiam Deo improbam, annumerare poſteris ſtellas, ac ſydera ad [2] normam expangere, organis excogitatis, per quæ ſingularum loca, atque magnitudines ſignaret: vt facilè diſcerni poſſet ex eo, non modò an obirent, naſcerentúrve, ſed an omnino aliquà tranſirent, mouerentúrve; item an creſcerent, minuerentúrque, cælo in hæreditate cunctis relicto, ſi quiſquam, qui [3] rationem eam caperet, inuentus eſſet. Emicant & faces, non, niſi cùm decidunt, viſæ: qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente, præter ora populi meridiano tranſcurrit. Duo genera earum: Lampades vocant planè faces: alterum Bolidas, quale Mutinenſibus malis viſum eſt. Diſtant quòd faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte: Bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitem. Emicant & trabes ſimili modo, quas [4] Docos vocant: qualis cùm Lacedæmonij claſſe victi, imperium Græciæ amiſêre. Fit & cæli ipſius hiatus, [5] quod vocant [a] chaſma.

1 Ideóque. M.
2 ad nomẽ expungere. M. & Chiff. hoc eſt, Hipparch. ſtellas ad ſydera redegiſſe, in ſingulis ſyderibus quot eſſent numeraſſe, nomina etiã reddidiſſe cum illis, tum ſyderibus.
3 cretionem. CH. & Pint. editionem hæreditatis ea voce intellig.
4 Docus. M. & CH.
5 quem. M.

ANNOTATIONES.

a Eſt & chaſma terra, *χάσματα* diſcedente ac patefacta factus hiatus & vorago. Seuerus in Ætna vocat chaos. Id cùm ſubitò accideret, inferorum & deorum manium Romani veteres appellarunt, quomodo Græci *χαρίσια*.

De cæli coloribus. CAP. XXVII.

FIt & [1] ſanguinea ſpecies, & (quo nihil terribilius mortalium timori eſt) [a] incendium, ad terras cadens inde; ſicut Olimpiadis centeſimæſeptimæ anno tertio, quum rex Philippus Græciam quateret. Atque hæc ego [2] ſtatis temporibus naturæ, vt cætera, arbitror exiſtere; non vt plerique variis de cauſis, quas ingeniorum acumen excogitat; quippe ingentium malorum fuêre prænuntia. Sed ea [b] accidiſſe, non quia hæc facta ſunt, arbitror: verùm hæc ideò facta, quia incaſura erant illa. Raritate autem occultam eorum eſſe rationem, ideóque non, ſicut exortus ſuprà dictos, defectúſque, & multa alia, noſci.

1 Fit & ſanguinea ſpecie, quo &c. M. Chiff.
2 ratis. M.

ANNOTATIONES.

a Chaſmatum proprij colores ſunt puniceus & purpureus. Ariſt. b De hoc fusè Seneca Nat. Quæſt. lib. 2. cap. 32. Meteorolog. lib. 1. cap. 2. & de Mundo 3.

De flamma cæli. CAP. XXVIII.

CErnuntur & ſtellæ cum Sole totis diebus, plerunque & circa Solis orbem, ceu [1] ſpecie coronæ: & verſicolores circuli, qualiter Auguſto Cæſare in prima iuuenta Vrbem intrante, poſt obitum patris, ad nomen ingens capeſſendum.

1 ſpicea coronæ. M. & Chiff.

De coronis cælestibus. CAP. XXIX.

EXistunt eædem [a] coronæ circa Lunam, & circa nobilia astra, [1] cælo quoque inhærentia. Circa Solem arcus apparuit, L. [2] Opimio, Q. Fabio consulibus; orbis L. Porcio, M. Acilio.

1 cælóque. M.
2 Opimio iij. & Q. Fabio ij. coss. Vet. CH.

ANNOTATIONES.

a Coronas hîc vocat quod Græci στέφανας, & Latini areas: quando videlicet circa Solem, vel Lunam vel aliam claram stellam circulus conspicitur.

De circulis repentinis. CAP. XXX.

CIrculus rubri coloris L. Iulio, P. Rutilo coss. Fiunt prodigiosi, & longiores Solis defectus, qualis occiso Dictatore Cæsare, & Antoniano bello, totius penè anni pallore continuo.

Plures Soles. CAP. XXXI.

ET rursus plures [a] Soles simul cernuntur; nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo; nunquàm iuxta, nec contra terram; nec noctu, sed aut oriente aut occidente. Semel & meridie conspecti in Bosphoro produntur, qui à matutino tempore durauerunt in occasum. Trinos Soles [1] antiqui sæpius vidêre: sicut Sp. Posthumio, Q. Mutio, & Q. Martio, M. Porcio, & M. Antonio, P. Dolobella, & M. Lepido, L. Planco coss. Et nostra ætas vidit Diuo Claudio principe, consulatu eius, Cornelio Orfito collega. Plures simul, [2] quàm tres, visi, ad hoc qui nunquàm produntur.

1 & antiqui. M.
2 quàm tres simul Chiff.

ANNOTATIONES.

a Quos historici Soles, Græci παρήλια vocant: nostri vero virgas nominant. Fiunt autem quando nubes ex latere Solis vel orientis vel occidentis collocata velut speculum ἔδωλον seu imaginem Solis recipit atque exprimit.

Plures Lunæ. CAP. XXXII.

LVnæ quoque [a] trinæ, vt Cn. Domitio, C. Fannio consulibus, apparuêre: [1] quos plerique appellauerunt Soles nocturnos.

1 quod. M. & Chif.

ANNOTATIONES.

a παραιλίου dicitur & eandem habet causam materialem & efficientem, quam parelius.

Dierum lux nocte. CAP. XXXIII.

L[a]Vmen de cælo noctu visum est, C. Cæcilio, Cn. Papyrio consulibus, & sæpe aliâs, vt diei species [1] noctu luceret.

1 nocte. M. & Chif.

ANNOTATIONES.

a nihil aliud est quàm chasma suprà dictum.

Clypei ardentes. CAP. XXXIIII.

CLypeus ardens ab Occasu ad Ortum scintillans transcurrit, Solis occasu L. Valerio, C. Mario consulibus.

Ostentum cæli. CAP. XXXV.

SCintillam è stella cadere, & augeri terræ appropinquantem, ac postquàm [1] Lunæ magnitudine facta sit, illuxisse ceu nubilo [2] diei; dein cùm in cælum se reciperet, lampadem factam, semel vnquam proditur, Cn. Octauio, C. Scribonio coss. [3] Vidit hoc Licinius Syllanus Proconsul cum comitatu suo.

1 in Lunæ magnitudine. M.
2 die. M. & Chiff.
3 Vidit id Syllanus. M. & Chiff. nulla Licinij facta mentione.

De

De discursu stellarum. CAP. XXXVI.

FIeri videntur & [a] discursus stellarum, nunquàm temerè, vt non ex ea parte truces venti cooriantur. [1] Existunt stellæ & in mari terrísque.

1 Ex his tunc procellæ & in &c. M.

ANNOTATIONES.

a Scintillas & discursus stellarum vocat id quòd Ptolomæus traiectiones.

De stellis Castoribus. CAP. XXXVII.

VIdi nocturnis militum vigiliis, inhærere pilis pro vallo [1] fulgorem [a] effigie ea. Et antennis nauigantium, aliisque nauium partibus, ceu vocali quodam sono insistunt, vt volucres sedem ex sede mutantes: graues, cùm solitariæ venêre, mergentésque nauigia: & si in carinæ ima deciderint, exurentes: geminæ autem salutares, & prosperi cursus prænuntiæ: quarum aduentu fugari diram illam ac minacem, appellatámque [b] Helenam, ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen assignant; eósque in mari deos inuocant. Hominum quoque [c] capita vespertinis horis, magno præsagio circumfulgent. Omnia incerta ratione, & in naturæ maiestate abdita.

1 fulgurum effigies. Ex &c. V. & M.

ANNOTATIONES.

a Græci hoc meteoron vocant πανδίκιον, Latini Castorem & Pollucem.
b Solinus expositis multis malis quæ adfert mulierum sanguis menstruus: *habet*, ait, *planè id solum salutare, quòd auertit fydus Helenæ, pernitiosissimum nauigantibus.* Apollo tamen in Oreste apud Euripidem, salutarem nautis Helenam esse pronuntiat. ἴσον γὰρ ἔκατι χθὼν ἀστρωτὸν κἀπόρευτον, πολυκλύστου τ' ἐν εἰδόπος πέτρας, σώζουσιν ἔστι ναυτίλοις σωτῆρες.
c Sic apud Vergilium 2. Æneid. sub finem, caput Iulij ardere visum. *Ecce leuis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactique innoxia molli Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.*

De aere. CAP. XXXVIII.

HActenus de [1] ipso mundo, syderibúsque. Nunc reliqua cæli memorabilia. Nanque & hoc cælum appellauêre maiores, quod alio nomine [a] æra: omne quod [b] inani simile, vitalem hunc spiritum fundit. Infra Lunam hæc sedes, multóque inferior, (vt animaduerto propemodum constare) infinitum ex superiore natura aëris, [2] infinitum & terreni halitus miscens, vtraque sorte confunditur. Hinc [c] nubila, tonitrua, & [3] alia fulmina. Hinc grandines, pruinæ, imbres, procellæ, turbines. Hinc plurima mortalium mala, & rerum naturæ pugna secum. Terrena in cælum tendentia deprimit syderum vis: eadémque quæ sponte non subeunt, ad se [4] trahunt. Decidunt imbres, nebulæ subeunt, siccantur amnes, ruunt grandines, torrent radij, & terram in medium vndique impellunt. Idem infracti resiliunt: &, quæ [5] potuêre, auferunt secum. Vapor ex alto cadit, rursúmque in altum redit. Venti ingruunt inanes, iidémque cum rapina remeant. Tot animalium haustus spiritum è sublimi trahit. At ille contrà nititur, tellúsque, vt inani, cælo spiritum infundit. Sic vltrò citrò commeante natura, vt tormento aliquo, mûdi celeritate discordia accenditur. Nec stare pugnæ licet, sed assiduè rapta conuoluitur, & circa terram, [6] immenso rerum quasi globo, tendit, subinde per nubes cælum [7] aliud obtexens. Ventorum hoc regnum. Itaque præcipua eorum natura ibi, & fermè reliquas [8] complexa causas: quoniam & tonitruum, & fulminum iactus, horum violentiæ plerique assignant. Quin & ideò lapidibus pluere interim, quòd vento sint rapti, & multa similiter. Quam ob rem plura simul dicenda sunt.

1 mundo ipso. M. & Chiff.
2 hæc dictio in vetustis non leg.
3 illa fulmina, emphaticè.
4 trahit. Chiff.
5 potuêre, forsan legendum esset.
6 immenso rerum causas globo stringit. M. & Chiff.
7 aliud acq; aliud. Ver.
8 complexa à se. M.

ANNOTATIONES.

a Elegantissimi sunt versus Pacuuij in Chryse, de aëre.
Hoc vide circum supráque quod complexu tenet
Terram, quod nostri cælum memorant, Græci perhibent æthera,
Quicquid est hoc, si omnia format, animat, auget, alit, ferit,
Sepelit, recipitque in se omnia, omniúmque idem est pater
Indidémque eadem quæ oriuntur deintegro æquè eodem occidunt.
Vide suprà caput primum.
b Videri enim propter raritatem non potest.
c Enumeratio est impressionum quæ in aëre fiunt, ex congressu & pugna contrariarum qualitatum.

De ſtatis tempeſtatibus. CAP. XXXIX.

1 ſtaturas M.

TEmpeſtatum, rerúmque [a] quaſdam [1] ſtatas eſſe cauſas; quaſdam verò fortuitas, aut adhuc rationis incompertæ, manifeſtum eſt. Quis enim æſtates, & hyemes, quæq; in temporibus annua vice intelliguntur, ſyderum motu fieri dubitet? [2] Ergo vt Solis natura temperando intelligitur anno, ſic reliquorum quoque ſyderum propria eſt quibuſque vis, & ad ſuam cuique naturam fertilis. Alia ſunt in liquorem ſoluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec verò hæc tanta debent exiſtimari, quanta cernuntur; cùm eſſe eorum nullum minus Luna tam immenſæ altitudinis ratio declaret. Igitur, in ſuo quæque motu, naturam ſuam exercent: quod manifeſtum, Saturni maximè [b] tranſitus imbribus faciunt. Nec meantium modò ſyderum hæc vis eſt, ſed multorum etiam adhærentium cælo, quoties errantium acceſſu impulſa, aut coniectu radiorum extimulata ſunt; qualiter in [c] Suculis ſentimus accidere, quas Græci ob id pluuio nomine Hyadas appellant. Quin & ſua ſponte quædam, [3] ſtatíſque temporibus, vt Hœdorum exortus. Arcturi verò ſydus non fermè ſine procelloſa grandine emergit.

2 vt Solis ergo. CH.

3 ſtatuſíque M.

ANNOTATIONES.

a ſtatas tempeſtates vocat ſimpliciter ortus & occaſus ſyderum, qui certis temporibus ac vicibus oriuntur & occidunt: fortuitas quæ nulla certa cæleſti ratione gubernantur.

b tranſitum hunc vulgò apertiones portarum vocant.

c ſunt 7. ſtellæ obſcuræ, in capite Tauri. eſtque vehemens ſydus terra ac mari. Vide infrà cap. 26. lib. 18.

De vi Canicula. CAP. XL.

1 calores. Vet. vide infra cap. 39. lib. 18.

NAm Caniculæ exortu accendi Solis [1] vapores quis ignorat? cuius ſyderis effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, mouentur ſtagna. [a] Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu eius contrà ſtare & contueri tradit, ac velut adorare, cùm ſternuerit. Canes quidem toto eo ſpatio maximè in rabiem agi, [2] non eſt dubium.

2 nulli dubium eſt. M.

ANNOTATIONES.

a Vide infra lib. 8. cap. 53.

Sydera in aliis ſignorum partibus, & temporibus aliàs influere. CAP. XLI.

1 brumæque. M.

QVin partibus quoque ſignorum quorundã ſua vis ineſt, vt autumnali æquinoctio, [1] brumáque, cùm [a] tempeſtatibus confici ſydus intelligimus. Nec imbribus tãtum tempeſtatibúſque, ſed multis & corporum, & ruris experimentis. [b] Afflantur alij ſydere, alij commouẽtur, ſtatis temporibus, aluo, neruis, capite, mente. Olea, & populus alba, & ſalices, folia [2] ſolſtitio circumagunt. Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis arẽtis herba pulegij, rumpuntur intentæ ſpiritu membranæ. Miretur hoc, qui non obſeruet quotidiano experimento, herbam vnam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem Solem intueri ſemper, omnibúſque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Iam quidem lunari poteſtate oſtrearum, conchyliorúmque, & concharum omnium [c] corpora augeri, ac rurſus minui. Quin & ſoricum fibras reſpondere numero Lunæ, exquiſiuêre diligentiores: minimúmque animal, formicam, ſentire vires ſyderis, interlunio ſemper ceſſantem. Quo turpior homini inſcitia eſt, fatenti præcipuè iumentorum quorundam in oculis morbos cum Luna increſcere, ac minui. Patrocinatur vaſtitas [3] cæli immenſa, diſcreta altitudine in duo [4] atq; LXX. ſigna. Hæ ſunt rerum, aut animantium effigies, in quas digeſſêre cælum periti. In his quidem mille ſexcentas annotauêre ſtellas, inſignes videlicet effectu, viſúve. Exempli gratia, in cauda Tauri [d] ſeptem, quas appellauêre Vergilias, in fronte Suculas, [e] Booten, qui ſequitur Septentriones.

2 ſolſtitio folia. M. & Chiff.

3 rei. M. Vetus ſic habet: cæli, immenſa altitudine, diſcreta in &c.

4 atque xl. ex Higinio. Martianus 47. numerat. Ptolomæus & Alfonſus 48.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a Vſus eſt hypallage, cùm dixit ſydus confici tempeſtatibus, pro conficere tempeſtates.

b hoc eſt ſyderantur. Morbi genus eſt, quem Græci ἀστροβολισμὸν appellant, aut quando corpus exarefcit & fit tabidum, aut fit quis velut attonitus. Hoc in coniunctione Saturni cum Venere in Virgine fieri ſolet.

c Lucilius, Luna alit oſtrea: implet & echinos, muribus fibras & pecu addit. Sola omnium capiſtratarum cæpa Luna ſeneſcente augetur, iuueneſcente flaccefcit, quaſi ſyderis curſum perofa. Quamobrem eam Peluſiotæ in cibis execrantur.

d Fama & opinione vulgi ſeptem eſſe Virgilias, ſiue Pleiadas Arratus ſcribit, conſpici tamen ſex tantùm.

ἑπτὰ μὲν οὐκ ἐτέλεσσε μετ' ἀνθρώποις καλέεσθαι,
ἓξ δ' οἵη πέλει οὔτε τι φαινομένη ἀφανεῖσα.

Homerus odyſſ. μ. tradit cùm Pleiades occidunt, Symplegadum ſcopulorum concurſu & colliſu vnam ſemper obteri: ſed alteram in eius locum à Ioue reſtitui, vt earum numerus integer ſit. Vide Athenæum li. 11. Pindarus vocat, tanquam ἀρίστας, quòd in Tauri cauda ſitæ ſint.

e Hunc Muſæus in Leandro tardum vocat. καὶ μὴν ἀντιτύπων ὑπ' ὄγδοα βουσὶν, ὁ θρασὺς ὠρίων, καὶ ἄλγεσιν ὄλεσε θυμὸν ἀμάξης. Axen, Booten, & Temonem Varro appellat. Septentriones Homerus ἅμαξαν, Aſtronomi ὑπ' αὐτὴν ἅμαξαν κυνόσουρα καλέουσι.

Imbrium, ventorum, & nubium cauſa. CAP. XLII.

1 quoniam aliàs. V.

2 vaporem fumidã exhalari. M. & Chiff.

3 vapore, ex Ariſt.

EXtra has cauſas non negauerim exiſtere imbres ventóſque: [1] quoniam humidam à terra, aliàs verò propter [2] vapores fumidam, exhalare caliginem certum eſt. Nubéſque [3] liquore egreſſo in ſublime, aut ex aere coacto in liquorem, gigni. Denſitas earum, corpúſque haud dubio coniectatur argumento, cùm Solem obumbrent, perſpicuum aliàs etiam vrinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.

De tonitruis & fulguribus. CAP. XLIII.

1 ſupernarum. V.

2 pertenuint. M.

3 altiſſonum. Vet.

IGitur non eam inficias, poſſe in has & [a] ignes [1] ſupernè ſtellarum decidere, quales ſereno ſæpe cernimus, quorum ictu concuti aëra verum eſt, quando & tela vibrata ſtridunt. Cùm verò in nubem [2] peruenerint, vaporem [3] diſſonum gigni, vt candente ferro in aquam demerſo, & fumidum vorticem volui. Hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: ſi erumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra. His findi nubem, illis perrumpi. Et eſſe tonitrua impactorum ignium plagas; ideóque protinus coruſcare igneas nubium rimas. Poſſe & repulſu ſyderum depreſſum, qui à terra meauerit, ſpiritum nube cohibitum tonare, natura ſtrangulante ſonitũ, dum rixetur, edito fragore, cùm erumpat, vt in membrana ſpiritu intẽta. Poſſe & attritu, dum in præceps feratur, illum, quiſquis eſt, ſpiritum accendi. Põſſe & conflictu nubium elidi, vt duorum lapidum, ſcintillantibus fulgetris. [4] Sed hæc omnia eſſe fortuita. Hinc bruta fulmina & [b] vana, vt quæ nulla veniãt ratione naturæ. Iis [5] percuti montes, iis maria, omnéſque alios irritos iactus. Illa verò fatidica ex alto, ſtatíſque de cauſis, & ex ſuis venire ſyderibus. Simili [c] modo ventos vel potiùs flatus, poſſe [6] & ex arido, [d] ſiccóque halitu terræ gigni non negauerim: poſſe & aquis aëra expirantibus, qui neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes: poſſe & Solis [e] impulſu agi; quoniam ventus non aliud intelligatur, quàm [7] fluctus [f] aëris: pluribúſque etiã modis. Náque & è fluminibus, ac [8] niuibus, & è mari videmus, & quidem tranquillo, & alios quos vocant Altanos, è terra conſurgere. Qui quidem cum è mari redeunt, Tropæi vocantur: ſi pergunt, Apogæi.

4 Et hæc omnia.

5 his percuti montes, his & M.

6 & arido ſiccóque anhelitu. M. & CH.

7 flatus. M.

8 Sinibus. Conſt.

ANNOTATIONES.

a Fuit hæc ſententia Epicureorum. At quàm falſa nemo non intelligit. ſtellæ enim non cadunt, nec ignis niſi ſuperius tendit. Vide Ariſt. 3 Meteor.

b quæ fulmina dicantur vana & quæ fatidica infrà dicetur.

c Quidam hic cap. aliud incipiunt de ventis.

d Hæc eſt opinio Ariſtotelis. 2. Meteorol. cap. 1.

e Ariſt. 2. Meteor. δὸ ἥλιος ποιεῖ πνεῦσι ποιεῖ συνίστησι τὸν ἀνεμίαντον.

f Plutarch. in Quaſ. Nat. Ἀναξιμένης φησὶν ἀέρα ἄνεμον εἶναι ῥέοντα ἀέρα γῆν ὑπερ. Idẽ: Συμπολεμεῖ ποιεῖ συνίστησι ἄνεμος ἄνεμον ῥέοντα γίνεσθαι.

Qua ratione echo reddatur. CAP. XLIIII.

1 aut complexi ſubito anfractu innumeroſa iuga. Ver. M. habet, & conſtexa ſubito aut fracta ninium eroſa iuga.

MOntium verò flexus crebríque vertices, & [1] conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium ſinus, ſcindunt inæqualiter inde reſultantem aëra: quæ cauſa etiam [a] voces multis in locis reciprocas facit.

ANNOTATIONES.

a Auſonius ait Echo aëris & linguæ filiam eſſe. Varro in Seſquiyſſe. *Pieridum comes quæ, tenes cauata putri gelo montium ſaxa.* Vide Ouid. 3. Metam.

De ventis iterum. CAP. XLV.

1 Iam ſine ſine ventos generant quidã eriam ſpecus.

2 Dalmatia, ore vaſto præceps *hiatu.* Chiff.

SIne [1] fine [a] ventos generant iam quidam etiam ſpecus, qualis in [2] Dalmatiæ ora, vaſto in præceps hiatu: in quem deiecto leui pondere, quamuis tranquillo die, turbini

similis emicat procella. Nomen loco est Senta. Quin & in [b] Cyrenaica prouincia rupes quædam Austro traditur sacra, quam profanum sit attrectari hominis manu, confestim Austro voluente harenas. In domibus etiam [3] multis, manu facta incluſa opacitate concepracula auras suas habent, adeò causa non deest. Sed plurimum interest, flatus sit, an ventus. Illos staros atque perspirantes; quos non tractus aliquis, verùm terræ sentiunt: [4] qui non aura, non procella maris, sed appellatione quoque ipsa venti sunt: qui siue assiduo mundi [5] incitu, & contrario syderum occursu nascuntur; siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus, huc [6] illuc tanquam in vtero aliquo vagus; siue disparili errantium syderum ictu, radiorúmque multiformi iactu flagellatus aër; siue à suis [c] syderibus exeunt his propioribus, siue ab illis cælo affixis cadunt, palàm est [7] illud quoque legem naturæ habere non ignotam, etiamsi nondum percognitam.

3 multa madefacta incluſa opacitate conceptacula Chif.

4 qui non aura, non procellæ, sed mares appellatione quoque ipsa venti sunt. Chif. Mares itaque existimantur impari numero insita cap. seq.

5 incitatu. Chiff.

6 illúcque. Tol.

7 illos. M. CH.

ANNOTATIONES.

a De ventis vide Arist. de Mundo cap. 3. & Meteo. lib. 2. cap. 2.
b Vide Pomponium Melam lib. 1. cap. de Cyrenaica.
c Hoc ex Epicureorum sententia.

Naturæ & obseruationes ventorum. CAP. XLVI.

VIginti [1] amplius autores Græci veteres prodidêre de his obseruationes. Quo magis miror, orbe [2] discordi, & in regna, hoc est in [3] membra, diuiso, tot viris curæ fuisse, tam ardua [4] inuentu; inter bella præsertim & infida hospitia, piratis etiam omnium mortalium hostibus transitus fermè tenentibus: vt hodie quædam in suo quisque tractu ex eorum commentariis, qui nunquam eò accessêre, verius [5] noscat, quàm indigenarum scientia: nunc verò pace tam festa, tam gaudente prouentu rerum artiúmque principe, omnino nihil addisci noua inquisitione, imò ne veterum quidem inuenta perdisci. Non erant maiora præmia in multos disperſa fortunæ magnitudine: & ista plures sine præmio alio, quàm posteros iuuandi, eruerunt. [6] Nanque mores hominum senuêre, non fructus: & immẽsa multitudo aperto, [7] quodcũque est, mari, hospitalíque litorum omnium appulsu nauigat; sed lucri, nõ scientiæ gratia. Nec reputat cæca mens, & tantùm auaritiæ intenta, idipsum scientia posse tutiùs fieri. Quapropter scrupulosiùs, quàm instituto fortassis conueniat operi, tractabo ventos, tot millia nauigantium cernens.

1 & amplius. M.
2 tam discordi. Vet.
3 mẽbra terræ. M.
4 Inuentu perquirere. Vet.
5 noscant. Vet.
6 Iámque. M.
7 quocumque. M.

Ventorum [a] genera. CAP. XLVII.

VEteres [1] quatuor omnino [2] seruauêre, per totidem mundi partes, (ideò nec Homerus plures nominat) hebeti, vt mox iudicatum est, ratione. [3] Secuta ætas octo addidit, nimis subtili, & concisa: proximis inter vtranque media placuit, ad breuem ex numerosa additis quatuor. Sunt ergo bini in quatuor cæli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus: illum [4] Apelioten, hunc Eurum Græci appellant. A Meridie Auster, [b] & ab Occasu [5] brumali Africus; Noton & Liba nominãt. Ab Occasu [6] æquinoctiali Fauonius, ab [7] Occasu solstitiali Corus: Zephyron & Argesten vocant. A Septentrionibus, [c] Septentrio: intérque eum & Exortum solstitialem, Aquilo, [8] Aparctias dicti & Boreas. Numerosior ratio quatuor his interiecerat, Thrasciam, media regione inter Septentrionem, & Occasum [9] solstitialem: itémque Cæcian, media inter Aquilonem & Exortum æquinoctialem. [10] Ab Ortu solstitiali Phœnician, media regione inter ortum brumalem & Meridiem. Item inter Liba & Noton, compositum ex vtroque medium, inter Meridiem & [11] hybernum Occidentem, Libonoton. Nec finis. alij quippe Mesen nomine etiamnum addidêre inter Borean & Cæcian; & inter Eurum & Noton, Euronotum. Sunt etiam quidam peculiares quibusque gentibus venti, non vltra certum procedentes tractum, vt Athenienſibus [d] Sciron, [12] paulùm ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. [13] Aliubi elatior, idem Olympias vocatur. Consuetudo omnibus his nominibus Argesten [14] intelligit: & Cæcian aliqui vocant Hellespontian, & eosdem [15] alibi aliter. Item in Narbonensi prouincia clarissimus ventorum est [e] Circius, nec [16] vlli violentia inferior, Ostiam plerunque [17] rectà Ligustico mari perferens: idem non modò in reliquis partibus cæli [18] ignotus, sed ne Viennam quidem, eiusdem prouinciæ vrbem, attingens, paucis antè [19] limitibus iugi modici occursu tantus [20] ille

1 cernens veterum Chif.
2 seruâsse. Vet.
3 proxima. Vet.
4 Aphelioten Ch.
5 solstitiali
6 brumali.
7 ab ortu solstitiali. Long.
8 Aparctias & Boreas dicti. Chif.
9 brumalem.
10 æquinoctialem: phœniciamedia. hæc quæ interiacent superuacanea sunt.
11 æstium.
12 paulò M.
13 alibi vbi M.
14 intelligi. Et M.
15 alij, Chiff.
16 vlli in violentia Chiff.
17 rectò. M. Vet.
18 ignot⁹ est. Ch. M.
19 millibus Ver.
20 ille ventus coërcetur. Vet. vt & Ch.

ventorum

ventorum coërcitus. Et Austros in Aegyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifesta lex naturæ, ventis etiam & tempore, & fine dicto. Ver ergo aperit nauigantibus [g] maria: cuius in principio, [h] Fauonij hybernum molliunt cælum, Sole Aquarij x x v. obtinente partem. Is dies sextus est ante Februarias Idus. Competit fermè & hoc omnibus, quos deinde ponam, per singulas [i] intercalationes vno die anticipantibus; turſúmque lustro sequenti ordinem seruantibus. Fauonium quidam ad [21] v i j. Calendas Martij, Chelidonian vocant, ab hirundinis [22] viso: nonnulli verò Ornithian, vno & l x x. die post brumam, ab aduentu auium, flanten per dies nouem. Fauonio contrarius est, quem Subsolanum appellauimus. Datus [23] est autem huic exortus Vergiliarum in totidem partibus Tauri, sex diebus ante Maias Idus, quod tempus austrinum est, huic vento Septentrione contrario. Ardentissimo autem æstatis tempore exoritur Caniculæ sydus, Sole prima partem Leonis ingrediente: qui dies x v. ante Augustas Calend. est. Huius exortum diebus octo fermè Aquilones antecedunt, quos [k] Prodromos appellant. Post biduum autem exortus, iidem Aquilones constantius [24] perflant diebus quadraginta, [25] quos [l] Etesias[m] vocant. [26] Molliri eis creditur Solis vapor geminatus ardore syderis: nec vlli ventorum magis stati sunt. Post eos rursus Austri frequentes, vsque ad sydus Arcturi, quod exoritur vndecim diebus ante æquinoctium Autumni. Cum hoc Corus incipit. Corus autumnat: huic est contrarius Vulturnus. Post id æquinoctium diebus ferè quatuor & quadraginta. Vergiliarum occasus hyemem inchoat: [27] quod tempus in i i i. Idus Nouembris incidere consueuit: [28] hoc est Aquilonis hyberni, multúmque æstiuo illi dissimilis, cuius ex aduerso est Africus. Ante brumam autem septem diebus, totidémque posteà, sternitur mare halcyonum fœturæ, vnde nomen hi dies [n] traxêre: reliquum tempus hyemat. Nec tamen sæuitia tempestatum concludit mare. Piratæ primùm coëgere mortis periculo in mortem ruere, & hyberna experiri maria: nũc idem hoc auaritia cogit. [29] Ventorum frigidissimi sunt, quos à Septentrione diximus spirare, & vicinus his Corus. ij [30] & reliquos compescunt, & nubes abigũt. Humidi, Africus, & præcipuè Auster Italiæ; Narrant & in Ponto Cæcian in se trahere nubes. Sicci Corus, & Vulturnus, præterquam desinentes. Niuales Aquilo, & Septentrio. Grandines Septentrio importat, & Corus: æstuosus Auster: tepidi Vulturnus, & Fauonius. Iidem Subsolano ficciores: & in totum omnes à Septentrione & Occidente ficciores, quàm à Meridie & Oriente. Saluberrimus autem omnium [31] Aquilo: noxius Auster, & magis siccus; fortassis quia humidus frigidior est. Minus esurire eo spirante creduntur animantes. Etesiæ [n] noctu desinũt [32] ferè, & à tertia diei hora oriuntur. [33] In Hispania & Asia [o] ab Oriente flatus est eorum; in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus à Meridie. Spirant autem & à bruma, [34] cùm vocantur [p] Ornithiæ, sed leniores & paucis diebus. Permutant & duo naturam cum situ. Auster Africæ serenus, Aquilo nubilus. Omnes venti vicibus suis spirant maiore ex parte, [35] aut vt contrarius desinenti [36] incipiat. Cùm proximi cadentibus surgunt, à læuo latere in dextrum vt Sol, ambiunt. De ratione eorum menstrua, quarta maximè Luna decernit. Iisdem autem ventis in contrarium nauigatur, prolatis [q] pedibus, vt noctu plerunque aduersa vela concurrant. Austro maiores fluctus edũtur, quàm Aquilone: quoniam ille [37] infernus ex imo maris spirat, hic summo. Ideóque post Austros noxij præcipuè terræ motus. Noctu Auster, interdiu Aquilo vehementior. Et ab Ortu flantes diuturniores sunt ab Occasu flantibus. Septentriones impari ferè desinũt numero: quæ obseruatio & in aliis multis rerum naturæ partibus valet. Mares itaque existimantur [38] impari numero. Sol & auget, & comprimit flatus. Auget exoriens occidénsque, comprimit [39] meridianus æstiuis temporibus. Itaque medio diei aut noctis plerunque sopiuntur; quia aut nimio frigore, aut æstu soluuntur. Et imbribus [40] venti sopiuntur. Expectantur autem maximè, vnde nubes discussæ adaperuêre cælum. Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire eãsdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat; non ventorum modò, verùm & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius semper intercalari anno Caniculæ ortu. De generalibus ventis hæc.

21 viij. Chiff.
22 viſu M.
23 Est autem exortus Verg. M.
24 perflant his diebus, M.
25 quos Etesias appellant. Chiff.
26 Mollire eos Ch. M. Vet.
27 quod in tempus Ver.
28 Hic est Aquilo hybernus M.
29 Venti etiam Ch.
30 hi. Chiff.
31 Vide num rectius legatur, Aquilo, quia siccus & frigidior: noxius Auster, fortassis, quia magis humidus. Chiff.
32 flare M.
33 In Hispaniam & Asiã ab Oriẽte flatus est eorum: in Ponto ab Aquilone, in Meridiem. Reliquis autem partibus spirãt & a&c. V.
34 qui Vet.
35 del. aut.
36 incipiat: aut quã proximè cadentibus surgat. Long. & M.
37 inferius ex imo mari. Chiff.
38 impares numeri. Ver.
39 meridianis & æstiuis M.
40 venti sop. desinc. hæc. in Chiff. M. & recte

ANNO

a Vetera exemplaria non separant hoc caput à præcedenti.
b Odyss. ε, ὣς ἄρ' ὑπὸ τὸν νότον τ' ἔκιον, ζεφύρου δ' ἅμα πνοιὴ ἀέλλη ἐξαπίνης μεγάλα ἐφορμηθεῖσα ἐκέλευσε. Aristot. tamen 2. Meteorolog. ventos ex aduerso ruentes simul flarenon posse tradit.
c Mirum quod Aristoteles 2. Meteor. Austrum à mundi parte quæ antarctico polo subiecta est, flare negat, quòd tam procul ad nos vsque flatus peruenire nõ possit, cùm in Problematibus, & lib. de Mũdo ad Alex. illinc flare tradat. Ouid. certè 4. de Ponto ab ortu suo procul digressum, languidum accedere scribit.

Hic oritur Boreas, or æque domesticus hnic est,
Et sumit vires à propiore loco.
At Notus aduersa sepidus qui spirat ab arce,
Est procul, & vasto, languidiórque venit.

d. Ouid. *Scythiam Septemque triones.*
Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus
Nubibus assiduis pluuióque madescit ab Austro.

idẽ *Letifici calidi spirarũs flatibus Austri: vdos ἀνὰ τὸ νοτίδες* ab humore & nebula. Hom. *ἀικὰς δ' ὑπὸ νότοι μέγ' ἰάχησι.* Idẽ. *Ὅτε βαλάσσιος πῶμα νότου βαθὺ πυκὶ χέρσῳ πωτᾶται ὀρούσιον ποσὶν βαρὺς ἀκτιγενής.*
e Strabo zephyros & præcipuè Argestas *σκιάφρους* vocat: ab Athenienſibus ſcribit, *ὅτι πνεούσιν ἀπὸ σκιαφιδίου σκιάθους*; quoniam ſpirant à ſcopulis Sceironiis. Quidam hunc ventum eundem eſſe putant cum Iapyga, Cauro, Helleſpõtio, Olympia.
f Hunc Strabo lib. 4. Melambornm vocat. Circio tam vehementi vt tecta nonnunquam auferat, ne Galliam rapidus infeſtaret Auguſtus aliquando votum ex ſoluit & ſacrum fecit. Anemothidos Palladis Methone templum fuit. Vide Alex. ab Alex. cap. 22. 3.
g Maria hyeme clauſa ſunt cælo tempeſtatibus fœdo ac procelloſo: peruiuntur vère. Diem anni quo nauigationem auſpicabantur ferijs publicis celebrabant. Veget. *Poſt natalem verò nauigationis, qui ſolenni certamine, publicóque ſpectaculo multarum gentium celebratur &c.* Turn. cap. 24. lib. 18. Aduer.
h Fauonius inter omnes vẽtos mitiſſimus. *Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.* Horat. Plaut. in Milite *Liquidius cultuſq; ero quàm ventus eſt Fauonius.* Idem ibid. *Hic Fauonius ſerenus eſt, iſtic Auſter imbricus: hic facit tranquillitatem, iſto omnes fluctus continent.*
i quarto quoque anno.
k Vide infrà cap. 28. lib. 18. circa medium.
l Etefias cõſtat flare à Septẽtrione. Lucret *Etefiæ flabra Aquilonũ.* Licẽter poëtæ Aquilonem, ſiue Boream, medium inter Orionem & Vrſam, Septentrionem, Græcorum Aparctiam vocãt. Flant Prodromi diebus octo ante ortum Caniculæ: Etefiæ verò biduo poſt. Ariſtoteli & Suidæ gignuntur ſole diſſoluente collectum humorem. *ἀπὸ τοῦ ἔτους* nomen eſt impoſitum, quòd ſint anniuerſarij. Occidentem verſus ij flant ad Zephyrum, Argeſten, Thraciam: Orientem verò ad Apheliotem.
Nauales, vel, vt alij legunt, Niuales Varro appellat in Ephemeride, Nauales Etefiæ diutius & vberius flauerant, & autumnum ventoſum fecerant.
m Vide infrà cap. 32. lib. 10.
n Vide Senecam.
o Venti Septẽtrionales omnes numero quinque: Aquilo, Cæcias, Aparctias, Thracias, Argeſtes.
p Etefiæ imbecilliores.
q Pes nauticum vocabuli, imus eſt veli angulus: alijs funis quo velũ teaditur. Virg. *vnà omnes ſecere pedem.* id eſt, vela tetẽderũt. Proferre pedem Seruio eſt, funibus & ſuis podijs imam veli partẽ minus adducere, ſiue vtramque veli partem æquatam eſſe non pati, quod ſit obliquato veli ſinu, dum producitur funis alter, alter reducitur. Sic colligitur ventus vt aduerſæ naues eodem vento inflatę ac pulſæ poſſint cõcurrere. Funes hos vorſoria vocat Plautus. *Hic ventus nunc ſecundus eſt, eapse vorſorium.* Propedes Iſidorus ex Turpilio. *Quaſi cùm ventus ſert nauem in mare ſecundum, ſi quis propedem miſit in veli ſiniſtrum.* Sic anginam ex Cinna vocat funem. *Qui autem nauis ad malum conſtringit atque angina regit, flabilem fortiſſima curſum.* Tur. cap. 4. lib. 10. Aduerſ.

De repentinis flatibus. CAP. XLVIII.

NVnc de repentinis [a]flatibus, qui exhalante terra (vt dictum eſt) coorti, rurſúſque deiecti, interim obducta nubiũ cute multiformes exiſtunt. Vagi [1] quippe & ruentes torrentiũ modo (vt [2] aliquibus placere oſtendimus) tonitrua & fulgura edunt. Maiore verò illati pondere incurſúque, ſi latè ſiccam [3] ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur à Græcis Ecnephias. Sin verò [4] depreſſo ſinu arctiùs rotati effregerint, ſine igne, hoc eſt ſine fulmine, vorticem faciunt, qui Typhon [b] vocatur, id eſt, vibratus Ecnephias. Defert hic ſecum [5] aliquid [c] abruptum è nube gelida, conuoluẽs verſanſq;, & ruinam ſuam illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua nauigantium peſtis, non antennas modò, verùm ipſa nauigia contorta frangens; tenui remedio aceti in aduenientem effuſi, cui frigidiſſima eſt natura. Idem illiſu [6] ipſe repercuſſus, correpta ſecum in cælum refert, ſorbétque in excelſum. [d] Quòd ſi maiore depreſſæ nubis eruperit ſpecu, ſed minus lato quàm procella, nec ſine fragore, [e] Turbinem vocant, proxima quæque proſternentem. Idem ardentior, accenſúsque dum [7] furit, [f] Preſter vocatur, amburens contacta pariter & proterens.

1 d. in M.
2 aliquois Chiff.
3 rupẽre. Chiff.
4 depreſſum ſinũ Vet.
5 aliquid abreptum
9 ipſo V.
7 fuerit. Chiff.

ANNOTATIONES.

a De his Ariſtoteles in Meteor. & Gellius li. 19. Rhodig. ca. 19. 20.
b Gellius loco citato. Alius eſt Typhon cometes ſuprà cap. 25.
c Ariſtoteles de Mundo; *Τῶν δ' ἀνέμων οἱ μὲν κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι τῇ ἀνελκυσθείσῃ πλάκι πρὸς ἑαυτὸν πνεύματος ἐκπτοίας ποιοῦσι τὰς καλουμένας.* Et Meteo. lib. 3. *Διὸ ἅπαντα πνεύματα, καὶ πνευματῶδες ὄντα, ἐκπτοίας ἅπασι γινέσθαι.* Vide Senecam Quæſtion. Natur. lib. 5. cap. 12.
d *Τὴν σφῆτταν.* Ventos hos nubibus incluſos & tãto impetu erumpentes Ennius his verſibus ſignificat. *Per ego Deũm ſublimes ſubices humidas, Vnde oritur imber ſonitu ſæuo & ſpiritu* Vide Feſtum hac de re.
e Hue videtur pertinere prima ſequentis capitis periodus, perperam ex hac ſua ſede in alienam tralecta.
f Eſt etiam *πρηστὴς χθόνιος* Ariſt. *ἀναφύσημα* vocat, cùm ſpiritus ex terræ hiatibus exploſus mare vi ſe circumagit & contorquet.

Alia prodigioſa genera tempeſtatum. CAP. XLIX.

2 nec niualis Ecnephias. Redundant enim tria illa verba Aut niue iacente. ex Vet. & Ariſtot. 2. Met.
2 rumpit.
3 ac non poſtea eũ rupit ex M. & Chiff.
4 meando. Ver.
5 turbine, quomodo &c. ex Chiff. & d. in Ver. omnibus.
6 & in longum veluti fiſtula aquam & Chiff.

NOn fit autem aquilonius Typhon, [1] nec niualis aut niue iacente Ecnephias. Quòd ſi ſimul [2] rupit nubem, exarſitque, & ignem habuit, [3] nõ poſtea cõcepit, fulmen eſt. Diſtat à Preſtere, quo flamma ab igne. Hic latè funditur flatu, illud conglobatur impetu. [a] Vortex autem [4] remeãdo diſtat à turbine, [5] & quo ſtridor à fragore. Procella latitudine ab vtroque, diſiecta nube veriùs, quàm rupta. Fit & caligo belluæ ſimilis, nube dira nauigantibus. Vocatur & columna, cùm ſpiſſatus humor rigénsque ipſe ſe ſuſtinet. Ex eodem genere, & [6] in longam veluti fiſtulam nubes aquam [b] trahit.

ANNO

a Vorticem Græci *σιφῶνα*: alij *τυφῶνα* vocãt. Apollodorus in Meteor. Ariſt. *Ἀριστοφάνης*, inquit, *τυφῶνα εἶναι τοιοῦτόν τινα λέγει· ἀπὸ τῆς νεφέλης σφοδρὸν κατὰ βυθοῦ φερομένου πνεύματος· ἀπὸ τοῦ ἐναντίου πνεύματος ἀνακωχὴ τοῦ ὕδατος ἀναλάβῃ.* Vide Turn. cap. 20. lib. 4. Adu.
b Præter Ecnephian, ſiue procellã, vorticem, ſiue typhonem, turbinem ſiue ſtrobilum & preſterẽ nominat Ariſtoteles, *θυέλλας, ἰσπληγας, λαῖλαπας, καὶ τὰς τοιαύτας ἐκπτοίας*, de quibus Rhodig. *Lunaticas* verò, *ἀνεμώλιος*, inſulanos, hîc referre nihil attinet, cùm aliam naturam, rationémque habeant, vt & imbres *προαγῶνας*. Petrus Victorius Romæ in prima regione ædem Tempeſtati ſacram fuiſſe tradit.

Quibus in terris fulmina non cadant. CAP. L.

HYeme & æſtate rara fulmina, contrariis de cauſis; quoniam hyeme dẽſatus aër nubium craſſiore corio ſpiſſatur; omníſque terrarum exhalatio rigẽs, ac gelida, quicquid accipit ignei vaporis, extinguit. Quæ ratio immunem Scythiam & circà rigentia à fulminum caſu præſtat; & è diuerſo nimius ardor Aegyptum. Siquidem calidi ſicciſque halitus terræ, [1] raras admodum, tenuéſque & [2] infirmas denſantur in nubes. Vêre autem & autumno, crebriora fulmina, corruptis in vtroque tempore, æſtatis hyemíſque cauſis. Qua ratione [3] crebra in Italia; quia mobilior aër mitiore hyeme; & æſtate nimboſa, ſemper quodammodò vernat, vel autumnat. Italiæ quoque partibus ijs, quæ à Septentrione diſcedunt ad teporem, qualis eſt Vrbis & Campaniæ tractus, iuxtà hyeme & æſtate fulgurat, quod non in alio [4] ſitu.

1 raro. M.
2 hæc verba, & infirmas, inquibuſdam deſunt.
3 crebra ſunt in Italia Chiff.
4 ſitu euenit. M.

Fulgurum [a] genera, & miracula. CAP. LI.

FVlminum ipſorum plura genera traduntur. Quæ ſicca veniunt, non adurunt, ſed diſſipant. Quæ humida, non vrunt, ſed infuſcant. Tertium eſt, quod clarum vocant mirificæ maximè naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis [b] operimentis, nullóque alio veſtigio relicto. Aurum, & æs, & argentum [c] liquatur intus, ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis, ac ne confuſo quidem ſigno ceræ. Marcia princeps Romanarum icta grauida, partu exanimato, ipſa citra vllum aliud incommodum vixit. In [1] Catilinanis prodigiis, Pompeiano ex municipio M. Herennius Decurio ſereno die fulmine ictus eſt.

1 Catilinianis Vet. alij Catilianis.

ANNOTATIONES.

a Fulgurum genera Rhodignio cap. 13. lib. 8. *κεραυνοὶ, αἰθέριοι, ἡμιόπτητοι*, quæ, vt vult Suidas, maxima celeritate icta commiuuunt. Ab his tribus generibus quidam triſulcum fulmen dictum volunt.
b Vide Senecam cap. 31. lib. 2. Quæſt. Natur. Ariſt. de Mundo cap. 3. Meteor. lib. 2. cap. 1. lib. 3. cap. 1.
c Vide quod adnotatum eſt de Mithridate cap. 2. lib. 25. Varro lib. 3. Rerum diuinarum. Lucius Scipio cùm aurum haberet in ciſta vi minea, ita fulmine eſt icta, vt ciſta eſſet integra, aurum vero colliquiſſet. Nonius in voce liquidum. Plutarchus in ſimpoſij: *καὶ κυλικίων ἀργυρῶν ξυλινοις ὑγιεσι θίγοντες ἐλάττους, τὴν μὲξῆ ἀργυρᾶν σύμφυσαν ταπίνωσε, ξὺ δὲ ξυλὸν ἀπείλησε καὶ ἐκπλῆσαι τὸ ποτήριον.*

De obſeruationibus. CAP. LII.

THuſcorum [a] literæ nouem Deos emittere fulmina exiſtimant, eáque eſſe vndecim generum: Iouem enim trina iaculari. Romani duo tantùm ex ijs [1] ſeruare: diurna attribuentes Ioui, nocturna [b] Summano; rariora ſanè eadem de cauſa [c] frigidioris cæli. Hetruria erumpere [2] terra quoque arbitratur, quæ infera [3] appellat, brumali tempore facta; ſæua maximè & execrabilia; cùm ſint omnia, quæ terrena [4] exiſtimant, nõ illa generalia, nec à ſyderibus venientia, ſed ex proxima atque turbidiore natura. Argumentũ euidens [5] eſt, quòd omnia à ſuperiore cælo decidentia obliquos [6] habeant ictus; [d] hæc autẽ quæ [7] vocãtur terrena, rectos. Sed quia ex propiore materia cadũt, ideò creduntur è terra exire, quoniam ex [8] repulſu nulla veſtigia [9] edant, cùm ſit illa ratio nõ [10] inferni ictus, ſed aduerſi. A Saturni ea ſydere proficiſci ſubtiliùs iſta confectati putant: ſicut cremantia, à Martis. Qualiter, cùm Volſinij oppidum Thuſcorum [e] opulentiſſimũ [11] totum concrematum eſt fulmine. Vocant & familiaria [f] in totam vitam fatidica, quæ prima fiunt familiam ſuam cuique in depto. Cæterùm exiſtimant non vltra [g] decem annos portendere priuata; præterquam aut [12] matrimonio primo facta, aut natali die: publica non vltra triceſimum annum; præterquam in deductione oppidorum.

1 ſeruauêre. Ch. M.
2 è terra. M.
3 appellantur M.
4 exiſtimantur M.
5 deeſt in Chiff. M.
6 habent. Chiff.
7 vocant. Ch.
8 percuſſu. Chiff.
9 edunt Ch. M.
10 inferi Chiff.
11 opulentum. M.
12 patrimonio. M. Senec.

ANNOTATIONES.

a Hetruſci iudicabant fulmina ob hoc tantum fieri vt aliquid ſignificarent: Philoſophi contra fulminum cauſam efficientem nubium colliſioni aſſignabant: poſtquã verò facta eſſent aliquid portendere exiſtimabant.
b Plutoni ſummo Deorum manium. Quis tamen Summanus eſſet Ouidius dubitare videtur his verſibus,

Reddita, quiſquis is eſt, Summano templa feruntur;
Tunc cùm Romanis Pyrrhe timendus eras.

c quia locis tepentibus cælum propter *ἀσταθῆ θερμότητα* frigidius eſt.
d & caſus. Inde obſtita fulgurita dicuntur, quaſi obliqua, ex obliquo tacta & collapſa. vide quod notatur cap. 47. lib. 8.
e Et Lugdunum florentiſſima ciuitas, Nerone imperãte. Hetruſci quas

sci quas vocarunt manubias, id est, fulminum iactus, à tribus superioribus syderibus, Saturno, Ioue, Marte decidere putarunt: sed præcipuè Ioue, qui colluctantes inter se nimium Saturni humorem, & immodicum ardorem Martis, medius ipse prorumpere cogit. Iouis fulmina mitiora esse tradunt, Saturni sæua & execrabilia, Martis cremantia. Itaque Iouis fulmen afflare tantum, leuisque iniuriæ dere: Saturni punire, ac perimere: Martis accendere: vnde trifulca quoque fulmina appellata fuisse quidam censent. Abstrusius est quod fulguralibus Hetruscorum libris continebatur, ex vndecim manubijs nouem dijs traditis, tres Iouem habuisse: quarum prima est eius solius arbitrij, placida & monitoria tantum: secunda ex consilio Deorum concentum, quæ non impunè mittitur: tertia consensu Deorum superiorum, seu inuolutorum, quæ pernastat & imis summa commiscet. Had. Iun. cap. 16,5. Alex. ab Alex. cap. 13.5. Sunt & postulatoria fulmina, quæ contempta nec procuratu expiatione indigent.

f Seneca Quæst. Natur. lib. 2. cap. 47. fulmina perpetua, quorum significatio in totam vitam pertinet, nec vnam rem id enunciat, sed contexrum rerum per omnem deinceps ætatem futurarum complectitur. Hæc sunt fulmina quæ prima accepto patrimonio & in nouo hominis aut vrbis statu fiunt.

g Seneca idem, Quæst. Nat. lib. 2. cap. 48. Priuata fulgura negant vltra decimum annum, publica vltra tricesimum posse differri.

De fulminibus euocandis. CAP. LIII.

EXtat Annaliũ memoria, sacris quibusdã, & precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari. Vetus fama Hetruriæ est, impetratum, [1] Volsinios vrbem agris depopulatis subeunte monstro, quod vocauêre Volcam. Euocatum & à Porsena suo rege. Et ante eum à Numa sæpius hoc factitatum, in primo Annalium suorum tradit L. Piso grauis author: quod imitatum parùm ritè Tullum Hostilium ictum [a] fulmine. Lucósque, & aras, & sacra habemus: [2] intérque Statores, [3] & Tonantes, & [b] Feretrios; Elicium quoque accepimus Iouem. Varia in hoc vitæ sententia, & pro cuiúsque animo. [4] Imperari naturæ, audacis est credere: nec minus hebetis, beneficiis abrogare vires: quando in fulgurum quoque interpretatione eò profecit scientia, vt [c] ventura alia finito die præcinat: & an [d] peremptura sint fatum, aut [e] apertura [5] potiùs alia fata, quæ lateant innumerabilibus in vtroque publicis priuatísque experimentis. Quamobrem sint ista (vt rerum naturæ libuit) [6] aliis certa, aliis dubia, aliis probata, aliis damnãda. Nos cætera, quæ sunt in his memorabilia, non omittemus.

1 Volsiniis & vrbe & agris depopulatis Ver. Chiff.

2 Inter quę statores Ver. alij, inter quæstores.
3 ac. M. Chiff.
4 Imperari naturæ audacis est credere, nec minus, auitia ne neficiis. Ch. Imperare naturæ sacræ audacis Ver.
5 prius. Chiff.
6 aliàs certa, aliàs. Chiff. M.

ANNOTATIONES.

a Idem scribitur cap. 2. lib. 28

b Feretrio optima spolia dicabantur. Numæ Pompilij lex prima: *Quibus auspicio, classe procinctu optima spolia capiuntor, Ioui Feretrio bouem cædito quei cepit, aeris ducenta darier oportebo.* Secunda, *Spolia in Martis asam: in campo solitaurilia extra volverit cædito.* Tertia, *Spolia Iano Quirino agnum marem cædito, quei ceperit centum ex ære dato.*

c Seneca cap. 49. lib. 2. ex Cecinna: Peremptalia fulmina, quæ tollunt priorum minas: Regalia quæ regum ciuitati minantur: Monitoria quæ docent quid cauendum sit, aut impendentis periculi eui tationem continent.

d Exoratura, placatura, vt pericula submoueantur. Vide Senecam cap. 3 5.26. Quæst. Nat.

e auersura.

Catholica fulgurum. CAP. LIIII.

FVlgetrum [a] priùs cerni, quàm tonitrum audiri, (cùm simul fiant) certum est. Nec mirum; quoniam lux sonitu velocior. Ictum autem & sonitum congruere, ita modulante natura. Sed sonitum profecti esse fulminis, non illati: etiamnum spiritum ocyorem fulmine; ideo quati prius omne & afflari, quàm percuti: nec quenquam tangi, qui prior viderit fulmen, aut [1] tonitru audierit. Læua [b] prospera existimantur; quoniam læua parte mundi ortus [2] est. Nec tam aduentus spectatur, quàm reditus, siue ab ictu [3] resiliat ignis, siue opere confecto, aut igne consumpto spiritus [4] remeet. In sedecim partes cælum in eo [5] respectu diuisêre Thusci. Prima est à Septentrionibus ad Æquinoctialem exortum: secunda ad Meridiem: tertia ad Æquinoctialem occasum: quarta obtinet, quod reliquũ est, ab Occasu ad Septentriones. Has iterum in quaternas diuisêre partes, ex quibus octo ab Exortu sinistras, totidem è contrario appellauêre dexras. Ex his maximè dira, [6] quæ Septentrionem ab Occasu attingunt. Itaque perplurimùm refert, vnde venerint fulmina, & quò concesserint. Optimum est, in exortiuas redire partes. Ideo cùm à prima cæli parte venerint, & in eandem concesserint, summa felicitas portenditur, quale Syllæ Dictatori ostentum datum accepimus. Cætera ipsius mundi portione minus [7] prospera, aut dira. Quædam fulgura enuntiare non putant fas, nec audire, præterquam si hospiti indicentur, aut parenti. Magna huius obseruationis vanitas, tacta Iunonis æde, Romæ [8] deprehensa est Scauro Consule, qui mox [9] princeps fuit. Noctu magis, quàm interdiu, sine tonitribus fulgurat. Vnum animal hominem non semper extinguit, cætera illicò: [10] hunc videlicet natura tribuente honorem, cùm tot belluæ viribus præstent. Omnia contrarias [11] incubant in partes: [12] homo, nisi conuertatur, vi percussus non expirat. Supernè

1 tonitrua Ver.

2 deest in. Ch.
3 resilit Ch.
4 remeat. Chiff.

5 aspectu M.

6 quæ per Septentriones Occasum Ver.

7 prospera. At dira quædã fulmina enumciare. M.
8 depressa. Long.
9 lego, Senatus princeps &c.
10 huic M.
11 concidunt M.
12 homo nisi conuertatur in percussas non expirat. v. Si conuertatur in percussas nõ respirat. M.

pernè icti considunt. Vigilans ictus conniuentibus oculis, dormiens patentibus reperitur. [c] Hominem ita exanimatum cremari fas non est: condi [d] terra religio tradidit. Nullum animal, nisi exanimatum, fulmine accenditur. Vulnera [12] fulminatorum [13] frigidiora reliquo corpore sunt.

12 fulminitorum. Festus.
13 Frigidiora sunt reliquo Chiff.

ANNOTATIONES.

a Fulminis vim & impetum eleganter describit Plautus in Amphytrion. his verbis: *strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus, vt properè, vt tonuit validè?*

b Ad consuetudinem Romani augurij dixit Ennius,
Quorum tonuit leuum bene tempestate serena.
At Homericus Vlysses apud Achillem querẽs de ferocitate Troianorum, nescio quid hoc modo enunciat: *Prospera Iuppiter hinc dextris fulguribus edit.* Cicero 2. de Diuinat. Homeri versus est, *ἐκ δὲ σφιν πρόεηκε Διὸς μεγάλοιο κεραυνὸν ἀστεροπῆσιν, ἐναίσιμα σήματα φαίνων.* Victorius cap. 3. lib. 3. Muretus in Varronem cap. 6. 3. Apud Nonium è Catone. Fulguratores dicuntur fulgurum inspectores, vt extispices, haruspices. Vide Alex. ab Alex. cap. 13.5. Turn. cap. 3 5.29. vide suprà cap. 8.

c Credidit antiquitas Iouem tonare ac fulminare si quando iratus impios & periuros vlcisci velit, aut lucos & sacra loca violata, pro fanata, cõtaminata, parum castè habita expiari. Itaque vt Acro scribit, Aruspicum & Pontificum doctrina, pollutum fuit quicquid de cælo tangeretur. Turn. cap. 29. lib. 29. Inde apud Plautum in Trinummo, fulgurite arbores. In 12. Tabulis, *si hominem fulmin iobis occisit eum supra genua tollito homo: si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportebo.* Artemidorus, *ὁ γὰρ οἱ περιπολίσας μεγαλοπρεπὴς ἐστὶ καὶ ἀγαθὸς ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐπιχειρήμασιν, ἐναίσιμα τελέσφορα.* Scalig. in Festum voce occisum. Turn. cap. 22. 16. Rauardus cap. 22. in leg. 12. Tabul.

d Antiquitus priusquam gleba iniecta esset, locus vbi cremarum corpus erat, nil religionis habebat: iniecta gleba tumulis corpus humatum dicebatur, & gleba.

Quæ non feriantur fulmine. CAP. LV.

EX iis, quæ terra gignuntur, lauri fruticem non icit: nec vnquam quinque altiùs pedibus descendit in terram. Ideò pauidi altiores specus tutissimos putant: aut tabernacula è pellibus belluarum, [a] quas [1] vitulos appellant; quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat; sicut nec è volucribus aquilam, quæ ob hoc [2] armiger huius teli fingitur. In Italia inter [3] Tarracinam & ædem [b] Feroniæ, turres bellicis temporibus desiêre fieri, [4] nulla non earum fulmine diruta.

1 marinos vitulos Ver.

2 armigera. Chiff.
3 Terracinem & ædem Feroniam. Ch.
4 quia nonnullę earum sublimia diruitæ. M.

ANNOTATIONES.

a Phocas scilicet. Harum pellis vt & Hiænarum fulmine non tangitur.

b Feronia libertorum Dea, in cuius templo ij, siue bello capti, siue compedibus ac ergastulo educti, seu vindicta manumissi forẽt, seu testamento, seu censu liberorum statum munera & conditionem accipiebant. Alex. ab Alex. cap. 10. 4. In Feroniæ templo numine afflati super ignem citra noxiam incedebant: vt & virgines dicatæ templo Dianæ Persicæ in Castrabalis, & ad montem Soractis Hyrpiarum familiæ, quibus senatusconsulto perpetua munerorum vacatio concessa est. Idem cap. 2. 6. Plin. cap. 2. 7.

De prodigiosis [a] pluuijs, lacte, sanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis. CAP. LVI.

PRæter [1] hæc inferiore [b] cælo relatum in monumenta est lacte & sanguine pluisse, M. [2] Acilio, C. Porcio coss. [3] & sæpe aliàs [c] carne, sicut [4] L. Volumnio, Seruio Sulpitio coss. éxque ea non [5] putruisse, quod non diripuissent aues. Item ferro in Lucanis, anno antequam M. Crassus à Parthis interemptus est, omnésque cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat. Effigies, quæ [6] pluerat, spongiarum ferè similis fuit: aruspices [7] cauenda præmonuerunt superna vulnera. L. autem Paulo, C. Marcello coss. lana pluit circa castellum Carissanum, iuxta quod post [8] annum T. [d] Annius Milo occisus est. Eodem causam dicente lateribus coctis pluisse, [9] in eius anni acta relatum est.

1 Præter hæc relatum in monumentis est cælũ lacte &c. M.
2 Atilio Chiff.
3 In vestu. & Chiff. legitur, & sæpe aliàs. sicut carne. L. Volumnio. &c.
4 Publio, ex Valerio cap. 6. 1.
5 perputruisse. Ch. & M.
6 pluit. Chiff.
7 deest in Ver, M. & Chiff.
8 d. in Chiff.
9 in acta eius anni.

ANNOTATIONES.

a Cælestes aquas siue pluuias in sublime piscium examina secum rapere vide cap. 1. lib. 31. Apud Athenæum lib. 8. ex Phinia & Phylarcho piscibus aliquando pluit. Contigit id in Chersoneso toto triduo. Autore Eustathio in Dardania & Pæonia ranis pluit tam multis vt incolis aufugiendum fuerit. Diodorus 4. Biblioth. Idem accidisse scribit in Vellaunijs non ita ante multos annos: vna nocte tantum erucarum è cælo decidit, vt eas in domo reptantes, biduo toto, accensa palea vrere necessum fuerit, vix ad id sufficiente hominum mulierúmque turba. Vide Rhodig. cap. 3. 24.

b Cùm hæc prodigia, ostentáque acciderent prodigiali Ioui sacrum fiebat, Plautus in Amphit. *Sed mulier postquam ecc perrecta es, Prodigiali Ioui, Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatam oportuit.*

c Liuius lib. 3. primæ Decad.

d Cæsari lib. 3, belli Ciuilis lapidis ictu perijt, dum oppugnaretur Cossa in agro Taurino.

De crepitu armorum, & tubarum de cælo audito. CAP. LVII.

ARmorũ crepitus, & tubæ sonitus auditos è cælo Cimbricis bellis accepimus: [1] crebróque & prius, & postea. Tertio verò consulatu Marij ab [2] Amerinis, & Tudertibus spectata arma cælestia, ab Ortu Occasúque inter se concurrentia, pulsis quæ ab Occasu erant. Ipsum ardere cælum, minimè mirum est, & sæpius visum, [3] maiore vi ignis nubibus correptis.

1 crebróque M. & Chiff.
2 Amamertinis. Ch. M.
3 maiore igne Ch.

De lapidibus è calo cadentibus. CAP. LVIII.

CElebrant Græci [a] Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis ſeptuageſimæoctauæ ſecundo anno, prædixiſſe cæleſtium [1] literarũ ſcientia, quibus diebus ſaxum caſurum eſſet è Sole. Idq́ue factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Qui lapis etiam nunc oſtenditur, magnitudine [2] vehis, [3] colore aduſto, comete quoque illis noctibus flagrante. Quòd ſi quis prædictum credat, ſimul fateatur neceſſe eſt, maioris miraculi diuinitatem Anaxagoræ fuiſſe; ſoluíque rerum naturæ intellectum, & confundi omnia, ſi aut ipſe Sol lapis eſſe, aut vnquã lapidem in eo fuiſſe credatur: [b] decidere tamen crebrò non erit dubium. In [c] Abydi gymnaſio ex ea cauſa colitur hodiéque, modicus quidem, ſed quem in medio terrarum caſurum idem Anaxagoras prædixiſſe narratur. [4] Colitur & Caſſandriæ, quę Poţidæa vocitata eſt, ob id deducta. Ego ipſe vidi in Vocontiorum agro paulò antè delatum.

1 militiarum. Ch.

2 vehiculi. Vet. vehibilis Salam.
3 calore aduſtus. Salam.

4 Colitur & Potidææ, quæ Caſſandria vocitata eſt, colonia ab eo deducta.

ANNOTATIONES.

a Hegeſibuli vel Eubuli filium, Archelai & Euripidis magiſtrum, Anaximenis diſcipulum. De quo Leopard. cap. 17. 4.
b Vide cap. 1 lib. 31.
c Romæ quoties lapidibus pluiſſet, vel ab vrbano Prætore, vel a Maximo Pontifice nouemdiale ſacrificium indicebatur, procurandi expiandíque oſtenti gratia, Alex. ab Alex cap. 27. 5.

De arcu cæleſti. CAP. LIX.

ARcus [a] vocamus, extra miraculũ frequentes, & extra oſtentum. [b] Nam ne [1] pluuios quidem, aut ſerenos dies, cum fide portendunt. Manifeſtum eſt, radium Solis immiſſum [c] cauæ nubi, repulſa acie in Solem refringi, [d] colorúmque [2] varietatẽ miſtura nubium, aëris, [3] igniúmque [e] fieri. Certè niſi Sole aduerſo non fiunt; nec vnquam, niſi dimidia circuli forma: nec noctu; quamuis Ariſtoteles prodat aliquando viſum, quod tamen faterur idem non niſi [4] quartadecima [f] Luna poſſe. Fiunt [5] autem hyeme, maximè ab Æquinoctio autumnali die decreſcente. Quo rurſus creſcente ab Æquinoctio verno, non exiſtunt; nec circa ſolſtitium longiſſimis diebus: bruma verò, hoc eſt, breuiſſimis diebus, frequenter. Iidem [6] ſublimes humili Sole, humiléſque ſublimi, & minores [7] occidente vel oriente, ſed in latitudinem diffuſi; meridie exiles, verùm [8] ambitus maioris. Aeſtate verò per meridiem non cernuntur, poſt autumni Æquinoctium, quacunque hora: nec vnquam plures ſimul, quàm duo. [g] Cætera [9] eiuſdem naturæ nõ multis dubia eſſe video.

1 pluuiales. M.

2 varietates M.

3 luminúmque Vet.

4 tricesima M. & Chiff.
5 aurem hi maxime. M. vide Rhodig. cap. 27. lib. 22.

6 Sole ſublimes humili humiles &c. M.
7 Oriente vel occidẽ. M. Chiff.
8 ambitu maiores M.
9 eius M.

ANNOTATIONES. 30

a Vide Rhodig. à cap. 24. vſque ad 32. lib. 22.
b Seneca. *Vndecunque apparuit non eaſdem minas affert. A Meridie orius magnã vim aquarum vehit. Vinci enim non poteſt vehementiſſimo ſole, tantum eſt illi virium. Si circa Occaſum reſulſit, vorabit, & leuiter impluet. Si ab Ortu circáue ſurrexerit ſerena promittit.* Plautus de ana bibace in Curcul. *Ecce autem bibit arcum: pluet, credo, hercle hodie.* Poeta Elegiacus. *Cæruleus pluuias cur bibit ille aquas?* Irin geminam copioſiſſimum imbrem portendere hoc verſu docet Aratus, *ἠδὶ δύ᾽ ὄμβους διὰ μέσσου ἠερίης ἴριν.* Interpres eius Theon cauſam reddit.
c Humidus enim vapor, in nubem concreſcens, ac deinde *ὀλίγας ῥαμάδας ποιῆσαν*, in exiguas ſtillas liqueſcens non imaginem figurã *τὰς τῶν σχιστῶν & μασῶν*, ſed coloris oſtendit varietatem.
d Tales colores apparent in Sapphiro nitida candelæ obiecta, in aquæ cyatho quem ferjunt Solis radij, in vitri, cryſtalli ſue anguloſa maſſa, ad lucem conuerſa. *φοινίσσουσαν ὕδωρ* vocat Heſiodus.
e fit etiam per emphaſin, ſiue ſimphaſin, lineis non rectis ſed refractis. Plutarch.
f *ἐν τῇ πανσελήνῳ* Ariſt. Eodem anno bis viſam nocturnam Irin in Aquilone, Luna in Meridie poſita, non quidem plena, ſed amphicyrto obſeruatum eſt.
g Tota hæc periodus initium eſſe debet capitis ſequentis.

De grandine, niue, pruina, nebula, rore. CAP. LX.

GRandinem conglaciato imbre gigni; & niuem eodem humore molliùs coacto; pruinam autem ex rore gelido. Per hyemem niues cadere, non grandines: ipſáſque grandines interdiu ſæpius, quàm noctu, & multò celerius reſolui, quàm niues. Nebulas nec æſtate, nec maximo frigore exiſtere. [a] Rores neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec niſi ſerena nocte. Gelando liquorem minui, ſolutáque glacie non eundem inueniri modum.

ANNOTATIONES.

a Ros imber tenuis, Alcam ait eſſe Iouis & Lunæ filiam. *διὸς δυγάτηρ ἠέρι τέρφει, καὶ σελάνᾳ διὰ νύκτας.* Nam, vt inquit Plutarchus, *πανσελήνου ἀφροειδὴς ἰὼν*: acideo canes plenilunij *ἴχνεσι χαίρουσι λύκων*, quoniam roris frigiditas odorem abolet, nec *τὰ ἀπὸ τῶν θηρίων ἴχνη λάβῃ κινούμενα* quæ cauſa eſt cur *διώκουσιν* ſit *ἀφανῆ τοῖς κυσὶ τὰ θηρία*. Rhodig. capite 20. 26. Victorius capite 17. 14. Plutarchus *ἐν quas cærulas* tradit opheſas mulieres rore pannis, aut mollibus velleribus collecto ac excepto pinguedinem minuere ac conſumere. Victorius cap. 6. 2. A rore milites rorarij dicuntur: qui & Ferentarij, qui primi armatura leui prælium committunt, quemadmodum cœlum rorat ante pluuiam. Plaut. in Friuolaria. *Vbi rorarij eſtis? D. ecce ſunt.*

De nubium [2] imaginibus. CAP. LXI.

VArietates colorum figurarúmque in nubibus cerni, prout admiſtus ignis [1] ſuperet, aut [2] vincatur,

2 ſuperat. M.
3 vincitur. M.

ANNOT

ANNOTATIONES.

2 Vide Ariſt. Meteor. lib. 1. cap. 2.

De proprietatibus cæli in locis. CAP. LXII.

PRætereà quaſdam proprietates [1] cæli quibuſdam locis eſſe. Roſcidas æſtate Africæ, noctes. In Italia Locris, & in [a] lacu Velino, nullo non die apparere arcus. Rhodi & Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora Sol cernatur: qualia aptiùs ſuis referentur locis. Hæc ſint dicta de aëre.

1 d. in Chiff.

ANNOTATIONES.

a Lago di Riete hodie dicitur.

De natura terræ. CAP. LXIII.

SEquitur terra, cui vni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ veneretionis. Sic hominum illa, vt cælum Dei; quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelq; editos ſuſtinet ſemper: nouiſſimè complexa [a] gremio iam à reliqua natura abdicatos, tũ maximè, vt mater, [b] operiens; nullo magis [1] ſacramento, quàm quo nos quoque [c] ſacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, nomẽque prorogans noſtrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui. Cuius [d] numen vltimum iam nullis [2] precamur irati graue: tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur homini. Aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: aër denſatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgens, vſúſque mortalium ſemper ancilla, quæ coacta generat! quæ ſponte fundit! quos odores ſaporéſque! quos ſuccos! quos tactus! quos colores! quàm bona fide creditum [3] fœnus reddit! quæ noſtri cauſa alit! Peſtifera enim animantia, vitali ſpiritu habente culpam, neceſſe eſt illi ſeminata excipere, & genita ſuſtinere. Sed in [4] malis generantium noxa eſt. Illa ſerpentem homine percuſſo non amplius recipit, pœnáſque etiam inertium nomine exigit: illa medicas fundit herbas, & ſemper homini parturit. Quin & venena, noſtri miſertam inſtituiſſe credi poteſt; [5] ne in tædio vitæ diræ famis mors, terræ meritis alieniſſima, lenta nos conſumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta diſpergerent, ne laquei torqueret pœna præpoſtera, incluſo ſpiritu, cui quæreretur exitus: ne in profundo quæſita morte, ſepultura pabulo fieret, ne ferri cruciatus ſcinderet corpus. [6] Ita eſt, miſerta genuit id, cuius facillimo hauſtu, illibato corpore, & cum toto ſanguine extingueremur, nullo labore, [7] ſitientibus ſimiles: [8] qualiter defunctos, non volucris, non fera attingeret, terræque ſeruaretur, qui ſibiipſi periſſet. Et, vt verum fateamur, terra nobis malorum remedium [9] genuit; nos illud vitæ fecimus venenum. Nos enim & ferro, quo carere non poſſumus, ſimili modo vtimur. Nec tamen quereremur meritò, etiamſi maleficij [10] cauſa tuliſſet. Aduerſus vnam quippe naturę partem ingrati ſumus: [11] quaſi non ad delicias quáſque, non ad contumelias, ſeruiat homini. In maria iacitur, aut, vt freta admittamus, [12] eroditur aquis: ferro, ligno, igne, lapide, fruge, omnibus cruciatur horis: multóque plus, vt delicijs, quàm vt alimentis famuletur noſtris. [13] Et tamen, quæ ſumma patitur atque extrema cute, tolerabilia videantur. Penetramus in viſcera, auri argentíque venas, & æris ac plumbi metalla fodientes; gemmas etiam & quoſdam paruulos quærimus [14] lapides, ſcrobibus in profundum actis. Viſcera eius extrahimus, vt digito geſterur gemma, quam petimus. Quot manus atteruntur, vt vnus niteat articulus! Si vlli eſſent inferi, iam profectò illos auaritię atque luxurię cuniculi refodiſſent. Et miramur, ſi eadem ad noxam genuit aliqua! Ferę enim, credo, cuſtodiunt illam, arcéntque ſacrilegas manus. [15] Nónne inter ſerpentes fodimus, & venas auri tractamus cum [16] veneni radicibus? Placatiore tamen Dea [17] ob hoc vtimur, quòd omnes hi opulentię exitus ad ſcelera cędéſque & bella tendunt: quámque ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus. Quibus tamen, velut exprobrato furore, tandem ipſa ſe obducit & ſcelera quoque mortalium occultat. Inter crimina ingrati animi & hoc duxerim, quòd naturam eius ignoramus.

1 ſacro merito. Ch ſacramento, rectius.

2 imprecamur irati graue. Vet.

3 d. in M.

4 in his malis.

5 ne in tædio vitæ fames, mors terræ meritis alieniſſima, lenta nos conſumeret tabe. Chiff.

6 Ita genuit id. M. cætera quæ interpoſita ſunt delenda.

7 ſentientibus.
8 quo taliter.

9 genuit illud vita fecit venenũ. Num enim & ferro. interrogatiue. Tol. Vet. ſacrimus. Chiff.
10 cauſam attuliſſet Vet.
11 Quasnẽ non inſeruit. Toll. interrogando.
12 eruitur. Vet.
13 Illa tamen. M.

14 lapides. Scrobibus in profundum actis viſcera. M. alia diſtinctione. petimus quot. alia diſtinct.

15 Nos inter. Tol. Nam inter. Sal.
16 venenis traducibus. Vet. alij venenis trucibus & recte.
17 Tol. delet.

ANNOTATIONES.

a Ennius apud Varronem. *Est corpus terræ, quæ dederat ipsa capit, neque dispendi facit hilum.* Alibi. *Quæ dedit illa capit, neque dispendi facit hilum.* Idem ex Epicharmo. *Ista ac terræ gentes omnes peperit, & resumit denuo: Ista ac dat cibaria, ista ac omnibus fructus gerit.*

b Magnam olim & impiam fraudem admittere censebatur, qui in naufragium, aut in sepultum quemuis, terram non iniecisset. Bu-zyre apud Athenienses eius caput execrato, qui id neglexisset. Horat. *Ne parce malignis arenæ ossibus & capiti inhumato Particulam dare.* Catullus in Argonaut. *Nec iniecta tumulabor mortua terra.*

c Verus lex fuit; *Vbi corpus hominis demortui condas, sacer locus esto.* Plutarchus sacros mortuos appellat: quoniam eorum sacra sepulchra sunt: inde Græcis dictum ἀμυητὰ μὴ πίνειν. Rhodig. capit. 19.17.

De forma terræ. CAP. LXIIII.

1 terræ globū, quem M. & Chiff.

2 cunctarum lineārum. Vet.

3 & intumescenti similis ex vtraq; parte extenditur. M.

EST autem figura prima, de qua consensus iudicat.[a] Orbem certè dicimus [1] terræ, globúmque verticibus includi fatemur. Neque enim absoluti orbis est forma; in tanta montium excelsitate, tanta [b] camporum planitie; sed cuius amplexus, si capita [2] linearum comprehendantur ambitu, figuram absoluti orbis efficiat: id quod ipsa rerum natura cogit ratio, non eisdem causis, quas attulimus in cælo. Nanque in illo caua in se conuexitas vergit, & cardini suo, hoc est terræ, vndique incumbit. Hæc, vt solida atque conferta, assurgit, [3] intumescenti similis, extraque protenditur. Mundus in centrum vergit: at terra exit à centro immensum eius globum in formam orbis assidua circa eam mundi volubilitate cogente,

ANNOTATIONES.

a Esse *ἀντιποδοὺς* quosdam existimasse, alios *κοιλοπέδους*, alios *ἐπιπεδοπέδους* Plutarchus in Placitis philosophorum scribit. Qui globosam esse putant, ob id apeirona vocant, quod rotundi corporis nullus sit finis, nullum initium.

b Ea ratione Sophodes in Oedipode Sternuchon vocat: sterna enim & *στόρνυσθαι* ψῆ latæ fusæque planities: *ὠρίκτους* verò anguſti campi metaphoricè dicuntur. Vide Rhodig. cap. 18.15.

De Antipodibus, an sint, & aqua rotunditate. CAP. LXV.

3 in Mss.

INgens hîc pugna literarum, contráque vulgi; circunfundi terræ vndique homines, conuersíq; inter se pedibus stare, & cunctis similem esse cæli verticem, ac simili modo ex quacunque parte mediam calcari: illo quærente, cur non decidant contrà siti; tanquam non [1] & ratio præstò sit, vt nos nō decidere mirentur illi. Interuenit sententia quáuis indocili probabilis turbæ, [b] inæquali globo, vt si sit figura pineæ nucis, nihilominus terram vndique incoli. Sed quid hoc refert, alio miraculo exoriente? pendere ipsam, ac, non cadere nobiscum, ceu spiritus vis mundo præsertim incluſi, [2] dubia sit: aut possit cadere, natura repuguante, & quò cadat, [3] negante. Nam sicut ignium sedes non est nisi in ignibus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu, ita terræ, arcentibus cunctis, nisi in se locus non est. Globum tamen effici mirum est, in tanta planitie maris camporúmque. Cui sententiæ adest Dicæarchus vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion, M. ccl. pass. ratione perpēdiculi, nullam esse [4] eam [5] portionem vniuersæ rotunditatis colligens. Mihi incerta hæc videtur cōiectatio, haud ignaro quosdam Alpium vertices, longo tractu, nec breuiore L. milibus passuum assurgere. Sed vulgò [6] maxima hæc pugna est, si coactā in verticem aquarum quoque figurā credere cogatur. Atqui non aliud in rerum natura aspectu manifestius. Namq; & dependētes vbiq; guttæ paruis globātur orbibus: & pulueri illatæ, frondiumq; lanugini impositæ, absoluta rotunditate cernuntur; & in poculis repletis media maximè tument. quæ propter subtilitatem humoris, [7] mollitiamq; in se residētem, ratione faciliùs, quàm visu, deprehenduntur. Idq; etiam magis mirum, in poculis repletis, addito humore minimo circumfluere quod supersit: contrà euenire ponderibus additis ad vicenos sæpe denarios: scilicet quia intus recepta liquorē in verticem attollant, at cumulo eminēte [8] infusa dilabantur. Eadem est causa propter quam è nauibus terra nō cernatur, è nauium malis conspicua: ac procul recedēte nauigio, si quid quod fulgeat religetur in mali cacumine, paulatim descendere videatur, & postremò occultetur. Deniq; Oceanus, quem fatemur vltimum, quanam alia figura cohæreret, atq; non decideret, nullo vltrà margine includente?

2 dubium sit Chiff.

3 non dante. Vet.

4 eam altitudinem proportione vniuersitatis. Vet.

5 portione vniuersæ rotunditatis, hoc est, si vniuersæ rotunditatis species proportionem, quod genus locutionis Plinio in primis est familiare.

6 maximè. M. & Sabellicus.

7 mollitiemque in se residentem Tol.

8 infusa Vet.

dente? [8] Ipsum id ad miraculum redit, quonam modo, etiamsi globetur, extremum non decidat mare. Contra quod, vt sint plana maria, & qua videntur figura, non posse id accidere, magno suo gaudio, magnáque gloria inuentores Græci subtilitate geometrica docent. Namque cùm è sublimi in inferiora aquæ ferantur, & [9] sit hæc natura earum cōfessa; nec quisquam dubitet [10] in litore vllo accessisse eas, quò longissimè deuexitas passa sit; procul dubio apparere, quò quid humilius sit, propius cētro esse terræ, omnésque lineas, quæ emittuntur ex eo ad proximas aquas, breuiores fieri, quàm quę ad extremum mare à primis aquis. Ergo totas, omníque ex parte aquas vergere in centrum: ideóq; non decidere; quoniam in interiora nitantur. Quod ita formasse artifex [11] Natura credi debet, vt cùm terra arida & sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua, nisi sustinente terra, mutuo [12] implexu iungerentur; hac sinus pandente, illa verò permeante totam, intrà, [13] extrà, suprà, venis, vt vinculis, discurrentibus, atque etiam in summis iugis erumpente: [14] quo spiritu acta, & terræ pondere expressa, siphonum modo emicat: tantúmque à periculo decidendi abest, vt in summa quæque & altissima exiliat. Qua ratione manifestum est, quare tot fluminū quotidiano accessu maria non crescant.

8 In idipsum admiraculum redijt Chiff.

9 sit hic natura earum consentius M.

10 in litus vllū accessisse eas nisi quo longissima. Vet.

11 Natura. Chiff.

12 complexu iungerentur. Ver. Tol.

13 extrà, intrà, sup.

14 quibus.

ANNOTATIONES.

a De ijs Manilius & Lucretius. Lactantius lib. 3. negat Antipodas. b Multis sedibus & veluti scalarum gradu distincto.

Quomodo aqua sit terræ innexa. CAP. LXVI.

ESt igitur in toto suo globo tellus [a] medio ambitu præcincta circunfluo mari. Nec argumentis hoc inuestigandum, sed iam experimentis cognitum.

ANNOTATIONES.

a Hîc Plinius mediam tantum terram mari præcinctam esse, reliquum verò dimidium eminere extra vndas, velut pila aut globus: aquis imitatus, ut ex Thalis Milesij sententia Aristoteles de Cælo libro 2.

De nauigatione maris, & fluminum. CAP. LXVII.

AGadibus, columníque Herculis, Hispaniæ & Galliarum circuitu, totus hodie nauigatur Occidens. Septentrionalis verò Oceanus, maiore ex parte nauigatus est, auspiciis Diui Augusti Germaniam classe circunuecta ad [a] Cimbrorum promontorium: & inde immenso mari prospecto, aut fama cognito, ad [1] Scythicam plagam, & humore nimio rigentia. Propter quod minimè verisimile est illic maria deficere, vbi [2] vis humoris superet. Iuxtà verò ab Ortu ex Indico mari, sub eodem sydere [b] pars tota vergens in Caspium mare, pernauigata est Macedonum armis, Seleuco atque Antiocho regnantibus, qui & Seleucida atque Antiochida ab ipsis appellari voluēre. Circa Caspium quoque [3] multa Oceani litora explorata, paruóque breuius, quàm totus, hinc aut illinc Septentrio eremigatus. Vt tamen coniecturæ locum sic quoque non relinquat, ingens argumentum paludis Mæoticæ, siue ea illius Oceani sinus est, vt multos aduerto credidisse, siue angusto discreti situ restagnatio. Alio latere Gadium, ab eodem Occidente, magna pars Meridiani sinus ambitu Mauritaniæ nauigatur hodie. Maiorem quidem eius partem, & Orientis, victorię Magni Alexandri lustrauēre, vsque in Arabicum sinum. In quo res gerente C. Cæsare Augusti filio, signa nauium ex Hispaniensibus naufragijs feruntur agnita. Et Hanno, Carthaginis potentia florente, circunuectus à Gadibus ad finem Arabiæ, nauigationem eam prodidit scripto: sicut ad extera Europæ noscēda missus eodem tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius author est, [c] Eudoxū quendam sua ætate, cùm Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades vsque peruectum: multoq; ante eum Cælius Antipater, vidisse se, qui nauigasset ex Hispania in Aethiopiam commercij gratia. Idem Nepos de Septentrionali circuitu tradit, Quinto Metello Celeri, C. [4] Afranij in Consulatu collegę, sed tum Gallię proconsuli, Indos à rege Sueuorum dono datos, qui ex India commercij causa nauigantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Sic maria circunfusa vndique diuiduo globo, partem orbis auferunt nobis: nec inde huc, nec hinc illò peruio tractu. Quę contemplatio apta detegendę mortalium vanitati, poscere videtur, vt totum hoc, quicquid est, in quo singulis nihil satis est, ceu subiectum oculis, quantum sit ostendam.

1 Scythicam ad plagam. Chiff.

2 humoris vis Ch. & M.

3 multo labore Oceani. M.

4 Sabellicus dum emēdauit, Africani.

a Cherſoneſum, Cimbricam quam incolunt Holſatienſes.
b Sydus hîc plagam mundi ſignificat. vide Turn. cap.24.lib.18. Aduer.
c Nauigatorem, non Aſtrologum de quo Petronius in Satyra, *Eudoxus quidem in excelſiſſimi montis cacumen conſcendit, vt aſtrorum cæliq; motus deprehenderet.* Vide Strabonem lib.2. qui diuerſæ eſt a noſtro autore ſententiæ.

Quæ portio terræ habitetur. CAP. LXVIII.

1 Iam primum inde mihi diſputãdum videtur, cùm nulla portio ipſi decedat. M. Inde mihi diſputandum videtur, quænam portio illius ipſi decedat oceano. Vet. Fint. aſſipulatur Chiff.

IAm [1] primùm in dimidio cõputari videtur; tanquã nulla portio ipſi decidatur Oceano: qui toto circundatus medio, & omnes cæteras fundẽs recipiénſque aquas, & quicquid exit in nubes, ac [a] ſydera ipſa tot & tantæ magnitudinis paſcens, quo tandem amplitudinis ſpatio credetur habitare? Improba & infinita debet eſſe tam vaſtæ molis poſſeſſio. Adde quòd ex relicto plus abſtulit cælum. Nam cùm ſint eius quinque partes, quas vocant [b] zonas, infeſto [c] rigore & æterno gelu premitur omne, quicquid eſt ſubiectum duabus extremis, vtrinque circa vertices; hunc qui [d] Septentrio vocatur, eúmque qui aduerſus illi Auſtrinus appellatur. Perpetua caligo vtrobique, & alieno molliorum ſyderum aſpectu, maligna, ac pruina tantùm albicans [2] lux. Media verò terrarum, qua Solis orbita eſt, [e] exuſta flammis & cremata, cominus vapore torretur. Circà duæ tantùm, inter exuſtam & rigentes, temperantur: eæque ipſæ inter ſe non [f] peruiæ, propter incendium [3] ſyderis. Ita terræ tres partes abſtulit cælum: Oceani rapina in incerto eſt. Sed & relicta nobis vna portio, haud ſcio an etiam in maiore damno ſit. Idem ſiquidem Oceanus infuſus in multos (vt [4] dicemus) ſinus, adeò vicino acceſſu interna maria allatrat, vt centum x v. millibus [5] paſſuum Arabicus ſinus diſtet ab Aegyptio mari: Caſpius verò ccclxxv. millibus à Pontico. Idem interfuſus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Aſiamq; [6] diſpeſcit. Quantum terrarum occupet, computetur etiam nunc menſura tot fluminum, tantarum paludum. Addátur & lacus, & ſtagna: iam elata in cælum, & ardua aſpectu quoque iuga: iam ſyluæ, valléſque præruptæ, & ſolitudines, & mille cauſis [7] deſerta detrahantur. Hæ tot portiones terræ, imò verò, vt plures tradidêre, mundi [g] punctus, (neque enim eſt aliud terra in vniuerſo). Hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes: hîc honores [8] gerimus, hîc exercemus imperia, hîc opes cupimus, hîc [9] tumultuamur humanum genus, hîc inſtauramus bella etiam ciuilia, mutuíque cædibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gentium furores tranſeam, hæc in qua contermi-
nos pellimus, furtóque vicini cæſpitem noſtro ſolo [10] affodimus, vt qui latiſſimè rura metatus fuerit, vltráque [11] fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cùm ad menſuram auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat!

2 albicans. Lux verò media terrarum Chiff.
3 ſyderum. M. & Chiff.
4 diximus. M. ſc. ſupra cap. 67.
5 paſſuum tantum Arabicus &c. Vet.
6 dum diſpertit M. diſpeſcit, multi terrarum occupat. Compat. Vet.
7 deſerta detrahãtur terræ. Imò M.
8 quærimus. Vet.
9 tumultuamur. Ch.
10 erdimur. M. affodimus. Et vt quis. Vet.
11 famam. Ch.

ANNOTATIONES.

a Vide adnotata cap.9. huius libri.
b Eraſtothenes in Hermete, apud Heraclidem Ponticum lib. de Allegoriis Homericis, *τὴν δὲ σὺν γλαυκῷ καὶ κυανέῳ καὶ χρυσέῳ καὶ ἀργυρέῳ καὶ ἐλεφαντίνῳ καὶ ξυλίνῳ καὶ λιθίνῳ καὶ ὑαλίνῳ καὶ ἀεροειδεῖ καὶ ὑγροειδεῖ καὶ πυρώδει καὶ ἀστρώδει καὶ ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ καὶ ἀμυδρῷ καὶ ἀμαυρῷ καὶ ἀμαυρωτικῷ καὶ ἀμαυρουμένῳ καὶ ἀμαυρωθέντι καὶ ἀμαυρουμένῳ καὶ ἀμαυρωθησομένῳ καὶ ἀμαυρώσει

Elin mille & ducenta ſtadia nouem diei confecit horis: indéque quamuis decliui itinere, tertia noctis hora [2] remenſus eſt ſæpius. Cauſa, quòd eunti cum Sole iter erat: [3] eundem remeans obuium contrario præteruertebat occurſu. Qua de cauſa ad Occaſum nauigantes, quamuis breuiſſimo die, vincunt ſpatia nocturnæ nauigationis, vt Solem ipſum comitantes.

2 reuerſus eſt. Cauſa M.
3 eundémque. M.

ANNOTATIONES.

a Milichius hoc eſſe credibile non putat, ſicut nec quod de Alexandri curſore ſequitur.

Gnomonica de eadem re, & horologio primo. CAP. LXXII.

VAsáque [1] horoſcopa non vbique [2] eadem ſunt vſui, in [3] trecentis ſtadiis, aut, vt longiſſimè, in quingentis, mutantibus ſemet vmbris Solis. Itaque vmbilici (quem [a] gnomonem appellant) vmbra, in Ægypto meridiano tempore, Æquinoctij die, paulò plus quàm dimidiam gnomonis menſuram efficit. In vrbe Roma nona pars gnomonis deeſt vmbræ. In oppido [4] Ancone ſupereſt quinta [5] trigeſima. In parte Italiæ quæ Venetia appellatur, eiſdem horis vmbra gnomoni par fit.

1 horoſpica Tol.
2 eidem. Longol.
3 tricenis CH.
4 Ancona. M.
5 trecesima M.

ANNOTATIONES.

a Vide infrà cap. 10. lib. 36. & cap. 60. & 14. lib. 7. Item Vegetium cap. 8. 9. Vitruuium lib. 9. cap. 4. & 8.

Vbi & quando nulla vmbra. CAP. LXXIII.

SImili modo tradunt in Syene oppido, quod eſt ſupra Alexandriam quinque millibus [1] ſtadiorum, Solſtitij die medio nullam vmbram iaci: puteúmque eius experimenti gratia factum, totum illuminari. Ex quo apparere tum Solem illi loco ſupra verticem eſſe: quod & in India ſupra flumen Hypaſin fieri tempore eodé Oneſicritus [2] ſcriſit. Conſtátque in Berenice vrbe Troglodytarum, & inde ſtadiis quatuor millibus d c c c. x x. in eadem gente, Ptolemaide oppido, quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum eſt, hocidem ante Solſtitium quadrageſimis quinis diebus, totidémque [3] poſtea fieri, & per eos x c. dies in Meridiem vmbras iaci. Rurſus in [4] Meroë inſula, quæ eſt caput gentis Æthiopum, & quinque millibus [5] ſtadiorum à Syene in amne Nilo habitatur, bis anno abſumi vmbras, Sole duodeuiceſimam Tauri partem, & quartamdecimam Leonis obtinente. In Indiæ gente Oretum, mons eſt Maleus nomine, iuxta quem vmbræ æſtate in Auſtrum, hyeme in Septentrionem iaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet Septentrio. In eadem India [6] Patales celeberrimo portu, Sol dexter oritur, vmbræ in Meridiem cadunt. Septentrionem, ibi Alexandro morante, [7] annotatum prima tantum noctis parte aſpici; Oneſicritus dux eius ſcripſit: quibus in locis Indiæ vmbræ non ſint, Septentrionem non conſpici, & ea loca appellari Aſcia, nec horas dinumerari ibi.

1 ſtadiùm. Chiff.
2 ſcribit. Chiff.
3 póſt. M.
4 Meroë inſula, hæc quæ eſt & Ch. Meroé; Inſula hæc, caputque Tol.
5 ſtadiùm. Chiff.
6 Patalis. Chiff.
7 annotarum, ſed prius.

Vbi bis anno vmbra, & vbi in contrarium. CAP. LXXIIII.

AT in tota Troglodytice, vmbras bis quadragintaquinque diebus in anno Eratoſthenes in contrarium [a] cadere prodidit.

ANNOTATIONES.

a Hoc euenit, quia Troglodytica ſita eſt inter Tropicum cancri & Æquatorem.

Vbi longiſſimus dies, & vbi breuiſſimus. CAP. LXXV.

SIc fit, vt vario lucis incremento, in Meroë longiſſimus dies x i j. horas æquinoctiales & octo partes vnius horæ colligat: Alexandriæ verò x i i j. horas: in Italia quindecim; in Britannia x v j. vbi æſtate lucidæ [1] noctes, haud dubiè repromittunt id, quod cogit ratio credi, Solſtitij diebus accedente Sole propiùs verticem mundi, anguſto lucis ambitu, ſubiecta terræ continuos dies habere [2] ſenis menſibus, noctéſque è diuerſo ad Brumam remoto. Quod fieri in inſula [a] Thule Pythias Maſſilienſis ſcripſit, ſex dierum nauigatione in Septentrionem à Britannia diſtante: quidam verò & in [b] Mona, quæ diſtat à [3] Camaloduno Britanniæ oppido circiter ducentis millibus, affirmant.

noctes, ita quòd lucis ambitu ſubiecta terræ, haud dubiè repromittunt id, &c. mundi conuexum &c. Pint. tranſpoſitione verborum corrigit.
2 ſenis diebus. Pintianus, vetuſti codicis fidem ſecutus. binis Longol.
3 Camoloduno. M. Tacitus lib. 12. Camuloduno. Ptolomæus Camtum Lugdonum.

ANNOTA-

ANNOTATIONES.

a Iſlandia. b vulgò Man.

Item de horologio. CAP. LXXVI.

VMbrarum hanc rationem, & [1] quam vocant gnomonicen, inuenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri (de quo [2] diximus) diſcipulus: primúſque horologium, quòd appellant [a] ſciotericon, Lacedæmone oſtendit.

1 quem vocant gnomonem, inuenit Mileſius Anaximander de quo diximus, primúſq; Pint. ex Laertio. fic Vitru. lib. 6. c. 4. 8. in vita Anaximandri.
2 diximus, & Thaletis. Vet.

ANNOTATIONES.

a quo deprehenduntur ad vmbram horæ.

Quomodo dies obſeruentur. CAP. LXXVII.

IPſum diem alij aliter [a] obſeruauêre. Babylonij inter duos Solis Exortus: Athenienſes inter duos Occaſus: Vmbri à Meridie in Meridiem: vulgus omne à luce ad tenebras: ſacerdotes Romani, & qui diem [1] diffiniêre ciuilem; item Ægyptij & Hipparchus, à media nocte in mediam. [2] Minora autem interualla eſſe lucis inter ortus Solis iuxta ſolſtitia, quàm æquinoctia, apparet: quia poſitio Signiferi circa media ſui obliquior eſt; iuxta ſolſtitium [3] verò rectior.

1 finiere. Ch.
2 Minora maioráue. Chiff.
3 autem. CH.

ANNOTATIONES.

a Alex. ab Alex. capit. 20. 4. Diei ſpatium totum vetere res diuiſerunt in matutinum, ortum, meridiem, occaſum: noctis verò in veſperum, conticinium ſiue intempeſtam noctem, gallicinium & Luciferum.

Differentia gentium, ratio. CAP. LXXVIII.

COntexenda ſunt his cæleſtibus nexa cauſis. Nanque Æthiopas vicini ſyderis vapore torreri, aduſtíſque ſimiles gigni, barba & capillo vibrato, non eſt dubium. Et aduerſa plaga mundi, atque glaciali, candida cute eſſe gentes, flauis promiſſas crinibus, truces verò ex cæli rigore, [1] has & illas mobilitate habentes. [2] Ipſóque crurum argumento, illis in ſupera ſuccum reuocari, natura vaporis: his in inferas partes depelli, humore deciduo. Hîc graues feras, illíc varias effigies animalium prouenire, [3] & maximè alitum, & in multas figuras gigni volucres. Corporum autem proceritatem vtrobíque, illic ignium niſu, hîc humoris alimento. Medio verò terræ [4] ſalubris vtrinque miſtura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporum habitus. Magna & in colore temperies. Ritus molles, ſenſus liquidus, ingenia fœcunda, totiúſque naturæ capacia. Iiſdem imperia, quæ nunquam extimis gentibus [5] fuerint: ſicut ne illæ quidem his [6] paruerint, auulſæ, ac pro [7] immanitate naturæ vrgentis illas ſolitariæ.

1 Cælius Rhodig. Antiq. lect. lib. 3. c. 12. legit has & illas mobilitate habentes. lege truces ex cæli rigore & has. Illas vetus &c.
2 criniúmque ipſorum. Ch. Ipſorúmq; crinium. Vet.
3 &, redundat.
4 ſalubri vtrinque miſtura. Ver.
5 fuerunt. Vet.
6 paruerunt V.
7 pronitate. V. vnitate. Chiff.

De [a] motu terræ. CAP. LXXIX.

B[b] Abyloniorum placita [c] motus terræ, hiatúſque, & cætera omnia, vi [1] ſyderum exiſtimant fieri: ſed illorum trium, quibus fulmina aſſignant. fieri autem, meantium cum Sole, aut congruentium, & maximè circa quadrata mundi. [d] Præclara quædam eſſe & immortalis [2] in eo (ſi credimus) diuinitas perhibetur, [3] Anaximandro Mileſio Phyſico, quem ferunt Lacedæmoniis prædixiſſe, [4] vt vrbem ac tecta cuſtodirent: inſtare enim motum [5] terræ, cùm & vrbs tota eorum corruit, & Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta, [6] cladem inſuper eam ruina preſſit. Perhibetur & [7] Pherecydis Pythagoræ doctoris alia coniectatio, ſed & illa diuina; hauſtu aquæ è puteo præſenſiſſe, [8] ac prædixiſſe ibi terræ motum. Quæ ſi vera ſunt, quantum à Deo tandem videri poſſunt tales diſtare, dum [9] viuant? Et hæc quidem arbitrio cuiúſque exiſtimanda relinquantur: ventos in cauſa eſſe non dubium reor. Neque enim vnquam intremiſcunt [c] terræ, niſi ſopito mari, cælóque adeò tranquillo, vt volatus auium non pendeant, ſubtracto omni ſpiritu qui vehit: nec vnquam, niſi poſt ventos [10] conditos, ſcilicet in venas & cauernas eius occulto afflatu. [f] Neque aliud eſt in terra tremor, quàm in nube tonitruum. Nec hiatus aliud, quàm cùm fulmen erumpit, incluſo ſpiritu luctante, & ad libertatem exire nitente.

1 ſyderum vi Ch.
2 hæc duo vocabula (in eo.) d. in Vet. & M.
3 Anaximene ex Ariſt. Meteor. lib. 2.
4 ne. ex Cic. lib. 1. de Diuin.
5 terræ & tum vrbs. M.
6 clades eam, inſuper & ruina oppreſſit. M.
7 Pherecydi Pithagoræ doctori Ch.
8 ac prædixiſſe.) hæc duo vocab. in M. d.
9 viuunt.
10 condito ſcilicet in venas, & cauas eius occulta flatu. Ch. cauilos—occultato flatu. M.

ANNOTA-

ANNOTATIONES.

a Hæc ex Aristot.lib.2. Meteorol.& cap.7.lib.2.de Plantis.item cap.4.de Mundo.Seneca in Quæst.Nat.
b de Caldæorum Philosophis loquitur.
c Si quando Romæ terra quassata fuisset, supplicatio in triduum decernebatur, ferijs à prætore indictis, præeuntibus duumuiris,eóque die terræ motum nemo pronunciabat,tanquàm fœdum & abominandum quodpiam, nec Dei nomen,cui sacrum fiebat, edebatur,quòd Pontificum libris traditum, non esset, cuius Dei nutu imperióue terra moueretur.Vide Alex.ab Alex.cap.17.lib.5. Vide Rhodig.cap.27.30.
d Aristoteles terræ motuum, τῶν σεισμῶν, hæc refert genera, χασματίαι,recessus.2.ῥῆγμα, hiatus,3. ἐκρύσεις, successionem.4. πάτταλοι, impulsionem, 5. ἐκπλήσεις, inclinationem,6.κατακλασεῖς, vibrationem. Vide Dionem in Traiano quatuor genera recensentem &c.
e Proclus scribit vt terræ motus cesset, Neptuno, sacrum fieri Asphelio, quoniam mare sæpius obstat, ne terræ latebris erumpant venti: quamobrem Neptunum & γαιήοχον, & ἐνοσίχθονα vocauerunt.
f Lege Senecam Quæstionum Natur.lib.6.cap.9.

De terræ [a] hiatibus. CAP. LXXX.

VAriè itaque quatitur,& mira eduntur opera,alibi prostratis mœnibus, alibi hiatu profundo haustis,alibi egestis molibus,alibi emissis amnibus:nonnunquam etiam ignibus,calidísve fontibus,alibi* aduerso fluminum cursu.Præcedit verò comitatúrque terribilis sonus,aliàs [1] murmur similius mugitibus,aut clamori humano, [2] armorúmve pulsantium fragori,pro qualitate materiæ excipientis, formáque vel caruernarum, vel cuniculi,per [3] quem meat, exilius grante in angusto; eodem rauco in [4] recuruis resultante,in duris fremente, in humidis fluctuante & stagnantibus: item fremente contra solida. [5] Itaque & sine motu sæpe editur sonus. Nec simplici modo quatitur [6] vnquam, sed tremit vibrátque, Hiatus verò aliàs remanet, ostendens quæ sorbuit, aliàs occultat ore compresso, rursúsque ita inducto solo, vt nulla vestigia extent, vrbibus plerunque deuoratis, agrorúmque tractu hausto. [b] Maritima autem maximè quatiuntur. Nec [7] montosa tali malo carent.Exploratum est mihi, Alpes, [8] Appenninúmque sæpius tremuisse.Et autumno ac vêre terræ crebriùs mouentur,sicut fiunt fulmina. Ideò Galliæ & [c] Ægyptus minimè quatiũtur;quoniam hîc æstatis causa obstat,illic hyemis.Item noctu sæpius,quàm interdiu.Maximi autem motus existunt matutini, vespertiníque:sed propinqua luce crebri; interdiu autem circa meridiem. [9] Fiunt & Solis Lunæq; defectu, quoniam tempestates tunc sopiuntur. Præcipuè verò, cùm sequitur imbrem æstus, [10] imbrésve æstum.

* Rectius,auerso.M. & CH.
1 alias murmuri similis, aliàs mugiribus. Chif.altipulatur M.
2 arborúmue.Chif.
3 per quem fit exitus Solm.
4 recursis, resultãte in duris,fremente in humidis,fluctuãte in stagnantibus, fremente contra solida. Itaque. Ch.& M. Vet.item Salmant:
5 Quandoque.M.
6 d. in M.
7 montosa. Ch.
8 Appennias. M, Pœnias.Longol.
9 Fiunt & Lunæ defectu Pint.Arist.
10 imbreſue.

ANNOTATIONES.

a Totum hoc caput est ex Aristotele Meteorolog.lib.2.summa.3.
b Quamobrem Homero Neptunus vocatur ἐννοσίγαιος.
c Seneca cap.26.lib.6. Quæst. Nat.quia ex limo concreuit tota, quem affert Nilus turbido affluxu. Quamobrem nulla interualla habet,decrescente in solidum limo, nihil inane quod interueniat, & spiritum includat. Moueri tamen aliquando Ægyptum idem asserit.

Signa motus futuri. CAP. LXXXI.

NAuigantes quoque sentiunt non dubia coniectura, sine flatu intumescente fluctu subitò,aut quatiente [1] icti.Intremunt verò & in nauibus posita, eque quàm in ædificijs,crepitúque prænuntiant. Quin & volucres non impauidæ [2] sedent.Est [3] & in cælo signum,præceditque motu futuro, aut interdiu, aut paulò post occasum sereno, [4] ceu tenuis linea nubis in longum porrectæ spatium,Est & in puteis turbidior aqua,nec sine odoris tædio.

1 Ictu.CH.
2 sedentes.Ch.&c. sentiunt.
3 Sed & in cælo signum præcedit motu futuro. M.
4 tenuis ceu lineæ nube in lõgum porrecta spat. Ch. Tenuis ceu lanea nubes in long. porrecta.Pint.ex Verg. Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.

Auxilia contra motus futuros. CAP. LXXXII.

SIcut [1] in iisdem est remedium, [2] quale & crebri specus præbent. [3] Præconceptum enim spiritum exhalant: quod in [4] certis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur, crebris ad eluuiem cuniculis cauata.Multóque sunt tutiora in iisdem illis quæ pendent: sicut Neapoli in Italia intelligitur,parte eius,quæ solida est,ad tales casus obnoxia. Tutissimi sunt ædificiorum fornices, [5] anguli quoque parietum, postéque alterno [6] pulsu renitentes. [7] Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiuntur.Magna differentia est & in ipso genere motus:pluribus siquidem modis quatitur. Tutissimum est,cùm vibrat crispante ædificiorum crepitu; & cùm intumescit assurgens, alternóque motu residet:innoxium & cùm concurrentia tecta contrario ictu arietant; quoniam alter motus alteri renititur.Vndantis inclinatio, & [8] fluctus more quædam volutatio infesta est: aut cùm in

1 Sed & in iisdem est remedium.Ver.
2 quale cloacæ.& V.
3 conceptum. Ch.
4 to tis notatur oppidis; minus quippe quatiuntur. ex M. & Chiff.
5 nõ anguloſi quoque parietes Ver.
6 pulſui. Ver,alterno pulſu retinente. CH.
7 E latere terraſe V.
8 fluctuum Ch.

cùm in vnam partem totus se motus impellit. Desinunt autem tremores, cùm ventus emersit: sin verò durauêre,non ante quadraginta dies sistuntur: plerunque & tardiùs, vtpote cùm quidam annuo & bienni spatio durauerint.

Portenta terrarum, semel visa. CAP. LXXXIII.

FActum est semel, quod equidem in Hetruscæ disciplinæ voluminibus [1] inueni, ingens terrarum portentum, L. Marcio,Sex. [2] Iulio COSS. in agro Mutinensi.Nanque montes duo inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes, recedentéque, [3] inter eos flamma fumóque in cælum exeunte interdiu, spectante è via Æmylia magna equitum Romanorum,familiarúmque & [4] viatorum multitudine. Eo concursu villæ omnes elisæ,animalia permulta,quæ intrà fuerant, exanimata sunt, anno ante sociale bellum: quod haud scio an funestius ipsi [5] terræ Italiæ fuerit, [6] quàm ciuilia. Non minus mirum ostentum & nostra cognouit ætas, anno Neronis [a] principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus,pratis oléisque,intercedente via publica,in contrarias sedes trangressis, in agro Marrucino,prædiis Vectij Marcelli equitis Romani,res Neronis procurantis.

1 inuenitur. Ch.
2 Lucio. Ch.
3 interea. M.
4 vxorum. M.
5 terræ ipsi Ch.
6 bella ciuilia. Ch.

ANNOTATIONES.

a Vide infrà cap.5.lib.17.sub finem.

Miracula [a] terræmotus. CAP. LXXXIIII.

FIunt simul cum terræmotu & inundationes maris, eodem videlicet spiritu infusi, aut [1] residentis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus, Tiberij Cæsaris principatu, xij. vrbibus Asiæ vna nocte prostratis. Creberrimus Punico bello,intra eundem annum septies atque quinquagies nuntiatus Romam.Quo quidem anno ad [b] Trasymenum lacum dimicantes,maximum motum neque Pœni sensêre, nec Romani.Nec verò simplex malum, aut in ipso tantùm motu periculum est; sed par aut maius [2] ostentum.Nunquàm vrbs Roma tremuit,vt non futuri euentus alicuius id prænuntium esset.

1 terræ sidentis V.
2 ostento. M. Vet. Chiff.

ANNOTATIONES.

a Vide Arist. Meteor.lib.1.sum.4.per totum & lib.2.capit.2.de Mundo cap.4. b Liuius lib.22.Decadis tertiæ.

Quibus locis maria recesserint. CAP. LXXXV.

EAdem nascentium causa terrarum est, cùm idem ille spiritu attollendo potens solo,non [1] valuit erumpere.Nascũtur enim nec fluminum tantùm inuectu,sicut Echinades insulæ ab Acheloo amne congestæ; maiórque pars [a] Ægypti à Nilo, in quam à Pharo insula [b] noctis & diei [2] cursum fuisse [c] Homero credimus:sed & recessu maris,sicut eidem de [d] Circeiis. Quod accidisse & in [3] Ambraciæ portu decem millium passuum interuallo;& Athenienſium quinque millium ad Piræum memoratur:& Ephesi, vbi quondam ędem Dianæ [4] alluebat. Herodoto quidem si credimus, mare fuit supra Memphim vsque ad Æthiopum montes; itémque [5] à planis Arabiæ. Mare & circa Ilium,& tota [e] Teuthrania,quáque campos intulerit Mæander.

1 valet. M.
2 cursus fuit, si Homero.Pint.
3 Vmbraciæ.Ch.
4 abluebat Ch.
5 in, Pint.

ANNOTATIONES.

a Herodotus vocat Ægyptum πεδιὰς δῶρον, fluuij donum.vt & Seneca Quæst.Nat.cap.26.lib.6.
b Nunc Alexandriæ ponte iungitur.Vide cap.11.lib.13.
c Odyss.δ.
d Odyss.ν. ἠῶθεν γὰρ ἐπιπλὼ ἐς πατπλήκτου αἰαίης Κίρκην, τλὴ περὶ κείνου ἐπέσσεται ἐπιφροσύνῃ.
e Troadis Mediterranea parte.

Ratio insularum enascentium. CAP. LXXXVI.

NAscuntur & alio modo terræ, ac repentè in [1] aliquo mari emergunt, velut paria secum faciente natura,quæque hauserit hiatus,alio loco reddente.

1 alto. M.alio. Ver.

ANNOTATIONES.

a Vide Strabonem sub finem lib.1.

Quæ &

Quæ, & quibus temporibus enatæ sunt. CAP. LXXXVII.

CLaræ iampridem insulæ, [a] Delos & Rhodos, [1] memoriæ produntur enatæ. Posteà minores, vltra Melon [b] Anaphe; inter Lemnum & Hellespontum, Nea: inter [2] Lebedum & Teon, Alone; inter Cycladas Olympiadis CXXXV. anno quarto, [c] Thera & [3] Therasia. Inter easdem post annos CXXX. Hiera, [4] eadémque Automate. [5] Et ab duobus stadiis post annos CX. in nostro [6] quo, M. Iunio [d] Syllano, L. Balbo coss. ad VIIJ. Idus Iulias, Thia.

1 memoria. M.
2 Lesbon. Ch.
3 & Thia. Brod. Senec.
4 eadem quæ. M.
5 Ab ea duobus. Ch.
6 quo, Iunio Syllaneo. Mar. Cælio Balbo. Ch. Salm.

ANNOTATIONES.

a Dicta ἀπὸ τῆς δηλώσεως. De Rhodo Philo lib. de Mundo. Heraclides lib. περὶ παραδόξων, Ῥόδον τὴν νῆσον, inquit, τὸ παλαιὸν πυρφόρεα κλύσαν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ξηρωθεῖσαν. Hadr. Iun. cap. 15. lib. 3. Vide infra. cap. 12. 4.
b Strabo lib. 10.
c Seneca 6. Nat. Quæst. *Therem & Thian nostræ ætatis insulam hanc spectantibus nobis in Ægeo mari enatam, quis dubitat quin in lucem spiritus nexerit?*
d Syllani meminit Tacitus lib. 4. Eum Caligula pecudem aureum vocabat.

Quas terras interruperint maria. CAP. LXXXVIII.

ANte nos [1] & iuxta Italiam inter [a] Æolias insulas: item iuxta Cretam emersit è mari [2] M. D. passuum vna cum calidis fontibus: altera Olympiadis [3] CXLIIJ. anno tertio in Thusco sinu, flagrans hæc violento cum flatu. [4] Proditúrque memoriæ, magna circa illam multitudine piscium fluitante, confestim expiratum quibus ex his cibus fuisset. Sic & [b] Pithecusas in Campano sinu ferunt ortas. Mox in his montem [5] Epopon, cùm repentè flamma ex eo emicuisset, campestri æquatũ planitie. In [6] eadem & oppidũ hausturn profundo: alióque motu terræ [7] stagnum emersisse: & alio, prouolutis montibus insulam extitisse [c] Prochytam. Nanque & hoc modo insulas rerum natura fecit. Auellit [d] Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrin, Besbycum Bithyniæ, [e] Leucosiam Sirenum promontorio.

1 d. in M.
2 M. M. D. Tol.
3 CLXIII. Ch. Tol.
4 quioque. M.
5 Epomeum, Strabo ad finem libri 5.
6 ijsdem. M.
7 Stratias. Long. Scalig. in Varr.

ANNOTATIONES.

a Vulcanias, Liparæas, Hephæstias infra cap. 8. 3. sub finem.
b Ænaria, Inarime Homero. Pythecusæ Græcis. cap. 6. 3.
c Vide cap. 8. 3. lib.
d Seneca lib. 6. Natur. Quæst. cap. 29.
e Leucosia Sirenum vna in Neptunium promontorium è mari ejecta insulæ nomen dedit. Lycophron in Cassandra: *λευκῶν ἀὴ τῶν προηγόσεων τὸν ἐνάλιμον πτερὸν ὑκάσει ἄκρῳ.* Canterus cap. 10. 3. Alia est Leucosia dicta ab Æneæ consobrina, ibi sepulta cuius meminit Halicarnassæus lib. 3. & quæ depravata scriptura Festo Lectosia dicitur. Sirenas Ausonius in Grypho vocat Siredonas, quasi σειρηδόνας, cantu allicientes: *Tres ibi Trinacria Serithidesque omnia trina.*

Quæ insula continenti adiuncta. CAP. LXXXIX.

RVrsus abstulit insulas mari, iunxítque terris: Antissam Lesbo, [1] Zephyrum Halicarnasso, [2] Æthusam Myndo, Dromiscon & Pernen Mileto, Narthecusam Parthenio promontorio. Hybanda quondam insula Ioniæ, CC. nunc à mari abest stadiis. Syrien Ephesus in [3] mediterranea habet: Derasidas & Sophoniam vicina ei Magnesia, Epidaurus & Oricum insulæ esse desierunt.

1 Zephyriam. V. M.
2 Aethusam Ch. alij. Aethechusam.
3 mediterraneo. M.

Quæ terræ in totum mari permutatæ. CAP. XC.

IN totum abstulit terras, primùm omnium vbi Atlanticum mare est, si Platoni credimus, immenso spatio. Mox interno, [1] quæ videmus hodie, mersam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio, Europam Asiámque Propontide & Ponto. Adhoc perrupit mare Leucada, Antirrhium, Hellespontum, Bosphoros duos.

1 quo. M. Hodiéq; vid. Ch.

Quæ terræ ipsæ se sorbuerunt. CAP. XCI.

ATque vt sinus & stagna præteream, [1] ipsa se condens terra deuorauit Cybotum altissimum montem, cum oppido [2] Curite: Sipylum in Magnesia: & priùs in eodem loco clarissimam vrbem, quæ Tantalis vocabatur. [3] Galanis & Gamales vrbium in Phœnice agros cum ipsis: Phegium [4] Æthiopiæ iugum excelsissimum, tanquam non infida grassarentur & litora.

1 ipsa se comest terra. Deuorauit. Chiff. ipsa quæ se comest terra. M.
2 Curice. CH.
3 Galenes & Galames. Ch.
4 Iopes. Longol. vide cap. 13. 5.

Quæ vrbes haustæ sint à mari. CAP. XCII.

PYrrham & Antissam circa Mæotim Pontus abstulit, [2] Elicen & [1] Buram in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent. Ex insula Cea amplius [2] triginta millia passuum

1 Burſam, sinus Corinthius. Ch.
2 trecenta. M.

passuum abrupta subitò, cum plurimis [3] mortalium rapuit. Et in Sicilia dimidiam Thyndarida vrbem, ac quicquid ab Italia deest. Similiter in Bœotia [4] & Eleusina.

3 mortalibus. Rapiit &. Ch.
4 d in. h.

ANNOTATIONES.

a Strabo lib. 8. Arist. de Mundo. Callisthenes apud Senecam lib. 6. Quæst. Natur. Ouid. Si quæris.

De miraculis terrarum. CAP. XCIII.

MOtus enim terræ sileantur, & quicquid est, vbi saltem busta vrbium [1] extant: simul vt terræ miracula potiùs dicamus, quàm scelera naturæ. Et herculè non cælestia enarratu difficiliora fuerint. Metallorum opulentia tam varia, tam diues, tam fœcunda, tot seculis suboriens: cùm tantùm quotidie orbe toto populentur ignes, ruinæ, naufragia, bella, fraudes: tantùm verò luxuria, & tot mortales conterant: gemmarum pictura tam multiplex; lapidum tam discolores maculæ, intérque eos candor [a] alicuius, præter lucem omnia excludens: medicatorum fontium vis: ignium tot lucis emicantium perpetua tot seculis incendia: [b] spiritus letales [2] alibi, aut [c] scrobibus emissi, aut ipso loci situ mortiferi; [3] alibi volucribus tantùm, vt Soracte vicino vrbi tractu, [4] alibi præter hominem cæteris animantibus: nonnunquam & homini, vt in Sinuessano agro & [d] Puteolano: [5] spiracula [e] vocant alij Charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes. Item in [f] Hirpinis Amsancti, ad Mephitis ædem [g] locum, quem qui intrauêre, moriuntur. Simili modo [h] Hierapoli in Asia, Matris tantùm magnæ sacerdoti innoxium. [7] Alibi fatidici specus, quorum exhalatione temulenti futura præcinunt, vt Delphis, nobilissimo oracuło. Quibus in rebus quid possit aliud causæ [8] efferre mortalium quispiam, quàm diffusæ per omne naturæ subinde aliter atque aliter numen erumpens?

1 extant sepultarum. M.
2 aliubi. Ch.
3 aliubi. Ch.
4 aliubi idem.
5 quæ spiracula. Ch. sunt spiracula, quæ vocant alij. M.
6 Ansancti. Ch.
7 Aliubi. Ch.
8 afferre. M.

ANNOTATIONES.

a vel Vnionis, vel Adamantis.
b Vide Rhodig. cap. 12. 8. Babylone in Apollinis templo aroulam inuentam, qua confessa prosilierit spiritus pestilens non solùm Babyloniis, sed accolis etiam Parthis. Item principatu M. Antonij & Veri, diruto Apollinis fano Seleuciæ, repertum à militibus foramen, quod obturrant Chaldæi, eóque recluso vaporem letiferum prorupisse, qui funestus in Gallias vsque sit debacchatus.
c Seneca lib. 6. Nat. Quæst. cap. 28.
d Cicero 1. de Diuinat. Plutonia vocat, eáque sibi in Asia visa tradit, nempe ad Hierapolin. Idem lib. 2. multis disputat qua ratione Delphicus anhelitus & afflatus, quo Pythia mente incitata oracula edebat, euanuerit, & cessauerit. Vide Rhodig. cap. 16. 8. Idem autor cap. 12. 19. Charoneis suffocari quæuis animalia tradit, præter ea quibus excisa sunt genitalia. *κεφαλὰς βοτάνας* Plutarchus in Antonio. Orcini senatores Suetonio in Augusto, post Cæsaris necem ad orcum demissi & Charonem, gratia vel præmio allecti. Victorius cap. 18. 16. Fuit & Athenis *χαρώνιον δῶμα* in Nomophylacio *ἔνθα οἱ παρέδησαν τῶν ἐπιδημησάντων ἐξέγονοι.* Zenobius Pollux. Rhodig. cap. 9. 17. Brod. cap. 8. 4.
e *Spiracula Ditis.* Virg. 7. Æneid. nempe in quibus est, rupto ingens Acheronte vorago, id est, eruptio, & exæstuatio *ἀναφυσᾶ.* Hom. 2. Iliad. *ὅθεν γὰρ ἀνὴρ πνοιὴ τέθνηκεν ἰότητι ἀναφυσᾶ.* Vide Turn. cap. 28. 26.
f Strabo lib. 6. Leucis, oppidulo non ita procul à Tarento seiuncto, fœtidam aquam fons effundit.
g speluncam, quidam Lacum legunt.
h Galenus lib. 1. tuendæ valetudinis circa Sardeis talem quoque locum esse tradit.

De terris semper trementibus. CAP. XCIIII.

QVædam verò terræ ad ingressus tremunt, sicut in Gabiensi agro, non procul vrbe Roma, iugera fermè ducenta, equitantium cursu: similiter in Reatino.

De insulis semper fluctuantibus. CAP. XCV.

QVædam insulæ [a] semper [1] fluctuant, sicut in agro Cæcubo, & eodem Reatino, Mutiensi, [2] Statoniensi. In [3] Vadimonis [b] lacu, & ad [c] Cutilias aquas opaca sylua, quæ nunquam die ac [4] noctu eodem loco visitur. In Lydia quæ vocantur [d] Calaminæ, non ventis solùm, sed etiam [5] contis quò libeat impulsæ, multorum ciuium Mithridatico bello salus. Sunt & in Nymphæo partuæ, Saltuares dictæ; quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. In Tarquiniensi lacu magno Italiæ duæ nemora [6] circunferunt, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus; quadratam nunquam.

1 fluitant. V.
2 Stationensi. Chif. forsan Statiniesi. Statinas enim meminit Statius.
3 Vadimonis. Ch.
4 nocte. M. Ch.
5 contis, vel quo. V.
6 circumiernnt. Ch.

ANNOTATIONES.

a Theoph.cap.11.4. Historiæ νέκυιαν πλοάδων meminit. vide Senecam cap.25.lib.3.Quæst.Natur.

b Vadimonius lacus,ad quem lib.9. Liuius scribit Hetruscos à Romanis superatos fuisse,monti Rosulo vicinus,inter Sutrium & Nepe.medius est Blondo:alij prope Tiberim colloçant, iuxta Bassano,inter Orti & Galese castella.

c Strabo, καὶ τὰ ἐν νοτιολιβυκῇ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ αἰνεῖται, καὶ ὑγιαθίζουσι θεραπεύσεις νέκυες. Oppidum quod ad eam paludem erat Cutilias numero plurali dixerunt,& inde aquas eas. Aluminosas eas fuisse Galenus tradit; Græcis sedes quærentibus responsum est redditum:

τὴν ἀχερουσίαν σιωπᾷν σεαυτὸν ἐᾶσαι,
ἠδ' ἀθερηγενέων νεκύων ἀ νόσοι ἐχέτωσαν.

d Insulæ calaminæ & saltuares eædem. Prope fuit Nympharum templum quibus erant dicatæ. Plinius Nymphæum vocat.Sotion in Eclogis,ἐν νήσῳ ἐπὶ λίμνῃ καλαμίνῃ κατοικούσῃ , ἱερὰ δ' οὖσα νυμφῶν, ἃ φάρμακα παιδόμυρα πηλοῦ , καὶ μίσυος κοινῶν ἔνια ὧν βασιλεῖα προσαγορεύουσι θεραπεύειν, δυσίαις δὲ καὶ εὐχαῖς ἐπιτελοῦσιν ἐπιτυχίαις ἐξευδαιμονίας. τοῦτον δ' ἐπιπελαγίῳ κειμένῳ καὶ τῆς νήσου τῆς μὲν συμφωνίας γλυκείας, πλούσιος δὲ ἰκάλας μου χορεύουσι, καὶ ὁ βασιλεὺς οὐμ οὐκ ἔστε παραγενέσθαι ἐπὶ τὴν θέαν. Varro. Cùm eodem tempore insulas Lydorum ibi concussas vidisses.

Quibus in terris non pluat: & aceruata terrarum miracula, & caterorum elementorum. CAP. XCVI.

1 aram. Ch.

CElebre fanum habet Veneris Paphos, in cuius quandam [1] aream non [a] impluit. Item in Nea,oppido Troadis,circa simulachrum Mineruæ.In eodem & relicta sacrificia non putrescunt. Iuxta Harpasa oppidum Asiæ,cautes stat horrenda , vno digito mobilis:eadem,si toto corpore impellatur , resistens.in Taurorum peninsula in ciuitate

2 Characena. [2] Parasino terra est,qua sanantur omnia vulnera.At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: [b] Sarcophagus vocatur. Duo sunt [c] montes iuxta flumen Indum:alteri natura est vt ferrum omne teneat,alteri vt respuat. Itaque si sint clauí in calciamento , vestigia auelli in altero non posse , in altero [3] sisti.Locris & [d] Crotone

3 obsisti. pestilentiam nunquàm fuisse, [4] nec vllo terræmotu laboratum,annotatum est. In Lycia verò semper à terræmotu xl. dies serenos esse. In agro [5] Ardano frumentum satum non nascitur.Ad aras [e] Murtias [6] in [f] Veiente,& apud Tusculanum , & in sylua [g] Ciminia loca sunt in quibus in terram depacta non extrahuntur.In Crustumino natum fœnum ibi noxium,extrà salubre est.

4 ne illo terræ motu adnotatū est. Ch,
5 Arpano.Ch.
6 Mutias.

ANNOTATIONES.

a Tacitus lib.18.de illa ara: *Sanguinem aræ effundere vetitum,precibus & igne puro altaria adolentur , nec vllis imbribus , quamquàm in aperto madescunt.*

b Si omnia corpora consumit σάρκαγος , potius quàm εὐνεφάγος dicitur.

c Idem montibus duobus Æthiopiæ infrà capit.16.36.in fine capitis.

d Vide apud Strabonem lib.6.vetus prouerbium ηρέτιον ὑγιέστερον.

e Veneri Murtiæ dicatas,de qua infra cap.29.lib.15.Rhodig.cap. 12.18.Mutias probat,nempe in honorem Q. Mutij Scæuolæ erectas, qui tanta integritate Asiæ præfuit, vt in eius gloriam Mutia diem festum Asiatici celebrauerint , sicut & Syracusani Marcellea, eodem ferè laudis genere , quo Scipioni in cella Iouis Capitolini, Catonj in curia statua posita est.

f hodiè *Marignano.*

g Ciminius mons, Viterbio proximus.Ciminius lacus hodie,Viterbiensis.In eo monte Ciminia sylua , in quo victos à Fabio consule Hetruscos scribit Liuius lib.9. Per monrem illum tendebat via Cassia, vbi nunc est Surianum,arx munitissima.

Qua ratione æstus maris accedant, & recedant. Et vbi ijdem extra rationem. CAP. XCVII.

ET de aquarum natura complura dicta sunt:sed [a] æstus maris accedere, & reciprocare,maximè mirum:pluribus quidem modis,verùm causa in Sole,Lunáque. Bis inter duos exortus Lunæ affluunt,bisque remeant,vicenis quaternisque semper horis. Et primùm attollente se cum ea mundo intumescentes , mox à Meridiano cæli fastigio vergente in Occasum residentes:rursúsque ab Occasu subter cæli ima , & Meridiano contraria accedente,inundantes:hinc donec iterum exoriatur,se [1] sorbentes. Nec vnquam eodem tempore,quo pridie,reflui, [2] vt ancillate sydere, trahenteq; secum auido haustu maria,& assiduè aliundè,quàm pridie,exoriente:paribus tamen interuallis reciproci,senisque semper [b] horis,non cuiusq; diei aut noctis, aut loci,sed Æquinoctialibus: ideoq; inæquales vulgarium horarum spatio , vtcunq; plures in [3] eas aut diei aut noctis illarum mensuræ cadunt,& Æquinoctio tãtùm pares vbiq;.Ingens argumentum , plenumq; lucis ac vocis etiam [4] diurnæ,hebetes esse,qui negẽt subtermeare sydera, ac rursus eadem resurgere, similemq; terris;imò verò vniuersæ naturæ exinde faciem in iisdem ortus occasusq; operibus,non aliter sub terra manifesto syderis cursu,alióve effectu , quàm cùm præter oculos nostros feratur.Multiplex etiamnum lunaris differentia , primúmque septenis diebus. [5] Quippe modici noua ad diuiduam æstus,pleniore ab ea exundant,plenaq; maxime feruent.Inde mitescunt.Pares ad septimam primis.Iterumq; alio latere diuidua augentur. In [6] coitu Solis pares. Planè eadem Aquilonia, & à terris longiùs recedente mitiores,quàm [7] cùm in Austros digressa , propiore nisu vim suam exercet. Per

1 resorbentes Tol.
2 vt ancillantes syderi auido,trahentique secũ haustu maria , & assiduè aliunde, quã pridie , exorienti. Ch.
3 eos.sub,æstus.
4 diuinæ.
5 Quippe modici à noua ad diuiduum æstus, pleniores ab ea exundant. Ch.
6 In coitu Solis pares plenæ. Eadẽ &c. Chiff. pares plane. Ead. M.
7 d.in Ch.& rectius.

octonos

octonos quoque annos ad principia motus & paria incrementa centesimo Lunæ reuocantur ambitu,[8] augente ea cuncta Solis annuis causis,duobus Æquinoctijs maximè tumentes,& autumnali amplius, quàm verno: inanes verò Bruma,& magis Solstitio.Nec tamen in ipsis,quos dixi,temporum articulis;sed paucis pòst diebus:sicuti neque in plena aut nouissima,sed posteà:nec statim vt Lunam mundus ostendat occultétve, aut media plaga declinet,verùm duabus ferè horis Æquinoctialibus seriùs;tardiore semper ad terras omnium,quæ geruntur in cælo,effectu cadente,quàm [9] visu,sicuti fulguris, & tonitrus,& fulminum. [c] Omnes autem æstus in Oceano maiora integunt spatia inundántque,quàm in reliquo mari:siue quia totum in vniuersitate animosius est quàm in parte, siue quia magnitudo aperta syderis vim laxè grassantis efficaciùs sentit , eandem angustiis arcentibus.Qua de causa nec lacus,nec amnes similiter mouentur. Octogenis cubitis supra Britanniam intumescere æstus Pythias Massiliensis author est. Interiora autem maria terris clauduntur,vt portu.Quibusdam tamen in locis spatiosior [d] laxitas [10] ditioni paret,vtpote cùm plura exempla sint,in tranquillo mari,nullóq; velorum [11] impulsu, tertio die ex Italia [12] prouectorum Vticam , æstu feruente. Circa litora autem magis quàm in alto deprehenduntur hi motus:quoniam &in corpore extrema pulsum venarum,id est , spiritus magis sentiunt. In plerisque tamen æstuariis , propter dispares syderum in quoque tractu exortus,diuersi existunt æstus,tempore,non ratione,discordes, sicut in Syrtibus.Et quorundam tamen priuata natura est,velut [13] Tauromenitani [e] euripi sæpius , & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. [14] Æstus idem triduo in mense consistit,septima,octaua,nonáque Luna. [f] Gadibus,qui est delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum,aliâs simul cum Oceano augetur minuiturque, aliâs verò vtrunque contrariis temporibus.Eodem in loco alter, Oceani motibus consentit. In ripa Bætis oppidum est,cuius putei crescente æstu minuuntur,augescunt decedente,mediis temporum immobiles.Eadem natura in Hispali oppido vni puteo, cæteris vulgaris. Et [g] Pontus [15] semper extrà meat in Propontidem , introrsus in Pontum nunquàm refluo mari.

8 augentibus. Vet.
9 nisu.
10 ditioni. Ch.
11 pulsu. Ch.
12 prouectorum Ch.
13 Tauromenitani Ch.
14 Idem æstus.&c.
15 prorsus:Tol.

ANNOTATIONES.

a De hoc vide Ptolomæum lib.2.cap.12. Quadrip.& Arist.Prob. sect.23.Item Meteor.lib.2.sum.1.per totum.

b has horas vulgares & temporales καιρικὰς Græci vocant , vt æquinoctiales ἰσημερινὰς. Vide Senecam Quæst. Nat.lib.2.cap.28. Vide & annotata in cap.10.36.

c Romani veteres æstum maris accedentem Veniliam appellarunt:reciprocantem verò & in salum redeuntem , Salaciam. Cùm autem in Germanicum Oceanum penetrassent Germanicis vocabulis pro Venilia,Maladinam dixerunt vulgò *maree* , & pro Salacia Lidunam,quibus vocabulis vsus est Marcellus Empiricus. *Conficitur,inquit,12. cal.Iulias. Non interest quo die vel Lunæ:Lidunæ , vel Malinæ.* His verbis apparet obseruatione superstitiosa Marcellum credidisse,alias vires herbis esse collectis cùm mare inundat, alias cùm recedit.Oceanũ refusum vocat Virg.7. Æneid.refluentem ἀνάῤῥοον Homerus:idem æstum extumescentem,ac detumescentem ἀναπνεῦσαι vocat.Vide Scalig. in Festum,voce Salacia.

d Lunæ viribus ac imperio.

e Vide Pomponium Melam.

f Strabo sub finem lib 3.

g Seneca in præfatione lib.4.Quæst.Nat. Ob hoc Pontus in inferum mare assiduè fluit rapidus , non vt cætera maria alternans vltro citro æstus, in vnam partem semper pronus & torrens. Quod nisi faceret , hisque itineribus quod cuique deest reddereтur , & quod cuique superest emitteretur, iam aut sicca essent omnia , aut inundata.Vide infra cap.13.lib.4.

Miracula maris. CAP. XCVIII.

OMnia plenilunio maria purgantur;quædam & statо tempore. Circa [a] Messanam & Mylas simo similia expuuntur in litus purgamenta: vnde fabula Solis boues ibi stabulari. His addit (vt nihil quod equidem nouerim præteream)Aristoteles , nullum animal nisi æstu recedente expirare. Obseruatum id multùm in Gallico Oceano , & duntaxat in homine compertum.

ANNOTATIONES.

a Seneca lib.3.cap.26.

Qua potestas Lunæ, in terrena, & marina. CAP. XCIX.

QVo vera coniectatio existit,haud frustrà [1] spiritum sydus Lunæ existimari.Hoc [2] esse quòd terras saturet,accedénsque corpora impleat,abscedens inaniat. Ideò cùm incremento eius [a] augeri conchylia,& maximè spiritum sentire,quibus sanguis non sit. Sed &[3] sanguine hominem etiam cum lumine eius augeri ac minui:frondes quoque ac pabula(vt suo loco dicetur)sentire,in omnia eadem penetrante vi.

1 spiritus Vet. spirituosum sydus Lunam.&c.Ch.&M.
2 est. Ch.
3 sanguinem hominum.CH.

ANNOTATIONES.

a Luna alit ostrea,& impler echinos.muribus, & pecori fibras addit. Lucilius apud Gellium cap.7.20. Vide Arist.de partib.animal. lib.4.cap.5.

Quæ Solis, & quare salsum mare. CAP. C.

IT aque Solis ardore siccatur liquor: & hoc esse masculum sydus accepimus, torrens cuncta sorbénsque. Sic mari latè patenti saporem [a] incoqui salis; aut quia exhausto inde dulci renuíque, quod facillimè trahat vis ignea, omne [2] asperius crassiúsque linquatur: ideò summa æquorum aqua dulciorem profundam: hanc esse veriorem causam asperi saporis, quàm quòd mare terræ sudor sit æternus; aut quia [3] plurimum ex arido misceatur illi vapor; aut quia terræ [4] natura medicatis aquas inficiat. Est in exemplis Dionysio Siciliæ tyranno, cùm pulsus est ea potentia, accidisse prodigium, vt [b] vno die in portu dulcesceret mare.

1 Ita, cùm Solis ardore siccetur liquor (unum & hoc &c. sorbénsq;) sic mari &c. Pint.
2 & asperius Chiff.
3 plurimus ex arido misceatur illi vapor. Ch. Sal.
4 natura sicut med. C.H.

ANNOTATIONES.

a Rhodig. capitib. 15. & 16. lib. 26.
b Vide Valerium Max. cap. vltimo lib. 6.

Item de natura Lunæ. CAP. CI.

EContrario ferunt Lunæ fœmineum ac molle sydus, atque nocturnum, soluere humorem, & trahere, non auferre. Id manifestum esse, quòd ferarum occisa corpora in tabem [1] visu suo resoluat, somnóque sopitis torporem contractum in caput reuocet: glaciem refundat, cunctáque humifico spiritu laxet. Ita pensari naturæ vices, semperq; sufficere, aliis syderum elementa cogentibus, aliis verò fundentibus. Sed in dulcibus aquis Lunæ alimentum esse, sicut in marinis Solis.

1 nisu, legit Pint. ex Tolet. codice; qua voce & supra vsus est Plin. capit. 97. pro defluuio ipso à syderibus in terram decidente, quod Barbari Influctiam vocant.

Vbi altissimum mare. CAP. CII.

ALtissimum mare x v. stadiorum Fabianus tradit. Alij in Ponto ex aduerso Coraxorum gentis (vocant Bathea Ponti) trecentis ferè à continenti stadiis immensam altitudinem maris tradunt, vadis nunquàm repertis.

Miracula aquarum, fontium, & fluminum. CAP. CIII.

MIrabilius id faciunt aquæ dulces, [b] iuxta mare vt fistulis [2] emicantes. Nam nec aquarum natura à miraculis cessat. Dulces mari inuehuntur, leuiores haud dubiè. Ideo & [3] marinæ, quarum natura grauior, magis inuecta sustinet. Quædam verò & dulces inter se supermeant alias. Vt in [c] Fucino lacu inuectus amnis, in [d] Lario [e] Addua, in [f] Verbano Ticinus, in [g] Benaco [h] Mincius, in [i] Seuinno [k] Ollius, in Lemano Rhodanus, hic trans Alpes, superiores in Italia, multorum millium transitu hospitales suas tantùm, nec largiores, quàm [4] intulêre, aquas euehentes. Proditum hoc & in Oronte amne Syriæ, multisq; aliis. Quidam verò odio maris ipsa subeunt vada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo redduntur iacta in [l] Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponnesiaco litori infunditur. Subeunt [5] terras, rursúsque redduntur, [m] Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia. Et quæ in Æsculapij fonte Athenis [6] immersa sunt, in Phalerico redduntur. Et in Atinate cãpo fluuius mersus post x x. M. pass. exit: & in Aquileiensi Timauus. Nihil in Asphaltite Iudææ lacu, qui bitumẽ gignit, mergi potest: nec in Armeniæ maioris Arethusa: is quidem nitrosus pisces alit. In Salentino iuxta oppidum [7] Mandúriam lacus ad margines plenus; neq; exhaustis aquis minuitur, neq; infusis augetur. In Ciconum flumine, & in Piceno lacu [n] Velino lignum deiectũ, lapideo cortice obducitur: & in Surio Colchidis flumine, adeò vt lapidem plerunq; [8] durans adhuc integat cortex. Similiter in [9] flumine Silaro, vltra Surrentũ, non virgulta modò immersa, verùm & folia lapidescunt, aliàs salubri potu eius aquæ. In exitu paludis [p] Reatinæ saxũ crescit. Et in Rubro mari oleæ, virentésq; frutices [q] enascuntur. Sed & fontium plurimorũ natura mira est feruore. Idq; etiam in iugis Alpiũ, ipsoq; in mari inter Italiam & Ænariam; vt in Baiano sinu, & in Liri fluuio, multisq; aliis. Nam dulcis haustus in [10] mari plurimis locis; vt ad Chelidonias insulas, & [11] Aradum, & in Gaditano Oceano. Patauinorũ aquis calidis herbæ virentes innascuntur: Pisanorũ ranæ: ad [r] Vetulonios in Hetruria non procul à mari, pisces. In Casinate fluuius appellatur Scatebra, frigidus, abundantior æstate. In eo, vt in Arcadiæ Stymphali, [12] enascũtur aquatiles [s] musculi. In Dodone Iouis fons cùm sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctę admoueantur, accendit. Idẽ meridie

1 Mirabile. Ch.
2 emanantes. M.
3 matina natura grauior, magis inuecta sustinet. Tol. V. Cod.
4 tulere. M.
5 terræ. Ch.
6 mersa. Ch. M.
7 Anduriam Ch.
8 durus.
9 d. in Tol. & Salm.
10 maris. Vet.
11 Arabum Ch.
12 nascuntur. M.

ridie semper deficit; qua de causa [t] Anapauomenon vocant. Mox increscẽs ad medium noctis exuberat: ab eo rursus sensim deficit. In Illyriis supra fontem frigidum expansæ vestes accẽduntur. Iouis [v] Hammonis [13] fons interdiu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media feruore & amaritudine [14] infestatur. Padi fons mediis diebus æstiuis velut interquiescẽs semper aret. In Tenedo insula fons, semper à tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exundat. Et in Delo insula [15] Inopus fons eodem, quo Nilus, modo, [16] ac pariter cum eo decrescit augetúrque. Contra Timauum amnem insula parua in mari est cum fontibus calidis, qui pariter cum æstu maris crescũt, minuunturque. In agro Pitinate trans Apennium fluuius Nouanus omnibus Solstitiis torrens, Bruma siccatur. [x] In Falisco [17] omnis aqua pota candidos boues facit: in Bœotia amnis Melas oues nigras: [y] Cephissus ex eodem lacu profluens, albas: rursus nigras Penius, rufásque iuxta Ilium Xanthus, vnde & nomen amni. In Ponto fluuius [18] Astaces rigat campos, in quibus [19] pastæ nigro lacte equæ gentem alunt. In Reatino fons [20] Neminia appellatus, alio atque alio loco exoritur, annonæ mutationem significãs. Brunduſij in portu fons, [21] incorruptas præstat aquas nauigantibus. [z] Lyncestis aqua, quę vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia, & in agro Caleno. In Andro insula templo Liberi patris fontem nonis Ianuariis semper vini sapore fluere Mutianus ter cos. credit: Dios [22] tecnosia vocatur. Iuxta Nonacrim [23] Arcadiæ Styx, [a] nec odore differens, nec colore, epota illicò necat. Item in Beroso Taurorum colle tres fontes, sine remedio, sine dolore mortiferi. In [24] Carrinẽsi [b] Hispaniæ agro duo fontes iuxta fluunt, alter omnia respuens, alter absorbens. In eadem gente [25] alius, aurei coloris omnes ostẽdit pisces, nihil extra illam aquam cæteris differentes. In Comensi iuxta Larium lacum, fons largus, horis singulis semper intumescit ac resident. In Sydonia insula ante Lesbon fons calidus, vêre tantùm fluit. Lacus [26] Sinnaus in Asia circumnascẽte absynthio inficitur. Colophone in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira redduntur [c] oracula, bibentium breuiore vita. Amnes retrò fluere & nostra vidit ętas, Neronis principis annis supremis, sicut in rebus eius [d] retulimus. Iam omnes fontes [e] æstate quàm hyeme gelidiores esse, quem fallit: Sicut illa permira naturæ opera, æs & plumbum in massa mergi, dilatata fluitare: Eiusdémque ponderis alia sidere, alia [f] inuehi. Onera in aqua facilius moueri. Thyrreum lapidem, quamuis grandem, innatare, eundémque comminutum mergi. Recentia cadauera ad vadum labi, intumescentia attolli. Inania vasa haud faciliùs, quàm plena, extrahi. Pluuias salinis [27] aquas vtiliores esse, quàm reliquas: nec fieri salem, nisi admistis dulcibus. Marinas tardiùs gelare, celeriùs accẽndi. Hyeme mare calidius esse, autumno salsius. Omne oleo tranquillari. Et ob id vrinantes ore spargere; quoniam mitiget naturam asperam, lucémque deportet. Niues in alto mari non cadere. Cùm omnis aqua deorsum feratur, exilire fontes, atque etiam in Ætnæ radicibus flagrantis intantum, vt quinquagena & centena milia pass. [28] harenas flammarum [29] globus eructet.

13 stagnum interdiu frigidum Ch.
14 infestus. Vet.
15 Inolus Ch.
16 ac pariter, redundant.
17 Clitumni amnis. Vet. astipulat. M.
18 Astacenos rigat campos. irrigat Ch.
19 oues pastæ nigro lacte, & equæ. M. Vet.
20 Neminie. Ch.
21 incorruptas in spira præstat Chiff. semper præst. M.
22 Tecosia Vet.
23 in Arcadia Ch.
24 Catanensi, Vet.
25 alueus. Ch.
26 Innaus. Ch.
27 aquis. Ch.
28 cineres & flammarum globos. M.
29 globo. Ch.

ANNOTATIONES.

a De aquarum miraculis vide Vitru. lib. 8. cap. 5.
b Vide Arist. Sect. 28. Problem. 19. 21. 27.
c *Lago di Celano* hodie.
d *Lago di Como.*
e *Ada.*
f *Maior*
g *la Gargde.*
h *Mento.*
i *Ifero*
k *Oglio.*
l Idem tradunt de Alpheo Strabo & Timæus.
m *Die vbi terreno Lycus est epotus hiatu,*
Exilit procul hinc aliõque renascitur ore. De Erasino: vide Senec. Quæst. Nat. lib. 3. cap. 26.
Sic modò qui bibitur tacito sub gurgite lapsus,
Redditur Argolicis ingens Erasinus in vndis Virg. De Arethusa,
Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos
Doris amara suam non intermisceat vndam.
n *Piedi luco.* Ouid. *Flumẽ habens Cicones quod potum saxea reddit*
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.
o Vide Strabonem sub finem lib. 5.
p Ea palude *sola iumentorum vngulæ durantur* cap. 2. 31.
q Vide Theophrast. in Hist.
r *Viterbo.*
s mures exigui, vel aquatici myculi, vt in multis Galliæ fluuiis.
t Vide Pontanum.
v Vide Scotonem. Vide cap. 5. lib. 5.
x Falisco. Virg. 2. Georg. *Hinc albi Clitumne greges & maxima taurus*
Victima. Silius lib. 1. *Et lauet ingentem perfundens flumine sacro Clitumnus*
taurum: Eius fluuij Deus Iuppiter Clitumnus vocabatur de quo Plinius Iuuior 8. Epistolarum. *Adiacet templum priscum & religiosum: stat*
Clitumnus ipse amictus ornatúsque prætexta. Præsens numen atque etiam fatidicum indicat sortes. Flumẽ sacrum eum ideo vocarunt, quòd, vt idem Plinius ait, in illo ad pontem vsque, natare liceret, non nauigare.
y Verque in Orchomenium lacum effunditur Theoph. cap. 12. 4. Hist.
z Vibius Sequester Lycesium nominat: Thraciæque fluuium esse tradit Ch. exemp. Lyncestus legit. Ouid. 15. Metamorph.
Huic fuit effectu dispar Lyncestius amnis, Quem quicunque parous moderato
gutture traxit Haud aliter stimbat quàm si mera vina bibisset. Vide Senec. Quæst. Natur. lib. 3. capit. 20. Lyncestas Strabo. lib. 7. inter gentes Macedonias refert, quæ in Austrum & Ionium sinum iacent.

ANNOTATIONES.

a Vide cap.vlt.lib.30.& 2.lib.31.
b Fons ille Catanensis absorbens omnia hodie Feruentia vocaturrager,Cadima,vicinus municipio Tenrugalensi. Autor stirpis regum Lusitaniæ narrat iumentum quo vehebatur demerso pede in cum fontem,vix extractum fuisse à duobus comitibus.
c Iis per ambages redditis exitium sibi maturum impendere Germanicus monitus est.Rhod.cap.5.27.
d suprà cap. LXXXIII.
e Fontinalis fontium Deus,cuius sacra olim Fontinalia. Hinciocus Plautin Sticho, *Virum Fontinali,an Libero imperium te adhibere mauis?*
f In Silia Indiæ montanæ fluuio nihil innatare Strabo tradit lib. 15.

Ignium & aquarum iuncta miracula, & de maltha. CAP. CIIII.

1 Namque Ch,

2 In vrbe Comagenes Samosata.Chiff.
3 attingit. Vet.
4 tactu C H.

5 d. in Ch.

IAmque & ignium,quod est naturæ quartum elementum,reddamus aliqua miracula.Sed primùm ex aquis.[2] In Commagenes vrbe Samosatis stagnum est,emittens limum[a](maltham vocant)flagrantem.Cùm quid[3]attigit solidi,adhæret:præterea[4]tactus sequitur fugientes.Sic defendêre muros oppugnante Lucullo:flagrabátque miles armis suis:aquis[5] etiam accenditur.Terra tantùm restingui docuêre experimenta.

ANNOTATIONES.

a Maltha hæc bitumen est. Malthæ factitiæ rationem vide cap.24.lib.36.

De Naphtha. CAP. CV.

1 Babylonem. Ch.
2 Austacenis Ch.

3 ferrur. Ch.

SImilis est natura[a] naphthæ: ita appellatur circa[1] Babyloniam, & in[2] Austagenis Parthiæ, profluens,bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium,transiliúntque protinus in eam vndecunque[b] visam. Ita[3] ferunt à Medea[c] pellicem crematam,postquam sacrificatura ad aras accesserat,corona igne rapta.

ANNOTATIONES.

a Latinorum quidam oleum viuum vocant. Gratius, Vulcano condicta domus,quam subter cuncti Stagna fedent venis oleóque madentia viuo.
b Eadem vis in radice Aproxidis infrà cap. 17.lib.24.
c Horat.*Hoc delibutis vlta donis pellicem serpente fugit alite.*

De semper ardentibus locis. CAP. CVI.

1 materia ignium C H. M.

2 Phaselitis Chif.& Tol.

3 fimo Long.

4 tacti flagrant, & adeo Ch.

VErùm in montium miraculis,ardet Ætna noctibus semper,tantóque quo[1] ignium materiæ sufficit, nisi nalis hybernis temporibus, egestúmque cinerem pruinis operiens.Nec in illo tantùm natura sæuit,[2] exustionem terris denuntians. Flagrat in[2] Phaselide mons Chimæra, & quidem immortali diebus ac noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui verò terra,aut[3] fœno, Gnidius Ctesias tradit. Eadem in Lycia Hephestij montes,teda flammante[4] tacti,flagrant adeò,vt lapides quoque riuorum, & harenæ in ipsis aquis ardeant: alitúrque ignis ille pluuiis. Baculo si quis ex iis accenso traxerit sulcos,riuos ignium sequi narrant. Flagrat in Bactris Cophanti noctibus vertex. Flagrat in Medis & Cestia gente confinio Persidis: Susis quidem ad Turrim albam, è xv. caminis,maximo[5] eorum & interdiu. Campus Babyloniæ flagrat, quadam veluti piscina iugeri magnitudine. Item Æthiopum iuxta[6] Hesperium montem, stellarum modo campi noctu nitent. Similiter in Megalopolitanorum agro;tametsi internus sit ille iucundus,[7] frondémque densi supra se nemoris non adurens, & iuxta gelidum fontem semper ardens. Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portendit,vt Theopompus tradidit. Augetur imbribus, egerítque bitumen, temperandum fonte illo ingustabili; aliàs omni bitumine[8] dilutius. Sed quis hæc miretur?in medio mari Hiera insula Æolia iuxta Italiam cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus piauit. Maximo tamen ardet incendio Theôn ochema dictum, Æthiopum iugum, torrentésque Solis ardoribus flammas egerit. Tot locis, tot incendiis rerum natura terras cremat.

5 eorum. Et inter campos Babyloniæ flagrat quædam velut Ch.
6 Hesperu. Tol. Pint.
7 Mutanda est distinct.& sic leg.frondémque densi supra se nemoris nõ adurens. Et iuxta Egelidum fontem ardens Nymphæi crater,dira semper Apolloniatis suis portẽdit. Vt aurem Egelidum malimus, quam Gelidum,Strabonis authoritate adducimur, qui Nymphæi crateri fontes subesse scribit, aquis tepidis, & bitumine scatentib.
8 dulcius. M.

ANNOTATIONES.

a Veteres enim vniuersitatis rerum apocatastasin id est, restitutionem, siue redintegrationem factam fuisse per cataclysmum tradunt,& olim futuram per ἐκπύρωσιν. Eius meminit Rhodig.cap.21.lib.2.Eius fit & mentio infra cap.16.lib.7.

Ignium per se miracula. CAP. CVII.

1 ipsum.

PRætereà cùm sit huius vnius elementi ratio fœcunda, séque[1] ipse pariat, & minimis crescat scintillis,quid fore putandum est in tot rogis terræ? Quæ est illa natura, quæ

quæ voracitatem in[2] toto mundo auidissimam sine damno sui pascit? Addantur iis sydera innumera,ingénsque Sol.Addantur humani ignes, & lapidum quoque insiti naturæ, attrita inter se ligna,iam nubiũ & origines fulminum.Excedit profectò[3] omnia miracula,[4] vllum diem fuisse,quo non cuncta conflagrarent: cùm specula quoque concaua aduersa Solis radiis facilius etiam[5] accendantur,quàm vllus alius ignis. Quid quòd [a]innumerabiles parui,sed naturales scatent?In Nymphæo exit è petra flamma,quæ pluuiis accenditur.Exit & ad aquas[b] Scantias. Hæc quidem inualida,cùm transit, nec longè in alia materia durans.Viret[6] æternò hunc fontem igneũ contegens fraxinus.Exit in Mutinensi agro statis[7] Vulcano diebus.Reperitur apud authores,subiectis Ariciæ aruis, si carbo deciderit,ardere terram. In Agro Sabino & Sidicino vnctum flagrare lapidem. In Salentino oppido Egnatia, impositio ligno in saxum quoddam ibi sacrum, protinus flammam existere.In Laciniæ Iunonis ara sub dio sita,cinerem immobilem esse,perflantibus vndique procellis.Quin & repentinos[8] ignes existere,& in aquis,& in corporibus etiam humanis.Trasymenum lacum arsisse totum: Seruio[c] Tullio dormiẽti in pueritia, ex capite flammam emicuisse: L. Marcio in Hispania interemptis Scipionibus concionanti,& milites ad vltionem exhortanti,arsisse simili modo,Valerius Antias narrat.Plura mox & distinctiùs.nunc enim quadam mistura rerum omnium exhibentur miracula. Verùm egressa mens interpretationem naturæ, festinat legentium animos per totum orbem veluti manu ducere.

2 illo.M.

3 miracula omnia Chiff.
4 vnum. Chiff.
5 accendant.Chif.

6 ex æterno.M.super ne,alij.
7 Vulcanijs M.

8 existere ignes Ch.

9 Interim. Iterum. Tol.

ANNOTATIONES.

a Vide Senecam Quæst.Nat.lib.2.cap.2.
b eadem flãma micat in vliginosa terra, cũ baculo sculpitur prope Gratianopolim Allobrogum, ad fontem quem Ardentem vocant,è qua stramen admotum possit accendi.
c Idem infrà cap.1.lib.37.Vide lib.2.Æneid.Verg.de Iulo.

Terra vniuersa mensura,longitudo & latitudo. CAP. CVIII.

1 Sabellico : octoginta quinque millia stadiorum.Sabellicus.
2 idem : stadiorum millia nonaginta octo,ac præterea octo decim.
3 Lxviij.Ch.

4 quinquaginta quinque millia stadiorum.Sabellicus.
5 Patras.
6 Tenarũ Laconiæ Chiff.
7 Caralim,ex Strabone & Ptolemæo. Vnde etiam infrà li.2.cap.7.propinquum promontoriorum Caralitanum appellatur.
8 trigesies bis quinquaginta Ch.
9 nonaginta octo millia stadiorum.Sabellicus.
10 lxviij. Ch.
11 quinquaginta millia stadiorum & nouẽdecim. Sabellicus Long. pass. eriam leg. hic & in sequentibus.
12 Lechaico.Ch. Ab oppido Lecheo sinus Corinthiaci.
13 lxxxvij.Chiff.
14 d.in Chiff.
15 d.in Chiff.
16 Calcincomacum Vet.
17 Artemidoro attestante Ver.
18 ferinè.Ch.
19 liquor

PArs nostra terrarũ,de qua memoro, ambiẽti(vt[a] dictum est) Oceano velut innatãs, longissimè ab Ortu ad Occasum patet,hoc est,ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas,[1] octuagies quinquies centena septuaginta octo M. pass. vt Artemidoro authori placet.Vt verò Isidoro,[2] nonagies octies centena & [3] decem & octo M.Artemidorus adiicit amplius, à Gadibus circuitu sacri promontorij ad promontorium[b] Artabrum,quò longissimè frons procurrit Hispaniæ,octingenta M.nonagintaunum.Id mensuræ,duplici currit via.A Gange amne ostióque eius, quo se in Eoum Oceanum effundit, per Indiam Parthyenénque ad Myriandrum vrbem Syriæ, in Issico sinu positam,[4] quinquagies bis centena,quindecim M.pass.Inde proxima nauigatione Cyprum Insulam,[5] Pataram Lyciæ,Rhodum,Astypalæam in Carpathio mari insulas,[6] Laconicæ Tænarum, Lilybæum Siciliæ,[7] Calarim Sardiniæ,[8] tricies quater centena,quinquaginta M. Deinde Gades quatuordecies centena & quinquaginta M. pass. Quæ mensura vniuersa ab eo mari efficit[9] octogies quinquies cẽtena,[10] lxxviij.M.pass.Alia via,quę certior,itinere terreno maximè patet, à Gange ad Euphratem amnem[11] quinquagies centena M. p. & xxi.Inde Cappadociæ Mazaca cc.M.xliiij. Inde per Phrygiã, Cariam,Ephesum. cccc. M. pass. xcviij. ab Epheso per Aegæum pelagus Delum ducenta M. Isthmum ducenta duodecim M.Deinde terra & [12] Laconico mari & Corinthiaco sinu Patras Peloponnesi ducentaduo M.quingenti:Leucadem,[13] lxxxvj. millia[14] quingenti:Corcyram totidem: Acroceraunia centum triginta duo millia [15] quingenti:Brundusium lxxx.sex millia quingenti:Romam ccc. millia lx. Alpes vsque ad [16] Cincomagum vicum M. cccccxviij. Per Galliam ad Pyrenæos mõtes Illiberim quingenta quinquaginta sex M. Ad Oceanum & Hispaniæ oram trecenta triginta duo M. Traiectu Gadis septem millia quingenti. Quæ mensura[17] Artemidori ratione efficit octuagiesexies cẽtena octoginta quinque.Latitudo autem terræ à meridiano situ ad septentrionem, dimidio[18] ferè minor colligitur, quinquagies quater centena sexaginta duo millia. Quo palàm fit, quantum & hinc vapor abstulerit,& illinc[19] rigor.Neque enim deesse arbitror terris,aut non esse globi formam;sed inhabitabilia vtrinque incomperta esse.Hæc mẽsura currit à litore Aethiopici

Occani,quà modò habitatur,ad Meroen [20]ccc ccl.M.Inde Alexandriá duodecies centena millia quinquaginta.Rhodum quingenta [21] octogintatria.Gnidum [22] octogintaqua tuor millia quingenti.Côn vigintiquinque millia.Samũ c.millia.Chium [23] lxxxiij. millia.Mitylenem lxv.millia.Tenedon [24] xxviij.millia. Sigæum promontorium xij. millia quingenti.Os Ponti cccxij.millia quingenti.Carambin promontorium cccl. Os Mæotidis cccxij.millia quingenti.Ostium Tanais [25] cclxv.M. qui cursus compendijs maris breuior fieri potest lxxxix.M. Ab ostio Tanais nihil modicum diligentissimi authores fecêre:Artemidorus vlteriora incomperta existimauit,cùm circa Tanaim [c] Sarmatarũ gentes degere fateretur ad Septẽtriones versas.Isidorus adiecit [26]xiic.M.L.vsque ad Thulen, quæ coniectura diuinationis est.Ego non minore quàm proximè dicto spatio,Sarmatarum fines nosci intelligo. Et alioquin quantum esse debet, quod innumerabiles gentes subinde sedem mutantes capiat?Vnde vlteriorem mensuram inhabitabilis plagæ, multo esse maiorem arbitror.Nam & à Germania immensas insulas non pridem compertas, cognitum habeo. De longitudine ac latitudine hæc sunt, quæ digna memoratu putem. Vniuersum autem hunc circuitum [d] Eratosthenes,in omnium quidem literarum subtilitate, & in hac vtique præter cæteros solers,[27] quàm cunctis probari video, ducentorum quinquagintaduorum millium stadiûm prodidit. Quæ mensura Romana computatione efficit trecenties quindecies cẽtena millia.pass.Improbum ausum:verùm ita subtili [28] computatione comprehensum, vt pudeat non credere. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adijcit stadiorum paulo minus xxv. millia.

20 D.cccv.Ch.
21 octog. quat. Ch.
22 octog-quinq.Ch.
23 xliiij.Ch.
24 cxix Ch.
25 cclxii.idem.
26 duodecim millia stadiorũ & quinquaginta.Sabell.
27 quem Ch.
28 argumẽtatione. Sal.

ANNOTATIONES.

a suprà cap.lxvj.
b Ibi sita est Olyssipo.
c Herodoto Sarmatæ supra Mecotin habitant quindecim dierum itinere.
d Is Cyrenæus fuit,vt scribit Victruuius cap.6.lib.1.

Harmonica mundi ratio. CAP. CIX.

ALia Dionysodoro fides:neque enim subtraham exemplum vanitatis Græcæ maximum.[1] Melius hic fuit, Geometrica scientia nobilis.Senecta diem obijt in patria. Funus duxêre ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cùm secutis diebus iusta peragerent, inuenisse dicuntur in sepulchro epistolam Dionysodori nomine ad superos scriptam:Peruenisse eum à sepulchro ad infimam terram:esséque eò stadiorum quadragintaduo millia. Nec defuêre Geometræ, qui interpretarentur significare epistolam à medio terrarum orbe missam, quò deorsum ab summo longissimum esset spatium, & idem pilæ medium.Ex quo consequuta computatio est,vt circuitu esse [2] ducenta quinquagintaquinque millia stadia pronuntiarent.Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere,addit huic mensuræ stadia [3] septem millia; terrámque nonagesimam sextam millesimam totius mundi partem facit.

1 Chius.M.alij Cydità.
2 Ducẽta quinquaginta duo millia. stadiorum Ch.Ver.
3 stadiorum XII. M.

C. PLINII

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVS.

PROOEMIVM.

HActenvs de situ,& miraculis terræ, aquarúmque [1] ac syderum;& [2] ratione vniuersitatis,atque [3] mensura.Nunc de partibus; quanquàm infinitum id quoque [4] existimatur, nec temere sine aliqua reprehensione [5] tractatum. Haud vllo in genere venia iustior est;si modò minimè mirum est, hominem genitum non omnia humana nouisse. Quapropter autorem neminem vnum sequar;sed vt quéque verissimum in quaque parte arbitrabor. Quoniam commune fermè omnibus fuit, vt eos quisque diligentissimè situs [6] diceret, in quibus ipse prodebat:ideo nec culpabo,aut coarguam quenquam. Locorum nuda nomina, & [7] quanta dabitur breuitate ponentur,claritate causisque dilatis in suas partes. nunc enim sermo de toto est. Quare sic accipi velim,vt [8] si [9] vidua fama sua nomina,qualia fuêre primordio ante res vllas gestas,nuncupentur;[10] & sit quædam in his nomenclatura quidé, sed mundi rerúmque naturæ.Terrarum orbis vniuersus in tres diũiditur partes,Europam,Asiam,Africam. Origo ab occasu Sólis & Gaditano freto,quà irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur.Hinc intranti dextra Africa est,læua Europa:inter has Asia [11] est.Termini amnes,Tanais,& Nilus.Quindecim M.pass.in longitudinem,quas diximus,fauces Oceani patent,quinque M.in latitudinem,à vico Mellaria Hispaniæ,ad promontorium Africæ Album,autore Turannio [12] Graccula iuxtà genito. T. Liuius, ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt,vbi [13] minimum,v i j. M.pass.vbi verò plurimum,x. M.Tam modico ore tam immensa æquorum vastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. Qua de causa [a] Limen interni maris multi eum locum appellauêre. [14] Proxima autem faucibus vtrinque impositi montes coercent,[15] claustra, Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis [16] metæ. Quam ob causam indigenæ colúnas eius Dei vocant, credúntque [17] perfossas excluſa antea admisisse maria,& rerum naturæ mutasse faciem.

1 & Chiff.
2 ac.Chiff.
3 mensuræ.v.
4 æstimatur v.
5 tractandum. Ver.
6 disceret, ex quibus ipse prodibat.
7 quantum dabitur breui.
8 sicubi v.
9 diudua Ch.
10 &.del.vid.ex Ch.
11 est. deest in Ch.
12 Gracili. V.
13 minus Ch.
14 proximis Ch.
15 veluti claustra.
16 meta Ch.
17 perfossos (sub. montes.

ANNOTATIONES.

a Mediterranei,quod & supra internum dixit. Sallustio, mare secundum, & fretum maris nostri: Isidoro, mare magnum.

De

De Europa. CAP. I.

PRimùm ergo de Europa altrice victoris omnium gentium populi, longéque terrarum pulcherrima, quam plerique meritò non [a] tertiam portionem fecêre, verùm æquam, in duas partes, ab amne Tanai ad Gaditanum fretũ, vniuerſo orbe diuiſo. Oceanus hoc, quod dictũ eſt, ſpatio [1] Atlanticũ mare infundens, & auido meatu terras, quæcunque venientem [2] expauêre, demergens; reſiſtentes quoque flexuoſo litorum anfractu lambit; Europá vel maximè receſſib. crebris excauans: ſed in quatuor [3] præcipuè ſinus. Quorum primus à Calpe Hiſpaniæ extimo (vt dictum eſt) monte, Locros [4] & Brutium vſque promontorium immenſo ambitu flectitur. In eo prima Hiſpania terrarum eſt, vlterior appellata, eadem Bætica. [5] Mox à fine Vrgitano citerior, eadémque Tarraconenſis ad Pyrenæa iuga. Vlterior in [6] duas, per lõgitudinem, prouincias diuiditur. Siquidem Bæticæ latere ſeptentrionali prætenditur Luſitania, amne Ana diſcreta. Ortus hic Laminitano agro citerioris Hiſpaniæ, & modò ſe in ſtagna fundens, modò in anguſtias reſorbens, aut in totum cuniculis condens, & ſæpius naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. Tarraconenſis autem affixa Pyrenæo, toróque eius latere decurrens, & ſimul ad Gallicum Oceanum Iberico à mari [7] tranſuerſa ſe pandens, Solorio monte, & Oretanis iugis, Carpetaniſque, & Aſturum, à Bætica atque Luſitania diſtinguitur: Bætica, à flumine eam mediam ſecante cognominata, cunctas prouinciarum diuiti cultu, & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Iuridici conuentus ei quatuor; Gaditanus, Cordubenſis, [8] Aſtigitanus, Hiſpalenſis. Oppida omnia numero c l x x v. In iis coloniæ v i i j. municipia v i i j. [9] Latio [b] antiquitus donata x x i x. libertate vj. [10] fœdere i j. ſtipendiaria c x x. Ex his digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia, à flumine Ana, litore Oceani, oppidum Oſſonoba, Luſturia cognominatum. [11] Interfluentes, Luxia & Vrium, Ariani montes: Bætis fluuius: Litus [12] Corenſe inflexo ſinu. cuius ex aduerſo Gades inter inſulas dicendæ. Promontorium Iunonis, Portus Beſippo. Oppida Belon, Mellaria, Fretum ex Atlantico mari. Carteia, [13] Tarteſſos à Græcis dicta. Mons Calpe. Dein litore interno [14] oppidum Barbeſula cum fluuio. Item Salduba oppidum, [15] Suel Malacha cum fluuio fœderatorum. Dein Menoba cum fluuio. [16] Sexi Firmum cognomine Iulium, Selambina, Abdera. Murgis Bæticæ finis. Oram eam vniuerſam originis Pœnorum exiſtimauit M. Agrippa. Ab Ana autem Atlantico Oceano obuerſa Baſtulorum Turdulorúmque eſt. [17] In vniuerſam Hiſpaniam M. Varro perueniſſe Iberos, & Perſas, & Phœnicas, Celtáſque, & Pœnos tradit. Luſum enim Liberi patris, aut Lyſſam cum eo [18] bacchãtium nomen dediſſe Luſitaniæ, & Pana præfectum eius [19] vniuerſæ. At quæ de Hercule ac Pyrene vel Saturno traduntur, fabuloſa in primis arbitror. Bætis in [20] Tarraconẽſis prouinciæ, non vt aliqui dixêre, [21] Menteſa oppido, ſed Tugienſi exoriens [22] ſaltu, quem Tader fluuius, qui Cartaginienſem agrum rigat, [23] Ilorci refugit Scipionis rogum: verſúſque in occaſum, Oceanum Atlanticum prouinciam adoptans petit, mòdicus primò, ſed multorum fluminum capax, quibus ipſe famam aquáſque aufert. Bæticæ primùm [24] ab Oſſigitania infuſus, amœno blandus alueo crebris dextra læuáque accolitur oppidis. Celeberrima inter hunc & Oceani oram in mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Iulia quæ Fidẽtia, Virgao quæ Alba, [25] Ebura quæ Cerealis, Iliberi quod Liberini, Ilipula quæ Laus, Artigi quod Iulienſes, Veſci quod Fauentia, Singilia, Hegua, Arialdunum, Aglaminor, [26] Bæbro. Caſtra vinaria, [27] Epiſibrium, Hipponoua, Illurco, Oſca, Eſcua, Succubo, Nuditanum, Tucci vetus, omnia Baſtitaniæ vergentis ad mare. Conuentus verò Cordubẽſis circa flumen ipſum Oſſigi, quod cognominatur, [28] Laconicum, Illiturgi quod Forum Iulium, Ipaſturgi quod Triumphale, Sitia, & x i i i j. M. paſſuum remotum in mediterraneo Obulco, quod Pontificenſe apellatur. Mox Ripepora fœderatorum, Sacili, [29] Martialum Onoba. Et dextra Corduba, Colonia patritia cognominata; inde primùm nauigabili Bęti. Oppida Carbulo, Decuma, fluuius Singulis, eodem Bętis latere incidens. Oppida Hiſpalenſis cõuentus Celtica, Axatiara, Arruci, Menoba, Ilſpa cognomine Italica. Et à lęua Hiſpalis colonia, cognomine Romulenſis. Ex aduerſo oppidum

1 in Atlanticum mare ſe infun.
2 - expẽtauere, excepere. &c.
3 præcipuos Chiff.
4 deeſt in Chiff.
5 lege, à finu Virgitano. Vrbs enim Virgi hac in parte à Põponio collocatur; propinquúſque ſinus appellatur Virgitanus.
6 duas partes diuid. Chiff.
7 tranſuerſim Ver.
8 Aſticianus Chiff.
9 lege, Latio iure, vt infra cap. 3.
10 fœdere iij. in Ch. iij.
11 interfluunt Ver.
12 Curonenſe Ch.
13 Carpeſſum. Appian. Pauſaniæ. Leopard.
14 oppida. Ver. 15 ſiue Chiff.
16 Sexti firmiũ Ptolemæo.
17 Turduli à Bæti fluuio ad Aetnam vſque prorondunt. Eorum finis ad promontorium ſacrum. Baſtuli verò à Calpe vſque Alimentam. Pinetus hæc interſerit.
18 patris comitem, aut Lyſſam bacchantem. Gor. Pinet.
19 eius. Vniuerſa autem quæ de.
20 Tarraconẽſi prouincia.
21 Mereſa Ch.
22 ſaltu iuxta quem
23 ille ocyor refugit Ver.
24 Oſſigitaniæ.
25 Hebura
26 Vbeda.
27 Piſimbrium Ch.
28 Laconium Ch.
29 Martialum Ver.

dum Oſſet, quod cognominatur Iulia Conſtantia, Vergentum, quod Iulij genitor, Hippo Cauraſiarum, fluuius Menoba, Bæti & ipſe à dextro latere infuſus. At inter æſtuaria Bætis oppidum Nebriſſa, cognomine Veneria, & Colobona, coloniæ, Aſta quæ Regia dicitur. Et in mediterraneo Aſido, quæ [30] Cæſariana. Singulis fluuius in Bætin, quo dictũ eſt ordine, irrumpens, Aſtigitanam coloniam alluit, cognomine Auguſtam firmam, ab ea nauigabilis. Huius conuentus ſunt reliquæ coloniæ immunes: Tucci, quæ cognominatur Auguſta gemella, Itucci quæ Virtus Iulia, Attubi, quæ Claritas Iulia, Vrſo quæ Genua Vrbanorum, inter quæ fuit Munda cum Pompeii filio capta. Oppida libera, Aſtigi vetus, Oſtippo: ſtipendiaria Callet, Calucula, Caſtra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sacrana, Obulcula, Oningis. Ab ora venienti prope Menobam amnem & ipſum nauigabilem, haud procul accolũt Alontigiceli, [31] Aloſtigi. Quæ autem regio à Bæti ad fluuium Anam tendit extra prædicta, Beturia appellatur, in duas diuiſa partes, totidémque gentes: Celticos, qui Luſitaniam attingunt, Hiſpalenſis cõuentus; Turdulos, qui Luſitaniam & Tarraconenſem accolunt, iura Cordubam petunt. Celticos à [32] Celtiberis ex Luſitania adueniſſe manifeſtum eſt, ſacris, lingua, oppidorum vocabulis, quæ cognominibus in Bætica diſtinguntur: Seria, quæ dicitur fama Iulia: Vertobrige, Concordia Iulia: Segede Reſtituta Iulia: Contributa Iulia, Vcultuniacum, quæ & Curiga nunc eſt: Laconimurgi, Conſtantia Iulia: Tereſibus Fortunales, & Callenſibus Emanici. Præter hæc in Celtica Acinippo, Arunda, Arũci, Turobrica, Laſtigi, Alpeſa, Sæpona, Serippo. Altera [33] Beturia, quàm diximus Turdulorum, & conuentus Cordubenſis, habet oppida non ignobilia, Arſam, Mellariam, Mirobricam: regiones Oſintigi, Siſaponem. [34] Gaditani conuentus ciuium Romanorum Regina, Latinorum Læpia, Vlia, Cariſa cognomine Aurelia, Vrgia cognominata caſtrum Iulium: item Cæſaris Salutarienſis: ſtipendiaria, Beſaro, Belippo, Berbeſula, Lacippo, Beſippo, Callet, Cappagum, Oleaſtro, Itucci, Brana, Lacibi, Saguntia, [35] Andoriſippo. Longitudinem vniuerſam eius prodidit M. Agrippa ccccl x v. M. paſſuum: latitudinem c c l v i j. M. ſed cùm termini Carthaginem vſque procederent, quæ cauſa magnos errores [36] computatione menſurę ſępius parit, alibi mutato prouinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis [37] paſſibus. Incubuêre maria tam longo quo alibi, proceſſêre litora, torſêre ſe fluminum aut correxêre flexus. Prętereà aliunde aliis [38] exordium menſurę eſt, & alia meatus: ita fit, vt nulli duo concinant.

30 Cæſarina Ch.
31 Alaſtigi Ch.
32 Celticis. de quib. lib. 4.
33 altera Betulia ab ea quam.
34 Tuditani Ch.
35 Andoriſæ. Porrò longit. &c.
36 comparatione V.
37 paſſibus. Et dum incub.
38 Exordium eſt, menſura & alia meatus.

ANNOTATIONES.

a Iſocrates in Panegyrico: *Τὴν γὰρ γῆν ἀνώδουν, γενέσθαι τὸ πέμπτον μέρος τῆς οἰκουμένης ἀξίαν, καὶ μεγάλην ἡγοῦμαι τὴν μεῖζ' Ἀσίας, τῆδε Εὐρώπην πολλαπλασίαν, τῶν ἐμπεδέων ἐν τῷ συνδεῖν δύναμιν.*
Salluſtius in Iugurth. In diuiſione orbis terræ plærique in parte tertia Africam poſuêre, pauci tantummodo Aſiam & Europam eſſe: ſed Africam in Europa.
b Quoniam hac tota Geographia frequens mentio fit iuris Latij, ac Municipalis, coloniarum, oppidorum, quæ ſtipendiaria fuerunt & quæ immunia, gentium, quæ Romana ciuitate donatæ ſint, Alexandrum ab Alex. cap. 10. 4. conſulendum puto, qui ea omnia diligenter perſequutus eſt. Ius Latij leuatio cenſitionis fuit, vt idẽ ius experirentur in cenſitione quod Italicæ coloniæ: ac prętereà in traditionibus nixi, vſucapionibus annali exceptione iure capiendi: Immunitas verò cùm nec pro capite, nec pro ſolo tributum pendebant.

Bæticæ longitudo, & latitudo. CAP. II.

BAeticæ lõgitudo nunc à Caſtulonis oppidi [1] fine Gadeis [2] c c c c l x x v. M. & à Murgi maritima ora [3] x x i j. M. paſſ. [4] amplior. Latitudo à Carteiana ora [5] c c x x i i i j. M. paſ. Agrippam quidem in [6] tanta viri diligentia, prętérque in hoc opere cura, cùm orbem terrarum vrbi ſpectandum [7] propoſiturus eſſet, erraſſe quis credat, & cum eo Diuum Auguſtum? Is nanque complexam eum porticum ex [8] deſtinatione & commentariis M. Arippę à ſorore eius inchoatam peregit.

1 finibus ad Gadeis
2 - ecl. Chiff.
3 xxv. Ch.
4 ampliùs. Ver.
5 cexxvij. Ch.
6 tanta virum diligentia.
7 proponeret, cæcè erraſſe.
8 deſignatione.

Hiſpania citerior. CAP. III.

CIterioris Hiſpanię, ſicut complurium prouinciarum, aliquantum vetus forma mutata eſt; vtpote cùm Pompeius Magnus trophęis ſuis, quę ſtatuebat in Pyrenęo [1] d c c c x l v j. oppida ab Alpibus ad fines Hiſpanię vlterioris in ditione [2] à ſe redacta teſtatus ſit. Nunc vniuerſa prouincia diuiditur in conuentus ſeptem: Carthaginienſem, Tarraconen

1 lxxvij. Ch.
2 abs ſe V.

Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum,[3] Lucenſem, Bracarum. Accedunt inſulæ, quarum mentione[4] ſepoſita, præter ciuitates contributas aliis, prouincia ipſa ccxciiij. cõtinet oppida. In iis[5] colonias xii. oppida ciuium Romanorum xiij. Latinorum veterum[6] xvij. fœderatorum vnum, ſtipendiaria[7] cxxxvj. Primi in ora Baſtuli: poſt eos, quo dicetur ordine, intus recedentes Menteſani, Oretani, & ad Tagum Carpetani: iuxta eos Vaccæi, Vectones, & Celtiberi, Arrebaci. oppida oræ proxima, Vrci, adſcriptúmque Bæticæ Barea; regio Mauitania, mox Deitania, dein Conteſtania, Carthago noua, colonia: cuius à promontorio quod Saturni vocatur, Cæſariam Mauritaniæ vrbem clxxxvij. M. paſſ. traiectus. Reliqua in ora flumen Tader, colonia immunis Illici, vnde Illicitanus ſinus. In eam contribuuntur Icoſitani. Mox Latinorum Lucentum, Dianium ſtipendiarium, Sucro fluuius, & quondam oppidum, Cõteſtaniæ finis. Regio Edetania amœno prætendente ſe ſtagno ad Celtiberos recedens. Valentia Colonia iij. M. paſſ. à mari remota: flumen[8] Turium, & tantundem à mari Saguntum,[9] ciuium Romanorum oppidum, fide nobile: flumen[10] Idubeda: regio Ilergaonum. Iberus amnis nauigabili cõmercio diues, ortus in Cãtabris, haud procul oppido Iuliobrica,[11] cccl. M. paſſ. fluens; nauium per cclx. M. à Varia oppido capax, quem propter vniuerſam Hiſpaniam Græci appellauêre Iberiam. Regio Coſſetania, flumen Subi, colonia Tarraco Scipionum opus, ſicut Carthago Pœnorum. Regio[a] Ilergetum, oppidum Subur, flumen Rubricatum, à quo Laletani & Indigetes. Poſt eos, quo dicetur ordine, intus recedentes radice Pyrenæi, Auſetani, Itani,[12] Lacetani, pérque Pyrenęum Cerretani, dein Vaſcones. In ora autem colonia Barcino, cognomine Fauentia. Oppida ciuium Romanorum, Bætulo, Illuro,[13] flumen Larnum, Blandæ: flumen Alba, Emporiæ: geminum hoc, veterum incolarum, & Græcorum, qui Phocœnſium fuêre ſoboles. Flumen Tichis. Ab eo Pyrença Venus in latere promontorij altero xl. M. Nunc per ſingulos conuentus reddentur inſignia præter ſuprà dicta. Tarracone diſceptant populi[14] xliij. quorum celeberrimi ciuium Romanorum Dertuſani, Biſgargitani.[b] Latinorum Auſetani, Cerretani, qui Iuliani cognominantur, & qui Auguſtani, Sedetani, Gerundenſes, Geſſorienſes, Teari qui Iulienſes. Stipendiariorum Aquicaldenſes, Onenſes, Bætulonenſes. Cæſarauguſta colonia immunis, amne Ibero affuſa, vbi oppidum antea vocabatur Salduba, regionis Sedetanię recipit populos lij. Ex his ciuium Romanorum Bellitanos, Celſenſes. Ex colonia[c] Calaguritanos, qui Naſcici cognominantur. Ilerdenſes Surdaonum gentis, iuxta quos Sicoris fluuius. Oſcenſes regionis[15] Veſcitaniæ,[d] Turiaſonẽſes. Latinorum veterum[16] Caſcantenſes Ergauicenſes, Gracchuritanos, Leonicenſes, Oſſigerdenſes, fœderatos Tarragenſes, ſtipendiarios[17] Arcobricenſes, Andologenſes, Arocelitanos, Burſaonenſes, Calaguritanos qui Eibularenſes cognominantur, Cõplutenſes, Carenſes, Cincenſes,[18] Cortonenſes, Dammanitanos, Larnenſes, Iturienſes, Iſpalenſes, Ilumberitanos, Lacetanos,[19] Vibienſes, Pompelonenſes, Segienſes. Carthaginem conueniunt populi[20] lxij. exceptis inſularum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenſes, &[21] Libiſoſona cognomine Foroauguſtana, quibus duabus ius Italiæ datum: ex colonia Salarienſe oppidani Latij veteris Caſtulonenſes, qui Cæſari venales appellantur. Setabitani qui Auguſtani, Valerienſes. Stipediariorum autem celeberrimi,[22] Babanenſes,[23] Baſtitani, Conſaburenſes, Dianenſes,[24] Egeleſtani, Ilorcitani, Laminitani, Menteſani qui & Oritani,[25] Menteſani qui & Baſtuli, Oretani qui & Germani cognominantur, caputque Celtiberiæ Segobrigenſes,[26] Carpetaniæ Toletani Tago flumini impoſiti. Dein Viacienſes & Virgilienſes. In conuentum Clunienſem Varduli ducunt populos xiiij. ex quibus Albanenſes tantùm nominare[27] libeat, Turmodigi quatuor, in quibus Segiſamonenſes,[28] Sagiſameiulienſes. In eundem conuentum Carietes & Vennenſes quinque ciuitatibus vadunt, quarum ſunt[29] Velienſes.[30] Eodem[31] Pelendones[32] Celtiberorum quatuor populis, quorum Numantini fuêre clari: ſicut in Vaccæorum xviij. ciuitatibus[33] Intercatienſes, Pallantini, Lacobricenſes, Caucenſes. Nam in Cantabricis[34] quatuor populis Iuliobrica ſola memoratur: In Autrigonum decem ciuitatibus Tritium, & Virouesca. Areuacis nomen dedit fluuius Areua. Horum ſex oppida: Saguntia & Vxama, quæ nomina crebrò aliis

3 Lucenſem. Ch.
4 ſepoſita ciuitates prouincia ipſa, præter contributas aliis. cc.xciij. continet oppida. c. lxxix. Chiff.
5 colonias, Vet. præter ciuitates contributas aliis ducentas nonagintaquatuor, prouincia ipſa continet oppida clxxix.
6 xvij. Chiff.
7 cxxv. Ch. quibuſdam cxxxvij.
8 Durias. quibuſdã. Turia, Vet.
9 ciuium Romanorum fide oppidum nobile.
10 Vduba.
11 per cccl. M. Ch.
12 Ita legitur Straboni lib. 3. Et Ptolemæo. Fulnio Vrſino Iacetani.
13 Iulo. Ch.
14 xliii. Chiff.
25 Beſſetaniæ. Vet.
26 Caſcantes. Gh.
27 Arcobrieſes. Ch.
28 Cotonenſes. Ch.
29 Subienſes. Vet.
20 lxv. Chiff.
21 Rectius Libiſoſa, vt in vetuſtis codicibus, & apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 6.
22 Alabanenſes. Ch. Labauenſes. Vet.
23 Baſtiani. Vet.
24 Geleſtani. Ch.
25 Meteſani. Ch.
26 Carpetani. Chiff.
27 libet.
28 & Sagiſameiulienſes. Chiff.
29 Velienſes. Scal.
30 Iidem. Vet.
31 Pelondones. Ch.
32 Celtiberi. Pint.
33 Intercatẽſes Pint.
34 vij. Chiff.

aliis in locis vſurpantur, prætereà Segouia, & noua Auguſta, Termes, ipſáque Clunia Celtiberiæ finis. Ad Oceanum reliqua vergunt, Vardulique ex prædictis, & Cantabri. Iunguntur his Auſtrum xii. populi, diuiſi in Auguſtanos, & Tranſmontanos, Aſturica vrbe magnifica. In his ſunt Giguri, Peſici, Lancienſes,[32] Zoelæ. Numerus omnis multitudinis ad ccxl. M. liberorum capitum. Lucenſis conuentus populorum eſt xvj. præter Celticos & Lebunos,[33] ignobilium, ac barbaræ appellationis; ſed liberorum capitum fermè clxvj. M. Simili modo Bracarum xxiiij. ciuitates[34] cclxxv. M. capitum, ex quibus præter ipſos Bracaros Vibali, Celerini, Gallæci, Aequeſilici, Querquerni citra faſtidium nominentur. Longitudo citerioris Hiſpaniæ eſt, ad finem Caſtulonis à Pyrenæo, ſexcentaſeptem M. paſſ. & ora paulò amplius. Latitudo à Tarracone ad litus Olarſonis cccvij.

[35] Et radicibus Pyrenæi, vbi cuneatur anguſtiis inter duo maria, paulatim deinde ſe pandens, quà contingit vlteriorem Hiſpaniam, tantundem & amplius latitudini adiicit. Metallis, plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota fermè Hiſpania ſcatet, Citerior & [36] ſpecularibus[e] lapidibus: Bætica & minio. Sunt & marmorum lapicidinæ. Vniuerſæ Hiſpaniæ Veſpaſianus Imperator Auguſtus iactatus procellis Reipublicæ Latij ius tribuit. Pyrenæi montes Hiſpanias Galliáſque diſterminant, promontoriis in duo diuerſa maria proiectis.

35 Et radicibus Ch.
36 ſpecularis lapidis: Bætica & minio & marmorum lapidicinis. M.

ANNOTATIONES.

a Illurganonenſes, vel vt Fuluius Vrſinus legit, Lurganonenſes. Vide Cæſar. in Comment.
b Qui Latij iure donati fuerãt. Id autem fuit magiſtratus petendi cauſſa ciuitatem adipiſci. Fuerunt Latini ciues, & vetereș, nimirum ex Latio ipſo ciuitate donati, & noui beneficio principis idem adepti. Cuiacius cap. 5. 10. Obſer.
c Eorum vrbs Calagurus dicebatur. Florus cap. 10. lib. 2. Epitomes. De Calaguritanis vide cap. 6. lib. 7. Val. Max.
d Turiaſſonenſes à Turiaſſone oppido ferrariis officinis nobili cap. 14. lib. 34.
e Talcum vocant, ſeu Aſini ſpeculum.

Narbonenſis prouincia. CAP. IIII.

NArbonenſis prouincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Bracata antè dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiúmque[1] ſaluberrimis Romano imperio iugis. A reliqua verò Gallia latere ſeptentrionali, montibus[a] Gebenna & [b] Iura: agrorum cultu, virorum, morúmque dignatione, amplitudine opum,[2] nulli prouinciarum poſtferẽda, breuitérque Italia vetius, quàm prouincia. In ora regio[3] Sardonum, intúſque Conſuaranorum.[c] Flumina Tecum, Vernodubrum. Oppida,[4] Illiberis, magnæ quondam vrbis tenue veſtigium, Ruſcino Latinorũ. Flumen Atax è Pyrenæo[5] Rubrenſem[d] permeans lacum: Narbo Martius, decumanorum Colonia, xij. M. p. à mari diſtans. Flumina,[6] Araris, Liria. Oppida de cætero rara, præiacentibus ſtagnis, Agatha quondam[e] Maſſilienſium, & regio Volcarum Tectoſagum: atque vbi[f] Rhoda Rhodiorum fuit, vnde dictus multo Galliarum fertiliſſimus Rhodanus amnis, ex Alpibus ſe rapiens per Lemanum lacum, ſegnémque deferens[7] Ararim, nec minus ſeipſo[8] torrentem Iſaram, & Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica: ex his alterum Hiſpanienſe, alterum Metapinum: tertium idémque ampliſſimum[g] Maſſalioticum. Sunt autores, & Heracleam oppidum in oſtio Rhodani fuiſſe. Vltrà[9] foſſa ex Rhodano C. Marij opere & [10] nomine, inſigne ſtagnum: [h] Aſtromela oppidum, maritima Auaticorum: ſupérque campi lapidei, Herculis præliorum memoria: Regio [11] Anatiliorum, & intus [12] Deſuuiatium, Cauarúmque. Rurſus à mari Tricorium, & intus Tricollorum, Vocontiorum,[13] & [i] Segouellaunorum, mox Allobrogum. At in ora Maſſilia Græcorum [14] Phocæenſium fœderata. Promontorium [15] Cithariſta, portus, regio Camatullicorum. Dein Suelteri, ſupráque [16] Verucini. In ora autem Athenopolis Maſſilienſium, Forum Iulij [17] Octauanorum colonia, quæ Pacenſis appellatur, & claſſica: amnis in ea Argenteus. Regio,[k] Oxubiorum,[l] Ligaunorúmque, ſuper quos Suetri, Quariates, Adunicates. At in ora oppidum Latinum Antipolis. Regio Deciatium: amnis Varus, ex Alpium monte [18] Acema profuſus. In mediterraneo coloniæ[m] Arelate ſextanorum,[19] Bliteræ ſeptumanorum, Arauſio ſecundanorum. In agro Cauarum Valentia, Vienna Allobrogum. Oppida Latina, Aquæ Sextiæ [20] Salyorum, Auenio Cauarum, Apta Iulia Vulgientium, Alebeceriorum Apollinarium, Alba [21] Heluorũ, Auguſta

1 vel ſalub. Chiff.
2 nulla ei præferenda M.
3 Sardaonũ vt præcedenti cap. legitur.
4 Illiſeberg Ch. Vet. quibuſdam Illyberris.
5 Rubroſium. Vetus Narbonẽſem Strab. lib. 4.
6 Rharraris. Strab.
7 Araurarim, quibuſdam.
8 torrentes Ch. M.
9 foſſam ex Rhodano c. paſſ. Marij &c Vet. foſſas. Ch.
10 nomine, Latera, inſigne ſtagnum. *L'Eſtan de Laté* vide infra cap. 15. lib. 9. Inſigne ſtagnum. Maſtromela. lapidũ, Maritima Auaticorum. Or.
11 Natiliorum M.
12 Deſuuiatiorũ. Ch. M.
13 Alias, Segalaunorum: quemadmodũ & apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Ch. Segouellaunorum legit.
14 Phocenſium.
15 Zaoritariſta portus. Chiff. alijs Zaoportus.
16 Vertiçini. M.
17 Octauianorum. V.
18 Cema Vet.
19 Bliteræ. Vet.
20 Salmiorum Ch.
21 Heluecouorũ. Pin.

e Tricaſtino

[22] Tricaſtinorum: Anatilia,[23] Aeria,[n] Bormannico, Marcina, Cabellio, Carcaſum, Volcarũ[o] Tectoſagum: Ceſſero, Carpentoracte,[p] Meminorum: Cenicenſes, Cambolecti, qui Atlantici cognominantur, Forum Voconij, Glanum, Liuij, Luteuani, qui & Foroneronienſes, Nemauſum Arecomicorum, Piſcenæ, Ruteni, Sanagenſes, Toloſani Tectoſagũ. Aquitaniæ contermini [q] Taſcodunitari,[24] Cononienſes, Vmbranici: Vocontiorum ciuitatis fœderatæ duo capita,[25] Vaſco & Lucus Auguſti. Oppida verò ignobilia xix. ſicut xxiiij. Nemauſienſibus attributa. Adiecit formulæ Galba Imperator ex Inalpinis Auanticos, atque Ebroduntios: quorum oppidum Dinia. Longitudinem prouinciæ Narbonenſis cclxx. M. paſſ. Agrippa tradit, latitudinem ccxlviij.

22 Tricaſtinorum Chiff.
23 Arearbonia, Nocomannia, Cab. Ch.
24 Taſcoduni Tanſconienſes. Pint.
25 Alias Vaſio: quem admodum & apud Ptolemæum.

ANNOTATIONES. 10

a *Les montagnes de Geneuey à leutour d'Anici, les montagnes de Foſſigny.*
b Eſt exiguus pagus in radice montis non longè diſtans a Diuo Claudio gallice *Miion*, à quo iura mons nomen accepit.
c ſcilicet Larnum, Alba, Tichis, vt ſuperiori cap.
d Rubrenſis lacus, alluit Narbonenſem, Strabo lib. 16. *Lo lac qui eſt pres de Capdeſtan, & de l'Archeueſché de Narbõne.*
e De Maſſilienſibus honorificè & magnificè multa Liuius lib. 37. Valerius. Cicero pro Flacco. Iſocrates in Archidamo & Ariſtoteles conditam primùm a Phocæníbus magni Regis dominatum fugientibus: addit Plutarchus in Solone illorum ducem fuiſſe Protum: Trogus verò, Peranon. Dictam volunt ἀπὸ τῆς μάσσης, quod cùm in littore piſcatorem gubernator nauis conſpexiſſet, iuſſit μάσσε τὸ ἀκάτιον ἐχόντων religare funem quo ad terram appellitur. Rhodig. cap. 8. 16. Maſſilienſes tamen mores Plautus in Caſſina delicatos & mulebres intellexit Athenæus autem ait θηκυλίδου μανταλίσκας, πρὸ ἀσχημόνων διὰ τὸ τὰς ψυχὰς μαλακίσκας, πρὸ διὰ τοιοῦτο γυναικωθῆναι, ὅθεν καὶ παροιμία. ἀπὸ ταύτης ἐς μανταλίσκας. Brod. cap. 27. 3. qui & adnotat Maſſilienſes à Phocæníbus, non Phocenſibus oriundos.
f *poce de Rhore. Aiguemortes*, quo in loco Marius foſſam duxit.
g Maſſalianenim Græci, non Maſſilian proferunt. In Narbonenſi Gallia recumbentibus qui ad nuptias inuitati eſſent prodiens virgo iubebatur à patre aquam ei porrigere, quem ſibi dari virum vellet. Ea ſorte Peranus Phœnicum Dux Senani regis Segoregiorum gener delectus condendæ Maſſiliæ locum à ſocero accepit. Rhodig. cap. 1. 28. Turneb. cap. 26. 27. Ex Plutarcho in Solone Protum, non Peranum vocatum fuiſſe monſtrat. Maſſaliæ, Salyum caput: à Salyis nomen inditum.
h Aſtromela oppidum maritimum. Pint. Steph. Maſtramellam vocat.
i Nominis Segouellaunorum veſtigium adhuc reſtat in appellatione oppiduli Diæ, & Tricorijs vicini, quod incolæ vocant Saillans, & in pago prouinciæ dicto Solies, Salyum.
k Straboni villa franca, *ville neuue pres de Nice*: alijs *Ereil pres de Nice & ville franca*. Oxubij *Oberrois*.
l Ingaunorũmque, vt capite ſequenti legitur. Eius nationis caput eſt Albium Ingaunum (vulgò Arbenga) vt eodem capite.
m Arleatem Romam Gallulam vocauit Auſonius, ob celeberrimum & opportuniſſimum emporium, cuius commoditatibus inuitatus Flauius Conſtantinus tyrannus, Imperator in Britannijs ſalutatus tẽpore Honorij iunioris, ſedem imperij ſui illic ſtatuit. Vide coimmentarios Scaligeri in Auſonium cap. 14. lib. 1.
n Bormanni, Comacina, Turnebus cap. 6. lib 4. Aduers. Bormani: *Obrac.* Comacina: *la caune.*
o Tectoſagas ſub Volcis comprehendi autor eſt Strabo Carcaſſo certe in confinio Volcarum eſt, & Tectoſagum.
p Quidam volunt eſſe *la Mure pres Grenoble*. Sed mihi placet magis *Meneſque* vel *Mornas* oppidum antiquum Rhodano appoſitum. cap. 8. lib. 18. legitur Meninorum & non Meminorum.
q Quibuſdam Tarraſco *pres de Foix*: quibuſdam Taſco, Dunitari. *Chatelnau d'Arri*, alijs *Mirepois*

Italia, Tiberis, Roma, Campania.
CAP. V.

ITalia[a] dehinc, primique eius Ligures; mox Hetruria, Vmbria, Latium, vbi[b] Tiberina oſtia, & Roma terrarum caput xvj. M. p. interuallo à mari; Volſcorum poſteà litus, & Campania; Picentinum inde, ac Lucanum, Brutiúmque quo longiſſimè in Meridiem, [1] ab Alpium penè lunatis iugis in maria excurrit Italia. Ab eo Græciæ ora, mox Salentini,[2] Pediculi, Apuli, Peligni,[3] Frentani,[c] Marrucini, Veſtini, Sabini, Picentes, Galli, Vmbri,[4] Thuſci, Veneti, Carni, Iapides, Iſtri, Liburni. Nec ignoro, ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe meritò, ſi breuiter atque in tranſcurſu,[5] ad hunc modum dicatur terra, omnium terrarum alumna; eadem & parens, numine Deûm electa, quæ cælũ ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritúſque molliret, & tot populorum diſcordes feráſque linguas, ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret; breuitérque vna cunctarum gentium in toto orbe, patria fieret. Sed quid[6] agam? Tanta nobilitas omnium locorum,* quos quis attigerit, tanta rerum ſingularum populorúmque claritas tenet. Vrbs Roma, vel ſola in ea, & digna tam feſta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ[7] ora per ſe, felíxque illa ac beata amœnitas? vt palàm ſit,[8] vno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Iam verò[9] tota ea vitalis ac perennis ſalubritatis[10] cæli temperies[11] eſt, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſyluarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum & vitium oleæúmque fertilitas, tam nobilia[12] pecori vellera,[13] tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiúmque vbertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiúmque terrarum commercio patens vndique: & tanquam ad iuuandos mortales, ipſa auidè in maria procurrens. Neque ingenia, ritúſque, ac viros, & lingua manúque ſuperatas commemoro gentes. Ipſi de ea iudicauêre Græci, genus in gloriam[14] ſuam effuſiſſimum

1 ab Alpium fine. Sic infrà, Patet longitudine ab Alpino fine, &c.
2 Pediculi. Chiff.
3 Ferentani Vet.
4 Herhruici. Vet.
5 in hunc. M.
6 Sed ne id agam? tanta Vet.
* quæ
7 Vrbs per ſe felix illa Vet.
8 vno hoc in
9 tanta. Vet.
10 talis cæli. Chiff.
11 eſt. Toll. delet.
12 pecudi Chiff.
13 tam Vet.
14 ſui Chiff.

ſiſſimum, quotam partem ex ea appellando Græciam magnam. Nimirum id, quod in mentione cæli fecimus, hac quoque in parte faciendum eſt, vt quaſdam[15] notas ac pauca ſydera attingamus. Legentes tantùm quæſo meminerint, ad ſingula toto orbe ediſſerenda feſtinari. Eſt ergo folio maximè querno aſſimilata multo proceritate amplior, quàm latitudine; in[16] læua ſe flectens cacumine, & Amazonicæ figura deſinens parmæ, vbi à medio excurſu Cocinthos vocatur, per ſinus lunatos duo cornua emittens, Leucopetram dextera, Lacinium ſiniſtra. Patet longitudine ab Alpino fine Prætoriæ Auguſtæ per Vrbem, Capuámque curſu meante Rhegium oppidum in humero eius ſitum, à quo veluti ceruicis incipit flexus, decies centena & viginti M. paſſuum: multóque amplior menſura fieret Lacinium vſque; ni talis obliquitas in latus digredi videretur. Latitudo eius varia eſt,[17] ccccx. millium inter duo maria, inferum & ſuperum, amnéſque Varum atque Arſiam:[18] mediæ atque fermè circa vrbem Romam, ab oſtio Aterni amnis in Adriaticum mare influentis, ad Tiberina oſtia cxxxvj. & paulo minus à [d] Caſtro nouo Adriatici maris Alſium ad Tuſcum æquor, haud vllo loco[19] cc. in latitudinem excedens. Vniuerſæ autem ambitus à Varo ad Arſiam[20] xxx. paſſ. lviij. efficit. Abeſt à circundatis terris, Iſtria ac Liburnia quibuſdam locis[21] centum M. paſſ. ab Epiro & Illyrico quinquaginta. Ab Africa minus cc. vt[22] autor affirmat Varo. Ab Sardina cxx. M. Ab Sicilia M. cccc. A Corcyra minus[23] lxx. Ab Iſſa quinquaginta. Incedit per maria[24] cæli regione ad Meridiem quidem: ſed ſi[25] quis id diligenti ſubtilitate exigat, inter ſextam[e] horam primámque brumalem. Nunc ambitum eius, vrbéſque enumerabimus. Qua in re præfari neceſſarium eſt, autorem nos Diuum Auguſtum ſecuturos, deſcriptionémque ab eo factam Italiæ totius in regiones xj. ſed ordine eo,[26] qui litorum tractu fiet, vrbium quidem vicinitates[27] oratione vtique præpropera ſeruari non poſſe: itaque interiori in parte digeſtionem in literas eiuſdem nos ſecuturos, coloniarum mẽtione ſignata, quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus originéſque perſequi facile eſt,[28] Ingaunis Liguribus (vt cæteri omittantur) agro tricies dato. Igitur ab amne Varo Nicæa oppidum à Maſſilienſibus conditum. Fluuius[29] Padus: Alpes, populíque Inalpini multis nominibus, ſed maximè Capillati: oppidum[30] Vediantiorum ciuitatis Cemelion,[31] portus Herculis Monœci, Liguſtica ora. Ligurum celeberrimi vltra Alpes[32] Salyi,[33] Deceates,[34] Oxubij: citrà Veneni, & Caturigibus orti Vagienni, Statyelli, Vibelli, Magelli, Euburiates, Caſmonates, Veliates, & quorũ oppida in ora proxima[35] dicemus. Flumen Rutuba, oppidum[36] Albium Intemelium, flumen Merula, oppidum[37] Albiũ Ingaunum, portus Vadum Sabatium, flumen Porcifera, oppidum Genua, fluuius Feritor, portus Delphini, Tigulia, intus Segeſta Tiguliorum: flumen Macra Liguriæ finis. A tergo autem ſuprà dictorum omnium Apenninus mons Italiæ ampliſſimus, perpetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero eius latere ad Padum amnem Italiæ ditiſſimum, omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona colonia,[38] Iria Barderate, Induſtria, Pollentia, Carrea quod Potentia cognominatur, Forofului quod Valentinum, Auguſta Vagiennorum. Alba Pompeia, Aſta, Aquis Statyellorum. Hæc regio ex deſcriptione Auguſti[39] nona eſt. Patet ora Liguriæ inter amnes Varum & Macrã ccxj. M. paſſ. Adnectitur[40] ſeptimæ, in qua [h] Hetruria eſt, ab amne Macra,[41] ipſa mutatis ſæpe nominibus. Vmbros inde exegêre antiquitus Pelaſgi: hos Lydi, à quorum rege Tyrrheni, mox à ſacrifico ritu, lingua Græcorum [i] Thuſci ſunt cognominati. Primum Hetruriæ oppidum [k] Luna portu nobile. Colonia Luca à mari recedens, propiórque Piſæ, inter amnes * Auſerẽ & Arnum, ortæ à Pelope Piſiſque, ſiue[42] Atintanis Græca gente. Vada Volaterrana, fluuius Cecinna, Populonium Hetruſcorum quondam hoc[43] tantùm in litore. Hinc amnes Prille, mox Vmbro nauigiorum capax, & ab eo tractus Vmbriæ, portúſque [m] Telamon, Coſſa Volcientium à populo Romano deducta, Grauiſcæ, Caſtrum nouum, Pyrgi, Cæretanus amnis, & ipſum Cære intus M. paſſ. quatuor,[n] Agylla à Pelaſgis conditoribus dictum: Alſium, Fregenæ. Tiberis amnis à Macra cclxxxiiij. M. paſſ. Intus coloniæ, Faliſca Argis orta (vt autor eſt Cato) quæ cognominatur[44] Hetruſcorum, Lucus Feroniæ, Ruſſellana,[45] Senenſis, Sutrina.

15 quaſdam notas ſtellas. Vet. quaſdam notas & Chiff.
16 læuo. Vet.
17 Vet. lectio, cccc. Mil.
18 Medin autem fere me. Vt mediam latitudinem intelligas, nõ Italiam mediam. mediã autem. Ch.
19 Legendum trecẽtas, ex antiq. cod. adſtipulãte etiam Marciano.
20 Antiq. cod. ſic habet, vicies centena xlix. M. in quam mẽſuram etiam Marcianus & Solinus conſentiunt.
21 centena. Chiff.
22 autor eſt. Chiff.
23 lxxx. Chiff.
24 ad cæli quidem meridionalẽ regionem.
25 ſi quis hoc exigat dilig. Chiff.
26 qui in lit. Ver.
27 ordinatione Tol.
28 Superiore cap. legitur Ligaunis.
29 Pado. Chiff.
30 Vendiatiorum ciuitas &c. Ver.
31 portus Herculis & Monœchus. Vet.
32 Salpes Strab. Salyes *la Prouence baſſe*.
33 Deciates. Chiff.
34 Oxybij Vet.
35 edicemus Ch.
36 Album Chiff.
37 Albiã Inguanum Chiff.
38 Triria Vet.
39 vndecima eſt. V.
40 ſeptima Chiff.
41 & ipſa
* Auſerẽ Vet. Exaſem. Strab.
42 à Teutanis Ch. Sũt qui malint Atintanibus, à reõ Atintan. Teucanis Ver.
43 ſitum
44 Herhruſcorum lucus, Feronia, colonia Ruſſellana. Vet.
45 Senienſes. Chiff.

De cætero Aretini veteres,[1] Aretini fidentes, Aretini Iuliēſes,[1] Amitinenſes, * Aquenſes, cognomine Taurini, Blerani,[2] Cortonenſes, Capenates, Cluſini noui, Cluſini veteres, [3] Fluentini præfluenti Arno appoſiti, Feſulæ, Ferentinum, Feſcennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Nouem pagi, [4] præfectura ° Claudia [5] Foroclodij, [p] Piſtorium, Peruſia, Suanenſes, Saturnini, qui [6] antè Aurinini vocabantur, Sudertani, Statones, Tarquinienſes, Tuſcanienſes, Vetulonienſes,[7] Veientani, Veſentini, [q] Volaterrani [8] cognomine Hetuſci, [9] Volſinienſes. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Cruſtuminus, Caletranus. Tiberis anteà Tybris appellatus, & priùs [r] Albula, è media ferè longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec niſi piſcinis corriuatus, emiſſúſque nauigabilis, ſicuti [s] Tinia & [10] Glanis influentes in eum, [t] nouenorum ita conceptu dierum, ſi non adiuuent imbres. Sed Tiberis propter aſpera & confragoſa, ne ſic quidem, præterquàm trabibus veriùs quàm ratibus, [11] longè meatibus fertur, per centumquinquaginta millia paſſuum non procul Tiferno, Peruſiáque & [12] Ocriculo; Hetruriam ab Vmbris ac Sabinis; mox citra tredecim millia paſſuum vrbis Veientem agrum à Cruſtumino; dein Fidenatem Latinúmque à [13] Vaticano dirimens: ſed [14] infra Aretinum Glanim duobus & quadraginta fluuiis auctus, præcipuis autem Nare & [u] Aniene, qui & ipſe nauigabilis Latium includit à tergo, nec minus tamen aquis ac tot fontibus in vrbem perductis: & ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe naſcentium mercator placidiſſimus. Pluribus propè ſolus, quàm cæteri in omnibus terris amnes accolitur, aſpicitúrque villis. Nullíque fluuiorum minus licet incluſis vtrinque lateribus: nec tamen ipſe pugnat, quanquàm [15] creber ac ſubitis incrementis, & nuſquam magis aquis quàm in ipſa vrbe ſtagnantibus. Quinimò vates intelligitur potius ac monitor, auctu ſemper religioſus veriùs, quàm ſæuus. Latium antiquum à Tiberi [16] Circeios [17] ſeruatum eſt mille paſſuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperij fuêre radices. Colonis ſæpe mutatis, tenuêre alij aliis temporibus, Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et vltra [18] Circeios Volſci, Oſci, Auſones, vnde nomen [19] modò Latij proceſſit ad Lirim amnem. In principio eſt Oſtia, colonia à Romano rege deducta. Oppidum Laurentum, [x] lucus Iouis Indigetis, amnis [y] Numicius, Ardea à Danaë Perſei matre condita. Dein quondam Aphrodiſium, [z] Antiū colonia, Aſtura flumen & inſula. Fluuius Nymphæus, Cloſtra Romana. Circeij quondam inſula, immenſo quidem mari circūdata, (vt[aa] creditur Homero) at nunc planitie. Mirum eſt, quod hac de re tradere hominum notitiæ poſſumus. Theophraſtus, qui primus externorum aliqua de Romanis, diligentiùs ſcripſit (nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, vrbem duntaxat à Gallis captam dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantùm ad Alexandrum miſſam) hic[bb] iam pluſquàm & fama, [20] Circeiorum inſulæ menſuram poſuit ſtadia octoginta in eo volumine, quod ſcripſit Nicodoro Athenienſium magiſtratui, qui fuit vrbis noſtræ quadringenteſimo [21] ſexageſimo anno. Quicquid eſt ergo terrarum, præter decem millia paſſuum [22] propè ambitus, adnexum inſulæ. Poſt eum annum acceſsit Italiæ aliud miraculum. [23] A Circeiis palus [24] Pomptina eſt, quem locū [25] vigintitrium vrbium fuiſſe Mutianus ter Conſul prodidit. Dein * flumen Vfens, ſupra quod [dd] Tarracina oppidum, lingua Volſcorum Anxur dictum: & [26] vbi fuêre [ee] Amyclæ à ſerpentibus deletæ. Dein locus ſpeluncæ, lacus Fundanus, Caieta portus. Oppidum [ff] Formiæ, Hormiæ dictum, vt exiſtimauêre, antiqua Læſtrygonū ſedes. Vltra fuit oppidum [27] Pyræ, Colonia Minturnæ, Liri amne diuiſa [28] Glanico appellato. Oppidum Sinueſſa extremum in [29] adiecto Latio, quam quidam Sinopen dixêre vocitatam. Hinc felix illa Campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt vitiferi colles, & [30] temulentia nobilis ſucco per omnes terras inclyto, atque (vt veteres dixêre) ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cæcubi [31] obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Dein conſurgunt Maſſici; Gaurani, Surrentinique montes. Ibi [32] Laborini campi ſternuntur, & in delicias alicæ[33] politur meſſis. Hæc litora fontibus calidis rigantur: prætérque cætera in toto mari conchylio & piſce nobili [34] annotantur. Nuſquam generoſior

1 Arutini fidentiores. Arentini fidenates. Chiff.
* Aquenſes. Ver.
2 Cortonienſes. Ver.
3 Florentini prope fluenti. Chiff.
4 Præfecturæ Claudiæ. Vet.
5 Forum Claudij V. alij Forum Caſſij.
6 anteà Chiff.
7 Veretani Vaſentini. Vet.
8 Volaterrani, Volgētini cognom. Ch.
9 Volſini Flor. cap. 21. li. 1. Valerio Max. Volſinienſes cap. 9.
10 Glanius. Vet.
11 longis meatibus in Ver.
12 Otriculo Vet. Ch.
13 Labicano Pint.
14 Intra Tiniam & Glanim. Vet. lego, vltra Tiniā item Glanim a duobus quadraginta.
15 crebris.
16 Cercelos. Ch.
17 vſque obſeruatum. Vet.
18 Cerceios Chiff.
19 deeſt in Chiff.
20 Cerceiorum, Ch.
21 xl. Chiff.
22 propinqui. Ver.
23 Cerceiis. Chiff.
24 Pōtina infra lib. 36 cap. 4.
25 xxxiij. Chiff.
* flumen Vſentum. Chiff.
26 ibi.
27 Tylo. Chiff.
28 Alias Clanioque pacto & à Virgilio appellatur libro 2. Georg.
29 adiectum.
30 remoto nobiles.
31 protenditur. Ch.
32 Leborini Chiff.
33 politura Ver. politur meſſes. Herm. populatur Chiff. haliceæ poliuntur menſis. Blondo. lego colligitur.
34 nobilitantur, V.

neroſior oleæ liquor. Et hoc quoque certamen humanæ voluptatis tenuêre Oſci, Græci, Vmbri, Tuſci, Campani. In ora Sauo fluuius; [ff] Vulturnum oppidum cum amne, Liternum, [gg] Cumæ Chalcidenſium, Miſenum, portus Baiarum, [hh] Bauli, lacus Lucrinus & Auernus, iuxta quem Cimmerium oppidum quondam. Dein Puteoli, colonia Dicæarchia dicti: póſtque Phlegræi campi, Archeruſia palus Cumis vicina. Litore autem Neapolis Chalcidenſium & ipſa, Parthenope à tumulo Sirenis appellata: [ii] Herculanium, Pompeij: haud procul ſpectante monte Veſuuio, alluente verò Sarno amne, ager [35] Nucerinus: & nouem millia paſſuum à mari ipſa Nuceria. Surrentum cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam [36] ſede. Nauigatio à [kk] Ciceiis duodeoctoginta millia paſſuum patet. Regio ea à Tiberi prima Italiæ ſeruatur, ex deſcriptione Auguſti. Intus coloniæ, Capua ab campo dicta, Aquinum, Sueſſa, Venafrum, Sora, Teanum Sidicinum cognomine, Nola. Oppida, Abellinum, Aricia, Alba longa, Acerani, Allifani, Atinates, Aletrinates, Anagnini, [ll] Atellani, [37] Aſulani, Arpinates, [38] Auximates, Auellani, Alfaterni: & qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano cognominati: Bouillæ, [mm] Calatiæ, [nn] Caſinum, [oo] Calenum, Capitulum, Cernetum, Cernetani qui Mariani cognominantur: Corani, à Dardano Troiano orti: Cubulterini, Caſtrimonienſes, Cingulani: [39] Fabienſes, in monte Albano Foropopulienſes. Ex Falerno [40] Fruſinates, [pp] Ferentinates, Freginates, Fabraterni veteres, Fabraterni noui, Ficolenſes, Fregellani, [41] Foroappi, Forentani, Gabini, Interamnates, Succaſani qui & Lirinates vocantur, Ilionenſes, [qq] Lauinij, Norbani, Nomentani, Preneſtini, vrbe quondam Stephane dicta, Priuernates, Setini, Signini, Sueſſulani, Telini, [42] Trebulani cognomine Balinienſes, Trebani, [rr] Tuſculani, Verulani, Veliterni, Vlubrenſes, [43] Vluernates, ſupérque Roma ipſa: cuius [ss] nomen alterum dicere, arcanis cæremoniarum nefas habetur: optimáque & ſalutari fide abolitum enuntiauit Valerius Soranus, luítque mox pœnas. Non alienum videtur inſerere hoc loco exemplum religionis antiquæ, ob hoc maximè ſilentium inſtitutæ. Nanque Diua Angerona, cui ſacrificatur ad diem xij. Calend. Ianuarij, ore obligato obſignatóque ſimulacrum habet. [tt] Vrbem [uu] tris portas habentem Romulus reliquit, aut (vt[44] plurimas tradentibus credamus) quatuor. Mœnia eius collegêre ambitu Imperatoribus Cenſoribúſque Veſpaſianis anno conditæ [45] dcccxxviij. paſſ. xiij. [46] M. cc. Complexa montes ſeptem ipſa diuiditur in regiones quatuordecim, compita [47] Larium ccl xv. Eiuſdem ſpatij menſura [xx] currente à milliario in capite Ro. fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero trigintaſeptem, [48] ita vt duodecim portæ ſemel numerentur, præteréantúrque ex veteribus ſeptem, quæ eſſe deſierunt, efficit paſſuum per directum xxx. M. dcc. lxv. Ad extrema verò tectorum cum caſtris prætoriis ab eodem milliario per vicos omnium viarum menſura colligit paulo amplius ſeptuaginta millia paſ. Quò ſi quis altitudinem tectorum addat, [49] dignam profectò æſtimationem concipiat, fateatúrque nullius vrbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari. Clauditur ab Oriente aggere Tarquinij Superbi, inter prima opere mirabili. Nanque eum muris æquauit, quà maximè patebat aditu plano. Cætero munita erat præcelſis muris, aut abruptis montibus, [50] niſi quòd expatiantia tecta multas addidêre vrbes. In prima regione prætereà fuêre, in Latio clara oppida, Satricum, Pometia, Scaptia, Pitulum, Politorium, Tellene, Tifata, Cænina, Ficana, [yy] Cruſtumerium, Ameriola, [51] Medullia, Corniculum, [zz] Saturnia, vbi nunc Roma eſt: [52] Antipolis, quod nunc Ianiculum in parte Romæ: [53] Antemnæ, Camerium, Collatia, [54] Amiternum, Norbe, Sulmo, & cum his [A] carnē in monte Albano ſoliti accipere populi Albenſes, Albani, [55] Aeſolani, Acienſes, Abolani, [56] Bubetani, Bolani, Cuſuetani, Coriolani, [B] Fidenates, [57] Foretij, Hortenſes, Latinienſes, [58] Longulani, Manates, Macrales, Mutucumenſes, Munienſes. Numinienſes, Olliculani, Octulani, Pedani, [59] Polluſtini, Querquetulani, Sicani, Siſolenſes, Tolerienſes, Tutiēſes, [60] Vimitellarij, Velienſes, Venetulani, Vicellenſes. Ita ex antiquo Latio liij. populi interiêre ſine veſtigiis. In Campano autem agro Stabiæ oppidum [61] fuêre vſque ad Cn. Pompeium, & L. Carbonem Conſules, pridie Calend. Maij, quo die L. Sylla legatus bello ſociali id deleuit, quod nūc in [62] villas abiit. Intercidit ibi & Taurania. Sunt & morientis

35 Nucerinus eſt, & Ver.
36 ſedes. Chiff.
37 Aeſulani. Ver.
38 Auximates, Auxellani. Vet.
39 Galienſes. Ch.
40 Fuſcinates. à Fuſcinone oppido. Ver.
41 Foro Appiani V. hodie foſſa noua, cœnobium.
42 Alias Mutiſcæi infra cap. 22.
43 Vrbinates. Chiff.
44 plurimis. Ver.
45 dcccxx. Chiff.
46 xxx. Vetus.
47 earum. Ver.
48 his quindecim: alij, ita vt parentes ponte.
49 dignationis.
50 niſi quà
51 Medullium. Chiff.
52 Aenei polis. Ver.
53 Antenna. Ver.
54 Amitinum. Ch.
55 Solani. Ver.
56 Nubetani. Chiff.
57 Foreſi Vet. Foruli Sera. Forenſes. Feſtus in voce Nouæ curiæ.
58 Longani. Chiff.
59 Polcturini. Ch.
60 Vimiterali Ver. Vinutellarij. Chiff.
61 fuit. Vet

rientis [C] Casilini reliquiæ. Prætereà autor est Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum à L. Tarquinio rege, ex cuius præda [1] Capitolium is inchoauerit. A Surrento ad Silarum amnem triginta millia passuum ager Picentinus fuit, Tuscorum templo Iunonis Argiuæ ab Iasone condito insignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. A Silaro regio tertia, & ager Lucanus Brutiúsque incipit: nec ibi rara incolarum [2] mutatione. Tenuerunt eam Pelasgi, Oenotri, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ [3] maximè populi; nouissimè Lucani à Samnitibus orti duce Lucio. Oppidum [4] Pæstum, Græcis Posidonia appellatum, sinus [5] Pæstanus, oppidum Helia, quæ nunc Velia. Promontorium Palinurum: à quo sinu recedente traiectus [6] ad [D] columnã Rhegiam centum M. pass. Proximum autem huic flumen Melphes. Oppidum Buxentum, Græcè Pyxûs, [7] Laus amnis: fuit & oppidum eodem nomine. Ab eo Brutium litus, oppidum Blanda, flumen [8] Batũ, portus Parthenius [9] Phocensium, sinus Vibonensis, [10] locus Clampetiæ, oppidum Tempsa, à Græcis Temesę dictum, & Crotoniensium Terina, sinúsque ingens Terinæus. Oppidum Consentia. Intus in peninsula fluuius Acheron, à quo oppidani Acherontini. Hippo, quod nunc Vibonem Valętiam appellamus, Portus Herculis, Metaurus amnis, [11] Tauroentum oppidum, portus Orestis & [12] Medua. Oppidum Scyllæum. [13] Cratæis fluuius, [14] mater (vt dixêre) Scyllæ. Dein columna Rhegia: Siculum fretum, ac duo aduersa promontoria: ex Italia Cænys, ex Sicilia Pelorum duodecim stadiorũ interuallo. Vnde Rhegium * duodecim M. c c c c c p. Inde Apennini [15] sylua [16] Sila, promontorium Leucopetra [17] xij. M. pass. ab ea Locri cognominati à promontorio Zephyrio, absunt à Silaro ccciij. M. pass. [18] Et includitur Europæ sinus primus, in eóque maria nuncupantur: vnde [19] irrumpit Atlanticum, ab aliis magnum: quà intrat, [20] Porthmos à Græcis, à nobis Gaditanum fretum: cùm intrauit, Hispanum, quatenus Hispanias [21] illuit: ab aliis Ibericum, aut Balearicum: mox Gallicum ante Narbonensem prouinciam, hinc Ligusticum. Ab eo ad Siciliam insulam, Thuscum: quod ex Græcis alii Notium, alij Tyrrhenum, è nostris plurimi Inferũ vocant. Vltra [22] Siciliam ad Salentinos, Ausonium Polybius appellat. Eratosthenes autẽ inter ostium Oceani & Sardiniam quicquid est, Sardoum. Inde ad Siciliam Tyrrhenum. Ab hac Cretam vsque Siculum. Ab ea Creticum. Insulæ per hæc maria primæ omnium Pityusæ à Græcis dictæ, à frutice pineo, nunc Ebusus vocatur, [E] vtraq; ciuitate fœderata angusto freto interfluente, patent [23] x l i j. M. pass. Absunt à Dianeo septingentis stadiis: totidem Dianium per continentem à Carthagine noua. [24] Tantundem à Pityusis in altum, [F] Baleares duæ, & Sucronem versus Colubraria. Baleares funda bellicosas, Græci Gymnasias dixêre. Maior centum millia passuum longitudine, circuitu verò [25] ccclxxx. millia. Oppida habet ciuium Romanorum Palmam & Pollentiam, [26] Latina Cinium & Cunici, & fœderatum Bochri fuit. Ab ea xxx. M. p. distat minor, longitudine [27] lx. M. circuitu c l. M. pass. Ciuitates habet, [28] Iamnonem, Saniseram, Magonem. A maiore x i j. M. p. in altum abest Capraria, insidiosa naufragiis, & è regione Palmæ vrbis Mænariæ, ac [29] Tiquadra, [G] & [30] parua Annibalis. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus: Græci Ophiusam dixêre. [31] Nec cuniculos Ebusus gignit, populantes [32] Balearium messes. Sunt aliæ x x. fermè paruę mari vadoso. Gallię [33] autem ora, in Rhodani ostio Metina, mox quę [H] Blascon vocatur, [34] tres [I] Stœchades à vicinis Massilien sibus dictę propter ordinem, quas item nominant singulis vocabulis, Proten & Mesen, quę & [35] Pomponiana vocatur, tertia Hypęa. Ab his Sturium, Phœnice, Phila, Lero, & Lerina aduersum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria.

1 lege, Capitolinum.

2 mutatio.

3 maximæ. alijs magnæ.

4 Præstum. Chiff.

5 Præstanus Chiff.

6 ad coloniam M. Ver. vt & paulo post.

7 Talaus Strabo lib. 6.

8 Balcetũ M. v. Ch.

9 & phocensiũ Ch.

10 lucus

11 Tauricum Ver.

12 Medina. Ver.

13 Cratis Ver.

14 pater Ver.

* xx. M. pass. Ch.

15 insula M.

16 Sila m Ver.

17 xxv. Ch.

18 Hic inscribitur Europ. li. prima eoq; maria diuersa nuncup. Chiff.

19 irrumpunt. alij vnde Oceanus irrũpit Ver.

20 Astmos. Chiff.

21 alluit, abluit Ver.

22 Siciliam quod est ad Chiff.

23 xlvj. Chiff.

24 est add. Chiff.

25 ccclxxv. Chiff.

26 Latinorum ciuitũ & Thuscinm quod fœderatum Bocchorum fuit V. Latinacinium & fœderatum Bocchorum Chiff.

27 xl. Chiff.

28 Iamnonem vt postea Labonem in Chiff. Lamnonẽ. V.

29 Tiquetra Ver.

30 & patria Annibalis Ver.

31 Nec in M. deest.

32 Brassicorum. M. in Plage.

33 autem hinc ora. Ver.

34 Stœchades, à vicinis Massilien sibus dictæ propter ordinẽ, quo sitæ sunt. Nomina singulis Prote, Mese, &c.

35 Pompeiana. Ver.

ANNOTATIONES.

a Italiam præter hanc notissimam appellationẽ, vel ab Italo Arcade, vel Siculo, vel Penelopes & Telegoni filio sumptam, vel vt Cato in Originibus maluit, ab Italo Hesperi fratre: vel ab Italis bobus, quos optimos gignit, etiam Argessam, siue Morgessam. Ianiculam, Saturniam, Ausoniam præsertim maritimum tractum Arũcorum, Volscorum, Campanorum, Calabrorum, Hesperiam, Oenotriam, ab Oenotro rege, vel ἀπὸ τῶ βίου quo nobilis est, vt Seruius putat, vocauerunt. Hadrian. Iun. cap. vlt. lib. 1.

b De Tiberi Andreas Saccius cap. 5. lib. 3. ait. Nascitur Tiberis in Auernia monte, qui Apennini iugum altissimum & amœnissimum est in Italia ferè media situm. E Camaldolo cœnobio Camaldulensi, quod illic magnificè est extructum, superũ & inferum mare pariter videre licet, circũiectis pascuis multis & lætissimis, syluisq; arborũ pcerissimarũ, laurorũ, fagorũ, pinorũ, abietũ, cerrorũ, quercuũ, & tot suauissimarũ aquarũ scatebris vt inde oriantur multi & magni fluuij: nempe Orientem versus, & contra Meridiem Tiberis, qui Hetruriam, Vmbriam, Campaniam intersecãs, in mare labitur. Ad Occidentẽ Arnus: ad Septentrionẽ, Torrens, qui per mediã Flaminiã (hodie, Romagnã) fluit inter Rauẽnã, & Ceruiã: paulò supra eũ Sauius, qui Cesennam fertur, & Matecchia, qui Ariminum petit.

Tiberis

Tiberis ex prærupto & celsissimo saxo in theatri modum curuato & circumposito erumpit, copiosissimo limpidissimóq; fonte, æstate gelidissimo, hyeme adeò tepido & fumante ob calidos vapores, vt quamuis plurimum niuis è cœlo cadat, ramen in eius circuitu ad milliare vnum liquescat. Tam multis fontibus exortus is augetur, vt post vnum milliare mollas aquarias verset. Fluuios accipit ferè quadraginta, quorum accessu vberior & plenior nauigabilis est. Insigniores Anienem (*Teuerone*) Narem (*La nera*) Velinum (*il velino di Riete*) Pagliam (*Vianam*) Glanium. Vtcunque famosos, Scaram prope Auernium: Pubicum Nestorem, prope lacū Thrasimenum: Trigliaminem Nepe, & ciuitatem Castellanam: Riuum (*il Rino*) ad pontem Quintj: Maglianam prope Romã. Ex altera ripa Campaniam versus Maranam: Corresum vltra Anienem, è mõtibus Montorij, multis scaturiginibus limpidissimis & suauissimis: Laiam: Fioriam: Digentiam Horatij: Faram: Fabaris Virgilio, & flumem Himellæ: *Qui Tiberim Fabaritique bibunt.* Himellam, Clitumnum: Folignum: Topinum: Carignanum, Saondam. Hi quatuor Chiasium ingrediuntur. Supra Perusiam, Asinum, Frattam; Carpiniam. Clitumnus ortum habet in Ducatu Spoletano, vbi sunt Pisignani fontes (*Pissignano*) Chiasio is se adiungit. Topinus Straboni Tiuia, è colle Florido (*Col Fiorito*) supra Serraualle m prodit, & versum Folignum, properans Tiberi tandem miscetur. Chiana siue Glanius in quem, meatu subterraneo Thrasimenus lacus suas aquas demittit, eciam Tiberim paulò post adit. Paglia prope Orui etum fluit. (*Nar, la Nera*) Terni accipit Velinum fluuium egressum sub Reate, è Velino lacu, hodie, (*piè di Luco.*) Prope Narniam Nar ex altissimo saxo præcipitatus ita disrumpitur, vt aërem circumiectum suo vapore obscuret: & cùm illucet sol, arcus cælestis imaginem repræsentet. Anien è lacu Fucino, (*hodie, Lago di Celano*) sese exerit. Velinus fluuius aquas Cutilias, siue Subcutilias recipit, ad castellum quod Corigliano vocant, aluminosas, viles purgando ventriculo. Exonerat sese & in Tiberim Vadimonis Lacus, hodie *Lago Bassanello.* Anienem subeunt Albulæ aquæ sub Tiburi emergentes, sulphureæ, laudatissimæ ad arenas renum educendas, & varia cutis vitia.

c Marrucinorum regio supra Aquilam à monte Secco, fluuijs Sino & Tano, vsque ad Lentem, Album, & Forum torrẽtes, qui coniuncti Lancianum adeunt. Ferentanis Marrucini propinqui, versus Adriaticum mare.

d Est & Castrum nouum Hethruriæ, hodie *Corneto*, vel extructum vel auctum, ruinis vrbis Tarquiniæ vicinæ.

e Hoc est inter Meridiem & hybernum exortum. i. inter Notum & Eurum. vide annot. cap. 32. lib. 6.

f Portus Herculis Meneti, *Villa franchа*, Lucanus,

Quáque sub Herculeo sacratus nomine portus
Vrget rupe pelagus, non Corus in illum
Ius habet & Zephirus: solus sua litora turbat
Circius, & tuta prohibet statione Nemeti.

Portus Monæchi Straboni, *Monigo*, statio potius quàm portus, maximè inhida, & vix quatuor nauium capax.

g Vada Sabatiũ vetustum opidum, dirutum, hodie, *Vae*, superstitibus tantum quibusdam domunculis. Ex eius ruinis extracta est Sauona. Legendum puto portus Vadûm Sabatiûm, pro vadorum Sabatiorum.

h Ita vocarunt Pelasgi veteres qui in Italia consederunt, nobilem eam partem Italiæ montosam. *Ὄφυες* enim montes, vnde fit *Ὄφυες, ες*, in ν mutato, vt in Apello, Apollo: vt *νέλλο μῆλα δέκα*, Campaniam. *ναμωὶς* enim vox prisca planitiem significat. Sic Hernicam, asperam, vt in Græcia *τραχέῖα ἐκαλεῖτο, ἀκρωτήριον*, o e in ν contracto, ἀν enim sol. Et in ipsa Apulia *ἀσπάνιτις*, nam *ὄφυες* aduenæ, vt *ὀλυγενῆς* Aborigenes. & in ipsa Hetruria Vmbros, spurios, nothos, insititios. Scall. in Varr. quamuis Varro ipse 4. de Ling. Latina Vmbros dictos velit, ab imbre, quòd ea regio sit humilis, & multis imbribus perfusa.

i dicti sunt *ἀπὸ τῶ Δυὸς*. De illorum origine, imperio et statu, vide Alexandrum ab Alex. cap. vlt. 3.

k Lunę, Petræ sanctæ, & Carrarę mõtanos incolas. Liuius Appuanos Ligures appellat, lib. 10. ad Macram fluuium, non, vt vulgò legitur, Mœram, sitos. Rupem eo tractu excelsam adhuc vocant Petram Paniam. Lunensis portus, Ptolomæo sinus Erycis: hodie *porto di Spetia.*

l Sic dictæ quod in humido loco positæ sint. Loca enim vda & humecta Græci *νῆσα* vocant, *ἀπὸ τῶ νέειν*, id est *πλεῖσθαι*. Rhodig. capit. 6. 28.

m Ptolomæo, Telamonium promontorium, hodie Argentarium: cui vicinus est Traiani portus, hodie Herculis: eidem Populonium promontorium, hodie *Troia*, vel *Capo di Toscana.* Portus Herculis meminit Strabo, sub ingenti tumulo siti, iuxta Cossani oppidum.

n Cære à quo Cæremoniæ, hodie *cemetere*: prope id ad 4. mill. passuum in saxoso tumulo manent ruinæ Agyllæ. Strabo imperitè cum Cære Agyllam confundit: quod errandi causam attulit Hermolao. Ptolomæo Aisum quòd Agyllam quidam esse volunt Pyrgis vicinum, & maritimum est: Cære mediterraneum prope Faleriũ. Cerus veteri lingua sanctus. In Saliari carmine, Cerus manus, mysticum nomen Iani, quamuis quidam exposuerint Creatorem bonum. Scaliger in Festum.

o Foroclodij, forum Claudij vel Cassij: oppidum Sutrio vicinum, in via Cassia, cuntibus Viterbio Romam. hodie Vetralla. Huic oppido contiguum diuæ Mariæ templum in foro Cassij vocatur.

p Inde locus & alludo Plauti in Captiuis. *Multis & multigeneribus opus est ibi Militibus: primò dum opus est Prætorien sibus.*

q Strabo Volaterrã vocat *πύργον* vt & autor libri *περὶ Θ. ἀκουσμάτων*, qui scribit Volaterranos ne ciuitatẽ quispiã occuparet, solitos imperium ac dominiũ Reipub. suis libertis dare, quibus abeuntibus magistratu, alios eiusdem cõditionis sufficerent. Victor. cap. 23. 22.

r Inuenio Serram quoque ac Rumonem vocatum, quoniam rapidis & concitatis aquis quæ alluit mordet, limat, mollit. Sic veteres loquuti sunt. Horat. - - *quæ Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis.* Cornelius Seuerus in Ætna - - *seu lympha peremni*
Edit humum lima, sortitque obstantia molli.
Attius in Telepho - - *remisque nixi properiter nauem tis fugam*
Tridunt subter saxa ad lucum quæ montem mollibat mare.
Festo Rumentum, abruptio.

s Hoc est, cùm per nouem dies aquæ in piscinis vel alueo claustris & aggeribus cohibitæ fuerint.

t Legitur apud Strabonem Tiniasnon hodie *Topino.* Mixtus is ad Canariam oppidum Chiesio, nomen amittit & Chesius dicitur.

v Anio, *Teuerone* hodie. Ad eum fluuium Camillus Gallos redempta Roma exeuntes trucidauit. Iungitur via Tiburtina ponte Mænnolo, quem Mammæa Seueri Alexandri mater ædificauit: Numentana via, Numentano, Salaria, ponte extructo à Narsete.

x In eum labitur Iuturnæ fons, cuius aqua victimas conspergebant. Eam vase hausturi lationis & angusti, ne humi depositum staret: nam humum illam attingere valde religiosum fuit, aut Flaminiæ virgines sacrorum ministræ, aut Vestalium famulæ, aut patrini, matrinique Camilli, siue pueri coronati manibus tenebant. Alex. ab Alex. cap. 17. 4. Hodie fons Ardeę proximus tenui riuo in mare descendens.

y Numicius ex lacu Nemorensi emissus per Ardeam in mare labitur. Nemus id hodie *Campo seluo*, vicinum Albæ longæ, hodie *Sacello*, & Aritiæ ruinis, hodie *La Riccia.* Ibi Cynthianum oppidum, Straboni Artemisium, Dianæ lucus, nempe Tauricæ, euntibus ex Aritia Ariciam, ad sinistram. Nemorensis lacus meminit Suetonius in Caligula.

z Autium Equestris fortunæ templo celebre, autore Tacito, qui incuriosè scribit, nullam eius ædem seculo suo Romæ fuisse: cùm Quintus Fuluius Flaccus censor, victis Celtiberis, magnificam ædificasset, tegulis marmoreis tectam, quas Iunonis Laciniæ templo detraxerat. Antiatas famosos olim prædones fuisse constat: à piratica tamen coactos abstinere Græcorum precibus, qui de eorum latrociniis apud Ro. Senatum questi fuerant. Victorius capit. 22. lib. 31. Hodie *Anzo.* Tiberius sumptuosissimis ædificijs ornauit: Nero & portu quo carebat, maximo sumptu & cura. In ruinarum parte oppidulum Neptunium extructum est hodie *Netuno.*

aa Vide locum quem citauit supra cap. 80. lib. 2.

bb phrasis obseruanda, hoc est, certius quàm si tantum audi tione & fama comperisset.

cc flumen inter Formias & Sinuessam. Garigliano, à monte Tauro, huius fluminis hostijs.

dd Porphyrio in Horat. ex vetustissimo Codice, Quæ nunc Terracina dicitur olim Anxur dicebatur, vnde Iouem Anxurum colebant: cuius & Virg. meminit dum ait, *Iuppiter Anxurus arvis Præsidet.* Merito autem inquit Horat. (repimus) & (imposirum saxis) quoniam adhuc illis temporibus Terraconensis vrbs in altissimo monte erat: inde postea in æquiorem locum deposita est, vt non solum adhuc sint vestigia ædificiorum in monte, sed & murorum. Si Seruio credimus, Anxyrum Iouem dictum fuisse, quòd puer & imberbis pingeretur & sculpereturr. *Ἄξυρον* legend. *ἀνὰ ξύρον*, quia nunquàm esset barba rasa. In denario stirpis Pansarum altera parte videtur persona ludis Cerealibus conueniens, in altera Iouis imago sine barba cum hac inscriptione: C. VIBIVS. C. F. C. IOVIS. (pro Iuppiter) A X V R.

ee Virgilius nono Æneid. *Tacitis regnauit Amyclis.* id est delitis & obliuione sepultis. Eius oppidi ciues Pythagorei cùm animatis omnibus abstinerent, serpentium quos occidere nolebant, in vicinis paludibus natorum copia, deleri sinit. Narrant alij, cùm inani rumore hostes adesse crebrò nuntiarentur, lege cautum, ne id posteà indicarent: & ex improuiso aliquanto post, facta impressione, ab hostibus oppressos fuisse: vnde prouerbium, Amyclas silentium perdidit, Lucillius: *Mihi necesse est loqui. Nam scio Amyclas silentio periisse.*

ff Formiæ fuerunt à Sarracenis diruræ anno 956. prope Tarracinum extantillarum ruinæ.

gg Vulturnum à colonia Roma eò missa conditum ad ostia Vulturni fluuij, hodie Vulturnia. Liuius lib. 4. ait Capuam olim Vulturnum dictam fuisse, Capuæ verò nomen inditum à Capuo Samnitum duce qui eam cœperat, & à campestri agro. Vulturnum flumen etiam à Romanis Nataronum vocatum fuisse tradit in vita Fabij.

hh Cumis Hamæ vicinæ fuerunt, sacrorum religione claræ. Liuius lib. 23. *campanis adorti sunt rem Cumanam siue ditionis facere: primò sollicitantes vt à Romanis deficerent, Vbi id parum processit, dolum ad capiendum eos componunt. Sacrificium ad Hamas nocturnum erat &c.* In arduo monte quia Balneis Tripergulinis abest mille & quingentos passus, Hamarum insignes ruinæ conspiciuntur.

ii Baulos, Herculeos vocat Sillius, quòd eò Geryonis armenta diuersatus Hercules egisset, quasi *βοῶδες τι*. Iun. Hadria cap. 9. 1.

kk Herculanea via à Caieta ad Lirim decem millium spatio. In ea amœnissimus ager, quem Molle Caiætæ vocant.

ll Circeium est mons, siue promontorium potius, ad cuius radices oppidum Sanctæ Fœlicitatis situm est.

mm Atellanorum ruinæ visuntur in Aversa oppido regni Neapolitani. Prope id oppidum diuæ Mariæ templum, quod nomine vetusto in Atella vocatur. Robertus Guichardus Auersam nominauit, quòd

uit, quòd illic munitis castris Neapolin simul & Capuam perlongum tempus obsidens aduersatus diu sit.

m m Calatia, hodie, *Caiatia*. Huic vicinus Callis Sidicinus, hodie *Calui*, & Callicula, hodie, *Caiauello*.

n n Varro 6. de Ling. Lat. Casinum scribit, ac eius dictionis rationem ducit à Casso, quod vetus significat, quòd veteres Samnites à Sabinis orti id renuerunt: eadem ratione Forum Cassinum vetus appellari. Papinius Casinum scribit prima breui -- *Nymphisque habitata Casini Rura euastantur.*

Nunc Diui Benedicti cœnobium in monte Cassino.

o o Calenum hodie Carinola. Iuuenal. -- *Et molle Calenum Porrectura uirg.* sub. uinum, quod in eo tractu nobile fuit: vt, Massicum, Falernum, Surrentinum, Cœcubum dicta à collibus Caleno vicinis in primis vitiferis.

p p Ferentium Thusciæ Ptolomæo, vnde Ferentini: Ferentinum Latij, vnde Ferentinates. Strabo perpetuò Ferentinum scribit. Est & in Samnio Ferentum, siue Sabinis, vnde Ferentani & Ferentij. Val. lib. 2. *Habitabat in villa sua prope uicinum Sabinæ regionis Ferentinum*: quamuis illic quidam legant Fretum.

q q In ruinis Lauinij extructa est ciuitas Indiuina. Aliud fuit Lauinium municipium, è quo Murenæ Patritij & consulares originem trahebant. Roma Tarracinam petentibus occurrit Marinum, deinde Lucij Murenæ villa, adhuc nonnihil integra, & Portium prædium. Marinum quidam Marianam villam esse putant: alij extructum fuisse ex Lauinij ruinis. Quidã de Zagarolo propinquo id existimant. In denarijs Romanis insignia fuêre penates tantum duo, pila manibus tenentes, porca in eorum medio; quòd cùm Æneas esset Lauinij porcos albostriginta pepererat, Albæ post annos triginta à Lauinijs condendæ ostentum. Vrsinus.

r r Prope erat ville Ciceronis Tusculana, hodie *Sanctæ Mariæ di grotta ferrata*.

s s Roma altero nomine Valentia vocabatur. Vide Solinum cap. 2. Sempronius lib. de Italiæ diuisione (cùm de Deo egisset in cuius tutela esset Roma) *Quamobrem, & Angerona silentij Dea ante Ianj festos dies colitur: præ foribus, vt ne cui liceat illud palàm efferre, quod ad salutem Reip. retereos oportet obseruato intra pectoris arcana uoluerant contineri: cuius violatæ religionis pœnas primus luit Sorranus.* De Angerona Varro lib. 5. de Ling. lat. Verrius Flaccus apud Macrob. 1. Saturnal. Sextus Pompeius, & Solinus.

t t Vrbs ab orbe, siue vruo, dicitur. Vruum autem aratri pars. Orbis quem & olympum, limbum, mundum vocarunt, fossa primum excauata die auspicato, qua cingebatur vrbs, & postquam excalpram, iunctis boue extrorsum, vaccâ introrsum, arratro sulcum ducebant extruendis mœnibus destinatum. Varro. Magius cap. 1 3 3.

v v Quadratam Fabio Pictori, Catoni, Pompeio, Ennio *Et qui exsiterat Romæ regnare quadratæ.*

Plutarcho in Romulo πεζὰν γωνίαν. Magius. Portarum Vrbis 34. nomina, appellationisque rationem vide apud Alex. ab Alex. ca. 16. 4.

x x Milliarium est. 1. spatium mille passuum. 2. columna aurea in capite fori Romani, ad quam viæ publicæ terminabantur 3. Vas Balneatorium magnum mulrarum amphorarum capax, Senecæ ep. 24. lib. 3. Quæst. Natur. ὑποκαύστης. Milliariæ porticus à spatio mille passuum, vel à numero columnarum. Milliariæ oleæ cap. 12. lib. 17.

y y Ia ea regione nunc sunt Mons rotundus, Palumbaria, & quædam oppida ignobilia. Vide Scalig in Festum voce Crustumina.

z z Roma templum habuit, & vt Dea religiosum cultum. Prudentius.

Ac sæuam resonare uiam mugitibus, ante
Delubrum Romæ, colluri: namque sanguine & ipsa
Astore Dea, nomenque loci ceu numen habuit.

A Iu visceratione, siue ὑστῶ πρεσβυσάντι, cui apud Lacædemonas splendidissimus quisque ac clarissimus præficiebatur. Itaque & Lysandro munus aliquando id commissum est. Rhodig cap. 7. 5. Vide quod notatum est capitulo. 7. 27. τῶν προεδριατῶν Lampridius in Alexandro Edulitatem nominare videtur *Cùm edulitatem*, ait, *pop. Rom. ab eo peteret, non quidem edulitatem proposuit, sed iussit ne quis fuminatam occideret, ne quis sacrificem, ne quis porcum, ne quis dariolum: tantumque intra biennium, vel prope annum porcin æ carnis fuit & bubulæ, vt cùm fuisset octo (assium) minutalis libra, ad duos mûmque, vtriusque carnis libra redigeretur.*

B Fidenas euertit ac prorsus deleuit M. Æmilius Dictator.

C De Casilino & Casilinorum aduersus Hannibalem fortissima tolerantia vide Strabonem lib. 5.

D Strabo semper hoc vocabulo vtitur. Græcè τάφρα & τάφρος manu scripum exemplar habet coloniam.

E Altera Euirza, altera Frumentara vocatur.

F Statius in Achill.

--- *Vi flexæ balearicus actor habenæ,*
Quo suspensa trahens libraret uulnera torsu
Inclusum quoties distingueret æthra gyro. Hadrian. Iun. cap. 3. 1.

G hodie *Asfac* vocatur, inter Hispaniam & Maioricam è regione Ortosiæ, hodie *Tortosa*. Hermolaus haud rectè putat esse Cuniculariam.

I Monpessulensibus hodie, *La Plage*: Insula cincta altera ex parte mari, altera stagno.

H Ptolemæo & Straboni, Stœchades quinque: duæ paruæ: tres sat magnæ: ac post eas Lero, & Planasia. Stœchades tres Plinij, hodie *Pomige* ab vnius nomine. Earum prima, Themista Martiano, Præsæ Plinio, hodie *Isco*. Altera Mese, hodie *Dini Stephani*: tertia Hypæa, hodie *pomige*. Aliæ insulæ paruæ Stœchadibus vicinæ, duæ Straboni & Ptolemæo, plures Melæ: hodie, *Les Iles D'ieres*, numero tres: *Bonomo, Porty Croxo, & Porio Reina* siue *Ribadeo*. Quatuor verò Stœcadibus vicinæ, Sturium, Phœnice, Phila, Lero, hodie *Aire, Hiare, Proxelo, Reo*. His adiacent & aliæ duæ: quarum vna Rubram vocant, Blasconem, hodie dici Gianeam volunt: & Agatham Ptolemæo memoratam, hodie, *L'isle D'Ade*. Lerina, in qua Leronis templum fuit, hodie *Sancti Honorati*: Planasia verò à Strabone memorata, huic vicina hodie, Diuæ Margaretæ.

De Corsica. CAP. VI.

IN Ligustico mari est [a] Corsica, quam Græci Cyrnon appellauêre, sed Thusco propior à Septentrione in Meridiem [1] proiecta, longa passuum c l, millia: lata maiore ex parte quinquaginta. Circuitu [2] c c c x x i j. M. Abest à vadis Volaterranis l x i j. M. pass. Ciuitates habet x x x i i j. & colonias Marianam, à C. Mario deductam, [3] Aleriam à Dictatore [4] Sylla. Citrà est Oglasa: intra verò sexaginta millia passuum à Corsica, [5] Planaria à specie dicta, æqualis freto, ideóque naufragiis fallax. Amplior [6] Vrgo & Capraria, quam Græci [7] Ægilon dixêre. Item [8] Ægilium & Dianium, quam Artemisiam, ambæ contra [b] Cosanum litus: & [9] paruæ, [c] Mænaria, Columbaria, Venaria, [d] Ilua cum ferri metallis, circuitu centum millia, à Populonia decem, à Græcis Æthalia dicta. Ab ea Planasia [10] x x x i x. M. Ab his vltra Tiberina ostia in Antiano Astura, mox Palmaria, Sinonia, & aduersum Formias Pontiæ. In Puteolano autem sinu [e] [11] Pandataria, [f] Prochyta, non ab [g] Ænea nutrice, sed quia [h] profusa ab [12] Ænaria erat. Ænaria ipsa à statione nauiũ Æneę, [i] Homero Inarime dicta, Græcis [k] Pithecusa, non à simiarum [12] multitudine, (vt aliqui existimauêre) sed à figlinis doliariorum. Inter Pausilypum & Neapolim Megaris: mox à Surrento octo millibus passuum distantes, Tiberij principis arce nobiles Capreæ, circuitu quadringenta millia passuum. [13] Mox Leucothea, [14] extráque conspectum, pelagus Africum attingens, Sardinia, minus [15] nouem millibus passuum à Corsicæ extremis, etiamnum angustias eas arctantibus insulis paruis, quæ [l] Cunicularię appellantur; itémque [16] Phintonis & Fossæ, à quibus fretum ipsum Taphros nominatur.

1 porrecta.
2 cccxxv. Tol. Chif. & Marcianus.
3 Alteram Vet.
4 Scipa autem citrà est, Ogliosa infrà. Marcianus.
5 Planaria.
6 Orgon Vet. Gorgona.
7 Aegilium Vet.
8 Igilium Vet. C H. Iginium Melæ.
9 & Barpona, Mxn. Vet.
10 xxxviij. Ch.
11 Pandateria. Chif. 12 quidam Aenearia ybique hic scribunt.
12 multatione.
13 Sunt qui non legant, Mox.
14 extrà quem M. Vetus. Ch.
15 viij. Ch.
16 Phitonis. V. Pinonis. Tol.

ANNOTATIONES.

a De Corsicæ situ varijs incolis, Phocensibus, Liguribus, Cantabris, & de coloniis Mariana & Syllana vide multa apud Senecam cap. 8. lib. de Consol. ad Heluiam.

b dicitur etiam à quibusdam Barpona. Pomp. Melæ Carbonaria hodie Monte Christo.

Ad Insu

c Ad Insulam Mœnariam hodie, Meloram, anno 1284. Obertus Auria, Dux classis Gennensis cæsis quinque millibus hostium, captis quatuor triremibus nouendecim abductis, demersis septẽ, sic Pisanorum opes attriuit, vt postea nunquàm vires instaurare potuerint.

d Ptolomæus in mari Ligustico recenset Iluam, Æthaliam, Capriariam diuersas insulas. Quidam Æthaliam eius, esse putant Palmariam insulam. De illa illiusque portu, varijs lapillis, & Argonautarum relictis Stœchadibus in eã accessu, vide multa apud Victorium cap. 10. 19. αἰδάλεως Græci vocant, pro quo apud Arist. περὶ θαυμασίων legitur corruptè nunc δάλεια, nunc αἰγιαλία. Vict. cap. 25. 32.

e Ex insulis duabus quas nautæ *Le Eoste* vocant, altera Sanum, Pădataria est, in quam filiam Augustus relegauit: altera Diui Martini hodie. Vide cap. 88. lib 1.

f Vergilius. 9. Æneid. --- *Tum Prochyta alta tremit, durumque cubile Inarime, Iouis imperijs imposita Typhœo.*

g Vide Dionysium Halicar. in lib. 1.

h Nam Imarime siue Ænaria rerræ motu quassata, mõte dirupto ac prostrato, insulam diuulsam extrusit, Prochytam ideò dictam, quòd ea caussa veluti profusa fuisset. Strab. lib. 5.

i Apud Homerum debuit scribi ἐν Ἀρίμοις, error est librarij ex contractione ἐναρίμοις. Virg. hunc sequutus lib. 9. Æneid. vt supra ostendimus. *Inarime, Iouis imperijs impósita Typhœo.* Veteres vocarunt Arimen. Vide Erythræum in Virg.

k Sic vocata est, autoribus Xenagora, Suida, Harpocratione, quòd Candulum & Atlantem sceleratissimos homines, ac ideo vocatos Cercopas, quasi caudatas Simias, aduenas dolis circumuenientes, Iuppiter eâdem fraude ab illis petitus in simias verterit. Vide Ouid. lib. 14. Metamorph.

l Harum altera, hodie, *Isola de le Bizze*, Serpentum insula, altera *Speragia*.

De Sardinia. CAP. VII.

SArdinia ab Oriente patens, c l x x x v i i j. millia passuum: ab Occidente, [1] c l x x. millia: à Meridie, [2] l x x i i j. millia: à Septentrione, [3] c x x i j. circuitu, [4] d l x. millia: abest ab Africa [5] Caralitano promontorio ducẽta millia, à Gadibus quatuordecies centena. Habet & à Gorditano promontorio duas insulas, quæ vocantur Herculis, à [6] Sulsensi [b] Enosin, à [7] Caralitano [c] Ficariam. Quidam haud procul ab ea etiam [d] Beleridas ponunt & [e] Collodem, & quam vocant [f] Heras [g] lutra. Celeberrimi in ea populorum [9] Ilienses, Balari, Corsi. Oppidorum [10] x i i i j. Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Bosenses, Caralitani ciuium Romanorum, & Norenses. Colonia autem vna, quæ vocatur ad turrim Libysonis. Sardiniam ipsam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam à similitudine vestigij. contra Pæstanum sinum Leucasia est, à [g] Sirene ibi sepulta appellata. Contra Veliam, Pontia, & [11] Iscia, [12] vtræque vno nomine Oenotrides, argumentum possessæ ab Oenotriis Italiæ: & contra Vibonem paruæ, quæ vocantur Ithaciæ, [13] Vlyssis [14] specula.

1 clxxv. Ch. Tol. alijs clxxij.
2 lxxvij. Ch.
3 cxxv. Ch.
4 dxv. Ch.
5 Calaritano. Vet:
6 Sylcenſi. Solcenſi, vetustiſſ.
7 Caralit. Fica. Galatamq;. Mare.
8 Hieraca. vetuſt. Heralytra. Ch.
9 Iotenses, Ioalenses ver.
10 xviij. Ch.
11 Isacia.
12 vtraque vet.
13 ab Vlyss. V. Ch.
14 spectacula. Vet. Tol. CH.

ANNOTATIONES.

a Sardiniæ cœlum Pausanias esse scribit διυρὸν καὶ ὑγιεινὸν ἀνθρώποις, ob salinas, graues & violẽtos austros, & montium altitudinem, qui salubrem Boreæ flatum repellunt. Alij Solpugas venenatæ formicæ genus, & Sardonium Bathrachium causantur potius. Cicero Tigellium in ea insula natum patria sua pestilentiorem esse ait, Martialis.

Nullo fata loco possis excludere, cùm mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Sillius, *Serpentum tellus pura ac vitiata veneno:*
Sed tristis cœlo, & multa vitiata palude.

Rodig. cap. 16. 12. & 24. 20.

b Enosis, Diabasta Ptolomæo, hodie *Santerno*.

c hodie *Isola rossa*.

d duæ paruæ, hodie, *Lo Tauro & la Vacca*.

e fortassis à lignorum copia, Ptolomæo Melibodes, siue Plumbea, hodie, Palmæ solis.

f apud Ptolomæum & in vetustissimo codice legitur & Hieraca hodie *Diui Petri*. Ptolomæus addit inter Corsican & Sardiniam, Hermæam non longè à Nymphara, hodie *Tabularia*.

g Straboni Sirenes, siue Sirenussæ insulæ, in circumfluxu promõtorij Athenæi, & Pestano sinu, olim Possidoniate, sitæ è regione Silaris fluminis quà sinum eum illabitur, hodie *Troxo, Toro, Nixari*. Plinius vnius tantum Leucasiæ meminit. In veterib. Roman. denarijs Syren spectatur capite virginis cristata galea recto, adiectis duab. pilis cum scuto, reliquo vt auis corpore. Nam quòd tradit Seruius Syrenes partim virgines fuere, partim voluces, Acheloi & Calliopes filiæ, numero tres, quarum vna voce, altera tibijs: tertia lira canebat. Iuxta Pelorum illæ primum habitarunt: deinde Capreas insulas tenuerunt, præternauigantes illectos suo cantu in naufragia deducentes.

De Sicilia. CAP. VIII.

VErùm ante omnes claritate Sicilia, Sicania [1] Thucydidi dicta, Trinacria pluribus, aut Triquetra à triangula specie: circuitu patens, vt autor est Agrippa, d c x v i i j. M. p. quondam Brutio agro cohærens, mox interfuso mari aulsa [2] x i j. M. longitudinem freto, in latitudinem autem M. d. p. iuxta columnam Rhegiam. Ab hoc dehiscendi argumento, Rhegium Græci nomen dedêre oppido, in margine Italiæ sito. In eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis, mare vorticosum, ambo clara fœuitia. Ipsius Triquetræ, vt diximus, promontorium Pelorus vocatur, aduersus Scyllam vergens in Italiam: [3] Pachynum in Græciam, [4] c x l i i i j. M. ab eo distante Peloponneso: Lilybæum in Africam c l x x x. M. interuallo à Mercurij promontorio; & à Caralitano Sardiniæ [5] c x x. M. Inter se autem hęc promontoria ac latera distant his spatiis. Terreno itinere à Peloro Pachynum [6] c l x v j. M. p. Inde Libybæum c c. M. Inde Pelorum c l x x. M. [7] Coloniæ ibi vrbes aç ciuitates [8] l x x i j. A Peloro mare Ionium ora spectante, oppidum Messana ciuium Ro. qui Mamertini vocantur. Promontorium [a] Drepanum, colonia Taurominium, quæ anteà Naxos, flumen [b] Asines, mons [c] Ætna nocturnis mirus incendiis. [d] Crater eius patet ambitu l stad. x x. Fauilla Tauromínium & [9] Catanam vsque peruenit

1 à Thucydide. Vet.
2 xv. CH. M.
3 Pachynus.
4 cccxl. M. cui lectioni adstipulatur & Marcianus.
5 cxc. CH.
6 clxxxvj. CH.
7 Coloniæ immunes quinque, ciuitates lxviij.
8 lxiij. CH.
9 Catinam vt paulò pòst, & Ver.

peruenit feruens, fragor verò ad [10] Maronē & Gemellos colles. Scopuli tres Cyclopum, portus Vlyſſis, colonia Catana. Flumina Symæthum, Terias. Intus Læſtrygonij campi. Oppida, Leontini, Megaris, amnis [11] Pantagies. Colonia Syracuſæ, cum fonte Arethuſa. Quanquam & Temenitis, & [12] Archidemia, & Magæa, & Cyane, & [13] Milichie fontes in Syracuſano [14] potantur agro. Portus Nauſtathmus, flumen Elorum, promontorium Pachynum: à qua fronte Siciliæ flumen Hirminium, oppidum [15] Camarina, fluuius Gelas, oppidum Acragas, quod Agrigentum noſtri dixêre. Thermæ colonia, amnes [16] Atys & Hypſa, Selinûs oppidum, Lilybæum ab eo promontorium, Drepana, [17] mons Eryx. Oppida Panhormum, Solûs, Himera cum fluuio, Cephalœdis, [18] Aluntium, [19] Agathirnum, Tyndaris colonia, oppidum Mylæ, & vnde cœpimus, Pelorus. Intus Latinæ conditionis Centuripinis [20] Netini, [21] Segeſtani: ſtipendiarij, Aſſorini, [22] Ætnenſes, Agyrini, Aceſtæi, Acrenſes, Bidini, Citarij, Cacirini, Drepanitani, Ergetini, Eceſtienſes, Erycnij, Entellini, [23] Etini, Enguini, Gelani, Galatani, Haleſini, Ennenſes, Hyblenſes, Herbitenſes, Herbeſſenſes, Herbulenſes, Halicyenſes, Hadranitani, [24] Imacarenſes, Ichanenſes, [25] Ietenſes, [26] Mutuſtratini, Magellini, Murgentini, [27] Mutyenſes, Menanini, Naxij, Nocœni, Petrini, Paropini, Phinthienſes, Semellitani, Scherrini, Selinuntij, Symæthij, Talarenſes, Tiſſinenſes, Triocalini, Tiracienſes, Zanclæi [28] Meſſeniorum in Siculo freto. Inſulæ ſunt in Africam verſæ, Gaulos, Melita à [e] Camerina [29] lxxxiiij. M. paſſ. à Lilybæo cxiij. Coſyra, Hieroneſos, Cæne, Galata, Lopaduſa, [f] Æthuſa, quam alij Æguſam ſcripſerunt, [30] Bucinna, & [31] à Solunte lxxv. M. [32] Oſteodes, contráque Paropinos Vſtica. Citra verò Siciliam ex aduerſo Metauri amnis [33] xij. millibus fermè paſſ. ab Italia, vij. Æoliæ appellatæ. Eædem [g] Liparæorum, & Hephæſtiades à Græcis, à noſtris [34] Vulcani, Æoliæ, quòd Æolus Iliacis temporibus ibi [35] regnabat.

10 Maroneum Ch.
11 Pantagia vet.
12 Archidemiſa & Margæa. Vet.
13 Milinæ. Vet.
14 ponantur vet.
15 Camerina.
16 Acis. Vet.
17 mox. Vet.
18 Aleuntium. Vet.
19 Aliàs, Agathyrſum, quo pacto & à Strabone appellatur.
20 Nepini. Ch.
21 Aegeſtani. Vet.
22 Echetienſes, Eſcletienſes. Vet.
23 Aedini. V. ita index habet. & Ch. leg. Netini, Edini, Oetini. &c.
24 Lego Hyccarenſes, ab oppido Hyccaro: vnde autē nomen hoc acceperit vide apud Athenæū ſub finem lib. 7.
25 Letenſes. V.
26 Mutuſtrani. Ch. Mytiſtratini. Vet.
27 Mutycenſes. Ch.
28 Meſſeniorū. Horum in Siculo freto Inſulæ. Vet.
29 lxxxvij. CH.
30 Acernæ. Vet. add.
31 à Selinſtre.
32 Oſteades. Ch.
33 xv. CH.
34 Vulcaniæ.
35 regnauit. CH.

ANNOTATIONES.

a Ex eius aduerſo Ptolomæus inſulam exiguam Forbantiam ſtatuit, hodie *Lenza*: & ex aduerſo Lilybæi, Sacram, hodie *Maretimo*.
b Acim fluuium ex Ætna monte *ἀκὶς* & id eſt reli inſtar decurrere adnotat Euſtathius in Dionyſiū, ab eo fluuio Romæ dicti Aciſculi, quaſi Aciſcoli, vt Agriculi pro Agricoli.
c Plautus in Milite: *præter theſaurum,*
Tum argenti montes, non maſſas habet: Ætna non æquè alta eſt.
In Mercatore. *Montes tu quidem mali ardentes in me iam dudum iacis,*
Sub Ætna, Liparenſibus inſulis, & Puteolano, Baianóque agro Typhona Gigantem ſepultum fuiſſe ex Pindaro Strabo ſcribit lib. 4. Cornelius autem Seuerus in Ætna Enceladum:
Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Ætna
Obruit Enceladum, vaſti qui pondere montis
Æſtuat, & paulis expirat faucibus ignes.
d eſt ſummus verticis hiatus.
e Virgilio dicitur Camerina
Apparet Camerina procul, campíque Geloni:
Inmanisque Gela fluuij de nomine dicta.
f Grandolo hodie. Huic vicina Æoli inſula, hodie *Palanderea*.
g Inſulas has *τὰς τῶν λιπαραίων νήσους* Strabo vocat, quòd aliquando in Liparæorum ditione fuerint.

1 Miloginis. CH.
2 xv. CH.
3 minori v. Ch. quinque.

De Lipara. CAP. IX.

[a] Lipara cum ciuium Rom. oppido, dicta à Liparo rege, qui ſucceſſit Æolo, [b] anteà [1] Melogonis vel [c] Meligunis vocitata, abeſt [2] xij. M. paſſ. ab Italia, ipſa circuitu paulo [3] minori. Inter hanc & Siciliā altera, anteà Theraſia appellata, nunc [d] Hiera: quia ſacra Vulcano eſt, colle in ea nocturnas euomente flammas. Tertia [e] Strongyle, à Lipara M. paſſ. ad exortum Solis vergens, in qua regnauit Æolus, quæ à Lipara liquidiore flamma tantùm differt: è cuius fumo, quinam flaturi ſint venti, in triduum prædicere incolæ traduntur: vnde ventos Æolo parùiſſe exiſtimatum. Quarta Didyme, minor quàm Lipara. Quinta Ericuſa, Sexta Phœnicuſa, pabulo proximarum relicta. Nouiſſima, eadémque [f] minima, Euonymos. Hactenus de primo Europæ ſinu.

ANNOTATIONES.

a Eſt princeps & maxima Æolidum inſula. Apud Liparam Duellius Conſul primus Carthaginenſes prælio nauali ſuperauit.
b dicitur ab ouium prouentu à *μῆλον* nati *γίγνομαι*.
c Callimachus de Diana Cyclopas adeunte, vt haberet ſagittas & pharetram: *τὸν μὲν ἐνέκρυφε νήσων ὑπὲ λιπάρην νάσῳ: ἀτὰρ τὸν ἴσκεν ὄνομα οἱ μακρογυῖος, ἐπ' ἀκροιοιν κραδαίσσε ἰοδόκον τε πυρὶ μίλτῳ.* Canterius cap. 23. 4.
d De Hiera Virg. 8. Æneid. inquit.
Inſula Sicanium iuxta latus, Æoliámque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis. Turn. cap. 29. 26.
e Cornel. Seuerus in Ætna de nomine huius inſulæ ait.
Inſula cui nomen facies dedit ipſa rotunda.
f His vicina eſt apud Ptolomæum Hiceſia, hodie *Panaria*.

De Locris Italiæ fronte. CAP. X.

1 treis. Ch.
2 octogintaſex. Ch.

A Locris Italiæ frons incipit, Magna Græcia appellata, in [1] tres ſinus recedens Auſonij maris; quoniam Auſones tenuêre primi: patet [2] octogintaduo M. paſſ. vt author eſt Varro. Plerique lxxij. M. fecêre. In ea ora flumina innumera, ſed memoratu digna à

digna à Locris [a] Sagra, & veſtigia oppidi Caulonis, Myſtia, Conſilinum caſtrum, Cocinthum, quod eſſe longiſſimum Italiæ promontorium aliqui exiſtimant. Dein [4] ſinus, & [b] Scylacium, Scylletium Athenienſibus, cùm conderent, dictum: quem locum occurrens Terinæus ſinus peninſulam efficit: & in ea portus, qui vocatur Caſtra Annibalis, nuſquam anguſtiore Italia. [5] xx. M. paſſuum latitudo eſt. Itaque Dionyſius maior interciſam eo loco adiicere Siciliæ voluit. Amnes ibi nauigabiles, [6] Cæcinos, Crotalus, Semirus, Arocha, Targines. Oppidum intus Petilia, mons Alibanus, promontorium Lacinium: cuius ante oram inſula x. M. paſſ. à terra Dioſcoron, altera Calypſus, quam Ogygiam appellaſſe Homerus exiſtimatur: præterea [7] Tyris, [c] Eranuſa, Meloeſſa. Ipſam à Caulone abeſſe lxx. M. paſſ. prodidit Agrippa.

4 Deinde ſinus Scylacius & Scalagium Scyllacium & Scylleciū ab Athenieſ. Pliner.
5 xl. CH.
6 Cæcinus. Vet. Carcines. Ch.
7 tres Sirenuſſæ. V.

ANNOTATIONES.

a Sagrus Straboni, Ferentanos à Pelignis diuidens inter Amiternum & Ortonium labitur. Hodie Sangrus fluuius, tribus milliaribus à Lanciano fertur.
b Virgilius vocat, Scylaceum naufragum:
Caulonéſque arces, & naufragum Scylaceum.
c Sirenuſſarum mentionem facit Strabo.

Secundus Europæ ſinus. CAP. XI.

A Lacinio promontorio ſecundus Europæ ſinus incipit, magno ambitu flexus, & Acroceraunio Epiri finitur promontorio, à quo abeſt lxxv. M. paſſ. Oppidum Croto, amnis [1] Neæthus. Oppidum [2] Thurium inter duos amnes Arathin & [2] Sybarin, vbi fuit vrbs eodem nomine. Similiter eſt inter Sirin & [3] Acirin Heraclea, aliquando [b] Siris vocitata. Plumina [4] Acalandrum, Maſuentum, oppidum Metapontum, quo tertia Italiæ regio finitur. Mediterranei Brutiorum Apruſtani tantum: Lucanorum autem [5] Atinates, [6] Bantini, Eburini, Grumentini, Potentini, Sontini, Sirini, Tergilani, Vrſentini, Volcentani, quibus Numeſtrani iungūtur. Præterea interiiſſe Thebas Lucanas Cato autor eſt. Et [7] Pandoſiam Lucanorum vrbem fuiſſe Theopompus, in qua Alexander Epirotes occubuerit. Connectitur ſecunda regio, amplexa Hirpinos, Calabriam, Apuliam, Salentinos ccl. M. ſinu, qui Tarentinus [c] appellatur, ab oppido Laconum in receſſu hoc intimo ſito, contributa eò maritima colonia quæ ibi fuerat. Abeſt cxxxvj. M. paſſuum à Lacinio promontorio, aduerſam ei Calabriam in peninſulam emittens. Græci Meſſapiam à duce appellauêre: & antè Peucetiam, à Peucetio Oenotri fratre. In Salentino agro inter promontoria c. M. paſſ. interſunt. Latitudo peninſulæ à Tarento Brundiſium terreno itinere [8] xxxij. M. paſſ. patet, multóque breuius à portu Saſina. Oppida per continentem à Tarento, Varia, cui cognomen Apulę, Ceſſapia, Alecuum. In ora verò Senonum Gallipolis, quę nunc eſt Anxa [9] lxij. M. paſſ. à Tarento. Inde xxxij. M. promontorium, quod Acran Iapygian vocant, quo longiſſimè in maria excurrit Italia. Ab eo [10] Baſta oppidum, & [11] Hydruntum decem ac nouem M. paſſuum ad diſcrimen Ionij & Adriatici maris, quà in Græciam breuiſſimus tranſitus, ex aduerſo [12] Apollonię oppidi, latitudine intercurrentis freti, [13] quinquaginta M. non amplius. Hoc interuallum pedeſtri continuare tranſitu pontibus [14] iactis, primùm Pyrrhus Epiri rex cogitauit: poſt eum M. Varro, cùm claſſibus Pompeij piratico bello præeſſet. Vtrunque aliæ [15] impediêre curę. Ab Hydrunte Soletum deſertum, dein Fratuertium, portus Tarentinus, ſtatio militum [16] Lupia, Baleſium, Cęlium, Brundiſium l. M. paſſuum ab Hydrunte, in primis Italię portu nobile, ac velut certiore tranſitu, [17] ſicuti longiore, excipiente Illyrica vrbe Dirrhachio [18] ccxx. M. traiectu. Brundiſio conterminus Pediculorum ager. ix. aduleſcentes totidémque virgines ab Illyriis tredecim populos genuêre. [19] Pediculorum oppida, [20] Rhudia, Egnatia, Barion, antè [d] Iapyx à Dędali filio, à quo & Iapygia. Amnes, Pactius, Aufidus ex Hirpinis montibus Canuſium præfluens. Hinc Apulia Dauniorum cognomine, à duce Diomedis ſocero. In qua oppidum [e] Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, Sypontum, Vria: amnis Cerbalus. Dauniorum finis: portus Agaſus, promontoriū montis Gargani, à Salentino ſiue Iapygio ccxxxiiij. M. paſſ. ambitu Gargani: portus Garnæ, lacus Pantanus. Flumen portuoſum Frento, Teanū [f] Apulorū. Itemq; Larinū, Aliternia, Tifernus amnis. Inde regio Frętana. Ita Cpulorum genera tria:

1 & Crathis. Vet. ad.
2 Tauri. CH.
3 Achrin. V. Acrin. CH.
4 Thalandrum. V. CH.
5 hinc. Vet. ad.
6 Buxentini.
7 Mardaniam. Ch.
8 xxxv. CH.
9 lxxv. CH.
10 Haſta.
11 Hydruſa.
12 Apolloniæ oppidum. Vet. Tol.
13 Centum M. P. non. Vet.
14 iunctis. V.
15 impediuere. Ch.
16 Peſſubis. Ch.
17 ſed vtique. Vet.
18 ccxxv. CH.
19 Pædiclorū. Strab. lib. 6. Idem vocantur & Peucetij.
20 Rhudiæ Ptolemæo: Rhodæ Stephano.

Teani

Teani à [21] duce è Graiis: Lucani, ſubacti à Calchante, quæ loca nunc tenent Atinates. Dauniorum præter ſupra dicta coloniæ, Luceria, Venuſia: Oppida Canuſium, Arpi, aliquando [g] Argos hippium, Diomede condente, mox Argyrippa dictum. Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum Dardorúmque, & vrbes duas, quæ in prouerbij ludicrum vertêre, Apinam & Tricam. Cætera intus in ſecunda regione, Hirpinorum colonia; vna Beneuentum, auſpicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleuentum. [22] Æculani, Aquiloni, [23] Abellinates cognomine Protropi, Compſani, [h] Caudini, Ligures, qui cognominantur Corneliani, & [24] qui Bebiani, Veſcellani, Deculani, Alettrini, Abellinates cognominati Marſi, Atrani, Ædani, Alfellani, Attinates, [25] [i] Arpani, Borcani, Collatini, Corinenſes, & nobiles clade Romana Cannenſes, Dirini, Forentani, Genuſini, [26] Hordonienſes, Hyrini, Larinates, cognomine Frentani, Metinates, ex Gargano Mateolani, [27] Neritini, Matini, Robuſtini, Syluini, Strapellini, Turmentini, [28] Vibinates, Venuſini, Vlurtini, Calabrorum mediterranei, Ægetini, [29] Apameſtini, Argentini, Butuntinenſes, Deciani, Brumbeſtini, Norbanenſes, [30] Palionenſes, [31] Sturnini, Tutini. Salentinorum, [32] Aletini, Baſterbini, Neretini, [33] Valentini, Veretini.

21 à duce: Gaces, Lucani: Vet.
22 Auſeculani. Vet.
23 Apellinates. Ch.
24 qui in Vet. del.
25 Hirpini Liu. lib. 23.
26 Herdotienſes. V.
27 Neratini. Ch.
28 Vibinates. Vet.
29 In Ver. deler.
30 Balionenſes.
31 Stuinini. Ver.
32 Alentini. Ch.
33 Valerini. Ver.

ANNOTATIONES.

a De eo & Myſcello conditore vide multa apud Leopardum cap. 14. 2. Cogitanti de Sybari ædificanda oraculum æditum eſt, *Μίσυνθε βραχίονός τοι ἐν θοῦ ἔθνα μαντεῖον ὑ κτιλὰ δυρίνεω, δόμον δ' ἔτι δῶ τὸ τὰ ἐκάτερθε.*

b Apud Athenæum lib. 12. Timæus & Euripedes ſic dictum volunt à muliere quadam: Archilocus verò à fluuio.

c Herculeum Tarentum Virg. appellat, à primis incolis vocatum Sigeum, ab Ionibus, qui poſt habitarunt *πλεῖον*, ob nauigationis commoditatem: vel quòd, vt ait Ariſt. *περὶ θαυμασίων ἀκουσμ.* Hercules ex Africa rediens, obſeſſum & expugnatum ſuo nomine ornauerit: vel quòd, Taras eius vrbis conditor, Neptuni filius, Herculi & patri aras dicauerit: huic vt proſpera eſſet nauigatio: illi vt fortiter ageret & diteſceret, Quamobrem & nummo Tarentino Taras delphino inſidens æqua manu geſtat cornu copiæ. Iun. Hadrian. capit. 9. 1.

d In exercitu Minois à Cæculi filiabus occiſi in Siliciæ dux ſtrenuus Iapix fuit, Dædali & Cretenſis mulieris filius. Poſt obitum regis collectas exercitus reliquias 16. in Apuliâ traduxit, & à ſuo nomine eum Italiæ tractum vocauit. Strabo apud Athenæum lib. 12. Iapiges eorum poſteri fuerunt Cretenſes, qui Glaucum, cùm mare ſe deiecisſet, nec vſquam emergeret, quæſitum è Creta diſceſſerunt.

e Oppidum id è loco peſtilenti, qui millibus à mari diſtabat, in maritimam & ſalubrem ſedem à M. Hoſtilio tranſlatum fuiſſe vide apud Victruuium cap. 4. lib. 1.

f Apulos ruſticos, inciuiles, inurbanos, duros, agreſtes fuiſſe monſtrat hic Plauti verſus in Milite.

Poſt Epheſi ſum natus, non in Apulis, non ſum in Vmbria.

g Argos fuit Diomedis patria, quam Hippobotan Argos Homerus vocauit. Vide Leopardum cap. 16. 5.

h Candium oppidum Samnij, in Candina valle, dirutum. Diſtat ea vallis à Beneuento millibus paſſuum decem: Furæ verò Caudinæ quatuordecim.

i Hirpini, hodie Arpadium Caudio vicinum. Liuius lib. 23. Hirporum in Sabinis prope Compſam meminit. *Eadem ætate*, ait, *ab Nola, quam præſidio tenebat, crebras excurſiones in agrum Hirpinum, & Samnites Caudinos ferit.* NOTA.

Omittit Plinius Teleſiam ciuitatem, ad ripam Exerniæ fluuij priuſquàm Vulturnum accipiat, memoratam Liuio lib. 22. nunc diruta.m.

Regio Italiæ quarta. CAP. XII.

1 ora Ferentanorum. Vet.
2 Murcinorum. Vet.
3 Anaxantini. Ch.
4 Sucentes. Vet.
5 Lucenſes.
6 Pennienſes. Ch.
7 Bouianum. Ch.
8 Fagi, Fugali. V. Ch.
9 Treuentiates. V.
10 Mutuſtei. Vet. Mutuſci. CH.
11 Trebulanorum.
12 ita leg. in Vet. Recētiores habēt treis.
13 Cutiniæ. CH.
14 velantibus. Vet.

SEquitur regio quarta gentium vel fortiſſimarum, Italiæ. In [1] ora [a] Frentanorum à Tiferno flumen Trinium portuoſum. Oppida, Hiſtonium, Buca, Ortona: Aternus amnis. Intus Anxani cognomine Frentani. Carentini ſupernates, & infernates, Lanuenſes: [2] Marrucinorum Teatini: [b] Pelignorum [c] Corfinienſes, Superæquani, Sulmonenſes: Marſorum [3] Anxantini, Atinates, [4] Fucentes, [5] Lucentes, Maruuij, Albenſium Alba ad [d] Fucinum lacum: Æquiculanorum Cliternini, Carſeolani: Veſtinorum Angulani, [6] Pinnenſes, Peltuinates, quibus iunguntur Auſinates ciſmontani: [e] Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixêre: colonia [7] Bouianum vetus, & alterum cognomine Vndecumanorũ. Auſidenates, Eſernini, [8] Fagifulani, [f] Ficolenſes, Sepinates, [9] Treuentinates: Sabinorum [g] Amiternini, [h] Curenſes, Forum Decij, Forum nouum, Fidenates, Interamnates, Nurſini, Nomentani, Reatini, Trebulani, qui cognominatur [i] [10] Mutuſcæi, & qui Suffenates, Tiburtes, Tarinates. In hoc ſitu ex [k] Æquiculis interiêre [l] Comini, Tadiates, Acedici, Alfaterni. Gellianus autor eſt, lacu Fucino hauſtum Marſorum oppidum Archippe, conditum à Marſya duce Lydorũ: item Vidicinorum in Piceno delerum à Romanis, Valerianus. Sabini (vt quidam exiſtimauêre) à religione & deorum cultu Seuini appellati: [m] Velinos accolunt lacus, roſcidis collibus. Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis. Tiberim ex his petens replet, è monte Fiſcello labens, iuxta Vacunæ nemora & Reate in eoſdem conditus. At ex alia parte Anio, in monte [n] Trebanorum ortus, lacus [12] tris amœnitate nobiles, qui nomen dedêre [n] Sublaqueo, defert in Tiberim. In agro Reatino [13] Cutiliæ lacum, in quo fluctuet inſula, Italiæ vmbilicum eſſe M. Varro tradit. Infra Sabinos Latium eſt, à latere Picenum, à tergo Vmbria, Apennini iugis Sabinos vtrinque [14] vallantibus.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Ferentanorum Peligni conterminorum, caput Ferentum, hodie, *Frauea villa*, in maris littore. Per eam regionem labitur Lentus fluuius, ex Maiela monte naſcens. Apud Liuium lib. 9. *Aulus conſul mo ſecunda præla Ferentanorum effuſam aciem proſligauit: & eorum vrbem in deditionem accepit.* Ferentanorum oppidum mediterraneum Prolomæo Anxanum, hodie *Lanſano*.

b Peligni hodie Valuenſes: inter montem Maielum & Apelinum, ab oppido Populio vſque ad Sulmonem extenduntur. In eo tractu oppidum eſt Furea, ſiue Palene, quaſi Peligne, à quo dictos Pelignos volunt. Addit Strabo Interocleam, quæ hodie Interdocum.

c Corfinium oppidum, in quo Domitius Ænobarbus Iulio Cæſari ſeſe obiecit, ne Pompeium inſequerentur, dirutum iacet. Eius ruinæ viſuntur in pago Diui Pelini, in planitie, quam Petinam vocant, procul ab oppido Populio tribus millibus paſſuum.

d Anaginæ fons Tophanus, hyeme, lacu Fuſcino glaciato, exareſcit: vêre autem regelato lacu, æſtate, autumno ingentem aquarum vim fundit, quibus Liris fluuius augetur. *Lago di Celano.*

e Hodie, *Aprazo*. Samnitibus olim continebantur Ferentani, Veſtini, Peligni, Marſi, Hyrpini, Marrucini.

f Quidam legendum putant Fieculenſes, eóque pertinere iocum Plauti in Captiuis. *Opus Tudertanis, opuſſe Fieculenſibus.*

g Aquila ex Amiterni ruinis, quod millibus quinque inde abeſt, & Furconij ciuitatis, epiſcopatu quondam nobilis, ædificata eſt. Amiterni reliquiæ viſuntur turres, templa, theatrum. Amiternius fuit Caius Salluſtius Criſpus.

h Curenſes, olim Cures, à quibus Quirites, hodie, Turres. Inde nati Numa Pompilius & Titus Tatius, Romanorũ reges. Epiſcopatus Sabinus, diui Euthymij, ei ciuitati, quæ nunc in exiguum vicum redacta fuit, propinquus eſt. Diuus Gregorius in Regiſtro Gratioſo Numentano Epiſcopo, ecclеſiæ diui Euthymij Curium in Sabinis adminiſtrationem committit.

i Mutiſcæ Virg. *Ereti manus omnis olinſiferaq; Mutiſca.*

k Æqui, qui Tyburi montes imminentes ac ſuperiores incolunt. Æquicolæ Virgilio 7. Æneid.

Horridæ præcipuè cui gens aſſiſtet æquæ multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.

Æqui Liuio lib. 9. *Populus Romanus bellum fieri Æquis iuſſit. Ad quadraginta oppida intra 60. dies, omnia oppugnando ceperunt: quorum plerasque diruta & incenſa ſunt, nonnéque Æquorum propè ad internecionem deletum &c.* In eo tractu ſunt, Vicouatro, Cantalupo, Portella.

l Cominij Liuiusſibro 10. meminit. Oppidum quondam Samnitum, quod Carbilius cæpit, cæſis hominum 4. millibus & 40. Montes altiſſimos Liri imminentes, vbi arces Viculbum, Aluentum, Sanctus Donatus, Picineſtum, Gallinarium. Septem fratres Cominium vocant ab illa vrbe, cuius locus etiam ignoratur.

m Velini lacus in Amſancti vallibus ſoli multum operuerunt, quod ob inundationem eorum infructuoſum fuit. At ijs in proximum Narem deductis agri multum iuxta Reate derectum eſt, graminis fœcundiſſimum, quem Roſeæ campos autor vocat iuſta ſub finem cap. 5 lib. 17. Virg. *Roſea rura.* Legendum ergò ſic puto: *Velinos accolunt lacus Roſcis campeſtribus. Eam amnis ſulphureis aquis, Tiberim petens, exhaurit illos ac deplet. E monte Piſcello is labens iuxta Vacunæ nemora, & Reate, in eodem conditur.* Vacunæ templum & oppidum prope Molianum fuit.

n Loci nomen eſt lacubus illis ſubiecti, à lacu fictum vicino ſtagnis Imbruinis. Ibi fuit Neronis Sublacenſis villa memorata à Frontino libro de Aquæductibus. Tacit. lib. 14. Nam quia diſcumbentis Neronis apud Imbruina ſtagna, villa cui Sublaceum nomen eſt, ictæ dapes &c.

Quinta regio. CAP. XIII.

1 & CH.
2 Omnino legendũ eſt, voto vere ſacro. Quid autẽ ſit ſacrum ver, & quem in vſum ſoleat vouerì, notũ eſt ex Strabonis lib. 5. ſic leg. & CH.
3 Flumina Albula Teruium &c. CH.

QVinta regio [a] Piceni [1] eſt, quondam vberrimæ multitudinis cccIx. M. Picentium in fidem populo Romano venêre. Orti ſunt à Sabinis [2] voto vere ſacro. Tenuêre ab Aterno amne vbi nunc ager Adrianus, & [b] Adria colonia, à mari vij. M. paſſ. flumen Vomanum, ager Prætutianus, Palmenſiſque. Item Caſtrum nouum, flumen Batinum, Truentum cum amne: quod ſolum Liburnorum in Italia reliquum eſt. [3] Flumina [c] Albulates, Suinum, Heluinum, quo finitur Prætutiana regio, & Picentium incipit. Cupra oppidum, caſtellum Firmanorum, & ſuper id colonia Aſculum, Piceni nobiliſſima. Intus Nouana. In ora Cluana, Potentia, Numana, à Siculis condita. Ab iiſdem colonia Ancona, appoſita promontorio Cumero in ipſo flectêtis ſe oræ cubito: à Gargano clxxxiij. M. paſſ. Intus Auximates, Beregrani, [d] Cingulani, Cuprenſes cognomine Montani, Falarienſes, Pauſulani, [4] Pleninenſes, [e] Ricinenſes, [f] Septempedani, [5] Tollentinates, [6] Triacenſes, [7] Vrbs [g] Saluia, Tollentini.

4 Plynienſes. Vet. Planienſes. Ch.
5 Tolenſes. CH.
6 Traianenſes. Plin.
7 cum vrbe. Vet.

ANNOTATIONES.

a A Piceno diuerſi. Picentes Neapolitani, quorum oppida maritima Salernum, Surrentum ad Sarni oſtia: mediterranea verò, Nola, Victoria. Piceni oppidi quod prouinciæ nomen impoſuit ruinæ ſuperſunt prope portum Firmanum, vrbem ad oſtium Lætitorentiſi, quem mortuum vocant.

b Spartiano teſte, eius Adriæ ciuis fuit Ælius Hadrianus. Memoratur & ea ciuitas Liuio lib. 14.

c Albula, hodie Librata. NOTA.

Omittit autor in Piceni deſcriptione Tignium oppidum, hodie *ſancta Maria* in Georgio, memorarum Cæſari i. Belli Ciuil. & vicinum fluuium Tigniam, nunc *Tenne*.

d Cingulanum, oppidum à Labieno ædificatum quod adhuc extat, Auxino propinquum.

e Ricinam inſtauratam, non vt tradit Blondus, ædificatam, Pertinax de ſuo nomine Æliam Ricinam vocauit. Maceratæ vicina eſt. Huius incolæ in collem propinquum migrantes, Ricinetum olim, nunc Recanetum condiderunt.

f E ruinis Septempedæ extructum eſt oppidum Sanſeuerinum, quod alluit Forentia fluuius: quidam legunt Septempedates.

g Ex ruinis Saluiæ extructum eſt oppidum Vrbiſaglia.

Sexta regio. CAP. XIIII.

1 Togata Gallia. V.
2 Ombricos. Hered. in Cleio. Mitalleius.
3 Coloniæ. Ch.
4 Pellium. CH.
5 Caſuentini. Ver.
6 Forobrentani. Ch.

IVngitur his ſexta regio, Vmbriam complexa, agrúmque Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona Gallica ora incipit, [1] Togatæ Galliæ cognomine. Siculi & Liburni plurima eius tractus tenuêre, in primis Palmenſem, Prætutianum, Adrianúmque agrum. Vmbri eos expulêre, hos Hetruria, hanc Galli. Vmbrorum gens antiquiſſima Italiæ exiſtimatur, vt quos [2] Ombrios à Græcis putent dictos, quòd inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent. ccc. eorum oppida Thuſci debellaſſe reperiuntur. Nunc in ora flumen Æſis, Senogallia. Metaurus fluuius, [3] colonia Fanum fortunæ, Piſaurum cũ amne. Et intus [4] Hiſpellũ, Tuder. De cætero Amerini, Attidiates, [a] Aſirinates, Arnates, Æſinates, Camertes, [5] Caſuentillani, Carſulani, Dolates cognomine Salentini, Fulginates, [b] Foroflamienſes, Foroiulienſes, cognomine Cõcubienſes, [c] Forobremitiani, [d] Foroſempronienſes,

f [7] Iguini

7 Iguini, [d] Interamnates cognomine Nartes, Meuanates, [8] Meuanienſes, Matilicates, Narnienſes, quod oppidum Nequinum anteà vocatum eſt, [e] Nucerini cognomine Fauonienſes, & Camelani, [9] Otriculani, Oſtrani, Pitulani cognomine Piſuertes, & alij Mergentini, [10] Peleſtini, [f] Sentinates, Sarſinates, [11] Spoletini, [12] Suarrani, Seſtinates, Suillates, Tadinates, Trebiates. Tuſicani, [13] Tifernates cognomine [14] Tibertini, & alij Metaurenſes, [15] Veſionicates, Vrbinates cognomine Metaurenſes, & alij Hortenſes, [16] Vettionenſes, Vindinates, Viuentani. In hoc ſitu interiêre Feliginates, & qui [g] Cluſiolum tenuêre ſupra Interamnam: & Sarranates, cum oppidis Acerris, quæ Vafriæ cognominabantur, Turocelo, quod Vetriolum. item Solinates, [17] Suriates, Fallienates, Apienates. interiêre & Arienates cum Crinouolo, & Vſidicani, & Plangenſes, Piſinates, Cæleſtini. Ameriam ſuprascriptam Cato ante Perſei bellum conditam annis [18] dccccIxiiij, [10] prodidit.

7 Liguinij: ex inſcriptu vetuſto lapide. Aldus in cõmẽt. Cæſ. Inginini. Vet.
8 Meuanionẽſes. V.
9 Legendum, Ocriculani, ab Ocriculo Vlumbrorum oppido: cuius meminit & Ptolomæus libro 3. cap. 1.
10 Peſtini. Vet.
11 Spolentini. Ch.
12 Suarreani. Vet.
13 Tiberinates. Ch.
14 Tiburini. Vet. Tiberini CH.
15 Veſinicates. Ch.
16 Mertionẽſes. Ch.
17 Curiates. CH.
18 dcccclxiij. CH.

ANNOTATIONES.

a Quidam Aſiſinates ab oppido Aſiſio, quod & Axin vocant: Propert.

Scandentiſque Axis conſurgit vertice murus:
Maurus ab ingenio notior ille tuo.

b In ruinis Fori Flaminij euerſi à Longobardis, extructum eſt Fulgineum, hodie Foligni. Alij tamen ſunt Fulginates Tiburtinis propinqui, quos autor hîc memorat: Straboni Forum Flaminij Nuceriæ propinquum eſt, vbi nunc Fulgineum.

c Foroſempronium hodie, *Foſſambruno*. in via Flaminia, quà Roma itur Ariminum, ab Auguſto lapidibus ſtrata.

d Interamnates Vmbri, Tarni hodie: Sabini, ſiue Præcutij, ſiue Samnites, Termini, vel Teruolæ. Sub Sora in Samnio, vbi Liris coëunt duo capita, inſula eſt, & oppidum Interamna dictum, quòd ijs duobus fluuijs circundetur.

e Alij ſunt Nucerini prope Neapolim ſupra capit. 5. huius lib. Hæc Nuceria cognomine Alphatenia, apud Liuium lib. 9. in Vmbris, quam Decius Conſul oppugnando ad deditionem ſubegit, in ripa Penij amnis, hodie *Topino*, prope Fulgineum, & Camerinum, vbi Straboni lignea vaſa fiunt, hodie ſuum nomen retinet, Nuceria: Fulgineum verò, Foroligno. Nuceria Alphatenja Liuio lib. 9. fortaſſis Alphateni.

f Sentina Vmbriæ, vicina Centino fluuio, qui etiam hodie nomen retinet, à Longobardis euerſa eſt, ex eiúſque ruinis ædificata oppida duo, Saxoferratum, & Fabrianum. Ptolomæus in Vmbris collocat. Blondus in Piceno.

g Quidam, Luceolum, oppidum in Flaminia via, quà itur Eugubium à Longobardis dirutum: Candiano oppido in eius ruinis extructo. Illic Torilæ mors Bellisario nunciata eſt.

Octaua regio. CAP. XV.

OCtaua regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluuius Cruſtumium, Ariminum colonia cum amnibus Arimino & Apruſa. Fluuius hinc [a] Rubico, quondam finis Italiæ. Ab eo [b] Sapis; & Vitis, & Anemo, Rauenna Sabinorum oppidum, cum amne Bedeſe, ab Ancona cij. M. paſſ. Nec procul à mari Vmbrorum [1] Butrium. Intus coloniæ, Bononia, Felſina vocitata, cùm princeps Hetruriæ eſſet, [2] Brixillum, [3] Mutina, Parma, [c] Placentia. Oppida, Cæſena, Claterna, Forum Clodij, Liuij, [d 4] Popilij, [5] Truentinorum, [e] Cornelij, [6] Laccini, [f] Fauentini, Fidentini, Oteſini, Padinates, Regienſes à Lepido, Solonates, ſaltúſque Galliani qui cognominantur Aquinates, [g 7] Tanetani, Veliates cognomine Vecteri, [8] Regiates, [9] Vmbranates. In hoc tractu interierunt Boij, quorum tribus cxij. fuiſſe autor eſt Cato: Item [h] Senones, qui ceperant Romam.

1 Brutium. CH.
2 Brixella. Pinet.
3 Mutina parua. Ch.
4 Pompiſij. Vet.
5 Brintanorũ. Blondus. hodie. Bretenou.
6 Licinij. CH.
7 Tannitani. CH.
8 Vegiates. Pinet.
9 Vrbinates. V. Vrbanates. Ch.

ANNOTATIONES.

a Labitur hic inter Ariminum & Ceſenam. Fluit in Adriaticum mare, & quod ait Lucanus: *Fonte cadit modico, paruiſque impellitur vndis.* Circa originem Rucon vel Rugon vocant: cùm longiùs prouectus eſt mare verſus, Piſciatello. Straboni Rubicon labitur inter Ariminum & Rauennam: exit inter Anconem & Senogalliam.

b Sapis per Candiam vallem Rauennæ propinquam fluens, portum olim faciebat commodiſſimum, in quo Auguſtus claſſem inſtituit, quæ Adriaticum mare cuſtodiret. Iraque nauarum, remigum, mercatorum concurſu ampla illic ciuitas Claſſis Rauennatum, ſiue Claſſenſis ædificata eſt, diui Gregorij ſæculo Epiſcopatus, à Luitprando rege Longobardorum capta & diruta, cuius exilia veſtigia nunc reſtant, templum Diui Apollinaris, extructum à Theodorico rege Oſtrogothorum, murorum, portus, & Phari quædam ruinæ.

c Ad id nomen ſpectat iocus Plauti in Captiuis: *opus paniceis, opus placentis quoque.*

d Pompilium hodie *Forimpopulo*. Anno 700. Grimoaldus Longobardorum tyrannus, die Sabbathi ſancto, cùm Chriſma conceptis verbis ſacraretur ex inſidijs captam diruit. Eandem reſtitutam à Forouolienſibus Ægidius Cardinalis Eccleſiæ legatus euertit, & aratro ſuffodit. Epiſcopatus tranſlatus eſt in Forum Brintanorum, hodie *Bretenoro*, pro quo hîc legitur Forum Truentinorum.

e Forum Cornelij à Narſetis militibus dirutum, Clephis Longobardorum Tyrannus Imolæ nomine reſtituit, & Rauennatibus, qui in fide P.R. perſtabant oppoſuit. Martial.

Si quibus in terris, qua ſimus in vrbe rogabit,
Cornelij reſpons, me licet eſſe foro.

f Sylla Carbonem cum exercitu ad Cluſium, Fauentiam, Fidentiolámque cæſo, Italia expulit. Liuius lib. 88.

g Tanetum Regio vicinum. huius meminit Liuius lib. 21. Totila ibi occiſus à Narſetis copijs, nempe Longobardis equitibus quos ad 10000. conduxerat.

h Senones Breno duce, 14. Calend. Auguſt. deleto Rom. exercitu, Romam ceperunt: hánceque de nomine Ducis Benogalliam appellarant. Prœlium commiſſum fuit ad Alliam fluuium, quem hodie Correſium vocant: vnde Allienſes dies nefaſti Romanis. Huic vicinum eſt oppidum Podium Carreſij.

De Pado flumine. CAP. XVI.

PAdus è gremio Veſuli montis, celſiſſimum in [1] cacumen elati, finibus Ligurum [2] Vagiennorum [a] Viſendo fonte profluens, condénſque ſeſe cuniculo, & in Forouibienſium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior: [3] Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaetontis [4] illuſtratus: augetur ad Canis [5] ortus liquatis niuibus, agris [6] quàm nauigiis [b] torrentior, nil tamen ex rapto ſibi [7] vindicans, atque vbi liquit agros, vbertate largior, trecentis M. paſſ. à fonte addens [8] meatu duodenonaginta: nec amnes tantùm Apenninos Alpinoſq; nauigabiles capiens, ſed lacus quoq; immẽſos in eum ſeſe exonerantes,

1 cacumẽ Alpium elati. M. & CH.
2 Gabiennorum. V.
3 à Græcis. Vet.
4 illuſtratus. perpetuò per n, legit. in CH.
5 ortum. CH.
6 agris quãnis torrentior. M.
7 Vendicans. M. Ch.
8 meatui: vt ſit Padi curſus P. 300088.

rantes, omni numero xxx. flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima ex iis, Apennini latere iactum, Tanarum, Trebiam, Placentinum, Tarum, Niciam, Gabellum, Scultennam, Rhenum. Alpium verò Sturam, [9] Morgum, Durias duas, Seſſiten, Ticinum, Lambrum. Adduam, Olium, Mincium. Nec alius amnium tam breui ſpatio maioris incrementi eſt. Vrgetur quippe aquarum mole, & in profundum agitur, grauis terræ, quanquàm [10] deductus in flumina & foſſas inter Rauennam [c] Atinúmque [11] cxx. M. p. tamen [12] quia largiùs vomit, [d] ſeptem maria dictus facere. Anguſta foſſa Rauennam trahitur, vbi Paduſa vocatur, quondam Meſſanicus appellatus. Proximum inde oſtium, magnitudinem portus habet, qui [e] Vatreni dicitur, quo Claudius Cæſar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius quàm naue intrauit Adriam. Hoc antè Eridanum oſtium dictum eſt, aliis [13] Spineticum, ab vrbe Spina, [14] quæ fuit iuxta, prævalens vt Delphicis creditum eſt theſauris, condita à Diomede. Auget ibi [f] Padum [g] Vatrenus amnis, ex Forocornelienſi agro. Proximum inde oſtium Capraſiæ, dein Sagis, dein [15] Volane, quod antè Olane vocabatur. Omnia ea flumina, foſsáſque, primi à [16] Sagi fecêre Thuſci, egeſto amnis impetu per tranſuerſum in Atrianorum paludes, quæ ſeptem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuſcorum [h] Atriæ, à quo Atriaticum mare antè appellabatur, quod nunc Adriaticum. Inde oſtia plena, Carbonaria, ac [i] foſſiones [k] Philiſtinæ, quod alij Tartarum vocant: omnia ex Philiſtinę foſſæ abundatione [17] naſcentia, accedentibus Atheſi ex Tridentinis Alpibus, & [18] Togiſono ex Patauinorum agris. Pars eorum & proximum portum fecit Brundulum, ſicut Edronem. [l] Medoaci duo, ac foſſa Clodia. His ſe Padus miſcet, ac per hæc effunditur, pleriſque, vt in Ægypto Nilus quod vocant Delta, triquetram figuram inter Alpes atque oram maris facere proditus, ſtad. ij. M. circuitu. Pudet à Græcis Italię [20] rationẽ mutuari. Metrodorus tamen Scepſius dicit, quoniam circa fontem arbor multa ſit picea, quę pades Gallicè vocetur, [21] Padum hoc nomen accepiſſe. Ligurum quidem lingua amnem ipſum [22] Bodincum vocari, quod ſignificet fundo carentem. Cui argumento adeſt oppidum iuxtà Induſtria, vetuſto nomine Bodincomagum, vbi præcipua altitudo incipit.

9 Orgum. Ch.
10 diductus.
11 per cxx. millia. CH.
12 quà. CH.
13 Spireticum. Vet.
14 quæ fuit iuxta prævalens, Delphicis (vt creditum eſt) theſauris à Diomede condita. Ch. & M.
15 Alane. CH.
16 Aſagi. M. Vet.
17 enaſcentia. M.
18 Vigiſono. Vet.
20 narrationem.
21 Padi. CH.
22 Bodingum. Ch.

ANNOTATIONES.

a nomen proprium eſt fontis.

b Torrentior, id eſt, rapidior, concitatior ac magis exundans: qua in re fallitur Iſidorus cap. 21. lib. 13. Etymol. qui torrentem dictum putat, quòd ſiccitate torreſcat & areſcat. Ego potius torrenté quaſi torquentem dictum putauerim, quod inflatus pluuijs, liquatiſue niuibus auctus obuia quæque intorqueat & peruertat. Alijs torrere rapere eſt, vnde torrens rapidus. Eridano tauri vultum Virgilius tribuit 4. Georg. quòd graui ſono vt taurus mugiat: & cornua, propter riparum flexuoſos ſinus.

Et gemma auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit vndis.

Sic tauri formam Auſidum Horat. vocat lib. 2. Carm. hinc figmentum de Acheloi cornu ab Hercule euulſo. Magius cap. 2. lib. 4.

c Ex huius oppidi ruinis ædificati eſt oppidũ Torcello. Martial.

Aemula Baianis Altini littora villis. Syli fluuio propinquum eſt.

d Palus verſus Æmiliam & Flaminiam porrecta, in eam Pado efuſo, & influentibus Anemone, hodie *l'Amone*. Silere torrente, hodie *Sil*: Cliterna torrente apud Bagnacauallo: Idice, prope Mulinellam: Scultenna hodie, *Panario*: Liminio, *Lamogio*: Formigine, fluuiolis ad Bundenum, Finis eius paludis, Turris Vcelini, & Kheni Bononienſis oſtium. *Bagnacauallo*, Blondo, olim Tiberiacum.

e Vatrenus hodie, *La riuiere de Imola*, & Iſaurus hodie *Folia*, Æmiliæ fines ſunt. Addunt quidam & Scultennam, hodie *Pannario*.

f Ad id Padi oſtium hodie Butrium eſt, Rauẽnatium caſtellum, & Spina, nunc vicus, olim florentiſſima ciuitas, nunc à mari diſtans nonaginta ſtadijs, olim maritima.

g Vatrenus hodie Spineticum oſtium non ingreditur, ſed auerſo curſu penè 20. millium itinere, nouo nominis oſtium in Paduſa habet, hodie zeniolum. Padi alueus qui à Ferraria Conſadalum, & qui à Coderia in mare labitur, abannis 150. recluſus eſt.

h Ea ſolo epiſcoparu famoſa eſt, à paucis piſcatoribus hodie incolitur.

i Piſtrinam follam nunc dici tradit Rodig. c. 1. 5. Alijs Peleſtrinam.

k à Thuſcorum tribubus & decurijs (*gouuer* Græci vocant) eũs rei cauſſa acciris, factæ.

l Bernado Iuſtino autore, alter eorum Brenta nomine Paduam petit: alter Bachilione, Taruiſium præterlabitur.

Italia Tranſpadana. Regio vndecima. [1] CAP. XVII.

1 Nona. Vet.

TRanſpadana appellatur ab eo regio, [2] vndecima tota in mediterraneo, cui maria cuncta fructuoſo alueo important. Oppida Vibi [3] forum, [4] Seguſio, Coloniæ ab Alpium radicibus, Auguſta Taurinorum antiqua Ligurum ſtirpe, [5] inde nauigabili Pado. Dein [6] Salaſſorum Auguſta Prætoria, iuxta geminas Alpium [7] fauces, Graias atque Pœninas. His Pœnos, Graiis Herculem tranſiſſe memorant. Oppidum Eporedia, Sibyllinis libris à Populo Romano [8] condi iuſſum. [9] Eporedicas Galli bonos equorum domitores vocant. Vercellæ [10] Libycorum ex Sallyis ortę, Nouaria ex Vertacomacoris, Voçontiorum hodiéque pago, non (vt Cato exiſtimat) Ligurum: ex quibus

2 nona. Vet.
3 Biuiforum. Ver.
4 Setuſum Ptolomæo.
5 Inde nauigabili Pado antiqua Ligurum ſtirpe. Ch.
6 Salanorum. M.
7 fores. CH.
8 conditum. Iuſſiſſe Epor. CH.
9 Iporedicas enim. M. Vet.
10 Libitiorum. Vet.

Leui & Marici condidêre Ticinum, non procul à Pado, ſicut [a] Boij trans Alpes profecti Laudem Pompeiam, Inſubres [b] Mediolanum. Orobiorum ſtirpis eſſe, Comum atque Bergomum, & Liciniforum, & aliquot circa populos, autor eſt Cato: ſed originem gentis ignorare ſe fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam à Græcia, interpretatione etiam nominis, viram in montibus degentibus. In hoc ſitu interiit oppidum Orobiorũ Barra, vnde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum prodente ſe altius quàm fortunatius [11] ſitos. Interiêre & [12] Caturiges Inſubrum exules, & Spina ſuprà dicta. Item Melpum opulentia præcipuum, quod ab Inſubribus, & Boiis, & Senonibus deletum eſſe eo die, quo Camillus Veios ceperit, Nepos Cornelius tradidit.

11 ſitum, eſt in. Ch. & vetuſtis codicib. non ſitos: vt oppidum Orobiorum, reſpiciat potius, quàm Bergomates.
12 Caturgi. M.

ANNOTATIONES.

a Quidam Boiorum etiam Mutinam eſſe volunt, vt Tanetum, & Regium. Horum meminit Liuius lib. 20. Vnde Bononia, quaſi Boionia.
b Galli. Claudian. in nuptijs Honorij & Mariæ, *Ad mœnia Gallis condita, lanigeræ ſuis oſtentantia pellem.* Nam cùm eius vrbis fundamenta iacerentur, effoſſo ſolo reperta eſt lanata ſus. Brod. cap. 26. 2.

Venetia. Decima regio.
CAP. XVIII.

SEquitur decima regio Italiæ, Adriatico mari appoſita, Venetia, cuius fluuius Silis ex montibus [1] Tauriſanis. Oppidum [a] Altinum, flumen [b] Liquentia ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine, colonia Concordia, flumina & portus Romatinum, Tilauentum maius minúſque; [2] Anaſſum, quò [3] Varramus defluit, [c] Alſa, [d] Natiſo cum Turro, præfluentes Aquileiam coloniam xij. M.p. à mari ſitam. [e] Carnorum hæc regio, iunctáque [4] Iapidum, amnis [f] Timauus, caſtellum nobile vino Pucinum: Tergeſtinus ſinus, colonia Tergeſte, xxiij. M.p. ab Aquileia. Vltra quam vj. M. p. Formio amnis, ab Rauenna clxxxix. M.p. antiquus auctæ Italiæ terminus, nunc verò [g] Iſtriæ, quam cognominatam [5] tradunt à flumine Iſtro, in Adriam effluente è Danubio amne, [6] eidémque Iſtro ex aduerſo Padi [7] fauces, contrario eorum percuſſu mari interiecto dulceſcente, plerique dixêre falsò, & Nepos [8] Cornelius etiam Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argo nauis flumine in mare Adriaticum deſcendit, non procul Tergeſte: nec iam conſtat quo flumine. Humeris trauectam Alpes, diligentiores tradunt. Subiiſſe autem Iſtro, dein [9] Sao, dein [h] Nauporto, [10] cui nomen ex ea cauſa eſt, inter [11] Æmonam Alpéſque exorienti.

1 Tauriſanis. Ch.
2 Anaſſus. V. Anaxum. CH.
3 Varianus. V. M.
4 Iapidũ regioni. V.
5 tradunt, abundat: neq; eſt in vet. exem. nec in. CH.
6 eodémque. M. Ch.
7 faucibus. M.
8 non leg. in. Ch.
9 Sano. CH. ſemper ſcribit pro Sabo.
10 Nauponto. Ver.
11 Emoniam Ver. hodie Citta nuoua.

ANNOTATIONES.

a Id oppidum ab Attilla incenſum & diruptum intra Gallicas palludes ſitum fuiſſe Victruuius tradit ca. 4 lib. 1. Martialis.
Velleribus primis Appulia, Parma ſecundis
Nobilis: Æſium tertia laudat ouis.
b Naſcitur prope Pulſinicum, pluribus fontibus eodem fermè loco ſcatentibus. Quidam putant è lacu Domus Sculteæ, *Caſtappaxa*, in agro Bellunenſi, per ſubterraneos meatus profluere. Opiterni jj fines valde procul abeſſe tradit Sabellicus.
c Hodie Siſanus. Labitur inter Mugliam oppidum Tergeſto proximum, & Iuſtinopolin, hodie caput Iſtriæ. In Iſtria Ptolomæus collocat.
d Natiſo hodie, *Natiſone*, Turro, hodie *Turrone*, Sontium hodie *Liſonito*: ſubeunt prope Manzan, & Vltium, hodie, Vdenæ 24. ſtadijs procul ab Aquileia, quam præterfluit Natiſſa amnis: vt probabile ſit Plinium pro Natiſſa, Natiſſonem ſcripſiſſe. Apud Paulum Lombardum lib. 4. Dugna matrona Aquileienſis ob metum Hunnorum irrumpentium ex ſuis ædibus in Natiſſam præcipitem ſe deiecit. Sontij nec Plinius nec Ptol. meminerunt. Idem Lombardus ſcribit, Theodoricum è Sirmio & Pannonia in Italiam tranſeuntem ad Sontium caſtra primùm poſuiſſe.
e Carnia Straboni montana, tractus montanus Foroiulio immi-nens, hodie *carantana*: vbi ciuitas Iuliũ Carnicum euerſum à Longobardis, hodie Iulio. Carnia litoralis Ptolomæo, hodie Patriarchatus Aquileienſis, & Forum Iulij Prouincia, vulgi *Friol*, vbi forum Iulium oppidum, hodie *ciuidale*. Eius prouinciæ fines: à meridie ſinus Adriaticus inter oſtia Liquentiæ, & Timaui quem tractum Cherſum vocant, iam Iſtriæ partem: à Septentrione Noricarum Alpium iuga: ab Ortu Iſtria & Iapidia, quas Illirici parté eſſe volunt. & præcipuè ad ortum ſolſtitialem Iapidiæ pars, Craniam: ab occaſu Bellunenſis & Taruiſinus ager, vſque ad ortum Liquentiæ. Sabellicus eius regionis peritiſſimus, vnicum Trilauentum agnoſcit, non duo, vt Plinius.
f Virgilio nouem, Strab. & Martial. ſeptẽ oſtijs in mare euoluitur.
Martial. *Laneus Euganei lupus exciput ora Timaui.*
Idem. *Et tu Ledeo felix Aquileia Timauo,*
Hic vbi ſeptenas Cyllarus (equus Caſtoris) hauſit aquas.
Blondus non rectè putat Brentam eſſe.
g Iſtria patet à Formione fluuio: hodie *Riſapio*, ad Fanaticum promontorium. Primaria eius ciuitas Iuſtinopolis, hodie *Capo d'Iſtria* extructa in inſula Pullaria, hodie *Capria*.
h Alius Strabonis Nauportus in Sauum defluens, & eiuſdem Pamportus in Drauum.

Iſtria. *CAP. XIX.*

IStria, vt peninſula, excurrit. Latitudinem eius xl. M.p. circuitum verò [1] cxxij. M. prodidêre quidam. Item adhærentis Liburniæ & [2] Flanatici ſinus. Alij Liburniæ clxxx. M. Nonnulli in [3] Flanaticum ſinum Iapidiam promouêre, à tergo Iſtriæ, cxxx. M. paſſ. Dein Liburniã cl. M. fecêre. Tuditanus, qui domuit Iſtros, in ſtatua ſua ibi inſcripſit, ab Aquileia ad Titium flumen [4] ſtad. cc. Oppida Iſtriæ ciuium Rom. Ægida, Parentium: colonia, Pola,

1 cxxv. CH.
2 Fanatici. V. hodie Catnariũ vel Quernarium.
3 Fanaticum. V.
4 Stad. Mi M. Vet.

Pola, quæ nunc Pietas Iulia, quondam à Colchis condita. Abeſt à Tergeſte c. M. paſſ. Mox oppidum [5] Neſactium: & nunc finis Italiæ fluuius [6] Arſia. Polam ab Ancona traiectus [7] cxx. M.p. eſt. In mediterraneo [a] regionis decimæ coloniæ, Cremona, Brixia Cenomannorum agro; [8] Venetorum autem Ateſte; & oppida Acelum, Patauium, Opitergium, Belunum, Vicetia; Mantua Tuſcorum trans Padum ſola reliqua. Venetos Troiana ſtirpe ortos, autor eſt Cato: [b] Cenomannos iuxta Maſſiliam habitaſſe in [c] Volcis. [9] Fertini, & Tridentini, & [10] Bernenſes, Rhætica oppida: Rhætorum & Euganeorum Verona, Iulienſes Carnorum. Dein, quos ſcrupulosè dicere non attineat, [11] Alutraenſes, Aſſeriates, [d] Flamonienſes, Vannienſes, & alij cognomine Culici: Foroiulienſes cognomine Tranſpadani, Foretani, [12] Venidates, Quarqueni, Tauriſani, Togienſes, [13] Varuani. In hoc ſitu interiêre per oram Iramine, Pellaon, [14] Palſicium: ex Venetis Atina, & Cælina: Carnis, Segeſte, & Ocra: Tauriſcis Noreia. Et ab Aquileia ad duodecimum lapidem, deletum oppidum, etiam inuito Senatu, à M. Claudio Marcello, L. Piſo autor eſt. In hac regione & [15] x. lacus inclyti ſunt, amnéſque eorum partus aut alumni; ſi modò [16] exceptos reddunt, vt [e] Adduam Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium [f] Sebinus, Lambrum Eupilis, omnes incolas Padi. Alpes in longitudinem [17] x. paſſ. patere à ſupero mari ad inferum, Cælius tradit: Timagenes xxij. M.p. [18] deductis: in latitudinem autem Cornelius Nepos c. M. T. Liuius tria M. ſtadiorum: vterque diuerſis in locis. Nam & centum millia excedunt aliquando, vbi Germaniam ab Italia ſubmouent: nec lxx. M. explent reliqua ſui parte graciles, veluti naturæ prouidentia. Latitudo Italiæ, ſubter radices earum à Varo, per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, [19] Vicetiam, Opitergium, Aquileiam, Tergeſte, Polam, Arſiam, [20] dccij. millia paſſuum [21] colligit.

5 Nexantium. Ver. *Arſi.*
6 Myrſia Ch.
7 cxxx. CH.
8 Venetorũ autem Adria, Ateſte & oppidum. Ver.
9 Feltrini. Ver.
10 Bernenſes. V. ſic C H. niſi quod pertuo pro u, b. ſcribit & econtrà vt ſuper. ca. Sauo pro Sabo. ſic hic Berbẽſes pro Bernenſes.
11 Alutrenſes. M.
12 Nedinates. Ver.
13 Varbari. CH.
14 Palſatium. Ch.
15 xj. Ver. M. CH.
16 acceptos. Ver. M. Chiff.
17 x. M. paſſ. V. Ch.
18 deductis. In latitudinem autẽ Cornelius Nepos col. M. Tol. & Salm.
19 Vincentiam. V.
20 dcc. xiij. Tol. & Salm. dccxlv. CH.
21 agit. Tol. Salm.

ANNOTATIONES.

a Hæc ad præcedens caput pertinere videntur.
b Cenomannorum in Gallia Togata oppida ſunt, Bergamum, Mantua, Tridentum: vt Inſubrum, Nouaria, Mediolanum, Comum, Ticinum: Lybicorum, Vercellæ, Derrona, Taurinum Taurinorum Ptolomæo.
c Procul à vero id abeſt.
d Hi cognominabantur Vannienſes, alijs Culici. Pint.
e Apud Strabonem ſub finem lib. 4. perperàm legitur, Aduam è Verbano, Ticinum ex Lario profluere, ſine interpretis culpa, ſine librariorum errore ac negligentia.
f Nunc lacus Iſei, in Brixiano tractu. Eum fluuius Ollius è ſuperioribus locis natus ingreditur, ac ex eo eſſe profert.

De Alpibus & gentibus Alpinis.
CAP. XX.

INcolæ Alpium multi populi, ſed illuſtres à Pola ad Tergeſtis regionem [1] Secuſſes, Subocrini, Catili, Menocaleni; iuxtáque Carnos quondam Tauriſci appellati, nunc Norici. His contermini Rhæti & Vindelici, omnes in multas ciuitates diuiſi. Rhætos Thuſcorum prolem arbitrãtur, à Gallis pulſos duce Rhæto. Verſo deinde [2] Italiã pectore Alpium Latini iuris Euganeæ gentes, quarum oppida xxxiiij. enumerat Cato. Ex iis Triumpilini venalis cum agris ſuis populus: dein Camuni, complureſque ſimiles, finitimis attributi municipiis. Lepontios & Salaſſos, Tauricæ gentis idem Cato arbitratur. Cæteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt, [3] præuſtis intra ſinus Alpium niue membris: eiuſdem & Graios fuiſſe, poſitos in tranſitu, Graiarum Alpium incolas, præſtanteſq; genere Euganeos, inde tracto nomine. Caput eorum Stonos: Rhætorũ [a] [4] Vennonetes, Saruneteſq; ortus Rheni amnis accolunt: Lepontiorum qui Viberi vocãtur, fonte Rhodani, eodem Alpium tractu. Sunt præterea Latio donati incolæ, vt Octodurenſes, & finitimi Ceutrones, Cottianæ ciuitates. Caturiges, & ex Caturigibus orti Vagienni, Ligures, & qui [5] Mõtani vocãtur: Capillatorumq; plura genera ad confinium Liguſtici maris. Non alienũ videtur, hoc loco ſubiicere inſcriptionem è [b] trophæo Alpiũ, quę talis eſt. Imperatori Cæſari Diui Fil. Aug. Pontifici Maximo, Imp. [6] xiij. tribunitiæ poteſtatis. S.P.Q.R. quòd eius ductu auſpiciiſq; gẽtes Alpinæ omnes, quę à mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium po. Rom. ſunt [7] redactę. Gentes Alpinę deuictę, Triumpilini, [8] Camuni, Vennonetes, Iſarci, [9] Breuni [10] Naunes, Focunates. Vindelicorũ gentes quatuor, Conſuanetes, [11] Virucinates, Licates,

1 Secuſſes. Ch.
2 in Italiam. V.
3 præuſtis in tranſitu Alpiũ membris. Eiuſdẽ exercitus & Graios fuiſſe, Graiarum Alpium & M. Chiff.
4 Vennonenſes. Ch.
5 quidã legũt Appuani ab oppido Appua, hodie Pontremolo.
6 xviij. Tol. Salm. Imp. xiij. Tribunitiæ poteſtatis xviij. Ver.
7 redactæ & gentes. CH.
8 Camici, Vennetes, Vẽnonetes Ch.
9 Brigantij, Straboni. *Briançon.*
10 Cenaunes. Ch.
11 Rucinates. Ch.

Catenates: [12] Abiſontes, Ruguſci, Suanetes, [13] Calucones, Brixentes, Lepontij. Viberi, Nantuates, Seduni, Veragri, [14] Salaſi, Acitauones, [c] Medulli, [15] Vceni, Caturiges, Brigiani, Sogiontij, Ebroduntij, Nemaloni, Edenates, Eſubiani, Veamini, Gallitæ, Triulatti, Ectini, Vergunni, Eguituri, Nementuri, Oratelli, Neruſi, Velauni, Suetri. Non ſunt adiectæ Cottianæ ciuitates [16] xiij. quæ non fuerunt hoſtiles, [17] item attributæ municipiis lege Pompeia. Hæc eſt Italia diis ſacra, hæ gentes eius, hæc oppida populorum. Super hæc Italia, quæ L. Æmylio Paulo, C. Atilio Regulo Conſulibus, nuntiato Gallico tumultu, ſola ſine externis vllis auxiliis, atque etiam tunc ſine Tranſpadanis, equitum lxxx.M. peditum dcc. M. armauit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere conſulto patrum, Italiæ parci iubentium.

12 Ambiſones. Ch.
13 Allucones. Ch
14 Salaſſi, Centrones. CH.
15 Veneni vt ſupra cap. 5.
16 xv. CH.
17 ſed. V.

ANNOTATIONES.

a Rhenanus putat legendum: Vennonetes Rutentéſque. Sunt enim Vennonetes, qui & Veneti, lacus Venetiaccolæ, nempe partis lacus Conſtantienſis.
b Trophæum id fuiſſe prope Auguſtam Prætoriam Salaſſorum arbitratus, deceptus eſt. Reliquiæ eius trophæi viſuntur prope oppidum Monigo in Liguribus, extante adhuc columna cocleata, qua & ſpeculæ, & arcis loco vruntur. Incolæ vocant Torbia, quaſi Trophæa.
c Medulli, vel Miolani Ligurũ, ſupra Sauonam, prope Maluefin.

Illyricum. CAP. XXI.

ARſiæ gens Liburnorum iungitur, vſque ad flumen Titium. Pars eius fuêre Mentores, Hymani, Encheleæ, [1] Dudini, & quos Callimachus Peucetias appellat: nunc totum vno nomine [a] Illyricum vocatur generatim, populorum pauca effatu digna, aut [2] facilia nomina. Conuentum Scardonitanum petunt [b] Iapides, & Liburnorum ciuitates [3] xiiij. è quibus Lacinienſes, Stulpinos, Burniſtas, Albonenſes nominare non pigeat. Ius Italicum habent eo conuentu Alutæ, Flanates à quibus ſinus nominatur, Lopſi, Varubarini, immunéſque Aſſeſiates, & ex inſulis [4] Fulfinates, Curictæ. Cæterùm per oram oppida à Neſactio, Aluona, [5] Flauona, Tarſatica, Senia, Lopſica, Ortopula, Vegium, Argyruntum, Corinium, Ænona ciuitas, Pauſinus flumen, [6] Tedanium, quo finitur Iapidia. Inſulæ eius ſinus cum oppidis, præter ſuprà ſignificatas, Abſirtium, Arba, [7] Tragurium, Iſſa, Pharos, Paros antè: Crexa, Giſſa, Portunata. Rurſus in continente colonia [8] Iadera, quæ à Pola, c lx. M. p. abeſt: inde triginta M. Colentum inſula, xviij. oſtium [9] Titij fluminis.

1 Budini. Ch.
2 fœlicia. V.
3 xxiiij. CH.
4 Furtinates Fuſinates. Chif.
5 Flamona. Ch.
6 Telanium. Vet.
7 in M. & Ver. deeſt.
8 Iader, vt cap. vlti. huius lib.
9 Titi, legẽdum videtur ex Ptolemæo, qui ad finem lib. 2. fluuium hunc Titium appellat, nõ Titium.

ANNOTATIONES.

a Bernardo Iuſtino, Dalmatæ Iſtri accolæ Liburniam occupatam Dalmatiam vocarunt, ſecundum litus Adriatici maris à Polo vſque Catarum. Montana imminentia, Croatia ſunt. Eius vicini Illirici, hodie Sclaui, & Boſnenſes, olim Triballi, vltra quos Albani, olim Epirotæ, à Drino fluuio, vſque Dyrrhachium, & poſt eos Raſciani, Flauio Vopiſco, & Capitolino in vita Conſtantij primi & ſecundi, Galerij Maximini, Iuliani, Claudij ſecundi: Illyricum continet quicquid eſt à Fanatico ſinu vſque ad Peloponneſum, & Iſtrum, Macedoniam, Epirum, Pannoniam, Dalmatiam.
b Iapidiam cum Venetorum regione & Iſtria confuſam eſſe tradunt recentiores Geographi. Bernadus tamen Iuſtinus lib. 3. hiſtoriæ Venetæ ſcribit Soncium fluuium Carſos montes, quos olim Iapidiam vocarunt, ab Alpibus diuidere. Strabonì Iapidum oppida ſunt Metullum, Arupe, Manetium, Vendum.

Liburnia. CAP. XXII.

LIburniæ finis & initium Dalmatiæ Scardona, in [1] amne eo, x ij. M. p. à mari. [2] Dein Tariotarum antiqua regio, & caſtellum Tariona: promontorium Diomedis, vel vt alij, peninſula Hyllis, circuitu c. M. paſſ. Tragurium ciuium Romanorum, marmore notum: Sicum, in quem locum Diuus Claudius veteranos miſit. Salona colonia, ab Iadera [3] ccxxij. M. paſſ. Petunt in eam [4] iura deſcripti in decurias [5] ccclxxij. [6] Dalmatæ. [7] xxij. Decuni: [8] ccxxxix. Ditiones: lxix. Mezæi: lij. Sardiates. In hoc tractu ſunt, Burnum, Mandetrium, Tribulium nobilitata Popul. Roma. præliis caſtella. Petunt & ex inſulis, Iſſæi, Colentini, Separi, Epetini. Ab his caſtella, Piguntiæ, Rataneum, Narona colonia tertij conuẽtus, à Salona lxxij. M. paſſ. appoſita [9] cognominis ſui fluuio, à mari xx. M. paſſ. [10] M. Varro lxxxix. ciuitates eò ventitaſſe autor eſt. Nunc ſoli propè noſcuntur Cerauni decuriis xxiiij. Daorizi xvij. Deſitiates [11] ciij. Docleatæ, xxxiij. Deretini xiiij. [12] Deremiſtæ xxx. Dindari xxxiij. Glinditiones xliiij. Melcomani xxiiiij. Nareſij cij. Scirtari lxxij. Siculotæ xxiiij. populatoréſque quondam Italiæ Vardæi non amplius quàm xx. decuriis. Præter hos tenuêre tractum eum [13] Oenei, Partheni, Hemaſini, Arthitæ, [14] Armiſtæ. A Narone amne

1 lego ſine.
2 Deotrariotarũ antiqua regio. M,
3 cxij. Ch.
4 iura, iuribus deſcripris. M. Ch.
5 cccl xxij. Tol. Salm.
6 Delmatæ. Tol.
7 xxvj. CH.
8 *cccl xix. Deditiones. CH.
9 cognomini ſibi.
10 M. in M. & V. dẽl.
11 cviij. CH.
12 Dereniſtæ. Vet.
13 Ozuri. Ch.
14 Arinſtæ. CH.

amne c. M. paſſ. abeſt Epidaurum [15] colonia. Oppida ciuium Roma. Rhizinium, Aſcriuium, [16] Butua, Olchinium, quod anteà Colchinium dictum eſt, à Colchis conditum: amnis Drilo, ſupérque eum oppidum ciuium Romanorum Scordra, à mari xviij. M. paſſ. Præterea multorum Græciæ oppidorum deficiens memoria, necnon & ciuitatum validarum. Eo nanque tractu fuêre [17] Labeatæ, Enderudini, Saſſæi, Grabæi, propriéque dicti Illyrij, & Taulantij, & Pyræi. [18] Retinet nomen in ora Nymphæum promõtorium: Liſſum oppidum ciuium Romanorum, ab Epidauro c. M. paſſuum.

15 colonia. Ab Epidauro ſunt oppida &c. Chiff.
16 Butuanum Ch.
17 Labeatæ, Eſſanæ, Enderuni. &c. Ch.
18 hæc duo vocab. retin. nom. ſuppoſitia videntur.

Macedonia. CAP. XXIII.

ALiſſo Macedonia prouincia, gẽtes [1] Partheni, & à tergo eorum [2] Daſſaretæ. [3] Montes Candauiæ à Dyrrachio lxxix. M. paſſ. In [3] ora verò Denda ciuium Romanorum, [b] Epidamnum colonia, propter inauſpicatum nomen à Romanis Dyrrachium appellata: flumen Aous, à quibuſdam Aeas nominatum: Apollonia, quondam Corinthiorum colonia, [4] vij. M. paſſ. à mari recedens: cuius in finibus celebre Nymphæum. Accolunt barbari, Amantes & [5] Buliones. At in ora oppidum Oricum à Colchis conditum. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia, quibus hunc Europę determinauimus ſinum. Oricum à Salentino Italiæ promontorio diſtat [6] lxxxv. M. paſſ.

1 Parthini. Vet.
2 Diſſaretæ. Vet.
3 In ora ciuiũ Rom. Epidamnum Finet.
4 iiij. Ch.
5 Cicero de Orat. Bullidẽſes vocat. Steph. Bollidẽſes. Turn. cap. 15. lib. 21. Aduerſ.
6 *lxxx. M. Chiff.

ANNOTATIONES.

a Deſerta Candauiæ Seneca vocat epiſtola 31. lib. 4.
b Lege Vall. Max. cap. 5. lib. 1. in exemplo & hiſtoria Apolloniatarum. Plautus in Menæch. *Propterea huic vbi nomen Epidamnum inditum eſt; Quia nemo fermè huc ſine damno diuortitur.*

Noricum. CAP. XXIIII.

ATergo [a] Carnorum & Iapidum, quà ſe fert magnus Iſter, Rhætis iunguntur Norici. Oppida eorum Virunum, Celeia, Teurnia, Aguntum, Viana. Aemonia, Claudia, Flauium, Soluenſe. Noricis iunguntur lacus Peiſo, deſerta Boiorum: iam tamen colonia Diui Claudij Sabaria, & [1] oppido Scarabantia Iulia habitantur.

1 oppidum Sarabãtia quibuſdam legitur pro zum Rotte.

ANNOTATIONES.

a A tergo Carnorum & Iapidum quà ſe fert magnus Iſter. Hæc in Manuſcripto & veteri annectuntur capiti ſuperiori.

Pannonia. CAP. XXV.

INde glandifera [1] Pannoniæ: qua miteſcẽtia Alpium iuga, per medium Illyricum à Septentrione ad Meridiem verſa, molli in dextra ac læua deuexitate conſidunt. Quæ pars ad mare Adriaticum ſpectat, appellatur Dalmatia, & Illyricum ſuprà dictum. Ad Septentriones Pannonia vergit: finitur inde Danubio. In ea coloniæ, Aemona, Siſcia. Amnes clari, & nauigabiles in Danubium defluunt, [2] Draus è Noricis violentior, Saus ex Alpibus Carnicis placidior [3] cxv. M. paſſ. interuallo. Draus per Serretes, Serrapillos, Iaſos, [4] Sandrizetes: [5] Saus per Colapianos, Breucóſque. Populorum hæc capita. Prætereà Ariuates, Azali, Amantes, Belgites, [6] Catari, Corneates, [7] Arauiſci, Hercuniates, Latouici, Oſeriates, Varciani. Mons Claudius, cuius in fronte [8] Scordiſci, in tergo Tauriſci. Inſula in Sao Metubarris, amnicarum maxima. Prætereà amnes memorandi, Calapis in Saum influens iuxta Siſciam, gemino alueo inſulam ibi [9] efficiens, quæ Segeſtica appellatur. Alter amnis [10] Bacuntius in Saum Sirmio oppido influit: vbi ciuitas Sirmienſium, & Amantinorum. Inde xlv. M. paſſ. Taurunum, vbi Danubio miſcetur Saus. Suprà influunt [11] Valdanus, Vrpanus, & ipſi non ignobiles.

1 Pannonia. Ver.
2 Drauus. Vet.
3 cxx. Chiff.
4 Sandizetes Chiff.
5 Sauus. Vet.
6 Catzari. Vet.
7 Erauiſci Chiff.
8 Cordici Chiff.
9 efficit Chiff.
10 Acuntius Chiff.
11 Vadaſus Chiff.

Mœſia.[a] CAP. XXVI.

PAnnoniæ [b] iungitur prouincia, quæ Mœſia appellatur, ad põtum vſque cum Danubio decurrens. Incipit à confluente ſuprà dicto. In ea Dardani, Celegeri, Triballi, Trimachi, Mœſi, Thraces, Põtóque contermini Scythæ: flumina clara, è Dardanis Margis, Pingus, Timachus: ex Rhodope Oeſcus: ex Hæmo, Vtus, [1] Eſcamus, Ieterus. Illyrici latitudo, quà maxima eſt, cccxxv. M. paſſuum, colligit. Longitudo à flumine Arſia ad

1 Aeſcamus. Chiff.

flumen Drinium dccc. M. [2] A Drinio ad promontorium Acroceraunium, clxxij. M. Agrippa prodidit vniuersum hunc sinum Italiæ & Illyrici ambitu xiij. In eo duo maria, quo distinximus fine: Inferum, siue Ionium in prima parte, interius Adriaticum, quod Superum vocant. Insulæ in Ausonio mari præter iam dictas, memoratu dignæ, nullæ: in Ionio paucæ: Calabrolitore ante Brundisium, quarum obiectu portus efficitur: contra Apulum litus Diomedea, conspicua monumento Diomedis: & altera eodem nomine, à quibusdam [c] Teutria appellata. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, [3] natura vadosi maris, æstuariisque tenui alueo intercursantibus. Claræ ante ostia Timaui calidorum fontium cum æstu maris crescentium: iuxta Istrorum agrum, Cissa, [4] Pullariæ, & Absyrtides Graiis dictæ, à fratre Medeæ ibi interfecto [5] Absyrto. Iuxta eas Electridas vo- 1 d
cauêre, in quibus proueniret succinum, quod illi electrum appellant vanitatis Græcæ certissimum documentum: adeò vt quas earum designent, haud vnquam constiterit. Contra Iader est [6] Lissa: quæque appellatæ contra Liburnos Creteæ aliquot: [7] nec pauciores Liburnicæ, Celadussæ. Contra Surium, bubus & capris laudata Brattia, Issa ciuium Romanorum [8] reliqua, & cum oppido Pharia. Ab his Corcyra, Melæna cognominata cum Gnidiorum oppido distat [9] xxij. M. passuum; inter quam & Illyricum [d] Melita, vnde catulos Melitæos appellari Callimachus autor est. [10] xij. M. passuum ab ea tres Elaphites. In Ionio autem mari ab Orico M. M. [11] passuum Sasonis piratica statione nota.

2 Malim veterem lectionem, quæ sic habet, A Drinio ad promontorium Acroceraunium clxx. (clx. Chiff.) M. Agrippa prodidit: vniuersum autē hūc sinum Italiæ & Illyrici ambitu xiij. (xiiij. Chiff.)

3 natura vadoso mari. M. & Chiff.

4 Pullaria. Tol.

5 nomine quidam addunt.

6 Basilissa Ch.

7 nec non Truconē. Tol.

8 in Man. del.

9 xxv. Chiff.

10 xv. Ch.

11 passuum propè Sasonis Chiff.

ANNOTATIONES. 20

a Mœsia superior, hodie Bosna, cum parte Seruiæ: Mœsia inferior, hodie, Bulgaria, cum parte Vualachiæ. Bulgari olim Triballi. Ptolomæus, qui sæculo Antonini Imperatoris scripsit, meminit vtriusque. Vopiscus tamen longè posterior, scribit Aurelianum Dacos, qui vltra Danubium habitabant, in Mœsiam traduxisse, in eum tractū scilicet, vbi nunc Seruia est, & Mœsiā in duos secuisse.

b Pannoniæ pars Dacia, siue Transyluania. Hanc tenent tres gentes: Teotones, siue Teutones, oriundi à Saxonibus, bello fortes, hodie Sibeburgenses, à septem vrbibus, quas possident, nominati. Septemcastrum eam prouinciam vocant. Situli, Vngari vetustissimi, &, vt aiunt, nobilissimi. Agrosij quamuis colant, & greges pascant, inuicem sibi occurrētes generosos se Dominos salutant. Immunes sunt, nisi cùm rex corronatur. Tum enim quisque paterfamiliàs taurum pendit. Sexaginta millia ea gens se daturam pacta est. Iussi nisi ad bellum proficiscantur, plectitur capite, ac omnium bonorum iactura, quæ fisco adiudicantur. Tertij, Vualachi, Istro finitimi à Meridie. Rosanis siue Rutenis, à Septentrione. Nomadibus Schythis, siue Tartaris, versus Tyra fluuium: olim Gætæ, qui Darium Histaspis repulerunt. A Flacco, qui eò coloniam deduxit, Flaccos, posteà Vvalachos dictos arbitrantur: vt Seruiam prouinciam, quòd, teste Strabone, Getarū, & Dacorum, vnde Dauus Terentianus quasi Dacus, seruilia nomina sint, & in Seruiam Daci, siue Getæ transierint.

c Straboni pariter duæ & in earum altera, vrbs Vreum, hodie, Bestia.

d Melita duplex: altera inter Africam & Siciliam, ante Pachynum Malta, à qua Strabo Melitæos canes vocatos scribit: altera Plinij Dalmatica siue Illyrica, è regione Ragusæ veteris, ab Antonino in Itinerario memorata, & Stephano, qui cum Plinio canes inde cognominatos censet. Veneti more antiquo, triremium præfectis mandant, vt Venetias redeuntes, dextrorsum & introrsum per Meliten sem canalem nauigent, non læuorsum. Vide prouerbium, Melitæus canis. 30

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER QVARTVS.

Vnde primum omnis Græcia fabulositas, & literarum claritas effulsit.

LERTIVS Europæ sinus Acroceraunis incipit montibus, finitur Hellespontо: amplectitur præter minores sinus [1] xix. xxv. M. passuum. In eo Epirus, Acarnania, Aetolia, Phocis, Locris, Achaia, Messenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia; iterúmque ab alio mari eadem Phocis & Locris, Doris, Phthiothis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia. Omnis Græciæ fabulositas, sicut & literarum claritas, ex hoc primùm sinu effulsit. Quapropter in eo paululùm commorabimur. [a] Epiros in vniuersum appellata, Acroceraunis incipit montibus. In ea primi Chaones, à quibus Chaonia: dein Thesproti, Antigonenses: locus Aornos, & pestifera auibus exhalatio: Cestrini, Perrhæbi, quorum mons Pindus, Cassiopæi, Dryopes, [2] Selli, [3] Hellopes, Molossi, apud quos Dodonæi Iouis templum, oraculo illustre: [4] Tomarus mons, centum fontibus circa radices, Theopompo celebratus.

1 xx. xxvj. Chiff.

2 Sellœ. Vet.

3 Helli. quibusdam.

4 Talarus Vet. & Chiff.

ANNOTATIONES.

a Ab his verbis in Manuscripto incipit caput primum.

Epirus. CAP. I.

EPirus ipsa ad Magnesiam Macedoniámque tendens, à tergo suo Dassaretas suprà dictos, liberam gentem, mox feram Dardanos habet. Dardanis læuo Triballi prætenduntur latere, & Mœsicæ gentes: à fronte iunguntur Mædi ac [1] Densel atæ, quibus Thraces, ad Pontum vsque pertinētes. Ita succincta Rhodopes, mox & Hæmi vallatur excelsitas. In Epiri ora castellum in Acroceraunis [2] Chimæra, sub eo aquæ regiæ fons. Oppida Mæandria, Cestria: flumen [a] Thesprotiæ [3] Thyamis: colonia Buthrotum; maximéque nobilitatus Ambracius sinus, [4] faucibus spatiosum æquor accipiens, longitudinis [5] xxxix. M. pass. latitudinis. xv. M. In eum defertur amnis Acheron, è lacu Thesprotiæ Acherusia profluens xxxvj. M. pass. inde, & mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus. In sinu oppidum Ambracia. Molossorum flumina, Aphas & Arachthus. Ciuitas [6] Anactoria, [7] lacus Pandosia. Acarnaniæ, quæ anteà [8] Curetis vocabatur, oppida Heraclia, Echinus, & in ore ipso colonia Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili, ac ciuitate

1 Densel eti. Vetus. alij Denthelatæ.

2 Chimeriū. Strab. lib. 7.

3 Thymias. Chiff.

4 D. (Polyb. DC. pass.) faucibus quingentorum pass. spatiosum æquor accipiens. Longitudinis sunt &c. Ch.

5 xxxvij M.

6 Anactoria Chiff.

7 Iacus Chiff.

8 Curetes Ch.

ac ciuitate libera Nicopolitana. Egressos sinu Ambracio in Ionium, excipit Leucadium litus promontorium Leucates. Dein sinus ac Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opere accolarum abscisa à continenti,[9] ac[c] reddita ventorum flatu congeriem harenæ accumulantium, qui [10] lacus vocatur Dioryctos, stadiorum longitudine trium. Oppidum in ea Leucas, quondam Neritum dictum. Deinde Acarnanum vrbes, Halyzea, Stratos, Argos Amphilochicum cognominatum. Amnis [d] Achelous è Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens, & Artemitam insulam assiduo terræ inuectu continenti annectens.

9 ac edita. Vet.
10 locus Chiff.

ANNOTATIONES.

a Vide Strabonem lib. 7.
b Apud Liuium lib. 29. Buthrotus amnis haud procul à Locris Epizephyrijs abest.
c Alij edita: (alta) ὑψηλὰ. Alij, reddita, rursum adnexa continenti. Ex scopulo eius Peninsulæ in mare porrecto, amoris impatientia Sappho præcipitem se dedit. Lælius vetus poëta.

Sofiçque in alta maria præcipitem misit,
Inops & ægra sanitatis Heroïs.

Anacreon. ἀρθεὶς δ' ὕπ' ἀπὸ λοβάκος πέτης

Ὑ σπολὴν νῦμφα πολυμῦθε μαθοῦσ' ζωῆς.

Idem. τὴν τὸτ' ἐρημωμεν Θησέως φάων' ἐπιχθονὶ πόθῳ φίλε πέτρας ἀπὸ τανηφαωτε, ἐσσὰ κατ' ἀγλαὸ οἶδ' Ἀστερ' αἴωρ. Vide apud Scaligerum cap. 18. lib. 2. Adnot. incundissimam hac de re historiam.
d Achelœum primum omnium fluuiorum erupisse terra credide runt. Inde Virg. 1. Georg. Acheloia pocula aquæ.

Poculáque inuentis Acheloia miscuit vuis.

Aristophanes in Cocalo, Ταῖσιν τι δῶμα τῶνδε: ἢ κρυπτὸν τοῦχων ἄνω σπάσασα λιχνὸς Ἀχελῶὸς ῥέῖσον. Turn. cap. 25. 29.

Aetolia. CAP. II.

1 Marages Ch.
2 Atrages. Vet.

Aetolorum populi Athamanes, Tymphei, Ephyri, Aenienses, Perrhæbi, Dolopes, [1] Maraces, [2] Atraces, à quibus Atrax amnis Ionio mari infunditur. Aetoliæ oppidum Calydon, est septem millium quingentorum passuum à mari, iuxta Euenum amnem. Dein Macynia, Molycria: cuius à tergo Chalcis, & mons est [3] Taphiassus. At in ora promontorium Antirrhium, vbi ostium Corinthiaci sinus, minus mille passuum latitudine influentis, Aetolósque dirimentis à Peloponneso. Promontorium, quod contrà procedit, appellatur Rhion: sed in Corinthiaco sinu oppida Aetoliæ [4] Naupactum, Pylene: & in mediterraneo Pleuron, Halysarna. Montes clari, in Dodone [5] Tomarus, in Ambracia Crania, in Acarnania Aracynthus: in Aetolia Acanthon, Panætolium, Macinium.

3 Præsius. Vet.
4 Naupactos. Ch.
5 Talarus. Vet. Ch.

Locri. CAP. III.

PRoximi Aetolis Locri, qui cognominantur Ozolæ, immunes. Oppidum Oeanthe. Portus Apollinis Phæstij, sinus Crissæus. Intus oppida Argyna, Eupalia, Phæstum, Calamissus. Vltrà Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrha, portus Chalæon, à quo [1] vij. M. passuum introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte [a] Parnasso, [2] clarissimum in terris oraculo Apollinis. Fons [b] Castalius, amnis Cephissus præfluens Delphos, ortus in [3] Lilæa quondam vrbe. Præterea oppidum Crissa, & cum Bulensibus Anticyra, Naulochum, [4] Pyrrha, Amphissa immunis, Trichone, Tritea, [5] Ambrysus, [6] Drymæa regio, Daulis appellata. Dein in intimo sinu angulus Bœotiæ alluitur cũ oppidis, [7] Siphis, Thebis, quæ Corsicæ cognominatæ sunt iuxta [8] Heliconem. Tertium ab hoc mari Bœotiæ oppidum [c] Pagæ, vnde Peloponnesi prosilit ceruix.

1 iiij. Chiff.
2 Parnassi, & clarissimi. M. Ch.
3 Libæa. Chiff.
4 Pyrrhonea. Vet.
5 Amphrysus. Vet.
6 Myrænaque reg. Chiff.
7 Gymnis. Vet. M.
8 Heliconẽ mõtem. Tert. Chiff.

ANNOTATIONES.

a Hunc terrarum Vmbilicum, nempe medium prorsus, Strabo, Plutarchus, Pausanias scripserunt. Inde Sophocles in Oedip. tyranno μεσόμφαλας μοίσθιν vocauit. Varro tamen lib. 6. de Ling. Lat. falsumid esse constanter asserit. Vide locum. Manlius vetus poëta: *o sanctæ Apollo, qui vmbilicum certum terrarum tenes.* Vide Rhodig. cap. 20. 1 5. Plautus in Pseud. *si quid vis roga.*
Quod scibo Delphis tibi responsum dicto.
b Castaliam aquam potu dulcem à Castallio dictam quidam volunt, alij ab indigena muliere, Acheloi filia. Panyasis de Hercule παῖρησεν περίσσια θεοῖς διὰ νεκτὶ ψεκάσας ἱερὸν καστάλιος ἀχελωίδος ὄβρεσεν ὕδωρ.
c Alij πηγὰς vocant. Apud Strab. lib. 8. cap. 1. legendum ὧν ἐδῆλε ἔσχ ὁ ἐν ταγῶν μαγαρεὺς (non ἐν πέσῳ) ὡς ἱέναιον τὸ μεγαρῶν κωίσσης. Leopard. cap. 12. 3.

Peloponnesus. CAP. IIII.

PEloponnesus, Apia antè appellata & Pelasgia, peninsula haud vlli terræ nobilitate postferenda, inter duo maria, Aegæum & Ioniũ; platani folio similis, propter anguloſos [1] recessus, circuitu cccccIxiij. M. pass. colligit autore Isidoro. Eadem per sinus penè tantundem adiicit. Angustiæ, vnde procedit, Isthmos appellantur. In eo loco irrumpentia è diuerso, [2] quæ dicta sunt, maria, à Septentrione & exortu [3] eius omnem ibi latitudinem

1 incessus. Ver.
2 Rhodig. citato ad verbum hoc loco, hæc verba: quæ dicta sunt, à septentrione & ortu, non legit. ca. 29 lib. 22.
3 soli.

dinem vorant, donec contrario incursu æquorum [4] tantorum, in quinque M. pass. interuallo, exesis vtrinque lateribus, angusta ceruice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus: [5] Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarum termini, longo & ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plausstris transuehi prohibet. Quam ob causam perfodere nauigabili alueo [6] angustias tentauêre, Demetrius rex, Dictator Cæsar, [a] C. princeps, Domitius Nero, [b] infausto (vt [7] omnium patuit exitu) incepto. Medio hoc interuallo, quod Isthmon appellauimus, [8] applicata colli habitatur colonia Corinthus, anteà Ephyra dicta, sexagenis ab vtroque litore stadiis, è summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pirene, diuersa [c] duo maria prospectans. 1 09 lxxxvij. M. pas. [10] ad Corinthiacum sinum traiectus est Patras à Leucade. Patræ colonia in longissimo promontorio Peloponnesi condita, ex aduerso Aetoliæ, & fluminis Eueni, minus M. pa. (vt dictum est) interuallo, in ipsis faucibus, sinum Corinthiacum lxxxv. M. pass. in longitudinem vsque ad Isthmon [11] transmittunt.

4 tantum quinque
5 Lecheum: quo pacto & à Strabone & Ptolemæo effertur.
6 angustias eas tentauere. Chiff.
7 omnium, vt patuit exitu, incepto. Vet. ne fasto, vt & Chiff.
8 applicatu colli. V.
9 Lxxxix. Chiff.
10 per. Ver.
11 tramittũt. in Ch. excmp. perperuo ita scribitur.

ANNOTATIONES.

a Refert Dion adorto id Nerone, cruorem primum scaturijsse, mox auditos mugitus, vlulatúsque flebiles, visáque formidabilia spectra, & simulachra multa. Demetrium narrãt deterritum ab architectis, ab instituto destitisse, quoniam metati, ij renunciarent Corinthiacum mare altius esse quàm ad Cenchras, Æginámque & vniuersas insulas in propinquo positas submersas iri: præterea non futurum nauigabilem alueum, ob rapidam vndæ celeritatem, qualis est in Euripo. Vide Rhodig. cap. 19. lib. 21.
b Quoniam, vt ait Pausanias, rebus diuinitus constitutis manum inijcere non licet.
c Hac de causa Horatius Bimarem Corinthum vocat: Græci verò amphithalasson, quemadmodum & Athenienſium vrbem Xenophon. Mur. Var. cap. 7. 1.

Achaia. CAP. V.

ACHaiæ nomen prouinciæ, ab Isthmo incipit: [1] antè Aegialos vocabatur, propter vrbes in litore per ordinem dispositas. Primæ ibi, quas diximus [2] Lecheæ Corinthiorum portus. Mox [3] Oluros, Pellenæorum castellum. Oppida Helice, Bura, [4] in quæ refugêre hausti prioribus, Sicyon, Aegira, Aegion, Erineos. Intus Cleone, Hysiæ. [5] Panhormus portus, demonstratúmque iam Rhium: à quo promontorio quinque M. pass. absunt Patræ, quas suprà memorauimus: locus Pheræ. In Achaia, ix. montium [6] Scioëssa notissimus, fons Cymothoe. Vltra Patras oppidum Olenum, colonia Dyme, loca Buprasium, Hyrmine, promontorium [7] Araxum. Cyllenes sinus, promontorium Chelonates: 3 0 vnde Cyllenen [8] duo M. pass. castellum Phliûs. Quæ regio ab Homero Arethyrea dicta, posteà Asophis. Inde Eliorum ager, qui anteà Epei vocabantur. Ipsa Elis in mediterraneo, & à Pylo xij. M. pass. Intus delubrum Olympij Iouis, ludorum claritate fastos Græciæ complexum. [9] Pisæorum quondam oppidum, præfluente Alpheo amne. At in ora promontorium Ichthys. Amnis Alpheus [10] nauigatur in oppida [11] Aulos & Leprion. Promontorium Plataniſtus: omnia hæc ad Occasum versa. Ad Meridiem autem Cypariſſius sinus cum vrbe Cypariſſa lxxij. millium passuum circuitu. Oppida Pylos, Methone: locus Helos, promõtorium Acritas, sinus Asinæus, ab oppido Asine, Coronæus à Corone. Finiuntur Tænaro promontorio. Ibi regio Messenia duodeuiginti montium. Amnis Pamisus. Intus autem ipsa Messene, Ithome, Oechalia, Arene, Pteleon, Thryon, Do- 40 rion, [12] Zancle, variis clara temporibus. Huius sinus circuitus lxxx. M. pass. traiectus verò xxx. M. Dehinc à Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis: & sinus circuitu [13] ccvj. M. traiectu xxxix. M. Oppida Tænarum, Amyclæ, Pheræ, [a] Leuctra, & intus Sparta, [14] Theramne, atque vbi fuêre Cardamyle, Pitane, [15] Anthane: Locus Thyrea, Gerania. Mons Taygetus; amnis Eurotas, sinus Aegylodes, oppidum Pſammathus. Sinus Gytheates ab oppido: ex quo ad Cretã insulam [16] certissimus cursus. Omnia autem Maleo promontorio includuntur. Qui sequitur sinus ad Scylleum, Argolicus appellatur, traiectu quinquaginta M. p. idem ambitu [17] centum septuaginta duorum millium. Oppida Boea, Epidaurus Limera cognomine, Zarax, Cyphanta portus; Amnes, Inachus, Erasinus, inter quos Argos Hippium cognominatum, supra [18] lacum Lernen, à mari M. M. pass. nouémque additis 50 millibus, Mycenæ: & vbi fuisse Tiryntha tradunt: & locus Mantinea. Montes, Artemius, Apesantus, Asterion, Parparus, aliique vndecim numero Fõtes Niobe, Amymone, Pſammathe. A Scyllæo ad Isthmũ clxxvij. M. pass. [b] Oppida [c] Hermione, Trœzen, Coryphasiũ: appellatúmque

1 antea. Chiff.
2 Lecheum.
3 Olyros Chiff.
4 Melius. & in quæ refugêre. vt intelligamus, Helice & Bura mari haustis incolas sese Sicyonem & Aegiran recepisse.
5 Palinhormus Ch.
6 Scioessa. Notissimus fons. Vet.
7 Axarus Chiff.
8 quinque Chiff.
9 Pisæ eorum. M. & Vet. alijs Pisa Oenomani quondam.
10 nauigabilis prope fex oppida, Aulos. Vet. nauigatur fex prope. M. & Ch.
11 Aulon. M.
12 Zande. M. Thamira. Vet.
13 cvj. Tol. M.
14 Therennæ. Vet.
15 Anxiane. M. Anteia. Strab. Ἀνθήνη. Thu. Antiane Ch.
16 breuissimus.
17 c. duo millia. Vet. c. lij. M.
18 locum. Chiff. vt mox sequitur.

appellatumque aliàs Inachium, aliàs Dipsium Argos. Portus [19] Cænites, sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, vnde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. In eo Epidaurum oppidum, Aesculapij delubro celebre: Spiræum promontorium, portus [20] Anthedon, & Bucephalus: & quas suprà dixeramus, Cenchreæ, Isthmi pars altera cum delubro Neptuni quinquennalibus inclyto ludis. Tot sinus Peloponnensem oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem à Septentrione Ionium irrumpit, ab Occidente Siculo pulsatur, à Meridie Cretico vrgetur, ab Oriente brumali Aegæo, ab Oriēte [d] solstitiali Myrtoo: quod à Megarico incipiens sinu, totam Atticam alluit.

19 Chenitas. Tol.

20 Anthedon Ch.

ANNOTATIONES.

a Leuctra sunt Bœotiæ, nobilia clade Lacedæmoniorum profligatorum à Thebanis. Sunt & Arcadiæ, & agri Luconici, quæ varietas Solino peccandi ansam præbuit. Brodæus cap. 11. lib. 2.

b Ibi fuit Asylum Cereris & Proserpinæ, quò qui confugissent à nemine lædebantur, vnde apud Suidam & Zenobium adagium αὐθ' Ἑρμιόνος.

c Chthonio festò Cereri sacro apud Hermionenses taurum ferocissimum ab anu & inualida sacerdote mactandum ad aram perduci testatur his versibus Aristo.

Δάμαρτος πολύκαρπον, ὃν ἱερὸν συνεδρίοις ἐνεγκεῖν, ποὶ παρ' ἱερεχθέσσας. ἐν τέμενος περίβλεπτα Ἑρμιονεῦσι· τὸν δὲ ἀγέλαις γὰρ ἀφειδέσι ταῦρον, ὃν τ' ἂν ἀέκοντ' αὐτὸν ἐὸν ἐλθεῖν· τὸν δ' ἀνὴρ γραῒς ἐπιδέσμιος ἀνδρὸς ἑλοῦσα, Τῶν ἐμμενὲς ἔρχεται μέσον μέγαν ἄκρον ἐπὶ βωμόν· ἐπὶ δὲ πυρὶ θεῖναι· ἐπὶ δὲ πυρὶ θεῖναι· τὸν δὲ ἀνὴρ ἐπιδέσμιος ἀνδρὸς ἑλοῦσα, τῶν ἐμμενὲς ἔρχεται μέσον μέγαν ἄκρον ἐπὶ βωμόν

ANNOTATIONES.

a Est & Almon Romæ fluuiolus, quo mater Deûm 6. Cal. April. lauatur. Lucanus 1. *Et lotam paruo reuocant Almone Cybelen.* Claudianus in bello Gildonico. *Prælatáque lauas Phrygios Almone leones.* Brodin. cap 26. lib. 2.

b Aulona vocat Herodotus lib. 7. nempe angustum, oblongum, depressum locum. Rhod. cap. 5. 12.

c Τυμφάϊον vocat Strabo, & λευκόφλοιον ἔϊναι scribit, ἐκ πίνδου λεγόμενον, ὅθεν ὁ συμμιγνύεται. Bituminosus is liquor est, cuius pinguedine innatat. Homero 1. Iliad Titaresius etiam dicitur, vt & Lucano lib. 6. Fontem hunc autor vocat lib. 37. cap. 2.

Magnesia. CAP. IX.

THessaliæ annexa Magnesia est, cuius fons Libethra. Oppida, Iolcus, Hormenium, Pyrrha, Methone, Olizon. Promontorium [a] Sepias. Oppida, [1] Castana, Spalathra. Promontorium Aeantium. Oppida, Melibœa, Rhisus, Erymne: ostium Penei, oppida Homolium, Orthe, Thespiæ, [2] Phalanna, Thaumaciæ, Gyrton, Cranon, Acarne, [3] Dotion, Melitea, Phylace, Potniæ, Epiri, Achaiæ, Atticæ, Thessaliæ in porrectum longitudo [4] quadringentorum octoginta mil. pass. traditur, latitudo ducentorum octogintaseptem millium.

1 Castanea. Ver. Casiana. M.

2 Palinna. Ch. Thome. Ver. addit.

3 Dorion. CH.

4 ccix. CH.

ANNOTATIONES.

a In eo promontorio Peleum cum Thetide, semel concubuisse, Achillémque genuisse tradit Euripedes. Inde nata fabula est Apollodoro, Peleum cum ea in sepiam mutata rem habuisse. Rhodig. cap. 6. lib. 24.

Macedonia. CAP. X.

MAcedonia posteà centum quinquaginta populorum; duobus inclyta regibus, quondámque terrarum imperio, Emathia anteà dicta. Hæc ad Epiroticas gentes in Solis occasum recedens post terga Magnesiæ atque Thessaliæ, infestatur à Dardanis. Partem eius Septentrionalem Pæonia ac [1] Pelagonia protegunt à Triballis. Oppida, [2] Aege, in quo [3] mos sepelire reges: Beroea: [4] & in regione, quę Pieria appellatur à nemore, Aeginium. In ora Heraclea, flumen Apilas: Oppida, [5] Phina, Oloros. Amnis Haliacmon. Intus Haloritæ, Vallei, Phylacei, Cyrrhestæ Tyrissei. Pella colonia. Oppidum Stobi ciuium Romanorum. Mox [6] Antigonia, Europus ad Axium amnem, eodémque nomine, [7] per quod Rhœdias fluit. [8] Heordeæ, Scydra, Mieza, Gordiniæ. Mox in ora Ichnę, fluuius Axius. Ad hunc finem Dardani, Treres, Pieres, Macedoniam accolunt. Ab hoc amne Pæonię gentes, [9] Parorei, Heordenses, Almopij, Pelagones, Mygdones. Montes, Rhodope, Scopius, Orbelus. Dein præiacente gremio terrarum, Arethusij, Antiochienses, Idomenenses, [10] Doberienses, Trienses, Allantenses, Audaristenses, Moryllij, [11] Garesci, Lyncestæ, Othrionei, & liberi Amantini atque Orestę; coloniæ Bullidensis & Diensis: Xylopolitæ, Scotussæi liberi, Heraclea Sintica, Timphei, Coronæi. In ora sinus [12] Macedonici oppidum Chalastra, & intus Phileros, Lete: medióque flexu litoris Thessalonica, liberæ conditionis. Ad hanc à Dyrrachio cxiiij. millia passuũ Therme. In Thermaico sinu oppida, Dicæa, Pydna, [13] Derrha, [14] Scione. Promontorium Canastræum. Oppida, Pallene, Phlegra. Qua in regione montes, Hypsizorus, Epitus, Alchione, Leuomne. Oppida, Nissos, [15] Brygion, Eleon, Mendę, & in [16] Pallenensi Isthmo quondam Potidæa, nunc Cassandria colonia: Anthemus, Holophyxos sinus, Mecyberna. Oppida [17] Physcella, Ampelos, Torone, [18] Singos: fretum, quo montem Athon Xerxes rex Persarum continenti abscidit, in longitudine passuum M. ccccc. Mons ipse à planitie excurrit in mare lxxv. mill. passuum. Ambitus radicis centum quinquaginta mill. colligit. Oppidum in cacumine fuit [19] Acroton. Nunc sunt Vranopolis, Palæotrium, Thyssus, Cleone, Apollonia, cuius incolæ Macrobij cognominantur. Oppidum Cassera, faucésque alteræ Isthmi, [20] Acanthus, Stagira, [21] Sitone, Heraclea, & regio Mygdonię subiacens, in qua recedentes à mari Apollonia, [22] Arethusa. In ora rursus Posidium, & sinus cum oppido Cermoro, Amphipolis [23] liberum, gens Bisaltę. Dein Macedonię terminus amnis Strymon, ortus in Hęmo. Memorandum, in septem lacus eum fundi, priusquàm dirigat cursum. Hæc est Macedonia, terrarum imperio potita quondam: hæc Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Caucasum transgressa: hæc in Bactris, Medis, Persis

1 Pelagonia. M.

2 Aegiæ. CH.

3 sepelirí mos. Ch.

4 &, in M. d.

5 Cinna, Eloros. V.

6 Antigone. V. Antigonea. CH.

7 aliud per &c. V.

8 Phorbæ. Vet.

9 Parocei. CH.

10 Doberes, Estriæses. Vet. Her.

11 Garesti. CH.

12 Macedonica oppida. Tol.

13 Deris. Vet.

14 Crestone.

15 Phrix. CH.

16 Pallenes. Pint.

17 Mycella. CH.

18 Soggostedes. V. Siggostelos. CH.

19 Acroathon Pomponio, quidam leg. Acrotó, cuius incolæ Macrobij cognominantur. Nec sunt Vranopolis, Paleo. Thyss. Cleo. Oppida Cass.

20 Acathus, Singus, Snagyra, Sitone quidam legunt.

21 Sithonia. Pint.

22 Erechisa. CH.

23 libera gens. Vet.

dis, Persis dominata, toto Oriente possesso: hæc etiam Indiæ victrix, per vestigia Liberi patris atque Herculis vagata: hæc eadem est Macedonia, cuius vno die Paulus Aemilius Imperator noster lxxij. vrbes direptas vendidit. Tantam differentiam sortis præstitêre duo homines.

Thracia. CAP. XI.

THracia sequitur, inter validissimas Europæ gentes, in strategias L. diuisa. Populorum eius, quos nominare non pigeat, amnem Strymonem accolunt dextero latere Densseletæ, & Mædi, [1] Bisaltas vsque suprà dictos: læuo, Digeri, Bessorúmque multa nomina, ad Nestum amnem [2] Pangæi [3] montis ima ambiêtem, inter Eletos, Diobesos, Carbilesos; inde Brysas, Sapæos. Odomantes [4] Odrysarum gens [5] infundit Hebrum, accolentibus Carbiletis, Pyrogeris, Drugeris, Cænicis, Hypsaltis, Benis, Corpillis, Botiæis, Edonis. Eodem sunt in tractu Selletæ, Priantæ, Doloncæ, Thyni, Celetę, maiores Hæmo, minores Rhodopę subditi. Inter quos Hebrus amnis. Oppidum sub Rhodope Poneropolis anteà, mox à conditore Philippopolis, nunc à situ [6] Trimontium dicta. [a] Hæmi excelsitas sex mil. pass. subitur. Auersa eius & in Istrum deuexa Mœsi, Getæ, Aoti, Gaudæ, Clariæq;, & sub iis Arrei Sarmatæ, quos Areatas vocant, Scythæq; : & circa Ponti litora Morisseni, Sithoniique Orphei vatis genitores obtinent. Ita finit ister à Septentrione. Ab Ortu Pontus ac Propontis. A Meridie Aegæum mare cuius in ora à Strymone, Apollonia, Oesima, Neapolis, [7] Pastos. Intus Philippi colonia: absunt à Dyrrachio cccxxv. mill. pass. [8] Scotusa, Topiris, Nesti amnis ostium. Mons Pangæus. Heraclea, Olynthos, Abdera libera ciuitas, stagnum Bistonum & gens. Oppidum fuit [9] Tinda, Diomedis equorum stabulis dirum. Nunc sunt Diceę, Ismaron, locus Parthenion, Phalesina, Maronea, priùs Ortagurea dicta. Mons, Serrium & Zone, tum locus [b] Dorisçus [10] decem mil. hominum capax. Ita Xerxes ibi [c] dinumerauit exercitum. Os Hebri. Portus Stentoris. Oppidum [d] Aenos liberum cum Polydori tumulo, Ciconum quondam regio. A Dorisco incuruatur ora ad Macron tichos centumuiginti duorum mil. pass. Circa quem locum fluuius Melas, à quo sinus appellatur. Oppida, Cypsella, Bisanthe, Macron tichos dictum, quà à Propontide ad [11] Melanem sinum inter duo maria [12] porrectis muris, procurrentem excludit Cherrhonesum. Nanque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, vbi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte vrbes habet Istropolin Milesiorum, Tomos Calatínque, quę anteà Aceruetis vocabatur. Heracleam habuit, & Bizonem terrę hiatu raptam: nunc habet Dionysopolin, [13] Crunos anteà dictam. Alluit Zyras amnis. Totum eum tractum Scythę Aroteres [14] cognominati tenuêre. Eorum oppida Aphrodisias, Libistos, Zigere, [15] Borcobe, Eumenia, Parthenopolis, Gerania, vbi Pygmæorum gens fuisse proditur, [16] quos Catizos Barbari vocant, credúntque à gruibus fugatos. In ora à Dionysopoli est Odessus Milesiorum. Flumen, Pamisus. Oppidum, Terranaulochus. Mons Hęmus vasto iugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristæum. Nunc in ora Mesembria, Anchialum, vbi Messa fuerat. Astice regio. [17] Fuit oppidum Anthium, nunc est Apollonia. Flumina Panissa, Rira, Tearus, Orosines. Oppida, Thynnias, [18] Almedessos, Deuelton cum stagno, quod nunc Deultum * vocatur, veteranorum: Phinopolis, iuxta quam Bosphorus. Ab Istri ostio ad os Ponti pass. ccccclv. mil. alij fecêre. Agrippa adiecit quadraginta. Inde ad murum suprà dictum centum quinquaginta; ab eo Cherronesus cxxvj. mill. Sed à Bosphoro sinus [18] Casthenes. Portus [19] Senum, & alter qui mulierum cognominatur. Promontorium, Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium liberę conditionis, anteà [20] Lygos dictum. Abest à Dyrrhachio septingentis vndecim millibus passuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare & Propontidem. Amnes, Bathynias, [21] Pydaras, siue Aryras. Oppida, Selymbria, Perinthus latitudine ducentorum [22] passuum continenti adnexa. Intus Byzia, arx regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine

a Hæmi excelsitas sex mil. passuum subitur. Auersa eius & in Istrum deuexa Mœsi, Getæ, Aoti, Gaudæ, Clariæq;, & sub iis Arrei Sarmatæ, quos Areatas vocant, Scythæq; : & circa Ponti litora Morisseni, Sithoniique Orphei vatis genitores obtinent. Ita finit ister à Septentrione. Ab Ortu Pontus ac Propontis. A Meridie Aegæum mare cuius in ora à Strymone, Apollonia, Oesima, Neapolis, [7] Pastos. Intus Philippi colonia: absunt à Dyrrachio cccxxv. mill. pass. [8] Scotusa, Topiris, Nesti amnis ostium. Mons Pangæus. Heraclea, Olynthos, Abdera libera ciuitas, stagnum Bistonum & gens. Oppidum fuit [9] Tinda, Diomedis equorum stabulis dirum. Nunc sunt Diceę, Ismaron, locus Parthenion, Phalesina, Maronea, priùs Ortagurea dicta. Mons, Serrium & Zone, tum locus [b] Dorisçus [10] decem mil. hominum capax. Ita Xerxes ibi [c] dinumerauit exercitum. Os Hebri. Portus Stentoris. Oppidum [d] Aenos liberum cum Polydori tumulo, Ciconum quondam regio. A Dorisco incuruatur ora ad Macron tichos centumuiginti duorum mil. pass. Circa quem locum fluuius Melas, à quo sinus appellatur. Oppida, Cypsella, Bisanthe, Macron tichos dictum, quà à Propontide ad [11] Melanem sinum inter duo maria [12] porrectis muris, procurrentem excludit Cherrhonesum. Nanque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, vbi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte vrbes habet Istropolin Milesiorum, Tomos Calatínque, quę anteà Aceruetis vocabatur. Heracleam habuit, & Bizonem terrę hiatu raptam: nunc habet Dionysopolin, [13] Crunos anteà dictam. Alluit Zyras amnis. Totum eum tractum Scythę Aroteres [14] cognominati tenuêre. Eorum oppida Aphrodisias, Libistos, Zigere, [15] Borcobe, Eumenia, Parthenopolis, Gerania, vbi Pygmæorum gens fuisse proditur, [16] quos Catizos Barbari vocant, credúntque à gruibus fugatos. In ora à Dionysopoli est Odessus Milesiorum. Flumen, Pamisus. Oppidum, Terranaulochus. Mons Hęmus vasto iugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristæum. Nunc in ora Mesembria, Anchialum, vbi Messa fuerat. Astice regio. [17] Fuit oppidum Anthium, nunc est Apollonia. Flumina Panissa, Rira, Tearus, Orosines. Oppida, Thynnias, [18] Almedessos, Deuelton cum stagno, quod nunc Deultum * vocatur, veteranorum: Phinopolis, iuxta quam Bosphorus. Ab Istri ostio ad os Ponti pass. ccccclv. mil. alij fecêre. Agrippa adiecit quadraginta. Inde ad murum suprà dictum centum quinquaginta; ab eo Cherronesus cxxvj. mill. Sed à Bosphoro sinus [18] Casthenes. Portus [19] Senum, & alter qui mulierum cognominatur. Promontorium, Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium liberę conditionis, anteà [20] Lygos dictum. Abest à Dyrrhachio septingentis vndecim millibus passuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare & Propontidem. Amnes, Bathynias, [21] Pydaras, siue Aryras. Oppida, Selymbria, Perinthus latitudine ducentorum [22] passuum continenti adnexa. Intus Byzia, arx regum Thraciæ, à Terei nefasto

1 ad Bisaltas. Ch.

2 ima Pang. mõt. Cã.

3 Orbeliæ. Vet. ad.

4 Othrysarum. Ver.

5 fundit. CH.

6 Termontium. V

7 Batos. CH.

8 ciuitas Vet. addit.

9 Tyrida. CH.

10 centum viginti Vet.

11 Melcam. CH.

12 porrectus murus. CH.

13 Crunon. Vet. CH.

14 dicti. Vet.

15 Rorobe. Ver.

16 proditur, Catizos. V. CH.

17 habuit. CH.

18 Halmydissus vt apud Ptol. & Pom. legitur: & apud Xen. ἁλμυδάσσους ϛ. vel Salmydess' quę admodum Herm. ex Stephano & Strabone emendat.

* vocant.

18 Isosthenes. Vet.

19 Ceron. Tol. Serrium. Pint.

20 Longos. Ver.

21 Pidaras, & Atyras, siue Tydas. Ver.

22 pedum CH.

crimine inuiſa hirundinibus. Regio Cænica, colonia Flauiopolis, vbi anteà Zela oppidum [23] vocabatur. Et à Byzia quinquaginta mill. paſſuum Apros colonia, quæ à Philippis abeſt centum octogintaocto mill. paſſ. At in ora amnis [24] Erginus, [25] oppidum fuit Gonos: deſeritur & Lyſimachiaiam in Cherrhoneſo. Alius nanque ibi Iſthmos anguſtia [26] ſimili eſt, eodem nomine & pari latitudine. Illuſtrant duæ vrbes vtrinque litora, quæ haud diſſimili modo tenuêre, Pactie à Propontide, Cardia à Melane [27] ſinu: hæc ex facie loci nomine accepto: vtræque comprehenſæ poſteà Lyſimachia quinque mill. paſſ. à Longis muris, Cherrhoneſos à Propontide habuit Tyriſtaſin, Crithoten. [28] Ciſſam flumini [29] Aegos appoſitam: nũc [30] habet à colonia Apro [31] xxxij. mill. paſſ. [32] Reſiſton, ex aduerſo coloniæ Parianæ. Et Helleſpontus, ſeptem (vt diximus) ſtadiis Europam ab Aſia diuidens, quatuor [33] illic inter ſe contrarias vrbes habet, in Europa Callipolin & Seſton, in Aſia Lampſacum & Abydon. Dein promontorium Cherrhoneſi Maſtuſia aduerſum Sigeo, cuius in fröte obliqua Cynoſſema: ita appellatur Hecubæ tumulus, ſtatio Achæorum. Turris & delubrum Proteſilai. Et in extrema Cherrhoneſi fronte, quæ vocatur Aeolium: oppidum Elæûs. Dein petenti Melanen ſinum, portus Cœlos, & Panhormus, & ſuprà dicta Cardia. Tertius Europæ ſinus ad hunc modum clauditur. Montes extra prædictos Thraciæ Edonus, Gigemoros, Meritus, [34] Melamphyllon. Flumina in Hebrum cadentia Bargus, Suemus. Macedoniæ, Thraciæ, Helleſponti [35] longitudo ſuprà dicta. Quidam ſeptingentorum viginti mill. faciunt. Latitudo trecentorum octoginta trium mill. eſt. Aegeo mari nomen dedit ſcopulus [36] inter Tenedum & Chium veriùs, quàm inſula, Aex nomine à ſpecie capræ, quæ ita Græcis appellatur, repentè in [37] medio mari exiliens. Cernunt eum à dextra parte Andrum nauigantes ab Achaia, dirum ac peſtiferum. Aegei pars [38] Myrtoo datur: appellatur ab inſula parua, quæ cernitur Macedoniam à Gereſto petentibus, haud procul Eubœæ Caryſto. Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, [39] quodcunque Macedoniam aut Thraciam attingit: Græcienſe, quà Græciam alluit. Nam Græci & Ionium diuidunt in Siculum, ac Creticum, ab inſulis. Item Icarium, quod eſt inter Samum, & [40] Myconum. Cætera nomina ſinus dedêre, quos diximus. Et maria quidem gentéſque in tertio Europæ ſinu ad hunc modum ſe habent.

23 in Man. del.
24 Eginus.
25 oppidum Ganos. Fuiſſe fertur & Lyſimachia in Vet.
26 ſimilis. CH.
27 ſinu. Hæ. Vet.
28 Ciſſiam. Vet.
29 Aego. Vet.
30 abeſt.
31 xxij. CH.
32 Rhedeſton ex Ptolom. Pint.
33 in M. & CH. deletur.
34 Melanphyllos. CH.
35 longitudo eſt ſupra. CH.
36 inter Tenum & Chium.
37 è medio. CH.
38 Myrtoum appellatur. Vet. item ſupra cap. 5.
39 quacunque. CH.
40 Myconem. Vet.

ANNOTATIONES.

a Hemus hodie Turcis Balkam, Sclauonibus Konnuila.
b Marcellin. lib. 18. *Quonſque nobis Doriſcum Thraciæ oppidum, & agminatim intra conſepta exercitus recenſitos Græcia fabuloſa narrabis?*
c In eum locum ſingulas myriadas aduocans, vt ea ratione tam numeroſum exercitum recenſeret, nec falleretur.
d Crediderim Æneæ, quam Dionyſius in Cherſonneſo Pallene ſcribit ab Æneæ fuiſſe conditam: ab ea verò Æneadas vocatos, Stephanus tradit: Æneatas autem Liuius, & Dionyſius. Turn. c. 6. 17.

Inſulæ inter eas terras, inter quas Creta, Eubœa, Cyclades, Sporades, Helleſponti. Ponti, Mæotidis, Daciæ, Sarmatiæ, Scythiæ.

CAP. XII.

INſulæ autem ex aduerſo Theſprotiæ Corcyra, à Buthroto duodecim mill. paſſ. eadem Ab Acrocerauniis quinquaginta mil. cum vrbe eiuſdem nominis Corcyra, liberæ [1] ciuitatis, & oppido [2] Caſſiope, templóque [3] Caſij Iouis, paſſ. nonaginta ſeptem mill. in longitudinem patens: Homero dicta Scheria & Phæacia, Callimacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, ſed ad Italiam vergens Thoronos, ad Leucadiam [4] Paxæ duæ, quinque M. diſcretę à Corcyra. Nec procul ab iis ante Corcyram Ericuſa, Marate, Elaphuſa, Malthace, Trachie, Pytionia, Ptychia, [5] Tarachie. Et à [6] Phalacro Corcyrę promontorio ſcopulus, in quem mutatam Vlyſſis nauem à ſimili ſpeciefabula eſt. Ante Leucadiã Sybota. Inter Leucadiam autem & Achaiam permultę: quarum Teleboides, eædem quæ [7] Taphię; ab incolis, ante Leucadiã, appellantur, [8] Taphias, Oxiæ, Prinoeſſa: & ante Aetoliã Echinades, Aegialia, Coronis, Thyatira, Geoaris, Dionyſia, Cyrnus, Chalcis. Pinara, [9] Myſtus. [10] Ante eas in alto Cephalenia, Zacynthus, vtræque liberæ: Ithaca, Dulichium, [b] Same,

1 conditionis. Cuiacius cap. 35. lib. 10. Obſer. vt & poſtea.
2 Caſſipe. Strabo, Steph.
3 Caſſiopæi Iouis.
4 Paxoæ. Vet. M.
5 Tarachia. CH.
6 Phalario. CH.
7 Taphiæ ab incolis appellantur. Ante Leucadiam Taphias (Taphioſis M.) Siſarna, Oxiæ. Pint.
8 Zaphiotis, Arnoxia. CH.
9 Nyſtrus. M.
10 Ante eas in alto Cephalenia, quæ & ab oppido Same dicta: Zachynth[a], vtræque liberæ, Ithaca, Dulichiũ, Crocylea, Paxos, Corcyra quõdam Melæna dicta. In Cephalenia Same dirutæ à Rom. ſic legendum.

[b] Same, Crocylea, Paxos. Cephalenia quondam Melæna dicta, vndecim mil. paſſ. abeſt, circuitu patet [11] xliiij. Same diruta à Romanis: adhuc tamen oppida tria habet. Inter hanc & Achaiam, cum oppido magnifica & fertilitate præcipua, Zacynthus, aliquando appellata Hyrie, Cephaleniæ à meridiana parte [12] xxij. M. abeſt. Mons Elatus ibi nobilis. Ipſa circuitu colligit [13] xxxvj. M. Ab ea Ithaca [14] xij. M. diſtat, in qua mons Neritus. Tota verò circuitu patet xxv. M. paſſ. Ab ea Araxum Peloponneſi promontorium xij. M. paſſ. Ante hanc in alto Aſteris, Protc: ante Zacynthum xxxv. M. paſſ. in Eurum ventum Strophades duæ, ab aliis Plotæ dictæ. Ante Cephaleniam Letoia. Ante Pylum tres Sphagiæ; & [15] totidem ante Meſſenen Oenuſſæ. In Aſinæo ſinu tres Thyrides: in Laconico Teganuſa, Cothon, Cythera cum oppido, anteà Porphyris appellata. Hæc ſita eſt à Maleæ promontorio v. M. paſſ. ancipiti propter anguſtias *ibi nauium* ambitu. In Argolico Pityuſa, Irine, Ephyre: contra Hermionium agrum Tiparenus, [16] Epiropia, Colonis, Ariſtera: contra Trœzenium Calauria, [17] quingentos paſſus diſtans Plateis: [18] Belbina, Laſia, Baucidias. Contra Epidaurum Cecryphalos, [19] Pityoneſos vj. mil. paſſuum à continente. Ab hac [c] Ægina liberæ conditionis xvij. mill. paſſ. cuius [20] xx. mill. paſſ. præternauigatio eſt. Eadem autem à Piræeo Athenienſium portu [21] xij. M. paſſ. abeſt, antè [22] [d] Oenone vocitata. Spiræo promontorio obiacent Eleuſa, Dendros, Craugiæ duæ, [23] Cæciæ duæ, Selachuſa, Cenchreis, Aſpis. Sunt & in Megarico ſinu [24] Methurides quatuor. [25] Ægilia autem xv. M. paſſ. à Cythera, eadémque à Cretæ Phalaſarna oppido xxv. M. paſſ. Ipſa Creta altero latere ad Auſtrum, altero ad Septentrionem verſa, inter Ortum Occaſúmque porrigitur, centum vrbium clara fama. Doſiades eam à Creta nympha [26] Heſperidis filia; Anaximander à rege Curetum; Philiſtides, Mallotes Crates primùm Aeriam dictam, deinde poſteà Curetin; & Macaron nonnulli à temperie cæli [27] appellatam exiſtimauêre. Latitudine nuſquam quinquaginta mil. paſſuum excedens, & circa mediam ſui partem maximè patens, [28] longitudine implet [29] cclxx. M. paſſuum; circuitu [30] c c c c c. lxxxix. flecténſque ſe in Creticum pelagus ab ea dictum, quà longiſſima eſt ad Orientem Sammonium promontorium aduerſum Rhodo; ad Occidentem Criu metopon Cyrenas verſus expellit. Oppida eius inſignia, Phalaſarne, Elæa, Cyſamum, Pergamum, Cydon, Minoum, [e] Apteron, Pantomatrium, Amphimalla, Rhythymna, Panhormum, Cyteum, Apollonia, Matium, Heraclea, Miletos, Ampelos, Hierapytna, Lebena, Hierapolis: & in mediterraneo, Gortyna, Phæſtum, Gnoſſus, Polyrrhenium, Myrina, Lycaſtus, Rhamnus, Lyctus, Dium, [31] Aſum, [32] Pyloros, Rhytion, [33] Clatos, Pharæ, Holopyxos, [34] Laſos, Eleutherna, Therapne, Marathuſa, [35] Mytinos: & aliorum circiter lx. oppidorum memoria extat. Montes, [36] Cadiſcus, Idæus, [37] Dictæus, Morycus. Ipſa abeſt promontorio ſuo, quod vocatur Criu metopon, vt prodit Agrippa, à Cyrenarum promontorio Phycunte, [38] ccxxv. M. paſſuum. Item Cadiſco à Malea Peloponneſi [39] lxxx. A Carpatho inſula, promontorio Sammonio lx. M. in Fauonium ventum. Hæc inter eam & Rhodum interiacet. Reliquæ circa eam ante Peloponneſum duæ Coricæ, totidem Mylæ: & latere Septentrionali, dextera Cretam habenti contra Cydoniam Leuce, & duæ [40] Budoræ. Contra Matium [41] Cia. Contra Itanum promontorium [42] Oniſa, Leuce: contra Hierapytnam, Chryſa, Gaudos. Eodem tractu Ophiuſſa, Butoa, Rhamnus: circunuectíſque Criu metopon, tres [43] Muſagores appellatæ. Ante Sammonium promontorium, Phocæ, [45] Platiæ, Sirnides, [46] Naulochos, Armedon, Zephyre. At in Hellade, etiamnum in Ægeo, Lichades, Scarphia, Mareſa, Phocaria, complureſque aliæ ex aduerſo Atticæ ſine oppidis, & ideò ignobiles. Sed contrà Eleuſina, clara Salamis, ante eam Pſytalia: à Sunio verò Helene quinque M. paſſ. diſtans. dein [f] Ceos ab ea totidem, quam noſtri quidam dixêre Ceam, Græci & [47] Hydruſſam. Auulſa Eubœæ, quingentis longa ſtadiis fuit quondam: mox quatuor ferè partibus, quæ ad Bœotiam vergebãt, eodem mari deuoratis, oppida habet reliqua, [48] Iulida, Carthæam: intercidêre [49] Coreſſus, [50] Pæeeſſa. Ex hac profectam [51] delicatiorem fœminis veſtem, autor eſt Varro. Eubœa & ipſa auulſa Bœotiæ, tam modico interfluente

11 xciij. CH.
12 xxv. CH.
13 xxxv. M.
14 xv. M. & CH.
15 totidem in latere Septentrionali ad extera in Meſſenen Oenuſſa. Vet.
16 Eperopia. CH.
17 quinquaginta mil lia paſſ. diſtans à Plateis. Vet.
18 Bellina. CH.
19 Sitionneſos. Vet.
20 xix. CH.
21 xx. CH.
22 Oenopia. V. Pint.
23 Acæciæ. CH.
24 Ethurides. Vet. Methuriades. St.
25 Aegialia. Aegila. Vet. Aegialum. CH.
26 Heſperi filia.
27 appellauêre. Vet.
28 longitudinẽ. Ch.
29 cclxxxvij. & octauas quatnor. ex Apollodoro.
30 mille quingentos lxxxix. M. ex trecentorib. dxx.
31 Aſium. Vet. M.
32 Phileros. Vet.
33 Elatos. CH.
34 Alos. Vet.
35 Gylyſios. CH.
36 Cadiſtus. M.
37 Dictinæus. Vet.
38 cxxv. CH.
39 lxx. CH.
40 Budroæ. V. alijs Buto. ſic Step.
41 Dria. Vet.
42 Oniſia. M. CH.
43 Muſagoræ. Vet.
45 Plachiæ. Syrindos. Vet. M.
46 Naumachos. V.
47 Hydruſſam annũciam Eubœæ. Quingẽtis &c. Vet.
48 Iulide. Strab.
49 Coriſſia. Strab.
50 Proëeſſa. Id.
51 delectationis. M.

Euripo,vt ponte iungatur, [52] ad Meridiem promontoriis duobus, Gereſto ad Atticam vergente, & ad Helleſpontum Caphareo inſignis, à Septentrione Cæneo, [53] nuſquàm latitudinem vltra xl.M.paſſuum extendit,nuſquam intra xx. M.contrahit: ſed in longitudinem [54] vniuerſæ Bœotiæ,ab Attica Theſſaliam vſque prætenta in [55] cl.mil.paſſ.circuitu verò trecenta ſexaginta quinque. Abeſt ab Helleſponto parte Capharei ccxxv. mil.paſſuum,vrbibus clara quondam, Pyrrha, Porthmo, [56] Meſo, [57] Cerintho, Oreo, Dio, Ædepſo, Ocha, Oechalia, nunc Calcide,cuius ex aduerſo in continenti Aulis eſt: Gereſto, Eretria, Caryſto, [58] Oritano, Artemiſio, fonte Arethuſa, flumine Lelanto, aquiſque calidis, quæ Hellopiæ vocantur, nobilis:notior tamen marmore Caryſtio, anteà vocitata eſt Chalcodontis, aut Macris, vt Dionyſius & Ephorus tradunt:vt Ariſtides, Macra:vt Callidemus, Chalcis, ære ibi primun reperto:vt Menæcmus, Abantias: vt Poëtæ vulgò, Aſopis. Extra eam in Myrtoo multæ, ſed maximè illuſtres Glauconneſos, & [59] Ægilia. Et à promontorio Gereſto, circa Delum in orbem ſitæ (vnde & nomen traxêre) Cyclades. Prima earum Andrus cum oppido, abeſt à Gereſto x.mil.paſſuũ, à Ceo xxxix. mil. Ipſam Myrſilus Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit; Callimachus Laſiam, alij Nonagriam, Hydruſſam, Epagrin. Patet circuitu [60] xciij.mill.paſſuum. Ab eâdem Andro paſſus mille, & à Delo [61] quindecim mill. Tenos, cum oppido [62] xv.mill. paſſuum porrecta, quam, propter aquarum abundantiam, Ariſtoteles Hydruſſam appellatam ait, aliqui Ophiuſſam. Cæteræ [63] Myconos cum monte Dimaſto; à Delo [64] quindecim mil.paſſuum & Scyros, Siphnus, [65] antè Meropia, & Acis appellata, circuitu [66] vigintiocto mil.paſſuum. Seriphus duodecim, Præpeſinthus, Cythnos. Ipsáque longè clariſſima, [67] Cycladum media, templo Apollinis & mercatu celebrata, [h] Delos: quæ diu fluctuata (vt proditur) ſola motum terræ non [68] ſenſit ad M.Varronis ætatem. Mutianus prodidit bis concuſſam. Hanc Ariſtoteles ita appellatam prodidit; quoniam repentè apparuerit enata. Ægloſthenes Cynthiam, alij Ortygiam, Aſteriam, [69] Lagiam, Chlamydiam, [70] Cynethum, [71] Pyrpilen, igne ibi primùm reperto. Cingitur quinque mil.paſſuum, aſſurgit [72] Cyntho monte. Proxima ei Rhene, quam Anticlides Celaduſſam vocat; item Artemiten Helladius. [73] Syros, quam circuitu patere viginti mill.paſſuum prodidêre veteres, Mutianus centum ſexaginta. Oliaros, Paros cũ oppido, ab Delo xxxviij. mil. marmore nobilis, quam primo [74] Pactiam, poſteà [75] Minoida vocarũt. Ab ea ſeptem mill. quingentis Naxus, à Delo xviij, cum oppido, quam Strongylen, dein Dian, mox Dionyſiada à vinearum fertilitate, alij Siciliam minorem, aut Callipolin appellarunt. Patet circuitu [76] ſeptuagintaquinque mil.paſſuum, dimidióque maior eſt quàm Paros. Et hactenus quidem Cycladas ſeruant: cæteras, quæ ſequuntur, Sporadas. Sunt autem Helene, [77] Phocuſſa, [78] Phæcaſia, Schinuſſa, [79] Phalegãdros; & à Naxo decem & ſeptem mil.paſſuum Icaros, quæ nomen mari dedit, tantundem ipſa in longitudinem [i] patens, cum oppidis duobus, tertio amiſſo: ante vocata Doliche, & Macris, & Ichthyoeſſa. Sita eſt ab exortu ſolſtitiali, à Delo quinquaginta mil.paſſ. Eadem à Samo trigintaquinque mil. Inter Eubœam & Andrum [80] decem mil paſſ. fretum. Ab ea Gereſtum centumduodecim mil. quingenti paſſus. Nec deinde ſeruari poteſt ordo. Aceruatim ergo ponentur [81] reliquæ. Ios à Naxo [82] vigintiquatuor mil. paſſ. Homeri ſepulcro venerãda, longitudinis vigintiquinque mil. anteà Phœnice appellata. Odia, [83] Letandros, Gyaros, cum oppido, circuitu [84] duodecim mill. paſſuum. Abeſt ab [85] Anero ſexagintaduobus mil.paſſ. Ab ea Syrnos octoginta mil.paſſuum. [86] Cynethuſſa, Telos vnguento nobilis, à Callimacho Agathuſſa appellata. Donyſa, [87] Patmos circuitu [88] triginta mil.paſſuum. Coraſiæ, Lebinthus, Leros, Cynara, [89] Sycinus, quæ anteà Oenoe, Heratia quæ Onus, [90] Caſus quæ Aſtrabe, Cimolus quæ [91] Echinuſſa, Melos cum oppido, quam Ariſtides [92] Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum, & Acyton. Hæc inſularum rotundiſſima eſt. Pòſt Machia, [93] Hypere quondam Patage, vt alij Platage, nunc Amorgos, Polyægos, Phyle, [k] Thera, cùm primùm emerſit; Calliſte dicta. Ex ea auulſa poſteà Theraſia; atque inter duas enata mox Automate, eadem Hiera: & in noſtro ęuo Thia iuxta eandem Hieram nata. Diſtat Ios à Thera vigintiquinque mil.paſ.

Sequuntur

52 à Meridie.Vet.

53 Nuſquam latitudinem vltra xx. M. paſſ.extendit,nuſquã intra xl. M.cõtrahit. Vet. adſtipulantibus Strabone & Pomponio. M. legit nuſquã infra & c. non intra.

54 vniuerſa Bœotia.

55 cx. M. ex recẽtioribus.

56 Neſide.Vet.

57 Geritho.Vet.

58 Oroſtane.Vet.

59 Aeglia, C H. Begialis Ptolomæo.

60 xcvj. Chif.ex recentioribꝰ.xc.

61 x. ex recentioribꝰ.

62 in xv.CH.

63 Mycone. Vet.

64 xvij. Vet.alijs.x.

65 anteà.CH.

66 xl.M.quibuſdam.

67 & Cycladũ media,ac rẽplo &c.Ch.

68 ſenſit.At M.Varronis ætate Mutianus.Tol.

69 Pelaſgiam. Vet.

70 Cynthum. Srep. & M.

71 Pyrpolon.Vet.

72 Cinthio monte. CH.

73 Scyros.Vet

74 Platæam.M.

75 Miaoam.Step.

76 lxxx.M

77 Phacuſſa,à lente.

78 Hecatia.Vet.Hæconſia M.

79 Polegrados.Ch.

80 xx.CH.

81 reliquæ. Scyros. Ios à Naxo. Tol. & CH.

82 xviij.CH.

83 Telandros.Vet.

84 circuitu xv. M. paſſ. propè. M. xxv. CH.

85 Andro,Vet.M.

86 Cynethus.M.

87 Pathmos.Vet.

88 L.quibuſdam.

89 Sicenus Strabonꝰ, Ptolemæo Sicinus.

90 Caſos,quę Aſtrabe.Vet.

91 Chinuſſa.M.

92 Mimblada. M. Mymblida.Ch.

93 Hypace, quondã Pancale,& vt.Vet.

Sequuntur Lea, Aſcania, [94] Anaphe, Hippuris, Hippuriſſuſa. Aſtypalæa liberæ [95] ciuitatis, circuitu lxxxviij.mill.paſſuum.abeſt à [96] Cadiſco Cretæ cxxv.mill. Ab ea Platea ſexaginta mil. Vnde [97] Camina triginta octo mil. Azibintha, Laniſe, Tragia, Pharmacuſa, Techedia, Chalcia, Calydna, [98] in qua oppida Coos & Olymna. A qua Carpathum, quæ nomen Carpathio mari dedit, xxv.M.paſſuum. Inde Rhodum Africo vento quinquaginta M.paſſ. à Carpatho ad Caſon vij.M. à Caſo Samonium Cretæ promontorium xxx. M. In Euripo autẽ Euboico, primo ferè introitu, Petaliæ quatuor inſulæ, & in exitu Atalante. Cyclades, & Sporades, ab Oriente litoribus Icariis Aſiæ, ab Occidente Myrtois Atticæ, à Septentrione Ægeo mari, à Meridie Cretico & Carpathio incluſæ, per [99] cc.M. in longitudinem iacent. Pagaſicus ſinus ante ſe habet Eutychiam, [100] Cicynethum, & Scyrum ſuprà dictam; ſed Cycladum & Sporadum extimam, Gerontiam, Scadiram, Thermeuſim, Irrheſiam, [l] Solimniam, Eudemiã, Neam, quæ Mineruæ ſacra eſt. Athos ante ſe quatuor, [1] Peparethum cum oppido, quondam Euonum [2] dictam, nouem M. paſſuum. Scyathum [3] quindecim M. Imbrum cum oppido lxxxviij.M.paſſuum. Eadem abeſt à Maſtuſia Aherrhoneſi [4] lxxv.M.paſſ. Ipſa circuitu lxxij.M. paſſuum. Perfunditur amne Iliſſo. Ab ea [m] Lemnos vigintiduo M.quæ ab Atho lxxxvij. M. paſſuum. Circuitu patet [5] vigintiduo M.ccccc.paſſ. Oppida habet Hephæſtiam & Myrinam, in cuius forum ſolſtitio Athos eiaculatur vmbram. Ab ea Thaſſos libera quinque M.paſſuum, olim [6] Æria vel Æethria dicta. Inde Abdera continentis, [7] viginti M.paſſuum. Athos ſexagintaduo M.tantundem [8] inſula Samothrace, quæ libera, ante Hebrum, ab Imbro [9] trigintaduo M. à Lemno vigintiduo M.ccccc. à Thraciæ ora trigintaocto M.circuitu trigintaduo M. attollitur monte [10] Saoce decem M. paſſuum [11] portuoſiſſima omnium. Callimachus eam antiquo nomine [n] Dardaniam [12] nominat. Inter Cherroneſum & Samothracen, vtrinque ferè quindecim M. Haloneſos, vltrà Gethrone, Lamponia, [13] Alopeconneſus, haud procul à Cœlo, Cherrhoneſi portu, & quædam ignobiles. [14] Deſertis quoque reddantur in hoc ſinu, quarum modò inueniri [15] potuerunt nomina, Deſticos, [16] Larnos, Cyſſiros, Carbruſa, [17] Calathuſa, Scylla, Draconon, Arconeſus, Diethuſa, Scapos, Capheris, [18] Meſate, Æantion, Phateruneſos, Pateria, [19] Calete, Neriphus, Polendos. Quartus è magnis Europæ [20] ſinus ab Helleſponto incipiens, Mæotis oſtio finitur. Sed totius Ponti forma [21] breuiter amplectenda eſt, vt faciliùs partes noſcantur. Vaſtum mare præiacens Aſiæ, & ab Europa porrecto Cherrhoneſi litore expulſum, anguſto meatu irrumpit in terras, ſeptem ſtadiorum, vt dictum eſt, interuallo Europam auferens Aſiæ. Primas anguſtias Helleſpontum vocant. Hàc Xerxes Perſarum rex, [22] conſtrato in nauibus pontẽ, duxit exercitum. Porrigitur inde tenuis Euripus lxxxvj.M.paſſ. ſpatio ad Priapum vrbem Aſiæ, quà magnus Alexander tranſcendit. Inde expatiatur ęquor, rurſúſque in arctum coit: laxitas Propontis appellatur: anguſtiæ, Thracius Boſphorus, latitudine ccccc.paſſuum, quà Darius pater Xerxis copias ponte tranſuexit. Tota ab Helleſponto lõgitudo [23] ccxxxix.M.paſ. Dein vaſtum mare, Pontus Euxinus, qui quondam Axenus, longè refugientes occupat terras, magnóque litorum flexu, retrò curuatus in cornua, ab his vtrinque porrigitur, vt ſit planè arcus Scythici forma. Medio flexu iungitur oſtio [24] Mæotici lacus. Cimmerius Boſphorus id os vocatur, M M D. paſſ. latitudine. At inter duos Boſphoros Thracium & Cimmerium directo curſu, vt autor eſt Polybius ccccc.M.paſſ. interſunt. Circuitu verò totius Ponti [25] vicies ſemel centena quinquaginta M. vt autor eſt Varro, & ferè veteres. Nepos Cornelius trecenta millia, quinquaginta adiicit. Artemidorus vicies nouies centena xix.M.facit: Agrippa [26] xxiij. ſexaginta M. Mutianus [27] xxviij. ſexagintaquinque M. Simili [28] modo Europæ latere menſuram alij quatuordecies centena lxxviij. M. ccccc. determinauêre: alij vndecies [29] centena ſeptuagintaduo mil. M. Varro ad hunc modũ metitur. Ab oſtio Ponti Apolloniam [30] clxxxviij.M.d.p. Calatin tantundem. Ad oſtium Iſtri cxxv. Ad Boryſthenem ccl. Cherrhoneſum Heracleatarum oppidum ccclxxv.M.p. Ad Panticapæum, quod aliqui Boſphorum vocant, [31] extremum in Europæ ora, cc.xxij. M. ccccc. quæ ſumma efficit [32] xiij. xxxvj.M.ccccc. Agrippa à Byzantio ad flumen Iſtrum ccccc.lx. [33] In Panticapæum

94 Canaphe.CH.

95 conditionis

96 Ciſto.CH.

97 Caminia.Vet.

98 in qua oppida tria duæ Calymnæ, & Olymnos.Ver.

99 per decẽ longitudinem,& per cc in latitudinem iacent. M.Tol.Ch.

100 Tinetum.M.

1 Elymniam, Eudeipnam.Vet.

2 dicto. Manſ.

3 xij.M.paſſ.M.

4 xxv.CH.

5 cxij.d.paſſ.Tol.V.

6 Aeraria.M.

7 xxij.M.CH.

8 ad inſulam Samothracen.Vet.

9 xx.quibuſdã. Ch. xxxv.

10 Sao.Vet.

11 paſſuum altitudinis, vel importuoſiſſima.Tol.Ch.

12 vocat.CH.

13 Alope, Conneſus. M.

14 Deſertæ Pint.

15 potuêre.Ch.

16 Sarnos.M. CH.

17 Calathuſa, Diaeon,dicta Melantia, Draconon(alijs Dreanon)Vet.

18 Meſatæa, Cantiron, Phateronneſos, vel Paterion.Pint.

19 Calathe.CH.

20 finibus.V.

21 quambreuiter cõplectenda.M.

22 conſtrato nauibus Ponto. Ch.contracto.M.

23 ccxxv. ex Herodoto in Melpomene.Pint.

24 Mæotis. Toll. Mæotij. Sal. Mæoti lacui.Pint.

25 vicies ſemel. M. vt autor eſt Varro.vt ferè veteres ſemel quinquaginta. M. Tol.

26 xxiiij.CH.

27 xxv.CH.

28 modo de Europ. M.

29 in M.deſunt hæc duo vocabula, centena,& duo.

30 clxxxviij.Tol.

31 extremum in ripi ora. (ore Pint.)

32 ccxij.M.D.Tol.M.

33 quibuſdam xiiij. vj.M.

34 Inde Pant.Vet.

34 dcxxx. Inde lacus ipſe Mæotis, Tanain amnem ex Rhiphæis montibus defluentem accipiens, nouiſſimum inter Europam Aſiámque finem xiij. vj. M. circuitu patere traditur. Ab aliis xi. xxv. M. Ab oſtio eius ad Tanais [35] oſtium directo curſu [36] cclxxv. M. paſſuum eſſe conſtat. Accolæ ſinus eius, in mentione Thraciæ dicti ſunt Iſtropolim vſque. Inde oſtia Iſtri. Ortus hic in Germaniæ iugis montis [37] Abnobæ, ex aduerſo [38] Raurici Galliæ oppidi, multis vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapſus gentes [39] Danubij nomine, immenſo aquarum auctu, & vnde primum Illyricum alluit, Iſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in Pontum vaſtis *ſex fluminibus euoluitur. Primum oſtium Peuces: mox ipſa [P] Peuce inſula; à qua proximus alueus [40] appellatus; [41] xix. M. paſſuum magna palude ſorbetur. Ex eodem alueo, & ſuper Iſtropolim lacus gignitur, lxiij. M. paſſuum ambitu: Halmyrin vocant. Secundum oſtium [q] Naracuſtoma appellatur. Tertium Caloſtoma, iuxta inſulam Sarmaticam. Quartum [42] Pſeudoſtoma, & inſula [43] Conopon diabaſis: poſteà [44] Boreoſtoma, & Spireoſtoma. Singula autem ora tanta ſunt, vt prodatur in quadraginta millia paſſuum longitudinis vinci mare, dulcémque intelligi hauſtum. Ab eo [45] in plenum quidem omnes Scytharum ſunt gentes, variæ tamen litori appoſita tenuêre, aliàs Getæ, Daci Romanis dicti, aliàs [r] Sarmatæ, Græcis Sauromatæ, eorúmque Hamaxobij aut * Aorſi, aliàs [46] Scythæ degeneres & à ſeruis orti, aut Troglodytæ, mox Alani & Rhoxalani. Superiora autem inter Danubium & Hercynium; ſaltum, vſque ad Pannonica hyberna Carnunti, Germanorúmque ibi confinium; campos, & plana [s] Iazyges Sarmatæ; montes verò & ſaltus pulſi ab his Daci ad [47] Pathiſſum amnem, à * Moro, ſiue is Duria eſt, à Sueuis regnóque Vanniano dirimens eos: aduerſa Baſternæ tenent, aliíque inde Germani. Agrippa totum eum tractum ab Iſtro ad Oceanum bis [48] ad decies centum millia paſſuum in longitudinem, quantum minus quadringentis in latitudinem, ad flumen Viſtulam à deſertis Sarmatiæ, prodidit. Scytharum nomen vſquequaque tranſit in Sarmatas atque Germanos. Nec aliis priſca illa duravit appellatio, quàm qui extremi gentium harum ignoti propè cæteris mortalibus degunt. Verùm ab Iſtro oppida, [49] Cremniſcos, Aepolium montes [t] Macrocremnij, clarus amnis Tyra, oppido nomen imponens, vbi anteà Ophiuſa dicebatur. In eodem inſulam ſpatioſam incolunt Tyragetæ. Abeſt à Pſeudoſtomo Iſtri oſtio centum triginta millibus paſſuum. Mox Axiacæ [50] cognomines flumini, vltra quos Crobyzi: flumen Rhode, ſinus [51] Sagaricus, portus Ordeſus. Et à Tyra * centum viginti millibus paſſ. flumen Boryſthenes, lacúſque & gens eodem nomine, & oppidum [52] à mari recedens quindecim millibus paſſuum, Olbiopolis & Miletopolis, antiquis nominibus. [53] Rurſúſque in litore portus Achæorum. Inſula Achillis, [u] tumulo eius [54] viui clara. Et ab ea centum [55] triginta quinque millia paſſuum peninſula, ad formam gladij in tranſuerſum porrecta, exercitatione eiuſdem cognominata Dromos Achilleos, cuius longitudinem octoginta millium paſſuum tradit Agrippa. Totum eum tractum [56] Tauri, Scytæ & Sarmatæ tenent. Inde ſylueſtris regio Hylæum mare, quo alluitur, cognominauit: [x] Enœcadloæ vocantur incolæ. Vltrà Panticapes amnis, qui Nomadas & Georgos diſterminat: mox Aceſinus. Quidam Panticapen confluere infra Olbiam cum Boryſthene tradunt, diligentiores Hypanin: tanto errore eorum, qui illum in Aſiæ parte prodidêre. Mare ſubit vaſto [57] receſſu, donec quinque millium paſſ. interuallo abſit a Mæotide, vaſta ambiens ſpatia, multáſque gentes. Sinus [58] Carcinites appellatur, flumen Pacyris. Oppida [59] Naubarum, Carcine. A tergo lacus Buges, foſſa emiſſus in mare. Ipſe Buges à [60] Coreto, Mæotis lacus ſinu, petroſo diſcluditur dorſo. Recipit amnes Bugem, Gerrhum, Hypanin, ex diuerſo venientes tractu. Nam Gerrhus Baſilidas, & Nomadas ſeparat. Hypanis per Nomadas & Hylæos fluit manu facto alueo in Bugen, naturali in Coretum. Regio Scythiæ Sendica nominatur. [61] Sed in Carcinite Taurica incipit, quondam mari circunfuſa & ipſa, [62] quaquà nunc iacent campi. Deinde vaſtis attollitur iugis. Triginta ſunt eorum populi. Ex iis mediterranei [63] xxiiij. Sex oppida, Orgocyni, [64] Caraſeni, Aſſyrani, [65] Tractari, Arcilachitæ, Caliordi. Iugum ipſum Scythotauri tenent. Clauduntur ab Occidente [66] Cherrhoneſo, ab Ortu Scythis Satarchis. [67] In ora à

34 dcxxxv.Ch.

35 portum.Ver.
36 cclxxxv.M.

37 montis Noræ.M.
38 Saurici.M.
39 Danubij nomine,& vnde pr. Illyr. al. Iſter app. immenſo aq. auctu lx. amnibus &c. ita quidam leg.

* ſeptem. Bonfinius qui 6. vocat Stenoſtomum.
40 appellatur.M.
41 & xj.M. paſſuum magna palus oritur ex eodem alueo. M.

42 Pſeudoſtomon. M.CH. vt etiam hoc, eod. cap. ſequitur.
43 Conopon, ſiue Diabaſis. Cane Lacano dicitur.
44 Borioſtoma, & Stenoſtoma. Vet.
45 in plano.M.
* Corſi. CH.
46 Sindi. Ver. Strab.
47 hodie Tiza. Ptolomæo Tibiſcum.
* Amoros. Ver.
48 quidam legunt, Ad bis decies centũ M. paſſ. in longitudinem, iiij. M. minus: cccc. in latitudinem ad flumen Viſtulam &c. (Viſlam Pom.) CH. habet, Oceanũ bis decies cẽtum M. paſſ. in longitudinẽ, quatuor millibus quadringentis in latitud. ad flumen Viſtiam. &c.
49 Cremenſe, Obolium. Ver.
50 legendum cenſeo cognomine fluminis ſic. M.
51 Sagarius. CH.
* cxxx. Ch.

52 ab mari. M.
53 que in M. d. & V. omnib.
54 eius viri. M. Vet.

55 xxv. M. Ver. Ch.
56 Tauriſci. Ver. Sardi, Scythæ, & Siraci tenent. Tol. de Sir. lege Strab. lib. 11.

57 magno receſſu. M. & CH.

58 Carcinites. V. M.
59 Nauarum, V. M.

60 A tergo lacus Buges à Coreto Mœotæ lacus ſinu petroſo &c. Tol.

61 Sed à. M.
62 quaque. CH.
63 xxvij. Ver.
64 Characeni, Lagyrani. Ver.
65 Stactari. Ch.
66 Nea. Ver. adſtip. & M.
67 In ore Carcine oppidũ, Tagæ &c. M.

ora à Carcinite oppida, Taphræ, in ipſis anguſtiis peninſulæ: mox Heraclea Cherrhoneſos, libertate à Romanis donatum. Megarice vocabatur anteà, præcipui nitoris in toto eo tractu, cuſtoditis Græciæ moribus, quinque millia paſſ. ambiente muro. Inde Parthenium promontorium, Taurorum ciuitas, [68] Placia. Symbolon portus. Promontorium Criumetopon, aduerſum [69] Charambi Aſiæ promontorio, per medium Euxinum procurrens clxx. M. paſſ. interuallo: quæ maximè ratio Scythici arcus formam efficit. Ab eo Taurorum portus multi, & lacus. Oppidum Theodoſia à Criumetopo [70] cxxij. M. paſſ. A Cherrhoneſo [71] clxv. M. paſſ. Vltrà fuêre oppida, Cyte, Zephyrium, Acre, Nymphæum, Dia. Reſtat longè validiſſimum in ipſo Boſphori introitu, Panticapæum Mileſiorum, à Theodoſia M. [72] xxxv. paſſ. A [73] Cimmero verò oppido transfretum ſito [74] mil. M D. (vt diximus) paſſ. Hæc ibi latitudo Aſiam ab Europa ſeparat, [75] eáque ipſa pedibus plerunque peruia, glaciato freto. Boſphori Cimmerij [76] latitudo xij. M. D. paſſ. Oppida habet Hermiſium, Myrmecium: intus inſulam [77] Alopecen. Per Mæotin autem ab extremo Iſthmo, qui locus Taphræ vocatur, ad os Boſphori cclx. M. paſſ. longitudo colligitur. A Taphris per continentem introrſus tenent Auchetæ, àpud quos Hypanis oritur, [78] Neuri apud quos Boryſthenes, [f] Geloni, Thuſſagetæ, Budini, Baſilidæ, & cæruleo capillo Agathyrſi. Super eos Nomades: dein Anthropophagi. [79] A Buge ſuper Mæotin Sauromatæ, & Eſſedones. At per oram ad Tanaim vſque Mæotę, à quibus lacus nomen accepit: vltimíque à tergo eorum Arimaſpi. Mox [e] Riphæi montes, & aſſiduo niuis caſu pinnarum ſimilitudine, Pterophoros appellata regio: pars mundi damnata à [80] natura rerum, & denſa merſa caligine: [81] neque in alio quàm rigoris opere, gelidíſque Aquilonis conceptaculis. [82] Pone eos montes; vltráque Aquilonem, gens felix (ſi credimus) quos [v] Hyperboreos appellauêre, annoſo degit ęuo, fabuloſis celebrata miraculis. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremíque ſyderum ambitus, [83] ſemeſtri luce & vna die Solis auerſi: non, vt imperiti dixêre, ab æquinoctio verno in autumnum. Semel in anno ſolſtitio oriuntur iis Soles, brumáque ſemel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni [84] afflatu noxio carens. Domus iis nemora, lucíque, & deorum cultus viritim gregatímque; diſcordia ignota & ęgritudo omnis. Mors non niſi ſatietate vitæ, epulatis [85] delibutíſque ſenibus luxu, ex quadam rupe in mare ſalientibus. Hoc genus ſepulturæ beatiſſimum. Quidam eos in prima parte Aſiæ litorum poſuêre, non in Europa, [86] qui ſunt ibi ſimilitudine & ſitus, Atacorum nomine. Alij medios fecêre eos inter vtrunque Solem, Antipodum occaſum exorientémque noſtrum: quod fieri nullo modo poteſt, tam vaſto mari interueniente. Qui [87] non alibi, quàm in ſemeſtri luce conſtituêre eos, [x] ſerere matutinis, meridie metere, occidente Sole fœtus arborum decerpere, noctibus in ſpecus condi tradiderunt. Nec [88] licet dubitare de gente ea, cùm tot autores prodant frugum primitias ſolitos Delon mittere Apollini, quem præcipuè colunt. Virgines ferebant eas, hoſpitiis gentium per annos aliquot venerabiles: donec violata fide, in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituêre, [89] híque ad conterminos deferre, atque ita Delon vſque. Mox & hoc ipſum exoleuit. Sarmatiæ, Scythiæ, Tauricæ, omníſque à Boryſthene amne tractus longitudo [90] dccccclxxx. M. Latitudo dccxvij. M. à M. Agrippa tradita eſt. Ego incertam in hac terrarum parte menſuram arbitror. Verùm inſtituto ordine, [91] reliqua huius ſinus dicantur: & maria quidem eius [92] nuncupabimus.

68 Palacia. Ver.

69 Carambico. Ver.

70 c.xxv.M. CH.

71 cxlv.M. Vet.

72 Ixxxvij. M lxxxvj.M.D. Paſſ. CH.
73 ab Hermonaſſa verò oppido, vt dicemus, trans fretum Cimmerium ſito, ix. M. paſſ. Pinet.
74 Vet. & Man. pruis M. expungunt.
75 eáque ipſa, in Ch. non leg.
76 lat. ſ. longitudo verò xxvij. Pint.
77 Aloperiam. Ver.
78 Neuroæ. Ver.
79 A Buge verò ſuper M.

80 à rerum natura. CH.
81 neque in aliud quàm rigoris opera, gelidíſque Aquilonis conceptacula. alij in rigore operta.
82 Poſt eos. M.
83 & vna die ab æquinoctio verno in autumnum: non vt imperiti dixere, ſolis auerſi. Rodi. 16. ca. 22. Vide Bud. 1. de Aſſ. alijs, ſemeſtri luce & vna nocte. nõ vt & c.
84 omni flatu. Ch.
85 delibutóque ſenio. CH.

86 quis ſunt ibi ſimili cõſuetudine & ſitu, Atacori nomine. M.

87 non, in M. CH. & V. deſet. omnib.

88 libet. CH.

89 Indéque. M. Ver.

90 dcccIxxx. CH.

91 reliquiæ. M.
92 nũcupabimus. M. & Ver.

ANNOTATIONES.

a Illic nunc extat templum diuæ Mariæ in Caſſiopo, ædificatum ex ruinis Caſſiopes.
b Ab hac Samei dicuntur, vt à Samo Samij. Straboni Same ciuitas eſt Cephaleniæ. Apud Melam Same & Cephalenia magno errore vt inſulæ duæ diuerſæ recenſentur, ac item Neritus & Ithaca, cùm Neritus ſit Ithacæ mons: vt patet ex hoc capite.
c Eam Pericles & Pemades dicebant eſſe Peiræi λιμένα, non vt interpres legit apud Plutarchũ λιμένας: Samum verò, ciuitatis ἀνώφλυγα: Foſſam, vallum, munimentum. Rhodigin. cap. 6. lib. 12.
d Ab Oenone Aſopi filia, vt ab eius ſorore Corcyra, Corcyram, quæ antea Scheria vocabatur. Dicta eſt & Oenoue Oinopia, Ouidius.

Oinopiam Ætnæos petit Aeacidæa regna.

Pindarus, εἰ δ' ἐς πάνυ ἀνωνύμαν ἵκοιμαν νάσσαν Αἴακιδαι βασιλῆες in Nemæis. Euripides in Iphigenia ἀνώνυμα πέραν, id eſt. πρεσβεύουσι πρόσχωνίδιον, πρόσταλιν, πρόσχωμίδιον. Ζεὺς (inquit) Αἰακὸν δ' ἔρωτος οἰνώπης πρῆμεν. Leopard. cap. 83.
e Inter Apteron & mare πτερὸν locus fuit in quo Sirenæ cum Muſis contenderunt, quæ à Muſis victæ, doloris impatientia ab humeris alis remotis, & abiectis, in mare dederunt ſe præcipites, vnde ἀνώνυμον nomen. Auſonius in Grypho.

Tres volucres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ,
Tertribus ad palmam uſſæ certare Camœnis,
Ore, manu, flatu, lyra, fidis, voce canentes.

f In hac inſula Strabo refert, vetuſta conſuetudine, ſexagenarios poros & coronatos, ſpectantibus neceſſarijs, ſacro peracto, cicuta hauſta, πανυχιζόντων, quam à necandi celeritate quidam ἐφήμερον vocant, mortem ſibi conſciſcere. Rhodig. cap. 4 l. 28. Menander, πελὰν τὸ πάτριον νομίμων ἕνεκ' φασὶν, ἁ μὲ διωάμενον ἑαυτὸν πελᾶν, ὃ ſũ πανέτ. Memnic & Ælianus lib. 3. Hiſt. & Stephanus in dictione ἰουλὶς. Idem ferè mos ſenes è ponte deturbandi apud Romanos, vnde vocati ſunt Depontani. Vide apud Nonium dictionem Caſnares, pro qua corruptè

corruptè legitur Carnales. De Ceo Insula hæc leguntur apud Strabo.lib.9. *Ceos quatuor continet vrbes, inde Tetrapolis vocitata. Duæ verò restant, Carthæa scilicet, & quam Iulidem appellant: ad quas reliquarum habitatores concurrerunt: Carthæam quidem à Phœcissa, Iulidem verò è Coresia.* Ex Iulide oriundus fuit Simonides primus auctor condendorum carminum.

g A Scyro vate nominata fuit, qui ad Eleusinos cum Erechteo bellum gerentes ex Dodone profectus in prælio occidit, cùm in Phalero Palladis Scyradis sacellum ædificasset. Rhod.cap.13.28.

h Delos Apollinis & Dianæ natalis, quos Latona Titani filia ex Ioue peperit. Manilius apud Varronem: Deli gemellos Creta Titano Deos Latona peperit casto complexu Iouis: *Δῆλος φανήτω μηδέποτε.* Scal. Illicfuit ara Cornea, quam inter septem orbis miracula recenset Martial.

Dissimulátque Deum cornibus ara frequens.

Vide Polician.cap.52.Miscell.

i Recentiores patere. xxx. miliarium longitudine affirmant: & circuitu lxxx.

k Callimach.apud Strabonem lib.17. *Κυκλάδες περιπλόμενοι, τὸ δ' ὔνομα θήκατο μύθῳ ἀείσαντες περιχόρῳ κιθαρίσται.*

l Indevinum peparethium apud antiquos nobile. Athen.

m Vulcano sacra. Papinius. *---Aegeo premuntur circumflua Lemno. Lemnos, vbi ignifera fessus respirat ab Aethna fauleiber.*

De fumantibus eius collibus Flaccus.

Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
Saxea iugis fumant, coquitúrque vaporibus aër.

Dionisius. *Et celsa Seyros, Peparethus sacráque Lemnos:*
Fertilis atque Thasos, simul Imbros: post corybantum
Mœnibus antiquis Samothracia cernitur alta.

n Dardania Leucadia quoque vocata fuit, quòd procul intuentibus albicet: deinde Thracia ab incolis Thracibus, ac tandem Samothracia: quoniam post Thraces Samij in ea habitauêre. Vide Rhodig.cap.48.21.

o Arnoba manuscrip. Abnobij montes Herciniæ pars. *Das heßische gebirge.* Arnoba conuenit magis loco scaturiginis, quem vocant *Inder Eur.* Fons eius non procul abest ab *Eschingen* pago. Mox ab origine recipit riuos duos, alterum *die Prigen*, à quo vicinus tractus Pregena dicitur: alterum *die Bregen.* Herodotus scripsit, eum *ἀφανῆ ἐν πλάτει, καὶ πυρρήνην πόλιν*, vbi fortasse legendum *πηγὴν ἵππου χόλφαν.*

p Sic vocata à Basternis Peucinorum montium accolis, qui eam occuparunt.

q A congelatis & stupidis piscibus, quorum ibi capitur maxima copia.

r Straboni Getæ ad Pontum, orientem versus, circa ostium Danubij sedes habent: Daci verò ad Istri fontem in Germania vsque ad eius præcipites decursus, siue cataractas. Vtriusque tamen gentis sermo idem est. Vide supra cap.26.lib.2.Sarmatæ in Europa, Poloni.Sarmatæ Asiatici inter Tanaim, hodie *Tana*, & Coracem, hodie, *copa* fluuios siti, hodie, Abgasti.

s Hungarorum vulgus adhuc hodie eos appellat *Iar* voce decurtata.

t Nuester Moldauiæ qua mare ingreditur; supra Turla.

u Translato in eam herois corpore, à matre Thetide. Eadem & Phaenna dicitur, quasi *φαεννὴ*, & Alba, ardearum albarum multitudine: nec vt quidam censent, alia est quam Achillis Dromos. Vide Rhod.cap.4.14.

x Est vocabulum Græcum ab *ἰν.i.in, οἶκος* domus, *ἀπὸ τοῦ ἀεὶ* vagari, quòd domibus currui impositis oberrent & vagentur.

f Geloni arcu præliari solebant. Statius in Achillem.

Quo Dauger.e. fua gesa citent, quo turbine exstim
Sauromates, falcémque Geta, arcúmque Geloni
Tenderet. Had.Iun.cap.2.1.

t Moschouitæ hodie vocant Semioi Poyas, id est, mundi cingulũ.

v Inugros & Vogolicos hodie vocari multi credunt. Permijs, Pecerris, Pinnagis ij contermini sunt. Annosum degunt æuum, hoc est, ex Strabonis sententia, mille annos viuunt. Antimachus Hyperboreos eosdem esse putat cum Arimaspis monoculis Herodoti. Strabo credit ex historia Scythica Homerum Cyclopas induxisse. Damastes libro de Gentibus, vltra Scythas Isedonas esse tradit: post hos Arimaspos: aq deinde Riphæos montes, vltra quos, Hyperboreos quæ mari vicina sunt tenere, & ab eorum tractu flare Boream.

x Periocum hoc dictum est. Nam cum semestris eis lux sit vnica dies, matutinum primos duos menses intelligimus. Meridiem, extremam partem sequentium duorum: vesperam autem vltimos reliquos.

[?]

Insula Ponti. CAP. XIII.

HElleſpontus inſulas non habet in Europa dicendas. In Ponto duæ, M.D.paſſ. ab Europa, xiiij.M. ab oſtio, Cyaneæ, ab aliis Symplegades appellatę, traditæq; fabulis inter ſe concurriſſe: quoniam paruo diſcretę interuallo, ex aduerſo intrantibus geminę cernebantur, paulúmque deflexa acie, cocuntium ſpeciem præbebant. Citra Iſtrum Apolloniatarum vna lxxx.M. à Boſphoro Thracio, ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit. Inter oſtia Iſtri quę eſſent, diximus. Ante Boryſthenem Achillea eſt ſuprà dicta, eadem Leuce & Macaron appellata. Hanc temporum horum demonſtratio à Boryſthene cxl.M.ponit, à Tyra cxx.M. à Peuce inſula quinquaginta M. Cingitur circiter decem M.paſſ. Reliquę in Carcinite ſinu Cephalonneſos, [1] Rhoſphoduſa, Macra. Non eſt omittenda multorum opinio, priuſquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia [2] interiora illo capite naſci, non Gaditano freto, exiſtimauêre, haud improbabili argumento: quoniam æſtus ſemper è Ponto profluens, nunquam reciprocetur. [3] Exeundum deinde eſt, vt [4] extera Europæ dicantur, tranſgreſſíſque Riphæos montes, litus Oceani Septentrionalis in læua, donec perueniatur Gades, legendum. Inſulę complures ſine nominibus eo ſitu traduntur. Ex quibus ante Scythiam, quę appellatur [5] Bannomanna, abeſſe à Scythia diei curſu, in quam veris [6] temperie fluctibus electrum eiicia-tur, Timæus prodidit. Reliqua litora incerta ſignata fama. [7] Septentrionalis Oceanus, Amalchium eum Hecatæus appellat, à Paropamiſo amne, quà Scythiam alluit, quod nomen eius gentis lingua ſignificat congelatum. Philemon Morimaruſam à Cimbris vocari, hoc eſt, [a] mortuum mare, [8] vſque ad promontorium Rubeas: vltra deinde [b] Cronium. Xenophon Lampſacenus, à litore Scytharum tridui nauigatione, inſulam eſſe immenſæ magnitudinis, Baltiam tradit. Eandem Pythias Baſiliam nominat. Feruntur & Oonæ, in quibus ouis [9] auium & auenis incolę viuant. Aliæ, in quibus equinis pedibus homines naſcantur, Hippopodes appellati: [10] Faneſiorum [c] aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipſorum aures tota contegant. Incipit inde clarior aperiri fama ab gente [11] [d] Ingæuonum, quæ eſt [12] prima inde Germaniæ. Seuo mons ibi immenſus, nec Rhiphæis iugis minor, immanem ad [13] Cimbrorum vſque promontorium efficit ſinum, qui Codanus vocatur, refertus inſulis: quarum clariſſima Scandinauia eſt, incompertæ

1 Rhodussa Stephano.

2 inferiora. apud Senecam, qui hunc locum explicat.
3 Ad eundem. Ver.
4 extera. M.

5 Inſula lib.37.cap.2. eandem hãc inſulam ex eiuſdem Timæi ſententia Baltiam nominat. Bannoma. V. ni abeſſe. CH.M.V.
6 tempore. M. CH.
7 Septent. Ocea. à Paropamiſo amne quà Scythiam alluit Amalchiũ eum Hec. app. quod &c.
8 Inde vſque. M.

9 auium aduenæ & incolę. V. aduenis M.
10 Panotiorum. Tur.

11 Vigæuonũ. Rhen.
12 prima. Inde Germania. Mons Seuo. &c. Rhenanus. M.
13 Cimbros vſque promõtorii, ſin. Ch.

a Apud Senecam epiſtola 68. Demetrius Stoicus vitam ſecuram, & ſine vllis fortunæ incurſionibus feſtiuã & eleganter mare mortuum vocat.

b Cronij maris meminit Euſtathius. *Poſt Scythas*, inquit, *qui mari Cronio vicini Caſpium accolunt, Vnni ſunt, quos Sinocatus hiſtoriographus Turcos à Perſis vocari tradit, ad orientem vernum ſpectantes.* Cronium dictum putat, Rhodiginus cap.6.12. à frigoris immanitate, cui præeſt *κρόνος*, id eſt Saturnus. Ego verò à Grõlandia, prouinciarum vltima in eo tractu, voce illis nationibus vſitata, ſed à Græcis deprauata. Cronium mare dictum etiam Hadriaticum, vel à Saturno, qui in Italia regnauit, vel à Chrono inſula, Apollonius 4. Argon. oſtendit. Lycophronis interpres Ionium ſinum, & Cronium vocatum fuiſſe, &

c Rheæ, tradit. Faneſios & Sarmalos Pomponius vocat: Strabo *ὠσοδόνβας*, quòd dormituri auribus, vt lecto, incubent. *Panotij* (inquit Iſidorus) *apud Scytas eſſe feruntur, tam diffuſa aurium magnitudine, vt eorum totum corpus contegant.* Panotij dicti ſunt *ἀπὸ τοῦ πανὸς καὶ ὠτὸς.* Turn. cap.19.lib.6. Aduerſ. Vide de his Rhod.cap.29.3. Horum etiam mentio fit poſteà capit.2.lib.7.

d Beatus Rhenanus hanc vocem interpretatur dicens *Wic*, aut *Wig* Saxonum lingua, & eorum qui mare accolunt ſonare maris aut fluuij ſinum: *Wonem* verò (vt & germanica communi lingua) habitare. Vnde Vuigæuones maris accolę, quos Ingæuones Latini vocauerunt.

Germania. CAP. XIIII.

R*Hætiæ propè vnius maiore latitudine, ſanè [1] circa exceſſum eius ſubactæ. Nam Germania multis poſteà annis, nec tota, percognita eſt. Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum [2] opinioni, & [3] longitudinis ab Agrippa [4] proditæ. Germanorum genera v. [a] [5] Vindili, quorum pars Burgundiones, *Varini, Carini, [6] Guttones. Alterum genus [7] [b] Ingæuones, quorum pars Cimbri, Teutoni, ac [8] Cauchorum gentes. Proximi autem Rheno [c] Iſtæuones, quorum pars [9] Cimbri mediterranei: [d] Hermiones, quorum Sueui, Hermunduri, [c] Chatti, Cheruſci. Quinta pars Peucini, [f] Baſternæ, ſuprà dictis contermini Dacis. Amnes clari in Oceanum defluunt, [g] Guttalus, [10] Viſtillus ſiue Viſtula, Albis, Viſurgis, Amiſius, Rhenus, Moſa. Introrſus verò, [11] nulli inferius nobilitate, Hercynium iugum prætenditur.

1 citra. Rhen.

2 opinione. CH.
3 longitudini. M.
4 traditæ. M.
5 Vãdill. Rhen. Vandillici. CH.
* Auarini. Io. Go.
6 Gottones.
7 Vuigæuones. Rh.
8 Baugorum. CH.
9 pars Cimbri, & Mediterranei Her.
10 Viſtillus, Sueuus; Albis. Rhen.
11 nullo. Rhen.

ANNOTATIONES.

* Rhenanus dicit hæc non eſſe à ſuperioribus diſtrahenda ſiquidem cum ijs neceſſario cohæreant vſque ad hæc verba: Germanorum genera quinque. Atque his verbis incipit cap. 14.

a ſiue Vandali, à vocabulo germanico *Wandeln* quod peregrinari. Inde Vandali aduenæ, peregrini homines. Eorum ſedes in Polonia ad caput Viſtulæ. Megalburgenſes, Pomerani, Pruteni, Marchia, Saxonię pars.

b indigenæ aborigenes autochthones. Hodie Triſij, Dani, Holſati, Ditmaſi, Vveſtuuali, Saxoniæ pars maxima.

c qui ad Iſtrum habitant, *Oſtſtuuonen* occidentales. Ij ſunt Sicambri, Batani, Mattiaci, Tencteri, Bructeri, Viſipetes, Chamani, Angriuarij, Tubantes, Buſactori, Vangiones, Nemetes, Vbij pars Saxonię, Franci, Sueui, Danubij & Rheni accolę.

d bellatores, Horum ſedes incolunt Turingi, Miſnenſes, Boiemi, Luſatij, Steſij, Moraui, pars Polonorum. Hermiones, olim Hernuones, ab heir terra, propinqui Danubio.

e Ad hos addendi ſunt ex ſententia Melancht. Nariſci, Marcomanni, Ligij, Arij, Eliſij, Quadi.

f Baſtarnarum & Iazygum nomine comprehenduntur VValachi, Lituani, Ruteni, VVeſtarnæ occidentales aratores, coloni, agricolę. Peucini, ij dicti ſunt quia Peucen inſulam ad oſtia Danubij poſitam occupaſſent. Melancht. 4. Chronicorum.

g Guttalus Ptolemęo Viadrus, Odera *die Oder*. VViſurgis, *Weſer*. Alluit is ciuitatem Saxoniæ Hamelem. Labitur in *Aller* fluuium, ad oppidum *Verden*, ſupra *Bremen*.

Inſulæ in Gallico Oceano. CAP. XV.

IN Rheno ipſo, propè centum M.p. in longitudinem, nobiliſſima Batauorum inſula, [1] Cannenufatum, & aliæ Friſiorum, [a] Cauchorum, Friſiabonum, Sturiorum, [2] [b] Marſatiorum, quæ ſternuntur inter Helium ac Fleuum. Ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Moſam ſe ſpargit: medio inter hæc ore, modicum [3] nomini ſuo cuſtodiens alueum.

1 Caninefatum. Cannenfacium. M.
2 Mattiacorum.

3 nominis ſui.

ANNOTATIONES.

a Cauchi, alijs *Cadſant*: alijs *VValcheren*, prope Meydelburgum. Melancht. Caucos minores eſſe tradit ad Bremam & VViſurgin: maiores, ad Luneburgum & veterem Marchiam.

b Seelandos vocant, quaſi maritimos homines. Sturij, *Staueren*. alijs *Snitbenne*. Friſiabones, *Fredeborch land*.

Britannia

compertæ magnitudinis, portionem tantùm eius, quòd ſit notum, Hilleuionum gente D. incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Nec eſt minor opinione Eningia. Quidam [14] hæc habitari ad [15] Viſtulam vſque fluuium, à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hirris tradunt. Sinum [16] Clylipenum vocari: & in oſtio eius inſulam Latrin. Mox alterum ſinum Lagnum, conterminum Cimbris. Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninſulam efficit, quæ [17] Cartris appellatur. xxiij. inde inſulæ Roman. armis cognitæ. Earum nobiliſſimæ, Burchana, Fabaria à noſtris dicta, à frugis [18] ſimilitudine ſponte prouenientis. Item Gleſſaria, à ſuccino militiæ appellata, à Barbaris [19] Auſtrania, præterq; Actania. Toto autem hoc mari ad Scaldin vſque fluuium, Germanicæ accolunt gentes haud explicabili meſura, tam immodica [20] prodentium diſcordia
1 0 eſt. Græci & quidam noſtri, xxv. M. paſſ. oram Germaniæ tradiderunt. Agrippa cum Rhætia & Norico longitudinem dclxxxvj. millia paſſuum, latitudinem [21] cclxviij. M.

14 hanc.
15 Viſtulam, CH. Iſtulam. Pomp.
16 Cylipenum. Ch.

17 Cartris appellatur xxiij. M. paſſ. Inde &c. V.
18 multitudine ſponte proueniente. M.
19 Auſtrauia. Auſtrauia. CH.

20 tradẽtium Rhenanus.

21 cxlviij. Tol.

ANNOTATIONES.

a Apud Senecam epiſtola 68. Demetrius Stoicus vitam ſecuram, & ſine vllis fortunæ incurſionibus feſtiuã & eleganter mare mortuum vocat.

b Cronij maris meminit Euſtathius. *Poſt Scythas*, inquit, *qui mari Cronio vicini Caſpium accolunt, Vnni ſunt, quos Sinocatus hiſtoriographus Turcos à Perſis vocari tradit, ad orientem vernum ſpectantes.* Cronium dictum putat, Rhodiginus cap.6.12. à frigoris immanitate, cui præeſt *κρόνος*, id eſt Saturnus. Ego verò à Grõlandia, prouinciarum vltima in eo tractu, voce illis nationibus vſitata, ſed à Græcis deprauata. Cronium mare dictum etiam Hadriaticum, vel à Saturno, qui in Italia regnauit, vel à Chrono inſula, Apollonius 4. Argon. oſtendit. Lycophronis interpres Ionium ſinum, & Cronium vocatum fuiſſe, &

c Rheæ, tradit. Faneſios & Sarmalos Pomponius vocat: Strabo *ὠσοδόνβας*, quòd dormituri auribus, vt lecto, incubent. *Panotij* (inquit Iſidorus) *apud Scytas eſſe feruntur, tam diffuſa aurium magnitudine, vt eorum totum corpus contegant.* Panotij dicti ſunt *ἀπὸ τοῦ πανὸς καὶ ὠτὸς.* Turn. cap.19.lib.6. Aduerſ. Vide de his Rhod.cap.29.3. Horum etiam mentio fit poſteà capit.2.lib.7.

d Beatus Rhenanus hanc vocem interpretatur dicens *Wic*, aut *Wig* Saxonum lingua, & eorum qui mare accolunt ſonare maris aut fluuij ſinum: *Wonem* verò (vt & germanica communi lingua) habitare. Vnde Vuigæuones maris accolę, quos Ingæuones Latini vocauerunt.

Britannia & Hybernia. CAP. XVI.

EX aduerso huius [1] situs Britannia insula, clara Græcis noſtríſque monumentis, inter ſeptentrionem & occidentem iacet: Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, multo maximis Europæ partibus [2] magno interuallo aduerſa. Albion ipſi nomen fuit, cum Britanniæ vocarentur omnes: de quibus mox paulò dicemus. Hæc abeſt à Geſſoriaco Morinorum gentis litore, proximo traiectu quinquaginta M. [3] minimum: circuitu verò patere tricies octies centena vigintiquinque. M. Pytheas & Iſidorus tradunt, triginta propè iam annis notitiam eius Rom. armis non vltra vicinitatem ſyluæ Caledoniæ propagantibus. [4] Agrippa lõgitudinem dccc. M. p. eſſe: latitudinem ccc. M. credit. Eandem Hyberniæ latitudinem; ſed longitudinem cc. M. paſſuum minorem. Super eam hæc ſita, abeſt breuiſſimo tranſitu: à [a] Silurum gente [5] xx. M. paſſ. Reliquarum nulla cxxv. M. circuitu amplior proditur. Sunt autem [6] xl. Orcades, modicis inter ſe diſcretæ ſpatiis. Septem [7] Acmodæ, & xxx. [8] Hæbudes: & inter Hyberniam ac Britanniam Mona, Monapia, [9] Ricnea, Vectis, [10] Silimnus, [11] Andros. Infra verò [12] Siambis, & Axantos. Et ab aduerſo in Germanicum mare ſparſæ Gleſſariæ, quas Electridas Græci recentiores appellauêre; quòd ibi Electrum naſceretur. Vltima omnium, quæ memorantur, Thule: in qua ſolſtitio nullas eſſe noctes indicauimus, [13] Cancri ſignum Sole tranſeunte, nullóſque contrà per brumam dies. [14] Hæc quidam ſenis menſibus continuis fieri arbitrantur. Timæus hiſtoricus à Britannia introrſus ſex dierum nauigatione abeſſe dicit inſulam Mictim, in qua candidum plumbum proueniat. Ad eam Britannos [15] vitilibus nauigiis corio circumſutis nauigare. Sunt qui & alias prodant, Scandiam, [b] Dumnam, Bergos: maximámque omnium Nerigon, ex qua in Thulen nauigetur. A Tule vnius diei nauigatione Mare concretum, à nonnullis Cronium appellatur.

1 sita.
2 haud magno. Vet.
3 paſſuum. Nam minimum neque eſt in Vet. neque in Ch. legitur.
4 Agrippa longitudinem dcce. M. paſſ. credit: latitudinem ccc. Eãdem credidit Hyber. Pine. Chiff. ex. legit. credidit. Eandem Hyberniæ, ſed longitudinẽ &c.
5 xxx. M. CH.
6 xl. M. paſſ. Orc. V.
7 Hæmedes. Vet.
8 Hebrides. Vet.
9 Ricina. Ver.
10 Limnus Ver.
11 Edros. Vet.
12 Samnis. Vet. M.
13 ad Cancri.
14 Hoc quidam. Ch. Hæc ſiquidẽ. Rhod. cap. 22. 16.
15 vilibus. M.

ANNOTATIONES.

a Silurorum oppidum Ptolomæo, Bulcum: nunc *Workam*. Fuit & Siluriæ pars Caricta, nunc Gallonidiæ pars. Boetius idem Coil & Cunigamam Siluriæ partes fuiſſe tradit.

b Quibuſdam Dumna, Dumo, Nerigon, Nordera: Iſlandiæ vicinas inſulas. Eſt autem Nordera maxima ex aliquot inſulis, quas Farras vocant, proximè Iſlandiam ſitas.

Gallia. CAP. XVII.

GAllia omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè diſtincta. A [1] Scaldi ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam Celtica, eadémque Lugdunenſis. Inde ad Pyrenæi montis excurſum [2] Aquitania, [3] Aremorica [4] antè dicta. Agrippa [5] vniuerſarum Galliarum inter Rhenum & Pyrenæum, atque Oceanum, ac montes Gebennam & Iuram, quibus [b] Narbonenſem Galliam excludit, longitudinem [6] ccccxx. M. paſſ. latitudinem [7] cccxiij. computauit. A Scaldi incolunt [8] extera [c] Toxandri pluribus nominibus. Deinde Menapij, Morini, Oromanſaci iuncti pago, qui [d] Geſſoriacus vocatur: [9] Britanni, Ambiani, Bellouaci, [10] c Haſſi. Introrſus Caſtologi, Atrebates, Neruij liberi, Veromandui, Sueconi, Sueſſiones liberi, Vibanectes liberi, Tungri, [11] f Rinuci, Friſiabones, Betaſi, Leuci liberi, Treueri liberi anteà, & Lingones fœderati, Remi fœderati, [12] Mediomatrici, Sequani, Raurici, Heluetij. Coloniæ, [g] Equeſtris & [h] Rauriaca. Rhenum autem accolentes, Germaniæ gentium in eadem prouincia, Nemetes, [13] Tribochi, Vangiones: hinc Vbij, Colonia Agrippinenſis, Gugerni, Batani, & quos in inſulis diximus Rheni.

1 A Scalde. CH.
2 Aquitanica. Ch. ſic initium. cap. 19.
3 Arecomica. V.
4 antèà. CH.
5 in CH. nõ legitur. Tol. leg. vniuerſam oram Gall. &c.
6 ccccxxx. CH.
7 ccexxiij. CH.
8 Externi. M. Vet.
9 quidam legũt Britanni.
10 Baſſi. CH.
11 Runici: male apud Tacitum Sumici.
12 Mediomatrices.
13 Tribocci. Elſatia hodie.

ANNOTATIONES.

a Gallia omnis vel Ciſalpina eſt, quam togatam ideò vocarunt, quòd, vt ſcribit Dion lib. 46. placidior eſſet, ac Romano veſtitu vteretur: vel Transpina: ac rurſum Ciſalpina, vel Ciſpadana eſt, vel Tranſpadana: incipit hæc ab Ancone, terminatur Alpibus. Ad mare ſuperum finis Rubico, ad inferum Arnus. Tranſalpina circunſcribitur Oceano, Rheno, Alpibus, mari mediterraneo, montibus Pyreneis. Diuiditur hæc in Comatam, ſic appellatam, quòd incolæ ſtudioſius comam alerent & ſummitterent, ac in Brachatam ſiue Narbonenſem, à brachis nunc vocatam, nempe tunica, quæ ſago imponebatur, & qua in curia depoſita latum clauum Gallos ſumpſiſſe Suetonius in Caio Cæſare tradit, nimirum ſenatoriam tunicam. Prouincia Romana priuatim quoque dicta hæc eſt, quòd prius à Romanis ſuperata, & in prouinciam redacta, leges Romanas, moréſque accepiſſet. Comata, ſiue capillata: in Celticam, quam & Lugdunenſem nominarunt, diuiditur, ac in Belgicam. De comata Catullus.

Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati?
Mamurram habere quod comata Gallia
Habebat omnis, vltima & Britannia?

Pomp. Melæ Carni & Veneti Galliam togatam incolunt. Vide Comment. Cæſar. initio lib. 1. de Bello Gall. vbi eandem Galliæ diuiſionem cum noſtro autore tradit.

b Excludit, tanquam iam antea in prouinciæ formam redactam, quam reliquam, viciſſent, ac ſubegiſſent Romani, ac ideò ſciſictam.

c In Eburonibus Taſandrum ciuitas nũc etiam celebris eſt, quam vulgus appellat *Sainct Trudon*, quam Toxandrorum caput fuiſſe volunt. De

iunt. De Toxandris Marcellinus lib. 12. *Quibus patratis, petiit primos omnium Francos, eos videlicet, quos conſuetudo ſalios appellauit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxiandriam locum habitacula ſibi præcipienter figere.*

d Scaliger in Auſonium, pagis olim habitatam fuiſſe totam Galliam putat, vt Vellaunio, Gebalo &c. fuiſſéque illos totas præpoſituras prouinciarum, & amplos tractus, etiam oppidis frequentes, vt nunc apud Heluetios; qua ratione, Galli etiam nunc vocãt *pays*. Itaque Geſſoriacũ pagum fuiſſe tractum, qui portigitur à Northmanis Belgis vſque ad Borioniam, in quo oppidum Giſors vetuſtam adhuc appellationem ſeruat.

e Hem, oppidum & arx Sancto Quintino vicina: alijs *Hemart*. Vide Turn. cap. 21. 8. Adu.

f [illegible] legit, Runici, Belgis *Pays Reneckerland*, & apud Tacitum malè ſcribi, Sunici, putat. Siti ſunt inter Batauos & Phriſios. Rinuci alijs dicti *Roermoode*, alijs *Ramerſlem*.

g Alij dicunt eſſe Lauſannenſem, alij verò Neocommenſem.

h Hanc Cæſar in Commentarijs ſuis vocat Sequaniam, vt eſt Baſilea, Porrentruicum, Mompelgardum &c.

Lugdunenſis Gallia. CAP. XVIII.

LVgdunenſis Gallia habet Lexouios, [1] Vellocaſſes, [2] Galletos, Venetos, * Abrincatuos, [3] Oſiſmios, flumen clarum Ligerim. Sed [a] peninſulam ſpectatiorem excurrentem in Oceanum à fine [4] Oſiſmiorum circuitu dcxxv. M. paſſ. ceruice in latitudinem cxxv. M. Vltra eam Nannetes. Intus autem [5] Hedui fœderati, [6] Carnuti fœderati, Boij, Senones, Aulerci, [7] qui cognominantur Eburouices, & qui Cenomanni, Meldi liberi, Parriſij, Trecaſſes, Andegaui, Vidugaſſes, [8] Vadicaſſes, Vnelli, Carioſuelites, Diablindi, Rhedones, Turones, [9] Iteſui, [b] Secuſiani liberi, in quorum agro colonia [c] Lugdunum.

1 Bellocaſſios.
2 Galletes.
* Ambilates. Cæſ.
3 Oſiſmios. CH.
4 Oſiſmiorum Ch.
5 Eſui. Ver.
6 Carnutes. V.
7 & qui nominãtur. Ver.
8 Vadiocaſſes Ch.
9 Ateſui CH.

ANNOTATIONES.

a Peninſula ea continet ciuitates indigenarum dictas *Ereſt*, le *Conquet*, *Sainct Malo*, le *Four*, *Sainct Paul*.

b Secuſiani *Foreſt*. In ea regione eſt arx dominorum de Cuzieu, quæ vetuſtatem nominis & originis teſtatur. Forum Secuſianorum *Fours*. In eius oppidulo legitur vetus inſcriptio: Deo Syleiano Fabri Tignuarij Qui For. Sec. conſiſtunt. D. S. P. R. (id eſt, de ſua pecunia reſtituerunt) Alij ſunt Sebuſiani, Buzei, & Breſſe. Forum Sebuſianorum *Bourg en breſſe*. Subuſianorum caput, *Suſey*.

c Officina monetaria Romanorum Imperatorum, celebre & clarum. Alex. ab Alexandro cap. 24. 4. Illic ad communem aram Cæſarum ſexaginta quotannis populi, ingenti coacta manu, conueniebant, & peracto ſacro, de maximis rebus publico concilio decernebant. Idem cap. 2. 5. In aueſa parte antiqui denarij cuſi à quodam ex Antoniorum ſtirpe Leo ſignatus eſt, eius coloniæ inſigne, cum his literis infra ſupráque ſcriptis: LVGVDVNI. & hiſce ad latera. A. XX. L. quæ annos ſignificant deductæ coloniæ poſt ædificatam ciuitatem. Dion lib. 46. ſcribit ἀγχίθυρον poſtea παγκράτιον vocatam fuiſſe. At omnes antiquitus inſcripti lapides, qui inuẽti ſunt & quotidie inueniuntur, habent LVGVDVNVM III. GALL. PROVINCIA.

Aquitania. CAP XIX.

AQuitanicæ ſunt [1] Ambilatri, [2] Anagnutes, Pictones, [a] Santones [3] liberi, cognomine Vbiſci, Aquitani, vnde nomen prouinciæ, Sediboniates. Mox in oppidum contributi Conuenæ, Begerri, [4] Tarbeli quatuorſignani, Cocoſates ſexſignani, Venami, [5] Onobriſates, Belendi, ſaltus Pyrenæus. Infráque Moneſi, Oſquidates montani, [6] Sibyllates, Camponi, Bercorates, [7] Bipedimui, [8] Saſſumini, Vellates, Tornates, Conſoranni, Auſci, Eluſates, Sottiates, Oſquidates campeſtres, Succaſſes, Latuſates, Baſabocates, Vaſſei, Sennates, Cambolectri, Ageſinates Pictonibus iuncti. Hinc Bituriges liberi, qui Cubi appellantur. Dein Lemouices, Aruerni liberi, [9] Gabales. Rurſus Narbonenſi prouinciæ contermini Rutheni, * Cadurci, Antobroges, [b] Tarnéque amne diſcreti à Toloſanis Petrogori. Maria circa oram, ad Rhenum Septentrionalis Oceanus, inter Rhenum & Sequanam Britannicus, inter eum & Pyrenæum Gallicus. Inſulæ complures Venetorum, quæ & Veneticæ appellantur, & in Aquitanico ſinu [10] Vliarus.

1 Lege Ambilates. putoque vocem hãc tractam è ſuperiori capite huic inſertam imprudentia.
2 Aginnates.
3 liberi, Betni cognomine &c. CH.
4 Tarbelli CH.
5 Olobriſates. V.
6 Sibuſates Cæſar.
7 Pinpedunni. CH.
8 Laſſunni. CH.
9 Gabali, vide cap. 42. lib. 11.
b Cadurci: Nitiobriges Tarne amne diſcreti à Toloſanis. Patrocorij Io. Scalig.
10 Vlarus. M. & Fuxeuſe cenem. *Piſte d'eleven.*

ANNOTATIONES.

a Lego Santones, Bituriges cognomine Vibiſci, ſeu Viuiſci, ſeu Bibiſci: tot enim modis olim ſcripſerunt. Portò ſic, Burdegalenſes vocari ſunt ad aliorum differentiam. Burdegalæ nunc extat inſcriptio hæc. AVGVSTO SACRVM, ET GENIO CIVITATIS BIT. VIV.

b Tarnis *le Tar*. Celebres in ea prouincia fluuij, Tarnis, Durannius, *le Dordouie*, Olda, *Loda*, Aturrus vel Atyr, Tarbellam præterfluens, *L'Ador*, Lucanus. *---& ripas Atyri, quem littore curuo*
Mollitter admiſſum claudit Tarbellicus Auceon.

Citerior Hiſpania. CAP. XX.

APyrenæi promontorio Hiſpania incipit, anguſtior non Gallia modò, verumetiam ſemetipſa, vt diximus, immenſum [1] quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimẽtibus. Ipſa Pyrenæi iuga [2] ab exortu æquinoctiali fuſa in occaſum brumalem, breuiores latere ſeptentrionali quàm meridiano Hiſpanias faciũt. Proxima ora citerioris eſt, [3] eiuſdemq; Tarraconenſis [4] ſitus, à Pyrenæo [5] per Oceanum Vaſconum ſaltus: Olarſo, Vardulorum oppida Moroſgi, Menoſca, Veſperies, Amanum portus, vbi nunc Flauiobriga, colonia ciuitatum ix. Regio Cantabrorum, flumen [6] Sada, portus Victoriæ Iuliobrigenſiũ. Ab eo loco fontes Iberi quadraginta millia paſſuum. Portus * Biendium, [7] Origeni miſtis Cantabris. Portus eorum [8] Veſei, Veca. Regio Aſturum, Noega oppidũ, in peninſula Peſici. Et [9] deinde conuentus Lucenſis, à flumine Nauilubione, Cibarci, [10] Egouarri cognomine Namarini, Iadoni, Arrotrebæ, promontorium Celticũ, [a] Amnes Florius, Nelo, Celtici cognomine Neriæ, ſupérque Tamarici, quorum in peninſula tres

1 cuneata. Pint.
2 ab exortu brumali fuſa in Occaſum æquinoctialem. Pint.
3 eius quoque. M.
4 ſitus conſtituta.
5 prope. M.
6 Sanga. Ver. M.
* Blendium CH.
7 Origeni, Coniſci Cantabri. ex Strabo. lib 3.
8 Veſcineſca Ptolomæo. Victeſta. Pint.
9 Et inde V.
10 Aeguiarri Ch.

araæ Seſtianæ Auguſto dicatæ, Cæpori, oppidum Noela. Celtici cognomine Præſamarci, Cileni. Ex inſulis nominandæ, Corticata, & Aunios. A Cilenis, conuentus Bracarum, Heleni, [11] Grauij, caſtellum Tyde, Græcorum ſobolis omnia. Inſulæ Cicæ. Inſigne oppidum Abobrica. Minius amnis iiij. M. paſſ. ore ſpatioſus, [12] Leuni, Seurbi, Bracarum oppidum Auguſta, quos ſupra Gallæcia. Flumen, Limia. Durius amnis ex maximis Hiſpaniæ, ortus in [13] Pelendonibus, & iuxta Numantiam lapſus; dein per Areuacos Vaccæoſque, diſterminatis ab Aſturia [14] Vertonibus, à Luſitania Gallæcis, ibi quoque Turdulos à Bracaris arcens. Omniſque dicta regio à Pyrenæo metallis referta, auri, argenti, ferri, plumbi, nigri albique.

11 Gronij.Vet.

12 Lebuni.Vet.

13 Pelondonibus.V. & C H.

14 Veſtonibus.Vet.

ANNOTATIONES.

a Multa ex hoc loco in proximum & tertium caput perperàm videntur traiecta, ex rerum ſerie, locorúmque ipſorum ſitu municipiis ſuis reſtituenda. Conſule Caſtigationes Ferdinandi Pintiani.

Luſitania. CAP. XXI.

A Durio Luſitania incipit, Turduli veteres, Peſuri, flumen [1] Vacca. Oppidum Talabrica. Oppidum & flumen [2] Minium. Oppida [3] Conimbrica, [4] Colippo, * Eburo, [5] Britium. Excurrit deinde in altum vaſto cornu promontorium, quod alij Artabrum appellauêre, alij Magnum, multi Olyſſipponenſe, ab oppido, terras, maria, cælum diſterminans. Illo finitur Hiſpaniæ latus, & à circuitu eius incipit [6] frons.

1 Baccia.Ort, Vagia. M. CH.

2 Eumenii. Tol. M. Aeminium.Vet.

3 Clunbriga. M. Tol.

4 Oliſippo.Vet.

* Eburol-ritii. vno vocabulo. Or.

5 Britoleſi.Vet. Briticum.M.

6 *frons* ſeptentrionis. Hinc Oceanus &c. Mira vt Septentrionis vox ad ea, quæ præcedês pertineat.

Inſulæ in Oceano. CAP. XXII.

SEptentrio hinc Oceanúſque [1] Gallicus, Occaſus illinc & Oceanus Atlanticus. Promontorij excurſum [2] lx. M. prodidêre, alii xc. M. p. Ad Pyrenæum inde non pauci quinquaginta millia, & ibi gentem Artabrum, quæ nunquàm fuit, manifeſto errore. Arotrebas enim, quos antè Celticum diximus promontorium, hoc in loco poſuêre literis permutatis. Erratum & in amnibus inclytis. Ab Minio quem ſuprà diximus, c c. M. paſſ. (vt autor eſt Varro) abeſt Aeminius, quem alibi quidam intelligunt, & [3] Limæam vocant, obliuionis antiquis dictus, multúmque fabuloſus. Ab Durio Tagus cc. M. paſſuum, interueniente Munda. Tagus auriferis harenis celebratur. Ab eo clx. M. paſſ. promontorium Sacrum è media propè Hiſpaniæ fronte proſilit. xiiii. M. paſſ. inde [4] ad Pyrenæum medium colligi Varro tradit. [5] Ab Ana verò, quo Luſitaniam à Bætica diſcreuimus, [6] ccxxvj. M. paſſ. A Gadibus cij. M. p. additis. Gentes, Celtici, [7] Varduli, & circa Tagum Vettones. Ab Ana ad Sacrum, Luſitani: oppida memorabilia à Tago in ora, Olyſſippo equarum è Fauonio vento cõceptu nobile, Salacia cognominata Vibs imperatoria, Merobrica: promontorium Sacrum, & alterum [8] Cuneus. Oppida, Oſſonoba, Balſa, Myrtilis. Vniuerſa prouincia diuiditur in conuentus tres, Emeritenſem, Pacenſem, Scalabitanum. Tota populorum [9] xlv. in quibus coloniæ ſunt quinque, municipium ciuium Ro. vnum: Latij antiqui tria: Stipendiaria, xxxvj. Coloniæ, Auguſta emerita, Anæ fluuio appoſita Metallinenſis, Pacenſis, Norbenſis, [10] Cæſariana cognomine. Contributa ſunt in eam Caſtra Iulia, Caſtra Cæcilia. Quinta eſt [11] Scalabis, quæ Præſidium Iulium vocatur. Municipium ciuium Roman. Olyſſippo, Felicitas Iulia cognominatum. Oppida veteris Latij Ebora, quod item Liberalitas Iulia, & Myrtilis ac Salacia, quę diximus. Stipendiariorum, quos nominare non pigeat, [12] præter iam dictos in Bæticæ cognominibus, Auguſtobrigenſes, [13] Ammienſes, [14] Aranditani, [15] Axabricenſes, [16] Balſenſes, [17] Cæſarobricenſes, Caperenſes, Caurenſes, Colarni, Cibilitani, Concordienſes, qui & Boccori, [18] Interauſenſes, Lancienſes, Mirobrigenſes, qui Celtici cognominantur, [19] Medubricenſes, qui Plumbarij, Ocelenſes [20] qui & Lancienſes, Turduli qui Barduli & Tapori. Luſitaniam cum Aſturia & [21] Gallæcia patere longitudine c c c c c x l. M. paſſ. latitudine c c c c c. x x x v j. M. Agrippa prodidit. Omnes autem Hiſpaniæ, à duobus Pyrenæi promontoriis per maria, totius oræ circuitu paſſ. [22] xx ix. M. colligere exiſtimantur, ab aliis [23] xxvii. mill. Ex aduerſo [24] Celtiberiæ complures ſunt inſulæ, [a] Caſſiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi: & è regione Arrotrebarum promontorij, Deorum ſex, quas aliqui fortunatas appellauêre. In ipſo verò capite [25] Bæticæ, ab oſtio freti paſſ. [26] lxxv. mil. Gadis longa (vt Polybius ſcribit) x i j. mil. lata iij. mil. paſſ.

3 Letheum vocant ab obliuione antiquis dictũ, multumque fabuloſum.

4 & ad Pyrenæum medium colligit vt Varro tradit. Ver.

5 Ad Anam. M. Tol.

6 cxxj. Tol. Ch.

7 Turduli.Vet.

8 Cæneus.M.Ch.

9 xlvj.M.

10 Cæſarina.Ch.

11 Sallabis CH.

12 præter iam dictos in Bætica cognomines. Supra lib. 3. ca. 1.

13 Emienſes.M.

14 Aranitani. Vet. Pranitani.M.

15 Taxabricenſes.

16 Blacenſes.Ver.

17 Cæſarobriẽſes M. CH.

18 Interanſenſes.M. CH.

19 Medubrigẽſes M. CH.

20 hæc duo vocabula, qui & in Man. non habentur.

21 Gallicia CH.

22 xxxix.M. duodecies colligere. Vet. xxix. M. xxij. colligere. C H.

23 xxvi. Vet.

24 Celtici. Prol. Celticorum Nereatum. Pint.

25 Bæticæ, mox ab &c. Vet.

26 xxv.M.

Abeſt à continente proxima parte minus [27] paſſus d c c. reliqua plus ſeptem M. Ipſius ſpatium [28] xv. M. paſſ. eſt. Habet oppidum ciuium Romanorum, quod appellatur [29] Auguſta vrbs Iulia Gaditana. Ab eo latere, quo Hiſpaniam ſpectat, paſſibus ferè centum, altera inſula eſt longa iij. M. paſ. mil. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & Philiſtide, [30] Erythia, à Tymæo & Sileno Aphrodiſias, ab indigenis Iunonis. Maiorem Timæus [31 b] Cotinuſam apud eos vocatam ait: [32] noſtri Tarteſſon appellant, [33] Pœni Gadir, ita Punica lingua ſeptem ſignificante. [34] Erythia, dicta eſt, quoniam Tyrij ab [35] origine eorum orti ab [c] Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones habitaſſe à quibuſdam exiſtimatur, cuius armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam eſſe eam, & contra Luſitaniam arbitrentur, eodémque nomine quondam ibi appellatam.

27 pedes.CH.

28 xxv.Pint.

29 Auguſtana.Ver.

30 Erythria.Vet.

31 Potinuſſam. CH. alij Purinuſſam à putris vocatam.

32 Poſt Tirij Tarteſſon appellauêre.V.

33 Poenij Gadiram. Nam Gadir Punica lingua ſeptem ſignificat. Baptiſta Aegnatius cap. 15. Racem.

34 Erythria.V.

35 aborigenes. Pint.

ANNOTATIONES.

a Vicinæ ſunt Maderæ, & alijs Fortunatis. Hodie Inſula corui marini: Inſula Cuniculi: Diuus Georgius: Auentura. Inſula columbi: Baſil. Capraria: Onus. Prolemæus Galeriæ proximas eſſe tradit: Plinius & Mela, Celtiberiæ, falsò vterque. cùm à continente multum abſint, vt verè Strabo ſcripſit, à fuſcis hominibus habitatæ. Rectè tamen is non cenſuit Aquilonias eſſe, cùm ad occidentem ſpectent. Alij eas nominant, *le Stelle: San Martino: Flama: Saluoro: Emiſido.*

b Qui legunt Cotinuſam dictam volunt ab Oleaſtris, vt Ericuſam ab Erica, Rhamnuntem pagum à Rhamno, Cerafuntа à Cerafis, Myrtinuſios, à myrto. Auenius.

Gadir prima fretum ſolida ſuperemine arce:
Attollítque caput geminis inſerta columnis.
Hæc Cotinuſa prius fuerat ſub nomine priſco,
Tarteſſúmque dehinc Tyrij dixere coloni.
Barbara quinetiam Gades hanc lingua ſequentat:
Pœnus quippe locum Gadir vocat vndique ſeptum.

ἡ γαδάρα, vel τὰ γάδαρα, Euſtatio in Dionyſium dicitur, quaſi γῆς ἀλαφὰ; terræ ceruix.

c Vide Strabonem lib. 1 6. Dionyſium in Periplo.

Vniuerſa Europæ menſura. CAP. XXIII.

PEracto ambitu Europæ, reddenda conſummatio eſt, nequid non in expedito ſit, noſcere volentibus. Longitudinem eius Artemidorus atque Iſidorus à Tanai vſque Gades [1] l. xxxiiii. xiiij. M. prodiderunt. Polybius latitudinem Europæ ab Italia ad Oceanum ſcripſit [2] xii. M. quinquaginta eſſe, etiam tum incomperta magnitudine eius. Eſt autem ipſius Italiæ (vt [a] diximus) [3] xii. xx. M. ad Alpes. Vnde per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum, quà videtur menſuram agere Polybius. xi. M. lxviij. Sed certior [4] menſura ac longior ad Occaſum Solis æſtiui oſtiúmque Rheni, per caſtra legionum Germaniæ ab iiſdem dirigitur Alpibus [5] xii. xliij. M. paſſ. Hinc deinde Africa atque Aſia dicentur.

1 l. xxxiii. CH.

2 xx. Pint.

3 xi. c. lxviij. Vet.

4 menſura ccc. long. Salm.

5 xi. M. xvij. Pint. alijs xv i. c. xviij.

ANNOTATIONES.

a ſupra cap. 5. 3. Item ex Solino & Marciano.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER QVINTVS.

Africæ descriptio.

AFRICAM Græci Lybiam appellauêre, [1] quà mare ante eam Libycum incipiens Aegyptio finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus, [2] longè ab Occidente litorum obliquo spatio. Populorum eius oppidorúmque nomina, vel maximè sunt ineffabilia; præterquàm ipsorum linguis, & aliâs castella fermè inhabitant.

1 & mare ante eam Libycum: Aegyto (Aegyptio CH.)finitur.
2 longè ab occid. hæc videntur superuacua.

Mauritania. CAP. I.

PRincipio terrarum Mauritaniæ appellantur, vsque ad C. Cæsarem Germanici filium regna, sæuitia eius in duas diuisæ prouincias. Promontorium Oceani extimum Ampelusia nominatur à Græcis. Oppida fuêre, [1] Lissa, [2] Cotes vltra columnas Herculis: nunc est Tingi, quondam ab Antæo conditum: posteà à Claudio Cęsare, cùm coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia. Abest à Belone oppido Bæticæ proximo [3] traiectu xxx.M.pass. Ab eo xxv.M.pass. in ora Oceani, colonia Augusti Iulia Constantia, [4] Zilis regum ditioni exempta, & iura [5] in Bæticam petere iussa: & ab ea xxxij. M. pass. colonia à Claudio Cæsare facta Lixos, vel fabulosissimè [6] ab antiquis narrata. Ibi regia Antæi, certamenq; cum Hercule, & Hesperidum horti. Affunditur [7] autē [8] huic æstuariū è mari flexuoso meatu, in quo [9] draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Amplectitur intra se insulā, quam solam è vicino tractu aliquanto excelsiore, non tamē æstus māris [10] inūdat. Extat in ea & ara Herculis, nec præter oleastros aliud, ex narrato illo aurifero nemore. Minus profectò mirētur portentosa Græciæ mēdacia, de iis & amne Lixo prodita, qui cogitent nostros nuper paulò minus monstrifica quædā de iisdem tradidisse: præualidam hāc vrbem, maioremq; Carthagine magna: prætereà ex aduerso eius sitā, & propè immēso tractu ab Tingi: quæq; alia Cornelius Nepos [11] auidissimè credidit. Ab Lixo xl.M. in mediterraneo altera Augusti colonia est Babba, Iulia Cāpestris appellata: & tertia Banasa lxxv.M. Valentia cognominata. Ab ea xxxv.M.pas. Volubile, oppidum, tantundem à mari vtroq; distās. At in ora à Lixo quinquaginta M. amnis [12] Subur, præter Banasam coloniam defluens, [13] magnificus & nauigabilis. Ab eo totidē M.pass. oppidū Sala, eiusdem nominis fluuio impositum, iam solitudinibus vicinū, elephātorumq; gregibus infestum; multò tamen magis Autololum gente, per quam iter est ad montē Africæ vel fabulosissimum,

1 Lixa.Vet.
2 & Cotta.CH.
3 in CH.non legitur.
4 Zubil.V.zulis.M.
5 non legitur in Ch.
6 delet.in CH.
7 etiam M.
8 in CH.del.
9 dracones CH.
10 inundant. Vet.& Man.
11 audaciſſimè. Vet.
12 Sububa. V. & M. Sububus. CH.
13 mupificus. Vet.

simum, Atlantem. E mediis hunc harenis in cælum attolli prodiderunt, asperum, squallentem, quà vergat ad litora Oceani, cui cognomen imposuit: eundem opacum, nemorosúmque, & scatebris fontium riguum, quà [14] spectat Africam, fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt nunquàm [15] satietas voluptatibus desit. Incolarum neminem interdiu cerni: silere omnia, haud alio, quàm solitudinum, horrore: subire tacitam religionem animos propiùs accedentium, *prætérque horrorem, elati super nubila, atque [16] in viciniam lunaris circuli. [17] Eundémque noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorúmque la sciuia impleri, tibiarum ac fistulæ cantu, tympanorúmque & cymbalorum sonitu strepere. Hæc celebrati autores prodidêre, præter [18] Herculi & Perseo laborata ibi. Spatium ad eum immensum incertúmque. Fuêre & Hannonis Carthaginiensium ducis commentarij, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africæ iussi: quem secuti plerique è Græcis, nostrísque [19] ad alia quædam fabulosa, & vrbes multas ab eo conditas ibi prodidêre, quarum nec memoria vlla, nec vestigium extat. Scipione Aemiliano res in Africa gerente, Polybius Annalium conditor, ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumuectus, prodidit à monte eo ad Occasum versus saltus plenos feris, quas generat Africa: ad flumen Anatin [20] ccccl xxxv.M. pas. Ab eo Lixū ccv.M.pas. [21] Agrippa Lixum à Gaditano freto cxij.M.pas. abesse. Inde sinum, qui vocetur [22] Saguti. Oppidum in promontorio Mulelacha. Flumina, [23] Subur, & Salam. Portum Rutubis à Lixo [24] cccxiij.M.pass. Inde promontorium Solis: portum Risardir, Gætulos [25] Autololes, flumen [26] Cosenum, gentem [27] Scelatitos & Masatos. Flumen Masatat, flumen Darat, in quo crocodilos gigni. Deinde sinum dcxvj.M.pass. includi montis Barce promontorio excurrente in Occasum, quod [28] appellatur Surrentium. Posteà flumen Palsum, vltra quod Aethiopas Perorsos, quorum à tergo* Pharusos. Iis iungi mediterraneos Gætulos Daras. At in ora Aethiopas Daratitas, flumen Bambotum, crocodilis & [a] hippopotamis refertum. Ab eo montes perpetuos vsque ad eum, quem Theôn [b] ochema [29] dicemus. Inde ad promontorium [30] Hesperium nauigatione dierum ac noctium x. in medio eo spatio Atlantem locauit, à cæteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum. Romana arma primùm, Claudio principe in Mauritania bellauêre, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum vlciscente liberto Aedemone, [31] refugientibúsque barbaris, ventum constat ad montem Atlantem. Nec solùm consulatu perfunctis, atque è Senatu ducibus, qui tum res gessêre, sed equitibus quoque Ro. qui ex eo præfuêre ibi, Atlantem penetrasse in gloria fuit. [32] Quinque sunt (vt diximus) Ro. coloniæ in ea prouincia, [33] peruiúmque famæ videri potest. Sed id plerunque fallacissimum experimento deprehenditur; quia dignitates, cùm indagare vera pigeat, ignorantiæ pudore mentiri nō piget: haud alio fidei proniore lapsu, quàm * vbi falsæ rei grauis autor existit. Et quidem minus miror incomperta quædam esse equestris ordinis viris, iam verò & [35] senatorij, nil demirantibus quàm luxuriam, cuius efficacissima vis sentitur atque maxima, cùm ebori [c] citróque syluæ exquirantur, omnes scopuli Gætuli muricibus ac purpuris. Indigenæ tamen tradunt in ora ab Sala centum quinquaginta mill. pass. flumen [36] Asanam marino haustu, sed portu spectabile: mox amnem quem vocant [37] Fut, ab eo ad Dyrin (hoc enim Atlanti nomen esse eorum lingua conuenit) ducenta mill. pass. interueniente flumine, cui nomen est Vior. Ibi fama, [38] existere [39] circà vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorúmque reliquias. Suetonius Paulinus, (quem Consulem vidimus) primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatio, prodidit de excelsitate quidem eius, quæ cæteri: imas radices densis altísque repletas syluis, incognito genere arborum, proceritatem spectabilem [39] esse enodi nitore, frondes cupressis [d] similes, prætérque grauitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte, posse, quales è bombyce, vestes confici. Verticem altis etiam æstate operiri niuibus. Decumis se eò peruenisse castris, & vltrà ad [e] fluuium, qui Niger [40] vocatur, per solitudines nigri pulueris eminentibus interdum velut exustis cautibus, loca inhabitabilia feruore, quanquàm hyberno tempore [41] experto. Qui proximos inhabitent saltus, refertos elephantorum ferarúmq; & serpentium omni genere,

14 spectet.CH.
15 satias.CH.
* prætérque terrorem.CH.
16 vicina.CH.
17 que. in Man. veteri & CH.delet.
18 Herculis & Persei.M.
19 & alia quidem M.V.CH.
20 ccccl xvj. Salm. M. Marcianus.Ch.
21 Agrippa Lixum. hæc duo vocabula in manuſ.nō leguntur.
22 Sagici.M.CH.
23 Sububum & Salat.CH.
24 cxxxiij.CH.
25 Autoreles.M.
26 Vosenum.V. Ch.
27 Salaitos (à fluuio paulo antè memorato) Pint.
28 appellat.(ſub. Polyb.) Vol.
* Parusios.CH.
29 dichmus.CH.
30 Hesperum.Pint.
31 profugientibus.
32 Hæc verba: Quinque sunt (vt dixi.) Rom. Col. in ea pro. Pintianus pertinere cēſet ad initium capitis ſequentis.
33 peruiúmque fama. M.
* ore.CH.
35 senatum intrantibus.CH.
36 Asamam.Vet.
37 Phthur.Vet.
38 extare.CH.
39 certa vestigia.
39 esse in M. non legitur, nec in C H.
40 vocaretur CH.
41 expertus.M. Vet.

41 diuisa.Ver.
42 viscera, iuncta Aethiopũ gente Ch.

Canarios appellari. Quippe victum eius animalis promiscuum his esse, & [41] diuidua ferarum [42] viscera. Iunctam Aethiopum gentem, quos Perorsos vocant, satis constat. Iuba Ptolemæi pater, qui primus vtrique Mauritaniæ imperauit, studiorum claritate memorabilior etiam, quàm regno, similia prodidit de Atlante: prætérque gigni ibi herbam euphorbiam nomine, ab inuentore medico suo appellatam. Cuius lacteum succum miris laudibus celebrat in claritate visus, contráque serpentes, & venena omnia: priuatim dicato volumine. Et satis supérque de Atlante.

ANNOTATIONES.

a Vide de hoc animali, quod autor tradit lib. 8. cap. 25. 7.
b θεῶν ὄχημα. Deorum vehiculum, currus.
c Locus hic ostendit capit. 15. 16. pro citro legendum perpetuò Cedrum.
d Vide cap. 15. 13.
e Infra cap. 8. flumen appellat.

Tingitania Prouincia. CAP. II.

1 passi. est. Quinque sunt, (vt diximus) Rom. Coloniæ in ea prouincia. Pint.
2 & gẽs in ea quondam præcipua Maurorũ. Ex Antiq. cod. 3 in M. d. & CH.
4 redijt. Ver.
* Massiliorum. M. V.

TIngitaniæ prouinciæ longitudo clxx. M. [1] passi. est. [2] Gentes in ea, quondam præcipua Maurorũ, vnde nomẽ [3] prouinciæ, quos pleriq; Mauruſios dixerunt. Attenuata bellis, ad paucas [4] recidit familias. Proxima illi * Massæsulorum fuerat, sed simili modo extincta est. Gætulę nunc tenent gentes, Banurri, multóque validissimi Autololes: & horum pars quondam Vesuni; qui auulsi his, propriam fecêre gentem, versi ad Aethiopas. Ipsa prouincia, ab Oriente, montosa, fert elephantos. [5] In Abila quoque monte, & quos Septem fratres à simili altitudine appellant: * ij freto imminent iuncti Abilæ. Ab his ora interni maris. Flumen Tamuda nauigabile, quondam & oppidum. Flumen [6] Laud, & ipsum nauigiorum capax. [7] Rusardir oppidum & portus, Maluana fluuius nauigabilis, Siga oppidum ex aduerso * Malachæ in Hispania sitæ Syphacis regia, alterius iam Mauritaniæ. Namque diu regum nomina obtinuêre, vt Bogudiana appellaretur extima: itémque Bocchi, quæ nunc Cæsariẽsis. Ab ea portus Magnus à spatio appellatus, ciuium Romanorum oppidum. Amnis [a 8] Mulucha, Bocchi Massesulorúmque finis. Quiza xenitana peregrinorum oppidum, Arsennaria Latinorum, tribus millibus passuum à mari. [8] Cartenna colonia Augusti, legio secunda. Item colonia eiusdem, deducta cohorte prætoria, Gunugi, promontorium Apollinis. Oppidúmque ibi celeberrimum Cæsarea, antea vocitatum Iol, Iubæ regia, à Diuo Claudio coloniæ iure donata, eiusdem iussu deductis veteranis. Oppidum nouum, & [9] Latio dato, Tipasa. Itémque à Vespasiano Imperatore eodem munere donatum Icosion. Colonia Augusti Rusconiæ, Rusicurium ciuitate honoratum à Claudio. [10] Rusazus colonia Augusti. Salde colonia eiusdem. [11] Igilgili, oppidum Tucca impositum mari & flumini Ampsagæ. Intus colonia Augusta, quæ item Succubar, item Tubusuptus. Ciuitates Timici, Tigauæ. Flumina [12] Sardabala, Nabar, gens [13] Macurebi, flumen Vsar, gens Nabades. Flumen Ampsaga, abest à Cæsarea [14] ducentis triginta tribus millibus passuum. Vtriusque Mauritaniæ longitudo [15] octingentorum triginta nouem mill. Latitudo [16] quadringentorum sexaginta septem millium passuum.

5 in Abila monte, & iis quoque quos septem. Ver.
* freto imminenti iuncti Abilæ. CH.
6 Lauth Tol. M.
7 Rusadir (Rursus Addir Ch.) oppidum & port. * Amnis Mulucha Bocchi Massesuriensis finis. Nãque diu regũ nomina obtinuêre, vt Bogudiana appellaretur extima: ità Bocchi quę nunc Cæsariẽsis. Malua fluuius nauigabilis, Siga oppidũ ex aduerso Malachę in Hispania sitę Syphacis regia, alterius iam Mauritanię. Ab ea portus Magnus à spacio appellatus, ciuiũ Rom. oppidũ. Quiza xenitana &c. Sic legit Pintianus.
* Malex CH.
8 Molocath. Vet. Strab.
8 Carcenna. Ver.
9 Latio donatum,
10 Rusarna. Ver.
11 Item Ig. CH. Gilgili M.
12 Sardabala, 1. Ancus, Nabar, Pint.
13 Machurebi. Ptol.
14 ccxxij. Marcianus. CH.
15 decies M. xxxvij. Idem CH.
16 cce. lxxvij. Tol. M. CH.

ANNOTATIONES.

a Mulucha meminit Sallust. in Iugurth. fol. 67.

Numidia. CAP. III.

1 papilionibus Ver.
2 Rusicade. Ab ea. Ver.
3 Hippos CH.
4 Tacabracha. Ptol: Tabracha Ptol. Iuuenal:

AB Ampsaga Numidia est, Masiniſſæ clara nomine, Metagonitis terra à Græcis appellata: [a] Numidæ verò Nomades à permutandis [1] pabulis, mapalia sua, hoc est, domus [b] plaustris circunferentes. Oppida Cullu, [2] Rusicade, & ab ea quadragintaocto M. passuum in mediterraneo colonia Cirta, Sittianorum cognomine: & alia intus Sicca, liberúmque oppidum Bulla regia. At in ora Tacatua, [3] Hippo regius, flumen Armua. Oppidum [c 4] Trabracha ciuium Romanorum. Tusca fluuius, Numidiæ finis: nec præter marmoris Numidici, ferarúmque prouentum aliud insigne.

ANNOTATIONES.

a Sallustius in Iugurth. de Medis, Persis, Armenijs Getulisque Africæ populis: *Et quia sæpe tentantes agros, alia atque alia loca petiuerant semetipsi, Numidas appellauêre. Cæterum adhuc ædificia Numidarum aggrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga in curuis lateribus tecta, quasi nauium*

nauium carina sint. Vide Festum in voce Numidas. Solin. *Hæc gens planẽtris inuecta pabula passim sequitur.* Iuuenalis. *Campestres melius Scythæ, Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos.*
b Hoc Scythis tribuit Strabo ἁμαξοικοῦσι ideò eos vocans. Horatius lib. 3. Carminum od. 24. *Quales ymbrifcros vbi pandit Tabracha saltus.*

Africa. CAP. IIII.

1 dissutum. Pintiano expungitur.
2 irrigua; item Africanum sequentem à regione. Cui finitimum. Pint.
3 Carthago magna; & in vestigijs. Ch.

ATusca Zeugitana regio, & quæ propriè vocetur Africa, est. Tria promontoria, Candidum, mox Apollinis aduersum Sardiniæ, Mercurij aduersum Siciliæ, in altum procurrentia, duos efficiunt sinus: Hipponensem proximum ab oppido, quod Hipponem [1] dirutum vocant, [a] Diarrhytum à Græcis dictum, propter aquarum [2] irrigua. Cui finitimum Theudalis immune oppidum, longiùs à litore. Dein promontorium Apollinis, & in altero sinu Vtica ciuium Romanorum, Catonis morte nobilis; flumen Bagrada. Locus, Castra Cornelia, colonia [3] Carthago magnæ in vestigiis Carthaginis, colonia Maxulla. Oppida, Carpi, Misua, & liberum Clupea in promontorio Mercurij. Item libera Curubis, Neapolis. Mox Africæ ipsius alia distinctio. Libyphœnices vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio ccl. M. passuum [4] circuitu, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis, Adrumetum, Ruspina, Thapsus. inde [5] Thenæ, Macomades, Tacape, [6] Sabrata contingens Syrtim minorem, ad quam Numidiæ & Africæ ab Ampsaga longitudo cccccl xxx. M. passuum. Latitudo, quà cognitum est, cc. M. Ea pars quam Africam appellauimus, diuiditur in duas prouincias, veterem & nouam, discretas fossa, [7] inter Africanum sequentem & reges, Thenas vsque perducta, quod oppidum à Carthagine abest [8] ccxvij. M. pas. Tertius sinus diuiditur in geminos, duarum [b] Syrtium vadoso ac reciproco mari diros. Ad proximam, quæ minor est, à Carthagine ccc. M. passuum Polybius tradit. Ipsam [9] centum M. passuum aditu, ccc. M. ambitu. [10] Et terra autem, syderum obseruatione, ad eam per deserta harenis, pérque serpentes iter est. Excipiunt saltus repleti ferarum multitudine; & introrsus elephantorum solitudines, mox deserta [11] vasta, vltráque Garamantes, ab Augylis dierum, xij. itinere distantes. Super illos fuêre gens Psylli, super quos lacus Lycomedis, desertis circundatus. Augylæ ipsi medio ferè spatio locantur ab Aethiopia, quæ ad Occidentem vergit, & à regione quæ duas Syrtes interiacet, pari vtrinque interuallo; sed litore inter duas Syrtes, ccl. M. passuum. [12] Ibi ciuitas [c] Oeensis, Cynips fluuius ac regio. Oppida, Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, quæ cognominatur magna. Inde Syrtis maior, circuitu dcxxv. aditu autem cccxiij. M. passuum. Inde accolit gens Cisipadum. In intimo sinu fuit ora Lotophagôn, quos quidam [d] Alachroas dixêre, ad [e] Philænorum aras: ex harena sunt eæ. Ab his non procul à continente palus vasta amnem Tritonem, noménque ab eo accipit, [13] Pallantias appellata Callimacho; & citra minorem Syrtim esse dicta: à multis verò inter duas Syrtes. Promontorium, quod maiorem includit, Borion appellatur. Vltrà [14] Cyrenaica prouincia. Ad hunc finem Africa à fluuio Ampsaga populos [15] xxvi. habet, qui Romano parent imperio. In his colonias vj. præter iam suprà dictas, Vthinam, Tuburbin. Oppida ciuium Roman. xv. ex quibus in mediterraneo dicenda [16] Azuritanum, [17] Abutucense, Aborense, Canopicum, Chilmanense, Simittuense, Thunusidense, Tuburnicense, Tynidrumense, [18] Tibigense, Vcitana duo, maius & [19] minus, Vagense. Oppidum Latinum vnum Vsalitanum. Oppidum stipendiarium [20] vnum Castris Corneliis. Oppida libera triginta ex quibus dicenda intus Acolitanum, [21] Acharitanum, Auinense, Abziritanum, Canopitanum, [22] Melzitanum, [23] Madaurense, Salaphitanum. Tusdritanum, * Tiricense, Tiphicense, Tunicense, Theudense, [24] Tagestense, Tigense, Vlusuburitanum, Vagense aliud, Vigense, * Zamense. Ex reliquo numero non ciuitates tantùm, sed pleræque etiam nationes iure dici possunt, vt [25] Natabudes, Capsitani, [26] Misulani, Sabarbares, Massili, Nisiues, Vamacures, Ethini, Mussini, [27] Marchubij, & tota Gætulia ad flumen Nigrin, qui Africam ab Aethiopia dirimit.

1 Pallanteas Ch.
2 Cyren. promontoria prouincia Ch.
3 d. xvj. Sal. Ch.
6 Assuritanum, V.
7 Abitacense, Aparisense (ab oppido Aparí) Vet.
8 Tichicense. Vet.
9 minus. Vagense oppidum. Ver.
10 vnum. A castris Cornelijs opp. Vet.
11 Aparitanum. M. Auittense. Vet. Arrizitanum.
12 Meldítanum. V. Melizitanum Ch.
13 Madurense. Vet.
* Thiscense. Ch.
14 Tagastense. V.
* zyamense CH.
15 Natabutæ. Capsitani. Vet.
16 Musulani, Sabarbares CH.
17 Macrobij.

ANNOTATIONES.

a Hypponis Diarrythi meminit autor infrà capitibus 7. 9.
b Sallust. in Iugurtha tradit Leptin oppidum à Sidonijs conditum, situm inter duas Syrtes: quibus nomen ex re inditum. *Nam duo sunt sinus*, inquit, *propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares natura: quorum proxima terræ prærupta sunt: cætera, vti fors tulit, alta: alia in tempestate vadosa &c.* pag. 114.

c Censeo legendum Oasensis, nempe vastis desertis circundata. Oasena Theodosio,in Codice, lib.9.titulo de Nili aggeribus non rumpend.vide annotationes cap.9.

d Alochroas à glauco maris colore.

e Vide Salluſt.in Iugurth.pag.114.

Cyrene. CAP. V.

CYrenaica, eadem Pentapolitana regio, illuſtratur Hammonis oraculo, quod à Cyrenis abeſt cccc.M.paſſuum, [a] fonte Solis; vrbibus maximè quinque, Berenice, Arſinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipſa [b] Cyrene. Berenice in [c] Syrtis extimo cornu eſt, quondam vocata Heſperidum ſuprà dictarum, vagantibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius [1] Lethon, lucus ſacer, vbi Heſperidum horti memorantur. Abeſt à Lepti [2] ccclxxxv.M.paſſuum. Ab ea Arſinoe, [3] Teuchira vocitata, xliij.M.paſſuum. Et deinde Ptolemais, antiquo nomine Barce, xxij. M. paſſuum. Mox ccl. M. promontorium Phycûs per Creticum mare excurrit, diſtans cccl. M. paſſuum à Tænaro Laconicæ promontorio. A Creta verò ipſa [4] cxxv. M. Poſt id Cyrene à mari vndecim M. paſſuum. A Phycunte Appolloniam xxiiij.M.paſſuum.ad [4] Cherroneſum lxxxviij.M.paſſuum. [5] Vnde [d] Catabathmum [6] ccxvj.M.paſſuum. Accolunt Marmaridæ, à Parætonij fermè regione ad Syrtin vſque maiorem porrecti. Poſt eos Araraucelès, & iam in ora Syrtis Naſamones, quos anteà Meſammones [7] Græci appellauêre, ab argumento loci, [8] medios inter harenas ſitos. Cyrenaicus ager xv.M.paſſuum latitudine à litore, [9] & arboribus fertilis habetur. Intus eodem ſpatio frugibus tantùm: mox triginta M.paſſuum latitudine, & ccl.M.paſſ.longitudine, laſere modò. Poſt Naſamones [10] Haſbitæ & Macæ viuunt. Vltra eos Hammanientes [11] vndecim dierum itinere à Syrtibus maioribus ad Occidentem, & ipſi quaquà verſus harenis circundati: puteos tamen haud difficiles binûm fermè cubitorum inueniunt altitudine, ibi reſtagnantibus Mauritaniæ aquis. Domos ſale montibus ſuis exciſo, ceu lapide, conſtruunt. Ab his ad Troglodytas hyberni occaſus plaga dierum [12] iiij.iter, cum quibus commercium gemmæ tantùm, quam carbunculum vocamus, ex Aethiopia [13] vectæ. Interuenit ad ſolitudines Africæ, ſupra minorem Syrtin [14] dictas [15] verſa Phazania, vbi gentem Phazaniorum, vrbéſque Alelen & Cillabam ſubegimus. Item Cydamum è regione Sabratæ. Ab his mons longo ſpatio in Occaſum ab Ortu tendit, Ater noſtris dictus naturâ aduſto ſimilis, [16] aut Solis repercuſſu accenſo. Vltra eum deſerta: [17] Matelgæ oppidum Garamantum: itémque Debris, [18] affuſo fonte, à medio die ad mediam noctem aquis feruentibus, totidémque horis ad medium diem rigentibus: clariſſimúmque oppidum [19] Garama caput [e] Garamantum: omnia armis Rom. ſuperata, & à [f] Cornelio Balbo triumphata, [20] vnius omniũ externo curru & Quiritium iure donato: quippe Gadibus [21] nato ciuitas Roman. cum Balbo maiore patruo data eſt. Et hoc mirum, ſuprà dicta oppida ab eo capta, autores noſtros prodidiſſe. Ipſum in triumpho præter Cydamum & Garamam, omnium aliarum gentium vrbiúmque nomina ac ſimulacra duxiſſe, quæ ièrè hoc ordine: [22] Tabidium oppidum, Niteris natio, Negligemela oppidum, Bubeium natio, Vel, oppidum, Enipi natio, Thuben oppidum, mons nomine Niger: Nitibrum, Rapſa, [23] oppida: [24] Diſcera natio, Debris oppidum, flumen Nathabur, Tapſagum oppidum, [25] Nannagi natio, Boin oppidum, Pege oppidum, flumen Daſibari. Mox oppida continua, Baracum, [26] Buluba, Alaſi, [27] Balſa, [28] Galla, [29] Maxala, [30] Zizama. Mons Gyri, in quo gemmas naſci [31] titulus præceſſit. Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius, puteos (qui ſunt non altè fodiendi, ſi locorum notitia adſit) harenis operientibus. Proximo bello, [32] quod cum Oeenſibus greſſêre initiis Veſpaſiani Imperatoris, compendium viæ quatridui deprehenſum eſt. Hoc iter vocatur, Præter caput ſaxi. Finis Cyrenaicus [g] Catabathmos appellatur, oppidum & vallis repentè conuexa. Ad eum terminum Cyrenaica Africa [33] à Syrti minore decies centena lx. M. paſſuum in longitudine patet: in latitudine, quà cognitum eſt, [34] dccc.

1 Lethe Vet.
2 ccclxxv.M.v.Marcia.& CH.
3 Tauchera.Vet.
4 cxxv.M.ipſo erãs Plinio teſte, ſuprà lib.4.cap.12.
4 à Cherroneſo.
5 Inde Catabathm⁹.
6 ccvj.CH.
7 Grai CH.
8 medio.CH.
9 & in Man.& veteribus delet.
10 Abyræ Vet.
11 xij.CH.
12 vij.itinere.M.Ch.
13 inuectæ Ch.
14 dictam.CH.
15 vrbs.Vet.
16 velut ſolis repercuſſu accenſus.
17 Mox Talgæ Ch.
18 effuſo.
19 Garamana Vet.
20 vni omnium. v. alijs: vno omniũ externorum.
21 genito CH.
22 Thabudis. Prole. Tabudium.Ch.
23 oppidum.Ch.
24 Viſcera CH.
25 Dannagi Ch.
26 Bulba CH.
27 Galſa.
28 Balla.Vet.
29 Mazalla.
30 Cyzama. M.
31 Titus prodidit. Vet.M.
32 quod cum Oeenſibus Romani geſſere auſpiciis Veſpaſiani.
33 à Syrti maiore d. ccc. M. paſ. in longitudine patet. Qua cognitũ eſt, decies centena lx. M. ex ipſo Plinio. Pineo. & Tolː adſtipulantib.
34 dcccx.CH.

ANNOTATIONES.

a ſupralib.2.cap.103. Fontem Solis Troglodytis aſſignat, vt hic locus ex illo videatur emendandus, vel contrà.

b Cyrene eſt colonia Thereon: ac deinceps duæ Syrtes, interque eas Lepcis: deinde Araræ Philenon, quem locum Ægyptum verſus finem imperij habuere Carthaginenſes: Salluſt.pag 67 Huius Bartas ἐγκώμιον τῆς τραπέζης, conditor fuit, poſt diuturnos labores illic poſitis ſedibus. Ouid.in Ibin.

Conditor vt tardè blaſius cognomine Cyrbæ
Orbis in innumeris inuenierit locis.

Leopardus cap.11.3.

c De vtraque Syrti maiore & minore vide Strab.lib.17.fol.792.

d Lege Salluſt.in Iugurtham pag.65.in diuiſione orbis: & pag. 67. *Vbi ad Catabathmum, qui locus Ægyptum ab Africa diuidit, &c.*

e Strab. vltra Getuliam eſt Garamantum regio, quæ cum illa pariter progreditur, vnde Carchedonij lapilli afferuntur.

f De iſto Cornelio multa poſthac cap.43.7.

g Salluſt. Iug.65. *ab ortu, ſoli decliuis latitudo, quem locum Catabathmon incolæ appellant.*

Libya Mareotis. CAP. VI.

EA quæ ſequitur regio, [a] Mareotis Libya appellatur, Aegypto contermina. Tenent [2] Marmaridæ, Adyrmachidæ; dein Mareotæ. Menſura à Catabathmo ad Parætonium lxxxvj.M.paſſuum. In eo tractu vicus Apis intereſt, nobilis religione Aegypti locus. Ab eo Parætonium [3] xij.M.paſſuum. Inde Alexandriam [4] centum M.paſſuum: latitudo clxix. eſt. Eratoſthenes à Cyrenis Alexandriam terreſtri itinere cccccxxv. M. prodidit. Agrippa totius Africæ à mari Atlantico cum inferiore Aegypto xxx. [5] xl. M.paſſuum [6] longitudinem. Polybius & Eratoſthenes diligentiſſimi exiſtimati, ab Oceano ad Carthaginem magnam [7] xvi. M. paſſuum: ab [8] ea Canopicum Nili proximum oſtium xvi. M. paſſ.[9] xxx. fecerunt. Iſidorus à Tingi Canopum xxxv. xcix. M.paſſuum: Artemidorus xl. minus, quàm Iſidorus.

1 deletur in Ch.
2 Marmaricæ.Pine.
3 lxij.Man.CH.
4 cc. M. ex vetuſt. cod.& Marciano.
5 lxxx.M.Vet.Man. & CH.
6 longitudinem poſuit.Vet.ad.
7 Vetuſt. cod.xj. M. paſ.adſtipulãte Marciano.
8 paſſuum. Ab ea ad Canopicum. Vel, Ab ea ad Canopicum Nili proximũ oſtio.
9 lxxxviij.Ver.

ANNOTATIONES.

a Eius regionis vinum Mareoticum celebre fuit. Plautus in Caſſina Libycum florem appellauit. *Niſi* (inquit) *hæc miraculoſe oſpitam percuſſit flore Libyco.* Turnebus cap.12.lib.8.Aduerſ.

Inſula circa Africam, & ex aduerſo Africa. CAP. VII.

INſulas non ita multas complectuntur hæc maria. Clariſſima eſt Meninx, [1] longitudine xxxv. M. paſſuum: latitudine xxv. ab Eratoſthene Lotophagitis appellata. Oppida habet duo, Meningem ab Africæ latere, & altero [2] Thoar, ipſa à dextro Syrtis minoris promontorio paſſibus [3] cc. ſita. Ab ea centum M. paſſ. contra læuum Cercina, cum vrbe eiuſdem nominis libera, longa xxv. M. paſſuum, lata dimidium eius, vbi plurimum, [4] ac in extremo non plus quinque M. paſſuum. Huic perparua, Carthaginem verſus, Cercinitis ponte iungitur. Ab his quinquaginta M. ferè paſſuum [5] Lopaduſa, longa vj. M. paſſuum. Mox Gaulos & Galata, cuius terra ſcorpionem, dirum animal Africæ, necat. Dicuntur & in Clupea emori, cuius ex aduerſo [6] Coſyra cum oppido. At contra Carthaginis ſinum [7] duo [a] Aegimori à re, ſcopuli verius, quàm inſulæ, inter Siciliam maximè & Sardiniam. Autores ſunt, & has quondam habitatas ſubſediſſe.

1 longitudine xxv. M. paſſ. latitudine xxij.M. CH.
2 Thoar.M.
3 mille quingentis Tol.Man. Strab.hãc continenti iunxit.
4 at in.Vet.M.
5 Lipaduſa CH.
6 Coſſyria.Vet.Coſ. forneſ oppidũ. CH.
7 duæ, Aegemo, Aerea. M. alij, Aereæ vel, Atræ. alij Agatæ & Torichiæ. alij, Aegimori & Atræ. de Atis virg.1.Aen. Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctib⁹ Aras.

ANNOTATIONES.

a Ptolemæo Æginus vel Ægimonis hodiè *Iſola di Trabacha*, ſita inter Galatam inſulam, hodiè Garitam, & Trabracham oppidum Aphricæ. Ad Ægimurum M. Fab. Buteo conſ. Romanauali prælio Carthaginenſes vicit.

Aethiopes. CAP. VIII.

INteriori autem ambitu Africæ ad Meridiem verſus, ſupérque Gætulos interuenientibus deſertis, primi omnium Libyægyptij, deinde [1] Leucæthiopes habitant. [a] Super eos Aethiopum gentes Nigritæ, à [2] quo dictum eſt flumine: Gymnetes, [3] Pharuſi, & iam Oceanum attingentes, quos in Mauritaniæ fine diximus, Perorſi. Ab his omnibus vaſtæ ſolitudines Orientem verſus, vſque Garamantes, Augyláſque & Troglodytas: veriſſima opinione eorum, qui deſertis Africæ duas Aethiopias ſuperponunt, & ante omnes Homeri, qui [4] bipertitos tradit [b] Aethiopas, ad Orientem Occaſúmque [5] verſos. Nigri fluuio eadem natura, quæ Nilo, calamum & papyrum, & eaſdem gignit animantes, iiſdémque temporibus augeſcit. Oritur inter Tareleos Aethiopas, & Oecalicas. Horum oppidum [6] Mauin quidam ſolitudinibus [7] impoſuerunt. [c] Atlantas [8] iuxta eos, Aegipanas ſemiferos, & Blemmyas, & Gamphaſantas, & Satyros, & Himantopodas. Atlantes degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus. Nam neque nominum vllorum inter eos appellatio eſt, & Solem orientem occidẽtemq; dira imprecatione [9] contuentur, vt exitialem ipſis agriſque: neque [d 10] inſomnia viſunt, qualia reliqui mortales. [e] Troglodytæ ſpecus excauant. Hæ illis domus, victus ſerpentium carnes, ſtridórque, non vox: [11] adeò ſermonis commercio carent. Garamantes matrimoniorũ exortes, paſſim cum fœminis degunt. Augylę inferos

1 Leucæ Aethiopes CH.
2 à quibus dictũ eſt flumen. M. ſupra cap. 1. ſub finem fluuium legit non flumen.
3 Pharuſij, Oceanum attingentes, & quos &c. ex Ch. adſtipulatur Pine.
4 bipartitos.
5 verſus. Tol.
6 Magium Ch.
7 interpoſuerũt. Pin.
8 iuxtaque eos. Ch.
9 intuentur. M.
10 in ſomno. M.
11 adeò commercio &c. hæc tranſpoſita infrà reponenda.

12 expertes. Lieò sermonis commercio : aliàs. Nullo externo. Pint ex Herodoto, Pomponio, Solino.

inferos tantùm colunt. Gamphasantes nudi, præliorúmque [12] expertes, nulli externo cõgregantur. Blemmyis traduntur capita abesse, ore & oculis pectori affixis. Satyris, præter figuram, nihil moris humani. Aegipanum, qualis vulgò pingitur, forma. Himantopodes loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura est. [13] Pharusi quondam [14] Persæ, comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis. Nec de Africa plura quæ memorentur, occurrunt.

13 Pharusij : Steph. Dionys. CH.

14 pars è comitibus.

ANNOTATIONES.

a In vetustis Cod. hîc incipit caput octauum. Vt & in Manuscripto.

b Deijs Æschylus, χαπνοπόρευτον τε πεφ' ὁπλαισὶν πλάγιον πεσόντ' Αἰθιόπων, ἰὼ πασίπονος ἁτα ἔκαν & ἀεὶ χθών· ἀδάματορ πάμφορβ' ἴππων θερμαῖς ἀδίνεσσι & μυκηθμοῖς πρηστῆρας ἐνεπνεύσω. Leopard. cap. 17. 5.

c Herodotus in Melpomene.

d Scribit Marcellinus, cum Romæ delatorum pestis sæuius grassaretur, ne somnia quidem citra vitæ discrimen ausum quenquam parefacere : ideóque nonnullos mœruisse, quòd apud Atlantæos nati non fuissent, vbi nulla videntur somnia. Rhodig. cap. 16. 27. De Atlantibus idem etiam scribit Tertullianus libro de Anima.

e Herodot. in Melpom. Vide Strabonem lib. vltimo de situ Orbis.

De Asia. CAP. IX.

1 os. Pint.

2 ore, legẽdum, non ora. ex V. M. & Ch.

3 XVI. octum lxxv. M. post. Marcianus.

4 LXXXVIII. dec. L. M. pass. Ver. LXIII. eccl. M. Ch. XIII. M. pass. Tol. & Salm. Isidor. in Ch. non leg.

5 disterminat. CH.

6 Ideoque. M.

7 findit CH.

8 Hermothiten, Ch.

9 Phanuriten. Ch.

10 Tempyriten. M.

11 Diopoliten. M.

12 Barberiten. Vet.

13 Letopoliten.

14 Prenethum. Vet. aliis, Prenertu.

15 Pthemphum M. aliis Pthemthu.

16 Meteliten Pint. CH.

17 Gymnopoliten. Vet.

18 Oacitæ. Vet.

19 alias. CH.

20 Myriadis. Vet.

21 famáque tantùm quæsitus, sine bellis. Vet. famáque tãtum inermi quæsitus sine armis. M.

22 fonte CH.

23 alabetes ex Strabone & Athenæo.

24 Nili ortus creditur. In M. & V. hæc non leguntur. Tol. Sal. superuacua quia esse censent.

25 Mauritaniæ Theseo. Vet.

26 fuciauerint.

27 Mauretaniæ per e, semper habet. Ch.

28 circuit. M.

ADhæret Asia, quam patere à Canopico ostio ad Ponti [1] ostium Timosthenes, XXVI. xxxix. M. passuum tradidit. Ab [2] ora autem Ponti ad os Mæotis Eratosthenes [3] XV. xlv. M. passuum. Vniuersam verò cum Aegypto ad Tanain, Artemidorus & Isidorus [4] LXXXVIII. M. passuum. Maria eius complura ab accolis traxêre nomina : quare simul indicabuntur. Proxima Africæ incolitur Aegyptus, introrsus ad Meridiem recedens, donec à tergo prætendantur Aethiopes. Inferiorem eius partem Nilus, dextra læuáque diuisus, amplexu suo [5] determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco clxx. M. passuum interuallo. Quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum retulêre, ita se findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. [6] Ideo multi Græcæ literæ vocabulo. [a] Delta appellauêre Aegyptum. Mensura ab vnitate aluei, vnde se primùm [7] findit in latera, ad Canopicum ostium, cxlvj. M. ad Pelusiacum cclvj. M. est. Summa pars contermina Aethiopiæ, Thebais vocatur. Diuiditur in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant, Ombiten, Phatniten, Apollopoliten, [8] Hermonthiten, Thiniten, [9] Phanturiten, Coptiten, [10] Tentyriten, [11] Diospoliten, Antæopoliten, Aphroditopoliten, Lycopoliten. Quæ iuxta Pelusium est regio, nomos habet, [12] Pharbætiten, Bubastiten, Sethroiten, Taniten. Reliqua autem Arabicum, Hammoniacum tendentem ad Hammonis Iouis oraculum, Oxyrynchiten, Leontopoliten, Atharrabiten, Cynopoliten, Hermopoliten, Xoiten, Mendesium, Sebenniten, Capastiten, [13] Latopoliten, Heliopoliten, Prosopiten, Panopoliten, Thermopoliten, Busiriten, Onuphiten, Saiten, [14] Ptenethu, [15] Phthemphu, Naucratiten, [16] Nitriten, [17] Gynæcopoliten, Menelaiten, Alexandriæ regione. Item Libyæ Mareotis : Heracleopolites est in insula Nili, longa passuum quinquaginta M. in qua & oppidum Herculis appellatum. Arsinoitæ duo sunt : hi & Memphites, vsque ad summum Delta perueniunt. Cui sunt contermini ex Africa duo [18] [b] Oasitæ. Quidam ex his aliqua nomina permutant, & substituunt [19] alios nomos, vt Heroopoliten, Crocodilopoliten. Inter Arsinoiten autem ac Memphiten lacus fuit, circuitu ccl. M. passuum, aut, vt Mutianus tradit, ccccl. M. & altitudinis quinquaginta passuum, manu factus, à rege, qui fecerat, [20] Mœridis appellatus. Inde lxxij. M. passuum, abest Memphis, quondam arx Aegypti regum : vnde ad Hammonis oraculum xij. dierum iter est. Ad scissuram autem Nili, quod appellauimus Delta, xv. M. passuum. Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta & ardentia : & immenso longitudinis spatio ambulans, [21] famáque tantum intermi quæsitus, sine bellis, quæ cæteras omnes terras inuenêre. Originẽ (vt Iuba rex potuit exquirere) in [22] monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. Ibi pisces reperiuntur [23] alabetæ, coracini, siluri, crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc. [24] Nili ortus creditus, [c] [25] Cæsareæ in Ideo dicatus ab eo spectatur hodie. Præterea obseruatum est, prout in Mauritania niues imbréfve [26] satiauerint, ita Nilum increscere. Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per harenosa & squalentia, condítque se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore, in Cæsarienfis [27] Mauritaniæ gente Massæsylûm erumpit, & hominum cœtus veluti [28] circunspicit, iisdem animalium argumentis : iterum harenis receptus conditur rursus xx. dierum

dierum desertis ad proximos Aethiopas : atque vbi iterum senserit [29] hominem, prosilit fonte (vt verisimile est) illo, quem [30] Nigrin vocauêre. Inde Africam ab Aethiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen & belluis frequens, syluarúmque opifex, medios Aethiopias secat, cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam è tenebris [d] profluentem. Insulas ita innumeras spargit, quasdámque tam vastæ magnitudinis, vt quanquam rapida celeritate, tamen dierum quinque cursu non breuiore transuolet : circa clarissimam earum Meroen, Astabores læuo alueo dictus; hoc est, ramus aquæ venientis è tenebris : dextero verò [31] Astusapes, quod latentis significationem adiicit : nec antè Nilus, quàm se totum aquis concordibus rursus iunxit. Sic quoque etiamnum [32] Siris, vt antè, nominatus per aliquot millia, & in totum Homero Aegyptus, aliísque Triton : subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis : postremò inclusus montibus, [33] nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi [34] vocantur, nouissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Posteà lenis & confractis aquis, [35] domitáque violentia, aliquid & spatio fessus, multis quamuis faucibus in Aegyptium mare se euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam [e] spatiatus Ægyptum, [36] fœcundus innatat terræ. Causas huius incrementi varias prodidêre, sed maximè [f] probabiles, Etesiarum eo tempore ex aduerso flantium repercussum, [37] vltrò in ora acto mari : aut imbres Aethiopiæ çstiuos, iisdem Etesiis nubila illò ferentibus è reliquo orbe. Timæus mathematicus occultam protulit rationem : Phialam appellari fontem eius, mergíque in cuniculos ipsum amnem, vapore anhelantem fumidis cautibus, vbi conditur. Verum Sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi, & suspensum abundare, ac [38] ne deuoretur, abscondi. Id euenire à Canis ortu, per introitum Solis in Leonem, contra perpendiculum fontis sydere stante, cùm in eo tractu absumantur vmbræ. Plerísque [39] è diuerso opinatis largiorẽ fluere, ad Septentrionem Sole discedente, quod in Cancro & Leone euenit; ideóque tunc minus siccari. Rursus in Capricornum & Austrinum polum reuerso forberi; & ob id parciùs fluere. Sed Timæo, si quis extrahi posse credat vmbrarum defectus iis diebus & locis, sine fine adest. Incipit crescere Luna noua, quæcunque post solstitium est, sensim modicéque, Cancrum Sole transeunte; abundantissimè autem [g] Leonem. Et resídit in Virgine, iisdem, quibus accreuit, modis. In totum autem reuocatur intra ripas in Libra, vt tradit Herodotus, centesimo die. Cùm crescit, reges aut præfectos nauigare eo, nefas iudicatum est. Auctus [40] eius per puteos mensuræ notis deprehenduntur. Iustum incrementum est cubitorum xvj. Minores aquæ non omnia rigant : ampliores detinent, tardiùs recedendo. Hæ serendi tempora absumunt solo madente : illæ non dant sitiente. Vtrunque reputat prouincia. In duodecim cubitis famem sentit; in tredecim etiamnum esurit : quatuordecim cubita hilaritatem afferunt : quindecim securitatem : sexdecim delicias. Maximum incrementum ad hoc æui fuit [h] cubitorum decem & octo, Claudio principe : [41] minimúmque Pharsalico bello, veluti necem Magni prodigio quodam flumine auersante. Cùm stetêre aquæ, apertis [i] molibus [42] admittuntur. Vt quæque liberata est terra, seritur. Idem amnis vnus omnium [k] nullas expirat auras. Ditionis *Aegypti esse incipit à fine Aethiopiæ [l] Syene : ita vocatur [43] peninsula centum mill. passuum ambitu, in qua Ceraste sunt latere * Arabiæ, & in aduerso [m] insulæ iiij. Philæ. ccccccc. M. pass. à Nili fissura, vnde appellari diximus Delta. Hoc spatium edidit Artemidorus, & in eo ccl. oppida fuisse. Iuba cccc. M. pass. Aristocreon ab [44] Elephantide ad mare dccl. M. pass. Elephantis insula [45] infra nouissimum cataracten [46] tria M. pass. & supra Syenen [47] xvj. M. habitatur, nauigationis Aegyptiæ finis, ab Alexandria [48] ccccclxxxvj. M. pass. Intantum errauêre suprà scripti. Ibi Aethiopicæ conueniunt naues. Nanque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum est. Aegyptus super cæteram antiquitatis gloriam xx. M. vrbium [49] sibi Amase regnante, habitata præfert, nunc quoque multis, [50] etiamsi ignobilibus, frequens. [51] Celebratur tamen Apollinis; mox Leucotheæ, & Diospolis magna, eadem Thebe portarum centum nobilis fama, Coptos Indicarum Arabicarúmque mercium, Nilo proximum emporium.

Mox

29 homines.

30 Nigrum. M.

31 Astosabas, Strabonis.

32 Giris antè nominatus. M. Ch.

33 nec aliunde. M. Tol.

34 vocatur. CH.

35 domitáque alioquin violẽtia. Et quãuis spatio fessus, multis faucib⁹ &c. Pint.

36 secundus. M.

37 vltra oram in Interioza acto amne. Pint. vltra. M. CH. alijs - flantium repercussu vltrò.

38 ac rursum ne.

39 è in CH. deletur & M.

40 eius : in Tol. exẽ. del. & in M.

41 minimum quinque Pharsalico bello. M. V. CH.

42 emittuntur. Ch.

* Aegyptiæ CH.

43 Peninsula mille pass. ambitu, in qua Castra sunt latere Arabiæ & ex aduerso insulæ iiij. Philæ. Manuscrip.

* Arabiæ. Ex aduers. iiii. M. pass. Philæ ita vocatur insula mille passuum ambitu. Pint.

44 Elephantine.

45 intra. CH.

46 quatuor. Tol.

47 xij. ex Strabon.

48 dlxxxv. CH.

49 ibi. Ver.

50 etiam non. Tol.

51 Celebrantur. M.

Mox Veneris oppidum,& iterum Iouis,ac Tentyris:infra quod Abydus, Memnonis regia, & Osiris templo inclytum,vij. M. cccc. pass.in Lybiam remotum à flumine. Dein Ptolemais, & Panopolis, ac Veneris iterum. Et in Libyco Lycon, vbi montes finiunt Thebaidem. Ab iis oppida Mercurij, [12] Alabastron, Canum, & suprà dictum Herculis. Deinde Arsinoë, & iam dicta Memphis, inter quam & Arsinoiten nomon, in Libyco turres quæ pyramides vocantur, Labyrinthus [13] in Mœridis lacu nullo addito ligno exædificatus:& oppidum Crialon. Vnum prætereà intus & Arabiæ conterminum, claritatis magnæ, Solis oppidum.

12 Alabastrõ

13 ad Mœridis lacũ. ex Her. Pint.

ANNOTATIONES.

a Eius meminit Theophrast.cap.1 5.lib.1.Histor.
b Ouasis siue Oasis, vnde Oasitæ, Strabonilib.17. ἀπωκίσθη χῶρα, πρὸς μεσημβρίαν μακρὰν ἐρημίαις, ὃν αὐτῶν & τὸ πεδίον. Historiæ Ecclesi.Socratis cap.28.2. Georgius Arrianus quosdam catholicos relegauit in magnam Oasim. cap.7.1. eiusdem historiæ Euagrij. Nestorius hæreticus edicto Theodosij in Oasim, quam & Ibim vocant, relegatus est. Apud Vlpianum cap.4. De interdictis & relegatis, in prouincia Ægypto in Ouasim relegare, genus quoddam est quasi in insulam relegationis. Dqar. cap 39.lib.2. Amiuer.
c Iuliam Cæsaream quidam intelligunt, quam nunc Alger vocant.
d Seruius Grammaticus eadem etymologia, μέλανος vocari tradit quasi, atrum, & Atlanta montem πελάσμωνα, quòd laboris multum ferat in sustinendo cœlo. Rhodig. cap.4.10. Nilum in Alexandria Lycophron Tritona vocauit, quòd tribus nominibus appellatus fuisset. Primùm n. dictus est Oceanus, mox Ætos, postea Ægyptus, & postremò Nilus, à limo. Idē autor cap.13.20. Δίωνυσ Nilum vocari tanquam à Ioue fluentem, aut imbribus augescentem. idem autor scribit cap.10.lib.1. quasi νέον λιλὺν nouum limum dictum vult, quoniam quotannis limo nouo agros Ægypti oblinit. Festus in Alumento Melo pro Nilo vocarum fuisse scribit à priscis Romanis, nondum assueris Græcæ linguæ, vt plæraque alia.
e Inde Bizantio Parmenoni Αἰγύπτῳ & Διὸς Nilus dicitur, quòd aquis suis Ægyptum riget, ac fœcundet, vt alias terras imbre Iuppiter. Eadem ratione κρονίδλλο appellat Pindarus in Pythijs, & Chrysorrhoan alij. Rhodig. cap.6.27. Euripedes in Prologo Helenæ, ὃς σβέσι δίσσας ψακάδας & Διογενῆ πέδα κάτοπος τακόμενος χίονος & τηρόθεν ὑγρὰς.
f Pomponius Mela: Aut Etheliæ per eam tempora flantes venienti obuij, aduersò spiritu cursum descendentis impediunt, aut arenis, quas cùm fluctibus litori applicant, ostia obducunt. Vide Senecam Quæst.Nat.lib.4.cap.2.
g Id simulacris ostenditur, quæ cum Ægyptio capitis ornatu anteriore parte virginis effigiem, posteriore Leonis monstrant. Talia multis in locis visuntur, & Sphinges à multis esse creduntur.
h Malè apud Plutarchum lib.de Iside & Osiride μυρίοθεν ἀνάλογον πρὸς τὸν ἐκφαυσθῆναι ὑπὸ γίνεσθαι πρὸς ἕκαστ πυκνῶν, pro ὑπὸ τῆ Αἴκνα. Brod. cap.22.lib.6.
i In eum vsum fuerunt κάμμαξα & Ἀκάνθους per quos Nilus in campos admitteretur, vel intra alueum compescebatur: vulgò *des Escluses*, nempè emissaria, memorata à Iurisconsultis l. faculatij. Fossas per quas Nilus diuidebatur, & diducebatur longa vetustate oblimatas Augustus derergendas curauit, vt Ægyptus feracior, & vrbanæ annonæ commodior redderetur. Sueronius. Vide capit. 33. lib.10. In Heracleotico ostio euaganti Nilo molem inexpugnabilem nidorum continuatione hirundines opponunt.
k Affirmat idem & Heliodorus in Æthiopum historia. Anauron tamen in Thessalia ac Syria fluuium, ideò dictum, notauit Lipsius cap.vlt.2. auram nullam emittere. Quin & autor cap.5.31. Borysthenem scribit omnium aquarum tenuissimum, nullum halitum reddere, nedum nebulam. Videtq; cum hoc loco pugnare quod autor scripsit cap.7.2. in Ægypto minimè flores odoratos esse, quia nebulosus & roscidus aër est à Nilo flumine. Vide locum. De Nilo idem Herodotus in Eurerpe, addita ratione, διὰ τάδε ἐγὼ δύναμαι χωρίον ἐν ἀνδρὸς ὄψιν ἰδεῖν ἀκροτάτῳ. αὖθις δ' ἐκεῖ ψυχρὸς τυγχάνει φύσιν ἐὼν ὁ ἄνθρωπος περὶ τὰ ὕδατα, scribit, à Nilo ἐν ἀκροτάτῳ, ἡνίκα ἂν ἀκούσῃς ἀνδρὸς ὄψιν ἰδεῖν, ὅτι δ' ἔστι ὁ τόπος ἐγγὺς ἐξ ὧν, ἐγὼ ἐς ἐν μάτην ἐλθὼν πυνθανόμενος ἔ ὑπὸ ἄνδρ: idque commune esse cunctis Libyæ fluuijs Brod.cap.30.3. Hircius in Bello Alexandrino Nili aquam limosam & turbidam, multos variósque morbos efficere tradit. Aëtius prauas esse fluuiatiles & palustres omnes, præter Niliacam, quæ κάλλιστα πάντ ὑγιεστάτη ἐστὶ πασῶν. Spartianus in Pescennio, totam eius dulcedinem ac suauitatem esse, vt accolæ vinum nõ quærant. Gal. in Simp. hoc explicat, & Commēt. in 6. Epid. vt salubris sit, bis vel ter colandam esse per vasa fictilia, donec, lubsidente limo defecata prorsus sit & lympida. Brod. cap.29.4.
l Syene Thebaidis oppidum, sub tropico Cancri positum, in qua cùm Sol eius signi quandam partem ingreditur, nullam vmbram corpora iaciunt hora diei sexta. Lucan.2. Atque vmbras nusquam flectente Syene. Macrobius peruersè nunquam legit. Seneca in Herc.furente, Et quà sol medium tenens vmbras corporibus negat. Brod.cap.17.5.
m Insulæ 4. Philæ & cccc. M. pass. Nili fissura. Seneca cap.2.4. Natural. Quæst. *Nunc verò magnas solitudines peruagatus, & in paludes dissusus, gentesque sparsus, circa Philas primùm ex vago & errante colligitur &c.* ac rursum. *Primum incrementum Nili, circa insulam quam modò vidisti, Philas, nascitur.* forsan illic legend. *insulas quas.* Inde eidem Senecæ ad sinem epistolæ 2. Philistæ latrones & prædones, quales fuere earum 4. insularum incolæ. In ijs accipiter numinis instar colebatur.

Alexandria. CAP. X.

SEd iure laudetur in litore Aegyptij maris Alexandria, à Magno Alexandro condita, in Africæ parte, ab ostio Canopico xij. M. passuum iuxta Mareotim lacum, [1] qui lacus anteà Arapotes nominabatur. Metatus est eam [2] Dinochares architectus pluribus modis memorabili ingenio, xv. M. pass. laxitate [3] infessa, ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam, dextera læuáque anguloso procursu; iam tum tamen [4] quinta situs parte regiæ dicata. Mareotis lacus à Meridiana vrbis [5] parte, Euripo è Canopico ostio mittitur mediterraneo commercio, insulas quoque plures amplexus, triginta M. passuum traiectu, [6] ccccc. ambitu, vt tradit Claud. Cæsar. Alij scœnos in longitudinem patere xl. faciunt, scœnúmque stadia triginta, ita fieri longitudinis cl. M. passuum, tantundem & latitudinis. Sunt in honore & intra decursus Nili multa oppida, præcipuè quæ nomina dedêre ostiis, [7] non omnibus. (xj. enim reperiuntur, supérque quatuor, quæ ipsi falsa ora appellant) sed celeberrimis septem, proximo Alexandriç Canopico, deinde Bolbitino, Sebennitico, Phatnitico, Mendesico, Tanitico, vltimóque Pelusiaco. Præterea Buros, Pharbætos, Leontopolis, [8] Athribis, Isidis oppidum, Busiris, Cynopolis, Aphrodites, Sais, Naucratis vnde ostium quidam [9] Naucraticum nominant, [a] quod alij [10] Heracleoticum, [11] Canopico, [12] cui proximum est, præferentes.

1 qui locus anteà Rhacotes nominabatur. Steph. Strabo. & CH.
2 Dinocrates. M. & Ver. vt & cap.37.7. itẽ 14.34. Vitruuius 1. lib.2.
3 immẽnsa. M. Inferra. Ver.
4 quarta situs parte regijs dic. Strab.
5 ad meridianã Vrbis partem. M. parte Euripo in Canopicũ ostium emittitur. V. parte Euripo Canopico ostio committitur. Plin. ex Strabone.
6 cc. L. Tol.
7 non omnibus (nũc enim xj. Tol.
8 Athribis. Strabo. Athlibis. Steph.
9 Naucratitũ Salm.
10 Ceramicũ. Athen.
11 ex Ptol. lege: Canopico, quod alij Heracleoticum vocãt, cui &c.
12 cui vj. M. pass. M. & Vet. addunt.

ANNOTATIONES. 50

a Athenæus lib.11.pag.237.vers3. πολλοὶ δ' τῶ ναυμάχια ἡμαμῶν, ἀφ' ὧν ἡμῖν ὁ πλοῖον Φ ἡμαμῶν πόλιν ὑφ' ἡμῖν κατὰ τὸν. Sunt autem Naucratici figuli multi, à quibus proximum Nili ostium Ceramicum appellatur.

Arabia.

Arabia. CAP. XI.

VLtrà Pelusiacum Arabia est, ad Rubrum mare pertinens, & odoriferam illam, ac diuitem & beatæ cognomine inclytam. Hæc [1] Catabanum & Esbonitarum, & Scenitarum Arabum vocatur; sterilis; præterquàm vbi Syriæ confinia attingit, nec nisi Casio monte nobilis. His Arabes iunguntur; ab Oriente Canchlei; à Meridie Cedrei, qui deinde ambo Nabathæis. Heroopoliticus vocatur, altérque Aelaniticus sinus Rubri maris in Aegyptum vergentis, cl. M. passuum interuallo inter duo oppida Aelana, & in nostro mari Gazam. Agrippa à Pelusio Arsinoen Rubri maris oppidum, per deserta cxxv. M. passuum tradit. tam paruo distat ibi tanta rerum naturæ diuersitas.

1 Cabanum. Ver.

Syria, Palæstina, Phœnice.

CAP. XII.

IVxtà Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, & pluribus distincta nominibus. Nanque Palæstina vocabatur, quà contingit Arabas, & Iudæa, & Cœle; [1] dein Phœnice: & quà recedit intus, Damascena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. [2] Et eadem Mesopotamia inter Euphratem & Tigrin: quàque transit Taurum, Sophene: citra verò etiam Comagene. Et vltra Armeniam, Adiabene, Assyria [3] antè dicta: & vbi Ciliciam attingit, Antiochia. Longitudo eius inter Ciliciam & Arabiam cccclxx. M. pas. est. Latitudo à Seleucia Pieria, ad oppidum in Euphrate Zeugma clxxv. M. passuum. Qui subtiliùs diuidunt, [4] circunfundi Syria Phœnicen volunt, [5] & esse oram maritimam Syriæ, cuius pars sit Idumæa & Iudæa; deinde Phœnice, deinde [6] Syria. Id quod præiacet mare totum, Phœnicium appellatur. Ipsa gens Phœnicum in [7] gloria magna literarum inuentionis, & syderum, naualiúmque ac [8] bellicarum artium. A Pelusio Chabriæ castra, [b] Casius mons, delubrum Iouis Casij, tumulus magni Pompeij, [8] Ostracine. Arabia finitur à Pelusio lxv. M. passuum.

1 exin CH.
2 Exinde Mesopotamia. Ex eadem M. & CH. lego hæc eadem.
3 antеà CH.
4 Euphraten Syriã, phœnicen esse volunt oram ex Man.
5 lege ex Bud.4. de Asse. & Vetustiss. exẽ. Esse enim primùm oram maritimã Syriæ ab Arabia, cuius v pars sit Idumæa & Iudæa: deinde Phœnicen. Deinde rursus Syriam. Introrsus autẽ. Syria Damasci claudi Phœnicen.
6 Assyria Vet.
7 magna gloria C h.
8 Trachine. M. Ver.

ANNOTATIONES.

a Ciceroni apud Nonium de Repub. Phœnices primùm mercaturis & mercibus suis auaritiam & magnificentiam & inexplebiles cupiditates omnium rerum importauerunt in Græciam. Victorius cap.4.lib.12.
b De monte Casio lege Strab.lib.16.pag.721. ex quo loco videntur hæc desumpta, & ad verbum ferè descripta.

Idumæa, Syria Palæstina, Samaria.

CAP. XIII.

MOx Idumæa incipit, & Palæstina, ab emersu Sirbonis lacus, quem quidam cl. M passuum circuitu tradidêre; Herodotus Casio monti applicuit: nunc est palus modica. Oppida [1a] Rhinocolura, & intus Rhaphea: Gaza, & intus Anthedon: mons Angaris. Regio per oram Samaria. Oppidum Ascalo liberum, [2] Azotus: Iamnes duæ, altera [3] intus, Ioppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, vt ferunt. [4] Insidet collem præiacente saxo, in quo vinculorum Andromedæ vestigia ostendunt. Colitur illic fabulosa [5] Derceto. Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flauia, à [b] Vespasiano Imperatore deducta. Finis Palæstines centum octoginta nouem millium passuum, à confinio Arabiæ: deinde Phœnice. Intus autem [6] Samariæ oppida, Neapolis, quod anteà [7] Mamortha dicebatur, [8] Sebaste, in monte altiore Gamala.

1 Rhinocera. Ptol.
2 Azostos Ch.
3 vltra. Ver.
4 Insidet colli. V.
5 Cato Ch.
6 Samaria. Oppida C H.
7 Iosephus lib. 5. Bel. Iudaici, Maxboram nominat.
8 Sebaste in monte, & altioza Gamala.

ANNOTATIONES.

a Rhinoceta Diodor. in Bibliotheca cap.1.lib.2. in Ægypti & Arabiæ confinio sita, haud procul à mari, dicta à narium mutilatione. Nam Actisanes Æthiopum rex superato Amasside Ægypti crudelissimo rege, Ægyptóque subacta, latrones omnes exilis naribus, in vltimum desertum abire coëgit, & eam illic ciuitatem condere, quod & Strabo refert lib.16. quamuis lib. de ira Seneca factum id à rege Persarum in Syria scripserit. Hadr. Iun. cap.3.5.
b Colonia Flauia Vespasiani Imperatoris beneficio immunis fuit. Remisit enim ijs tributum capitis, Titus verò etiam soli. Cuiacius cap.35.10. Obseruat.

Iudæa, Galilæa. CAP. XIIII.

[a] VPra Idumæam & Samariam Iudæa longè latéque funditur. Pars eius Syriæ iuncta, Galilæa vocatur: Arabiæ verò & Aegypto proxima, [1] Peræa, asperis dispersa montibus, & à cæteris Iudæis Iordane amne discreta. Reliqua Iudæa diuiditur in toparchias [2] decem, quo dicemus ordine: Hiericuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaum, Lyddam, Ioppicam, [3] Acrabatenam, [4] Gophniticam, Thamniticam, Betholenen, Tephenen, Orinen, in qua fuêre Hierosolyma, longè clarissima urbium Orientis, non Iudææ modò: Herodium cum oppido illustri eiusdem nominis.

1 Petræa. Vet. lego. Arabia verò Petræa & Ægypto altera proxima.
2 xij.M.
3 Acrebitenam Ch.
4 Zophanitică.CH.

ANNOTATIONES.

a In manuscripto hæc (supra Indumæam & Samariam) annectuntur præcedenti capiti, sequensque incipit, Iudæa longè &c.

Iordanis. CAP. XV.

[1] IOrdanis amnis oritur è fonte [2] Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ, de qua dicemus: amnis amœnus, & quatenus locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se præbens, velut inuitus. Asphaltiten lacum dirum natura petit, à quo postremò ebibitur, aquásque laudatas perdit pestilentibus mistas. Ergo vbi prima conuallium fuit occasio, in lacum se fundit, quem plures Genesaram vocant [3] xvj.M.pass. longitudinis, vj.M. latitudinis, amœnis [4] circunseptum oppidis: ab Oriente Iuliade & Hippo, à Meridie [5] Tarichea, quo nomine aliqui & lacum appellant: ab Occidente Tiberiade, aquis calidis salubri.

1 Iordanes CH.
2 Peneade. Solinus, Baniade. Tol. Panio, Iosephus.
3 xv. CH.
4 circunceptus. M. circunspectus Ver.
5 Trachæa. Ver. Taricliia. Strabo.

Asphaltites. CAP. XVI.

ASphaltites nihil præter bitumen gignit: vnde & nomen. Nullum [a] corpus animalium recipit: tauri camelíque fluitant. Inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit centum M.passuum, latitudine maxima [1] xxv. implet, minima sex. Prospicit eum ab Oriente Arabia Nomadum, à Meridie Macherûs secunda quondam arx Iudææ, ab Hierosolymis. Eodem latere est calidus fons medicæ salubritatis Callirrhöe, aquarum gloriam ipso nomine [2] præferens.

1 lxxv.CH.
2 præ se ferens.

ANNOTATIONES.

a viuum. Nam aqua spissa bitumine corpora viua & spiritibus repleta non admittit.

[a] *Gens Essenorum.* CAP. XVII.

[1] AB Occidente litora Esseni fugitant, vsque quà nocent, gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine vlla fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex æquo conuenarum turba renascitur, largè frequentantibus, [2] quos vita fessos ad mores eorum fortunæ [3] fluctus agitat. Ita per seculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia est. Infra hos Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorúmque nemoribus: nunc alterum bustum. Inde Masada castellum in rupe, & ipsum haud procul [4] Asphaltite. Et hactenus Iudæa est.

1 Ab occidente litora Esseni habitãt. Hos fugitant vsquequaque nocentes. V. ita legit & Rhodig. lego, Ab occidente litora Esseni habitant vsquequaque. Gens &c.
2 quos vita fessos fortunæ fluctus ad mores eorum agit Pine.
3 fluctibus. Ch. Tol.
4 ab Asphal.

ANNOTATIONES.

a Essenos Iosephus lib. 18. antiquit. Iudæorum, Philosophos, vt & Sadducæos & Pharisæos ἀπὸ τῶν ὁμοίων dictos vult. Rhodig. cap. 9. 5. Alij vocem eam significare putant τὸν θεωρητικὸν. Illorum placita Philo longa oratione recitat libello, Omnes studiosos liberos esse.

Decapolis. CAP. XVIII.

IVngitur ei latere Syriæ Decapolitana regio, à numero oppidorum, in quo non omnes eadem obseruant. [1] Plurimi tamen Damascum & Opoton riguas amne Chrysorrhoa, fertilem Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia. [2] Scythopolin, antea Nysam, à Libero patre, sepulta nutrice ibi, Scythis deductis. Gaddara [3] Hieromiace præfluente,

1 Plurimum CH.
2 Scythopolin deductis Scythis, antea Nysam, à Libero patre sepulta nutrice ibi.
3 Hieromice. Ch.

præfluente, & iam dictum [4] Hippon Dion, Pellam aquis diuitem, [*] Galasam, Canatham. Intercursant cingúntque has vrbes tetrarchiæ, [5] regionum instar singulæ, & in regna contribuuntur, Trachonitis, [6] Paneas, in qua Cæsarea cum suprà dicto fonte, Abila, Arca, Ampeloessa, [7] Gabe.

4 Hippolitou. Ch.
* Gadaram.
5 regnorum. M. Ver. & CH.
6 Paniας. ex Iosepho.
7 Gabala. V.

Tyrus & Sidon. CAP. XIX.

HInc redeundum est ad oram [1] atque Phœnicen. Fuit oppidum Crocodilon, [2] est flumen: memoria vrbium, [3] Dorum, Sycaminon, promontorium Carmelum, & in monte oppidum, eodem nomine, quondam Ecbatana dictum. Iuxtà Getta, Iebba, riuus [4] Pagida, siue [a] Belus, vitri fertiles harenas [5] paruo litori miscens. Ipse è palude [6] Cendeuia à radicibus Carmeli profluit. Iuxtà colonia Claudij Cæsaris Ptolemais, quæ quondam [7] Ace. Oppidum Ecdippa. Promontorium Album, Tyrus quondam insula, prælato mari septingentis passibus diuisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus [b] continens, olim partu clara, vrbibus genitis; Lepti, Vtica, & illa [8] Romani imperij æmula, terrarum orbis auida, Carthagine; etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat. Circuitus xix.M.pass. est, intra Palætyro incluса. Oppidum ipsum xxij.stad. obtinet. Inde [9] Euhydra, [10] Sarepta, & Ornithon oppida: & Sidon artifex vitri, Thebarúmque Bœotiarum parens.

1 ac Phœnicem in qua fuit oppidum. V.
2 &.M.
3 Dora. Ptol. Dorus Steph.
4 Pigida ἀπὸ τῶν πηγῶν. Pacida. Ch.
5 in Man. dest.
6 Candelabra. Ver.
7 Acon. Ver. M.
8 Rom. Imp. æmula hæc in Tol. exêplari non legunt. nec in CH.
9 Enhydra. Ver.
10 Sarapta. Ver.

ANNOTATIONES.

a Vide cap. 26. lib. 36.

b Vide Quintum Curtium de reb. gestis Alex. Mag. lib. 4.

Mons Libanus. CAP. XX.

ATergo eius mons Libanus orsus, mille quingentis stad. Simyram vsque porrigitur, quà Cœle Syria cognominatur. Huic par, interiacente valle, mons aduersus Antilibanus obtenditur; quondam muro coniunctus. Post eum, introrsus, Decapolitana regio est, prædictæq; cum ea tetrarchiæ, & Palæstinæ tota laxitas. [1] At in ora etiamnum subiecta Libano, fluuius Magoras: Berytus colonia, quæ Felix Iulia appellatur. [2] Leontos oppidum, flumen Lycos, Palæbyblos, flumen Adonis. Oppida [a] Byblos, Botrys, [3] Gigarta, Trieris, Calamos: Tripolis, quam Tyrij & Sydonij & Aradij obtinent. Orthosia, Eleutheros flumen. Oppida, Simyra, Marathos, [4] contráque Aradum Antarados septem stadiorum oppidum, & insula [5] ducentos passus à continente distans. Regio in qua suprà dicti desinunt montes, & interiacentibus campis, Bargylus mons incipit. Hinc rursus Syria, desinente Phœnice. Oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale: promontorium, in quo Laodicea libera, [6] Diospolis, Heraclea, Charadrus, Posidium.

1 In ora autem subiecta Lib. fl. Nagoras CH.
2 Leonton, vt apud Strab.
3 Sycarda CH.
4 contráque Aradus septem stadiorum oppidum, &c. ex M. Ver. Chin. & Strab.
5 ducêtis passib. Ch. ij M.D. ex Strabone.
6 Dipolis CH.

ANNOTATIONES.

a Hesiodus βίβλον τ' ἀγχίστοιχον περὶ ἀνέρων ἀοιδιμώτατον. Sic dictam volunt, quòd è Byblo compositi libri in ea repositi non corrumperentur. Idem poëta diebus feruidis, vmbrosa, saxosa, cauernosa quærì iubet, & vinum byblinum bibi, celebratum ab Achæo tragico, & Theocrito. Interpres Hesiodi exponit, aquosum & tenue. Guillandinus in 13. Plinij multò plura. Vide eius scripta.

Syria Antiochena. CAP. XXI.

[1] DEinde promontorium Syriæ Antiochenæ. Intus ipsa Antiochia libera, [2] Epidaphnes cognominata, Oronte amne diuiditur. In promontorio autem Seleucia libera, Pieria appellata.

1 Deinde Syriæ Antiochiæ, nulla promontorij mentione. V. & M.
2 Epiphanes. M.

Casius mons. CAP. XXII.

SVper eam mons eodem, quo alius, nomine, Casius. Cuius excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras Solem aspicit: breui circumactu corporis, diem noctémque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen xix. M.passuum est, altitudo per directum iiij. At in ora amnis Orontes, natus inter Libanum & Antilibanum. iuxta Heliopolin. Oppidum Rhosos, & à tergo Portæ quæ Syrię appellantur, interuallo Rhosiorum montium & Tauri. In ora oppidum Myriandros, mons Amanus, in quo oppidum Bomitæ. Ipse ab [1] Syris Ciliciam separat.

1 ab Assirijs M.

Cœle Syria. CAP. XXIII.

NVnc interiora dicantur. Cœle habet [a] Apamiam, Marsya amne diuisam à Nazerinorum tetrarchia: Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur: Syris verò Magog. ibi prodigiosa [1] [b] Atargaris, Græcis autem Derceto dicta, [2] colitur: Chalcidem cognominatam ad Belum, vnde regio Chalcidene fertilissima Syriæ. Et inde Cyrrhistica, Cyrrhum, [3] Gazatas, [4] Gindarenos, Gabenos: tetrarchias duas, quæ [5] Granucomatæ vocantur, Hemisenos, [6] Hylatas, Ituræorum gentem, & qui ex iis [7] Bætarreni vocantur, [8] Mariammitanos. Tetrarchiam, quæ Mammisea appellatur, Paradisum, Pagras, Pinaritas, [9] Seleucias præter iam dictam duas, quæ ad Euphraten, & quæ ad Belum vocantur, Carditenses. Reliqua autem Syria habet, (exceptis quæ cum Euphrate dicentur,) Arethusios, Berœenses, Epiphanenses. Ad Orientem Laodicenos, qui ad Libanum cognominantur, Leucadios, Lariſſæos, præter tetrarchias in regna descriptas barbaris nominibus xvij.

1 Atergatis. V. Ouid. 4. Meta.
2 colit CH.
3 Irneazates. M.
4 Gindaneos Vet.
5 Granucomatiæ. CH.
6 Heliatas. Vet.
7 Betaceni. M. & V. Bethemi appellantur CH.
8 Mariamnitanos CH.
9 Seleuciam præter iam dictas Ch.

ANNOTATIONES.

a Ad Ascalonem templum eius fuisse scribit Rhodig. cap. 5. 23. Prodigiosum auctor vocat, quòd eius facies humana foret, cætera pisces. Semiramidis matrem fuisse narrant. Fabulosa de illa vide plurima apud Rhodig. Syros & piscibus abstinere, & columbas tanquam sacras venerari, refert Victorius ex Xenophonte & Porphyrio cap. 15. 12.

b Vetus legit Atergatis. Strabo de hoc nomine & similibus lib. 16. in fine. *Nominum mutationes permultæ sunt, præsertim Barbarorum: quemadmodum Dariacem Darium, Pharzirin verò ipsam Parysatim, Atargatam Atharam, quam Ctesias Derceto vocauit.*

Euphrates. CAP. XXIIII.

ET de Euphrate hoc in loco dixisse aptissimum fuerit. Oritur in præfectura Armenię maioris Caranitide, vt prodidêre ex iis, qui proximè [1] viderunt, Domitius Corbulo in monte [2] Aba, Licinius Mutianus sub radicibus montis, quem Capotem appellant, supra Simyram xij. M. passuum, initiò Pyxirates nominatus. Fluit Derxenem primùm mox [3] [a] Anactiam, Armeniæ regiones à Cappadocia excludens. Dascusa abest à Simyra lxxv. M. passuum. Inde nauigatur [4] Pastonam quinquaginta M. passuum. [b] Melitenen Cappadociæ [5] lxxiiij. M. passuum. [6] Elegiam Armeniæ decem M. passuum, acceptis fluminibus Lyco, Arsania, Arsano. Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons, nec resistit, [7] quanquàm xij. M. pass. latitudine prævalens. Omiram vocant irrumpentem: mox vbi [8] perfregit, Euphratem, vltrà quoque [9] saxosum ac violentum. Arabiam inde læua, * Merorum dictam regionem, trischœna mensura, dextráque Comagenen disterminat. pontistamen, etiam vbi Taurum expugnat, patiens. Apud Claudiopolim Cappadociæ, cursum ad occasum Solis agit. [10] Primò hunc illi impugnatus, cursum Taurus aufert: victúsque & abscisus sibimet, alio modo vincit, ac [11] fractum expellit in Meridiem. Ita naturæ dimicatio illa æquatur, hoc eunte quò vult, illo prohibente ire quà velit. A cataractis iterum nauigatur: xl. M. pass. inde Comagenes caput Samosata. Arabia suprà dicta habet oppida, Edessam, quæ quondam Antiochia dicebatur, Callirrhoen, à fonte nominatam, Carras clade Crassi [12] nobiles. Iungitur præfectura Mesopotamiæ, [13] originem à Syris trahens, in qua Anthemusia & Nicephorium oppida. Mox Arabes, qui Rhetaui vocantur: horum caput Singara. A Samosatis autem, latere Syriæ, Marsyas amnis influit. [14] Gingla Comagenen finit, Merorum ciuitas incipit. Oppida alluuntur Epiphania & Antiochia, quæ ad Euphraten vocantur. Item Zeugma lxxij. millibus passuum à Samosatis, transitu Euphratis nobile. Ex aduerso Apamiam Seleucus, idem vtriusque conditor, ponte iunxerat. Qui cohærent Mesopotamiæ, Rhoali vocantur. At in Syria oppida, Europum, Thapsacum quondam, nunc Amphipolis, Arabes Scenitæ. Ita fertur vsque Vram locum, in quo conuersus ad Orientem relinquit Syriæ Palmyrenas solitudines, quæ vsque ad Petram vrbem, & regionem Arabiæ felicis appellatæ, pertinent.

1 viderant. Ch.
2 Aga CH.
3 Anaitiam. Io. Gop.
4 Saxonam Ch.
5 xxiiij. CH.
6 Elegeam Ch.
7 tanquã xij. M. passuum latitudine perforata prævaleri. V. alij nec resistit aquæ prævalenti.
8 perfregit cornu Euphraten. Tol.
9 saxosum Ch.
* Morcon. CH.
10 primum hunc illi in pugna Taurus aufert. M. & Ch. Ver. in Basilicusi cod. legitur. primum hunc illi impugnat Taurus aperte.
11 sc fracti cursum, quidam leg.
12 nobile CH.
13 ab Assyrijs originem trahens Ch.
14 fluuius Singa Comag. &c. Pine. Cingilla CH.

ANNOTATIONES.

a In Anaetia fuit Anaitidis religiosissimum templum cuius meminit Strabo lib. 12. & autor cap. 4. lib. 33.

b Ptolomæus Armeniæ minori assignat.

Palmyra.

Palmyra. CAP. XXV.

PAlmyra vrbs nobilis situ, diuitiis soli, & aquis amœnis, vasta vndique ambitu [1] harenis includit agros: ac velut terris exempta à rerum natura, priuata sorte inter duo imperia summa, Romanorum Parthorúmque, & prima in discordia semper vtrinque cura. Abest à [a] Seleucia Parthorum, quæ vocatur ad Tigrin [2] ccccxxxvij. mill. passuum à proximo verò Syriæ litore [3] ducentis quinquagintaduobus millibus, & à Damasco vigintiseptem [b] propius.

1 harenosos.
2 cccxxxvij. M. pass. M & CH.
3 ccxij. millib. Man.

ANNOTATIONES.

a Ptolomæus Seleuciam ad Tigrin Mesopotaniæ adscribit. b In manuscripto vocabulum, Propius est initium capitis sequentis.

Hierapolis. CAP. XXVI.

INfra Palmyræ solitudines, Stelendena regio est, [1] dictæq; iam Hierapolis, ac Bercea, & Chalcis. Vltra Palmyram quoque ex solitudinibus iis aliquid obtinet Hemesa, item Elatium, dimidio propior Petræ, quàm Damascus. [2] Asura autem proximè est Philiscum, oppidum Parthorum ad Euphratem. Ab eo Seleuciam dierum decem nauigatio, totidémque ferè Babylonem. [3] Scinditur Euphrates à Zeugmate [4] octogintatribus millibus passuum circa vicum Massicen. Et parte læua in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, [5] circa eam præfluenti infusus Tigri. Dexteriore autem alueo Babylonem, quondam Chaldææ caput, petit, mediámque permeans, item quam Otrin vocant, distrahitur in paludes. Increscit autem & ipse Nili modo statis diebus, paulùm differens, ac Mesopotamiam inundat, Sole obtinente vicesimam partem Cancri: minui incipit [6] in Virgine, Leone transgresso. In totum verò remeat in vigesimanona parte Virginis.

1 est dictaque iam Hierapolis. At vero ea & Calchis vltra Palmiram. M.
2 Assur autem proximè est, Philiscum oppidum, Parrorunque. Manus. Ch.
3 Scinditur enim CH.
4 dixxxiij. CH.
5 circáque CH.
6 in Virginẽ à Leone transgresso.

Cilicia, & adiuncta gentes Hauricæ, Homonadum:, Pisidia, Lycaonia, Pamphylia, Taurus mons, Lycia. CAP. XXVII.

SEd redeamus ad oram Syriæ, cui proxima est Cilicia. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, [1] portæ Amani montis. Flumina, Andricus, Pinarus, Lycus: sinus Issicus. Oppidum Issos, [2] inde Alexandria: flumen Chlorus, oppidum Aegæ liberum, amnis Pyramus, portæ Ciliciæ: oppida, Mallos, [3] Magarsos, & intus Tarsos. [a] Campi Aleij: oppida [4] Cassipolis, [b] Mopsos liberum Pyramo impositum, Thynos, Zephyrium, Anchiale. Amnes Saros, Sydnus Tarsum, liberam vrbem, procul à mari secans. Regio Celenderitis cum oppido. Locus Nymphæum, Solœ Cilicij, nunc Pompeiopolis, [5] Adana, Cibira, Pinara, Pedalie, [6] Halix, Arsinoe, Tabæ, [7] Doron. Iuxtáque mare Corycos, eodem nomine oppidum, & portus, & specus. Mox flumen Calycadnus. Promontorium Sarpedon: oppida Olme, Myle, promontorium & oppidum Veneris, à quo proximè Cyprus insula. Sed in continenti oppida, Myanda, Anemurium, Coracesium, finísque antiquus Cilicię Melas amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni, qui nunc [8] Cæsarauguſtani, [9] Castabla, Epiphania, quæ anteà Eniandos, Eleusa, Iconium. Seleucia supra amnem [10] Calicadnum, [11] Trachiotis cognomine, à mari relata, vbi vocabatur [12] Hormia. Prætereà intus flumina, Liparis, Bombos, [13] Paradisus. Mons [14] Imbarus. Ciliciæ Pamphyliam omnes iunxêre, neglecta gente Isaurica. Oppida eius intus Isaura, Clibanus, [15] Lalassis: decurrit autem ad mare Anemurij [16] regione suprà dicti. Simili modo omnibus, qui eadem composuêre, ignorata est illi [17] contermina gens Homonadum, quorum intus oppidum Homona. Cætera castella xliiij. inter asperas conualles latent. Insident verticem Pisidæ, quondam Solymi appellati, quorũ colonia Cæsarea, eadem Antiochia. Oppida Oroanda, [18] Sagalessos. Hos includit Lycaonia in Asiaticam iurisdictionem versa, cum qua conueniunt Philomelienses, Tymbriani, Leucolithi, Pelteni, [19] Hyrienses. Datur & tetrarchia ex Lycaonia, qua parte Galatiæ contermina est, ciuitatum xiiij. vrbe celeberrima Iconio. Ipsius Lycaoniæ celebrantur [20] Tembasa in Tauro, [21] Sinda in confinio

1 parte. Man.
2 inde est. M.
3 Margissos M.
4 Cassiponis CH.
5 Addana CH.
6 Halix, Clinus, Arsi &c. M. Hal. Elini Arsi. C H.
7 Dorion. V. M. Ch.
8 Cæsarea Augusta. C H.
9 Castabula. V. alijs Castabla.
10 Caricadnum Ch.
11 Tracheades. M. Trachea. Steph.
12 Olmia. Vet.
13 Paradius. Vet.
14 Imbarisia Ch.
15 Lariscis fluuius. V.
16 è regione Ch.
17 contermina illi. M. CH. & V.
18 Agalesos. Vet. & C H.
19 Tyrienses Ch.
20 Terbasa. V.
21 Idaa CH.

Galatiæ atque Cappadociæ: à latere autem eius ſuper Pamphyliam veniunt Thracum ſoboles, [22] Milyæ, quorum [23] Aricanda oppidum. Pamphylia, antè Mopſopia appellata. Mare Pamphylium Cilicio iungitur. Oppida eius Side, & in monte [24] Aſpendûs, [c] Plataniſtûs, Perga: promontorium Leucolla. Mons [25] Sardemiſus, amnis Eurymedon iuxta Aſpendum fluens: Cataractes, iuxta quem Lyrneſſus & Olbia, vltimáque eius oræ Phaſelis. Iunctum ei mare Lycium eſt, génſque Lycia, vnde vaſtus ſinus. Taurus mons, ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio [26] diſterminat. Immenſus ipſe, & innumerarum gentium arbiter, dextero latere Septentrionalis, vbi primùm ab Indico mari exurgit, læuo Meridianus, & ad Occaſum tendens: mediámque diſtrahens Aſiam, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad [27] Septentriones, flexúſque immenſum iter quærit, velut de induſtria rerum natura ſubinde æquora opponente, hinc Phœnicium, hinc Ponticum, illinc Caſpium & Hyrcanium, contráque Mæoticum [28] lacum. Torquetur itaque colliſus inter hæc clauſtra, & tamen victor, flexuoſus euadit vſque ad cognata [d] Riphæorum montium iuga, numeroſis [e] nominibus & nouis, [29] quacunque incedit, inſignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropamiſus, Circius, [30] Chambades, [31] Pharphariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus. Atque vbi ſe quoque exuperat, Caucaſus: vbi brachia emittit, ſubinde tentanti maria ſimilis, Sarpedon, [31] Coraceſius, Cragus; iterúmque Taurus, etiam vbi dehiſcit, ſéque populis aperit: portarum tamen nomine vnitatem ſibi [32] vindicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caſpiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quinetiam confractus, effugiens [33] quoque maria, plurimis ſe gentium nominibus hinc & illinc implet: à dextra [34] Hyrcanus, Caſpius: à læua Pariedrus, Moſchicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In [35] vniuerſum verò Græcè Ceraunius. In Lycia igitur, à promontorio eius oppidum Simena, mons Chimæra noctibus flagrans, Hephæſtium ciuitas, & ipſa ſæpe flagrantibus iugis. Oppidum Olympus ibi fuit: nunc ſunt montana, Gage, Corydalla, Rhodiopolis. Iuxta mare Lymira cum amne, in quem Arycandus influit, & mons Maſſycites, [36] Andriaca ciuitas, Myra. Oppida, Apyre, & Antiphellos, quæ quondam [37] Habeſſus, atque in [38] receſſu Phellus. Deinde Pyrrha, itémque Xanthus à mari xv. M. paſſuum, fluménque eodem nomine. Deinde Patara, quæ priùs Sataros, & in monte [39] Sydima. Promontorium Cragus. Vltrà par ſinus priori. Ibi Pinara, & quæ Lyciam finit Telmeſſus. Lycia quondam lx. [40] oppida habuit, nunc xxxvj habet. Ex his celeberrima præter ſuprà dicta Canas, [41] Candyba, vbi laudatur [42] Oenium nemus, [43] Podalia, Choma præfluente [44] Adeſa, [45] Cyane, Aſcandalis, Amelas, [46] Noſcopium, Tlos, Telanorus. Comprehendit in mediterraneis [47] Cabaliam, cuius tres vrbes, [48] Oenoanda, Balbura, [49] Bubon. à Telmeſſo Aſiaticum mare, ſiue Carpathium, & quæ propriè vocatur Aſia. In duas eam partes Agrippa diuiſit. Vnam incluſit ab Oriente Phrygia & Lycaonia, ab Occidente Aegeo mari, à Meridie Aegyptio, à Septentrione Paphlagonia. Huius longitudinem ccccl xx. M. paſſuum, latitudinem [50] ccc. M. fecit. Alteram determinauit ab Oriente Armenia minore, ab Occidente Phrygia, Lycaonia, Pamphylia, à Septentrione prouincia Pontica, à Meridie mari Pamphylio, longam ccccclxxv. M. paſſuum, latam cccxxv. M. In proxima ora Caria eſt, mox Ionia: vltra eam [51] Aeolis. Caria mediæ Doridi circunfunditur, ad mare vtroque latere ambiens. In ea [f] Promontorium Pedalium. Amnis Glaucus deferens [52] Telmeſſum. Oppida [g] Dædala, [53] Crya fugitiuorum. Flumen Axon, oppidum [54] Calydna.

22 Milienſes. Vet.
23 Aricandra. Ch.
24 Aſpendum, Plataniſtum CH.
25 Sardeſſus. Vet.
26 diſterminatur. M.
27 à Septétrione. M.
28 lacum torquetur. Itaque. Vet. M.
29 quocunque tendit. M.
30 Chambages Ch.
31 Pariades. M. CH. ex gloſſemate.
31 Coraceſius. Vet.
32 vendicans CH.
33 quæque. M.
34 Hyrcanius CH.
35 In vniuerſa verò Græcia. M.
36 Andria ciuitas mira CH.
37 Habeſos. CH.
38 receſſu, Dionyſiopolitis, Phell⁹. M.
39 Strabon: Solima.
40 lxx. Ver. & Ch.
41 Condica alijs Geographis.
42 Oenias CH.
43 Podaliæa. Pineus.
44 Edeſa. Vet.
45 Ganea, Scari, Aelimala. Stephanus.
46 Niſa. Ptolom.
47 & Carbaliam M.
48 Oeneandra. Ptolemæo. Oeniandra. Man.
49 Dubon. CH.
50 cccxx. fecit. M. CH.
51 Aeolis, media Doride. Circunfunditur mari vtroque latere ambiente.
52 Telmeſſiũ. Tol. M.
53 Caroea. Ver. Carya Ptol. Cyrcia Ch. emend.
54 Calynda. Vet. M.

ANNOTATIONES.

a Ἀλᾶσθαι μέσον, ἀπὸ τοῦ ἀναδῆσαι, ab errando, quoniam excuſſus Pegaſo Bellorophon per eos ſolus oberrauerit. Quidam ab oppido quod Alas vocant, dictos fuiſſe volunt, eſſéque ſitos inter Pinarum & Cydnum fluuios. Quidam interpretantur ὅτι ἔχουσι πλεῖα. τινὰ ἐξοφάρια, καὶ χωρὶς βοσκημάτων. Homerus,

Ἤτοι ὁ πανσυδίῃσι τὸ ἀπάλιον εἰς ἐνὶ πεδίῳ,
ὃν θυμὸν πάσσων, πεδίον κατὰ φῶτας ἀλᾶτο.

Hos verſus ſic reddidit Cicero: *Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis, Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.*

Rhodig. cap. 21. 17. Leopardus cap. 20. 7.

b Stephanus μόψος ἰσθμὸς vocat. D. Hieronymus Mopſi viculum, vbi ſupremum diem obijt Conſtantius Imperator. à Mopſo vate dictus eſt, qui Chalcanti mortis cauſam attulit. Cùm enim Chalcanti fata prædixiſſent vita tùm deceſſurum, cùm incidiſſet in vatem ſe præſtantiorem, occurrit is Mopſo, arte vaticinandi celebri, rogauíſtque, vt ait Heſiodus, in caprificо quot ficus eſſent, reſpondit ille decem millia, & vnam: vt verò ait Pherecydes, percunctatus eſt, ſus prægnans obuia quot porcellos geſtaret, reſpondit ille, tres, ac ex ijs vnam fœminam, quod vbi verum eſſe deprehenderunt, mœrore & triſtitia vitam Calchas finiuit. Rodig. cap. 15. 29.

c Strabo Plataniſtum vocat quoſdam ſcopulos in mari Silicio vortiginoſum mare reddentes.

d Fallitur

d Fallitur Plinius nulli enim exiſtunt Riphæi montes.
e Strabo lib. 15. de diuerſis nominibus Tauri inquit. *Indigenæ Taurum, alias Paropamiſſum, Emodum, Imaum & alijs nominibus appellant. Macedones Caucaſum vocant.*
f Ptolomæus has vrbes omnes Ciliciæ aſſignat.
g Ptolomæus Dædala pro loco vſurpat.

Indus fluuius. CAP. XXVIII.

AMnis [1] Indus in Cybiratarum iugis ortus, recipit lx. perennes fluuios, torrentes verò amplius centum. Oppidum Caunos liberum, deinde Pyrnos. Portus Creſſa, à quo Rhodus inſula xx. M. locus Loryma. Oppida Thyſanuſa, [2] Paridion, Larymna. Sinus Thymnias. Promontorium Aphrodiſias. Oppidum [3] Hyda. Sinus Schœnus. Regio Babaſſus. Oppidum fuit [4] Acanthus, alio nomine Dulopolis. Eſt in promontorio Gnidos libera, Triopia, dein [5] Peguſa & [6] Stadia appellata. Ab ea Doris incipit. Sed priùs terga, & mediterraneas iuriſdictiones indicaſſe [7] conueniat. Vna appellatur Cibiratica. Ipſum oppidum Phrygiæ eſt. Conueniunt eò [8] xxv. ciuitates.

1 Nimus, ex Alexãd. & Hermol.
2 Paridon CH.
3 Hyla. Ver.
4 Cynethon. Vet.
5 Pegaſa. Ver.
6 Caudia. CH. emẽd.
7 conueniet. M.
8 xxij. CH.

Laodicea, Apamia, Ionia, Epheſus. CAP. XXIX.

CEleberrima [1] vrbe Laodicea. Impoſita eſt Lyco flumini, latera alluentibus Aſopo & Capro; appellata primò Dioſpolis; dein Rhoas. Reliqui in eo conuentu, quos nominare non pigeat, Hydrelitæ, Themiſones, Hierapolitæ. Alter conuentus à [2] Synnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani, [3] Eucarpeni, Dorylæi, [4] Midæi, Iulienſes, & reliqui ignobiles populi xv. Tertius [a] Apamiam vadit, antè appellatam Celænas, dein Ciboton. Sita eſt in radice montis Signiæ, circunfuſa Marſya, Obrima, [5] Orga, fluminibus in Mæandrum cadentibus. [b] Marſyas ibi redditur, ortus, ac paulò mox conditus, [6] vbi certauit tibiarum cantu cum Apolline, Aulocrenis: ita vocatur conuallis decem M. paſſuum ab Apamia, Phrygiam petentibus. Ex hoc conuentu deceat nominare Metropolitas, Dionyſopolitas, Euphorbenos, [7] Acmonenſes, Peltenos, [9] Silbianos. Reliqui ignobiles ix. Doridis in ſinu, Leucopolis, Amaxitos, [10] Elæûs, Euthene. Dein Cariæ oppida, [11] Pitaium, Eutaniæ, Halicarnaſſus. Sex oppida contributa ei ſunt à magno Alexandro, Theangela, Sibde, [12] Medmaſſa, Euranium, Pedaſum, Telmeſſum. Habitatur inter duos ſinus, Ceramicum & Iaſium. Inde Myndos, & vbi fuit Palæmyndus, Nariandus, Neapolis, [13] Carianda, Termera libera, [14] Bargyla & à quo ſinus Iaſius, oppidum Iaſus. Caria interiorum nominum fama prænitet: [15] quippe vbi ſunt oppida, Mylaſa libera, Antiochia, vbi fuêre [16] Seminethos & Cranaos oppida; nunc eam circunfluunt Mæander & [c] [17] Moſſinus. Fuit in eo tractu & Mæandropolis. Eſt Eumenia Cludro flumini appoſita, Glaucus amnis, Lyſias oppidum & [18] Orthoſia, Berecyntius tractus, [19] Nyſa, Trallis, eadem Euanthia & Seleucia & Antiochia dicta. Alluitur Eudone amne, perfunditur * Thebaide. Quidá ibi Pygmæos habitaſſe tradunt. Præterea ſunt Thydonos, Pyrrha, Eurome, Heraclea, [20] Amyzon, Alabanda libera, quæ conuentum eum cognominauit: [21] Stratonicea libera, Hynidos, Ceramus, Trœzene, Phorontis. Longinquiores eodem diſceptant foro, [22] Othronienſes, Halydienſes, ſeu Hippini, Xyſtiani, Hydiſſenſes, Apolloniatæ, Trapezopolitæ, Aphrodiſienſes liberi. Præter hæc ſunt Coſcinus, Harpaſa appoſita fluuio Harpaſo, quo & [23] Trallicon, cùm fuit, alluebatur. Lydia autem perfuſa [24] flexuoſi amnis Mæandri recurſibus, ſuper Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Myſiæ, meridiana parte Cariam amplectens, Mæonia antè appellata. Celebratur maximè Sardibus in latere Tmoli montis, qui [25] antè Timolus appellabatur, vitibus conſitus, & ex eo profluente Pactolo, eodémque Chryſorrhoa, ac fonte Tarne: à Mæoniis ciuitas ipſa Hyde vocitata eſt, clara ſtagno Gygeo. Sardiana nunc appellatur ea iuriſdictio. Conueniúntque in eam extra prædictos, Macedones Caduceni, Loreni, Philadelpheni, & ipſi in radice Tmoli Cogamo flumini appoſiti Mæonij, Tripolitani: iidem & Antoniopolitæ Mæandro alluuntur: [24] Apollonoshieritæ, Myſotmolitæ, & alij ignobiles. Ionia ab Iaſio ſinu incipiens, [25] numeroſiore ambitu litorum flectitur. In ea primus ſinus Baſilicus, Poſideum promontorium & oppidum, oraculum [d] Branchidarum appellatum, nunc [e] Didymæi Apollinis, à litore [26] ſtadiorum viginti. Et inde centum octoginta. Milletus Ioniæ caput, Lelegeis antè, & [27] Pityuſa & Anactoria

1 Celeberrima vrbs Laodicea, impoſita &c. M.
2 Synnade CH.
3 Cercopeni. Vet.
4 Mudæi. Ver. Mydæi CH.
5 Orba CH.
6 lego, vbi Marſyas certauit.
7 Aenonienſes. V.
9 Sylleanos. Vet.
10 Elæa. Ptol.
11 Pitauiõ Ptol. Piatium CH.
12 Mednaſſa CH.
13 Arianda. Vet.
14 Bargilia. Vet.
15 quippe ibi. M. & CH.
16 Simmethos. Ch.
17 Orſinus CH.
18 Othruſi CH.
19 Niſa. Strabo.
* 2, lacu, fonte, amne.
20 Aizon. CH.
21 Stranonice, & Alinda libera ex Ptolom.
22 Orthronienſes. CH.
23 Tralle. Ptol.
24 flexuoſis CH.
25 antea CH.
26 ſtadijs. M. V. Ch.
27 Phityuſa. Vet.

nominata, ſuper [28] octoginta vrbium per cuncta maria genitrix: nec fraudanda ciuet Cadmo, qui primus proſam orationem condere inſtituit. Amnis Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimíſque affuſus oppidis, & repletus fluminibus crebris, ita ſinuoſus flexibus, vt ſæpe credatur reuerti; Apamenam primùm peruagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargylleticos campos: poſtremò Cariam placidus, omnéſque eos agros fertiliſſimo rigans limo, ad decimum à Mileto ſtadium lenis illabitur mari. Inde mons Latmus. Oppida, Heraclea montis eius, cognominis Caricæ, Myûs, quod primò condidiſſe Iones narrantur, Athenis profecti, Naulochum, [29] Priene. In ora quæ Trogilia appellatur, Geſſus amnis. Regio omnibus [g] Ionibus ſacra, & ideò Panionia appellata. Iuxtà fugitiuis conditum (vti nomen indicio eſt) Phygela fuit, & Maratheſium oppidum. Supra hæc Magneſia Mæandri cognomine inſignis, à Theſſalica Magneſia orta. Abeſt ab Epheſo xv. M. paſſ. Trallibus eò amplius [30] MMM. anteà Theſſaloce & Androlitia nominata: & litori appoſita Deraſidas inſulas ſecum abſtulit mari. Intus & [31] Thyatira alluitur Lyco, Pelopia aliquando & [32] Euhippa cognominata. In ora autem [33] Manteium, Epheſus Amazonum opus, multis antè expetita nominibus: Alopes, cùm pugnatum apud Troiam eſt, mox [34] Ortygia, & Morges vocata eſt, & Smyrna cognomine [35] Trachea, & Samornion, & Prelea. Attollitur monte Pione, alluitur [h] Cayſtro in Cylbianis iugis orto, multóſque amnes deferente, & ſtagnum Pegaſeum, quod Phyrites amnis expellit. Ab his multitudo limi eſt, quà terras propagat, mediíſque iam campis Syrien inſulam adiecit. Fons in vrbe [36] Callipia, & templum Dianæ complexi è diuerſis regionibus duo Selinuntes. Ab Epheſo Manteium aliud Colophoniorum, & intus ipſa Colophon, [37] Haleſo affluente. Inde Apollinis Clarij phanum, [i] Lebedos: fuit & Notium oppidum. Promontorium Coryceon, mons Mimas ccl. M. paſſuum excurrens, atque in continentibus campis reſidens. Quo in loco magnus Alexander intercidi planitiem eam iuſſerat. vij. M. [38] cccc. paſſuum longitudine, vt duos ſinus iungeret, [k] Erythráſque cum Mimante circunfunderet. Iuxta eas [39] fuêre oppida Pteleon, Helos, Dorion: nunc eſt Aleon fluuius, Corinæum Mimantis promontorium, Clazomene, Parthenie & Hippi, [40] Chytophoria appellatæ, cùm inſulæ eſſent: Alexander idem per duo ſtadia continenti adnexuit. Interiêre intus Daphnûs & Hermeſia, & Sipylum, quod antè Tantalis vocabatur, caput Mæoniæ, vbi nunc eſt ſtagnum Sale: ob id & Archæopolis ſubſtituta [l] Sipylo, & inde illi Colpæ, & huic Lebade. Regredientibus inde abeſt xij. M. paſſuum ab Amazone condita, reſtituta ab Alexandro, in ora Smyrna, amne Melete gaudens, non procul orto. Montes Aſiæ nobiliſſimi in hoc tractu ferè explicant ſe, Maſtuſia à tergo Smyrnæ, & Termetis Olympi radicibus iunctus. Is in Dracone deſinit, Draco in Tmolo, Tmolus in Cadmo, ille in Tauro. A Smyrna Hermus [41] amnis campos facit, & nomini ſuo adoptat. Oritur iuxta [42] Doryleum Phrygiæ ciuitatem, multóſque colligit fluuios, inter quos Phrygem, qui nomine genti dato, à Caria eam diſterminat: Hyllum & Cryon, [43] & ipſos Phrygiæ, Myſiæ, Lydiæ amnibus repletos. Fuit [44] in ore eius oppidum Temnos: nunc in extremo [45] ſinu Myrmeces ſcopuli, oppidum Leuce in promontorio, quod inſula fuit, finíſque Ioniæ Phocæa. Smyrnæum conuentum magna pars Aeoliæ, quæ mox dicetur, frequentat: prætérque [m] Macedones Hyrcani cognominati, & Magnetes à Sipylo. Epheſum verò alterum lumen Aſiæ, remotiores conueniunt [n] Cæſarienſes, Metropolitæ, Cylbiani, inferiores & ſuperiores Myſomacedones, [46] Maſtaurenſes, Brullitæ, Hypæpeni, Dioshieritæ.

28 ſeptuaginta Vet. & baſilienſe exem. lxxv. ex Senec. xc. M.

29 Cadme, Straboni.

30 ccc. M. Vet.

31 Tyatha. V. & Ch.
32 Euhippia. M. V.
33 Matium. Vet. CH. alijs Manteum.

34 Ortygia, Morges vocata & Smyrna eſt. CH.
35 Tzichia. M. & V.

36 Callipea (vel Callipe) templum Dianę complexa, è diuerſis. M. item. Vet.
37 Halere, cuius fluuij hoc in tractu meminit & Pauſanias.

38 in Ch. non leg.

39 fuerunt CH.

40 Chytrophoria. V.

41 amnis non leg. in CH.
42 Dotylæi. Fineus.

43 & Hippos Phrygiæ CH.
44 in ora. Vet.

45 ſinu Smyrnę Cheſeopolis. Sal. Stephanus. Cheſium oppidum Ioniæ. Pint.

46 Metaurenſes. Ch.

ANNOTATIONES.

a Apamia dicta eſt ab Apama, Artabazi filia, quæ Seleuco Nicatori nupſit, & mater Antiochi Soteri fuit, qui vrbem Apamiam condidit. Vocata fuit & Cellæne à Cellænis, oppidum ex quo traducti ſunt incolæ Apamiæ. Hoc in loco eſt palus quidam qui calamos gignit ad tibiarum linguas idoneos, vnde nata fabula de Marſiæ cum Apolline contentione. Vide Strab. lib. 12.

b Vide fabulam apud Ouid. lib. 6. Metam.

c Alius eſt Moſſinus Thraciæ apud Athenæum lib. 8. pag. 172. verſ. 18.

d Ptolomæus Branchidas vſurpat pro ea parte montis Didús quę Orientem ſpectat.

e Didyma oraculum Mileto vicinum, Ioui ſacrum & Apollini, quaſi geminis dijs (διδύμοις παῤ ἀλλήλοις Græci geminos vocant) vnde Apollo Didymæus appellatur. Papin. 8. Theb.

Nec clarius hac luce fores, Didymæique quiſquam
Limina, nec Lyciam ſimplex conſultor adibit.

Didymæi Apollinis fit & mentio libro 6. cap. 16. Vide Rhodig cap. 23. 4. Didymæo Iouicùm res diuina fit, libant hederæ folijs. Inde κισσίβιον poculum dictum. Athen. pag. 235. verſ. 14.

f Autor lib. 7. cap. 56. dicit Pherecidem Syrium primum, Cyri regis Perſarum ætate, proſam orationem inſtituiſſe. Hiſtoriam verò Cadmum Mileſium.

g Aſylon Ionium fuit in promontorio montis Iceles.

h Properţius cygneum Caiſtrum vocat, à cygnorum copia qui in eo ſunt

eo ſunt fluuio. *Et quæ Cygnæi viſenda eſt ora Cayſtri,*
Et quæ ſeptenus temperat vnda vias.
Lipſius cap. 2. 1.

i Ptolemæi meum exemplar habet Lacerca.

k Straboni Gnopopolis.

l Μαγνῆτες ὑπὸ σιπύλῳ Straboni lib. 13. Nam etiam fuerant μαγνῆτες ὑπὸ μιλήτῳ. Cicero ad Q. fratrem. *De te à Magnetibus ab Sipylo mentio eſt honorifica facta, cùm te vnum dicerent poſtulationis L. Pauſæ teſtimoſſe.* Victor. cap. 1. 30.

m Molteni & Moſeni Ptol.

n Ierocæſarea Ptolemæo.

Aeolis, Troas, Pergamus. CAP. XXX.

AEolis proxima eſt, quondam Myſia appellata, & quæ Helleſponto adiacet Troas. [1] Ibi à Phocæa, Aſcanius portus. Dein fuerat Lariſſa: ſunt Cyme, Myrina, quæ Sebaſtopolim ſe vocat: & intus Aegæ, [2] Attalia, Poſidea, Neon-tichos, Temnos. In ora autem [3] Titanus amnis, & ciuitas ab eo cognominata. Fuit & [4] Grynia, nunc tantùm portus [5] ſoli, inſula apprehenſa. Oppidum [6] Elæa, & ex Myſia veniens Caicus amnis. Oppidum Pitane, Canaius amnis. Intercidêre Canæ, Lyſimachia, [7] Atarnea, Carene, Ciſthene, Cilla, Cocillum, Thebæ, Aſtyre, Chryſa, Palæſcepſis, [a] [8] Gergithos, Neandros: nunc eſt Perperene ciuitas, Heracleotes tractus, Coryphas oppidum, [9] amnis Gryliofolius. Regio Aphrodiſias, quæ anteà Politiceorgas. Regio Scepſis. Flumen [10] Euenum, cuius in ripis intercidêre Lyrneſſos & Miletos. In hoc tractu [b] Ida mons. Et in ora quæ ſinum cognominauit & conuentum, Adramytteos, olim [c] Pedaſus dicta. Flumina Aſtron, Cormalos, [11] Eryannos, Alabaſtros, Hieros ex Ida. Intus mons Gargara, eodémque nomine oppidum. Rurſus in litore Antandros, Edonis prius vocata; deinde Cimmeris, & Aſſos, eadem Apollonia. Fuit & Palamedium oppidum. Promontorium Lecton diſterminans Aeolida & Troada. Fuit & Polymedia ciuitas, & Cryſſa, & Lariſſa alia. [d] Smintheum templũ durat. Intus Colone intercidit, [12] deportata Adramytteum negotia. Apolloniate à Rhyndaco amne, Ereſij, Miletopolitæ, Pœmaneni Macedones, [13] Aſchilacæ, Polichnæi, Pionitæ, Cilices, Mandagandeni: in Myſia Abrettini, & Helleſpontij appellati, & alij ignobiles. Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipsáque Troas, Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Ro. Oppidum Nee, Scammander amnis nauigabilis, & in promontorio quondam Sigeum oppidum. Dein portus Achæorum, in quem influit Xanthus Simoenti iunctus: ſtagnúmque prius faciens Palæſcamander. Cæteri Homero celebrati, Rheſus, Hepta porus, Careſus, Rhodius veſtigia non habent. Granicus diuerſo tractu in Propontida fluit. Eſt tamen & nunc Scamandria ciuitas parua, ac M. cccc. paſſ. remotum à portu [e] Ilium immune, vnde omnis rerum claritas. Extra ſinum ſunt Rhœtea litora, Rhœteo & Dardanio & Ariſbe oppidis habitata. Fuit & Achilleon, oppidum iuxta tumulum Achillis conditum à Mitylenæis, & mox Athenienſibus, [14] vbi claſſis eius ſteterat. In Sigeo fuit & Aeantium, à Rhodiis conditum in altero cornu, Aiace ibi ſepulto xxx. ſtad. interuallo à Sigeo, & [15] ipſo in ſtatione claſſis ſuæ. Supra Aeolida, & partem Troadis, in mediterraneo eſt, quæ vocatur Teuthrania; quam Myſi antiquitùs tenuêre. Ibi Caicus amnis iam dictus oritur. Gens ampla per ſe, etiam cùm totum Myſia appellaretur. In ea Pioniæ, Andera, Cale, Stabulum, Coniſium, Tegium, Balcea, Tiare, Teuthranie, Sarnaca, Haliſerne, Lycide, Parthenium, [16] Thymbre, Oxiopum, Lygdanum, Apollonia, longéque clariſſimum Aſiæ Pergamum, quod interneat Selinus, præfluit Cetius profuſus Pindaſo monte. Abeſt haud procul [17] Elæa, quam in litore diximus. Pergamena vocatur eius tractus iuriſdictio. Ad [18] eam conueniunt Thiatyreni, Mygdones, Moſſini, [19] Bregmenteni, [f] Hieracomitæ, Perpereni, Tyareni, [20] Hierapolenſes, Harmatopolitæ, Attalenſes, Pantaenſes, Appollonidienſes, aliæq; in honoræ ciuitates. A Rhœteo Dardanium oppidum paruum abeſt ſtad. [21] lxx. Inde xviij. M. promontorium Trapeza, vnde primùm concitat ſe Helleſpontus. Ex Aſia interiiſſe gentes tradit Eratoſthenes Solymorum, Lelegum, Bebrycum, Colycantiorum, Trepſedorum. Iſidorus [22] Arimos, & Capretas, vbi ſit Apamia condita à Seleuco rege, inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam, Armeniam. Et quoniam ferociſſimas gentes domuiſſet, initio Dameam vocatam.

1 Ab ea. Vet. & M.

2 Satalia. Pineus. caput ſ. Satalia.
3 Mitanus. Vet. Ptolomæo Pitana.
4 Grya. CH.
5 ſolo inſulæ apprehenſo.
6 Iulea. Pineus. portus Pergami.
7 Atarneus ex Strabon. lib. 13.
8 Gergetha. Strabo. lib. decimotertio.
9 ſic Pintianus legit. Amnes Grylios, Solus: regio Aprodiſias, quæ antea, Politice: Orgas regio, Scepſis. Manuſ. verò Amnis Grylios, Olius regio, Aphrodiſias, quæ ante Politice. Orgas regio, Scepſis. ſic CH.
10 Euenus. Strabo. lib. 13.
11 Cryanos CH.
12 deportant. Salm. & Manuſcrip.
13 Aſculacæ. M.

14 vbi claſſis eius ſteterat in Sigeo. Fuit & Aeantium. ex Baſilienſi & Manuſ. *in Sigeo enim ſepultum fuiſſe Achillē, in Rhœtee autē Aiacē, ex Strab. Pomp. & Stephano notum eſt.*
15 & ipſum (ſub. Æantinm) Pint.
16 Cambre Ch.

17 Ialea. Pineus.

18 eandem. M.

19 Bregmeni Ch.
20 Hydropolienſes. Hermacopolitæ. V.

21 lxx. mil. Vet.

22 Arimaos. Vet.

ANNOTATIONES.

a Athenæus lib. 6. pag. 128. Gergitha ſiue Gergitha, Aeolidis oppidum ab aſſentatoribus conditum. Vide locum.

b Idæ ferarum latibula, θήκαι, θῆμαι, φωλεοί, ἔρυκες. Rhodig. cap. vltimo lib. 26. Ida, quiuis mons excelſus vnde circunſecta ſpectari poſſunt. Idem cap. 1. 28.

c Pedaſenſibus mirum hoc contingere ſcribunt Herodotus, Ariſtoteles,

stoteles,Strabo, vtquoties aduersi quippiam illis, aut vicinis imminet,Antistiti Mineruæ,quæ illic est,prolixa barba nascatur. Rodig.cap.21.14.

d Quare Smintheus Apollo dictus fuerit vide apud Strabonem lib.13.pag.576.

e Plenissima immunitate, omnium tributorum & munerum publicorum, militiæ, metari, eriam turelarum. Callistratus in l. non solum.§. Ilienſibus. D. de excusatione. item, vt qui matre Ilienſi esset,fieret eorum municeps, & vt Minerua Iliensis hæres instituì posset.l.1. D. ad municip. Data verò est primùm decreto decem legatorum,icto fœdere cũ Antiocho, Rhœteo & Gergitho insuper concessis.Liuius lib.38. *propter inclytam nobilitatem ciuitatis & coniunctionem originis Romanæ. Confirmat Claudius Cæsar propter originis gloriam.* Tacitus lib.4.Cuiacius cap.5.10. Obseruat. Turneb.cap.21.

7 Ilium nouum à vetere distat xxx.stadia.iuxta Strabonem.

f Ieragermæ Ptolomæo ciuitas eorum dicitur.

Insulæ ante Asiam, Pamphylium mare, Rhodus, Samus, Chius.

CAP. XXXI.

INsularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili,à Canopo Menelai gubernatore (vt ferunt) dicta. Altera iuncta ponte Alexandriæ,colonia Cæsaris Dictatoris, Pharus;quondam diei nauigatione distans ab Aegypto: nunc è turri nocturnis ignibus cursum nauium regens.Nanque fallacibus vadis Alexandria, tribus omnino aditur alueis maris,Tegamo,Posideo, Tauro. In Phœniceo deinde mari estante Ioppen Paria, tota oppidum,in qua [1] obiectam belluæ Andromedam ferunt:& iam dicta Arados, inter quam & continentem, quinquaginta cubita alto mari, (vt author est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto,vsque [2] à vado trahitur.Pamphylium mare, ignobiles insulas habet Cilicium ex quinque maximis [a] Cyprum, ad ortum occasúmque Ciliciæ,ac Syriæ obiectam,quondam ix.regnorum sedem. Huius circuitum Timosthenes [3] ccccxxix.M.ccccc.prodidit.Isidorus ccclxxv.M. Longitudinem inter duo promontoria, Dinaretum & Acamanta, quod est ad Occasum,Artemidorus [4] clx.ccccc. *Timosthenes cc.vocatam antè Acamantida, Philonides Ceraſtin, Xenagoras & Aſpeliam, & Amathusiam,& Macariam, Astynomus Crypton,& Coliniam.Oppida in ea xv. [5] Paphos,Palæpaphos, Curias, Citium, Corineum,Salamis,Amathus, Lapethos, [6] Solœ, [7] Tamasseus,Epidarum,Chytri Arsinoe, [8] Carpasium,Golgi.Fuêre & ibi Cinyria,[9] Marium,Idalium.Abest ab Anemurio Ciliciæ quinquaginta M.pass.Mare, quod prætenditur,vocant Aulona [10] Cilicium. In eodem situ Elæusa insula est, & quatuor,ante [11] promontorium ex aduerso Syriæ,Clides: rursúsque ab altero capite Stiria. Contra Neampaphum Hierocepia. Contra Salamina,Salaminæ. In Lycio autem mari Illyris,[12] Telendos, Attelebussa,Cypriæ tres steriles, & Dionysia, prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri promotorium [b] pestiferæ nauigantibus [13] Chelidoniæ [c] totidem ab iis cum oppido Leucola, Pactyæ, [14] Lasia, Nymphais, Macris, *Megista, cuius ciuitas interiit. Multæ deinde ignobiles.Sed contra Chimæram [15] Dolichiste, *Chirogylium, [16] Crambussa,[17] Rhoge, Enagora viij. M. passuum,Dædaleon duæ, [18] Cryeon tres,Strongyle; & contra [19] Sidyma Anthiochi,Glaucúmque versus amnem Laguſa,Macris,Didymæ,Helbo, Scope, Aspis, & in qua oppidum interiit [19] Telandria,proximáque [20] Cauno Rhodussa. Sed pulcherrima & libera Rhodos,circuitu [21] cxxx. mil. pass.aut si potius Isidoro credimus, ciij. habitata vrbibus Lindo,Camiro,Ialyso nunc Rhodo.Distat ab Alexandria Aegypti [22] cccclxxviij.mil.vt Isidorus tradit:vt Eratosthenes,cccclxix. mil.vt Mutianus, ccccc. à Cypro clxvj.Vocitata est anteà [c] Ophiusa,Asteria, Aethrea, Trinacria, Corymbia, Pœessa, Atabyria ab rege.Deinde [23] Macria,& Oloessa.Rhodiorum insulæ,Carpathus, quæ mari nomen dedit:Casos,[24] Achne olim:Nisyros distans ab Gnido xij. mil. ccccc. Porphyris anteà dicta. Et eodem tractu media inter Rhodum Gnidúmque Syme. Cingitur [25] xxxvij.mil.ccccc. Portus benignè præbet octo.Præter has circa Rhodũ, Cyclopis, [26] Teganon,Cordyluſa, [27] Diabetæ iiij. [28] Hymos,Chalce cum oppido, [29] Seutluſa,[30] Narthecuſa,Dimastos,Progne:& à Gnido,Ciserussa,[31] Therionarce,Calydne cum tribus oppidis,Notio,Nisyro,Mendetero, & in Arconneso oppidum Ceramus. In Cariæ ora, quæ [32] vocantur Argiæ,numero viginti,& [33] Hyetussa, Lepsia, Leros. Nobilissima autem in eo sinu Cos,ab Halicarnasso quindecim mil.pass.distans,circuitu centum,vt plures existimant,[34] Merope vocata:Cos,vt Staphylus:Meropis,vt Dionysius:dein Nymphæa.Mõs ibi Prion,& Nisyron abruptam [35] illi putant,quæ Porphyris anteà dicta est. Hinc [36] Carianda cum oppido.Nec procul ab Halicarnasso Pidosus.In Ceramico autem sinu Priaponnesos,Hipponnesos,Pſyra,Mya,Lampsemandus, Passala, Crusa, Pyrrhe, Sepiussa, Melano:

1 subiectam.Vet.

2 vsque ad vadũ.V.

3 ccccxxvij.M.D.Pincus.

4 clxij.M.Vet. * Timost.vocauit V.

5 Neaphos.Tol.

6 Solus.Pine.
7 Tamasius, Epidaurum.Ver.
8 Carphasium,Golgæ.Ver.
9 Murium Vet.

10 Cilicum Ch.
11 promontoria.Ex aduerso.Ver.

12 Tolandros.Vet.

13 Chelidoniæ totidem.Ab iis.Ver.
14 Elysia,Nymphasia,Meris.Vet.
* Maxima.Ptol.
15 Dolichæ.Vet.
* Chirodylion Ch.
16 Crambis.Vet.
17 Aroge.Vet.
18 Cryeon,tres Strõgilæ.V.& M.
19 Solima.Strab.
19 Cyllandria. Vet.
20 Cynorhodussa.V.
21 cxxv.CH.
22 dlxxxiij.CH.

23 Macaria (vt ait Pomp. Mela) vel ab agrorum fertilitate, vel quòd Rex Macar insulas illas occupauerit, & hanc de suo nomine appellauerit.
24 & duæ Calymnæ, Gyros. M. Sinyros. vetus.
25 xxx.ex recentior.
26 Tergamon. Vet.
27 Diobate. Ch.
28 Hyrmos CH.
29 Teutlusa, Steph.
30 Marthecusa Ch.
31 Terion,Archia.V.
32 vocatur.Ver.
33 Etheensa.V. Hæthusa CH.
34 Meropis vocata, vt Staphylus, Cos Meropis, vt Dionysius.Ex Strab. & Higinio Plut.Cea.V.
35 illinc putant.
36 Carranda CH.

Melano:paulúmque à continente distans,quæ vocata est Cinædopolis,probrosis ibi relictis à rege Alexandro.Ioniæ ora [37] Aegeas & Corseas habet,& Icaron, de qua dictum est:Laden,quæ prius Late vocabatur:atque inter ignobiles aliquot,duas Camelidas Mileto vicinas,[38] Mycalen,Trogilias,Trepsilion:Argennon,*Sandalion, [c] Samon liberam, circuitu octoginta septem mil.passuum:aut,vt Isidorus,centum:[39] Parrheniam primùm appellatam,Aristoteles tradit,posteà [40] Dryusam,deinde Anthemusam.Aristocritus adiicit Melamphyllum,dein Cyparissiam:alij [41] Parthenoarusam,Stephanen.Amnes in ea Imbrasus,Chesius,Ibettes.Fontes Gigarto,Leucothea.Mons Cercetius.Adiacent insulæ, Rhypara,Nymphæa,Achillea.Par claritate ab ea distat xciij. M. passuum, cum oppido Chios libera, quam Aethaliam Ephorus prisco nomine appellat: Merrodorus & Cleobulus Chiam,à Chione nympha; aliqui à niue,& Macrin & Pityusam. Montem habet Pellenæum,marmor Chium.Circuitu [42] cxxv.M.pass.colligit,vt veteres tradidêre.Isidorus ix.millia adiicit.Posita est inter Samum & Lesbum,ex aduerso maximè Erythrarum. Finitimæ sunt,[d] Thalluſa,quam alij [43] Dapnusam scribunt, Oenussa, Elaphites, Eurynassa,Arginusa cum oppido. [44] Iam hæ circa Ephesum, & quæ Pisistrati vocantur, Anthinæ,Myonnesos,[45] Diareusa.In vtraque oppida intercidêre. Porosselene cum oppido, Cerciæ,Halone,Commone,Illetia, Lepria,& [46] Rhesperia, Procusæ,Bolbulæ,[47] Phanæ, Priapos,Syce,Melane,[48] Aenare,Siduſa,Pela, [49] Drymusa,Anydros,Scopelos, Sycussa, Marathussa, [50] Psile,Perirheusa,multæq; ignobiles. Clara verò in alto [51] Teos cum oppido,à Chio [52] lxxxj.M.passuum,tantundem ab Erythris. Iuxta Smyrnam sunt Peristerides,Carteria,Alopece,Elæusſa,Bachina,Pystira,Crommyonnesos, Megale.Ante Troada Ascaniæ,Plateæ iij.Dein Lamiæ,Plitaniæ ij.Plate,Scopelos,Gerone,Artheidon,Celę, Laguſſæ,Didymæ.Clarissima autem Lesbos,à Chio sexagintaquinque mill.pass.Hemerte,& Lasia,Pelasgia,Aegira, Aethiope, [53] Macaria appellata fuit, [54] octo oppidis inclyta.Ex iis Pyrrha hausta est mari,Arisbe terrarum motu subuersa. Antissam Methymna traxit in seipsam [55] viij.vrbibus Asiæ [56] in xxxvij.M.passuum vicina. Et Agamede obiit, & Hiera.Restant Eresos,Pyrrha,& libera Mitylene,amnis D. potens. Tota insula circuitur,vt Isidorus, [57] clxxiij.M.passuum:vt veteres,cxcv.M. Montes habet Lepethymum, [58] Ordymnum, Macistum, Creonem, Olympum. A proxima continente abest vij.M. ccccc.passuum.Insulæ appositæ,Sandalion,Leucæ quinque. Ex iis Cydonea cum fonte calido.Argenussæ ab [59] Aege iiij.M.passuum distant.Dein [60] Phelluſa,Pedna. Extra Hellespontum aduersa Sigæo litori adiacet [f] Tenedus Leucophrys dicta,& Phœnice,& Lyrnessos.Abest à Lesbo lvj.M.passuum,à Sigæo xij. M. D.

37 Tregeas,ex Strab. & Ptol.

38 Mycalæ,Trogilis. Trogilias tres, Phylion,Arg.&c.Ch.
* cap.7. Sardinia, Sãdaliotis & Ichnusa dicitur.

39 Parrheniam.Vet. Basil.Parthenũ. Rodig.48.
40 Adrissam. Stephanus.Strr.hæc nomina omnia tribuit Samothraciæ nõ Samo.

41 Parrhenerosam, Fint.Heroscaciã Strabonis dicit. Parthenarusam Ch.
42 cxij.M.D.ex recentioribus.

43 Daphnusam.Ch.

44 Iam hæc.Basil.

45 Clareusa.Vet.

46 Æthræa, Hesperia.Pint.
47 Pheare.Vet.
48 Coenare.Vet.
49 Dilemusa.Ver.
50 Phile.Vet.
51 Theas.Man.
52 lxxj v.Basil.lxxj. M.D.CH.

53 supra hoc eodem cap.legitur,Macria.
54 nouem.M. & V.

55 viij. vrbib. superuacanea sunt,
56 particula in,non leg.in Ver.
57 clxviij.Basil.

58 Ordymnum apud Teoph.cap.vlt.lib.3. Histor.

59 in M.& Ver.deest.
60 Phesilia.Ver.

ANNOTATIONES.

a Cerastiam vocari Xenagoras scripsit ὅτι πρὸ ὀλίγου, φησὶ, τῆς κεκλιμένης ἔχουσα κέρα. multis promõtoriis supercilioſa est ac erecta: quamuis sint qui ideò sic dictã putent, quòd aliquando in ea cornuti homines fuerint. Dicta & Sphecia ab incolis Sphecibus,vel à vespis. Rhodig.cap.1.30.

b Dicta est à multitudine serpentum,quos eò tempestate delatus Phorbas Triobæ filius occidit:Asteria ab astri figura: Aethræa, à serenitate, quia illic nunquam tanæ nubes sunt, vt aliquando de die sol non cernatur: Trinacria, à tribus oppidis eminentibus:Corymbia,à specie corymborum hederæ: Poeessa,ab herbido virore. Hadr.Iun.capit.15.1. Straboni vocata fuit & Stadia & Telchinia. Ponticum vocat Pindarus,vt Pelagiam Marcellinus lib.17.Pindarus Ialysion, aureo imbri perfusam scribit ob diuitias & summas opes. ἴδε περὶ ἄρχης ἀδὲ βουκολίας χρυσέας ὑφάλοισι πόδεσσι.

c Samon insulam Apul.1.Florid.Frumento pigram,aratro irritam, fœcundam oliuetis,ait,nec à vinitore,nec ab olitore scalpi, sed toram eius quamuis frequentibus incolis,hospitibus celebris,culturam esse in surculo,& sarculo. Vide locum.

d Stephano hîc Pelus insula collocatur.

e Eresos Theophrasti patria præstantissimo & candidissimo tritico nobilis,cuius pollinem Mercurius ad Deos ferret.Archestratus in Gastronomia, ἐν Λέσβῳ πλεονάζει ἐρέσος πεφυκυῖαν μακρῷ πολυσίτῳ χλόης· θεοὶ δ' ἄνεφ ἔδεκτο θύραζε· ἐκάλεσσε δ' ἐρμῆς οἶνόν τ' ἐμοὶ αὐτοῖς ἀγορᾶσε. Ea ratione Delphis olim Eresij statuam Cereris ἐρμαῖος dicarunt.Had.Iun.cap.4.5.Infamis ea fuit insanda libidine, vnde λεσβίαζειν,vel ore morigari vel capiti illudere, vt φοινικίζειν, ὀρθίαζειν μᾶζαν πυγουσθαι, à Phœnicum exercendis moribus.Brod.cap.21.2.

f Tennin Cyeni filium, Nepruni neporem cùm nouerca Philonome de stupro appellasset, recusantem apud patrem insimulauit, tanquàm vim afferre voluisset. Credulus is iuuenem capsa inclusum in mare abiecit, quæ Nepruno innocenti & nepoti propitio, cùm Leucophrim delata fuisset, aperta illa, & re cognita, incolæ regnum detulerunt, insulam de suo nomine appellarunt, mortuum pro Deo coluerunt.Muret.Var.cap.12.1.

Hellespontus, Mysia, Phrygia, Galatia, Bithynia, Bosporus.

CAP. XXXII.

IMpetum déinde sumit Hellespontus, & mare incumbit, vorticibus limitem fodiens, donec Asiam abrumpat Europæ.Promontorium id appellauimus [1] Trapezam:ab eo decem mill.pass.Abydum oppidum, vbi augustiæ septem stadiorum. Déinde Percote oppidum,& Lampsacum,anteà Pityusa dictum.Parium colonia,quam Homerus Adrastiam

1 Troeziam CH.

stiam appellauit. Oppidum Priapos, amnis [2] Aesepus, Zelia, Propontis; ita appellatur vbi se dilatat mare. Flumen Granicum, Artace portus, vbi oppidum fuit. Vltrà insula, quam continenti iunxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum *Cyzicum, anteà vocitatum Arconnesos, & Dolionis, & [3] Dindymis, cuius à vertice mons Dindymus. Mox oppida Placia, Ariacos, Scylace, quorum à tergo mons Olympus, [4] Mæsius dictus: ciuitas Olympena. Amnes Horisius, & Rhyndacus, antè Lycus vocatus. Oritur in stagno Artynia iuxta Miletopolim: recipit Macestos, & pleráque alios, Asiam Bithyniámque disterminans. Ea appellata est Cronia, dein Thessalis, dein Maliande & Strymonis. Hos Homerus Halizonas dixit, quando præcingitur gens mari. Vrbs fuit immensa Attusa nomine: nunc sunt [5] xv. ciuitates, inter quas Gordiu-come, quæ Iuliopolis vocatur; & in ora [a] Dascylos. Déinde flumen Gebes, & intus Helgas oppidum, quæ Germanicopolis, alio nomine Booscœte, sicut [6] Apamia, quæ nunc [7] Myrlea Colophoniorum: flumen Etheleum, antiquus Troadis finis, & Mysiæ initium. Posteà sinus, in quo flumen Ascanium, oppidum Bryllion, amnes Hylas & Cios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiæ vocabatur. Quapropter non alibi aptiùs de ea [8] dicatur. Phrygia Troadi superiecta, populisque à promontorio Lecto ad flumen Etheleum prædictis, Septentrionali sui parte Galatiæ contermina, Meridiana Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæq;, ab Oriente Cappadociam attingit. Oppida ibi celeberrima præter iam dicta, Ancyra, [9] Andria, Celænæ, Colossæ, Carina, [10] Cotiaion, Ceranæ, Iconium, Midaion. Sunt autores transisse ex Europa Mysos, & Brygas, & Thynos, à quibus appellantur Mysi, Phryges, Bithyni. Simul dicendum videtur & de Galatia, quæ superposita, agros maiori ex parte Phrygiæ tenet, capútque quondam eius Gordium. Qui [b] partem eam insedêre, Gallorum [11] Tolistobogi, & Voturi, & [12] Ambitui vocantur: qui Mæoniæ & Paphlagoniæ regionem, [13] Trocmi. Prætenditur Cappadocia, à Septentrione & Solis ortu, cuius vberrimam partem occupauêre Tectosages, ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi verò ac tetrarchiæ omnes, numero cxcv Oppida, Tectosagum Ancyra, Trocmorum, Tauium, Tolistobogorum, Pessinûs. Præter hos celebres, Attalenses, [14] Arasenses, [15] Comenses, Dioshieronitæ, Lystreni, Neapolitani, Oeandenses, Seleucenses, Sebasteni, Timoniacenses, [16] Tebaseni. Attingit Galatia & [17] Pamphyliæ [18] Gabaliam, & Milyas, qui circa Barin sunt, & [19] Cyllanticum, & [20] Oroandicum Pisidiæ tractum. Item Lycaoniæ partem Obigenen. Flumina sunt in ea præter iam dicta, Sangarium & Gallus, à quo nomen traxêre Matris Deûm sacerdotes. Nunc reliqua in ora, à Cio intus in Bithynia Prusa, ab Annibale sub Olympo condita. Inde Nicæam vigintiquinque millia passuum, interueniente Ascanio lacu. Déinde Nicæa in vltimo Ascanio sinu, quæ priùs Olbia: & Prusa: item altera sub Hippio [21] monte. Fuêre Pythopolis, Parthenopolis, Coryphanta. Sunt in ora amnes, Aesius, Bryazon, Plataneus, Areus, *Siros, Gendos, qui & Chrysorrhoas. Promontorium, in quo [22] Megarice oppidũ fuit. [23] Inde Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. Fuit & Astacum, vnde & ex eo Astacenus idem sinus. Fuit & Libyssa oppidum, vbi nunc Annibalis tantùm tumulus: est in intimo sinu Nicomedia Bithyniæ præclara. Leucatas promontorium, quo includitur Astacenus sinus à Nicomedia [24] xlij. M. cccc. Rursúsque coeuntibus terris angustiæ pertinentes vsque ad Bosphorum Thracium. In iis Chalcedon libera, [25] à Nicomedia lxxij. cccc. Proceraſtis anteà dicta, dein Compusa: posteà Cæcorum oppidum, quòd locum eligere nescissent, septem stadiis [9] distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede. Cæterùm intus in Bithynia colonia Apamena, Agrippenses, Iuliopolitæ, [26] Bithynion. Flumina, Syrium, Lapsias, [27] Pharmicas, Alces, Crynis, Lylæus, Scopius, Hieras, qui Bithyniam & Galatiam disterminat. Vltra Chalcedona Chrysopolis fuit. Déinde Nicopolis, à qua nomen etiamnum sinus retinet: in quo portus Amyci. Déinde [28] Naulochum promontorium, Estiæ templum Neptuni, Bosphorus D. p. interuallo Asiam Europæ iterum auferens; abest à Chalcedone xij. M. cccc. passs. Inde fauces primæ viij. M. [29] ccl. passs. vbi [30] Phinopolis oppidum fuit. Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. Is finis Asiæ est,

2 Abscepus. M. Asapus Strab.

* Duobus pontibus vt ait Strabo iuncta est continenti. In priapeis Cyzicos ostrea sa diuam Proserpinam frequẽtat, veneratur, colit, procunctis alijs numinibus.

3 Didymis, ciuis à vert. mo. Didymus. CH.

4 Mysius. V. Mysius. Man.

5 xij. CH.

6 Apamea per e, in Ch. perperùm leg.

7 Myrtea Ptol.

8 dicetur. Ver.

9 Andira, Stephano. Andraca Ptol.

10 Cotion Ch.

11 Tesistobogi. Ptol. Tolostobagi Ch.

12 Ambiam Vet.

13 Troemi Ptolemæo, Trœmi Strabo.

14 Alassenses Ch.

15 Commenses Didymenses, Hieronenses. V. & Man. & Ch.

16 Tarbaseni. V.

17 Pamphilia Ch.

18 Cabaliam. Basil. & Vet.

19 Cyllanicum Ch.

20 Crondicum. V.

21 Fluuio. Vel flumine ex. Ptol.

* Æsyros Ch.

22 Megaricon Stephano.

23 Vnde CH.

24 lxij. CH.

25 Man. legit à Nicomedia lxxij. M. D. passs. Ceratis anteà dicta, dein Colpoessa. CH. exẽp. xxvij. M. D. passs. Ceratis antea dicta, dein Colposa.

9 distans à. Vet.

26 Bithynniara. V.

27 Pharmacias Ch.

28 Neulochus. Pint. ex Strab. lib. 7.

29 dccl. CH.

30 Sphyropolis. V. alij Bosphoropolis.

Asiæ est, populorúmque cclxxxij. qui ad eum locum à fine [31] Lydiæ numerantur. Spatium Hellesponti & Propontidis ad Bosphorum [32] Thracium clxxxviij. M. passs. diximus. A Chalcedone Sigeum Isidorus [33] ccclxij. M. ccccc. passs. tradit. Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, vnde Cyzicenum marmor: eadem Neuris, & Proconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa, Acanthus, Phœbe, Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido. Delphacia: Polydora. Artacæon cum oppido. Est & contra Nicomediam Demonnesos. Item vltra Heracleam, aduersa Bithyniæ Thynnias, quam barbari Bithyniam vocant. Est & [34] Antiochia, & contra fauces Rhyndaci [35] Besbicos, decem & octo mill. circuitu. Est & Elæa, & duæ [36] Rhodussæ, [37] Erebinthus, Magale, [38] Chalcitis, Pityodes.

31 Lydiæ. Vet. M.

32 Thraciũ esse &c. CH.

33 ccclxij. CH.

34 Antiochiæ. M. V.

35 Berbicos CH.

36 Rhodiussa. Vet.

37 Erebinthiotes. Pint.

38 Calcetis. Pint.

10 ANNOTATIONES.

a Ptolemæo locus est dictus Dascylæum.

b Strabo refert Volscorum Tectosages cùm robore & multitudine hominum valerent, seditione quodam tempore inter eos orta, magnum numerum hominum è finibus suis eiecisse, qui post longos errores in Phrygiam Pahlagoniæ & Cappadociæ profecti, illis non inuitis, loca illa occuparunt. lib. 4.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEXTVS.

Pontus Euxinus. CAP. I.

PONTVS Euxinus, anteà ab inhospitali feritate Axenos [1] appellatus, peculiari inuidia naturæ sine vllo fine indulgentis auiditati maris, & ipse [2] inter Europam Asiámque funditur. Non fuerat satis Oceano ambisse terras, & partem earum aucta [3] immanitate abstuliſse; non irrupisse fractis montibus, [4] Calpéque Africæ auulsa, tantò maiora absorbuisse, quàm reliquerit, spatia; non, per Hellespontum Propontida infudisse, iterum terris deuoratis: à Bosphoro quoque in aliam vastitatem panditur nulla satietate, donec expatiatur [5] lacus à Mæoti rapinam suam iungat, Inuitis hoc accidisse terris indicio sunt tot angustiæ, atq; tam parua naturæ repugnátis interualla, ad Hellespontum octingentorum [6] septuagintaquinque passuum ad Bosphoros duos, vel bubus meabili transitu. Vnde nomen ambobus, [7] & tanquam in dissociatione germanitas concors. Alitum quippe cantus, canumq; latratus inuicem audiuntur: vocis etiam humanæ cõmercia, inter duos orbes [8] manente colloquio, nisi cùm idipsum auferunt venti. Mésuram, Ponti à Bosphoro ad Mæotium lacum quidam fecêre XIIII. triginta octo mill. [9] ccccc. passs. Eratosthenes centum minorem. Agrippa à Chalcedone ad Phasin X mill. Inde Bosphorum Cimmerium trecenta sexaginta mill. Nos

1 appellatus est, peculiCH.

2 in Europam. Pinc.

3 inanitate. M. Turnebus cap. 19. lib. 12. Aduers.

4 Calpéque Abilæ auulsa.

5 lacus Mæotis rapinam suam iungat. Basil.

6 xxv. CH.

7 etiam quædã. CH.

8 manãte: alij meante.

9 decst in CH.

k interualla

interualla generatim ponemus comperta in noſtro æuo, quando etiam in ipſo ore Cimmerio pugnatum eſt. Ergo à faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliqui Rhœſum dixerunt. Deinde [10] Pſillis, portus Calpas, [11] Sangarius fluuius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit vaſtos amnes, inter quos Tembrogium & Gallum. Idem Sangarius à pleriſque dictus Coralius, à quo incipiunt [12] Maryandini ſinus, oppidúmque Heraclea [13] Lyco flumini oppoſitum. Abeſt à Ponti ore millibus ducentis: portus Acone, veneno aconito dirus, ſpecus Acheruſia. Flumina [14] Pedopiles, [15] Callichorum, Sonautes. Oppidum Tium, ab Heraclea trigintaocto mil. paſſuum. Fluuius [16] Bilis.

10 Pyris.CH.
11 Sagaris. Ouid. 4. de Ponto. *Hoc Lycus, hoc Sagaris Peniosque, Hypanisque Crateſque.* Sangaris Tol.CH.
12 Mariandini Ch.
13 Celeci flu. appoſitum.
14 pedopides Ch.
15 Callichaum.V.
16 alijs Billis.

Gens Paphlagonum & Cappadocum. CAP. II.

[1] Vtra quem gens Paphlagonia, quam [2] Pylæmeniam aliqui dixerunt, incluſam à tergo Galatia. Oppidum Maſtya Mileſiorum, deinde Cromna. Quo loco [3] Henetos adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos [4] credi poſtulat. Seſamum oppidum, quod nunc Amaſtris. Mons Cytorus, à Tio lxiiij. M. paſſ. Oppida Cimolis, Stephane, amnis Parthenius. Promontorium Carambis vaſto excurſu. abeſt à Ponti oſtio cccxv. M. paſſuum, vel vt aliis placuit. cccl. M. Tantundem à Cimmerio, aut vt aliqui maluêre, cccxij. M. ccccc. Fuit & oppidum eodem nomine, & aliud inde Armine: nunc eſt colonia [5] Sinope, à Cytoro clxiiij. M. Flumen Varetum, gens Cappadocum, oppidum Gaziura & Gazelum, amnis Halys. à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociámque decurrens. Oppida Gangre, Cariſſa: [6] Amiſum liberum, à Sinope cxxx. m. paſſuum. Eiuſdémque nominis ſinus tanti receſſus, vt Aſiam pene inſulam faciat, cc. M. paſſuum [8] haud amplius per continentem ad Iſſicum Ciliciæ ſinum. Quo in omni tractu proditur, tres tantùm gentes Græcas iure dici, Doricam, Ionicam, Aeolicam, cæteras [a] Barbarorum eſſe. Amiſo iunctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum. Victo eo, [9] Pompeiopolis vtrunque appellatum eſt.

1 Vtra fluuium Billim gens eſt Paphlagonia. Man.
2 Pylæmoniam Ch.
3 Venetos. Ver.
4 credere putat. Ch.
5 Sinope Pretia, a Cytoro Cyretos Man.
6 Amiſus libera ex Strabone, Arrita in Periplo, ex Stephano.
7 cxx. Salm. Pin.
8 aut C. H.
9 vtrunque Pomp. Ch. tranſpoſitione.

ANNOTATIONES.

a Cur Barbari dicantur vide apud Strabonem.

Cappadocia. CAP. III.

CAppadocia intus habet coloniam Claudij Cæſaris Archelaidem, quam præfluit Halys: oppida Comana, quod Sarus: Neo Cæſaream, quod Lycus, Amaſiam, quod Iris, in regione Gazacena. In Colopena verò [a] Sebaſtiam, & Sebaſtopolin. Hæc parua, ſed paria ſuprà dictis. Reliqua ſui parte Melitam à Semiramide conditam, haud procul Euphrate: Diocæſaream, [1] Tyana, [2] Caſtabala, Magnopolim, Zelam: & ſub monte Argæo Mazacam, quæ nunc Cæſarea nominatur. Cappadociæ pars prætenta Armeniæ maiori, Melitene vocatur: Comagenæ, Cataonia: Phrygiæ, Garſauritis: Sargaura ſanæ, [3] Cammanene: Galatiæ, Morimene: vbi diſterminat eos Cappadox amnis, à quo nomen traxêre, anteà Leucoſyri dicti. A Neocæſarea ſuprà dicta minorem Armeniam Lycus amnis diſterminat. Eſt & Ceraunus intus clarus. In ora autem ab Amiſo oppidum & flumen Chadiſia, Lycaſtum, à quo [4] Themiſcyra regio. Iris flumen deferens Lycum. Ciuitas Ziela intus, nobilis clade Triarij, & victoria C. Cæſaris: in ora amnis [5] Thermodoon, ortus ad caſtellum, quod vocant [6] Phanaroeam, prætérque radices Amazonij montis lapſus. Fuit oppidum eodem nomine, & alia quinque, Phamizonium, Themiſcyra, Sotira, Amaſia, Comana, nunc [7] Manteium.

1 Tyanam. hodie Tiana.
2 Caſtabalam. V.
3 quibuſdam Comanc.
4 Themiſcyrena. M. CH. & V. vt & infra.
5 Thermodon. Ch.
6 Pharnaciam. V.
7 Mantaum. Pineus.

ANNOTATIONES.

a Ptolomæo Auguſti ciuitas.

Themiſcyrenæ regionis gentes. CAP. IIII.

GEntes, Genetarum, Charybum. Oppidum Cotyorum. Gentes Tibareni, moſſyni notis ſignantes corpora. Gens Macrocephali, oppidum Ceraſus, portus Cordulæ. Gentes Bechires, Buzeri. Flumen Melas. Gens Macrones, Sideni, fluménque Sidenum.

quo

quo alluitur oppidum [1] Polemonium, ab Amiſo cxx. M. paſſuum. Inde flumina Iaſonium, Melanthium, & ab Amiſo lxxx. M. paſſuum. Pharnacea oppidum, Tripolis caſtellum & Fluuius. Item [2] Philocalia, & ſine fluuio Liuiopolis, & à Pharnacea centum M. paſſuum. [b] Trapezûs liberum, vaſto monte clauſum. Vltra quod gens Armenochalybes, [3] & maior Armenia xxx. M. paſſuum diſtans. In ora ante Trapezunta flumen [4] Pyxites, vltrà verò gens Sannorum Heniochorum. Fumen [5] Abſarum cum caſtello cognomine in faucibus, à Trapezunte [6] cl. M. paſſuum. Eius loci à tergo montium Iberia eſt: in ora verò Heniochi, [7] Ampreutæ, Lazi. Flumina [8] Campſeonyſis, Nogrus, Bathys. Gentes Colchorum. Oppidum Matium, flumen Heracleum, & promontorium eodem nomine, clariſſimúſque Ponti Phaſis. Oritur in Moſchis: nauigatur quamlibet magnis nauigiis xxxviij. M. ccccc. paſſ. inde minoribus longo ſpatio, pontibus cxx. peruius. Oppida in ripis habuit complura: celeberrima, [9] Tyritacen, Cygnum, & in faucibus Phaſin. Maximè autem inclaruit [c] Aea, [10] xv. M. paſſuum à mari, vbi Hippos & Cyanos vaſti amnes è diuerſo in eum confluunt. Nunc habet Surium tantum, & ipſum ab amne influente ibi cognominatum, vſquequò magnarum nauium capacem eſſe diximus. Et alios accipit fluuios, magnitudine numeróque mirabiles, inter quos Glaucum. In ore eius inſulæ ſine [11] nomine. Abeſt bſaro [12] lxxv. M. Inde aliud flumen [13] Charien. Gens Salæ, antiquis Phthirophagi dicti, & Suani. Flumen [14] Cobum è Caucaſo per Suanos fluens. Dein Rhoas. Regio Ecrectice. Amnes [15] Sigania, Terſos, Atelpos, Chryſorrhoas, gens [16] Abſilæ, caſtellum Sebaſtopolis, à Phaſide centum M. paſſ. gens [17] Sannigarum, oppidum Cygnus, flumen & oppidum [18] Pityûs. Deinde multis nominibus Heniochorum gentes.

1 Palemonium Ch.
2 Coralia. Ver.
3 à maiori Armenia. Man.
4 Tyrites. Ver.
5 Abſarus. Arrhian in Periplo. Abſorus. Ptolemæus.
6 cxl. CH.
7 Zidritæ. Arrhia.
8 Aeampſeonifis M. lege videtur, Acampſis, Acinaſis, Mogros; Bathys: ex Arrhiano in Periplo.
9 celeberrimũ Tyridaridaceũ. M. & Ch.
10 Stephano ccc. ſtadia (id eſt) 37. M. D. paſſ. Fint.
11 nomine, ab Abſimo. Ver. ſic Ch.
12 lxx. CH.
13 Charien ex Arrhiano. Chatiſt⁹ Ptolemæo.
14 Cobus. Arrh.
15 aliàs ſic: Singanes, Tapſiras, & Aſtelephus, ex Arrhiano. & CH.
16 Apſilæ. Arrh.
17 Sannigarum. V.
18 Penius, quem fluuium in hoc tractu recenſet & Ouid. 4. de Ponto adſtipulatur CH.

ANNOTATIONES.

a Quartum cap. in manuſcripto incipit à duobus cap. poſterioribus vocabulis: præcedentis hoc modo. Nunc Matium gentes, &c.
b Vide Strabonem lib. 12.
c Plinio Aea & Dioſcurias, ciuitates duæ ſunt diuerſæ, Stephano verò vna & eadem.

Regio Colchica, Achæi, & cæteri eodem tractu. CAP. V.

SVbiicitur Ponti regio [1] Colchica, in qua iuga Caucaſi ad Rhiphæos montes torquentur, vt dictum eſt, altero latere in Euxinum & Mæotin deuexa, altero in Caſpium & Hyrcanium mare. Reliqua [2] litorum feræ nationes tenent, Melanchlæni, Coraxi vrbe Colchorum Dioſcuriade, iuxta fluuium Anthemunta, nunc deſerta: quondam adeò clara, vt Timoſthenes in eam ccc. [3] nationes, quæ diſſimilibus linguis vterentur, deſcendere prodiderit. Et poſteà à noſtris cxxx. interpretibus negotia ibi geſta. Sunt qui conditam eam ab [4] Amphito & Telchio, Caſtoris ac Pollucis aurigis putent, à quibus ortam Heniochorum gentem [5] feram conſtat. A Dioſcuriade oppidum Heracleum: diſtat Sebaſto poli [6] lxxx. M. paſſ. Achæi, Mardi, Cercetæ: poſt eos Serri, Cephalotomi. In intimo eo tractu Pityûs oppidum opulentiſſimum, ab Heniochis direptum eſt. A tergo eius Epageritæ, Sarmatarum populus in Caucaſi iugis: poſt quem Sauromatæ. Ad hos [7] confugerat Mithridates Claudio principe, narrauítque Thalos iis eſſe confines, qui ab Oriente Caſpij maris fauces attingerent: ſiccari eas æſtu recedente. In ora autem iuxta Cercetas, flumen [8] Icaruſa, cum oppido Hiero & flumine, ab Heracleo cxxxvj. M. [9] Inde promontorium Cronea, [10] quo ſupercilium arduum tenent Toretæ, Ciuitas Sindica ab Hiero lxvij. [11] mill. paſſ. Flumen Sceaceriges.

1 obliqua ex Pomponio lib. 1. Toletus collitq. Salm. & Manuſ. exempl. Colica.
2 litora. CH.
3 nationes diſſimi lib. linguis deſcendere CH.
4 Strabo lib. 11. Caſtoris & Pollucis aurigas nõ Amphitum & Telchiũ, ſed Amphiſtratum & Rhecũ nominat, ex quo locus hic emendandus.
5 ferè. Pint. Man. & C H.
6 lxx. CH.
7 profugerat. CH.
8 Taruſa. M.
9 Inde promontorium Cruncæ à quo ſupercilium, &c. Baſil. exẽpl. Ch. Manuſcriptum, & Toll. κρουν. Græcè.
10 cuius. Ver.
11 mil. D. paſſ. Ch.

Boſphoros Cimmericus, Mæotis. CAP. VI.

INde ad Boſphori Aimmerij introitum octogintaocto millia ccccc. paſſ. Sed ipſius peninſulæ inter Pontum & Mæotin lacum excurrentis, non amplior [1] octogintaſeptem mil. ccccc. paſſ. longitudo eſt: latitudo nuſquam [2] infrà duo iugera. [3] Eionem vocant. Ora ipſa Boſphori, vtrinque ex Aſia atque Europa, curuatur in Mæotin. Oppida, in aditu Boſphori primo Hermonaſſa, dein Cepi Mileſiorum. Mox Stratoclia, & Phanagoria, & penè deſertum [4] Apaturos, vltimóque in oſtio Cimmerium, quod anteà Cerberion vocabatur.

1 lxvij. CH.
2 intra. Ver.
3 Eonem CH.
4 Apaturon. Strab. lib. 11.

Gentes circa Mæotin. CAP. VII.

INde Mæotis lacus, in Europa dictus. A Cimmerio accolunt Mæotici, Vali, Serbi, [1] Archi, Zingi, Pseſij. Dein Tanain amnem, gemino ore influentem, incolunt Sarmatæ, Medorum (vt ferunt) ſoboles, & ipſi in multa genera diuiſi. Primò Sauromatæ Gynæcocratumeni: vnde [2] Amazonum connubia. Dein Euazæ, [3] Cottæ, Cicimeni, [4] Meſſeniani, Coſtobocci, Choatræ, Zigœ, Dandari, Thuſſagetæ, [5] Turcæ, vſque ad ſolitudines ſaltuoſis conuallibus aſperas: vltra quas [6] Arimphæi, qui ad Riphæos pertinent montes. Tanain ipſum Scythæ Silyn vocant, Mæotin Temerinda, quod ſignificat matrem maris. Oppidum in Tanais quoque oſtio fuit. Tenuere finitima primi Cares, dein Clazomenij & Mæones, poſteà [7] Panticapenſes. Sunt qui circa Mæotin ad Ceraunios montes [8] altiores has tradunt gentes, à litore [9] Napæas, ſupráque Eſſedones Colchis iunctos, [10] ac montium cacuminibus. Dein Carmacas, Oranos, [11] Antaças, [b] Mazacas, Aſcanticos, [12] Acapeatas, [13] Agagammatas, Phycaros, Rhimoſolos, Aſcomarcos: & ad iuga Caucaſi Icatalas, [14] Imaduchos, Ranos, Anclacas, Tydios, Caraſtaſcos, [15] Aſuciandas. Lagoum amnem ex montibus Catheis, in quem defluit Opharus: [16] vbi gentes Caucadas, Opharitas, [17] Amnem Menotharum, Imituenis ex montibus ſciſſum, inter Agedos, Carnapas, Gardeos, Acciſos, Gabros, [18] Gregaros. Circaque fontem [19] Imitiſſi, Imituos, & Aparthenos. Alij influxiſſe eò Suitas, Auchetas, Satarneos, Aſampatas. Ab his Tanaitas & Nepheonitas viritim deletos. Aliqui flumen [20] Opharium labi per Cantecos & Sapeos: Tanain verò tranſiſſe [21] Phatareos, Herticeos, Spondolicos, Synhietas, Amaſſos, Iſſos, Catacetos, Tagoros, [22] Catonos, Neripos, Agandeos, [23] Mandareos, [24] Saturcheos, Spaleos.

1 Arrechi. Vet.

2 Amazonũ regna. V.
3 Choatræ. Vet.
4 Meſſenciani. Vet.
5 Iyrcæ, ſiue Iurcæ. Pint.
6 Agrippæi. Pint.

7 Ponticapæſes Ch. ex gloſſemate.
8 altiores, non legitur in veruſt. cod. neque in Man. nec in CH.
9 Napitas. Vet.
10 ac in Man. del.
11 Autacas. CH.
12 Agapeteas. V.
13 Agancimatas. Ch.
14 Modacas. Vet.
15 Antiendas. V.
16 ibi gentes. in M. & CH.
17 Pintianus ex veruſt. cod. legit: Amnes Menocharũ Imituem ex montibus Ciſſius. Sic Man. & CH.
18 Gogaros CH.
19 Imituis.
20 Ocharium. Man.
21 Satarcos. Vet.
22 Caronos CH.
23 Gandareos. Vet.
24 Satarcheos. M.

ANNOTATIONES.

a Moſchouitæ, qui vt Apollonius tradit à Græcis *μαινομενοι* dicuntur. Modacas Ptolemæus vocat.

b Alij ſunt Mazaces, Aphricæ gens, quorum præcurrentium, ac iter explorantium comitatu nobiles Romani delectabantur. Sueton. in Neronè cap. 30. *Armillata & phalerata cum Mazacum turba, & curſorum.* Claud. in Panegyr. ad Stiliconem. *pauidus proiecit miſſile Mazax.* Id nimirum eſt quod ſcribit Seneca epiſtola 124. lib. 22. Omnes iam *ſic peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen curſorum antecedat.* Mart. lib. 10.

cum cathedralitius portet tibi rheda miniſtro,
Et Libys in longo puluere ſudet eques. Tur. cap. 3. 30.

Cappadocia, Armenia. CAP. VIII.

PEracta eſt interior ora, omnéſque accolæ: [1] nunc reddantur gentes in Mediterraneo ſinu: in quo multa aliter, ac veteres, proditurum me non eo inficias, anxia perquiſita cura, rebus nuper in eo ſitu geſtis à Domitio Corbulone, regibúſque inde miſſis ſupplicibus, aut regum liberis obſidibus. Ordiemur autem à Cappadocum gente. Longiſſimè hæc Ponticarum omnium introrſus recedens, minorem Armeniam maioremque & Comagenen læuo ſuo latere tranſit: [2] dextra verò omnes in Aſia dictas gentes, plurimis ſuperfuſa populis: magnóque impetu ſcandens ad ortum Solis & Tauri iuga, tranſit Lycaoniam, Piſidiam, Ciliciam: vadit ſuper Antiochiæ tractum, & vſque ad Cyrheſticam eius regionem parte ſua, quæ vocatur Cataonia, contendit. Itaque ibi longitudo Aſiæ XII. [3] quinquaginta M. paſſuum efficit, latitudo cccccccxl. M.

1 nunc reddatur ingens in mediterraneo ſinus. Manuſ. & CH. & Baſil.

2 dextro CH.

3 Marcianus. Vndecies centena quadraginta.

Armeniæ duæ. CAP. IX.

ARmenia autem maior incipiens à Pariedris montibus, Euphrate amne (vt dictum eſt) auferetur Cappadociæ: & quà diſcedit Euphrates, Meſopotamiæ, haud minus claro amne Tigri. Vtrunque fundit ipſa, [1] & initium Meſopotamiæ facit, inter duos amnes ituræ. Quod intereſt ibi, tenent Arabes Orei. Sic finem vſque in Adiabenen perfert. Ab ea tranſuerſis iugis incluſa, latitudinem in læua pandit ad Cyrum amnem [2] tranſuerſa in Araxem: longitudinem verò ad minorem vſque Armeniam, Abſaro amne in Pontum defluente, & Pariedris montibus (qui fundunt Abſarum) diſcreta ab illa. Cyrus oritur in Heniochiis montibus, quos alij Coraxicos vocauêre: Araxes eodem monte, quo Euphrates, vj. M. paſſuum interuallo: auctúſque amne [3] Muſi, & ipſe (vt plures exiſtima

1 Recti veruſt. cod. & initiũ Meſopotamiæ facit, inter duos amnes ſitæ. Terræ quod intereſt ibi, tenent Arabes &c.
2 tranſuerſim.

3 Vſi. CH.

exiſtimauêre) à Cyro defertur in Caſpium mare. Oppida celebrantur in minore, Cæſarea, Aza, Nicopolis: in maiore [4] Arſamote Euphrati proximum, Tigri Carcathiocerta: [5] in excelſis autem Tigranocerta, at in campis iuxta Araxem Artaxata. Vniuerſæ magnitudinem Aufidius quinquagies centena M. prodidit. Claudius Cæſar longitudinem à [6] Daſcuſa ad confinium Caſpij maris XIII. M. paſſuum latitudinem dimidium [7] eius, à Tigranocerta ad Iberiam. Diuiditur (quod certum eſt) in præfecturas, quas ij ſtrategias vocant, quaſdam ex iis vel ſingula regna quondam, barbaris nominibus CXX. [8] Cludunt eam ab Oriente montes, ſed non ſtatim Ceraunij, nec Adiabene [9] regio. Quod intereſt ſpatij, Sopheni tenent: ab his [10] iuga: vltrà Adiabeni tenent. Per conualles autem proximi Armeniæ ſunt Menobardi, & Moſcheni. Abiabenen Tigris, & [11] montium ſinus cingunt. Ab læua eius regio Medorum [12] eſt, & proſpectus Caſpij maris. Ex Oceano hoc (vt ſuo loco dicemus,) infunditur, totúmque Caucaſiis montibus cingitur. [13] Horum incolæ per confinium Armeniæ nunc dicentur.

4 Arſamoſata V. & Ptol.
5 in excelſo. Tol. Man. & CH.

6 Daſcuſa. Ptol. eſtque minoris Aſiæ vrbs.
7 eius. A Tigrane ad Iberiã diuiditur &c. M. Ver.
8 Claudit. M. & Ch.
9 regionis. Man.
10 iuga ceraunia. V.

11 montiũ ſinus inuij cinguntur. montes imperuij. M. alijs, ſinus multi. mõtes inuij CH.
12 eſt ad proſpectũ. Tol.
13 Horum. in Man. d.

Albania, Iberia. CAP. X.

PLanitiem omnem à Cyro vſque, Albanorum gens tenet: mox Iberum, diſcreta ab iis amne [1] Alazone, in Cyrum è Caucaſiis montibus defluente. Prætualent opida Albaniæ [2] Cabalaca, Iberiæ [3] Harmaſtis iuxta flumen, Neoris: regio Thaſie, & Triare vſque ad [4] Partedoros montes. Vltrà ſunt Colchicæ ſolitudines: quarum à latere ad Ceraunios verſo, Armenochalybes habitant, & Moſchorum tractus ad Iberum amnem in Cyrum defluentem: & infra eos Sacaſſani, & deinde [5] Macrones ad flumen Abſarum. Sic plana ac deuexa obtinentur. Rurſus ab Albaniæ confinio, tota montium fronte, gentes Syluorum feræ, & infra Lubienorum, mox Diduri & Sodij.

* Per planitiem Ch.

1 Alagone. Vet.

2 Chabala. Vet. hodie *Chilan.*
3 Pharmaſius. M.
4 Pariedros Baſiliſce exemp. Parteodoros. CH.
5 Macerones. Tol. M. Machelones Arrhia. hodie Maumutaga.

Portæ Caucaſiæ. CAP. XI.

AB iis ſunt portæ Caucaſiæ, magno errore [1] à multis Caſpiæ dictæ, ingens naturæ opus montibus interruptis repentè, vbi fores [2] obditæ ferratis trabibus, ſubter medias amne [3] Dyriodori fluente, citráque in rupe caſtello (quod vocatur Cumania) communito ad arcendas tranſitu gentes innumeras: ibi loci terrarum orbe portis diſcluſo, ex aduerſo maximè [4] Harmaſtis oppidi Iberum. A portis Caucaſiis per montes [5] Gordyeos Valli, Suarni indomitæ gentes, auri [6] tantùm metalla fodiunt. Ab iis ad [7] Pontum vſque Heniochorum plura genera, mox Achæorum. Ita ſe habet terrarum [8] ſinus è clariſſimis. Aliqui inter Pontum & Caſpium mare CCCLXXV. M. paſſ. non amplius intereſſe tradiderunt: Cornelius Nepos [9] cl. M. Tantis iterum anguſtiis infeſtatur Aſia. Claudius Cæſar à Cimmerio Boſphoro ad Caſpium mare cl. M. prodidit: eáque perfodere [10] excogitaſſe Nicatorem Seleucum, quo tempore ab Ptolemæo Cerauno ſit interfectus. A portis Caucaſiis ad Pontum CC. M. paſſuum eſſe conſtat ferè.

1 à in Ch. non leg.

2 additæ CH.
3 diri odoris. Man.

4 Hermaſti. M. & Ch. hodie, Daſandaran. Hermaſtica Ptol.
5 Gordynios. CH. Ibi ſterit arca Noë.
6 tamen CH.
7 portum CH.
8 ſitus. V.
9 CCL. M. Veruſt. & Manuſ.
10 cogitaſſe Nicanorem. Manuſcrip.

Inſulæ in Ponto. CAP. XII.

INſulæ in Ponto [1] Planctæ, ſiue Cyaneæ, ſiue Symplegades. Deinde Apollonia, Thynias dicta, vt diſtingueretur ab ea, quæ eſt in Europa. Diſtat à [2] continenti paſſibus M. cingitur tribus M. Et contra Pharnaceam [3] Chalceritis, quam Græci [a] Ariam dixerunt, ſacrámque Marti, & in ea volucres cum aduenis pugnaſſe, [4] pinnarum ictu.

1 Planitem. M. Planetæ. Vet. Planctæ. Pint. in Pomponiũ.
2 continente. M.
3 Achaiceritis. M.

4 pennarũ ictu Man. ictu. CH.

ANNOTATIONES.

a De hac vide Theophraſt. cap. 5. lib. 4. Hiſtor.

Gentes in Scytico Oceano. CAP. XIII.

NVnc omnibus, quæ ſunt interiora Aſiæ, dictis, Rhiphæos montes tranſcendat animus, dextráque [1] litore Oceani incedat. Tribus hic è partibus cæli alluens Aſiam; Scythicus à Septentrione, ab Oriente Eous, à Meridie Indicus vocatur, variéque per ſinus & [2] accolas in complura nomina diuiditur. Verum Aſiæ quoque magna portio

1 litora. Vet.

2 ab accolis. M.

appoſita Septentrioni, iniuria ſyderis rigentis, vaſtas ſolitudines habet. Ab extremo Aquilone ad initium Orientis æſtiui Scythæ ſunt. Extra eos [3] vltráque Aquilonis initia Hyperboreos aliqui poſuêre, pluribus in Europa dictos. Primum inde [4] noſcitur promontorium Celticæ Lytarmis, fluuius Carambucis, vbi laſſata cum [5] ſyderum vi Riphæorum montium deficiunt iuga. Ibíque Arimphæos quoſdam accepimus, haud diſſimilem Hyperboreis gentem. Sedes illis nemora, alimenta baccæ, capillus iuxtà fœminis viríſque in probro exiſtimatur: ritus clementes. Itaque ſacros haberi narrant, inuiolatóſque eſſe etiam feris accolarum populis: nec ipſos modò, ſed illos [6] etiam, qui ad eos [7] perfugerint. Vltra eos planè iam Scythæ, Simmerij, [8] Cicianthi, [9] Georgi, & Amazonum gens. Hæc vſque ad Caſpium [10] & Hyrcanum mare. [11] Nanque id [a] erumpit Scythico Oceano in auerſa Aſiæ, pluribus nominibus accolarum appellatum, celeberrimis duobus, Caſpio, & Hyrcano. Non minus hoc eſſe quàm Pontum Euxinum, Clitarchus putat. Eratoſthenes ponit & menſuram: ab exortu [12] ad meridiem, per Caduſiæ & Albaniæ oram quinquies mil. cccc. ſtad. Inde per Aratiaticos, Amarbos, Hyrcanos, ad oſtium Zoni fluminis, quater mil. [13] dccc. ſtad. Ab eo ad oſtium Iaxartis [14] mil. cccc. Quæ ſumma efficit quindecies centena [15] ſeptuaginta quinque mil. paſſ. Artemidorus hinc detrahit vigintiquinque M. paſſ. Agrippa Caſpium mare, gentéſque quæ circa ſunt, & cum his Armeniam determinans, ab Oriente Oceano Serico, ab Occidente Caucaſi iugis, à Meridie Tauri, à Septentrione Oceano Scythico, patere qua cognitum eſt, ccccxc. M. paſſ. in longitudinem: ccxc. M. in latitudinem prodidit. Non deſunt verò, qui eius maris vniuerſum circuitum à freto xxv. M. paſſ. tradunt. Irrumpit autem arctis faucibus, in longitudinem ſpatioſis. At vbi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus: velut ad Mæotim lacum ab ore [16] diſcedens, [17] Scythici arcus (vt autor eſt M. Varro) ſimilitudine. Primus ſinus appellatur Scythicus: vtrinque enim accolunt Scythę, & per anguſtias inter ſe commeant; hinc Nomades, & Sauromatæ multis nominibus; illinc Abzoæ non paucioribus. Ab introitu dextrâ, mucronem ipſum faucium tenent Vdini, Scytharum populus: dein per oram Albani (vt ferunt) ab Iaſone [18] orti. Ante quos mare quod eſt, Albanum nominatur. Hęc gens ſuperfuſa montibus Caucaſeis, ad Cyrum amnem, Armenię confinium atque Iberię, deſcendit, vt dictum eſt. [19] Super maritima eius, Vdinorúmque gentem, Sarmatę, Vtidorſi, Aroteres prætenduntur: quorum à tergo indicatę iam [20] Amazones Sauromatides. Flumina per Albaniam decurrunt in mare, Caſſios & Albanos: deinde Cambyſes in Caucaſiis ortus montibus: mox Cyrus in Coraxicis, vt diximus. Oram omnem à [21] Caucaſo prælatis rupibus [22] inacceſſo, patere cccc. xxv. mil. paſſ. autor eſt Agrippa. A Cyro Caſpium mare vocari incipit: accolunt Caſpij. Corrigendus eſt error in hoc loco multorum, [23] & eorum etiam, qui in Armenia res proximè cum Corbulone geſsêre. Nanque hi Caſpias appellauêre portas Iberiæ, quas Caucaſias diximus vocari: ſitúſque depicti, & inde miſſi, hoc nomen inſcriptum habent. Et Neronis principis comminatio, ad Caſpias portas tendere dicebatur, cùm peteret illas, quę per Iberiam in Sarmatas tendunt, [24] vix vllo propter appoſitos montes aditu. Ad Caſpium mare ſunt alię, Caſpiis gentibus iunctæ: quod [25] dignoſci non poteſt, niſi comitatu rerum Alexandri Magni. Nanque Perſarum regna, quę nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria Perſicum & [26] Hyrcanum Caucaſiis iugis attolluntur: vtrinque per deuexa [27] laterum Armeniæ maiori, à frontis parte, quę vergit in Comagenen, Sophene (vt diximus) copulatur, eíque Adiabene Aſſyriorum initium. Cuius pars eſt Arbelitis, vbi Darium Alexander debellauit, * proxima [28] Syriæ. Totam eam Macedones Mygdoniam cognominauerunt à [b] ſimilitudine. Oppida, Alexandria, item Antiochia, quam Niſibin vocant. Abeſt ab Artaxatis dccl. M. paſſuum. Fuit & [c] Ninus poſita Tigri, ad Solis occaſum ſpectans, quondam clariſſima. Reliqua verò fronte, qua tendit ad Caſpium mare, Atropatene, ab [29] Armenię Otene regione diſcreta Araxe. Oppidum eius Gazæ ab Artaxatis quadringenta quinquaginta mill. paſſ. Totidem ab Ecbatanis Medorum, quorum pars ſunt Atropateni.

3 vltráque in Man. non legitur.
4 naſcitur.
5 conſidere videntur vi Riphæorum montium deficientia iuga.
6 quoque CH.
7 profugerint. M.
8 Ciſianthi Baſ.
9 Gerorgi CH.
10 ſeu. Vet.
11 Nam & erumpit è Scythico. Veruſt. lego: Erúpit id eſt &c.
12 & Meridie. Tol. & Man.
13 decce. Ch.
14 Melior veruſta lectio. M M. cccc. ita exigente & calculi ratione, deſuturis alioqui ſummis ſequenti mille ſtadiis.
15 quadraginta millia ſtadia. Vet.
16 deſcéndens. M.
17 Silicis. Tol Sicilis. Salmant. Sicilicis. Pint. ex Sex Pomp.
18 creti. Man.
19 ſupra CH.
20 Amazones & Sauromatid.
21 Roſo. Tol. Caſo. Sub fortaſſe Caſſio (flumine ſuprà dicto.)
22 inacceſſam.
23 & in CH. nõ leg.
24 Manuſcrip. Sic legit mutata diſtinctione, vix vllo, propter appoſitos montes, aditu ad Caſpiũ mare Sunt autẽ aliæ &c. appoſit. nõ legit. CH.
25 quod cognoſci non potuit, niſi in dominatu rerũ. &c.
26 Hircaniam Ch.
27 laterum. Armeniæ.
* proximè. M.
28 Aſſyriæ. Pint.
29 & ab Armenia Otene regio. M. alij. opere.

ANNOTA

ANNOTATIONES.

a Errat Plinius: Caſpium enim mare in continenti eſt velut lacus, nullóque oſtio ex Oceano erumpit.
b Vide Strabonem lib. 16.
c *Moſul* indéque Aſſyria vulgò dicitur *Moſul*. Ea eſt Niniue vbi Ionas propheta prædicauit pœnitentiam.

Media, Caſpia portæ. CAP. XIIII.

ECbatana caput Mediæ Seleucus rex condidit: à Seleucia magna dccl. M. paſſuum: à portis verò Caſpiis xx. M. Reliqua Medorum oppida, [a 1] Phauſia, [2] Agamzua, Apamia Rhaphane cognominata. Cauſa portarum nominis eadem, quæ ſuprà, interruptis anguſto tranſitu iugis, ita vt vix ſingula meent plauſtra, longitudine viij. M. paſſ. toto opere manu facto. Dextéra leuáque ambuſtis ſimiles impendent ſcopuli, ſitiente tractu per [3] xxxviij. M. paſſ. Anguſtias impedit [4] corriuatus ſalis è cautibus liquor, atque eâdem emiſſus. Præterea ſerpentium multitudo, niſi hyeme, tranſitum non ſinit.

1 Phiſcázago. M. Azdonil.
2 Ptolomæo, Aganzagua.
3 xxviij M. & Ch.
4 detiuatus ſalis liquor è cautib.

ANNOTATIONES.

a Ptolomæus hoc oppidum Armeniæ maiori tribuit.

Gentes circa Hyrcanum mare. CAP. XV.

ADiabenis connectuntur Carduchi, quondam dicti, nunc [1] Cordueni, præfluente Tigri: his Pratitæ, [2] Paredoni appellati, qui tenent Caſpias portas. Iis à latere altero occurrunt deſerta Parthiæ, & Citheni iuga. Mox eiuſdem Parthiæ amœniſſimus [3] ſitus, qui vocatur Choara. Duæ vrbes ibi Parthorum, [4] oppoſitæ quondam Medis, Calliope, & alia in rupe Iſſatis quondam. Ipſius verò Parthiæ caput [5] Hecatompylos, abeſt à portis cxxxiij. M. paſſ. Ita Parthorum quoque regna foribus diſcluduntur. Egreſſos portis excipit protinus gens Caſpia, ad litora vſque, quæ nomen portis & mari dedit. Læua [6] montoſa. Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem produntur [7] ccxx. M. paſſ. Ab eodem amne ſi ſubeatur ad portas, dcc. M. paſſ. Hunc enim [8] deinde cardinem Alexandri Magni itinera [9] fecêre, ab iis portis ad Indiæ principium, ſtadia quindecim millia ſexcenta octoginta prodendo: ab Bactra oppidum, quod appellant Zariaſpa, tria millia ſeptingenta. Inde ad Iaxartem amnem quinque M.

1 Gordyeni. Vet.
2 Parodon. Toll. *aut ſdip.*
3 ſinus, CH.
4 appoſitæ CH.
5 Hecatompylos, à quinto portis Pineus.
6 montuoſa. CH.
7 cxx. CH.
8 deinde, redundat neq; legitur in manuſcriptis exẽplaribus.
9 fecêre. Ab iis portis ad Indiæ principiũ octoginta procedẽdo ad Bactra &c. V. nutata pinct. diſt. Manuſ. Bo. protẽdini A bactris oppido.

Item alia gentes. CAP. XVI.

A Caſpiis ad Orientem verſus regio eſt, [1] Zapauortene dicta, & in ea fertilitatis inclytæ locus [2] Darieum. Mox gentes Tapyri, Anariaci, Stauri, Hyrcani, à quorum litoribus idem mare Hyrcanum vocari incipit, à flumine Syderi. [3] Circa id amnes [4] Mazeras, Stratos, omnia ex Caucaſo. Sequitur regio [5] Margiane, apricitatis inclytæ, ſola in eo tractu vitifera; vndique incluſa montibus amœnis, ambitu ſtadiorum mille quingentorum; difficilis aditu propter harenoſas ſolitudines per cxx. M. paſſuum; & ipſa contra Parthiæ tractum ſita, in qua Alexander Alexandriam condiderat. Qua diruta à barbaris, Antiochus Seleuci filius, eodem loco reſtituit [6] Syrianam, interfluente Margo, qui corriuatur in Zotale. is maluerat illam Antiochiam appellari. Vrbis amplitudo [7] circuitu lxx. ſtad. In hanc Orodes Romanos, Craſſiana clade captos deduxit. Ab huius excelſis per iuga Caucaſi protenditur ad Bactros vſque gens Mardorum, fera, ſui iuris. Ab eo tractu gentes Ochani, Chomari, Berdrigei, Harmatotrophi, Bomarei, [8] Commani, Marucæi, [9] Mandrueni, Iatij. Flumina Mandrum, Gridinum: vltráque Choraſmij, Gandari, Attaſini, Paricani, Sarangæ, Parrhaſini, Maratiani, Naſotiani, [10] Aorſi, Gelæ, quos Græci Caduſios appellauêre, [11] Matiani. Oppidum Heraclea, ab Alexandro conditum: quod deinde ſubuerſum ac reſtitutum, Antiochus Achaida appellauit: Derbices, quorum medios fines ſecat Oxus amnis, ortus in lacu [12] Oxo: Syrmatæ, Oxij, Tagæ, Heniochi, Bateni, [13] Saraparę, Bactri, quorum oppidum Zariaſpe, quod poſteà Bactrum à flumine appellatum eſt. Gens hæc obtinet auerſa montis Paropamiſſi, [14] ex aduerſo fontis Indi: includitur flumine Ocho. Vltrà Sogdiani, oppidum Panda, & in vltimis eorum finibus Alexandria, ab Alexandro magno [15] conditum. Aræ ibi ſunt ab Hercule ac Libero patre conſtitutæ, item Cyro & Semiramide atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab

1 Apauortene Ch.
2 Dareiũ mons. Gẽtes Tapyri. &c. Man. Veruſt. CH.
3 Cira. CH.
4 Mazara. quibuſdã.
5 Margiana CH.
6 Seleucid. Nã interfluẽte Mago, qui corrinatur in Zotale, maluerat illã appellare Antiochiã. Man. Ptolemæus, Stephanus Plin. qui corriuatur in zota lacu Maluerunt alij Antiochiam appellare.
7 circuitu Chr
8 Coammani Ver.
9 Mandradani Vet.
10 Aſſiegi, quos. V. & M.
11 Materni. Man.
12 Oxia. Vet. Axo. Ch. Vide cap. ſequẽs.
13 Saapare Baũl.
14 & aduerſus fontes Indi. Man. Ver.
15 oppidum. M. & V.

illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythæ Silyn vocant: Alexander, militésque eius, Tanain putauêre esse. [16] Transcendit eum amnem Demonax, Seleuci & Antiochi regum dux, quem maximè sequimur in iis: aráque Apollini [a] Didymæo statuit.

16 transgressus est. M.& Vet.

ANNOTATIONES.

a De Didymeo vide suprà cap.29.lib.5.

Scytharum gens. CAP. XVII.

VLtrà sunt Scytharum populi. Persæ illos Sacas in vniuersum appellauêre à proxima gente, antiqui Arameos. Scythæ ipsi Persas, Chorsaros: & Caucasum montem, Graucasum, hoc est, niue candidum. Multitudo populorum innumera: & quæ cum Parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorum Sacæ, [a] Massagetæ, Dahæ, Essedones, [1] Ariacæ, Rhymnici, Pesici, Amordi, Histi, Edones, Camæ, Camacæ, Euchatæ, Cotieri, Antariani, Pialæ, Arimaspi, anteà Cacidiri, Asæi, Oetei. Ibi Napæi interisse dicuntur, & Apellæi. Nobilia apud eos flumina, [2] Mandagræum & Caspasium. Nec in alia parte [3] maior autorum inconstantia; credo propter innumeras vagásque gentes. Haustum ipsius maris dulcem esse & Alexander Magnus prodidit, & M. Varro, talem perlatum Pompeio, iuxtà res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubiè influentium amnium victo sale. Adiicit idem, Pompeij ductu exploratum, in Bactros septem diebus ex India perueniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat: & ex eo per Caspium in Cyrum subuectas, quinque non amplius [4] dierum terreno itinere, ad Phasin in Pontum Indicas posse deuehi merces. Insulæ toto eo mari multæ, vulgata vna maximè [5] Tazata: à Caspio mari Scythicóque Oceano, in [6] eam cursus [b] inflectitur, ad Orientem conuersa litorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars, à Scythico promontorio, ob niues: proxima, inculta sæuitia gentium. Anthropophagi Scythæ insident, humanis corporibus vescentes. Ideò iuxtà vastæ solitudines, ferarúmque multitudo, [7] haud dissimilem hominum immanitatem obsidens. Iterum deinde Scythæ. Iterúmque deserta cum belluis, vsque ad iugum [8] incumbens mari, quod vocant Tabin. Nec ante dimidiam fermè longitudinem eius oræ, quæ spectat æstiuum Orientem, inhabitatur illa regio. Primi sunt hominum, qui [9] noscantur, Seres, [c] lanicio syluarum nobiles, persusam aqua depectentes frondium canitiem: vnde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursúmque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat. [d] Seres mites quidem, sed & ipsi feris persimiles, [e] cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cùm commercia [10] expectant. Primum eorum noscitur flumen Psitaras, proximum [11] Carabi, tertium Lanos, à quo promontorium: Chryse sinus, Cyrnaba flumen, [12] Attanos sinus. Et gens hominum Attacorum, apricis ab omni noxio afflatu secluſa collibus, eâdem, qua Hyperborei degunt, temperie. De iis priuatim condidit volumen Amometus, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Ab Attacoris gentes [13] Thyri & Tochari, & iam Indorum [14] Casiri: introrsus ad Scythas versi, humanis corporibus vescuntur. Nomades quoque Indiæ vagantur. Sunt qui ab Aquilone contingi ab ipsis & Cyconas dixêre, & Bryssanos. [15] Sed inde (vt plane consentiunt omnes) Emodi montes assurgunt, Indorúmque gens incipit, non eo tantùm mari adiacens, verùm & meridiano, quod Indicum appellauimus: quæque pars Orienti aduersa recto prætenditur spatio, [16] & flexum & initium Indici maris XVIII. lxxv. mill. pass. colligit. Deinde quà flectitur in Meridiem XXIIII. lxxv. M. pass. vt Eratosthenes tradit, vsque ad [17] Indum, qui est ab Occidente finis Indiæ. Complures autem totam ipsius longitudinem xl. dierum noctiúmque velifico nauium cursu determinauêre: & à Septentrione ad Meridiē [18] XXVII. quinquaginta mil. pass. Agrippa longitudinis XXXIII. latitudinis [19] XXIII. prodidit. Posidonius ab æstiuo Solis ortu ad hybernum exortum metatus est eam, aduersam Galliæ statuens, quam ab occidente æstiuo ad occidentem hybernum metabatur totam à Fauonio. Itaque [20] obuersam eius venti afflatu iuuari Indiam, salubrémque fieri, haud dubia ratione docuit, Alia illius cæli facies, alij syderum ortus: [21] binæ messes in anno, binæ æstates, media

1 Assacæ. Vet. & M.

2 Mandragæum & Caspasium CH.

3 maiorem autorum inconstantiā. V. & M.

4 diebus. Vet.

5 Talga, vel Talca V.

6 Eoum (i. orientalem Oceanum) Pint. & CH.

7 haud dissimili hominum immanitate occidens.

8 incubans. CH.

9 qui vocātur. Man.

10 expetant. Vet.

11 Cambari. CH.

12 Atianos. CH.

13 Thuni. Man.

14 Casibi. Pineus.

15 Sed vnde planè consentiunt gētes. Toll. Salm. & Manuscript.

16 ad M. & Vet.

17 Indum amnem qui, &c. CH.

18 XXVIII. CH.

19 XXII. CH.

20 aduersum eius vēti afflatum iuuare Indiā salubrémque haud dubia ratione docuit. Man.

21 binæ æstates in anno, binæ messes.

media inter illas hyeme Etesiarum flatu: nostra verò brumali. Lenes ibi auræ, mare nauigabile, [22] gentes & vrbes innumerabiles, si quis omnes persequi velit. Etenim patefacta est non modò Alexandri Magni armis, regúmque qui ei succesêre, circumuectis etiam in Hyrcanum mare, & Caspium Seleuco & Antiocho, præfectóque classis eorum Patrocle: verùm & aliis autoribus Græcis, qui cum regibus Indicis morati (sicut Megasthenes, & Dionysius à Philadelpho missus ex ea causa) vires quoque gentium prodidêre. Non tamen [23] deest diligentiæ locus, adeò diuersa & incredibilia traduntur. Alexandri Magni comites in eo tractu Indiæ * quem subegerant, scripserunt quinque mill. oppidorum fuisse, [24] nullum cominus, gentium ix. Indiámque tertiam partem esse terrarum omnium, multitudinem populorum innumeram, probabili sanè ratione. Indi enim propè gentium soli nunquam [25] emigrauêre finibus suis. Colliguntur à Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum cliiij. [26] annis quinque mill. ccccij. adiiciunt & menses tres. Amnium mira vastitas. Proditur Alexandrum nullo die minus [27] stadia sexcenta nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enauigare, adiectis paucis diebus: & tamen minorem Gange esse constat. Seneca etiam [28] apud nos, tentata Indiæ [29] commentatione sexaginta amnes eius prodidit; gentes duodeuiginti centúmque. Par [30] labor sit montes enumerare. Iunguntur inter se Imaus, Emodus, Paropamisus, Caucasi partes, à quibus tota decurrit in planitiem immensam, & Aegypto similem. Verùm vt terrena [31] demonstratio intelligatur, Alexandri Magni vestigiis insistamus. Diognetus & Beton itinerum eius mensores, scripsêre, à portis Caspiis Hecatompylon Parthorum, quot diximus, millia esse: inde Alexandriam Arion, quam vrbem is rex condidit, [32] cccccc.lxv.mil. Inde ad Prophthasiam Drangarum cxcix.mill. Inde ad Arachosiorum oppidum ccccc.xv.mill. Inde Orthospanum [33] ccl.mil. Inde [34] Alexandri oppidum quinquaginta mill. In quibusdam exemplaribus diuersi numeri reperiuntur: hanc vrbem sub ipso Caucaso esse positam. Ab ea ad flumen [35] Chepta, & oppidum Indorum [36] Peucolaitin, ccxxvij. mill. Inde ad flumen Indum & oppidum Taxila, sexaginta mill. Ad [37] Hydaspen fluuium clarum, cxx. mill. Ad Hypasin non ignobiliorem, [38] xlix. cccxc. mill. qui fuit Alexandri itinerum terminus, exuperato tamen amne, arísque in aduersa ripa dicatis. Epistolæ quoque regis ipsius consentiunt his. Reliqua inde Seleuco Nicatori peragrata sunt: ad Hesidrum, clxviij. mill. Iomanem amnem tantundem. Exemplaria aliqua adiiciunt quinque mill. passuum. Inde ad Gangen cxij. M. Ad Rhodapham [39] cxix. mill. Alij cccxxv. mill. in hoc spatio produnt. Ad Calinipaxa oppidum, clxvij. ccccc. alij [40] cclxv. M. Inde ad confluentem Iomanis amnis, & Gangis dcxxv. mill. plerique adiiciunt xiij, mill. ad oppidúmque Palibotra ccccxxv. Ad ostium Gangis dc.xxxviij. mill. passuum. Gentes, quas memorare non pigeat, à montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur, incolarum lingua niuosum significante, Isari, Cosyri, Izgi, & per iuga Chisiotosagi, multarúmque gentium cognomen Bracmanæ, quorum Maccocalingæ flumina [41] Pumas & Cainas (quod in Gangem influit) ambo nauigabilia. Gentes Calingæ proximi mari, & suprà Mandei, Malli, quorum mons Mallus, [42] tractúsque eius finis Ganges.

22 gentes i, vrbesque Cli.

23 est diligentiæ locus. Tol. & Ch.

* quem armis subegerant CH.

24 nullúmque minus. Ver. & Manut. nullum cogi minus. CH.

25 migrauere Ch.

26 annis sex. Man. vetust. & Ch.

27 quàm stadia.

28 apud nos (vt & Megasthenes) Man.

29 commēdatione. manuscript.

30 labos. CH.

31 demonstratione Tol.

32 cccclxxv. Ch.

33 clxxv. CH.

34 Alexandriā opiniones. ex Stephano Pint.

35 Cophera. Man. & Ch. vt postliac ca. 23. Flumen Cophes, in quē influit Sadarus, Parospus, Sodinus.

36 Peucolaitin cc-xxxvij. CH.

37 Bidaspem. Ptolomæo.

38 xxxix. cclxxx. CH.

39 D. lxviiij. Ch.

40 cclxv. CH.

41 Prinas CH.

42 finisque eius tractus est Ganges. Ci.

ANNOTATIONES.

a Negotiatores qui mercium gratia Cambalum petunt prohibentur edicto magni. Cham Massagetas transgredi.

b Errat Plinius, pedibus. n. ambire licet mare Hircanum quod in continenti longè ab Oceano est.

c Virg. 2. Georgicorum.
Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.

d. Claudianus. *Stamine quod molli tondent de stipite Seres.*

Seneca Poëta. *Quæ fila ramis vlimus Seres legunt.*

Arrhianus in Periplo. πᾶσαι ἐφοινίκων vocat. Dionys. lib. περιήγησ. ὑφαιμαχθὲς Βαρβάρῳ ὄρυγμ. Strabo lib. 18. τοσοῦτον ὁ τὸ φοινικῶν ἐκ τούτων φόρτων (non φοινικῶν) ἐγχωμιάζει βύσσου.

e Hodie vbi merces exposuere venales pretium in tabulis scribunt in oráque dimittunt. Mercatores igitur mutatis negotiatione eunt et deponunt pretium & merces auferunt.

Fluuius Ganges. CAP. XVIII.

HVnc alij incertis fontibus, vt Nilum, rigantémque vicina eodem modo, alij in Scythicis montibus nasci dixerunt. Influere in eum xix. amnes. Ex iis nauigabiles, præter iam dictos, Canucham, [1] Vamam, Erranoboam, Cosoagum, Sonum. Alij cum magno fragore [2] ipsius statim fontis erumpere: deiectúmque per scopulosa & abrupta, vbi primùm molles planities contingat, in quodam lacu hospitari: inde lenem fluere,

1 in Man. & Vetust. deest.

2 Ipsis statim fontibus.

fluere, vbi minimum, viij. mill. latitudine, [3] vbi modicum, ſtadiorum centum, [4] altitudine nuſquam minore paſſ. xx.

[3] vbi modicũ ſtad. centũ, vbi maximũ, clx. Pint. ex Marciano & Solino.
[4] altitudine. CH.

Gentes Indiæ. CAP. XIX.

NOuiſſima gente [1] Gandaridum Calingarum regio [2] Parthalis vocatur. Regi [3] lxx. mill. peditum, equites mille, elephanti dcc. in procinctu bellorum excubant. Nanque vita [4] mitioribus populis Indorum multipartita degitur. Alij tellurem exercent; militiam alij capeſſunt; merces alij ſuas euehunt, [5] res externas inuehunt; res publicas optimi ditiſſimíque temperant, iudicia reddunt, regibus aſſident. [a] Quintum genus celebratæ illic, & propè in religionem verſæ ſapientiæ deditum, voluntaria ſemper morte vitam, accenſo priùs rogo, finit. Vnum [6] ſuper hæc eſt ſemiferum, ac plenum laboris immenſi, [7] & quo ſuprà dicta continentur, venandi elephantes domandíque. Iis [8] arant, iis inuehuntur; hæc maximè nouêre pecuaria: iis militant, dimicántque pro finibus. Delectum in [9] bellua vires & ætas atque magnitudo faciunt. Inſula in Gange eſt [10] amplæ magnitudinis, gentem continens vnam, [11] Modogalicam nomine. Vltrà ſiti ſunt Modubæ, Molindæ, vbere cum oppido eiuſdem nominis magnifico, Galmodroeſi, Preti, [12] Caliſſæ, Saſuri, Paſſalæ, Colubæ, Orxulæ, Abali, Taluctæ. Rex horum peditum l. M. equitum [13] iij. M. [14] Elephantos cccc. in armis habet. Validior deinde gens Andaræ, plurimis vicis, xxx. oppidis, quæ muris turribúſque muniuntur, regi præbet peditum c. M. equitum ij. M. elephantos M. Fertiliſſimi ſunt auri Dardæ, Setæ [15] verò argenti. Sed omnium in India propè, non modò in hoc tractu, potentiam claritatémque antecedunt Praſij, ampliſſima vrbe ditiſſimáque Palibotra: Vnde quidam ipſam gentem Palibotros vocant, imò verò tractum vniuerſum à Gange. Regi eorum peditum ſexcenta M. equitum xxx. M. elephantorum ix. M. per omnes dies ſtipendiantur. Vnde coniectatio ingens opum eſt. Ab iis in interiore ſitu Monedes & Suari, quorum mons Maleus, in quo vmbræ ad Septentrionem cadunt hyeme, æſtate in Auſtrum, per ſenos menſes. Septentriones eo tractu ſemel in anno apparere, nec niſi xv. diebus, Beton autor eſt: hoc idem pluribus locis Indiæ fieri, Megaſthenes. Auſtrinum polum Indi [b] Dramaſa vocant. Amnis Iomanes in Gangem per Palibotros decurrit inter oppida Methora & [16] Cyriſoborca. A Gange verſa ad Meridiem plaga, tinguntur Sole populi, iam quidem infecti, nondum tamen Aethiopum modo exuſti: quantum ad Indum accedunt, tantum colore præferunt ſydus. Indus ſtatim à Praſiorum gente, quorum in montanis Pygmæi traduntur. Artemidorus inter duos amnes. xxi. M. paſſ. intereſſe tradit.

[1] Gandaridum. Vet.
[2] Portalis. Vet. M.
[3] lxxx. Vet.
[4] minoribus.
[5] non legitur in Ch.
[6] ſupereſt. Tol. & CH.
[7] à quo Pineus.
[8] arãtes inueniuntur. Man. lego ijs vehuntur.
[9] bella. CH. ex gloſſemate.
[10] magnæ amplitudinis CH.
[11] nomine modo Galingam CH.
[12] Achiſſæ. CH.
[13] iiij. M. Manuſ. & CH.
[14] elephantorum. CH.
[15] verò & arg. CH.
[16] Chryſobora. Ch.

ANNOTATIONES.

a Nouo anno incipiente Philoſophi omnes Gymnoſophiſtæ & Brachmanes in venationem cum rege exeunt, &, quicquid quiſque compoſuerit, vel annotauerit eo anno in medium proferunt. Ei, qui ter mendax fuerit repertus tota vita ex lege ſilentium indicitur: qui autem vera dixerit immunitatem tot omnium rerum tota vita obtinet. de ijs vide Theoph. cap. 5. lib. 4. Hiſt.
b Mathematicis Ganap us dicitur.

Indus fluuius. CAP. XX.

INdus, [1] Sandus ab incolis appellatus, in iugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſus, aduerſus Solis ortum effuſus, & ipſe vndeuiginti recipit amnes. Sed clariſſimos Hydaſpem, quatuor alios afferentem, Cantabram tres. Per ſe verò nauigabiles Aceſinem & Hypaſin; quadam tamen aquarum modeſtia nuſquam latior quinquaginta ſtadiis, aut altior xv. paſſ. ampliſſimam inſulam efficiens, quæ Praſiane nominatur, & aliam minorem, quæ Patale. Ipſe per xii. xl. M. paſſ. [2] parciſſimis autoribus nauigatus, & quodam Solis comitatu in Occaſum verſus, Oceano infunditur. Menſuram in ora ad eum ponam, vt inuenio, generatim, quanquam inter ſe nullæ [3] congruant. Ab oſtio Gangis ad promontorium Calingon, & oppidum [4] Dandagula dcxxv. mill. paſſ. Ad Tropina xii. xxv. M. paſſ. Ad Perimulæ promontorium, vbi eſt celeberrimum Indiæ emporium dccl. Ad oppidum in inſula, quam ſuprà diximus, Patalen, dcxx. M. p. Gentes montanæ inter eum & Iomanem Ceſi, Cetriboni ſylueſtres: deinde Megallæ, quorum regi quingenti elephanti, [5] peditum equitúmque numerus incertus: Chryſei, Paraſangæ, Aſangæ tigri

[1] incolis Sindę app. CH.
[2] pauciſſimis. M.
[3] congruunt. Ch.
[4] Dandaguda. Ch.
[5] Peditum & equitum, Man.

tigri fera ſcatentes. Armant peditum xxx. mil. elephantos ccc. equites. dccc. Hos includit Indus, montium corona circundatos & ſolitudinibus per [6] dcxxxv. M. Infra ſolitudines, Dari, Suræ: iterúmque ſolitudines per clxxxviij. M. paſſ. plerunque harenis ambientibus haud alio modo, quàm inſulas mari. Infra deſerta hæc Maltecoræ, Singæ: Marohæ, Rarungæ, Moruntes, Maſuæ, [7] Pagungæ. Iam hi montium, qui perpetuo tractu Oceani oram tenent incolæ, liberi & regum expertes, multis vrbibus montanos obtinent colles. Nareæ deinde, quos claudit mons altiſſimus Indicorum Capitalia. Huius incolæ, alio latere latè auri & argenti metalla fodiunt. Ab iis Oraturæ, quorum regi elephanti quidem decem, ſed amplæ vires peditum: [8] Varetatæ, qui ſub rege elephantos non alunt, fiducia equitum peditúmque: Odomboeræ, Salabaſtræ, Horatæ vrbe pulchra, foſſis paluſtribus munita: per quas crocodili, humani corporis auidiſſimi, aditum niſi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum Automela, impoſitum litori, quinque amnium in vnum confluente concurſu, emporio nobili. Regi eorum elephanti M. ccccccc. peditum cl. M. equitum quinque M. Pauperior Charmarum rex, elephantos lx. paruáſque reliquas vires habet. Ab iis gens Pandæ, ſola Indorum regnata fœminis. Vnam Herculi ſexus eius genitam ferunt, ob idque gratiorem præcipuo regno donatam. Ab ea deducentes originem imperitant ccc. oppidis, peditum [9] cl. M. elephantis quingentis. Poſt hanc trecentarum vrbium Syrieni, Derangæ, Poſingæ, Buzæ, Gogiarei, Vmbræ, Nereæ, Brancoſi, Nobundæ, Cocondæ, Neſei, Pedatritæ, Solobriaſæ, * Oloſtræ [10] Patalen inſulam attingentes: à cuius extremo litore ad Caſpias portas xviii. xxv. M. produntur. Hinc deinde accolunt Indum [11] aduerſum euidenti demonſtratione Amatæ, Bolingæ, Gallitalutæ, Dimuri, Megari, [12] Ordábæ, Meſæ. Ab his Vri, Sileni: mox deſerta in ccl. M. paſſuum. Quibus exuperatis Organagæ, Abaortæ, Sibaræ, Suertæ: & ab iis ſolitudines prioribus pares. Dein Sarophages, Sorgæ, [13] Baraomatæ, Gumbritæque, quorum xiij. nationes, ſingulíſque binæ vrbes. Aſeni trium vrbium incolæ. Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi ſepulto conditum. Montani ſuper hos Caucaſo ſubiecti, Soleadæ, Sondræ, tranſgreſſíſque Indum, & cum eo decurrentibus Samarabriæ, Sambruceni, [14] Briſabritæ, Oſij, Antixeni, Taxilæ, cum vrbe celebri, iam in plana demiſſo tractu, cui vniuerſo nomen Amandræ. Populi quatuor, [15] Peucolaitæ, Arſagalitæ, Geretæ, Aſoi. Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, ſed adiiciunt quatuor ſatrapias, Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſadas.

[6] dcxxv. CH.
[7] Pagungæ, Talij. Hi montium. Vet.
[8] Suaratarataæ. Ch.
[9] cxxx. M. ex Arr.
* Oroſtræ CH.
[10] alijs, Petalem.
[11] aduerſus eos euidenti. Ver, aduerſus eos tadẽte demonſtratione. Man. Indi aduerſum ſcandẽtes Amatæ. Pint.
[12] Ardabæ CH.
[13] Baragomatæ, Vmbittæ. Vet.
[14] Biſambritæ Ch.
[15] Peucolitæ. Ch.

Arij, & iuncta gentes. CAP. XXI.

VLtimo fine Cophete fluuio, quæ omnia Ariorum eſſe, aliis placet. Necnon & Nyſam vrbem plerique Indiæ aſcribunt, montémque Meron, Libero patri ſacrum: vnde origo fabulæ, Iouis ſemine editum. [1] Item Aſpagonas gentem, vitis, & lauri, & buxi, pomorúmque omnium in Græcia naſcentium fertilem. Quæ memoranda, & propè fabuloſa, de fertilitate terræ, ac genere frugum [2] arborúmque, aut ferarum, aut volucrum, & aliorum animalium traduntur, ſuis quæque locis in reliqua parte operis commemorabuntur. Quatuor verò ſatrapiæ mox paulò, ad Taprobanen inſulam feſtinante animo. Sed antè ſunt aliæ, Patale, quam ſignificauimus in ipſis faucibus Indi, triquetra figura, [3] cc. xx. M. paſſ. latitudine. Extra oſtium Indi, Chryſe, & Argyre, fertiles metallis, vt credo. Nam quod aliqui tradidêre, aureum argenteúmque iis ſolum eſſe, haud facilè crediderim. Ab iis xx. M. paſſ. Crocala. Ab ea xij. M. paſſ. [4] Bibaga, oſtreis & conchyliis referta. Deinde [5] Toralliba ix. M. paſſ. à ſuprà dicta, multæq; ignobiles.

[1] Indè Aſpagonas CH.
[2] arborúmque laniferarum.
[3] cxxx. Vet.
[4] Bibaſta. ex Arrhiano, in Hiſto. Ind.
[5] Coralliba CH.

Taprobane inſula. CAP. XXII.

TAprobanen alterum orbem terrarum eſſe, diu exiſtimatum eſt. Antichthonum appellatione. Vt liqueret inſulam eſſe, Alexandri magni ætas réſque præſtitêre. Oneſicritus claſſis eius præfectus, elephantos ibi maiores bellicoſioréſque, quàm in India, gigni ſcripſit: Megaſthenes flumine diuidi, incoláſque Palæogonos appellari, auri margaritarúmque grandium [1] fertiliores, quàm Indos. Eratoſthenes & menſuram prodidit longitudi

[1] fertiliorem quàm India.

longitudinis [2] vij.M.ſtad.latitudinis [3] quinque M.nec vrbes eſſe,ſed vicoſeptíngentos.* Incipit ab Eoo mari,inter ortum occasúmque Solis Indiæ prætenta,& quondam credita xx.dierum nauigatione à Praſiana gente [4] diſtare: mox, quia papyraceis nauibus armamentíſque Nili peteretur,ad noſtrarum nauium curſus, vij. dierum interuallo taxato.Mare intereſt vadoſum,ſenis non amplius altitudinis paſſibus, ſed certis canalibus [5] adeò profundum, vt nullæ ancoræ ſidant:ob id nauibus vtrinque proræ, [6] ne per anguſtias aluei circumagi ſit [7] neceſſe. Syderum in nauigando nulla obſeruatio. Septentrio non cernitur:ſed volucres ſecum vehunt,emittentes ſæpius, meatúmque earum [8] terras petentium comitatur.Nec plus, quàm ternis menſibus [9] in anno, nauigant. Cauent à ſolſtitio maximè centum dies,tunc illo mari hyberno. Hactenus à priſcis [10] memorata: nobilis diligentior notitia Claudij principatu contigit, legatis etiam ex inſula aduectis. Id accidit hoc modo: Annij Plocami,qui maris rubri vectigal à fiſco redemerat, libertus circa Arabiam nauigans, Aquilonibus raptus præter Carmaniam xv.die Hippuros portum eius inuectus, hoſpitali regis clementia ſex menſium tempore imburus alloquio, percontanti poſteà [11] enarrauit Romanos & [12] Cæſarem. Mirum in modum inauditis iuſtitiam ille ſuſpexit, quòd pares pondere [a] denarij eſſent in captiua pecunia, cùm diuerſæ imagines indicarent à pluribus factos. Et hoc maximè ſollicitatus ad amicitiam, legatos quatuor miſit,principe eorum Rachia.Ex iis cognitum, D.eſſe oppida, portum contra Meridiem,appoſitum oppido [13] Paleſimundo, omnium ibi clariſſimo, ac regiæ cc.M. [14] plebis.Stagnum intus Megiſba, [15] cclxxv.M.paſſ.ambitu,inſulas pabuli tantùm fertiles,complexum.Ex eo duos amnes erumpere. Paleſimundum,iuxta oppidum eiuſdem nominis,influentem in [16] portum tribus alueis,quinque ſtadiorum arctiſſimo, xv. ampliſſimo:alterum ad [17] Septentrionem Indiámque verſum, Cydara nomine. Proximum eſſe Indiæ promontorium, quod vocetur [18] Colaicum, quatridui nauigatione, medio in curſu Solis inſula occurrente. Mare id colore peruiridi, præterea fruticoſum arboribus, iubas earum gubernaculis deterentibus. Septentriones Vergiliáſque apud nos, veluti nouo cælo,mirabantur. [19] Lunam quidem apud ipſos, non niſi ab octaua ad xvj.ſuprà terram aſpici patentes. Canopum lucere noctibus,ſydus ingens & clarum.Sed maximè mirum iis erat,vmbras ſuas in noſtrum cælum cadere, non in ſuum: Solémque à læua oriri,& in [17] dexteram occidere potius,quàm è diuerſo.Iidem narrauêre, latus inſulæ,quod prætenderetur Indiæ,x.M.ſtad.eſſe, ab Oriente hyberno vltra montes Emodos. Seras quoque ab ipſis aſpici, notos etiam commercio: patrem Rachiæ commeaſſe eò.Aduenis ibi [18] feras occurſare.Ipſos verò excedere hominum magnitudinem, rutilis comis,cæruleis oculis,oris ſono truci, [19] nulli commercio linguæ. Cætera eadem,quæ noſtri negotiatores. Fluminis vlteriore ripa merces poſitas iuxta venalia tolli ab his,ſi placeat permutatio:non aliter odio [20] iuſtiore luxuriæ, quàm ſi perducta mens illuc vſque cogiteť,quid, & quo petatur, & quare.Sed ne Taprobane quidem, quamuis extra orbem à natura relegata,noſtris vitiis caret.Aurum argentúmque & ibi in pretio. Marmor teſtudinis ſimile, gemmæ margaritæq; in honore multo præſtantiores, & totius luxuriæ noſtræ cumulus. Ipſorum opes maiores eſſe dicebant, ſed apud nos opulentiæ maiorem vſum.Seruum nemini,non in diem aut interdiu ſomnum: ędificia modicè ab humo extantia,annonam nunquàm augeri,non fora litéſve eſſe:coli Herculem:eligi regem à populo ſenecta clementiáque,liberos non [b] habentem: & ſi poſteà gignat, abdicari,nè fiat hæreditarium regnum.Rectores ei à populo xxx.dari: nec niſi plurium ſententia quenquam [21] capitis damnari: ſic quoque appellationem eſſe ad populum. [22] lxx. iudices dari:ſi liberent ij rerum, amplius triginta iis nullam eſſe dignationem, grauiſſimo probro.regi cultum Liberi patris,cæteris Arabum.Regem,ſi quid delinquat, morte mulctari,nullo interimente, [23] auerſantibus cunctis, & commercia etiam ſermonis negantibus. Feſta venatione abſumi, gratiſſimam eam tigribus elephantíſque conſtare. Agros diligenter coli:vitis vſum non eſſe: pomis abundare. Eſſe & in piſcatu voluptatem,teſtudinum maximè,quarum ſuperficie familias habitantium contegi: tanta reperiri magnitudine. Vitam hominum centum annis modicam. Hæc comperta de Taproba

2 vi j. mill. ſtad. ex Strabone.
3 quingẽtorum.Stephanus.
* Ab his verbis in manuſcripto incipit aliud caput.
4 diſtare,quia papyraccis nauibus armamẽtíſque Nili peteretur, mox ad noſtrarum na.&c.Pint. Manuſcriptum verbo: peteretur.At noſtrarum nauium curſus. vij.dierum.&c.
5 ita CH.
9 ne per anguſtias alueũ (ſub.nauium) circumagi.Pint.
7 neceſſe:magnitudo autẽ ad nauium foros.Syd.ex Ch.
8 terrarum.Tol.terram CH.
9 in, non legit, M. neque CH.
10 memorata. Nobis diligentior notitia &c. Ver.& manuſcript.
11 narrauit CH.
12 Cæſarem.Rex autem mirã in modum inter audita, iuſtitiã Romanorum ſuam ſuſpexit.Longol. & vetuſt.
13 Palæſimundo ex Stephano. alijs Simundo.Pint.
14 plebes.Tol.
15 ccclxxv.CH.
16 Pontum.CH.
17 Septẽtriones Ch.
18 Coliacum.Ch.
16 Ne Lunam quidem apud ipſos niſi &c.CH.
17 dexteram.Vet.
18 feros.Ver.
19 nullo veruſt.
20 triſtiore.M.
21 capite.M.& Vet.
22 & lx.Ver.
23 ſed auerſantib.V.

Taprobane. Quatuor ſatrapiæ, quas in hunc locum diſtulimus, ita ſe habent.

Capiſſene, Carmania. CAP. XXIII.

AProximis Indo gentibus montana [1] Capiſſenæ habent Capiſſam vrbem,quam diruit Cyrus. Arachoſia [2] cum oppido flumine eiuſdem nominis,quod quidam [3] Cophen dixere, à Semiramide conditum. Amnis [4] Hermandus præfluens per Abeſten Arachoſiorum. Proximos iis à Meridie ad partem Arachotarum faciunt [5] Gedroſos,& à Septentrione Paropamiſadas. Cartana oppidum ſub Caucaſo,quod poſteà [6] Tetragonis dictum. Hæc regio eſt ex aduerſo [7] Bactrianorum deinde,cuius oppidum Alexandria,à cõditore dictum,Syndraci,[8] Dangulæ,[9] Parapiani,[10] Cantaces,[11] Maci. Ad Cauſum Cadruſi oppidum ab Alexandro conditum. Infra hæc [12] omnia, ora ab Indo. Ariana regio ambuſta feruoribus,deſertíſque circundata,multa tamen interfuſa opacitate:cultores congregat circa duos maximè fluuios, [13] Tonderon & Aroſapen. Oppidũ [14] Artaccana.Arius amnis,qui præfluit Alexandriam ab Alexandro conditam.Patet oppidum ſtad. xxx. multóque pulchrius,ſicut antiquius, [15] Artacabane, iterum ab Antiocho munitum,ſtad.l. [16] Doriſci gens. Amnes Pharnacotis,Ophradus. [17] Prophthaſia oppidum Zaraſparũ, Drangæ,Argetæ, Zarangæ, Gedruſi. Oppida [18] Peucolais, Lymphorta, Methoricorum deſertum. Amnis Manain, [19] Augutturi gens.Flumen [20] Borru, gens [21] Vrbi,flumen [22] nauigabile ponamus Pandarum finibus.Item [23] Caberon Sorarum oſtio portuoſus,Oppidum Condigramma. Flumen Cophes. Influunt in eum nauigabilia [24] Sadarus,Paroſpus,[25] Sodinus. Arianæ partem eſſe [25] Daritin aliqui volunt, menſurámque produnt vtriuſque [26] longitudine xix.l. mil.paſſuum latitudine dimidio minore,quàm Indiæ.Alij Gedruſos & [27] Scyros poſuere per CLXXXIII. mill.paſſ. Mox Ichthyophagos [a] Oritas, propria non Indorum lingua loquentes, [29] per CC. mil. paſſ. Inde poſuere Arbiorum gentem per CC.mill. Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piſcibus viuere. Vltrà deſerta.deinde Carmania, ac Perſis,atque Arabia.Sed priuſ quàm hæc generatim perſequamur, indicare conuenit, quæ prodit Oneſicritus, claſſe Alexandri [30] circumuectus in mediterranea Perſidis [31] ex India, narrata proximè à Iuba: dein eam nauigationẽ,quæ his annis comperta ſeruatur hodie. Oneſicriti & Nearchi nauigatio nec nomina habet manſionum, nec ſpatia.Primúmque Xylenepolis ab Alexandro condita,vnde cœperunt exordium,iuxta quod flumen, aut vbi fuerit, non ſatis explanatur. Hæc tamen digna memoratu [32] produntur ab eis:oppidum à Nearcho conditum in nauigatione ea. Flumen Nabrum nauium capax:contra inſula diſtãs lxx. ſtad. Alexandria condita à Leonato iuſſu Alexandri in finibus gentis.Argenus portu [33] ſalubri. Flumen [34] Tuberum nauigabile, [35] quod circa Pariræ. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu,vt [36] xx. dierum ſpatio prænauigauerint.[b] Inſula, quæ Solis appellatur,& eadem cubile Nympharum,rubens,in qua nullum non animal abſumitur,incertis cauſis.Origens, Flumen Carmaniæ Hytanis portuoſum,& auro fertile.Ab eo primũ Septentriones apparuiſſe adnotauere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus,nec totis vnquam. Achæmenidas vſque illo tenuiſſe. Aeris & ferri metalla,& arſenici, & minij exerceri: Inde promontorium Carmaniæ eſt: ex quo in aduerſa ora ad gentem Arabiæ Macas traiectus diſtat l.M. paſſ. Inſulæ tres, quarum [37] Organa tantum habitatur aquoſa,à continenti xxv.M. paſſ. Inſulæ IIII.[38] iam in ſinu ante Perſida. Circa has hydri marini vicenũm cubitorum adnatantes terruere claſſem.Inſula [39] Acrotadus,item Gauratæ,in quibus [40] Chiani gens. Flumen Hyperis in medio ſinu Perſico, onerariarum nauium capax. Flumen [41] Sitiogagus,quò Paſargadas ſeptimo die nauigatur. Flumen nauigabile [42] Phirſtimus,inſula ſine nomine.Flumen Granius modicarum nauium capax, pes Suſianen fluit:dextra eius accolunt Deximontani, qui bitumen perficiunt. Flumen [43] Oroatis oſtio difficili,niſi peritis:inſulæ II.paruæ:inde vadoſa nauigatio paluſtri ſimili,per euripos tamen quoſdam peragitur. Oſtium Euphratis.Lacus,quem faciunt Eulæus & Tigris iuxta [44] Characem. Inde Tigri Suſa. Feſtos dies ibi agentem Alexandrũ inuenerunt ſeptimo menſe, poſtquàm digreſſus ab iis fuerat [c] Patalis, tertio nauigationis. Sic Alexandri claſſis nauigauit. Poſteà à [d] Syagro Arabiæ promontorio Patalen Fa-

uonio-

1 Capiſſene habuit Capiſſam Man. & Chif.
2 Cũ flumine & oppido.Tol.Salm. Manuſ.Dalech. & CH.
3 Cuiin ead. omnia Manuſ. Quidã etiam veteres habent Phoclin, cui aſſipulari videtur Ptolem. inter Arachoſiæ vrbes Phoclin referens. Cophes certè Arianæ eſt fluuius.
4 Erymadus. Chif.
5 Dexendruſos.CH.
6. Tegrogonis. CH. Cegrogonis. Ver.
7. Bactrianorũ, deinde eius. Man.& Vet.
8 Dãgalæ.M. & CH.
9 Parapinæ. CH.
10. Catraces. CH.
11. Maci. CH.
12. Omnia Arabidæ Ariana. M. Omnia ora Arabindo,Arianã. Ver. Infra hæc omnia ora ab Indo Ariana regio &c. Chif.
13 Tomberon. CH.
14. Articanda. Prolẽ. Artacoanna. CH.
15. Artacabene.CH.
16. Doriſdoriſi.CH.
17 Phropraſia oppidum.Zaraſpadam. &c. CH.
18. Peucolis,Lyphorta,Metorgum. CH.
19. Accurri. CH.
20. Eorum. CH.
21. Orbi. CH.
22. Nauigabili Romano ſpandorũ. Ver. quoq; & M.Pandorũ ſuprà tamen cap. 20. Gens Pandæ.
23. Cabirus Swarorũ CH. Cabyrus. M.& Ver.
24. Saddaros. Chif.
25. Sodanus. Chif.
25. Darinthim.
26. Longitudinem xviii.L.Latitudinem dimidia minorẽ.CH. Ver. quoque eſdem numeris agnoſcunt.
27. Sirpos.
28 cxxxvii. Chif.
29 Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piſcibus viuere. Deinde poſuere Arbiorum gentem per cc.p. vltra deſerta dein Carmaniã &c.CH.
30. circũuectus mer i diana Perſidis.
31 & Idiiæ.Vel.
32. produtur. Abies oppidum. Chif.
33. portus ſalubris. Chif.
34 Tomberon.Chif.
35 Circa quod.Man. & Ver.
36 xxx. CH. Eorum præternauigatio & ora eſt vii. M. eccci ſtadiorum Strabon.
37 Ogyris.Ver.Oracla.Chif.
38 Intimo ſinu Ver.
39 Arbithadnus.CH.
40 Gyani. Chif.
41 Sitiogaus. CH.
42 Phryſimus.CH.
43 Zaroris.CH.
44 Carlacen. Ver.

uonio,quem [45] Hypalum ibi vocant, peti certissimum videbatur [46] CXIII. XXXII. M. pass. æstimatione. [47] Secuta ætas propriorem cursum tutioremque iudicauit, si ab eodem promontorio [e] [48] Zizerum amnem portum Indiæ peteret. Diúque ita nauigatum est, donec compendia inuenit mercator, lucróque India admota est. Quippe omnibus annis nauigatur, sagittariorum cohortibus impositis. Etenim piratæ maximè [49] infestabant. Nec pigebit totum cursum ab Aegypto exponere, nunc primùm certa notitia [50] patescente. [51] Digna res, [52] nullo anno imperij nostri minus [f] H-S quingenties exhauriente India, & merces remittente, quæ apud nos centuplicato veneant, MM. passuum ab *Alexandria* abest oppidum [53] Iuliopolis. Inde nauigant Nilo [g] Coptum [54] CCCIII. mill. pass. qui cursus Etesijs flantibus peragitur XII. diebus. A Copto camelis itur, aquationum ratione mansionibus dispositis. Prima appellatur [55] Hydreuma; [56] XXXII. mill. Secunda in monte, diei itinere. Tertia in altero hydreumate, à Copto XCV. mill. Deinde in monte. Mox ad hydreuma Apollinis, à Copto CLXXXIII. mill. pass. Rursus in móte. Mox ad nouum Hydreuma à Copto [57] CCXXXIII. mil. pass. Est aliud Hydreuma vetus, Troglodyticum nominatur, vbi præsidium excubat diuerticulo II. millium. Distat à nouo Hydreumate [58] VIII. mil. pass. Inde [h] Berenice oppidũ, vbi portus rubri maris, à Copto [59] CCLVIII. M. pass. Sed quia maior pars itineris [59] conficitur noctibus propter æstus, & statiuis dies absumuntur, totũ à Copto Berenicen iter duodecimo [60] die peragitur. Nauigare incipiunt æstate media ante Canis ortum, aut ab exortu protinus. Veniúntque circiter XXX. die [i] Ocelim Arabiæ, aut [61 k] Canan thuriferæ regionis. Est & tertius portus, qui vocatur [62 l] Muza, quem Indica nauigatio nõ petit, nec nisi thuris odorúmque Arabicorum mercatores. Intus [63] oppida: regia eius appellatur Saphar, aliúdque Sabe. Indos autem petentibus vtilissimum est ab Oceli egredi. Inde vento [64] Hypalo nauigant diebus quadraginta ad primum emporium Indiæ [65 m] Muzirim, non expetendũ propter vicinos piratas, qui obtinent locũ nomine [66] Hydras: neque est abundans mercibus. Præterea longè à terra abest nauium statio, lintribúsque [67] efferuntur onera, quæ geruntur. Regnabat ibi, cùm proderem hæc, Celebothras. Alius vtilior portus gentis [68 n] Necanidon, qui vocatur [68] Becare. Ibi regnat Pandion, longè ab emporio mediterraneo distante oppido, quod vocatur [69] Moduſa. Regio autem, ex qua piper monoxylis lintribus Becaren conuehunt, vocatur [70] Cottona: quæ omnia gentium portuúmve aut oppidorum nomina apud neminem priorum [71] inueniuntur. Quo apparet mutari locorum status. Ex India renauigant mense Aegyptio Tybi incipiente, nostro Decembri: aut vtique Mechiris Aegyptij intra diem sextum, quod fit intra Idus Ianuarias nostras: ita euenit, vt eodem anno remeent. Nauigant autem ex India vento Vulturno: & cùm intrauere rubrum mare, Africo vel Austro. Nunc reuertemur ad propositum. Carmaniæ oram patere duodecies [72] centena L. M. pass. Nearchus scripsit. Ab initio eius ad flumen [o] Sabin centum M. pass. Inde vineas coli & arua ad flumen [73] Andanin, XXV. M. spatio. Regio vocatur [p] Armuzia. Oppida Carmaniæ, Zetis, & Alexandria. Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare [74] terras, quod [q] Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum à regé Erythra, [75] aut (vt alij) Solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alij ab harena terráque, alij tali aquæ ipsius natura.

45 Hypsum. Chif.
46 XIIII. XXXV. p. CH.
47 Secuta veritas. M. Secura vero ætas propiorem cursu tutioremque. Vet.
48 Sigerum portum Indiæ. Chif.
Zigerum vocant M. & Vet. Muzirũ Prolem. Plinius paulò pòst Muzirin.
49 Infestant. M.
50 Palefactem. Vet.
51 Lego, digna admiratione res.
52 Nullo anno minus hic dl. imperij nostri exhauriente India. Chif.
Nullo anno minus hic quingentesimis imperij Ac. Ver. & M.
53 Heliopolis. Ver.
54 CCCVIII. CH.
55 Hydreum. Ver. & M. vt & in sequẽtib.
56 XXII. Chif.
57 CXXX. Chif.
58 VII. Chif.
59 CCLVII. Chif.
59 confit. Chif.
60 conficitur die. M. Vet.
61 Canen. Chif.
62 Muza. Chif.
63 oppidum regni M. oppida regia eius vnũ appellatur Vet.
64 Fotonio, alij Hapalo, molli, leni.
65 Muzirũ Ver. M.
66 Mitrias. Chif.
67 adferuntur onera & egeruntur. Chif.
68 Neacindon. To. Neacidon. Salm. Nechyndon. Chif.
68 Becares. Ptolem.
69 Codura.
70 Cottonara. Vet. Cottonacra. Chif.
71 reperiuntur. CH.
72 L. Chif.
73 Ananin. CH.
74 in terras. Vet; M. in terram. Chif.
75 aut, vt alij, à colore Solis repercussu talem reddi existimantes.

a Illos defunctorum cadauera voranda feris obijcere scribit Rhodig. cap. 23. 6. quemadmodum & Gedrusos inhospitales ac fœuos, vngues nunquam præcidere: cetaceis ali, quorum costis trabium vice domos contiguant. squamis verò tegularum loco contegant.
b Huius insulæ mentionem facit apud Strabonẽ lib 15. Nearchus, & contra sparsam famã quòd in ea insula *ψοφοῦμι δύστε ἀφανίζεσθαι*, fabulosum id esse tradit experimento suo. Meminit & Curtius circa finem lib. 10. his verbis. Adijciebã, nauigia quæ lixas mercatorésque, vexissent, famam auri secutis gubernatoribus, in insulam esse trãsmissa, nec deinde ab his postea visa. Meminit Solinus cap. 67. Martianus animalia vi fœtoris in ea perire tradit.
c Patale nunc regnum Cambaiæ: veteri lingua Indorum hoc signi ficat insulam triangularem, qualis est Cambaia. Patalé adhuc Indi vocant nunc Patam nunc Diu Patam, oppidum populosissimum & mercatura celeberrimum.
d Syagrus, *Sfacalath.*
e Zizerus est ad ciuitatem Anor, prope Calicut ad insulam quam vocant Amiadiua.
f Ea summa efficit duodecies centena millia coronatorum. Infra lib. 12. cap. 18. Minima inquit, computatione millies centena millia sestertiũ annis omnibus India & Seres, peninsulaque illa (Arabia) imperio nostro adimunt, &c.
g Coptus, nunc *Cana*, distat à Cairo 400000. millibus.
h Nunc *Suez*.
i Nunc *capo de celi*, Gabinitarum Arabum portus. cap. 19. lib. 12.
k Cana, nunc *Canocain*.
l Muza, nunc *Haly*.
m Muziris, nunc *Anor* supra Calicut.
n Nunc *Nelcinde*.
o Nunc *Bindamir*.
p Nunc *Ormux*.
q Curtius lib. 8. *Mare cœruleum, quo alluitur, ne colore quidẽ abhorret à cæteris. Ab Erythro rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Reliqua stultorum ac infantium nugæ sunt, & somnia.* Hebræi vocant Suph est, syluis & carice refertũ, quòd & autor scribit lib. 13. & Theophrast. lib. 4. Histor. Brodæus ca p. 9. lib. 3.

Sinus

Sinus Persicus, & Arabicus. CAP. XXIIII.

SEd [1] in duos diuiditur sinus. Is qui ab [2] Oriente est, Persicus appellatur XXV. M. pass. circuitu, vt Eratosthenes tradit. Ex aduerso est Arabia, cuius [3] XII. mill. pass. est longitudo. Rursus altero ambitur sinu Arabico nominato. Oceanum qui influit, Azanium appellant. Persicum introitum v. mill. pass. latitudinis, alij quatuor fecerunt. Ab eo ad intimum sinum recto cursu XI. XXV. mill. propemodum constat esse, & situm eius humani capitis effigie. Onesicritus & Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum, atque illinc Babylonem [3] ab Euphratis paludibus, scripserunt [4] XXV. mill. passuum esse. In Carmaniæ angulo sunt Chelonophagi, testudinum superficie casas tegẽtes, [5] carne vescentes. A flumine [6] Arbi promontorium ipsum inhabitãt, præter capita toto corpore hirti, coriisque piscium vestiti.

1 In ch. hoc capnc cum superiore continuauit.
2 exoriente. Chif.
3 XV. Chif.
3 ab in M. & Chif. desideratur.
4 XVII. Chif.
5 Hæc vltima non agnoscunt Tolet. & Chif.
6 Arabi chif.

Cascandrus insula, Parthorum regna. CAP. XXV.

AB horum tractu Indiam versus [1] Cascandrus deserta insula in Oceano L. M. pass. traditur: iuxtáque eam freto interfluente [2] Stoidis, quæstuosa margaritis. A promontorio Carmanis iunguntur Armozei. Quidam interponunt Arbios [3] CCCCII. mill. pass. toto litore. Ibi portus Macedonum, & aræ Alexandri in promontorio. Amnes [4] Saganos: dein Daras, & Salsos. Ab eo promontorium [5] Themisteas, insula Aphrodisias habitatur. Inde Persidis initium ad flumen [6] Oroatin, quo diuiditur ab Elymaide. Contra Persidem insulæ, [7] Philos, Casandra, Aratia cum móte prælto Neptuno sacra. Ipsa Persis aduersus Occasum sita obtinet [8] litora CCCCC. I. mil. passuum etiam in luxum diues, in Parthorum iam pridem translata [9] nomen. Horum de imperio [10] nunc paucis. Regna Parthorum duodeuiginti sunt omnia: ita enim diuidunt prouincias circa duo (vt diximus) maria. Rubrum à meridie, Hyrcanum à Septentrione. Ex iis vndecim, quæ superiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniæ, Caspiisque litoribus: pertinẽt ad Scythas, cum quibus ex æquo degunt, [11] Reliqua septem regna inferiora appellãtur. Quod ad Parthos attinet, semper fuit [12] Parthia in radicibus montium sæpius dictorum, qui omnes eas gentes prætexunt. Habet ab Ortu Arios, à Meridie Carmaniam & Arianos, ab Occasu Pratitas, Medos, à Septentrione Hyrcanos, vndique desertis cincta. Vlteriores Parthi Nomades appellantur: citra deserta, ab Occasu vrbes eorum, quas diximus, Issatis & Calliope: ab Oriente æstiuo [13] Europum, ab hyberno [14] Mania: [15] in media Hecatompylos, [16] Arsacia: regio Nisæa Parthyenes nobilis, vbi Alexandropolis à conditore.

1 Socascandros. Ver.
2 Stoydes Chif. Toidisinfrà cap. 35. lib. 9.
3 CCCXXXI. Chif.
4 Siccanas, dein Dratinus & Salsa. Chif.
5 Themisteas. CH.
6 Orotim. CH.
7 Pfilos, Cassandra, Aracha. Chif.
9 litore.
9 numẽ. CH. & Rasil.
10 nunc in paucis. Chif.
11 Reliqua septem regna inferiora appellantur, quæ ad Parthos attinent.
12 Parthiæ, ex Stephano, CH. & M.
13 Pyropum. Chif.
14 maria. Chif.
15 in medio. Chif.
16 Arsace regio, Nysa. CH. (Arsacia Cediæ vrbs est) Alij, Arsacæ regia (nempe regis à quo Parthij Arsacidæ dicuntur) Ptolem. lib. 6. Hecatompylõ oppidum regiũ est, Alij, Arsace. Regionisea nobilis Parthienes, vbi &c. Nisæa quidẽ Cedorum est non Parthorum, Straboni, Stephano Herodoto.
1 quòd facilius deln. Chif.
2 nascentur. M.
3 obliqua. CH. obliquæ. V et. æ
4 Parthiæ t. Tol.
5 præludi. Chif.
6 ergo in Vet. desider.
7 ad Septentrionem Chif.
8 Regia. Chif.
9 Cegale. Chif.
10 diruum. CH.
11 Erassagida. CH.
12 inciuduntur. M. & Vet.
13 CH. non habet.
14 Arrhoei. CH. Erzhoei. Vet.
15 Vandani. CH.
16 Nicanoria vel Arabis. M. Nicanoria vel Arbelis. Vet.

bis vocatur. Iunguntur his Arabes, introrsus [17] Eldamarij. Super quos ad Pellacontam flumen Bura oppidum, Salmani & [18] Masei Arabes. [19] Gordyæis verò iuncti [20] Aloni, per quos Zerbis fluuius in Tigrin cadit, Azones Silices montani, & Orontes. Quorum ad Occidentem oppidum Gaugamela. Item [21] Sue in rupibus. Suprà [22] Silici, [23] Classitæ, per quos Lycus ex Armenia fertur: Absitris ad hybernum exortum, [24] Azochis oppidum. Mox in campestribus oppida Diospage, [25] Polytelia, [26] Stratonicea, Anthemus. In vicinia Euphratis Nicephorion, vt diximus, quod Alexander iussit cõdi propter loci opportunitatem. Dicta est & in Zeugmate [27] Apamia, ex qua Orientem petẽtes excipit oppidum [28] apprimè munitum, quondam stadiorum [29] sexaginta quinque amplitudine, & satraparum regia appellatum, quò tributa conferebantur, nunc in arcem redactũ. Durant, [30] vt fuerant, Hebata, & ductu Pompeij Magni terminus Romani Imperij [31] Oruros, à Zeugmate ducentis quinquaginta millibus passuum. Sunt qui tradunt Euphratem [32] Gobaris præfecti opere deductum, vbi eum diximus findi, ne præcipiti cursu. Babyloniam infestaret: ab Assyriis verò vniuersis appellatum [33] c Armalchar, quod significat regium flumen. Quà deriuatur, oppidum fuit [34] Agrani è maximis, quod diruêre Persæ. Babylon Chaldaicarum gentium caput diu summam [35] claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæque Babylonia appellata est, sexaginta millia passuum amplexa d muris, ducenos pedes latis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quàm nostra, interfluo Euphrate, mirabili opere vtroque. Durat adhuc ibi Iouis Beli templum. Inuẽtor hic fuit sideralis scientiæ. [36] Cæterò in solitudinem rediit, exhausta vicinitate Seleuciæ, ob id conditæ à Nicatore intra [37] nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti atque Tigris: quæ tamen Babylonia cognominatur, libera hodie ac sui iuris, Macedonúmque moris. [38] Ferunt ei plebis vrbanæ d c. M. esse: situm verò mœnium Aquilæ pandentis alas: agrum totius Orientis fertilissimum. Inuicem ad hanc exhauriendã, Ctesiphontem iuxta tertium ab ea lapidem in [39] Chalonitide condidere Parthi, quod nunc [40] est caput regni: & postquàm nihil proficiebatur, nuper Vologesus rex aliud oppidum Vologesocertam in vicino condidit. Sunt etiamnum in Mesopotamia oppida, Hipparenum, [41] Chaldæorum & hoc, sicut Babylon, iuxta [42] flumen e Narragã, qui dedit ciuitati nomen. Muros Hipparenorum Persæ diruêre. Orcheni quoque tertia Chaldæorum doctrina, in eodem situ locantur, ad Meridiem versi. Ab his Notitæ & [43] Orthophatæ, & Græciochantæ. Euphrate nauigari Babylonẽ è Persico mari cccexii. Mil. pass. tradunt Nearchus & Onesicritus. Qui verò posteà scripsêre, à Seleucia [44] ccccxc. mil. Iuba à Babylone Characem clxxv. mil. pass. Fluere aliqui vltra Babylonem continuo alueo, priusquàm distrahitur [45] in irrigua, lxxxvii. mil. Vniuerso autem cursu. [46] xl. M. pass. Inconstantiam mensuræ diuersitas autorũ facit, cùm Persæ quoque schœnos & paransangas [46] alij alia mensura determinent. Vbi [47] desinit [48] alueo munire, ad confinium Characis accedente tractu, statim infestant Attali latrones, Arabum gens. Vltra quos Scenitæ. Ambitu verò Euphratis Nomades Arabiæ vsque ad deserta Syriæ, vnde [49] in Meridiem flecti eum diximus, solitudines Palmyrenas relinquentem. Seleucia abest à capite Mesopotamiæ Euphratem nauigantibus vndecies centena xxv. mil. pass. A mari Rubro si Tigri nauigetur, [50] cccxx. mill. à Zeugmate [51] cccccxxvii. mill. Zeugma [52] à Seleucia Syriæ ad nostrũ litus. [53] cxxxii. mill. pass. Hæc est ibi latitudo [54] terrarum inter duo maria. Parthici verò regni dcccc, [55] xlviii. mill. passuum. Est etiamnum oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant [56] Digbam.

17 Elmari Supra quos. Chif.
18 Marxi. Chif.
19 Condiaris. Chif.
20 Azoni. Chif.
21 Saue. Ver. Suet. Chif.
22 Silci. Chif.
23 Classitæ iii. M. p. per quos &c. Ver.
24 Achochis. Chif.
25 Polycha. Ver.
26 Stratonigena, Anthemusium. Ver.
27 Apamæa. Chif.
28 Caphrænæ, Chif.
29 lxx. Chif.
30 vt fuere Thgbara. Chif.
31 Ortu os. Ver.
32 Gobares. Chif.
33 Narmalchar, CH.
34 Agranis. Chif.
35 claritatem inter vrbes obtinuit toto orbe, propter quod Chif.
36 Cætero circuitu ad. M. Ver. Cæterum ad. Tol. Cætero ad Chif.
37 *Sunt qui* quadragesimũ *legere malint, Strabonis auctoritate fi quasi, qui Seleuciam à Babylone CCC. non amplius stadiorum diuisit internalla.*
38 Feruntur ei plebes vrbanæ fexcẽtæ esse. M. Ver.
39 Chalibonitide ex Ptolem.
40 caput est regnorum. Chif.
41 Chaldæorum doctrina & hoc Chif. ch. doctrina clarum & hoc. Ver.
42 Fluuium. Chif. Flumen Narragam, qui cadit in Narragã, qui Tol. & Salm.
43 Ororopapanitæ & Graegiochartæ. Chif.
44 cccclxxx. Chif. ccccxl. Tol. cccix. Pint.
45 ad rigua. Chif.
46 xvi. Chif.
46 alij, in Mi. & vetion legitur.
47 desit Chif.
48 alueus muniri. Ver, vbi desinũt alueũ munire. Ver. alueo vno ire alij.
49 in Orientem, *vt supra lib. 5. Cap. 24.*
50 ccxx. Chif.
51 decxxiii. Chif.
52 abest. Chif.
53 *Reliqui*, clxxv. M. *quinãdmodũ supra lib. 5. cap 12. & apud Marcianum, lib. 1.* Chif. *lx. Plin.* cxxii.
54 terrarum Parthici verò regni inter duo maria. ex cap. 25. & proximè sequẽti.
55 xviii. Chif.
56 Debam. Ptolem.

a Hodie. *Lor.*
b Artemita. *Caramit:* Aroũi, *Bfron:* Mardani, *Aeyrdjno:* Gordyæi, *Gen:* Alot., *Alangiacana:* Orontes, *Orsa.* Classitæ, Galat: Azochis, *Arianchif:* Hebata. *Bessa.*
c Nahar Malcha: Syrorum lingua, quâ vti sunt Orientales. Mitalerius.
d Ebitumine & testaceo latere structis. Vitruuius cap. 3. lib. 6.
e Nunc, *Narsingua.*

Flumen Tigris. CAP. XXVII.

SEd & de Tigri ipso dixisse conueniat. Oritur in regione Armeniæ maioris, fonte conspicuo in planitie. Loco nomen [1] Elongosine est. ipsius, quà tardior fluit, [2] Diglito: vnde concitatur, à celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi sagittam. [2] Influit lacum [3] Arethusam omnia illata pondera sustinentem, & nitrum nebulis exalantem, Vnum genus ei piscium est, [4] idque transcurrentis non miscetur alueo, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant. Fertur autem & cursu & colore dissimilis: transuectúsque occurrẽte [b] Tauro mõte in specu mergitur: subtérque lapsus, à latere altero eius erumpit. Locus vocatur Zoroanda. Eundem esse manifestũ est, quòd demersa perfert. Alterum deinde transit lacũ, qui [5] Thospites appellatur: rursúsque in cuniculos mergitur, & post xxv. mill. pass. circa Nymphæum redditur. Tam vicinum Arsaniæ fluere [6] eum in regione Arrhene Claudius Cæsar autor est, vt cùm intumuere, confluant, nec tamen misceantur, leuiórque Arsanias innatat iiii. M. ferme spatio: mox diuisus in Euphratem mergitur. Tigris [7] autem ex Armenia acceptis fluminibus claris [8] Partheni, Agnice, Pharione, Arabas [9] Aroeos Adiabenósque disterminans, & quam diximus Mesopotamiam faciens, lustratis montibus [10] Gordyæorum circa [c] Apamiam Mesenes oppidum, citra Seleuciam Babyloniam [11] cxxv. M. pass. diuisus in alueos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Mesenen perfundens: altero ad Septentrionem flexus, eiusdem gentis tergo campos [d] Cauchas secat. Vbi remeauere aquæ, Pasitigris appellatur. Posteà recipit ex Media Choaspem: atque (vt diximus) inter Seleuciam & Ctesiphontem vectus, in lacus Chaldaicos se fundit, eósque lxx. M. pass. amplitudine implet. Mox vasto alueo profusus, dextra Characis oppidi infertur mari Persico [12] decumo ore. Inter duorum amnium ostia xxv. mil. pass. fuere, aut (vt alij tradunt) vii. M. vtroque nauigabili. Sed longo tempore Euphratem præclusere Orcheni, & accolæ agros rigãtes: nec nisi [13] *per Tigrin* defertur in mare. Proxima Tigri regio Parapotamia appellatur. In ea dictum est de Mesene. Oppidum eius [e] Dibitach. Iũgitur [14] Chalonitis cũ Ctesiphonte, nõ palmetis modo, verùm & olea, pomísque, aliísque arbustis nobilis. Ad eam peruenit Zagrus mons, ex Armenia inter Medos [15] Aliabenósque veniens, supra Parætacenen & Persidem. Chalonitis abest à Persida [16] cccclxxx. mil. pass. Tantum à Caspio mari [17] Assyriam abesse compendio itinerum aliqui tradunt. Inter has gentes atque Mesenen Sittacene est, eadem Arbelitis & [18] Palæstine dicta. Oppidum eius Sittace Græcorum ab Ortu est, & [19] Sabata. Ab Occasu autẽ Antiochia, inter duo flumina Tigrin & Tornadotum. Item Apamia, cui nomen Anthiochus matris suæ imposuit [20] Tigris circunfunditur. Hæc diuiditur Archoo. Infrà est [21] Susiane, in qua vetus regia Persarum Susa, à Dario Hystaspis filio condita: abest à Seleucia Babylonia ccccl. mil. pass. Tantundem ab Ecbatanis Medorum per montem [22] Charbanum. In Septentrionali Tigris alueo oppidum est [23] Babytace. Abest à Susis cxxxv. mil. pass. [24] Ibi mortaliũ soli aurum in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in vsu. Susianis ad Orientem versus iunguntur [25] Cossæi latrones, & Mizæorum xl. populi liberæ feritatis. Supra eos [26] patent Parthusi, Mardi, & Saitæ, Hyi, qui prætendũtur supra Elymaida, quam Persidi in ora iunximus. Susa à Persico mari absunt ccl. mil. pass. Quà subiit ad eam classis Alexandri Pasitigri, vicus ad lacum Chaldaicum vocatur Aphle: vnde Susa nauigatione lxv. M. d. pass. absunt. Susianis ab Oriente proximi sunt [27] Cossæi, supra Cossæos ad Septentrionem Mesobatene sub monte Cãbalido: qui est Caucasi ramus, inde mollissimo transitu in Bactros. Susianen ab Elymaide disterminat amnis [28] Eulæus, ortus in Medis [29] medióque spatio cuniculo cõditus, hac rursus exortus & per Mesobatenem lapsus, circuit arcem Suorum, ac Dianæ templum augustissimum illis gentibus, & ipse in magna cæremonia. Siquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. Recipit amnem [29] Hedypnum, præter Asylum Persarum venientem, [30] & vnum ex Susianis. Oppidum iuxta eum Magoa, à Charace xv. mil. pass. Quidam hoc in extrema Susiana ponunt solitudinibus proximum. Infra Eulæum Elymais est, in ora iuncta Persidi, à flumine [31] Oroati ad Characem ccxl. mil. pass. Oppida eius

1 Elegosine. MS. Ver. Aelosine est, ipsi qua tardior fuit digito.
2 Influit in lacum. Man. Ver. & Chif.
3 Arsenen. Strab. lib. xi.
4 & aquæ. M. est, & hi aquæ non miscetur. Ver. Nec vnum genus ei piscium est, iisque transcurrentis non miscentur, ex Strab. lib. xi. Pint.
5 Thespites. Chifl. Thesbites. Ver.
6 eum, deest in M.
7 enim. M.
8 Vetuf. cod. *Parthinia, ac Nicephorius.* Chif Parthenia &c.
9 Oroeos. Ver. Chif
10 Corydæorũ. Chif. Coridiorum Ver. Corydæorum Tol Corduenorum vel Corduchorũ è cap 25. huius lib. Pint.
11 ccxxv. Chif.
12 decem millium pass. ore. M. Chif. & Basil. decumano ore. Ver.
13 Pasitigri. Pint.
14 Chalibonitis. Ptolem.
15 Adiabenósque. Chif.
16 ccclxxx. Chif.
17 & Assyr. Ver. M.
18 Palæstina. Chif.
19 Sabdata. Chif.
20 Tigris circunfunditur huic, diuiditur Archoo.
21 Susiana. Chif.
22 Carbanum. CH.
23 Barbithace. CH.
24 *Ex Hiſtanicis codicibus. Pint.* Ibi mortalium solis aurum in odio: contrãhunt id, defodiũntq, ne quo cui sit in vsu. Sic & CH. vno verbo minus: neque enim habet & quo Mantuscr. legit quo ne cui. alias huic lectioni addipularur.
25 Oxi. CH. & M.
26 parent Parthis Mardi. M. & Chif.
27 Cossæi. CH. Vsi j ex Strab. lib. xi. Oxi & Oxij. Vetust.
28 Ilæus. Chif.
29 *medióque*, Man. & Chifl.
30 Hedypton, ex Strab. lib. 16. Chf. Recipit amnes Hedypuon &c.
31 ad vnum ex Susianis oppidum. Iuxta. Ver.

Seleucia & Sofirate, appoſita monti[32] Caſyro. Oram, quæ præiacet, minorum Syrtium vice diximus inacceſſam cœno plurimum limi deferentibus[33] Brixia & Ortacea amnibus: madente & ipſa Elymaide intantum, vt nullus ſit niſi circuitu eius, ad Perſidem aditus. Infeſtatur & ſerpentibus, quos flumina deportant. Pars eius maximè inuia, Characene vocatur ab oppido Arabiæ claudente[34] regna, de quo dicemus, expoſita priùs M. Agrippæ ſententia. Nanque is Mediam & Parthiam, & Perſidem ab Oriente Indo, ab Occidente Tigri, à Septentrione Tauro, Caucaſo, à Meridie Rubro mari terminatas patere in longitudinem XIII. X X. M. paſſ. in latitudinem[35] d c c c x l. prodidit. Præterea per ſe Meſopotamiã ab Oriente Tigri, ab Occaſu Euphratẽ, à Septentrione Tauro, à Meridie mari Perſico incluſam, longitudine octingentorum M. paſſ. latitudine c c c l x. Charax oppidum Perſici ſinus intimum, à quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter cõfluentes, dextra Tigrin, læua[36] Eulæum III. M. paſſ. laxitate. Conditum eſt primùm ab Alexandro Magno: qui colonis ex vrbe regia Durine (quæ tum interiit) deductis, militúmque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari iuſſerat: pagúmque Pellæum, à patria ſua, quem propriè Macedonum fecerat: Flumina id oppidum expugnauere. Poſteà Antiochus reſtituit quintus regum & ſuo nomine appellauit.[37] Iterúmque infeſtatum Paſines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Iuba ſatrapen Antiochi fuiſſe falsò tradit, oppoſitis molibus reſtituit:[38] noménque ſuum dedit, emunito ſitu iuxtà in longitudem III. M. paſſ. in latitudinem paulo minus.[39] Primò fuit à litore ſtadiis x.[40] maritimum: etiam inde pſeudo porticus habet: Iuba verò prodente, L. M. paſſ. Nunc abeſſe à litore c x x. M. legati Arabum noſtrique negotiatores, qui inde venere, affirmant. Nec vlla in parte plus aut celeriùs profecere terræ fluminibus inuectæ. Magis id mirum eſt, æſtu longè vltra id accedente non repercuſſas. Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium, terrarum orbis ſitus recentiſſimum autorem[41] conſtat, quem ad commentanda omnia in Orientem præmiſit Diuus Auguſtus, icuro in Armeniam ad Parthicas Arabicáſque res maiore filio. Non me præterit, nec ſum oblitus, ſui quenque ſitus diligentiſſimum autorem viſum nobis in introitu huius operis. In hac tamen parte arma Romana ſequi placet nobis, Iubámque regem, ad eundem Caium Cæſarem ſcriptis voluminibus de eadem expeditione Arabica.

32 Chaſiro. Chif.
33 Brixa & Ortatia. Chif.
34 regna ca. Chif.
35 dcccl. Chif.
36 Ileum 11. p. Chif. vi. M. Plnr.
37 Iterũ quoque inſcitatu Spatiouis Sugdonacii filius. Chif. Spadinem vocat Dio in vita Traiani, & Stephanus Byzantius, qui hanc vrbem abinſtauratore σπασινα χαρακηνε vocatam tradidit. Eius meminit & Ioſephus cap. 7. cap. 2. 20. ἀρχαιολογίας. Vide Logarcæ p. 228.
38 nomenque à ſuo dedit & è munito ſitu. Pint.
39 Prius. Chif.
40 Et maritimum etiam Ipſanda portũ habuit. Pint. ex Vet. legentibus tum portũ habuit, vel, Et maritimum tum inde ipſa portum habuit.
41 Verbum, conſtat, in Chiffi. deſideratur. optimè, ſi poſt præuertit ante Nec ſum obiit, mutata trajectione diſtinguas.

ANNOTATIONES.

a Thereclus. Caldæus paraphraſtes: Ioſephus cap. 2. lib. 1. ἀρχαιολογίας, Diglaſh. Mitalerius.
b Seneca cap. 8. lib. 6. Quæſt. Natural.
c Nunc, Greſira.
d Nunc, Cuerch.
e Nunc, Delebech.
f Proœmio libri tertij.

Arabia, Nomades, Nabatæi, Omani, Tylos & Ogyris inſula.
CAP. XXVIII.

ARabia gentium[1] nulli[2] poſtferenda, amplitudine longiſſima, à monte Amano à regione Ciliciæ Comagenéſque deſcẽdit, vt diximus, multis gentibus eorum deductis illò à Tigrane magno, ſponte verò ad mare noſtrum litúſque[3] Aegyptiacum, vt docuimus: nec non in media Syriæ ad Libanum montem penetrantibus nubeis, quibus iunguntur Ramiſi.[4] Déinde Taranei, déinde Patami, Ipſa verò peninſula Arabia inter duo maria, Rubrum Perſicúmque procurrens, quodam naturæ artificio ad ſimilitudinem atque magnitudinem Italiæ mari circunfuſa, in eandem etiam cæli partem nulla differẽtia ſpectat. Hæc quoque in illo[5] ſitu felix. Populos eius à noſtro mari vſque ad[6] Palmyrenas ſolitudines diximus: reliqua nunc inde[7] peragemus. Nomadas, infeſtatoréſque Chaldæorum, Scenitæ (vt diximus)[8] claudunt, & ipſi vagi,[9] ſed à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur, vbi libuit. Déinde Nabataei oppidum[10] incolunt Petram nomine in cõualle, paulo minus[11] II. mil. paſſ. amplitudinis, circundatum montibus inacceſſis amne interfluente. Abeſt[11] à Gaza oppido litoris noſtri d c. M. à ſinu Perſico[12] c x x II. M. Huc conuenit vtrunque biuium, eorum qui[13] Syriæ Palmyram petiere, & eorum qui ab Gaza venerunt. A Petra[14] incoluerunt Omani ad Characem vſque,

1 nullis. Chif.
2 poſtferenda amplitudine à monte Amano è regione. Plnr. Tol. Chiffletianum verò, è regione Ciliciæ Comageniſque.
3 Aegyptum. Chif.
4 Den. Teranei, dein Patami. Chif. ſitus. Chiff.
5 ſitu Felix eius populus. A noſtro. M. Vet.
7 peragimus. Nomadas inde infeſtatoreſque. Chif.
8 claudunt Chif.
9 ſic à tabernaculis cognominati Veteres merentur. Ego cognominati ciliciis quibus metantur. Veſt. vel caſtra ponũt vel meras in agris pro terminis ſtarnãt.
10 includunt. Chif.
11 à Begaza. Chif.
12 cxxxv. Chif.
13 & Syria. Chif.
14 incoluere. CH.

cem vſque, oppidis quondam claris à Semiramide conditis,[15] Abeſamide & Soractia. Nunc ſunt ſolitudines. Déinde eſt oppidum, quod Caracenorum regi paret,[16] in paſitigris ripa,[17] Forath nomine in quod à Petra conueniunt,[18] Characémque inde XII. M. paſſ. ſecundo æſtu nauigant. E Parthico[19] enim regno nauigantibus vicus [a] Teredon, infra confluentem Euphratis & Tigris: læua fluminis Chaldæi obtinent, dextra Nomades Scenitæ. Quidam & alia duo oppida longis interuallis[20] Tigris[21] prænauigari tradunt, Barbatiam, mox[22] [b] Thumatam: quod abeſſe à Petra decẽ dierum nauigatione,[23] noſtri negotiatores dicunt, Characenorúmque regi parere: & Apamiam ſitam, vbi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluat. Itaque molientes incurſionem Parthos, operibus[24] obiectis inundatione arceri. Nunc à Charace dicemus orã,[25] Epiphani primum exquiſitam, Locus vbi[26] Euphratis oſtium fuit, flumen ſalſum, promontorium Chaldone, voragini ſimilius, quàm mari, per l. M. oræ flumen Achana, deſerta c. mil. paſſ. vſque ad inſulam[27] Icharam. Sinus Capeus, quem accolunt Gaulopes & Chateni. Sinus Gerraicus. Oppidum Gerra v. M. paſſ. amplitudine, turres habet ex ſalis[28] quadratis[29] molibus. A litore l. M. paſſuum regio[30] Attene. Ex aduerſo[31] Tylos inſula, totidem millibus à litore, plurimis margaritis celeberrima, cum oppido eiuſdem nominis: iuxtáque[32] altera minor, à promontorio eius[33] XII. mil. paſſ. Vltrà magnas aſpici inſulas tradunt, ad quas non ſit peruentum. Huius ambitum CXII. M. D. paſſuum, à Perſide longiùs abeſſe, adiri[34] vno alueo anguſto. Inſula[35] Aſgilia, Gentes Nocheti, Zurachi, Borgodi, Cataræi, Nomades. Flumen Cynos. Vltrà nauigationem incompertam ab eo latere propter ſcopulos tradit Iuba, prætermiſſa mentione oppidi[36] Omanorum Batraſabbes, & Omanæ, quod priores celebrem portum Carmaniæ fecere. Item[37] Omnæ & Athanæ, quæ nunc oppida maximè celebrari à Perſico mari noſtri negotiatores dicunt. A flumine Canis, vt Iuba tradit, mons aduſto ſimilis. Gentes Epimaranitæ. Mox Ichtyophagi, inſula deſerta, gentes Bathymi. Eblitei montes, inſula Omœnus. Portus Machorbæ, inſulæ Etaxalos, Onchobrice, gens Chadæi. Inſulæ ſine nominibus multæ: celebres verò Iſura, Rhinnea, & proxima, in qua ſcriptæ ſunt ſtelæ lapideæ literis incognitis. Goboẽa portus, Bragæ inſulæ deſertæ. Gẽs[38] Thaludæi. Dabanegoris regio. Mons Orſa cum portu. Sinus Duatus, inſulæ multæ. Mons Tricoryphos. Regio Cardalena, inſulæ Solanidæ, Capina. Item Ichthyphagorum. Déinde Glari. Litus Hammæum, vbi auri metalla. Regio Canauna, gentes Apitami, Gaſani. Inſula Deuadæ. Fons Goralus, Garpheti, inſulæ[39] Aleu & Amnamethu. Gens Darræ inſulæ Chelonitis, Ichthyophagon multæ, Eodanda deſerta, Baſag Multæ Sabæorum. Flumina, Thamar, Amnon, inſulæ Dolicæ. Fótes Daulotes, Dora: inſulæ Pteros:[40] Labanis, Coboris, Sambracate, & oppidum eodem nomine in continenti. A Meridie inſulæ multæ, maxima Camari. Flumen, Myſecros. Portus, Leupas. Scenitæ Sabæi. Inſulæ multæ. Emporium eorum[41] Acila, ex quo in Indiam nauigatur, Regio, Amithoſcuta, Damnia. Mizi maiores & minores, Drimati,[42] Macæ. Horum promontorium contra Carmaniam eſt. Diſtat quinquaginta mill. paſſuum. Mira res ibi traditur: Numenium ab Antiocho rege Meſenæ præpoſitum, ibi viciſſe eodem die claſſe, æſtúque reuerſo iterum equitatu contra Perſas dimicantem, & gemina trophæa eodem in loco Ioui ac Neptuno ſtatuiſſe. Inſula in alto obiacet Ogyris, clara Erythra rege ibi ſepulto. Diſtat à continente[43] centũ vigintiquinque mil. paſſ. circuitu c x II. M. paſſ. Nec minus altera clara in Azanio mari[44] Dioſcoridu, diſtans à Syagro extimo promontorio c c l x x x. mill. paſſ. Reliqui in continente à noto etiamnum Autaride, in montes V II. dierum tranſitus. Gentes Larendani, Catabani, Gebanitæ pluribus oppidis, ſed maximis, Nagia, & Tamna templorum l x v. Hæc eſt amplitudinis ſignificatio. Promontoriũ, à quo ad continentem Troglodytarum l. M. paſſ. Toani, Acchitæ,[45] Chatramotitæ, Tomabei, Antidalei, Lexianæ, Agrei, Cerbani, Sabæi Arabũ propter thura clariſſimi, ad vtraque maria porrectis gentibus. Oppida eorum in Rubro litore Marane, Marma, Corolia, Sabatra: intùs oppida Naſcus, Cardaua Carnus, & quò merces odorum deferunt, Tomala.[46] Pars eorũ Atramitæ, quorum caput Sobotale l x. templa miuris ineludens. Regia tamen omnium

15 Beſanniſa & Soractia nũc ſunt ſolitudines. CH. Soroadia in vulgata lectione habet Vet.
16 in ipſa Tygris ripa. Man.
17 Fora. Chif.
18 Characeni Inde. Vet.
19 autem. Chif.
20 Tigri. Chif.
21 prænauigari. Man ſer.
22 Dumathan. CH. Thumarã, quod abeſt à p. d. l. nan. p. ſunt. Noſtri n. d. characenorum regi parere. Vet.
23 deeſt noſtri, in Chiff.
24 abiectis. Baſiliſc.
25 Epiphanio. Man. Ver.
26 Euphrates oſtio effluit. Vet.
27 Barũ. Vet. & CH. alij Tharum.
28 quadrati. CH.
29 molibus à litore l. Regio Attene ex aduerſo cccc. m. p. Tylos inſula. M
30 Atro, Ptolemæo.
31 Tyros, Ptolem.
32 altera in ora promontorio. M. Vet.
33 XII. M. d. p. CH. X. M. è cap. 22. lib. 32. Pint.
34 modò alueo. M.
35 Aſclie. Chif.
36 Omanorum Batraſanes & Omma ma. Chif.
37 Homæ & Attanæ. Chif.
38 Caludæi. Vet.
39 Alaca. Vet. Amnamerh. Ver.
40 Labaranis. CH.
41 Acil. CH. Ocole. Ptolem.
42 Naumache eorum p. c. Carmaniã diſtat quinque. Chif.
43 cxx. p. circuitus cxxi. d. Chif.
44 Dioſcuriada. Ver. Dyoſcynidia. M. alij, Dioſcurias.
45 Cattamo titæ. CH. *a6 Vera lectio ſic habet:* Pagus eorum Attramitæ, quorum caput Sabota, lx. tẽpla muris includens. *Infrà enim libr. 12. cap. 14. Sabæorũ pagum facit Atramitæ, in quo & Sabota colluæ, regni metis ac caput.* CH. quoque Sabota legit, vt & Tol. & Baſilius. Strephanus Saboeam vocat.

Gaza, promontorium & portus [37] Mossylites, quò cinnamomum deuehitur. Hucusque Sesostris exercitum duxit. Aliqui vnum Aethiopiæ oppidum vltrà ponunt in littore Baragaza. A Mossylite promontorio Atlanticum mare incipere vult Iuba, præter Mauritanias suas Gadeis vsque nauigandum Coro. Cuius tota sententia hoc in loco subtrahenda non est. A promontorio Indorum, quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum, proponit recto cursu, præter exusta, ad Malchu insulam xv. mil. pass. esse. Inde ad locum, quem vocant Sceneos, ccxxv. M. Inde ad insulam Sadanum centumquinquaginta mill. pass. Sic fieri ad apertum mare xviii. [38] lxxxv. mil. pass. Reliqui omnes propter Solis ardorem nauigari posse non putauerunt. Quin & commercia ipsa infestant ex insulis Arabes Ascitæ appellati, quoniã bubulos vtres binos [39] sternentes ponte, piraticã exercent sagitis venenatis. Gentes Troglodytarum idem Iuba tradit Therothoas à venatu dictos, mitæ velocitatis: sicut Ichthyophagos, natantes ceu maris animalia: Bargenos. Zageras, Chalybas, Saxinas, Syrecas, Daremas, Domazanes. Quin & accolas Nili à Syene non Aethiopum populos, sed Arabum esse dicit vsque Meroen, *Solis quoque oppidũ, quod nõ procul Memphi in Aegypti situ diximus, Arabas conditores habere. Sunt & qui vlteriorem ripam Aethiopiæ auferant, adnecténtque Africæ, ripas autem incolere propter aquam. Nos relicto cuique intelligendi arbitrio, oppida quo traduntur ordine [40] vtrinque ponemus. A Syene, & prius Arabiæ latere, gens Catadupi. Deinde Syenitæ. Oppida, Tacompson, quam quidam [41] appellauerũt Thathicen, [42] Araniũ, Sesaniũ, Sandura, Nasaudum, Anaudoma, Cumara, Beta & Bochiana, Leuphithorga, Tantarene, Mœchindira, Noa, Gophoa, Gystatæ, Megeda, Lea, Rhemnia, Nupsia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo felis aurea pro deo colebatur. Boron in mediterraneo, Mallos, proximum Meroæ. sic prodidit Bion. Iuba aliter: Oppidum in monte Megatichos, inter Aegyptum & Aethiopiam, quod Arabes Myrson vocauere. Deinde Tacompson, Aranium, Sesanium, [43] Piden, Mamuda, Corambin: iuxta eam bituminis fontem, Hammodara, Prosda, Parenta, Mama, Tessara, Gallas, Zoton, [44] Graucomen, Emeum, Pidibotas, [45] Hebdomecontacometas, Nomadas in tabernaculis viuentes: [46] Cysten, Pemmam, Gadagalen, Paloin, Primmin, Nupsin, Daselin, Patin, Gambreues, [47] Magasen, Segasmala, Cranda, Denna, Cadeuma, Thena, Batha, Alana, Macum, Scammos, Goram in insula: ab iis Abala, Androcalim, Seren, Mallos, [48] Agocen. Ex Africæ latere tradita sunt eodem nomine Tacomplos altera, siue pars prioris: Magora, Sea, Edosa, Pelenaria, Pyndis, Magusa, Bauma, Linitima, [49] Spyntuma, Sydopta, Gensoa, Pindicitora, Eugoa, Orsima, Suasa, Mauma, Rhuma, Vrbubuma, Mulona, quod oppidum Græci [50] Hypaton vocarunt: Pagoargas, Zamnes, vnde elephanti incipiant: Mamblia, Berresa, Cetumæ. Fuit quondam & Epis oppidum contra Meroen, antequàm Bion scriberet, deletum. Hæc sunt prodita vsque Meroen: ex quibus hoc tempore [51] nullum prope vtroque latere extat. [52] Cætera solitudines, nuper renuntiauere principi Neroni, missi ab eo milites prætoriani, cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bella & Aethiopicum cogitanti. Intrauere autem & eò arma Romana Diui Augusti temporibus, duce P. Petronio, & ipso equestris ordinis, [53] præfecto Aegyptiis. Oppida eorum expugnauit, quæ sola inuenerat, quo dicemus ordine: Pselcin, Primin, Aboccin, Phthurin, Cãbusin, Attenã, Stadisin vbi Nilus præcipitãs se, fragore auditũ accolis aufert. Diripuit & [54] Napata. Longissimè autẽ à Syene progressus est [55] d c cc l x x. mil. passuũ. Nec tamen arma Romana ibi solitudinem fecerunt. Aegyptiorũ bellis attrita est Aethiopia, viciſſim imperitando seruiendóque, clara & potens etiam [56] vsque ad Troiana bella [d] Memnone regnante: & Syriæ imperitasse eam, nostróque [57] litore ætate regis Cephei patet Andromedæ fabulis. Simili modo & de mensura eius varia prodidere: primus Dalion vltra Meroen longè subuectus: mox Aristocreon, & Bion, & Basilis: Simonides minor [58] etiam, quinquennio in Meroe moratus, cùm de Aethiopia scriberet. Nam [59] & Timosthenes classium Philadelphi præfectus, sine mensura dierum lx. à Syene Meroen iter prodidit. Eratosthenes d c x x v. mill. Artemidorus d c. mil. Sebosus ab Aegypti extremis [60] sexdecies centena l x x v. mill. pass. vnde proximè dicti [61] xii. l x x. Verùm omnis hæc fini

[37] Cossylicus. Vet.
[38] lxxxv. Chif.
[39] insternendo sũ te. Tol.
* Hoc vestigio videtur, quod paulò post sequitur, alienum in sedem perperam translatum. Ripas autem incolere propter aquam. c. Aut legendum videtur, incolere, non incolere. quemadmodum in ant. cod. & CH. scriptum reperitur.
[40] ponemus vtrinque. M.
[41] appellarunt. CH.
[42] Aramian, Sesamũ. Ver.
[43] Pidne. Vet. 4 Gaucomene. Mesim. Vet.
[45] Endonda Cometas. M.
[46] Cysteni, Femmani, Gadagaleni, Parol, Patrini. Ver.
[47] Cagasnæ, Vet.
[48] Agolen. Chif.
[49] Spintum. Chif.
[50] Hypatiton. Vet. Hyphanimon. M.
[51] nullũ prope. Vtroque latere solitudines &c.
[52] Certè solitudines vt nuper. C.
[53] præfecto. Aegyptiis oppida expugnauit, quæ sola inuenimus. CH. alij præfecto Aegypti. Is oppida eorum &c.
[54] Neata, Chif.
[55] dccclxx. p. Chif.
[56] à Troiano vsque bello. M.
[57] litori. M.
[58] ætate. Ver.
[59] &. in M. deest.
[60] lxvi. lxv. Chif.
[61] xiii l. Chif.

hæc finita nuper [62] disputatio est: quoniam à Syene [63] d c c c l x i i. mill. Neronis exploratores renuntiauere his modis: A Syene Hieran sycaminon l i i i i. mill. pass. Inde [64] Tama [65] l x x v. mill. pass. regionem Euonymiton Aethiopum primam c x x. Acinam [66] l i i i i. mill. Pitaran x x v. Tergedum c v i. mil. Insulam Gagauden esse in medio eo tractu. Inde primùm visas aues psittaccos, & ab altera (quæ vocatur Artigula) animal sphingion, à Tergedo cynocephalos. Inde [67] Napata l x x x. mil. Oppidum id paruum inter prædicta solum. Ab eo ad insulam Meroen c c c l x. M. Herbas circa Meroen demum [68] viridiores syluarúmque aliquid apparuisse, & rhinocerotum elephantorúmque vestigia. Ipsum oppidum Meroen ab introitu insulæ abesse l x x. mil. pass. iuxtáque aliam insulã [69] Tatu dextro subeuntibus alueo, quæ portum faceret. Aedificia oppidi pauca. Regnare fœminam [70] Candaocen, quod nomen multis iam annis ad reginas [71] trãsiit. Delubrum [e] Hammonis [72] & ibi religiosum, & toto tractu sacella. Cæterùm cùm potirentur rerum Aethiopes, iusula ea magnæ claritatis fuit. Tradunt armatorum c c l. mil. dare solitam, artificum [73] c c c c. M. alere. Reges Aetiopum x l v. & hodie traduntur.

[62] disceptatio. Vet.
[63] decies xiii. nouies & septuaginta tum hac summa ad annalium concurrentibus. dcccc. lxxv. Chif.
[64] Tamia. Pineus.
[65] lxx i. Chif.
[66] lxiiii. M. pass. Mſc. & Chif.
[67] Nataba. Chif.
[68] viridiores fœnarum apparuiſſe. Chif.
[69] Tadu. M. & Chif.
[70] Candagen. Chif.
[71] transit. Chif.
[72] eſt. M. & Vet.
[73] vir. M. Mſcr. iii. alare reges. Chiff.

ANNOTATIONES.

a Nunc, *cofir.*
b Troglodyta hodie vocant Abissinor em gentem proximam rubro mari, Regnum Barnagas, appellant indigenæ. ἐρίμβοτον ab Homero 4. odyss. dictos volunt his versibus, quib. ad eos se peruenisse Menelaus refert:

Αὐθὶ ἐπὶ νῆσόν τιν' ἐεδνίην, τηλε ἐρίμβοτ' ἐσικὼς

autem ἀπὸ τῶ ἐν ἠέρι ἱμβάινειν dictos interpretantur, quia etymologia & τραχυτὴς ἀδύνατος appellant.
c Vocauit Pythie Lacedæmonios ἐφιδάκας: quòd excoriatis serpentibus vescerentur. Autor libri τῶν βαρβαρικῶν ἀνομασμάτων.
d De eo vide infrà cap. 26. lib. 10. & cap. 7. lib. 36.
e Iouis, quem κερασφόρον ideo vocarunt, quòd in eius simulachro in tecta cornua supra aures extarent.

Multiformes & miræ hominum effigies. CAP. XXX.

VNiuersa verò gens Aetheria appellata est, deinde Atlantia, mox à Vulcani filio Aethi ope Aethiopia. Animalium hominúmque [1] effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum, artifici ad formanda corpora effigiésque cælandas mobilitate ignea. [2] Ferunt [3] certè ab Orientis parte intima gentes esse sine naribus, æquali totius oris planitie. Alias superiore labro orbas, alias sine linguis. Pars etiam ore concreto & naribus carens, vno tantùm foramine spirat, potúmque calamis auenæ trahit, & grana eiusdem auenæ, sponte prouenientis ad vescendum. Quibusdam pro sermone nutus motúsque membrorum est. Quibusdam ante Ptolemæum Lathyrum regem Aegypti ignotus, fuit vsus ignium. Quidam & Pygmæorum gentem prodiderunt [4] ante paludes, [5] ex quibus Nilus oriretur. In ora autem, vbi desiimus, continui montes ardentibus similes rubent. Troglodytis & rubro mari à Meroe tractus omnis [6] superponitur: à [7] Napata tridui itinere ad Rubrum litus, aqua pluuia ad vsum compluribus locis seruatur, fertilissima regione, quæ interest, auri. Vlteriora Atabuli Aethiopum gens [8] tenet. Deinde contra Meroen [9] Megabari, quos aliqui [10] Adiabaras nominauere, oppidum habent Apollinis. Pars eorum Nomades, quæ elephantis vescitur. Ex aduerso in Africæ parte Macrobij. Rursus à Megabaris Memnones & [11] Daueli, dierúmque viginti interuallo Critensi. Vltra eos Dochi, deinde Gymnites semper nudi. Mox Anderæ, [12] Mathitæ, Mesagebes, Hipporeæ, atri coloris tota corpora rubrica illinunt. At ex Africæ parte Medimni. Deinde Nomades cynocephalorum lacte viuentes, [13] Olabi, Syrbotæ, qui octonûm cubitorum esse dicuntur. Aristocreon Libyæ latere à Meroe oppidum [14] Tolen dierum quinque itinere tradit. Inde dierum duodecim [15] Esar Aegyptiorum oppidum, qui Psammeticum fugerint. In eo [16] produntur annis trecentis habitasse. Cõtrà in Arabico latere [17] Daron oppidum esse eorum. Bion autem Sapen vocat, [18] quod ille Esar, & ipso nomine aduenas ait significari. Caput eorum in insula [19] Sembobitin, & tertium in Arabia, [20] Sai. Inter montes autem & Nilum [21] Symbari sunt, [22] Phalanges, in ipsis verò montibus Asachæ multis nationibus. Abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere. Viuunt elephantorum venatu. Insula [23] in Nilo Semberritarum, reginæ paret. Ab ea [24] Nubei Aethiopes dierum octo itinere. Oppidum eorum Nilo impositum, Tenupsis. Sambri apud quos quadrupedes omnes sine auribus, etiam elephanti. At ex Africæ parte Ptoembari, Ptoemphanæ, qui canem

[1] monstrificas effigies. Chiff.
[2] Ferunt. M.
[3] certis. Chif.
[4] inter. Chif.
[5] à Chif.
[6] supponitur. M. alij, supponitur.
[7] Napata. Chif.
[8] tenent Chif.
[9] Megabri. Vet. Megabarri. M.
[10] Adiabaros. Chif.
[11] Daboffi. CH. Danelli ex Ald. M.
[12] Morthes Mossages. Ipsodoro. Chif.
[13] Aladi, Syrdotæ. Chif.
[14] Tolsen. CH. Thale Pineus.
[15] Desar op. Aegypt. Chif.
[16] prodente se ccc. habitasse M. eni consentit. CH. nisi quòd ccc. habet.
[17] Dalion, vt suprà. Pint. Danion. Salm. Dianon. M. Diaron. Vet. Diarõ oppidum esse deorum. Chif.
[18] quod ille asserit & ipso nomine aduenas significari. M.
[19] Sunt qui. malint. Psseboitin mimirum à Pseboa lacu, quem suprà Meroen collocat Strabo lib. 17. satis ampla ipsignem insula, eáque egregiè habitata. eius meminit & Artemidorus authore Stephano.
[20] Sina. M. Sinar. CH.
[21] Batri. Chif.
[22] Phaliges. Ver. Manser. Paludgges. Chif.
[23] in illo Sembritarũ regioni. Ver. M.
[24] Nubæ. Ver.

canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes, Auruſpi oppido longè [25] à Nilo ſito. Poſteà Achiſarmi, Phaliges, Marigeri, Caſamarri. Bion & alia oppida in inſulis tradit, à [26] Sembobiti Meroen verſus dierum toto itinere viginti. Proximæ inſulæ, oppidum Semberritarum ſub regina: & aliud Aſar: alterius oppidum Daron. Tertiam Medoen vocant, in qua oppidum Aſel. Quartam eodem, quo oppidum, nomine [27] Garoden. Inde [28] per ripas oppida, Nauos, [29] Modundam, Andatim, Setundum, Colligat, Secande, Nauectabe, Cumi, Agroſpi, Aegipam, Candrogari, [30] Arabam, Summaram. Regio ſuprà Sirbitum, vbi deſinunt [31] montes, traditur à quibuſdam habere maritimos Aethiopas, Niſicaſtes, Niſitas, quod ſignificat ternûm & quaternûm oculorum viros: non quia ſic ſint, ſed quia ſagittis præcipua contemplatione [32] vtantur. [33] Ab ea verò parte Nili, quæ ſupra Syrtes maiores, Oceanúmque meridianum protenditur, [34] Dalion vocatos eſſe dicit, pluuia tantum aqua vtentes [35] Ciſoros, Longoporos. Ab Oecalicibus dierum quinque itinere Vſibalcos, Iſuelos, Pharuſos, Valios, Ciſpios. Reliqua deſerta. Deinde [36] fabuloſa: ad Occidentem verſus Nigræ, quorum rex vnum oculum habeat in fronte. Agriophagi, pantherarum [37] & leonum carnibus maximè viuentes. Pamphagi, omnia mandentes. [a] Anthropophagi [38] humana carne veſcentes. Cynamolgi, caninis capitibus. Artabatitæ quadrupedum ferarum modo vagi. Deinde Heſperij, Perorſi, [39] quos in Mauritaniæ confinio diximus. Pars quædam Aethiopum locuſtis tantùm viuit, fumo & ſale duratis in annua alimenta: ii quadrageſimum annum vitæ non excedunt. Aethiopum terram vniuerſam cum mari Rubro patere in longitudinem [40] ſemel & vicies centena lxx. mil. paſſ. in latitudinem cum ſuperiore Aegypto [41] duodecies centena xcvii. M. Agrippa exiſtimauit. [42] Quidam longitudinem ita diuiſerunt. A Meroe Sirbitum [43] xii. dierum [44] nauigationẽ. Ab ea [45] xii. ad Dauellos. Ab iis ad Oceanũ Aethiopicum ſex dierum iter. In totum autem ab Oceano ad Meroen [46] dcxxv. mil. paſſ. eſſe inter autores ferè cõuenit: inde Syenen, quantum diximus. Sita eſt Aethiopia ab Oriente hyberno ad Occidentem hybernum. Meridiano cardine ſyluæ hebeno maximè virent: à media eius parte imminens mari mons excelſus, æternis ardet ignibus, [47] Theõn ochema dictus Græcis: à quo nauigatio quatridui ad promontorium, quod [48] Heſperion ceras vocatur, confine Africæ iuxta Aethiopes Heſperios. Quidam & in eo tractu modicos colles amœna opacitate veſtitos Aegipanum Satyrorúmque produnt.

25 à Nili ſitu. M.

26 Pſeboiti.

27 Gara. Deinde Paropas oppidum. CH.
28 Paropas oppidum Ver.
29 Modundæ, Mandatini, Secundini. M. & Vet.
30 Arabum ſummorum regio. M. Ver.
31 montes. Traditur à q. haberi. Pint.
32 vtuntur. M.
33 *Locum hunc Pintianus ſanare multis ſic legi poſſe arbitratur;* Ab ea verò parte cæli, quæ ſupra Syrtes maiores Oceano meridiano prætenditur. In M. legitur, Ab ea verò parte ſoli, quæ &c.
34 Daliõ notatos. M.
35 Ciſuros. Ver.
36 fabuloſa. Ver.
37 leonumque maximè carne. Chif.
38 humanâ carnem. Chiffl.
39 & quos. M.
40 xxi.lxx.p. Chif.

41 *Calculi ratio videtur expoſcere, vt Quindecies cẽtẽ xcvii. M. legamus. Ex euim ſumma conficietur, ſi. dcxxv. millibus quibus Meroë diſtat ab Oceano, iungatur decclxxii. millia, quod eſt interullum quo Meroës diſtat à Syene, extremo Aethiopiæ termino.* CH, xi. xcvii.
42 *Melius ſic:* Sunt qui latitudinem ita diuiſerunt. *Hoc enim diuiſio ſit à Septentrione in Meridiem. cùm Aethiopiæ longitudo, ipſi ceſtim Plinio teſte, ab ortu hyberno in Occaſum hybernum porrigatur.*
43 xi. Chif.
44 nauigatione. M. & Vet.
45 xv. ad Dabellos. Ab his. Chif.
46 dcxxv. p. Chif.
47 Aeenocauma, Ver. alij, Aeconiocauma.
48 Heſperu ceras. Chif. Tol. Salm.
49 *ege* pronuntiat. CH.

2 ſylnarum. M.
3 deſtillante. Chif. diſtillante. M.
4 Myrrhæ. M.
5 ſuauitatis contra ſinum Perſicum. Cerne nominatur. Pint. & Chif.
6 habitare. M.

7 dierum. M.
8 prænauigationi. Chif.

9 hoc quoque. Chif.

10 duarũ. Vet. duarũ Gorgadum. Chif.

11 Heſperidum. Chif.

Inſulæ Aethiopici maris. CAP. XXXI.

INſulas toto eo mari & Ephorus complures eſſe tradidit, & Eudoxus, & Timoſthenes: Clitarchus verò Alexandro [1] regi renuntiatam adeò diuitem, vt equos incolæ talentis auri permutarent. Alteram, vbi ſacer mons opacus [2] ſylua repertus eſſet, [3] diſtillantibus arboribus odore [4] miræ [5] ſuauitatis. Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula aduerſa Aethiopiæ, cuius neque magnitudo, neque interuallum à continente conſtat Aethiopas tantùm populos [6] habere proditur. Ephorus autor eſt, à Rubro mari nauigantes in eam non poſſe propter ardores vltra quaſdam columnas (ita appellantur paruæ inſulæ) prouehi. Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem à terra ſtadia octo abeſſe prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex aduerſo maximè Carthaginis à continente paſſus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. Traditur & alia inſula contra montem Atlantem, & ipſa Atlantis appellata. Ab ea [7] quinque dierum [8] nauigatione ſolitudines ad Aethiopas Heſperios, & promontorium, quod vocauimus Heſperion ceras, inde primum circumagente ſe terrarum fronte in Occaſum, ac mare Atlanticum. Contra [9] hoc promontorium Gorgades inſulæ narrantur, Gorgonum quõdam domus, biduí nauigatione diſtantes à continente, vt tradit Xenophon Lampſacenus. Penetrauit in eas Hanno Pœnorum Imperator, prodiditque hirta fœminarum corpora, viros pernicitate euaſiſſe: [10] duarúmque Gorgonum cutes argumenti & miraculi gratia in Iunonis templo poſuit, ſpectatas vſque ad Carthaginem captam. Vltra has etiamnum duæ [11] Heſperides inſulæ narrantur. Adeóque omnia circa hæc incerta ſunt, vt Statius Seboſus à Gorgonum inſulis prænauigatione Atlantis dierum xl. ad Heſperidum inſulas curſum

1 Ixxxiii. Pint.

2 xii. l. M. paſſ. Pint. ex Tol. ſic & CH.
3 cxxv. Pint. ex Tol. ſic & CH.
4 xxiiii. l. CH.

5 traxit. Tol.
6 curſu xiii. l. CH.
7 intra Mæotin. Tol. & CH.
8 clviii. CH.
9 cẽties octogies bis ex Marciano. Pint.
10 tradidit. CH.

11 lxxii. xi. xciii. CH. longitudo lxxxiii. latitudo xvi. xviii. Pint. ex Marciano.
12 xxxvii. xciii. Pint. ex Marciano. & CH. xcviii. Tol.
13 vniuerſ. menſ. quę veniet in comparationem. Tol. vniuerſa menſuræ quæ veniet in comparationem. CH.

ſum prodiderit, [12] ab iis ad Heſperion ceras vnius. Nec Mauritaniæ inſularum certior fama eſt. Paucas modò conſtat eſſe ex aduerſo Autololum, à Iuba repertas, in quibus Gætulicam purpuram tingere inſtituerat.

12 abhis ad Heſperia ceras. CH.

De fortunatis inſulis. CAP. XXXII.

SVnt, qui vltra [1] eos Fortunatas putant eſſe, quaſdámque alias: [2] quorum numero idem Seboſus etiam ſpatia complexus, Iunoniam abeſſe à Gadibus dccl. mil. paſſ. tradit. Ab ea tantumdem ad Occaſum verſus Pluuialiam, Caprariámque: in Pluuialia non eſſe aquam, niſi ex [3] imbribus. Ab iis ccl. mil. paſſ. [a] Fortunatas, contra læuam [4] Mauritaniæ viii. mil. paſſ. Oram Solis vocari [5] in conualle à conuexitate, & Planariam à ſpecie, conuallis circuitu ccc. mil. paſſuum. Arborum ibi proceritatem ad [6] centum quadragintaquatuor pedes adoleſcere. Iuba de Fortunatis ita inquiſiuit: [7] ſub Meridiem poſitas eſſe prope occaſum, à Purpurarijs [8] dccxxv. mil. paſſuum, ſic vtccl. ſupra occaſum nauigetur: [9] deinde per lxxv. mil. paſſuum ortus petatur. Primam vocari Ombrion nullis ædificiorum veſtigiis: habere in montibus ſtagnum, arbores ſimiles ferulæ, ex quibus [10] aquæ exprimantur, ex nigris amara, ex candidioribus potui iucunda. Alteram inſulam Iunoniam appellari, in ea ædiculam eſſe tantùm lapide extructam. Ab ea in vicino eodem nomine minorem. Deinde Caprariam lacertis grandibus refertam. In conſpectu earum eſſe [11] Niuariam, quæ hoc nomen [12] accepit à perpetua niue, nebuloſam. Proximam ei Canariam vocari, à multitudine canum ingentis magnitudinis: ex quibus perducti ſunt [13] Iubæ duo: apparéntque ibi veſtigia ædificiorum. Cùm autem omnes copia pomorum & auium omnis generis abundent, hanc & palmetis caryotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Eſſe copiam & mellis. Papyrum quoque & ſiluros in [14] amnibus gigni. Infeſtari eas belluis, quæ expellantur aſſiduè, [15] putreſcentibus. [16] At abundè orbe terrarum extrà intrà indicato, colligenda in arctum menſura æquorum videtur.

1 eas. M. & CH.
2 quarũ numeros. M.

3 imbri. M. & CH.

4 Mauritaniæ in octauam horam Solis locari. Conſtantinus. vt & cap. 11. lib. 17. & cap. 5. lib. 3. inter ſextam horam primámque brumalem. In nonam horam Solis. Tol. Salm.
5 in conuallis conuexitate & Planarias. Ver. vocari Inualtem Cõuexitatem & Planitiẽ, ſpecie. Inuallis circuitu. Tol. *vt hæc ſint propria inſularum nomina.*
6 cxiii. CH.
7 vt ſub Meridie quoque, &c. CH.
8 *Legendum* dcxxv. *mill. tum ex veteſt. cod. tum ex numerie ſequentibus, ſummæ huic ad rectam congruentibus. Nec aliter in CH. legitur.*
9 Dein per cclxxv. CH. & M.
10 aqua exprimatur. CH. M. Ver.
11 Ningariam. CH.
12 acceperit. CH.
13 à Iuba. Ver.
14 omnibus.
15 putreſcẽtibus. Tol. Salm. CH.
16 Et abunde orbe terræ extra intra indicato, colligendam in arctum menſuram Chif.

ANNOTATIONES.

a Contra fortunatas inſulas contra læuam Mauritaniæ, in octauam horã ſolis locari autor ait. Hoc eſt inter Meridiem & hybernum ſolis occaſum, ſiue inter Notum & Libanoton Geographi & rei ruſticæ ſcriptores per horas vulgares ſolent regiones cæli, terrarumque ſitum & poſitionum deſignare. Vide adnot. in cap. 11. lib. 17. Plautus in Trinummo de his inquit.

Sicut Fortunatorum memorant inſulas,
Quò cuncti, qui ætatem egerunt caſte ſuam,
Conueniant.

Terra per menſuras computatæ digeſtio. CAP. XXXIII.

POlybius à Gaditano freto longitudinẽ directo curſu ad os Mæotis, [1] xxxiiii. xxxvii. mil. ccccc. paſſuum prodidit. Ab eodem initio ad Orientem recto curſu Siciliam [2] xii. lx. mil. ccccc. paſſ. Cretam cccl xxv. mil. paſſ. Rhodum clxxxvi. mil. ccccc. paſſ. Chelidonias tantundem: Cyprum [3] cccxxv. mil. paſſ. Inde Syriæ Seleuciam Pieriam cxv. mill. paſſuum. Quæ computatio efficit [4] vicies ter centena xl. mil. paſſuum. Agrippa hoc idem interuallum à freto Gaditano ad ſinum Iſſicum per longitudinem directam xxxiiii. xl. paſſuum mil. [5] taxat, in quo haud ſcio an ſit error numeri, quoniam idem à Siculo freto Alexandriam [6] curſus xii. l. mill. paſſuum tradidit. Vniuerſus autem circuitus per ſinus dictos ab eodem exordio colligit [7] ad Mæotin lacum [8] clvi. mil. paſſuum. Artemidorus adiicit dcclvi. mill. Idem cum Mæotide [9] clxxiii. xc. mill. paſſuum eſſe [10] tradit. Hæc eſt menſura inermium, & pacata audacia fortunam prouocantium hominum. Nunc ipſarum partium magnitudo comparabitur, vtcunque difficultatem afferet authorum diuerſitas. Aptiſſimè tamen ſpectabitur ad longitudinem latitudine addita. Eſt ergo ad hoc præſcriptum Europæ [11] magnitudo lxxxi. xlviii. mil. paſſuum. Africæ (vt media ex omni varietate prodentium ſumatur computatio) efficit longitudo [12] xxxvii. xlviii. mill. Latitudo, quà colitur, nuſquam ducenta quinquaginta millia paſſuum, excedit. Sed quoniam à Cyrenaica eius parte nongentorum decem millium paſſuum, eam fecit Agrippa, deſerta eius ad Garamantas vſque, quà noſcebantur, complectens, [13] vniuerſam menſu-

1 lxxxiii. Pint.

2 xii. l. M. paſſ. Pint. ex Tol. ſic & CH.
3 cxxv. Pint. ex Tol. ſic & CH.
4 xxiiii. l. CH.

5 traxit. Tol.
6 curſu xiii. l. CH.
7 intra Mæotin. Tol. & CH.
8 clviii. CH.
9 cẽties octogies bis ex Marciano. Pint.
10 tradidit. CH.

11 lxxii. xi. xciii. CH. longitudo lxxxiii. latitudo xvi. xviii. Pint. ex Marciano.
12 xxxvii. xciii. Pint. ex Marciano. & CH. xcviii. Tol.
13 vniuerſ. menſ. quę veniet in comparationem. Tol. vniuerſa menſuræ quæ veniet in comparationem. CH.

ram quæ venit in computationem, XLVI. VIII. mil. pass. efficit. Asiæ longitudo in confesso est [14] LXIII. mil. DCCL. mil. pass. Latitudo sanè computetur ab Aethiopico mari Alexandriam iuxta Nilum sitam, vt per Meroen [15] & Syenen mensura currat, [16] XVIII. LXXV. mil. pass. Apparet ergo Europam paulo minus dimidia Asiæ parte maiorē [17] esse, quàm Asiam. Eandem altero tanto & sexta parte Africæ ampliorem, quàm Africam. Quòd si misceantur omnes summæ, liquido patebit Europam totius terræ tertiam esse partem & [18] octauā paulo amplius: Asiam verò quartam & quartamdecimam: Africam autem quintam & insuper sexagesimam. His addemus etiamnum vnam Græcæ inuentionis [19] sententiam vel exquisitissimæ subtilitatis, vt nihil desit in [20] spectando terrarū situ: indicatísque regionibus noscatur, [21] & quæ cuique earum sortis cietas sit siue cognatio dierum ac noctium, quibúsque inter se partes vmbræ & æqua mundi conuexitas. Ergo reddetur hoc etiā, [22] terráque vniuersa in membra cæli digeretur. Plura sunt autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere, Græci parallelos.

14 tricies. decc. Plin. 15 & per.

16 decies octies XXV. Marrianus.

17 Esse: quin Asiam eandem.

18 octaua.

19 scientiam. M.

20 inspectato. M.

21 & cū qua cuique societas sit. CH. cum qua cuique earum sortis cietas sit. Alij.

22 terræq; vniuersæ in m.c. digeretur. M. & Chif.

Digestio terrarum in parallelos, & vmbras pares.
CAP. XXXIIII.

PRincipium [1] habet Indiæ pars versa ad Austrum. Patet vsque Arabiam & Rubri maris accolas. Continentur Gedrosi, Persæ, Carmani, Elymæi, Parthyene, Aria, Susiane, Mesopotamia, Seleucia cognominata Babylonia, Arabia ad [2] Petras vsque, Syria Cœle, Pelusium Aegypti: [3] inferiórque ora, quæ vocatur Alexandriæ, Africæ maritima, Cyrenaica oppida omnia, Thapsus, Adrumetum, Clupea, Carthago, Vtica, vtraque Hippo, Numidia, Mauritania vtraque, Atlanticum mare, columnæ Herculis. In hoc cœli [4] circumplexu æquinoctij [5] die media, vmbilicus, quem gnomonem vocāt, VII. pedes longus, vmbram non amplius IIII. pedes longam reddit. Noctis verò dieíque [6] longissima spatia horas XIIII. æquinoctiales habent, breuissima [7] è contrario X. Sequens circulus incipit ab India vergente ad occasum vadit per [8] medios Parthos, Persepolin, citima Persidis, Arabiam citeriorem, Iudæam, Libani montis accolas. Amplectitur Babylonem, Idumæam, Samariam, Hierosolymam, Ascalonem, Ioppen, Cæsaream, Phœnicen, Ptolemaidem, Sidonem, Tyrum, Berytum, Botryn, Tripolin, Byblum, Anthiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Ciliciæ maritima, [9] Cyprum, austrinam Cretam, Lilybæum in Sicilia, septentrionalia Africæ & Numidiæ. Vmbilicus æquinoctio XXX V. pedum, vmbram vigintiquatuor pedes longam facit. Dies autem nóxque maxima quatuordecim horarum æquinoctialium est, accedente iis quinta parte vnius horæ. Tertius circulus ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caspias portas Mediæ [10] proximas, Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Issum, Ciliciasportas, Solos, Tarsum, Cyprum, Pisidiam, Pamphyliæ Siden, Lycaoniam, Lyciæ Patara, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnassum, Gnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Gythium, Maleam, Argos, Laconiam, Elin, Olympiam, [11] Messenen, Peloponnesi, Syracusas, Catinam, Siciliam mediam, Sardiniæ austrina, Carteiā, Gades. Gnomonis centū vnciæ, vmbrā septuagintaseptem vnciarum faciunt. Longissimus dies est æquinoctialium horarum quatuordecim atque dimidiæ, cū trigesima parte vnius horæ. Quarto subiacent circulo, quæ sunt ab altero latere Imai, Cappadociæ austrina, Galatia, Mysia, Sardis, Smyrna, Sipylus, Tmolus mons Lydiæ, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Ephesus, Miletos, Samos: Chios, Icarium mare, [12] Cyclades Septentrionales, Athenæ, Megara, Corinthus, Sicyon, Achaia, Patræ, Isthmos, Epirus, Septentrionalia Siciliæ, Narbonensis Galliæ exortiua, Hispaniæ maritima à Carthagine noua, & inde ad occasum. Gnomoni XXI. pedum, respondent vmbræ XVII. pedum Longissimus dies habet æquinoctiales horas quatuordecim, & duas tertias vnius horæ. Quinto continentur segmento ab introitu Caspij maris, Bactra, Iberia, Armenia, Mysia, Phrygia, Hellespontus, Troas, Tenedus, Abydos, Scepsis, Ilium, Ida mons, Cyzicum, Lampsacum, Sinope, Amisum, Heraclea in ponto, Paphlagonia, Lemnus,

1 Principium habet Indiæ. Pars versa ad Austrum patet vsque &c.

2 Petram vt suprà cap. 28.

3 infraque ora Rhacotis vocata, nunc Alexandria. Plin. ex Steph. inferiora quæ chora vocatur Alexandria. CH. vtrque Tol. & Chif.

4 circumplexu. M.

5 dimidio, M.

6 longissimæ. Chif.

7 ex. Chif.

8 Medos. Chif.

9 Cypri austrina. Chif.

10 proximam Cataoniæ Cappadoc. CH.

11 Messenam. Chif

12 Cycladum Septentrio. Chif.

Lemnus, Imbrus, Thasus, Cassandria, Thessalia, Macedonia, Larissa, Amphipolis, Thessalonice, Pella, [13] Edessa, Bercea, Pharsalia, Carystum, [14] Eubœa, Bœoti, Chalcis, Delphi, Acarnania, Aetolia, Apollonia, Brundisium, Tarentum, Thurij, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Tuscum mare, Corsica, Baleares, Hispania media. [15] Gnomoni septem pedes, vmbræ sex. Magnitudo diei summa, horarum æquinoctialium quindecim. Sexta comprehensio, qua continetur vrbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, Septentrionalia Armeniæ, Apolloniam supra Rhyndacum, Nicomediam, Nicæam, Chalcedonem, Byzantium, Lysimachiam, Cherrhonesum, Melanem sinum, [17] Abderam, Samothraciam, Maroneam, Aenum, [18] Bessicam, Thraciam mediam, Pæoniam, Illyrios, Dyrrhachium, Canusium, Apuliæ [19] extima, Campaniam & Hetruriam, Pisas, Lunā, Lucam, Genuā, Liguriā, Antipolin, Massiliā, Narbonem, Tarraconem, Hispaniam Tarraconensem mediam, & inde per Lusitaniam. Gnomoni pedes nouem, vmbræ octo. Longissima diei spatia, horarum æquinoctialium quindecim, addita nona parte vnius horæ: aut, vt Nigidio placuit, quinta. Septima diuisio ab altera Caspij maris ora incipit: [20] caditque supra Callatim, Bosphorum, Borysthenem, Tomos, Thraciæ [21] auersa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicetiam, Patauium, Veronam, Cremonam, Rauennam, Anconam, [2] Picenum, Marsos, Pelignos, Sabinos, Vmbriam, Arminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniáque ab Apennino: transque Alpes, Galliam Aquitanicam, Viennam, Pyrenæum, Celtiberiam. Vmbilico trigintaquinque pedum, vmbræ trigintasex, vt tamen in parte Venetiæ exæquetur vmbra Gnomoni: amplissima dies horarum æquinoctialium quindecim, & quintarum partium horæ trium. Hactenus antiquorum exacta celebrauimus. Sequentium diligentissimi, quod supereſt terrarum [22] tribus [23] assignauere segmentis. A Tanai per Mæotin lacum & Sarmatas vsque Borysthenem, atque ita per Dacos partémque Germaniæ, Gallias, Oceani litora amplexi, quod esset horarum sedecim. Alterum per Hyperboreos & Britanniam, horarum decem & septem [24] Postremò Scythicū à Riphæis iugis in Thulen, in quo dies continuarentur (vt diximus) noctésque per vices. Iidem & ante principia, quæ fecimus, posuere circulos duos. Primum per [25] insulam Meroen, & Ptolemaidem, in Rubro mari ad elephantorum venatus conditam: vbi longissimus dies duodecim horarum esset, dimidia hora amplior. Secundum per Syenen Aegypti euntem, qui esset horarum [26] tredecim. Iidémque singulis dimidia horarum spatia [27] vsque vltimum adiecere circulis. Et hactenus de terris.

13 Edessus.

14 Eubœæ. Of eum. Plin. ex Strabone & Stephano. Euboea, Bœotum. Chif.

15 Gnomonis.

16 vmqræ. M. & CH.

17 Abdera ex Strab. & M.

18 Bessiam Thraciæ. Plin.

19 extuma. Chif.

20 vaditque. Chif.

21 aduersa. Chif.

22 supra tribus. Tol.

23 assignauere. CH.

24 Postremum. Tol. Salm. CH.

25 insulas.

26 XIII. CH.

27 vsque] ad vltimū. M. Vet. CH.

ANNOTATIONES.

[a] Picenum hodie, *Marche d'Ancona*: Marsi, *Labruzzo*: Peligni, *Ducado di Spoleto*. Sabini, *Sauina*.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEPTIMVS.

PROOEMIVM.

MVNDVS, & in eo terræ, gentes, [1] maria, insulæ, insignes vrbes, ad hunc modum se habent. [a] Animantium in eodem natura, nullius propè partis contemplatione minor est, si quidem omnia exequi humanus animus queat. Principium iure tribuetur homini, cuius causa videtur cuncta alia genuisse natura, [b] magna & sæua mercede contra tanta sua munera: [2] vt non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Antè omnia vnum animantium cunctorum, [3] alienis velat opibus: cæteris [4] variè [5] tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pennas, squamas, vellera. Truncos etiam arboresque cortice, interdum gemino, à frigoribus & calore [6] tutata est. Hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die [7] abiicit [c] ad vagitus statim & ploratum, [d] nullúmque tot animalium [8] aliud ad lacrymas, & has protinus vitæ principio. At Hercule risus, præcox ille & cellerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, [9] quæ [10] ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt, & omnium membrorum [11] nexus: itáque feliciter natus iacet, manibus pedibúsque deuinctis, flens, animal cæteris imperaturum: & à suppliciis vitam auspicatur; vnam tantùm ob culpam, [12] quia natum est. Heu [13] dementiam ab [14] iis initiis exístimantiũ ad superbiam se [e] genitos. Prima roboris spes, primúmque temporis munus [f] quadrupedi similem facit. Quando [15] homini incessus? quando vox? quando firmum [16] cibis os? quandiu palpitans vertex, summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iá [17] morbi, tótque medicinæ contra mala excogitatæ, & hæ quoque subinde nouitatibus [18] victæ. Cætera sentire naturam suam, alia pernicitatem vsurpare, alia præpetes volatus, [19] alia vires, alia nare: [20] hominẽ scire nihil sine doctrina, nõ fari, nõ ingredi, nõ vesci: breuitérque non aliud naturæ sponte, quàm flere. Itaque multi extitere, qui non nasci optimum [g] censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Vni animantium luctus est datus, vni [21] luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per singula membra: vni ambitio, vni auaritia, vni immensa viuendi cupido, vni superstitio, vni sepulturæ cura, atque etiam post se [22] de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior. Denique cætera animantia in suo genere probè degunt:

1 maria insignia, insulæ, vrbes.

2 non sit vt satis Tol.

3 aliena alienis. Vet. eiectorum aliena vestrope. Tol.
4 varia. Tol.
5 tegimenta. Chif.

6 tuta est. Salm.
7 abiecit. Vet.
8 aliud pronius ad. Hermol.

9 quo. Vet.
10 neque. M.
11 nexus. Atqui infeliciter natum. Vet. nexus At homo infeliciter. M.

12 qua. Tol. Chif.
13 dementia. Vet.
14 his. Chif.

15 hominis.. Vet. & Chif.
16 cibis sospes. Tol. legendum cibis os sospiti, id est, bene fano.
17 morbi tot, atque medicinæ per contra Vet.
18 victæ. Et cætera. M.
19 alia ire. M.
20 hominem nihil scire, nihil &c. Tol. nihil scire nisi doctrinam. Chif.
21 luxus.
22 de futura. Vet. sub sepulturæ. Ioan. Britannicus.

gunt: congregari videmus, & stare contra dissimilia: Leonum feritas inter se non dimicat: [23] serpentum morsus non petit serpentes: ne maris quidem belluæ ac pisces, nisi in diuersa genera, sæuiunt. At Hercule [24] homini plurima ex homine sunt mala.

23 serpentium. GH.

24 non homini &c. mala. Hermol.

ANNOTATIONES.

De animalium diuisione, & an quædam sint terrestria, alia aquatica, aëra, cœlestia: quod Ouidius his versibus ostendit:

Neu regio foret vlla suis animantibus orba,
Astra tenent cœleste solum, formæque Deorum
Cesserunt nitidis habitant de piscibus vndæ
Terra feras cepit, volucres agit amplis aër.

Vide doctam & eruditam quæstionem apud Magium cap. 21. 1.

1 Ob Lege Sallustium initio belli Iugurthini.

c Hanc Plinij querelam an æqua iustáque sit, prudenter expendit Rhodigi. Cap. 10. 3. Porro idem Plutarchus, quod & Plinius, in hominis natura & conditione accusat, lib. de Fortun. Quod verò scribit Augustin. 4. de Ciuit. priscus Romanis mos fuit infantem statim natum, humi deponere, ac continuò leuare: vnde Leuana dea vocata est. Quidam ad eum ritum pertinere putant verba Plinij. d Mirè conuenit hic elegantissimum Palladæ Epigram.

Δακρυχέων γενόμην, ἐξ δακρύσας ἀποθνήσκω·
Δάκρυσι δ' ὧν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
Ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον ἀσθενὲς οἰκτρόν,
Συρόμενον χ' ὑγρῇς, ἐξ διαλυόμενον.

Olim mos fuit infantibus terram attingi, Opémque Deam cum rogare vt nascentibus propitia sinu illos exciperet, quòd non antea vocem dari putarent, quàm terram tetigissent. Quia etiam, vti dictum, Leuanam Deam vocarunt, quæ pueris de terra leuandis præesset. Varroni. & talis fœtus exceptus ab obstetrice in terram statuebatur vt esse rectus inciperet, cap. 14. 29. Præterea ante partum Prosæ & Postuertæ sacrum fiebat, ne peruersus fœtus præposterè exiret, itémque Egeriæ nymphæ, & Fluoniæ Iunoni, vt illarum auxilio infans egereretur, cohiberetúrque sanguinis fluor. Alex. ab Alex. cap. 25 2. Papinius: *tellure eadem tum excepti fomite sinus.* Tertulliano prima infantiæ constitutio Statinæ Deæ sacra est, cuius numine sublatus ex terra puellus erigitur, vt rectus esse incipiat. Cuiacius cap. 30 11. obseruat. Vide & Turneb. cap. 15. 4. Aduers.

e Reddito partu, Pilumno & Picunno in ædibus lectulus sterneba tur, vt vitalis foret, ac ne syluanus puerum vexaturus irreperet, viri tres perugiles, cum ædes circumiissent, ad fores ædium stabant, eorumque primus securi limen, alter pilo feriebat, tertius scopis verrebat. Cùm autem cibo iam & potu vescerentur. Edusam & Potusam placabant: deinde ipso adolescente, Maiam, Staranum, Fabulinum. Alex. ab Alex. cap. 25. 2. Nono die inuocata Nundina Dea nomen imponebatur.

f Huius rei caussam Rhodiginus explicare nititur cap. 10. 3. nempe superiora corporis, ni ea ætate inferioribus adhuc tenellis ac mollisculis esse graviora.

g Eò pertinet sapientissimum dictum Euripidis, γνῶναι μὲν τὰ μὴ ὄντα καὶ μὴ γιγνόμενα καὶ μὴ ὄντα Plutarchus in Cõsolatione Apollonij. Silenum ebrium captum, & vinculis adstrictũ, percontanti Midæ quid optimum homini & maximè optabile esset, id respondisse, tradit, quod & Lactantius confirmat. Lilius Cyrald. lib. 15. de vijs. Apud Laërtium sic ille versus citatur φύντα δ' ὅπως ὠκιστα πύλας ἄιδαο περῆσαι. Ridet auctorem eius sententiæ Epicurus, quòd non statim è vita discesserit, cùm optimum id arbitraretur. Vide locum.

1 Innumeri sunt, teste idem. M. Ver.
1 haud M. Chif.

Gentium mirabiles figuræ. CAP. I.

ET de vniuersitate quidem generis humani, magna ex parte in relatione gentium diximus. Neque enim ritus moresque nunc tractamus [1] innumeros, ac totidem penè, quot sunt hominum cœtus quædam tamen [2] non omittenda duco, maximéque longiùs à mari degentium: in quibus prodigiosa aliqua & incredibilia multis visum iri haud dubito: Quis enim Aethiopias, antequàm cerneret, credidit? aut [3] quid non miraculo [4] est cùm primum in notitiam venit? Quàm multa fieri non posse, priusquàm sint facta, iudicantur? Naturæ verò rerum vis atque maiestas, in omnibus momentis fide caret: si quis modò partes eius, ac non totam complectatur animo. Ne pauones, aut tigrium, pantherarúmque maculas, & tot animalium picturas commemorem, paruum dictu, sed immensum æstimatione, tot gentium sermones, tot linguæ, tanta loquendi varietas, vt externus alieno penè nó sit hominis vice. Iam in facie vultúque nostro, cùm sint decem aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies existere: quod ars nulla [5] in paucis numero præstet affectando. Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidem meam, potiúsque ad autores relegabo, qui [6] dubiis reddentur omnibus: modò ne sit fastidio Græcos sequi, tanto maiore eorum diligentia, vel cura vetustiore.

2 eui. M. Ver.
4 fuit. Ver.

5 paucorum
6 de dubijs rogentur. Ver.

De Scythis & aliarum diuersitate gentium. CAP. II.

ESse Scytharum genera, & quidem plura, quæ corporibus humanis vescerentur, indicauimus. Idipsum incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarum, [1] ac Sicilia & Italia fuisse gentes huius monstri, Cyclopas & Læstrigonas, & nuperrimè trans Alpes hominem immolari [2] gentium earum more solitum: quod paulum à mandendo abest: Sed & iuxa eos, qui sunt ad Septentrionẽ versi, haud procul ab ipso Aquilonis exortu, specúque eius dicto, quem locum [2 b] Gesclitron appellant, produntur Arimaspi, quos diximus, vno oculo [c] in fronte media insignes: quibus assiduè bellum esse circa metalla cum gryphis, ferarum volucri genere, quale vulgò traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris custodientibus, & Arimaspis rapientibus, multi, sed maximè illustres Herodotus, & Aristeas Proconnesius scribunt. Super alios autem Anthropophagos Scythas, in quadam conualle magna Imai montis, regio est, quæ vocatur [3] Abarimon, in qua syluestres viuunt homines, auersis post crura plantis,

1 *verbabat* ac Sicilia & Italia, *desunt in Tol. in Chiff.* & Italia, *tantum.*

2 Gesclitron. CH. Gesolithron. Ver. Rom. Gesclithron. *Turneb. id est, terræ claustrum.*

3 Abarimon. Chif.

eximiæ velocitatis, passim cum feris vagantes. Hos in alio non spirare cælo, ideóque ad finitimos reges non pertrahi, neque ad Alexandrum Magnum pertractos, Beton itinerum [4] eius mensor prodidit. Priores Anthropophagos, quos ad Septentrionem esse diximus decem dierum itinere supra Borysthenem amnem, ossibus humanorum capitum bibere, [cc] cutibúsque cum capillo pro mantelibus ante pectora vti, Isigonus [5] Nicæensis. Idem in Albania gigni quosdam glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu plusquàm interdiu cernant. Idem itinere dierum x supra Borysthenem, Sauromatas tertio die cibum capere semper. Crates Pergamenus in Hellespontо circa Parium, genus hominum fuisse tradit, quos [d] Ophiogenes vocat serpentum ictus contactu leuare solitos, & manu imposita venena extrahere [e] corpori. Varro [6] etiam nunc esse paucos ibi, quorum saliuæ contra ictus serpentum [7] medeantur. Similis & in Africa gens Psyllorum fuit, vt Agatharchides scribit, à Psyllo rege dicta, cuius sepulchrum in parte Syrtium maiorum est. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, [8] vt cuius odore sopirent eas. Mos verò, liberos genitos protinus obiiciendi sæuissimis earum, eóque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc gens ipsa quidem prope [9] internicione sublata est à Nasamonibus, qui nunc eas tenent sedes: genus tamen hominum ex [10] his qui profugerant, aut cùm pugnatum est, abfuerant, hodiéque remanet in paucis. Simile & in Italia Marsorum [11] gentis durat, quos à [12] Circes filio ortos seruat, & ideo inesse iis vim naturalem eam. Et tamen omnibus hominibus cótra serpentes inest venenum: [13] ferúntque [14] ictas saliua, vt [15] feruentis aquæ contactum fugere. Quòd si in fauces penetrauerit, etiam mori: idque maximè humani ieiuni oris. Supra Nasamonas confinésque illis Machlyas, [f] Androginos esse vtriusque naturæ, inter se vicibus [16] coëuntes, Calliphanes tradit. Atistoteles adiicit, dextram [17] mammam iis virilem, læuam mulieb rem esse. In eadem Africa familias quasdam effascinantium, Isigonus & Nymphodorus [18] tradunt [18] quarum laudatione [g] intereant probata, [20] arescant arbores, emoriantur infantes. Esse eiusdem generis in Triballis & Illyriis, adiicit Isigonus, [h] qui visu quoque effascinent, interimántque quos diutius intueantur. [20] iratis præcipuè oculis: [22] quod eorum malum facilius sentire puberes. Notabilius esse quòd [i] pupillas binas in oculis singulis habeant. Huius generis [23] [k] & fœminas in Sythia, quæ vocantur [23] [k] Bithyæ, prodit Apollonides. Philarchus & in Ponto [24] [l] Thibiorum genus, multósque alios eiusdé naturæ: quorũ notas tradit in altero oculo geminã pupillã, in altero [m] equi effigiem. Eosdem præterea non posse mergi, ne veste quidem degrauatos. Haud dissimile [25] iis genus Pharnacum in Aethiopia prodidit Damon, quorum sudor tabem contactis corporibus afferat. Fœminas quidem omnes vbique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auror est. Adeò naturæ, cùm ferarum [26] morem vescendi humanis [27] viscerbns in homine genuisset, gignere etiam in toto corpore & in quorundam oculis quoque venena placuit: ne quid vsquam mali esset, quod in homine non esset. Haud procul vrbe Roma in Faliscorum agro familiæ sunt [28] paucæ, quæ vocantur Hirpiæ: quæ sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem [n] Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non [29] aduruntur. Et ob id perpetuo [30] senatusconsulto militiæ omniúmque aliorum munerum vacationem habent. Quorundam [33] corpore partes nascuntur [32] ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextero pede: cuius tactu lienosis medebatur. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditúmque loculo in templo. Præcipuè India Aethiopúmque tractus, miraculis scatent. Maxima in India gignuntur animalia. Indicio sunt canes grandiores cæteris. Arbores quidem tantæ proceritatis traduntur, vt sagittis [33] superari nequeant. Hæc facit vbertas soli, temperies cæli, aquarum abundantia (si libeat credere) vt sub vna [34] ficu [o] turmæ condantur equitum. Arundines verò [p] tantæ proceritatis, vt singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Multos ibi quina cubita constat longitudine excedere: non expuere: non capitis, aut dentium, aut oculorum vllo dolore affici, rarò aliarum corporis partium: tam moderato Solis vapore

4 eiusdé Alexãdri. M.

5 Iceensis. Chif. Sicaensis. Turn.

6 etiamnum. Chif.

7 medemur. M.

8 &. M. & CH. ex Ver.

9 interẽptione. Vet.

10 ijs. Chif.

11 genus. M. & Chif. gente. Ver.
12 Circæ. Chif.
13 Ferunt. Chif.
14 idu saliuæ vt ferentis aquæ contactu fugere.
15 frigentis aquæ cõtactu. Ver. & M.
16 coëuntibus. Chif.
17 in mamis virilem. Tol.
18 trãdunt, deoñ in Tol. & Chif.
19 quorum. Chifl.
20 arescunt. Chif.

20 irritatis. Tol.
21 & id. Vet.

22 &, in Vet.
23 Vicinæ. Tol. quæ Vitia vocantur. Chif.
24 Tybiorum. Chif.

25 id genus Pharmacum in Aethiopia Damon. Chif. legit, & Turn. Pharmacum & M. adiumãte Elymo viroſi & venenati corporis.
26 more Ver. & CH.
27 corporibus, in homine rabiem genuisset, gignere in toto. Ver.
28 paucæ. in Tol.

29 aduranur. Chif.

30 senatusconsultu. Tol.
31 corpori. M. Chif.
32 ad alia quãm reſrabiles. Tol. ad aliaque mir. Chif.

33 superiacl. Chif. & antè Turn. ex antiquo codice.

34 fico. Chif.

vapore durari. Philosophos eorum quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad Occasum [35] præstare, contentes Solem immobilibus oculis: feruentibus harenis toto die alternis pedibus insistere. In monte, cui nomen est [36] Milo, homines esse auersis plantis, octonos digitos in singulis [37] pedibus habentes, autor est Megasthenes. In multis autem montibus genus hominum capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, vnguibus armatum venatu & aucupio vesci. Horum supra centum viginti millia fuisse [38] prodente se Ctesias scribit: & in quadam gente Indiæ, fœminas semel in vita parere, genitósque confestim canescere. [39] Item hominum genus, qui [40] [q] Monosceli vocarentur, singulis cruribus, miræ pernicitatis [41] ad saltũ: eosdémque [q] [42] Sciopodas vocari, quòd in maiori æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedũ protegant: non longè eos à [43] Troglodytis abesse. Rursúsque ab his Occidentem versus quosdam sine ceruice, oculos in humeris habentes. Sunt & [r] Satyri Subsolanis Indorũ montibus (quos [44] Cartadulorum dicitur regio) pernicissimum animal: [45] tum quadrupedes, tum rectè currentes humana [46] effigie, propter velocitatem, nisi senes aut ægri, nõ capiuntur. [47] Choromandarum gentem vocat Tauron syluestrem sine voce, stridoris horrendi, [s] hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Eudoxus in Meridianis Indiæ viris plantas esse cubitales: [48] fœminis adeò paruas, vt [t] Struthopodes appellentur. [v] Megasthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem, anguium [49] modo loripedem, vocari [50] Syrictas. Ad extremos fines Indiæ ab Oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentem sine ore, corpore toto hirtam vestiri frondium lanugine, halitu tantùm viuentem, & odore, quem [x] naribus trahant. Nullum illis cibum, nullúmque potum: [51] tantùm radicum florúmque varios odores & syluestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: grauiore [51] paulo odore haud difficulter exanimari. Supra hos extrema in parte montium [52] [y] Spithamæi Pygmæi narrãtur, ternas spithamas lõgitudine, hoc est, [z] ternos dodrantes non excedentes, salubri cælo, [53] sempérque vernante, montibus ab Aquilone oppositis: quos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est, insidentes arietum caprárúmque dorsis, armatos sagittis veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullósque earum alitum consumere: ternis expeditionem eam mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto [53] pennisque, & ouorum putaminibus [54] construi. Aristoteles in cauernis viuere Pygmæos tradit. Cætera de his, vt reliqui. Cyrnos Indorum [55] genus Isigonus annis centenis quadragenis viuere. [56] Item Aethiopas Macrobios & Seras existimat, & qui Athon montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec [57] vestibus eorum noxia corpori inesse animalia. Onesicritus, [58] quibus in locis Indiæ vmbræ non sint, corpora hominum cubitorum quinũm & [59] binorum palmorum existere, & viuere annos centum triginta, nec senescere, sed, vt medio æuo, mori. Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, [60] Gymnetas appellat, non pauci Macrobios. Ctesias gentem ex his quæ [61] appellatur [62] Pandore, in conuallibus sitam, [a] annos ducenos viuere, in iuuenta candido capillo, qui in senectute nigrescat. [63] Contrà alios quadragenos non excedere [64] annos, iunctos Macrobiis, quorum fœminæ semel pariant: idque & Agatharchides tradit. Præterea locustis eos ali, & esse pernices. [65] Mandrorum nomen iis dedit Clitarchus, & Megasthenes, trecentósque eorum vicos [66] annumerat. Fœminas septimo ætatis anno parere, senectam [67] quadragesimo anno accedere. Artemidorus, in Taprobana insula longissimam vitam sine vllo corporis langore traduci. Duris, Indorum quosdam cum feris coire, mistósque & semiferos esse partus. In [68] Calingis eiusdem Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octauum vitæ annum non excedere. Et alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximiæ, [b] alios auribus totos contegi. [69] Oritas ab Indis [70] Arbis fluuius disterminat. [71] Ij nullum alium cibum nouere, quàm piscium, quos vt guibus dissectos Sole torreant: atque ita panem ex his faciunt, vt refert Clitarchus. Troglodytas super Aethiopiam velociores [72] esse equis, Pergamenus Crates. [73] Item Aethiopas octona cubita longitudine excedere. Syrbotas vocari gentem

35 l. persistare.

36 Nullo. Chif.
37 pedibus, in Chif. d. Redè, est enim gloss. in plantis.

38 proditur. Ctesias scribit in M. prodente se. Ctesia & c. CH.
39 Idé. Tol. & Chif.
40 Monocoli. M. Turn. & Chif.
41 assultim. Sabellicus. *Pintianus hunc locum alio verborum ordine sic legit*, ad saltum. Eudoxus in meridianis Indiæ viris plantas esse cubitales, eosdémque Sciapodas vocari &c. protegant: fœminis verò adeò &c. appellétur. Rursúsque ab his &c. habentem non longè eos à Troglodytis abesse.
42 Sciapodas. Steph. & Philostr. eosdem Sciapodis. Chif.
43 Troglodytis Turn.
44 Catardudorum. Chif.
45 quanquam quadrupedes tamẽ recti. Pint. etiam. M. Vet. lego, enim vt quadr. tum vt recti.
46 Effigie, vt propter & cum capitur. Ver. effigie. Propter. M.
47 Choran eorum. Vet.
48 fœminas. Chif.
49 modo, Loripedes vocari Syrictas ad &c. Gangis. Astomorum. M.
50 Scyritas. Chif.
51 radicũ tantũ. Tol.
51 paulo odore, in Tol. & Chif.
52 Trispithamæi. Pint. *Alij sunt & Pentaspithami: Megasthenes apud Strab. lib. 15. 706 hæc narrantur omnia.* Spithamæi Pygmæi ſe narrantur. *Turn. in vet. cod. legit.* Spithami Pygmaique. Chif.
53 Super. M. & Chif.
53 pinnisque. Chif.
54 conseri. Tol. coaserui. Chif.
55 genrem. Ver.
56 Idem.
57 visceribus.
58 quibus locis. CH.
59 binarum palmarum. Chif.
60 Gymnetas. M. Vet. & Chif.
61 appelletur. M. CH.
62 Panzore. Ver. pãdere. Chif.
63 Econtra. M.
64 canos. Chif.
65 Meandros. Chif. Pandarorum, ex Ariano lib. 7.
66 annumerant. M.
67 quadragesimo accidere. CH. *legit* & accidere. M.

68 Colingis Chif.

69 Soritas. M. Vet. Chif.
70 Arabis ex Arria. & Tol. & CH. Arbis Straboni.
71 Hinc vllum. Chif.
72 Equis esse. M.
73 Idem.

eam Nomadum Aethiopum, secundum flumen[74] Astapum ad Saptentrionem[75] vergentium. Gens[76] Menisminorum appellata, abest ab Oceano dierum itinere viginti, animalium, quæ Cynocephalos[77] vocamus, lacte viuit, quorum armenia pascit maribus in teremptis,[78] præterquàm sobolis causa. In Africæ solitudinibus hominum species obuiæ subinde fiunt, momentóque euanescunt. Hæc atque talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura. Et[79] singula quidem, quæ facit indies, ac propè horas, quis enumerare valeat? Ad detegendam eius potentiam, satis sit inter prodigia posuisse gentes. Hinc ad confessa in homine pauca.

74 Astragum. Chiff. Astrapum. M.
75 vergentem. Ver.
76 Medimnorũ. Ver. Mænismorum, Chif.
77 vocauimus, Plut.
78 præter sobolis causam. M.
79 singulis. Chif.

ANNOTATIONES.

a Gallorum videlicet Allobrogum. Vide Strab. lib. 4. & infrà, lib 3.6. cap. 5.
b γῆς τῆς κλῆρον id est terræ clausirum. Turn. cap. 42. lib. 24. Aduers. Var. 5. de Ling. Lat. Hellesponti clausira. Poëta in Medea ἀφ' ἑκκαιδεκ πόντω κλεὶς ἀπείρονον. Aeschylus in Persis dixit βίστονον πόντου. Herodot. Ἰσθμὸν. Scal.
c Aristides Rhetor falso mordaceque dicterio, Philippo altero oculo capto μονομμάτους Arimaspos cognatos esse dicebat. Rhodig. cap. 8. 21. Aeschylus μονόπας vocat. Quidam putant eam gentem, quæ arcu & sagittis excelleret, in illis dirigẽdis, vt fit, alterum oculum claudere solitam, & propterea creditum vnum tantum oculum illis fuisse. Muret. Cap. 8. 12. Variar.
cc Herodotus in Melpomene, ἀστοὶ γενόμενοι ἀνοσιώτατοι ἐς θεῶν τῶν ἁπάντων ἐς δὲ τῶν ἐγχωρίων, ἐπεὶ οὐκ ἐξαίρεσιν καὶ ἀγελαῖοι ἐς γὰρ ἂν πλέονα ἡμέρας χορεύσωσι ἔχει κάρη ἄρτι σὺς πεπρέσι. Addit & hoc, multos humana hæc coria perinde ac brutorum consuere, ijsque vti pro amiculis. Vide Rhodig. lib. 16. cap. 10. Antiq. lect.
d Vide quid de his autor dicat cap. 3. lib. 28.
e Apud Priscianum Varro lib. 1. Rerum humanarum. Vt habent Pauĩ, qui vocantur ἀρίογυρῆτ, & in Africa Psylli: quorum ἀφιογυρὰν cùm arbitrantur supposititam alijuem esse in stirpe, ei admoueri, vt pungat, calubram. Cùm pupugerit, si de genere sit viuere: si non sit, mori. In eodem. Admota aspis cùm pupugerit, si nõ occidat, faciat ex Psyllorum stirpe esse Muret. Var. cap. 2. 2. Celsus cap. 27. lib. 5. ait Psyllos ore vulneri admoto ictæ percussæue partis, anguium venenum extrahere: idque non præcipua quadam scientia, sed audacia vsu confirmata.
f Ij si quando Romæ nascerentur exportatus fœtus in mare vel flumine deijciebatur, tum à virginibus ter nouenis carmen per vrbem canebatur, Iunonique domum offerebatur. Alex. ab Alex. cap. 27. 1.
g Virg. Tel. 7.
Aut si vltra placitum laudarit baccharefrontem
Cingite ne vati noceat mala lingua futuro.
Fascinus pro Deo habitus qui fascinum depelleret, hominis pudendum fuit, turpicula res, vt inquit Varro, pueris solita è collo suspendi. Itaque cum animo bono, candidè & sine liuore laudari quempiam volebant, laudationi vt adderetur, ptæficini, exigebant i. absque fascino, ἀβασκάντως. Titinius in Setina. *A Paula mea, amabo. B. Pol tu ad laudẽ addito Præfiscini ne puella fascinetur.* Turn cap. 10. 22. cap. 31. 34. 23. 27. Scaliger in Varronem. Paulus in Asinaria, pag. 74. *Præfiscini hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusauit. Merito meo.* Vide cap. 4. 28. Quidam tamen, probata, hîc (πρόβατα) oues intelligendas esse putant, morbis pestilentibus obnoxias, & ea causa sæpe gregatim pereuntes. Qua de causa pestis suæ luem Thucidides cum describit, ægros ὅσπερ τὰ πρόβατα θνῄσκειν tradidit, & id Lucretius imitatus lib. 6. *Languentes tanquam pecudes &c.* Vulsque Muretus cap. 3. lib. 1. Variar. eadem ratione dictum, qua Cicero ni in Verrem, in acta, ὦ τῶ ἄνδρε, eidemque vt & Terentio, astu τὸ ἄνδρα.
h ἡφαιστεῖον βάσανον vocat Heliod. Aethiop. vt interpretatur Theocriti Scholiastes πολυπλοκὰς, καὶ φιλοτεχνίαν τὸ ἐφάπτον, καὶ μαλακὰς παίδας, vt scribit Aphrod. 2. Probl. & Plutarch. 5. Sympos.
i Ouid. 1. Amorum *oculis quoque pupula duplex*
Fulminat, & geminum lumen in orbe micat.
Vide Brod. cap. 37. 1.
k Bithyas in Thracia Strephanus memorat, gentem ab his fœminis diuersam.
l Plutarchus cap. 7. lib. 5. Sympos. καὶ τοὶ τῶν περὶ Πόντον ἐπιόντας πάλαι τυφλοὺς προσαγορεύουσι Ὑπερβορέους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ θάτερα Ἑλληνας ἅπαν. Horum Gal. meminit lib. 1. Methodi, vt seruorum emptitiorum. Vide Iunium Adag. 36. Cent. 8. Hæc gens adeo pestilens fuit, vt solo habita perimeret. Dydymg.
m Nomine τῶν ἴσων deceptum Plinium fuisse arbitror. Significat enim ea vox & equum animal, & ingenium oculi vitium, quo instabilis & tremulus assiduo motu concutitur. Philarchus nictationem perpetuam intellexit, quam Plinius equi effigiem interpretatur.
n Strabo lib. 5. non Apollini, sed hæc sacra fieri solita tradit.
o Nearcus apud Strabonem lib. 15. quadringentorum. Aristobulus quinquaginta.
p Megasthenes apud Strabonem quasdam stantes esse vlnarum 30. refert. quasdam humi prostratas, 50. diametro cubitorum trium & interdum sex.
q Fabulosos esse ac rationem eur ita credulum sit, vide apud Rhodig. cap. 12. lib. 4.
r In vasto Oceano repertos Satyros ab Euphemo Care in insulis, quas Satyridas vocant, Pausanias narrat lib. 1. ruffos, caudis non minoribus quàm equorum, salacissimos, vt qui mulierem exposcam & anteriore Venere & posteriore, vexarint persaepissime.
s Eadem fere de Arimaspis supra recitata sunt ex Strabone, nisi quod ijs pectus hispidum esse ait, non corpus, & aures caninas, non dentes, mendose forte.
t Sic Struthocephalos Themistius dixit in paraphrasi Physicorum, quibus amplius caput non est quàm passeri. Quidam non à passere Struthopodas ducunt, sed à Struthiõ camelo.
v Strabo Amyctyras vocat, omniaque & cruda comesse, parum viuere, ante senectutem mori, superius labrum eminentius habere tradit.
x Lege hac de re Straboneꝫ lib. 15. ex Onesicriti sententia. Rhodiginus hunc locũ cap. 21. lib. 24. ex Platone interpretatur. Dicit autem in calidis regionibus ac odoriferis homines plerumque esse gracili corpore, tenui cibo ac penè nullo ex odoribus ali, & ipsam naturam loci herbarum & frugum succos redigere in odores, & humanorum corporum humores in spiritus resoluere. Quum igitur vterque (odor videlicet, ac spiritus) sit vapor quidam, & simile simili nutriatur, nimirum & spiritus qui spiritum ducit homo, plurimùm odoribus accipit alimentum. Qui scripsit Homeri vitam, narrat malorum odore prorogatam ei aliquandiu vitam. Olympiodorus ex Aristotele historiam citat cuiusdam, qui aëre tantùm ac sole nutriretur.
y Alij sunt Pentaspithami Megastheni apud Strabonem. lib. 15. vbi hæc omnia narrantur.
z Id est, 29. pollices, nimirum pedes duos ac quinque pollices vide quæ de hac re notata sunt in cap. 14. lib. 35.
a Seribus tam longem vitam esse Strabo auctor est lib. 15.
b Hos Faneſios vocauit supra libr. 4. cap. 13. ὠνυκοτύρους Strabo vocat, auribus ad talos vsque demissis indormientes, adeo robustos vt arcus neruum frangant, & arbores euellant. Adnotarum loco citato Panotios ab Isidoro vocari.

De prodigiosis partubus. CAP. III.

TErgeminos nasci certum est, [2] Horatiorum Curatiorúmque exemplo:[1 b] suprà inter ostenta[2] ducitur, præterquàm in Aegypto, vbi fœtifer potu[3] Nilus. Annis[4] proximis, supremis Diui Augusti, Fausta quædam è plebe, Ostiæ duos mares, totidem fœminas enixa, famem, quæ consecuta est, portendit haud dubiè. Reperitur & in Peloponneso[5 c] quinos quater enixa, maiorémque partem ex omni eius vixisse partu. Et in Aegypto septenos vno vtero simul gigni, autor est Trogus.[6] Gignuntur & vtriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim[d] Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc verò in deliciis. Pompeius Magnus in ornamentis theatri mirabiles fama posuit effigies, ob id diligentiùs magnorum artificum ingeniis elaboratas: inter quas legitur[6] Eutyche, à x x. liberis rogo illata[7] Trallibus, enixa x x x. partus. Alcippe elephantum,

1 supra. Chif.
2 adducitur. Ver. dicitur. Chif.
3 Nilus amnis. Proximè supra. Chif.
4 Proximè. M. Ver.
5 binos. M. & Chif.
6 Euthycis. Chif.
7 Taxyllis. CH. Tralleis. M.

tum,[8] quanquam id inter ostenta est. Nanque & serpentem peperit inter initia Marsici belli[9] ancilla.[10] Multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur. Claudius Cæsar scribit[c] Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interiisse. Et nos principatũ eius allatum illi ex Aegypto in melle vidimus. Est inter exempla, in vterum protinus reuersus infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta est.

8 quod & inter. M.
9 Achille. M.
10 Et mutilus. Chif.

ANNOTATIONES.

a Liuius lib. 1. Decad. 1.
b Numerum tergeminorum.
c Strabo lib. 15. quatergeminos: Idem ex Aristotele tradit, quandam peperisse septemgeminos. Albertus prodidit, mulierem in Germania conformatis iám in vtero 22. infantium corpusculis abortum fecisse: aliamque eiecisse in peluim Embryonum auricularis digiti magnitudine, CL. corpuscula: aliam LXX. Neque enim quod de Margareta Hollandiæ Comite ferunt, affirmare libet quæ vno partu 360. filios peperisse vitos ann. Dom. 1314. traditur.
d Vocant & ἀμφῦτ, & ἀνδρόθηλυας & ἀρσενοθήλυτους. In maribus id fit tribus modis, cùm in perineo, siue interfœmineo mulierbre pudendum exiguum videtur: cùm itidem in scroto, sed nullo excrementi profluuio: cùm ibidem, exeunte lotio. In fœminis vnico, cùm penis supra genitalis fastigium, in clitorio & ima pube prominet. Addunt quidam in maribus, cùm supra colis radicem mulierbris natura extatin fœminis, cùm penis ad inguina, vel in perineo profertur. Rhodig. cap. 10. 15. & 12. 19. Androgynos vocauit & Pollux concubinos.
e Vide cap. 24. lib. 12. Centauros, Scyllas & id genus mõstra gigni fierique non posse, multis verbibus ostendit Lucretius lib. 4. An existere possint, vide Magium cap. 20. 1.

De mutatione sexus, & geminis partubus. CAP. IIII.

EX fœminis[2] mutari in mares, non est fabulosum. Inuenimus in Annalibus,[1] P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino COSS. Cassini puerum factum ex virgine sub parentibus, iussúque Aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit, visum à se Argis[2] Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset, nupsisse etiam, mox barbam & virilitatem prouenisse, vxorémque duxisse. Eiusdem sortis & Smyrnæ puerum à se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die, L.[3] Cossicium ciuem[4] Tisdritanum. Editis geminis[b] raram esse, aut puerperæ, aut puerperio, præterquàm alteri, vitam. Si verò vtriusque sexus editi sint gemini, rariorem vtrique salutem,[5 c] Fœminas gigni celeriùs, quàm mares,[6] sicut celerius senescere. Sæpius in vtero moueri mares, & in dextera ferè geri parte, in læua fœminas, constat.

1 c. Chif.
2 Aristontem. M. Ver. & Chif.
3 Consitium. Chif.
4 Tisdritanum. vinebatque cum prodederent hæc. Editis &. Ver. Long.
5 Vide Adnotat.
6 sicuti. CH.

ANNOTATIONES.

a Pontano Caietana muliercula piscatoris per annos 14. vxor repentè vir facta est. Idem contigit Æmiliæ coniugi Antonij Spensæ, ciuis Ebulani anno 12. postquè nupserat. Sexu mutato ea duxit vxorem, & liberos sustulit. Idem & alteri mulierculæ accidit cùm iam semel peperisset. Temporibus Ferdinandi primi Neapolitanorum regis. Carlotta & Francisca filiæ Ludouici Quarna Sarernitani, annos XV. natæ, sexum mutarunt.
b Ex Aristotel. lib. 4. de Gener. animal. cap. 6.
c Tol. Fœminas gigni nasci celerius. Ex quibus duobus verbis (gigni nasci) Pintianus acutè verbum iuuenescere componit, quod ex aduerso respondeat sequenti (senescere) idque de sententia Aristot. cap. 4. 7. hist. Quidam tamen vt diximus quod & ab alijs adnotatum, legere malunt, Gignere vt sit sensus, Fœminas sobolis procreationi celerius maturas fieri quàm mares.

De homine generando, & pariendi tempore per illustria exempla à mensibus septem, ad vndecim. CAP. V.

CAeteris animantibus statum, & pariendi,[1] & partus[2] gerendi tempus est: homo toto anno, & incerto gignitur spatio.[b] Alius septimo mense, alius[c] octauo, & vsque[2] ad initia decimi vndecimique. Ante septimum mẽsem haud vnquam vitalis est. Septimo non nisi pridie posteróve plenilunij die, aut interlunio concepti nascuntur.[3] Translatitium in Aegypto est & octauo gigni. Iam quidem & in Italia tales partus esse[4] vitales, contra priscorũ opiniones. Variant hæc pluribus modis. Vestilia[5] C. Herditij, ac posteà Pomponij atque Orfiti clarissimorum ciuiũ cõiunx, ex his quatuor partus[6] enixa, Sempronium septimo mense genuit, Suillium Rufum vndecimo,[7] Corbulonem septimo, vtrunque Consulem: posteà Cæsoniam Caij principis coniugem, octauo. In quo mensium numero genitis, intra quadragesimum diem maximus[8] labor. Grauidis autem quarto & octauo mense, letalesque in iis abortus. Massurius autor est, L. Papyrium Prætorem, secundo[9] hærede[d] lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, cùm mater partum se[10] XIII. mensibus diceret tulisse,[c] quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur.

1 Egerendi. M. Ver.
2 ad initia vndecimi. Chif.
3 Tralatitii um. Chif
4 vitales. Cõtra &c. variant. M. Ver.
5 C. Lili.
6 Enixa septimo semper mense. CH. Enixa semper septimo mense genuit Suillii vero Rufum &c octauo, iniquo mensium numero, Genitis infra. Plin. ex M. & Ant. cap. 3. 7. hist.
7 & Corbulone. CH.
8 labor grauidis. Quarto autem & oct. mense lætales in ijs. Ver.
9 cohærede. Salm.
10 sedecim. M.

ANNOTATIONES.

a Mirum Plinium partum τὸν τόκον, pro fœtu, aut conceptu ἀυτὸ τῆς συλλήψεως, ἢ τῶν κυήσεων vsurpasse καταχρηστικῶς.
b Quinto mense vitales in Hispania editos fuisse scribit Ferdinandus Mœna suis commentarijs in lib. Hippocr. De septimestri fœtu. Vide Arist. lib. 7. cap. 4. de nat. animal.
c Cur vitalis partus non sit octauo mense vide Rhodig. cap. 22. 19. & 12. 20. 13. 22. Octauo quidem mense in Ægypto fere nasci, vt nonoa pud nos, fabulosum putant, verum qui octauo gignuntur rarò mori.

moti, Asclepiades Nexias mulieres ædere ἀσπάδωνα prodit, siue Iunone Lucina id gratificante ob Dionysij beneuolentiam, siue quia Bacchus eo mense in lucem prodijsset, cuius nomine & Dionysiam Naxom appellârunt: tametsi quidam à vitium fœcunditate, quod autor scribit cap. 12.4. ita dictam interpretantur, & quod fons vini sapore in ea fluat.

d Brissonius cap 20.4.

e Gellius: *Decemuiri partum legitimum esse mense decimo voluerunt.* lib. 3. cap. 16. Victorius cap. 18. 5. lege Nonium in vocabulo Spissum. Tertullian. lib. de Anima, Legitima natiuitas decimi mensis fermè ingressus est, Renard. cap. 28. in leg. 12. tabul. Apud Hom. Neptunus sic nympham alloquitur, κοῦρη ποιὸν φάσκεις, ἐπεκλόσθη δ' ἑκαστὸς, τέλεος ἐνιαυτὸς ἐτύχθη. (τ. anno circumacto speciosum partum ædes) nimirum 10. mense. Tot. n. mensibus apud Æolas, vt & apud priscos Romanos constabat annus: & Homerum Æolem fuisse indubitatum.

De conceptibus, & signa sexus in grauidis præuenientia partum. CAP. VI.

1 redundantia, Vet, & Tol.

A Conceptu decimo die dolores capitis, oculorum [a] vertigines [b] tenebræque, [1] [c] fastidium in cibis, [d] redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Melior color marem ferenti, & facilior partus: motus in vtero [e] quadragesimo die. Contraria omnia in altero sexu: [f] ingestabile onus, crurum & [2] inguinum leuis tumor. [g] Primus autem nonagesimo die [h] motus. Sed plurimum languoris in vtroque sexu, [4] capillum germinante partu, & in plenilunio: quod tempus editos quoque infantes præcipuè infestat. Adeóque incessus, atque omne, quicquid dici potest, in grauida refert: vt salsioribus cibis vsæ, [5] carentem vnguiculis partum edant: & si [7] respirauere, difficilius enitantur. Oscitatio quidem in enixu letalis est: sicut sternuisse à coitu abortiuum.

2 inguinis læui. Tol, inguinis leuis. CH.
3 laboris. M.
4 capillo germina ne pe partus.
5 carentes vngulis partus. M.
6 suspirauere. Vet, Sabellicus.
7 sternutasse. M.

ANNOTATIONES.

a *Vires.*
b *Suppressio.*
c Græci μητρωλίαν & κίνησιν eam ægritudinem vocant. Moschopulus quoniam hedera (κισσὸς) ἐπιμηκύνεται ὅτε τὸ παρατιθέμενον: in mulieribus τὸ κινῆσθαι esse putauit inconsiderate τὸ μὴ δύνασθαι ἀνακαθέζεσθαι. Brod. cap. 30. 5. Conceptus signa vide apud Arist. cap. 3. lib. 7. de Histor. Animal.
d Nausea.
e Hoc incertum Qui fœtus siue mares, siue fœminæ, absoluuntur 35. die, autore Hippocrate, mouentur 70. nascuntur triplo, hoc est, 210. die, & 7. mense; qui verò formantur 40. mouentur 80. & eduntur 240. id est, octauo mense: sic qui perficiuntur die 45. mouentur 90. prodeunt 270. id est, nono mense: qui 50. die delineantur, mouentur 100. exeunt 300. id ed decimo mense.
f Obserua ἀφορισμὸν.
g Si partus futurus est nono mense.
h Si fœtus fœmina est.

De conceptu hominum & generatione. CAP. VII.

1 plerisque abortus exiisse odore lucernarũ fiat extinctu. Tol.

2 tinctoria. Chif. & Turn. cap. 42. lib. 24. id est, crudelis & cruenta.
3 tanti tum perire. M. tanti tamen perire. Vet.
4 Atqui. M.
5 goto in lactis haustu vno pilo. Tol.
6 strangittatus. CH.

Miseret atque etiam pudet æstimantem quàm sit friuola animalium superbissimi origo, cùm [1] plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. [2] His principiis nascuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum: tu cuius semper in victoria est mens, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, [3] tanti perire potuisti: [4] atque etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiam, vt Anacreon poëta, acino vuæ passæ: vt Fabius Senator [5] Prætor, in lactis haustu vno pilo [6] strãgulatus. Is demum profectò vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit.

De Agrippis. CAP. VIII.

1 procidere. Tol. & Chif.
2 ex quo. M. Vet.
3 vt ægri partus qualiter &. Chif.
4 inter arma hostesque & ad mœrem. obnoxio successu. Vet. obnoxio accessu. M. leg. inter arma hostesque obnoxio abscessu Agrippæ ex vrbe in Lesbum. de quo Suet. in Aug.
5 quæque.
6 præposteri ortus augurium. M.
7 pedibus Efferri auspicatius. Enecta parente &c. Chif.

IN [a] pedes [1] procedere nascentem, contra naturam est: [2] quo argumento eos appellauere Agrippas, [3] vt ægrè partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum vnico propè felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quanquam is quoque aduersa pedum valetudine, misera iuuenta, exercito æuo [4] inter arma mortésque, ad noxia successu, infelici terris stirpe omni, sed per vtrasque Agrippinas maximè, quæ Caiũ [5] & Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani: præterea breuitate æui quinquagesimo vno raptus anno, in tormentis adulteriorum [b] coniugis, [c] socerisque prægraui seruitio, luisse [6] augurium præposteri natalis existimatur. Neronem quoque paulò antè principem, & toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum [d] parens eius scribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, [7] pedibus efferri.

ANNOTATIONES.

a Hoc nimirum est quod inquit Varro, pueros in lucem prodeuntes in vtero confixos esse, capite infima obtinente, pedibus in superna porrectis arborum modo, non hominis, eósque nonnunquã præter rationem conuersos, diductis passisque brachijs, in pedes pxire magno periculo maléque parentis, cuius deprecandi caussa Carmentibus Postuersæ ac Prosæ erectæ staruæ sunt, de peruersa rectisque partus nomine Rhodig. cap. 15. Vide Suetonium in Augusto.
b Iuliæ.
c Augusti.
d Neronis mater: quæ, vt ait Tacitus Annal. lib. 4. Commentarijs vitam suam casusque suorum posteris memorauit.

Monstruosi

Monstruosi partus excisi vtero. CAP. IX.

1 enecta. M. execta. Pint.

A Vspicatius [1] enecta parente gignuntur: sicut [a] Scipio Africanus prior natus, primúsque Cæsarum à cæso matris vtero dictus: qua de causa & [b] Cæsones appellati. Simili modo natus & Manlius, qui Carthaginem cum exercitu intrauit.

ANNOTATIONES.

a Tertul. lib. de Anima. Possumus illos quoque recogitare, qui execto matris vtero viui aërem hauserunt, Liberi aliqui, & Scipiones. Fortassis, Laberij.
b Cæsones Probo dicuntur, qui necatis matribus nati sunt.

Qui sint Vopisci. CAP. X.

1 Vopiscus appellabant vnum è M. Vet.
2 recenti vtero nasceretur, Vet lego, qui rerentus nascereiur.
3 Etsi sara.

VOpiscos [1] [a] appellabant è geminis, qui [2] retenti vtero nascerentur, altero interempto abortu. Nanque maxima, [3] & rara, circa hoc miracula existunt.

a Probo, opiscus qui in vtero matris geminus conceptus, altero abortu electo editus est. Opiscum dictum puto, quasi ὑπόδικος, quod alterum ponè sequatur.

Exempla numerosæ sobolis. CAP. XI.

1 duo. M.
2 vtrumque. Tol. & CH. subauditi puerperium.
3 est perfectus. M. Ver.
4 alterumque. Chif.

PRæter mulierem, pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidem omnino, aut alterum, superfœtat. Extat in monumentis etiam medicorum, & quibus talia consectari curæ fuit, vno abortu x 11. puerperia egesta. Sed vbi paululum temporis inter [1] duos cõceptus intercessit, [2] vterque [3] perfertur: vt in Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit, & in ea, quæ gemino partu, alterum marito similem, [4] alterum adultero genuit. Item in Proconnesia ancilla, quæ eiusdem diei coitu, alterum domino similem, alterum procuratori eius: [5] & in alia, quæ [6] vnum iusto partu, quinque mensium alterum edidit. Rursus in alia, quæ septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus geminos enixa est. Iam illa [7] vulgata, variè ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eadémque parte truncos: signa quædam, næuósque, & cicatrices etiam [8] regenerari. Quarto partu [9] Dacorum originis nota [a] in brachio redditur.

5 in aliaque quæ iusto partu. Chif.
6 geminos *reponit Pint ex Arist. cap. 4. 7. hist. vt legamus.* Et & alia, quę geminos iusto &c Rursus alia.
7 vulgata varia. CH.
8 regenerari quarto partu. Dacorum &c. CH. regenerari. Tertio partu annoti originis nota &c. Pintianus ex Aristot. cap. 6. lib. 7. hist.
9 aliquorum. Ver.

ANNOTATIONES.

a Nam Daci & Sarmatæ corpora sua inscribunt. Vide infrà cap. 1. lib. 22.

Exempla[a] *similitudinum.* CAP. XII.

1 paulòque post. Ex *Arist. loco proximè citato.*
2 pictoris. M. poëtæ. Ver.
3 nihil. Chif.
4 ipse in auum degenerauit. M. Ver.
5 creduntur.
6 animo. Vet. & Rhodiginus.
7 sibi. Chif.
8 imprimat. Chif.
9 & similis omnibus singulisque in suo genere. M.
10. Artemus. M. Arteon. Ver.
11 munus Ver.
12 iam, in M. d.
13 oculorum nomen habenti. M. vitium imitatus & serui Serapionis Scipio. Is erat &c. *Vide huius opé vir. lib. 22. cap 3.* vitium imitata: & Scipioni in seruo Serapione victimarij negotiatorio vili mãcipio. Vet.
14 Cneum Ver.
15 secundarius, rotariusque. Vet.
16 infortune. Ver. Rom. in quo præterquam.

IN Lepidorum gente tres, intermisso ordine, obducto [b] membrana oculo, genitos accepimus. Similes quidem alios auo: & ex geminis quoque alterum patri, alterum matri: [1] annóque pòst genitum, maiori similem fuisse, vt geminum. Quasdam sibi similes semper parere, quasdam viro, quasdam nulli, quasdam fœminam patri, marem sibi. Indubitatum exemplum est Nicæi nobilis [2] pyctæ Byzantij geniti, qui adulterio Aethiopis nata matre, [3] nil à cæteris colore differẽte, [4] ipse [c] auum regenerauit Aethiopem. [d] Similitudinum quidem in mente reputatio est, & in qua [5] credantur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoria, haustæque imagines sub ipso conceptu. Cogitatio etiam vtriuslibet [6] animum [7] subitò transuolans, effingere similitudinem aut miscere existimatur. Ideóque plures in homine, quàm in cæteris omnibus animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animíque celeritas, & ingenij varietas multiformes notas [8] imprimit: cùm cæteris animantibus immobiles sint animi, [9] & [c] similes omnibus, singulíque in suo cuique genere. [f] Anthiocho regi Syriæ, è plebe nomine [10] Artemon intantum similis fuit, vt Laodice coniunx regia, necato iam Anthiocho, [11] mimum per eum commendationis, regníque successionis peregerit. Magno Pompeio Vibius quidam è plebe, & Publicius etiam seruitute liberatus, indiscreta propè specie fuere similes, illud os probum reddentes, ipsumque honorem eximiæ frontis. Qualis causa patri quoque eius, Menogenis coci sui cognomen imposuit, [12], iam Strabonis à specie [13] oculorũ habenti, vitium imitata & in seruo: Scipioni [g] Serapionis: is erat suarij negotiatoris vile mancipium. Eiusdem familiæ Scipioni post [14] eum cognomen [h] Salutio Mimus dedit: sicut Spinter [15] secundarum, tertiarúmque Pamphilus, collegio Lentuli & Metelli coss. In quo perquàm [16] importunè fortuitum hoc quoque fuit,

duorum

duorum simul Consulum in scena imagines cerni. E diuerso L. Plancus orator, histrioni Rubrio cognomen imposuit. Rursus Curioni patri Burbuleius, itémque Messalæ Censorio Menogenes, perinde histriones. Suræ quidem Proconsulis etiam [17] rictum in loquendo, contractionémque linguæ, & sermonis tumultum, non imaginem modò, piscator quidam in Sicilia reddidit. Cassio Seuero celebri oratori, [18]* armentarij Mirmillonis obiecta similitudo est. [19] Toranius M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendidit: [i] tanta vnitas erat. Postquàm deinde sermone puerorum detecta fraude à [20] furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretij [21] conquerente (nam ducentis mercatus erat sestertiis) respondit versutus ingenij mango, ob idipsum se tanti vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in vllis eodem vtero editis: diuersarum quidé gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem. Adeóque tempestiuam admirationem intulit, vt ille proscriptor animus, [22] modò & contumelia furens, non aliud in censu magis [23] ex fortuna sua duceret.

17 rictus. CH. ritum M. ritdum in loquendo contractionem linguæque & sermonis. Vet. cunctationē. Pint. ex Solino.
18 amentarij. Vet.
* modo in ea domo Gellionem castellano libesto non discernebat, nec à Sanio mimo Patide cognominato, Agrippæ Senatorem. CH. hæc τοῦ ἐμβεβλημένου τῷ oratori & armentarij, extra ordinem leguntur, vt eandem manum quod in his spectari solet, ex interuallo tamen hæc illis coniungi, nec quo spatio interserentis, agnoscas. B.
19 Vetus. cod. Toranius mango Antonio iã Triuiro, &c. sic & CH.
20 fruente. Chif.
21 requirente. Vet. conquirente. CH.
22 mero. Ver. profer. animus modò, & cont. CH.
23 Et in M. & Vet. Rom.

a Vide & consule Aristotelem cap. 6. lib. 17, Histor. animal, ex quo autor totum hoc caput mutuatus est.
b Fuerunt & in quibusdam stirpibus gentilia quædam signa, vt Spartis. Thebanis lanceæ, quibusdam stellæ, Thyesti cancer, innata & insita statim ab ortu: quæ interdum extincta ac tecta in filiis proximísque nepotibus, longo post tempore in remotis posteris veluti reuiuiscerent. Victorius cap. 16. 8. vide notata lib. 44. cap. 9.
Deleuco eiusque posteritati anchoræ imago in femore visebatur. Alex. ab Alex. cap. 19. 2.
c Aristoteles loco proximè citato, in Sicilia tradit id accidisse: & lib. 1. de Gener. anim. in Elide, tanquam parum sui memor.
d Vide Rhodig. cap. 15. lib. 20.
e Cicero Tuscul. 1. Similitudo, inquit, magis apparet in bestijs, quorum animi sunt rationis expertes.
f Val er. Max. cap. 12. lib. 9.
g Quamuis Constantinus hunc locum sic emendauerit, tamen rursus Plinius cap. 3. lib. 21. Serapionem vocatum eum fuisse tradit ob similitudinem suparij negotiatoris.
h Quendam ex Scipionibus adoptione testamentaria Salutionem cognominatum fuisse autor scribit cap. 2. lib. 35. non ob similitudinem cum Salutione Mimo.
i Eam oris & faciei similitudinem venuste Plautus in Memæch. expressit his verbis:

Et sunt nati filij duo gemini:
Ita forma simili pueri vti mater sua
Non internosse posset, quæ mammam dabat
Neque adeò mater ipsa, quæ eos pepererat.

Vbi matrem, eam & quæ parit, & quæ nutrit, dici obseruandum.

Quæ sit generandi ratio. CAP. XIII.

ESt quædam priuatim dissociatio corporum: & inter se [1] steriles, vbi cum aliis iunxere, gignunt: sicut Augustus & Liuia. Item [2] alij aliæque fœminas tantùm generant, aut mares: plerunque & alternant: sicut Gracchorum mater duodecies, & Agrippina Germanici nouies. Aliis sterilis est iuuenta: aliis semel in vita datur gignere. Quædam non perferunt partus: quales, siquando medicina & cura vicere, fœminam ferè gignũt. Diuus Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit, genitum quo excessit anno, [3] M. Syllanum: qui cùm Asiam obtineret post Consulatum, [a] Neronis principis successione, veneno eius interemptus est. Q. Metellus Macedonicus, cùm [4] sex liberos relinqueret, vndecim nepotes reliquit, nurus verò generósque & omnes [b] qui se patris appellatione salutarent, viginti septẽ. In actis [5] tẽporum Diui Augusti inuenitur, XII. Consulatu eius, [6] L. que Sylla collega, ad III. Idus Aprilis, C. Crispinũ Hilarum ex ingenua plebe Fesulana, cum liberis [7] nouem (in quo numero filiæ duæ [8] fuerunt) nepotibus XXVII. pronepotibus XXIX. neptibus [9] IX. [10] prælata pompa, cum omnibus his in Capitolio immolasse.

1 steriles. Ar vbi. Ver.
2 alia, alique. CH.
3 *Aliàs sic:* Iunũ Syllanum, qui cũ Asiæ obtineret Proconsulatum. &c. *Cuiselliani edilipulatur & Tacitus lib. 13.*
4 quatuor. cap. 44. posthac.
5 temporibus. M.
6 quem Sylla &c. Aprilis gessit, Crispinum. M. Hilarii. Ver.
7 octo. M. & CH.
8 fuere. CH.
9 octo. M. & CH.
10 præclarè speraltera. Ver. præclara. CH.

ANNOTATIONES.

a Agrippine dolo, ignaro Nerone. Tacitus.
b Socer. n. victricius, nonnerca parentum loco sunt: nurus antea generi. & priuigni filiorum. Hom. Iliad. vltimo Ἠυρύδεὴ ἑὸν παιδὶ δῶκεν Ἥφαι. Cuiacius lib. 18. lib. 9. Obser.

De eodem multiplicius. CAP. XIIII.

MVlier post quinquagesimum annum non gignit, maiórque pars quadragesimo [a] profluuium genitale sistit. Nam [1] in viris Masinissam regem, post LXXXVI. [2] annum generasse filium, quem [3] Methymathnum appellauerit, clarum est: Catonem Censorium octogesimo exacto, è filia [4] [b] Salonij clientis sui. Qua de causa, aliorum eius [5] liberorum propago, Liciniani sunt cognominati, hi Saloniani, ex [6] quibus Vticensis fuit. Nuper etiam L. Volusio Saturnino in vrbis præfectura extincto, notum [7] est Cornelia Scipionum

1 è viris. M. Nam viris. CH.
2 annos. CH.
3 Merhymnum. Ver. Merhymnitum. CH.
4 Salonij. CH.
5 liberũm. CH.
6 quis. CH.
7 è M.

Scipionum [8] gentis Volusium Saturninũ, qui fuit Consul, genitum post LXII. annum. Et vsque ad [9] LXXXV. apud ignobiles vulgaris reperitur generatio.

8 gente. *Mss*
9 lxxv. *Gif.* & M.

ANNOTATIONES.

a Inepte Plinius menstruam fœminarum purgationem τὰ καταμήνια, profluuium genitale, τὴν γονόῤῥοιαν, hîc vocat.
b E filia colonj sui, Seneca Controuers. 6. libr. 7. E filia scribæ sui Salonij, Plutarchus in eius vita.

De menstruis mulierum. CAP. XV.

SOlum autem animal menstruale [a] mulier est: inde vnius vtero, quas appellarunt [1] [b] molas. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Mouetur, sistítque menses: & vt partus, aliàs letalis, aliàs vnà senescens, aliquando aluo [2] citatiore excidens. Simile quiddam & viris in ventre gignitur, quod vocant scirron: sicut Oppio Capitoni prætorio viro. Sed nihil facilè [3] reperiatur mulierum profluuio magis monstrificum. Acescunt superuentu musta, [4] sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborũ, quibus [5] insedêre, decidunt: [c] speculorũ fulgor aspectu ipso hębetatur, acies ferri præstringitur, cborísque nitor: aluei apum emoriuntur: æs etiam ac ferrum rubigo protinus [6] corripit, odórque dirus [7] aëra: & in rabiem agũtur gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus [8] inficitur. Quin & [9] bituminũ sequax alioquin ac lenta natura, in lacu Iudææ (qui vocatur Asphaltites) certo tempore anni supernatans, nequit sibi auelli, ad omnem contactum adhærens, præterquàm [d] filo, quod tale virus infecerit. Etiam formicis, [11] animali minimo, [12] inesse sensum eius ferunt: abiicíque [13] gustatas fruges, nec posteà reperi. Et hoc tale tantúmque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit, & trimestri [e] spatio largius. Quibusdam verò sæpius mense: sicut aliquibus nunquàm: sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia [14] semine è maribus coaguli modo [15] hoc in sese glomerante, quod deinde [16] tempore ipso animatur, corporatúrque. Ergo cùm grauidis fluxit, inualidi aut non vitales partus eduntur, aut sanioſi, vt autor est Nigidius.

1 molæ. Vet.
2 citatior. CH.
3 reperietur M. repẽriatur, Vet.
4 orta sterilescũt, fruges moriuntur. M.
5 insidere. CH. forcè incidêre. B.
6 corrumpit. M.
7 Aëra *redundat nec legatur in vetust. codic. vel certè scribendũ* aera *à valua syllabis. Ex ipso Plinio lib. 22. ca. 7. Pintianus legi posse arbitratur*, odórque dirus vici. *sic infra lib. 9. cap. 30.* odore viri. *& Lucr.* tetri primordia viri, *itémque* perdere vitro.
8 infigitur. Vet. & CH. lego, infligitur.
9 bituminis.
10 non quit. CH.
11 animalium. CH.
12 *Esse.* CH.
13 *gestatas. M.* vastatas. CH. *cui librariæ suspecti*, vel gestatas, *Eadem manus.*
14 germine è matricibus. M. germine matribus. CH.
15 hinc in sese glomerat. CH.

ANNOTATIONES.

a Mulieres quibus menses fluunt, veteres Ancunulentas dixerunt quasi inquinatas. Festus. Vide Aristot. lib. 4. de Gener. anim. cap. 7.
b Molucrum vocauit Afranius. *Fermè virgini, tam quam grauida mulieri, crescit uterus: mo. ucrum uocant: transit sine doloribus* Apud Festũ.
c Inde prisci Bubinari menstruo sanguine inquinari, vt bulbinari puerili stercore, quod Græci, βόλβιτον appellant. Lucilius.

Hæc te imbubinat, & contra te imbubitat.

Festus in explicãda caussa, multa philosophatur. Rhodig. cap. 28. 3.
d Filo. Vel aspersum lotio secari solet. Ioseph. 4. de Captiuita. Strab. 15. ex Possidonio refert lacus accolas incãtatores carmina quædam recitare, deinde vrinam & alios fœcidos succos affundere. Bod. cap. 21. 4.
e Aristoteles cap. 21. 7. historiæ paucis fœminis purgationem eam singulis mensibus ἑκατονταετεῖς, id est continuata vacuatione, nec intermissa, fieri tradit: quod Plinius largius hoc loco interpretari videtur, plurimis autem tertio quoque mense, quoniam humor copiosior, & ad motum imparis numeri potestate concitatior, naturam, veluti resumptis viribus alacriorem vehementius irritat.

Item de ratione partuum. CAP. XVI.

IDem, lac fœminæ non corrumpi alenti partum, si ex eodem viro rursus conceperit, arbitratur. Incipiente autem hoc [a] statu, aut desinente, conceptus facillimi traduntur. Fœcunditatis in fœminis [b] prærogatiuam [1] accepimus, inunctis medicamine oculis, saliuam [c] infici. Cæterùm editis primores septimo mense gigni dentes, priúsque in supera ferè parte, haud dubium est. Septimo eosdẽ decidere anno, alióque suffici. Quosdam & cum dentibus nasci, sicut [d] M. Curium, qui ob id Dentatus cognominatus est: & Cn. Papyrium Carbonem, præclaros viros. In fœminis ea res inauspicati fuit exempli regum temporibus. Cùm ita nata esset Valeria, exitio ciuitati, in quam delata esset, [2] futurum, responso aruspicum vaticinante, [3] Suessam Pometiam illa tempestate florentissimam deportata est, veridico [4] exitu consecuto. Quasdam [e] concreto genitali gigni, infausto omine, Cornelia [f] Gracchorum mater iudicio est. Aliqui vice dentium, continuo esse gignuntur: sicuti [g] Prusiæ regis Bithyniorum filius, superna parte oris. Dentes autem tantum inuicti sunt ignibus, nec cremantur cum reliquo corpore. Iidem flammis indomiti, [5] cauantur tabe pituitæ. Candorem trahunt quodam medicamine. Vsu atteruntur, multóque [6] primùm in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantùm & alimentis necessarij: quippe vocis sermonísque regimen primores tenent, [7] con-

1 accipimus. M.
2 futuram. M.
3 Sessapiam etiam. Ver.
4 Exilio. M.
5 tabe cauantur pituitaue. Vet.
6 prius. Vet.
7 conceptu, &c. sequéque. M.

centu quodam excipientes ictum linguæ, seriémque structuræ, [8] atque magnitudine mutilantes [9] molientésve aut hebetantes verba: & cùm [10] defluxere, explanationem omnem [11] adimentes. Quin & augurium in hac esse creditur parte. Triceni bini viris attribuuntur, excepta [i] Turdulorum gente: quibus [k] plures fuere, longiora promitti vitæ putant spatia. Fœminis minor numerus: quibus in dextera parte gemini [12] supernè, à canibus cognominati, fortunæ blandimẽta pollicentur, sicut in Agrippina Domitij Neronis matre: cõtrà in læua. Hominem priusquàm genito dente cremari, mos gentium non est. Sed mox plura de hoc, cùm [13] membratim historia decurret. Risisse eodem die, quo genitus esset, vnum hominem accepimus Zoroastrem. Eidem cerebrum ita palpitasse, vt impositã repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ. In [14] trimatu suo cuique dimidia esse mensuram [15] statuere certum est. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri, propemodum obseruatur: rarósque patribus proceriores, cõsumente [16] vbertate fœminum [m] exustione, in cuius vices nunc vergat ætuum. [17] In Creta terræ motu rupto monte, inuentum est corpus stans [18] xlvi. cubitorum, quod alij Orionis, alij [19] Oti [20] fuisse arbitrantur. [n] Orestis corpus oraculi iussu refossum. v i i. cubitorum fuisse [o] monumentis [21] creditur. Iam verò ante annos propè mille, vates ille [p] Homerus non cessauit minora corpora mortalium, quàm prisca, conqueri. Næuij Pollionis amplitudinem Annales non tradunt. Sed quia populi concursu penè interemptus esset, prodigij vice habitum. Proceriſsimum [22] hominem ætas nostra Diuo Claudio principe [23] Gabbaram nomine, ex Arabia aductum ix. pedum & totidem vnciarum vidit. Fuere sub Diuo Augusto semipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Salustianorum asseruabantur hortorum. [24] Pusioni & Secundillæ erãt nomina. Eodem præside minimus homo duos pedes & palmum [25] Conopas nomine, in deliciis Iuliæ neptis eius fuit: & mulier Andromeda liberta [26] Iuliæ Augustæ. Manium Maximum, & [27] M. Tullium equites Romanos, binûm cubitorum fuisse autor est M. Varro: & ipsi vidimus in loculis asseruatos. [28] Sesquipedales gigni quosdam longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. Inuenimus in monumentis [29] Salamine Euthimenis filium, in tria cubita triennio [30] adoleuisse, incessu tardum, sensu hebetem: & iam puberem factum voce robusta, absumptum contractione [31] membrorum subita triennio circumacto. Ipsi nos [32] pridem vidimus eadem ferme omnia, præter pubertatem, in filio Cornelij Taciti equitis Romani, Belgicæ Galliæ rationes procurantis. [q] Ectrapelos Græci vocant eos: in [33] Latino non habent nomen.

8 atque magnitudinẽ mutilantes molientéſve aut hebetantes verba: & cùm defluxere, explanationem omnem adimentes. Quin & augurium in hac esse creditur parte. Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente: quibus plures fuere, longiora promitti vitæ putant spatia. Fœminis minor numerus: quibus in dextera parte gemini supernè, à canibus cognominati, fortunæ blandimẽta pollicentur, sicut in Agrippina Domitij Neronis matre: cõtrà in læua. Hominem priusquàm genito dente cremari, mos gentium non est. Sed mox plura de hoc, cùm membratim historia decurret. Risisse eodem die, quo genitus esset, vnum hominem accepimus Zoroastrem. Eidem cerebrum ita palpitasse, vt impositã repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ. In trimatu suo cuique dimidia esse mensuram statuere certum est. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri, propemodum obseruatur: rarósque patribus proceriores, cõsumente vbertate fœminum exustione, in cuius vices nunc vergat ætuum. In Creta terræ motu rupto monte, inuentum est corpus stans xlvi. cubitorum, quod alij Orionis, alij Oti fuisse arbitrantur. Orestis corpus oraculi iussu refossum. v i i. cubitorum fuisse monumentis creditur. Iam verò ante annos propè mille, vates ille Homerus non cessauit minora corpora mortalium, quàm prisca, conqueri. Næuij Pollionis amplitudinem Annales non tradunt. Sed quia populi concursu penè interemptus esset, prodigij vice habitum. Proceriſsimum hominem ætas nostra Diuo Claudio principe Gabbaram nomine, ex Arabia aductum ix. pedum & totidem vnciarum vidit. Fuere sub Diuo Augusto semipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Salustianorum asseruabantur hortorum. Pusioni & Secundillæ erãt nomina. Eodem præside minimus homo duos pedes & palmum Conopas nomine, in deliciis Iuliæ neptis eius fuit: & mulier Andromeda liberta Iuliæ Augustæ. Manium Maximum, & M. Tullium equites Romanos, binûm cubitorum fuisse autor est M. Varro: & ipsi vidimus in loculis asseruatos. Sesquipedales gigni quosdam longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. Inuenimus in monumentis Salamine Euthimenis filium, in tria cubita triennio adoleuisse, incessu tardum, sensu hebetem: & iam puberem factum voce robusta, absumptum contractione membrorum subita triennio circumacto. Ipsi nos pridem vidimus eadem ferme omnia, præter pubertatem, in filio Cornelij Taciti equitis Romani, Belgicæ Galliæ rationes procurantis. Ectrapelos Græci vocant eos: in Latino non habent nomen.

8 atque magnitudinẽ mutilantes molientéſve, Vet.
9 mollientes. M.
10 defluxere. CH.
11 adimentes. Triceni bini viris, &c gẽte. Fœminis minor numerus. Quin & augurium &c parte. Quibus plures, &c spatia. Quibus in dextra parte &c Fintia.
12 superni. Ex Solino. id est, extra cæteros eminent, & vt ide loquitur procedunt.
13 Membratim. M.
14 Mira, Qui mari, a Hippocrate de flor. l. libro. cap. 19. Hist. Animal. d.
15 futuræ. CH. & Tol. staturæ l. quasi statũ.
16 vbertatem. M. & CH.
17 Merita increméta tantæ. CH.
18 XVI. alij Solin. XXXIII.
19 Erionis. Ver.
20 Tradũt esse. M. alij Orio esse arbitrabantur. CH.
21 traditur. Vet.
22 hominum. M. & CH.
23 Gabborem M.
24 Posioni. CH.
25 quibusdam scopas, ὀνήσιμος. Græcis homuncio, nanus, pumilio.
26 Liuiæ. M.
27 Manillium. M.
28 Sexupedales. Longolius non rectè sesquipede gigni quosdam haud longiores. Quidam longiorem. Vet.
29 Salamiã Euthimenis. Solinus.
30 adeueuisse.
31 morborum. Ex Solino Pint.
32 non. M. & CH.
33 Lacio, CH.

a Menstrua purgatione.
b prærogatiuam. argumentum certum ac minimè fallax.
c infici. medicamento in os defluente.
d M. Curium. Vide Valer. Max. cap. 3. lib. 6.
e Concreto. ἀζύγωτ Græci vocant.
f Gracchorum. Vide huius libri. cap. 36. & lib. 34. cap. 6.
g Prusiæ regis. μονόδοντα apud Festum dictus, vt & Pyrrhus rex Epirotarum. Alex. ab Alex. cap. 9. 1. Dentatos Romæ vocatos fuisse tradit, quòd illis dentium vice continuum os foret, aut quòd autor gentis dente iam nato in lucem prodierit. vide Val. Max. cap. 8. libr. 5.
i Turdulorum. Turdulos & Basculos nationẽ esse minimè aptam ad pecuariam air Varro cap. 10. 2.
k Hippocr. Aphor. 2. sect. 6. lib. 6. Epid.
l Græcè κωνδόντες.
m Nam vt olim aquarum illuuione deletum mundum fuisse constat, sic incendio & conflagratione aliquando periturum Stoici affirmabant. Senecæ cap. 13. lib. 3. Natur. quæst. Ignis exitus mundi est, humor primordium. Cataclysmis & Ecpyrosei. 1. Eluuionibus & Exustionibus mundum renouari Philosophi tradunt. Ouidius.

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptáque regia cœli
Ardeat & mundi moles operosa laboret.

Vide quod adnotatum est in cap. 10 6. lib. 2.
n In Orontis fluuij alueo, orontis, quem Indum fuisse Syris consulentibus respondit Apollinis Clarij oraculum, cadauer compertum est vndecim cubitorum, & amplius. E regione Valentiæ Allobrogum in torrente, qui rigat pagum Diui Perati, regnante in Gallia Ludouico vndecimo, gigantis cadauer effossum est stupendæ & inusitatæ magnitudinis, & quæ, vt ex variis eius picturis ac ossibus deprehenditur ad octodecim pedes accederet. Rhodio. cap. 31. 18. Pausaniæ libr. 1. in Aiacis cadauere mola genuum disci magnitudine fuit, qua vtuntur quinquertiones. Asterij vero Anactis filij cadauer decem cubitos procerum. Plutarcho Thesei corpus inusitatæ magnitudinis. Henrici tertij principatu Pallantis à Turno interfecti corpus inuentum & ad muros vrbis erectum, illorum pinnas vertice tangebat. Boccacius lib. 4. Geneal. tradit, prope Drepanum Polyphemi corpus in specu repertum incredibilis magnitudinis. Nuper ad Iuliam Cæsaream in Africa effossa est calua ambitu duodecim spithamarum. Magius. cap. 4. 1. De Orestis cadauere vide Gell. cap. 1. lib. 3.
o Herodot. lib. 1. Solinus refert, in Phlegra cùm repentinis nimbis auctiores aquæ in campos ruunt, detegi ossa humanis similia, quæ ob enormem magnitudinem gigantum esse creduntur.
p Iuuenal. Satyr 15.

Nam genus hoc vino tum decrescebat
Terra malos homines nunc educat atque pusillos.

q Monstrosos. τῶν κοινῶν ἀνθρώπων αὐξότερον ὀντερτομένης. prodigioso incremento augescentes: ab vsitato nostrorum corporum auctu discedentes: auersо naturæ ordine nascẽtes. Vide Hermog. περὶ πολιτικῆς λόγου. Σκυθικὰ τινὰ ζῶα, ἢ ὑπερβάλλα, οἷον πυγμαῖοι ἢ γιγάντων κίνταυροι ἢ σειρῆνες.

Exempla

Insignia corporum. CAP. XVII.

QVod sit [1] hominum spatium à vestigio ad verticem, id esse [2] passis manibus inter longissimos digitos [a] obseruatum est: sicuti vires dextera parte maiores, quibusdam æquas vtraque, aliquibus læua manu præcipuas: nec id [3] vnquam [b] in fœminis. Mares præstare pondere, & defuncta viuentibus corpora omnium animalium, & dormientia vigilantibus. Virorum cadauera supina fluitare, [c] fœminarum prona: velut pudori defunctarum parcente natura.

1 hominis. CH.
2 spatiis. M. Vet.
3 vnquam vi. Fœminis mares. Sabellicus.

ANNOTATIONES.

a Vide vitruuium cap. 1. lib. 2.
b Rationem explicat Rhodiginus cap. 2. 1. Idem scripsit & Hippocrates γυναῖκα ἀνδρὸς μᾶλλον καὶ γίνεσθαι. Aphoris. 43. Vide Aristo. cap. 1. lib. 2. Hist. Animal.
c Rhodig. cap. 10. 3. eius rei causam affert, quod ob mammas & vterum in fœminis graviores sint anteriores partes. Sed & in maribus veteri loco pudenda sunt foris expositа, ac propendentia, quæ si ad tantum spectamus, grauitatem corporis anterioris æque augent ac vterus in fœminis.

Exempla variarum figurarum. CAP. XVIII.

COncretis quosdam ossibus, ac sine medullis viuere accepimus. Signum eorum esse, nec sitim sentire, nec sudorem emittere: quanquam & voluntate scimus sitim victam: equitémque Romanum Iulium Viatorem è Vocontiorum gente fœderata, in pupillaribus annis aquę subter cutem fusę morbo prohibitum humore à medicis, naturam feciſse consuetudine, atque [1] in senecta caruisse potu. Necnon & alij multa sibi imperauere.

1 in senectam. M.

Diuersorum morum exempla. CAP. XIX.

FErunt Crassum, auum Crasi in Parthis interempti, nunquàm risisse, ob id Agelastum vocatũ: sicuti nec flesse multos. Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec [1] aut [2] hilari magis, aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam toruitatémque naturę duram & inflexibilem, affectúsque humanos adimit, quales apathes Græci vocant, multos eius generis experti: quódque mirum sit, autores [4] maximè sapientiæ, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem, hunc quidem etiam in totius odium generis humani euectum. Sed hæc [5] praue naturę insignia in multis varia cognoscuntur: vt in Antonia Drusi nunquàm expuisse, in Pomponio Consulari Poëta [6] nunquàm ructasse. Quibus natura [a] concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornei vocantur.

1 in M. deesse.
2 hilaro. CH.
4 maximæ. D.
5 parua M. Ver.
6 non.

a Vasâ, medulla vacuatij sunt torui natura, inflexibiles', rigidi, corpora, sole & Sale durata, ideóque τῶν ἰδίων ἀπαθῆ. ἀπαθεῖς. Hinc Persio, cornea fibra. & cap. 31. Cornea piscatorum

De fortitudine & velocitate. CAP. XX.

CI [1] Orpore [a] vesco, sed eximiis viribus [2] [b] Tritanum, in gladiatorio ludo [3] c Samnitium armatura celebrem filiúmque eius militem Magni Pompeij, & rectos & transuersos cancellatim toto corpore habuisse neruos, in brachiis etiam manibúsque, autor est [4] Varro in prodigiosa virium relatione. Atque etiam hostem ab eo ex prouocatione dimicantem, [5] inermi dextra vno digito superatum, & postremò correptum in castra translatum. [6] A. Iunius Valens meruit in prętorio Diui Augusti centurio, vehicula cum culeis onusta, donec exinanirentur, sustinere solitus: carpenta apprehensa vna manu retinere, [7] obnixus contrà nitentibus iumentis: & alia mirifica facere, quę insculpta monumento eius spectantur. Ideo M. Varro: Rusticellus, inquit, Hercules appellatus, mulum suum tollebat. Fusius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosę ostentationis, [8] quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnísque [9] quingentorum pondo calciatum, per scenam ingredi. [10] d Crotoniatam Milonem athletã, cùm constitisset, nemo vestigio educebat:

1 Corpore neruoso esse sed, sed M. & Vet.
2 Tributanum. CH.
3 Samnitem natura. Solinus.
4 Varro prodigiosa vitium elatione. M.
5 Melius sic. Inermi dextera superatum & vno digito postremò correptum, & in castra translatũ. Cui lectionis suffragantur & Solinus cap. 2.
6 Ar Vinnius.
7 obnixa. M. obnixus. Vet.
8 quinquagenario. M.
9 quingentũm. CH.
10 C. Milonem. M. & CH.

malum tenenti nemo [11]digitum corrigebat. Cucurrisse[12] M C X L. stadia, ab Athenis Lacedæmonem, biduo [c] Philippiden, magnum erat: donec [13] Anistis cursor Lacedæmonius, & Philonides Alexandri Magni, à Sicyone Elin, vno die [14] M C C. stad. cucurrerunt. Nunc quidem in circo quosdam C I X. M. pass. tolerare non ignoramus. Nupérq; Fonteio & [15] Vipsano coss. annos [16] I X. genitum puerum à Meridie ad vesperam I X X V. M. pass. cucurrisse. Cuius rei admiratio ita demum solida [17] peruenit, si quis cogitet [18] nocte ac die longissimũ iter vehiculis tribus [f] Tiberium Neronem emensum, festinantem ad Drusum fratrem [19] ægrotantem in Germania: in eo fuerunt C C M. passuum.

11 digito corripiebat. M.
12 Mccl x. Vet.
13 Canistius. Vet.
14 Mccc. v. CH.

15 Vipsanio. Vet. Vipstano. Ful. Visinus Ro. famil. Vpitano. M.
16 VIII. M. & CH. *Verus quisque lecto vnit annos* [illegible] IX. *& paulò post* XLV. M. pass. *to* IXXV. M. *Virrique adsipulatur Solinus cap. 4.*
17 peruenient. M. & CH.
18 nocte ad diem. CH.
19 ægrotum. M. ægrotum in Germania: ea fuerunt. cc. passuum CH.

ANNOTATIONES.

a Paruo gracili & minuto. Quid. 1. Fast.
Nunc vocor ad nomen. Vegrandia farra coloni
Quæ tulè cruerunt, vescáque parua vocant.
b Tritanum. Apud Ciceronem lib. 1. de Finibus in Lucillij versibus ex side vetusti codicis legitur: *Municipem Pontij, Tritanni centurionum* & ex lib. de Senectute, T. Pötij validi, robustique hominis meminit. Turn. cap. 2, 25.
c Samnites, gladiatores sfatariq pugna dimicantes, scuto ad summum latiore, quà pectus & humeros tegebat pari fastigio, ad imũ cuneato, pectore tecto spongia: sinistro crure ocreato: galea cristata: ex Liuio, Horat. Lucilio, Turn. cap. 10. 25.
d Punicum sic manu compressa tenebat, vt nemo extorqueret & id tamen non elideret. Vncto disco insistentem nemo detrudebat. Neruum quo caput præcingeretur, intercluso spiritu labiis adductis rumpebat: cubito dextro lateri admoto, ex porrecta manu, & sublato pollice, cùm reliquos digitos iunctos intendisset, minimum nemo à cæteris se iungebat. Pausan. in Eliacis. Eo tamen robustiorem ac tauquam *ἐνέργον ἡμιολίου* describit ex Atheneo Rhodig. Titorum Aetolum, bubulcũ, cap. 36. 21. cap. verò 36. 13. Polydamanta, editis virium suarum incredibilibus ferè documentis.
e Herodotus lib. 6. eum memorat. Rhodig cap. 8. 18. Alex. ab Alex. cap. 21. 2. Plutarcho in Aristide Euchydes vno die stadia mille emensus est. Aemilius Probus cursores eos in Miltiade; *καρροδρόμους* vocat, sic & Phillipidem Herodot. loco citato.
f Vide Valer. Max cap. 5. lib. 5.

De visu. CAP. XXI.

VIsu deinde pluriml potuit Strabo nomine, quem superpraxisse per CXXXV. p. Varro significat, solicúmque exeuntem à Carthagine classem Punicam specula notare. M. nec quicquã aliud ex hoc capite.
2 Iliadem. CH.
3 reddit, CH. hunc Lynceũ vocat. Valer. Max. tit. vlt. lib. 1.
4 classe è Carth. CH.
5 eorum. CH.
6 secerni. Ex solin.
7 quidem. CH.
8 quadriga &c. fabricata, CH.

OCulorum acies vel maximè fidem excedentia inuenit exempla. In nuce inclusam [2] Iliada [a] Homeri carmen in membrana scriptum, tradidit Cicero. [b] Idem, fuisse qui peruideret C X X X V. M. Passuum. Huic & nomen M. Varro [3] reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, à Lilybeo Siciliæ promontorio, exeunte [4] classe Carthaginis portu, etiam [c] numerũ nauium dicere. Callicrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes [5] earum à cæteris [6] cerni non possent. Myrmecides [7] quidam in eodem genere inclaruit [8 d], à quo quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam, & nauem, quam apicula pinnis absconderet.

ANNOTATIONES.

a Had. Iun. cap. 7. 1. refert Franciscum Alumnum in denariolo suè notis perscripsisse symbolum Apostolorũ, & principium Euangelij D. Ioannis: item se vidisse ceraſi nucleum in modum quasilli excultum, quo contineretur quindecim paria tesserarum, suis punctis affabre distincta. Vide Solin. cap. 6.
b Cic. 4. Acad. *At ille nescio quis, qui in scholis nominari solet, mille & octingenta stadia quod abesset, videbat.*
c Vide Val Max. lib. 3. cap. vlt.
d Cum agitatore, infrà lib 36. cap. 6. vltimo. Aelianus li. 1. de Hist. Varro 6. de Ling. Latia. *Etenim facilius obscuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, si extrinsecus admonuerit nigras setas, &c.*

De auditu. CAP. XXII.

1 visus & auditus & numinum. Vet, lego, non visus, sed numinum.

AVditus vnum exemplum habet mirabile, prælium, quo Sybaris delata est, eo die quo gestum erat, auditum Olympiæ. Nam [a] Cimbricæ victoriæ, Castoréſque Romani, qui Persicam victoriam ipso die, quo contigit, [b] nuntiauere, visus, & numinum fuere præsagia.

ANNOTATIONES.

a De hoc Cicero. lib 6. de nat. deor.
b Narrat Pausanias in Eliacis, quo die Taurosthenes Aegineta, Olympiæ coronatus est, spectrum ei simile Aeginæ victoriam illius nuntiasse.

Exempla patientiæ. CAP. XXIII.

1 calamitatium. CH.
2 meretricis exemplũ quæ. M.
3 Anaxarchidis. Vet.
4 vanáque spe. Vet. lego, vanamq; spem;

PAtientia corporis, vt est crebra sors [1] calamitatum, innumera [2] documenta peperit. Clarissimum in fœminis Leænæ [2] meretricis, quę torta non indicauit Harmodium & [a] Aristogitonem tyrannicidas: in viris [3 b] Anaxarchi, qui simili de causa cùm torqueretur, præcisam dentibus linguã, [4] vnámq; spem indicij in tyranni os expuit.

ANNOTATIONES.

a Alius fuit Aristogiton sycophanta, quem Phocion claudum, improbum, mendacem dixit. Eum in vincula coniectum rogatus ab illo Phocion, cùm vellet inuisere, amicis suadentibus ne ad virum tam scelestum accederet, *εἰ καὶ τὶς ἄλλος, εἶπεν, ἢ ὅσον Ἀριστογείτων* Rhodig. cap. 10. 25. Vide Pausa. in Atticis; Thucidid. lib. 6.
b Valer. Maxim. lib. 3. cap. 48. de Patientia.

Memoriæ

Memoriæ exempla. CAP. XXIIII.

MEmoria necessarium maximè vitæ bonum, cui præcipua fuerit haud facilè dictu est, tam multis gloriam eius adeptis. Cyrus rex omnibus in exercitu [a] suo militibus nomina reddidit, L. Scipio populo Romano, Cineas Pyrrhi regis legatus senatui & equestri ordini Romæ postero die quàm aduenerat. Mithridates duarum & xx. gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus. [1] Charmidas [2] quidam in Græcia, quæ quis [3] exegerat volumina in bibliothecis, legentis modo repræsentauit. Ars postremò eius rei facta, & inuenta est [b] à Simonide [4] Melico, consummata Metrodoro Scepsio, vt nihil non iisdem verbis redderetur auditum. Nec aliud est æquè [5] fragile in homine, morborum & casus iniurias atque etiã metus [7] sentiens, aliàs particulatim, aliàs vniuersa. [c] Ictus lapide oblitus est literas tantùm. Ex prælto tecto lapsus, matris & affinium, propinquorúmque cepit obliuionẽ. Alius ægrotus, seruorum etiam: sui verò nominis Messala Coruinus orator. Itaque [8] sæpe deficere tentat, ac meditatur, vel quieto corpore & valido. Somno quoque serpente [9] computat, vt inanis mens quærat, vbi sit loci.

1 Carmandas, M. Carmadas, Turn. cap. 16.
[1] Carneades. Cic. 1. Tusc. & 2. de Orat. & Quintil. lib. 12. cap. de memor.
2 quidem Tol.
3 Exigeret. Vet. exegerit. M.
4 medicó. M.
5 facile. M. CH. vero, fragile in ordine, sed spatio interlineari, facile.
7 sentis.
8 sæpe se reficere.
9 amputarur, M. & Tol. & CH.

ANNOTATIONES.

2 *Τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν τεγμένοις* Xenophõ 5. *πρὸ τοῦ παιδιὰς κλαυ.* Omnibus qui sub eius imperio ducebant orituri; omnibus militum profectis. Vide Val. Max. cap. 7. lib. 8. Seneca lib. 1. Declam. admirabilem suam memoriam prædicat. Muretus Cortici hominis memoriam multis laudibus effert. cap. 1. 3.
b *Τῷ μελοποιῷ*. De Simonide iactatum hoc distichon,
Μνήμων δ' εἰμὶ πάντα Σιμωνίδου γεγραφυῖα
Οὐδ' ἀνόητα τὰ τοῦ, πᾶσιν ἐπιστάμενα.
De eo vide Strabon. lib. 13. Geograph.
c Valer Max. lib. 1. cap. de Miraculis.

Laus Iulii Cæsaris. CAP. XXV.

ANimi vigore præstantissimum arbitror [1 a] C. Cæsarem Dictatorem. Nec virtutem constantiámque nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quæ cælo continentur: sed proprium vigorem celeritatémque quodam igne volucrem. Scribere & legere simul, dictare & audire solitum accepimus. Epistolas verò tãtarum rerum [2] quaternas pariter librariis dictare: aut si [3] nihil aliud ageret, [4] septenas. Idem signis collatis [5] quinquagies [6] dimicauit: *solus M. Marcellum transgressus, qui vndequadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles victorias, vndecies c. & X C I i. M. hominũ occisa præliis ab eo, non equidem in gloria posuerim, tantam etiam coactam humani generis iniuriam: quod ita esse confessus est ipse, bellorum ciuilium stragem non [7] prodẽdo. Iustius Pompeio Magno tribuatur D C C C X L V I. naues piratis ademisse. Cæsarei proprium & peculiare sit, præter supra dicta, clemẽtiæ insigne: qua vsque ad pœnitentiam omnes superauit. Idem magnanimitatis [8] perhibuit exemplum, cui comparari non possit aliud. [9] Spectacula enim edita effusásque opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare, luxuriæ fauentis est. Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas: captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scriniis epistolarum, iterúmque apud Thapsum Scipionis, concremasse ea optima fide, atque non legisse.

1 genitum Cæsari m. Tol. & CH.
2 quatemis. Vet.
3 nil. CH.
4 septenis. Vet. & CH.
5 quinquagies & bis Vet.
6 dimicauit. CH.
* hæc ad, Nam præter, vsque non legũtur in M.
7 prodendo vt iustius. Vet. prodendo iustius. CH.
8 præbuit. M.
9 Specula. CH.

ANNOTATIONES.

a Laudem Cæsaris vide apud Ciceronem orat. pro M. Marcello.

Laus Pompeii Magni CAP. XXVI.

VErum [1] ad decus imperij Rom. non solùm ad viri vnius pertinet victoriam, Pompeij Magni titulos omnes, triumphósque hoc in loco nuncupari: æquato nõ modò [a] Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis propè ac liberi patris. Igitur Sicilia recuperata, vnde primùm Syllanus in Reip. causa exoriens auspicatus est: Africa verò tota subacta, & in ditionem redacta, [b] Magníque [2] nomine [3] spolio inde capto, eques Ro. (id quod anteà nemo) curru triumphali [4] reuectus est: & statim ad solis Occasum transgressus, excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida D C C C L X X V I. ab Alpibus ad fines Hispaniæ vlterioris in ditionem redacta victoriæ suæ ascripsit, & maiore

1 *Melius sic quidam mutata interpunctione:* Ad decus imperij Romani, non solùm ad viri vnius pertinet, victorias Pompeij Magni, titulos omnes, triumphósque hoc in loco nuncupari.
2 cognomine. Vet.
3 in spolia inde. Tol. & CH.
4 euectus, & statim. M.

animo Sertorium [5] tacuit: belló que ciuili (quod omnia externa [6] conciebat) extincto, iterum triumphales currus eques Ro. induxit, toties Imperator, antequam miles. Posteà ad tota maria & deinde Solis ortis missus, [7] hos retulit patriæ titulos, more[d] sacris certaminibus vincentium. Neque enim [e] ipsi coronantur, sed patrias suas coronant. Hos ergo honores vrbi tribuit in delubro [f] Mineruæ, quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeius Magnus Imp. bello xxx. annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis hominum [8] vicies semel centenis [9] lxxxiii. M. depressis aut captis nauibus [10] dcccxlvi. oppidis, castellis [11] M. D. xxxviii. in fidem receptis: terris [12] à Mæotis lacu ad Rubrum mare subactis, votum meritò Mineruæ. Hoc est breuiarium eius ab Oriente. Triumphi verò, quem duxit ad tertium Calendas Octobres [13] M. Messala, M. Pisone Consulibus, præfatio hæc fuit: CVM ORAM maritimam [14] à prædonibus liberasset, & imperium maris populo Romano restituisset; ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, insula Creta, Basternis, & super hæc de [15] regibus Mithridate atque Tigrane triumphauit. [16] Summa summarum in [17] illo gloria fuit (vt ipse in concione dixit, cùm de rebus suis differeret) Asiã vltimam prouinciarum [18] accepisse, eandémque mediam patriæ reddidisse. Si quis è contrario simili modo velit [19] persensere Cæsaris res, qui maior illo apparuit, totum profectò terrarum orbem enumeret: quod infinitum esse [20] conueniet.

5 domuit. Ver.
6 concutiebat. M.
9 infinitos. Ver.
8 centies vicies semel M. & CH.
9 lxxx. CH.
10 dcxlvj. CH.
11 clxxxviij. CH.
12 à Mæoti ad M.
13 M. Pisone, M. Messala cos. CH.
14 in M. deest.
15 tege
16 Summa summa res in illa. Pint.
17 illa CH.
18 Excepisse. M.
19 percensere. CH.
20 conuenit. Ver.

ANNOTATIONES.

a Alexandro Magno futurum se similem speraſſe Pompeium ab historicis proditur, magnúsque cognomen à multis oblatum ideò non reiecisse, ridentibus ac contemnentibus æmuli, ac inimici, ipsúmque per iocum Alexandrum vocantibus. Sylla certe Dictator ob summam virtutem, & quòd eius partes strenuè iuuisset, ipsi obuio de equo descendere, surgere de sella, caput aperire solebat. Victorius ex Nonio & Plutarcho cap. 2. lib. 5.
b Val. Max. cap. vlt lib 7.
c Suprà lib. 3. cap. 3.
d Quatuor: Olympiis, Nemæis, Pythiis, Isthmiis.
e Infrà cap. 4. lib. 16.
f Victoriæ vult Gellius cap. 1. lib. 10.
g Hoc indicat Romani denarij pars altera, in qua delphin spectatur cum aquila, intermedio sceptro, subscriptis his literis, MAGN. PROCOS. Vrs. 258.

Laus Catonis primi. CAP. XXVII.

CAEteris virtutum generibus variè & multi fuere præstantes. Cato primus Porciæ gentis, tres summas in homine res præstitisse [1] existimatus est, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator: quæ mihi omnia, etiam si non priùs, attamen clariùs [2] fulsisse in Scipione Aemiliano videntur: dempto præterea plurimorum [a] odio, quo Cato laborauit. Itaque sit proprium Catonis, quater & [b] quadragies causam dixisse: nec quemquam sæpius postulatum, & semper absolutum.

1 existimatur, vt esset opt. CH.
2 fuisse. Ver.

ANNOTATIONES.

a Tam vehementi, vt aliquando sit obiectum in auctione regia Cantharidos seu venenum vendidisse. Infra cap. 4. lib. 29. Id est quod apud Charisium in oratione de suo consulatu inimicos suos multa miracula fecisse ait, se tamen non desinere mirati eorum audaciam atque confidentiam.
b Val. Max. cap. 7. lib. 3. Aristophon quinquagies Athenis accusatus & absolutus est. Aeschines in Demosthenem.

Item de fortitudine. CAP. XXVIII.

FOrtitudo in quo [1] maximè extiterit, immensæ quæstionis est, vtique si recipiatur poetica fabulositas. [2] Q. Ennius T. Cæcilium Teucrum, fratrémque eius præcipuè miratus, propter eos [3] sextûm adiecit Annalem. L. [4] Siccius [a] Dẽtatus, qui Tribunus plebei fuit, Sp. Tarpeio, A. [b] [5] Aeternio Cõsulibus, haud multo post exactos reges, vel [6] numerosissima suffragia habet, centies vicies præliatus, octies ex prouocatione victor, xlv. cicatricibus aduerso corpore insignis. nulla in tergo. [8] Itẽ spolia cepit [7] xxxiiii. donatus [c] hastis puris duodeuiginti, phaleris xxv. torquibus [9] tribus & lxxx. [d] armillis [10] clx. coronis [11] xxvi. ciuicis xiiii. aureis viii. muralibus iii. obsidionali [12] vna, fisco æris, x. [13] captiuis & xx. simul bubus, Imperatores ix. ipsius maximè opera triumphantes secutus: præterea (quod optimum in operibus eius reor) vno ex ducibus [14] T. Romulio ex Consulatu ad populum [15] conuicto malè acti imperij [16] rei militaris. Haud minora forent Manlii Capitolini decora, ni perdidisset illa [e] exitu vitæ. Ante [17] decimum septimũ annum

1 maxima. Ver.
2 qua. CH.
3 sextum decimum. M. & CH.
4 sicinius.
5 Aternio. CH.
6 in eo numerosissima. Ver.
7 Idem. CH.
8 xxxvj. Valerius
9 clxxxiij. Valerius.
10 plus clx. Longolius ex Gellio.
11 xxxvj. CH.
12 vnam ex fisco, æris decem millibus, captiuis & simul bubus, viginti. Ver. Priorem huius lectionis partem agnoscit Rhodigin. cap. 6. 29. similis est locutio lib xiij. tab. Si quis iniuriam alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ sunto, quod apud Gellium Phauorinus interpretatur.
13 captiuis xx. millibus. M. alij, captiuorũ.
14 T. Tiberio Romilio M.
15 conuincto. M.
16 rei. M.
17 decem septem annos. CH.

annum bina ceperat spolia. Primus omnium eques coronam muralem acceperat, vi. ciuicas, xxxvii. dona. [18] xxxiii. cicatrices aduerso corpore exceperat: P. Seruilių Magistrum equitum seruauerat, ipse vulneratus humerum ac femur. Super omnia, Capitolium summámque rem in eo solus à Gallis seruauerat, si non regno suo seruasset. Verùm sunt in his quidem virtutis opera magna, sed maiora fortunæ. [f] M. Sergio, vt quidem arbitror, nemo quemquam hominum iure prætulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini [19] deroget. Secundo stipendio [20] dexteram manum perdidit: stipendiis duobus ter & vicies vulneratus est: ob id neutra manu, neutro pede satis vtilis: vno tantum seruo, plurimis posteà stipendiis debilis miles. Bis ab Annibale captus (neque enim cum quolibet hoste res fuit) bis vinculorum eius profugus, xx. mensibus nullo non die in catenis aut compedibus custoditus. Sinistra manu sola quater pugnauit, duo bus equis insidẽte eo suffossis. Dexteram sibi ferream fecit, eáque religata præliatus, Cremõnam obsidione exemit, Placentiam tutatus est: duodena castra hostium in Gallia cepit: quæ omnia ex oratione eius apparent, habita cùm in Prætura & sacris arceretur à collegis vt debilis. Quos hic coronarum aceruos constructurus hoste mutato? Etenim plurimum refert, in quæ cuiusque virtus tempora inciderit. Quas Trebia [21] Ticinúsque aut Trasymenus ciuicas dedêre? Quæ Cannis corona merita? [22] vnde fugisse virtutis summum opus fuit. Cæteri profectò victores hominum fuere, Sergius vicit etiam fortunam.

18 xxiij. CH.
19 derogatic. Vet.
20 dexteram. CH.
21 Ticinúsque. Tol.
22 in Cll. vulgata lectio in ordine seruata, ita superiorẽ emẽdatur, indefessæ virtutis &c.

ANNOTATIONES.

a Infrà lib. 22. cap. 5. Hic propter fortitudinem Achilles Romanus dictus. Valer. Max. lib 3. cap. de Fortitudine. In denariorum, quos Sicinia gens percussit altera parte quorundam, expressa sunt indicia fortitudinis huius Sicinij. Herculis claua operta leonis pelle cum arcu & sagittis, vt fortasis apud Valerium pro Achilles Romanus legendum sit Hercules: in aliorum verò, caduceus cum palma, & laurea corona, signatúmque altera parte viraginis caput cum his literis, FORT. P. R. Fortitudo Populi Romani. Vrsin. 245.
b Liuius sic vocat: Gellius cap. 11. 2. Solinus cap. 5 Aul. Thermum: Halicarnas. Aul. Terentium, nominibus falsis & mendosis omnibus, vt in lapide Capitolino Aul. Aterius vocetur. Eius consulatu Ateria lex Gellio, Tarpeio Festo à nomine collegę, lata est de æstimatione multor. vide quod notatum est infrà lib. 33. cap. 1. Brissonius cap 3. lib. 1.
c Hasta pura, sine ferro, Virgil. Aeneid. lib 6. *Ille, velut pelagi rupes immota resistit, Vt pura quæ nititur hasta.* Hæc olim præmium eius fuit, qui tùm primum in prælio vicisset: quoniam, vt Festus explicat, hasta summũ imperium armorum significabat, quamobrem ἔλαιον λάγχη, siue ὑπολάγχη, id est captiui, sub ea vænibant. Existimarunt quidem veteres, hastam, perinde ac diadema fastigij regij signum fuisse. Itaque Deorum Dearúmque simulacris addidêre, vnde & Curitis Iuno vocata est ab hasta, quam Curin Sabini dicunt. Legitur apud Liuium, inter prodigia, quæ nuntiabant Pontifices, nunc Lanuinæ Iunonis hastam, nunc Prænestini Martis sponte motam fuisse. Rhodig cap. 16. 21. Militem de gradu deiicere, exautorare, vite aut virgis cædere, equum adimere, hastam dare iubere, tanquam spe merendi stipendia prorsus amissa, turpissimi facinoris grauissimũ supplicium fuit Alex. ab Alex. cap. 13. 2.
d Ornamenta erant circulorum modo, quæ milites imperatorũ dono, in brachiis sinistris gestabãt. Veteres hos *Calbeos* appellasse, author est Festus.
e Liuius lib. 6. Decad. 1. Val. Max. lib 6. cap. de Seueritate.
f Vocabatur is M. Sergius Silus. In Romani veteris denarij altera parte Romæ galeatæ caput expressum est cum denarij nota, & his literis, ROMA EX S. C. altera verò facie equo procurrenti insidens, sinistra manu caput hostis præcisum tenet, cum his literis, Q. M. SERGI SILVS.
g Veteribus cautum, ne corpore mutilati sacris admouerentur, ostendit Seneca Declam. 4. cõtra Metellum petentem Sacerdotũ. *Sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res, accenda est. Hoc in victimis notatur, quanto magis in sacerdotibus?* Rhodig. cap. 2. 12.

De ingeniis, siue laudibus quorumdam ab ingeniis. CAP. XXIX.

INgeniorum gloriæ quis possit agere delectum, per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operúmque varietatem? nisi fortè [a] Homero vate Græco, nullum [1] felicius extitisse conuenit, siue operis fortuna, siue materia æstimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim insignibus iudiciis optimè citráque inuidiam tam superba cẽsura peragetur) inter spolia [2] Darij Persarum regis vnguentorum [b] scrinio capto, quod erat auro [3] gemmisque ac margaritis pretiosum, varios eius vsus amicis demonstrantibus (quando tædebat vnguenti bellatorem & militia sordidum) imò Hercule, inquit, librorũ Homeri custodiæ detur: vt [c] pretiosissimum humani animi opus, quàm maximè diuiti [4] opere seruaretur. Idem [d] Pindari vatis familiæ penatibúsque iussit parci, cùm Thebas caperet. Aristotelis philosophi [5] [e] patriam condidit: tantæque rerum claritati, tam benignum testimonium miscuit [f] Archilochi Poetæ [6] interfectores Apollo arguit Delphis. Sophoclem tragici cothurni principem defunctum [7] sepeliri Liber pater iussit, obsidentibus mœnia Lacedæmoniis: Lysandro eorum rege in quiete sæpius admonito, vt pateretur humari delicias suas. Requisiuit rex qui supremum diem Athenis obiisset: nec difficulter [8] ex iis, quem Deus significasset, intellexit: pacémque funeri dedit.

1 feliciorem quidam malunt.
2 Darij. CH.
3 Margaritis gemmisque. CH.
4 operi. CH.
5 patriam suam erexit. M. Aristocelis Philippus patriam cõdidit. Longol.
6 *Alias*, interfectorẽ *mus enim fuit, Calaurdas cognomine Coran, vt Strabo placet: aut certe* Archias, *vt manuscr. Eusebius Lib. 5. Præparat. cap. 12.*
7 sepelire. CH.
8 rex idem. Tol.

a Ambigitur multùm inter doctos, cuias fuerit Homerus, & qua ætate vixerit: Chium fuisse, monstrat versus ex eius hymno in Apollinem: τ. Φοιβε ἄνακ, ὅτινά σε χιὼν ἐυκτιμένη τεκετ' ἀναιδ. De seculo non constat in scriptorum maxima diuersitate: probabilior tamen visi est Aristarchi Philochori, & Apollodori sententia, qui centum quadraginta annis floruisse post Troianum bellum asseruerunt. Guilland. nus. Vide Magium cap. 4. & cap. 13. vide & quod notatũ est ca. 2. lib. 30. Adiouctem Apud Aelianum &c. Apud Aelianũ cap. 22. 13. Hist. Galaton pictor eum finxit euomentem, reliquos verò poëtas haurientes quæ vomuisset. Ptolemæus autem Philopator templo in honorem eius exstructo, sedentem collocari iussit, & circa eum ciuitates quæ poëtam sibi vendicant. Vide eund. scriptor. cap. 14. libri eiusdem.

b Ferula ferinium id compactum fuisse prodiderunt. Itaque cũ exemplar illud dil'gentissimè ebrectum cura & opera Aristotelis, Callisthenis Anaxarchi, post Alexandri mortem euulgatum esset, editionem illam οἱ τῶν νεκρῶν vocauerunt, hoc cognomine ab aliis non paucis eo seculo celebribus distinguentes. Victor. cap. 19. 31.

c Homeri poemata tanti fecerunt Athenienses, vt lege sanxerint, quinto quoque anno in Panathenæis eius vnius carmina publicè decantari: sicut ex tragicis poëtis Aeschyli solius fabulas eo mortuo doceri. Muret. in Var. cap. 6. 6. Homerum natura cæcum fuisse quidam & tradunt & putantur. Herodotus anteà fanum Colophone excæcatum fuisse tradit. Pausanias id morbo contigisse, vt & Tamyridi Tzetzes inopem ac senectute cæcum obiisse. Brod. cap. 9. 5. Plato in Phædro oculis captum, quòd in Helenam inuectus esset.

d Cùm Pindarus in quodam asmate his verbis Athenas laudasset, ἄστυ λιπαρὸν καὶ κοδιμον ἐπὶ σοὶ δ' ἐστιν ἀθάνατον, à suis ciuibus pecunia multatus est, quòd alienis potius, quàm suis, tantùm laudis dedisset. Hoc vbi resciuissent Athenienses, & duplum pecuniæ misserunt, quæ exigebatur, & ante regiam porticum æneam statuam posuerunt sedentis figura cum psalio, & diademate lyram tenentis, librúmque apertũ super genua. Pausanias. Muret. in Var. c. 1. 4.

e Val. Max. cap. 6. lib. 5. Plutarchus in Alexandro. Laërtius in Aristotele.

f In acie fortiter pugnantem Archilochum Calõdas cognomine Corax interfecit, nec, nisi quente Pythio oraculo, prius à cæde potuit expiari, quàm exstructa cæde, eáque in necessitatem reiecta, ei ad Tænarum parentasset, vnde Græcum prouerbium, Ἀρχίλοχον πατεῖς. Eusebius lib. 5. Præp. Euang. hunc Archiam vocat.

De Platone, Ennio, Virgilio, M. Varrone, & M. Cicerone.
CAP. XXX.

PLatoni [a] sapientiæ antistiti Dionysius tyrannus, aliâs sæuitiæ superbiæque natus, vittatam nauem misit obuiam: [b] ipse quadrigis albis egredientẽ in litore excepit. Viginti talentis vnâ orationem [c] Isocrates vendidit. Aeschines Atheniensis summus Orator, cũ accusationem, qua fuerat vsus, [2] Rhodi legisset, legit & defensionem [d] Demosthenis, [3] ob quã in illud [4] depulsus fuerat exilium: mirantibúsq;, tum magis fuisse miraturos dixit, si ipsum orantem audiuissent: [5] in calamitate testis ingens factus inimici. Thucydidem Imperatorem Athenienses in exilium egere, [6] rerum conditorem reuocauere, eloquentiam mirati, cuius virtutem damnauerant. Magnum & Menandro in comico socco testimonium regum Ægypti & Macedoniæ contigit, classe & per legatos petito: maius ex ipso, regiæ fortunæ prælata literarum conscientia. Perhibuere & Romani proceres etiam exteris testimonia. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Posidonij sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit: & fasces lictorios ianuæ submisit is, cui se Oriens Occidénsque submiserat. Cato Censorius, in illa nobili triũ sapientiæ procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quàm primùm legatos eos censuit dimittendos, quoniam illo viro argumentante, quid veri esset haud facilè discerni posset. Quanta morum commutatio? Ille semper alioquin vniuersos [8] ex Italia pellendos censuit Græcos: at pronepos eius Vticensis Cato, vnum [9] ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione deportauit. [10] Eandémque linguam ex duobus Catonibus, [c in 11] illo [12] abiecisse, [f] in hoc importasse, memorabile est. Sed & nostrorum gloriam percensemus. Prior [ff] Africanus Q. Ennij statuã sepulcro suo imponi iussit: clarúmque illud nomen, imò verò spolium ex tertia orbis parte raptum, in cinere supremo cũ Poetæ titulo [13] legi. Diuus Augustus carmina [g] Virgilij cremari contra testamenti eius verecundiam vetuit: maiúsque ita [14] vati testimonium contigit, quàm si ipse sua carmina probauisset. M. Varronis in bibliotheca, quæ prima in [15] orbe ab Asinio Pollione [16] ex manubiis publicata Romæ est, vnius viuentis posita imago est: haud minore (vt equidem reor) gloria, principe oratore & ciue, ex illa ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine, vni hanc coronam dante, quàm cùm eidem Magnus Pompeius piratico ex bello naualem dedit. Innumerabilia deinde sunt [h] exempla Romana, si persequi libeat: cùm plures vna gens in quocunque genere eximios tulerit, quàm [17] cæteræ terræ. Sed quo te M. Tulli piaculo taceam? quóve maximè excellentem insigni prædicem? quo potius, quàm vniuersi [18] populi illius gentis amplissimo testimonio, [19] & tota vita tua Consulatus tantùm operibus electis? Te dicente, legem agrariam, hoc est alimenta sua, [20] abdicauerunt tribus: te suadente,

[1] Roscio

1 à gradibus egredientes. Tol Achradine egredientem. Pint.

2 Rhodii. CH. fortè Rhodius. sic certè Tol.
3 qua M. & CH.
4 pulsus. CH.
5 in calamitate, deest in M.
6 tragœdiarum. M. haud rectè.

7 literarum. M. & CH. laureatos. Longol.

8 exitiali nomine appellandos. M. ex Italia appellantios. CH.
9 in D.
10 Eandem itaque. D.
11 illum & hunc. D.
12 abegisse. Alij ambigisse, in hoc imperitasse. CH.

13 regi. M.

14 Tò vati, &, carmina, quod mox sequitur, in M. deest, deest & carmina in CH
15 vtbe Roma ab &c. publicata est, vnius D.
16 de Vet.

17 cæteræ omnes terræ. Sed quo & te. M.
18 populi & illius. M.
19 & è tota. Vet, ex tota. CH. & tota vita tua Consulatus tanti operibus electũ. Pint.
20 abdicarunt. M.

[1] Roscio theatralis [21] autori legis ignouerunt, [22] notatáque se discrimine sedis æquo animo tulerunt: te orante, [k] proscriptorum liberos honores petere puduit: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proscripsisti. Salue primus omnium parens [1] patriæ appellate, primus in toga triũphum, linguæq; lauream merite, & facundiæ [23] Latiarúmque literarum parens: atque (vt dictator Cæsar hostis quondam tuus, de te scripsit) [24] omnium triumphorum lauream [25] adepte maiorem, quanto plus est, ingenij Romani terminos in tantum promouisse, quàm imperij.

21 notatúq; se ignominiæ discrimine, quo. M. notatúsque sedes æquo. Tol. notatáque sedes ignominiæ discrimine, æquo Vet.
23 Latinarum. M.

24 omnibus triumphis. D.
25 adepte tanto maiorem. D.

ANNOTATIONES.

a Platoni quod natali suo decessisset, & vnum & octogesimum sine vila deductione annum implenisset, Athenis Magos sacrum fecisse, tanquam viro amplioris sortis quàm humanæ, vide apud Senecam Epist. 58.
b Vide quæ adnotata sunt ad lib. 33. cap. 1. triumphatam &c.
c Platonis & Socratis æqualis, in Phædro magnopere laudatus. Nam & alij duo fuerunt: alter Apolloniates, superioris auditor, memoratus à Suida, cui Harpocration λόγων πομφαντικῶν ad Demonicum Hipponici filium tribuit: alter Ciceroni σύγχρονος & familiaris & sodalis Halicarnassei, quem is supradictæ orationis autorem fuisse tradit. Muret. in Var. cap. 1. lib. 1.
d Valer. Max. cap. 10. lib. 8.
e In illo. Censorio.
f in hoc. Vticensi.
ff Cicero pro Archia poëta. Val. M. cap. 15. lib. 8.
g Vergilium, & Virgilium dixisse veteres constat tum ex hac inscriptione vetusta M. VERGILIVS NARCISSVS, tum ex hoc versu Calui,

Et vates, cui virga dedit memorabile nomen
Laurea.

Testatur & Græcum Epigram. in Claudium,

Εἰ ἐνὶ θεσπεσίοις νόοις, καὶ μάσιν ὁμήρου
Κλαυδιανὸν βάρμη τὸ βατιλεὶς ὕψωσεν.

h Multa vide apud Valer. Max. cap. 15. lib. 8.
i Hic L. Roscius Otho fuit, qui Tribunus plebis legem tulit de ordinibus. Alius Roscius histrio fuit Syllæ charissimus.
k Hac de re vide Plutarchum in Sylla, Suetonium in Iulio, Velleium Paterculum lib. . .
l In Senatu à Q. Catulo eius ordinis principe, quod testatur & ipse Cicero oratione in Pisonem, & pro Sextio: Vt autem Plutarchus & Appianus literis mandarunt, à Catone. Lipsius cap. 20. 4.

De morum maiestate.
CAP. XXXI.

Reliquis [1] animi bonis, [2] præstitere cæteros mortales sapientia, ob id Cati, Corculi, apud Romanos cognominati. Apud Græcos [a] Socrates, oraculo Apollinis Pythij prælatus cunctis.

1 animis. Vet.
2 Præstitere & apud cæteros. Vet. præstiterunt & cæteros. M.

ANNOTATIONES.

a Valer. Max. cap. 2. lib. 7.

De autoritate.
CAP. XXXII.

RVrsus mortales oraculorum societatẽ dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis consecrando aureis literis, quæ sunt hæc: [a] Nosse se quẽque: [1] & [b] Nihil nimium cupere: Comitémque æris alieni atque litis, esse [2] miseriam. Quin & funus ei [9], cũ victore filio Olympiæ [c] expirasset gaudio, tota Græcia prosecuta est.

1 & nihil nimis, comitémque. Pint.
2 sponsionem. Vet. Quidam, Comitémque miserum esse æris alieni atque litis sponsionem. Comitémque æris alieni atque litis (nempe sponsorem) esse miserum. CH.

ANNOTATIONES.

a Plautus in Pseud.
Ecquem in angiporta hoc hominem tu nouisti, te rogo?
BAL. Egomet me. SIC Pauci istuc faciunt homines, quod tu prædicas.
Nam in foro vix decumus quisque est qui ipsus se nouerit.
b Hanc sententiam Chiloni tribuunt Pindarus quidem & Critias: Sisypho Theophrastus: quidam, Thaleti: Sodamo vetustũ hoc distichon, τοῦτ' εἶπεν Σόδαμος ὁ Ἐπιτήρτου· ὃς δ' ἐσθλὸς ἐστίν, Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. Varro apud Nonium in dictione Medioxumum, *Quid aliud est quod Delphica canat columna literis suis, μηδὲν ἄγαν, quàm nos facere ad mortalium modum medioxume, vt quondam patres nostri loquebantur?* Had. Iun. cap. 4. 6. Plautus in Pœnulo, *Modus omnibus in rebus soror optima est habita: Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se.*
Simile exemplum apud Valer. Max. de muliere in filij occursu. cap. 12. lib. 9.

De diuinitate.
CAP. XXXIII.

DIuinitas, & quædam cœlitum societas [1] nobilissima, ex fœminis in Sibylla fuit: ex viris in [a] Melampode apud Græcos, apud Romanos in Marcio.

1 nobilissimæ ex. Vet.

ANNOTATIONES.

a Auditu Melampodem præstitisse ostendit quod Galenus ait, imbecillum esse nobis visum, si conferamur cum lyncibus, & aquilis: auditum si conferamur cum Melampode: inualidos nobis esse pedes si Iphicli pernicitatem spectemus: languidas manus si Milonis robur.

De Nasica.
CAP. XXXIIII.

VIr optimus semel à condito quo iudicatus est [a] Scipio Nasica, [1] à iurato Senatu. Idem in toga candida bis [b] repulsa notatus à populo. In summa, ei in patria mori non licuit: non Hercule magis, quam extra vincula illi sapientissimo ab Apolline iudicato Socrati.

1 adiurato. M.

ANNOTATIONES.

a Valer. Max. cap. 16. lib. 8.
b Liuius lib. 7. belli Macedonij.

De pudicitia. CAP. XXXV.

PVdiciſsima fœmina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia, vxor Fuluij Flacci: electa ex centum præcipuis, quæ ſimulachrum [a] Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret [2]. Iterum religionis experimento [b] Claudia, inducta Romam Deûm matre.

3 Huminij. Valer. lib. 8. cap. 16.
2 Item. Vet.

ANNOTATIONES.

a Verticordiæ, quę virginum & mulierum mentes à libidine vertebat ad pudicitiam: quoniam ſunt Veſtales. tres nobiliſſimæ cum aliquot Romanis equitibus mœſti damnatæ fuerant. Val. Max. cap. 15. 8. Iulius Obſequens, Solinus, Lilius, Gyraldus, Ouidius.

Cumeam vetares conſuluiſſe anum.
Templa iubes fieri Veneri, quibus ordine ſtatis,
Inde Venus verſo nomine corda tenet.

b Liuius lib. . Decad. 3. Herodian. lib. 1. Feneſtel. cap. 12. Lactātius cap. 8. lib. 2. Inſtitut. Arnol. lib. 8.

De pietate. CAP. XXXVI.

PIetatis exempla infinita quidem toto orbe extitere, ſed Romæ vnum, cui comparari cuncta non [1] queant. [a] Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera ſuppicij cauſa carcere incluſa matre, cùm impetraſſet aditum, à ianitore ſemper [2] excuſſa ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt vberibus ſuis alens eam. Quo miraculo, matris ſalus [3] donata pietati eſt, amb æque perpetuis alimentis, & locus ille eidem [4] cõſecratus Deæ, C. Quintio, M. [5] Acilio cos s. templo Pietatis extructo in illius carceris ſede, vbi nunc Marcelli theatrum eſt. [b] Gracchorum pater, anguibus prehenſis in domo, cùm reſponderetur, ipſum victurum alterius [6] ſexus interempto: imò verò, inquit, [7] meũ necate: Cornelia [8] enim iuuenis eſt, & parere adhuc poteſt. Hoc erat vxori parcere, & reipublicæ conſulere. Idq; mox [9] conſecutum eſt. M. Lepidus [c] Apuleiæ vxoris charitate poſt repudium obiit. P. Rutilius morbo leui impeditus, nuntiata fratris repulſa in Conſulatus petitione, illico expirauit. P. Catienus Philotimus, [d] patronum adeò dilexit, vt hæres omnibus bonis inſtitutus, in rogum eius ſe iaceret.

1 poſſint. M.
2 curante. M. excutiente. Tol.
3 Donata filiæ pietati. ſic quidam. donata filiæ pietate, ambæq;. M.
4 conſ. eſt Deæ. M.
5 Attilio, vt ſuprà.
6 ſexu. M.
7 meo. Tol.
8 nimirum. Tol.
9 conſecuta. CH.
10 Apuleius Cacienus Plotinus. C H.

ANNOTATIONES.

a Sanguinis ingenui matrem fuiſſe tradit Valer. Max. lib. 5. cap. de Pietate.
b Cicero de Diuinat. Valer. Max. lib. 4. de Amore coniugali. Alex. ab Alex. cap. 18. 1.
c Vide cap. 53. huius libri.
d Multa quoque exempla fidelitatis ſeruorum apud Valer. Max. cap. 8. lib. 6. & cap. 4. libr. 8.

De artium plurimarum excellentia, Aſtrologia, Grammatica, Geometria. CAP. XXXVII.

VAriarum artium ſcientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par ſit florem hominum libantibus: Aſtrologia Beroſus, cui ob diuinas prædictiones Athenienſes publicè in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuêre. Grammatica Apollodorus, cui [a] Amphictyones Græcię honorem habuere. Hippocrates [1] medicina: qui venientem ab Illyriis peſtilẽtiam [2] prædixit, [3] & diſcipulos ad auxiliandum circa vrbes dimiſit: [4] quod ob meritũ honores illi, quos Herculi, decreuit Græcia. Eandem ſcientiam in Cleombroto [5] Ceo Ptolomæus rex Megalenſibus ſacris donauit C. talentis, ſeruato Antiocho rege. Magna & Critobulo fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris [6] curata orbitate luminis. Sũma autem [7] Aſclepiadi Pruſienſi, condita noua ſecta, ſpretis legatis & [8] pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione, qua vinum ægris medetur, relato [9] [b] è funere homine & [10] ſeruato: ſed maximè ſponſione facta cum fortuna, ne medicus crederetur [c], ſi vnquam inualidus vllo modo fuiſſet ipſe: [11] & victor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Grande & Archimedi Geometricæ ac machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contigit, [12] interdicto, cùm Syracuſæ caperentur, ne violaretur vnus, niſi fefelliſſet imperiũ militaris imprudentia. Laudatus eſt & [13] [c] Cteſiphon Gnoſsius, [14] æde Epheſiæ Dianę admirabiliter fabricata: Philon, Athenis armamẽtario mille nauium, [c] Cteſibius, pneumatica ratione & [f] hydraulicis organis repertis: [15] Dinocrates, metatus Alexandro condente in Aegypto Alexandriam. Idem hic Imperator edixit, ne quis ipſum alius, [g] quàm apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles, [16] ſculperet quam Lyſippus ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

7 medicina pollent: qui. Vet.
2 prædixit diſcipulis, quos ad. Tol.
3 diſcipulosq;. CH.
4 Cui. Vet.
5 Ceo in M. deeſt.
6 curato orbe. Vet.
7 Aſclepiades Pruſienſis. M. & Vet. alij Aſclepiadis.
8 pollucitationibus. M. id eſt, laudis, opiparis, ſplendidis conuiuiis ac epulis.
9 ex. CH.
10 conſeruato. CH.
11 Alij, & vicit, ſuprema in senecta lapſu ſcalarũ exanimatus.
12 interdicto. Tol. & CH.
13 Cteſiphiton. Infrà cap. 14. lib. 36. atq; ita vocat Strabo Chriſippon CH.
14 æde Epheſi Dianæ admirabili. CH.
15 Dinocrates. CH. & ſuprà lib. 5. cap. 10. Chirocrates. Strabo & Aelianus.
16 ſcalperet. Vet. & CH.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Sanctiſsimum Græciæ concilium ab Amphictyone Heleni filio inſtitutum, ad Thermopylas haberi ſolitum, ac ideò vocatum Pilaicum, eò conuenientibus Græciæ populis duodecim videlicet, Iones, Æoles, Dores, Perrhœbi, Bœotij, Magneſij, Achæi, Phtiotæ, Melienſes, Æni nes, Delphi, Phocenſes, veris & aurumni principio, vt de maximis rebus & ad vniuerſæ Græciæ ſtatum pertinentibus decernerent. Alex. ab Alex. cap. 7. 5. Concilium id commune, alij publicum Græciæ vocant. Suidas Amphictyonem Deucalionis filium fuiſſe tradit.
b Hanc hiſtoriam narrat copioſè Apuleius Floridor. 4. vide locũ.
c Sponſionum hæ fuerunt olim formulæ, Si bona ſua ex edicto Prætoris dies triginta poſſeſſa non eſſent. Cicero pro Quinctio. Ni iuſtè appellatum ſit Paulus lib. 5. Vide Pithoeum lib. 1. Adueſ. cap. 18.
d Valer. Max. cap. 7. lib. 8.
e Apud Athenæum pag. 245. ver. 13. Cteſibius Alexandriæ in templo Zephyri potoriũm vas τὸ κέρας, ſiue τὸ ῥυτὸν fabricatus eſt, quod appulſa aquarum eliſo ſpiritu, & bellicum canebat, & hilares feſtiuóſque modos perſonabat. Hedylus in Elegis.

Ζωροπότας, τὸ τύτθ' ὁλκὸν ζεφύρῳ τῷ ἠρὶ,
Ἐρρῖπ' μὲν βαιτῶλδε σιτίσιον τὸ κέρας.
Σωλαπέζου λυγέας τὰ κράνα πρὸς ῥόον ἔχας,
Δευτὸ κοῖ ποκλίμη σωδήρεα, φ' Ἡδύλε.

f Hydrautica vel deducẽdis hauriendiſue aquis excogitata, Græcis ὑδραυλικὰ & ὑδραυλήματα. Lucretio hauſtra, nempe aquarias machinas, rotas, tympana, de quibus vide lib. 10. Victruuij cap. 5. 10. 11. 12, 13. vel muſica organa, in quibus aquæ motus & agitatio tubulos animat. De iis Claudianus ad Manlium,

Et qui magna leui detrudens murmura tactu
Innumeras voces ſegetis moderatur aheneæ.
Intonat (fortè, ſenſonat) erranti digito penitiſque trabali

Vecte labarantes (*rectè adlabantes*) *in carmina concitat vndas.*
Eius fuit generis apud Cora. Seuerum in Aetna, Triton, qui aquarum aſſultu auram conciperet, ac per buccinam ori admotam vocem ederet, ſiue, vt ait poëta, irriguum carmen. Aliâ ſunt Pneuſtica noſtra, vẽtum follibus accipientia, de quibus πνευματικῶν: Ἀπολλώνιος ὁ Περγαῖος, &c. quod eius Atticæ elegantiæ hexametrum Epigramma Elegico æmulatus eſt Ang. Politianus, *ei ſpuere.* ſcribens, Χαλκείοις ὀνάκων ὑρὸν σίγων. &c. libro Græcorum Epigrammatum. Fuit & Pneuſticon πνευματικὸν, vnde πνευμάλης, cadus ligneus aut eburneus, impactis tibijs plenus, quæ cùm ex parte quadam ſpiritu animabantur, cantum, modulationes, &c, vt ait Gellius, frequentamenta edebant, foraminum varietate diſtincta, abſque regularum motu. Seneca, *Quo modo in dolio cantantis vox per totum cum quadam diſcuſſione percurrit & reſonat, & tam leniter mota circuit tamen, non ſine tactu eius ac tumultu, quo incluſa eſt. Varro apud Nonium,*

Inflet priuſque tibias in orcheſtra,
Domi ſua pithaula ramices rumpit. Propert.
Tibia Myglonis cantat eburna cadis.

Alias eſt vericulatus, ὁ ἀνακάλυπτος. qui vtre ventum conceptum inſtigans, cubito exprimit, ac vtrem exanimat. In Copa. *Ad cubitum rauca excutiens calamos.* Scalig.
g Val. Max. cap. 11. lib. 8.

Item mira opera artificis. CAP. XXXVIII.

ARiſtidis Thebani pictoris vnam [a] tabulam, centum talentis rex Attalus [1] licitatus eſt. Octoginta emit duas [b] Cæſar Dictator, Medeam & Aiacem Timomachi, in templo Veneris Genitricis dicaturus. [c] Candaules Rex Bularchi picturam Magnetum [2] exitij mediocris ſpatij pari rependit auro. Rhodum non incendit rex Demetrius, [d] Expugnator cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret, à parte ea muri locatã. Praxiteles marmore nobilitatus eſt, [e] Gnidiáque Venere, præcipuè væſano amore cuiuſdam iuuenis inſigni: & Nicomedis æſtimatione regis, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati. Phidiæ [f] Iupiter Olympius quotidie teſtimonium perhibet, Mentori capitolinus & Diana [3] [g] Epheſia, quibus fuere conſecrata artis eius vaſa.

1 licitus eſt. CH.
2 exilij haud mediocris, pari. Budæus lib. 2. de Aſſe.
3 Epheſi. CH.

ANNOTATIONES.

a De hac infrà cap. 4. & 10. lib. 35.
b Eod. cap. 3. lib. Eod.
c Libr. eod. cap. 8.
d πολιορκητὴς, vocem Græcam eximere voluit. Vitru. lib. 10. *Interea rex Demetrius, qui propter animi pertinaciam Poliorcetes eſt appellatus:* intellige, in obſidendis & oppugnãdis vrbibus. Vide cap. 10. lib. 35. huius operis.
e Eadem refert lib. 36. cap. 5.
f Infrà, cap. 5. lib. 36.
g Dianam Epheſiam ab artifice Canetia factam memorat autor cap. 40. lib. 16.

De ſeruitiis. CAP. XXXIX.

PRetium hominis in ſeruitio geniti maximum ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit Grammaticæ artis [1] Daphnidis, Cn. Piſaurenſi vendente, † & M. Scauro principe ciuitatis [2] [a] IIIIMDCC. ſeſtertiis licente. Exceſſere hoc in noſtro æuo nec modicè hiſtriones, ſed libertatem ſuam mercati. Quippe cùm iam apud maiores [b] Roſcius [3] hiſtrio HS quingenta annua meritaſſe prodatur: [4] niſi ſi quis in hoc loco deſiderat Armeniaci belli, paulò antè propter Tyridatem geſti, diſpenſatorem, quem Nero [5] HS. cxx. M. manumiſit. Sed hoc pretiũ belli, non hominis fuit, tam hercule, quàm libidinis, nõ formæ, [6] Pæzontẽ è ſpadonibus Seiani IIi i.M. D. mercante [7] [c] Sutorio Priſco. Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli vacabat.

1 Daphni natio Piſaurenſe.
2 DCCC.M.
† Expendit hunc locum Budæus lib. 2. de Aſſe, chica fin. tandémque in eam diſcedit ſententiam vt hic legendum cenſeat, CCC.M. DCC. ſex ſtertiis.
3 hiſtrio IIII. D. CIT. hiſtrioni M.D. annua mercaſſe. Vet. tercentum Lannus meritoſſe. Budæus. hiſtrio, iij. M.D. Anniã mercaſſe. Vet. Parmenſe.
4 niſi quis. CH.
5 IIII.CXXX.M. Nero ſeſtertium centies vicies manumiſit. Vet.
6 Paroneteni ſpadonis. Vet. Parmenſe. Paronetenſes ſpadonis Seiano, M.
7 Caio Lutorio Priſco, Vide Annot.

ANNOTATIONES.

a Suetonius libro de illuſtribus Grammaticis, De Lælio Præconino, ducentis milibus numũm, ſdque, ἀργυρίου sine nobis numerorum. Mitalerius.
b De illo plurima Rhodiginus, cap. 17. lib. 14.

c Eques

c Eques Romanus is fuit, damnatus à Tyberio,& examinatus in carcere ob quoddam poëma. Tacitus lib.3.apud quem legitur & malè, Clutorius,pro C. Lutorius.

De præstantia gentium. CAP. XL.

1 omnium. M.& CH.

GEntium in toto orbe præstantissima vna [1] omni virtute haud dubiè Romana extitit.Felicitas cui præcipua fuerit homini,nō est humani iudicij: cùm prosperitatem ipsam alius alio modo, [2] & suopte ingenio quisque [3] terminet. Si verū facere iudicium volumus,ac repudiata omni fortunę ambitione decernere, [a] mortalium nemo est felix. Abundè [4] igitur atque indulgenter fortuna [5] decīdit cum eo,qui iure dici non infelix potest. Quippe vt alia non sint, certè ne lassescat fortuna metus est: quo semel recepto,solida felicitas non est. Quid, quòd nemo mortalium omnibus horis sapit? vtinám que falsum hoc, & [6] non à vate dictum quàmplurimi iudicent. Vana mortalitas, & ad [7] circunscribendum seipsam ingeniosa,computat more Thraciæ gentis: quæ calculos colore distinctos, pro experimento cuiusque diei in vnam cōdit, ac supremo die [8] separatos dinumerat, atque ita de quoque pronunciat.Quid, quòd iste calculi candore illo [9] laudatus dies, originem mali habuit? Quàm multos accepta afflixere imperia? quàm multos bona perdidere, & vltimis mersere supplicīis?Ista nimirum bona, [10] si cui inter illa hora in gaudio fuit. Ita est profectò,alius de alio iudicat dies,& tamen supremus de omnibus:ideóq; nullis credendum est.Quid, quòd bona malis paria non sunt, etiam pari numero, nec lætitia [11] vllo minimo mœrore pensanda? Heu vana & imprudens diligentia: numerus dierum [12] comparatur: vbi quæritur pondus.

2 & pro suopte. M. Tol.
3 determinet. CH.
4 agitur.M.& CH.
5 decidituꝛ. M.Tol.& CH.
6 non vt à vate. Tol.
7 circumscribēdam. Vet.& CH.
8 separatim. Vet.
9 laudato die. M. & CH.
10 cum interim illa. CH.
11 vlla.Vet.
12 computatur.Vet.

ANNOTATIONES.

a Homerus Odyss. ζ. Τοῖσι δὲ νόος ἐστὶν ὑπερφίαλος ἀνθρώπων,
Οἷόν τ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

De felicitate summa. CAP. XLI.

1 fuerit.CH.
2 Berenice.M. & CH.
3 extiterint.CH.
4 Rutilianus. Valet. lib.5.Rulliani.CH.

VNa fœminarum [a] in omni æuo Lampido Lacædemonia reperitur, quæ regis filia, regis vxor, regis mater [1] fuit. Vna [2b] Pherenice, quæ filia, soror, mater Olympionicarum. Vna familia Curionum, in qua tres continua serie oratores [3] extiterunt.Vna [c] Fabiorum, in qua tres continui principes Senatus, M. Fabius Ambustus, Fabius [4] Rullianus filius,Q.Fabius Gurges [d] nepos.

ANNOTATIONES.

a In regum nostrorum progenie Blancha regis Hispaniæ filia fuit regis vxor, regis mater:itidem Claudia regis Ludouici filia, regis Francisci vxor,regis Henrici 2. mater.
b Pherenice. Callipateram quoque Pausanias vocat lib. 5. & de virili eius animo historiam narrat scitu dignam. Vide & Aelianum cap.1.lib.10.Historiæ Fabiorum.
c Ex ea familia trecenti perierunt ad Cremeram fluuiolum Hetruriæ,vicinum Romæ, nascentem ex paruo lacu in sylua Baccana,& Tiberim subeunte ad Valeam. Ouid.
Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes.
Ad bellum missos abstulit vna dies.
d Florus cap. 21.lib.1.

Varia exempla fortunæ. CAP. XLII.

1 facit.CH.
2 ex insignibus malis.D.

CÆtera exempla fortunæ variantis innumera sunt.Etenim quæ [1] fecit magna gaudia,nisi [2] ex malis?aut quæ mala immensa,nisi ex ingentibus gaudiis?

De bis proscripto,L.Sylla,Q.Metello. CAP. XLIII.

1 Seruauit &c.xxxlij. vsque ad Antonium. Sed iterum proscriptus superstes illi vixit.Cōstátq; &c. Pinc.
2 xxxlij. M.
3 sed vsque.CH.
4 Strabonis non legitur in M.
5 castrensis suffraniū. M. sūffoꝛaneum. Ver. castrensis ferraniam fuisse Vet.Alij.castrēsis sustinatiæ. Alij. Turo.cap. 8. 29. castrēsis furnatiæ vel, vt alij malunt,farinatiæ. castrensis sustinatiæ.CH.
6 in,deest in M.
7 in eum iudicē. CH.
8 negauerint. CH.

SIeruauit proscriptum à [a] Sylla M. Fiduſtium Senatorem, annis [2] x x x v 1.sed iterum proscriptus. Superstes Syllæ vixit [3] vsque ad Antonium:constátque nulla alia de causa ab eo proscriptum, quàm quia proscriptus fuisset. Triumphare [b] P. Ventidium de Parthis voluit quidem solum,sed eundem in Triumpho Asculano Cn.Pompeij [4] Strabonis duxit puerum:quáquàm Massurius autor est, bis in triumpho ductū: Cicero,mulionem [5] castrensem [c] suffarraneum fuisse:plurimi, iuuentam inopem [6] in caliga militari toleraſſe. Fuit & Balbus [d] Cornelius maior Consul, sed accusatus, atque de iure [e] virgarum [7] in eum, iudicum in consilium missus, primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum vsus illo honore, quem maiores Latio quoque [8] negauerunt.Est & L.Fuluius inter insignia exempla,Tusculanorum rebellantium Consul:eodémque honore,[9] cùm transisset, exornatus confestim à populo Romano:qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romæ triumphauit ex iis, quorum Consul fuerat. Vnus hominum ad hoc æui,[f] felicis sibi cognomē asseruit L.Sylla, ciuili nempe sanguine,ac patriæ oppugnatione adoptatus. [10] Et quibus felicitatis inductus argumēris?quòd proscribere tot millia ciuium ac trucidare potuisset. O praua interpretatio, & futuro tempore infelix. [11] Non melioris sortis tunc fuēre pereuntes, quorum miseremur hodie, [12] cùm [13] Sylla nemo non oderit? Age, non [g] exitus vitæ [14] eius omnium proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente seipso corpore, & supplicia [15] sibi gignente? Quod vt [16] dissimulauerit, & supremo [h] somnio [17] eius ([18] cui immortuus quodammodo [19] est) credamus, [20] ab vno illo inuidiam gloria victam: hoc tamen nempe felicitati [22] suæ defuisse confessus [23] est, quòd Capitolium non [24] dedicauisset Quintus Metellus in ea oratione,quam habuit supremis laudibus patris sui L.Metelli, Pontificis,bis Consulis, Dictatoris, Magistri equitum, Quindecimuiri agris [26] dandis, [27] qui primus [i] elephantos [28] primo [k] Punico bello duxit in triumpho,scriptum reliquit: decem maximas res optimásque,in quibus [29] quærendis sapientes ætatē exigerent,consummasse [30] eum. Voluisse enim primarium bellatorem esse,optimum oratorem, fortissimum Imperatorem,auspicio suo maximas res geri,maximo honore vti,summa sapientia esse,summum Senatorem haberi,pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere,& clarissimum in ciuitate esse. Hæc contigisse ei,nec vlli alij post Romam conditam, longum est refellere & superuacuum,abundè vno casu refutante. Siquidem is Metellus orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio, cùm Palladium raperet ex æde Vestæ,memorabili causa,sed euētu misero. Quò fit,vtinfelix quidem dici non debeat, felix tamen non possit.Tribuit ei populus Romanus [31] quod nūquam vlli alij ab condito æuo,vt quoties in Senatum iret,curru veheretur ad curiam.Magnum & sublime, sed pro oculis datum.

9 transfuga exornatus.Salm.perfuga.Romanum transfuga & exornatus.Vet.de iis.
10 Et quibusnam. M.& CH.In quibus. Pinc.
11 Nam.D.
12 cūm te Sylla.Ver.
13 Syllam nemo adorat.M 14.et in M.d.
14 eius in M.d.
15 tibi Tol.ibi.Vet.
16 dissimulauerit. Vet.
17 eius in M.d.
18 cuius vi mortuus. D. cū mortuus quodammodo est creditus.M.
19 es.Vet.
20 ab te vno. Vet.
22 tua.M.
23 es. Vet.
24 dedicatūisses.Ver.
25 xij.vici. M.
26 diuidendis. Ver.
27 qui plurimos elephantos. *Ex ipso Plinio lib.18. cap 3.* Cum L.Metellus triumpho plurimos duxit elephantos. *Nam ante eum bello Tarentino Manius Curius elephantos in triumpho duxerat.*
28 Ex primo.M.& CH.
29 reddendis.M.
30 Eum valuisse Primarium enim bellatorem. M. eum. Valuisse enim. Tol. consummatis æuo Fuisse enim primariū. Pint.
31 quod nulli alij cō dito æuo.CH.

ANNOTATIONES.

a Syllam quidam dictum volunt vna litera mutata à sillo naso.Sigonius verò quasi Sibyllam, quòd Decemuir, aut Prætor, ex libris Sibyllinis ludos Apollinares instituerit.
b Val.Max.cap.10 lib.6.& infrà cap.22.lib.22.
c Vide Scalig.Append.Virgil.ad Catulli Phaselli *πατρῳδίαν*, Sabinus ille,&c.quæ tota est in Ventidium.Vide & Turneb. cap. 18. lib.29. Aduers.
d Maior siue prior consul,qui primo statim mense,& prius quàm collega,fasces accipiebat. Is autem erat vel senior, vel nobilior,vel plurium liberorum pater,vel maritus altero cælibe,vel prior declaratus,vel quiiam ante consulatum gessisset.Rhodig. cap.8.12. insignem dictum putat à Virg.his versibus,

Ipse quirinali trabea,cinctúque Gabino
Insignis,reserat stridentia limina consul.

Hunc Balbum lib.3.triumphalem Strabo vocat. De Garamantibus & vicinis populis triūphasse autor scribit cap.5.lib.5. Vide & Alex. ab Alex.cap.3.3.& Brissonium cap.14.3.
e Legem Cato tulit,ne ciuis Romanus aut verberaretur, aut necaretur.Eam ille,*Pro scapulis*,vocabat,vt autor est Festus Liuius,*pro tergo*:autor hoc loco de iure virgarum.
f Felicem Syllam dictum putant, quòd feliciter in hostes pugnasset, quòd amicus fuisset Metelli Pij: quòd Athenas vi captas non deleuisset.Scribit Appianus equestrem imaginem Syllæ auream ante rostra positam cum inscriptione: CORNEL. SYLLÆ IMPERAT. FORTVNATO.Venustum quoque Syllæ cognominari se voluit.Rhodig.cap.6.24.Syllæ immolanti iecur extrema fibra coronę laureæ imaginem ostendit, ostento mirabili felicitatis.Alex.ab Alex.cap.25.lib.5.Vide Val.Max.cap.9.lib.6. & cap.2. lib.9.
g *φθειριάσει* siue pediculari morbo interiit. Val.Max.cap.4.lib.9. & infra lib.11.cap 33.
h De supremo hoc Syllæ somnio vide Appian. Alexādri Bel.ciuil. lib.1.& Plutarchum in vita eius.
i Centum & viginti. Seneca libro de Breuitate vitæ. Val. Max. lib.7.
k Victis in Sicilia Pœnis.

De altero Metello. CAP. XLIIII.

1 dixit.CH.
2 intra felicitatis.M.

HVius quoque Q.Metelli, qui illa de patre [1] dixerat,filius,[2] inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur. Nam præter [a] honores amplissimos, cognoménque è Macedonia,[b] quatuor filiis illatus rogo,[3] vno Prætore,tribus Cōsularibus, duobus Triumphalibus,vno Censorio:quæ singula quoque paucis contigēre:in ipso tamen flore [4] dignationis suæ [5] ab [c] Catinio Labeone, cui cognomen fuit [6] Macerioni, Tribunoplebis, quem è Senatu Censor eiecerat,reuertens è Campo meridiano tempore, vacuo foro & Capitolio,ad [d] Tarpeium raptus,[7] vt præcipitaretur, conuolante quidem tam numerosa illa cohorte,quæ patrem eum appellabat, sed (vt necesse erat in subito) tardè & tanquam in exequias,cùm resistendi sacróque sanctum [8] repellēdi ius non esset,virtutis suæ opera & Cēsuræ periturus,ægrè Tribuno,qui intercederet,[9] reperto,à limine ipso mortis reuocatus: alieno beneficio posteà vixit, bonis inde etiam consecratis [10] à damnatu suo:tanquam parum esset,[c] faucium certè intortarū,expressiq; per aures sanguinis [11] pœnam

3 Alius, vno Prætorio.sic & Valer. Max. lib.7.cap.de felicit.
4 dignitatis,Alij.
5 à C. Attilio. Longolius.
6 Macerionis.
7 vt præcipitaretur virtutis suæ opera & cēsuræ periturus, cōuolante quidē. Pint.
8 collegiū repel. M.
9 reccpto. Ver. referente M.
10 dānato.M.& CH.
11 pœna exacta est. CH.

nam exactam esse. Equidem &[12] Africani sequentis inimicum fuisse, inter calamitates duxerim, ipso teste Macedonico. Siquidem [13] liberis dixit: Ite filij, celebrate exequias, nunquàm ciuis maioris funus videbitis. Et hoc dicebat iam Baleāricis,[14] & Creticis, & [15] Diadematis, iam Macedonicus ipse. Verùm vt illa sola iniuria æstimetur, quis hunc iure felicem dixerit, periclitatum ad libidinem inimici, nec [16] Africani saltem, perire? quos hostes vicisse tanti fuit? aut quos non honores [17] currúsque illa sua violentia fortuna retroegit, per mediam vrbem Censore tracto, (etenim sola hæc [18] moriendi ratio fuerat) tracto in Capitolium [19] illud, in quod triumphans ipse de eorum exuuiis, ne captiuos quidem sic traxerat. Maius hoc scelus felicitate consecuta factum est, periclitato Macedonico vel funus tantum ac tale perdere, in quo à triumphalibus liberis portaretur in rogum, velut exequiis quoque triumphans. Nulla est profectò solida felicitas, quam contumelia vlla vitæ [20] rumpit, nedum tanta. Quod superest, nescio [21] morum gloriæ an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam sceleratam Catinij audaciam semper fuisse inultam.

12 Africani Aemiliani inimicum. M.
13 liberis, non legitur in Tol. & M.
14 & Creticis, Tol. nō habet nec M.
15 Dalmaticis. Vet.
16 Africano saltem paris. Vet. nec Africanum saltem perire, nec hostis. Lego, nec ab Africano.
17 currúsque. M.
18 morandi. CH.
19 illo. CH.
20 rapit. M. & CH.
21 maiorū. M. nescio maior gloriæ an indignationis dolor accedat. Vet. Lego, an dignationi dolor.

ANNOTATIONES.

a Valer. lib. 7. cap. 1.
b Cap. 12. Metellus Macedonicus reliquit sex liberas: Valerio, septem, mares quatuor, fœminas tres. Augustino 2. de Ciuit. quinque: Plutarcho lib. de fort. Roman. & Patetculo, quatuor.
c Quod de Labeone hic autor narrat, & de M. Druso legimus, qui Trib. pl. Philippum consulem, quia concionantem interpellasset, tam præcipitem in carcerem egit, vt multa vis sanguinis è naribus fluerer. Alex. ab Alex. cap. 2. 1. Idem exemplum narrat. idē scriptor cap. 13. 3. de P. Sēpronio Tribuno Plebis, qui nisi collega obstitisset, Appium Claudium Censorem in vincula duci iusserat.
d Vide Turneb. cap 9 lib. 4. Aduers.
e Magistratus, si quis imperio suo parum obediret, ipsi manu iniecta in collum inuadebat, ac torquebat, tanquam eo genere pœnę cohercens, Turn. cap. 34. 28. Cicero 6. in Verrem. *Quem obtorta gula de conuiuio in vincula atq; in tenebras abripi iussit.* Plaut. in Rud. *opta aeyus, Rapi in obtorto collo mauis, an trahi?*
f In Metellorum familia quosdam fuisse Diadematos Cicero tradit Beroaldus legit, Dalmaticos, quoniam L. Metellus Dalmaticus vicerit Plutarchus lib de Fort. Rom. tradit Cæcilium Metellum Macedonicum elatum à quatuor filiis consularibus, Q. Balearico, L. Diademato, M. Metello, C. Caprario. Rhodig. cap. 22. 17. Diadematum vocatum fuisse, quòd vlceratam frontem diademate, id est, fascia diu ligauerit, autor est Plutarchus in Coriolano. Sigonius, *Cum Pompeius vlceratum eius fascia vinctum circumferret, Faunius quidam amare dixit, nihil referre qua in parte diadema gestaret.* Rhodig. cap. 6. 24. Vide. Val. Max. cap. 1. lib. 4.

De Diuo Augusto. CAP. XLV.

IN Diuo quoque Augusto, quem vniuersa mortalitas in hac Censura nuncupat, si diligenter æstimentur cuncta,[1] magna sortis humanæ reperiantur volumina. Repulsa in Magisterio equitum apud auunculum, & contra [2] petitionem eius prælatus Lepidus: [3] proscriptionis inuidia, collegium in Triumuiratu pessimorum ciuium, nec æqua salutem portione, sed [4] prægraui Antonio: Philippensi prælio [5] morbus, fuga, [6] & triduo in palude latebræ ægroti: & (vt fatentur Agrippa & Mecœnas) aqua subter cutem fusa turgida latera: naufragia Sicula, & alia ibi quoque in spelunca occultatio. Iam in nauali fuga vrgente hostium manu, preces [7] Proculeio mortis [8] admotæ: cura Perusinæ contentionis: [9] solicitudo Martis Actiaci: Pannonici belli ruina è turri: tot seditiones militum, tot ancipites morbi corporis: suspecta Marcelli [10] vota, pudenda Agrippæ ablegatio, toties petita insidiis vita, incusatæ liberorum mortes, luctúsque non tantùm orbitate tristes: adulterium filiæ, & consilia parricidæ palàm facta: contumeliosus priuigni Neronis secessus: aliud [11] neptis adulterium: iuncta deinde tot mala: inopia stipendij, rebellio Illiryci, seruitiorum delectus, iuuentutis penuria: pestilentia vrbis, fames [12] sitísque Italiæ, destinatio expirandi, & quatridui inedia maior pars mortis in corpus recepta: iuxta hæc Variana clades, & maiestatis eius fœda fugillatio, abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem, desiderium post relegationem: inde suspicio in [b] Fabium, arcanorúmque [13] proditionem: hinc [c] vxoris & Tiberij cogitationes suprema eius cura. In summa, Deus ille, cælúmque nescio adeptus magis, an meritus, hærede [14] [d] hostis sui filio excessit.

1 nunquam tam manx f. h. rapiantur. M. reperientur. Vet.
2 voluntatem. Vet.
3 proscriptionis inuidia in collegā: collegium. Pa.
4 prægrauante. Tol.
5 morbi. CH.
6 *Vetus lectio*, & tridui in palude ægroti, & (vt fatētur Agrippa & Mecœnas) aqua subter autē fusa turgidi latebra. hic & CH. nisi quòd, triduo, scribit. Manusc. verò, & triduo in palude ægrotantis. *cetera eadem.*
7 pro periculo. M.
8 admotæ curas Perusinæ contentiones.
9 solicitudo Martis Actiaci, Pannonicitij belli: ruinæ pontis: Parmense Pannonicis bellis ruine in curru. M. ruinæ pontis. Vet. ruinæ turrium.
10 vita. Vet.
11 in nepte. CH.
12 sitisq; in M. deest, & CH.
13 proditio. Vet. proditorem. CH.
14 non suo filio. M.

ANNOTATIONES.

a Præsertim à L. Cecinna, Seneca lib 1. De Clementia. Illum à Valerio significari cap 11 9. censet Brod. cap. 27 quem apud inferos, si illic receptus esset, quæ mereretur, supplicia pendere Valerius scribit.
b Fabium Maximum, quo solo comite Augustus Planasiam ad nuisendum Agrippam vectus fuerat. Id Fabius, cum vxori Martiæ aperuisset, eaque Liuiæ, ac tandem C. Nauius Augusto, paulò post extinctus est, Martia se in funere accusante quod exitij caussa marito fuisset, Tacitus.
c Dion Augustum periisse scribit veneno à Liuia dato in fico.
d Nam Tiberij pater, Antonij partes ciuili bello seculus erat.

Quos

Quos beatissimos dij iudicauerunt. CAP. XLVI.

SVbeunt in hac reputatione Delphica oracula, velut ad castigandam hominum vanitatem[1] à Deo emissa. Duo sunt hæc: [2] Phedium [a] felicissimum, qui pro patria proximè occubuisset. Iterum à [b] Gyge rege tunc amplissimo terrarum [3] consultum, Aglaum Psophidium esse feliciorem. Senior hic in angustissimo Arcadiæ angulo paruum, sed annuis victibus largè sufficiens, prædium colebat, [c] nunquàm ex eo egressus: [4] atque (vt è vitæ genere manifestum est) minima cupidine minimum in vita mali expertus.

1 ab. M. & CH.
2 Pedium. Tol. Pædium. CH.
3 consulti. CH.
4 vsque è vitæ. M.

ANNOTATIONES.

a Idem de Tello Athenienſi apud Herodotum lib. 1.
b Lydorum, qui post Midam Gordij filium primus Delphos pretiosissima dona misit, quæ ἀθησαυρα γυγάδεω vocauerunt. Eius annulus multorum scriptis celebratus est, præsertim à Cicerone, & Platone lib. 2. de Iusto. Rhodig. cap. 11. 6. Vide cap. 1. lib. 33. Val cap. 10. 7. Solinum quoque.
c Sic Aelianus sophista nunquam extra Italiam peruagatus est, nauem nunquā ascendisse mare ne nouit quidem. Apud Platonem in Phæd. Socrates potius hospiti, quàm incolæ sim: is extra mœnia non egrediebatur, ciuitatis fines non transibat Rhod. c. 32. 21.

Quem viuentem, vt Deum, coli iusserunt. CAP. XLVII.

COnsecratus est viuus sentiénsque oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatu, Euthymus [1] pycta, semper Olympiæ victor, & semel [a] victus. Patria ei Locri in Italia: [2] ibi imaginem eius & Olympiæ alteram eadem die tactam fulmine, Callimachum vt nihil aliud, miratum video, [3] Deúmque iussisse sacrificari: quod & [b] viuo factitatum & mortuo: nihílque adeò mirum aliud, quàm hoc placuisse Diis.

1 poëta. Vet.
2 vbi. M.
3 ad eumque iussisse sacrificare. CH.

ANNOTATIONES.

a à Theagene, non iusto quidem bello, sed dolo, vnde nec Theageni honos decretus, sed mulctæ nomine talentum Euthymo coactus est repræsentare. Pausanias in Eliacis.
b Mortuum non esse, sed alio quodam modo hominem esse desiisse, narrat Pausanias.

De spatijs vitæ longissimis. CAP. XLVIII.

DE [a] spatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modò situs, verùm exempla, ac sua cuique sors nascendi incertum fecere. Hesiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabulosè (vt reor) multa de hominum æuo referens, cornici nouem nostras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Et reliqua fabulosius in phœnice ac Nymphis. Anacreon Poeta Arganthonio Tartessiorum regi [1] cl. tribuit annos, Cinyræ Cypriorū x. annis amplius, Ægimio cc. [b] Theopompus Epimenidi Gnossio [2] clvij. Hellanicus quosdam in Ætolia [3] Epiorum gentis cc. explere. Cui astipulatur [4] Damastes, memorans [5] Pictorum ex iis præcipuum corpore viribúsque, etiam ccc. vixisse. [6] Ephorus Arcadum reges [7] ccc. annis. Alexander Cornelius, [8] Dandonem quendam in Illyrico ccccc. vixisse. [9] Xenophon in Periplo, maritimorum regem ccccc. atque vt parcè mentitus, filium eius [10] dccc. quæ omnia [c] inscitia temporum acciderunt. Annum enim alij æstate vnum determinabant, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere: quidam Lunæ senio, vt Ægyptij: itaque apud eos aliqui & singula millia annorum vixisse produntur. Sed vt ad confessa transeamus, Arganthonium Gaditanum octoginta annis regnasse, propè certum est: putant quadragesimo cœpisse. Masinissam sexaginta annis regnasse, indubitatum est: [d] Gorgiam Siculum [11] centum & octo vixisse. Q. Fabius Maximus [12] sexaginta tribus annis Augur fuit. M. Perpenna, & nuper L. Volusius Saturninus, omnium quos in Consulatu sententiam rogauerant, superstites fuere. Perpenna septem reliquit ex iis, quos Censor legerat: vixit annos [13] xcviij. Qua in re & illud adnotare succurrit, vnum omnino quinquennium fuisse, quo Senator nullus moreretur: cùm Flaccus & Albinus Censores lustrum condidere vsque ad proximos Censores, ab anno vrbis quingentesimo [14] septuagesimonono. M. Valerius [15] Coruinus c. annos impleuit: cuius inter primū & sextum Consulatum xlvj. anni fuere. Idem sella curuli semel ac vicies sedit, [16] quoties nemo alius. Æquauit eius vitæ [17] spatium Metellus Pontifex. Et ex fœminis Liuia Rutilij xcvij. annos excessit: [19] [e] Statilia Claudio principe ex nobili domo nonagintanouem: Terentia Ciceronis [20] ciij. Clodia [21] Ofilij cxv. hæc quidem etiam enixa quindecies. Luceia mima centum annis in scena pronuntiauit. Galeria Copiola [f] Emboliaria reducta

1 cxx. Valer. Max. cxxx. Asin. Pollio.
2 clvj CH. cliij. M.
3 Ephyrorum. Vet.
4 Damiates. CH. & M.
5 Litoreum. Vet. Litoriū. Valer. Max. Pictoriū ex his. CH.
6 Theophorus. M.
7 tricenis. CH.
8 Candonem. CH.
9 Xenophon inpetrim Pulucinioriū insulæ regem. Parmenio & Rom. Xenophon inpetripulij tinorum insulę regem. M. Lutimorū insulæ regem. Tol. latinorum: Lamiorum. Vetusta, in peri (plut. *in litura*) miorum insula regē. CH. *περὶ γήρως* La i norum regem octingentos annos. Val. Max.
10 Sexcentos. Valerius idem.
11 tot & Cicero. 107. Val. Max. 105. Pausan. 109. Quintil. 108. Lucianus.
12 lxvj. CH. lxij. Val. xlij Liuius.
13 lxxxviij. CH. xcvij. M.
14 septuagesimooctauo. M.
15 Cornelius. CH.
16 quoties nemo alius. Ita quantum spatium ætatis maiores nostri esse volunt ad senectutis initium tantus illi curtus honorum fuit. Adamaute eius Constantinus è Val. nulius exemparis fide.
17 spatia CH.
18 Rutilii M & CH.
19 Statilia. M Satiliia CH.
20 cv. CH.
21 Ofilij. CH. Ofilij. Val. Max. Auli filia. Longol.

est in scenam,[22] Cn.Pompeio, Q.Sulpitio coss. ludis pro salute Diui Augusti votiuis, annum centesimumquartum agens: quæ producta fuerat tyrocinio à M.Ponponio [22] Ædili plebis, C.Mario, Cn.Carbone Consulibus, ante annos [23] nonagintanouem:& à Magno Pompeio magni theatri dedicatione, anus pro miraculo [24] reducta.[25] Samulam quoque centum decem annis vixisse, autor est Asconius Pedianus. Minus miror Stephanionem (qui primus[26] togatus [g] saltare instituit) vtrisque secularibus ludis [27] saltasse, & diui Augusti, & quos Claudius Cæsar Consulatu suo quarto fecit, quando lxiij. non amplius anni interfuere, quanquam & posteà diu [28] vixit. In Tmolimontis cacumine, quod vocant Tempsin, cl. annis viuere, Mutianus autor est.[29] Totidem annos [30] censum Claudij Cæsaris Censura T. Fullonium Bononiensem: idq; collatis censibus, quos antè detulerat, vitæque argumentis (etenim id curæ principi erat) verum apparuit.

22 C.Poppæo. Sigonius.

22 ædile.CH.
23 xv.CH.

24 producta.M.
25 Summullam.CH.

26 togatas. Sabellicus.
27 saltauisse, diui. CH.
28 vixerit.Vet.Parm.

29 Totidem annos, id est, cl. censum.M.
30 item censum.Vet.

ANNOTATIONES.

a Qua ratione breuior ætas longiórue nobis contingat, vide luculenter disputatum à Rhodig. cap. 21. 19.
In antiquis inscriptionibus Romæ, L. Clodius Hirpanus vixit annos 115. dies 5. puerorum habitu refocillatus ac educatus. Cuiacius in Nouellam 5.
b Val. cap. 14. lib. 8.
c De statuendi anni spatio, perquàm multa Alex. ab Alex. cap. 23. 3.
d Gorgias Charneantidæ filius, Empedoclis discipulus, præceptor Poli Agrigentini, Pericles, Isocratis, Alcidamantis, robusto corpore, sensibus integris, memoria firma, ingenio vegeto, annum 108. excessit, interrogatusque quanam ratione prosperam valetudinem tandiu conseruasset, respondit, ἀεὶ πάντα ἡδέως ὅπως πράξαιμι.
e Seneca epistola 78. Nulla vita est non breuis. Nam si ad naturam rerum inspexeris, etiam Nestoris & Statiliæ breuis est, quę inscribi monumento suo iussit, annis se nonaginta nouem vixisse. Vides aliquem gloriari senectute longa. Quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum implere? &c.
f τὰ ἀοίδιμα iocularia, quæ ante mimos & Atellanas vel assa voce recitabantur, vel canebantur ad citharam, aut psalterium, à scurris mimicis, vrbicis, vrbicariis. Eadem mediæ fabulæ interposita τὰ ἐμβόλιμα dicebantur, vnde fit Embolaria mulier, id est Scenica, ἐμβολιμαῖα: ad finem verò fabulæ, Exodia. Iuuenalis Satyr. 6. *Vrbicus exodio risum mouet Atellanæ.* Sunt autem Mimi, vt ait Claudianus, qui lætis salibus faceti risum mouent: pantomimi vero, vt idem ait,

- nutu manibusque loquaces. Scal. in Manilium.

g De saltationis, ac musices studio & exercitatione vide plura apud Alex. ab Alex. cap. 25. 2.

De varietate nascendi. CAP. XLIX.

3 cxxv.CH.

2 excedit.CH.

3 tradiderit.CH.
4 tetarmorion.Vet.
5 appellat.CH.
6 cxxiiij. M. cxxvij. CH.

7 Rursus, in M. deest.
8 Asclepiadæ. Vet. Alias, Asclepiadis, cuius & in Indice meminit, & lib. 7. cap. 37. Asculapij sententiam secuti. Parmęse, & M.
21 qui.M.
22 quindecim. M. xxiiij. Parmensi. dierum vt vij. atque xv. CH.

POscere videtur locus ipse sideralis scientiæ sententiam. Epigenes [1] cxxij. annos impleri negauit posse: Berosus [2] excedi cxvij. Durat & ea ratio, quam Petosiris ac Necepsos [3] tradiderunt, & [4] [a] tetartemorion [5] appellant, à trium signorum portione, qua posse in Italiæ tractu [6] cxxvj. annos vitæ contingere apparet. Negauere illi quenquam xc. partium exortiuam mensuram (quod [b] anaphoras vocant) transgredi, & has ipsas incidi occursu maleficorum siderum, aut etiam radiis eorum, Solisque. [7] Rursus [8] Æsculapij secta, [11] quę stata vitæ spatia à stellis accipi dicit, sed quantum plurimũ tribuat, incertũ est. Rara autem esse dicunt longiora tempora, quandoquidem mõetis horarum insignibus Lunæ dierúmve septem atque [12] ix. (quæ nocte ac die obseruantur) ingens turba nascatur, scansili [c] annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non ferè ita genitis liiij. annum excedentibus. Primum ergo artis ipsius inconstãtia declarat, quàm incerta res sit. Accedunt experimenta & exempla recentissimi [d] census, quem intra quadriennium Imperatores Cæsares Vespasiani, pater filiúsque Censores egerunt. Nec sunt omnia [13] vasaria excutienda: mediæ tantum partis, inter Apenninum Padúmque, ponemus exempla. Centum viginti annos Parmæ tres edidere, [14] Brixelli vnus. cxxv. Parmæ duo. cxxx. Placentiæ vnus. cxxxj. Fauentiæ vna mulier. [15] cxxxij. Bononiæ L. Terentius Marci filius, Arimini verò [16] M. Aponius. c. & l. Tertulla, cxxxvij. [17] Circa Placentiam in collibus oppidum est [18] Velleiacium, in quo cx. annos sex detulere, [19] quatuor centenos vicenos. vnus [20] cxl. M. Mutius M. filius, [21] Galerius Felix. Ac ne pluribus moremur in re confessa, in regione Italiæ octaua centenũm annorum censi sunt homines liiij. centenũm denũm homines [22] lvij. [23] centenũm vicenũm quinũm homines duo, centenũm tricenũm homines quatuor, centenũm tricenũm quinũm aut septenũm totidem, centenũm quadragenũm homines tres. Alia mortalitatis inconstantia: [e] Homerus eadem nocte natos Hectorem & Polydamanta [24] tradit, tam diuersæ sortis viros. C. Mario, Cn. Carbone iij. coss. ad quintũ. Calend. Iunias, M. Cæcilius Rufus [25] & C. Licinius Caluus eadem die geniti sunt, oratores quidem ambo, sed tam dispari euẽtu. Hoc etiam iisdem horis nascentibus in toto mundo quotidie euenit, paritérque domini ac serui gignuntur, reges & inopes.

7 Rursus, in M. deest.
8 Asclepiadis. Vet. Alias, Asclepiadis, cuius & in Indice meminit, & lib. 7. cap. 37. Aesculapij sententiam secuti. Parmęse, & M.
11 quę.M.
12 quindecim. M. xxiiij. Parmensi. dierum vt vij. atque xv. CH.

13 varia.CH.

14 Brixelli &c. CH. Brulixi vnus. cxxv. cxxx. Placentiæ vnus. M.
15 cxxv.CH.
16 maponia.CH. maponius.M.
17 Citra.M.
18 Veleiacium.M.
19 quatuor verò CH.
20 c. quinquaginta. CH.
21 Galeria.M.
22 xiiij.M.& CH.
23 centenũm vicenũm homines iiij. M.

24 tradidit.CH.

25 & Cornelius Licinius Caluus.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Eſt Tetartemorion Græcè, qui Quadrans Latinè dicitur, constans exquatuor partibus significri circuli, hoc est signis tribus, vt annotauit Budæus lib. 1. de Asse.
b Eam cœli partem intelligit, quæ 30. partibus, hoc est duobus signis ab horoscopo distat.
c Gellius cap. 7. 15. annum vitæ 63. cum periculi & clade aliqua venire tradit, quòd septies nouem contineat. De hac re fusius Firmicus cap. 14. 4.
d Census ea fuit ratio. Cures omnes bona æstimabant, & iureiurando obstricti æstimationem deferebant: præterea nomen & ætatem vxoris, liberorum, libertorũ, seruorum: ac cùm Romæ id fiebat, qua regione vrbis habitarent. Qui secus fecisset, bona publicabantur: verberatus ipse vænibat, & ciuitatem amittebat. Institutum hoc à Seruio Tullio. Sigonius.
e Homer.

τῶν δ' αὖ πεντήκοντα πυρὸς ἄρχε ἀγαρώτης
πεντάδες· ἐννέα δέσκε ἑκὰς πέδον ἀμφὶ ἑκάστην·
ἥκατοι δ' ἠϊθέοισι μάλ' ἐγχρίμπτοντο γενέσθαι·
ἀλλ' ὁ μὲν ἀρ' μάθοντο ἰὸν ἐγχρίμψαντα πολλοὶν ἰόντα.

f Alius Polydamas fuit, corporis prodigiosi viribus Miloni vel æquandus, vel etiam anteponendus. de quo Rhodig. cap. 36. 29. Vide & Pausaniam in Eliacis.

In morbis varia exempla. CAP. L.

1 Rufinus. Vet. sic & Valer. Max. Florus, Eutropius, Liuij Epitome, Agellius.
2 Manio Vet.
3 Phalereus cæcus. CH. Phæreus Iason deploratus &c. Turn. atque ita videtur legendum ex Val. Max.
4 iam tum, Vet.
5 Allobrogum regem. Ver.
6 nimium. Vet.
7 his. CH.
8 longissimè. Ver.
9 contigit. CH.
10 suæ tantùm viuit. Vet.
11 contigit. M. & CH.

12 nec.M.

13 mors.M.

14 torquentur.M.

15 adnumerant. CH.
16 Est ergo pro M.
17 ducentum CH. ducentis. M. prauè.

18 Mortis quoque enim. Tol.
19 imposuit. M.

20 accedere. CH.
21 à fœminis. Præcipuè senes. Vet.

22 in Mer.
23 & occasu. Tol.
24 nec vnquam aliter fere, non hyeme. CH.
25 nisi hyeme sedari, & vt ternos non excedat. Vet.

PVblius Cornelius [1] Rufus, qui Consul cum [2] M. Curio fuit, dormiens oculorũ visum amisit, cùm id sibi accidere somniaret. E diuerso [3] [a] Phalereus [4] tum deploratus à medicis vomicæ morbo, cùm mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam inuenit ex hoste. Q. [b] Fabius Maximus Consul apud flumen Isaram prælio cõmisso aduersus [5] Allobrogum Auernorúmque gentes, ad vj. Idus Augustas cxxx. M. perduellium cæsis, febri quartana liberatus est in acie. Incertum ac fragile [6] nimirum est hoc munus naturæ, quicquid datur nobis: malignum verò & breue etiam in [7] iis, quibus [8] largissimè [9] contingit, vniuersum vtique æui tempus intuentibus. [c] Quid, quòd æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisque spatio vitæ [10] suæ viuit? pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ, nisi [11] contingit quies. Nec reputantur infantiæ anni, qui sensu carent, [12] non senectæ in pœnam [d] viuacis. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata [13] morte, vt nullum frequentius sit votum. Natura verò nihil hominibus breuitate vitæ præstitit melius. [e] Hebescunt sensus, membra [14] torpent, præmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta: & tamẽ vitæ hoc tempus [15] annumeratur. [16] Ergo pro miraculo & id solitarium reperitur exemplum, [f] Xenophilum Musicum [17] centum & quinque annis vixisse sine vllo corporis incommodo. At Hercule reliquis omnibus per singulas membrorum partes, qualiter [g] nullis aliis animalibus, certis pestifer calor remeat horis aut rigor neque horis modò, sed & diebus noctibúsque trinis quadrinísve, etiam anno toto. Atque etiam morbus est aliquis, [h] per sapientiam mori. [18] Morbis enim quoque quasdam leges natura [19] posuit. [i] Quadrini circuitus febrem, nunquàm bruma, nunquàm hybernis mensibus incipere: quosdam post [20] sexagesimum vitæ spatium non [20] accidere: alios pubertate deponi, à fœminis præcipuè. Senes minimè sentire pestilentiam. Nanque & vniuersis [k] gentibus ingruunt morbi, & generatim modò seruitiis, modò procerum ordini, aliósque per gradus. Qua in re obseruatum, [22] à meridianis partibus [23] ad occasum Solis pestilentiam semper ire: [24] nec vnquam ferè aliter [25] nisi hyeme, nec vt ternos excedat menses.

ANNOTATIONES.

a Phæreus Iason Cicero 1. de Nat. Deor. Prometheus Thessalus. Plutarchus lib. Quid interfit inter amicum & adulatorem. πέρματος προγεννῶν. Simplicius in 2 φυσικῆς ἀκροάσεως. Victorius cap. 9. 7. Idem & Proclus. Brodæus cap. 23. 1.
b Aemilianus is fuit, aduersus quem ad confluentem Istræ & Rhodani, deinde quà Sulgas Rhodano miscetur, aduersus Dominium Aenobarbum, Bittus Luarij filius Aruernus, summus & fortissimus Imperator, cc. Mihominum generosę, quamuis infœliciter, confixit. Strabo lib. 4.
c Id minimum est quod scribit Plato 7. de Leg. πολὺ γὰρ ἐλάττω ἐλαίας ἢ ἐλάττω μᾶλλον τοῦ μὴ ζῆν: Aristoteles. 1. Ethicorum, ἀλλὰ διατρέχειν τὸ ἄμοιρον τῆς βίου, τῶν ἐνδεχομένων τὴν ἐλάττω. Scopelianus tamen apud Philostratum lucubratam noctem inter Deos πλέονος ἀοφλεῖν μέρος ἢ ἡμέρας dicebat. Rhod. cap. 11. 20. Mucsimachus comicus scitè dixit, *somnum esse parua mortis myrtheria.* Idem autor cap. 6. 30 Infigne est & Aristonis dictum, *vinendi breue tempus homini datum, quoniam somnus veluti publicanus dimidium auferet.* Gorgiam senio fessum & dormientem cùm familiaris quidam excitasset & ecquid valeret scisciteretur, respondit is, ἕως μὲν ὕπνος ἤρκεσεν παρὰ ὀλίγον ἐκάθευδον τῷ ἀδελφῷ. Præclarum & illud Ouid.

Stultè quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?

De somno ænigma lepidissimum apud Athenæum legitur ex Alexi comico, quod recitat. Hadr. Iun. cap. 26. 6. Eius vltimus versus est ὅπνος· βροτοῖσιν ὃ κέρδη πάντῃ πόνων. Hygino è nocte &

Erebo Iethum & somnus nati fuisse vide Virg.

Tum consanguineus Iethi sopor. Infrà lib. 36. cap. 1.

d Apud Ciceronem in Catone Maiore, senibus quibusdam ita odiosa est senectus, vt se onus Aetna grauius dicant sustinere: quod & senum chorus apud Euripidem in Hercul. furente queritur, ἃ νέοισι μὲν φίλαν τὸ δὲ γῆρας ἀχθὸς· καὶ βαρύτερον θέσπιδος ὀκτάπλουν ἐπὶ κῦμα πλέκειν. Callimachus Priamum sæpius quam Troilum ploratio scripti, nempe quod diutius vixerit.
e De sensibus præclarè Plautus in Mercatore.

Senem cùm extemplo est iam nec sentit, nec sapit:
Animo solere eum rursum repuerascere.

f Valerio cap. 4. lib. 8. Xenophilus is fuit Chalcidensis & Pythagoricus
g Leones tamen & canes febre vexantur.
h Despicentem ἀφυσιλογίαν malè hoc Plinius.
i Quartanam Octauius Horatianus medicus veritate commendabilis, Saturni filium esse tradit, ob tarditatem & malignam contumaciam. In eius curatione Democritus flagitium aliquod insigne committere putauit necessarium, vt hominem iugulare, aut sauciare, sanguinem bibere, menstruum adhibere, sacras aues, & animalia religione prohibita comesse. Hadrian. Iun. cap. 1. lib 3.
k ἐνδημικοῖς.

De signis mortis. CAP. LI.

1 fimbriarum oram & strag. vest plicaturas insomnes flouentesne glezis præsandi. Ver.
2 morientium. CH.
3 profundi humoris æstuarium. M.

50 IAm signa letalia: in [a] furoris morbo [b] risum: [c] sapientiæ verò ægritudine, [1] fimbriarum curam & stragulæ vestis plicaturas, à somno [2] mouentium [d] neglectum, [3] [e] præsandi

humoris è corpore effluuium: in oculorum quidem & narium aspectu indubitata maximè, atque etiam supino [4] assiduè cubitu: [f] venarum inæquabili aut formicante percussu: quæque alia Hippocrati principi medicinæ obseruata sunt. Et cùm [f g] innumerabilia sint mortis signa, salutis securitatisque nulla sunt. Quippe cùm Censorius Cato ad filium de [6] validis quoque obseruationem, vt ex oraculo aliquo, prodiderit, senilem iuuentam præmaturæ mortis esse signum. Morborum verò tam infinita est multitudo, vt [h] Pherecydes [20] [i] Syrius [21] copia serpentium ex corpore eius erumpẽte expirauerit. Quibusdam perpetua febris est, [22] vt C. Mecœnati. Eidem triennio supremo nullo horæ momento contigit somnus. [k] Antipater Sidonius Poeta omnibus annis vno die tantùm natali corripiebatur [23] febri, [24] & eo consumptus est satis longa senecta.

4 assiduo. Vet. ac venarum inæquali. M. & alia quoque. M.
f innumerabilia. CH.
6 valetudinis quoque obseruatione. M.
20 Syrus Vet.
21 serpentium multitudine ex corp. CH.
22 sicut. CH.
23 febre. M. & CH.
24 & ea. Vet.

ANNOTATIONES.

a Maniæ.
b Hippocrates aphoris. 63, 6. desipientiam quæ cum risu fit tutiorem esse vult, quæ cum studio periculosiorem. At hic risum intelligo, non quidem hilaritatis indicium, sed Sardonium risum, nempe conuulsionem facici, risui similem.
c Sapientiæ morbum vocat, non in quo ægri sapiunt, & mente constant, sed in quo lædituꝛ & offenditur eorum sapientia: in quo desipiunt, φρενίτην. Celsus cap. 6. lib. 2. Hippoc. lib. Proga.
d Vide infrà cap 39. lib. 9.
e Vrinæ.
f Hippocratis more sic atterias appellat, quod & annotauit Rhodig. cap. 14. lib. 3. priscis enim duplices venæ fuerunt, ἀορτικαὶ, priores, quæ citra motum sanguinem dispergunt: aliæ micantes & pulsatiles, σφύουσαι, quas arterias vocauit posteritas, ὅτι ἀέρτας, quoniam dilatantes sese, attolluntur.
g Celsus cap. & libr. citatis.
h ἀπὸ τῶ τῶν φθειρῶν πλήθους γενομένου Suidas scribit, quos animalia terrea vocauit Serenus. Laertius verbibus de illo editis ad hunc modũ scripsit, ὁὶς φθείρετο ὅλῳ ἀλλάξαι τὸ μὴ ἰδίῳ. Idem sua ad Thalem epistola totum se pediculis opertum queritur: quæ cùm ita sint mirum cur hic Plinius serpentum copia tradit expirasse quasi τῶν ἑρπετῶν nomine pediculi significari possint. Hæc cùm attentius considerarem, occurrit apud Aelianum sub finem libri 4. Var. Pherecydis historia, ex Laertio ꝓ vt videtur sumpta: Deinde mox cap. 2. lib. 5. alia narratio petita ex alio quodam autore, qua refert, γενέσθαι δὲ ἐκ βοὸς ὠμοῦ, κεῖσθαι μὲν ἐβδόμην ἐβδόμας ἡμέρας. ἔξεδη δ' ἡμέρᾳ μιᾷ ἐκ τοῦ ἀνὴρ ἐκ τοῦ ἀνὴρ ἐκ τοῦ ἀνὴρ

Gallus Prætorius,[23] & T. Ætherius eques Rom. in Venere obiere. Et quos noſtra adnotauit ætas, duo equeſtris ordinis in eodem Pantomimo Mythico,[24] tum forma præcellente. Operoſiſſima tamen ſecuritas mortis in M.[25] Oſilio Hilaro ab antiquis[26] traditur, Comœdiarum hiſtrione. Is cùm populo admodum placuiſſet natali die ſuo, cõuiuiúmque haberet, edita cœna calidam potionem in pultario popoſcit, ſimúlque perſonam eius diei acceptam intuens, coronam è capite ſuo in eam tranſtulit, tali habitu rigens nullo ſentiente, donec accubantium proximus tepeſcere potionem ammoneret. Hæc felicia exempla: at contrà miſeriarum innumera. L. Domitius clariſſimæ gentis apud Maſſiliam victus, Corſinij captus ab eodem Cæſare, veneno[27] poto propter tædium vitæ, poſtquàm biberat, omni[28] ope vt viueret annixus eſt. Inuenitur in actis,[29] Felice 10
rußato auriga clato, in rogum eius vnum è fauentibus iecciſſe[30] ſeſe:[h] friuolum dictu, ne hoc gloriæ artificis daretur,[31 i] aduerſis ſtudiis copia odorum[32 k] corruptum criminantibus. Cum antè non multo M. Lepidus nobiliſſimæ ſtirpis, quem[33] cuenti anxietate diximus mortuum,[34] flammæ vi è rogo eiectus, recondi propter ardorem non potuiſſet, iuxtà ſarmentis aliis nudus crematus eſt.

ANNOTATIONES.

a Cap. 32 huius libri.
b Vide Valer. Max. cap 12 lib. 9.
c Quibus fiebant comitia conſularia.
d M. Crob. ſatur. de illo Ciceronis iocos refert: *Vno die conſulem fuiſſe, noſtra cùm aſcendiſſet, honorem conſulatus iniſſe pariter, & exſtitiſſe Auguratûs ſuiſſe, itaque paucarum horarum: ſomnum toto ſuo conſulatu non vidiſſe: hoc conſecutum, vt quæreretur quibus conſulibus conſuli fuiſſet: eo conſule nihil mali factum. Sed ad eum conſulem venientem, à nocte comprehenſum cum multi ad eum prehenſandum & deducendum irent, properandum, priuſquam ille occuparet ſibi magiſtratum abeo gareo conſule neminem prandiſſe.* Sed & feſtum Octauium Pitholaum olim Flamin. dialis fuiſſe, nunc conſules diales fieri. Leop. 17. 5. Macrobius idem & ſimile dictum Ciceronis de Vatinio refert, magnum oſtentum eius anno factum, quòd nec ver, nec æſtas, nec autumnus, nec hyems fuerit. Idem cap. 18. eiuſdem libri.
f Valer. ibid.
g Is Ruſſatorum factionis fuerat. Aurigarum factiones veſtis colore potiſſimùm diſtinguebantur cap. 5 lib. 13. Nero publicis ſpectaculis arenam circi chryſocolla ſtraui, concolori panno aurigaturus. Ruſſatus color, Ruſceus Catonis, è viridi rutilus aut flauus. Turn. cap. 8. lib. 17 Aduerſ.
h Sic paruum dictu vſurpat cap 7. lib 2.
i Aurigis, qui aduerſæ factionis ſeu aduerſarum partium erant quidam leguntur, aduerſis ludis,
k mente alienatum.

De ſepultura. CAP. LIIII.

IPſum cremare, apud Romanos non fuit[a] veteris inſtituti: terra condebantur. At poſtquàm longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc inſtitutum. Et tamen multæ familiæ priſcos ſeruauere ritus: ſicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. Idque voluiſſe, veritum talionem,[1] eruto C. Marij cadauere.[2 b] Sepultus intelligitur quo quo modò conditus:[c] humatus verò humo contectus.

ANNOTATIONES.

a Cicero 2. de legib. *Hominem mortuum*, inquit, *lex in 12 tabulis, in vrbe ne ſepelito neue vrito.* Credo, propter ignis periculum. Quòd autem addit, *neue vrito*, indicat non ſepeliri eum qui vritur, ſed humari: Tabulæ quidem earum legum, anno 300 ab vrbe conditâ ſcriptæ fuerunt, teſte Gellio cap. 1. 20. Apud Plut. Numa corpus ſuum vri vetat, ſtrémque rogum vino aſpergi cap. 12. 14 huius operis. Ouid. 4. Faſtor. de Remi funere,

Arſuroſque artus vnxit, fecêre quod illo
Faſtulus & mœſtas Acca ſoluta comas, &c.
Tunc iuuenes nondum ſatis flenêre Quirites.
Victima plorate, ſubdita flamma rogo eſt.

Hæc omnia oſtendunt antiquorum cremandi corpora morem fuiſſe, quàm Plinius cenſet. Quanquam à poëtis id per ἀρέλωψ ſcribi quidam volunt. Magius cap. 10. 3. Locum Romæ in quo plebeiorum & vulgarium hominum corpora comburebantur Puticulos, & culinas appellabant. Cremandi morem ſub Antoninorum imperio relictum & antiquatum fuiſſe tradit Alex. ab Alex. 6. 2. 3. magna diligentia omnia perſecutus, quæ ad funerandi & ſepeliendi cadauera leges pertinent. Vide Val. Max. 6. 2. 9 Rhod. 30 cap. 15 20. 20. lib. 17.
b Apud Iuriſconſultos, De relig. & ſumpt. fun. ex edicto duorum fratrum cauetur, ne corpus ſepulturæ traditum inquietetur, hoc eſt, terra conditum, videriſque terra conditum, etſi in arcula conditum ſit eo animo, vt non aliò transferatur. Arcularum ſepulchralium lapidearum mentio eſt apud Caſſiodorum in epiſtola quadam regis Theodorici ad Danielem marmorarium lapicidam. Seneca lib. 13. epiſt. *in ipſa Scipionis Africani villa iacens hæc tibi ſcribo, adoraris manibus eius & aras, quam ſepulchrum tauri vri eſſe ſuſpicor.* In epitaphio Anicetinæ. *Ne Quis Nos Inquietet. Ex. Arca. Neque Ad. Ante. Aliam. Ponat. Aut. Commiuet.* Ræuard. cap. 4. 2. Varior.
c In vſtrina mortui comburebantur: humabatur cum iuſta perſoluta fuiſſent poſt Denicale ſacrum, ſepulchro (τῷ τύμβῳ) inuehebantur. Siti vocabantur, impoſito ſepulchri titulo Inferiarum & funeraudi morem vide copioſè à Vertranio explicatum commentario in lib. 4. Varronis de Lingua Lat. 40

De anima, vel de Manibus. CAP. LV.

POſt ſepulturam[1] aliæ atque aliæ[a] Manium ambages. Omnibus à ſuprema die eadem, quæ ante primũ:[b] nec magis à morte ſenſus vllus aut corpori aut animæ, quàm ante natalem. Eadem[2] enim vanitas in futurum etiam ſe propagat, & in mortis quoque
[3] tempora ipſa ſibi[4] vitam mentitur: aliàs immortalitatem animæ, aliàs tranſfigurationem, aliàs ſenſum inferis dando, &[c] Manes colendo, Deúmque faciendo, qui iam etiam homo eſſe deſierit: ceu verò vllo modo[5] ſpirandi ratio homini à cæteris animalibus diſtet, aut non diuturniora in vita multa reperiantur, quibus nemo ſimilem diuinat immortalitatem. [6] Quod autem corpus animæ[†] perſequitur materiam? vbi cogitatio illi? quomodo viſus, auditus, aut[7] quid agit? qui vſus eius? aut quod ſine his bonum? 50
Quæ deinde ſedes, quantáue multitudo tot ſeculis animarum velut vmbrarum? Puerilium

7 obruto. CH. ob eiuzum C. Marij cadau. Vet.
2 Sepultus vero. Vet. & CH Hæc tamen poſtrema Grammatici cuiuſdam non authoris eſſe putat Pint.

27 potato poſt. M.
28 opere vt viueret annixus eſt. M adnixus, quoq; legit. CH.
29 Feciſſe Ruſſei auriga, iam igne illato in rogum eius. Parm.
30 ſe CH
31 à diuerſis M.
32 correptum Ver.
33 ingenti Ver diuerſi. M. & CH. pro diuturni, diuertij. Pint. ex vet codic. ſuffragante huic lectioni Plinio ipſo ſuprà, cap 36.
34 Flammiuię vie. M.

1 variæ Manium. Tol. in Salm. poſt ſepulturam Manium &c ſic & CH.
2 etiam vanitas in futura e.
3 tempori ſibi vita. M.
4 vita. CH.

5 ſpirandi ratio cæteris M.
6 Quæ autem corporis animam proſequitur materia. Vet. Quod autem corpus animæ per ſe? quæ materia? Pint.
7 qui tangit 2. quis. M. Vet.

lium iſta[8] deliramentorum, auidæque nunquàm deſinere mortalitatis commẽta ſunt. Similis & de aſſeruandis corporibus hominum, ac reuiuiſcendi promiſſa Democrito
[9] vanitas, qui non reuixit ipſe. Quæ (malùm) iſta dementia eſt, iterari[10] vitam morte? quæve genitis quies vnquam, ſi in[11] ſublimi ſenſus animæ manet, inter inferos vmbræ? Perdit profectò iſta dulcedo credulitáſque præcipuum naturæ bonum mortem, ac duplicat[12] obitus, ſi dolere etiam pòſt futuri æſtimatione euenit. Etenim ſi dulce[13] viuere, cui poteſt eſſe vixiſſe? At quanto facilius certiúſque, ſibi quenque[14] credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento.

ANNOTATIONES.

a Manibus, Diti & proſerpinæ ſacros dies eſſe putauit antiquitas, quibus mundus patet, quòd illis abdita & occulta religionis eorum numinum patefierent, & in lucem proferrentur, orcique fores aliàs clauſæ, iis aperirentur. Varroni autem mundus patet rer in anno pridie Vulcanalia tertio Nonas octobris: ſexto Idus Nouembris. Gyraldus ex Varrone. Alex. ab Alex. cap. 20. 4.
b Homer. Iliad. ψ.
ὡς φάτο· τῷ δ' οὐκ ἄρα τις ἔτι νόος ἐν στήθεσσι γένητο
ἀμφιπολεύειν εἰδώλῳ.
Sic Cn. Mattius lib. 23 ſuæ Iliadis:
An maneat ſpecij ſimulachrum in morte ſilentium.
Scaliger Plautus in Capt.
Poſt mortem in morte nihil eſt quod metuam mali.
c Plinio Nepoti lib 7. Epiſtolarum, manes condere, parentare, iuſta perſoluere, quod Virg. 3. Aeneid. animam condere,
Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras, animamque ſepulchro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.
Ouidio condere vmbras. 5. Faſtor.
Romulus vt tumulo fraternas condidit vmbras,
Et malè veloci iuſta ſoluta Remo.

Quæ quis inuenerit in vita. CAP. LVI.

COnſentaneum videtur, priuſquàm digrediamur à natura hominum, indicare quæ
[15] cuiuſque inuenta[16] ſunt. Emere ac vendere inſtituit Liber pater. Idem[a] diadema,
[17] regum inſigne, & triumphum inuenit.[b] Ceres frumenta, cùm anteà[c] glande veſcerentur. Eadem[d] molere[18] & conficere in Attica, Italia, & Sicilia: ob id Dea iudicata. Eadem prima leges dedit: vt alij putauere, Rhadamanthus. Literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe: ſed alij apud Ægyptios à Mercurio, vt Gellius: alij apud Syros repertas volunt. Vtique in Græciam[19] intuliſſe[e] è Phœnice Cadmum ſedecim numero. Quibus Troiano bello[f] Palamedem adieciſſe quatuor hac figura Θ Ξ Φ Χ. Totidem poſt eum Simonidem[20 g] Melicum. Ζ Η Ψ Ω: quarum omnium vis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles x. & viij. priſcas fuiſſe: Α Β Γ Δ Ε Ζ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ: & duas ab Epicharmo additas Θ Χ, quàm à Palamede mauult. Anticlides in Ægypto inueniſſe quendam nomine Menona tradit[21] xv. annis ante Phoroneum antiquiſſimum Græciæ regem: idque monumentis approbare conatur. E diuerſo Epigenes, apud Babylonios
[30] dccxx. annorum obſeruationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet, grauis autor in primis: qui minimùm, Beroſus & Critodemus, cccc.[22] lxxx. annorum. Ex quo
[23] apparet æternus literarum vſus. In Latium eas attulerunt Pelaſgi.[24] Laterarias, ac domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius[25] fratres Athenis: anteà ſpecus erant pro domibus. Gellio[26] Doxius[27] Cæli filius, lutei ædificij inuentor placet, exemplo ſumpto ab hirundinum nidis. Oppidum Cecrops à ſe appellauit Cecropiam, quæ nunc eſt[28] arx Athenis. Aliqui Argos à Phoroneo rege antè conditum volunt: quidam & Sicyonẽ.[29] Ægyptij multò antè apud ipſos Dioſpolin.[30] Tegulas inuenit Cinyra[31] Agriopæ filius, & metalla æris, vtrunque in inſula Cypro: Item forcipem,[32] marculum, vectem, incudem. Puteos Danaus, ex Ægypto aduectus in Græciam, quæ vocabatur[33] Argos
[40] Dipſion.[34] Lapicidinas Cadmus Thebis,[35] aut (vt Theophraſtus) in Phœnice. Thraſon muros. Turres, vt Ariſtoteles, [h] Cyclopes: Tirynthij, vt Theophraſtus. Ægyptij textilia:
[36] inficere lanas Sardibus Lydi. Fuſos in lanificio Cloſter filius[37] Arachnes: linum & retia Arachne. Fulloniã artem Nicias Megarenſis. Sutrinam[38] Boethius. Medicinã Ægyptij apud ipſos volunt repertam: alij per Arabum, Babylonis & Apollinis filium: Herbariam & medicamentariam à Chirone, Saturni & Phylliræ filio. [i] Æs conflare & temperare, Ariſtoteles Lydum[39] Scythen monſtraſſe, Theophraſtus[40] Delam Phrygem[41] putat
[k] Ærariam fabricam alij Chalybas, alij [l] Cyclopas.[m] Ferrum Heſiodus in Creta eos, qui vocati ſunt Dactyli Idæi. Argentum inuenit Erichthonius Atheniẽſis, vt alij,[42] Æacus. Auri metalla &[43] conflaturam, Cadmus Phœnix ad Pangæum mõtem: vt alij, Thoas &
[50] [44] Eaclis in Pachaia: aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinæ quoque inuẽtionẽ [45] & mellis[46] aſſignat. Plumbũ ex Caſſiteride inſula primus apportauit Midacritus. Fabricã

[47] fer

8 deſenimentorum. CH.

9 vanitas reuixit: ipſoque malo iſta. M. reuixit ipſe: malique ipſa dementia eſt iterari vitam mortẽque. Quæ genitis Parmeſe.
10 vitam mortẽque. Interea quies nunquam, ſi ſublime. M.
11 ſublime. CH.
12 ne duplicat obituri dolorem etiam pòſt futuri æſtimatione. Sic aliàs. obitu, ſi dolorem etiam poſt futuri æſtimationem inuenit. Vet. M. Lego ſi dolorem poſt futuræ æſtimatione inuenit, obitu, ſi dolorem. CH.
13 viuere eſt. CH.
14 credere ſpecimen ſecuritatis antegenitali experimento. Pineus. rò, ac, certè in CH. non legitur.

15 cuiuſque ſcientia inuenta ſint. M. ſcientia à quocunque. Parmen.
16 ſint. CH.
17 regium. CH.
18 & panem conficere. Vet.

19 attuliſſe. M. & CH.

20 Medicum. M.

21 xv. annorum ante Phoronea. CH.

22 nonaginta. M. & CH.
23 apparet æterni literarum vſum. CH.
24 Laterarias. Domi. M. Laterities domos. Vet.
25 fratres. Athenis antea. M.
26 Toxius. CH.
27 Cælij. Vet.
28 Athenæ. M.

29 Aegyptij verò. CH.
30 Regulas. M.
31 agricolæ. M.
32 marculum. M. CH. Turn. ex Capro. farculum. Ver. marcellum. Tolet.
33 Argidipſion. Par.
34 Lapidicinas. CH.
35 Archeophraſius. M. Ver.
36 infectẽre. M. & CH.
37 Arachnæ CH.
38 Tibis Bœotius, Tol. & CH.

39 Scytin. Tol.
40 Delam. Ver.
41 putant. CH.

42 Cæcus. Turn. ex Hygi & Ver.
43 flaturam. CH.

44 Aeclis. CH.
45 ex melle M. Ver.
46 ſignat. CH.

47 ferream.CH.

48 Hyperbius.CH.

49 Fabricæ materiã Dædalus. Tol. Fabricam materiarũ. Vet.

50 Lithocollam. Alij. sic & M.

51 normam, fornicem autem. Vet, lego, forpicem.

52 Culturam.CH.

53 Silethi. Vet.

54 Cyrenensis quidã ex Diodor. qui eum in Cyrenaïca Africæ natu. Aristæi olei & mellis repertorẽ facit.

55 Briges. Vet. Bytyges. CH. cui superne adscrip. vel. Buziges.

56 Areopago. M. & CH.

57 primi. CH.

58 scorpionem: Cretas catapultam. Syrophœnicas. Pint.

59 Sicilios, Phœnicas. Turn. Syrophœnicas. CH.

60 primum Epeũ. M.

61 prima. CH.

62 Specularum. M.

63 Lycaon. Vet.

64 Aruspicam. Tol. Arispicam. CH.

65 ignispicia Amphiraus, aut Tiresias Thebanus. Pint. ex M. ignispicia Amphiaraus, auium Tiresias. Baud. ex M.

66 Spiramina. M. prauè.

67 Fistulam Pan & Monaulon Mercurius. M.

68 Marsyas. In eadem. CH.

69 Septem chordis primùm cecinit iij. ad iiij. primas additis. CH.

70 Thamyris. CH.

71 Cithara edita. Vet.

72 heroum. CH.

73 habemus. M.

74 Est, in M. deest.

75 tempore Cyri regis. M.

76 Acastus Iolco. CH.

77 Sisyphus, Pint. ex interpr. Isthm. Pind.

78 Picus. CH.

79 Cynges Lyctius. Pint. ex Tol. Gyges Lydus picturam Aegypti, & in Græcia Euchirra. CH.

80 Nauem primus in Græcia ex Aegypto Danaus adinuenit. M. Græcis &c. aduexit. Vet.

81 antea. M. & CH.

82 Ctesias Semiramin CH.

83 Antimachus. Vet. Archeachus. CH.

84 Demosthenes. Vet.

85 Nesigiton. CH.

.47 ferrariam inuenere Cyclopes. Figlinas Corœbus Atheniẽsis. In iis orbem Anacharsis Scythes, vt alij, [48] Hyperbios Corinthius. [49] Fabricã materiariã Dædalus, & in ea ferrã, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, [50] Ichthyocollam: [51] normã autem, & libellam, & tornum, & clauem. Theodorus Samius. Mensuras & pondera, Phidon Argiuus: aut Palamedes, vt maluit Gellius. Ignẽ è silice Pyrodes Cilicis filius: eundem asseruare in ferula, [n] Prometheus. Vehiculum cum quatuor rotis Phryges. Mercaturas Pœni. [52] Culturas vitium & arborum Eumolpus Athenienſis. Vinum aqua miſceri Staphylus [53] Sileni filius. Oleum & trapetas Aristæus [54] Athenienſis. Idem mella. Bouem & aratrum [55] Buzyges Athenienſis, vt alij, Triptolemus. Regiam ciuitatem Ægyptij, popularem Attici. Poſt Theſeum tyrannus primus fuit Phalaris Agrigenti. Seruitium inuenere Lacedæmonij. Iudicium capitis in [56] Ariopago primum actum eſt. Prælium Afri contra Ægyptios [57] primum fecere fuſtibus, quos vocant phalangas. Clypeos inuenerunt Prœtus & Acriſius inter ſe bellantes, ſiue Chalcus Athamantis filius. Loricam Midias Meſſenius. Galeam, gladium, haſtam Lacedæmonij. Ocreas & criſtas Cares. Arcum & ſagittam Scythen Iouis filium, alij ſagittas Perſen Perſei filium inueniſſe dicunt: lanceas Ætolos, iaculum cum amento Ætolum Martis filium. Haſtas velitares Tyrrhenum, pilúmque: Penthesileam Amazonem ſecurim. Piſeum venabula, & in tormentis [58] ſcorpionem Cretas, catapultam [52] Syros, [o] Phœnicas balliſtam & [p] fundam. Æneam tubam Piſeum Tyrrhenum. Teſtudines Artemonem Clazomenium. Equum (qui nũc aries appellatur) in muralibus machinis [60] [q] Epeum ad Troiã. Equo vehi Bellerophontem. Frænos & ſtrata equorum [r] Pelethronium. Pugnare ex equo Theſſalos, qui Centauri appellati ſunt, habitantes ſecundum Pelium mõtem. Bigas [61] primùm iunxit Phrygũ natio, [s] quadrigas Erichthonius. Ordinem exercitus, ſigni dationẽ, [t] teſſeras, vigilias Palamedes inuenit Troiano bello. [62] Specularẽ ſignificationẽ eodẽ Sinon. Inducias [63] Lycanor. Fœdera Theſeus. Augúria ex auibus Car: à quo Caria appellata. Adiecit ex cæteris animalibus Orpheus. [64] Aruſpicium Delphus, [65] igniſpicia Amphiaraus, auſpicia auiũ Tireſias Thebanus. Interpretationem oſtentorum & [u] ſomniorum Amphictyon. Aſtrologiam Atlas Libyæ filius, vt alij, Ægyptij: vt alij, Aſſyrij. [66] Sphæram in ea Mileſius Anaximander. Ventorum rationem Æolus Hellenis filius. Muſicã Amphion. [67] Fiſtulã & monaulum Pan Mercurij: obliquam [x] tibiã Midas in Phrygia: geminas tibias [68] Marſyas in eadem gente, Lydios modulos Amphion: Dorios Thamyras Thrax: [y] Phrygios Marſias Phryx: Citharam Amphion: vt alij, Orpheus: vt alij, Linus. [69] Septẽ chordis additis Terpander. Octauã Simonides addidit: nonã Timotheus. Cithara ſine voce cecinit [70] Thamyras primus: cum cantu Amphion: vt alij, Linus. [71] Citharœdica carmina compoſuit Terpander. Cum tibiis canere voce Trœzenius Dardanus inſtituit. Saltationem armatam Curetes docuere, [z] pyrrhichen Pyrrhus, vtramque in Creta. Verſum [72] heroicũ Pythio oraculo [73] debemus. De poematũ origine magna quæſtio [74] eſt. Ante Troianũ bellum probantur fuiſſe. [a] Proſam orationẽ condere Pherecydes Syrius inſtituit, [75] Cyri regis ætate. Hiſtoriam Cadmus Mileſius. Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon: [6] funebres [76] Acaſtus in Iolco: poſt eũ [77] Theſeus in Iſthmo. Hercules Olympiæ athleticã: [78] Pythus [y] pilam luſoriã, [79] Gyges Lydius picturã in Ægypto: in Græcia verò Euchir Dædali cognatus, vt Ariſtoteli placet: vt Theophraſto, Polygnotus Atheniẽsis. [80] Naue primus in Græciam ex Ægypto Danaus aduenit: [81] antè ratibus nauigabatur, [b] inuẽtis in mari Rubro inter inſulas à rege Erythra. Reperiuntur, qui Myſos & Troianos priores excogitaſſe in Helleſponto putent, cùm tranſirent aduerſus Thracas. Etiam nunc in Britannico Oceano vitiles corio circunſutæ fiunt: in Nilo ex papyro, & ſcirpo, & arundine. Longa naue [c] Iaſonẽ primũ nauigaſſe, Philoſtephanus autor eſt: Egeſias Paralum: [82] Cteſias Samyram: Saphanus Semiramin: [83] Archimachus Ægæonẽ: Biremem [84] Damaſtes Erythræos feciſſe: triremem [d] Thucydides Aminoclẽ Corinthium: quadriremem Ariſtoteles Carthaginienſes. Quinqueremem inſtituit Neſichthon Salaminius: ſex ordinum Zenagoras Syracuſius: ab ea ad decemremem [85] Mneſigeton. Alexandrum Magnum ferunt

ferunt inſtituiſſe ad xij. ordines. Philoſtephanus Ptolemæum Soterem ad quindecim: Demetrium Antigoni ad xxx. Ptolemæum Philadelphum ad xl. Ptolemæum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus eſt ad l. Onerariam Hippus Tyrius inuenit, lembum Cyrenenſes, cymbam Phœnices, [86] celocem Rhodij, cercuron [87] [e] Cyprij. Siderum obſeruationem in nauigando Phœnices, remum Copæ, latitudinem [88] eius Plateæ, [f] velaIcarus, malum & antennam Dædalus: [g] Hippagum [89] Samij, aut Pericles Athenienſis: rectas longas Thaſij: anteà ex prora tantùm & puppi pugnabatur. [90] Roſtra addidit Piſeus: Tyrrheni [h] anchoram: Eupalamus eandem bidentem: Anacharſis harpagonas: & manus Pericles Athenienſis, adminicula gubernandi Typhis. Claſſe princeps [i] depugnauit Minos. Animal occidit primus Hyperbius Martis filius, Prometheus bouem.

86 celetẽ. Man. Turn. & CH.

87 Corcyræos. Turn.

88 nauium. Vet.

89 Damias. Tol. Sal.

90 *Melius alia verborum interpunctione:* Roſtra addidit Piſeus Tyrrhenus: anchoram Eupalamus: eandem bibentẽ Anacharſis: harpagonas & manus Pericles Atheniẽſis &c. ſic omnino CH. niſi quod Tyrrheni habet. Piſei Tyrrheni meminit ſuprà hoc ipſo capite Plinii.

ANNOTATIONES.

a Quale diadema fuerit, & quæ inſignia regũ: corona, chlamys, & crepidæ, ſceptrum, ſtola, cidaris, tiara, mitra, prolixe exponit Alex. ab Alex. cap. 28. 1.

b Quamobrem in eius ſacris placentæ, ſeſama, papauerum capita, & id genus alia myſticis ciſtis incluſa contrectabantur & offerebantur, nulla animalium cæde. Sacris iis qui initiabantur, hac formula religionem profiteri ſolebant, *ὑνήσω, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἐπὶ πτυὸν δὶς κἀπέθην ἐς κάλαθον: καὶ ἐκ καλάθου ἐς κίστην*: quod fuit occulti & arcani eius myſterij *σύμβολον*. Had. Iun. ex Arnobio & Euſebio. cap. 25. 6. Apud Pauſaniam ea ficum arborem Pytalo prima oſtendit.

Ἔνθα δ' ἐπὶ πρῶτον ὄρος φύτευσε συκῆν,
Λίμνην σημήνασ' πρώτην ὑπὸρος κεκρυμένην ὀφιώδη,
Ἣν ὑμεῖς συνιδὼν ὄνομ' ἔσσεσθε γνόντες ἀκοῦσαι,
Ἐξ ἣ δὴ πηγὴς φυτάλιος γένετ' ἔσχε ἀγῶνος.

20 c Arcadas Pelasgus rex docuit glande veſci, tuguria, καλύβας, ædificare pellibus veſtiri. Inde, *βαλανηφάγοι* Arcades in oraculo Pythiæ, dato Lacedæmoniis. *Πολλὰ μὲν Ἀρκαδίης βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔκτισαν, σοὶ δ' ἀποικιδιάσαι, ἐγὼ δ' οὐ τοι ὀ νὶ μογήσω.* Arcas humaniorem vitæ rationem monſtrauit, nimirum panis vſum, lanificiique, & rexendæ veſtis ſolertiam. Rodig. cap. 3. 26.

d Pauſanias in Laconicis Myſetam Lelegis filium tradit in Aleſia vico molam primum reperiſſe, & eius vſum in molendis frugibus docuiſſe: indéque dictum vicum eum Aleſiam, quaſi piſtrinum, aut piſtorium.

e Tyrios primos litteras aut docuiſſe aut didiciſſe tradit Q. Curtius. lib. 4.

f Palamedem aiunt Y, literam inueniſſe ex ordine cruum volantium: Martialis.

Turbabis verſus, nec littera tota manebit,
Vnam ſi tollas, hinc palamedis auem.

φ. verò à figura crucis, quæ in inferiore parte eius literæ ſpectatur.

30 *Hæc crucis effigies Palamedica porrigitur* φ. Scaliger in Auſon.

g E Cæo inſula fuit Simonides, melicus verò *ἀπὸ τῶν μετώπων*.

h Inde Virg. 6. Aeneid. *Cyclopum educta caminis Moenia conſpicit.* Nam ij fabricam ferrariam inuenerunt & munitiones oppidorum, vt Tyrinthes Pauſaniæ, &, quod quidam putant, Mycenarũ. Turn. cap. 46. 28.

i Pauſanias in Arcadicis Rhæcum Philæi & Theodorum Teleclis filium, ambos Samios, æs conflare & cudere primos docuiſſe tradit, à Theodoro quæ cælatum ſmaragdum, quo Polycrates Samius maximè delectabatur.

k Ferri fundendi modum Theodorum Samium inueniſſe ex Pauſania conſtat, & Rhodig. ſcribit cap. 5. 18.

l Cyclopas fulminis Iouis fabros Virgilius & Heſiodus Asteropen, Bronten, Argen nominant. Hos cùm Apollo ſagittis occidiſſet, quòd Ioui fulmen cudiſſent, quo Aeſculapium necauerat, cælo depulſus Admeto famulari coactus eſt. Panyaſis apud Clementem Alexandrinum. *πῶϛ διαγωνίζεϛ & ἀπόλλων.*

A *πῶϛ παρὰ θνητῶ διατάσσεται ὁ ἀθάνατοϛ.* Leopard. cap. 9. 2.

40 m Ferri ferruminandi rationem primum inueniſſe Glaucum Chium Pauſanias in Phocicis tradit. Straboni libro 10. Idæi dactyli ferrum primi fabricati ſunt. Eidem lib. 14. Telchines primi ex ære ac ferro varia opera fecerunt.

n Pauſanias non à Prometheo ſed à Phoroneo, ex Argiuorum ſententia, repertum ignem, & cum mortalibus communicatum ſcribit. Vide Rhodig. cap. 14. & 15. lib. 15.

o Aelianus inuentam ſcribit in Sicilia à Dionyſio tyranno: indeque allata è Sicilia catapulta, Græcum quendam dixiſſe *ἄπιστα ἔργα*. Siculos machinalis ſcientiæ peritiſſimos fuiſſe oſtendit Archimedes. Turn. cap. 18. 29.

p Aetolos Strabo inueniſſe ſcribit. Pollux fundam Acarnanum, qui Aetolis vicini ſunt, laudat. Had Iun. cap. 2. lib. 1.

q Septimius Florens inuẽtum fuiſſe à Carthaginenſibus ait, Vitruuius in oppugnatione Gadium id factum fuiſſe ſcribit. Vide Turn cap. 20. lib 7. Aduerſar.

r Virgil.

50 *Frena Pelethronij Lapithæ, gyroſque dedere.*
Impoſiti dorſo, &c.

Contrà quàm Plinius ſcribit, Lapithas Pelethronios Virgilius nominat, à Pelethronio Theſſaliæ monte, quem incolebant, vbi primùm domitos equos fuiſſe tradunt. Turn. cap. 9. lib. 21. Aduerſ.

s Cicero de natur. Deor. lib. 3 quadrigarum inuentricem fuiſſe tradit quartam Mineruam Ioue natam, ex Coryphe Oceani filia, quam Arcades à matre Coryphaſiam vocauerunt. Victorius cap. 15. lib. 11.

t Idem ſcribunt & Philoſtratus in Heroicis, & Nazianzenus in 1. *στηλιτευτικῷ*, Pauſanias in Argolicis, cuboſque abs ſe inuentos confeciaſſe illum in Fortunæ templo. Sophocles in Palamede, *ὀνομάζω δ' ὅτος, τὸν δ' ἀπόντα, σαφῶ δ' ὅτι ἐπῆν· χρόνου διατριβὰϛ σκοτεινὰϛ πνεύσϛ, κἄβαλε τι γραπτὸν ἀγγέλοιϛ ἄδηλον*. Polemonis ætate apud Ilion ſaxum monſtrabatur, ſuper quo Graci teſſeras iaciebant. Celebratur & ab autoribus *ἀβάκιον παιγνιδίου*. Plato tamen in Phædro Aegyptios inuenifſe ait numerandi ac calculos ſubducendi rationem, tum etiam *πεττείαν* atque *κυβείαν*. Had. Iun. cap. 4. 2.

2 Quorum alia ſunt *ἀλλαγωγικὰ*, alia *διαφημιστικὰ*, *ὑποφορητικὸν* libros de his præfectis ſcriptos vocant, vt *ὀνειροκρίτας* augurales, & *ὑποπτῶν* de aruſpicina. Clemẽs Alexãdr. *προφήτας*, Telmiſſeos narrat primos excogitaſſe *τὸν δι' ὑγόϛ μαντικὸν*. Cicero quidem certè in Teloniſſo oppidulo Lyciæ excelluiſſe teſtatur aruſpicum diſciplinam, vt & Arrianus lib. 2 de geſt. Alexand. Hadr. Iun. cap. 18. eos recenſet qui ſuis ſcriptis eam artem illuſtrarunt.

x Vide notata infra ad cap. 8. lib. 35. Tibias porrò funebres, quibus Nænicè, Leſſi, Mortualia, *θρηνώδη*, ſiue *θρηνητικὰ αὐλήματα* canebantur à præficis, quæ, vt ait Papinius, ficta pietate alienos dolores colunt, nec ſua plorant funera, Phryges inuenerant: nempe *θρηνητικὸν αὐλὸν*. Quamobrem apud Nonium Vario pergameã præficam, requirit, in voce Nænia. Cares à Phrygibus id didicerunt, vnde *κεκλαυμένη* Polluci: & *κεκλαῦσι* Heſychio, *θρηνοῦσι μετὰ αὐλοῦ*, & *τὸν νεκρὸν τῶ θρήνω παραπέμπουσι πρὸϛ τοὺϛ τάφουϛ* Scaliger.

y Auditis illis ſeminiri Galli, matris Deum ſacerdotes, in furorem quaſi ex imperio agebantur, non item reliqui homines. Seneca Epiſt. 109. Lucianus in Nigrino, Philoſtratus. Brod. cap. 13. 5.

z Ariſtoteli Achilles. Quidã ab ardore, id eſt velocitate dictam volunt Ardere enim feſtinare eſt. Poëta, *Inſtant ardentes Tyrij*: ac rurſum *Ardet abire fuga*. Nicolaus apud Stobæum, *οἱ ἐκ πυρὸϛ πεπηδηκότες ἀγωνιῶντες καὶ πρὸ τῶν ὑπαντώντων πυρρίχαι χαίνουσιν, ὅπερ καὶ τοὺϛ ἐν πυρρίχαι κινδυνεύοντας κρῦος τὸ γύμνασ*. Pyrricha ludus & ſaltatio cum ſimulatæ pugnæ, vel equeſtris, Dioni *πυρρίχη & ἔμμελεια*: vel pedeſtris Cuiacius cap. 10. lib 13. Obſerv. Apud Apuleium lib. 10. Aſini, pueri & puellæ pyrricham ſaltant, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrantes, nunc in orbe rotarum flexuoſi, &c. Vide locum.

a Vide, cap. 59. lib. 5.

β Romanis duplex funus fuit: alterum in quo adhibebantur ludi & deſultores, indictiuum: alterum in quo ludi tantum, Simpludearium, quaſi ſimplex. Scaliger in Auſonium.

γ Lydos omnium primos pilæ, teſſerarum, *κύβων* luſum, inſtitoriam, canonariamque artem inueniſſe, aureum item & argenteum nummum primos cudiſſe ſcribit Rhodig. cap. 14. lib.

δ Nauem primùm à ſe inuentam gloriatur apud Aeſchylum Prometheus. *Θαλασσόπλαγκτα δ' ὧδε μᾶϛ & ὧδε ἰμῆϛ λιμένοϛ ὑφ' ἡμετέραν ἔζευξα πρύμναν*. Muret. Var. cap. 11 lib. 1.

ε Iaſonem pro quouis ditiſſimo rege dixit Plautus in Pſeud.

-atque adeò vt frumento affluam.
Vt ciuitas mihi nomen commutet, meque vt prædicet.
Lenone ex Balliona regem Iaſonem.

ζ *φάρμακα δ', inquit, ἰῶ σώμιος Ἀμφικλῆϛ κορίνθιος ὁ ναυπηγὸς ναῦϛ πεῦσαι τέτρηρας*.

η Corcyræi interpreti Thucydidis: cuius opinionem vtcunque aſſerit, *τὸ κορυδὸς* appellatio. Turn. cap. 18. 29.

θ Hoc Dædalo tribuit Pauſanias in Bœoticis.

ι Herodotus lib. 6 *ἑπταζύγους ναῦϛ* dictas vult equis vehendis commodas & deſtinatas.

κ Anchoram bidentem, figuli rotam, & folles primum excogitaſſe Anacharſin Scytam, tradit Rhodig. l. cap 24. 18.

λ Iis viribus, autore Ariſt. lib. 2. de Repub. inſulas partim ſubegit, partim oppidis conditis, populoſas & frequentes reddidit: ad extremumque cùm Siciliæ bellum intuliſſet, ad Camicum oppidum cui imperabat Cocalus Dædali filius, dolo interfectus eſt, *ὑπὸ Κωκάλου*. Victorius ex Strabone & Stephano, cap. 18. 16.

In

In quo primus gentium consensus. CAP. LVII.

GEntium consensus tacitus primus omnium conspirauit, [1] vt Ionum literis vterentur.

[1] vt literis vterentur. Hor.

De literis antiquis. CAP. LVIII.

VEteres Græcas fuisse easdem penè, quæ nunc [1] sunt Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in Palatio, dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca, cum inscriptione tali, Ναυσικράτης τισαμένω Αθηναῖος [2] κόρα χαλκᾶ Ἀθηναι ἀνέθηκεν.

[1] sint. CH.

[2] hæc postrema in Vet. non leguntur.

Quando primùm tonsores Roma. CAP. LIX.

SEquens gentium consensus in tonsoribus fuit, sed Romanis tardior. [a] In Italiâ ex Sicilia venêre post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimoquarto, adducente P. [1] Ticinio Mena, vt autor est [b] Varro: [2] antè intonsi fuêre. [c] Primus omniũ radi quotidie instituit Africanus: sequens Diuus Augustus cultris semper vsus est.

[1] Thinnio. CH.
[2] antea. CH.

ANNOTATIONES.

a Anteà, vt apud Nonium Sisennas ait, immissa barba. i. demissa populus fuit. Vide Gell. lib. 3. cap 4.

b Cap. 11. lib 2.

c Eum, qui primus Athenis radi se passus est, per ludibrium κόρειον vocatum fuisse Chrysippus scripsit. Had. Iun. lib. de Coma. Alexis γυνὴ δὲ πρῶτον κυπάττου ἤρξατ' ἐν Σικελίᾳ πρὸς θεῶν, δι' ἃ δοῦλ' ἔκειτο καὶ ἀπῄει φαλακρά: Adductis ante Romam è Sicilia tonsoribus, iuuentibus mos fuit barbam radere, & comam tondere, ad annum vsque 40. posteà verò minime. Alex. ab Alex. cap. 18 lib. 5.

Quando primùm horologia. CAP. LX.

TErtius consensus fuit in horarum obseruatione, iam hic rationi accedens. Quando & à quo in Græcia reperta, [1] diximus in secundo volumine. Serius etiam hoc Romę contigit. Duodecim tabulis Ortus tantùm & Occasus nominantur: post aliquot annos adiectus est & [a] Meridies, Accenso Consulum id pronuntiante, [2] cùm Curio inter Rostra & Græcostasin [3] prospexisset talem Solem. [b] A columna [4] ænea ad carcerem inclinato sidere, supremam [c] pronunciabat. Sed hoc serenis tantùm diebus vsque ad primum Punicum bellum. [5] Princeps Romanis [d] solarium horologium statuisse, ante [6] duodecim annos, quàm cum Pyrrho bellatum est, ad ædem Quirini, L. Papyrius Cursor, cùm [7] eandem dedicaret, à patre suo votam, à Fabio [8] Vestali proditur. Sed neque facti horologij rationem vel [9] artificem significat, nec vnde translatum sit, aut apud quem scriptum *id* inuenerit. M. Varro primum [10] statutum in publico secundum Rostra in columna tradit, bello Punico primo, à M. Valerio Messala Consule [11] Catana capta in Sicilia: deportatum inde post xxx. annos, quàm de Papyriano horologio traditur, anno vrbis [12] cccclxxvij. nec congruebant [13] ad horas eius lineæ: paruerũt tamen [14] eis annis vndecentum, donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit Censor, diligentius ordinatum iuxtà posuit: idque munus inter Censoria opera gratissimè acceptum est. [15] Etiamtum tamen nubilo incertæ fuere horę vsque ad proximum lustrum. Tunc Scipio Nasica collega [16] Lænatis, primus [e] aqua diuisit horas æquè noctium [17] ad dierum. Idque horologiũ sub tecto dicauit, anno vrbis DXCV. Tamdiu [18] populi Romani indiscreta lux fuit. Nunc [19] reuertamur ad reliqua animalia, primúmque terrestria.

[1] diximus secũdo. M.

[2] *Vetus. lect.* Cùm à Curia inter Rostra & Græcostasin prospexisset Sole. sic & Tur. continuãs ita sequẽtia, Solem a columna Mœnia ad carcerem.
[3] prospexisset Sole. M.
[4] Mœnia. M. & CH. & Vet.
[5] Princeps solarium. CH. & M.
[6] vndecim. M. & CH.
[7] eam. CH.
[8] vestale. CH.
[9] artificis. Vet.
[10] factum. CH.
[11] Catina. CH. Cathina. M.
[12] ccclxxvij. CH. trecentesimo quinquagesimo vigesimo septimo. M.
[13] ad lineas eius horæ & paruerunt. M.
[14] & M. ei annis vndecima. Vet.
[15] Etiamnum tamen numero incerto fuere. CH. emend.
[16] Lænati. CH,
[17] ac. M.
[18] populo Romano. M. & CH.
[19] reuertemur. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Meridies etiam de media nocte vsurpatur Varro in Marciporc.

Repentè noctis circiter Meridiem,
Cum pictus aer feruidis latè ignibus
Cæli choreas astricas ostenderet.

b Menius, cùm domum venderet Catoni & Flacco censoribus vt ibi ædificaretur basilica, ius sibi columnæ vnius excepit, super quam rectum proiiceret, vnde ipse ac posteri spectarent gladiatorium munus, quod tum in foro dabatur, Pædianus. Meminit Cicero prima in Verrem. Vide adnotata in cap. 1. lib. 34.

c Pronunciabat vel accensus, (i præco qui ad censum populum vocabat) vel prætor, Varro in lib. 5. de Ling. Lat. *plebiscij tribunipleb. plebiscitum. Prætor vrbanus qui nunc est, quæque posthac fuerit, duos libitores apud se habeto. Vsque ad supremam ad solis occasum ius inter cives dicito.* Censorinus. Gell. cap. 2. 16 hanc legem 12. tabularum recitat: *Ante Meridiem causam cognoscito, quum perorant ambo præsentes. Post Meridiem item addicito, si ambo præsentes. Sole occaso suprema tempestas esto.* Rœnardus cap. 7. in leg. 12 tabul.

d Vide infrà cap. 10 lib. 36 Solarij, aprieum & soli expositum locum Græci αὐδοσκῳ vocauerunt. Turn. cap. 20. 28.

e Per Clepsydram stillante: de cuius verbi notione vide Victorium cap. 1 lib. 22.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VIII.

De animalibus terrestribus, elephantorum commendatio, & de sensu eorum. CAP. I.

AD RELIQVA transeamus animalia, & primùm terrestria. Maximum est elephas, proximúmque humanis sensibus: quippe intellectus illis sermonis patrij, & [1] impe riorum [2] obedientia, officiorúmque, quæ didicere, memoria, amoris & gloriæ voluptas: imò verò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas: religio quo que siderum, Solísque ac Lunæ veneratio. Autores sunt, in Mauritanię saltibus ad quendam amnem, cui nomen est [3] [a] Amilo, nitescente Luna noua, greges eorum descendere: ibíque se purificantes solenniter aqua circunspergi, atque ita salutato sidere in syluas reuerti, vitulorum fatigatos præ se ferentes. Alie næ quoque [4] religionis intellectu, creduntur maria transituri non antè naues conscendere, quàm inuitati rectoris iureiurando de reditu. Visíque sunt fessi ægritudine (quando & illas moles infestant morbi) [10] herbas supini in cælum iacientes, veluti tellure precibus [6] allegata. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. [7] Indis arant minores, quos appellant nothos.

[1] imprimis. M.
[2] obedientiæ. CH.
[3] vide Annot.
[4] regionis. Vet.
[5] per herbas supini in cœlum iacentes. Vet. iacentes habet & CH.
[6] alligata. M. ablegata. Vet. Sabellicus.
[7] Indi arant minori bus, quos. Indicis Arabici minores, quos. Parmense.

ANNOTATIONES.

a Dion ait pergere πρὸς ὕδωρ ἀένναον, perennem aquam. Vetusti codices habent Annulo, quæ vox a Græca ἀένναος fortassis depraua ta est. Rhodig. cap. 18. 13. Primus ex Europæ regibus Indis vtis elephantos Alexander habuit: plurimos Antigonus. multos Pyrrhus in prælio capros superato Demetrio, quos Romanis obiecit. Idem Rhod. cap. 20. 22.

Quando primum iuncti. CAP. II.

ROmæ iuncti primùm subiere currum Pompeij Magni Africano triumpho: quod prius India victa triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuisse Pompeij triumpho iunctos [1] ingredi portam. Germanici Cæsaris munere gladiatorio, [2] quosdam inconditos motus edidere, saltantium modo. Vulgare erat, per auras arma [a] iacere non auferentibus ventis, atque inter se gladiatorios congressus edere, aut lasciuiente [3] pyrrhiche [4] colludere: posteà & per funes incessere, lectícis etiam ferentes quaterni singulos puerperas imitantes: [6] plenísque [7] hominum tricliniis accubitu iere per lectos ita libratis vestigiis, ne quis [9] potantium attingeretur.

[1] egredi porta. M. & CH. ingredi porta. Vet.
[2] quosdam etiam inconditos. Salm. & CH.
[3] pernicitate. M. Vet.
[4] collidere. Tol.
[5] lectícas e. f. q. singulas. M. modo, lectícis e. f. q. singulas, vt intelligamus elephantos fœminas.
[6] plerísque. M.
[7] hominæ. CH.
[8] accubitum. M. & CH.
[9] portãtium. M. ministrorum fercula & epulas ferentium.

ANNOTATIONES.

a Velut quadam prælusione, more pilariorum & ventilatorum ea quæ emiserant, vt scribit Quintilianus lib. 10. ita librantium, vt venire in manus viderentur, &, quà iuberent, decurrere. Rhodig. cap. 8. Vide quæ adnotata sunt infrà ad finem libri 36.

De docilitate eorum. CAP. III.

CErtum eſt, vnum tardioris ingenij in accipiendis, quæ tradebantur, ſæpius caſtigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum. Mirum maximè, & aduerſis quidem [a] funibus ſubire, ſed regredi magis vtique pronis. Mutianus ter Conſul autor eſt, aliquem ex his & literarum ductus Græcorum didiciſſe, ſolitúmque perſcribere eius linguæ verbis: Ipſe ego hæc ſcripſi, & ſpolia Celtica dicaui. Itémque ſe videntе Puteolis, cùm [1] aduecti [2] è naue egredi cogerentur, territos ſpatio pontis procul [3] à continente porrecti, [4] vt ſeſe longinquitatis æſtimatione fallerent, auerſos retrorſus iſſe. Prędam ipſi in ſe [5] expetendam, ſciunt ſolam eſſe in armis ſuis, quæ Iuba [b] cornua appellat, Herodotus tanto antiquior, & conſuetudo melius, [c] dentes. Quam ob rem deciduos caſu aliquo vel ſenecta defodiunt. [6] Hoc ſolum ebur eſt, cætero, & in his quoque, quà corpus intexit [7] vilitas oſſea. [8] Quanquam nuper oſſa etiam in laminas ſecari cœpere penuria. Etenim rara amplitudo iam [9] dentium, prætèrquàm ex India, reperitur: cætera in noſtro orbe ceſſère luxuriæ. Dentium candore intelligitur iuuenta. Circa hoſ [10] belluis ſumma cura: alterius mucroni parcunt, ne ſit prælijs hebes: alterius operario vſu fodiunt radices, impelluntmoles: circunuentíque à venantibus, primos conſtituunt, quibus ſunt minimi, ne tanti prælium putetur: poſteà feſſi, impactos arbori frangunt, prædáque ſe redimunt.

1 aduecti naue.M.
2 de.Vet.
3 in continentem.
4 vt ſeſe in lõg.Vet.
5 expectandum.Vet.
6 Hoc ſolum ebur eſt. Cæterum iis quibus corpus intexitur, vilitas oſſea. Vet. Alij, cæteris quibus quoque corpus Alij, Cæterum in iis, quibus corpus.
7 vilitas oſſe.CH.
8 aliquaſque nuper, M.
9 dentibus.M.
10 belli.M.Vet. Circa alios belli. CH.

ANNOTATIONES.

a Apud Labeonem Iuriſconſultum his verbis: *Si per catadromẽ ſorum curreret*, funis protenſus intelligitur, per quem luſtriones ac etiam elephanti ingrederentur, ac currerent. A pud Suetonium in Nerone, notiſſimus eques Romanus, elephanto ſuper ſedens, per catadromum decucurrit. Brod. cap. 6. 3.

b Varro quoque lib. 6. de Ling. Lat. eſſe cornua putauit.

c Iuuenalis Sat. 13.

Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus,
Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu,
Iam nimios, capitíque graues.

De clementia eorum, & quòd pericula ſua intelligant, & de tigridis truculentia. CAP. IIII.

MIrum in pleriſque [1] animalium, ſcire quare petantur: ſed & per cuncta quid caueant. Elephas homine obuio forte in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clemens placidúſque etiam demonſtrare viam traditur. [a] Idem veſtigio hominis animaduerſo priuſquàm homine, intremiſcere inſidiarum metu, ſubſiſtere ab olfactu, circunſpectare, iras proflare, nec calcare, ſed [2] erutum proximo tradere, illum ſequenti, nuntio ſimili vſque ad extremum: & tunc agmen circumagi, & reuerti, aciémque dirigi: adeò omnium odori durare virus illud, maiore ex parte ne [b] nudorum quidem pedum. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta, [3] atque ipſa elephanti quoque ſpernens veſtigia, [4] homine viſo transferre dicitur protinus catulos. Quonam modo agnitó [5] vbi ante conſpecto illo, quem timet? Etenim tales ſyluas minimè frequentari certum eſt. Sanè mirentur ipſam veſtigij raritatem: ſed vnde ſciunt [6] timẽdum eſſe? Imò verò cur vel ipſius conſpectum paueant, tanto viribus, magnitudine, velocitate præſtantiores? Nimirum hæc eſt natura rerum, hæc potentia eius, ſæuiſſimas ferarum maximáſque [8] nunquàm vidiſſe quod debeant timere, & ſtatim intelligere? cur ſit timendum.

1 animalia.
2 derutum.Tol.
3 Alij, atque ipſa elephanti quoque ſpernens, veſtigio hominis viſo transferre dicitur protinus catulos. Vet. codices, & ipſe Plinius mox, Sanè mirẽtur ipſam veſtigij raritatem, &c.
4 hominis viſo.CH.
5 aut vbi. Vet. vbi autem. M.
6 timendi. Tol. lego timẽdi cauſſam eſſe.
7 ipſum. Tol. ſæpius. Vet.
8 quæ nunquam vidiſſent quod debeãt timere ſtatim. Vet.
9 cùm.CH.

ANNOTATIONES.

a Aelianus lib. 1. de Animal.

b Sed calceis tectorum, qui efflatum humani corporis impediunt.

De intellectu & memoria eorum. CAP. V.

ELephanti gregatim ſemper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu, cogit ætate proximus. Amnem trunſituri minimos præmittunt, ne maiorum ingreſſu atterente aluеum, creſcat gurgitis altitudo. Antipater autor eſt, duos Antiocho regi in bellicis vſibus celebres etiam cognominibus fuiſſe: etenim nouêre [a] ea. Certè Cato, cùm Imperatorum nomina Annalibus deſcriberet, eum qui fortiſſimè prælíatus eſſet in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Antiocho vadum fluminis experiẽti renuit Aiax, alioquin dux agminis ſemper. Tum pronũtiatum, eius fore principatum qui

tranſiſſet: ausúmque Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu [1] donauit. Ille, qui notabatur, in edia mortem ignominiæ prętulit. Mirus nanque pudor eſt, victúſque vocem fugit victoris: terram ac verbenas porrigit. Pudore nunquàm niſi in abdito coeunt: mas [b] quinquennis, fœmina decennis. Initur autem [2] biennio, quinis (vt ferunt) cuiuſque anni diebus, nec amplius: ſexto perfunduntur amne non antè reduces ad agmen. Nec adulteria nouere, nullávе propter fœminas inter ſe prælia, cæteris animalibus [3] pernicialia: non quia deſit illis amoris vis: nanque traditur vnus amaſſe quandam in Ægypto corollas vendentem: ac ne quis vulgariter [4] dilectam putet [5] miretur gratam [6] Ariſtophani, celeberrimo in arte Grammatica. Alius Menandrum Syracuſanum incipientis iuuentæ in exercitu Ptolemæi, deſiderium eius, quotiens nõ videret, inedia teſtatus. Et vnguentariam quandam dilectam Iuba tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium à conſpectu, blanditiæque inconditæ, ſtipéſque, quas populus dediſſet, ſeruatæ, & in ſinum effuſæ. Nec mirum, eſſe amorem, quibus ſit memoria. Idem nanque tradit, agnitum in ſenecta multos poſt annos, qui rector in iuuenta fuiſſet. Idem diuinationem quandam iuſtitiæ. [c] Cùm Bocchus rex triginta elephantis, totidem, in quos [7] ſæuire inſtituerat, ſtipitibus alligatos obiecíſſet, procurſantibus inter eos qui laceſſerent, [8] non potuiſſe effici, vt crudelitatis alienæ miniſterio fungerentur.

1 donatum D.
2 à biennio. Vet. quidam Ariſtotelẽ ſecuti lib. 5. Hiſt. animal. legere hîc malunt, à triennio.
3 pernicioſa. M.
4 electam. M. & CH.
5 mirè gratam. CH. mirè tum gratã. Alij.
6 Ariſtophanio. Vet.
7 ſæuirent ſtipitibus. M.
8 nec. CH.

ANNOTATIONES.

a Cognomina.

b Ariſtot. cap. 27. lib. 6 Hiſtor. non niſi poſt vigeſimum annum coire, aut gignere tradit.

c Seneca cap. 13. lib. De breuit. vitæ.

Quando primùm in Italia. CAP. VI.

ELephantos Italia [a] primùm vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit, [b] in Lucanis viſos, anno Vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: Roma autem in triumpho, ſeptem annis ad ſuperiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingenteſimo ſecundo, victoria [c] L. Metelli Pontificis [1] in Sicilia de Pœnis captos. [d] Centum [2] quadragintaduo [2] fuere tranſuecti ratibus, quas doliorum conſertis ordinibus impoſuerant. Verrius eos pugnaſſe in Circo, interfectóſque iaculis tradit penuria [4] conſilij: quoniam neque ali placuiſſet, neque donari regibus. L. Piſo inductos duntaxat in Circum, atque vt contemptus eorum increſceret, [5] ab operariis haſtas præpilatas habentibus, per Circum totum actos. [6] Nec quid deinde iis factum ſit, autores explicant, [7] qui non putant interfectos.

1 in Sicilia, in M. nõ legitur.
2 quadraginta. M.
3 fuere, aut, vt quidã, ceſtum quadraginta. Tol. Salm. CH. & M.
4 conſilium M.
5 ab operis. Lipſ. in Tac.
6 Nec quid deinde his. CH. Nec dein quid de iis factũ ſit, auctor is explicat, qui nõ putat interf. Tol.
7 Quatuor hæc poſtrema verba huc aliunde irrepſiſſe putat Pint.

ANNOTATIONES.

a Manium Curium Dentatum victis Pyrrho, Sabinis, Samnitibus primùm in triumpho elephantos duxiſſe ſcribit Seneca cap. 13. lib. de breuit. vitæ.

b Varro lib. 6. De ling. Lat. nec à Lybia nec à Lucania dctos putat, ſed à luce, quòd longè relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus turres eorum ornatæ fuerunt.

c Hanc ob cauſſam in multis denariis antiquis, Metellorum geſtas res indicantibus, nunc elephas vnicus impreſſus fuit, nunc ad currum iuncti duo cum Imperatore ſtante, quem coronat victoria, nunc ſub biga, cui inſidet Imperator, Elephanti caput. Vrſinus 38.

d Liuio in Epitome lib. 19. Senecæ lib. De breuit. vitæ, 120. Floro, circiter 100. Eutropio, 130. Paulo Oroſio, 104.

Pugnæ eorum. CAP. VII.

CLara eſt vnius è Romanis dimicatio aduerſus elephantum, cùm Annibal captiuos noſtros [a] dimicare inter [1] ſe coegiſſet. Nanque vnum qui ſupererat, obiecit elephanto [2] & ille, dimitti pactus ſi interemiſſet, ſolus in harena congreſſus, magno Pœnorum dolore, confecit. Annibal, cùm famam eius dimicationis contemptum allaturam belluis intelligeret, equites miſit, qui abeuntem interficerent. [3] Proboſcidem eorum facillimè amputari, Pyrrhi prælíorum experimentis patuit. Romæ pugnaſſe Feneſtella tradit primùm omnium in Circo Claudij Pulchri [b] Ædilitate curuli, M. Antonio, A. Poſthumio coſſ. anno vrbis [4] ſexcenteſimo quinquageſimoquinto. Item poſt annos xx. Lucullorum Ædilitate curuli, aduerſus tauros. Pompeij quoque altero Conſulatu, dedicatiõe templi Veneris Victricis, pugnauere in Circo viginti, aut vt quidam tradunt, [5] xvij. Gætulis ex aduerſo iaculantibus, mirabili vnius dimicatione, qui pedibus cõfoſſis repſit genibus [6] in cateruas, [7] arrepta ſcuta iaciens in ſublime, quæ decidentia [8] voluptati ſpectantibus erant in orbem circumacta, velut arte, non furore belluæ iacerentur. Magnum

1 ſeſe. CH.
2 & illum dimitti pactũ ſi interemiſſet. Solus ergo in. M.
3 Promuſcidem. M. Vet.
4 clv. CH.
5 XVIII. Senecæ de tr. vitæ.
6 in cateruas, in M. non legitur.
7 abrepta. CH.
8 volubilitate. M. volubilitate ſpectantibus voluptati erant. Vet.

& in altero miraculum fuit, vno ictu occiso.[9] Pilum sub oculo adactum, in vitalia capitis venerat. Vniuersi eruptionem tentauêre, non sine vexatione populi,[10] circúdati clathris ferreis. Qua de causa Cæsar Dictator, posteà simile spectaculum editurus,[11] euripis harenam circundedit: quos Nero princeps sustulit, equiti loca[12] addens. Sed Pompeiani amissa fugæ spe misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes supplicauere, quadã sese lamentatione complorantes: tanto populi dolore, vt oblitus Imperatoris, ac munificentiæ honori suo exquisitæ, flens vniuersus consurgeret, diráque Pompeio, quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. [d] Pugnauere & Cæsari Dictatori tertio Consulatu eius, viginti contra pedites [13] quingentos: [14] iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodem, quo [15] priores, numero peditum, & pari equitum exaduerso dimicante: posteà[16] singuli, principibus Claudio & Neroni, in [c] cõsummatione gladiatorum. Ipsius animalis[17] tanta narratur clementia contra minus[18] valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne[19] quod obterat imprudens: nec nisi lacessiti[20] noceant, [21] ideóque gregatim semper ambulent, minimè ex omnibus soliuagi. Equitatu circumuenti, infirmos aut fessos vulneratósve in medium agmen recipiunt: [22] ac velut imperio [23] ac ratione, per vices [24] subeunt. [25] Capti celerrimè mitificantur hordei [f] succo.

9 Pilum autem sub. CH.
10 circúdantis. Vet. *circúdatis* clauſtris. M. circumdatis clastris. CH.
11 euripos harenæ. Vet
12 accõmodans. Vet.
13 quinquagenos. Sueton. Iulio. quinquaginta. Vet.
14 iterumque. CH.
15 priore. Tol. & CH.
16 singulis. M. Vet. & CH.
17 ista. M.
18 quid. Vet.
19 *validos*. CH.
20 nocent. i. g. ſ. ambulant.
21 Hique congregatim semper. Tol. Idque, cum gregatim semper. Salmant. rectius. atque ita. CH.
22 ac velut imperio auctori Pint.
23 aut. Vet.
24 subeuntes. Tol.
25 Et capti. CH.

ANNOTATIONES.

a Valer. cap. 2. lib. 9.
b Scenam in iis ludis magnam picturæ admirationem habuisse traditur infrà cap. 4. lib. 35.
c Seneca cap. 13. lib. De breuit. vitæ scribit Pompeium primum in Circo Elephantorum duodeuiginti pugnam edidisse, commissis more prælij noxiis hominibus, eóque spectaculo nouo more perdidisse homines.
d In denarij antiqui altera parte cusa sunt flaminis dialis insignia, albogalerus, secespita, aspergillum, sympulum, in altera elephantus serpentem obterens, cum his literis. CAESAR. nempe ad ostendendũ & celebrãdum spectaculum id elephantorum.
e Absoluto & consummato gladiatorio munere: sine gladiatorij spectaculi, velut corollarium ad concludendos finiendósque ludos. Rhodiginus, tamen cap. 11. lib. 11. exponit aduersus gladiatores iam consummatos, emeritos, rude donatos iam amissos longa digladiandi consuetudine confirmatos, & animosiores, qui præmiorum magnitudine interdum in harenam & ludorum certamina reuocabantur. Ego verò intelligendum arbitror Simplicius, singulos elephantos dimicasse, cùm gladiatores pugnare desiissent. Vide Turn. cap 33. lib. 30. & Lipſ. cap. 16. lib. 2. Satur.
f Ptissana. πτισάνη πρασόνυστα.

Quomodo capiantur. CAP. VIII.

[a] CApiuntur autem in India vnum ex domitis agente rectore: qui deprehensum solitarium, abactúmve à grege, [1] verberat ferum: quo fatigato, transcendit in eum, nec secus ac priorem regit. Africa foueis capit, in quas deerrante aliquo, protinus cæteri [2] congerunt ramos, moles deuoluunt, aggeres constituunt, [3] omníque vi conantur extrahere. [4] Antea [5] domitandi gratia [6] greges equitatu cogebant in conuallem manu factam, & longo tractu fallacem: cuius inclusos [7] ripis fossísque, fame domabant. Argumẽtum erat ramus, homine porrigente clementer acceptus. Nunc dentium causa, pedes eorum iacu lantur alioquin mollissimos. [8] [b] Troglodítæ contermini Æthiopiæ, qui hoc solo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorum conscendunt. Inde totius agminis nouissimũ speculati, extremas in clunes desiliunt. Læua [9] apprehẽditur cauda: pedes stipantur in sinistro [10] femine. Ita pendens alterum poplitem dextra [11] cædit præacuta bipenni: hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis neruos ferit, cuncta præceleri pernicitate peragens. Alij tutiore genere, sed magis fallaci, intentos ingentes arcus defigunt humi longius. Hos præcipui viribus iuuenes continent: alij connixi pari conatu [12] tendunt, ac prętereuntibus sagittarum venabula infigunt, mox sanguinis [13] vestigiis sequuntur. Elephantorum generis fœminæ multò pauidiores.

1 verberet. CH.
2 congreganter. ramos, moles. Tol.
3 omnesque vi. Tol. omnesque viuis. Vet.
4 Ante. CH.
5 militandi gratia reges. Pint. valle. CH.
6 regis. Vet. reges. M.
7 Euripis. Pint.
8 Trogodytæ. M.
9 deprehenditur. M.
10 femore. Vet.
11 cædit, ac præacuta bipenni hoc cruce. M. & CH.
12 contendant. Tol. & CH.
13 vestigia. Vet. & CH. emend.

ANNOTATIONES.

a Aliam capiendi domandíque rationem vide apud Strabonem lib. 15.
b Scribit Rhodig. cap. 38. 18. Lybias, eos, quos in venatione aut pugna elephanti obtriuerint, magnificè, cum hymnis & insigni laude, sepelire. ἀγαθὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ ἄγριος θηρίον τοιοῦτον ἀντιπάλους γενομένους, montem ea virtute quæritant: ἐντάφιον ἴδιον τοῖς θανατωθεῖσιν.

Quomodo domentur. CAP. IX.

DOmantur autem [1] rabidi fame & verberibus, [a] elephãtis aliis admotis, qui tumultuantem catenis coerceant: [2] & aliàs circa coitus maximè efferantur, & stabula Indorum dentibus sternunt. Quapropter arcent eos coitu, fœminarúmque pecuaria separát, quæ haud alio modo, quàm armentorum, habent. Domiti militãt, & turres armatorum [3] in hostes ferunt, magnáque ex parte Orientis bella conficiunt. Prosternunt acies, proterunt armatos. Iidem minimo suis stridore terrentur, vulneratíque & territi retro semper cedunt, haud minore partium suarum pernicie. Indicum [4] Afri pauent, nec contueri audent: nam & maior Indicis magnitudo est.

1 capti &c. admotis, & rectoribus, qui tumultuantes. Ex Strabone.
2 &, in M. non leg.
3 in. dorsis. M.

ANNO-

ANNOTATIO.

a Aristot. cap. 19. lib. 6. Histor.

De partu eorum, & reliqua natura CAP. X.

DEcem annis [1] gestare [a] in vtero vulgus existimat: Aristoteles biennio, [2] nec amplius quàm semel gignere, [3] plurésve [4] quàm singulos: viuere ducenis annis, & quosdam trecenis. Iuuenta eorum à sexagesimo incipit. Gaudét amnibus maximè, & circa fluuios vagantur, cùm alioquin nare propter magnitudinem corporis non possint. Iidem frigoris impatiétes. Maximum hoc malum, inflationémque & profluuium alui, nec alia morborum genera sentiunt. Olei potu tela, quæ corpori eorum [5] inhæreãt, decidere inuenio: à sudore autem faciliùs adhæresc ere. Et terram edisse [6] iis tabificum est, nisi sæpius mandant. Deuorant autem & lapides. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Palmas excelsiores fronte prosternunt, ac ita iacentium [7] absumunt [8] fructum. Mandunt ore: spirant & bibunt, odorantúrque haud impropriè [9] appellata manu. Animalium maximè odêre [b] murem: & si pabulum in præsepio positum attingi ab eo videre, fastidiunt. Cruciatum in potu maximum sentiunt hausta hirudine, quam sanguisugam vulgò cœpisse appellari aduerto. Hæc vbi in ipso [10] animæ canali se fixit, intolerãdo afficit dolore. [c] Durissimum dorso tergus, [11] ventri molle, setarum nullum tegumentum, ne in cauda quidé præsidium abigendo tædio muscarum (nanque id & tanta vastitas sentit) sed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo [12] cùm extenti recepere examina, arctatis in rugas repentè cancellis, comprehensas enecant. [13] Hoc iis pro cauda, [14] iuba, villo est. [d] Dentibus ingens pretium, & Deorum simulacris [15] laudatissima ex iis materia. Inuenit luxuria [16] commendationem & aliam: [17] expetit in callo manus vim saporis, haud alia de causa credo, quàm quia ipsum ebur sibi mandere videtur. Magnitudo dentium videtur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis Africæ, quà confinis Æthiopiæ est, postium vicẽ in domiciliis præbere: [18] sepésque in iis & pecorũ stabulis [19] pro palis elephantorum dentibus fieri, Polybius [20] tradit, autore [21] Gulussa regulo.

1 gestari. M.
2 nec, amplius quam singulos. Iuuenta eorum. Tol.
3 pluresque. CH.
4 quàm singulos semel gignere: pluresque viuere dicentis annis, & quosdam trecentis. M.
5 inhaerant. M. inhæserunt. Vet. inhærebant. CH.
6 his. CH.
7 assumunt. Vet.
8 fructu. Tol. fricu. Vet.
9 dicta. M.
10 anne canalis. CH.
11 vẽtres molles. M.
12 cum exire cœpere examina, artatis.
13 Hoc illis pro cauda iuuamen est. Dentibus. Tol.
14 pro iuba, pro villo. Vet.
15 laudatissima. M. Salm. & CH.
16 commendationẽ: & aliam expetit. Vet. & M.
17 expetiti in callo manus saporis. Tol. & CH.
18 sepesque iis, & pecorum stabulis palos. Vet.
19 propalam. M.
20 tradidit. CH.
21 Gaulussa. Vet.

ANNOTATIONES.

a Plautus in Sticho:
Audiui sæpe vulgò à multis dicier,
Solare elephantum grauidam perpetuos decem
Esse annos: eius ex semine hæc certò est fames.
b Suem odisse, non murem, scribit Aelianus cap. 11. lib. 7. Hist. & cap. 36 lib. 16. Plutarchus ἐκεῖνα δ' ἀεὶ τῶ θόσπι πρὸς τὸν ἐλεφαντόμον. καὶ τῶ ἐλέφαντι πρὸς τὴν ὗν εἶσος ἰσχυρὸν γεγονὸς καὶ πρὸς τὸν φόβον. Deceptus est Plinius affinitate vocum ὗν & μῦς. Constat autem, Cæterùm autor sub finem præcedentis capitis, suis quoque minimo stridore terreri scribit.
c Hinc Plauti iocus in militem:
Herus meus elephanti corio circumtectus est, non suo:
Neque habet plus sapientiæ, quàm lapis.
d Cornua esse, quos dentes vocant, multis rationibus probare conatur Pausanias, quas Rhodiginus repetit cap. 18. 13.

Vbi nascantur, & de discordia eorum, & draconum. CAP. XI.

[1] ELephantes fert Africa vltra Syrticas solitudines, & in Mauritania: ferunt Æthiopes & Troglodytæ, vt dictum est: sed maximos India, bellantésque cum iis perpetua discordia dracones, tantæ magnitudinis, [2] vt & ipsos circumflexu [3] facili ambiant, nexúque hodi præstringant. Commoritur ea dimicatio: victúsque [4] corruens, complexum [5] elidit pondere.

1 pro se cuique in Tol. non legitur. pro se cuique præcipuaque soler. M.
2 vt his vna arcesscidi &c. difficultas draconi. CH. vt ex imo (i. e. altitudinẽ, draconi. Itaque iter. Pint. ex Tol. Alij, vt hic (elephanto & draconi) vnà: scandẽdi. &c. vt castigatũ est. Itaqua itantem ad pabula. Pint.
3 Draconi itaque vertrium iter ad pabula speculetur. M. luctari contra. Nexus itaque. M. lego, imparem se luctari contra nexus. Itaque.
4 ipsas nares. CH.
5 laniant. M.
6 nisi natura spect. sibi ac paria componens. M. nisi naturam spect. sibi ac paria cõponentem. Lipſ. & inter eum, qui in hunc authorẽ margin. adnotat. scripserat. sic & CH. nisi quod, natura, habet.

De solertia animalium. CAP. XII.

40 MIra animalium [1] pro se cuique solertia est, [2] vt iis vna scandendi in tantam altitudinem difficultas. [3] Draco itaque iter ad pabula speculatus, ab excelsa se arbore iniicit. Scit ille imparem sibi luctatum cõtra nexus. itaque arborum aut rupium attritum quærit. Cauent hoc dracones, ob ídque gressus primùm alligant cauda. Resoluunt illi nodos manu. At hi in [4] ipsa nare caput condunt, paritérque spiritum præcludunt, & mollissimas [5] lancinant partes. Iidem obuij deprehensi, in aduersos erigunt se, oculósque maximè petunt. Ita fit, vt plerunque cæci ac fame & mœroris tabe confecti reperiantur. Quam quis aliam tantæ discordiæ causam attulerit, [6] nisi naturæ spectaculum, sibi paria componentis? Est & alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidissimum esse sanguinem: ob id æstu torrente præcipuè à draconibus expeti. Quamobrẽ in amnes

7 arctatoſque. M. arctratóque. Alij. coartatóque CH.
8 tantum. M.

merſos inſidiari bibentibus: [7] arctatíſque illigata manu in aurem morſum defigere: quoniam is tantùm locus defendi non poſſit manu. Dracones eſſe tantos, vt [8] totum ſanguinem capiant. Itaque elephantos ab iis ebibi, ſiccatóſque concidere: & dracones inebriatos opprimi, commoríque.

De draconibus. CAP. XIII.

1 dracones Aethiopia. M.
2 Narrantóque. CH.

GEnerat [1] eos & Æthiopia Indicis pares, vicenûm cubitorum. Id modò mirum, vnde criſtatos Iuba crediderit. Aſachæi vocãtur Æthiopes, apud quos maximè naſcuntur. [2] Narratur in maritimis eorum quaternos quinóſque inter ſe cratium modo implexos erectis capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiæ vehi fluctibus.

De ſerpentibus maximis, & bois. CAP. XIIII.

[a] MEgaſthenes ſcribit, in India ſerpentes in tãtam magnitudinem adoleſcere, vt ſolidos hauriant ceruos tauróſque. Metrodorus, circa Rhyndacum amnem in Ponto, vt ſuperuolantes quamuis altè pernicitérque alites hauſtu raptas abſorbeant. Nota eſt, in Punicis bellis ad flumen [b] Bagradam à Regulo Imperatore balliſtis tormentíſque, vt oppidum aliquod, expugnata ſerpens cxx. pedum lõgitudinis. Pellis eius maxillæque vſque ad bellum Numantinum durauêre Romæ in templo. Faciunt his fidem in Italia [c] appellatæ [1] boæ: in tantam amplitudinem exeuntes, vt Diuo Claudio principe, occiſæ in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur [2] primò bubuli lactis ſucco, vnde nomen traxere. Cæterorum animalium, quæ modò conuecta vndique Italiæ [3] contigêre ſæpius, formas nihil attinet ſcrupulosè referre.

1 boux. CH.
2 Trino. Tol. & CH. non placet tamen.
3 contigit videre.

ANNOTATIONES.

a Apud Strabonem lib. 15. Oneſicritus refert, apud Abiſarum Indiæ regem duos fuiſſe dracones, alterum pedum 140. alterum 80. Nearchus autem viſam viperam fœminam cubitorum ſedecim.

b Nunc *Megerada*. Vide Valer. Max cap. vlt. lib. 1. Liuiũ 29. Dedad. primi belli Punici. Nam Senecam non dubito huc ſpectaſſe lib 1. de clement. cap. 25. his verbis. *Lenis & priuata pernicies non ſolas vrbes mouet. Quòd late furere capit & omnes appetit, vndique cõſigitur. Serpentes paruulæ fallũt, nec publicè conſequuntur vbi aliqua ſolitam menſuram tranſit, & in monſtrum excreuit, vbi fontes potu infecit, & ſi afflauit, deurit, obteritque quacunque ineſſit, balliſtis petitur.*

c Talis draco fuit qui Lanuuij colebatur & alebatur à virgine, memoratus à Plutarcho in Parallelis, & à Propertio Elegia 8. lib. 4. ſignatus in veteſti denarij Romani altera parte, cum virgine cibum oblaturã, caniſtro ad cingulum ſuſpenſo.

De Scythicis animalibus, & Septentrionalibus. CAP. XV.

2 fructuum. Ver.
3 Lego, vituli potius manſuetudine. Septẽtrio cerui quadam ſimilitudine fert & equorum.
3 cernice quam. M.
4 natam in Scadinauia CH.
5 *Achlin. Tol. & CH. emend. forcaſis, Aclin*, quòd non cubet
6 illis. M. Ver.
7 & adclinem. CH.
8 memorandæ, quidam legunt. Solinus cap. 22. hoc
9 inflexis. M.
10 pedum. d.
11 vagina. CH.
12 refringantur, hebeteturque. M. Ver. hebetentúrve. CH.
13 prætendere. Ver.

PAuciſſima Scythia gignit, inopia [1] fruticum: pauca contermina illi Germania, inſignia tamen boum ferorum genera, [a] iubatos biſontes, excellentíque & vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cùm id gignat Africa [2 b] vituli potius [3] ceruíve quadam ſimilitudine. [c] Septentrio fert & equorum greges ferorum, ſicut aſinorum Aſia, & Africa: prætereà alcem, ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem. Item [4] notam in Scandinauia inſula, nec vnquam viſam in hoc orbe, multis tamen narratam, [5] machlin, haud diſſimilem [6] illi, ſed nullo ſuffraginũ flexu: ideóque non cubantem, [7] ſed accliuem arbori in ſomno, eáque inciſa ad inſidias, capi, aliâs velocitatis [8] memoratæ. ∴ Labrum ei ſuperius prægrãde: ob id retrograditur in paſcendo, ne in priora tendens inuoluatur. Tradunt in Pæonia feram, quæ [d] bonaſus vocetur, equina iuba, cætera tauro ſimilem, cornibus ita [9] in ſe flexis, vt non ſint vtilia pugnæ, quapropter fuga ſibi auxiliari, reddentem in ea fimum interdum, & ∴ triũ iugerum longitudine: cuius contactus ſequentes, vt ignis aliquis, amburat. Mirum pardos, pantheras, leones, & ſimilia, condito in [10] corporis [11] vaginas vnguium mucrone, ne [12] refringatur hebeteturve, ingredi: auerſíſque falculis currere, nec niſi appetendo [13] protendere.

14 natam in Scadinauia CH.
15 *Achlin. Tol. & CH. emend. forcaſis, Aclin*, quòd non cubet
16 illis. M. Ver.
17 & adclinem. CH.
18 memorandæ, quidam legunt. Solinus cap. 22. hoc
19 inflexis. M.
20 pedum. d.
21 vagina. CH.
22 refringantur, hebeteturque. M. Ver. hebetentúrve. CH.
23 prætendere. Ver.

AMNOTATIONES.

a Aelianus cap. 44. lib. 4 Biſontem deſcribis, Eúmque vnico tãtùm cornu armatum eſſe tradis. D: iisdem cornuaque venatione Pauſanias in Phocicis.

b Rangiferos his deſcribit: cornutos equos ex antiquis ſcriptoribus nonnulli vocarunt. Strabo lib. 15. equos in India vnicornes eſſe tradit ex Megaſthene, & ceruicapite.

c Naſcuntur & in Africæ vaſtis ſolitudinibus equi feri, quorum hiſtoriam, mores, naturam, venationem, capturam Ioannes Leo Iuris de Africa libri diligenter expoſuit. Medicinam ex iis vide infrà cap. 23. 28. Fert & in India Aeliano cap. 9. lib. 16. De animal.

d Arist cap 1. lib. 1. Hiſt vocat *βόναϱον*: libro verò *περὶ τῶν ζωομαχιῶν ἐκλογῶν*. Eam vocat *βίσανθον*: item cap 3 lib 9 Hiſt vocat & *βιζανθον, & βιζάνταρον*, quæ vltima vox eſt Pœonicæ incolarum.

De leoni

De leonibus. CAP. XVI.

LEoni præcipua generoſitas, tunc cùm colla armoſq; veſtiunt iubæ. Id enim ætate contingit [1] è leone conceptis. Quos verò pardi generauêre, ſemper inſigni hoc carent: ſimili modo fœminæ. Magna iis libido coitus, & ob hoc maribus ira. Africa hæc maximè ſpectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus ſe feris. Ideo multiformes ibi animalium partus: variè fœminis cuiuſque generis [2] mares aut vi aut voluptate miſcente. Vnde etiam vulgare Græciæ dictum, Semper aliquid noui Africam afferre. Odore pardi coitum ſentit in adultera leo, totáque vi conſurgit in pœnam. Idcirco [3] aut culpa flumine abluitur, aut [b] lõgiùs comitatur. [c] Semel autem edi partum, lacerato vnguium acie vtero in enixu, vulgum credidiſſe video: Ariſtoteles diuerſa tradit, vir quem in iis magna [4] ſecuturus ex parte præfandum reor. Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noſcendi, delegatáque hac cõmentatione Ariſtoteli, ſummo in omni doctrina viro, aliquot milia hominum [6] in totius Aſiæ Græciæque tractu parêre iuſſa, omnium quos venatus, aucupia, piſcatúſque alebant: quibúſque [7] viuaria, armenta, aluearia, piſcinæ, auiaria in cura erant: ne quid vſquam [8] gentiũ ignoraretur ab eo: quos percontando, quinquaginta fermè volumina illa præclara de animalibus condidit: quæ à me collecta in arctum, cum iis quæ ignorauerat, quæſo vt legentes boni conſulant, in vniuerſis rerum naturæ operibus, medióque clariſſimi regum omniũ deſiderio cura noſtra breuiter peregrinantes. Is ergo tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos [9] ſingulos vno minus: ab vno ſterileſcere. Informes minimaſq; carnes magnitudine muſtellarũ eſſe initio, ſemeſtres vix ingredi poſſe, nec niſi [10] bimeſtrẽ moueri. In Europa autem inter Acheloum tantùm Neſtumq; amnes leones eſſe, ſed longè viribus præſtantiores iis, quos Africa aut Syria gignant. Leonum duo genera, [11] compactile & breue criſpioribus iubis. Hos pauidiores eſſe, quàm [12] longo ſimplicíque villo, eos contemptores vulnerum. Vrinam mares crure [13] ſublato reddere, vt canes, grauem [14] odorem, [d] nec minus halitum: raros in potu, veſci alternis diebus: à ſaturitate interim triduo cibis carere. Quæ poſſint, in mandendo ſolida deuorare: [15] nec capiente auiditatem aluo, coniectis in fauces vnguibus extrahere, vt (ſi fugiendum ſit) [16] non in ſatietatem abeant. Vitam iis longam docet argumento, quòd [17] plerique dentibus defecti reperiantur. Polybius Æmiliani comes, in ſenecta hominem appeti ab iis refert, quoniam ad perſequendas feras vires non [18] ſuperant. Tunc obſidere Africæ vrbes: eáque de cauſa crucifixos vidiſſe ſe cum Scipione, quia cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eadem noxa. Leoni tantùm ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit: & vbi ſæuit, in viros [19] priùs, quàm in [20] fœminas fremit, in infantes non niſi magna fame. Credit [21] Libya intellectum peruenire ad eos precum. Captiuam certè Gætuliæ reducem [22] audiui, multorum in ſyluis impetum à ſe mitigatum alloquio, [23] auſam dicere ſe fœminam, profugam, infirmam, ſupplicem animalis omnium generoſiſſimi, cæteriſq; [24] imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa [25] hæc opinio ex ingenio cuiuſq; vel caſu, mulceri alloquiis feras: [26] quippe vbi etiam ſerpentes [e] extrahi cantu, cogíq; in pœnam, vérum [27] falſúmve ſit, vita non decreuerit. Leonum animi index cauda, ſicut & equorum aures. Nanque & has notas generoſiſſimo cuique natura tribuit. Immota ergo [28] placidus, clemens, blandientíque ſimilis, quod rarum eſt: crebrior enim iracũdia eius. In principio terra verberatur: [f] incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur. Vis ſumma in pectore. Ex omni vulnere, ſiue vnguepreſſo ſiue dente, ater profluit ſanguis. Iidem ſatiati, innoxij ſunt. Generoſitas in periculis maximè deprehenditur: non in illo tantummodò, quòd ſpernens tela diu ſe terrore ſolo tuetur, ac [29] velut cogi teſtatur: [30] cooriturq; non tanquàm periculo coactus, ſed tanquàm [g] amentiæ iratus. [h] Illa nobilior animi ſignificatio: quamlibet magna canum & venantium vrgente vi, contemptim reſtitánſque cedit in campis, & vbi ſpectari poteſt: idem vbi virgulta ſyluáſque penetrauit, acerrimo curſu fertur, [31] velut abſcondente [32] turpitudinem

1 è. CH. non leg.
2 mare ſe aut vi. M.
3 ea. CH.
4 ſecutus. M.
5 *ſcientia*. Ver.
6 his, in M. deeſt.
7 varia armenta. M.
8 gentium. CH.
9 ſingulis minus. Tol. ſingulos minus. M.
10 bimeſtres. CH.
11 compactum
12 longos
13 ſullato. M.
14 odore. M.
15 nec capiente aluo, coniectis &. M.
16 Alij ſic: Non ſatietate hebeant. Alij rurſus, Non ſatietate grauentur. Manuſcr. aut ſi fugiendum, in ſatietate habeant.
17 pleriq; dẽtibus deſtructis, ex Ariſtot. cap. 14. lib. 9. Hiſt.
18 ſuppetant. M.
19 potius. Tol. & cet.
20 fœminas. Perimit infantes. Sabellicus.
21 Iubæ. Plin. ex Solino cap. 29.
22 audiui, ſub Iuba. Plin.
23 auſa in. Ver. auſæ. CH.
24 imperantis. M. & CH.
25 hoc. M. & CH.
26 quippe cùm iam, & vita decreuerit. M. quippe cùm etiã. Alij quippe obuiam. M.
27 falſúmne. CH.
28 placido, clementi, blandienti, quòd. M. placido clemens blandienti: quod rarum eſt. Crebrior enim iracundia. Cuius in principio Tol.
29 velle. Longol.
30 cogiturque, &c. ameũtia. M. Spuria iræ. Plinianus ſe iſte.
31 velut depreſſa abſcondens turpitudinem. Dum M.
32 turpitudine. CH.

pitudinem loco. Dum ſequitur,[i] inſilit ſaltu, quo in fuga non vtitur. Vulneratus, obſeruatione mira percuſſorẽ nouit, & in quantalibet multitudine appetit. Eum verò qui telum quidem miſerit, ſed tamen non vulnerauerit, correptum [33] raptatúmque ſternit, nec vulnerat. Cùm pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expaueſcat.[34] Cæterùm dolis carent & ſuſpitione: nec limis intuentur oculis, aſpicíque ſimili modo nolunt. Creditum eſt, à moriente humum morderi, lacrymámque leto dari. Atque hoc tale [35] tam ſæuum animal, rotarũ orbes circumacti, currúſque inanes, & gallinaceorum criſtæ, cantuſq; etiam magis terrent, ſed maximè ignes. Ægritudinem faſtidij tantùm ſentit, in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexarum laſciuia ſimiarum. Guſtatus deinde ſanguis in remedio eſt. Leonum ſimul plurium pugnam, Romæ princeps dedit Q. Scæuola [36] P. filius in curuli Ædilitate. Centum autem iubatorum primus omnium [k] L. Sylla, qui poſteà Dictator fuit, in Prætura. Poſt eum Pompeius Magnus in Circo d c. [37] in iis iubatorum c c c x v. Cæſar Dictator c c c c. Capere eos, ardui erat quondam operis, foueíſque maximè. Principatu Claudij caſus rationem docuit, pudendam penè talis feræ nomine, paſtoris Gætuli ſago contra ingruentis impetum obiecto: quod ſpectaculum in harenam protinus tranſlatum eſt, vix credibili modo torpeſcente tanta illa feritate, quamuis leui iniecto operto capite, ita vt deuinciatur non repugnans: videlicet omnis vis conſtat in oculis. Quo minus mirum [38] fit, à Lyſimacho Alexandri iuſſu ſimul incluſo ſtrangulatum leonem. Iugo ſubdidit eos, primúſque Romæ ad currum iunxit M. Antonius, & quidem ciuili bello, cùm dimicatum eſſet [m] in [39] Pharſalicis campis, non ſine [40] quodam oſtento temporum, generoſos ſpiritus iugum ſubire illo prodigio [n] ſignificante: nam quòd ita vectus eſt cum mima Cytheride, [41] ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit. Primus autem hominum leonem manu tractare auſus, & oſtendere [o] mãſuefactum, Hanno [42] è clariſſimis Pœnorum traditur: damnatúſque illo argumento, quoniam nihil non perſuaſurus vir tam artificis ingenij videbatur: & malè credi libertas ei, cui intantum ceſſiſſet etiam feritas. Sunt verò & fortuita eorum quoque clementiæ exempla. Mentor Syracuſanus in Syria [p] leone obuio ſuppliciter volutante, attonitus pauore, cùm refugienti vndique fera opponeret ſeſe, & veſtigia lambaret adulanti ſimilis, animaduertit in pede eius tumorem vulnúſque, & extracto ſurculo liberauit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Syracuſis. Simili modo Elpis Samius natione, in Africam delatus naue, iuxta litus conſpecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit, Libero patre inuocato: quoniam tum [q] præcipuus votorum locus eſt, cùm ſpei nullus [43] eſt. Neque profugienti, cùm potuiſſet, fera inſtiterat: & procumbens ad arborem, hiatu, quo terruerat, miſerationem quærebat. Os morſu auidiore inhæſerat dentibus, cruciabátque inedia [44] tum penè in ipſis eius telis ſuſpectantem, ac velut mutis precibus orantem: [45] dum fortuitu fidens non eſt contra feram, multo diutius miraculo, quàm metu, ceſſatum eſt. Degreſſus tandem euellit præbenti, & quàm maximè opus eſſet, accommodanti. Tradúntque, quandiu nauis ea in litore ſteterit, retuliſſe gratiam venatus aggerendo. Qua de cauſa Libero patri templum in Samo Elpis ſacrauit, quod ab eo [46] facto Græci [47] κεχηνότος Διονύσου appellauere [48]. Miremur poſteà veſtigia hominum intelligi à feris, cùm etiam auxilia ab vno animalium ſperent. Cur enim non ad alia iere? aut vnde medicas manus hominis ſciunt? niſi forte vis malorum, etiam feras omnia experiri cogit.

33 rotarúmque.M. & CH.

34 cæterò.CH.

35 tanquã ſæuum.M.

36 dedit Scęuola prætectus in.M.

37 ac in iis.M.

38 fit.M.& Vet.

39 Pharſaliis.CH.

40 oſtento quodam, tempore illo generoſos iugũ ſubire prodigio.M. habet &, tẽpore.CH.

41 ſuper.CH.

42 clariſſimus.M.

43 Eſt. Sed neque.M.

44 *tum pœna.* CH. cum pœnam &c. ſuſpectante &c. orante M. tum pœnæ vim immenſis eiulatibus teſtantem ac velut, &c. orantem diu contuitus, videns os, it contra feram (vel, diu contuitus fidenſior it contra feram) &c. ceſſatum eſt. Aegrè tandem os euellit præbenti. Pint.

45 Cuntra verò dum fœræ fidere non eſt auſus fortuitu multo, &c. ceſſatum. Degreſſus tandem &c. Alij, at dum forte intuitus eſt confidentius contra feram, multo &c. Alij, at dũ forte contra feram iam fidens intuitus eſt, multo &c. metu ceſſauit. aggerendo. Vet.

46 Effecto. Pint.

47 *κυνήγος νέου Διονύσου.* Vet. *κεχυνότος.* Pint. vt ſic Bacchum vocarit reditus ſui principem & authorem.

48 Ne mirem.CH.

a Leones Porphyrius dictos vult παρὰ τὸ λάω, vel λώαω, quòd acerrimo ſint viſu. ὁμηρικῶς vocat Homerus ab oculis radiantibus. Nam λάμπειν μάρμαιρειν ſignificat, lucere, ſplendere.

b Ne propiùs accedens, o. ore crimen ſuum prodat.

c In Aeſopi fabulis, leæna vulpi glorianti multos ſe fœtus edere, vnum reſpondit ſe tantum parere, ſed leonem. Herodot. lib. 3. & Gellius hanc fabulam in vulgus ſparſerint. Apud Philoſtratum, ingens leæna octo catulos in vtero geſtare comperta. Idem author ſcribit, leænam ſex menſibus vterum ferre, parere ter, primùm tres, poſt duos, ac vnum poſtremò. Rhodig. cap 9. 29.

d Hinc putant quidam verulæ pudendum mucedum iam ac fœtens à Martiale dici leonem hoc verſu noli.

Barbam vellere mortuo leoni. Ob hanc cauſſam Catullo Cæſſius Ieo dicitur hoc verſu,

Cæſie veniam obuius leoni: noli, vt vulgò legunt, *Caſio.* Nam Græcis καίσσειν, cacare eſt. In ſe Ceſſale, priuata & familiaris ſella, Italis Coſſo. Apud Plautum in Menæch. Leoninum cauum, domus eſt in qua malier habitat graueiu halitum & vitoſum ſpirans.

Etiam nunc concede audaciter ab leonino cauo.

e Atque adeò rumpi. Virg.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Ouid.

Vipereas rumpo & verbis & carmine fauces. Horat.

Canut-

Capitque Marſa diſtilire nania. Tum. cap. 39. 30.

f Homerus.

ὣς δὲ λέων πλησθεὶς τε καὶ ἄσχετον ἀμφιέπηται.
Μασσήτιος. Apud Theocrit. Eid. 25. μακλὸς ἁ παρ' ὑγρὰνι ἔλεᾳ Κλῶνι ὕδρης ἁμάχης ἰοπόνοιο.

g Illorum, qui inuadentes laceſſunt.

h De leonum moribus & ingenio perquàm multa Rhodiginus cap 8. & 19. lib. 13.

i Theocritus in Hercule leonis interfectore, Eidyll. 25. τοῦδ' ἁ μυὸς πάθεν ὑψηλόν.

k Seneca lib. de breuit. vitæ cap. 13. auctor eſt Syllam in Circo leones ſolutos dediſſe, cùm alioqui Nigari darentur, ad conficiendos eos miſſis à Boccho rege iaculatoribus.

l Valerius Max. cap. 3. lib. 9.

m An id verum ſit, exquirit & penſitat Victorius cap. 1. 16. qui & legẽdum putat apud Ciceronem Philippica 1. *Sequebatur theda eum leonibus* comites nequiſſimi, (non, *lenonibus.*)

n Elegans grauéque dictum Senecæ, magnis telis magna petenta feriri, fabula leonem non excipi.

o Plutarchus, ὡς τοῦ πολεμικοῦ παραγυμνάσματι tradit, eum leonem in caſtris habuiſſe σκευοφόρον, luctóque totum vertere coactum, quò ad tyrannidem aſpirare id augumento poſſet.

p Gellius cap. 14 lib. 5.

q Sic veruſtos Homeri ſcholiaſtes ἀνοιχλοῦ ἐπίπαντος, καὶ σκληροῦ ἐπὶ γυμνοῦ, ὑηδὲ ὕδατος. Victor. cap. 14 28.

De pantheris. CAP. XVII.

A Equè memorandum & de panthera tradit Demetrius Phyſicus, iacentem in media via hominis deſiderio, repentè apparuiſſe patri cuiuſdam Philini, aſſectatoris ſapientiæ: illum pauore cœpiſſe regredi, feram verò circumuolutari non dubiè blandientem, ſeſéque conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi poſſet. Fœta erat, catulis procul in foueam delapſis. Primùm ergo [1] miſerationis fuit non expaueſcere, proximùm ei curam intendere: ſequutúſque, qua trahebat veſtem vnguium leui iniectu, vt cauſam doloris intellexit, ſimúlque ſalutis ſuæ mercedem, exemit [2] catulos: eáque cum iis proſequente, vſque extra ſolitudines deductus, læta atque geſtiente: vt facilè appareret gratiam referre, & nihil inuicem imputare: quod etiam in homine rarum eſt. Hæc fidem [3] etiam Democrito afferunt, qui [4] Thoantem in [5] Arcadia [a] ſeruatum à dracone narrat. Nutrierat eum puer dilectum admodum: [c] pauénſque ſerpentis naturam, & magnitudinem metuens, in ſolitudines tulerat: in quibus circumuento latronum inſidiis, agnitóque voce, ſubuênit. Nam quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, cùm eſſent [b] expoſiti, produntur, ſicut de conditoribus noſtris à lupa, [7] magnitudini fatorum accepta ferri æquius, quàm ferarum naturæ, arbitror. [c] Panthera & tigris macularum varietate propè ſolæ beſtiarum ſpectantur, cæteris vnus ac ſuus [8] cuiuſque [9] generis color eſt. Leonum tantùm in Syria niger. Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt [10] [d] odore earum mirè ſolicitari quadrupedes cunctas, ſed capitis toruitate terreri. Quamobrem occultato eo, reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Sunt qui [11] tradunt in armo iis ſimilem Lunæ eſſe maculam, creſcentem in orbes, & cauantem pari modo cornua. Nunc varias, & pardos, [12] qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, [13] creberrimo in Africa Syriaq;. Quidam ab iis pantheras candore ſolo diſcernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni. Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Contra hoc tulit ad populum [e] Cn. Aufidius Tribunus plebis, permiſitq; Circenſium gratia importare. Primus autem Scaurus Ædilitate ſua varias centum quinquaginta vniuerſas miſit: dein Pompeius Magnus quadringentas decem: Diuus Auguſtus quadringentas viginti. Idem Q. Tuberone, Fabio Max. c o s s. i i i i. Nonas Maias, theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romæ oſtendit in cauea manſuefactum: Diuus verò Claudius ſimul quatuor.

1 mirationi.M.

2 catulos eam proſequentes. CH.

3 & M. & CH.

4 dachen. M.

5 Achaia. Vet.

6 parénſque. CH. & Vet.

7 magnitudine f. a. fieri. CH.

8 vnicuique. Tol. cuique. M.

9 generi. CH.

10 colore. M. præné. ſit tamen & CH.

11 tradũt. Vet. & CH.

12 qus. CH.

13 creberrimo, in M. deeſt.

14 his. CH.

ANNOTATIONES.

a Aelianus id prolixè narrat cap. 63 lib. 6 de animalib.

b Χειροτρόφος χαὶ ἀνατροφεύς: qui hos tollit & educat, inuentor eſt, ac nutricius. Inuenti enim proprie dicuntur.

c Inde tigrinæ & pantherinæ menſæ, cap 15. lib. 13. Apud Plautum in Epidico, cùm Epidicus dixiſſet variè ſe valuiſſe, feſtiue reſpondit Teſprio, *qui varie valent.*

Caprigenam hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

d Vide Theophr. cap. 5 & 26. Cauſs.

e Cnei Aufidij, ciuis Roman, oculis capti, qui cùm eorum ſenſu careret, nec atrum ab albo poſſet diſcernere, videbat tamen in literis, & Græcam hiſtoriam ſcribebat, meminit Cicero 5. Tuſcul. Victorius cap. 20 lib. 5.

De tigridis natura, & camelis, & camelopardali, & quando primùm viſa Romæ. CAP. XVIII.

TIgrin Hircani & Indi ferunt, animal velocitatis tremẽdæ, & maximè cognitæ, dum capitur. Totus [1] enim fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quàm maximè pernici, atque in [2] recentem ſubinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non eſt ſobolis) fertur præceps, odore veſtigans. Raptor

1 eius. M. & CH.

2 recentem. M.

ptor appropinquante fremitu, abiicit vnum è catulis. Tollit illa morsu, & pondere etiam [3] ocyor acta [4] remeat, iterúmque consequitur, ac subinde, donec in [5] nauem regresso [6] irrita feritas sæuit in litore. Camelos [a] inter armenta pascit Oriens, [7] quorum duo genera, [8] Bactriani & Arabici; differunt, [b] quòd [9] illi bina habent tubera in dorso, hi singula, & [10] in pectore alterum, cui incumbant. Dentium superiore ordine, vt boues, carent in vtroque genere. Omnes autem iumentorum in iis terris dorso funguntur, atque etiam [11] equitantur in præliis. Velocitas [12] inter equos, sed [13] sua cuique mensura, sicuti vires. Nec vltra assuetum [14] procedit spacium, nec plus instituto onere recipit. Odium aduersus equos gerunt naturale. Sitim & quatriduo tolerant: implentúrque cùm bibendi occasio est, & in præteritum & in futurum, obturbata proculcatione priùs aqua: aliter potu non gaudent. Viuunt quinquagenis annis, [15] quidam & centenis. Vtcunque rabiem & ipsi sentiunt. Castrandi genus etiam fœminas, quæ bello præparentur, inuentum est: fortiores ita fiunt coitu negato. [16] Horum aliqua similitudo [17] in duo transfertur animalia: [18] Nabin Aethiopes vocant, collo similem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, vnde appellata [c] camelopardalis, Dictatoris Cæsaris Circensibus ludis primùm visa Romæ. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis: quàm feritate, conspicua: quare etiam [19] ouis feræ nomen inuenit.

3 oeyûs. Vet.
4 remittit. Tol.
5 nauim M. & Vet.
6 irritata. Vet.
7 quarum. Tol.
8 Bactriæ & Arabiæ. Vet. M. & CH.
9 illæ. & mox, hæ. Tol. & CH.
10 sub p. a. c. incubant. M. incumbunt. Vet.
11 equitatu. M. equitatus. CH.
12 Nisæorum equorũ. ex Arist. cap. vlti. 9. Hist.
13 suæ cuique mensuræ. Tol.
14 procedunt. Tol. & mox, recipiunt.
15 quædam, moxque, & ipsę. Tol. & CH.
16 Harũ. Tol. & CH.
17 in aliud transfertur animal.
18 Nabuna. M. & CH.

19 aniferæ. Tol. & CH.

ANNOTATIONES.

a Artemidorus primo Quiro: riticũ ex Euæni sententia in Eroticis, Camelos dictos vult, quasi καμιλίοους, ὅτι βαστάζουσι μόνος τὰς μέρος κάμπτουσι. Rodig. cap 18 7.

b Δικτύου δὲ διαφέρους Græci vocant Hesychio, τόλοι ὀχήδιδες ἀναφωτάσεις. ἡσὶ τὰ τῶν ἀχθοφόρων ἐπὶ τῶν ὤμων τυλώματα. Dei 18 Diodor. 3. Bibliotu. πλείσι δ' ἡσὶ διαφορώτατα γένη καμήλων τέρφει, τῷ τε ψίλῳ, ἡσὶ διπλοῦ, ἡσὶ διπλοῦ ἀνεκτικώτερον τὸ κεκτῆ τῶν βάκτρων ἱππικα, ἡσὶ διὰ τοῦτο διπλῶν ὀνομασμένων.

c Varro. 4. de Ling. Lat. *Camelus suo nomine Syriaco in latinum venit: vt Alexandria camelopardalis nuper adducta, quòd erat figura vt camelus, maculis vt panthera* (vulgo Giraffe) Eam Dion, accuratissimè descripsit lib. 43. περὶ δὲ τῶν καμηλοπαρδάλεων ὀνομασμένων Λιγύπτιε, ὅτε τὸν πρῶτον ἐς Ῥώμην ἀνήχθη, ἡσὶ πάσιν ὑπολέξω. Heliodorus Aethiopicãu 10 solinus. cap. 33. Horat. *Diuersum confusa genus panthera camelo.* Pollitianus cap. 3. Miscellan.

De chao, & cepho. CAP. XIX.

1 chama. CH. & in emend vel, chaum.
2 rufum. CH.
3 cæphus. CH.

POmpeij Magni primùm ludi ostenderunt [1] chaum, quem Galli [2] rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Idẽ ex Aethiopia, quas vocant [3] [b] cephos, quarum pedes posteriores pedibus humanis & cruribus, priores manibus fuere similes. Hoc animal posteà Roma non vidit.

ANNOTATIONES.

a Fortassis Thoem: vulgò lupum ceruarium: qui Genettam nostram esse putant verisimiliora loqui videntur. Alij sic dictas putant zibetas, siue catos zibetas.

b Strabo lib. 15 πάπιον vocat, esséque tradit facie Satyro similẽ, cætera inter versum & canem, & in Athiopia nasci, semiuulpem nunc appellant.

De rhinocerote. CAP. XX.

2 cornus. M. & CH.

IIsdem ludis & [a] rhinoceros, vnius in nare [1] cornu, qualis sæpè, visus. Alter hic genitus hostis elephanto: cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione alium maximè petẽs, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus.

ANNOTATIONES.

a Pausanias Athiopicum taurum esse putat ac super cornu quod in nare prominet, alterum habere; sed exiguum. Rhinocerota & Hippopotamum Romę primùm visos Dion scribit, augusto triumphante de Cleopatra. Martial.

Namque grauem cornu gemino sic extulit vrsum.
Iactat vt impositas taurus in astra fœnus. Vide Politiã. c. 56. Miscell.

De lyncibus, & sphingibus, & crocutis, cercopithecis, Indicis bubus, leucrocutis, eale, tauris Aethiopiæ, manticchora, monocerote, catoblepa, basiliſco. CAP. XXI.

1 monstra. M. Vet. monstri. CH.
2 pinnatos. CH.
3 conceptas. CH.

4 asini. CH.
5 Indi equos vnicornes. ex Strab. lib. 15.

LYncas vulgò frequentes, & sphingas, fusco pilo, mammis in pectore geminis, Aethiopia generat, multáque alia [1] monstro similia: [2] pennatos equos, & cornibus armatos, quos Pegasos vocant: Crocutas, velut ex cane lupóque [3] conceptos, omnia dentibus frangentes, protinúsque deuorata conficientes vẽtre: Cercopithecos, nigris capitibus, pilo [4] asinino, & dissimiles cæteris voce: [5] Indicos boues vnicornes tricornésque:

[6] Leucrocutam

[6] Leucrocutam [7] pernicissimã ferã, asini feri magnitudine, crurib. ceruinis: collo, cauda, pectore leonis, capite [9] meliũ, bisulca vngula, ore ad ores vsque resciso, dentium locis osse perpetuo. Hanc feram humanas voces tradunt imitari. Apud [10] eosdem & quæ vocatur eale, magnitudine equi [11] fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra [12] vel fulua: maxillas apri, maiora cubitalibus cornua habens, mobilia, quæ alterna in pugna sistit, variátque infesta aut obliqua, vtcunque ratio monstrauit. Sed atrocissimos habet tauros syluestres maiores [13] agrestibus, velocitate [14] ante omnes, colore fuluos, oculis cæruleis, pilo in contrarium verso, rictu ad aures dehiscente, iuxta cornua mobilia, tergori duritia silicis, omne respuens vulnus. [15] Feras omnes venantur: ipsi nõ aliter, quàm foueis, capti, feritate semper intereunt. Apud eosdem nasci Ctesias scribit, quam [a] mantichoram [16] appellat, triplici dentium ordine pectinatim [17] coeuntium, facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula infigẽtem: vocis, vt si misceatur fistulæ & tubæ concentus: velocitatis magnæ, humani corporis vel præcipuè appetentem. In India & boues solidis vngulis, [b] vnicornes: & ferã nomine [c] axin, [18] hinnuli pelle pluribus [19] cãdidioribúsque maculis, [20] sacrã Liberi patris. [21] Orsei Indi simias candentes toto corpore, venantur. Aspernimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda, apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duũm eminente. Hanc feram viuam negãt capi. Apud Hesperios Aethiopas fons est Nigris, vt plerique existimauẽre, Nili caput, [22] vt argumenta quæ diximus persuadent: iuxta hunc fera appellatur [d] catoblepas, modica [23] alioquin, cæterísque mẽbris iners, [24] caput tantùm prægraue ęgrè ferens: id deiectũ semper in terram, aliàs interneẽcio humani generis, omnibus qui oculos eius vidẽre confestim expirantibus. Eadem & basiliski serpentis est vis. Cyrenaica hunc generat prouincia, [e] x ii. non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, vt quodam [25] diademate insignem. [f] Sibilo omnes fugat serpentes: nec flexu multiplici vt [26] reliquæ, corpus impellit, sed celsus & erectus [27] in medio incedens. Necat [28] frutices, non contactos modò, verùm & afflatos: exurit herbas, rumpit saxa. Talis vis malo est. Creditum quondam, ex equo [29] occiso hasta, & per eam [30] subeunte vi, non equitem modò, sed equum quoque absumptum. [31] Atque huic tali monstro (sæpe enim [32] enectum concupiuêre reges vidêre) mustelarum virus exitio est: adeò naturæ nihil placuit esse sine [33] pari. [34] Iniiciunt eas cauernis, facilè cognitis [35] sola tabe. necant [36] illæ [37] simul odore, moriuntúrque, & naturæ pugna conficitur.

6 Alij legunt, Leucrocutam, tum ex eo quod sequitur, collo, cauda, pectore leonis: tum quia infrà ca. 30. crocutę quoddam genus facit ex leana conceptum. Quam cornin coniecturam adiuuat CH. in quo, leucocrotam, legitur.
7 pernicioſissimam. Vet. M. & CH.
8 clunibus. Tol. ex Sol. cap. 54. clunis. CH.
9 Cameli. ex Solino.
10 eos. M.
11 fluuialis. Vet.
12 fulua abiidare videtur ex Solino: maxillis. M. & CH.
13 aggregibus, vel congregibus. Polit.
14 ante aues, ex Solino cap. 54.
15 feri. d.
16 appellant. Vet.
17 coeunti. Vet.
18 inulei. CH.
19 cãdidioribus. mac. M.
20 sacrorum. CH.
21 Orsæi. CH.

ANNOTATIONES.

a Pausanias in Bœoticis vocat Martiotam: Philostratus in Apollonio, Martichoram. Idem Ctesias, è quo Plinius hanc fabulam ad verbum sumpsit, vanissimus homo Pygmæos, Steganopodas, Pægasos, Sphinges impudenti mendacio posteritati tradidit. Brod. cap. 14. lib. 5.

b Vnicornes & asini Indici & Oryges infrà ca. 46. li. 11. ad quẽ locũ septẽ animaliũ genera vnico armata cornu adnotauimus

c Quidam eam esse volunt, è qua fit moschus, suauissimum & pretiosissimum odoramentum: vulgò *Chat de Musc*.

d Eadem de Gorgone animãte prodit Athenęus sub finẽ li. 5.

e Aëtio πεντεκαιδέκα ψηφίδι, quod cum Plinio conuenit.

f Similis ἰχθὺς ὄφις in Thessalia, cuius meminit Aristot. περὶ ἀκουστῶν ἀκουσμάτων. Vide infrà cap. 4. lib 29.

22 vt, in M. d.
23 alioqui. CH.
24 caput eius tantũ. Vet.
25 diademate insigne. M. insigni. Vet. diadematis insigni.
26 reliqua. CH.
27 à medio ex Solin.
28 *frutices*: nõ cõtactus m. v. & afflatus exurit herbas. M.
29 occisum. Vet. & CH.
30 subeuntem. CH.
31 Atque, & Enectũ, in M. desider. Atque tantum in CH.
32 erectum. M. enectum. Vet. erutum. Quidam. pare. CH.
34 Interficiunt eos. M. Interficiunt has. CH.
35 soli tabe. Vet. CH. Alij, soli tabe, quod magis placet, nempe ariditas exucca circũiecti soli. Adstipulatur Solin. cap. 29. solita enecant. CH.
36 illi. Vet.
37 simul naturali odore, moriturque. (Alij & peritura naturæ. M.) pugnã conficiũt, moriturque, & interituræ pugnã conficiunt. M. Vet.

De Lupis. CAP. XXII.

1 cõtemplantur. Vet.
2 rursusque. CH.

40 SEd in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius: [a] vocémque homini quem priores [1] contemplẽtur, adimere ad præsens. Inertes hos paruósque Africa & Ægyptus giguũt, asperos trucésque frigidior plaga. [b] Homines in lupos verti, [2] rursúmque restitui sibi falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia, quæ fabulosa tot seculis comperimus. Vnde tamen ista vulgò infixa [3] sit fama in tantum, [4] vt in maledictis [c] versipelles [5] habeat, indicabitur. Euãthes inter [d] autores Græciæ non spretus, tradit [e] Arcadas scribere, ex gente [6] Antæi [7] cuiusdam sorte familiæ lectum ad stagnũ quoddam regionis eius duci, vestitúque in quercu suspenso [8] tranare, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, & cum cæteris eiusdem generis congregari per annos ix. Quo in tempore si homine se abstinuerit, reuerti ad idem stagnum: & cùm [9] tranauerit, effigiem [10] recipere, ad pristinum habitũ addito nouem annorũ senio. Id quoque Fabius, eandem recipere vestem. Mirũ est [11] quò procedat Græca credulitas. Nullum tã impudens

3 sunt. CH.
4 vt maledictis in versipelles abeat. CH. vt in maledicta vertipellis abeat. Quidã.
5 habeant. vet.
6 Anchi. CH.
7 cuiusdam familiaque alectum. Vet.
8 transnatare. Tol.
9 trãsnatauerit. Tol.
10 recuperare. M.
11 quàm. Vet.

impudens mendacium est, vt teste careat.[12] Itaque Agriopas, qui Olympionicas scripsit, narrat[f] Demænetum Parrhasium in sacrificio, quod Arcades Ioui Lyceo humana [13] etiãtũ hostia faciebant, immolati pueri exta degustasse, & [14] in lupum conuertisse: eũdem decimo anno restitutũ athleticæ, [15] certasse in pugilatu, victorémque Olympia reuersum. Quin & caudæ huius animalis creditur vulgo inesse amatoriũ virus exiguo in villo, cúmque,[16] cum capiatur, abiici, nec idem pollere, nisi viuenti direptum. Dies, quibus coeat, t oto anno non amplius x i i. Eundem in fame vesci terra.[g] Inter auguria ad dexteram commeantium præciso itinere, si pleno [17] id ore fecerit,[18] nullum omniũ præstantius. Sunt in eo genere, qui ceruarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni harena spectatum diximus. Huic quamuis in fame mandenti, si[19] respexit, obliuionem cibi [20] surripere aiunt, digressúmque quærere [21] aliud.

12 Ita Copas qui Olympicas. M. Itaque Copas qui Olympionica scripsit, narrat. Vet.
13 etiam cũm. Vet.
14 in lupum se con. M. & CH.
15 restitisse i. p. victo remq; victoria Olympica. M. Vet. sic & CH. nisi quod habet, restituisset. Lego, restituisti, athletico certamine in pugilatu, victorem Olympiis reuersum.
16 qui capiantur abscere. M.
17 odore. M.
18 nullum hominí. Tol. Vet. nulli hominum. CH. Alij, nullum omnino.
19 respexerit. CH.
20 subrepere. M. & CH.
21 alium. d.

ANNOTATIONES.

a Virgil. Bucolicis, *vox quoque Mœrim. Iam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores.* Vide prouerbium, lupus in fabula.

b Animi is morbus est, ac melancholiæ genus, quod λυκαρβὰς πάθος medici vocant.

c Paulus in Amphitr. de Ioue in Amphitruonem mutato: *Ita versipellem se facit, quando lubet.* Vide Pantaniam initio lib. 9.

d Paulus in Amphitr. *Nam verum est, quod olim est auditum Fabulariter, mutatos Anticos in Arcadia homines: Et saeuas belluas manisse, nec vnquam denuo parentibus Cognitos.*

e Demarchum vocat Pausanias in Eliacis, narrátque Olympiæ statuam ei positam cum hac inscriptione: *Dinytta genitus Demarchus dedicat hancce Effigiem, Arcadico Parrhasius genere.*

f Lupum ad dextram euntem ore pleno, fœlicissima promittere aiunt. Prodigiosum fuit lupos in Capitolio vidisse, lupus ingressus castra, & obuiis laceratis egressus incolumis, exitium Romanis promisit insigne lupi in foro visi, incolumes euaserunt. Id significauit armis oppressam iri patriam. In Africa lupi metas, quibus ager designabatur, dissipantes, ne colonia deduceretur effecere. Alex. 26. Alex. cap. 13. li. 5.

De serpentibus. CAP. XXIII.

QVod ad serpẽtes attinet, vulgatũ est colorẽ [1] plerósque [a] terræ habere, qua occultẽtur. Innumera esse genera. Cerastis corpore eminere cornicula sæpe quadrigemina: quorum motu reliquo corpore [2] occultato, solicitent ad se aues. Geminum caput amphisbænæ,[3] hoc est, ad caput & ad caudam, tãquam parum esset vno ore fundi venenum. Aliis [4] squamas esse, aliis picturas: omnib. exitiale virus. Iaculum ex arborum ramis vibrari: nec pedibus tantùm [5] cauendas serpentes, sed & missili volare tormento. Colla aspidum intumescere [b] nullo ictus remedio, præterquá si confestim partes cõtactæ amputentur. Vnus huic tam pestifero animali sensus, vel potius affectus est. Coniuga fermè vagantur: nec nisi cum [6] compare, vita est, itaque alterutra interempta, incredibilis alteri vltionis cura. Persequitur interfectorem, vnumqúe cum in quantolibet populi agmine notitia quadam infestat, perrumpit omnes difficultates, permeat spatia, nec nisi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Non est fatéri, rerum natura largius mala, an remedia, genuerit. Iam primùm hebetes oculos huic malo dedit: eósque non in fronte [7] ex aduerso cernere, sed in tẽporib. itaque excitatur [8] sæpius auditu, quá visu.

1 eius pleraque t. h. in qua occult. M. & CH. earum pleraq; terrarũ, in quas. Vet.
2 occulto. CH.
3 hoc est & à cauda, tanquam. Tol. & CH.
4 squamam. M.
5 paucdas. M. & CH.
6 pari. CH. compari. M.
7 aut ex. Vet.
8 sed sepius. M. sed sæpius quàm visu. CH.

ANNOTATIONES.

a Præsertim Sepa & Sepedona. Nicander in Theriacis.

b Ea de causa imagine aspidis reges AEgyptij diadema ornabãt, vim principatus inuictam significantes. Gigunt ur interdum quinũm cubitorũ aspides, atri vt plurimùm coloris, nonnunquã cinerei, aliquando fului. Rhodig. cap. 31. 25. Somniculosam aspidem Sisenna vocat, quoniam lethalem somnum morsu affert, & vt inquit Plutarchus, κάρηνα ὑπνοῦσι, καὶ καταφορὰν. Idem autor cap 14. 27.

De ichneumone. CAP. XXIIII.

HAbet deinde internecinum bellum cum ichneumone. Notum est animal hac gloria maximè, in eadem natum Ægypto. Mergit se limo sæpius, siccátque sole. Mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. In ea [2] caudam attollens, ictus irritos auersus excipit, donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal.

1 Habet, neque in Vet. neque in CH. legitur. Reperendum, Natura dedit.
2 cauda se attollens. M.

De crocodilo, & scinco, & hippopotamo. CAP. XXV.

CRocodilum habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter ac flumine infestum. Vnum hoc animal terrestre linguæ vsu caret. Vnum superiore mobili maxilla imprimit morsum, aliàs terribile, pectinatim stipante se dentium serie. Magnitudine excedit plerunque duodeuiginti cubita. Parit oua, quanta anseres: eáque extra [1] eum locum

1 aquarum locum. Quid. vdum locum. Alij. eum locum trãsferens semp. Vet.

cum semper incubat, prædiuinatione quadã, ad quem[2] sumno auctu eo anno accessurus est Nilus. Nec aliud animal ex minori origine in maiorẽ crescit magnitudinẽ. Et vnguibus hic armatus est, contra omnes ictus cute inuicta. Dies in terra, ágit noctes in aqua, [3] temporis vtrunque ratione.[b] Hunc saturum cibo piscium, & semper esculento ore, in litore somno datum, parua auis, quæ trochilos ibi vocatur, rex auium in Italia, inuitat[4] ad hiandum pabuli sui gratia os primùm eius[5] assultim repurgans, mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quàm maximè hiantes: in qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon, per easdem fauces, vt telum [6] aliquod, immissus, erodit aluum. Similis crocodilo, sed minor etiam ichneumone, est in Nilo natus scincos contra venena[7] præcipuus antidotis:[8] item ad inflámandam virorum Venerem. Verùm in crocodilo maior erat pestis, quàm vt vno esset eius hoste natura contenta. Itaque & delphini immeantes Nilo, quorum dorso tanquam ad hunc vsum cultellata inest [9] pinna, abigentes eos præda, ac velut in suo tantum amne regnantes, alioquin impares viribus ipsi, æstu interimunt. callent enim in hoc cuncta animalia, sciúntque non sua modò commoda, verùm & hostium aduersa. norunt sua tela, norunt occasiones, partésque dissidentium[10] imbelles. In ventre mollis est tenuísque cutis crocodilo: ideo se, vt territi, mergunt delphini, subeuntésque aluum [11] illa secant spina. Quin &[12] gens hominum est huic belluæ aduersa in ipso Nilo[12] c Tentyritæ, ab insula, in qua habitat, appellata. Mensura eorum parua, sed [13] præsentia[14] animi in hoc tãtùm vsu mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua est, fugax contra [15] insequentes: sed aduersum ire soli hi audent. Quin[16] etiam flumini innatant: dorsóque equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os claua,[17] dextra ac læua tenentes extrema eius vtrinque, vt frænis in terram agunt captiuos:[18] ac voce etiam sola territos, cogunt euomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque vni ei insulæ crocodili non[19] ad natant: olfactúque eius generis hominum, vt Psyllorum serpentes, fugantur. Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua, extra acerrimi visus: quatuórque menses hyemis inedia semper transmittere in specu. Quidam hoc vnum quamdiu viuat, crescere arbitrantur: viuit autem longo tempore. Maior altitudine in eodem Nilo bellua hippopotamus editur: vngulis[20] bifidis, quales bubus, dorso equi, & iuba, & hinnitu, rostro resimo, [21] cauda & dentibus aprorũ, aduncis sed minus [22] noxiis: [23] tergoris ad scuta galeásque [d] impenetrabilis, præterquàm si humore madeat. Depascitur segetes, destinatione antè (vt ferunt) determinatas in diẽ, & ex agro [24] ferentibus vestigiis, ne [25] quæ reuertenti insidiæ comparentur.

2 summo auctu eo anno M. egressurus.
3 temporis. M. ideſt, opportunæ stationis & moræ.
4 ad hiacum. Tol.
5 ad saltum. M.
6 aliquod immissum. M. prauè.
7 præcipuum antidotum. Vet.
8 & idem. M.
9 penna. Vet. spina. Longol.
10 in bellis. Vet. & CH.
11 mollem. Vet.
12 Aliis, genus hominum huic belluæ aduersum. Sic paulò pòst: olfactúque eius generis hominum fugantur.
12 & à Tentyra insula. M. à Tintyri insula, in qua habitant, appel. CH.
13 præscientia. CH.
14 hominum. M.
15 serpentes. M. prauè. Lego, sequentes.
16 & M.
17 à dextra. M. & CH.
18 à voce. M.
19 adnant. CH.
20 binis. M. & CH.
21 cauda torta &. Vet.
22 noxius. CH.
23 tergore &c. impenetrabili. M.
24 fallentibus. Nam astuto dolo auersi pabulatum exeant. ex Solino.
25 aliquæ. CH.

ANNOTATIONES.

a Crocodili ἀπὸ τῶ δειλαίνεσθαι omnes dicuntur, marini quidem, πλὴν κερίκων, nempe litorum vel lapides, vel testas, nam ad terræ contactum expaueſcunt: terrestres verò τὴν κερίκων: nam quamuis mel valde appetant, aluearia tamen illita croco nõ attingunt. Rhodig. cap. 21. 15.

b Aristot. cap. 6. lib. 9. Histor. & lib περὶ ζωικῶν ἀκουσμ.

c Vide Senecam Quæst. Natur lib. 4. cap. 2 & infrà cap 3. lib. 28. vbi scriptum Tentyri, sed perperàm. Vide Strabonem Geograph. lib. vltimo, & AElianum histor. animal lib. 10. cap. 21.

d Idem scribit auctor Historiæ Aphricanæ de corio animalis, quod *Lant*, aut *Dant* vocant.

Quis primus Romæ hippopotamum, & crocodilos ostendit: & medicinæ ab animalibus reperta. CAP. XXVI.

PRimus eum, & quinque crocodilos Romæ Ædilitatis suæ ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit. Hippopotamus in quadam medendi parte etiam magister[1] extitit. Assidua nanque satietate obesus exit in litus,[2] recentes harundinum cæsuras speculatus: atque vbi [3] acutissimum videt [4] stirpem, imprimens corpus, venam quandam in [5] crure vulnerat, atque ita pro fluuio sanguinis morbidum aliâs corpus exonerat, & plagam limo rursus obducit.

1 exsistit. M. & CH.
2 recenti har. cæsura speculatum. Tol. & CH.
3 acutissimam vidit. CH.
4 stipitem. Vet.
5 cute. M.

ANNOTATIO.

a Vide quæ adnotatu à nobis sunt suprà ad ca. 10. huius libri.

Quæ animalia quas herbas ostenderunt, cerui, lacerti, hirundines, testudines, mustela, ciconia, aper, anguis, draco, panther a, elephas, vrsi, palumbes, columba, grues, coruus. CAP. XXVII.

SImile quiddam & volucris in eadem Ægypto monstrauit, quæ vocatur ibis: rostri adeuncitate per eam partem se [1] perluens, qua reddi ciborum onera maximè salubre est. Nec hæc sola à [2] mutis animalibus reperta sunt, vsui futura & homini. Dictamnum herbam extrahendis sagittis [a] cerui monstrauere, percussi eo telo, pastúque eius herbæ [3] electo. Iidem percussi à phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edēdo sibi medentur. Est & ad serpentum [4] ictus præcipua, qua se lacerti, quoties cum his conseruere pugnam, vulnerati refouent. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes. [b] Testudo cunilæ, quam bubulam vocāt, pastu vires contra serpentes refouet: mustela [5] rutæ, [6] in murium venatu cum iis dimicatione conserta: Ciconia [7] origano, edera apri in morbis sibi medentur, & [8] cancros vescendo, maximè mari electos. Anguis hyberno situ membrana [9] corporis obducta, fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidúsque vernat. Exuit autem à capite primùm, nec celerius quàm vno die [10] ac nocte replicans, vt extrà fiat membranæ, quod fuerat intus. Idem hyberna latebra visu obscurato, marathro herbæ sese affricans, oculos inungit ac refouet: si verò squamæ [c] obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. Draco [11] vernam nauseam syluestris lactucæ succo [12] restinguit. Pantheras [13] perfricata carne [d] aconito (venenum id est) barbari venantur. Occupat illico fauces earū angor: quare pardalianches id venenū appellauere quidam. At fera contra hæc excrementis hominis sibi medetur: & aliàs tam auida eorum, vt à pastoribus ex industria in aliquo vase suspensa altius, qnàm vt queat saltu attingere, iaculando se [14] appetendóque [15] deficiat, & postremò expiret: alioqui vinacitatis adeò lentæ, vt electis interaneis [16] pugnet. Elephas chamæleonte concolori frōdi deuorato, occurrit oleastro huic veneno suo. [e] Vrsi cùm mandragoræ mala gustauere, formicas lambunt. Ceruus herba cinare venenatis pabulis resistit. Palumbes, gracculi, [18] merulæ, [f] perdices lauri folio annuū fastidium purgant: columbæ, [19] turtures & gallinacei herba quæ vocatur helxine: anates, anseres, cæteræque aquaticæ herba [g] siderite: grues & similes iunco palustri. Coruus occiso [20] chamæleonte, qui etiam victori nocet, [21] lauro infectum virus extinguit.

3 proluens. Vet.
2 mutis M. Vet. CH.
3 electo. CH.
4 ictus Calaminthæ præcipua. Ex Aeliano, cap. 26. lib. 9. Hist. animal.
5 serpyllo. M. ruta. Vet. & CH.
6 in anguium venatu. Plut. ex Arist. cap. 6. lib. 9 Hist. Idem in murium venantes, aut murium venatores (μυοθήρας) ex eod. ibi.
7 vulneri admoto. Arist.
8 cancris, v. m. m. electis. Vet.
9 corpori. Vet.
10 & CH.
11 hibernam. D.
12 restringit. Vet.
13 per carnes fricatas aconito veneno iidem barb. M. per carnis frictas aconito venantur iidem barbari. Vet. perfricatas carnes. CH.
14 eaque appetendo. M. & Vet.
15 defatigata, postremo. Vet.
16 dū pugnet. CH.
17 tronde M.
18 merulæ lauri f. a. f purgant: perdices, columbæ &c. D.
19 tortis. CH.
20 chamæleonē M. & CH.
21 lauru infectū. CH.

ANNOTATIONES.

a Idem repetit cap. 8. lib. 25. At Valerius cap vlt. lib. 1. & Arist. cap. 6 lib. 9. Hist. id capreis tribuunt: auctor verò libri τῶν θαυμασ. ἀκουσμ. capris. Dioscorides & Virgilius capris.

----- *non illa feris incognita capris*

Gramina, cum tergo volucres hæsere fugittæ.

b Idem scribitur & cap. 16. lib. 20. & ab Arist. cap. 6. lib. 9. Hist. & in lib τῶν θαυμ. ἀκουσμ.

c Tarantis & Assiriis hos separantur.

d παρδάλεως φάρμακον hoc vocat auctor libri τῶν θαυμ. ἀκουσμ. à quo & sequentia de hominis stercore traduntur, sumpta tamen ex Aristotele cap. 6. lib. 9 Histor. Cicero 1. De Nat. Deor. Auditum est Pantheras, quæ in Barbaria venenata carne capiebantur, medium quoddam habere, hominis nempe excrementa, vide infrà cap. 2. lib. 7.

e Plutarchus de Animal. prudentia hoc remedio vti scribit vrsos, cùm sunt ἀκόλαστοι i. est, cùm cibum fasti fiunt, auersantur, & abhorrent. ἄλλως δ' ἀκόλαστος γινόμενον, inquit, πρὸ τῆς μυρσινίδος τρώγειν, πρὶν πάθειν προβάλλεσθαι πικρᾶς ῥιζοτομὸν ἢ ἰτέας ἢ μανδραγόρου ἐμπλῆσαι γάστρα κατακλύσασα δ' ἀφορᾶται. Cæcus cùm forratus aliquis fulpicari possit esu fructus mandragoræ vrsis τῷ ἄρκῳ nasci. Victorius cap. 17 15. vide infrà cap. 4. lib. 29.

f Lego: palumbes, gracculi, merulæ, lauri folio annuum fastidium purgant: perdices: columbæ, &c. Hinc namque Perdicium Helxine vocatur quòd ea comesa se perdices purgent, vt idem scribit cap. 10 lib. 22.

g Seride ex Colum. cap. 14. 8. Ideoque Virg. Georg. 1. inter segetum noxas cum memoraſſet improbos anseres, Stymonísq; grues, adiecit, -- *& amaris mixta fibris*, quæ radicum fibris terram defrugant, triticum angunt, & anseribus expetitæ, illos inuitant. Turn. cap 15. lib. 27.

3 artem periculis fecere. Apud Romanos sacerdotum. M.
3 Interea. M. & CH. Veteres codices post, audiit, distinguunt πλείω στιγμῇ. vt sib. ἀπὸ κοινοῦ. periculapræmonet, vel, artem fecit. Sequentia sic legunt. Anates glaciem, ad eius itum reditúsque tesiens. quę vltima & M. & CH. etsi pro vulgaris habent. Assentitur Plutar. li. Sagac. animæ terrest. anim. an aqu. asseres Thracæ glaciei sese non cōmittere priusquam vulpem transeuntem conspexerint, citróve vestigia in nitre deprehenderint.
4 solertia dirū. CH.

Prognostica animalium. CAP. XXVIII.

MIlia præterea, vtpòte cùm plurimis animalibus eadem natura rerum, cæli quoque obseruationem & vētorum, imbrium, tempestatū præsagia, [1] aliis alia dederit: quod persequi immensum est, eque scilicet quàm reliquam cum singulis hominum societatē. Siquidem & pericula præmonent, non fibris modò extísque, circa quod magna mortaliū portio hæret, sed alia quadam significatione. [a] Ruinis imminentibus musculi præmigrant, aranei cum telis primi cadūt. [b] Auguria quidem [2] arte fecere, apud Romanos & sacerdotum collegium vel maxime solenne est. [3] In Thracia locis rigentibus & vulpes, animal alioqui [4] solerti auditu, amnes gelatos lacúsque non nisi ad pastus ituræ redituræque transeunt. Obseruatum, eam aure ad glaciem appositā, coniectare crassitudinem gelus.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Cicero ad Atticum, *Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas egerunt. Itaque non solùm inquilini, sed mures etiam migrauerunt.*

b De augurum numero, dignitate, disciplina, officio, habitu, vt de Alex. ab Alex. cap. 19. lib. 5. 4.

Ciuitates, & gentes à minutis animalibus deletæ. CAP. XXIX.

NEc minus clara exitij documenta sunt etiam [1] ex contemnendis animalibus. M. Varro autor est, à cuniculis suffossum in Hispania oppidum, à talpis in Thessalia: ab ranis ciuitatē in Gallia pulsam, ab locustis in Africa: ex Gyaro Cycladum insula incolas à muribus fugatos, in Italia Amyclas à serpentibus deletas. Citra Cynamolgos Aethiopas latè deserta regio est, à scorpionibus & solpugis gente sublata: & à [a] scolopendris [2] abactos Trerienses, autor est Theophrastus. Sed ad reliqua ferarum genera [3] remeamus,

1 ex. CH. non leg.
2 abactas Etruriæ res. M. abactos Errerienses. CH.
3 transeamus. M. redeamus. CH.

ANNOTATIO.

a Terrestribus, nam & marinæ sunt.

De [a] hyæna, & crocuta, & mantichora, & fibris, & lutris. CAP. XXX.

HYenis vtranque esse naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri, parere sine mare, vulgus credit, Aristoteles negat,. [1] Collum & iuba [b] continuitate spinæ porrigitur, flectíque, nisi circumactu totius corporis, [2] nequit. Multa præterea mira traduntur. Sed maximè sermonem humanum inter pastorum stabula [3] assimulare, noménque alicuius [4] addiscere, quem euocatum [5] foras laceret. [c] Item vomitionem hominis imitari, ad sollicitandos canes, quos inuadat. Ab vno animali sepulchra erui, inquisitione corporum. Fœminam rarò capi. Oculis mille esse varietates, colorúmque mutationes. [d] Præterea vmbræ eius contactu canes obmutescere. Et quibusdam magicis artibus omne animal, quod ter lustrauerit, in vestigio hærere. Huius generis coitu leæna Æthiopica parit [6] crocutam, similiter voces imitantem hominum pecorúmque. Acies ei perpetua in [7] vtraque parte oris, nullis gingiuis dente continuo: qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur. Hominum sermones imitari & mantichoram in Æthiopia, autor est Iuba. Hyænæ plurimæ gignuntur in Africa, quæ & asinorum syluestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singuli fœminarum gregibus imperitant. Timent libidinis æmulos, & ideo grauidas custodiunt, morsúque natos mares castrant. Contrà grauidæ latebras petunt, & parere [8] furto cupiunt, gaudéntque copia libidinis. [e] Eadem partes sibiipsi Ponticiamputant fibri, periculo vrgente, ob hoc se peti gnari: castoreum id vocant [9] medici: aliàs animal horrendi [10] morsus, arbores [f] iuxta flumina, vt ferro, [g] cædit: hominis parte comprehēsa, non antequàm fracta concrepuerint ossa, morsus resoluit. [11] Cauda piscium iis, cætera species lutræ. Vtrunque aquaticum: vtrique mollior pluma pilus.

1 Collo & iuba & vnitate. M. Collum & iubam & vnitatem. CH.
2 non quit. CH.
3 assimulare. M.
4 addifci. CH.
5 foris. M. & CH.
6 corocottam. CH. Alij, leocrocutam, malunt, cum ex vocis compositione leænā marrem præferente, tum hoc argumento, quòd suprà cap. 21. cùm crocutam ex cane & lupo cōcipi tradidisset, leocrocutæ esse, quas hic, notas assignauerit.
7 vtroque orbe, (i. oculo) oris nullis. ex Solino.
8 furtim. Vet.
9 medici. Latax animal horrendi ex Arist. cap. 6. lib. 8. hist.
10 morsum. Vet.
11 Cauda piscium fibris. Cætera species D.

ANNOTATIONES.

a Arabes vocant *Ailib* Vide infrà cap. 8 lib. 28.
b Citra vertebrarum distinctionem, cùm dorsi spina continuatur, quæ in nodos & articulos diuisa est vt in cæteris animalibus quemadmodum videre est infrà, cap 8. lib. 28.
c Aelianus cap. 22. lib. 7. de Animal.
d Aristot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Aelianus cap. 7. lib. 3. de Animal.
e Iuuenalis Satyr. 12.

---imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum, adeò medicatum intelligit inguen.

Falsum tamen vanúmque id esse Sextius tradit infrà cap. 3. li. 32.
f Festo fiber quasi fimber dicitur, quòd in extremis fluminum oris, ac tanquam fimbriis degat.
g Aristoteles id scripsit περὶ τῶν ἐνύδρων quam lutram vocamus, cap. 5. lib. 11. hist. Plautus. *Sic me subes quotidie, quasi fiber salicem.*

De ranis, & vitulis marinis, & stellionibus. CAP. XXXI.

RAnæ quoque [a] rubetæ, quarum & in terra, & in humore vita, plurimis refertæ medicaminibus, deponere ea [1] quotidie ac resumere à pastu dicuntur venena tantùm sem per sibi reseruantes. Similis & vitulo marino victus, in mari ac terra: simile [2] fibro & ingenium. Euomit fel suum, ad multa medicamenta vtile. Item [3] [b] coagulum, ad comitiales morbos: ob ea se peti prudens. Theophrastus autor est, [4] anguis modo & stelliones [c] senectutem exuere, eámque protinus deuorare, præripientes comitiali morbo remedia. [5] Eosdem mortiferi in Græcia morsus, innoxios esse in Sicilia.

1 assidue. M
2 fibris. M. prauè. sic tamen & CH.
3 coaglum. CH.
4 augues eo modo &. M. forrassis, eodē modo, vt in Vet.
5 eosdem pestiferos ferunt in Græcia, innocuos esse in Sicilia. Vet. in vulgata lectione. CH. habet innocuos.

ANNOTATIONES.

a De rubetarum veneno & sumpto, & afflatu incusso, vide Aelianum cap 12. 17. de Animal. & infrà cap. 6 lib. 32.
b Theophr. in fragmento de animalium inuidia. Aristot. περὶ θαυμ. ἀκουσμ.
c Aristoteles & Theophrastus citatis locis Senectutem stellionis tuniculam auctor vocat cap. 10 lib. 10.
d Aristoteles περὶ θαυμ. ἀκουσμ. καὶ ὧν συναλγεῖ δ' φασὶ, καὶ ὧν ἐπιτολὴς τὰς χαλεπὰς διανύσαντος ἥκιστα τὸ δῆγμα καὶ ὑπ' ὀλίγων τὸ παρ' ἡμῶν ἀδυνατεῖ καὶ μαλακὸν ὕφαν. Idem cap. 29. lib. 8. Hist. τῶν δ' ἐπαλλάξ ἓν πιεῖ τ. πους καὶ τὰ τῶν ἀσκαλαβωτῶν δήγματα διανύσαντος ἥλιου.

De ceruis. CAP. XXXII.

CEruis quoque est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium. Vrgente vi canum, vltro confugiunt ad hominem. Et in pariendo semitas minus cauent, humanis vestigiis tritas,[1] quàm secreta ac feris opportuna. Conceptus earum post Arcturi sidus. Octonis mensibus ferunt partus,[2] interdum & geminos. A cõceptu separant se. At mares relicti rabie libidinis sæuiunt:[3] fodiunt scrobes. Tunc rostra eorum nigrescunt, donec[4] aliquando abluant imbres. Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam,[a] quæ seselis dicitur, faciliore ita vtentes vtero. A partu duas[5] habent herbas, quæ aros & seselis appellantur: pastæ redeunt ad[5] fœtum: illis imbui lactis primos volunt succos, qua cunque de causa. Editos partus exercent cursu, & fugam meditari docent: ad prærupta ducunt,[b] saltúmque demonstrant. Iam mares soluti desiderio libidinis, auidè petunt pabula. Vbi se præpingues sensere, latebras quærunt, fatentes incommodum pondus. Et aliâs semper in fuga acquiescunt, stantésque[6] respiciunt: cùm propè ventum est, rursus fugæ præsidia repetentes. Hoc fit intestini dolore, tam infirmi, vt ictu leui rumpatur intus. Fugiunt autem latratu canum audito secunda semper aura, vt[c] vestigia cum ipsis abeant. Mulcentur fistula pastorali[7] & cantu: cùm erexere aures, acerrimi[8] auditus: cùm remisere, surdi. Cæterò animal simplex, & omnium rerum miraculo stupens: intantum, vt equo aut bucula accedente propius, hominem iuxta venantem non cernant, aut si cernant, arcum ipsum sagittásque mirentur. Maria[9] tranant gregatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus, vicibúsque ad terga redeuntes. Hoc maximè notatur à Cilicia Cyprum traiicientibus.[10] Nec vident terras, sed in odorem earum natant. Cornua mares habent, solíque animalium omnibus annis statò veris tempore amittunt: ideo sub[12] ipsa die quammaximè inuia petunt. Latent amissis velut inermes,[13] sed & hi[d] bono suo inuidentes.[e] Dextrum cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo præditum. Idq; mirabilius fatendum est, cùm & in viuariis mutent omnibus annis: defodi ab iis putant. Accensis autem vtrislibet, odore serpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur. Indicia quoque ætatis in illis gerunt,[15] singulos annis adiicientibus ramos vsque ad sexcennes. Ab eo tempore similia reuiuiscunt: nec potest[16] ætas discerni, sed dentibus senecta declaratur. Aut enim paucos aut nullos habent, nec in cornibus i mis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos iunioribus. Non decidunt castratis cornua, nec nascuntur. Erumpunt autem renascentibus tuberibus primò aridæ cutis similia.[17] Eadem teneris increscunt[18] ferulis arundineas in paniculas, molli[19] pluma ta lanugine. Quàm diu carent iis, noctibus procedunt ad pabula: increscentia Solis vapore durant, ad arbores subinde experientes: vbi[20] placuit robur in aperta prodeunt. Captíque iam sunt, edera in cornibus viridante ex attritu arborum,[21], vt in aliquo ligno teneris dum experiuntur innata.[22] Fiunt aliquando & candido colore, qualem fuisse tradũt[f] Q. Sertorij ceruam, quam esse fatidicam Hispaniæ gentibus persuaserat.[23] Et iis est cum serpente pugna.[24] Vestigant cauernas, nariúmque spiritu extrahunt renitentes. Ideo[25] singulare abigendis serpentibus odor adusto ceruino cornu. Contra morsus verò præcipuum remedium ex coagulo hinuli in matris vtero occisi. Vita ceruis in confesso longa, post centum annos[26] aliquibus captis cũ torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obesitare. Febrium morbos non sentit hoc animal: quin & medetur huic[27] timori. Quasdam[28] nos principes fœminas scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas,[29] longo æuo caruisse febribus: quod ita demum existimant ratum, si vulnere vno interierit.

ANNO

1 qualm quæ secretæ, ac feris opportunq. M. Toletanum tamen vulgatam sequitur.
2 interim. CH.
3 fodiuntque Vet.
4 aliqui. M. & CH.
5 habent, quę &c. M. A parra duas, quæ & amo & siselicis app. CH.
5 fœtus: illos imbui lactis primo nolunt sicco. M. illius imbui factis primo volunt succo. Pint. ex Salm.
6 respiscunt. M.
7 ex. CH.
8 sunt auditus, &c. CH audiens: cum demiśere, surdi Cæterũ. M. & Ver.
9 trameane. CH. trãsnatant gregatim natantes. Tol.
10 Non M.
11 sed in odore. M. & CH.
12 ſt a H.
13 & ipsi. vel, sed & ipsi Pint.
14 Accensa autem vtriusque liberat odore & comit. CH. Accensis autem vtriusque liber odore & comit. M. Accensis autẽ vtriusque libeat odore & comit. Tol. Quinecque in Salmar. leguntur verba illa, serpentes fugantur.
15 singulis Vet.
16 ætas iis disc. Vet.
17 eiusdem generis. Tol.
18 sureulis. Vet.
19 plumosa. vet.
20 placuerit M.
21 quæ vñ arborum, & Fiunt inclusa sunt in M. non leguntur.
22 Sunt. Tol. Puit. CH. Fit. M.
23 Est iis cum. Tol. Est & iis. Vet. Et his cum. M.
24 Inuestigant. M. & Vet.
25 singularis. Vet.
26 à quibusdam. CH.
27 timor. CH.
28 modo. M. & CH.
29 & longo. CH.

ANNOTATIONES.

a Aristoteles 9. Historiæ. περὶ ὅταν τίκτειν ἐθέλῃ τὸ χοῖρον παρέσκευκε, καὶ ἐπὶ τὴν ὑὸν ἐὰν δ' τέκῃσι καὶ φαγοῦσα ἔτυπε ἕρκεται πρὸς τὰ τίκτουσα πάλιν.
b Cubile & lustrum. Turn. cap. 22. lib. 3. aduersariorum. Quidam exponunt editum montem: alij, sesiendi pernicitatem.
c Vestigiorum odor.
d Inter lapides Orpheus suo de illis poemate, cornuum cerui
e Sinistrum cornu. ex Aristot. cap. 6. lib. 9 Hist. Idem tamen lib. περὶ θαυμαι. de ceruis Epexegeticis id scribit, vt ceruorum omnium non sit id commune.
f Valer. Max lib. 1. cap. de simulata religione.

De tragelapho, & chamæleonte. CAP. XXXIII.

EAdem est specie, barba tantùm & armorum villo distans, quem tragelaphon vocãt non alibi, quàm iuxta Phasin amnem, nascens. Ceruos[a] Africa propemodum sola non gignit. At chamæleontem & ipsa, quanquam frequentiorem[2] Indiæ. Figura & magnitudo erat lacertæ, nisi crura essent recta & excelsiora. Latera ventri iunguntur, vt piscibus,[3] & spina simili modo. Eminet[4] rostrum, vt in paruo haud absimile suillo: cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus: vngues aduncí, motus tardior, vt testudini: corpus asperum, ceu crocodilo: oculi in recessu cauo, tenui discrimine prægrandes, & corpori concolores: nunquàm eos operit: nec pupillæ motu, sed totius oculi[5] versione circunspicit. Ipse celsus hianti semper ore, solus animalium[b] nec cibo nec potu[6] aliter, nec alio quàm[c] aeris alimento: circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Et coloris natura mirabilior.[d] Mutat nanque eum subinde, & oculis & cauda & toto corpore: reddítque semper quemcunque proximè attingit, præter rubrum candidúmque. Defuncto pallor est. Caro in capite & maxillis, & ad commissuram caudæ admodũ exigua, nec[7] alibi toto corpore: sanguis in corde, & circa oculos tantum: viscera sine splene. Hybernis mensibus latet, vt[8] lacertæ.

1 est eadẽ. M. & Ver.
2 India. M.
3 Alij aliter interpungunt. Et spina simili modo eminet. Rostrum &c. adstitu. Iste Arist. lib. 2. Hist. cap. 12.
4 rostro v. i. p. h. absimili suillo. Ver. rostro, vt in paruo, simiæ suillæ haud absimilit. Ex cod. ibid.
5 versatione. M.
6 semper alitur. Ver.
7 alicubi. Vet.
8 lacerta. M.

ANNOTATIONES.

a Licet cum Plinio id Aristoteles asserat, in Africa tamen ceruorum greges multos pasci notum est.
b Quamuis famem multos menses toleret, lingua tamen sesquipalmum longa exerta, ac vibrata, mucóque oblita, locustas, formicas, muscas, scarabeos, & alia insecta quibus vescitur corripit, retinet, ad se adducit. Biod. cap. 21. lib. 6.
c Theophrasto auctore, parum abest quin pulmo totum corpus impleat, ideóque dum auram caprat & consectatur a uidius, ea vi
dores & medicas vires diligenter prosequutus est. Theophrast. lib. De inuidis animal.
d Plutarchus libro de dignoscendo amico ab adulatore. Theophrastus in fragmento. περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χροιὰς. μεταβάλλει δ' ὁ χαμαιλέων δι' πάντα τὰ χρώματα πλὴν ὅσα τὸ λευκὸν, καὶ τὸ ἐρυθρὸν οὐ δέχεται μεταβολήν. Idem Solinus Polyhist. cap. 43.

were sola creditur: eadem quoque caussa & colorem mutare idẽ censet, nempe raro & pellucente corpore ob aeris copiam distendentis.

De tarando, & lycaone, & thoe. CAP. XXXIIII.

MVtat colores[1] & Scytharum[a] tarandus, nec aliud ex iis quæ pilo vestiuntur, nisi in Indiis lycaon, cuiiubata traditur ceruix. Nam[b] thoes, (luporum id genus est procerius lõgitudine, breuitate crurum dissimile, velox saltu, venatu viuens, innocuum homini) habitum, non colorem mutant, per hyemes hirti, æstate nudi. Tarando magnitudo, quæ boui, caput maius ceruino, nec absimile: cornua ramosa,[1] vngulæ bifidæ, villus magnitudine vrsorum.[2] Sed cùm libuit sui coloris esse, asini similis est. Tergori tanta duritia vt thoraces ex eo faciãt. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorúmque reddit, in quibus latet, metuens, ideóque rarò[3] capitur. Mirum esset habitum[4] corpore tam multiplicem dari, mirabilius[5] & villo.

1 &, in M.d.
1 vngula bifida. M.
2 Hęc videntur trã sposita & post capitur legenda. vrsini. Solin. ca. 32. est. Tol. non habet.
3 capitur. Sed c. l. f. c. esse, vrsini similis. Tergori b. d. v. th. e. e. faciant. Mirum esset. Pint.
4 corpori. Vet.
5 & villum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Aristoteles περὶ ἀκουσμ. ἀκουσμ. & Theophrastus fragmento de iis, quæ colorem mutant.
b φιλοφρονέστατον, nempe homini amicissimum esse, occurrẽtém-
que venerari, ac si feræ cæteræ inuadant, opitulari & defendere scribit Rhodig. cap. 27. 23.

De hystrice. CAP. XXXV.

HAe[a] Ystrices generat India & Africa spina contectas, ac herinaceorum[1] genere: sed hystrici longiores aculei, & cùm intendit cutem, missiles. Ora vrgentium[2] figit canum & paulò longiùs iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit: quæ natura multis, & ante omnia vrsis.

1 generis. Vet.
2 fugit. M.

ANNOTATIONES.

a Mures Africanos Plautus vocat in pœnulo. *Non audis? mures Africanos prædicat*
In pompam ludis dare se velle ædilibus.

De vrsis, & fœtibus eorum. CAP. XXXVI.

EOrum coitus[a] hyemis initio: nec vulgari quadrupedum more, sed ambobus cubantibus complexíque. Deinde[1] secessus in specus separatim, in quibus pariũt trigesimo[2]

1 Dein. CH.
2 recessit. M.

die, plurimùm quinos. Hi sunt candida[b] informisque caro, paulo muribus maior, sine oculis, sine pilo: vngues tantùm prominent: hanc lambendo paulatim figurât. Nec quicquam[3] rarius, quàm[4] parientem videre vrsam. [5] Ideo mares quadragenis diebus[c] latent, fœminæ quaternis mensibus. Specus si non habuere, ramorum fruticúmque congerie [6] ædificant, impenetrabiles imbribus, molliqué fronde constratos. Primis diebus bis septenis tam[d] graui somno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pinguescunt. Illi sunt adipes medicaminibus apti, contráque capilli defluuium tenaces. Ab iis diebus [7] residunt, ac[e] priorum pedum suctu viuunt. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, [8] non alio incubitu, [9] quàm oua volucres. [f] Mirum dictu, credit Theophrastus, per id tempus coctas quoque vrsorum carnes, si asseruentur, increscere: cibi tunc nulla argumenta, nec nisi humoris minimum in aluo inueniri: sanguinis exiguas circa [10] corda tantùm guttas, reliquo corpori nihil inesse. Procedunt vere, sed mares præpingues: [11] cuius rei causa[g] non prompta est: quippe nec somno quidem saginatis, præter quatuordecim dies, vt diximus. Exeuntes herbam quandam [h] Aron nomine laxandis intestinis alioqui concretis deuorant, circáque furculos [12] sentium prædomantes ora. Oculi eorum hebetantur [13] crebrò: qua maximè causa fauos expetunt, vt conuulneratum ab apibus os leuet sanguine grauedinem illam. Inualidissimũ vrso caput, quod leoni [14] fortissimum: ideo vrgente vi, præcipitaturi se ex aliqua rupe, manibus [15] eo operto iaciuntur: ac sæpe in harena [16] colapho infracto exanimantur. Cerebro veneficium inesse Hispaniæ credunt, occisorúmque in spectaculis [17] capita cremant, testato, quoniam potum in vrsinam rabiem agat. Ingrediuntur [18] & bipedes. Arborem auersi [19] derepunt. Tauros, ex ore cornibúsque eorum pedibus [20] omnibus suspensi, pondere fatigant. Nec alteri animalium in [21] maleficio stultitia solertior. Annalibus notatum est, M. Pisone, M. Messala Coss. ad xiiij. Calendas Octobr. Domitium Ænobarbum Ædilem curulem [i] vrsos Numidicos centum, & totidem venatores [22] Aethiopas in circo dedisse. Miror adiectum Numidicos fuisse, cùm in Africa [23] [k] vrsos nõ gigni costet.

3 earius homines quàm. M.
4 grauidam capere vrsam. Ex Arist. cap. 30. lib. 6. Hist. & cap. 17. lib. 8.
5 Hyemę mares. Alij. 6 ædificant molli fro de constr. impenetrabilesque imbribus. Pint.
7 residunt. Vet.
8 Alij, non aliter, quàm imebri tu oua volucres.
9 quàm quo. ouã. Vet. quàm ad ouã. CH.
10 cor. D.
11 cui. M.
12 dentium prød. M. & CH. quasi dentiũ, prædomant. Vet. circa furculos quasi dentiũ ante prædomãdentes. Ex Arist. sensu prædomandites. Hora oculi &c. Hora, ideſt, vere, τῇ ὥρᾳ. Pint. ex Tol. vel, prædomandentes. Orbes oculorum hebetantur.
13 crebrò, in M. d.
14 firmissimum. CH.
15 cooperto. M. & CH.
16 collapſi exanim. M. colaphis inflictis exan. Vet.
17 cremantur testu. Vet. & Longol. cremant, testu. Alij.
18 & in pedes arborem. Auersi. CH.
19 diripiunt. M. In arbores aduersi erepunt.
20 manibus. D.
21 maleficio. M. in malitia ultutia Salm habent & vet. cod. astutia.
22 Aethiopas in M. deest.
23 vrsum. M. & CH. leones. Pul. Vrsin. vide Ann.

a Aristot. cap. 30. lib. 6 Histor. mense Elaphibolione, ideſt, vt Gaza traduxit, Februario, quare potiùs legerim, hyeme desinente.
b Hoc falsum. In vtero grauidæ vrsæ à venatoribus captæ & exẽtratæ omnibus suis membris distinctos catulos & formatos vidi. Fabulæ causſam præbet catulorum ortus crassissimis secundis obuoluorum, quas non nisi diu lambendo mater reuellere potest. Sic videlicet contecti in armis carnis speciem monstrãt.
c Φιλάδες ἄρκτοι ideò vocat Theocritus. Aelianus non solùm ideò secedere putat, quòd gerat vterò, sed cùm obesior est, vt faginam deponat. ἐπεὶ φ., inquit, ἄποθυται ἑαυτῆς συνδεομένης ὑφορμίσκον τῇ γαστρὶ, ἵνα μὴ ῥαδίως ἐκτίθηται τὰ ἔμβρυα· ἐπειδὰν δὲ ἀπολυθῇ τὸ ὑφορμίσκον, τότε ἀφαιρεῖται τὰ ἔμβρυα· οὐ βούλεται γὰρ ἐκτίθεσθαι, ἀλλὰ τίκτειν ἀφαιρέσεως τῶν ἔμβρυων· ὅταν δὲ ἀφαιρεθῇ τὰ ἔμβρυα, τότε ἀποθύεται. Ita Iuuenalis Satyr 3. altissimo tomo correptos versus vocat & Thocas.

vbi Tarum transitus arcto
Vicorum inflexu, & stantis comicia mandræ
Eripuit somnos vrsis, vitulisque maximis.

Virgil. *Sternunt se somno diuersa in littore Phocæ.*

d Vrsi manus est: gustatu dulces ac suaues, eiúsque rei causſam ex Plutarcho quæsitam vide apud Rhodig. cap. 10. 26.
e Fortassis de carne hæc dixerat lib. περὶ τῶν φαλλῶν. At de adipe sic memorat libro de odoribus, διαφανέστατον δὲ τῶν τοιούτων τὸ ἐπὶ τῇ φύσει τῇ ἄρκτου τηκόμενον, ὅπερ ἔμπαν τοῖς φαλλοῖς ἐναλίγκιον, ὡς ἐκπλαγῆ τὰ ἀγγεῖα. Aristoteles περὶ ἀκουσμ. ἀποτεμνόμεν. λέγουσι περὶ τὸ τῆς ἄρκτου ἦτορ ὅταν ἀποτιτρώσκῃ τὴ διὰ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐν τῷ χρόνῳ ἐκεῖνα φαίνεσθαι, περὶ ὑπερφορὰν τὰ ἀγγεῖα ὑφ' ὧν ἦ.
f Tunc tuctuum sylue nium in latebras congestorum magna copia deuorata inertes crassescunt.
g Huius inter bulbos meminit infrà lib. 19 cap. 5. & lib. 24. cap. 16.
h Vidi quod notatum est infrà ad quinquagesimum octauum caput vltimum huius libri.
i Vrsinus in Romanis familiis, legendum putat, leones: denariíq; ab hoc Aenobarbo cusi imagines ostẽdit, in quo cum leone homo pugnat.
k Vrsi non gigni in Africa. Ann.

ANNOTATIONES.

De muribus Ponticis, & Alpinis, & herinaceis. CAP. XXXVII.

1 hi, in M. d.
2 media. M. Vet.
3 fibrosæ complexos fascem herbæ. Pint. ex Pol. fic & CH.
4 se trahere. M. detrahere. Vet.
5 resident. M.
6 & in binis. CH.
7 Negatio videtur redundare, neque est in Vetust. cod. deest. & in M. & CH.
8 & Austrij. Pint.
9 condentes cubile. Vide Annot.

COnduntur hyeme & Pontici mures, [1] hi duntaxat [a] albi: quorum palatum in gustu sagacissimum, autores quonam modo intellexerint, miror. Conduntur & Alpini, quibus magnitudo [2] melium est: sed hi pabulo antè in specus conuecto, cùm quidam narrent alternos marem ac fœminam [3] supra se complexo fasce herbæ supinos, cauda mordicus apprehensa, inuicem [4] detrahi ad specum: ideóque illo tempore detrito esse dorso. Sunt his pares & [b] in Ægypto: similitérque [5] residunt in clunes, [6] & binis pedibus gradiuntur, prioribúsque, vt manibus, vtuntur. Præparant hyemi & [c] herinacei cibos: ac volutati supra iacentia poma affixa spinis, vnum [7] non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Iidem mutationem Aquilonis [8] in Austrum, [9] [d] condentes se in cubile; præsagiunt. Vbi verò sensere venantem, contracto ore pedibúsque, ac parte omni

a Vulgò *Hermines, alij Roseraux, Menuyer.*
b Theophrastus περὶ ἀζῴων μεταβολῆς ἕνεκα.
c Herinaceus Etes quoque ut stultum aut in Menach. *Cum ausus fuerere, cui ego aquæ ac Etes hæreo?*
Nemesianus in Cynegeticis.
Implicitúmque suis spinosi corporis Erem.
d Lego, condentes cubile. Ex Aristot. cap. 6. lib. 9 histor & Plutarcho, dub. vtra prudentiora. Nam cùm habeat foramina duo vnumquodque cubile, in Austrum patens alterum, alterum in Aquilonem, si flaturus est Auster, foramen, quod ad eam partem spectat claudunt, & aduersum aperiunt, ac contrà.
e Theophrastus in frag. de animal. inuidia. Aristot. περὶ ἐκφυομένων ὀκτωμέρων.
f Quòd panni fulloniis spinis, non echinorum aculeis, polirentur. Quòd herinaceorum corio vel pueri, vel non sat diligenter id fierent. Quòd ditiores mercatores ea sibi coria coëmerent, & foro intercepto apud se haberent, nec tenuiores in vsum commodúmque suum mercari paterentur. De quo importuno hominum genere, qui fraude & iniquitate variè annonam mercium onerant, vide Cuiac. cap. 19. lib. 10. Obseru.

ANNOTATIONES.

De leontophono, lynce, melibus, & sciuris. CAP. XXXVIII.

22 Vrina & duobus a.a. ratione mira. Leontoph. M.
23 exustum. Alij.
24 aliturus.
25 cinere tam contrario feris. Haud. M.
26 succinum &c. proditum.
27 sufflata cute distentæ. M.
28 Prouident. M. & CH.
29 detectis. Ver. aperiunt fores decretas. Parm.

[22] VRinæ & è duobus aliis animalibus ratio mira est. [a] Leontophonon accipimus vocari paruum, nec aliubi nascens, quàm vbi leo gignitur: quo gustato tanta illa vis, ac cæteris quadrupedum imperitans, illico expiret. Ergo corpus eius [23] adustum aspergunt [24] aliis carnibus polentæ modo, insidiantes feræ, necántque etiam [25] cinere. Tam contraria est pestis. Haud immeritò igitur odit leo, visúmque frangit, & citra morsum exanimat. Ille contrà vrinam spargit prudens, hanc quoque leoni exitialem. Lyncum humor ita redditus, vbi [b] gignuntur, glaciatur aresc ítve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atque ob id [26] succino à plerisque ita generari prodito. [c] Nouere hoc sciuntq; lynces, & inuidentes vrinam terra operiunt, eóque celeriùs solidatur illa. Alia solertia in metu melibus: [27] sufflatæ cutis distentu ictus hominum & morsus canum arcent. [28] Præuident tempestatem & sciuri: obturatísque, quà spiraturus est ventus, cauernis, ex alia parte aperiunt fores: [29] de cætero ipsis villosior cauda pro tegumento est. Ergo in hyemes aliis prouisum pabulum, aliis pro cibo somnus.

a Aristotel. περὶ ἐκφυομένων ἀκτωμέρων.
b Theophrastus lib. de lapidibus.
c Aristot loco proximè citato. Theophr. de animalium inuidia.

De vipera, cochleis, & lacertis. CAP. XXXIX.

1 Serpentium cæteræ sola terra dicuntur condi, vipera arborum. Ex Arist.
2 educant. Vet.
3 aut etiam &c. exeuntes. CH.
4 vulgare. Adhærente o.e.t. operiãtes, obrutæ terrã semper. Hæ & circa Parm.
5 Alij, in Indiq Mere Nyiæorum monte, in India verò Nyiæorũ monte. Vet. in India, Mero, Nysæ monte. Pint. in Indiæ vero Nyso monte CH.
6 longitudine. CH.

[1] SErpentium vipera sola terra dicitur condi: cæteræ arborum aũt saxorum cauis. Et aliàs vel annua fame [2] durant, algore modò dempto. Omnia fœcessus tempore veneno orba dormiunt. Simili modo & cochleæ. Illæ quidem [a] iterum & æstatibus, adhærentes maximè saxis: [3] vt etiam iniuria resupinatæ auulsæque, non tamen exeant. In Balearib. verò insulis cauaticæ appellatæ, non prorepunt è cauis terræ: neque herba viuunt, sed vuæ modo inter se cohærent. [b] Est & aliud genus minus [4] vulgare, adhærente operculo eiusdem testæ se operiens: obrutæ terra semper hæ, & circa maritimas tantùm Alpes quondam effossę, cœpere iam erui & in Veliterno. Omnium tamen laudatissimæ in Astypalæa insula. Lacertæ inimicissimum genus cochleis, negantur se mestrem vitam ex cedere. Lacerti Arabiæ cubitales: [5] in Indiæ verò Nysa monte x x iiii. in [6] longitudine pedum, colore fului, aut punicei, aut cærulei.

omni inferiore, quà raram & innocuam habent lanuginem, [10] confluunt in formã pilæ, ne quid comprehendi possit præter aculeos. In desperatione verò, [c] vrinam [11] ex se reddunt tabificam tergori suo spinisque noxiam, propter hoc se capi gnari. Quamobrem examinata priùs vrina venari, ars est. [12] Et cùm præcipua dos tergori, aliàs corrupto, fragili, putribus spinis atque deciduis, etiam si viuat subtractus fuga: ob id [13] nõ nisi nouissima spe maleficio eo perfunditur: quippe & ipsi odore [14] suum veneficium, ita parcẽtes sibi terminúmque supremum opperientes, vt ferme antè captiuitas occupet. Calidę posteà aquæ [15] aspersu resoluitur pila: apprehensúsque [16] pede altero à posterioribus, suspendio ac fame necatur: aliter non est occidere & tergori parcere. Ipsum animal non [17] verentur plerique dicere vitæ hominum superuacuum [18] esse, si non sint illi aculei, frustra vellerum [19] mollitie in pecore mortalibus data. Hac cute expoliuntur vestes. Magnum fraus & ibi lucrum. [20] monopolio inuenit, de nulla re crebrioribus senatusconsultis, nulló que non principe adito [f] querimonis [21] prouincialibus.

10 conuoluuntur. M. & CH.
11 Alij, in se. & CH.
12 Et tum. M.
13 non nisi in nouiss. M. & CH.
14 iustum. M.
15 aspersura soluitur. M.
16 pes ęter è posteriorib. us suspendiosa fame necat. M. & CH.
17 vt rentur aliqui, vitæ hominũ superuacuum est. Pint. ex Tol. vt rentur plerique, &c. vt in Tol. M. non remur plerique vitæ hominum superu. CH.
18 est. Si enim desint illius a f. v. mollities i.p.m.d. Huius cute, vel, esse, si desint illius acul. &c.
19 mollitia in pecude. CH. mollities in pecude data. Hudita. M.
20 monopolium. M. & CH. Leg. fraude & ibi lucrum monopolium.
21 pernicialibus. Tol.

ANNOTATIONES.

a Vulgò *Hermines, alij Roseraux, Menuyer.*
b Theophrastus περὶ ἀζῴων μεταβολῆς ἕνεκα.
c Herinaceus Etes quoque ut stultum aut in Menach. *Cum ausus fuerere, cui ego aquæ ac Etes hæreo?*
Nemesianus in Cynegeticis.
Implicitúmque suis spinosi corporis Erem.
d Lego, condentes cubile. Ex Aristot. cap. 6. lib. 9 histor & Plutarcho, dub. vtra prudentiora. Nam cùm habeat foramina duo vnumquodque cubile, in Austrum patens alterum, alterum in Aquilonem, si flaturus est Auster, foramen, quod ad eam partem spectat claudunt, & aduersum aperiunt, ac contrà.
e Theophrastus in frag. de animal. inuidia. Aristot. περὶ ἐκφυομένων ὀκτωμέρων.
f Quòd panni fulloniis spinis, non echinorum aculeis, polirentur. Quòd herinaceorum corio vel pueri, vel non sat diligenter id fierent. Quòd ditiores mercatores ea sibi coria coëmerent, & foro intercepto apud se haberent, nec tenuiores in vsum commodúmque suum mercari paterentur. De quo importuno hominum genere, qui fraude & iniquitate variè annonam mercium onerant, vide Cuiac. cap. 19. lib. 10. Obseru.

ANNOTATIONES.

a Non hyeme tantùm vt serpentes. Plautus in Captiuis:
O qui cíon caletur Cochlea in occulto latent;
Sero sibi succo pinnut vos si non cadit &c. Cochleę tarditas in prouerbium abijr. Plaut. in Pseud.
Nunc vos quia mihi dixi & testes ducere,
Podagrosi estis, ac vicistis cochleam tarditudine. Potissimum cochleæ apparent cum imbre leni rorascit. Aristias comicus apud Athæneum κατὰ κοχλίον γινομένη ὑγασία ἀνὴ γέγονε· ἀντὶ κάχματα τῶν ὑστεχθέντων Varro cap. 14, 3. De re Rust. Victor. cap. 13, 3. De cochleis alcibus & earum viuariis vide infrà lib. 9. cap. 56.

b Pomali.

c Vide cap. 14 lib. 30. & 6 eiusdem.

De canibus. CAP. XL.

EX his quoque animalibus, quæ nobiscum degunt, multa sunt cognitu [1] digna: fidelissimúmque ante omnia homini [2] canis, atque equus. Pugnasse aduersus latrones canem pro domino accepimus, confectúmque plagis à corpore non recessisse volucres & feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorem [2] domini, [3] laniatu, & latratu [4] coactum fateri scelus. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere, [6] præliati contra resistentes. Propter bella Colophonij, itémque Castabalenses, cohortes canum habuere: [7] eæ primæ dimicabant in acie nunquàm detrectantes. Hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indiga. Canes defendere [8] Cimbris cęsis domus eorum plaustris impositas. Canis Iasone Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediá que consumptus est. Is verò, cui nomen Hyrcani reddidit Duris, accenso regis Lysimachi rogo, iniecit se flammæ: similitérque Hieronis regis. Memorat † & Pyrrum Gelonis tyranni canē [9] Phylistus. Memoratur & Nicomedis Bythiniæ regis, vxore eius Consingi lacerata propter lasciuiorem cum marito iocum. Apud nos Volcatiū [10] nobilē, qui [c 11] Cesclium ius ciuile docuit, asturcone è suburbano redeuntem, cùm aduesperasset, canis à grassatore defendit. Item Cælium Senatorem ægrum Placentiæ ab armatis oppressum: nec priùs ille vulneratus est, quàm cane interempto. Sed super omnia in nostro æuo actis populi Romani testatum, Appio Iunio & P. Silio COSS. cùm animaduerteretur ex causa Neronis Germanici filij, in [12] T. Sabinum, & seruitia eius, vnius ex his canem nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse, [13] abiecto in [d] gradibus gemoniis mœstos edētem vlulatus, magna populi Romani corona [14] circumstante: ex qua cùm quidam ei cibum obiecisset, ad os defuncti tulisse. Innatauit idē cadauere in Tiberim abiecto sustentare conatus, effusa multitudine ad [15] spectandum animalis fidem. Soli dominum nouere: & ignotum quoque, si repentè veniat, intelligunt. Soli nomina sua, soli vocem domesticam agnoscunt. Itinera, quamuis longa, meminere. Nec vlli præter hominem memoria maior. Impetus eorum & sæuitia mitigatur ab homine [16] considēte humi. Plurima alia in his [17] quoque vita inuenit. Sed in [18] venatu [e] solertia & sagacitas præcipua est. Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad [illegible]am inquisitorem loro trahens: [19] qua visa quàm silens & [20] occulta, quàm significans demonstratio est, cauda primùm, deinde rostro. Ergo etiá senecta fessos cæcos, quæ debiles sinu ferunt, ventos & odorem captantes, [21] prodentéque rostro cubilia. E tigribus eos Indi volunt concipi: & ob id in syluis coitus tempore alligant fœminas. Primo & secundo fœtu nimis feroces putant gigni: tertio demum educant. Hoc idem [f] è lupis Galli, quorum greges suum quisque [22 h] ductorem è canibus & ducem habent. Illum in venatu comitantur, illi parent. Nanque inter se exercent etiam magisteria. Certum est iuxta Nilum amnem currentes lambere, ne crocodilorum auiditati occasionem præbeant. [i] Indiam petenti Alexandro Magno, rex Albaniæ dono dederat insitatæ magnitudinis vnum: cuius specie delectatus iussit vrsos, mox apros, & deinde damas emitti [23] contemptu immobili iacente. Eáque segnitie tanti corporis offensus Imperator generosi spiritus, eum interimi iussit. Nuntiauit hoc fama regi. Itaque alterū mittens addidit mādata, ne in paruis experiri vellet, sed in leone, elephantóve. Duos sibi fuisse: hoc interempto, præterea nullum fore. Nec distulit Alexander, leonémque fractum protinus vidit. Postea elephantum iussit induci, haud alio magis [24] spectaculo lætatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primùm latratu [25] intonuit: mox ingruit assultans, contráque belluam exurgens hinc & illinc, artifici dimicatione, [26] quà maximè opus esset, infestans atque euitans, donec assidua rotatum vertigine afflixit

1 digna. Fidelissimi ante Parm.
2 domini, vt laniatu & latratu cogeretur fat. Vet.
3 laniatúque & M. & CH.
4 adactum vt cogeretur fateri. Vet.
5 Garamanta. CH.
6 præstantes. M.
7 hæ. CH.
8 Cimbros cæsis dominis e. p. impositi. Vet.
† Aliis, Et Pyrrhi, & Gelonis tyranni canem. Pyrrhi enim canem celebrat & Plutarchus in opusculo, quod inscripsit, Solertiorane sint terrestria animalia, an aquatica. & Iul. Pollux in Onomast. ad Commodum Imp.
9 philistis. M.
10 nobilē virū. Vet.
11 Caecellium. CH. & M.
12 Titium. CH.
13 abiectis. M. abiecti. CH.
14 circumstante, in M. d.
15 spectandam. M. & CH.
16 concedente. M. & CH.
17 q. otidie. M.
18 venatus. CH.
19 quamuis aquam transiliens se occultasset significans demonstratio. M. Vet.
20 occulta, sed quàm significans Tol.
21 protēdentesq; rostra ac cubilia. CH.
22 ductorem & è canibus ducem. Vet. lego pactorem.
23 contemptim immobili iacente eo. qua segnitie, &c. Ver. & CH, nisi quod habet iacenti. M. segnitia.
24 spectaculo lætatus magis. Tol.
25 intonuit, mox in cernicem assilit. M. mox increuit. CH.
26 quàm. CH.

xit, ad casum eius tellure concussa. Canum generibus annui partus. Iusta ad pariendum annua ætas. Gerunt [27] vterū sexagenis diebus. Gignunt cæcos: & quo largiore aluntur lacte, eo tardiorem visum accipiunt: non tamen vnquam vltra vicesimum primum diē, nec ante septimum. Quidam tradunt, si vnus gignatur, nono die cernere: si gemini, decimo. Idémque in singulos [28] adiici, totidémque esse tarditatis ad lucem dies. Et ab ea, quæ fœmina sit ex primipara genita, [29] faunos cerni. Optimus in fœtu, qui [30] nouissimè cernere incipit, aut quem primum fert in cubile fœta. [31 k] Rabies canum Sirio ardente homini pestifera, vt diximus, ita morsis [32] letali aquæ metu. Quapropter obuiam itur [i] per x x x eos dies, gallinaceo maximè fimo [33] misto canum cibis: aut si præuenerit morbus, veratro.

27 vtero M.
28 adi. M.
29 citius cerni. Vet. elunos cerni. M. nullo sensu, lego, plenius cerni, vel, quod magis placet, die nocteque cerni.
30 nouissimus. M. & CH. citius. Vet.
31 Rabies canum Sirio ardente vt diximus: homini pestifera &c. Vet. vide cap. 40 lib. 2.
32 letalis aquæ metus Parm.
33 immisto. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Plurima & memorabilia Rhodig. cap 28. 17. Alex. ab Alex ca. 3. 1. Romæ fuisse in templo Vulcani pro ædituis, solis sacrilegis adlatrantes, eiusdem Dei fanum custodisse in Aetna, in Daunia Achaiæ Mineruæ delubrum, in Creta Dictęę matris, Græcis blandientes, barbaris infestos &c.

b Eadem fide interfecto Hesiodo canes assistentes latratu cædis auctores prodidere. Beneuolentiam canum venatoriorum in Nician domiuum refert Rhodig. cap. 17. 23. Canum mirum ingenium in Aetnęo Vulcani templo, vbi ignis ἀκοίμητος καὶ ἀσβεστος. custodiebatur & Mineruę Daulladis, vide apud Rhodig. 29. & 30. 23.

c Iurisconsultum celebrem: Horatio in Sermon Cascellium. Fuit & L. Cæsellius eruditione celebri grammaticus, cum cuius appellatione Lucij Cæcilij Vindicis, famosi quoque grāmatici, memorati Agellio, Charisio, Prisciano, nomen confunditur ab imperitis. Vide Lipsium cap. 26. 3.

d Ἀναβάθμας vocat Dio in Tiberio ταλας. Tacitus confossū collaceratúque & abscisso capite truncū Sabini corpus in scalas Gemonias tractū fuisse, pdit. A gemitu & plāctu dictas vult Rhodig. ca. 5. 10. Fuerūt & gradus Castoris ad Græcostasin, & gradus Aurelii in foro, de quibus Cic. in oratione pro Cluētio. Scalæ Gemoniæ fuerūt in Auentino, prope tempiū Iunonis reginæ à Camillo captis Veiis, dicatum: locum vbi damnatos suppliciis afficiebant, Sextricium vocauerunt. Alex. ab Alex. cap. 5. 3. quo plura de carceribus, suppliciis, & damnandi modo refert.

e Lepidè Plautus in milite.
Si ita non reperio, ibo odorans quasi canis venaticus,
Vsque donec perfectus volpem ero restigiis.

f Hoc Aristoteles.

g Sic Laconici ex vulpe nati & cane ideò ἀκανθυλε vocabantur, Arcadiæ ex Leone λυκοκύωνες.

h Ita vulgò fit & in Narbonensi prouincia.

i De canibus generosissimis Alexandro à Sepithe datis alia memorabilis historia apud Strabonem lib. 15.

k Galenus vltimo κατὰ τόπους. & Aphtodisæus solum canem in rabiē agi ex quadrupedibus scribūt. Porphyrius eo quoque morbo equam tentari prodit, vt & tetano, febre, podagra boues præterea, vulpésque infanis, corripi. Rabiosi equi meminit Abyrtus. Hieracles eum morbum accidere tradit, vel æstu immodico, vel ob nimium esum etui. Brod. cap. 19. 3. Vide suprà cap 40 lib. 2. & infrà cap. 5 lib. 29.

l Fortassis per XL. Tot enim diebus caniculæ vis durat Galen. 2. de Aliment. facult. Dioscor. cap. de Origano. Hippocr. lib. de medicam. purgant. numerat 50. vt & vetus kalendarium.

Ad canis rabidi morsum. CAP. XLI.

A [1] Morsu verò vnicum remedium [a] oraculo quodam [2] nuper repertum, radix syluestris rosæ, quæ cynorrhodos appellatur. Columella autor est, si quadragesimo die, quàm sit natus, castretur morsu cauda, summusq; eius articulus auferatur, [3] sequēti nero exempto, nec caudam crescere, nec canes rabidos fieri. Canem locutum, inprodigiis (quod equidem annotauerim) accepimus: & serpentem latrasse, cùm pulsus est regno Tarquinius.

1 Ad morsum. M. ☞
2 nuper-inuento reperum. Tol.
3 sequi neruum. CH.

ANNOTATIO.

a Vide infrà cap. 2. lib. 25.

De natura equorum. CAP. XLII.

EIdem Alexandro & equi magna raritas contigit: [a] Bucephalon eum vocarunt, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impressi. [1] Sedecim talentis ferunt ex [2] Philonici Pharsalij grege emptum, etiamtum puero capto eius decore. Neminem hic alium, quàm Alexandrum, regio instratus ornatu, recepit in sedem, alios passim [3] reiiciens. idem in præliis memoratæ cuiusdam perhibetur operæ, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium trāsire Alexandrum non passus: multa pretereà eiusdem modi, propter quæ rex defuncto ei duxit exequias: [b] vrbémque tumulo circundedit nomine eius. Nec Cæsaris Dictatoris quemquam alium recepisse dorso equus traditur: idémque [4] humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante [5] Veneris Genetricis ædem. Fecit & Diuus Augustus equo tumulum, de quo Germanici Cæsaris carmen est. Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habent. [c] Equum adamatum à Semiramide vsque ad coitum, Iuba autor est. [7] Scythæ quidem equitatus & equorum gloria strepunt. [8] Occiso denique ipsorum regulo ex prouocatione [9] dimicāte, hostem cùm victor ad spoliandum veniisset, ab equo eius ictibus morsúque confectum. Alium detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, petiisse præruptа, atque exanimatum. [10] Equæ eadem ex causa in Reatino agro lacerатum [d] prorigam

1 Tredecim. Budæus ex Gellio cap. 2. lib. 5. & Plutar. in Alexan.
2 Philonico. Parm.
3 recipiens. Tol. alias passim recipiēs. CH.
4 hominis. M.
5 Veneris ædem. M.
6 in. M.
7 Scythici quidem equitatus equor. CH.
8 occiso regulo. CH. occiso denique regulo. M.
9 dimicantem hostē cum ad spolian. CH. dimicantem cum ad spol. M.
10 Aequa ex causa in Reat. &c. CH. Qua eadem ex causa, quidam leg. adnotarunt. Equam e. e. i. R. doro, lacerataq; quadrigam M. lacerātūque pariter aurigam. Ver. in vulgata lectione perorigam legit Rhodiginus cap. 24. lib. 21. vide Annot.

gam iuuenimus. Nanque & cognationum intellectus in iis est:[19] itaque in grege prioris anni[20] sorore libentius etiam, quàm matre, equa comitatur. Docilitas tanta est, vt vniuersus Sybaritani exercitus equitatus ad symphoniæ cantum saltatione quadam moueri solitus inueniatur. Iidem præsagiunt pugnã, & amissos lugent dominos, lacrymásque interdum desiderio, fundunt. Interfecto Nicomede rege, equus eius inedia vitã finiuit. [c] Philarchus refert[21] Centaretum è Galatis, in prælio occiso Antiocho, potitum equo eius conscendisse ouantem. At illum indignatione[22] accensum domitis frænis, ne regi posset, præcipitem in abrupta isse, exanimatúmque vnà. Philistus à Dionysio relictum in cœno hærentem,[23] vt sese euelliſſet, secutum vestigia domini, examine apum[24] iubę inhærente: eóque ostento tyrannidem à Dionysio occupatam. Ingenia eorum inenarrabilia iaculantes obsequio experiuntur, difficiles conatus corpore ipso nixúque inuitantium. Iam tela humi collecta equiti porrigunt. Nam in circo ad currus iuncti, non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Claudij Cæsaris Secularium ludorum Circensibus excusso in carceribus auriga, albati[25] equi palmam occupauere, primatum obtinuere, opposita effundentes,[26] omnia quæ contra æmulos debuissent peritissimo auriga insistente, facientes: cùm puderet hominum[27] artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad[28] metam stetere. Maius augurium apud priscos, plebeiis Circensibus excusso auriga, ita vt si staret,[g] in Capitolium cucurrisse equos:[29] sedémque ter lustrasse: maximum verò, eôdem peruenisse[30 h] ab Veiis cũ palma & corona,[i] effuso Ratumena, qui ibi vicerat: vnde posteà nomen portæ est. Sarmatæ[31] longinqua itinera acturi, inedia pridie præparant eos,[32] exiguũ tantùm potũ impartientes: atque ita per centena millia & quinquaginta continuo cursu euntibus insident. Viuunt annis quidam quinquagenis:[33] fœminæ minore spatio, eædem quinquennio finẽ crescendi capiunt, mares anno addito. Forma equorum, quales maximè legi oporteat, pulcherrimè quidem Virgilio vate absoluta est. Sed & nos diximus in libro de iaculatione equestri condito: & ferè inter oẽs cõstare video. Diuersa aũt Circo ratio quęritur. Itaque cùm bimi in alio[34] subigantur imperio, non ante quinquennes ibi certamen[35] accipit. Partum in eo genere vndenis mensibus ferunt, duodecimo gignunt. Coitus verno equinoctio bimo vtrinque vulgaris: sed à trimatu firmior partus. Generat mas ad annos trigintatres, vtpote cum[36] à Circo post vicesimũ annum mittatur ad sobolem reparandam.[37] Et[k] ad quadragin ta durasse tradunt, adiutum modò in attollenda priore parte corporis. Sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de causa per interualla admissuræ dantur: nec tamen quindecim initus ciusdẽ anni valet tolerare. Equarum libido extinguitur iuba tonsa. Gignunt annis omnibus ad quadragesimum. Vixisse[38] equũ septuagintaquinque annos proditur. In hoc genere grauida stans parit, prætérque cæteras fœtũ diligit. Et sanè equis amoris innasci veneficiũ,[l] hippomanes appellatũ, in fronte,[39] caricæ magnitudine, colore[40] nigro: quod statim edito partu deuorat fœta, aut partum ad vbera non admittit,[41] si quis præreptum habeat. Olfactu[42] in rabiem id genus agitur. Amissa parente in grege armenti: reliquæ fœtæ educant orbum. Terram attingere ore triduo proximo, quàm sit genitus, negant posse. Quò quis acrior, in bibendo profundius nares mergit. Scythæ per bella fœminis vti malunt, quoniam vrinam cursu non impedito reddant. Constat in Lusitania circa Olyssiponem oppidum & [m] Tagum amnem equas Fauonio flante,[43] obuersas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, & gigni per nicissimum ita, sed triennium vitæ non excedere.[44] In eadem Hispania Gallaica[45] gens, & [46] Asturica, equini generis, quos thieldones[47] vocamus, minori forma appellatos asturcones gignunt: quib. non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurũ explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere[48] in cursus traditur arte. Equo ferè, qui homini morbi, prætérque vesicæ conuersio, sicut omnibus in genere veterino.

19 æquæ. M. & CH.
20 sorores l. e. mares, equarum pulli comitantur. Vet.
21 Citaretũ. Vet. sicsi Lõgol. ex historiogr. Alij, Centareta &c. Anthiocum pot.
22 succensum. Tol.
23 vt se velliſſet. CH.
24 iuba. CH.
25 equo caracc. CH. in emend. coracc. curatem. M. metã. Vet. lego, equi occupato cursu primatum obtinuere. Nam oppositã, &c.
26 & omnia. Vet. omniaque con. æm. quæ &c. CH.
27 artem. CH.
28 cretam. CH.
29 ædemque. Alij.
30 habenas. Parm.
31 longinquo acturi. Tol. & CH.
32 potum exiguum impertientes. CH.
33 fœmina m. ſ. eadẽ q. f. c. capit. CH.
34 subiungantur. M.
35 accipiunt. Vet.
36 sic & CH. sed in emend. vel iceiten.
37 ad sobolem. Opisce & ad xl. CH. sed neque in M. legitur, reparandam. Monuerunt & ante nos alij ex Arist. opunte hîc legend.
38 equam. Pint. ex Arist.
39 carica minus. Arist.
40 fuluo Solin. legẽdum, furuo:
41 Alij Si quis præreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agit. Ex Aristot.
42 Lego ex eod. in rabiem ingentem equas agit.
43 aduersus. CH.
44 indesque. D.
45 gens est & CH. gens est & Asturica. Equini generis hic sunt quos thieldones vocamus. Minori forma appellatos asturcones gignunt. Pint. ex Tol.
46 Asturica equini generis. Hi sunt, quos M.
47 vocamus Minori forma appellati asturcones gignuntur, quibus D.
48 espere in cursu traditum. CH. & M.

ANNOTATIONES.

a frontis latitudine. Strabo lib. 15.
b Suprà cap 20. lib. 6. Asenij, inquit, trium vrbium incolæ. Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat nomen) ibi sepulto conditum. Strabo loco citato, Bucephaliam ad Hydaspem & in aduersa ripa Nicæam, Paro victo ab eo conditas refert.
c Vide quę notata sunt infrà ad cap 10. lib. 35.
d Varro cap 7 lib. 2. Apud eum legitur peroriga, siue peraurigą, vt olim claudus & cludus: at in vetustis exemplaribus huius auctoris, proriga, & fortassis aliquanto rectius pruriga ab admissurę prurigine. Scal. Prurigam igitur, qui ad pruritum Veneris excitat admissarios. Simile his hunc est historia de Camelo apud Aristotelem περὶ ἀκουσ. ἀκουσμ. Vide Varronem loco citato.
e Hanc historiam sic refert Achanus cap. 14. lib 6. Animal. Antiochi equum præstereo, qui vt dominum suum vlciſceretur, Gallo nomine Centoarati, (τῷ κωτωπάτῃ) qui Antiochum in pugna interfecerat, necem attulit. Solinus verò Polyhist. cap. 47. Cùm præsho, inquit, Antiochus Galatas subegisset, Centaretij nomine ducis, qui in acie ceciderat, equum ouantem insi uit. Isque adeo sprenit lupatos, vt de industria curuatus, ruina & se & equitem pariter afflixerit.
f Contrà Plutarchus lib περὶ φύσεως ψυχῆς μέρους & inuidiam animalibus inesse negat, atque διὰ πανταδὸς τὸ ἐφθόνησεν ὑπ' ἀλόγων ἀνιᾶσθαι. Vide infra de Gallis cap. 21. lib 10. & de pauonibus cap. 20.
g Solitos per latinas ferias illic agitari & exerceri quotannis vide infra cap. 7. lib. 27. Idem de Arione equo pernicissimo traditur illum, in Nemeis deturbato rectore Po'inice, reliquos omnes cursu anteuertiſſe. Alex. ab Alex. cap. 8. 5. Fiebat id in equitum transfectione, de qua Cuiacius cap. 29. 13. obseruat.
h Plutarchus in Publicola.
i Vide Lucium. Faunum cap. 24.
k Sophocles in Electra.

ὥστ' οὐχ ὑφ' ἵππου δυσγενοῦς κἄλλ' ἢ γάμου
ἦ 'ν τῶνδε δοκεῖς δυσφὴς ὃν ἀπόλεσθαι,
ἀλλ' ἐξὸν ὀξὺν ὃν ἐτύμως· ἐκάστου δ' ἐν τῷ
ἤθεσι δ' ὀρθώσεως κέκευσε τὸν πρόσθεν πάρος.

Quæ genuinum equi, quamuis ignobilis, animum ostendunt & in periculis subeundis, & fremitus incundis.
l Theophrastus fragmento de animalium inuidia. Vide infrà cap lib. 28.
m Id fieri in Monte sacro, qui iuxta Oceanum procurrit in occidentem, Columella tradit cap 27. lib 6 pro quo apud Varronẽ cap. 1. lib 2. rei Rust. corruptè legitur in monte Tagro.

De asinis. CAP. XLIII.

ASinum[c] ccc[1] nummũm emptum Q. Axio Senatori, autor est M. Varro, haud scio an omnium pretio animalium victo: opera sine dubio geruli[2] mirifica, arando quoque, sed mularum maximè progeneratione. Patria etiam spectatur in his, Arcadicis in Achaia, in Italia Reatinis. Ipsum animal frigoris maximè impatiens: ideo non generatur in Ponto: nec æquinoctio verno, vt cætera[3] pecua, admittitur, sed solstitio. Mares[4] in remissione operis deteriores.[5] Partus à tricesimo mense ocyssimus, sed à trimatu legitimus: totidem, quot equæ, & eisdem mensibus, & simili modo: Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, ni cogatur in cursum verberibus[7] à coitu. Rarò geminos parit: paritura lucem fugit, & tenebras quærit, ne conspiciatur ab homine. Gignit tota vita, quę est ei ad trigesimũ annum. Partus charitas summa, sed aquarum tędiũ[8] maius. Per ignes ad fœtus tendunt:[9] eædem, si riuus minimus intersit, horrent ita, vt pedes omnino caueãt tingere. Nec nisi assuetos potant fontes, qui sunt in pecuariis, atque ita vt sicco tramite ad potum cant: nec[10] pontes transeunt,[11] per raritatem[12 a] eorum translucentibus fluuiis. Mirúmque dictu, siciunt: & si[13] immutentur aquæ, vt bibant cogendæ[14] exorandæve sunt. Nec nisi[15] spatiosa incubitant laxitate. Varia nanque somno visa concipiunt, ictu pedum crebro: qui nisi per inane[16] emicuerit, repulsu durioris materię clauditatem illico affert. Quæstus ex iis opima præsidia exuperat. Notum est, in Celtiberia singulas[17] quadragenis millibus nummorum[18] enixas. [19] Ad mularum maximè partus, aurium referre in his & palpebrarum pilos aiunt. Quamuis enim vnicolor reliquo corpore, totidem tamen colores, quot ibi fuere, reddit. Pullos earum epulari Mecœnas instituit, multum eo tempore prælatos onagris: post eum interiit authoritas saporis. Asino moriente viso, celerrimè id genus[21] deficit.

1 nummis. M. quadringentis millibus empt. um. Budæus ex Varrone.
2 munifica. M. & CH.
3 pecuaria. pauca. Ver.
4 intermissione. Alij.
5 Coitus r. e. m. o. sã
6 gignunt, totidem. Pint.
6 virus genitale. Vet. vrina genitale. Tol.
7 ac coitu raro. Geminos. CH.
8 magis. Ver.
9 eæ item. Vet.
10 pontos. Tol. forrè, pontones.
11 pro raritate. CH.
12 piancarum. Vet. vide Annot.
13 mutentur. CH.
14 exonerandæve. Vet.
15 spatiosè incubant, alias accurantur. Varia &c. Vec. Budæus sicut legitur, castigauit.
16 emicuit. CH.
17 quadragena millia. M. quadringentena milia numũm enixas. CH.
18 emi Vet.
19 Mularum maximè partu. CH.
20 partum. M.
21 deficit. Longol.

ANNOTATIONES.

a Alij plancarum. Quam vocem Dictionaria scribunt, huius loci testimonio autoratam, & Nonij. Ego malim, sublicarum. φάλαγγες Græcis, inquit Scaliger priscis palangæ & palancæ, vnde plancæ, teretes fustes, quibus subiectis naues ex arto subducuntur. Varr. 4. de vita Pop. Rom. Cùm Pœnus obuiam ueniſſet nostris, & quosdam cœpiſſet, erudeliſſimè pro palangis carinis subiecerat, quo merito debilitaret nostros. Sic Appianus & Plutarchus ferè ſit. τοὺς τῶν ἀξόνων τοὺς στύμπαντος ἀφ' ἑκάστου γίγνεσθαι ἑκατὸν ἐμβόλους. Palare, extenderemne palancas, & plausitum, quam palaustum, quòd asseribus diſtentis fiat.

De mulis. CAP. XLIIII.

EX asino & equa[1] mulus gignitur mense[2] xi i. animal viribus[3] in labores eximium. Ad tales partus equas neque quadrimis minores, neque decennibus maiores legunt: arceríque vtrunque genus ab altero narrant, nisi in infantia eius generis, quod[4] ineant, lacte hausto. Quapropter[5] surreptos pullos in tenebris equarum vberi, asinarúmve equuleos admouent. Gignitur[6] etiam mula ex equo & asina, sed effrænis & tarditatis indomitæ.[7] Lenta omnia esse vetulis. Conceptum ex equo, sequutus asini coitus, abortu perimit: non item[8] ex asino equi. Fœminas à partu optimè septimo die impleri, obseruatum est: mares fatigatos melius implere. Quæ non prius, quàm dentes, quos[a] pullinos appellant,[9] iaciat, conceperit, sterilis intelligitur, & quæ non primo initu generare cœperit.[b] Equo & asina genitos mares,[10] hinulos antiqui vocabant: contráque mulos, quos asini & equæ generarent. Obseruatum, è duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri,

1 mula. Tol. Salm. CH. & M.
2 tertiodecimo. M. & CH.
3 & labore. Ver. in labore. Parm.
4 ineat. CH.
5 surreptos statim pullos Ver.
6 autem. CH.
7 Hanc clausulam Pint expungit.
8 asini equus. CH.
9 iaciat CH.
10 Mœnius alij putẽre legi, hinnos, ita hoc genus appellante & Columella lib 6 cap. 35. nonnẽque hoc à patris, hoc est, equi hinnitu deducente.

fieri,& neutri parentum esse similia:eáque ipsa,quæ sunt ita nata,non gignere, in omni animalium genere: idcirco mulas non parere.Est in annalibus nostris,peperisse sepe,verùm prodigij loco habitum.Theophrastus vulgò parere in Cappadocia tradit: sed esse ad animal ibi sui generis. Mulæ calcitratus inhibetur [c] vini [17] crebriore potu.In pluriũ Græcorum est monumentis,cum equa muli coitu natum,quem vocauerint[12] hinnum, id est, paruum mulum. Generantur ex equa & onagris mansuefactis mulæ veloces in cursu, duritia eximia pedum,verùm [13] strigoso corpore,indomito[14]animo,sed generoso.Onagro & asina [15] genitus omnes antecellit. [d]Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui.Pullis eorum,ceu præstantibus sapore,Africa gloriatur,quos [e] lalisiones appellant. Mulum l x x x,annis vixisse, Athenien sium monumentis apparet. Eo gauisi,cùm [f] templum in arce facerent,quod derelictus [17] senecta, [18] cadétia iumenta comitatu nisúque exhortaretur,decretum fecere,[19]quo caueretur,[g] ne frumentarij negotiatores ab incerniculis eum arcerent,

11 celebriore.M.
12 innum.CH.ninũ. M.lego,nanum,idest, pumilionẽ. Alij ginnum, vt apud Arist. lib.6. cap.24. Hist.& lib.2.de gener. anim. cap.vlt.
13 rugoso.M.
14 animo.Sed generator onagro. CH,
15 Lego, genius admissarius omnes, ex Colum. cap. 35. 6.& Pallad. lib. 4. tit.14.
16 Gauisi namque, cùm Tol.Gauisi,cum. CH.
17 senectus.CH.
18 cedentia.Budæ.9. & Tol. scandentia. Turn. ascendentia i. e.visúque.Parm.
19 quo caueretur,deest in Tol.& Salm.

ANNOTATIONES.

a Sic eos vocat,quibus ætas dignoscitur: vnde ἀγελαίμονες & Λαπιθογήρωνες equi annosi, quorum ætas ex dentibus nequit cognosci.
b Fortassis burdos,buricos,& mannos vetere mode quibus Horatius,*Appiam mannis terit*. Hieronymus in Ecclesiasten: *Dignitate perfluit vias publicas mannis terãt,quos vulgò buricos appellant.* Cuiacius cap.16.11.observat.
c Vide quod adnotatum est infrà ad cap.9.14.
d Varro.cap.6.2.de Re Rust. Xenophon 1.ἀναβάσεως.

De bubus. CAP. XLV.

BVbus Indicis camelorum altitudo traditur,cornua in latitudinem quaternorum pedum.In nostro orbe [a] epiroticis laus maxima,à Pyrri(vt ferunt)iam inde regis cura. Id consecutus est, non ante quadrimatum ad partus [1] vocando.Pregrandes itaque fuere,& hodiéque reliquæ stirpium durant. At nunc anniculæ ad fœcunditatem poscuntur,tolerantius tamen bimæ.[2] Tauri generationem quadrimi implent,& [3] singulis denæ eodem anno traduntur.[4] Si autem post coitum ad dextram partem abeant tauri,generatos mares esse:si in læuâ fœminas. Conceptio vno initu peragitur: quæ si fortè [5] errauit,vigesimo pòst die marem fœmina repetit.Pariunt mense decimo :quicquid ante genitum,inutile est.Sunt autores,[6] ipso complente decimum mensem die parere. *Gignunt* rarò geminos.Coitus à Delphini exortu ad pridie Nonas [7] Ianuarij diebus [8] xxx. aliquibus & autumno:[b] gentibus quidem,quæ lacte viuunt,ita [9] dispensatur, vt omni tempore anni supersit id alimentum.Tauri non sæpius, quàm bis die,ineunt.Boues animalium soli,& retro ambulantes pascuntur:apud Garamantas quidem haud aliter. Vita fœminis x v.annis lõgissima,maribus x x.Robur in quimatu.Lauatione calidæ aquæ traduntur pingue scere,& si quis incisa cute spiritum harundine in viscera adigat.[10] Nõ degeneres [11] existimandi etiam minus laudato aspectu. Plurimum lactis Alpinis. quib. minimum corporis, [12] plurimum laboris,capite,non ceruice, iunctis. Syriacis non sunt palearia,sed [c] gibber in dorso. Carici quoque in parte Asiæ fœdi visu,tubere super armos à ceruicibus eminente,[13] luxatis cornibus,excellentes in opere narrantur:[14] cæterò nigri coloris candidíve,ad laborem damnantur.Tauris minora, quàm bubus,cornua, tenuioráque.Domitura boum in trimatu,posteà sera,antè præmatura.Optimè cum domito iuuencus imbuitur.[d] Socium enim laboris agríque culturæ [15] habemus hoc animal,tantæ apud priores curæ,vt sit inter exempla [e] damnatus [16] à populo Romano,die dicta,qui concubino procaci rure omasum edisse se negante,occiderat bouem, actúsque in exilium,tanquam colono suo interempto. Tauris in aspectu generositas, torua fronte,auribus setosis,cornibus in procinctu dimicationem poscentibus.Sed tota comminatio prioribus in pedibus [17] stat,ira gliscente alternos [18] replicans,spargénsque in altum harenam,& solius animalium eo stimulo ardescens. Vidimus [19] de imperio dimicantes,& [20] ideo demonstratos rotari,cornibus cadentes excipi, iterúmque resurgere, modò iacentes ex humo tolli,bigarúmque etiam [21] cursu citato,velut aurigas,insistere.

1 vocando prægrandes. Itaque ferè & hodie quæ reliqua stirpium durant. CH.
2 Tauri generãt optime quadrimi. Implẽt singuli quindenas eodem anno. Traditur autem si post coitum. Pint. ex Colum. & Pallad.
3 singuli denas eodem anno traduunt.Si autem coitu in CH.
4 Si autem ad d. p. habeant.M.
5 pererrauit. M.Vet. pererrauit xx. post diem.CH.
6 ipsi e.d.m duos pariere:nunc rarò geminos, Vet. parere vnũ, rarò geminos. Pint. ex Arist.
7 Ianuarias.CH.
8 Aliæ, quadraginta.Tol. & Varro rei Rust.lib.2.cap.5.
9 dispensatis. M. dispensantibus. Parm.
10 Noc. Vet.
11 existimari.M.
12 plus.M.
13 laxatis.M.
14 cæteri.M.
15 habemus.Hoc animal. Vet.
16 apud pop.R.M.
17 statim. Vet. stat. Ira g.a. replicat,spargitque.i. a.h. & solius ij.e.l. ardescit.
18 replicans orbes, spar.CH.
19 ex.M.
20 ideo se demũ stratos rotare, cornibus c.e. i.r. mox iacentes ex h. a. bigasque etiã ac currus citatos vel ab aurigis sistere. Alij, dimicare & ideo. Alij, bigarumq; etiã cursui citato vel ab aurigis obsistere. Alij, mox iacentes humo attolli.Alij,iterúque mox resurgere, & iacentes humo attolli. Lego,dimicantes, ideo, se demum stratos rotare : corn. cad. exc. iterumque mox resurgere, & iacentes humo attolli: bigarumque etiam cursui citato vel ab auri gis,obsistere.
21 curru citato. Vet. & CH.

1 Thessalorum gentis inuentum est [22], equo iuxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare: primus id spectaculũ dedit Romæ Cæsar Dictator. Hinc victimæ [23] opimæ & lautissima Deorum placatio. Huic tantùm animali omnium, quibus procerior cauda,non statim nato consummatæ,vt cæteris,mensúræ:crescit vni, donec ad vestigia ima perueniat.[g] Quamobrem victimarum probatio in vitulo, vt articulum suffraginis contingat:breuiore non litant.Hoc quoque notatum, vitulos ad aras humeris hominis allatos non ferè litare,sicut nec [h] claudicate,nec aliena hostia Deos placari, nec trahente se ab aris.Est frequens in prodigiis priscorum,bouem locutum:Quo nuntiato, Senatum [i] sub [24] dio haberi solitum.

22 Leg. equo iuxta cornua quadrupedãte intorta cervice.&c.
23 optima. Parm. & M.optimæ.CH.
24 diu.CH.& ita semper.

ANNOTATIONES.

a Epiroticos boues dici & Larinos & Rhodig. testatur cap.7.6. à Larino pastore,ab Athenæo lib.9.etiam nominato, cui Geryone victo educandos Hercules tradiditalij à patulis naribus,quasi πεφρίνας. Eosdem & Cestrinos vocatos fuisse reperio. Pyrrhicas boues, quas & ἀταύρους nuncupabant, quasi tauris intactas, non à Pyrrhi tantùm regis nomine appellatas volunt, sed vel à colore, vel ab ignea mobilitate : oues etiam Pyrrhicas vt & boues dictas fuisse idem Rhod.scribit.
b Lacte potissimùm aluntur Scythæ, ideoque seruos exercẽt, vt assiduam operã in eo agitando & quatiendo præstent. Herod. in Melpimene, ὑπὸ δὲ ἁμάξῃσι τὰ γάλακτα ἐνάγουσι τῶν ἵππων τὰ ἐξύπνια ἐγγείῃσι κοίλῃσι, τοῖσι περιτροχάσασι κατὰ τὰς ἁμάξας τὸν τυρὸν δρύπτουσι τὰ μέλιτα· τοῦτο δὲ μᾶλλον ἄνθος ἐστὶ γάλακτος· ἐπιχεόμενοι ἐπαμέονται· ὑγιείην δὲ ἄγοντα ἵππον τιμῶσι μάλιστα, τὰ δὲ ὑποπίονα, ἧσσον τὰ τοιαῦτα. τοῦτον μὲν τρόπον ἅπαντας δὴ ἀμφὶ τὰς ἵππους ἐκτησάμεθα. Canterius cap.25.4.
c Tales vaccas in Americæ septentrionali parte qui Hispani. viderunt,eas sua lingua vaccas *cocorbadas* vocant.
d Ideò tantum Athenis lege fuit ne immolaretur,quoniam, vt aiebant, γεωργὸς ὑφιμερὲς τῶν ἐνεστώτων καπέλαιον τυπτάνιον· Rhod. cap. 26 19.Aelianus lib.5 hist. Nec abs re est quod Aristoteles in Oeconomicis ait, βοῦς ἄκρατ ἐοικότας ἀνοήτῳ ἀνδρί. Constantinus certè leg,Executores God.Quæ res pig ob. poss.ob ciuilia debita boues aratorios pignori capi vetuit,ne culturæ abitraherentur. Cuiacius cap.20.lib 4.observat.
e Val.Max.cap.1.lib.8.
f Suetonius in Claud.cap.21.*Preseruẽ Thessalos equites* (sub.exhibuit) *qui feros tauros per spatia Circi agunt,insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt.* In altera parte vetusti denarij Iulij Cæsaris caput impressum est, in altera taurus concitatus ac furens, quo id spectaculi genus indicatur, cum his literis L. L V I. N. R L V S: qui fortassis,iis ludis præfuit. Vrinus. 1 1 1.
g De cura apud veteres,delectúque anxio hostiarum, quas diis offerrent non mancas aut mutilas, sed omni sui parte integras, vide Alex.ab Alex.cap.12 lib.3 & Magium cap.4.lib.4.
h Morbosa,vitiosa,fissis auribus,lingua nigra,cauda,pilo amisso acuminata.Alex.ab Alex.loco citato. Aliena hostia est, quæ Deo non conuenit.Apollini,Marti,Neptuno,taurus cæditur.Nundinis. Ioui arietem Flaminica immolat.Idem.
i Non in rostris aut curia, sed aprico loco, patentique cælo,tamen inaugurato,ne senatusconsulta irrita forent.Idẽ c. 27. lib.5.

De Api boue. CAP XLVI.

BOs in Ægypto etiam numinis vice colitur,Apim vocant. Insigne ei,in dextro latere candicans macula, cornibus Lunæ crescere incipientis, Nodus sub lingua, quem [a] cantharum appellant.Non est fas eum certos vitæ excedere annos, mersúmque in sacerdotum fonte enecant, quæsturi luctu alium, quem substituant:& donec inuenerint, mœrent,derasis etiam capitibus : nec tamẽ [1] vnquam diu quæritur. Inuentus deducitur Memphim à sacerdotibus.[2] Sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos,auguria populorum.Alterum intrasse lætum est, in altero dira portendit.. Responsa priuatis dat, è manu consulentium cibum capiendo.Germanici Cæsaris [3] manum auersatus est, haud multò [4] pòst extincti.Cæterò [5] secretus,[6] cùm se prorupuit in cœtus, incedit [7] summotu lictorum,gréxque puerorum comitatur carmen honori eius canentium : intelligere videtur, & adorari velle. Hi greges repentè lymphati futura [8] præcinunt. Fœmina bos semel ei anno ostenditur,suis & ipsa insignibus,quanquam aliis:sempérque eodem die & inueniri eam,& extingui tradunt.Memphi est locus in Nilo,quẽ à figura vocant [9] Phialam,[b] omnibus annis ibi auream pateram argenteámque mergentes,diebus quos [10] habet natales Apis:septem hi sunt, mirúmque neminem per eos à crocodilis attingi:octauo post horam diei sextam redire belluæ feritatem.

1 vsque.Ver.
2 Sunt, in. CH. non leg.
3 manus.M.
4 postea.CH.
5 secretius.Parm.
6 cùm prorupit.Vet. cum prorumpit.M.
7 submoto stipitũ lictorũ.M. Vet.Turn.
8 procinunt.CH.
9 Phialam.Omnibus. &c.mergunt.Dal.
10 habent.CH.

ANNOTATIONES.

a Cantharum à coloris nigredine, & scarabæi figura.. Auctor est Porphyrius.lib.de carnis abitinentia,Aegyptios scarabeum imprimis venerari,quòd Solis lic animata effigies. Lunæ eosdem Apin consecrasse Solis & Lunæ signa gestantem:Solis quidem,nigrum pium, & sub lingua cantharum : Lunæ verò maculam albam.
b Seneca cap 2.lib.4. Quæst.Natur. de Nilo tractans. Post magnum deinde spatium duo eminent scopuli (Nili venas vocant: incolæ)ex quibus magna vis effundirur,non tamen quantũ operire possit Aegyptum. In hæc ora.stipem facerdotes, & aurea dona Præfecti,cùm solenne venit sacrum,iaciunt..

De natura pecorum,& generatione eorum. CAP. XLVII.

MAgna & pecori gratia, vel in [a] placamentis Deorum, vel in vsu vellerum.. Vt boues victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur.. Generatio bimis vtrinque ad nouenos annos,quibusdam & ad [2] decimum.[3] Primiparis minores fœtus.Coitus omnibus [4] ad Arcturi occasum,id est, [5] à tertio Idus Maias, ad Aquilæ occasum,[6] x.Calendas Aug.Gerunt partum diebus c l.Posteà cõcepti inualidi.Cordos vocabant antiqui post id tempus natos. Multi hybernos agnos præferunt vernis, quoniam magis

1 sumptum. M. Vet. & CH.
2 decem.M.ad.x.CH.
3 Primipares. Vet.& CH.
4 Alij, ab Arcturi occasu. ex Vetust. cod. & Var.lib. & e.a.tum propter id. quod sequitur, Id est à tertio Id.Maias.
5 ad tertium.Tol.
6 in x.CH.

magis interſit ante ſolſtitium, quàm ante brumam firmos eſſe, ſolúmque hoc animal vtiliter bruma [7] naſci. Arieti naturale agnas faſtidire, ſenectam ouium conſectari: & ipſe ſenecta melior, [8] illis quoque vtilior. Ferocia eius cohibetur, cornu iuxta aurem terebrato. Dextro teſte præligato fœminas generat, læuo mares. [9] Tonitrus ſolitariis ouibus abortus inferunt. Remedium eſt congregare eas, vt cœtu iuuentur. Aquilonis flatu mares concipi dicunt, Auſtri fœminas: atque in eo genere arietum maximè ſpectantur ora: quia cuius coloris ſub [10] lingua habuere venas, eius & lanicium eſt in fœtu, variúmque ſi plures fuere: & mutatio aquarum potúſque variat. Ouium ſumma genera duo tectum & colonicum: illud mollius, hoc in paſcuo [11] delicatius, quippe cùm tectũ [b] rubis veſcatur. Operimenta eis ex Arabicis præcipua.

7 naſci putant. Dal.
8 & vtilior. M. & vtilior. Vet. mutilus quoque vtilior. CH.
9 Tonitrua. CH.
10 lingua. CH,
11 elegantius. Vet.

ANNOTATIONES.

a Herodotus in Euterpe narrat Aegyptios, qui Thebas accolunt, & omnino Thebanam præfecturam habitant, non oues, ſed capras Diis immolare: alios verò in præfectura Mendeſia oues ſacrificare, non capras, Maret. in Var. cap. 13. 8.
b Colonicum verò ſolo gramine.

De generibus lanarum, & veſtium. CAP. XLVIII.

LAna autem [a] laudatiſſima Apula, & quæ in Italia [b] Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Mileſiæ oues obtinent. Apulæ breues villo, nec niſi [c] penulis celebres. Circa Tarentum Canuſiúmque ſummam nobilitatem habent. In Aſia verò eodem genere [d] Laodiceæ. Alba circumpadanis nulla præfertur, nec libra centenos nummos ad hoc æui exceſſit vlla. Oues non vbique tondentur: durat quibuſdá in locis [e] vellendi mos. Colorum plura genera: quippe cùm deſint etiam nomina eis, [f] quas natiuas appellant, aliquot modis. Hiſpania nigri velleris præcipuas habet. Pollentia iuxta Alpes cani: Aſia rutili, quas Erythræas vocant: item Bætica: Canuſium fului: Tarentum & ſuæ pulliginis. Succidis omnibus [2] vſus medicatus. Iſtriæ Liburniæque [3] pilo proprior, quàm lanæ, [g] pexis aliena veſtibus, & quam ſola ars [g] ſcutulato textu commendat in Luſitania. [h] Similis circa Piſcenas prouinciæ Narbonenſis: ſimilis & in Ægypto, ex qua veſtis detrita vſu [4] tingitur, rurſúſque æuo durat. Eſt & hirtæ pilo craſſo in tapetis antiquiſſima gratia: iam certè priſcos iis vſos, Homerus autor eſt. Aliter hæc Galli pingunt, aliter Parthorum gentes. Lanæ & per ſe [5] [i] coactæ veſtem faciunt: & ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt: imò verò etiam [6] ignibus nouiſſimo ſui purgamento: quippe ahenis [7] polientium [8] extracta, [9] in tormenti vſum veniunt, Galliarum, vt arbitror, [9] inuento: certè Gallicis hodie nominibus [10] diſcernitur: nec facilè dixerim, qua id ætate cœperit. Antiquis enim torus è ſtramento erat, qualiter etiam nunc in caſtris [11] gauſapæ. Patris mei memoria cœpere [k] amphimalla noſtra, ſicut villoſa etiam [l] ventralia. Nam [m] tunica lati clauiin modum gauſapæ texi nũc primum incipit. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. De reliquarum infectu ſuis locis dicemus, in conchyliis marinis, aut herbarum natura. Lanam [12] cum colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem [n] Caia Cæcilia vocata eſt, in templo [13] Sangi duraſſe, prodẽte ſe, autor eſt M. Varro: factámque ab ea togam regiam [14] vndulatam in æde [15] [o] fortunæ, qua Ser. Tullius fuerat vſus. Inde factum, vt nubentes virgines comitaretur [p] colus compta, & fuſus cum ſtamine. Ea prima texuit [q] rectam tunicam, quales cum [r] toga pura [16] tyroni induuntur, nouæque nuptæ. [17] Vndulata veſtis [s] primo è lautiſſimis fuit: inde [18] [s] foriculata defluxit. Togas raſas [19] [t] Phrygianáſque, Diui Auguſti nouiſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Feneſtella. Crebræ [u] papauceratæ antiquiorem habent originem, iam ſub Lucilio Poeta in Torquato notatæ. [x] Prætextæ apud Hetruſcos originem inuenere. [y] Trabeis vſos accipio reges: [z] pictas veſtes iam apud Homerum fuiſſe, vnde triumphales natæ. [a] Acu facere id Phryges inuenerũt, ideóque phrygiones appellati ſunt. Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis. Colores diuerſos picturæ intexere [β] Babylon maximè celebrauit, & nomen impoſuit. Plurimis verò liciis texere, quæ [γ] polymita appellant, Alexãdria inſtituit: ſcutulis diuidere, Gallia. Metellus Scipio triclinaria Babylonica [20] ſeſtertiũm octingentis millibus veniſſe iã tunc, poſuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi [21] quadragies ſeſtertio nuper [22] ſteterc. Seruij Tullij prætextæ, quibus ſignũ Fortunæ ab eo dicatæ cooper

2 Vetu. cod. medicata vis ſic & CH.
3 lino, M.
4 pingitur. M. & CH. cingitur. Vet. lego, regitur.
5 coactæ. Vet.
6 ignibus. Nouiſſ. ſui purg. quibuſdã alienis parientium vneis tractæ in tormenti veſum veniunt. Alij, Nouiſſimo quinetiã ſui purgamento alienis, &c.
7 coquentium. Vet.
8 extractæ in tormenti. Vet.
9 inducmentis vſu venerunt. M. in tormenti. CH.
9 inuentum. Vet.
10 diſcernũtur. Vet.
11 gauſapinis. Vet. Auorũ memoria cœpere amphimalla, ſicut noſtra villoſa.
Pint. villoſa & etiam M. Vet.
12 in colu. CH.
13 M. Anci. M. Sanctus. CH.
14 vngulatam. M.
15 fortunæ aſſeruatam, qua Seru. Parm.
16 tyrones Alij, & CH.
17 Vngulata veſtis prima lautiſſimis fuit. inde.
18 ſororiculata. M. prima è l. ſi. ſororeculata. CH.
19 Phrexianas, M. & CH.

20 ſeſtertiis. CH. & M.
21 quadringentes ſeſtertio. Budæus lib. 2. de Aſſe.
22 exſtitere. M. & CH. conſtiterc. Dal.

tæ coopertum erat, durauere ad Seianı exitũ. Mirúmque fuit nec defluxiſſe eas, nec teredinum iniurias ſenſiſſe annis [23] d l x. Vidimus iam & [24] viuentiũ vellera, purpura, coccо, cocchylio, [25] [δ] ſeſquilibris infecta, velut illa ſic naſci cogente luxuria. In ipſa oue ſatis [26] generoſitatis oſtenditur breuitate [27] crurum, [28] [ε] ventris veſtitu: quibus nudus eſſet, [ζ] apicas vocabant, [29] damnabántque. Syriæ cubitales ouium caudæ, plurimúmque in ea parte lanicij. Caſtrari agnos, niſi quinquemeſtres, præmaturum [30] exiſtimatur.

23 quingentis. CH.
24 bidentium. Vet.
25 ſeſquipedalibus libris. M. & CH. ſeſquipedalibus labris. Vet. ſeſquipondialibus. Alij.
26 generoſitas his oſtend. M.
27 crurum. Ventris veſtitus quibus nudus eſſet. CH.
28 & ventris. M.
29 damnabantur. M.
30 exiſtimant. M.

ANNOTATIONES.

a Martialis,
Vellera primis Appulia, Parma ſecundis,
Nubilis Altinum tertia laudat ouis.
b Quòd in Magna Græcia alebatur.
c Hoc eſt, veſtibus aduerſus imbres & iniurias cœli contectoris: vulgò *Mantes*, vel *Cappes de Biard*.
d Hieronymus in Iouinianum, *Nunc lineis & ſericis veſtibus, & Attvẽbatum, ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis.*
e Varro de Ling. Late. *Velia vnde eſſent plures accepi cauſſas, inqueis, quòd ibi paſtores palatini ex ouibus, ante toniſuram inuentam, vellere lanam ſint ſoliti, à quo vellera dicuntur.* Idem lib. 2. de re Ruſt. *Quam demptam ac conglobatam alij vellera, alii vellimna appellant: ex quorum vocabula animaduerti licet, priũ lanæ vulſuram, quàm toniſuram inuentã.* Victor. cap. 24. 16.
f Pexæ veſtes, in quibus nec ſtamen, nec ſubtegmen apparet, eminente & operiente villo. Nam quibuſdam licita numerare licet, vt in quarum textis & eramis lana eſt propior. Tales ſunt Iſtrianæ Turn. cap. 14. lib. 5. Aduerſ.
g Scutulas vocat autor, τὰ πλινθία, nimirùm quadra, ſimilia tetiũ maculis, quas Græci vocant τοὺς ἔρῤῥικας. Gallos Diodorus ait Saga geſtare ῥαβδωτὰ καὶ πλινθίας παλυδήσει ἡδὲ κἀκείνοις ἀκμώδεσι διακεκριμένα, ſcutulata, & reticulatim diſtincta, virgata Propertio & Virgilio, Polluci ῥαβδωτοῖς, non, aſſuto purpureo limbo ornata, vt exponit Seruius. Scutale Liuio in funda, quod eſt reticulatum. Polluci βρόχοις, ſiue macula, τὸ σωμάτιον ἢ τῆς ὁπλιτικῆς διάπυμα τετράγωνῳ σωστικὸν ἐκ τετράρων ἡμιπήχεων ἑκατέρωθεν τῶν ὤμων γίγνεσθαι ῥαβδωτὰς. Scutulatus ergò textus, virgatus eſt, maculam inſtar cancellatim & reticulatim diſtinctus. *Lanſagias* Galli vocant, à ſimilitudine foliorum Lauri, quaſi Laurangias. Scaliger. Scutulæ forma quadrata & oblonga. Cenſorinus, κυρῤῥώνιον, quadrangulum imparibus lateribus, & angulis minimè rectis, ſcutulæ ſimile. cap. 24. 11. Araneorum rete ſcutulatum eſt. Turn. cap. 14. 27.
h Talis & in Vaſconibus, è qua penulas conſiciunt, & viatoria pallia quæ hodie, vt diximus, vocant *Cappes de Biard*.
i τὰ πιλώματα, impilia, coactilia: vulgò *foutre*.
k ἀμφιτάπιον Heſychio, Lucilius.
Piſſa, atque amphitapæ molles cum ingentibus villis.
Talia amphimalla hodie ſunt quæ vocamus *couuertes de Cathelongne*.
l Ventrale, γαυλίδιον, φαιόδα. Gloſſæ, Iuriſconſultis zona, crumena, quam & fundum vocauerunt & Profundũ. Cutacius c. 27. 10. obſer. Gauſapa & Gauſapia, tapetes inſignes mollitia villorum, & artificio texturæ quibus menſæ teguntur. Martial.
Nobilius villoſa tegatur tibi gauſapa cirrum.
m Tunica lati claui, nempe cui aureus clauus affigebatur, & laxior, ſenatorij ordinis inſigne fuit, ne patriciis quidem conceſſa, priuſquàm in Senatum admitterentur. Vſus eius quia ſuo cœnulo frequens ac promiſcuus fuit, clauatis veſtibus vti Tacitus Imperator vernit. Alex. ab Alex. cap. 18. 8. Idem ferè Campeſtre apud Turn. cap. 21. 27.
n Cæterùm Caia vſu ſuper omnes celebrata eſt. Fertur enim Caia Cæcilia, Tarquinij Priſci regis vxor, optima lanifica fuiſſe: & ideò in eius memoriam ſempiternam inſtitutum fuit vt nouæ nuptæ ante ianuam mariti interrogatæ quænam vocarentur. Caiam ſe eſſe dicerent. Alex. ab Alex. c 5. 2. Vide Feſtum in Recta, & Regilla.
o Fortunæ paruæ. Idem Forti fortunæ, primigeniæ, Maſculæ, Virili, Proſperæ, regnum aſſecutus templa erexit. Alex. ab Alex. cap. 13. 1. Vide infrà cap. 2. 2. lib. 36.
p Vide quod notatum eſt cap. 2. lib. 19.
q Recto ſilorum ductu textam, ὀρθοστάδην, ἀῤῥάπτως, ὡς τὸν ἀτρακτὸν ὑφαίνειν τοὺς δ' ἔνδον. Recta tunica Iſidoro, quam ſuctum verſus ſtantes texunt: *qu'on faict au meſtier droit.*
r Toga pura candida fuit, quam induebant tyrones, non quidem militiæ ſed forenſis eloquentiæ, cùm apud iudices orabant, & cauſſas agebãt. Vide Rhodig. cap. 16. 14. Alex. ab. Alex. c. 18. 5. Pura veſtis ſacerdotum, non funeſta, aut homine mortuo maculoſa, non obſtita. Scalig. in Feſtum, voce, pura.
s Interpretantur quidam Soriculatas veſtes ex lino & ſparto conſertas & condenſatas, à conſerendo Turneb. vt & manı legit Surioriculatas, ſiue Surioreclatas, quod idem eſt, exponitque ſuris & latioribus regulis virgatas, ac eo toto texendi genere confectas, tanquam ſuroregulatas. Surus ramus, inde fit ſurculus. Quidam à Sura & rica, ſiue ricula deducunt, non à regula.
t Seneca l. 1. De benef. c. 3. de Gratiis, *Inueniam alium poetam apud quem præcingantur, & ſpiris auro Phrygiamis prodeant.* E vetuſto codice ſic Muretus legit. cap. 1. libr. 12. Variar. Turn. ramen Phryxianas, quæ Phryxæi velleris criſpos ac eminentes villos imitantur: vulgo, *de la friſe*.
v Papauceratæ, Iſidoro Pauitenſes: grauiter preſſæ & calcatæ. Contrà Rallæ, quas tamen idem Iſidorus interpretatur raſiles. Pauceratæ, Sophocl. σπαθητὰ ἐσθήτα, quoniam κρεσσόνως, καὶ σπαθῶνται. pauire, ferire, πάσσω. Pauera frumenta Feſto, quorum granum obtritu multo deglubitur, & glumis euaginatur. Scalig.
x Lucilius lib. 1. Satyrar.
Prætextæ ac tunicæ Lydorum opus ſordidum omne.
y Triplex trabea fuit. Prima Diis conſecrata, texta ſola purpura: altera ex purpura immixto albo; regibus & cõſulibus peculiaris: tertia ex purpura & cocco, auguribus permiſſa, dum auguria captant. Alex. ab Alex. cap. 18. 5.
z Palmatas, Tertullian. lib. de Coron. milit. Picta veſtis, quæ nũc toga dicitur, antea purpurea vocitata eſt, eratq; ſine pictura. Eius rei argumentum eſt pictura in ædæ Vertumni, & Conſi, quarum in altera M. Fab. Flaccus, in altera T. Papyrius Cenſor triumphãtes ita picti ſunt. Feſtus. ἀνδικὸς & ἀνδρεῖος Græci vocarunt. Pollux καστινιστοῦ τὸ ἀνδρικὸν. Artemid. 3. ὀνειροκρ. locupleti fœminæ & meretrici permiſſas tradit: huic, vt maiorem corpore faciat quæſtum: illi, luxus cauſſa. Idem Suidas in dictione ἀναξυρίδ. Phylarchus: 5. hiſt. tradit. Syracaſis mulieri non licuiſſe vti picta veſte, aut ó ve caput redimire, niſi publicè proſtans, cuiuis ſui copiam faceret. Strab. 15. refert perſarum duces æſtate veſtẽ geſtare aut purpuream, aut pictam. Iun. Harde cap. 13. 1.
a Aegyptij quoque artem illam exercuerunt eleganter & egregiè Marr.
Q uando eques & picti tunica Nilotide Mauri. Lucanus,
Q uod Nilotis acus compreſſum pectine ſerum
Soluit, & expanſa laxauit ſtamina velo.
β Lucretius de amoris iuſani damno.
Adde, quòd alterius ſub nutu degitur ætas:
Labitur interea res atque Babylonia fiunt:
Languent officia, atque agrotat fama vacillans.
Plutarchus autor eſt, cùm hæreditate obuenisset Catoni βαβυλωνικὰ πρόβατα, ſtatim iuſſiſſe vendi.
γ Filis diuerſi coloris in longum & tranſuerſum ductis, vt fit hodie. Quidã multitia vocant. Meminit Trebellius Pollio in Quieto, cum ait in eius familia tunicas, limbos, penulas matronales, variantibus liciis effigiem Alexandri monſtraniſſe, Pithæus cap. 2.
1 Triliceam loricam tribus liciis ornatã & diſtinctam fuiſſe tradit. Turn cap. 15. 29.
δ Seſquipedalibus libris infecta &c. Nam vinarum ouium cùm lanam & vellus tingere vellent, adhibitis corticibus ſiue libris ſeſquipedalibus medicamento imbutis, qui conſeruarent inhærentem velleribus infecturam, id faciebãt. Turn. Alij ſeſquilibris, id eſt, in ſingulas oues adhibita libra & dimidia infectura. Fortaſſis, ſeſquipedalibus fibris, vt in manuſcript ideſt, lanæ villis. Iſidoro cap. 22. lib. 30. Fibræ, lana captiua, vnde Fibrina veſtis, quæ ex ea tramam habet.
ε Plautus in Trinummo,
Ones ſcabræ ſunt, tam glabræ, hem quàm hæc eſt manus.
ζ τὸ πῶκον, ſeu πώκιον, ὁ πῶκος vellus, vnde ἀπεκὸς ὄϊς, ouis apica, mina Varroni ca 2. 2. κεκάρα. Ariſt. εἰσὶ δὲ διεγειρόμεναι αἱ πλατύτητες τῶν μεσοκάρπων καὶ αἱ κεκάρμεναι τῶν λασίων. Plautus in Truculento,
Ego perperas, minas
Ones in crumena hac in urbem detuli. Salio.

De a *muſmone.* CAP. XLIX.

ESt & in Hiſpania, ſed maximè Corſica, non maximè abſimile pecori, genus [1] [b] muſmunum, caprino villo, quàm pecoris velleri, propius. Quorum è genere & ouibus

1 Muſmonium. M. muſmonum. CH.

natos[2] prisci [c] Vmbros vocarunt. Infirmissimum pecori caput, quamobrem auersum à Sole[3] pasci cogendum. Quâ stultissima animalium lanata. Quà timuere ingredi, vnum cornu[4] raptum sequuntur. Vita longissima anni x. in Æthiopia xiij. Capris eodem loco xj. in reliquo orbe plurimum octoni. Vtrunque genus intra quartum coitum impletur.

e priscumbres vocauerunt. CH.

3 cogi pascêdo. Dal.

4 raptu. CH.

ANNOTATIONES.

a Vide in Lexico Constantini, vocem μέγαινα.

b Alij Musimonum: alij Mutinonium. Olim Musimonas etiam vocarunt asinos, mulos, equos breues. Lucil.

Pretium emit, qui vendit equum & musimonem.

De Musimonibus Strabo: γίνονται δ' ἐνταῦθα ἀγρίοις ὁμοιότατοι κάγκλοι ἀγροὶ ἡμέροις κριοῖς, καλοῦσιν μούσμωνες· ὧν τοὺς δορὰς ὑφαίνουσι. Inde Sardos Mastrucas Cicero vocat in oratione pro Scauro, musimonum pellibus munitos & loricatos. Turn. cap. 9. lib. 20. Aduers. Id animal fortassis est, quod cap 9. lib. 28. Ophion vocati tradit, itéque cap. 15. lib. 30.

c Vmbri, Ibri, Imbri prisc. spurij. Græcis ἴμβρηκες, & ἰμβρικὸν fetarũ catul', Hinc, Ibridæ canes, Lycisææ in veteri glossario, Vmber, ἰμβρικὸς πρόβατον: Iber, ἴμβηρ, Scaliger.

De capris, & generatione earum. CAP. V.

CApræ pariunt & quaternos, sed rarò admodum. Ferunt quinque mensibus, vt oues. Capræ[1] pinguitudine sterilescunt. [2] Trimæ minus vtiliter generant, & in senecta, [3] nec vltra quadriennium. [4] Incipiunt septimo mense, adhuc[5] lactentes. Mutilum in vtroque sexu vtilius. Primus in die coitus non impleti: sequés efficacior, ac deinde. Concipiunt Nouembri mense, vt Martio pariant turgescentibus virgultis, aliquando anniculæ,[6] semper bimæ, in trimatu[7] inutiles. Pariunt octonis[8] annis. Abortus frigori obnoxius. Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi. Solertiam eius animalis Mutianus visam sibi prodidit in ponte prætenui, duabus obuiis è diuerso: cùm circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca, torrente rapido minaciter subterfluente, alteram decubuisse, atque ita alteram[9] proculcatæ supergressam. Mares [10] quàm maximè simos, longis [11] auriculis [12] infractis, armis quàm [13] villosissimis probant. Fœminarum generositatis insigne, [a] laciniæ [14] corporibus à ceruice binæ dependentes. Non omnibus cornua: sed quibus sunt, in his & indicia annorum per [15] incrementa nodorum. Mutilis lactis maior vbertas. Auribus eas spirare, non naribus, nec vnquam febri carere, [b] Archelaus autor est: ideo fortassis anima his, quàm ouibus, ardentior, calidioréque concubitus. Tradunt & noctu non minus cernere, quàm interdiu: [16] ideo si caprinum iecur vescantur, restitui vespertinam aciem his, quos Nyctalopas vocant. In Cilicia, circáque [17] Syrtes villo tonsili vestiuntur. Capras in occasum [18] decliui Sole, in pascuis negant contueri inter sese, sed auersas iacere: reliquis autem horis aduersas, & inter [19] cognationes. Dependet omnium mento villus, quem [c] aruncum vocant: hoc si quis apprehensam ex grege vnam trahat, cæteræ stupentes spectant. Id etiam euenire, cùm quandam herbam aliqua ex eis momorderit. Morsus earum arbori [20] exitialis. [d] Oliuam lambendo quoque sterilem faciunt, eáque ex causa [e] Minervæ [21] non immolantur.

2 pinguedine. M.

3 ante trimos. Pint. ex Tol. vt de hircis intelligatur. nam de capris, infrà. Sic & CH.

3 nec, in Tol. & Salm. deest, ac rectè. nam authore Colum. cap. 6. 7. ante sexennium senescunt.

4 Coire incipiũt. D.

5 lactantes id est, lac præbentes, nutrientes. D. & CH.

6 sæpe. Vet.

7 viles legend. vel haud inutiles. Pint. ex Col. & Pal.

8 annis, ad abortus frigore obnoxiæ. Oculos suffusos sanguine capra iunci puncto (alij, iunco punctos) exonerat.

9 proculcando. Dal.

10 quàm maximè simos auribus infractisque CH.

11 auribus. Tol.

12 infractisque. Vet.

13 villosissimos. Vet.

14 pro palearibus. Alij, pectoribus.

15 incrementa. CH.

16 & ideo. M. ideo ea primum iecur vescentibus. Tol.

17 Syrias. Vet.

18 deciini. CH.

19 cognitiores. Vet. Lugo, coniunctiores.

20 est exitialis. CH.

21 non, in Vet. deest. & M.

ANNOTATIONES.

a Festus vocat Noncolas, vel, vt quidam legunt, Næuolas. Varro cap. 3. 2. mamillas pensiles.

b Ab Alcmæone id proditum, non Archelao, scribit Aristot. sed ὃν ἀκούσαι δεῖ πάντας ἐφ' ἑκάστου. Vide Rhodig. cap. 29. 3. Victor. cap. 9. 36. Varronem c. 3. 2. de re rust. Oppianus capras syluestres scripsit non quidem auribus spirare, vt Alcmæon apud Arist. sed fistula, quæ à palato pertinet ad interstitium cornuum,

Ἀνηγόρεως δ' οὐ τὸν ἐφ' ἡμῖν ἀνθρώπων ἀνὰ τὸν ὑπερῷον
Ἀκταίωνας πτόνας, κεχρώσμενον μέσσῳ ὑφ' ὑπερίᾳ.

Spirare vtraque parte putat Aelianus cap. 53. 1. de Animal.

c Græci ἰδρυγγιῶν. Inde apud Plutarchum de herba Eryngio malè hoc ipsum scriptum, quod hic Plinius ex Arist. tradit. Locus est in lib. De iis, qui serò à numine puniuntur. Vide in Lexico Constanti ἰδρυγγιῶν.

d Huc refer illa ex cap. 24. lib 17. Oleam quidem etiamsi lambat capra, sterilescere auctor est Varro, vt diximus.

e Vide & quæ suprà ad cap. 47 huius libri adnotauimus.

De suibus & natura earum. CAP. LI.

SVilli pecoris admissura à Fauonio ad æquinoctium[1] vernum, ætatis viij. mense: quibusdam in locis etiam iiij. vsque ad[2] vij. annum. [b] Partus bis anno: tempus vtero iiij. mensium: numerus[3] fœcunditatis ad vicenos: sed educare tam multos nequeunt. Diebus x. circa brumam statim[4] dentatos nasci, Nigidius tradit. Implentur vno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium, ne prima subatione, neque antè flaccidas aures coitus fiat. Mares non vltra trimatum generant. Fœminæ senectute fessæ, cubantes coeunt. Comesse fœtus his, non est prodigium. Suis fœtus sacrificio [5] die quinto purus est, pecoris die [6] octauo, bouis xxx. Coruncanus ruminales hostias, donec

1 vernum. Aetas. M. & CH.

2 octauum. M. & CH.

3 fœcunditati. CH.

4 dentes, Vet.

5 Quidam ex Varronis lib 2. cap. 4. legũt, die decimo.

6 vij. CH. sexto. M.

donec bidentes[7] fierent, puras negauit. Suem oculo amisso putant citò[8] extingui: alioqui vita ad xv. annos, quibusdam & vicenos. Verùm efferátur, & aliàs obnoxium genus morbis, [d] anginæ maximè, & strumæ. [9] Index suis inualidæ, cruor in radice setæ dorso euulsæ, caput obliquum in incessu. Penuriam lactis præpingues sentiunt, & primo fœtu minus sunt[10] numerosæ. In luto [e] volutatio generi grata. Intorta cauda: id etiam notatum, facilius[11] litare, in dexterum, quàm in læuum, [12] detorta. Pinguescunt lx. diebus, sed magis tridui inedia[13] saginatione orsa. Animalium hoc maximè brutum, [f] animámque ei pro sale datum non illepidè[14] existimabatur. Compertum[15] agnitam vocem suarij furto abactis, mersóque nauigio inclinatione lateris vnius remeasse. [16] Quin & duces in vrbe forum nundinarium domósque petere discunt: & feri sapiunt vestigia palude cõfundere, vrinæ fugam leuare. [g] Castrantur fœminæ quoque[17] sicuti cameli, post bidui inediam, suspensæ pernis[18] primoribus, vulua recisa: celerius ita [h] pinguescunt. Adhibetur & ars iecori fœminarum, sicut anserum, inuentum M. Apicij, fico[19] carica saginatis, [20] ac satie necatis [21] repentè mulsi potu dato. Neque alio ex animali numerosior materia ganeæ: quinquaginta propè sapores, cùm cæteris singuli. Hinc Censoriarum legum paginæ, interdictáque cœnis[1] abdomina, glandia, testiculi, vuluæ, sincipita verrina, vt tamen [k] Publij Mimorum Poetæ cœna, postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo impositio. Placuere autem & [22] feri sues. Iam Catonis Censoris orationes[1] aprugnum exprobrant callum. In tres[23] tamen partes diuiso, media ponebatur lumbus aprugnus appellata. [m] Solidum aprum Romanorũ primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli, qui Ciceronis Consulatu legem agrariam promulgauit. Tam propinqua origo nunc quotidianæ rei est. Et hoc Annales notarunt, horum scilicet ad emendationem morum: quibus notata quidem[24] cœna, sed [25] in principio, bini terníque pariter mandantur apri.

7 furem. Vet.

8 extingui. Aliquibus M.

9 Inde sues. M.

10 mammosæ. Vet.

11 iacere. Ver. latere. CH.

12 detortam. Vet. detorto. M.

13 ante siginationẽ. Vet.

14 existimatur. Vet.

15 agnita voce ff. abactos nauisso nauigio. Vet & M.

16 Quin & in vrbe f. n. redire eósque domos petere. Pint. & Tol.

17 sic quoque vti &. M. sic quoq; vti eam. CH.

18 Alij ex Arist. lib. 9. cap. vlt. legere malunt, posteriotibus.

19 arida. M. & CH.

20 ac siti. Dal. à faciẽdæ necatis repentè, mulsi. Vet.

21 repente. Tol.

22 feri vesicæ. In Catonis Censoriis. Pint. ex Tol. & feri vesicæ. Caronis. M. Vet.

23 tantum partes diuiso apro media ponebant, lumbos aprugnos appellata. Vet.

24 ea cœna. Vet.

25 principio. Hunc h. t. p. mandiitur. mãdebantur. M. mãdiuntur. CH.

ANNOTATIONES.

a De hoc animali, & multis eius nomenclaturis, vide Rhodig. cap. 16. 25. Sues olim χοιροὶ vocarunt, à grandinosa ferè carne: ὗν φωνὴ: ὑός, quòd ante reliquas pecudes immolati sint: μυσπρωκὸς, quòd in Cereris mysteriis sacrificarentur, sicut & in nuptiis. σῦβη vox est subulci sues inclamantis, quarum vox est σοῖσοι. Hippocratis filios, ob morum turpitudinem, & sordidã illuuiem, Comici veteres ὑσὶν vocauerunt.

b Plutarch. in causs. Natur. sues domesticas sæpius ait parere & incerto tempore, feras autem semel dũtaxat, ætatis initio, qua de re versus apud Græcos iactabatur,

μιᾶσιν ὠδῖσι ὗες ἡμῖν τίκτουσι σύες.

c Id est, pendulas & demissas: id quod accidit porcis natu iam grandioribus. Nam iunioribus subriguntur & erectæ manent.

d Plaut. in Trin.

Sues moriuntur angina hic acerrima.

e Id nimirum est, quod Heraclitus Ephesius scribit, sues cœno lauari, vt cortales aues puluere & cinere. Aristophani χαλίσθαι & κυλίσθαι sues.

f Varro cap. 4. lib. 2. Suibus tamen Iudæi & Ægyptij abstinent, quòd animal id sit anthropophagon: quòd humo rostris effossa data obruar, ne ab auibus deuorentur: quòd graues morbos eius suillæ gignat: quòd Lunæ soliq; inuisos esse credat Ægyptus: quòd obscœnissimus sit illorum victus. Had. Iun. cap. 16. 6.

g Vide quod adnotatum est ad cap. 32. lib. 18.

h Et caro suauior est. Galenus lib. 1. de semine.

i Vide infrà cap. 37. lib. 11.

k Syri, qui Laberium vicit eo genere poëmatis.

l Sumen aprugnum: quod cum sua vulua conuiuis Heliogabalum appositisse Lampridius testatur.

m Iuuenalis Satyr. 1.

—quanta est gula, quæ sibi totas
Posit apros, animal propter conuiuia natum?

De viuarijs bestiarum. CAP. LII.

VIuaria[1] horum cæterorúmque syluestrium, primus togati generis inuenit Fuluius [2] Lippinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. Nec diu imitatores defuere L. Lucullus, & Q. Hortẽsius. Sues feræ semel anno gignunt. Maribus in coitu plurima asperitas. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum[3] costas, lutóque se[4] tergorant es. Fœminæ in partu asperiores, & ferè similiter in omni genere bestiarum. Apris maribus, non nisi anniculis generatio. In India cubitales dentium flexus gemini[5] ex rostro, totidem à fronte ceu vituli cornua, exeunt. Pilus æreo[6] similis agrestibus, cæteris niger. At in Arabia suillum genus non viuit.

1 eorum. CH.

2 Hirpinus. Parm. Lupinus. CH.

3 sicas.

4 stercorãtes. M. Tol. Salm.

5 à. CH.

6 similis. Agrestibus cæteris. Dal.

De semiferis animalibus. CAP. LIII.

IN nullo genere æquè facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui[1a] hybridas vocabant, ceu semiferos, ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Non in suibus[2] tantùm, sed in omnibus quoque [3] animalibus, cuiuscunque generis vllum est placidum, eiusdem inuenitur & ferũ, vtpote cùm hominum etiam syluestrium tot genera prædicta sint. Capræ tamẽ in plurimas

1 hybridas sues vocabãt semiferos. Ver.

2 autem tantum. M. & CH.

3 animalium. Ver.

similitudines transfigurantur. Sunt capreæ,[4] sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite vastis cornibus,[b] gladiorúmque vaginis: in[5] hæc se librant, vt tormento aliquo[6] rotati in petras, potissimum è mõte aliquo in alium[7] transilire[8] quærentes, atque recussu[9] pernicius, quò libuerit, exultant. Sunt & oryges, soli quibusdam dicti contrario pilo vestiri, & ad caput versõ. Sunt & damæ, & pygargi, & strepsicerotes, multáque alia haud dissimilia. Sed illa Alpes, hæc transmarini[10] situs mittunt.

4 sunt ibices, sunt rupicapræ pernicitatis.
5 in his. Long. Vet.
6 rotati, in petris potissimum. Vet.
7 transitum quærentes æquè recursi pernicei quo libuit. Pint. ex Tol. & coniectura. Legitur & CH. recursu, & libuit.
8 cupientes. Vet.
9 pernici. Vet.
10 fluctus. Vet.

ANNOTATIONES.

a Vide quod adnot. in superius caput proximum 49. ad vocem, Vmbros.

b Nam ex his cornibus gladiorum vaginæ fiebant. Alij exponunt, gladiorum vaginis similibus.

De simijs. CAP. LIIII.

SImiarum quoque genera[a] hominis figuræ proxima,[b] caudis inter se distinguuntur. Mira solertia, visco inungi, laqueísque calceari[c] imitatione venantium tradũt: Mutianus & latrunculis[1] lusisse fictis cera, nuces visu distinguere: Luna caua tristes esse, quibus in eo genere cauda sit,[2] nouam exultatione adorare: nam defectum siderum & cæteræ pauent quadrupedes. Simiarum generi præcipua erga fœtum[3] affectio. Gestant catulos, quos mansuefactæ intra domos peperere, omnibus demonstrant,[4] tractaríque gaudent,[5] similes gratulationem[6] intelligentis. Itaque magna ex parte[7] complectendo[d] necant. Efferatior cynocephalis[8] natura, sicut mitissima[e] Satyris,[9] & Sphingibus. Callitriches toto penè aspectu differunt: barba est in facie, cauda latè susa[10] primori parte. Hoc animal negatur[11] viuere in alio quàm in Æthiopiæ, quo gignitur, cælo.

1 lusisse: fictas cera nuces CH. & M.
2 notã exultationem obortri. Pint. noua exultationem adoriri. Salm. & M. nouam exultantes adorare. Vet. noua exultationem adoriri. CH.
3 affectatio. M.
4 gaudent tractatu gratulationem intelligentes. Vet.
5 gratulationem intelligentibus similis. CH.
6 intelligentibus. M. intelligentibus. Simiolas itaque. Pint ex Tol. & Salm.
7 conflictendo. M.
8 natura, sicut Satyris Callitriches. M. & CH.
9 & Sphingibus, in Vet. d.
10 priori. Vet.
11 Esse nisi in Aethiopiæ. M.

ANNOTATIONES.

a Habes infrà huius argumenti integrum caput 44. lib. 11. Nam simiarum, inquit, genera perfectam hominis imitationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, &c. Vide locum.

b Simias curtas & cauda carentes Græci πίθηκας nominant, caudatas verò σφινκτίθηκας. Harum genera sunt κῦβοι Aristoteli, δρὰν ἐχούσας, vt & callitriches. Festiuè Iuuenal. Satyr. 10. de rugoso sene

-- deformem pro cute pellem,
Pendentesque genas, & tales aspice rugas,
Quales vmbriferos vbi pandit Tabraca saltus
Iu vetula scalpit iam mater Simia bucca.

Festus. *Cercolopin* (alij *Cercalopex*) *genus simiæ, quæ vltimam partem caudæ villosam habet.* Idem, Clunas simias a clunibus tritis dictas existimat. Vide ad ead. Scaligerum. De simiis multa Solinus Polyti. c. 40. qui eadem quæ hic ferè tradit: Arist. c. 8. lib. 2. Hist. anim.

c Strabo lib. 15. Hac ratione celebrem oratorem Tarianum Simiã vocauerunt, quòd imitando quiduis repræsentaret. Rhod. cap. 10. 3.

d Oppianus 3. Cynegeticon scribit, Simias ex duobus, quos pariunt, alterum amare, alterum odisse, & hũc statim necare arctiore complexu.

e Quales fuerint Satyri & Sileni, Bacchi, & cur ita dicti, vide Rhodig. cap. 25. 19.

De leporibus, & cuniculis. CAP. LV.

ET leporum plura sunt genera: In Alpibus candidi, quibus hybernis mensibus pro cibatu niuem credunt esse: certè liquescente ea rutilescunt annis omnibus: & est alioqui animal intolerandi rigoris alumnum.[a] Leporũ generis sunt[b] & quos Hispania cuniculos appellat fœcunditatis[1] innumeræ, famémque Balearibus insulis, populatis messibus afferentes. Fœtus ventre exectos vel vberibus ablatos non repurgatis interaneis, gratissimo in cibatu habent: laurices vocant. Certum est, Balearicos aduersus prouentũ eorum auxilium militare à Diuo Augusto petisse. Magna propter venatum eum viuerris gratia est. Iniiciunt eas in specus, qui sunt multifores in terra, vnde & nomen animali: atque ita eiectos supernè capiunt. Archelaus autor est,[c] quot sint corporis cauernæ ad excrementa lepori, totidem annos esse ætatis. Varius certè numerus reperitur. Idé vtráque vim singulis inesse, ac sine mare æquè gignere. Benigna circa hoc natura, innocua & esculenta animalia fœcunda generauit. Lepus omnium prædæ nascens, solus[c] præter dasypodem[f] superfœtat, aliud[2] educans, aliud in vtero[3] pilis vestitum, aliud implume, aliud[4] inchoatum gerens pariter. Necnon & vestes leporino pilo facere, tentatum est, tactu non perinde molli, vt in cute, propter breuitatem[5] pilis dilabidas.

1 innumeratæ. M.

2 deducens. M.
3 pilis iam vest. M.
4 inchoato gerens partu. Vet.
5 pilo labili. Vet. pili dilabi. Parm. dilabi Iasii. Tol. restituit Pint. pili delebilis visu.

ANNOTATIONES.

a λαγῶας Græci vocant à pauore. Nam, vt inquit Pollux, *δεειλία ὑπερβάλλει τὸ ζῶον ἐκεῖνο φόβου γιγνόμενον, ἢ ἀναπηδᾷ μόνον.* Quamobrem ei lustra fiunt *θάμνοι συωφελεῖς, ἢ ἐρεικοφυεῖς*, densa vmbrosáque dumeta. Dicitur & λαγὼς ab auium magnitudine, *ἀπὸ τοῦ λὰξ ἢ πῶν ὕψος*, vel, vt aliqui volunt, *ἀπὸ τοῦ λάειν*, id est, *βλέπειν*, quòd dormiat oculis apertis. *Ἐν πᾶσι τοῖς λαγῴοις* Græci aiunt, lautissimas delitias significantes. Huius animalis colorem *ἐρίφεον* dicit, qualis est oliuæ nondum maturitate nigrescentis. Varroni leporum genera sunt, Italicum, Gallicum, Hispanum: Xenophonti montanum, campestre, palustre: Polluci Elymon describitur vulpis magnitudine. Chelidonios memorat Athenæus: Moschias quidam citant, tanta vi spiritus, vt in furorem canes agant. Rhodig. c. 29. & 30. lib. 26. Vide quod notauimus ad cap. 19. lib. 28.

b *Δασύποδες*, Arist. quoniam, vt ait Pollux, *Λακεδαιμόνιοι τὸν τρίχωνα οὐ μόνον τὰ πρωτῦ, ἀλλὰ καὶ τὰ ὕπτια τῶν ποδῶν*, quod Lagopodi aui commune est, sed nulli pregreeà quadrupedi, vt inquit Arist. Quidam vocarunt *λαγίδας*: quidam, auctore Strabone, quo loco de Balearibus tractat, etiam *λιμνίδας*. Idem cùm de Viuerris agit, *γαλεὰς ἀγρίας*,

ἀγρίας, inquit, *ἃς ἐνιοὶ δύφρας, φόρφυρας ἐπίκλην καλοῦσι, δὲς φιλόκαλός τις παρέλαβε ἐκ τῶν Ἰνδῶν.* Victor. cap. 20. lib. 31.

c Si quot annorum sint, quis scire velit, inspicere oportere foramina naturæ, quòd sine dubio alius alio plura habeat. Varro c. 13. lib. 3.

d Herodotus lib. 3.

e Hæc non leguntur apud Herodotum.

f *Καμηλοπαρδάλεις.* Equas & mulieres quoque superfœtare, pro indubitato habetur.

De semiferis. CAP. LVI.

HI mansuescunt rarò, cum feri dici iure non possint. Cõplura nanque sunt nec[2] placida nec fera, sed mediæ inter vtrunque naturæ, vt in volucribus, hirundines,[3] apes, in mari delphini.

1 Damæ. manſM. Parm. Vet.
2 Placida. M.
3 apes in campo, in Mari. M.

De muribus & gliribus. CAP. LVII.

QVo in genere multi & hos incolas domuum posuere mures, haud spernendum in ostentis etiam publicis animal.[a] Arrosis Lauinij clypeis argenteis, Marsicum portendere bellum: Carboni Imperatori apud Clusium[b] fasciis, quibus in calceatu vtebatur, exitium. Plura eorum genera in Cyrenaica regione, alij lata fronte, alij acuta, alij herinaceorum genere pungentibus pilis.[c] Theophrastus autor est, in Gyaro insula cùm incolas[1] fugassent, ferrum quoque[2] rosisse eos, id quod natura quadam & ad Chalybas facere in ferrariis officinis. Aurariis quidem in metallis, ob hoc aluos eorũ excidi, sempérque[3] furtum id deprehendi: tantam esse dulcedinem furandi.[d] Væniſſe murem cc. nummis, Casilinum obsidente Annibale: eúmque qui vẽdiderat fame interisse, emptorem vixisse, Annales tradunt. Cùm candidi prouenere, lætum faciunt ostentum. Nam[e] soricum occentu[t] dirimi auspicia, Annales refertos habemus.[4] Sorices & ipsos hyeme condi, autor est Nigidius, sicut glires: quos[5] Censoriæ[5] leges, princépsque M. Scaurus in consulatu, non alio modo cœnis ademere, quàm conchylia, aut ex alio orbe conuectas aues. Semiferum & ipsum animal, cui viuaria in doliis idem qui apris, instituit.[6] Qua in re notatum, non congregari, nisi populares eiusdem syluæ: & si misceantur alienigenæ, amne vel monte discreti, interire dimicádo. Genitores suos fessos senecta, alunt insigni pietate.[7] Senium finitur hyberna quiete. Conditi enim & hi cubant: rursus æstate[8] iuuenescunt,[9] simili & [10 h] nitelis quiete.

1 fugauerunt. M. fugauerint. CH.
2 rosisse. Constat id, quodque iacturam quidam & ad Chal. fecere. Vet. Constat id quod iacturam &c. Parm. Lego. rosisse. Constat id natura quadam & apud Chalybas facere.
3 furtum id. Tol. Salm. infarcum id. Pint.
4 Mures. M.
5 legis princeps. M. Vet. legis principes. Q. Scaurus & M. in consulatu. Parm.
6 Quo in genere not. Vet.
7 Somnus. Pint.
8 viuescunt. Pint.
9 Similis & nitelis quies.
10 mustellis. Parm. nitedulis.

ANNOTATIONES.

30 a Plautus in Persa,

Pater, auos, proauos, abauos, tritauos,
Quasi mures, edere semper alienum cibum.

b Vel crurales, vel pedules intelligit: de quibus Vlpianus l. Argumento. ff. de auro & arg. legat. Crurales, lineæ laneæve longæ quædam vittæ fuerunt, quibus rotũdo ac simplici volumine complicatis, interdum & alternatim intexris, crura tegebant ac vestiebant, vel quibus tibialia laxiora comprimebant ne dilaberentur: Pedules verò, habenæ, lora, vincula, ansæ quibus, vt inquit Gellius, cap. 20. 13 crepidas, siue soleas olim adstringebant. Vincula eum calceatum Ouid. vocat 2. Fastor. de Hercule,

Pregerat armillas non illa ad brachia factas
Scindebant magni vincula parua pedes.

Magius cap. 3. 3.

c Fragmento *περὶ τῶν ἀβρώτων φασιανιδῶν ῥόδων.* Arist. *περὶ ἀνυμεναίων ἀκανεμίστων.* Stephanus lib. de vrbibus.

d Valerius cap. 6. lib. 7. ducentis denariis. Strabo lib. 5. *μέδιμνον* nõ murem venisse *διακοσίων δραχμῶν.* Nummi enim sestertij intelligitur. Pollux li. 9. Onomast. *Διώκασθαι φασὶ τὸ ὄνομα ὅτε ἡμιεβόλιον*, non, vt le gitur, *ἡμέλια*, id est, quantum sestertium. Mitalerius.

40 e Audito soricis accentu Fabius Max. dictatura, Caius Flaminius magisterio equitum se abdicarunt. Valer. Max. lib. 1. Mures in fundamentis vrbis, quæ ad Strymonem ædificabatur, pugnantes reperti, ciues ostenderunt feroces ac bellicosos fore. Alex. ab Alex. cap. 13. & 19. lib. 5. Irrita fiebant & auspicia aquæ intercessu. Quamobrem captato augurio, si ad aquam venum foret, de illa hauriebatur, preces recitabantur, votum suscipiebatur. Lepidè Plautus in Truculento, *--sedtamen*

Cogitato, mus pusillus quàm sapiens sit bestia,
Aetatem qui nisi cubili nunquam committit suam:
Quia si vnum obsideatur, aliud perfugium erit.

f Auspicia vitiantur non solùm morbo comitiali, aut murium voce, vt ait Ausonius:

Quadrupes auspicijs quis iungitur oscinibusque mus: sed, quod ridiculum est, ventris crepitu. Cato, *Domi cùm auspicamus, honorem Deum immortalium velim habuisse. Serui, ancillæ, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem seruo aut ancillæ euenit, quod comitia prohibere solet, ne is quidem mihi vitium facit.* Græcis tamen auspicatum id, vt & sternutamẽtum fuit. Apud Græcum Poetam cùm Apollo boues profugos quæreret anxius,

Ὀ ἰωνὸν πρόπολον ἀεφόμενον & μαλὰ χορεῖ
Τὴν μαντικὴν ἐχέβευε, δι' ἐδέσθαλον ἀγγελιώτην
Ἐ ανυμένου δὲ μαντ' αὐτὸν ἀπέπτατο. Quare fretus illo bonò omine mox ait,

Ἐ υχόμενος δὴ ἔπειτα βοῶν ἐφθιμον ἀέθλων
Τοῦσδε ἐυρήσω. Scalig. in Ausonium. Vide quod notatum est infrà in cap. 6. lib. 28.

g Sumptuariæ, quas Marcellinus lib. 16. ex Rhetris & Axonibus Lycurgi Romam translatus fuisse tradit. Magius cap. 8. 1.

h Nitedulæ, parui mures (subterranei puto) à nitore pilorum & cutis dicti: vulgò *Rate courte*, Northmanis, *Mulots*, quasi *Nilots*. Cicero pro Sestio. *Quum id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere.*

Quæ animalia quibus locis non sint. CAP. LVIII.

MIrum, rerum naturam nõ solùm alia aliis dedisse terris animalia, sed in eodẽ quoque situ quædam aliquibus locis negasse. In Mæsia sylua Italiæ, non nisi in parte reperiuntur hi glires[2] In Lycia dorcades non transeunt montes Syris vicinos: onagri montem qui[a] Cappadociam à Cilicia diuidit. In Hellesponto in alienos fines non

1 Sic mirum. M.
2 *legendum*, In Cilicia. Ea enim regio Syriæ vicina est, Amano monte ab ea dirempta. Lycia autem totius Asiæ diametro à Syria distat.

commeant cerui: & circa Arginuſſam [2] Elatum montem non excedunt, auribus etiam in monte fiſſis. In [3] Poroſelene inſula viam muſtelæ non tranſeunt: [4] in [b] Bœotiæ Lebadia illatæ ſolum ipſum fugiunt, quæ iuxtà in Orchomeno tota arua ſubruũt, talpæ, quarum è pellibus cubicularia vidimus ſtragula. Adeò ne religio quidem à portentis ſummouet delicias. In Ithaca lepores illati moriuntur, [5] extremis quidẽ in litoribus: [6] in Ebuſo cuniculi non ſunt, ſcatent in Hiſpania Balearibúſque. [c] Cyrenis mutæ fuere ranæ, illatis è continente vocalibus durat genus earum. Mutæ ſunt etiam [7] nunc in Seripho inſula. Eædem aliò tranſlatè canunt: quod accidere & in lacu Theſſaliæ [9] Sicendo tradunt. In Italia muribus araneis venenatus eſt morſus: coſdem vlterior [10] Apennino regio non habet. Iidem vbicunque ſint, orbitam ſi tranſiere, moriuntur. In Olympo Macedoniæ 10
mõte non ſunt lupi, nec in [d] Creta inſula. Ibi quidem [11] non vulpes, vrſíve, atque omnino nullum [e] maleficum animal, præter phalangium: aranei id genus, [12] de quo dicemus ſuo loco. Mirabilius, in eadem inſula ceruos, præterquàm in Cydoniatarum regione, non eſſe: item apros, & [13] attagenas, herinaceos: in Africa autem nec apros, nec ceruos, nec capreas, nec [f] vrſos.

2 Elaphium. Long. ex Strab. & Ptol. ſic & Parm.
3 Poroſelene. Vet. Poroſelene inſula vicinium. Parm. portu Selene inſulam vicinam. M.
4 in Bœotia Lebadiæ M.
5 externis. Vet. prauè.
6 In Ebuſo in litoribus cuniculi ſcatent, iuxta Hiſpaniam, Balearesq;. Cyren. Par. In Eb. cuniculi ſcatẽt iuxta Hiſ. Balearibúſque.
7 nunc cicadæ in Parm.
8 allatæ. M.
9 Sicandro. CH.
10 Appennina. M.
11 nec. CH.
12 de quo, in CH. d.
13 τὰ attagenas Pint. expungit.

ANNOTATIONES.

a Lycaoniam Cappadociæ partem, in qua ſunt Onagrorum multi greges auctore Varrone cap. 6. lib. 2.
b Ariſt. περὶ θαυμ. ἀκουσ.
c Idem ibid. vide & infrà cap. 51. lib. 11.
d Nec in Britannia.
e Addit Solinus, nec vlla ſerpens. quamuis incolæ ſpectati viri, in ea ſerpentes gigni narrent, ſed morſu innoxio: quidam, etiam pernitioſos. Brod. cap. 11. 3.
f Suprà cap. 36. huius libri, ſub finem, Domitius Ænobarbus Ædilis Cutulis vrſos Numidicos cẽtum, & totidẽ venatores Æthiopas in Circo dedit. Iuuenalis, Satyra 4.
Profuit ergo nihil miſero quod cominus vrſos
Figebat Numidas Albana nuda arena
Venator. Martial.
Et ſpeno Libyci domantur vrſi. Virgil.
Horridus in iaculis, & pelle Libiſtidis vrſæ.
Solinus forma Numidicos vrſos cæteris præſtare tradit. Fortaſſis legendum, Vros.

Quæ aduenis noceant. CAP. LIX.

IAm quædam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt: ſicut ſerpentes [1] parui in Tirynthe, quos terra naſci proditur. Item in Syria angues, circa Euphratis maximè ripas, dormientes Syros non attingunt: aut etiam ſi calcati momordere, non ſentiuntur maleficia: [2] aliis cuiuſcunque gentis infeſti, auidè & cum cruciatu exanimantes: quamobrem & Syri non necant eos. Contrà in [3] Latmo Cariæ monte Ariſtoteles tradit à ſcorpionibus hoſpites non lædi, indigenas interimi. Sed reliquorum quoque animalium, [4] & præter terreſtria, indicemus genera.

1 parcunt in Myrinthe.
2 alios. M.
3 Aletenio. Parm.
4 & præterea terreſtrium dicemus genera. CH.

40
C. PLI

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER IX.

De aquatilium natura. CAP I.

ANIMALIVM, quæ terreſtria appellauimus, hominum [1] quadam conſortione degentia, indicata natura eſt. Ex reliquis minimas eſſe volucres conuenit. Quãobrem prius æquorum, amnium ſtagnorúmque dicentur.

1 quodam conſortio degentium. Vet. quodam conſortio degentia. Parm.

Quare in mari maxima animalia. CAP. II.

SVnt autem complura in iis, maiora etiam terreſtribus. Cauſa euidẽs, humoris luxuria. Alia fors alitum, quibus vita pendentibus. In mari autem tam latè ſupino, mollíque ac fertili [1] accremento, accipiente cauſas genitales è ſublimi, ſempérque pariente natura, pleraque etiam monſtrifica reperiuntur, perplexis & in ſemet aliter atque aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis ſeminibus atque principiis: [2] vt vera fiat vulgi opinio, quicquid naſcatur in parte naturæ vlla, & in mari eſſe, prætérque multa, quæ nuſquam alibi. Rerum quidem, non ſolùm animalium ſimulachra [3] eſſe, licet intelligere intuentibus vuam, gladium, ſerras, cucumim verò & colore & odore ſimilem: quò minus miremur equorum capita in tam paruis eminere cochleis.

1 incremento. Tol. nutrimeno. M. nutrimento accipienti. CH.
2 vera vt fiat. Tol. vt vera ſit. Vet.
3 ineſſe. Vet.

De Indici maris belluis. CAP. III.

PLurima autem & maxima in Indico mari animalia, è quibus balænæ quaternûm iugerum, priſtes ducenûm cubitorum: quippe vbi locuſtæ quaterna cubita impleant: anguillæ quoque in Gange amne tricenos pedes. Sed in mari belluæ circa ſolſtitia maximè viſuntur. [a] Tunc illic ruunt turbines, tunc imbres, tunc deiectæ montium iugis procellæ ab imo vertunt maria, pulſatáſque ex profundo belluas cum fluctibus voluũt, [1] & aliâs tanta thynnorum multitudine, vt Magni Alexandri claſſis haud alio modo, quàm hoſtium acie obuia contrariũ agmen aduerſa fronte direxerit: [2] aliter ſparſis non erat [3] euadere: non voce, non ſonitu, non ictu, ſed fragore terrentur, nec niſi ruina turbãtur. Cadara appellatur Rubri maris peninſula ingens. Huius obiectu vaſtus efficitur ſinus, x i j. dierũ & noctium remigio enauigatus Ptolemæo regi, [4] quando nullius auræ recipit afflatum. Huius loci quiete præcipua ad immobilem magnitudinẽ belluæ adoleſcunt. [5] [b] Gedroſos, qui [6] Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni claſſium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarũ [7] facere, oſſibus tecta cõtignare, ex quibus multa [8] quadrigenũ cubitorũ lõgitudinis reperta. [c] Exeũt & pecori ſimiles belluæ [9] ibi in ter

1 & alia. M.
2 Quidam, aliter ſpiſſos, legunt.
3 euadere. Non. M. euadere, qui nõ. Vet. Lego, cum non voce &c. terreantur n.n.r. turbentur.
4 quoniam nullius ante. M. Lego, quoniam nullius auræ recaſilatum, huius.
5 Gedroſij qui Arabin &c præfecto prodiderunt. M.
6 Arabim. CH.
7 ſe facere. Vet.
8 quadragenum. M.
9 & ibi. M.

in terram, pastæque radices fruticum remeant: & quæ dã equorum, asinorum, taurorum capitibus, quæ depascuntur fata.

ANNOTATIONES.

a Nam ea pars anni illis hyems est, non, vt nobis, frigoris asperitate, sed assiduis imbribus, tonitruis tempestatibus, nimbis, procellis.

b Strabo lib. 15. de Ichthyophagis inter Carmanos & Oritas sitis id tradit, non de Arbis. Verisimile est autem vicinos Gedrosios id de illis narrasse.

c Onesicritus apud Strabonem lib. 15 narrat circa Taprobanen Indiæ beluas marinas ancipitris vitæ nasci, alias bubus similes, alias equis, alias variis animalibus terrestribus.

Quæ in quoque Oceano maxima. CAP. IIII.

MAximum animal in Indico mari pristis & balæna est: in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiórque nauium velis diluuiem quandam eructans. In Gaditano Oceano arbor in tantum vastis dispansa ramis, vt ex ea causa fretum nunquam intrasse credatur. Apparent & rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque claudentibus.

De Tritonum, & Nereidum, & elephantorum marinorum figuris. CAP. V.

TIberio principi nuntiauit Olyssipponésium legatio ob id missa, visum auditúmque in quodam specu [a] concha canétem Tritonem, qua noscitur, forma: & [b] Nereidum [1] falsa non est, squamis modò hispido corpore, [2] etiam quà humanam effigiem habent. [3] Namque hæc in eodem spectata litore est, cuius morientis etiam [4] gannitum tristem accolæ audiuere longè. Et Diuo Augusto legatus Galliæ complures in litore apparere exanimes Nereidas scripsit. Autores habeo in equestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano Oceano [c] marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine: ascendere [5] eum nauigia nocturnis temporibus, statímque degrauari, quas [6] insederit, partes: & si diutius permaneat, etiam mergi. Tiberio principe, [7] contra Lugdunensis prouinciæ litus in insula simul trecentas amplius belluas reciprocans destituit Oceanus, miræ varietatis & magnitudinis, nec pauciores in Santonum litore: intérque reliquas [d] elephantos & arietes, [8] candore tantùm [e] cornibus [9] assimulatis, [f] Nereidas verò multas [10] Turanius prodidit, expulsam belluam in Gaditana litora, cuius inter duas pinnas vltimæ caudæ cubita sexdecim fuissent, dentes eiusdem c x x. maximi dodrantium mensura, minimi semipedum. Belluæ, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romæ, apportata ex oppido Iudææ Ioppe, ostendit inter reliqua miracula in Ædilitate sua M. Scaurus longitudine pedum x l. altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinæ crassitudine sesquipedali.

1 falsi opinio non est. M.
2 etiam in quo. Vet. in qua. Salm. & in aqua hic habent Pin.
3 Vnaque. Pint.
4 cantum. M. gemitum. Vet. canitu. CH.
5 eum, in M. d.
6 insideret &c. permaneret.
7 contra litus insularum Lugdunensis prouinciæ. M. contra Lugdun. lit. impulsa. Pint. contra Lugdinensis p. l. insularum trecentas. CH.
8 tumore. M.
9 assimilatis. M. & Vet.
10 Turanius vero prod. M.

ANNOTATIONES.

a Interpres Homeri scribit ante inuentam à Tyrrhenis tubam, priscos eius loco vsos fuisse concha: Vnde Virgilius 6. Aeneid.
Sed tum forte cauo dum personat æquora concha. Turn. cap. 44. 28.

b Sic Poetæ vocant Nerei & Doridis filias, [illegible], & alias permultas Nereum Orpheo in Argonaut. deorum antiquissimum, Virgilio grandæuum, Oceani & Tethyos filium ex imitatione Pherecydis Syrij, varie inantem & facunda prædicentem induxit Horatius Pro ei modo. Hadr. Iun. cap. 22. 4. Tritonis figuram, qualis sit, accuratiùs è descripsit Pausanias.

c Iuuenalis Satyr. 14.
Grande operæpretium est, vt tenso folle reuerti
Iudo domum possit, cumdúmque superbus amicus,
Oceani monstra, & iuuenes vidisse marinos.

d Elephantus, Rosinatus Olai Magni. Vide quod adnotatum est lib. 32. cap. 11.

e Exertis dentibus, vt in Elephantis terrestribus. Horum autem dentes cornua vocari Iuba & Pausanias ostendunt.

f Apud Alex. ab Alexand cap 8. 3. Gaza Nereidem in Peloponnesi litus eiectam vidit, Trapezuntius in mari natantem, Dracontem Bonifacius Neapolitanus Tritonem melle conditum, multi viuum captum in maritimis Epiri.

g ὑπτροσωπίους, & πρίονας, hoc est genus autores vocant, Pistricem Festus, in voce Balæna, Cicero in hoc versu,
Tum verò fugit Andromeda, & Neptunia Pistrix: Arati Græcus est,
ἐκ μὲν Κηφείδαο, καὶ ἐκ γένετ' ἀμφιτρίτης Ἀνδρομέδα. Pristin, Virgil.
Prona hominem peruertunt pristin desinit alnus.
Florus lib. 3. cap. 5. Epichamus in nuptiis Hebes, ὡς δὲ βοᾶν τινες, ἀφ' ἵππου πίνειν ἐγχωρεῖ καὶ βοῦς. Polycharmus in Lyciæ commentariis, quo loco scribit, vitæ augurium capturi è pistibus, interdum apparere Orphos & Glaucos, interdum φωκαίνας & πρίονας, & τὸ πλῆθος dictam volunt, quòd tenuis corporis longo tractu fluctus secat & findit Seneca è Pedone,
Qui ferat Oceanum, qui fœua vadique prælles,
Aequoreúsque canes ratibus consurgere pantis.
ἰχθὺν δὲ δεινὸν πρίστιν dixit Oppianus, 1, ἔνθα τοῦ πρίστις. Pristin & poculi genus, & nauis item dixerunt. Quadrigarius apud Nonium, Liuius lib. 4. Decad 5. Polybius. Virgil.
Velocem Maelibeus agit acri remige pristim. Had Iun cap. 13. lib. 2.

De balænis, & orcis. CAP. VI.

BAlænæ & in nostra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conspici eas tradunt, condi autem [1] statis temporibus in quodam sinu placido [2] & capaci,

1 ἕστητις M.
2 & capaci ore gaudentes. Vol.

capaci, mirè gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas, infestam his belluam, [a] & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum, [3] & fœtas, vel etiamnum grauidas lancinant morsu, incussæque ceu Liburnicarum rostris fodiunt. [4] Illa ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere suo oneratæ, tunc quidem & vtero graues, parientéve pœnis inualidæ, solùm auxilium nouere in altum profugere, & se toto defendere Oceano. Contrà, orcæ occurrere laborant, seséque opponere [5] & cautium angustiis trucidare, in vada vrgere, saxis illidere. Spectantur ea prælia, ceu mari ipso sibi irato, nullis in sinu [6] ventis, fluctibus verò ad anhelitus ictúsque, [7] quantos nulli turbines [8] voluunt. Orca & in portu Ostiensi visa est, oppugnata à Claudio principe. Venerat tunc exædificante eo portum, inuitata naufragiis tergorum aduectorum è Gallia, satiánsque se per complures dies, alueum in vado sulcauerat, [9] accumulata fluctibus [10] intantum, vt circumagi nullo modo posset: & dum saginá persequitur, in litus fluctibus propulsa, [11] emineret dorso multum [12] supra aquas carinæ vice inuersæ. [13] Prætendi iussit Cæsar plagas multiplices inter [14] ora portus: profectúsque ipse cum prætorianis cohortibus populo Romano spectaculum præbuit, lanceas congerente milite è nauigiis assultátibus, quorum vnum mergi vidimus, reflatu belluæ oppletum vnda. [b] Ora balænæ habẽt in frontibus: ideòque summa aqua [15] natantes, in sublime nimbos efflant.

3 aut fœtus. M. aut fœtas CH.
4 Illæ.
5 & incautas angustiis Tol. & impactas. Pint. cauetas. CH. cauatas M. circundatas angustiis. Alii, & eæ nées angustias. Vet.
6 ventis: fluctus.
7 quanti nullo turbine volant. M.
8 voluant. CH.
9 attumulata. M. & CH.
10 & arena in tãtum. Dal.
11 eminente. Dal.
12 super. M.
13 Protendi. Parm. & CH.
14 oras. M.
15 adnatantes. M.

ANNOTATIONES.

a Balænarum plana & lævis cutis est, orcarum canaliculatim striata, qualem vidimus in litus eiectam prope Monspessulum.

b Tubulatas fistulas.

An spirent pisces, an dormiant. CAP. VII.

SPirant autem confessione omnium & paucissima [1] alia in mari, quæ internorũ viscerum pulmonem habent, quoniam sine eo nullum animal putatur spirare: nec piscíũ branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant, quorum hæc opinio est: nec multa alia genera etiam branchiis carẽtia: in qua sententia fuisse Aristotelem video, & multis persuasisse [2] doctrinæ indaginibus. Nec me protinus huic opinioni eorum accedere haud dissimulo: quoniam & pulmonum vice aliis possunt [a] alia spirabilia inesse viscera, ita volente natura: sicut & pro sanguine est multis alius humor. In aquas quidem penetrare vitalem hũc halitum quis miretur, qui etiam reddi ab his eum cernat: & in terras quoque tanto spissiorem naturæ partem, penetrare, argumento animalium, quæ semper defossa viuunt, ceu talpæ? Accedũt apud me [3] certè efficacia, vt credam etiam omnia in aquis spirare naturæ suæ sorte: primùm sæpe adnotata piscíũ æstiuo calore quædam anhelatio, [4] & alia tranquillo velut oscitatio: ipsorum quoque, qui sunt in aduersa opinione, de somno piscíũ cõfessio. Quis enim sine respiratione somno locus? Præterea bullantium aquarum [5] sufflatio, Lunæque effectu concharum quoque corpora augescentia. Super [6] omnia esse auditum & odoratum piscibus, non erit dubiũ, ex aeris vtrunque materia. Odorem quidem non aliud, quàm infectum aera, intelligi [7] posse. Quamobrem de his [8] opinetur, vt cuique libitum erit. Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorso. Et vituli marini, quos vocãt phocas, spirant ac [b] dormiũt in terra: Item testudines, de quibus mox plura.

1 alta, id est, alita, educata. CH.
2 doctrinam. M.
3 certæ efficaciæ. Vet.
4 & aliàs in. Dal.
5 suffultio. CH.
6 omnia est, quod eo. M. & CH.
7 possit. M. & CH.
8 opinentur. Vet.

ANNOTATIONES.

a De hac quæstione multa Rhodiginus cap. 15. lib. 4.

b Vide quæ suprà notata sunt ad cap. 36. huius libri.

De Delphinis. CAP. VIII.

VElocissimum omnium animaliũ, non solùm marinorum, [a] est delphinus, ocyor volucre, [1] ocyor telo: ac nisi multum infra rostrum os illi foret [2] medio penè in ventre, nullus piscium celeritatem eius euaderet. Sed affert moram prouidentia naturæ, quia nisi resupini atque conuersi non corripiũt: quæ causa præcipuè velocitatem eorũ ostendit. Nam cùm fame [3] conciti, fugientem in vada ima persecuti piscem, diutius spiritum continuere, [4] vt arcu emissi, ad respirandum emicant: tantáque vi exiliunt, vt plerunque vela

1 acrior. M.
2 à medio. CH.
3 concitati. M.
4 vt arce missi. CH.

vela nauium [5] transuolent. Agunt ferè coniugia: [b] pariunt catulos decimo mense, æstiuo tempore, [6] interim & binos: nutriunt vberibus. sicut balæna: atque etiam gestant fœtus infantia infirmos. Quin & adultos diu comitantur, magna erga partum charitate. Adolescunt celeriter, decem annis putantur ad summam magnitudinem peruenire: viuunt & tricenis, quod cognitum præcisa cauda in experimentum. Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultantúrque incognito modo: quod eo magis mirum est, si spirare in aqua [7] nequeunt. [c] Solent in terram erumpere incerta de causa: [8] & statim [d] tellure tacta moriuntur, multóque ocyus fistula clausa. Lingua est his contra naturam aquatilium [e] mobilis, breuis atque lata, haud differens suillæ. Pro voce gemitus humano similis, dorsum repandum, rostrum simũ. Qua de causa nomen [f] Simonis omnes miro modo agnoscunt, malúntque ita appellari. Delphinas non [9] homini tantùm amicum animal, verùm & [10] musicæ arti, mulcetur symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono. Hominem non expauescit, vt alienum: obuiam nauigiis [11] venit, alludit exultans, certat etiam, & quamuis plena præterit vela. Diuo Augusto principe Lucrinum lacum inuectus pauperis cuiusdam puerum, ex Baiano [12] Puteolos in ludum literarium itantẽ, cùm Meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine, sæpius fragmentis panis, quẽ [13] ob id ferebat, allexisset, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res Mecœnatis, & [†] Flauiani & Flaui Alfij, multorúmque esset literis mandata. Quocunque diei tempore inclamatus à puero, quamuis occultus atque abditus, ex imo aduolabat: pastúsque è manu præbebat ascensuro dorsum, [14] pinnæ aculeos velut vagina condens: receptúmque Puteolos [g] per magnum æquor in ludum ferebat, simili modo reuehens pluribus annis: donec morbo extincto puero, subinde ad consuetum locum ventitans, tristis & mœrenti similis, ipse quoque (quod nemo [15] dubitaret) desiderio expirauit. Alius [16] intra hos annos in Africo litore Hipponis Diarrhyti simili modo ex [17] hominis manu vescés, [18] præbénsque se tractandum, & alludens [19] natantibus, imposítósque portans, vnguento perunctus à Flauiano Proconsule Africæ, & sopitus (vt apparuit) odoris nouitate, fluctuatúsque similis exanimi, caruit hominum conuersatione, vt iniuria fugatus, per aliquot menses: mox reuersus in eodem miraculo fuit. Iniuriæ potestatum [15] [h] in hospitales ad visendum venientium, Hipponenses in necem eius compulerũt. Ante hæc similia de puero in [16] Iasso vrbe memorantur, cuius amore spectatus longo tempore, dum abeuntem [30] in litus auidè sequitur, in harenam inuectus expirauit. [i] Puerum Alexander Magnus Babylone [17] Neptuni sacerdotio præfecit, amorem illum numinis propitij fuisse interpretatus. In eadem vrbe [18] Iasso Egesidemus scribit & alium puerum [19] Hermiam nomine, similiter maria perequitantem, cùm repentinæ procellæ fluctibus exanimatus esset, relatum: delphinúmque causam leti fatentem non reuersum in maria, atque in sicco expirasse. Hocidem & Naupacti accidisse Theophrastus tradit. [20] Nec modus exemplorum. Eadem Amphilochi & Tarentini de pueris delphiníque narrant. Quæ faciunt, vt credatur Arionem quoque citharœdicæ artis interficere nautis in mari parantibus, ad [k] intercipiendos eius quæstus, eblanditum, vt prius [l] caneret cithara, congregatis cantu delphinis, cùm se [21] iecisset in mare, exceptum ab vno Tænarum in litus peruectum. Est [40] prouinciæ Narbonensis & in Nemausiensi agro stagnum [m] Laterra appellatum, vbi cum homine delphini societate piscantur. Innumera vis mugilum [23] statо tempore angustis [n] faucibus stagni in mare erumpit, obseruata æstus reciprocatione. Qua de causa prætendi non queunt retia, [24] quæ molem ponderis vllo modo tolerent, etiamsi non solertia insidietur tempori. [25] Simili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite [26] efficitur, locúmque solum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quod vbi animaduertêre [27] piscantes, (concurrit autem multitudo temporis gnara, & magis etiam voluptatis huius auida) totúsque populus è litore quanto potest clamore conciet Simonem. Celeriter delphini exaudiunt [28] desideria, Aquilonum flatu vocem prosequente, Austro verò tardius ex aduerso referente. [29] Sed [50] tum quoque improuiso in auxilium aduolant. Properè apparet acies, quæ protinus dispo-

5 transuolent. Agunt verè coniugia M transiolent iuncti vere agũt. Vet. Alij pro ferè, legunt, vera. Solin. Vagãtur ferè coniuges. Arist. διατρίβουσι δὲ μετ' ἀλλήλων κατὰ συζυγίας ἐν ἔαρι καὶ θέρει.

6 interdum M.

7 non queunt. M. & CH.

8 nec statim, id est, statо tempore. Tellure &c. Pint. nec statim tellure &c. Parm. & CH.

9 hominis. CH.

10 musica arte mulcetur symphoniæ. Vet.

11 euenit. Vet. Lego, is venit.

12 Puteolis in ludo literario itantũ. M. Puteolis &c. vt in vulg. CH.

13 obiter M. & CH.

† Fabiani, legendũ, non Flauiani, tum ex Indice autorũ, quorum testimonio hæc in libro vertur Plinius tum ex Solino cap. 17. eadem hæc tantùm non ad verbum referente.

14 pennæ. M. & CH.

15 dubitarit.

16 inter M.

17 hominum. CH.

18 ferensque. Vet.

19 nãtibus. M. & CH.

15 in hospites. Alij, in hospitales. CH.

16 Asiæ. M. Ialiso. Parm Iaso. CH. & Athenæus.

17 Neptunio. CH.

18 Ialiso. Parm.

19 Hermam. M.

20 Neci. CH. forte Nec hic.

21 iecisset, in mari exceptum. M.

22 Laterna M. laterna. Vet. Intera. CH.

23 statuto. M.

24 æquè moles ponderis nullo modo toleratura. M. Lego, aquæ molis pondera vllo modo toleratura.

25 Simul ergo omnes. Quid. Simul itaque omnes, Alij. Subtilitatione omnes, Alij.

26 affigitur. M. lego, affunditur. efficere. Vet.

27 piscantes, totusq; populus, concurrit autem multitudo &c. amida ad spectaculi euentũ, è litore quanto potest clamore conciet Simonem. Celeriter. Pint.

28 desideria Agu. flatu, voce prosequente: Austro verò tardius ex aduerso reflante. Alij; regente. Pint.

29 Sed tum. CH.

disponitur in loco, vbi [30] coniectus est, pugna opponente sese ab alto: trepidósque in vada vrgent. Tum piscatores circundant retia, furcíssque subleuant: mugilum nihilominus velocitas transilit. At illos excipiunt delphini, & occidisse ad præsens contenti, cibos in victoriam differunt. Opere prælium feruet, includíque retibus se fortissimè vrgẽtes gaudent: ac ne idipsum fugam hostium stimulet, inter nauigia & retia, natantésve homines ita sensim elabuntur, [31] vt exitus non appareat. Saltu, [32] quod est aliàs blandissimum his, nullus conatur euadere, ni summittantur sibi retia. Egressus protinus ante [33] vallum præliatur. Ita peracta captura, [34] quos interemere, diripiunt. [35] Sed enixioris operæ, quàm in vnius diei [36] præmium, conscij sibi, operiuntur in posterum: nec piscibus tantùm, sed [37] intrita panis è vino satiantur. Quæ de eodem genere piscandi in Iassio sinu Mutianus tradit, hoc differunt, quòd vltrò neque [38] inclamati prẽsto sint, partésque è manibus accipiant, & suum [39] quæque [40] cymba è delphinis socium habeat, quamuis noctu, & ad faces. Ipsis quoque inter se publica est societas. Capto à rege Cariæ, alligatóque in portu [41] delphino, ingens reliquorum conuenit multitudo, mœstitia quadam, quæ posset intelligi, miserationem petens, donec dimitti rex eum iussit. Quin & paruos semper aliquis grandior comitatur, vt custos. Conspectíque sunt iam defunctum portantes, ne lacerarétur à belluis.

30 conjecta est pugna M. in loco. Vbi conserta est pugna, opponante sese. Pint. Lego, vbi exitus est, vel, vbi traiectus est. Pugnãt opponentes: pugna. Opponit &c. Vet. & CH. vbi conjectus est pugnæ: opponunt sese &c. Rũgdeser.

31 vt exitũ non aperiant saltu. CH.

32 qui est alias validissimus.

33 malum. Parm.

34 æquo interim iure. Pint.

35 Sed vt enixioris. Vet.

36 præmij. Tol.

37 intritu. M. interiectu. Vet.

38 inclamanti. Vet.

39 quemque. M.

40 cubantes (Lego, excubãtes) cum delph. soc. habeant. M.

41 delphino. in M. d.

ANNOTATIONES.

a Ex Aristotelis hist. lib. 9. vbi de delphino: Λέγεται δὲ καὶ πρὸς τὰς χάριτας ἥκειν τῇ φύσει. ἀκήκοεν γὰρ ἔοικεν εἶναι φίλον τάχιστα πρὸς τοὺς ἐπαίδους, καὶ τῶν χαρίτων καὶ ὑπηρετικώτατον τῇ πολιτικῇ μεγίστην ἔχοις. Et paulò post. καὶ ὑπηρετικὰ λέγονται τὰς ἴσους, εἰς πεφυκέναι τοῦ πλοίου. Solinus, *Nisi omnia nihil velocius habent maria, vt plerunque salientes transuolent vela nauium.* Solinus & Plinius malè exposuerunt ἴσους, (id est, malos) vela, quæ ἱστία Græcis.

b Aristoteles hist. 6. κύει δὲ δεκα μῆνας. τίκτει δ' ἐν ἄλλοις ἢ τῷ θέρει. ἐν ἄλλῳ δ' οὐ τίκτει ἐν ἄλλῳ. Solinus, *Catulos edunt, decimus mensis maturum facit partum, Lucinam æstius dies soluit.* Vide locum cap. 22. polyhist. vbi ad verbum hoc caput ferè citatur.

c Plinius Nepos lib. 8. Epist. *Incredibile*, inquit, *tam rerum tamen, quàm priora, delphinum gestatorem, colluseremque puerorum, in terram quoque extrahi solitum, arenisque siccatum, vbi incaluisset, in mare reuolui.*

d Inde prouerbium, Delphinus in litore. Ouid.
Quem postquàm bibulis iniecit fluctus arenis,
Vnda simul miserum, vtráque destituit. Loquitur de delphino.

e Liberam & absolutam esse negat Aristoteles hist. lib. 4.

f Apud Nonium in Pecu, Liuius, vel, vt legit Scalig. in Aegisto delphinos vocat, *lascíuum Nerei simum pecus.*

g Patrem ferè historiam in Laconicis Pausanias refert ad Emporoselenen visum à se Delphinum, qui puero, à quo sanatus fuerat cùm piscatores eum caperent, mercedem curationis pendebat, dicto se audientem præbebat, &, quocunque iussisset, dorso transuehebat.

h In hospitales, diuisim legendum: hoc est Hipponenses, qui magistratus magno sumptu excipiebant.

i Athenæus Dionysium vocat. lib. 13. vbi eiusdem argumenti pleraque alia leguntur scitu dignissima. Vide locum, non procul à fine.

k Vt pecuniam auferrent, quam is arte sua quæsiuerat.

l Magnã vim Musices, non solùm in ea, quæ ratione carent, sed etiã in animos, corporáq; hominũ, vide apud Magiũ ca. 13. lib. 4

m Vide quod adnotatum est suprà lib. 3. cap. 4.

n Eas fauces Monpessulani vocant, *la Cran pres de Maugueil.*

De tursionibus. CAP. IX.

DElphinorum similitudinem habent, qui vocantur [1] tursiones. Distant & tristitia quidem [2] aspectus: abest enim illa lasciuia, maximè tamen rostris canicularum [3] maleficentiæ assimulati.

1 thursiones. CH.

2 aspectatur. CH.

3 maleficientia adsimulati. CH.

De testudinibus, & quomodo capiantur. CAP. X.

TEstudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, vt singularum superficie habitabiles casas integãt: atque inter insula Rubri præcipuè maris his nauigant cymbis. Capiuntur multis quidem modis, sed maximè euectæ in summa pelagi antemeridiano tẽpore blandito, eminente toto dorso per tranquilla fluitantes: quæ voluptas liberè spirandi, intantum fallit oblitas sui, vt Solis vapore siccato cortice, non queant mergi, inuitæque fluitent, opportunæ venantium prædæ. Ferunt & pastum egressas noctu, auidéque saturatas [1] lassari: atque vt [2] remearint matutino, summa in aqua obdormiscere: id prodi stertentium sonitu, túmque leuiter capi. Adnatare enim singulis ternos, à duobus in dorsum verti, à tertio laqueum iniici supinæ, atque ita ad terram à pluribus trahi. In Phœnicio mari haud vlla difficultate capiũtur, vltróque veniunt [3] statо tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine. Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorem claudente pyxidum modo. [4] In mari conchyliis viuunt, tanta oris duritia, vt lapides comminuant. In terram egressæ, in herbis pariunt oua, [b] auium ouis similia, ad centena numero. Eáque [5] defossa extra aquas, & cooperta terra, ac pauita pectore & complanata, incubant noctibus. [6] Educant fœtus [c] annuo spatio. Quidam oculis spectando quoque oua foueri ab iis putant. [7] Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat auersæ. [8] Troglodytæ cornigeras habent,

1 laxari. Ver.

2 remeauerint. CH.

3 statuto. M.

4 Legendum mutata distinctione: In mari conchyliis viuunt, tanta oris duritia, vt lapides comminuãt: in terrã egressæ, herbis, Pariunt &c. Adstipulante Aristotele.

5 defodiunt c. 2. & cooperiunt terra pauita p. & c. incubantes.

6 Educunt, id est, excludunt, ex Arist. sic CH.

7 Fœminas. CH.

8 Trogodytæ. M.

vt in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuuant: Celtium genus id vocatur eximiæ[9] testudinis, sed raræ.[10] Nanque scopuli præacuti Chelonophagos terrent. Troglodytæ autem, ad quos[11] adnatant, vt sacras, adorant. Sunt & terrestres, quæ ob id in [d] operibus chersinæ vocantur, in Africæ desertis, qua parte maximè sitientibus harenis squalent, roscido, vt creditur, humore viuentes. Neque aliud ibi animal prouenit.

9 magnitudinis.
10 Nanq; quasi scop. Vet.
11 adnant. CH.

ANNOTATIONES.

a Vide cap 4. lib. 11. Pausanias lib. 1. marinas terrestribus dissimiles tantùm esse scribit magnitudine, & pedum figura vitulo marino simili.

b Aristoteles cap. 33. lib. 5. Hist. terrestris testudinis oua quidem comparat auicularum ouis, marinæ verò gallinarum.

c De terrestribus hoc audiendum. Nam marinæ oua, quadraginta diebus excoquuntur, & rumpuntur, autore Plutarcho lib. vtra prudentiora, &c.

d Laminis sectilibus, quæ ex eius cortice fiunt.

Quis primus testudines secare instituerit. CAP. XI.

TEstudinum [a] putamina secare [b] in laminas, lectósque & [1] repositoria his vestire, [2] Carbilius Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenij.

1 repositorium. M.
2 Carnilius, vt & lib. 33. cap. 11.

ANNOTATIONES.

a Vide cap. 4. lib 32.

b Seneca lib. 7 de Benefic. cap. 9. Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem, & fœdissimorum pigerrimorum animalium testas, ingentibus pretiis empras, in quibus illa ipsa quæ placet varietas, sublitis medicamentis in similitudinem veri coloratur.

Digestio aquatilium per species. CAP. XII.

AQuatilium tegumenta plura sunt. Alia corio & [1] pilo integuntur, vt vituli, & hippopotami. Alia corio tantum, vt delphini: cortice, vt testudines: silicum [a] duritia, vt ostreæ & conchæ: crustis, vt locustæ: crustis & spinis, vt echini: squamis, [2] vt pisces: aspera cute, vt squatina, qua lignum & ebora poliuntur: [3] molli, vt murænæ: alia nulla, vt polypi.

1 pilis. M.

2 vt alij fere pisces.
3 læui. Mascarius, vt opponatur asperæ. carnæ mulli & polypi. ex Arist. li. 4 Hist.

ANNOTATIO.

a Indè facetus iocus olauti in pœnul. *Itaque iam quasi ostreatum tergum vlceribus gestito;* ideſt, durum, asperum, tuberosum.

De vitulo marino. CAP. XIII.

QVæ pilo vestiuntur, [1] animal pariunt, vt [a] pristis, balæna, vitulus. Hic parit in [2] terra pecudum more: [3] secundo partus reddit initu. Canum modo cohæret: & parit [4] nunquam geminis plures: educat mammis fœtum. Non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciens. Interficiuntur difficulter, nisi capite elisso. Ipsis in [5] somno mugitus: vnde nomen [6] vituli. [b] Accipiunt tamen disciplinã, [7] vocéque pariter & [8] visu populum salutant, [9] incondito fremitu: nomine vocati respondent. Nullum animal grauiore somno premitur. Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedũ serpunt. Pelles eorum etiam detractas corpori, sensum æquorum retinere tradunt, sempérque æstu maris recedente inhorrescere: prętereà dextrę pinnę vim soporiferam inesse, somnósque allicere subditam capiti.

1 non omnia an. parvt delph. Pint.
2 & anim M.
3 centum septuaginta sex. Longol. è cap. vlt. lib. 32. A cap. sequenti ad libri finem numerantur. 84.

ANNOTATIONES.

a Vide quæ notata sunt paul'o intè cap. 5. huius libri

b τῶν ἀναγκῶν ἥκιστα.

De piscibus pilo carentibus, & quomodo pariant, & quot eorum genera. CAP. XIIII.

PIlo carentium [1] [a] duo omnino [2] animal pariunt, delphinus ac vipera. Piscium species sunt [3] septuaginta quatuor: prętер crustis intecta, quę sunt triginta. De singulis aliàs dicemus. Nunc enim naturę tractantur insignium.

1 thumni. Rond. ex Arist. thynnum inuenimus. Massurius. & M.
2 innatantes.
3 Germania eadem ne protelis boum. Et in Danubio mari extr. CH amac. Protelis boum & in Danubio Mario. M in Aeno Germ. amne prope Visbiũ. Ver. Rhenon Germ, amne prope Vbios. Alij prope Erlishornin. Rhenanus vide Ann.

ANNOTATIO.

a Falsum hoc esse monstrat Rondelet. cap. 11. lib. 16. Hist. piscium.

De nominibus & naturis multorum piscium. CAP. XV.

PRæcipua magnitudine [1] thynni. Inuenimus talenta quindecim pependisse. Eiusdem caudæ latitudinem duo cubita & palmum. Sunt & in quibusdam amnibus haud minores, [a] silurus in Nilo, [b] esox in Rheno, [c] attilus in Pado, inertia pinguescens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec nisi boũ iugis extractus. Atqui hũc [d] minimus piscis appellatus clupea, venam quandam eius in faucibus mira cupidine appetens, mortu exanimat. Silurus grassatur, vbicunque est, omne animal appetens, equos [2] natantes sæpe demergens, [c] præcipuè in Mœno [3] Germaniæ [f] amne prope Lisboum. Et in Danubio

bio mario extrahitur, porculo marino simillimus: & in Borysthene memoratur præcipua magnitudo, [g] nullis ossibus spiníve intersitis, carne prædulci. In Gange Indiæ platanistas vocant, rostro delphini & cauda, magnitudine autem [4] xv. cubitorum. In eodem esse Statius Sebosus haud modico miraculo affert. [gg] vermes branchiis binis lx. cubitorum, cæruleos, qui nomen à facie traxerunt. His tantas esse vires, vt elephantos ad [5] potum venientes, mordicus [6] comprehensa manu eorum abstrahant. [h] Thynni mares sub ventre non habent pinnam. Intrant è [7] magno mari Pontum [i] verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant. Cordyla appellatur partus, qui fœtas redeuntes in mare autumno comitatur. [8] Limosæ verò [9] à luto pelamides [10] [k] incipiunt vocari, & cùm annuum excessere tempus, thynni. Hi membratim cæsi, ceruice & abdomine commendantur atque [11] [l] clidio, recenti duntaxat, & tum quoque graui ructu: cætera parte plenis pulpamentis sale asseruantur. [m] Melandrya vocatur, cæsis [12] quernis assulis simillima. Vilissima ex his, quæ [n] caudæ proxima, quia [o] pingui carent: probatissima, quæ faucibus: at in alio pisce circa caudam [13] exercitissima. Pelamides in [p] apolectos particulatímque confectæ, in genera [14] [q] cybiorum dispartiũtur. Piscium genus omne præcipua celeritate adolescit, maximè in Ponto. Causa, multitudo amnium dulces inferentium aquas. Amiam vocant, cuius incrementũ singulis diebus intelligitur. Cum thynnis [15] hæ & [16] pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant [17] gregatim cum suis quæque ducibus, & [18] primi omnium [r] scombri, quibus est in [19] aqua sulphureus color, extrà qui cæteris. Hispaniæ [s] cetarias [20] hi replent, thynnis [21] non commeantibus. Sed in Pontum nulla intrat bestia piscibus malefica, præter vitulos & paruos delphinos. Thynni dextra ripa intrant, exeunt læua. Id accidere existimatur, quia dextro oculo plus cernant, [t] vtroque natura hebete. Est in euripo Thracij Bosphori, quo Propontis Euxino iungitur, in ipsis Europam Asiámque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, à vado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in [22] latere Asiæ. Huius aspectu repentè territi, semper [23] aduersum Byzãtij promontorium, ex ea causa appellatum [24] Auricornu, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantij est, magna [25] Chalcedonis penuria, [26] D. passi. [27] medij interfluentis euripi. Opperiuntur autem Aquilonis flatum, vt secundo fluctu exeant è Ponto, nec nisi [28] intrantes Pontum, Byzantij capiuntur. Bruma non vagantur: [29] vbicunque deprehensi, vsque ad æquinoctium, ibi hybernant. Iidem sæpe nauigia velis euntia comitantes, mira quadam dulcedine per aliquot horarum spatia & passuum millia à gubernaculis [30] spectantur, ne tridente quidem in eos sæpius iacto territi. Quidam eos, qui hoc è thynnis faciant, pompilos vocant. Multi in Propontide [31] æstiuant, Pontum non [32] intrant. Item soleæ, cùm rhombi intrent: [33] nec sepia est, cùm loligo reperiatur. Saxatilium, turdus & merula desunt, sicut conchylia, cùm ostreæ abundent. Omnia autem hybernant in Ægæo. Intrantium Pontum soli non remeant [34] trichiæ. Græcis enim in plerisque nominibus vti par erit, quando aliis atque aliis eosdem diuersi appellauere tractus. [u] Sed hi soli [35] Istrum amnem subeunt: ex eo subterraneis eius venis in Adriaticum mare defluunt: itaque [36] & illic descendentes, nec vnquam subeuntes [37] è mari, visuntur. [x] Thynnorum captura est à Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum: reliquo tempore hyberno latent in gurgitibus imis, nisi tepore aliquo euocati, aut pleniluniis. Pinguescunt & intantum, vt dehiscant. Vita longissima his biennio. Animal est paruum, [y] scorpionis effigie, [38] aranei magnitudine. [39] Hoc se & thynno, & ei qui gladius vocatur, crebro [z] delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit [40] aculeo: tantóque infestat dolore, vt in naues sæpenumero exiliant. Quod & aliàs faciunt aliorum [41] vim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ velocitatis, vt transuersa nauigia interim [42] superiactẽt.

4 xvi. CH.
5 potus. CH.
6 comprehensos, manu deorsum. Pint. ex Sol.
7 Aegeo. Pint. mediterraneo. Isidor.
8 Reuersę Pint.
9 aut è luto. CH.
10 post incip. D.
11 edulio. Parm.
12 quereus. CH.
13 exercitatissima. CH.
14 ciborum. M.
15 hæc. Parm. & Ves.
16 pelamidibus. D.
17 gregales suis quique ducibus. Pint. ex Arist. cap. 13. lib. 8.
18 primis omnium scombris.
19 aquis. Vet.
20 his. Vet.
21 non raro. M.
22 litore. Vet.
23 aduersus. M.
24 Chrysoceras. Vet. Auricornus. CH.
25 Chalcedonis. vet. Chalcedone. M
26 M. pass. M. & CH. De. Ver.
27 medio interfluente euripo. Vet.
28 infantes. Pint. ex Arist. linquêtes. Alij. exeuntes ponto.
29 vbi cùm. CH.
30 non separantur. Vet.
31 æstuant. CH.
32 intrãt item soleæ Vet. lego, Pontum ité non intrant soleę.
33 non. M.
34 thrissæ. Rond.
35 in Istrum a. f. & ex eo. M. in Istrum mare f. & ex eo. CH.
36 & illi subeuntes è mari, nec vnquam descendẽtes. Arist. cap. 13. lib. 8. Hist.
37 in mari. Vet.
38 drachmæ. Athenæus.
39 Hoc &. M.
40 aculeum. Vet.
41 vim, in. M. d.
42 superstatiũt. Alij, superstrafecent.

ANNOTATIONES.

a Silurus Plinij à Gesnero inculenter descriptus est, maleficæ & vorax bestia. Silurus Ausonij ab eo diuersus, Sturio noster. Probatur id versibus poetæ tœtanei Ausonio de Aegirtio fluuio Aquitanię scribentis:

Obtinet expulsus stabulum campestre siluris
Plus rapitur terris, quàm modò piscis aquis. Scalig in Auson. Silurus vngaris, *Harcha*: Illyricis, *Som*: Bernensibus, *Salut*: Sueuis, *Pvalter*, quasi Balæna: Danubij accolis, *eni Schaid*.

b Vide imaginem apud Gesnerum, Galei Rhodij figuræ vtcunque similem.

c Vulgo, *Adspo*.

d Minimum dicit, comparatione ad cetaceum piscem, quem iugulat. Alioqui Callistheni lib. 13. τῶν γαλεαγκῶν, magnus piscis est. Λέγει, inquit, ποτομίδι ἰχθὺ τῶν μεγίστων, ποιεῖ τῷ ῥοδίῳ ἁμιλλᾶσθαι, τῷ πρώτῳ ἐφ' ὁλκοῦ. καταφέρεται γὰρ ἐς τὸν πόντον κατὰ τὸν χείμωνα τῶν Ἀλλοβρίγων. γινόμενα δ' ἐν αὐτῷ μέγιστα ἰχθύος κλητίου

καλάμισκος ὑπὸ τῶν ἀγγείων ὅτ' ἂν ξυλῶσι τοὺς σύλλους λυκὸς ἰσχυρὸς μεγάλους δὲ μόνοι γίνονται περὶ τὸν Ἴστρον ὑπερφυεῖς ἅλωσι τοῦ ἰδίου ἀκανθῶν ἀντιφράττουσι δ' ἐν τῷ κυρτῷ αὐτοῦ λίθῳ χόνδρῳ παχέμενος ἀλλὰ ὁ μὲν κάλλιστος παῖς πρὸς πεντεκαίδεκα νέους, τοὺς ἀρίστους ἐκρίνει τὸ ὄμμα· πρὸς ἑκατὸν ἑξήκοντα τοὺς ἀλλους. Plutarch. lib. de Fluuiis.

c Plinij tempore nullus fuit in Germania Mœnus fluuius: sic posteritas eum vocauit, quem tali nomine seculum nostrum agnouit. Quapropter legendum Rond. putat: præcipuè in Rheno. Io Hermo & Mæandro Siluros esse. Pausanias in Messenicis author est.

f Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germ. legit: amne prope Erlisbornim. Et in Danubio, &c. Erlisbornimque, idest, fontem alnorum, vicum esse tradit ad Mœni ripam situm, vulgò *Erlenbrunnen* dictum, quà traiectus est, vadosúsque locus, abiuendis equis & potu reficiendis commodus.

g Sed cartilagine tantùm.

gg De vermibus Gangeticis Solinus ex Sebosio longè aliter quàm Plinius refert, esse colore cæruleos & nomine, cubitos sex longos, bina brachia habere: tam ro. ustos, vt venientem ad potum Elephantem mordicus comprehensum manu in profundum rapiant.

h Elegantes Lucilij versus in Lupum, apud Var. lib. 6.

Tunnos capta toto cordylam excludere minores
Orcidunt, Lupe, saperdæ te hæc iura silurum
Sumere te, atque amiam.

Quidam legunt Thynno capto eorum excludendum foras: quod videtur sumptũ ex his Amphidis comici: ὅταν κορακῖνον ἰδὼν διαλάτταν γλαυκὸν παρίνας ἔντοσ ὢν ἐλθεῖ φρύνος.

hh Nempe Mediterraneo: sic Isidorus exponit Cicero è quodam vetusto poeta,

Iámque mari magno classis cita texitur.

Turn cap. 20. lib. 19. Aduers.

i Aristoteles cap. 17. lib. 6. Hist.

k Pelamides vocantur, post sexagesimum diem in mare reuersæ, & illic augescentes.

l Clidia Thyum Festus in voce, Petimen, ex Næuio, petimen piscinum, quod est inter duos armos ad pectus. Clauiculas Medici vocant. Athæneus lib. 6. orcynos Gadibus esse pinguissimos tradit, propterea quæ seorsim eorum cleidia sale condiri, vt Antagæorum palatum, & maxillas, ex iisdémque parari Melandryas dictos. Idem paulò antè laudatas fuisse Thynnorum κλῆδας testatur citato Aristophane. In his verbis Athenæi obseruandum, quod μελάνδρυος neutro genere Plinius scripsit, masculino genere ab Athenæo vsurpari.

m Melandryon, quercus medulla nigra, Theophr. cap. 9. lib. 1. Hist. 15. cap 4. lib. 5. Vide infrà cap. vltim. lib. 32. Melandryas magnos Thynnos Athenæus vocat lib. 3. & 7. ex Archestrato & Sotirato.

n ἀρυτὰς illa dicuntur, quasi ἀπὸ τῶν ἁλῶν.

o Ideo ἐκ ἁλῶν dicta.

p Quales sint tapolecti, pelamides, cordylæ, orcyni, Tritones, Sardæ, vide cap. 11. lib. 32.

q κυβία, salsamenti frusta, in formam κυβοειδῆ dissecta. Cybium concisa pel mis. cap. 11. lib. 32.

r Salsamentarij Cœrephili ciuitate donati, quòd Athenas magnam vim eorum piscium conuexisset, cùm filios equo insidentes vidisset Timocles, facetè dixit: Scombros esse super Satyris. Alexis apud Athenæum. Victorius cap. 1. lib. 9. Vide quod notatum est cap. 7. lib. 32.

s Inde apud Nonium Cerarij, Varroni *diuersè sint. Non animaduertis cetarios, cùm videre volunt in mari thunnos, adscendere in malum alté, vt penitus per aquam perspiciant pisces?* Vide cap 8. lib. 31.

t τῷ δ' ἀνάγκη ἀμβλυωπεῖν. Athen. ix. Arist. altero natura Hebete.

v Fabulosum id esse putant multi, at è vulgi sermonibus potius Aristoteli proditũ quàm verisimile. Nec id creditu facile Danubium, tam longo spatio ab Adria diffitum, in id mare subterraneis cuniculis corriuari

x Qui Thynnos speculantur sub aquis natantes & gregatim lusitantes, *διωσκόμαι*, Græcis dicuntur: rupes verò editior, in qua stantes obseruant *διωσκευὴ ν.* Strabo lib. 4. quanquam in ponto, alta trabe in vado defixa. ex summa speculatores intuean turiquæ fortè piscatio Vlpiano l. venditur, tignaria dicitur, sine, vt alij legũt, thynnaria. Philost. 1. Iconum, ἐφίστη δὲ ἐφ' ὑψηλοῦ τινος σκοπιᾶς ἀνὴρ ἁλιεὺς ἐξόλης, πυκνὸς ὢν ἐρευνῆσαι, τὸν δ' ὄψιν ἱκανὸς. Brod. cap. 8. 6.

y Asylum & œstrum vocant, figura multum distat à scorpio. De pingit Rhondelet. in orcyno.

z Aristotel. cap. 19. 8. non vinci delphini magnitudinem à trichia scribit, sed æquari celeritatem.

De auguriis & diuersitate piscium. CAP. XVI.

SVnt & in hac parte naturæ auguria, sunt & piscibus præscita. Siculo bello ambulante in litore Augusto, piscis è mari ad pedes eius exiliit: quo argumento vates, [2] spondere Neptunum patrem, [3] adoptato tum sibi Sex. Pompeio (tanta erat naualis rei [4] gloria) sub pedibus Cæsaris futuros, qui maria tempore illo tenerent. Piscium fœminæ maiores quàm mares. In quodam genere omnino non sunt mares, [5] sicut in erythinis & chanis. Omnes enim ouis grauidæ capiuntur. Vagantur gregatim [6] ferè cuiusque generis squamosi. Capiuntur ante Solis ortum: [7] tum maximè piscium fallitur visus. Noctibus quidé illustribus æquè, quàm die, cernunt. Aiunt & [8] si [a] iteretur gurges, interesse capturæ: itaque plures secundo [9] tractu capi, quàm primo. Gustu olei maximè, dein modicis imbribus gaudent, aluntúrque. Quippe & harundines, quamuis in palude prognatæ, non tamen sine imbre adolescunt: & aliâs vbicunque pisces in eadem aqua assidui, nisi [10] appluat, exanimantur. Prægelidam hyemem omnes sentiunt, sed maximè qui lapidem habere in capite existimantur, vt lupi, [11] chromes, scienæ, pagri. Cùm asperæ hyemes fuere, multi cæci capiuntur. Itaque his mensibus iacent speluncis conditi, sicut in terrestrium genere retulimus. Maximè hippurus & [12] coracinus, hyeme non capti, præterquàm statis diebus paucis, & iisdem semper: Item muræna & orphus, conger, percæ, & saxatiles omnes. Terra quidem, hoc est, vado maris excauato condi per hyemes torpedinem, psittam, soleámque tradunt. Quidam rursus æstus impatientia, mediis feruoribus sexagenis diebus latent, vt glaucus, aselli, auratæ. Fluuiatilium silurus Caniculę exortu [b] sideratur, [13] & aliâs [14] [c] fulgure sopitur. Hoc & in [d] mari accidere [15] cyprino putant. Et alioquin totum mare sentit exortum eius sideris: quod maximè in Bosphoro apparet. Algę enim & pisces superferuntur, [16] ab imo versa omnia.

2 Sunt & piscibus fasciæ in hac parte naturæ auguria. M. & Salm. Sunt & piscib' præscita. Tol. & CH.
2 respondere. M. CH. & Vet.
3 adoptante. M. & Vet.
4 gloria repudiato sub. M.
5 *sicut* erasthinis. Omnes CH.
6 ferè. Cuiusq; generis squamosi capiuntur. M.
7 Nam tum. Dal.
8 iteratur. Vet. iteratur. CH.
9 tactu. Vet. & Arist. cap. 17. lib. 8. Hist.
10 affluat. M. si non adfluat. CH.
11 choramis, schiena. CH.
12 corac. hyeme, non capti præterquã. Vet.
13 & alias semper fulg. CH.
14 fulgore. M.
15 Cyprio. M.
16 omniaq; ab imo versa. CH.

ANNOTATIONES.

a Iterum & secundo retibus ambiatur.
b De glanide hoc Aristot. cap. 20. lib. 8. hist.
c Tonirruo. Arist. Siluri nusquam meminit Aristoteles.
d Nihil de mari Arist sed ex professo de fluuiatilibus hęc tradit.

De

De mugili, & aliis piscibus, & quòd non iidem vbique placeant. CAP. XVII.

MVgilum natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari credentium. Iisdem tamen tanta [1] salacitas, vt in Phœnice & Narbonensi prouincia coitus tempore è viuariis marem linea longinqua per os ad branchias religata emissum in mare, eadémque linea retractum, fœminæ sequantur ad litus, rursúsque fœminam mares partus tempore. Apud antiquos piscium nobilissimus habitus [a] acipenser, vnus omnium squamis ad os versis, [2] contra aquam [3] nando meat: nullo in honore est: quod quidem miror, cùm sit rarus inuentu. Quidam eum elopem vocant. Posteà præcipuam authoritatem fuisse lupo & asellis, Cornelius Nepos, & Laberius Poeta mimorũ tradidere. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati à candore mollitiáque carnis. [b] Asellorum duo genera, [4] callariæ minores & [5] bacchi, qui non nisi in alto capiuntur, [6] ideo prælati prioribus. [7] At in lupis in amne capti præferuntur. [c] Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, [8] herbísque vesci, [9] non aliis piscibus, mari Carpathio maximè frequens. Promontorium Troadis Lecton sponte nunquàm transit. Inde aduectos Tiberio Claudio principe [d] Optatus [10] è libertis eius præfectus classis, inter Ostiensem & Campaniæ oram sparsos disseminauit. Quinquennio ferè cura est adhibita, vt capti rederentur mari. Posteà frequentes inueniuntur Italiæ in litore, non [11] antè ibi capti. Admouítque sibi gula sapores piscibus satis, & nouum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aues Romæ parere miretur. Proxima [12] est his mensa generis duntaxat mustelarum, quas mirum dictu inter Alpes quoque lacus Rhætiæ [c] Brigantinus æmulas [13] marinis generat. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia mullis, sicut magnitudo modica: binásque libras ponderis rarò admodum exuperant, nec in viuariis piscinísque crescunt. Septentrionalis tantùm hos & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. [14] Cæterò eorum genera [15] plura. Nam & alga vescuntur, & ostreis, & limo, & aliorum piscium carne: [16] barba gemina insigniuntur inferiori labro. Lutarium ex iis vilissimi generis appellant. Hunc semper comitatur sargus nomine alius piscis, & cœnum fodiente eo, excitatum deuorat pabulum. Nec [17] litoralibus gratia. Laudatissimi conchylium sapiunt. Nomen his Fenestella à colore [18] mulleorum calciamentorum datum putat. [f] Pariunt ter anno. His certè toties fœtura apparet. [g] Mullum expirantem versicolori quadam & numerosa varietate spectari, proceres gulæ narrant; rubentium squamarum multiplici mutatione [19] pallescentem, vtique si vitro spectetur inclusus. M. [h] Apicius [20] ad omne luxus ingenium [21] mirus, in sociorum garo (nam ea quoque res cognomen inuenit) necari eos præcellens putauit, atque è iecore eorum alecem [22] excogitare prouocauit. Id enim est facilius dixisse, quàm quis vicerit. Asinius Celer è Consularibus, hoc pisce prodigus, [23] Caio principe vnum [24] mercatus [i] octo millibus nummûm: quæ reputatio aufert transuersum animum ad contemplationem eorum, qui in conquestione [25] luxus coquos emi singulos pluris, quàm equos, [26] quiritabant. At nunc coci triumphorum pretiis parantur, & [27] coquorum pisces. Nullúsque prope iam mortalis æstimatur pluris, quàm qui peritissimè censum domini mergit.

1 facilitas. M. & CH.
2 contra quàm in nãdo meant. CH.
3 natando. M.
4 colliri. CH.
5 brachi. CH.
6 ideoque. Vet.
7 At é. Vet.
8 algisque. Arist. cap. 2. 8. Hist.
9 atque non. CH.
10 Elipertius præt. M. Vet. & CH.
11 antea. CH.
12 Est mensa pecori. M. his in mensa pecoris. Vet.
13 Murenis. M.
14 Cætera. M.
15 plura. Alga. M.
16 & barba. M.
17 litoralis his. CH.
18 molliorum. M. Vet. præmé. molleorũ. CH.
19 Aliàs, pallentem.
20 ad omnem luxũ ingenio mirus: ad omnem luxum ingenio magn'. Vet. cod.
21 maius. M. Lego, magister.
22 prouocare excogitauit &c. quàm quòd vicerit.
23 Claudio. Vet. M.
24 mercatus R. VIII. multum. CH. mercatus Romæ &c. vt vulgo. M.
25 iuribus. M.
26 queritabant. M.
27 equorum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Plautus in Bacch.

Quis est mortalis tanta fortuna affectus miquam
Quàm ego nunc sum? cuius hæc ventri paretur pompa,
Vel nunc qui mihi in mari accipenser latuit antehac,
Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.

Varro ὑπὲρ τοῦ μυγίλου. Nec multinumus pisces ex salo captus helops neque ostrea vlla magna captata quisit palatum suscitare. Ab aquis verò qui pensera dictom venit. Rhod cap 5. 13. absurde, vt existimo: ἔλοπα verò vel ἀπὸ τῆ ἁλμυδοειδοῦς τῷ ὑπὸ quòd voce priuatus sit, vel παρὰ τὸ ὑπ πεπλευρῶσθαι: quæ duplex interpretatio partim omnibus piscibus conuenit, partim plurimis.

b πάρδυν siue ἰάνιον Muretus in Var. cap. 15. 8. sic dictum putat vel à colore asinis simili, vel quòd in capite lapides habeant lapidi molari similes. Ἴδιον. v. Hesychius exponit superiorem in pistrino lapidem, & Eustathius τὸ κινούμενον τῷ μύλῳ.

c *Quid? Scarum præterij, cerebrum penè Ioues supremi.* Ennius. Petronius, *Ingeniosa gula est, Sicula scarus æquore mersus*
Ad mensam vinus perducitur.

d Macrob. cap. 16. li. 3. Saturn. Octauium vocat Is fortassis est, quem Seneca Epist. 96. appellat Publium Octauium. Chiffletius.

e Hodie *Hydrus*, vnde oritur in finibus Tridentinorum Clisius fluuius. Mustela hæc Plinij, vt & Ausonij, Lampetra est: Dorioni apud Athenæum fluuiatilis muræna: Archestrato apud eundem, ἔγχελυς ἀπόρρωτος: Cassiodoro in descriptione Regni litoris, Exormistos. Reperiuntur & in Sebino lacu, qui Brigantino proximus est, hodie *Hiscia*, vnde exit ollius amnis, tales mustelæ, & in multis Galliæ fontibus, ac riuulis, marinis prorsus similes, sed minores vulgus eas vocat *Lampreyons*

f Hac de causa Hecatæ sacer est, quoniam τρισὶ τοῖς τρίγλαις ἐντυγχάνει καὶ τοῖς λοιποῖς ἰχθύσιν ὑψηλοῖς ἀντὶ βάθους φαίνεται ὑπὸ τῶν πλεόνων, quam cœnã pauperes ac Cynici esurientes rapiebant ac diripiebant, ab Hecate consumptam esse iactantes. Athenæus Mænidas inter cibos Hecates recenset. Plutarchus & Theocritus τῇ χθονίᾳ δ' ἐκάτᾳ τὰν περὶ σκύλακας τρεμίσαι. Brodæus cap. 24. 1.

g Seneca cap. 18, lib. 3. Quæst. Natural.
h Prodigam eius luxuriam Seneca refert epistola 115. & lib. de Consolatione ad Albinam, Dion in Tiberio, Rhodig. cap. 11. 9.
Apicios duos fuisse luxuria gulâque infames, vide apud Victorium cap 6. 17.
i Aureis nostris 80.

De [a] mullo, & coracino, salpa, & salmone. CAP. XVIII.

MVllum lxxx. librarum in mari Rubro captum Licinius Murianus prodidit. Quanti mercatura eum luxuria, suburbanis litoribus inuentum? Est & hæc natura, vt alij ali bi pisces principatum obtineant: [b] coracinus in Ægypto: zeus idem faber appellatus, Gadibus: circa Ebusum salpa, obscœnus alibi, & qui nusquam percoqui possit, nisi ferula verberatus: in Aquitania salmo fluuiatilis marinis [c] omnibus præfertur. Piscium alij branchias multiplices habent, alij simplices, alij duplices. [d] his aquam emittunt acceptâ [1] ore. Senectutis indicium squamarum duritia, quæ non sunt omnibus similes. Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium, [e] Larius & [f] Verbanus appellantur, in quibus pisces omnibus annis [g] Vergiliarum ortu existunt squamis [h] conspicui crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie: nec amplius, quàm circa [i] eum mensem, visuntur.

1 in ore. M.

ANNOTATIONES.

a *Mullei, calcei Regum, ac patriciorum dicti, à mullando, id est fuendo, vocati. Ab eorum colore dicti Mulli pisces.* Festus.
b Salsamentum ex eo paratum Saperdam vocabat, autore Polluce, Persius Satyr. 5.

– – en saperdam aduehe ponto,
Castoreum stuppas, hebenum, thus, lubrica coa.

Festo, piscis vilissimus. Varroni insipiens, inelegans, in Modio: *Omnes nobis videmur belli & festiui, cùm saperdæ simus: ἐοικῶς.* Sic enim legendum apud Nonium.
c Piscibus, non salmonibus, vt quidam.
d Fallitur hic Plinius. Branchiis enim pisces aerem accipiunt, & reddunt: ore, aquam.
e *Lac Maior.*
f *Lac de Como.*
g Cyprini clauati Rondeletio, lacuum verò accolis Pigo.
h Die 7. Maij.
i Sic in lacu Allobrogum, quem *Paladru* vocant, Gratianopoli vicino, Vmblæ pisces delicatissimi Nouembri & Decembri mensibus capiuntur, annò toto reliquo, nunquam.

De exocœto. CAP. XIX.

MIratur & Arcadia suum exocœtum, appellatum ab eo, quòd in siccum somni causa [a] exeat. Circa Clitorium vocalis hic traditur, [b] & sine branchiis: idem aliquibus Adonis dictus. Exeũt in terram, [c] & qui marini [1] mures vocantur, & polybi, & murænæ. Quin & in [d] Indię fluminibus certum genus piscium, ac deinde resilit. [2] nam in stagna & amnes [3] transeundi plerisque euidens ratio est, vt [4] tutò fœtus edant, quia non sint [5] ibi quæ deuorent partus, fluctúsque minus sæuiant. Has intelligi ab his causas, seruaríque temporum vices, [7] magis miretur, si quis reputet quoto cuique hominum nosci vberrimam esse capturam Sole transeunte Piscium signum,

1 myri vocantur & polypi Pal. polypi, legitur in CH.
2 Nam stagna & amnes eũt pleriq. Euidens. Plin. Nam stagna & am. transeunt, pleriſque. CH.
3 trãseunt. Plerisque. M.
4 tutos. CH.
5 ibi qui. M. & CH.
6 ius. CH.
7 magis quis miretur, si reputet. Vet.

ANNOTATIONES.

a Non de exocœto, sed de Pœcilia, id scripsit Pausanias in Arcadicis. Idem non in Clitore, sed in Aroanio, qui in Clitorem fluit, eos ait pisces reperiri.
b Clearchus peripateticus apud Athenæum lib. 8. sub ipsum principium, scribit ἰχθύων τινὰς ἀπ' ἐχόντας βράγχια φθεγγεσθαι: quos dam pisces vocem edere, quibus guttur non sit. pro βράγχια, Plinius legit: *βράγχια*.
c Testudines Theophr. lib. de piscibus.
d Aristotel. περὶ ἀκουστῶν. ἀκουστὰ.

Digestio piscium in figuras corporum. CAP. XX.

MArinorum alij sunt plani, vt rhombi, [a] soleæ ac passeres, qui à rhombis situ tantùm corporum differunt. [b] Dexter resupinatus est illis, passeri læuus. Alij longi, vt muræna, conger. Ideo pinnarum quoque fiũt discrimina, quæ pedum vice sunt datæ piscibus: nullis supra quaternas: [1] quibusdam binæ, quibusdá trinæ, aliquibus nullæ. In Fucino tantùm lacu piscis est, qui octonis pinnis natat. Binæ omnino longis & lubricis, vt anguillis & congris. [c] Nullæ, vt murænis, quibus nec [d] branchiæ. Hæc omnia flexuoso corporũ impulsu ita mari vtuntur, vt serpentes terra. In sicco quoque repunt, ideo etiam viuaciora talia. Et è planis aliqua non habent pinnas, vt pastinacæ: ipsa enim latitudine natant. Et quæ mollia appellantur, [e] vt polypi, quoniam pedes illis pinnarum vicem præstant.

1 nonnullis. M.

ANNOTATIONES.

a Lingulacam à Festo eum piscem dictum volunt, quanquam & sic argutaticem mulierem vocarent Canterius cap. 18. 4. Vide infrà, cap 10. 12.
b passerem & Rhombum si ita statuas, vt mentum terram spectet, oculi cæ.um, Rhombi pars supina dextra est, passeris læua.
c Nullas pinnas intellige, quibus natare possint.
d Aristoteles lib. 2. cap. 13 hist. Murenis branchias nullas esse minimè ait, sed non integras. Rond. cap 12. lib 3 primi tomi.
e Aristoteles tamen & pinnis & pedibus natare polypos scribit.

De

De anguillis. CAP. XXI.

[a] ANguillæ octonis viuunt annis. Durant & sine [1] aqua senis diebus Aquilone spirante, Austro paucioribus. [2] At hyemem eędem in exigua aqua non tolerant: nec in turbida: ideo circa Vergilias maximè capiuntur, fluminibus tum præcipuè turbidis. Pascuntur noctibus. [3] Exanimes piscium solæ non fluitant.

1 aquis. M.
2 At eædem in ex. q. n. durãt. Plin. ex Arist. cap. 2. lib. 8. Hist.
3 Hęc vltima clausula in M. non legitur.

ANNOTATIO.

a Lepidè Plautus in Pseudolo, de versuto & veteratore homine, Pseud.

Quid, cùm manifestò tenetur? CHAR. *Anguilla est, elabitur.*

De captura earum in lacu Benaco. CAP. XXII.

LAcus est Italiæ Benacus, in Veronensi agro Mincium amnem transmittens, ad cuius emersus annuo tempore Octobri ferè mense, [a] autumnali sidere (vt palàm est) [b] [1] hyemato lacu, fluctibus glomeratæ voluuntur intantum mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum milium globi reperiantur.

1 hyemante lacu.

ANNOTATIONES.

a Arcturo oriente.
b Velut tempestate procellaque agitato.

De murœna. CAP. XXIII.

MVrœna quocunque [1] tempore parit, cùm cæteri pisces [2] statu pariant. Oua eius citissimè crescunt. [3] In sicco litore lapsas vulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles [4] myrum vocat marem, qui generat. Discrimen esse, quod muræna varia & infirma sit, [5] myrus vnicolor & robustus, dentésque [6] extra os habeat. In Gallia Septentrionali muræits omnibus dextra in [a] maxilla septenæ maculæ, ad formam Septentrionis, aureo colore fulgent, duntaxat viuentibus, paritérque cum anima extinguuntur. Inuenit in hoc animali documenta sæuitiæ [b] Vedius Pollio eques Romanus ex amicis Diui Augusti, viuariis earum immergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarũ non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi [7] spectari non poterat. Ferunt aceti gustu præcipuè eas in rabiem agi. [8] Tenuissimum his tergus: contrà anguillis crassius eoq; verberari solitos tradit Verrius [c] prętextatos, & ob id mulctam his dicit non institutam.

1 mense. M. & CH.
2 statuto tẽpore par. M.
3 In sicco lapsis. Plin. in f. l. elapsas. M. In siccum litus elapsas. Vet.
4 zmyrum. Vet. & CH.
5 zmyrus. Vet. & CH.
6 extra & intra os. ex Arist.
7 spectare. M.
8 Ieuissimum. Massar. nihil mutandum censeo.

ANNOTATIONES.

a Matron apud Athenæum lib. 4 scribit, Murœnam cùm ad magnanimi draconis thorum pergit, ἀγκολαμβάνειν περὶ ἑαυτὴν ἑαυτὸν φιλοτιμουμένην, lætabundam cingulum circa collum gestare.
b Seneca libro de clementia, & libro de Ira.
c Prætextatis mulcta non est instituta, quòd verberibus, non pecunia fascinoris admissi pœnas luerent, nec alio supplicio castigarentur. Vt adolescentes ferula, flagris puerili verbere. Alex. ab Alex. cap 25. 2.

De planis piscibus. CAP. XXIIII.

PLanorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginẽ habet, vt [1] raiæ, pastinacæ, squatinæ, torpedo: & quos bouis, lamiæ, aquilæ, ranæ nominibus Græci appellant. Quo in numero sunt [2] squali quoque: quamuis non plani. [3] Hæc Græcè in vniuersum selache appellauit Aristoteles primus, hoc nomine eis impositio: nos distinguere non possumus, [4] nisi cartilaginea appellare libeat. Omnia autem [5] carniuora sunt talia, & supina vescuntur, vt in delphinis diximus. Et cùm cæteri pisces oua pariant, hoc genus solum, vt ea quæ cete appellant, animal parit, excepta quam ranam vocant.

1 rapæ. CH.
2 galæi. Massar. & Turn. Squalorum meminit & infra cap. 51. & Columel. cap. 17. lib. 8. quare nihil mutandum videtur. primo. M.
3 Hæc Græcia in vniuersum selache appellat. Aristoteles primus hoc nomen eis imposuit. Vet.
4 nisi si cartil. CH. & M.
5 carnosiora. M.

De echeneide CAP. XXV.

ESt paruus admodum piscis assuetus petris, [a] echeneis appellatus: hoc carinis adhærente naues tardius ire creduntur, inde nomine impositio, quam ob causam [b] amatoriis quoque veneficiis infamis est, & iudiciorum ac litium mora: quæ crimina vna laude pẽsat, fluxus grauidarum [1] vtero sistens, partúsque cõtinens ad puerperium. In cibos tamen non admittitur. Pedes eum [2] habere [3] arbitratur Aristoteles, ita posita pinnarum [4] multitudine. Mutianus muricem esse latiorem purpura, neque aspero, neque rotũdo ore, neque in angulos prodeunte rostro, [5] sed simplice, [c] concha vtroque latere sese colligente:

1 vtique. D.
2 non habere. Vet.
3 arbitrantur, inquit Arist. ita dispositæ pin. locus Arist. est cap. 15 lib. 4 H. A.
4 similitudine. M.
5 sed simplice concha, Vet.

6 nuntios, in Vol. d. & Salm.
7 pueri conchas quę id M.

quibus inhærentibus, plenam ventis ſtetiſſe nauem, portentum nuntios à Periandro, vt caſtrarentur nobiles [7] pueri, conchaſque quæ id præſtiterint, apud [d] Gnidiorum Venerem coli. Trebius Niger pedalem eſſe, & craſſitudine quinque digitorum: naues morari, præterea hanc eſſe vim eius aſſeruati in ſale, vt aurum, quod deciderit in altiſſimos puteos, admotus extrahat.

ANNOTATIONES.

a Remoram Latini vocant. Inde remoram facere Plauto in Trinummo.

Ita vincunt illud conducibile gratiæ
Quæ in rebus multis obſtant, odioſaque ſunt,
Remoramque faciunt rei priuatæ & publicæ.

Remeliginem apud Feſtum vocant Afranius & Plautus in ratina. Lucanus.

Non puppim retinens Euro tendente rudentes

In mediis echeneis aquis. Vide cap. 1. libr 32.

b Vel ad amatorum caſtiganda & coercenda deſideria, ne amicarum damno & odio alias captent, vel ad cohibendam puellarum & amicarum facilem leuitatem ne aliis obſequantur.

c Hic deſcribitur Venerea concha Rondeletij, qua & chartas leuigari ait. cap. 12. lib. 13.

d Plaut. in Rudente, *Te ex concha natam autumant: eane tu harum conchas ſpernas.* Seruus his Venerem alloquitur.

De varietate naturæ piſcium. CAP. XXVI.

7 candidum mænæ. CH.
2 eædem fiunt. Pint.

MVtant colorem [1] candidæ hyeme mænæ, [2] & fiunt æſtate nigriores. Mutat & phycis, reliquo tempore candida, vere varia. Eadem piſcium ſola nidificat ex alga, atque in nido parit. Volat hirũdo, ſanè perquàm ſimilis volucri [3] hirundini: item [4] miluus.

De lucerna piſce, & dracone marino. CAP. XXVII.

3 hirundini, piſcis ex argum. appel. lucerna ling. ign. per os exer. tr. no. refucet. Item miluus ſubit in ſumma maria. Atrollit &c. Rondel.
4 milu ſubit in ſum. maria. Piſcis ex arg. ap. lucilingua ignea. Pint. milis ſ. i. f. m. p. e. a. a. fuc. linguaque per os exer. tranquillat. CH.

SVbit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus lucerna, linguáque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. [1 a] Attollit è mari [2] ſeſquipedanea fere cornua, quæ ab his nomen traxit. Rurſus [b] draco marinus [3] captus, atque immiſſus in harenam, cauernam ſibi roſtro mira celeritate excauat.

a Attollit Cornuta è mari. Maſſar.
2 ſeſquipedalia. M. ſemipedalia. Rondelet.
3 captus atque miſſus in harena. Pint.

ANNOTATIONES.

a Cornutam Plinij, cetaceam belluam eſſe, non Lyram Rondeletij, putant attentiores.

b Northmanis *Equille* à lubrico ſub arena lapſu. Ij namque ſua lingua *Equiller* dicunt in humido loco labi.

De piſcibus ſanguine carentibus. CAP. XXVIII.

PIſcium quidam ſanguine carent, de quibus dicemus. Sunt autem tria genera: In primis quæ mollia appellantur: deinde contecta cruſtis tenuibus: poſtremò teſtis concluſa duris. Mollia ſunt, [a] loligo, ſepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & ventrem: pediculi octoni omnibus. Sepiæ & loligini pedes duo ex his longiſſimi & aſperi, quibus ad ora admouent cibos, & in [1] fluctibus ſe, velut ancoris, ſtabiliunt: [2] cęteri cirri, quibus venantur.

1 fluctu. CH.
2 Cætera. CH.

ANNOTATIO.

a *τευθὶς* vel *τευθὶς* Græcorum. Themiſtocles Eretrienſes loliginibus ſimiles eſſe dicebat, *ὅτι μάχαιραν μὲν, παρεῖναι Λιὰ ἔχουσι*: non ab ſimili dicto Leoſthenis, ſine Demadis, qui Alexandro mortuo exercitum illius Cyclopi exceſſato ſimilem aiebat, quoniam Imperatore orbatus eſſet. Rhodig. cap. 29. 24.

De loligine, & ſepiis, & polypis, & nautilis. CAP. XXIX.

3 genera. CH.

LOligo etiam volitat, extra aquam ſe efferens, quod & pectunculi faciunt, ſagittę modo. [a] Sepiarum [1] generis mares varij & nigriores, conſtátiæque maioris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem, vbi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramẽto, quod pro ſanguine his eſt, infuſcata aqua abſcunduntur. Polyporum multa genera: [b] terreni maiores, quàm [2] pelagij: omnes brachiis, vt pedibus ac manibus, vtuntur: cauda verò, quæ eſt biſulca & acuta, in coitu. Eſt polypis [c] fiſtula in dorſo, qua tranſmittunt mare: eáque modò in dexteram partem, modò in ſiniſtram transferunt. Natant obliqui in caput, quod prædurum [3] eſt ſufflatione viuentibus. [4] Cæterò per brachia velut [d] acetabulis diſperſis, hauſtu [5] quodam ac hærẽſcunt, [6] tenent ſupini, vt auelli non queant. Vada non apprehendunt: & grandibus minor tenacitas. Soli mollium in ſiccum exeunt, [e] duntaxat aſperum, lævitatem odore. Veſcuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu [7] crinium frangunt: itaque præiacentibus teſtis cubile eorum deprehenditur. Et cùm alioqui brutum habeatur animal, vt quod ad manum hominis [8] adnatat, in re quodammodo familiari callet. Omnia in do-

2 pelagici. M.

3 eſt ſuffocatione. Vet. inflatione. Alij. Lego ex Ariſt. eſt, & tanquam inflatum, viuentibus.
4 Cæterum. M.
5 cui adhærẽſcunt. M. eo hauſto quodammodo adhærẽſcunt. Vet. eo hauſtu quodã. cui adh. Alij.
6 tenentque ſupini. Vet. tenentque dum non ſupini. Dal.
7 crinum. M.
8 adnatet. M.

9 coſt. M.

domum comportat, dein putamina [9] eroſa carne egerit, adnatantéſque piſciculos ad ea venatur [f]. Colorem mutat ad ſimilitudinem loci, & maximè in metu [g]. Ipſum brachia ſua rodere falſa opinio eſt. Id enim à [10] congris euenit ei: ſed renaſci, ſicut [11] coloris & lacertis [12], caudam, haud falſum. Inter præcipua autem miracula eſt, [h] qui vocatur nautilos, ab aliis [13] pompilos. [i] Supinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina, facilè [14] nauiget. Poſteà prima duo brachia [k] retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velificáte [15] in aura, cæteris ſubremigans [l] brachiis, [16] media cauda, [m] vt gubernaculo, ſe [17] regit. Ita vadit alto, Liburnicarum ludens imagine [18] &: ſi quid pauoris interueniat, hauſta ſe mergens aqua.

10 à cancris. Paguris. Ariſt.
11 Coloris. CH. colubris. Ver. adſtipul. Ariſt.
12 caudas. M. & CH.
13 polypi omn. ex Ariſt. Rondel.
14 enauiget. D.
15 in auras. M.
16 media ſe cauda v g regit. CH. media ſecando. M. lego, maria ſulcando. Nulla enim polypo cauda eſt.
17 dirigit Parm.
18 & in CH. d.

ANNOTATIONES.

a Sepiis, cùm in cibum parabantur, oculos adimi ſolitos, monſtrat hic verſus Plauti in Rudente:

Iube oculos elidere iſtarum vt ſepiis faciunt coqui

Apud Athenæum pag. 308. verſu 43. Antiphanes lepidè vocat ſepiam *κυφόνωτον*, dorſo gibbum.

b *πρόκυμνα* Ariſtoteli, littorales: terrenos licenter Plinius vocat.

c *αὐλὸς, φυσητὴς*. Ariſt.

d Plautus in Aſin.

Ego iſtos noui polypos, qui vbi quid tetigerint, tenent. Ouid.
Vtque ſub æquoreis depreſſum polypus boſtem
Conſtrinet, ex omni demiſſis parte flagellis.

e Ariſt. *μάλιστα*. præcipuè.

f Phoenix. *Μισῶ· διὸ πετραφοῦς πολύπους κοιτὸς χώρου ἀμείβω.*
Πάσαν δ' ἄπλοος ὁδὸν, τάδε τοι ἐνυχῶν ἀγγέλων.
Ion apud Athenæum, *περὶ τὴν πετραίαν πολύποδας, ἀνάπλεως συνῶ μεταλλάκτου πολυσπόρου χθονός.* Plutarchus: *περὶ πολυφιλίας.*
Πανδίκως νοῦν ἴσχει πανσόφων δὲ κεῖνοι πόντου
τὴν πετραιωλίαν τέλειοι δύμεν ἐφάνη. ex Theognide.
Vide Theophraſtum fragmento *περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρείας*. Inde Græcis dicitur *πετροβλίχης* & *πετρίχρως*.

g Athenæus, Horus, Pherecrates ipſum rodere ſcripſerunt: item Alcæus, *ἔδωδα ἰχανὸν ὡς πολύπους*. Heſiodus, *ὅτε κάνθ' ὁ πόλυπος ἐν πόδι τύπτει*. quo loco polypum Eleadem ab edendo dictum interpretes aiunt ſignificari. Oppianus in Halieut. id ſentit,

Ἀλλ' οἱ γε γλαφυρῆσιν ἐνξέμμενοι δυκωσῖσι
πεῖρασιν ἑλκυσσῶσι τοὺς πόδας, ἠὲν ἀφύσσω
Ἀλλοτρίην.

Hinc Ioanni Grãmatico polypi dicuntur *πολυβόπόδες*. Aelianus mutuò ſe vorare polypos tradit. Rhodig. cap. 32. 13. polypum ſuos cirros fame coactũ abſumere tradit, & Aelianus. Inde Græci *αὐτοφάγον* vocant.

h polypo unum, Ariſtotel *πολλαχοῦ ἀπὸ τινῶν ναυτῶν, περὶ ναύτικον, τὸν λόγον ἐν ὧν πολύποδος*. Rondelet.

i Inuò pronus.

k *ἄνω πατῶν*, attollens. Athenæus.

l Brachio vltimo, quod ſolum albicat, acutius eſt, & in extremo bifidum, adnexumque dorſo in coitu polypum vti ſcribit Ariſtot. brachium id Plinius caudam vocat.

m Alia duo brachia in mare demittit loco gubernaculi.

Deozæna, nauplio, & locuſtis. CAP. XXX.

1 coniectãtibus. CH.

POlyporum generis eſt ozæna, dicta [a] à graui capitis odore, ob hoc maximè muræ-nis eam [1] confectantibus. Polypi binis menſibus [b] conduntur. Vltra bimatum non viuunt. [c] Pereunt autem tabe ſemper, fœminæ celeriùs, & ferè à partu. Non ſunt prætereunda & L. Lucullo Proconſule Bæticæ comperta de polypis, quæ Trebius Niger è comitibus eius prodidit. Auidiſſimos eſſe cõcharum: illas ad tactum comprimi, præcidentes brachia eorum, vltróque eſcam ex prædante capere. Carent conchę viſu, omníque ſenſu alio, quàm cibi & periculi. Inſidiantur ergo polypi [2] apertis: impoſitóque lapillo extra corpus, ne palpitatu eiiciatur, [3] ita ſecuri graſſantur, extrahũtq; carnes: illæ ſe contrahunt, ſed fruſtra, diſcuneatæ. Tanta ſolertia animalium hebetiſſimis quoque eſt. Prætereà negat vllum eſſe atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim complexu, & ſorbet [4] acetabulis, ac numeroſo [5] ſuctu derrahit, cùm in naufragos vrinãtéſve impetum cepit. [6 d] Sed ſi inuertatur, elanguéſcit vis. Exporrigunt enim ſe [7] reſupinati, mirè omnibus marinis expetentibus odorem quoque eorum: qua de cauſa & naſſis illinuntur. Cætera, quæ idem retulit, monſtro propiora poſſunt videri. [e] Carteiæ in cetariis aſſuetus exire è mari in [8] lacus [9] eorum apertos, atque ibi ſalſamenta populari, conuertit in ſe cuſtodum indignationem aſſiduitate furti immodici. Sepes erant obiectæ: ſed has tranſcendebat per arborem: nec deprehendi potuit, niſi canum ſagacitate. Hi redeuntem circumuaſere noctu, concitíque cuſtodes expauere nouitatem. Primùm omnium magnitudo inaudita erat, [10] deinde color [11] muria oblíti [12] odore diri. Quis ibi polypum expectaſſet, aut ita cognoſceret? cum monſtro dimicare ſibi videbantur. Nanque & [f] afflatu terribili canes [13] agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robuſtioribus brachiis clauarum modo [14] incuſſos, ægréque multis tridentibus confici potuit. Oſtendêre Lucullo caput eius dolij magnitudine, amphorarum quindecim capax, atque (vt ipſius Trebij verbis vtar) [g] barbas, quas vix vtroque brachio complecti eſſet, clauarum modo toroſas: longas pedum xxx. acetabulis ſiue caliculis vrnalibus peluium modo, dentes magnitudini reſpondentes. Reliquiæ aſſeruatæ miraculo, pependere [h] pondo dcc. Sepias quoque & loligenes eiuſdem magnitudinis

2 apertis impoſito lapillo intra. Vet.
3 & ita. M.
4 acceptabulis. Par.
5 ſuctu dum trahit. M.
6 Sed ſi inuertatur, elãgueſcit. Vix enim exporrigunt ſe reſupinati.
7 reſupinati. Cætera quæ idem, &c. populari, mirè omnibus marinis, &c. illinuntur, conuertit in ſe. Pint.
8 cupas, labra. Maſſar.
9 mercatorum. Vet.
10 dein colos. M.
11 muriæ oblitu: odor dirus. muria obliti tus. Ver.
12 odore viri. Pint.
13 abigebat. Alij.
14 percuſſos. D.

gnitudinis expulsas in litus illud, idem autor est. In nostro mari loligines quinûm cubitorum capiuntur, sepiæ binûm. Neque his bimatu longior vita. [i] Nauigeram similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus: concham esse acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata in hac condi nauplium, animal sepiæ simile, ludendi societate sola: [k] duobus hoc fieri generibus. Tranquillo enim vectorem demissis palmulis ferire, [15] vt remis. Si verò flatus [16] inuitent, easdem in vsu gubernaculi porrigi, pandíque [17] concharum sinus auræ. Huius voluptatem esse, vt ferat: illius, vt regat: [18] simúlque eam descendere [19] in duo sensu carentia: nisi fortè tristi (id enim constat) [l] omine nauigátium humana calamitas in causa est. [m] Locustæ crusta fragili muniuntur in eo genere, quod caret sanguine. Latent mensibus quinis. Similiter cancri, qui eodem tempore occultãtur, & ambo veris principio senectutem anguium more [19] exuunt renouatione tergorum. Cætera in vndis natant: locustæ reptantium modo fluitant: si nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quæ sunt [21] propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis: iisdem erectis in pauore obliquè in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Vnum hoc animalium, nisi viuum feruenti aqua incoquatur, [n] fluida carne non habet callum.

15 vt remissi verò flatus inuitant. M.
16 inuitet. CH.
17 baccarum. CH. conchæ sinum. D.
18 simulq; eadem descendere. Locustæ. Pint. ex Tol. & Salm. deleris verbis interpositis.
19 incluso sinu, fluctu hausto, territam visu. Id enim vbi cõstat rumore nauigantium &c. Hæc vet. Iocundo. Massurio. Vetustum meũ sic habet: territam visu, forte resisti. Id enim vbi cõstat. Parmense verò, territã visu. Id enim vt cõstat rumore &c.
20 exiguint. CH.
21 propria, in Parm. deest.

ANNOTATIONES.

a Imò verò potiùs quod suaue quidpiam oleat. Græci ideò vocant μαζίχιον hoc seculo Neapolitani Mustchardinum. Idem est Ozolis, Osmylus, Eledone, Bolitæna. Rond.
b φωλεύουσι, latent.
c A coitu mares, à parta fœminæ.
d Plinius à seipso dissentire hic videtur cùm superiori cap. scripserit polypos ea quibus adhæresunt, ita supinos tenere, vt auelli nequeant, quod expono, si iam altius dentes infixerint, alioqui facilè resupinatos elanguescere.
e Eandem historiã de Polypo ruteolano refert Aelianus. 13. 6.
f Odore. non enim flat, aut spirat.
g Crines, cirros, brachia, flagella.
h Strabo circa Carteiam Polypos talenti pondo reperiri author est.
i Nautili in mari ludentis & nauigantis. Nauplium ἀπὸ τῆς ψυχῆς πλώειν, Mutianus solus vocauit.
k Dalechamp. genera piscium intelligit, & de Concha & Nauplio, Cod. 1. de Concha & Polypo, Cod. 2. interpretatur. Ego ad duplicem Conchæ & Nauplij nauigandi rationem refero, vt tranquillo aliter mari, quando auræ posuere, aliter incidentibus ventis nauigent.
l Putant enim qui nauigant, velificantem Nautilum grande aliquod malum & infortunium portẽdere, & maximè sinu clauso repentè occultum & demersum.
m Plautus in Menæch. iocosè, Medicus,
Dic mihi etiam, solent tibi vnquam oculi duri fieri? Menæch.
Tu me locustam censes esse, homo ignauissime?
n Laxq, raolli, vda c. n. h. solidam durámque pulpam.

De cancris, echinis, & echinometris. CAP. XXXI.

VIuunt petrosis locis, cancri mollibus. Hyeme aprica [1] litora sectantur: æstate in opaca gurgitum recedunt. Omnia eius generis hyeme læduntur, autumno & vere pinguescunt, & plenilunio magis, quia nocte sidus tepido fulgore [2] mitificat. Cancrorum genera, carabi, astaci, maiæ, paguri, heracleotici, [a] leones, & alia ignobiliora. Carabi cauda à cæteris cancris distant. In Phœnice [3] hippœ vocantur, tantæ velocitatis, vt consequi [4] non sit. Cancris vita longa: pedes octoni, omnes in [5] obliquum flexi. Fœminæ primus pes duplex, mari simplex. Præterea bina brachia denticulatis [6] forcipibus. Superior pars in primoribus his mouetur: inferiore immobili. Dextrum brachium omnibus maius. Vniuersi [7] vbi aliquando congregantur, os Ponti euincere non valent: quamobrem regressi circumeunt, apparétque tritum iter. Pinnotheres autem vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriæ. Huic solertia est inanium [b] ostrearum testis se condere: & cùm accreuerit, migrare in capaciores. Cancri in pauore [8] etiam [c] retrorsum pari velocitate redeunt. Dimicant inter se, vt arietes, aduersis cornibus incursantes. Contra serpentium ictus [9] medentur. Sole Cancri signũ transeunte, & ipsorum, cùm exanimati sint, corpus transfigurari in Scorpiones narratur in sicco. Ex eodem genere sunt [d] echini, quibus spinę pro pedibus. Ingredi est his, in orbem volui: itaque detritis sæpe aculeis inueniuntur. Ex his echinometræ appellãtur, quorum longissimæ spinæ, calices minimi. Nec omnibus idem vitreus color. Circa Toronen candidi nascuntur, spina parua. Oua omnium amara, quina numero. Ora in medio corpore in terram versa. Tradunt sæuitiam maris præsagire eos, [10] & correptísque operari lapillis, mobilitatem põdere stabilientes. Nolunt volutatione spinas atterere: quod vbi videre nautici, statim pluribus ancoris nauigia infrænant,

1 loca. Vet. M.
2 mitificatur.
3 Scribendum videtur non Hippœ, sed Hippees, siue Hippeis, ex Aristot. Histo. animal. lib. 4. cap. 2. Theodoro quoque Equites, vertente, nõ Equos.
4 non possint. CH.
5 obliquo flexu. M.
6 forficibus. CH.
7 vbi, in M. d.
8 & retrorsi. CH.
9 medentur sole C. f. transeunte: & ipsi. Vet.
10 correptis ore lapillis mobilitatem pondere stabilientes, quia nolunt &c. D.

ANNOTATIONES.

a Fluuiatiles ex Aristot. cap. 2. 4. hist.
b Lucil, *Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla Peloris.*

Afranius, *Conchas, echinos, strreas marinas.*
Plaut. in Pseud
Vt transuersus cedit, quasi cancer solet, non prouersus.
d De iis Plautus in parasito pigro,
Addite lepades, echinos, ostrea. Idem in Rudente.
Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus, conchas,
Marinam vricam, musculos, plagusias striatas.
e Plutarchus in Dialogo, vtra prudentiora sint, terrestria an aquatica.

De cochleis. CAP. XXXII.

INeodem genere cochleæ, aquatiles terrestréque, exerentes se domicilio, binâque ceu cornua protendentes contrahentéque: oculis carent: [1] itaque corniculis prætentant iter.

1 ideóque. M.

De pectinibus, murice, & concharum generibus. CAP. XXXIII.

PEctines in mari ex eodem genere habentur, reconditi & ipsi in magnis frigoribus, ac magnis [1] æstibus: vnguésque velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium. Firmioris iam testæ murices, & concharum genera: in quibus magna ludentis naturæ varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concauis, longis, [2] lunatis in orbem circumactis, dimidio orbe cęsis, in dorsum elatis, læuibus, rugatis, denticulatis, striatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso, foris effuso, intus replicato: iam distinctione [3] virgulata, crinita, crispa, [4] canaliculatim, [5] pectinatim, imbricatim vndata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expansa, [6] densata, porrecta, sinuata, breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum apertis, ad buccinam [7] recuruis. Nauigant ex his [8] veneriæ, præbentésque concauam [9] sui partem, [10] & auræ opponentes, per summa æquorum velificant. Saliunt pectines, & extrà volitant, séque & ipsi carinant.

1 æstatibus. CH.
2 limatis. M.
3 vngulata. M.
4 cauiculatim. CH. clauiculatim. Vet. canaliculatim reticulata in obliquum. M.
5 pectinatim diuisi, imbricatim vndati, cancellatim &c. CH.
6 prædensata. Vet.
7 bucinum. CH.
8 Neritæ. Vet.
9 sibi partem. Vet. & CH.
10 & alteram auræ. Vet.

De diuitiis marinis. CAP. XXXIIII.

SEd quid hæc tam parua commemoro, cùm populatio morum atque luxuria non aliunde maior, quàm è concharum genere, proueniat? Iam quidem ex tota rerum natura damnosissimum [1] mare est, tot modis, tot mensis, tot piscium saporibus, quibus pretia capientium periculo fiunt.

1 ventri mare est. Vet. CH. & M.

Quomodo, & vbi inueniantur margaritæ. CAP. XXXV.

SEd quota hæc portio est reputantibus purpuras, [a] conchylia, margaritas? Parum scilicet fuerat in gulas [b] condi maria, nisi manibus, auribus, capite, totóque corpore à fœminis iuxtà virísque gestarentur. Quid mari cum [c] vestibus? Quid vndis fluctibúsque cum vellere? [1] Non rectè recipit hæc nos rerum natura, nisi nudos. Esto, [2] sit tanta ventri cum eo societas, quid tergori? Parum est, nisi [3] qui [d] vescimur periculis, etiam vestiamur. Adeò per totum corpus, [4] anima hominis quæsita maximè placent. Principium ergo [5] culmenque [6] omnium rerum pretij, margaritæ tenent. Indicus maximè has mittit Oceanus inter illas belluas tales tantásque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis Solis [7] ardoribus, atque Indis quoque in insulas petuntur, & admodum [8] paucas. Fertilissima est Taprobane & [9] Toidis, vt diximus in circuitu mundi: item [dd] Perimula promontorium Indiæ. Præcipuè autem laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris [e] Rubri. Origo atque genitura [f] conchæ, est haud multùm ostrearum conchis differens. Has vbi [10] genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quadam oscitatione, impleri roscido conceptu tradunt, grauidas posteà eniti, [g] partúmque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, [11] candorem conspici: si verò turbidus, & fœtum sordescere, eundem [12] pallere, cælo minante conceptum: ex eo quippe constare, [13] cælique eis maiorem societatem esse, quàm maris: inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum. Si tempestiuè satientur, grandescere & partus. Si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si verò [14] & tonuerit, pauidas ac repentè compressas, quæ vocant physe

1 Num ritè. Pint.
2 sit tanti. Pint.
3 queis. Pint.
4 animæ hominis quæsita. M. animæ hominis periculo quæsita. Vet.
5 columenque M. & CH.
6 omnium operum pretium. M.
7 ardoribus. Eæ quoque ab Indicis insulis. Vet.
8 paucis. Vet.
9 Stoidis. Vet. & supra lib. 6 cap. 25. Torois. Parm.
10 genitalis amnis (leg. annus) cumulauerit, ora pandentes se (leg. ceu) quadam. M.
11 candore. Pint.
12 pallescere. Pint.
13 cæli quietis. CH.
14 etiam. CH. M. 33. cap. 11.

phy ſemata, efficere,[15] ſpeciem modò inani inflatam ſine corpore: hos eſſe concharum abortus. Sani quidem partus multiplici conſtant cute, non impropriè callum vt exiſtimari corporis poſſit: itaque & purgantur à peritis. Miror ipſo tantùm[16] eos cælogaudere, Sole rubeſcere, candorémque perdere, vt corpus humanum. Quare præcipuum cuſtodiunt[17] pelagiæ, altius merſæ, quàm vt penetrent radij. Flaueſcunt tamen & illæ ſenecta, rugíſque torpeſcunt: nec niſi[18] iuuenta conſtat ille, qui quæritur, vigor. Craſſeſcunt etiam in ſenecta, conchíſque adhæreſcunt: nec iis[19] auelli queunt, niſi[h] lima. Quibus vna tãtùm eſt facies, & ab ea rotũditas, auerſis planities, ob id[i] tympania nominãtur. Cohærẽtes videmus in conchis hac dote[20] vnguenta circunferentibus.[21] Cæterò in aqua mollis vnio, exemptus protinus dureſcit. Concha ipſa cùm manum[22] videt cõprimit ſeſe, operítque opes ſuas, gnara propter illas ſe peti: manúmque ſi præueniat, acie ſua abſcindit, nulla iuſtiore pœna, & aliis munita ſuppliciis. quippe inter ſcopulos maior pars inuenitur: ſed in alto quoque comitantur[23] marinis canibus: nec tamen aures fœminarum arcentur. Quidam tradunt, ſicut apibus, ita concharum examinibus ſingulas magnitudine & vetuſtate præcipuas eſſe veluti duces, mirę ad cauendum ſolertiæ: has vrinantium cura peti: illis captis, facilè cæteras palantes retibus includi. Multo deinde[24] obrutas ſale in vaſis fictilibus,[25] eroſa carne omni, nucleos quoſdã corporum, hoc eſt, vniones decidere in ima. Vſu atteri non dubium eſt, colorémque indiligentia[26] mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere,[l] haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiſcreti: vnde nomen vnionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. Nam id apud Græcos non eſt, ne apud Barbaros quidem inuentores eius[m] aliud, quàm margaritæ. Et in candore ipſo magna differentia. Clarior in Rubro mari[27] repertus. Indicus ſpecularium lapidum ſquamas aſſimilat, aliàs magnitudine[28] præcellens. Summa laus coloris eſt[n] exaluminatos vocari. Et procerioribus ſua gratia eſt elenchos appellant[o] faſtigata longitudine,[29] alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos ac[p] ternos auribus, fœminarum gloria eſt.[30] Subeunt luxuriæ eius nomina[31] & tædia exquiſita perditiore portatu: ſiquidem cùm[32] id fecere, crotalia appellant, ceu ſono quoque gaudeant, & colliſu ipſo margaritarum.[33 r] Affectántque iam & pauperes, lictorem fœminæ in publico vnionem eſſe dictitantes. Quin & pedibus, nec crepidarum tantùm obſtragulis, ſed totis[s] ſocculis addunt. Neque enim geſtare iam margaritas, niſi calcent, ac per vniones etiam ambulent, ſatis eſt. In noſtro mari reperiri ſolebant, crebriùs circa Boſphorum Thracium, rufi ac parui in conchis, quas[t] myas appellant.[34] At in Acarnania, quæ vocatur pinna, gignit. Quo apparet non vno conchæ genere naſci. Nanque & Iuba tradit, Arabicis concham eſſe ſimilem pectini[u] inſecto[x] hirſutam echinorum modo, ipſum vnionem in carne, grandini ſimilem. Conchæ non tales ad nos afferuntur. Nec in Acarnania autem laudati reperiuntur,[y] enormes[35] ferè, coloríſque marmorei. Meliores circa Actium, ſed & hi parui: & in Mauritaniæ maritimis. Alexander Polyhiſtor & Sudines ſeneſcere eos putant, colorémque expirare. Eorum corpus ſolidum eſſe manifeſtum eſt, quòd nullo lapſu franguntur. Non autem ſemper in media carne reperiuntur, ſed aliis atque aliis locis. Vidimúſq; iam in extremis etiam marginibus velut[34] concha exeuntes: & in quibuſdam quaternos quinóſque. Pondus[z] ad hoc æui ſemunciæ pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere. In Britannia paruos atque decolores naſci certum eſt: quoniam Diuus Iulius thoracem, quem Veneri Genitrici in templo eius dicauit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi. Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij principis matrona, ne ſerio quidem[35] ac ſolenni cæremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis margaritíſque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus[36 a] ſpiris, auribus, collo,[37] manibus digitíſque: quæ ſumma quadringenties H-S colligebat: ipſam[38] confeſtim paratam[39] nuncupationem tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant, ſed auitæ opes, prouinciarum ſcilicet ſpoliis partæ. Hic eſt rapinarum exitus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum

15 ſpecie modo inani inflata. Quidam, ſpeciem modo inané & inflatam. Vet. ſpeciem earum inanem & inflaram. Parm ſpecie modo inani inflatas. CH.
16 eas. M.
17 pelago altius merſæ. Vet.
18 in iuuen. M. & CH. ſic mox, in ſenecta.
19 euelli. M.
20 inuenta. Dal. Id eſt, hac laude excogitata ab iis qui circũferunt & vendunt, quaſi natura gemellę ſint.
21 Cæterum M.
22 videt. CH. ſentit. Dal. nam viſa careat.
23 marini canes. D.
24 obrutis. D.
25 roſi. CH.
26 mutare. CH.
27 repertis. Indico. Tol.
28 præcellentes. CH. præcellentibus. D.
29 vel alabaſtrorum figura, vel in pleniorem orbem deſinentes. D.
30 ſubeunteque. CH.
31 & faſtidia, exquiſito perditis nepotatu. Vet. perditi nepotatus. Pint. perditionepotatu. CH. perditione nepotatu. Turn.
32 illiſſere. Pint.
33 Cupinnæque iam & pauperes lectorem, dictitantes vnionem eſſe in publico. M. Affectauerũt; & pauperes lectiores ſum. Alij. Vide Annot.
34 At Arcadia quæ vocantur.
35 & feri. M. & CH. Lego, & feri, marmoreique coloris.
34 è concha. M.
35 aut. M. & CH.
36 ſpira. M. & CH.
37 monilibus. M. Salm. Tol. & CH.
38 ipſa confeſtim parata &c Alij. ipſa cõfectaci. CH.
39 mancupationem. Turn. & CH. id eſt, pretium.

gum muneribus in totò Oriente, interdicta amicitia à Caio Cæſare Auguſti filio venenum biberet, vt neptis eius quadringẽties H-S operta ſpectaretur ad lucernas. Computet nunc aliquis ex altera parte, quãtum Curius aut Fabricius in triumphis tulerint: imaginetur illorũ fercula, & ex altera parte Lolliam, vnam[40] imperij mulierculam accubantem:[41] non illos curru[e] detractos, quàm in hoc viciſſe malit? Nec hæc ſumma luxuriæ exempla ſunt: Duo fuere maximi vniones per omne æuum: vtrunque poſſedit Cleopatra, Ægypti reginarum nouiſſima, per manus Orientis regum ſibi traditos. Hęc, cùm exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix, lautitiam eius omnem apparatúmque obtrectans, quærente eo quid aſtrui magnificentiæ[42] poſſit, reſpondit, vna ſe cœna centies H-S abſumpturam. Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis, poſtero die quo iudicium agebatur, magnificam aliâs cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationémque expoſtulanti. At illa corollarium[43] id eſſe,[44] conſumpturámque ſe ea cœna taxationem confirmãs, ſolámque ſexcenties H-S cœnaturam, inferri menſam ſecundam iuſſit. Ex præcepto miniſtri vnum tantum vas ante eam poſuere? aceti, cuius aſperitas víſque in tabem margaritas reſoluit. Gerebat auribus cum maximè ſingulare illud, & verè vnicum naturæ opus. Itaque expectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum obſorbuit. Iniecit alteri manum L. Plancus, iudex ſponſionis eius eum quoque paranti ſimili modo abſumere, victúmque Antonium pronuntiauit,[45] homine irato.[46] Comitetur fama vnionis eius parem, capta illa tantæ quæſtionis[46] victrice regina diſſectum, vt eſſet in[47] vtriſque Veneris auribus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna. Non ferent tamen hanc palmam ſpoliabuntúrque etiam luxuriæ gloria. Prior id fecerat Romæ in vnionibus magnæ taxationis Clodius Tragœdi[d] Æſopi filius, relictus abeo in amplis opibus hæres, ne[48] in Triumuiratu ſuo nimis ſuperbiat Antonius, penè hiſtrioni comparatus, & quidem nulla ſponſione ad hoc producto:[49] quod id magis regium erat: ſed vt experiretur in gloria palati, quid ſaperent margaritæ: atque vt mire placuere, ne ſolus hoc ſciret, ſingulos vniones[50] conuiuis abſorbendos dedit. Romæ in promiſcuum ac frequentem vſum veniſſe, Alexandria in ditiõnem redacta: primùm autem cœpiſſe circa Syllana tempora minutas & viles, Feneſtella tradit manifeſto errore, cùm Ælius Stilo Iugurthino bello vnionum nomen impoſitum maximè grandibus margaritis prodat. Et hoc tamen æternæ propè poſſeſſionis eſt. Sequitur hæredem, in mancipatum venit, vt prædium aliquod. Cõchylia & purpuras omnis ora atterit, quibus eadem mater luxuria paria penè[51] etiam margaritis pretia fecit.

40 imperatori. D.
41 non illos currus defractos, quam huius CCCC. HS. maritè? Pint. non illis curribus detr. Vet.
42 poſſet. CH.
43 quidem. M.
44 & cõſumpturam eam, cœnã. CH. & M.
45 omine rato. Turn. & CH. nã paulo poſt ab Auguſto ſuperatus eſt.
46 Cõmitatur. CH.
46 victa. Vet.
47 vtriuſque. CH.
48 in. M. Tol. & Salm. d.
49 quo magis refitgium fiat. M. Turn. & CH.
50 conuiuis quoque. CH.
51 &, CH.

ANNOTATIONES.

a Buccinæ, quorum ſanguine & purpurarum, ad tingendas lanas vtebantur.
b A natura fieri.
c Prouerbium vetus, Qui natare vult, ſi exuit.
d Sic legit Turneb. cap. 9. lib. 10. Aduerſ.
dd Ælianò lib. 15. cap. 8. hiſt. Animal. πτοιεῖδε vrbs Indiæ.
e Vlpianus lib. 19. D. de auro & arg. leg. margaritas vult nec gemmis contineri nec capillis, quia apud rubrum mare creſcit & coaleſcit concha. Tertullianus lib. De habitu muliebri, puſtulam conchæ, ſiue duram & rotundam verrucam eſſe ait. Hieronymus rubri maris grana vocat, Martialis:
Erythræos lapillos, & gemmas Erythræ is erutas vadis.
Cuiacius cap. 18. lib. 10. Obſer. Multa quoque de iis Iacob. Reuard. cap. 4. lib. 1. Varior.
f Conchas eas nunc Perſæ *cheripo* vocant.
g De hac re vide Rondeletium. Androſthenes apud Athæneum lib. 3. in oſtrei carne gigni putat, non aliter quàm grandinem in ſuibus.
h Apud Perſ. Sat. 2.
Hæc baccam conchæ raſiſſe.
i τὰ τυμπάνια, exigua tympana.
k Iſidorus Characenus τινὰ δὲ μαργαρίτας ἐν αὐτῷ τῷ ὀστράκῳ τῷ ὀστρείῳ ἐκ τῆς ἀγχιβαθοῦς θάλασσης ἀναφέρεσθαι. μέση γὰρ τότε, καὶ πολλάκις οἱ δύναντες κατέδυσαν ἐπὶ πλείστους τῶν ὀστρείων, καὶ οὐδὲν ἀπὸ παραχρῆμα ἀπεδύσαντο. Scalig. in Manil. ex Athenæo lib. 3.
l Haud inuentu facilibus, eximiis illis præſtantiæ notis omnibus in vnico vnione.
m Perſæ vocant hodie *Lutn*, Indi verò *Moti* vel *Motu*.
n Quæquauerſum ſine fuſco nitentes & pellucidos.
o In pyri modum turbinata.
p Perronius tribaccam margaritam vocat.
Quò margarita cara, tribacca, Iudica.
An vt, matrona ornata faleris pelagiis,
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneos
Had. Iun. cap. 15. 6. Iuuenalis Satyra 6.
Cùm virides gemmas collo circundedit, & cùm
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.
Seneca cap. 9. lib. 7. De benefic. Video vniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos: iam enim exercitatæ oneri ferendo ſunt. Iungũtur inter ſe & inſuper alij bini ſuperponũtur. Non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent.
q Turneb. cap. 9. lib. 10. Aduerſ.
r Senſus eſt, pauperes fœminas vnionibus gaudere, quòd, in publico cùm ſint, ipſis de via decedatur, videanturq; diuites, vt margarita pro lictore ſit, & turbam ſummoueat. Id. n. fuit lictorum officium. Horatius:

---neque consularis
Summoues lictor miseros tumultus
Mentis---

Quidam docti licitatorem legunt, quasi emptorem pudicitiæ matronalis, verbis vim afferentes, & pro arguta elegantique sententia turpem comminiscentes. Turnebus cap.10.lib.15. Aduers.

ζ Tertullian. li. de Habitu virginis. Latent in cingulis smaragdi: Gylindras vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit; & in peronibus vniones emergere de luto cupiunt. Manilius lib.5. de margaritis & aliis gemmis:

Pérque caput ducti lapides, per colla, manúsque,
Et pedibus niueis fulserunt aurea vincla.

Chares Mityleneus apud Athenæum scribit ex margaritis σπυάσασθαι ἐμπάσασθαι τοῦ Φίλιππε περὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὰς πόδας.

τ Tales hodie reperiuntur in gelidissimis quibusdam Aruernorum riuis & torrentibus.

υ Insectam, ἀπὸ διαγιγνομένου Athenæ. minimè straram aut cælatam.

χ διαφανῆ Athenæus, spissam, vt rectè vertit Rondeletius, non hirsutam.

ψ Minimè aut rotundi aut leues.

ω In India nunc ponderosissimæ pendunt centum sexaginta grana hordei.

α Vittarum circunductus sic vocat. Vittis. n. stola, sellis, ac lecticis, primariæ locupletésque matronæ à tenuioribus & impudicis distinguebantur.

Ouid. *Scripsimus hæc illis quarum nec vitta ligatos*
Attingit crines, nec stola longa pedes. Brissonius ca.4.li.1.

β Sensus est, satius fuisse Curium & Fabricium non triumphasse, quàm locupleteratam eorum victoriis posteritatem ad tam humanem luxum peruenire. Turn. cap.9.lib.10. Aduers.

γ Id nimirum est quod scribitur in leg. Seia. ff. de auro, arg. Seia vnionem cum hyacinthis legauit: posteà vnionem soluit, nec vllum mortis tempore inter ornamenta sua vnionem reliquit: quæritur, an hæres æstimationem rei, quæ in hæreditate non est, præstare debeat? Eam vim aceti esse tradit Vitruuius cap.1.8. Macrobius. cap.7.3. Saturnalium. Idem de Æsopi filio scribit Valerius cap.1.9. De Caligula Suetonius. Brissonius cap.10.lib.1.

δ Horatius. *Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,*
Scilicet vt decies solidum absorbêret, aceto
Diluit insignem baccam. Vide Valer. cap.1.lib.9.

ι Varronis magister. Dicere is solebat, Musas Plautino sermone locuturas fuisse, si Latinè loqui vellent. Eius meminerunt Grammatici Sosipater lib.1. Priscianus l. 6. Pompeius in voce Sonticus. Varro 4. de Ling. Lat. Hadrian. Jun. cap.11.6.

De natura purpuræ, & muricis. CAP. XXXVI.

PVrpuræ viuunt annis plurimùm [1] septenis. Latent, sicut [a] murices, [2] circa Canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, [3] mutuóque attritu lentorem [b] cuiusdam ceræ saliuant. Simili modo & murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expetitum vestibus, [c] in mediis habent faucibus. [4] Liquoris hic minimi est in candida vena, vnde pretiosus ille bibitur [5] nigrantis rosæ colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Viuas capere contendunt, quia [6] cum vita succum eum euomunt. Et maioribus quidem purpuris [d] detracta concha auferunt: minores [7] trapetis frangunt, ita demum rorem eum [8] excipientes [e] Tyrij. Præcipuus hic Asiæ, in Meninge Africæ, & Gætulo litore Oceani, in Laconica Europæ. [9] Huic [f] fasces securésque Romanæ viam faciunt: idémque pro maiestate & pueritiæ est. Distinguit ab equite Curiam: [h] Diis aduocatur placandis: omnémque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata & purpuræ sit insania. Sed vnde [i] conchyliis pretia, quîs virus graue infuco, color austerus in glauco, & [k] irascenti similis mari? Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo est. [10] Aqua dulci necantur, & sicubi [11] flumen immergitur: alioqui captæ, diebus quinquagenis viuunt, saliua sua. Conchæ omnes celerrimè crescunt, præcipuè purpuræ: anno magnitudinem implent. Quòd si hactenus transcurrat expositio, fraudatam profectò se luxuria credat, nósque indiligentiæ damnet. Quamobrem persequemur etiam officinas: vt tanquam [12] in vita frugum noscitur ratio, sic omnes, qui istis gaudent, [13] præmia vitæ suæ [14] calleant. Concharum ad [15] l purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento. Duo sunt genera: Buccinum [16] minor concha, ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur: vnde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Alterum purpura vocatur, [17] cunicu latim procurrente rostro, & cuniculi [18] latere introrsus tubulato, quà proferatur lingua. Præterea [19] clauatum est ad turbinem vsque aculeis in orbem septenis ferè, qui non sunt buccino, sed vtrisque orbes totidem, quot habeant annos. Buccinum non nisi petris adhæret, circáque scopulos legitur.

1 senis, ex Arist.
2 contra M.
3 mutuúmque CH.
4 liquoris nimirum est D.
5 nigricantis rosæ colo. D Alij, violæ.
6 cum vita sua suc. M. in Tol. d.
7 cũ terra vilis. Tol. & CH. legendum, cũ testis, ex Arist. lib.5. hist Anim. 4.
8 expuentes. Tol. & CH.
9 Hinc. Parm. & Vet.
10 Aquæ dulcedine. M.
11 flumini immerguntur. Vet.
12 in victu CH. & M.
13 præmio. M. & CH.
14 calleãt. Ad purp. &c. temperamento, Cõcharum præcipua duo sunt genera: Sue einum &c. Rond.
15 purpurea & conchyliata. Vet.
16 maior. Rondel.
17 clauiculatim. Vet. canaliculatim proc. ro. & canaliculi. M. caniculato pr. r. & canicula. CH.
18 itinere. Dal.
19 clauata. subaudi, purpura. Dal.

ANNOTATIONES.

a Apud Aristotelem κήρυκες, Buccina. Muricem hîc de buccino Plinius vsurpat, suprà verò cap. 25. de concha Veneria.
b Lentore cuiusdam cerij saliuant. ποιῶσι μαλίσκον, id est, ὅλον κηρίον, μαλάσσει. Aristot. Gaza vertit fauare & fauificare.
c Inter papauer & ceruicem. Aristot.
d Eam prius diffringebant, & vbi fracta esset, ceruicem à papauere seiungebant. Nam inter hæc supra ventrem flos situs est.
e Vide Pollucem lib.1. & Vitruuium ca.13.lib.7.
f Consulatus insignia fuerunt duodecim fasces, totidem lictores, purpurea præexta, curulis sella. De comitiis consularibus, imperioque & potestate ac dignitate consulum amplissimè differit Alex. ab Alex. cap.3.3. & 18.5.
g In prætextis.
h Consules enim non nisi purpurati sacrificabant.
i Ex iis, vt buccinis & purpuris, succus tingendis lanis colligitur.
k Conchylij triplex fucus est: vnus Heliotropij paulò saturatior quem autor hic significat: alter floris maluæ ad purpuram inclinans: tertius violæ serotinæ. cap.8.lib.21.
l Purpurei & conchyliati coloris infecturas.

Quot

Quot sint genera. CAP. XXXVII.

PVrpuræ, nomine alio [a] pelagiæ vocantur. Earum genera plura, pabulo & solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga, [1] vilissimum: vtrisque melius Tenierise, in [b] Tenei maris ora collectum: hoc quoque tamen etiamnum leuius atque dilutius: calculosæ appellantur à calculo maris, mirè apto conchyliis: & longè [2] optimum purpuris [c] Dialutense, ideſt [d] vario soli genere [3] pastum. Capiuntur autem purpuræ paruulis rarísque textu veluti nassis in alto iactis. Ineſt iis esca, [e] clusiles mordacésque conchæ, ceu mitulos videmus. has semineces, sed redditas mari auido hiatu reuiuiscentes, appetunt purpuræ, porrectísque linguis infestant. at illę aculeo extimulatæ claudunt sese, comprimúntque [4] mordentia: ita pendentes auiditate sua purpuræ tolluntur.

1 vilissimum vtrumque: melius tæniense, in tæniis maris & ora. (Alij, maris & litore) collectum. Man. & CH habent, in tenet maris collectum.
2 optimo. D.
3 pastu. M.
4 mordentes D.

ANNOTATIONES.

a Vniuerso generi, quod situs ac loci proprium est, Plinius oscitanter tribuit. Nam purpurarum aliæ sunt pelagiæ, aliæ litorales.
b Monuimus *in tæniis maris* hic ab aliis legi. Sunt autem tæniæ, candidæ in mari cautes longo tractu fasciam imitantes.
c Quasi διαπλύτου, vagum, solutum, errabundum, eidem sedi minimè adhærens. Lego vt *Dialetæ vario soli genere pastæ.* ἀλᾶται, erro, vagus, sedem mutans, ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι, vnde ficta vox διαλᾶται: nisi magis placeat διαπλυτεύεται, ἀπὸ τοῦ ἀλυτεύω.

Concharum flos Aristoteli
- 1 Niger ex
  - 1 pelagiis.
  - 2 magnis.
  - 3 Aquiloniis.
- 2 flauus aut rubens ex
  - 1 litoralibus.
  - 2 paruis.
  - 3 Austrinis.

d Cœnoso, algoso, calculoso.
e Apud Athenæum li.3.pag.43. Concha ea μέσανα dicitur & λυχνοθήρα.

Quo capiantur tempore. XXXVIII.

CApi eas post Canis ortum, aut ante vernum tempus vtilissimum: quoniam cùm [1] fœtificauere, fluxos habent succos. Sed id tingentium officinæ ignorant, cùm summa vertátur in eo. Eximitur posteà vena, quam diximus: cui addi [a] salem necessarium, sextarios fermè in libras centenas: macerari triduo, iustum. Quippe [2] maior vis tantò, quantò recentior. Feruere in [c] plumbo, singulísque [d] aquæ amphoris centenas atque quinquagenas [e] medicaminis libras [3] f æquari, ac modico vapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo. Ita despumatis subinde carnibus, quas [4] hæsisse venis necesse est, decimo fermè die [5] g liquata cortina, vellus [6] elutriatum mergitur in experimentum: & donec spei satis fiat, vritur liquor. [7] Rubens color nigrante deterior. Quinis lana potat horis, rursúsque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. Buccinum per se damnatur, quoniam [i] fucum remittit. Pelagio [8] admodum alligantur, nimiæque eius nigritiæ dat austeritatem illam nitorémque, qui quæritur, cocci. Ita permistis viribus alterum altero [k] excitatur, aut astringitur. Summa medicaminum in libras vellerum, buccini ducẽta [9] pelagij cxi. Ita fit [l] amethysti color eximius ille. At Tyrius pelagio primùm satiatur [m] immatura viridíque cortina: mox permutatur in [10] buccino. Laus ei summa, [11] color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idémque suspectu refulgens. Vnde & Homero [n] purpureus dicitur sanguis.

1 retificauere. M. cerificauere. CH. & Vet.
2 tanto maior vis. M.
3 aquari, Alij. vide Annot.
4 hausisse, Vet. adhæsisse. CH.
5 liquatis in cortina. Vet.
6 elutum. Alij. elutatum. Alij.
7 Rubus. Parm.
8 ad modum. D.
9 pelagio. M.
10 buccina. Parm.
11 in colore. Parm. & CH.

ANNOTATIONES.

a Quoniam liquor salsus incisa vena, saniem, quæ velut purpuræ sanguis est, copiosiorem elicit. Sic medici cucurbitis admotis & cute scarificata, vt sanguis fluat largius, nec coëat vulnera aqua salsa madefactunt.
b Libram vnam & bessem, siue vncias viginti.
c Cortina plumbea: nam ferrea & ænea suos colores illinunt.
d Aquæ libris octoginta. Ex hominis tamen lotio tincturam eam confici, capite sequenti docet, non aqua.
e Conchæ tusæ, aut carnis exemptæ.
f Legend. aquari, ideſt dilui. Seneca natur. Quæst. lib.1. cap.3. *Sic enim & purpura eodem conchylio non in vnum modum exit. Interest quantum macerata sit: crassius medicamentum, an aquatius traxerit: sæpius mersa sit, an excocta, an semel tincta.*
g Quod satis est cocta.
h μετεγχεῖσθαι, transfusarum, á lutra vase, vel, vt quidam censent, á lura, culei ore: vnde lurcones Festo, gulæ capacis homines. Labetio tamen elutriare lintea, lauare est, & labandria, sordida quæ lauari oportet. Rhodig. cap.40.18.
i Tincturam dilutiorem monstrat.
k Viuidius fit, aut obscurius.
l Tria purpuræ genera è varietate colorum sumpta memorant veteres, πορφυρίδα, coloris violacei saturati, & subnigricantis, quo colore πορφύρεμα πόμαι, ὑάκινθοι πορφύραι Homerus dixit. talis fuit Amethystina, & quæ è pelagiis purpuris solis fiebat atque buccinis: φοινικίδα, puniceam, rubentem, colore cocci, qualis fuit Tyria & Tarentina, à colore puniceo maturæ palmulæ dictam: ἁλουργίδα, colore glauco, irato mari simili, austero, diluto, qualis fuit conchyliata, & quæ fiebat è solis buccinis. Olim Odysseæ Homeri agebatur ὑφ' ἁλουργέσι τε θέμεσσιν, ad significandos per maria Vlyssis errores: Ilias ἁιμοβαφέων, indicandis vulneribus cruentis, & cædibus. Sextus Pompeius, Magni filius, ob hostium naufragia duo gloriabundus, imperatorium paludamentum phœnicium in cæruleum vertit, ad instar Neptuni, cuius se filium esse prædicabat, quoniam fœliciſſima nauigatione vsus fuisset. Had. Iun. cap.2.2.
m Nondum satis liquata, & percocta.
n A purpuræ illustri colore, quicquid nitet ac splendidum est, ἅπαν τὸ ἀγλαὸν; purpureum Latini dixerunt: Catullus, quercus purpureos ramos: Albinouanus ad Liuiam, purpuream niuem,

---purpurea subnixe terra latet. Horat.
---purpureis ales oloribus. ἀγλαεοῖς, ἀγλαοκμήτοισι. Quinctiam Anacreon, πορφυρᾶν ἀφρὸν ὑγροῦ. Scalig.

Roma quando vſus purpuræ. CAP. XXXIX.

PVrpuræ vſum Romæ ſemper fuiſſe video, ſed Romulo in trabea. Nam toga prætexta, & latiore clauo Tullum Hoſtilium è regibus primum vſum Hetruſcis deuictis ſatis conſtat. Nepos Cornelius, qui Diui Auguſti principatu obiit: Me, inquit, iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra [a] denariis centum vænibat: nec multò pòſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras [b] denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinter [c] Ædilis curulis primus in prætexta vſus [1] improbabatur: qua purpura quis non iam, inquit, triclinaria facit? Spinter Ædilis fuit vrbis conditæ anno [2] ſeptingenteſimo, Cicerone Conſule. [d] Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pènè commodiores purpuræ tinguntur. In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino: [3] prætérque [e] ius temperatur aqua pro inuiſo humani potus [f] excremento: dimidia & medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantóque [4] dilutior, quantò magis vellera eſuriunt.

1 improbatur. M.
2 de. CH.
3 præterque vis rép. & c. Budæus, præterqua eius temperatura, & qua pro indiui ſo (ſic M.) humani potus excremento remedia & med. &c. Turn. præcreaq; in eius temperatura pro inuiſo humani potus excremento medicamina adduntur, Alij. Lego, buccino, præterque eius temperaturæ aqua pro inuiſo humani potus excremento. ea dimidia tantum medicamina.
4 dilucidior. Alij.

ANNOTATIONES.

a Aureis decem.
b Aureis centum.
c AEdiles curules, vt & prætores & conſules, prætexta olim ornabantur. Briſonius.
d Prouerbij, *Struman dibapha veſtire*, quis ſenſus ſit apud Ciceronem, vide explicatum à Rhodig. cap. 26. 30.
e Ius vocat ſuccum infectorium conchylij, qui ad lanam coquitur tingendam, in purpurea veſte, cum vrina & duplicatis medicaminibus: in conchyliata, cum ſimplicibus tantùm pigmentis, & aqua, vrinæ loco. Vrinam rubro colori & purpureo conciliando aptiſſimam eſſe monſtrant infectores, qui pigmentum rubrum, vulgò dictum *orſeille*, conficiunt ex acerrimo lotio marium & terræ muſcoſa cruſta, quæ nudis ſaxis inhæreſcit candicans, & imbre aſperſa veluti fungos exiguos rubentes gignit.
f Abominatos lotium hominis veteres fuiſſe, oſtendit hoc, quòd lotulente, fœdè & lutulentè dixerint. Titinius,
Lotulentè flocci feci eſſes iocultor gulæ.
Turnebus cap. 20. lib. 18. obſer. Plaut. in Menæch.
Summum me olfactare oportet veſtimentum muliebre:
Nam ex hoc loco ſpurcatur naſum odore illutibi,
(nimirum, lotij.) Romanis turpe fuit atque ominoſum vel lotium tantùm nominare. Quamobrem autor cap. 6. lib. 28. cùm vrinæ vires perſequitur, *Sua cuique autem* (ait) *quod ſus ſit diceſſe, monſtrauit prodeſſe.* Idem cap. 51. lib. 7. Inter ſigna mortis recenſet neglectum effluuium præfandi humoris, ideſt, vrinæ cum honore & præfatione nominandæ. Sic Seneca cap. 3. lib. de Ira, irritationem humoris obſcæni, ideſt lotij & vrinæ: & cap. 18. lib. 2. de Tranquill. vitæ, immundam aquam vocat.

De pretio earum. CAP. XL.

PRetia medicamento ſunt quidem pro fertilitate litorum viliora: non tamen vſquam [a] pelagij [1] libras quinquagenos nummos excedere, & buccini centenos ſciant, qui iſta mercantur immenſo. Sed alia ſunt [2] è fine initia: iuuátque ludere impendio, & [3] luſus geminare miſcendo [4] iterum, & ipſa adulterare adulteria naturæ: ſicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, vt electra fiant, addere his æra, vt Corinthia.

1 cœnas libras. CH,
2 nec habent finem vitia. Vet.
3 luxus. d.
4 iterumque. CH.

ANNOTATIO.

a Hoc eſt, Lanam pelagię purpurę tinctura infectam, librępondo nuſquam excedere.

De tingendo amethyſtino, & cocco, & hyſgino. CAP. XLI.

NOn eſt ſatis abſtuliſſe gemmæ nomen amethyſtum: rurſum [1] abſolutus inebriatur Tyrio, vt ſit ex vtroque nomen [2] improbum, ſimúlque luxuria duplex: & cùm confecere conchylia, tranſire melius in Tyrium putant. Pœnitentia hoc [3] primùm debet inueniſſe, artifice mutante quod damnabat: inde [4] ratione nata, votum quoque factum è vitio portentoſis ingeniis, & gemina demonſtrata via luxuriæ, vt color aliùs operiretur alio, ſuauior ita fieri leniórque dictus. Quin & terrena miſcere, coccó que tinctum Tyrio tingere, vt fieret [5] [a] hyſginum. Coccum Galatiæ rubens [6] granum, vt [b] dicemus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniæ, in maxima laude eſt. Verùm vt ſimul peragantur nobilia pigmenta, anniculo [7] grano languidus ſuccus: idem à quadrimo euanidus. Ita nec recenti vires, neque ſeneſcenti. Abundè tractata eſt ratio, qua ſe virorum iuxtà fœminarúmque forma credit ampliſſimam fieri.

1 abſolutum. CH. abſutus. D.
2 improbum Tyrianethyſtus Vet.
3 primo. CH.
4 ratio. M. & CH. ratio eſt nata. Vet.
5 bisbyſsinum. Vet. prauè.
6 gramen. M. & CH.
7 gramini. M. & CH,

ANNOTATIONES.

a De hyſgino vide quę adnotata ſunt in cap. 8. lib. 16. & c. 7. li. 35. b Cap. 8. lib. 16. & cap. 4. lib. 24.

De

De pinna, & pinnotere, & aquatilium ſenſu. CAP. XLII.

COncharum [a] generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis [1] ſubrecta ſemper, nec vnquam ſine comite, quem pinnoterem vocant, alij pinnophylacem. [2] is eſt ſquilla parua: alibi cancer dapis aſſectator. Pandit ſe pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piſcibus præbens. Aſſultant illi protinus, & vbi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus ſpeculatus index, morſu leui ſignificat. [3] Illa ore compreſſo, quicquid [4] incluſit, exanimat, partémque ſocio tribuit. Quò magis miror, quoſdam exiſtimaſſe, aquatilibus nullum ineſſe ſenſum. Nouit torpedo vim ſuam, ipſa non torpens: merſáque in limo ſe occultat, piſcium qui ſecuri [5] ſupernatantes obtorpuere, corripiens. Huius iecori teneritas nulla præfertur. Nec minor ſolertia ranæ, quæ in mari piſcatrix vocatur. Eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exerit, [6] aſſultantes piſciculos [7] attrahens, donec tam propè accedant, vt [8] aſſiliat. Simili modo ſquatina, & [b] rhombus abditi pinnas exertas mouent ſpecie vermiculorum: [9] itémque quæ vocatur raia. Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Argumenta ſolertiæ huius, quòd tardiſſimi piſcium hi, mugilem velociſſimum omnium habentes in ventre reperiuntur.

1 ſubiecta. M.
2 id. CH.
3 Illa cõpreſſa. Pint. Illa compreſſu, quicquid incluſit, exanimat. CH. & Vet.
4 incluſerit. M.
5 natantes. M. ſupernantes. CH.
6 aſſultantibus piſciculis perrahens.
7 perrahens. Vet.
8 aſſiliant. CH.
9 item quæ vocantur raiæ. CH.

ANNOTATIONES.

a Apud Ciceronem lib. de Nat. Deor. Balbus, & lib. 3. de Finibus, Cato, idem narrant ex ſcriptis & diſciplina Stoicorum, & præcipuè Chryſippi, cuius verba ipſa Muretus refert in cap. 10. lib. 5.
b Ariſtotel. lib. 9. hiſt. περὶ τῶν ἰχθύων, ideſt de Paſſere, hoc prodidit. Athenæus tamen ſub finem libri ſeptimi Rhombum Romanis Paſſerem vocari ſcribit.

De ſcolopendris, vulpibus, & glanis. CAP. XLIII.

SColopendræ terreſtribus ſimiles, quas centipedes vocant, [a] hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent. At vulpes [1] marinæ, ſimili in periculo glutiunt amplius vſque ad [2] infirma lineæ, quæ facilè prærodant. [3] Cautius qui [b] glanis vocatur: auerſos mordet hamos, nec deuorat, ſed eſca ſpoliat.

1 marinæ, in M. d.
2 infima. Vet.
3 Glaue' & qui. Vet.

ANNOTATIONES.

a Oſcitanter de Vulpe marina id ſcripſit Plutarchus dialogo, vtra prudentiora, &c.
b Ariſtot. Glanidem ἀγκιστροφάγον ἄνεμ hamos deuorare ſcribit. De Mugile hoc tradit Plutarchus dicto libro. Quare Pintianus ſet mè audet legere, *Coſtreus, qui Mugil à nobis vocatur.*

De ariete piſce. CAP. XLIIII.

GRaſſatur [a] aries, vt latro. Et nunc grandiorum nauium in ſalo ſtantium occultatus vmbra, ſi quem nandi voluptas inuitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piſcantium cymbas ſpeculatur, occultúſque adnatans mergit.

ANNOTATIO.

a Belua marina, nomine tantùm cognita. Rondel.

De his quæ tertiam naturam habent, non animalium, neque fruticum, & de vrticis, & ſpongiis. CAP. XLV.

EQuidem & his ineſſe ſenſum arbitror, [1] quæ nec animalium, nec fruticum, [2] ſed [a] tertiam ex vtroque naturam habent, vrticis dico, & ſpongiis. Vrticæ noctu [b] vagantur, noctúque [3] mutantur. Carnoſæ frondis his natura: [4] & carne veſcuntur. Vis pruritu mordax, eadémque quæ terreſtris vrticæ. Contrahit ergo ſe quàm maximè rigens, ac prænatante piſciculo frondem ſuam ſpargit, complecténſque deuorat. Aliâs [5] marcenti ſimilis, & iactari ſe paſſa fluctu algæ vice, [6] contactos piſces, attritúque [7] petræ ſcalpentes pruritum, inuadit. Eadem noctu pectines & echinos perquirit: dum admoueri ſibi manum ſentit, colorem mutat & contrahitur. [8] Tacta [c] vredinem mittit, paulúmque ſi [10] fuit interualli, abſconditur. [11] Ora ei in [12] radice eſſe traduntur: excrementa per ſumma tenui fiſtula reddi. Spongiarum tria genera [13] accipimus: ſpiſſum ac prædurum & aſperũ, [d] tragos id vocatur: minus ſpiſſum & mollius, [14] manon: tenue denſúmque, ex quo [e] penicilli, [f] Achilleum. Naſcuntur omnes in petris: aluntur conchis, piſce, limo. Intellectum ineſſe his apparet, quia vbi auulſorem ſenſere, contractæ multò difficilius abſtrahuntur.

1 quæ neque frutieũ, neque animaliũ, ſed tertiã quãdam ex. M.
2 ſed tertia quadam ex vtraque natura hæ bentur. CH.
3 mutant. M. & CH. ſedem videlicet.
4 vt carne veſcantur. M.
5 marcentis. CH.
6 cõtractor piſcium. CH.
7 petras ſcalpenter ob pruritum. D.
8 cum. M. & di. Alij.
9 Tracta. CH.
10 fuerit. M.
11 os ei in rad. eſſe traditur. D.
12 radices. CH.
13 accepimus. CH.
14 minus, in CH. d. manos. CH.

Hoc idem fluctu pulsante faciunt. Viuere esca, manifestò conchę minutæ in his repertę ostendunt. Circa Toronen vesci illis aulsas etiam aiunt, & ex relictis radicibus recrescere. In petris cruoris quoque inhæret color, Africis præcipuè, quę generantur in Syrtibus. Maximæ fiunt manæ, sed mollissimæ, circa Lyciam. In profundo autem, nec ventoso, molliores. In Hellesponto asperæ, & densæ circa Maleam. Putrescũt in apricis locis: ideò optimæ in gurgitibus. Viuentibus [16] idem, qui mandentibus, nigricans color. Adhærent nec parte, nec totæ: intersunt enim fistulæ quędam inanes, quaternæ ferè aut quinæ, per quas pasci existimantur. Sunt & [g] aliæ, sed supernè concretæ. Et subesse membrana quædam radicibus earum intelligitur. Viuere constat longo tempore. Pessimum omnium genus est earum, quæ aplysiæ vocantur, quia [17 h] eluinon possunt, in quibus magnæ sunt fistulæ, & reliqua densitas spissa.

16 ieemque manden tibus. M. Vet. idem, qui madentibus. CH.

17 erui. Parm.

ANNOTATIONES.

a ſpongiæ, ſpongiæ.
b Vagantur, quæ ſolutæ quidem ſunt: nam alterum earum genus ſaxis affixum ſemper hæret.
c Admoram contrectantis manum pungit.
d Ab odore graui: nam quia cœno & luto ea ſolùm viuunt, malè olent.
e Turundæ ſinuoſis & cauis vleeribus immittendæ. Penis, ac inde peniculus, penicillus, & peniculamentum, cauda. Et quondam veteres caudis boum. vt nos vulpium, vti ſolebant ad pulueren excutiendum, peniculos & penicillos inde vocarunt ea, quibus menſas & ſoleas tergebant, præterèaque pictorium veluti calamum ex ſeciis compactum. Plautus in Menæch.

Quis eſt iſte peniculus qui extorqueatur baxea. Afranius, *Lares ludentes peni pinxit bubulo.* Arnobius li. 5. *Peniculamenta decurtantem anteriorum, inneſſentem laqueos mobiles.* Ennius apud Nonium,

Pendent peniculamenta vnum ad quodque pedule. Aelianus ex ſylue ſtrium boum caudis *μυοσόβας*, muſcarja olim factitata ſcribit. Itaque penicilli trium ſunt generum, excuſſorij, abſterſorij, pictorij. Caudis equorum tota ferè Germania hodie pectines barbæ & capilli contactu ſordidos deterget. Apud Plaut. in Menæch. Peniculus, paraſiti nomen, quòd inſtar ſpongiæ menſam tergeret:

Iuuentus nomen fecit peniculo mihi:
Ideò, quia menſam, quando edo, detergeo. In Rudente,
Age iam hic te itidem quaſi peniculus nouos exugeri ſoles,
Ni hunc amittis exugebo quicquid humoris tibi eſt.

Theopompus lepidè apud Athenæum vetulam, quæ linctu lances detergebat, *λικμᾶσα σπάργανα καὶ πτερὰ τῶν λεκανῶν* appellat, vt apud Nonium Terginocalycem, qui calyces terget: in voce, cluo.
f Quoniam, vt inquit Euſtathius, robuſtiſſimum eſt, ſicuti hordeum præſtantiſſimum Achilleum vocatur, quale ſuis equis Achilles obiecit. Rhodig. cap. 6. 24. vide infrà, cap. 11. libri 31.
g Fiſtulæ, per totum corpus earum ſparſæ, verum hæ ſupernè occluſæ & obturatæ.
h Adeo ſordidæ ſunt & inquinatæ.

De caniculis marinis. CAP. XLVI.

3 multitudo c.e.v.g. p. infeſtat. M. & CH.
2 Ipſis. Vet. ſub. caniculis.
3 quandam animalium eraſ. M.
4 quorundam piſc. Vet.
5 eas. D.
6 lignis. Vet.
7 haud pauore, ſed caligine, vt arbitror, operæ. D.
8 vlera. M. vlla. CH.
9 cum, in M. d. Hæc cum caniculis. Vet. vt caniculi. CH.
10 Et frons. Parm. Et infrons. CH.

C[a] Anicularum maximè [1] multitudine circa eas vrinantes graui periculo infestantur. [2] Ipsi ferunt & nubem [3] quandam crassescere [b] super capita, [c] planorum [4] piscium similem, prementem [5] eos, arcentémque à [d] reciprocando, & ob id stilos præacutos [6] [e] lineis annexos habere sese: quia nisi perfossæ ita, non recedant, [7] caliginis & pauoris, vt arbitror, opere. Nubem enim & nebulam (cuius nomine id malum appellant) inter animalia haud [8] vllam comperit quisquam. At [9] cum caniculis atrox dimicatio. Inguina, & calces, omnémque candorem corporum appetunt. Salus vna in aduersas eundi, vltróque terrendi. Pauet enim hominem æquè ac terret. [10] Et fors æqua in gurgite: vt ad summa aquę ventum est, ibi periculum anceps, adempta ratione contrà eundi, dum conetur emergere: & salus omnis in sociis. funem illi religatum ab humeris eius trahunt: hunc dimicans, vt sit periculi signum, læua quatit: dextra apprehenso stilo in pugna est: modicus aliàs [11] tractus. Vt prope carinam ventum est, nisi præceleri vi repentè rapiant, absumi spectant. Ac sępè iam subducti, è manibus auferuntur, si non trahentium opem, conglobato corpore in pilę modum [12 f] ipsi adiuuere. Protendunt quidem tridentes alij: [13] sed monstro solertia est nauigium subeundi, atque ita è tuto preliandi. Omnis ergo cura ad [14] speculandum hoc malum insumitur.

11 tractæ. M. & CH.

12 ipso adiuuerit. Vet.
13 & monstri. M.

14 depeculandũ. M.

ANNOTATIONES.

a Plinius in vniuersum Galeorum siue Squalorum species omnes, quæ multæ sunt, Caniculas vocat: cùm hoc nomen peculiare sit ei, quem Græci *κύβρι ἢ κυλάκιον κυνοκέφαλον* appellant, Galli *Rouſſette*, & hæc canicularum aduersus vrinantes dimicatio intelligenda sit de Galeo tantùm cane, & de Galeo Glauco, magna feritate & immanitate spongotheras inuadentibus. *γαλεὸς χαλκὶας* Arist. vocat.
b Super oculos dicere debuit. Est enim nubes non quidem malum, aut vitium, sed in Galeo cane, & Galeo Glauco crassa membrana, quæ palpebræ auium modo ex inferiore oculi parte nascęs totum eum contegit, & inter dimicandum visui plurimum obest. Eadem est & in Raiis planis piscibus, sed ex interiore oculi angulo in eum totum distenditur, prætereáq; in ambitu velut serrata & fissa est.
c Chartilagineorum.
d Impetu resumendo, iterãdo morsu, repetẽdo impetu mordẽdi.
e Rhodig. cap 14. 5. in his verbis Quinctiliani lib. 11. *Transire in diuersa subſellia parum verecundum est. Nam & Caſſius Seuerus vehemẽs aduersus hoc facientes lineam poposcit*: lineam interpretatur longurium, nempe lõgiorem perticam, equis à præcipibus interiectam & eos discernentem ne inter se pugnent.
f Hic notatu dignum, quod scribit Rhodig cap. 16. 25. spongotheras in imo maris ore effuso oleo, aquã illustrare, & luminis aliquid sibi præbere: quod etiam scriptum est suprà ca. 103. lib. 2.

De

De his, quæ silicea testa includuntur, & quæ sine vllo sensu, & de reliquis sordidis animalibus. CAP. XLVII.

CErtissima est securitas vidisse planos pisces: quia nunquam sunt, vbi maleficæ bestiæ: [1] qua causa [a] vrinantes [b] sacros appellant eos. [2] Silicea testa inclusis fatendum est nullum esse sensum, vt ostreis. Multis eadem natura, quæ frutici, vt [3] holothuriis, pulmonibus, stellis. [c] Adeóque nihil non gignitur [4] in mari, vt cauponarum etiam [d] æstiua animalia, pernici molesta saltu [5] & quæ capillus maximè celat, existant: & circumglobata [6] escæ sæpe extrahũtur: quæ causa [7] somnum piscium in mari noctibus [e] infestare existimatur. Quibusdam verò ipsis innascuntur, quo in numero chalcis accipitur.

1 qua de causa. CH.
2 Scilicet à testa. Cit. Scilicet testa. M.

3 olotris. CH.

4 in mari vt campo. Nam etiam. Vet. conopeorum. Scal.
5 ve. CH.
6 esca. CH.
7 somnium. M.

ANNOTATIONES.

a Spongotheres.
b Arethusæ pisces sacros vocat Diodorus: Anthian, Plutarchus: Pompilij, & Delphina, Atheneus. Leuton, Theocritus in Berenice: Chrysophryn, idem in Galatea: Icien, idem in Epigrãmatibus. Rhodig. cap. 12. lib. 12.
c Scaliger in Propert. Conopeorum animalia *ἀπὸ κωνώπων*, culices: quæ capillus celat, *ἀπὸ φθείρων* pedes. Inde conopea dicta quæ aduersus culicum morsus tendebant gentes quædam ab iis infestatæ, præsertim per æstatem. Horat.

Interque ſigna, turpe, militaria,
Sol aſpicit conopea. Propertius de Cleopatra,
Fœdaque Tarpeio conopea tendere ſaxo.

d Aristotel. cap. 10. lib. 4. hist.
e Idem ibid.

De venenatis marinis. CAP. XLVIII.

NEc venena cessant dira, vt in lepore: qui in Indico mari etiam tactu pestilens, vomitum dissolutionémque stomachi protinus creat: in nostro offa informis, colore tantùm lepori similis: in Indis, & magnitudine, [1] & pilo duriore, tantùm: [2] nec viuus ibi capitur. Aequè pestiferum animal [a] araneus, spinæ in dorso aculeo noxius. Sed [3] nullum vsquam execrabilius, quàm radius, super caudam eminens trygonis, quam nostri pastinacam appellant, quincunciali magnitudine. Arbores infixus [4] radici necat: [5] arma, vt telum, perforat vi ferri & veneni [6] malo.

1 & pilo, duriore tantum. D.
2 nec, in Vet. d.

3 nihil. D.

4 radicitus. Pint.
5 carnem, vt telum. Alij.
6 mali. M.

ANNOTATIO.

a Idem & Draco.

De morbis piscium. CAP. XLIX.

MOrbos vniuersa genera piscium, vt cætera animalia etiam, fera, non accipimus sentire. Verùm ægrotare singulos, manifestum facit aliquorum macies, cùm in eodem genere præpingues alij capiantur.

De generatione eorum mira. CAP. L.

QVonam modo generent, desiderium & admiratio hominum differri non patitur. Pisces attritu ventrium coeunt, tanta celeritate vt visum fallant: delphini, & reliqua cete, simili modo, [1] paulò diutius. Fœmina piscis coitus tempore marem sequitur, ventrem eius rostro pulsans: sub [2] partum mares [3] fœminam similiter, oua vescentes earum. Nec satis est generationi per se coitus, nisi editis ouis, [4] inter se versando mares & fœminæ vitale asperserint virus. Non omnibus id contingit ouis in tanta multitudine: alioqui replerentur maria & stagna, cùm [5] singuli veteri innumerabilia concipiant.

1 sed paulo. M. & paulo. CH.
2 partu. M.
3 fœminas. CH.
4 i.f. versantes. Vet. inter versando mares vitale. CH. nisi editis à fœmina ouis ante se versando mares vitale ex Arist. cap. 13. lib. 6. Hist.
5 singularum. D.

Item de generatione, & qui pisces oua pariant. CAP. LI.

PIscium oua in mari crescunt, quædam summa celeritate, vt murænarum, quædam paulò tardius. Plani piscium [1] quibus cauda non est, aculeatíque, vt [2] testudines in coitu [3] superueniunt: polypi crine vno [4] fœminæ [a] naribus adnexo: [b] sepiæ & loligines [5] linguis componentes inter se brachia, & in contrarium nantes: [6] ore & pariunt. [c] Sed polypi in terram verso capite coeunt. [7 d] Reliqua mollium tergis, vt canes. Item locustæ & squillæ, [e] cancri, ore. Ranæ superueniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendte, posterioribus clunes. Pariunt minimas [f] carnes nigras, [g] quas gyrinos vocant, oculis tantùm & cauda insignes: mox pedes figurantur, cauda findente se in po-

1 quibus cauda non obest aculeique, vt testudines & raiæ in coitu. Vet.
2 pastinacæ. Pint.
3 superineunt. D.
4 fœminæ in M.d.
5 fistulis. Vide Anno.
6 fistula exdẽ. Arist. nares parunt ore. Vet.
7 Crustaceorum mollia, tergis vt canes: ita locustæ & squillę. Cancri ore. Alij, Crusta molli recta vt canes.

t 4 steriores.

steriores. Mirúmque, semestri vita resoluuntur in limum nullo cernente, & rursus vernis aquis renascuntur, quæ fuere natæ, [8] perinde occulta ratione, cùm omnibus annis id eueniat. Et mituli & pectines sponte naturæ in harenosis proueniunt. Quæ durioris testæ sunt, vt murices, purpuræ, [h] saliuario lentore. Sicut [9] acescente humore culices, [10] atque spuma maris incalescente, cùm admissus est imber. Quæ verò siliceo tegmine operiuntur, vt ostrea, putrescente limo, aut spuma circa nauigia diutius [11] stante defixósque palos [12] & lignum maximè. Nuper compertum in [i] ostreariis, humorem iis fœtificum lactis modo effluere. Anguillæ atterunt se scopulis: ea strigmenta viuiscunt: nec alia est earum procreatio. Piscium diuersa genera non coëunt, præter squatinam & raiam: ex quibus nascitur priori parte raiæ similis, & nomen ex vtroque [k] compositum apud Græcos trahit. Quædam [13] tempore anni gignuntur, & in humore, & in terra. Vere pectines, [l] limaces [m], hirundines, [14] eodem tempore euanescunt. Piscium lupus & trichias bis anno parit, & saxatiles omnes. Mulli ter, vt chalcis, cyprinus sexies, [15] scorpiones bis ac sargi, vere & autumno. Ex planis squatina sola bis [16] autumno & Vergiliarum occasu. Plurimi piscium tribus mensibus, Aprili, Maio, Iunio. Salpæ autumno: [17] sargi, torpedo, [18] [n] squali circa æquinoctium: moles vere: sepia omnibus mensibus. [o] Oua eius glutino atramenti ad speciem vuæ cohærentia, masculus prosequitur afflatu, aliàs sterilescunt. Polypi hyeme coeunt, [p] pariunt vere oua tortili vibrata pampino, tanta fœcunditate, vt multitudinem ouorum occisi non recipiant [19] cauo capitis, quo prægnantes tulere. Ea excludunt quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. Locustæ, & reliqua tenuioris crustæ, ponunt oua super oua, atque ita incubant. Polypus fœmina modò in ouis sedet, modò cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. Sepia [20] & in terreno parit inter harundines, aut sicubi enata alga: excludit quintodecimo die. Loligines in alto conserta oua edunt, vt sepiæ. Purpuræ, murices [21] eiusdémque generis, vere pariunt. Echini oua pleniluniis habent hyeme: & cochleæ hyberno tempore nascuntur. Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur: eáque intra se parit oua præmollia, in alium locum vteri transferens, atque ibi excludens. Simili modo omnia, quæ cartilaginea appellauimus. Ita fit, vt sola piscium & animal pariant, & oua concipiant. [q] Silurus mas solus omnium edita custodit oua, sæpe & quinquagenis diebus, ne absumantur ab aliis. Cæteræ fœminæ in triduo excludunt, si mas attigit. Acus, siue belone, vnus piscium dehiscente [22] propter multitudinem vtero parit. A partu [23] coalescit vulnus: quod & in [24] cæcis serpentibus tradunt. Mus marinus in terra scrobe effosso parit oua, [25] & obruit terra. Rursus tricesimo die resossa aperit, fœtúmque in aquam ducit.

8 perinde.M.

9 crescente. M. acrescente.CH.
10 Aqua.M.Vet.CH. & Arist. lib. 5. Hist. cap.15.
11 stantia.M. & CH.

12 ilignos maximè. Alij.

13 Rectius, tempore anni. Consule Aristot. Histor. animal.lib.6. cap. 15. vnde hic locus est desumptus.
14 eadem autumni tempore. Vet. eodem tempore viuiscit. Alij.
15 scorpenæ. CH.
16 autumno & Iunio Vergil. Vet.
17 spari. Vet.
18 squatinæ vel squati. πρίκα. Turn. ex Arist.

19 cranio. Vet. prauè.

20 & in M.d.

21 eius denique. Ver.

22 Legendum aliis videtur, propter magnitudinem. videlicet ouorum. suffragante Aristotele de generat. anima. lib. 3. cap. 4.
23 calescit. Vet.
24 Quidam emendant, Cæciliit serpentibus, ex eodē Arist. lib. 6.
25 & rursus obruit terra. Tricesimo. Vet. & CH.

ANNOTATIONES.

a Fistulæ, αὐλῷ φυσητῷ Plinius apud Aristot. μυκτῆρι legit, pro φυσητῷ. Plinij errorem Gaza, secutus est, crine vno fistulæ adnexo.
b Sæpiis & loliginibus lingua non est. Pariunt illæ ore ori admoto, mutuo compositorum & applicatorum brachiorum complexu, fistulam (Gaza narem) fistulæ inserentes, natatu alterius retrorsum, alterius antrorsum. Pariunt fistula, qua & coire putantur. lego inde, Loliginis fistulis, &c.
c Polypus fœmina, verso in terram capite nitibunda, explicat porrigitque brachia: mas superuenit, passíque flagellis acetabula sua singula singulis fœminæ adiungens, adhærescit. Arist.
d Molli crusta tecta. Apud Arist. est, τὰ δὲ μαλακόστρακα ἐχόντα ἧττον παθάπερ τὰ ἐπιδορυχθέντα τῶν τιλραπόδων, vt quæ ex quadrupedibus retrorsum in caudam insiliunt. Gaza vertit, quæ retro meiunt,
e Caneri priore parte copulantur, rugosos operculorum loculos conferentes. Arist.
f Carnes hæ non pariuntur, sed è putri limo gignuntur.
g Vide cap. 10. lib. 32. De Gyrinis id verum est sponte natis, non autem de ranarum vero fœtu. Rond.
h Ex saliuario lentore folliculi fiunt, faui modo substructi. Illis autem ruptis, & sanie, quam cõtinent, in putrem limum effusa, gignuntur paruæ purpuræ & murices. Arist. cap. 15. lib. 5. Hist.
i Eius meminit cap. 6. 32.
k Rhinobatos.
l Limaces Varroni, scorta, limacibus similia, quæ olerum & plãtarum silia rodunt, quemadmodũ Menander ἄμυγα vocauit quæ amatorem βαλλιοκατίφαγε, vocauerat. Quidam à limãdo malunt, ἀπὸ τῦ ἑιμύσσω, ob eandem causam, quod sui cupidos, abrodant, & fortunis spolient. Apud Menãdrum, vt scribit Ælianus, parasitus Θ ὑρῶν μάγα φρονῶ, ὅτι ἑιμῶν ἀνδρόπους αὐτὸν ἐκείνος φαλιὸν ἔχων, quod homines, quos arrodebat, haberet pro præsepi. Scaliger.
m Apud Plautum in Epidico festiuè Epidicus,

--iam ego me conuertam in hirundinem,
Atque eorum exugebo sanguinem, senati qui columen cluent.

n Squali, Galei, à squala, id est sordida, aspera, & scabra cute. Squalum enim prisca vox id significat. Ennius apud Nonium, Elauare lachrymas, vestem squalam & sordidam.
o Arist. cap. 10. lib. 5. histor.
p Cerium, siue fauum edunt.
q De glande id Aristot. lib. 9. histor.

De vuluis piscium. CAP. LII.

ERythini & [a] chanæ vuluas habere traduntur: qui [b] trochos appellatur à Græcis, ipse se inire. Aquatilium omnium fœtus inter initia visu carent.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Chanæ omnes vuluas &c. nã quod scribit Arist. cap. 6. li. 4. hist. in eo piscis genere nulla est sexus distinctio, omnesque ous grauidæ capiuntur.
b De cinædis hoc exponi potest, qui mutuò consequuntur κατ' ἰυρὰν, vt Suidas, κατὰ πυγὸν, vt Athenæus, & alij aliorum clunibus natando inuehuntur, vt qui nefandam & præposteram libidinem exercent. τρέχες fortassis quasi cursores Græci vocauerunt, à cursus pernici celeritate, non quasi rotas. Trochos diuersus à cetaceo quis & qualis sit ignorat.

De longissima vita piscium. CAP. LIII.

AEui piscium memorandum nuper exemplum accepimus. Pausilypum villa est Campaniæ, haud procul Neapoli, in ea in Cæsaris piscinis à Pollione Vedio coniectum piscem, sexagesimum post annum expirasse scribit Anneus Seneca, duobus aliis æqualibus eius ex eodem genere etiam tunc viuentibus. Quæ mentio piscinarum admonet, vt paulò plura dicamus hac de re, priusquàm digrediamur ab aquatilibus.

De [a] vuariis ostrearum, & quis ea primus inuenerit. CAP. LIIII.

OStrearum viuaria primus omnium Sergius [b] Orata inuenit in Baiano, ætate L. Crassi Oratoris, ante Marsicum bellum: nec gulæ causa, sed auaritiæ, magna vectigalia tali ex ingenio suo percipiens, vt qui primus pensiles [1] inuenit balineas, ita magonizatas [2] villas subinde vẽdendo. Is primus optimum saporem ostreis [c] Lucrinis adiudicauit, quando eadem aquatilium genera aliubi atque aliubi meliora: sicut [d] lupi pisces in Tiberi amne inter duos pontes, rhombus Rauennæ, [3] murenæ [e] in Sicilia, elops Rhodi: & alia genera similiter, ne culinarum censura peragatur. Nondum [f] Britannica seruiebant litora, cùm Orata Lucrina nobilitabat: posteà visum tanti [4] in extremam Italiam petere [5] Brundisium ostreas: ac ne lis esset inter duos sapores, nuper excogitatum, famem longæ aduectionis à Brundusio compascere in Lucrino. Eadem ætate prior [6] Licinius Muræna, reliquorum piscium viuaria inuenit: cuius deinde exemplum nobilitas secuta est, [7] Philippi, Hortensij: [8] Lucullus exciso etiam monte iuxta Neapolim maiore impendio, quàm villam [8] ædificauerat, euripum & maria admisit. Qua de causa Magnus Pompeius Xerxen togatum eum appellabat. [9] Tricies piscinæ à defuncto illo væniere pisces.

1 inuenerit.CH.
2 illas. CH.
3 murena.M. & CH.
4 in extrema Italiæ. M. extrema Italia. Vet.
5 Brundisio. M.
6 Lucinius.CH.
7 Philippus, Hortensius. M
8 exædificauerat.CH.
9 Quadraginta sestertiis pisc. Budæ. Vet & M. Quadringenis ipsius pisc. Massar.

ANNOTATIONES.

a Vide cap. 6. lib. 32.
b Valer. Max. cap. 1. lib. 9. eius luxuriam carpit. Vide & Ciceronem in Officiis.
c Tarentina præfert omnibus Varro. Brod. cap. 14. 4. Abydena Græci.
d Lucilius. 16. Satyra.

Fingere præterea afferri quod quisque volebat:
Illum fumina ducebant, atque altilium lanx:
Hunc pontes Tiberinus duo inter captus catillo.

1. lupus liguritor, Macrobius cap. 16. lib. 3. Satur. Horat.

Vide datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alter,
Captus hiet?

e Ἔ'ρ πορθμῷ τῷ Σικελικῷ. Flutas Latini vocant. Mart.

Quæ natat in Siculo grandis murena profundo,
Non valet exustam mergere sola cutem.

f Quæ ostrea præstantissima nutriunt.
g Vide Sallust. in Catilin. pag. 9. n. 8.

Qui primus murænarum viuaria fecerit. CAP. LV.

MVrænarum viuarium priuatim excogitauit C. [1] Hirius ante alios, qui cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum [2a] mutuo appendit. Nam permutare quidém pretio noluit, aliáve merce. Huius villam intra [b] quàmmodicam quadragies [3] piscinæ vænierunt. Inuasit deinde singulorum piscium amor. Apud Baulos in parte Baiana piscinam habuit Hortensius Orator, in qua murænam adeò dilexit, vt exanimatam flesse credatur. In eadem villa, Antonia Drusi, murænæ, quam diligebat, inaures addidit: cuius propter famam nonnulli Baulos videre concupiuerunt.

1 Hirius. Vet. Hirrus. CH.
2 a mutua.
3 pisces vendiderũt. Pint. ex Varrone piscinæ vendiderunt. Bud. 2. de Asse. M. Tol. Salm. & CH.

ANNOTATIONES.

a In pondus dedit. Varro. cap. vlt. lib. 3.
b Minorem mediocri.

De cochlearum viuariis, & quis primus instituit. CAP. LVI.

COchlearum [a] viuaria instituit Fuluius [1] Hirpinus in Tarquiniensi, paulo ante ciuile bellum, quod cum Pompeio Magno [2] gestum est, distinctis quidem generibus earum,

1 Lippinus. CH.
2 actum est. Ver.

rum, ſeparatim vt eſſent[3] albæ, quæ in Reatino agro naſcuntur: ſeparatim Illiricæ, quibus magnitudo præcipua: Africanæ, quibus fœcunditas: Solitanæ, quibus nobilitas. Quin & ſaginam carum[4] commentus eſt, ſapa & farre, aliiſque generibus, vt cochleæ quoque altiles ganeam implerent: cuius artis gloria in eam magnitudinem[5] perductæ ſint, vt octoginta quadrantes caperent ſingularum calices. Autor eſt M. Varro.

3 Albulæ, fortaſſis: vt apud Varronem lib. 3. Rei ruſt.

4 commentatus eſt. M. Tul. Salm. CH.

5 perductas vt &c. calices, autor eſt. Vet. perducta ſit. M.

ANNOTATIO.

a Vide cap. 39. lib. 8.

De piſcibus terrenis. CAP. LVII.

PIſcium genera etiamnum[a] à Theophraſto mira[1] produntur: circa Babylonis rigua decedentibus fluuiis, in[2] cauernis aquas habentibus remanere. Quoſdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes, crebro caudæ motu, contráque venanteis refugere in ſuas cauernas, & in iis obuerſos ſtare: capita eorum eſſe ranæ marinæ ſimilia, reliquas partes[3] gobiorum, branchias vt cæteris piſcibus. [b] Circa Heracleam & [4] Cromnam, & multifariam in Ponto vnum genus eſſe, quod extremas fluminum aquas ſectetur, cauernáſque[5] faciat ſibi in terra, atque in his viuat, etiam reciprocis amnibus ſiccato litore. Effodi ergo: [6] motu demum corporum viuere eos approbant. Circa Heracleam eandem, eodémque Lyco amne decedente, ouis relictis in limo generari[d] piſces, qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis, [7] quod fieri non indigo humoris: propter quod & anguillas diutius viuere exemptas aquis. Oua autem in ſicco maturari, vt teſtudinum. Eadem in Ponti regione apprehendi[8] glacie[9] piſcium maximè[e] gobiones, non niſi patinarum calore vitalem motum fatentes. In his quidem, tametſi mirabilis, eſt [10] tamen aliqua ratio. Idem tradit in[f] Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus, in his locis [11] vbi nullæ reſtagnent aquæ: miratúrque & ipſe, gigni ſine [12] coitu. Humoris quidem vim aliquam ineſſe, quam puteis, arbitratur, [13] cùm in nonnullis reperiantur piſces. Quicquid eſt hoc, certè minus [14] admirabile talparum facit vita ſubterranei animalis, niſi fortè vermium terrenorum [15] & piſcibus natura ineſt.

1 produntur circa B. rigua. Deced. f. i. e. a. ſieberes reman. Ver. 2 cauernas aquas habēs remanere quoſdam. M.

3 gobionum. CH. 4 Cromnam & Lycum amnem eſſe multifarīa. In Pōto. Ver. & M. CH. Cromam legit, cætera vt in vulg. 5 faciat D. 6 motuque demum corporis viuere eos probari. D. 7 idque fieri non in digio. Ver. quo fieri non indigus humoris. Pint. 8 in glacie. Ver. 9 piſces. Theophr.

10 tamen in M. d. eſt in his quidem, tametſi mirabilis, tamē al. CH. 11 in quibus. CH. & M. 12 coitu humoris. Vim quidem aliquā. Pint. ex Theophr. li. de piſc. 13 cùm nōnulli. Ver. cæu nullis. CH. 14 admirabilem t. f. vitam. Ver. & CH. 15 & his piſc. M. & iis, Vet.

ANNOTATIONES.

a Libello de Piſcibus. Hoc ipſum tradit & Ariſtot. περὶ ἀναπνοῆς. Prope Mompeſſulum in vico quem vocant *Baillargues*, ad ripam amnis Litiæ, vulgò *le Lez*, piſces effodiuntur. Id ipſum ſit & prope Salſas, arcem regis Galliæ permunitam, quæ vltra Narbonam ſita eſt.

b Circa Heracleam ad Lycum amnem, & Cromnam. Pint. Circa Heracleam & Toronen & Lycum amnem, & multifariam. Parm. Fortaſſis, Heracleam ad Lycum amnem. Tion & Cromnam. Cromna in Ponto maritima Paphlagoniæ vrbs Tio & Heracleæ ad Lycum fluuium vicina eſt. Apud Ariſtot. lib. περὶ ἀναπν. pro Tio, corruptè legitur Rhegio. In Heracleæ & circa Tium, Mileſiorum in Ponto coloniam. Athen. lib. 8. ex Theophraſto.

c Ariſtot. ibid.

d Centrinas præcipuè. Theophr.

e Viles piſces. Iuuenalis Satyra 10.

Nec mullum cupias, cum ſit tibi gobio tantùm
In loculis. Martial.
In Venetis ſint lauta licet conuiuia terris,
Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

f Ariſt. ibid. & Strabo lib. 12. ex Eudoxo.

De moribus Nili. CAP. LVIII.

VErùm omnibus his fidem Nili inundatio affert, omnia[1] excedẽtem miracula: quippe[2] detegente eo muſculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquę terręque, iam parte corporis viuentes, nouiſſima effigie etiamnum terrena.

1 excedens. D.

2 detergente. Vet. decedente. D.

De anthia piſce, & quomodo capiatur. CAP. LIX.

NEc de anthia piſce[1] ſileri conuenit, quæ pleroſque aduerto credidiſſe. Chelidonias inſulas diximus Aſiæ[a], ſcopuloſi maris, [2] ante promontorium ſitas: ibi frequens hic piſcis, & celeriter capitur vno genere. Paruo nauigio, & concolori veſte, eadémque hora per aliquot dies continuos piſcator enauigat certo ſpatio, eſcámque proiicit. Quicquid ex eo mittitur, ſuſpecta fraus prædæ eſt: [3] cauénſque quod timuit, cùm id ſæpe factum eſt, vnus aliquando conſuetudine inuitatus anthias, eſcam appetit. Notatur hic intentione diligenti, vt author ſpei, conciliatórque capturæ. Neque enim eſt difficile, cùm per aliquot dies ſolus accedere audeat. Tandem & aliquos inuenit, paulatímque comitatior, poſtremò greges [4] adducit innumeros, iam vetuſtiſſimis quibuſque aſſuetis piſca

1 ſilere. CH.

2 ante Tauri prom. Ver. ſupra cap. 31. lib. 5. dixit, contra Tauri promontor.

3 cauetque quod timuit. Cum. M.

4 abducit CH.

piſcatorem agnoſcere, & è manu cibum rapere. Tum ille paulùm, vltra digitos in eſca iaculatus hamum, ſingulos [5] inuolat verius quàm capit, ab vmbra nauis breui conatu[6] rapiens, ita ne cæteri ſentiant, alio intus excipiente centonibus raptum, ne palpitatio vlla aut ſonus cæteros abigat. Conciliatorem noſſe ad hoc prodeſt, ne [7] capiatur. Parcit piſcator fugituro in reliquum gregem. Ferunt diſcordem ſocium[8] duci inſidiatum pulchè noto cepiſſe malefica voluntate: agnitum in macello à ſocio, cuius iniuria erat, [9] & dati damni [10] formulam editam, condemnatúmque: addidit Mutianus æſtimata lite decem libris. Iidem anthiæ, cùm vnum hamo teneri viderint, ſpinis, quas in dorſo ſerratas habent, lineam ſecare traduntur: eo qui tenetur, extendente, vt præcidi poſſit. At inter ſargos, ipſe qui tenetur, ad ſcopulos lineam terit.

5 inuncat. Ver.

6 abſcedens Vet abſens. Parm. conatur abiens CH.

7 capiatur, fugituro in reliquũ gregẽ. M.

8 duci ioeſ inſ. Vet.

9 dati in M d.

10 formula ex edicto condemnatum: addit. Vet.

ANNOTATIO.

a Eas propterea nauigantibus eſſe peſtiferas ſuprà dixit cap. 13. lib. 5.

De ſtellis marinis. CAP. LX.

PRęter hæc claros ſapiẽtia autores video mirari ſtellam in mari. Ea[1] figura eſt parua, admodum, caro intus extra duriore callo. Huic tam igneum feruorem eſſe tradunt, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat. Quibus ſit hoc cognitum experimentis, haud facilè dixerim: [2] multo memorabilius[3] duxerim id, cuius experiendi quotidie occaſio eſt.

1 ea ſtellæ figura eſt. Ver. ea f. eſt. Parua ad. caro intus. M.

2 multoque. Vet. & CH.

3 dixerim. Id genus experiendi. M.

De dactylis, eorúmque miraculis. CAP. LXI.

COncharum[1] è genere ſunt[a] dactyli, ab humanorum vnguium ſimilitudine appellati. His natura in tenebris remoto[2] lumine, alio fulgore[3] clarere, & quanto magis humorem[4] habent, [5] ludere in ore mandentium, lucere in manibus, atque etiam in ſolo ac veſte, decidentibus guttis: vt proculdubio pateat, ſucci illam naturam eſſe, quam [6] miremur etiam in corpore.

1 è gen. ſunt, ab humanorum ſimilitudi ne, Vngues, appellati Pint.

2 lumine alio, fulgere clarè, & M.

3 claro CH.

4 habeant. Lucere. Vet.

5 lucere in ora cernentium. M. lucere in ora mãdentium CH.

6 miraretur. M. lego, miramur. miraremur. CH.

ANNOTATIO.

a Vide inſrà, cap. 9. & vlt. lib. 32.

De mimicitiis & amicitiis inter ſe aquatilium.

SVnt & inimicitiarum atque concordiæ miracula. Mugil & lupus mutuo odio flagrant: conger & muræna,[1] caudas inter ſe prærodentes. Polypum intantum locuſta pauet, vt ſi iuxtà[2] viderit, omnino moriatur.[3] Locuſtam conger: rurſus polypum congri lacerant. Nigidius autor eſt, prærodere caudam mugili lupum, eoſdémque[4] ſtatis menſibus concordes eſſe. Omnes autem viuere, quibus caudæ ſic amputentur. At è contrario amicitiæ exempla ſunt, præter illos, de quorum diximus ſocietate, balæna & muſculus: [5] quando prægraui ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis, [6] infeſtantia magnitudinem vada prænatans demonſtrat, oculorúmque vice ſungitur. Hinc volucrum naturæ dicentur.

***

1 caudam. M.

2 vidit. CH.

3 Alij legunt. Locuſtæ congram. ex Ariſt. lib. 8 cap. 2. Hiſt. anima (hoc ſic diſtingo) moriatur: locuſtam conger. (ſub pauet.) Rurſus &c.

4 ætatis. M. & CH.

5 quandoque. CH.

6 ſiſtentia. Vet.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER X.

De natura auium. CAP. I.

EQVITVR natura auium, quarum grandissimi & penè bestiarum generis, struthiocameli Africi vel Æthiopici, altitudinem equitis insidentis equo excedunt,[1] celeritatem vincunt: ad hoc demum datis[2] pennis, vt currentem adiuuent: cæterò nõ sunt volucres, nec à terra tolluntur. Vngulæ iis ceruinis similes, quibus dimicant, bisulcæ,[3] comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu deuorata mira natura, sed non [4] minus stoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cùm colla frutice[5] occultauerint, latere[6] se existimantium. Præmia ex iis oua, propter amplitudinem[7] pro quibusdam habita vasis,[a] conósque bellicos, & galeas adornantes pennæ.

1 celeritate. Vet. & M.
2 pinnis.CH.
3 & comprehẽd.CH.
4 minor.M.
5 occultauerunt. M.
6 sese.CH.
7 *Melius,* Quibusdã habita pro vasis.

ANNOTATIO.

a Theophrastus cap.5.lib.4.histor.

De phœnice. CAP. II.

AEthiopes atque Indi, dispiores maximè & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem: haud scio an fabulosè, vnum in toto orbe, nec visum magnoperè. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla,[1] cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis[2] faciem capútque plumeo apice[3] cohonestante. Primus atque [4] diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius, Senator ille maximis nobilis[5] doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui viderit vescentem: sacrum[6] in Arabia Soli esse, viuere annis[7] dclx. senescentem[8] casia thurísque furculis constituere nidum, replere odoribus,[9] & superemori. Ex ossibus deinde & medullis eius nasci primò ceu vermiculum: inde fieri pullum: principióque iusta [10] funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere. Cùm huius alitis vita magni conuersionem anni fieri prodit idem Manilius, iterúmque significationes tempestatum & siderum [11] easdem reuerti. Hoc autem circa meridiem incipere, quo die signum Arietis Sol intrauerit. Et fuisse eius cõuersionis annũ prodente se P. Licinio.[12] M. Cornelio[13] Consulibus. Cornelius Valerianus phœnicem[14] deuolasse in Aegyptum[15] tradit, Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. Allatus est

1 cætero.CH.
2 fucos. CH.
3 honestatus. M. honestare. CH.
4 diligentissimè.M.
5 doctrinis. Autor is est neminem.M.
6 in Arabiæ solo. Ver.
7 D. LX. Vet. DXI. Alij Ver. & CH. Senecę vir, qui verè dicitur bonus quingentesimo quoq; anno, vt Phœnix, nascitur. Pint.
8 casiæ.CH.
9 ac.M.
10 funera.M.& CH.
11 eodem.M.
12 Cn.CH.
13 consulibus duecẽtesimum quintum decimum. Cornel.CH. & Ver. consulibus CCXXV. Alij.
14 deuolauisse. CH.
15 tradidit, quodque Plautio, Sex. Papinio Consuli allatus esse in vrbem.M.

est & in vrbem, Claudij Principis Censura, anno vrbis dccc. & in comitio propositus, quod actis testatum est, sed [16] quem falsum esse nemo dubitaret.

16 quæ falsa.M.

De aquilis. CAP. III.

EX his quas nouimus, aquilæ maximus honos, maxima & vis. Sex earum genera: Melænactos à Græcis dicta,[1] eadémque Valeria, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit: cæteræ, vt dicemus, fugant: sola sine clangore, sine murmuratione. Conuersatur autem in montibus. Secundi generis pygargus, in oppidis mansitat & in campis, albicante cauda. Tertij morphnos, quam Homerus & percnon vocat, aliqui & [2] plancum, & anatariam,[a] secunda magnitudine & vi: huícque vita circa lacus. Phœmonoë Apollinis dicta filia, dentes ei esse prodidit, mutæ aliàs,[b] carentíque lingua: eandem aquilarum nigerrimam,[c] prominentiore cauda. Cõsentit & [3] Boëthus. Ingenium est ei, testudines raptas frangere è sublimi iaciendo: quæ [4] fors interemit Poëtam Æschylum, prædictam fatis (vt ferunt)[5] eius diei ruinam secura cæli fide [6] cauentem. Quarti generis est percnopterus: eadem [7] oripelargus, vulturina specie, alis minimis,[8 d] reliqua magnitudine antecellẽs, sed imbellis & degener,[9] vt quá verberet coruus. Eadem ieiunæ semper auiditatis, & querulæ murmurationis. Sola aquilarum [10] exanima fert corpora: cæteræ, cùm occidere, consident. Hæc facit, vt quintum genus gnesion vocetur, velut verum, solúmque incorruptæ originis,[e] media magnitudine, colore subrutilo, rarum conspectu. Supereſt haliæetos, clarissima oculorũ acie, librans ex alto sese: viſóque in mari pisce, præceps in eum ruens, & discussis pectore aquis rapiens.[11] Illa, quam tertiam[f] fecimus: circa stagna aquaticas aues appetit mergentes se subinde, donec sopitas lassatásque rapiat. Spectanda dimicatio, aue ad perfugia litorum tendente, maximè si condensa harundo sit: aquila inde [12] ictu abigente alæ, & cùm [13] appetit,[14] in lacus cadente, vmbrámque suam nanti sub aqua à litore ostendẽte: rursus aue in diuersa, & vbi minimè se credat [15] expectari, emergente. Hæc causa gregatim auibus natandi, quia plures simul non infestantur, respersu pinnarum [16] hostẽ obcæcantes. Sæpe & aquilæ ipsæ non tolerantes pondus apprehensum, vnà [g] merguntur.[17 h] Haliæetus tantùm implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri Solis radios: & si conniuentem [18] humectantémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum atque degenerem: illum cuius acies firma contrà [19] steterit, educat. Haliæti [i] suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.[k] Id quidẽ, quod ex iis natum [20] est, in ossifragis genus habet, è quibus vultures progenerantur minores: & ex iis magni, qui omnino non generant. Quídam adiiciunt genus aquilæ, quam barbatam vocant, Thusci vero ossifragam. Tribus primis & quinto aquilarũ generi [21] inædificatur nido lapis [l] aëtites, quem aliqui dixere [m] gagatẽ, ad multa remedia [22] vtilis, nihil [23] igne deperdens. Est autem lapis [24] iste prægnans, intus, cùm quatias, alio velut in vtero sonante. Sed vis illa medica non nisi nido direptis. Nidificant in petris & arboribus: pariunt [25] oua terna: excludunt pullos binos: visi sunt & tres aliquándo. Alterum expellunt[n] tædio nutriendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negauit natura, prospiciens ne omnium ferarum fœtus raperentur. Vngues quoque earum [26] inuertũtur diebus iis, albescunt inedia [27] pennæ, vt meritò partus suos oderint. Sed eiectos ab his cognatum genus [28 o] ossifragæ excipiunt, & educant cum suis. Verùm adultos quoque persequitur parens, & longè fugat, æmulos scilicet rapinæ. Et alioquin vnum par aquilarum magno ad populandum tractu, vt satietur, indiget. Determinant ergo spatia, nec in proximo prædantur. Rapta non protinus ferunt, sed primò deponunt, expertæque pondus tunc demum [29] abeunt. [p] Oppetunt non senio, nec ægritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, vt aduncitas aperiri non queat. A meridiano autem tempore operátur, & volant: prioribus horis diei, donec impleantur hominum conuentu fora, ignauæ sedent. Aquilarum pennæ mistas reliquarũ alitum pennas deuorát. [30] Negant vnquam solam hanc alitem fulmine exanimatam: ideo armigeram Iouis cõsuetudo [31] iudicauit.

1 eadem in Valeria. CH.
2 clangũ.M. clanug. CH.
3 Boeus. Pint consensit & poeta. CH.
4 fors M.
5 ei. CH.
6 cauẽtem. Itẽ quarti M.
7 moratur per lacus. Vet. prauè. nari per lacus. CH.
8 reliquas. Arist.
9 vt potequam. M.
10 exanimata. Ex Arist.
11 Illam. CH.
12 in deiectu abigente ala. M. & CH. aliò. Pint. & Ver.
13 impetit. M. appetat. CH.
14 in lacus. M.
15 spectari. Vet.
16 hostem, in M. d. & CH.
17 ἁλιαέτος. Arist. non haliæetus.
18 flectentémque. M. flentem. Vet. nictantem. Pint.
19 fletit. CH.
20 est, ossifragi genus habent. M.
21 infertur. D.
22 vtilis, in M. d.
23 inde. M.
24 ipse. Pint. & CH.
25 & oua. CH.
26 inuertuntur. Diebus iis. M.
27 pinnæ. CH.
28 ossifragi. M. & CH.
29 auehunt.
30 Negatumque solam. M.
31 iudicauit. CH.

ANNOTATIONES.

a Aristoteles dum aquilas enumerat, primam omnium recensет Pygargum, eique mox subiicit Plangum, quam à Pygargo secundam esse vi ac magnitudine confirmat, non autem in vniuerso aquilarum genere.
b Hoc falsum & fabulosum.
c De Pernocptero id Arist. cap. 32. lib. 9. histor.
d Apud Aristotelem est maiore corpore, quàm cæteræ, sed alis breuioribus.
e Hemiolia (supra cæteras) ex Arist. Pintianus.
f De Haliæeto id scribit Arist. cap. 24. lib. 9. Hist.
g Idem hoc de eodem tradit.
h Apud Arist. est ἀϊσίᾳ, aquila, non Haliæetos.
i Arist. περὶ ἀκουσμ. σκόπουσι.
k Plinius incogitanter ossifragum siue φηνὸν Græcorum, Gallicè *Freneau, Brisos, & Bris*, Haliæetorum generi adscribit, cùm teste Arist. ossifragus parum oculis valeat, quoniam illos nubeculis obtectos habet: Haliæetus verò clarissima sit oculorum acie. Quæ Plinius recitat de vulturum progenie, apud Arist. nusquam extant fortassis ex aliquo augurum auspicium libro hæc ille mutuatus est.
l Vide, lib. 36. cap. 21. in principio.
m Gagates ab Aëtio diuersus est, vt res ipsa docet, & testantur Galenus & Dioscorides. Itaque necessum est vtrumque lapidem in aquilarum nido reperiri, vocarique ideò Aëtiten, quamuis natura plurimum dissideant. Serinus aquilas incubantes Gagaten sibi subiicere tradit, refrigerationis causa ne immenso calore oua percoquantur: nam, vt inquit Lucanus,

— fœta tepefacta sub alite saxa.

Florus aquilam è terra vel mari sumptum lapidem quemuis nido inferre scribit, διὰ τὸ ἀσφαλῶς μένειν, vt stabilis sit. Hæc Plinius non satis distinxit. Vide infra cap. 19. lib. 36.
n Apud Plutarchum in Mario ex Musæo vetustissimo poëta, aquila oua τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀπαλέξει: vnum (ouum, non pullum, vt autor) corrumpit, perdit, duo excludit, tria parit.
o Ossifragum in aquilarum numero & genere ab Aristotele non reponi diximus.
p Post Aristotelem idem scripsit Demetrius Phalereus libro περὶ τῶν ἐρμηνέως. Vide quæ in hanc rem tradidit Rhodig. cap. 20. 13.

Quando legionum signa esse cœperint, & cum quibus sit aquilis bellum. CAP. IIII.

ROmanis[a] eam legionibus C. Marius in secundo Cõsulatu suo propriè dicauit. Erat & anteà prima cum quatuor aliis: [1] lupi, minotauri, equi, aprique singulos ordines anteibant. Paucis antè annis sola in aciem portari cœpta erat: reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatum, non [2] ferè legionis vnquam hybernasse castra, vbi aquilarum non sit iugum. Primo & secundo generi non minorum tantùm quadrupedum rapina, sed etiam cum ceruis prælia. Multum puluerem volutatu collectum, insidens cornibus excutit in oculos, pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes. Nec vnus hostis illi satis est: [3] acrior est cum dracone pugna, multóque magis anceps, etiam si in aëre. Oua hic consectatur aquilæ auiditate malefica: at illa ob hoc rapit vbicunque visum. Ille multiplici nexu alas ligat, [4] ita se implicans, vt simul [5] decidant.

1 lupis, minotauris, equis, aueris, quę (sub signa) M.
2 ferè apud legiones vnquam hybernas esse castra M. ferè apud legiones hybernatũ esse in castris. Vet.
3 acrior cum. M.
4 illa se explicat. Vet. Pint.
5 decidat. M. & CH. decidant sæpe. D.

ANNOTATIO.

a Dion. lib. 40. Aquilam militarem fuisse dicit aquilæ auream imaginem, in ædicula quadam collocatã, quam gestabat spectatæ virtutis miles, hastæ parua suffixam, cuius inferiorem partem cuspidatam & acuminatam in terram adigeret: nec illam ex hybernis moueri solitam, nisi prodiret vniuersus exercitus. Hadr. Iun. cap. 2. 3. De legione, centuria, decuria, manipulo, vexillo, turma, cohorte & id genus militari ordinũ, ac potestatis differentia, Alex. ab Alex. cap. 5. 1. Idem de signis militaribus, cap. 2. 4. & de aquilam Romani cæteris omnibus anteposuerint & vnde sumpserint.

Mirum de aquila. CAP. V.

EST[1] perceleberis apud Sestον vrbem aquilæ gloria: educatam à virgine retuliſſe gratiam, aues primò, mox deinde venatus aggerentem. Defuncta postremò, in rogum accensum eius iniecisse sese, & simul conflagrasse. Quam ob causam incolæ, quod vocant[a] Heroum, in eo loco fecere, appellatum Iouis & virginis, quoniam illi Deo ales asscribitur.

1 Celebris. Pint. Semper celebris. M. est perceleberc a. S. v. a. gloria esse ducis, CH.

ANNOTATIO.

a Monumentum. De huius verbi significatione multa Rhodig. c. 18. 17. Auspicia ex aquilis & vulturibus vide apud Alex. ab Alex. cap. 13. 5.

De vulturibus. CAP. VI.

VA[a] Vlturum præualent nigri. Nidos nemo [1] attigit. Ideo etiam fuere, qui putarent illos ex aduerso orbe aduolare, falsò. [b] Nidificant enim in excelsissimis rupibus. Fœtus quidem sæpe cernuntur ferè bini. Vmbricius Aruspicum in nostro æuo peritissimus, parere tradit oua [2] tria: vno ex iis reliqua oua nidúmque lustrare, mox abiicere. [c] Triduo autem antè [3] aut biduo volare [4] eos, vbi cadauera futura sunt.

1 attingit. M.
2 tredecim. CH.
3 aut biduo, in Vet. d. 4 eò. Pint.

ANNOTATIONES.

a Magnas aues Plaut. in Rudente vocat:

Nam hercle ego te barba continuò arripiam & in ignem conijciam,
Tẽque ambustulatum obijciam magni auibus pabulum.

Cur his potissimùm Rom. vterentur ad auspicia Plut. docet in quæst. Rom. 93.
b Credidit Iuuenalis in arboribus nidos facere Satyra 13.

Vultur iumento, & canibus crucibisque relictis
Ad fœtus properat, partémque cadaueris affert.
Hic est ergò cibus magni quo-que vulturis, & sic
Pascentis, propria cùm iam facit arbore nidos.

c Plaut. in Truculento,

Illud est: vide vt iam, quasi volturij, triduo
Priùs prædiuinant quo die esuri sient.

De sanguale. CAP. VII.

SI[a] Angualem auem, atque immussulum, [b] Augures Romani [2] in magna quæstione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, & [3] sangualem ossifragæ. Massurius [4] sangualem ossifragam esse dicit, immussulum autem pullum aquilæ, priusquàm albicet cauda. Quidam post Mutium Augurem visos non esse Romæ confirmauere: ego (quod verisimilius [5] est) in desidia rerum omnium non arbitror agnitos.

1 Sangualem. M. & CH. Siquale. Pethus.
2 magnæ quæstioni. CH.
3 sangualem. CH
4 sangualem ossifragum. CH.
5 est, in M.d.

ANNOTATIONES.

a Vide quod notatum est proximè sequenti cap. 19.
b Homero μάντις Augur, οἰωνιστὴς ἐπιχθόνιος verò, ἱροσκόπος, Aruspex: ἀναφαίδιος, somniorum interpres. Iliad. α.

ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἠὲ ἱερῆα,
ἢ καὶ ὀνειροπόλον. Brod. cap. 1. lib. 6.

10

De accipitribus. CAP. VIII.

ACcipitrum[1] genera xvj.[2] inuenimus.[3] Ex iis [a] circon claudum altero pede prosperimi augurij [b] nuptialibus negotiis & pecuariæ rei. Triorchem à numero testium, cui principatum in auguriis Phœmonoë dedit: buteonem hunc appellant Romani, [c] familia etiam [4] ex eo cognominata, cùm prospero auspicio in ducis naui sedisset. [5] [d] Æsalona Græci vocant, qui solus omni tempore apparet: cæteri hyeme abeunt. Distinctio generum ex auiditate. Alij non nisi ex terra rapiunt [6] auem: alij non nisi circa arbores volitantem: alij sedentem in sublimi: aliqui volantem in aperto. Itaque & columbæ nouere ex iis pericula, visóque considunt, vel subuolant, contra naturam eius auxiliantes sibi. In insula Africæ Cerne in Oceano accipitres totius [7] Massyliæ humi fœtificant: nec alibi nascuntur, illis assueti gentibus. [e] In Thraciæ parte super [8] Amphipolim homines atque accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex syluis & harundinetis excitant aues: illi superuolantes deprimunt. Rursus captas aucupes diuidũt cum iis. Traditum est, missas in sublime [9] sibi excipere eos: & cùm tempus sit capturæ, [10] clangore ac volatus genere inuitare ad occasionem. Simile quiddam lupi [11] apud Mæotin paludem faciunt. Nam nisi partem à piscantibus suam accepere, [12] expansa eorum retia lacerant. Accipitres auium non edunt corda. Nocturnus accipiter [13] cymindis vocatur, rarus etiam in syluis, interdiu minus cernens. Bellum [14] internecinum gerit cum aquila, cohærẽtésque sæpe [15] prehenduntur.

1 genera decem, non minus Pint ex Arist.
2 nouimus. Ex iis Cir e 3 pro perri. it. Vet.
3 ex his Aegythum. CH.
4 ex eo, in M.d.
5 Epilæon. M. Epilæũ. CH. Vide Anno.
6 columbi. Ex Arist.
7 Massæsyliæ. Pint. & CH.
8 Cedropolim. Arist.
9 ibi. M.
10 clamore ac vlulatu inuitari. Pint. ex Arist. de admir.
11 ad. CH.
12 Expasiã. Vet.
13 cypindis. CH. hybris. Arist.
14 internecium. CH.
15 prenduntur. M.

ANNOTATIONES.

a Vetusta Man. & optima exempl. habent Ægithum. Aristoteles certè scribit Ægithum esse. λυβιστόμορφον, τὸν δὲ κίρκον χολήν. Verùm cùm Ægithus auicula sit, ipsi cap. 74. huius libri, haud rectè hic recensет inter accipitres. Turn. in lib. Theoph. περὶ τ' ἀνεμῶν. Gaza vertit, Salus. Vide Arist. cap. 15. 9. Hist.
b Nuptias aduocatis duobus auspicibus, & totidẽ signatoribus, spondebant stipulabantúrque noctu, ac interdum luce prima diei, magna cautione, id ne fieret motu cæli, aut terræ, cælo turbato, inquiero, procellosóque die, publicis festis, Lemuriis, quibus occisi Remi vmbra placabatur, feralibus, siue parentalibus, ancylibus nondum conditis, postridie nonas, idus, calendas, quoniam ij dies atri sunt. Macrob. Alex. ab Alex. c. 5. 2. Plautus in Prologo Casinæ,

Argentum si quis dederit, vt ego fustibus caedar,
Vtrò ibit iuptum, non manebit auspices.

c M. Fabius Buteo à Liuio nominatur lib. 23. & à Plutarcho in Fabio Maximo: Post Cannensem pugnam dictatores fuisse M. Iunium, & hunc Buteonem annalibus cognitum est. Buteonis oratoris meminit Seneca in Controuersiis. Agathocles καὶ τὸν πρότερον ὀπτάλων ποιῆσαι μέγαν Theopõpus vocatum fuisse τρίορχον scribit. Rhodig. cap. 4. lib. 14. Buteonis auspicium fœlix. Alex. ab Alex. cap. 13. 5.
d Ἀλκάθοια, vocat Hesychius. Vetusta duo exemplaria habent, Epileon Græci &c. Est autem ἐπιλαεύς, ἐπιχώριος, indigena, & qui minimè abit. Turnebus Leios Arist. accipitris genus. De Triorche tamen, vel, vt alij legunt, Hipportiorche scribit Arist. ἐν δὲ τοῖς πανδοφθαλμοῖς. Postea cap. 74. Æsalon parua auis dicitur. Vide locum.
e Ex. at & id apud Arist. lib. περὶ ἀκουσμ. ἀκούσεις. at in historia animalium sic scribit. ὧν δ' ἐν τῇ Θράϊκῃ, παλαιμάχη καὶ πεζοπλάνα, ὑφ' ὧν ἅπαν θηρεύουσιν ἀνθρωποι τὰ ἐρίβωλα κοινῇ μετὰ τ' ἰχθύων.

40

De coccyce, quæ à suo genere interimitur. CAP. IX.

CA[a] Occyx ex accipitre videtur fieri, tempore anni figuram [1] mutans, quoniam tunc non apparent reliqui, nisi perquàm paucis diebus: [2] ipséque modico tempore æstatis visus non cernitur posteà. Est autem neque aduncis vnguibus solus accipitrũ, nec capite similis illis, neque alio quàm colore, [3] ac rictu columbi potiùs. Quin & absumitur ab accipitre, siquando vnà apparuere: sola omnium auis à suo genere interempta. Mutat autem & vocem: procedit vere, occultatur Caniculæ ortu: sempérque parit in alienis nidis, [b] maximè palumbium, maiori ex parte singula oua, quod nulla alia auis: raro bina. Causa subiiciendi pullos putatur, quòd sciat se inuisam cunctis auibus. nam [4] minutas quoque infestant: ita non fore tutam generi suo stirpem opinatur, ni fefellerit: quare nullum facit nidum, alioquin trepidum animal. [c] Educat ergo [5] subditium adulterato

1 mutante q. t. n. apparet, vt nec quidem reliqui fx Arist.
2 Ipse quoque. CH.
3 aspectu Alij. ac visu M ac victu. CH. ambobus (vnguibus & capite) columbis potius (similis) Pint.
4 minuta. M. Alij, minuree, ex Vet. & Arist.
5 subditicium. D.

fœta [6] nido. Ille auidus ex natura, præripit cibos reliquis pullis, itáque pinguescit, & nitidus in se nutricem conuertit: illa gaudet eius specie, miratúrque sese ipsam, quòd talem pepererit: suos comparatione eius damnat, vt alienos, absumíque etiam se inspectante patitur, donec corripiat ipsam quoque iam volandi potens. Nulla [7] tum auium [d] suauitate carnis comparatur illi.

6 nixa. Vet. & M.

7 tamen. M.

ANNOTATIONES.

a Cucullum ex accipitre fieri, qui in cuculli formam sit mutatus, nonnulli putant, quoniam is accipiter cui similis est, nusquam accipitur, cùm cucullus appareat: Cæterùm nec reliqui quidem accipitres tum videntur (ouis edendis & incubandis in solitudinibus occupati) cùm cucullus canere incipit, nisi perquàm paucis diebus. Arist. cap. 7. lib. 5. histor. Hæc Plinius confusè & obscurè. Accipitrum minimo (hic Gallicè *Emerillon*) magnitudine & volatu, cucullum similem esse ibid. Arist. tradit. Cucullum veteres per conuicium & opprobrium, fatuum, stolidum, insipientem vocauerũt. Horat.

— magna compellans voce cucullum. Plaut. in Asinaria.

At etiam cubat cucullus: surge amator, i domum. In Mercat.

— huic verò, vt mero cucullo,
Id certum est, mentiri amplius. In Pseud.
Quid stes cucullè? viues. In Persa,
S. Cedère tu hodie restibus. P. tua quid. m, cucullè, caussa,
In Trinummo,
Ibi ille cucullus, O cell. mi, fiat & istud. Vide infrà cap. 26. lib. 18.

b Arist. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ.

c De Curruca audienda sunt hæc omnia, in cuius nido sæpe Cucullus oua parit.

d Pinguis & suauis saporis est. Aristot.

De miluis. CAP. X.

MIlui ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notatum in his, repacissimam & [a] famelicam semper alitem nihil edulenti rapere vnquam [b] ex funerum ferculis, nec Olympiæ [c] ex ara. Ac ne ferentium quidem manibus, nisi lugubri municipiorum immolantium ostento. Iidem videntur [d] artem gubernandi docuisse caudæ flexibus, in cælo monstrante natura, [1] quid opus esset in profundo. Milui & ipsi hybernis mensibus latent, non tamen ante hirundinem abeuntes. Traduntur autem & à solstitiis affici podagra.

1 quod. M. & CH. quo. Vet.

ANNOTATIONES.

a Plaut. in Menæch. miluina mensa, quæ cum auiditate maxima deuoratur,

Mandida quæ mihi apposita miluinam mensam suggerant.

In Pseudolo idem,

Ara nauis ice postulas quæ quam coquum,
Nisi miluinis, aut aquilinis vagulis? Idem perquam lepidè in Pœn.
Tecum si me accèpè mea voluptas male ego metuo miluom: mala
Illa hostia est, ne fortè me anse. rat pullum tuum. Idem,
Vidi pcuere miluium, etiam cum nihil auferret tamen.

b In funeribus cœna lauta apparabatur, quam ad rogum delatam cum defuncto cremarent. Virg.

— congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fusoque crateres olino. Apul. 4. Florid.
Exclamauit hominem viuere: procul ignes amoliri: rogum demoliri: cænam feralem à tumulo ad mensam inferri. Silicernium ea dicitur, quòd silentes vmbræ eam cernant, vel quòd qui adstant cernant, non attingant. Nam Pitis inferis libata qui ediderat, vel bibisset, funestebatur.

c Aristot. ibid.

d Circaneam auem nominarunt ideo veteres, quòd aberret semper, agros circando, κυκλίνησα, περιτροχάσα, περιδινῶσα. Scalig. in Tibullum.

Digestio auium per genera. CAP. XI.

VOlucrum prima distinctio pedibus maximè constat. Aut enim aduncos vngues habent, [a] aut digitos, aut palmipedũ in genere sunt, [1] vti anseres, & aquaticæ ferè aues. Aduncos vngues habentia, carne tantùm vescuntur [b] ex parte magna.

a vt. CH.

ANNOTATIONES.

a Aduncos, vt Gallinæ.

b Arist. cap. 3. lib. 8. histor.

De inauspicatis auibus, cornice, coruis, bubone. CAP. XII.

COrnices & alio [1] pabulo. Atque duritiem nucis rostro repugnantem, volantes in altum in saxa teguláve iaciunt iterum ac sæpius, donec quassatam perfringere queãt. Ipsa ales est inauspicatæ [a] garrulitatis, à quibusdam tamen [b] laudata. Ab Arcturi sidere ad hirundinum aduentum notatur eam in Mineruæ lucis templísque rarò, [2] alicubi omnino non aspici, sicut Athenis. Præterea sola hæc etiam volantes pullos aliquandiu pascit: inauspicatissima fœtus tempore, hoc est, post solstitium. Cæterę omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos, ac volare cogunt, sicut & corui: qui & ipsi non carne tantùm [3] aluntur, sed robustos quoque fœtus suos fugant longius. Itaque paruis in vicis [4] non plus bina coniugia sunt: circa Cranonem quidem Thessaliæ [5] singula perpetuò: [c] genitores soboli loco cedunt. Diuersa in hac, & suprà dicta alite quædam. Corui ante solstitium generant, iidem ægrescunt sexagenis diebus, siti maximè, antequam fici coquantur autumno. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. Corui pariunt cum plurimum quinos. Ore eos parere aut coire vulgus [d] arbitratur: [e] ideóque grauidas, si ederint corui

1 pabulo, vt quę dur. &c. iacient. Vet. Pint. & CH. lego, vt quæ duritie nucem.

2 aliubi. M.

3 aluntur. M.

4 nõ plus quàm. Vet. non plus quàm vna coniugia, vel, binum cõiug. Pint. ex Arist.

5 ita singula. Vet.

coruinum ouum, per os partum reddere: atque in totum, difficulter parere, si tecto inferantur. Aristoteles negat, non hercule magis, quàm in Ægypto ibim: sed illam exoscula-
tionem, quæ sæpe cernitur, qualem in columbis, esse. Corui [f] in auspiciis soli videntur intellectum habere significationum suarum. [g] nam cùm [6] Mediæ hospites occisi sunt, 6 Medi. M.
omnes è Peloponneso & Attica regione [7] volauerunt. [h] pessima eorum significatio, cùm 7 auolauerunt. Vet.
glutiunt vocem velut strangulati. Vncos vngues & nocturnæ aues habent, vt noctuæ, bubo, vlulæ. Omnium horum hebetes interdiu oculi. Bubo funebris, & maximè abominatus, publicis præcipuè auspiciis, deserta incolit: nec tantùm desolata, sed dira etiam & inaccessa: noctis monstrum, nec cantu aliquo [8] vocalis, sed gemitu. Itaque in vrbibus aut 8 vocali. M.
omnino in [9] luce visus, dirum ostentum est. Priuatorum domibus insidentem [10] plurimis scio non fuisse feralem. Volat nunquàm, quò [11] libuit, sed transuersus aufertur. Capitolij cellam ipsam intrauit Sex. [12] Papellio Istro, L. Pedanio Coss. propter quod nonis Martiis vrbs lustrata est eo anno. 9 luco. Pint.
10 plurimum. Parm. & CH.
11 liber. M.
12 Palpellio. CH.

ANNOTATIONES.

a Hinc cornicari Persio, pressa & strangulata voce mussitare. Satyr. 5.

Nescio quid tecum grauè cornicaris inepte.

Cornicem humanum sermonem discere monstrat hic versus Papinij in Syluis,

Quæque refert iungens iterata vocabula cornix.

b Quoniam magna sit in eo auis genere concordia maris & fœminæ, & abiis perpetua seruetur cõiugij lex ac fides: quamobrem solitariæ cornicis occursus malum omen facit, & in nuptiis auspicato societatis præsagio accinebatur, ἐπιφθόνως παρῳδοῦσι. Ex Ælian. 3. De animal. Oro Apolline, Gregorio Nazianzeno, Politianus in Miscellaneis. Rhodig. cap. 18. 29. Iun. Had. cap. 1. lib. 1. Alex. ab Alex. cap. 5. 2.

c Arist. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ.

d Inde fellatores appellarunt. Mart.

Corne salutator, quare fellator haberis?

In caput intrauit mentula nulla tuum.

Ab Anaxagora id quidem fuit proditum, quod Arist. lib. De animalibus simul & rideret, & refutat. Rhod. cap. 25. 19.

e Rectè Plinius dixit vulgus id arbitrari. Est enim hoc fabulosum.

f Alexandro Babylonẽ ingressuro, & Ciceroni fugienti ij obstrepentes, mortem imminere significarunt. Alex. ab Alex. cap. 13. 5.

g Sumptum hoc ex Arist. lib. 9. hist. περὶ δὲ τὴν χελιδόνα ὡς ἀπόδημόν τι μᾶλλον ἔοικε καὶ ἧττον ἀφανὲς ἢ ἀφανὲς ὂν ἐμφανὲς ἐν τοῖς περὶ ἀδύνατα ἢ πολυπενθοῦν ὑπὸ πολλῶν, ὡς ἐχθρὸν δεδεγμένον τινα τῶν πάλαι διηθοῦντα: quo loco Victor. cap. 23. 37. ξένος vertit, non hospites, vt Plinius, sed milites externos mercede conductos, legendúmque putat, ἐπιθόντων, non ἐνθόντων, intellectum significationis habere, non pabuli.

h Tempestatum atrocium. Infrà lib. 18. cap. vltimo.

i Eius tamen conspectus Agrippæ captiuo regnum Iudæorum portendit. Alex. ab Alex. loco citato.

De incendiaria aue. CAP. XIII.

INauspicata est & [a] incendiaria auis, propter quam sæpenumerò lustratam vrbem in Annalibus inuenimus, sicut L. Cassio. C. Mario Coss. quo anno & bubone viso lustrata est. Quæ sit auis ea, nec re peritur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam esse, quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel altaribus. Alij [1] spinturnicem eam vocant: sed hæc ipsa quæ esset inter aues, qui se scire diceret, non inueni. 1 Spinthariqem, σπινθάριγα. in quibusdam exemplaribus corrupte σπινδάσιν.

ANNOTATIO.

a Incendiaria auis, ambustanea, quæ circa busta versabatur. Ea si, vt inquit Seruius, de busto sudem ad tectum detulisset, incendium portendebat: si cuius ædes insedisset, & vocem misisset, significabat mortem. vide Scalig. in Festum, voce Bustum.

De cliuina. CAP. XIIII.

CIa [1] Liuinam quoque auem ab antiquis nominatam, animaduerto ignorari. Quidam clamatoriam dicunt, Labeo [b] prohibitoriam. Et apud Nigidium [2] subis appellatur auis, quæ aquilarum oua frangat. 1 Cliuiam. CH.
2 subrer. CH.

ANNOTATIONES.

a Cluinam. (à cluendo. i. clamando.) Festo auis certa non est, sed quæcumque in auspiciis voce aliquid fieri prohibet.

b Aues prohibitoriæ σπανιαὶ ὄρνιθες, quæ aliquid fieri prohibebant. Eædem & Festo dicuntur Alteræ, præsertim cùm superueniunt quæ auspicio fœlici vitium faciant: Arculæ ab arcendo: Cliuiæ, quoniam cliuia, πρασσόντα, difficilia: Enebræ & Inebræ, quòd obstaculum dant, ab inhibendo: Remores: Fecilytræ: Voisgiæ, quia sese vellendo malum auspicium nunciant. Statius.

— simul ora recurno
Pugne fecant rabidæ, planctumque imitantibus alis
Exagitant Zephyros, & plumea pectora cædunt.

Æschylus in Persis:

μεθύστερον δὲ πίσυρσι πτέρυγι πτώσσω
πλησθεὶς ἐρεσσομένοισι, τῇ χιλαίᾳ πάρα
τίλλουσα. Scalig. Est in auguriis Negritis infœlix vox, qua ægritudo significatur.

De auibus incognitis. CAP. XV.

SVnt præterea complura genera depicta in Hetrusca disciplina, [1] seculis non visa: quę nunc defecisse mirum est, cùm abundent etiam quæ gula humana populatur. 1 sed vlli. Tol. Pint.

De auibus nocturnis. CAP. XVI.

EXternorum de auguriis peritissimè scripsisse [1] Hylas nomine putatur. Is tradit noctuam, bubonem, picum arbores cauantem, [2a] trogonem, cornicem, à cauda de ouo exire: quoniam pondere capitum peruersa oua, posteriorem partem corporum [3] fouendam matri applicent.

1 illas as.CH.
2 trygonam.CH.
3 magis fouend.Vet.

ANNOTATIO.

a Loxiam Gesnerus vocat.

De noctuis. CAP. XVII.

NOctuarum contra aues solers dimicatio. Maiore circundatæ multitudine, resupinæ pedibus repugnant, collectæque in [1] arctum, rostro & vnguibus totę teguntur. Auxiliatur accipiter [2] collegio quodā naturæ, bellúmque partitur. Noctuas sexagenis diebus hyemis [3] cubare, & nouem [a] voces habere, tradit Nigidius.

1 arcum.Parm.
2 consortio.Vet.
3 subare.CH.

ANNOTATIO.

a Auspicatissimæ illæ fuerunt Athenienſibus. Pyrrho regi contra Argiuos cuntis hastæ insidens noctua, exitij quod instabat augurium fuit. Alex. ab Alex. cap. 13. 5. Noctuæ cantus videtur, tu, syllabam exprimere. Inde festiuus iocus apud Plautum in Menæch.

Tu istic, inquam, vin' afferri noctuam,
Quę, tu, tu, vsque dicat tibi nam nos iam hoc defessi sumus.

De pico Marcio. CAP. XVIII.

SVnt & paruæ aues vncorū [1] vnguium, vt pici, Martio cognomine insignes, & in [2] auspiciis magni. Quo in genere arborum cauatores, scandentes in subreptum felium modo: illi verò & supini, percussi corticis sono, pabulum, subesse intelligunt. Pullos in cauis educant [3] auium [a] soli. [4] Adactos cauernis eorum à pastore cuneos, admota quadam ab his herba, elabi creditur vulgò. Trebius autor est, clauum cuneúmve adactum, quanta libeat vi, arbori in qua nidum habeat, statim exilire, cum [5] crepitu arboris, cùm insederit [6] clauo aut cuneo. Ipsi principales Latio sunt in auguriis, à rege qui nomē huic aui dedit. Vnum eorum præscitum transire non queo. In capite Prætoris vrbani [7] L. [b] Tuberonis, in foro iura pro tribunali reddentis, sedit ita placidè, vt manu [8] prehenderetur. Respondere vates, exitium imperio portendi, si dimitteretur: at si exanimaretur, Prætori. Et ille autem protinus concerpsit: nec multò pòst impleuit prodigium. Vescuntur & glande in hoc genere, pomísque mulæ, [9] sed quæ carne tantùm non viuunt, excepto miluo: quod ipsum in auguriis dirum est.

1 vnguium, sed in auspiciis magnæ, quo in genere pici, Martis cognomine insignes, arborum cauatores. Illi verò & supini scandentes in subrectum stellionū modo. Percussi Plin. ex Arist. & Vet.
2 auspicatis.M.
3 arborum. Vet. Plin.
4 Adactos &c. cuneus.M.
5 strepitu. M. & CH.
6 Hæc verba, clauo aut cuneo, in vetust. desunt.
7 Aelij.CH.
8 apprehenderetur. Parm.
9 reliquæ carne.D.

ANNOTATIONES.

a Id similiter faciunt & passeres, quos Salictarios vocamus, & aliæ complures auiculæ.

b Frontinus in Stratagem. hoc Caio Cœlio siue Lælio tribuit.

De vncos vngues habentibus & digitos. CAP. XIX.

VNcos vngues habentes omnino non congregantur, [1] & sibi quæque prædantur. Sūt autem omnes ferè altiuolæ præter nocturnas: & magis, maiores. Omnibus alæ grandes, corpus exiguum. Ambulant difficulter. In petris rarò consistūt, curuatura vnguium prohibente. Nunc de secundo [2] ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, [a] oscines, & alites: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. Itaque [3] præcedent & ordine.

1 sed sibi quæque prædatur. Vet.

2 genere dicamus, quod.CH
3 præcedent & ordine, omnésque reliquas. In his &c. CH.

ANNOTATIO.

a Cicero lib. 6. Epist. ad Cæcinnam. Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est, nec è tripudiis solistimis aut somniis auguror, &c. Canterus cap. 28. 4. legendum putat oscines, ab occinendo, non oscines, ab ore. Oscines Festo, quæ ore canentes faciunt auspicium, vt coruus, cornix, noctuæ: alites, quæ volatu, vt aquila, buteo, vultur, immissulus, sanqualis. In ambobus generibus habentur Picus Martius, Feroniusque, & Parra. (Feronium hic dici picum puto, coloris nigri, à furuo, quasi furuonium) Vide Alex. ab Alex. cap. 13. & 19. lib. 5. Fuerunt & præpetes, inferæ, admissuræ, areulæ, cliuiæ, inebræ, quæ quidquam vetabant. Plautus in Asinaria,

Impetrium, inauguratum est, quoduis aduitunt aues:
Picus & cornix est ab laua, coruus, parrha ab dextra:
Confuadent. Præpetes augurium volatu faciunt, oscines cantu. Et quia plurimùm rapaces alis valent, κατ' ἐξοχὴν præpetes cæ vocantur. Turn. cap. 4. 29. Virg.

-- quem præpes ab Ida
Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis.

Seruio quæ aues pennis ac volatu faciunt omina, si prosperæ sunt, Præpetes appellantur: si aduersæ, Inebræ. Vide Festum in voce Enebræ: Eundem in voce Præpes, & Scaligerum in eum locum. fuerūt & olim autore festo auspicia pedestria à vulpe, lupo, equo, serpente. Horat.

Rumpet & serpens iter institutum. Turn. cap. 29. lib. 30.

De

De pauonibus, & quis eos primus cibi causa occiderit. CAP. XX.

OMnésque reliquas in his pauonum genus, cum forma, tum intellectu eius & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores, aduerso maximè Sole, quia sic fulgentius radiant. Simul vmbræ quosdam repercussus cæteris, [1] qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda: omnésque in aceruum contrahit pennarum, quos spectari gaudet oculos. Idem cauda annuis vicibus amissa cum [a] foliis arborum, donec renascatur [2] iterum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram. Viuit annis x x v. Colores incipit fundere in trimatu. Ab autoribus non glorioſum tantùm animal hoc traditur, sed & maleuolum, sicut anser verecundum: quoniam has quoque quidam addiderunt notas in his, haud probatas mihi. Pauonē cibi gratia Romæ primus occidit [b] Orator Hortensius, [c] aditiali cœna sacerdotij. Saginare primus instituit circa nouissimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, éxque eo quæstu [3] reditus festertiûm sexaginta M. habuit.

1 qui & in.CH.
2 alia. Vet. Plin.
3 reditus is sest. Vet. reditus is sexagena milia hab. CH. festertia sexagena M. Manusc.

ANNOTATIONES.

a Autumno & hyeme, ad veris vsque finem, æstatísque initium: vnde prouerbium ὅσῳ ἦ θέρι, τόσῳ ἦ πτῶσις. Rhodig. cap. 9. 16.

b Varro cap. 6. 3. Ælianus cap. 2. 5. hist. qui addit, ob id factū Hortensium πρωτόλειαν, in ius vocatum fuisse. vel, vt alij legunt, κακωνηθέλειαν, condemnatum.

c Affluente, Cauta. Vide infrà cap. 4. lib. 29. ferè ab initio, vbi epulum adiiciale, vocatur: nimirum, ab adiiciendo. Fiebat inaugurandi gratia, aut in publica & festa lætitia. Corn. Tacitus 2. Annal. *Resciuit Caesar fauendo, vt dictitabant, foederi connubium adiecit, tractāque in multam noctem lætitia per epulas ac vinolentiam.* Adiicialis cœna adipalis & pontificalis, Macrob. libr. 3. cap. 13. In ea enim cœna dicis caussa Pontifex epulari dicebatur, id est religiosi solemnísque instituti caussa, vt infrà cap. 2. lib. 28. πρῶτα, ἕστιατα, ἔσπερ, ἀφροδίσια τὰ πρῶτα, χάριν.

De gallis, & quomodo castrentur, & de gallinaceo locuto. CAP. XXI.

PRoximè gloriam sentiunt & hi nostri vigiles nocturni, quos excitādis in opera mortalibus, rumpendóque somno natura genuit. Norunt sidera, & ternas distinguntho ras interdiu cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartáque castrensi vigilia ad curas laboréque reuocant. Nec solis ortum incautis patiuntur obrepere, [b] diémque venientem nuntiant cantu, ipsum verò cantum plausu laterum. Imperitant suo generi, & regnum, in quacunque sunt domo, exercent. Dimicatione paritur hoc quoque inter ipsos, velut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes: [1] nec finis sæpe commorientibus. Quòd si palma contingit, statim in victoria canunt, seq; ipsi principes testantur. Victus occultatur silens, ægréque seruitium patitur. [2] Et plebs tamen æquè superba graditur ardua ceruice, cristis celsa: cælúmque sola volucrum aspicit crebrò, in sublime caudam quoque falcatam erigens: itaque terrori sunt etiam [3] leonibus ferarum generosissimis. Iam ex his quidam ad bella tantùm & prælia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum, [4] ac Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis, [5] ac Chalcidicis, vt planè dignæ aliti tantum honoris [6] præbeat Romana purpura. Horum sunt [d] tripudia solistima. Hi [7] magistratus nostros quotidie regunt, domósque ipsis suas claudunt [8] aut reserant: hi fasces Ro. impellunt [9] aut retinent, iubent acies [10] aut prohibent, victoriarum [11] omnium toto orbe partarum auspices: hi [12] maximè terrarū imperio [13] imperant, extis etiā fibrísque haud aliter quàm opimæ [15] victoriæ, Diis grati. Habent [16] ostēta & [17] præposteri eorum vespertiníque cantus. Nanque totis, noctibus canēdo, Bœotiis nobilem illam aduersus [e] Lacedæmonios præsagiuere victoriam, ita conjecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret. Desinunt canere castrati: quod duobus fit modis, [f] lumbis adustis candente ferro, aut imis [18] cruribus: mox hulcere oblito figlina creta: facilius ita [19] pinguescunt. [g] Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publicè editur, ceu [h] gladiatorum. Inuenitur in Annalibus, in Ariminensi agro, M. Lepido, Q. Catulo Coss. in villa Gallerij locutum gallinaceum, semel, quod equidem sciam.

1 nec finis sæpe, nisi cōmorientibus. Alij.
2 expleto iamq; cortamine superbē g. a. o. c. celsis.
3 leonibus dominis ferarum iam. M.
4 aut.CH.
5 &.CH.
6 perhibeat. M. & CH.
7 magistros.CH.
8 ac.M.
9 ac.M.
10 ac.M.
11 omnium, in M.d.
12 maximo. Vet.
13 imperitabant. M.
14 Ex iis etiam fibræ sunt, &c. gratæ Vet.
15 Victimæ.CH.
16 ostēta ex se &. M.
17 præproperi, Alij.
18 calcaribus, Ex Varr. lib. 3. de re rust.
19 pinnescunt.CH.

ANNOTATIONES.

a Gallicinium propterea veteres appellarunt.
b Huius rei causſam reddere conatur Cicero libr. 2. de Diuinat. Eam multis explicarã vide apud Rhodig. cap. 16. 13. Inde scilicet Tragœdi, κήρυκας ἐκλιμπάνους, tanquam vocales & clamosos præcones appellant, ἀπὸ τοῦ κεκράγειν Eustathio, à vociferando: quo etymo & ἰαχητὰς vt Scentor, & ἰαχυβέντα vt Homeri præcones dici possunt, παρὰ τὸ ἰαχὴ βάξαι, quòd eorum sonora vox procul exaudiatur. Had. Iun. cap. 20. 5.
c ἔρεγνον Hesychius vocat peculari nomine.
d Læta, cùm prodeuntes è cauea cibum oblatum capere non recusabant, & inter edendum nihil in terram ex ore decidebat. Horum alterutrum si accideret, triste ac pernitiosum augurium censebatur. Festus in voce Puls. Vide Alex. ab Alex. cap. 29. lib. 1.
e Sic Themistocli priusquam in Xerxem duceret, pridie auditus gallorum cantus victoriam promisit. Gallinarum cantum, futurum incommodum, vel dirum quidpiam significare putãt. Alex. ab Alex. cap. 15. 5. Quod de Bœotiis tradit Plinius, accidit cùm ij de bello oraculum Trophonij consulentes sacra facerent. Idem Alex. ab Alex. cap. 2. 6.
f Parte posteriora aluj, quæ in coitu procidit. Arist.
g Factum id & Athenis, Perſis à Themistocle victis. Commisſe quoque sunt & ad certamen coturnices. Seueri filij inuicem contendebant edendis coturnicum & gallorum pugnis. Socrates Iphicrati duci animos adiecit monstratis gallis eorum Callia pennis ac rostro dimicantibus. Chrysippus lib. de Iustitia, gallorum exemplo ad fortitudinem nos excitari tradit. Rhodig. cap. 15. 16. & 32. 17.
h Hinc sumptum Alectoromachiæ exemplum in scholis nostris circa Hilaria. Xide Ælianum.

De anseribus, & quis primus iecur anserinum comederit, & de adipe anserino Comageno. CAP. XXII.

1 Est, in M. d. & Pint.

2 Quam ob causam. CH. & M.
3 genere Olenij. Th. oplit.
4 ex eodem. CH.
5 adamasse. CH.
6 ita iis esse. Comes. M. Pint.
7 balneis. CH.

8 Scipio an Metellus M.
9 Seius. Varro rei rust. lib 3. cap. 10. Seseius. CH.
10 plantos. M.
11 à Thurinis. Parm. prauè.

12 mollior quæ corpori proxima. M. & CH.
13 gantæ. CH.

14 auxiliarium. M. Ver.
15 stramento. D.

16 obruere ac r. g. macerare.
17 Commagum. CH.

18 Penelopes. Vet. prauè.
19 ferè. M. cerenotes vero. CH. chenerotes veræ anseres Pint.
20 absolutámque nigritiam. CH.

21 implet. D.

22 viuariis. CH.

23 his. CH.

E[1] St & anseri vigil cura, Capitolio testata defenso, [a] per id tempus canum silentio proditis rebus. [2] Quamobrẽ cibaria anserum [b] Censores in primis locant. [bb] Quin & fama amoris, Argis dilecta forma pueri [3] nomine Oleni, & Glauces Ptolemæo regi cithara canentis, quam [4] eodem tempore & aries [5] adamasse proditur. Potest & sapientiæ videri intellectus [6] iis esse. Ita comes perpetuò adhæsisse Lacydi philosopho dicitur, nusquam ab eo, non in publico, non in [7] balneis, non noctu, non interdiu digressus. Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitate nouere. [c] Fartilibus in magnam amplitudinem crescit: exemptũ quoque lacte mulso augetur. Nec sine causa in quæstione est, quis primus tantum bonum inuenerit, [8] Scipio Metellus vir Cõsularis, an M. [9] Sestius eadẽ ætate eques Ro. Sed (quod cõstat) Messalinus Cotta, Messalæ Oratoris filius, [10] palmas pedũ ex his torrere, atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperit. Tribuetur enim à me culinis cuiusque palma cum fide. Mirum in hac alite, [11] à [c] Morinis vsque Romam pedibus venire. Fessi proferuntur ad primos: ita cæteris [f] stipatione naturali propellunt eos. [g] Candidorum alterum vectigal in pluma. Velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri vestiuntur: [12] molliórque, quæ corpori quàm proxima: & è Germania laudatissima. Candidi ibi, verùm minores, [13] ganzæ vocantur. Pretium plumæ eorum, in libras denarij quini. Et inde crimina plerunque [14] auxiliorum præfectis, à vigili statione ad hæc aucupia dimissis cohortibus totis. Eóque deliciæ processere, vt sine hoc [15] instrumento durare iam ne virorum quidem [h] ceruices possint. Aliud reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur: adipem eorum in vase æreo cum cinnamo niue multa [16] obrutum, ac rigore gelido maceratũ, ad vsum præclari medicaminis, quod ab gente dicitur [17] Comagenum. [i] Anserini generis sunt [18] chenalopeces, & quibus lautiores epulas nõ nouit Britãnia chenerotes, [19] fero anseri minores. Decet [k] tetraonas suus nitor, [20] absolutáque nigritia, in superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit. Nec vlla ales excepto struthiocamelo maius corpore [21] implens pondus, in tantum aucta, vt in terra quoque immobilis prehendatur. Gignũt eos Alpes, & septentrionalis regio. In [22] auiariis saporem perdunt. Moriuntur contumacia spiritu reuocato. Proximæ [23] eis sunt, quas Hispania aues tardas appellat, Græcia otidas, damnatas in cibis. Emissa enim ossibus medulla, odoris tædium extemplò sequitur.

ANNOTATIONES.

a Vide Liuium & Gellium.
b Alex. ab Alex. cap. 13. 3.
b b Sic apud Solos Ciliciæ formosum puerum amatum à cane fuisse, & Spartæ adolescentem à graculo Rhodiginus scribit cap. 12. 13. Clearchus primo Eroticõn Amphilochũ Olenium ab ansere dilectum prodit. In Leucadia virginem à pauone eousque vt illa vita functa moreretur: Nicander pincernam regis Bithyniæ à gallo quem Centaurum vocabant. Idem autor cap. 13. 16. Vide supra de Delphinis.
c Saginaris, præsertim ficubus. Iecur id *συκωτὸν* olim vocauêre. Iuuenalis Satyra 5.

Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par. Martial.
Aspice quàm tumeat magno iecur ansere maius. Persius, Satyra 6.
Vt mus iste nepos diuisi fatur anseris exitu
Cum morosa vago singultiet inguine vena,
Patritiæ immeiat vulnæ.

Minimè fartos, herbáque tantum pastos, & ideò graciliores, herbiles vocat Festus. Lucilius apud Seruium, *Anseris herbilis virtus.*
d Vide Sigonium de Consulib. anno 750. creatis. Eius mentio fit cap. 10. 32.
e Inde fortassis ea galliæ pars dicta est Comitatus anserum, *Le Comté d'Oye.*
f Agmine stipato Anseres natura incedunt. E Morinis Romam perducebantur tum vt farto iecinore vescerentur, (Horat.
Pinguibus e ficis pastum iecur anseris albi.)
tum vt molles plumas vellerẽt, culcitris & ceruicalibus implẽdis.
g Eos plurimum ob id laudant Columella & Varro.
h Nam ex ea pluma ceruicalia fiunt.
i Vide infrà cap. 3. lib. 29. circa finem.
k Politianus cap. 57. Miscell. hunc locum primus restituit.

De

De gruibus, ciconijs, oloribus, & peregrinis auibus, & coturnicibus, & glotte. CAP. XXIII.

1 Quãdo proficiscũtur, consertim volãt. ad p. altæ. Vet.

2 agmine, per vices ſũ, acclamantes dispositos. CH.
3 lassatus. CH. lassatis somno decidens. Vet.

4 tetigisse. Vet.

5 enuntiatæ. Pint.

6 & serua. Pint. hæc obrepsisse suspicatur.

7 Pythonen vocant. Vet.
8 nouissimo. Vet.
9 Augustas.
10 linguam. CH.
11 capitali CH.
12 eadem. M.

13 genitorum. D.
14 falsis. M.

15 possiat. CH.

16 incidunt. Vet. & CH.

17 per sua signa. Vet.

18 otus. CH. otus & Cenchramis. M.
19 prouectam. M.

20 peragit. Vet.

21 Cenchramis. Vet.
22 Otus. M. & rectè. Sic & CH.

INducias habet gens [a] Pygmæa absessu gruum (vt diximus) cum iis dimicantium. Immensus est [b] tractus, quo veniunt, si quis reputet à mari Eoo. [1] Quando proficiscantur consentiunt: volant ad prospiciendum altè: ducem, quem sequantur, eligũt: in extremo [2] agmine per vices, qui acclament, dispositos habent, & qui gregem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui [3] laxatus somno & decidens, indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit. Eædem mansuefactæ lasciuiunt, gyrósque quosdam indecoro cursu vel singulæ peragunt. Certum est, Põtum transuolaturas, primùm omnium angustias petere, inter duo promontoria Criu metopon, & Caram bin: mox saburra stabiliri. Cùm medium transierint, abiici lapillos è pedibus: cùm attigerint cõtinentem, & è gutture harenam. Cornelius Nepos, qui Diui Augusti principatu obiit, cùm scriberet turdos paulò antè cœptos saginari, addidit, ciconias magis placere, quàm grues: cùm hæc nunc ales inter primas [c] expetatur, illam nemo velit [4] attigisse. Ciconiæ quonam è loco veniant, aut quò se referant, incompertum adhuc est. E longinquo venire non dubium, eodem, quo grues, modo: illas hyemis, has æstatis aduenas. Abituræ congregantur in loco certo: [5] comitatæque sic, vt nulla sui generis relinquatur, nisi captiua [6] & serua, ccu lege prædicta die recedunt. Nemo vidit agmen discedẽtium, cùm discessurum appareat: nec venire, sed venisse cernimus: vtrunque nocturnis fit temporibus. Et quamuis vltra citráve peruolent, nunquam tamen adueniſſe vsquam, nisi noctu, existimantur. [7] Pythonos comen vocant in Asia patentibus campis, vbi congregatæ inter se commurmurant, eámque quæ [8] nouissima aduenit, lacerant, atque ita abeunt. Notatum, post Idus [9] Augusti non temerè visas ibi. Sunt qui ciconiis non inesse [10] linguas confirmẽt. Honos iis [d] serpentium exitio tantus, vt in [e] Thessalia [11] capitale fuerit occidisse, [12] eadémque legibus pœna, quæ in homicidã. Simili anseres quoque & olores ratione commeant: sed horum volatus cernitur: liburnicarũ more rostrato impetu feruntur, faciliùs ita findentes aëra, quàm si recta fronte impellerent: à tergo sensim dilatãte se cuneo porrigitur agmen, largéque impellenti præbetur auræ. Colla imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt. Ciconiæ nidos eosdem repetunt: [13] genitricum senectam inuicem educãt. Olorum [f] morte narratur flebilis cantus, [14] falsò, vt arbitror, aliquot experimentis. Iidem mutua carne vescuntur inter se. Verùm hæc commeantium per maria terrásque peregrinatio non patitur differri minores quoque, quibus est natura similis: vtcunque enim suprà dictas magnitudo & vires corporum [g] inuitare videri [15] possunt. Coturnices antè etiam semper aduenũt, quàm grues, parua auis, & cùm ad nos venit, terrestris potiùs, quàm sublimis. Aduolant & hæ simili modo non sine periculo nauigantium, cùm appropinquauere terris. Quippe velis sæpè [16] insidunt, & hoc semper noctu mergúntque nauigia. Iter est his per hospitia certa. Austro non volant, humido scilicet & grauiore vento. Aura tamen vehi volũt, propter pondus corporum, viréque paruas. Hinc volantium illa [h] conquestio labore expressa. Aquilone ergo maximè volant ortygometra duce. Primam earum terræ appropinquantem accipiter rapit. Semper hinc remeãtes [i] comitatum solicitant: abeúntque vnà [17] persuasæ glottis, & [18] otis, & cychramus. Glottis prælongam exerit linguam: vnde ei nomen. Hanc initio blandita peregrinatione auidè [19] profectam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit. Reuerti incomitatam piget, & sequi: nec vnquam plus vno die [20] pergit: in proximo hospitio deserit. Verùm inuenitur alia, antecedente anno relicta: simili modo in singulos dies. [21] Cychramus perseuerantior festinat etiam peruenire ad expetitas sibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonétque itineris. [22] Otis bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus: vnde & nomen illi: quidam Latinè [k] asionem vocant: imitatrix aliàs [l] auis ac parasita, & quodam genere saltatrix. Capitur haud

difficul

difficulter, vt noctuæ,[23] intenta in aliquo circumeunte alio. Quòd si ventus agmen aduerso flatu cœperit inhibere, ponduſculis lapidum apprehenſis, aut gutture harena repleto,[24] ſtabilitæ volant. Coturnicibus[25] veneni ſemen gratiſſimus cibus: quam ob cauſam eas damnauere menſæ, ſimúlque comitialem propter morbum deſpui[26] ſuetum, quem ſolæ animalium ſentiunt, præter hominem.

23 intentam in aliquē circumeūte alio. CH. intenta in aliquem circumeunte alio. M.
24 ſtabilitatæ. M. & CH.
25 veratri Alij.
26 ſuetæ. M.

ANNOTATIONES.

a Vide ſuprà cap. 11. lib. 4.
b Ab vltimis Scytharum campis & Troglodytica regione aduenire ſcribit Ariſt.
c Sempronium Ruffum menſis primum Ciconiam inuexiſſe tradunt, ac de illo ſcriptos hos verſus,

Ciconiarum Ruffus iſte conditor,
Quanquam eſt nobis elegantior Plaucis,
Siſſyagorum puncta non tulit ſeptem.
Ciconiarum populus vltus eſt mortem. Horat.
Tutus erat rhombus, autóque ciconia nido,
Donec vos autor docuit praetorius. --

Ciconiam Petronius Arbiter his epitheris honeſtat:

Ciconia etiam grata peregrinahoſpita,
Pietaticultrix, gracili ci, coralliſtria

(nempe à roſtri & pedum colore, ſimili corallo)

Auis exſul hyemis, ſtatulus tepidi temporis.

Vide Had. Iun. cap. 15. 6. Ciconias in auſpiciis concordiam pollicери, grues verò retrorſum à recto curſu deflectentes ac remeantes, procellas ac infandas tempeſtates notat Alex. ab Alex. cap. 13. 5.
d Iuuenal. Sat. 13.

--*ſerpente ciconia pullos*
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.

e Ariſt. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ.
f κύπνους ἅβεσι, ſiue ἐκβέσι, qui ſpem omnem ſaluti abiecerunt. Iulianus παραβάντες. Ἐ γὰρ θεὸς τὸ πρῶτον ὑγιᾶ ἔποίησε τὰ πλάσματα· καὶ ἀφροσύνης βαθεῖ ἐνομάτωσε τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦτο πολὺ κατέλιπε ἀκίνδυνον, ἢ ποῖόν τι διάκειμαι αὐτοῖς ἐκμαίνων, εἶμαι ὡς ἢ ἐν τῷ κύπνων ἐξέβησαν, διὰ τὸ θνητὸν τὸ ἐγκατάκοιμον τοῦτων.
g Verùm longo itinere ad nos commeant.
h Ariſt. cap. 12. lib. 8. hiſt.
i Proſecturas comites de diſceſſu admonent.
k A plumeis auribus, aſini modo eminentibus & exertis. Geſnerus. Mihi potius à voce, quæ rudérem aſinum æmulatur. Athenæus de hac aue, malta lib. 9.
l Sic ἀβρὸν reddit Plinius quanquam Dæmonas quo idam Dionyſiacos olim καβάκους appellauerunt, id eſt, aſperos ac immites: eodémque nomine illos, qui aſſimulato luſu fallerent. Rhod. c. 7. 2.
m Addit & Plutarchus captam: quamuis Ariſt. problemate, Cur homini ſoli peruertitur oculi, aſſirmet μόνοις ἀνθρώποις ἐν τῷ τῆς γένει ἰκτεῶδες γίνεσθαι. Ego verò & canes, & feles, & arietem eo morbo periiſſe vidi. Rhod. cap 9. 6. Capras & oues eo morbo vexari tradit Hippocrates, libro περὶ τῶν ἐν ὕδατι νόσων: equos Aſyrtus: accipitres & gracculos, Brod. cap. 25. 5.

10 Ciconiam Petronius Arbiter his epitheris honeſtat: 20

Ciconia etiam grata peregrinahoſpita,
Pietaticultrix, gracili ci, coralliſtria

(nempe à roſtri & pedum colore, ſimili corallo)

Auis exſul hyemis, ſtatulus tepidi temporis.

Vide Had. Iun. cap. 15. 6. Ciconias in auſpiciis concordiam pollicери, grues verò retrorſum à recto curſu deflectentes ac remeantes, procellas ac infandas tempeſtates notat Alex. ab Alex. cap. 13. 5.
d Iuuenal. Sat. 13.

--*ſerpente ciconia pullos*
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.

De hirundinibus, merulis, turdis, & ſturnis, turturibus, & palumb. CAP. XXIIII.

1 Africo. CH.

A Beunt & hirundines hybernis menſibus, ſola carne veſcens auis ex iis quæ aduncos vngues non habent: ſed in vicina abeunt,[1] apricos ſecuta montium receſſus: inuentæque iam ſunt ibi nudæ atque deplumes. Thebarum tecta ſubire negantur, quoniam vrbs illa ſæpius capta ſit: nec[2] Biziæ in Thracia, propter ſcelera Terei. Cecina Volaterranus equeſtris ordinis quadrigarum dominus, comprehenſas in vrbem ſecum auferés, victoriæ nuntias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes[3] illito victoriæ colore. Tradit & Fabius Pictor in Annalibus ſuis, cùm obſideretur præſidium Romanum à[4] Liguſtinis, hirundinem à pullis[5] ad ſe allatam: vt lino ad pedem eius alligato nodis ſignificaret, quoto die adueniente auxilio eruptio fieri deberet. Abeunt & [a] merulæ, turdíque, & ſturni ſimili modo in vicina. Sed hi plumam non amittunt, nec occultantur,[6] viſi ſæpe ibi, quò hybernum pabulum petunt: itaque in Germania hyeme maximè turdi [b] cernuntur.[7] Veriùs [c] turtur occultatur, pennáſque amittit. Abeunt & palumbes, quónam & in iis incertum. Sturnorum generi[8] proprium cateruatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Volucrum ſoli hirundini flexuoſi volatus, velox celeritas: quibus ex cauſis neque rapinæ cæterarum alitum obnoxia eſt.[9] Eadem demum ſola auium non niſi in volatu [d] palcitur.

2 Bixicis. CH.
3 illita victoria colore. Pint.
4 Liguſticis. Vet.
5 cum epiſtola ad ſe. Vet. epiſtolam ad ſe. M. lego, à pullis ad ſe all. vt lino pro epiſtola (i epiſtola per iocos)
6 niſi ſpe cibi &c. petant. Vet.
7 Vere. M.
8 prius. CH.
9 Ea demū. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Merum, ſolum. Inde merula quòd ſola volat. græci hanc auem ſurdam eſſe putant, vnde prouerbium, μιχὰς πορφύρας. Ἐ'ρβηλ ἐρβαν ἐσχ μίμνουσα.
b Iuniperi, qui frequens ibi eſt, baccas hyeme maturas & edules conſectantes.
c Turturem pro meretrice baſtis & ſuauiis illiciente Plautus lepide dixit in Bacchid.

Vbi ego capiam pro machæra turturem.

d Muſcis, & culicibus quos eſcam vilem, id eſt, frequentem, vt Nonius interpretatur. Varro dicit in Virgula diuina.

Ad quos tum volucres venit puſillos,
Vſque ad limina nidica eſca vilis.

Frittiniunt hirundines ſua minutritione, vt ait F. ſtus, Attius apud Varr. 6. de Ling. Latina. *Neſcio de ſe tum ſuaviter.* (Nefrende, vult.) Sic dicitur vel puer qui per ætatem, vel ſenex qui dentibus amiſſis cibum frangere non poteſt. Scalig.

Quæ auium perennes, quæ ſemeſtres, quæ trimeſtres. CAP. XXV.

TEmporum magna differentia auibus. Perennes, vt columbæ: ſemeſtres, vt hirundines: trimeſtres, vt turdi & turtures, & quæ, cùm fœtum eduxere, abeunt, vt galguli, vpupæ.

De auibus mira. CAP. XXVI.

AVtores ſunt, omnibus annis aduolare Ilium ex Æthiopia aues, & cõfligere ad Memnonis [a] tumulũ, quas ob id [b] Memnonidas vocant. Hoc idem quinto quoque anno fa

no facere eas in Æthiopia circa regiam Memnonis, exploratum ſibi Cremutius tradit. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia. Africæ hoc eſt gallinarum genus, gibberum, variis ſparſum plumis: quæ nouiſſimæ ſunt peregrinarum auium in menſas receptæ propter ingratum virus. Verùm Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

ANNOTATIONES.

a Prope Ptolemaïda & Belum fluuium Memnonis ſepulchrum eſſe Ioſephus tradit: Strabo lib. 13. vltra Eſapi oſtia, idémque alibi circa Paſſum Syriæ iuxta flumen Bandam, ex Simonide. De Memnonidib. Ouid.

Praeputibus ſubitis nomen fecit autor ab illo
Memnonides dictae: cùm Sol duodena peregit
Signa, parentali moriturae more rebellant.

Memnonis, & Sarpedonis, Iouis filij funebrem diem luctu & ieunio celebrari ſolitum indicant verſus hi Comici veteris,

πολλάκις δ' ἡμῶν ἀγγέλλουσ' ὕστερ' ἀκριβῶς,
ὁτὲ μ' αὖ πανθύμους ἢ τὴν μάμμην', ἢ τὴν σαρπηδόνα,
σκάνδικ' ὑμεῖς, γὴ νεκάτη. Rhodig. cap. 5. 22.

b Sunt accipitribus ſimiles, coloris nigri, ſeminibus tantùm veſcentes. Ælianus. Corniculatum genus eſſe puto, quæ ex diuerſis locis aduolantes, & illic inter ſe obitæ dimicant, vt inter eas ſæpe fit.

De auibus ſeleucidibus. CAP. XXVII.

SEleucides aues [a] vocantur, quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant Caſi mõtis incolæ, fruges eorum locuſtis vaſtantibus. Nec vnde veniant quóve abeant, compertum, nunquam conſpectis, niſi cùm præſidio earum [1] indigetur.

1 indigeant. Vet.

ANNOTATIO.

a De iis Gal. c. 3. lib. 6. Loc. affect. Eloriorum genus eſſe arbitror.

De ibi. CAP. XXVIII.

INuocant & Ægyptij ibes ſuas contra ſerpẽtium aduentũ: & [1] Elei [a] Myiagron Deum, muſcarum multitudine peſtilentiam adferente: quæ protinus intereunt,[2] qua litatum eſt illi die.

1 Cyrenaici Achorũ. Vet. & elitini iacoren. CH.
2 poſtquam litatum eſt ei deo. M. Pint. qua litatũ eſt ei deo. CH.

ANNOTATIO.

a Sic apud Strabonem lib. 13. Apollo σμυνθεὺς, & ποδυπτώων à muribus, ἰγνοβίωνος à rubigine vocatur: Hercules verò κυνωπώων a culicibus, & ἰνοκτόνου à vermiculis tenella vitis germina rodẽtibus. μυῖαδε autor vocat eum deum c. 6. lib. 29. ἀπόμυιον, Pauſanias lib. 5.

Quæ aues in quibus locis non ſunt, & quæ mutant colorem & vocem, & de luſcinijs. CAP. XXIX.

SEd in receſſu auium & noctuæ paucis diebus latẽre traduntur: quarum genus in Creta inſula [a] non eſt:[1] etiam ſi qua inuecta ſit emoritur. Nam hæc quoque mira naturæ differentia: alia aliis locis negat, tanquam genera frugum fruticúmve,[2] ſic & animalium: non naſci,[b] tranſlatitium: inuecta emori, mirum. Quid eſt illud vnius generis ſaluti aduerſum[3] quæve iſta naturæ inuidia? aut qui terrarum[4] dicati auibus termini? Rhodus aquilam non habet. tranſpadana Italia iuxta Alpes Larium lacum appellat, amœnum[5] arbuſto,[6] agro, ad quem ciconiæ non[7] permeant: ſicuti nec octauum[8] circa lapidem ab eo, immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu, examina [c] gracculorum monedularúmque, cui ſoli aui furacitas[9] auri argentíque[10] præcipuè mira eſt. Picus Martius in Tarentino agro negatur eſſe. Nuper, & adhuc tamen rara, ab Apennino ad vrbem verſus cerni cœpere picarum genera, quæ longa inſignes cauda variæ appellantur. Proprium his caluescere omnibus annis, cùm ſerantur rapa. Perdices non tranſuolant Bœotiæ fines in Attica: nec vlla auis[11] in Ponto, [d] inſula qua ſepultus eſt Achilles,[12] ſacratam ei ædem. In Fidenate agro iuxta vrbem ciconiæ nec pullos nec nidum faciunt. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis aduolat. Romæ in [e] ædem Herculis in foro Boario, nec mùſcæ, nec canes intrant. Multa prætereà ſimilia, quæ prudens ſubinde omitto in ſingulis generibus, faſtidio parcens: quippe cùm Theophraſtus tradat inuectitias eſſe in Aſia etiam columbas, & pauones, & [13] coruos, & in Cyrenaica vocales ranas. Alia [14] admirario circa oſcines: ferè mutant colorem vocémque [15] tempore anni, ac repẽtè fiunt aliæ: quod in grandiore alitum genere grues tãtùm. [16] Eæ enim ſenectute nigreſcunt.[17] Merula ex nigra ruffeſcit, canit æſtate,[t] hyeme balbutit, circa ſolſtitium [18] muta. Roſtrum quoque anniculis in ebur tranſfiguratur, duntaxat maribus. Turdis color æſtate circa ceruicem varius, hyeme concolor. Luſciniis diebus ac noctibus continuis x v.[19] garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondium germi

1 & etiam. M.
2 ſic & animalia non naſci, trãſlatitiorum-que inuecta mori. Mirum quidem eſt illud vnius generis aliti. Parm. animalium naſci: trãſlatitiorum inuecta mori mirum. Quid ci v. g. aliti. Vet. Quod illud eſt. CH.
3 quænam eſt iis. Vet.
4 dicti. CH.
5 Aliàs, arbuſtato agro.
6 agrum. Vet.
7 tranſmeant. Vet.
8 circa. M. & CH.
9 argenti auriq; præcipua. CH.
10 præcipua mirè eſt. M.
11 in Ponti inſula. M.
12 inſulæ ſacr. M.
13 ceruos. M.
14 admiratio. Oſcines ferè. M.
15 vt temp. CH.
16 Hæ CH.
17 Merulæ ex nigra ruffeſcunt. CH. Merula &c. rubeſcit. M.
18 mutæ. M.
19 garrulis. M.

20 annuissimis. Vet. Alij Vet.
21 musicæ.CH.

germine,non in [20] nouissimum digna miratu aue. § Primum tãta vox tam paruo in corpusculo,tam pertinax spiritus.Deinde in vna perfecta [21] musicæ scientia modulatus editur sonus:& nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur concíso,copulatur intorto: [22] promittitur reuocato, infuscatur ex [23] inopinato:interdum & secum ipse [24] murmurat:plenus,grauis,acutus,creber, extẽtus, vbi visum est,vibrans,summus,medius,imus.Breuitérque omnia tam paruulis in faucibus,quæ tot exquisitis tibiarum [25] tormentis ars hominum excogitauit: vt non sit dubium hanc suauitatem præmonstratam efficaci auspicio,cùm in orc [h] Stesichori cecinit infantis.Ac ne quis dubitet [26] artis esse,plures singulis sunt cantus, nec iidem omnibus, sed sui cuique. Certant inter se,palámque [i] animosa contentio est.Victa morte finit sæpe vitam, spiritu priùs deficiente,quàm cantu.Meditantur aliæ [28] iuniores,versúsq; quos imitentur accipiunt.Audit discipula intentione magna & reddit, vicibúsque [29] reticent. Intelligitur emendatæ [30] correctio, & in docente quædam reprehensio. Ergo seruorum illis pretia sunt, & quidem ampliora, quàm quibus olim armigeri parabantur. Scio sestertiis sex, candidam alioquin, quod est propè inusitatum, væniisse, quæ Agrippinæ Claudij principis coniugi dono daretur. Visum iam sæpe, iussas canere cœpisse, & cum symphonia alternasse:sicut homines repertos,qui sonum earum,addita in transuersas [31] harundines aqua,foramen inspirantes,linguæve parua aliqua oppositа mora, indiscreta redderent similitudine.Sed eæ tantæ támque artifices argutiæ à xv.diebus paulatim desinunt, nec vt fatigatas possis dicere aut satiatas.Mox æstu aucto in totum alia vox fit, nec modulata,aut varia.Mutatur & color.Postremò hyeme ipsa non cernitur.Linguis earum tenuitas illa prima non est,quæ cæteris auibus. Pariunt vere primo cum plurimum sena oua. Alia ratio ficedulis. [32] Nam formam simul colorémque mutant. Hoc nomen non nisi autumno habent:posteà melancoryphi [33] vocantur.Sic & erithacus hyeme, idem phœnicurus æstate.Mutat & vpupa,vt tradit Æschylus Poeta,[k] obscœna aliàs pastu auis,crista visenda plicatili,contrahens eam subrigénsque per longitudinem capitis. Oenãthe quidem etiam statos latebræ dies habet, exoriente Sirio occultata, ab occasu eiusdem prodit:quod miremur,ipsis diebus vtrúque.Chlorion quoque,qui totus est luteus,hyeme non visus,circa solstitia procedit.

22 promittur,reuocatur, infuscatur ex inopinato.M.
23 inopinatu M.
24 memorat.CH.

25 instrumentis.D.

26 artes esse plures singuli M.
27 nec idem omnibus, sed suas cuique. M.
28 iuueniores.CH.
29 recitant. Vet. lego,rericet.
30 correptio.M.& CH.

31 aquas fronde harundinea, quasi foramine inspirantis linguæ,vt parua. Vet.& Parm. nisi quod hic habet in transl labias. transuersas arundine aqua foramine inspirantes,linguæve parua M.Lego,addita trãsuersim in os arundine, tanquam foramine inspirantes linguæ parua.
32 Nam vocem s. e. mutãt,hoc n.n.n.a.habentes:&c,æstate Mutat formam vpupa,vt & tra. Plut. ex Arist. cap.49 lib.9. Sũt qui sonum legere malint quàm formã, ex cod.
33 notantur.M.

ANNOTATIONES. 30

a Ælianus cap.2.lib.5.
b Vulgare,publicum,omnibus notum.
c Ὁ πολοιὸν, qui ἀπὸ τῆς πολέως, à tumultuando dicuntur. Auis est enim loquax & obstrepera ac tumultuosa,θορυβώδης γὰρ πρὸς γειτνιῶν, de qua Pindarus, πρὸς ὑμᾶς δὲ πολοιὸς ὣς ἀνὴρ ἀγυιᾶτις. Agathocles πολοιὸς dictus est,vel ob ferocitatem, vel ob loquacitatem. Rhodig. cap.4.24.
d Albam Ptolemæus vocat.Sita est in ora Tartariæ minoris, ante Borysthenis ostium,suprà cap.12.4.
e Vide quæ notata sunt cap.7.lib.34. Herculi hinc bonorum decimam Romani dicabant, sacrabant, soluebant: vnde lepidus iocus Plauti in Bacchidibus,
Si fingi est,Herculem fecit ex patre:decumam partem oi
Dedit,sibi nouem abstulit.
Cic.De nat.Deor. *Neque Herculi decimam quisquam vouit umquam, si sapiens factus esset.* Inde Plauto in Mostell.Herculis diuitiæ,
-- vnus isti seruus est sacerrimus Tranio : is vel Herculis conterere quæstum posset.
f Turdos,merulas,sturdos,turtures hyeme latêre scribit Aristot. cap.16.lib.8.hist.
g Luscíniarum cantus suauitatem & varietatem his versibus eleganter Homerus expressit,
ὡς δ' ὅτε πανδαρέου κούρη, τὴ χλωρὶς ἀηδὼν
πεκλὸν ἀείδῃ τῇ ἔαρος νέον ἐφπότα σεο,
ἥτε δαμὰ πρωτόσπορα χέει πολυήχεα φωνήω. &c.
Festiuè Plautus in Bacchidibus,
Pol magis metuo,in mouendo ne mihi desinat oratio.
B A. *Pol ego quoque metuo,Luscimolæ ne desinat cantio,*
h Scripsit is Helenes epithalamium, siue γαμήλιον λόγον, πολλοστιχίδιον potius,vt arbitror,quàm ὑμεναίου,vespertinum,quàm matutinum.Hæc.n.epithalamiorum differen.ia est. Rhod. cap.15.28.
i Vide quod adnotatum est è Charmide cap.1.29.
k *Pastu*,redundare viderur.Pastu.n.ea obscœna non est,sed nido, quem è stercore,præcipuè humano,conficit. Arist. cap.15.9. Idem tamen cap.1.6.hist. Vpupam non nidificare ait, sed in cauis arborum parere sine vllo stramento.Pausanias lib.1.tradit vpupam primum Megaris visam ad Terei sepulchrum.

De merulis. CAP. XXX.

MErulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec vsquam aliubi, candidæ nascuntur. Ibis circa Pelusium tantùm nigra est,cæteris omnibus [a] locis candida.

ANNOTATIO.

a Ægypti.Arist.cap.27.lib.9.Histor.

Tempus auium genituræ. CAP. XXXI.

OScines,præter exceptas, non temerè fœtus faciunt ante æquinoctium vernum, aut post autumnale:ante solstitium autem dubios,post solstitium vitales.

De

De halcyonibus, & de diebus earum nauigabilibus, & gauijs, & mergis. CAP. XXXII.

EO maximè sunt insignes[a] halcyones. Dies earum partus,[1] maria, quíque nauigant,no uere.Ipsa auis paulo amplior passere,colore cyaneo ex parte maiore,tantùm [2] purpureis & [3] candidis admistis pennis,collo gracili ac procero. Alterum genus [b] earum [c] magnitudine distinguitur [4] & [d] cantu.Minores in harundinetis canunt. Halcyonem videre rarissimum est,nec nisi Vergiliarum occasu,& circa solstitia [e] brumámve, naue aliquando circumuolata statim in latebras abeuntem.Fœtificant bruma, [f] qui dies halcyonides vocãtur, placido mari per eos & nauigabili,Siculo maximè. In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum [5] vtique tractabile. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos,& totidem sequentibus pariunt. Nidi earum admirationem [g] habent pilæ figura,[6] paulum eminenti ore perquàm [h] angusto,grandium spongiarum [7] similitudine: ferro intercidi nõ queunt, franguntur ictu valido,vt [i] spuma arida maris. Nec vnde confingantur,inuenitur. Putant ex spinis [8] [k] aculeatis : piscibus enim viuunt. Subeunt & in amnes. Pariunt oua quina. [l] Gauiæ in petris nidificant, mergi & in arboribus. Pariunt plurimùm terna:sed gauiæ æstate,mergi incipiente vere.

1 qui maria quoque nauigant.M.
2 purpureas (fortè, purpura)eandidis admixta pennis.CH.
3 pallidis. Pint. ex Arist.& recte χλωρὶς apud Aristo. id est, ὠχροῖς.
4 & nullo cantu. ex cod. Vide Annot.
5 vtrinque.M.& freto,& oceano.

6 paululum eminentiore perquàm angusta.M.
7 magnitudine. D.
8 aculeati. sic vocatur acus lib.11.ca.32. Quibusdam legendũ videtur,Ex spinis ac pisceis, ex Arist. lib.3. cap.14.

ANNOTATIONES.

a Pacuuius in Teucro,
Flexanima,tanquam lymphata & Bacchi sacris
Commota,in tumulis Teucrum comparans meum,
Alcyonis ritu litus perualans ferox.
Apollon. lib.4. ---τηλοθὶ δ' ἴδε
Λυγρὸν ὑπὲρ κατὰ κῦμα φίλα ἀλκυόνων φορέμα.
Plaut.in prologo Casinæ,
Tranquillum est: Alcedonia sunt circa forum. In Pseud
Iam hercle tu peristi,nisi illam mihi tam tranquillam facis,
Quàm mare est olim,cùm ibi alcedo pullos educit suos.
Vide Vatron.6.De ling.lat.
b Nempe marinarum. Nam fluuiatiles canoræ & argutæ sunt. Apud Arist. cap. 3. lib. 8. histor. & 14. 9. hæc producuntur περὶ τὸν ἀχελῶον, i. de luscinius. Verùm apud Arist. pro ἀχελῶον legendum ἀλκυόνων.
c Aristot.Maximis amplior magnitudo quàm spongiæ. Sunt enim maiores & minores.
d Quia non canit.Aristoteli.
e Vide infrà cap.36.lib.18.
f Quinque Simonidi & Aristoteli : Demagoræ Samio, septem: Philochoro, nouem: quibusdam quatuordecim,& iis ad octauum Calend.Martias.Vide Rhodig. c.11.14.Cùm Ceyx Trachiniorum rex,cuiusque vxor Alcyon,tantũ fastu elati fuissent, vt suo cõtempto nomine, ille Iouem,hæc Iunonem vocari se vellent, vindice Deorum ira extincti sunt : hicque naufragio submersus in Ceryium,illa luctu exanimata ob mariti desiderium, in auem cognominem mutata est.
g Colore subrufi:Cucurbitulis medicorum longioris colli similes esse ait Arist.materia verò Pilæ marinæ & Halosachne.
h Vt etiam si innertatur,mare non influat. Arist.
i Sic vocat ἀλκυόνιον : de qua vide cap.8.lib. 32. Arist. ἅμα δὲ ἀλκυόνες περὶ τοῦτο χειμῶνος, παγὸν διακρούονται, ὥστε ἡ ἀλκυόνιον.
k Aculeatos *βελόνας* à Romanis vocari vide cap.11.lib.32.
l Gauiæ & mergi in æquoris petris nidificant.Arist.ca.9.li.5.hist.

De auium solertia in nidificando, hirundine, argatili, cinnamologis, & perdicibus. CAP. XXXIII.

HAlcyonum nidi figura, reliquarum quoque solertiæ [1] admonet: neque alia parte ingenia auium magis [2] admiranda. Hirundines luto construunt,stramento roborant. Si quando inopia est luti,[3] madefactæ multa aqua pennis pluuerem spargunt. Ipsum verò nidum mollibus plumis floccísque consternunt tepefaciendis ouis, simul ne durus sit infantibus pullis. In fœtu summa æquitate alternant cibum. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum : adultioréque circumagi docent, & foris saturitatem emittere. Alterum genus hirundinum est rusticarum & agrestium, quæ rarò in domibus, diuersos figura, sed eadem materia confingunt nidos, totos supinos, faucibus porrectis in angustum,vtero capaci:mirum qua peritia & occultandis habiles pullis, & [4] substernendis molles.In Ægypti Heracleotico ostio [a] molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadij ferè vnius spatio: quod humano opere perfici non posset.In eadem Ægypto iuxta oppidum [b] Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus palea & stramento [5] [c] rostrum eius firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, vt multas in opere emori constet.[6] Ea militia illis cum anno redit semper. Tertiũ est earũ [7] genus, quæ ripas excauant, atque [8] ita internidificãt. Hárum pulli ad cinerẽ ambusti, mortifero [d] fauciũ malo, multísque aliis morbis humani corporis medentur. Nõ faciũt hæ nidos, migrántque multis diebus antè, si futurum est vt auctus amnis attingat. In genere [9] parrarũ est, cui nidus [e] ex musco arido ita absoluta perficitur pila, vt inueniri non possit aditus. [10] Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intexens. [f] Picorũ aliquis [11] suspendit in surculo primis in

1 nos admo. M.
2 admi.sunt.M.& CH.

3 madefactã.M. Vet. madefactis &c.aspergunt.D.

4 substratu.D.

5 rostro firmantes cont.triduo.Vet.
6 Eáque.M.& CH.
7 genus. Excauant ripas.M.
8 in terra nidificant. Vet.intro nidificant. Alij Vet in terrã fornificant Alij.
9 riparrarum. Gaza. parorũ. Gesn. id est, egithalorum.
10 Acanthylis. Ex Arist. lib. 9. cap. 15. Agasillis.CH.
11 suspendit sure. CH.

ramis [12] cyathi modo, vt nulla quadrupes possit accedere. [13] Galgulos quidem ipsos dependentes pedibus somnum capere confirmant, quia tutiores ita se sperent. Iam publicum quidem omnium est, tabulata ramorum sustinendo nido prouidè eligere, [14] cameráque ab imbri, aut fronde protegere densa. In Arabia [15] cinnamologos auis appellatur: [g] cinnami surculis nidificat. Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenæ, mercis gratia. In Scythis auis magnitudine [h] otidis, [16] binos parit, in leporina pelle semper in cacuminibus ramorum suspensa. Picæ cùm diligentius visum ab homine nidum sensere, oua [17] transferunt aliò. Hoc in his auibus, quarum digiti nó sunt accommodati complectendis trásferendísque ouis, miro traditur modo. Nanque surculo super bina oua imposito, ac ferruminato alui glutino, subdita [18] ceruice medio, æqua vtrinque libra deportat aliò. Nec verò iis minor solertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, [19] supernè cyaneo, [20] primori subrutilo. Nidificat in specu sex pedum [21] defossa altitudine. [i] Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum, vt contra [22] feras abundè vallentur. Ouis stragulum [23] molli puluere contumulant, nec in quo loco peperere incubant: [24] néve cui frequentior conuersatio sit suspecta, transferunt aliò. Illæ quidem & maritos suos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum oua, ne incubando detineantur. Tunc inter se dimicant mares desiderio fœminarum: victum aiunt Venerem pati. [25] Id quidem & coturnices, Trogus, & gallinaceos aliquando: perdices verò [26] à domitis feros & nouos aut victos iniri promiscuè. Capiuntur quoque pugnacitate eiusdem libidinis, contra aucupis [k] indicem exeunte in prælium duce totius gregis. Capto eo procedit alter, ac subinde singuli. Rursus circa [27] conceptum fœminæ capiuntur, contra aucupum fœminam exeuntes, vt rixándo abigant eam. Neque in alio animali par opus libidinis. Si contrà mares steterint fœminæ, aura ab his flante prægnátes fiunt. Hiantes autem exerta lingua per id tempus æstuant, [28] concipiúntque superuolantium aflatu, sæpe [l] voce tantùm audita masculi. Adeóque vincit libido etiam fœtus charitatem, vt illa furtim & in occulto incubans, cùm sensit [29] fœminam aucupis accedentem ad marem, [30] recanat reuocétque, & vltrò præbeat se libidini. Rabie quidem tanta feruntur, vt in capite aucupantium sæpe cæcæ [m] metu sedeant. Si ad nidum is [31] cœperit accedere, [n] procurrit ad [32] pedes fœta, prægrauem aut delumbem sese simulans, subitóque in procursu aut breui aliquo volatu cadit [33] fracta aut ala aut pedibus: [34] procurrit iterum, iamiam prehensurum effugiens, spémque frustrans, donec in diuersum abducat à nidis. Eadem pauore libera, ac materna vacans cura, in sulco resupina gleba se terræ pedibus apprehensa operit. [o] Perdicum vita [35] ad sexdecim annos durare existimatur.

12 cyathi. Vet.
13 Gangulos. CH.
14 camerare. CH. camerámque ab imbri fronde M.
15 Alij, Cinamomus. Vide Arist. ca 13. lib. 9. Histor. cinnamolgus. CH.
16 bina. D. fub. ova.
17 transgerunt. CH. Vet. & M.
18 ceruice, media æquè verimque. Vet.
19 infernè cyaneo, supernè subrutilo.
20 superiori. Vet. priori. M.
21 defossus CH.
22 ferum M. & CH.
23 molle. M.
24 ne cui M. & CH. neue cui frequentiore conuersatione sint suspecta Pint.
25 inquit & Vet.
26 domitos à feris & onanibus ve victos. Vet.
27 soncentum Pint. Idem ex Arist. circa conceptum capiuntur contra aucupem exeuntes fœminæ ver. r. a. cum Pint. Lege ex cod. c. concep. capiuntur contra duce fœmine exe. ver. r. a. cum. M. verò & Vet. in vulgata lectione, contra aucupis fœminam exeunte vt r. abigat eã.
28 concipiunt & flip. aſflatu. CH. concipiúntque flup. olfactu. Alij ex Arist. de gen. anim. lib. 3. cap. 1.
29 ad fœmin. aucupis accedentem marem. D.
30 recinat. D.
31 cœpit CH.
32 pedes eius. M. & CH.
33 ve fracta ala, aut. M.
34 ac proc. M.
35 & ad sedecim. CH.

a Veluti aggerem quendam Nilo coercendo. Iurisconsultis. ff. de extraordin. crimin. l. sacculari. ea munimenta χώματα vocant. Magius cap. 10. lib. 1.
b Apud Apul. lib. 2. Asini. quidam propheram Ægyptium rogat per aggesta Coptica, incrementa Nilotica, arcana Memphitica, sistra Phariaca.
c Insulæ superiorem partem, quæ irruentis Nili impetum excipit.
d Anginæ. Celsus lib. 4.
e Talem Reguli conficiunt.
f De Galgulis id verum est. Pici omnes in arborum cauis nidificant. Versus de Vpupa Æschyli, apud Arist. cap. 49. lib. 9. sunt emendati.

τοῦτον δ' ἐκπέπλοιο ἐπωνυμα τῶν αὐτὸ λικμῶν,
ποικιλόπους, κρὰ ἀποδειλόφρων ἔχει,
θρασείαν πτερύγων ὄρνιν, ὃν πανυστάτη
δὴ ὧν μεθ' ἡμᾶς φάσιν δὲ λεσχάζειν πτερῷ,
λιγέζειν, καθ' ὑπ' ἐγερθεὶς ὑπὸ γῆν ὑπὸ μόρφ' ὑφανᾶς.
πανδὲς γὰρ αὐτὸ μὶ' ἐκπτυχτο νηὸς,
τίνας δ' ἐπεύξας, ἡνίκ' ἂν ξυνὴ φαχὴ
τίκτωσ', εἶτα ἐμφίλυπτα κἀπὸ ἔνδις πλέκει.

Hunc calamitatis Pyrpuram testem suæ
Variam facit, tenuique percelsum metu,
Ferum autem, armatum petiarum munere,
Vere appetente quæ nouo pennas quatit,
Ruffas in agris. Nam est frigidus duplici:
Vnus quidem tenuis colos est pectoris,

g Falsum hoc, miniméque probabile: in Arabia namque cinnamum non nascitur.
h Alij legunt, auis magna nomine oris. Aristot. tamen cap. 25. 9. clarius his verbis: pullos duos parit, & quæ edit oua, leporis aut vulpis pelle condita & obuoluta fouet, non incubatu, ex arboreq; summa suspendit &c. Pint.
i Perdix, ἀπὸ τῦ κάρδοπος, quoniam cum sonum edit, aut imitatur volando. Eadem ad Venerem incitata πανυκτίζει.
k Turneb. cap. 38. lib. 24. aduers. legit illicem: qua voce vtitur Plautus in Asinaria.

Lectus est illis, inquit. Illices aues, quæ aliàs illiciunt, Græcè καλῶβις. Scal. qui illicem & ipse hîc legit.
l Clearchus apud Athenæum lib. 9. Perdicem Indicam vulture maiorem Strabo memorat libro 15.

Autumno at illa flaua cum peperit seges,
Mutata pennas vestis alias induit.

Scaliger. 2. versu legit, ἀνωδὸν ὄνομ'. 4. φανὲν τε. 5. πέρυσι πτερύγων. dein γῆ σοῦ μεθ' ἡμᾶς φανῆ. 6. πτελέᾳ γε τ' ἀντὶ τῦ δένδρεσι μᾶλε ἀνὰ. 8. τέκνα σὺν ἄντε κλαιφυγμῷσι πτέρυξ: putatq; hæc Cuculo conuenire, Cucullumq; ab Æschylo cum vpupa confusum fuisse. Addend. sunt, & hi versus duo,

Λ'εἰ ἦ μέσοι τῶδ πεδίλλιος τόπε
Δρυμὸς ἱερήμης, ἢ πέργος ἀκουκίσεε.

Quidam legunt, κ'ἀνωδὸν ἄλωσιν βρεχὸ δαιδὸν πτερόεσσαν: nam timidissima est auis illa, non ὄρνις θρασύς: deinde vet. 6. πτᾶσε μᾶλ' γ' ἀνὰ: & versu proximo: ὄρνις' ἀναυδὲ πάχνε.

m Apud Arist. περὶ τῶν ζῴων. Lego in coitu, nisi Plinium decepit vox πλησίασις, quæ & trepidare metu significat, & ad venerem incitari. Pintianus hanc vocem expungit.
n Inde fictum Aristophani in Auibus verbum ἀκυμηδαίσῃ, id est, astutè elabi, periculúmque vitare. Nam πανδέγμον ὄρνεον πάρεδρε λέγει, Rhodig. cap. 26. 29.

De columbis. CAP. XXXIIII.

A[1] B his [2] columbarum maximè spectantur simili ratione mores iidem: sed pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria. Coniugij fidem non violant, communémque seruant domum. Nisi cœlebs aut vidua, nidũ non relinquit. Et imperiosos mares, subinde etiá iniquos, ferunt: quippe suspicio est adulterij, quamuis natura non sit. Tunc plenũ querela guttur, sæuísque rostro ictus, mox in satisfactione [2] exosculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor vtrique sobolis æqualis: sæpe & ex hac causa castigatio, pigrius intrante fœmina ad pullos. Parturienti solatia & ministeria ex mare. [b] Pullis primò salsiorem terram [3] collectam gutture in ora inspuunt, præparantes tempestiuitatem cibo. Proprium generis eius & turturum, cùm bibant, [4] colla non resupinare, [5] largéque bibere iumentorum modo.

1 Auct. M. Ab iis collecta spectantur maximè. Parm.
2 osculatio. Vet.
3 colliquatam. id est, prænansam. Pint. ex Arist.
4 collum. Vet.
5 in large bibêre. id est, in satis hauserũt. Pint. ex Arist. qui & illa, iumentorum modo, expungit.

ANNOTATIONES.

a Columbam Veneri sacram, quòd libidinosa sit auis. Apollodorus scribit. lib. περὶ ὄνων. Ideò verò ψιττακὸν Græcis vocari ἀπὸ ψιττακῦ ἱερᾶ, interpres eius tradit.
Virgilius. --tum maximus heros
Maternas agnoscit aues.
Æneæ ramum aureum optanti aduolantes geminæ columbæ locum ostenderunt vbi seruabatur. Apud Apollonium lib. 3. Mopsus augur conspectis iis auibus, bene sperare iubet heroas. Quod Phineus prædixerat, placere Veneri, vt à periculosa illa nauigatione redeant. Victorius. cap. 14. 3.
b Aristoteli. lib. 9. hist. ex clusis pullis, in os mas inspuit, ὅτε μὴ βαστακτοῦσι, ne fascinus officiat: Æliano verò lib. 1. animalibus, ἀντικάτοπτρον αὐτῶν φέρουσιν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι' ἀγάπε. Liuorem abigens, ne fascinantium noceant imprecationes. Had. Iun. cap. 5. 6. Apud Arist. pro φερυσίζει τοῖς ἀμαυρόσε τεροῦσι, legendum ἀλαμπίζουσι.

De palumbibus. CAP. XXXV.

Viuere [a] palumbes ad x x x. annum, [6] aliquos ad xl. [7] habemus autores, vno tantùm incommodo vnguium, eodem & argumento senectæ, qui citra perniciem recidũtur. Cantus omnibus similis atque idem, trino conficitur versu, [8] prætérque in clausula gemitu: hyeme mutis, [9] [b] vere vocalibus. Nigidius putat, cùm oua [10] incubat, sub tecto nominatam palumbem relinquere nidos. Pariunt autem post [11] solstitium. Columbæ [12] & turtures octonis annis viuunt.

6 reliquas & xl. CH.
7 Aristoteles author est. M.
8 prætereaq; in clausulæ gemitu. Vet. legit &, clausulæ. CH.
9 habere. M. & CH. Lego, at vere.
10 incubant. Vet. incuber. CH.
11 solstitia. M.
12 vt. CH.

ANNOTATIONES.

a Palumbem lepidè Plautus in Pœnulo vocat hominem peregrinum, ac hospitem, prædæ, insidiisque lenonis obiectum, quo modo Galli *Pigeon.* dicunt, & *Appigeonner.*
Nos tibi palumbem ad aream vsque adduximus,
Nunc te illum melius capere est, si captum esse vis.
b Autor cap. 28. lib. 18. palumbum gemitus non nisi confecto peractóque solstititio audiri scribit.

De passeribus. CAP. XXXVI.

COntrà passeri minimum vitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare, argumento quia nulla veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Fœminis longiusculum spatium. Verùm columbis inest quidam & gloriæ intellectus. Nosse credas suos colores, varietatémque [1] dispositam: quin etiam ex volatu quæritur plaudere in cælo, [2] variéque sulcare. Qua in ostentatione, vt [3] victæ, præbentur accipitri, implicatis strepitu pennis, qui non nisi ipsis alarum humeris [4] elidítur, alioquin soluto volatu in multum [5] velociore. Speculatur [a] occultus fronde latro, & gaudentem in ipsa gloria rapit.

1 oppositu, quæ etiã in vol. creditur. M. creduntur. Vet.
2 aërémque. Vet.
3 victæ. CH.
4 elidítur. Alioqui soluto volatu multo velociorem speculatur. Vet.
5 velociores speculatur. CH.

ANNOTATIO.

a Columella cap. 8. lib. 8.

De tinnunculo. CAP. XXXVII.

OB id cum [1] iis habenda est auis, quæ [a] tinnunculus vocatur. Defendit enim illas, terrétque accipitres naturali potentia, in tantùm, vt visum vocémque eius fugiant. Hac de causa præcipuus columbis amor eorum. Feruntque, si in quatuor angulis [2] defodiantur in [b] ollis nouis oblitis, non mutare sedem columbas: [3] quod auro insectis alarum articulis quæsiere aliqui, non aliter innoxiis vulneribus, multiuaga alioquin aue. Est enim

1 his. CH.
2 pulli de fod. Vet.
3 quod & auro. CH.

ars illis inter se blandiri,& corrumpere aliàs, furtóque comitatiores reuerti. Quin & internuntiæ in rebus magnis fuere,epistolas annexas earum pedibus obsidione Mutinensi in castra Consulum,Decimo Bruto mittente.Quid vallum & vigil obsidio,atque etiã retia [c] amne prætenta profuere Antonio, per cælum eunte nuntio?Et harum amore insaniunt multi: super tecta exædificant turres iis, nobilitatemq; singularum & origines narrant,vetere iam exemplo.L.Axius eques Romanus ante bellum ciuile Pompeianum denariis quadringentis singula paria [4] venditauit, vt M. Varro [5] tradit. Quin & patriam nobilitauere, in Campania grandisimæ prouenire existimatæ. Harum volatus in reputationem cæterarum quoque volucrum nos impellit.

4 vendiderit. Vet.
5 tradidit, M.

ANNOTATIONES.

a Cenchris vocatur cap.6.lib.29.
b Pullos sic conditos in angulo columbarij Columella suspendit. c Pado.

De volatu & incessu auium. CAP. XXXVIII.

OMnibus animalibus reliquis certus & vniusmodi, & in suo cuique genere incessus est:aues solæ vario meatu feruntur & in terra,& in aere.Ambulant aliquæ, vt cornices: saliunt [1] aliquæ,vt passeres,merulæ:currũt,vt perdices,[a] rusticulæ:ante se pedes iaciũt vt ciconiæ,grues:expandunt alas,pẽdentésque [b] raro interuallo quatiunt,aliæ [c] crebrius, sed & primas duntaxat pennas:aliæ [2] & [d] tota latera pandunt: quædam verò maiore ex parte [e] compressis volant: percusló que semel aliquæ & [f] gemino ictu aere [3] feruntur:vel vt inclusum eum præmentes, [g] eiaculantur sese in sublime,in rectum, in pronum. [h] Impingi putes aliquas, aut rursus [4] [i] ab alto cadere has,illas [5] [k] salire. [l] Anates solæ, quęque sunt eiusdem generis, in sublime protinus sese tollunt, atque euestigio cælum petunt, & hoc etiam ex aqua. Itaque in foueas quibus feras venamur, delapsæ solæ euadunt. Vultur,& ferè grauiores,nisi ex procursu,aut altiore [6] cumulo immissę non euolant,cauda [7] reguntur. Aliæ circumspectant, aliæ flectunt colla. [8] Nonnullæ vescuntur ea, quæ rapuere pedibus. Sine voce non volant multæ: aut è contrario semper in volatu silent. Subrectæ, pronæ,obliquę, in latera, in ora, quædam & resupinæ feruntur: vt si pariter cernantur plura genera,non in eadem natura meare videantur.

1 aliæ.CH.
2 & totas alas tendunt. Vet.
3 feruntur velut i. e. exprimentes.Iaculantur. Vet.
4 ablati CH.
5 prosilire. Vet.
6 tumulo. Vet.
7 reguntur aliæ: circumspectant aliæ, flectuntque colla. Vet. & CH.
8 Nec nullæ.M. Nec vllæ vescũtur ea quæ CH.

ANNOTATIONES.

a *Perdris grisles.*
b Milui.
c Vt Spiziæ,*Eperuiers,*
d Gorui.
e Pici.
f Cardueles.
g Hirundines.
h Perdices.
i Alaudæ.
k Coturnices.

1 Apud Nonium in Pecudes, Anates Varro quassagipennas appellat,quòd veluti quassis pennis volent. Verba eius sunt, *Neque quassagipennas anates, tremipedas,buxeis rostris, pecudes palustres, nocte nigra,ad lumina Lampadis sequens.*
m Vt Grues, Otides.
n Aquilæ.
o Ardeæ.
p Milui,Gauiæ.
q Ardeæ,infestante accipitre.

De apodibus. CAP. XXXIX.

PLurimùm volant, quæ [1] apodes, quia careant vsu pedum: ab aliis cypseli appellantur, hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt, quæ toto mari cernuntur: nec vnquam tam longo naues,támque continuo cursu recedunt à terra, vt non circumuolitent eas apodes.Cætera genera residunt & insistunt: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent,aut iacent.Et ingenia æquè varia,ad pastum maximè.

1 apodes vocantur. Vet.

De caprimulgis & plateis. CAP. XL.

CAprimulgi [1] appellantur [2] grãdioris merulæ aspectu,fures nocturni:interdiu enim visu carent.Intrant pastorum stabula, caprarumq; vberibus aduolant suctum propter lactis:qua iniuria vber emoritur,capriscq; cæcitas,quas ita mulsere, oboritur.[3] Platea nominatur,[a] aduolant ad eas, quæ se in mari mergunt,& capita illarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat.Eadem cùm deuoratis se impleuit [b] conchis,calore ventris coctas euomit,atque ita ex iis esculenta legit,testas [4] excernens.

1 appellãtur à suctu, grandiores merula. Plin.ex Arist cap.30. lib.9 Hist.
2 grandiores M.Vet.
3 Pelecan,Arist. Platalæa, Cicero. Erodius,Plutar.
4 excreans. Vet. excutiens. Alij Vet.Lego,testis exuens,quo modo ex hoc Graca apud Arist. transtulit.

ANNOTATIONES.

a Erodio Plutarchus id tribuit,dialogo,Vtra prudentiora,&c. b Aristotel. *περὶ ἀκουστῶν ἀνωνύμ.*

De

De ingentis auium. CAP. XLI.

VIllaribus gallinis & religio inest.Inhorrescunt edito ouo, [a] excutiúntque sese,& circumactæ purificant,ac [b] festuca aliqua sese & oua lustrant.

1 Villaticis. Plin. de omnibus id Arist,ea. 2.lib.6.Hist.

ANNOTATIONES.

a Theophr.fragmento *περὶ ὧν ἄλλων λεγομένων φθονῶν.* b *περικαθαίρεσθαι* vocat Plutarchus.

De carduele,& psittaco,& auibus quæ loquuntur. CAP. XLII.

MInimæ auium cardueles imperata faciunt, nec voce tantùm, sed pedibus & ore promanibus.[1] Est quæ boum mugitus imitetur, in Arelatensi agro taurus appellata, alioquin parua. Est quæ equorum quoque hinnitus, anthus nomine, herbæ pabulo aduentu eorum pulsa [2] imitatur,ad hunc modum se vlcisens.[3] Super omnia humanas voces [4] reddunt, psittaci quidem etiam sermocinantes. India hanc auem mittit, [5] sittacen vocat,viridem toto corpore,torque tantùm miniato in ceruice distinctam.Imperatores salutat,& quæ accipit verba,pronuntiat,in vino præcipuè lasciua. Capiti eius duritia eadem,quæ rostro.[6]Hoc,cùm loqui discit,ferreo verberatur radio:non sentit aliter ictus. Cùm deuolat,rostro se excipit,illi innititur, leuiorémque se ita pedum infirmitati facit. Minor nobilitas,quia non ex longinquo venit,sed expressior loquacitas, [a] certo generi picarum est.Adamant verba quæ loquantur.Nec discunt tantùm,sed diligunt:meditantésque intra semet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. Constat emori victas difficultate verbi,ac nisi subinde eadem audiant,memoria falli:[7] quærentes mirũ in modum hilarari,si [8] interim audierint id verbum.Nec vulgaris iis forma,quamuis nõ spectanda. Satis illis decoris in specie sermonis humani est.Verùm addiscere alias negãt posse,quàm quæ ex genere earum sunt,quæ glande vescantur: & inter eas facilius,quibus quini [9] sunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipsas, [10] nisi primis duobus vitæ annis.[11] Latior iis est lingua:omnibúsque in suo cuique genere, quæ sermonem imitantur humanum:quanquam id penè in omnibus contingit.Agrippina [12] coniunx Claudij Cęsaris turdum habuit(quod nunquàm [13] antè) imitantem sermones hominum, cùm hæc proderem. [b] Habebant & Cæsares iuuenes sturnum, item luscinias, Græco atque Latino sermone dociles: præterea meditantes in diem, & assiduè noua loquentes longiore etiam contextu.Docentur secretò, & vbi nulla alia vox misceatur, assidente qui crebrò dicat ea,quæ condita [14] velit,ac cibis blandiente.

1 est quæ, in M.d.
2 imitatur, equumq; fugat aduolans ad hunc.ex Arist.
3 CH. hinc nouum caput orditur.
4 reddunt psittaci quidam etiam. Plin. psittaci,& quidã sermocinantes.Vet.
5 sepiagen.CH.
6 Hæc M.
7 quærẽtésque. Vet.
8 iterum.M.Vet.
9 sint.CH.
10 nisi in Vet.d.
11 Latiores linguæ omnibus in suo. M. Plin.
12 coniux,in CH. d.
13 antea.CH.
14 velit addidi.Torrent. velit addici,alio qui balbutiẽte. Plin. velit,aliquo.Salm.Lego, ac cibo.velit edisci, aliquo blandiente. Vet. velit addisci aliquo. Parm.

ANNOTATIONES.

a In hac re memorata digna recitatur à Plutarcho historia. lib. de Animal.prudent. quam Victorius latinè reddidit cap. 14. 9. de pica, quæ Romæ in officina tonsoris, ad Græcostasin, rubarum cantum imitari didicit.
b Papinius in Syluis:

— planxit Phabeias ales
Andit,atque memor penitus dimisserit voces
Sturnus,& Aonio versa certamine pica:

Quisque refert ingens iterata vocabula perdix,
Et quæ Bistonis queritur soror orba cubili.

vbi etiam Perdicē inter vocales referri audis.Et verò Plutarchus in Symposiacis sermonem hominum discere Perdicem scripsit,vt & Athenæus,qui Aristomenem Athenienscm, Adriani libertum, appellarum ideo scribit Ἀττικιστὴν λέξεως, quòd esset historio veteris comœdiæ.

De coruorum intelligentia. CAP. XLIII.

REddatur & coruis sua gratia,indignatione quoque populi Romani [1] testata,non solùm conscientia.[a] Tiberio principe ex fœtu supra Castorum ædem [2] genitus pullus, in [3] oppositam sutrinam deuolauit, etiam religione commendatus officinæ domino. Is mature sermoni assuefactus,omnibus matutinis euolans in [4] rostra,in forum versus, Tiberium,dein Germanicum & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem populũ Rom. salutabat,postea ad tabernam remeans,plurium annorum assiduo officio [5] mirus. Hunc siue æmulatione [6] vicinitatis manceps proximæ sutrinæ,siue iracũdia subita,vt voluit videri,excrementis eius [7] imposita calceis macula,exanimauit,tanta plebei consternatione,vt primò pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit,funúsque [8] innumeris aliti celebratum exequiis,constratum lectum super Æthiopum duorum humeros,præcedẽte tibicine,& coronis omniũ generum,ad rogum vsque, qui cõstructus dextra vię Appię ad secũdũ lapidẽ,in campo [9] Rediculi appellato,fuit. Adeò saris iusta causa populo Romano visa est exequiarũ,ingeniũ auis,aut supplicij de ciue Romano, in ea vrbe, in qua

1 attestata, non solũ cõscia. Vet.
2 genito.CH.
3 appositam.M.
4 rostra forum versus.Vet.
5 meritus. M.
6 incitatus.Vet.
7 posita. M. Vet. & CH.
8 in humeris alti celebratum, constratum. Pint.
9 Ridiculi Parm. ridiculi. CH.

multorum principum nemo [10] duxerat funus, Scipionis verò Æmiliani post Carthaginem Numantiámque deletas [11] ab eo, nemo vindicauerat mortem. Hoc gestum M. Seruilio, C. Cestio Cos. ad v. Calend. April. Nunc quoque erat in vrbe Roma, hæc prodente me, equitis Rom. cornix [12] è Bætica, primùm colore mira admodum nigro, deinde plura contexta verba exprimens, & alia atque alia crebrò addiscens. Necnon & recens fama Crateri Monocerotis cognomine, in [13] Erizena regione Asiæ coruorum opera [14] venantis, eò quòd deuehebat in syluas eos [15] considentes corniculis humerisque: illi vestigabant agebántque, eò perducta consuetudine, vt exeuntem sic comitarentur & feri. Tradendum putauere memoriæ quidam, visum per sitim lapides congerentem in situlam monumenti, in qua pluuia [16] aqua durabat, sed quæ attingi non posset: ita descendere pauentem expressisse tali congerie, [17] quantum poturo sufficeret.

10 deduxerat. M. Vet. & CH.
11 ab eo, Pint. delet.
12 à Tol. Pint.
13 Troezena. Vet.
14 venatis. Equo deuch. M confidentes humeris. Atqui corniculos (cuniculos) illi vestigabant. Vet.
15 insidentes. CH.
16 aquam dabat. M.
17 quantū potui, M. quæ poturo. Vet.

ANNOTATIO.

a Vide Macrob. lib. 3. Saturn.

De Diomedeis auibus. CAP. XLIIII.

NEc [a] Diomedeas præteribo aues: Iuba cataractas vocat, [1] eis esse dentes, oculósque igneo colore, cætero [2] candidis tradens. Duos semper iis duces: alterum ducere agmen, alterum cogere. Scrobes excauare rostro, indè crate consternere, & operire terra, quæ ante fuerit egesta: in his fœtificare. Fores binas omnium scrobibus: orientem spectare, quibus exeant in pascua: occasum, quibus redeant. Aluum exoneraturas subuolare semper, & contrario flatu. Vno hæ in loco totius orbis visuntur, in insula, quam diximus nobilem Diomedis tumulo atque delubro, contra [b] Apuliæ oram, fulicarum similes. Aduenas barbaros clangore infestant, Græcis tantùm adulantur, miro discrimine, velut generi Diomedis hoc tribuentes: ædémque eam quotidie pleno gutture madentibus pennis perluunt atque purificant: vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos.

1 & eis. Vet. & CH.
2 candidas. M.

ANNOTATIONES.

a Aristot. Charadrios. In insula vna ex Diomedeis, mari Adriatico, quam vocant *Sanct. Maria de Tremiti*, nunc Arteniæ vocantur. b Aristot. περὶ ἀνυμπ. ἀκουσμ.

Quæ animalia nihil discant. CAP. XLV.

NOn omittendum est, cùm de ingeniis disserimus, è volucribus hirúdines esse indociles, è terrestribus mures: cùm elephanti iussa faciant, leones iugum subeant, in mari vituli, tótque piscium genera mitescant.

De potu auium. CAP. XLVI.

BIbunt aues [1] suctu, ex his quibus lõga colla, intermittentes, & capite resupinato velut [2] infundentes sibi. Porphyrio solus morsu [3] bibit. Idem est proprio genere, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde pede ad rostrum, veluti manu, afferens. Laudatissimi in Comagene. Rostra iis & prælonga crura rubent.

1 suctu cæteræ: & ex iis Vet. cæteræ. Sed ex iis Parm.
2 infundétibus. CH.
3 bibit, idem è proprio. M. lego, idé proprio. Idé è pr. Parm.

De himantopode, & onocrotalis, & de peregrinis auibus. CAP. XLVII.

HÆc quidem & [1] himantopodi, multo minori, quanquam eadem crurum altitudine. Nascitur in Ægypto. Insistit ternis digitis. Præcipuè ei pabulum muscæ. Vita in Italia paucis diebus. Grauiores omnes [a] fruge vescuntur, altiuolæ carne tantùm. Inter aquaticas mergi [2] soliti sunt deuorare, quæ cæteræ reddunt. Olorum similitudinem onocrotali habent: nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius [3] veteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira vt sit capacitas. Mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita, [4] in veram aluum ruminantis [5] modo refert. Gallia hos septentrionali proxima Oceano mittit. In Hercynio Germaniæ saltu [6] inusitata genera [b] alitum accepimus, quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus: in cæteris nihil præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit.

1 hæmatopodi Vet. emantopodi. CH.
2 solida vè deuoraue re. CH.
3 ventris. d.
4 inferam in aluum. Parm.
5 more fertur. M. modo defert. Vet.
6 inusitata. CH.

ANNOTATIONES.

a σπυρμάδας φησὶ θεόφ. b Eæ sunt Garruli Bohemici Gesneri, quorum pennæ in summa cauda luteæ, in extremis pennis cocco nitentes, sublustri nocte lucent.

De

De multarum auium nominibus & natura. CAP XLVIII.

PHalerides in Seleucia Parthorum, & in Asia aquaticarum laudatissimæ: rursus phasianæ in Colchis geminas ex pluma aures submittunt subrigúntque. Numidicæ in patte Africæ Numidia, [1] omnésque iam in Italia. [a] Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse, Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gurges. Attagen maximè Ionius [2] celebratur, vocalis aliàs, captus verò obmutescens, quondam [3] extimatus inter raras aues. Iam & in Gallia Hispaniáque capitur, & per Alpes etiam, vbi & phalacrocoraces aues, Balearium insularum peculiares: sicut Alpium pyrrhocorax, luteo [4] rostro: & præcipuo sapore lagopus. [5] pedes leporino villo nomen ei hoc dedere, cætero candidæ, columbarum magnitudine. Non extra [6] terram eam vesci facilè, quando nec [7] viua mansuescit, & corpus occisæ statim marcescit. [b] Est & alia nomine eodem, à coturnicibus magnitudine tantùm differens, croceo tinctu cibis gratissima. Visam in Alpibus ab se peculiarem Ægypti ibin M. Egnatius Caluinus præfectus earum prodidit.

1 omnique. Vet.
2 celeber. M.
3 existimatus. M. æstimatus. Pint.
4 rostro niger & M, rostro niger & præcipuo CH.
5 pedes leporini villi nomen hoc M.
6 terram, in qua nascitur, eam. Vet.
7 vita. CH.

ANNOTATIONES.

a Vide Suetonium in Caligula, Spartianum in Heliogabalo. b Alpinis, *Gelidus.*

De nouis auibus & fabulosis. CAP. XLIX.

VEnere in Italiam [a] Bebriacensibus bellis ciuilibus trans Padum & [b] nouæ aues (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie, paulùm infra columbas magnitudine, sapore gratæ. Baleares insulæ nobiliorem etiam suprà [1] dicto porphyrionem mittunt. Ibi & buteo accipitrum generis in honore mensarum est: item vipiones: [2] sic enim vocant minorem gruem. Pegasos equino capite volucres, & [3] [c] gryphas [4] aurita aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Æthiopia. Equidem & [d] tragopanadem, de qua plures affirmant, maiorem aquila, cornua in temporibus curuata habentem, ferruginei coloris, tantùm capite phœniceo. Nec Sirenes impetrauerint fidem: licet [5] affirmet Dino, Clitarchi celebrati autoris pater, in India esse: mulcerísque earum cantu, quos grauatos somno [6] lacerent. Qui [7] credit ista, & Melampodi profectò [8] aures lambendo, dedisse intellectum auium sermonis dracones non [9] abnuet: vel quæ Democritus tradit, nominando aues, quarum confuso sanguine serpens gignatur: quem quisquis ederit, intellecturus sit alitum colloquia: quæque de vna aue galerita priuatim commemorat, etiam sine his immensa vitæ ambage circa auguria. Nominatur ab Homero [e] scopes, auium genus: neque harum satyricos motus, [10] cùm insident, plerisque memoratos facilè conceperim mente: neque ipsæ iam aues [11] nascuntur. Quamobrem de confessis disseruisse præstiterit.

1 dictis. Vet.
2 sic vocant. M.
3 grypas. CH.
4 auritos. Vet.
5 affirmet licet. Dinon. M.
6 lacerant Vet.
7 credat. CH.
8 augures. CH.
9 abnuat. CH.
10 cùm assidientur plerique. CH. cùm incedunt. Vet.
11 nosuntur. Alij.

ANNOTATIONES.

a Bebriacum, vicus situs inter Cremonam & Veronam, vulgò *Labina*, ad quem Othonianos Vitelliani superarunt. Sueton. in Othone. Tacitus lib. 18. In exemplaribus Tràquilli manuscriptis, Berriacum, siue Breriacum legitur. Apud Plutarchum in Othone, Berriacum. Turn. cap 36. 24. Huc pertinet Iuuenalis versus, Sat. 2.

Et curare cutem summi constantia ciuis,
Bebriaci in campo spolium affectare palati.

Onophrius in sua Roma Bebriacum Hostiliam vocari, propinquum Veronæ pagum.

b Turdi montani. Caryocatactæ, Gesnero.

c Gryphum meminerunt Solinus, Pausanias in Arcadicis, Ælianus ex Ctesia, Philostratus in vita Apollonij. Pegasos scribit Solinus præter aures nihil equinum habere.

d Tragopana. Nomen impositum quia Pan cornutus. Pomponio Melæ aues illæ dicuntur Tragopomones. Solino auis Æthiopica cornibus arietinis armato capite. Ab hirco quidam dictam volunt.

e Homeri versus est,

σκῶπες ἰχνίσται, σανυήκωκεν δέ τι κερδοῦσαι.

Odyss. lib. 2. σκῶπας, vel vt Arist. Alexander Myndius & alij plerique νᾶπας vocarunt, quasi σκαίσκω ὕστω. Λάσιμαχος φησὶν ὑγιῶς, Tyrannion, tanquam σκεπάσας, ὅτι ὑφ' σκιᾷ ἴζουσιν ὕστα, quoniam in tenebris cantitat. Rhodig. cap. 14. lib. 12: aut quòd varia gesticulatione tanquam irridendo, (σκώπτοντας) venatorum & spectatorum morus imitentur. Callimachus dici vult, ὅτι φωνὴν ἀφίασιν ὑπανθρώπῳ, quasi auribus illudentem, nempe ingratam & inuicundam: κέρδος, inquit Aristoteles, μετὰ μιμητικῆς ἀπατηλικῶς ἐκλέγονται, ludificator & imitator contra saltando capitur. Vide quod notatum est. cap. 11. lib. 35.

Quis gallinas farcire instituerit. De auiariis, & quis ea primus instituerit. CAP. L.

GAllinas [a] saginare Deliaci cœpere: vnde pestis exorta, opimas aues & suopte corpore vnctas deuorandi. Hoc primùm antiquis [1] cœnarum interdictis exceptum inue-

1 eranõn. Tol. Pint.

nio iam [b] lege C.Fannij Cos.xi.annis ante tertium Punicum bellum,ne quid [2] volucrum [3] ponereturpræter vnam gallinam,quæ non esset altilis:quod deinde caput translatum, per [c] omnes leges ambulauit. Inuentúmque diuerticulum est; in [4] fraude earum gallinaceos quoque pascendi [5] lacte madidis cibis: multò ita gratiores approbantur. Fœminæ quidem ad saginam non omnes eliguntur, nec nisi in ceruice pingui cute. Posteà culinarum artes,vt clunes spectentur, [6] vt [d] diuidantur in tergora, [7] vt à pede vno dilatatæ repositoria occupent. Dedere & Parthi cocis suos mores. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet: hic clune, alibi pectore tantùm laudatis. Auiaria primus instituit, inclusis omnium generum auibus [8] M. Lælius Strabo Brundisij equestris ordinis. Ex eo cœpimus carcere animalia coercere, quibus natura cœlum assignauerat.

2 volucre.CH.
3 proponeretur.M.
4 fraudem. M.
5 lacte addito multo &c.M. lacte addito cibis. Ver.
6 vt diuaricentur. Alij, distendantur.
7 & à pede vnà. Alij, vt à pede imo.
8 *Legendum videtur* M. Lenius, ex Varronis de Re rust. lib. 3.cap.5. Vnde locum hunc mutuatus est Plinius.
9 quibus rebus natura. CH. quibus rerũ natura, Pint. M.

ANNOTATIONES.

a Cicero 2.Academicarum,Videsne,vt in prouerbio sit,onorum inter se similitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures saluis rebus illis,qui gallinas alere permultas quæstus causa soleerent. Hi cùm ouum inspexerant,quæ id gallina peperisset, dicere solebant. Perrouio Arbitro, *Deliaci, gallinarum curatores. Molles, veteres, Deliaci, manu recisi*, id est, castrati, Scalig. Vide Varr. cap.9. 3. Columel.
b Lege Fannia permittebatur ludis Romanis, plebeiis, Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus, in dies singulos centum æris insumi, decem aliis diebus singulorum mensium tricenos, cæteris omnibus, denos. C. Fannio & M. Val. Messala. Coss. factum & senatusconsultum, vt ciuitatis principes ludis Megalensibus antiquo ritu mutitantes, id est, mutua conuiuia agitantes, verbis conceptis iurarent apud consules, in singulas cœnas sumptus se amplius facturos non esse, quàm centenos vicenosque æris, præter olus, far, vinum: vinoque patrio se vsuros, non alienigena, argentique in conuiuio plus pondo,quam libras centum, non illaturos. Sigonius ex Gellio. Macrobius ex Gellio historiographo tradit, Fanniam legem latam fuisse anno ab vrbe condita 88. eiq; similem fuisse Orchiam,qua crenantium numerus cohibebatur.
c In omnes alias leges sumptuarias,postea diuersis temporibus publicatas,sumptuarias leges fuerunt Fannia, Orchia, Didia, Oppia, Cornelia, Antia, Iuliadæ quibus Alexand.ab Alex.cap.11.lib.
d Iuuenalis Sat. 5.

—nec minimo sanè discrimine refert,
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.

Seneca ad Lucil. *Alius pretiosas aues scindit, & per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum, in frusta excutit.*

De Æsopi patina. CAP. LI.

MAximè tamen insignis est in hac memoria, Clodij [a] Æsopi tragici histrionis [b] patina, [1] sexcentis H-S. taxata: in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone vocales, [2] nummis sex singulas coemptas: nulla alia inductus suauitate, nisi vt in his imitationem hominis manderet,ne questus quidem suos reuocaturus illos opimos & voce meritos: dignus prorsus filio, à quo deuoratas [c] diximus margaritas. [3] Non sit tamen (vt verum fatear) facile inter duos iudicium turpitudinis: [4] nisi quòd minus est, summas rerum naturæ opes,quàm [5] hominum linguas,cœnasse.

1 centum H-S. ex aurhore cap. 12. lib. 35. hoc est.15000. aureis Budæ.
2 in his vt.sing.CH. millibꝰ. Ver.ex Bud.
3 Non sic tamen vt verum facere inter. CH.
4 sed quidem minus est Ver.
5 aurium-Ver.

ANNOTATIONES.

a De Æsopi filio id narrat Valer.cap.1.lib.9.
b Macrobius lib.3.Saturnal.
c Lib.9.cap.35.

De generatione auium, & prater aues quæ quadrupedes oua pariant. CAP. LII.

GEneratio auium simplex videtur esse, cùm & ipsa sua habeat [1] miracula, quoniam & quadrupedes [a] oua gignunt, chameleontes, lacertæ, & quæ diximus [2] interserpentes. Pennatorum autem infœcunda sunt, quæ aduncos habent vngues. cenchris sola ex his supra quaterna edit oua. Tribuit hoc auium generi natura, vt fœcundiores essent fugaces earum, quàm fortes. Plurima pariunt struthiocameli, gallinæ, perdices, [b] fasi. Coitus auibus duobus modis: fœmina humi considente, vt in gallinis: aut stante, vt in gruibus. Ouorum alia sunt candida, vt columbis, perdicibus: alia pallida, vt aquaticis: [3] alia punctis distincta, vt [4] meleagridi: alia rubri coloris, vt phasianis, cenchridi. Intus autem omne ouum volucrum bicolor. Aquaticis [c] lutei plus quàm albi, idque ipsum magis [5] luridum, quàm cæteris. Piscium [6] vnus color, in quo nil candidi. Auium oua ex calore fragilia, serpentium ex frigore [7] lenta, piscium ex liquore mollia. Aquatilium rotunda, reliqua ferè fastigio [8] cacuminata. Exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durescente, quibuscunque emergunt portionibus. [d] Quæ oblonga sint oua, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. [e] Fœminam edunt, quæ rotundiora gignuntur, reliqua marem. Vmbilicus ouis à cacumine incst, ceu gutta eminens in putamine.

1 miratenſa. Quin & Pint.ex M.
2 item. CH.
3 Alij locum hunc ita ex Arist. legunt. Alia punctis distincta, vt meleagridi, & phasianis: alia rubri coloris, vt cychridi.
4 meleagridum.CH.
5 luridum. Pasm.luteum.Alij.
6 vnicolor, in quo plus. Pint. ex Arist. cap.10.lib.6. Hist.
7 lenia.CH.
8 cacuminata exeunt &c.sui parte. Dum &c.M.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Ennius,
Oua parire solet genus pennis condecoratum,
Non animas:
ἀψύχους pro animans. Scalig.in Festum, voce, ommentans.
b Ægillij.
c Τὰ λιμνάϊα, καὶ τὰν χερσάϊα Græci vocant.
d Horat. Sermon.2.Satyr. 4.
Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vi sueci melioris, & vt magis alba rotundis,
Ponere, namque marem colubent colloſa vitellum.
e Idem Columella lib.1. *Cùm deinde*, inquit, *volet aliquis quamplurimos mares excludi, longissima quæque & acutissima oua subiiciet, & rursus, cùm fœminas, rotundissima.* Contrà Arist.in histor. τὰ μὲν μακρὰ τῶν ὠῶν ἐξίσως, τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ ὡς τὸ σύμπαν ἕκαστος κατὰ τὸ ἕδος, ἄρρενα: qua in re multa philosophatur Albertus. Rhodig. cap.17.27. Ad hunc locum parum spectat, quòd ex præparandi varietate, medici oua dicunt βαφητὰ, τηγανητὰ, seu ἀναλατὰ, παγδουπὰ, πινωλὰ. Item quod apud Græcos inter bellaria, quæ τραγήματα ἐπιδόσιμα, ἐπιδορπίσματα, μεταδόρπια, ἐπιφορήματα, ἐπάκτια, ὑπογαστρίδια vocant, oua fuerunt: apud Romanos prima mensa apponebantur. Vnde prouerbium, Ab ouo vsque ad malum. Rhodig. ibidem. Brodæus cap.25.3.

De ouorum generatione, incubatu auium, & coitu. CAP. LIII.

QVædam omni tempore [1] coeunt, vt gallinæ, & pariunt, præterquam duobus mensibus hyemis brumalibus. Ex iis [2] iuuencæ plura, quàm veteres, sed minora: & in eodem fœtu prima ac nouissima. Est autem tanta fœcunditas, vt aliquæ & sexagena pariant, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantum, vt effœtæ moriantur. [a] Hadrianis lausmaxima. Columbæ decies anno pariunt, quædam & vndecies: in Ægypto [3] etiam brumalimense. Hirundines, & merulæ, & palumbi, & turtures bis anno pariunt: cæteræ aues ferè semel. Turdi in cucuminibus arborum luto [4] nidificantes, pene [b] contextim, in secessu generant. A coitu x. diebus [5] [c] oua maturescunt in vtero. [6] Vexatæ autem gallinæ & columbæ penna euulsa, aliáve simili iniuria, diutius. [d] Omnibus ouis medio [7] [e] vitelli parua inest velut sanguinea gutta, quod esse cor auium existimãt, primùm in omni corpore id gigni opinantes: in ouo [8] certè gutta salit, palpitátque. Ipsum animal [f] ex albo liquore oui corporatur. Cibus eius in [9] luteo est. Omnibus intus caput maius toto corpore: oculi compressi capite maiores. Increscente pullo, candor in medium vertitur, luteum circumfunditur. Vicesimo die, si moueatur ouum, iam viuentis intra putamẽ vox auditur. Ab eodem tempore plumescit, ita positus, vt caput supra dextrum pedem habeat, dexteram verò alam supra caput. Vitellus paulatim deficit. [10] Aues omnes in pedes nascuntur, contrà quàm reliqua animalia. Quædam gallinæ [11] omnia gemina oua pariunt, & geminos interdum excludunt, vt Cornelius Celsus autor est, alterum maiorem. Aliqui negant omnino geminos excludi. Plus vicena quina incubanda subiici [g] vetant. Parere à bruma incipiunt. Optima fœtura ante vernum æquinoctium. Post solstitium nata non implent magnitudinem iustam, tantóque minus, quantò serius [12] prouenere.

1 coëunt & parinnt vt galling Pint.ex Arist.cap.1.lib. 6.Hist.
2 iuuenes. Pint. ex M.
3 vero etiam. CH.
4 nidos ædificantes. Pint ex M.
5 oua gallinæ maturescunt in vtero. Vexatæ autem palumbæ,aut penna euulsa, aut alia simili. Pint. ex Arist. cap.2.lib.6.
6 Vexatis. M.& CH.
7 albi Pint.ex Arist.
8 certè ea salit. Pint. ex M.
9 luto.CH.
10 oua omnia quasi *in pedes* nasc. contrà quam animalia.Pint. ex Arist. cap.2.lib.3. de Gener.
11 omnia,in M.d.
12 peruenere. Ver.

ANNOTATIONES.

a Pumilis, nanis.proximo sequenti cap.56.
b Opere continuato, vt quasi nidorum quædam catena videatur. Arist.cap.1.lib.6.histor.
c De gallinis tantum id Aristot.cap.2.lib.6.histor.
d Aristot.cap.1.lib.3.de Gener.& cap.2.lib.6.histor.
e Græci, τὰ χυνοῦ, καὶ τὰ ὀχρὰ τῶν ὠῶν vocant. Athenæus lib. 9. ἐν λεκάδι ῥοδωνιᾷ, καὶ τῶν ὠῶν τὰ χυνοῦ, μαλ' ἁβρὰ ὄντα, γάρες, φάσκει, εἶναι. Victor.cap.4.38.
f Aliter sentit Hippocr. lib. de natur. fœtus.
g Vide Varronem lib.3.& Columell.lib.8.

De vitiis, & remediis incubantium. CAP. LIIII.

OVa incumbari [1] intra x. dies edita vtilissimum, [a] vetera aut recentiora infœcunda. Subiici impari numero debent. Quarto die postquam cœpere [2] incubari, si contra lumen cacumine ouorum apprehenso vna manu, purus & vniusmodi perluceat color, sterilia existimantur esse, próque eis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: [b] inane fluitat: itaque sidentia, hoc est plena, subiici volunt. Concuti verò experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis. Incubationi datur initium post nouam Lunam, quia prius inchoata non proueniant. Celerius excluduntur calidis [3] diebus. Ideo æstate vndeuicesimo educunt fœtum, hyeme xxv. Si [4] incubatus [5] tonuerit, oua pereunt: & accipitris audita voce vitiantur. Remedium contra [6] tonitrum, clauus ferreus sub stramine ouorum positus, aut terra ex aratro. Quædam autem & citra incubitum, [7] sponte naturæ gignunt, vt in Ægypti [c] simetis. [8] Scitum de quodam [9] potore reperitur, Syracusis tam diu potare solitum, [10] donec cooperta [11] terra fœtum [12] ederent oua. Quin & ab homine perficiuntur.

1 infra. Ver.
2 incubare.M.
3 diebus ideo æ. v.educente.M.
4 incubitu. Pint. ex M Sic & CH.
5 tonuit.M. & CH.
6 tonitruum.M.tonitrus CH.
7 sponte natura gignit. Ver.
8 scriptum. Ver.
9 potore. in Tol. d. Pint.
10 donec ab eo coop.Ver.
11 sturia Arist. cap. 2.lib 6.Hist.
12 edere.CH.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Quæ requieta veteres appellabant. Rhodig. cap. 17. lib. 27.
b τὸ ἀφανισθὲν, πρὶν ἐξεργάσασθαι. vt integrum, ἀνάθλιβες. Cautam vide apud Rhodig. cap. 17. 27. Vocant & Græci ὑστερώμους, vt Latini sub uentaneum. ἀχρὸς, ἀνωρίᾳ ἐοικὼς. Inde Homero, ἠΰτε, muli, διὰ τὸ ἄγονον, quoniam illorum genitura infœcunda & subuentanea est.
c Nunc in eadem prouincia furnis tepido calore fouentibus magna industria & miranda.

De auguriis ouorum. CAP. LV.

I Vlia Augusta, prima sua iuuenta Tiberio Cæsare ex Nerone grauida, cùm parere virilem sexum admodum cuperet, hoc vsa est puellari augurio, ouum in sinu fouendo, atque cùm deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne [2] intermitteretur tepor. [3] Nec falsò augurata [4] proditur. Nuper inde fortasse inuentum, vt oua in calido loco imposita paleis igne modico fouerentur, homine versante, [5] paritérque & statò die illinc erumperet fœtus. Traditur quædam ars gallinarij cuiusdam, dicentis quòd ex [6] quaque esset. Narrantur & mortua gallina mariti carũ visi succedentes in vicem, & reliqua fœtæ more facientes, abstinentésque se à cantu. Super omnia est anatum ouis subditis atque exclusis [7] admiratio, primò non planè agnoscentis fœtum: mox [8] incertos incubitus solicitè conuocantis: postremò lamenta circa piscinæ stagna, mergentibus se pullis natura duce.

1 Liuia Aug. Mitaferius.
2 interimeretur. Vet.
3 Nec Augusta falsa poditur. Plin. ex Tol. habent. & Augusta veteres.
4 proditur imperatoris inde facta. Sed inuentum. Vet.
5 pariter nocte ac die, & statuto die illinc erumpere. Vet.
6 quoque (sub. ouo) Vet.
7 admiratio prima. Vet.
8 incerti concubitus. Vet. Lego, in secretos concubitus. alarum furarum, subaudi mox incerti singultus. Pint. & CH.

Quæ gallinæ optimæ. CAP. LVI.

GAllinarum generositas spectatur crista erecta, interdum & gemina [1] primis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquãdo & super quatuor digitos trãsuerso vno. Ad rem diuinam, luteo rostro pedibúsque, puræ non videntur: ad [a] opertanea sacra, nigræ. Est & [b] pumilionum genus non sterile [2] in iis, quod non in alio genere alitum, sed quibus [3] certa fœcunditas rara, & incubatio ouis noxia.

1 pluma rubra, pinnis nigris. ex Varr. & Colum. Lego, pinnis nigris, rubicunda superiore pluma. Alij ex Vet. cod. pinnis nigris, cætera rubicunda, vel, & rectius, pennis nigris, ore &c. pinnis nigris. CH.
2 minus, quod. CH.
3 contra. M. certo. Vet. certa fœcúditas, incubatio ouis noxia, vt & raro. Pint. ex Arist. cap. 2. lib. 3. de Gener.

ANNOTATIONES.

a Quæ Opi fiebant in abdito, ne prophanorum oculis polluerentur, & seclusa quoque vocabantur.
b Hadrianas Aristot. vocat cap. 1. lib. 6. histor. & autor ipse paulo antè cap. 53. huius libri.

De morbis earum, & remediis. CAP. LVII.

I Nimicissima autem omnium generi [a] pituita, maximéque inter [1] messis & vindemiæ tempus. Medicina in fame, & [2] cubatus in fumo, vtique si ex lauro aut herba sabina fiat: penna per transuersas inserta nares, & per omnes dies [3] mota: cibus allium cum farre, aut aqua perfusus, in qua [4] lauerit noctua, aut cum semine [b] vitis albæ coctus: [5] & quædam alia.

1 messes. M.
2 cubitus. CH.
3 emota. M.
4 maduerit. CH.
5 ac. CH.

ANNOTATIONES.

a E cerebro in nares & fauces descendens.
b Aut Staphysagriæ. Columell.

De conceptu & numero fœtus auium. CAP. LVIII.

COlumbæ proprio ritu osculantur ante coitum. Pariunt ferè bina oua: ita natura moderante, vt aliis crebrior sit [1] partus, aliis numerosior. Palumbes & [2] turtures plurimùm terna: nec plus quàm bis [3] ferè pariunt: atque ita, si prior fœtus corruptus est: & quamuis tria pepererint, nunquam plus duobus [4] educunt. [5] Tertium quod irritum est, [a] vrinum vocãt. Palumbes incubat fœmina post meridiana in matutinum, cætero mas. Columbæ marem [6] semper & fœminam pariunt, priorem marem, postridie fœminam. Incubant in eo genere ambo, interdiu mas, noctu fœmina. Excludunt [7] xx. die. Pariunt à coitu quinto. Æstate quidem [8] interdum binis mensibus terna [9] edunt paria, nam xviij. die excludunt, statímque concipiunt. Quare inter pullos sæpe oua inueniuntur, & alij prouolant, alij erumpunt. Ipsi deinde pulli [10] quinquemestres fœtificant. Et ipsæ autem inter se (si masnon sit) fœminæ æquè saliunt, pariúntque oua irrita, ex quibus nihil gignitur: quæ hypenemia Græci vocant.

1 fœtus. M. & CH.
2 turtur. M. Palũbis & turturi CH.
3 vere. Max Arist. ca. 4. lib 6. Hist.
4 educant. M. & CH. Lego, excludunt.
5 Tertium irritũ est. Vrinum vocat. M.
6 sæpe & fp. p. m. posteriorem f. ex Arist. ibid. Alij, post triduo f.
7 xxv. M.
8 interdum, in M. d.
9 educunt. M. & CH.
10 semestres, ex Arist. ibid.

ANNOTATIO.

a πνιτραγὸς & ὄλυνθος.

De

De pauone & anseribus. CAP. LIX.

PAuo à trimatu parit. Primo anno vnum aut alterum ouum, sequenti quaterna quináve, cæteris duodena, non amplius. Intermittens binos dies ternósve parit, & ter anno, si gallinis subiiciantur [1] incubanda. Mares ea frangunt desiderio incubãrium. Quapropter noctu & in latebris pariunt, [2] aut in excelso cubantes: & nisi molli strato excepta, [a] franguntur. Mares singuli quinis sufficiunt coniugibus. Cùm singulæ aut binæ fuere, corrumpitur salacitate fœcunditas. Partus excluditur diebus ter nouenis, aut tardius [3] vicesimo. [b] Anseres in aqua [4] coëunt, pariunt vere: aut si bruma coiuere, post solstitium, [5] quadraginta propè. [6] Bis anno, si priorem fœtum gallinæ excludant: alias plurima oua [7] sedecim, [8] paucissima, septem. Si quis surripiat, pariunt, [c] donec rumpãtur. Aliena non excludunt. Incubanda subiici vtilissimum ix. aut xj. Incubant fœminæ tantùm tricenis diebus. Si verò tepidiores sint, [9] vigintiquinque. Pullis eorum vrtica contactu mortifera. [10] Nec minus auiditas, nunc satietate nimia, nunc suamet vi: quando apprehensa [d] radice, morsu sæpe conantes auellere, antè colla sua abrumpunt. Contra vrticam remedium est, stramento ab [11] incubatu subdita radix earum.

1 incubando. CH.
2 aut, in M. d.
3 trincesimo. CH. sic & antea legebatur.
4 coeunt à bruma: pòst quadragesimo prope die (Cal. Mart. Colum.) pariunt, & incubãt, vigesimo fere solstitium. ex Colum.
5 diebus quidem veteres quadragesimo. M. Tol. & Salm.
6 Ter anno Colum. Varro, Constant.
7 duodecim. Colum.
8 qui hoc minus, septem, qui hoc plus, quindecim. Varro.
9 vicinis quinis Alij xxv. CH.
10 nimiáque herbarum auiditas. D.
11 incubitu. CH.

ANNOTATIONES.

a Cùm fœmina perticis noctu insidente eduntur. Columel. cap. 11. lib. 8.
b Lepidè Plautus in Truculento,
Sed est huic vnus seruus violentissimus,
Qui vbi quamque nostrarum videt prope ædes hasce, egredien,
Item vt de frumento clamore anseres absterret, abigit.
c Nisi subiectis etiam suis. Columel.
d Sic Varro. Columella verò frutice aut herba duriore.

De ardeolis, & quomodo seruentur optimè oua. CAP. LX.

ARdeolarum tria genera, leucon, asterias, pellos. Hi in coitu angũtur. Mares quidem cum vociferatu sanguinem etiam ex oculis profundunt. Nec minus ægrè pariunt grauidæ. Aquila tricenis diebus incubat, & ferè maiores alites: [1] minores vicenis, [2] vt miluus & accipiter. Singulos ferè parit, nunquam plus ternos, [3] is qui [4] ægolios vocatur, quaternos: coruus aliquando & quinos: incubant totidem diebus. Cornicem incubantem mas pascit. Pica nouenos, melancoryphus supra xx. parit, semper numero impari: [5] nec alia plures: tanto fœcunditas maior [6] paruis. [a] Hirundini cæci primò pulli, & ferè omnibus, quibus numerosior [7] partus. Irrita oua, quæ hypenemia diximus, aut mutua fœminæ inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut [b] puluere: nec columbæ tãtùm, sed & gallinæ, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia, & minora, ac minus iucundi saporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur. [9] Hæc autem [10] vere tantum. Vrina fiunt, incubatione derelicta, quæ alij [c] cynosura dixere. Oua aceto macerata in tantum emolliuntur, vt per annulos transeant. Seruari ea in lométo, aut hyeme in paleis, æstate in furfuribus, vtilissimum. Sale exinaniri creduntur.

1 medineres. Arist. cap. 6. lib. 6 Hist.
2 vt accipiter, milus. Binos hic ferè. Idem Ibid.
3 Hæc clausula in M. deest, vsque cornus &c.
4 Acgornos. CH. Aristoteles Actolii vocat, si emendata fint exemplaria: eumque milionum genere viderint attribuere.
5 nec alias in pluribus tanta fœcunditas, maior tamen in paruis. Vet. Arist. ca. 4. lib. 4. de gener.
6 paris. Vet. ægithalis.
7 fœtus. CH. & M.
8 quoque. Vet.
9 Vrina autem vêre tantùm fiunt. CH.
10 vêre: æstate vrina fiunt ab incubatione. Arist.

ANNOTATIONES.

a Arist. cap. 2. lib. 6. histor.
b Arist. Duplex est causa hæc oua gignendi: altera Fauonij vere afflatus, quãobrem & Zephyria vocant: τὸ τῇ χειμῇ ψόλαφῶν, fricare, confrectare, palpare (clunes, dorsum, collum, pectus, caudam, & fortassis podicẽ, id quod velut incuntis maris imaginem affert.) Initus fœminarum inter se, libidinosæ imaginationis, puluerisque mentionem facit Arist. Plinius pro ψόλαφῶν, videtur legisse ἀφῇ. Est autem ἀφὴ puluis, & non quiuis, sed qui luctatoribus post vnctionem inspergitur.
c πνιτραγὸς: quòd caniculæ tempore, ἀνὰ τὰς πνιτραγόρας, gignantur, Arist. cap. 2. lib. 3. de gener.

Quæ volucrum sola animal pariat, & lacte nutriat. CAP. LXI.

VOlucrum animal parit vespertilio tantùm, cui & membranaceæ pinnæ vni. Eadem sola volucrum lacte nutrit, vbera admouens: [1] geminos volitat amplexa infantes: secúmque [2] deportat. Eidem [a] coxendix vna traditur, & in cibatu culices gratissimi.

1 parũs geminos. M. & CH. Parit hæc geminos. Volitat. Pint.
2 portat. CH.

ANNOTATIO.

a Sine genuum, malleolorum, & pedum articulis.

De

De conceptu vipera & partu, & quæ terrestrium oua pariant. CAP. LXII.

RVrsus in terrestribus oua pariunt serpẽtes: de quibus nondum dictum [1] est. Coeunt complexu, adeò circumuolutæ sibiipsæ, vt vna existimari biceps possit. Viperæ mas caput inserit [a] in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola, intra se parit oua vnius coloris, & mollia, vt pisces. Tertia die intra vterum [b] catulos excludit: deinde singulos diebus singulis parit, viginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes, [c] perrumpunt latera, [d] occisa parẽte. Cæteræ serpentes [2] contecta oua in terra incubant, & fœtum sequente excludunt anno. Crocodili vicibus incubant mas & fœmina. Sed reliquorum quoque terrestrium reddatur generatio.

1 sit. M.

2 cõtecta. M. & CH. ad similitudinem monilis feminarum. Aristot. lib. 6. capit. vlti. Hist.

ANNOTATIONES.

a Aristot. περὶ ἱστορίας ἀκούσεως. Verùm quod abrodere scribit, è poëtarum fabulis sumptum potius est, quàm ex historia Aristotelis.
b Brodæus cap. 11. lib. 3. Noh tantùm viperas viuos fœtus parere scribit, vnde & nomen impositum, sed & Cerastas: quod facilè nolim ei credere.
c Fabulosum hoc. Arist. cap. vltimo lib. 5. Vipera catulos parit, obuolutos membranis, (secundis) quæ tertio die rumpuntur. Contingit verò nonnunquam, vt qui adhuc in vtero sunt erosis membranis prorumpant.
d Obid parricidæ culeo cum vipera, cane, gallo, simia insuti nẽcabantur. A catulis viperum exedi, & interfici, tradunt Nicander, Plutarchus, Apuleius in Magia, D. Hieronymus, Basilius Magnus, Horus lib. 2. qui scribit viperæ fœtum ἐκβιβρώσκοντα τὰν γαστέρα τὰν μητρὸν ἀκαιρούσας. Præterea Grammatici etymologici ἔχιδναν dictã interpretantur, ὅτι γονὰν ἔχει ἐν ἑαυτῇ ὀξεῖ δακάνει. Ælianus lib. 1. de animal. at, quod verissimum est, Apollonius apud Philostratum, & Maximus Tyrius superesse partui suo viperam tradunt, eámque fœtum editum lambendo polire, &, vt auctor ait, purificare. Vide Rhodig. cap. 13. 6. vide & notata cap. 44. lib. 11.

De generatione terrestrium. CAP. LXIII.

PIpedum solus homo animal gignit. Homini tantùm primi coitus pœnitentia, augurium scilicet vitæ à pœnitenda origine. [a] Cæteris animalibus [1] statì per tempora anni concubitus, homini (vt dictum est) omnibus horis dierum noctiúmque. Cæteris [2] satietas in coitu, homini propè nulla. Messalina Claudij Cæsaris coniunx, [3] hoc regalem existimans palmam, elegit in id certamen [4] nobilissimá è prostitutis ancillam mercenariæ stipis, eámque [5] die ac nocte superauit quinto ac vicesimo concubitu. In hominum [6] genere maribus [b] diuerticula Veneris excogitata, omnia [7] scelere naturæ, fœminis verò abortus. Quantum in hac parte multo nocentiores, quàm feræ, sumus? Viros auidiores Veneris hyeme, fœminas æstate, [c] Hesiodus prodidit. Coitus [8] auersus [d] elephantis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus auersa genitalia. Cameli etiam solitudines, aut secreta [9] certè petunt: neque interuenire datur sine pernicie. Coitus tota die [10] est tantùm iis ex omnibus, quibus solida vngula. In quadrupedũ genere mares olfactus [11] accendit. Auertuntur & canes, phocæ, lupi, in medióq; coitu, inuitíque etiam cohærent. [12] Suprà dictorum plerisque fœminæ priores superueniunt, reliquis mares. Vrsi autem, vt dictum est, [13] humanitus strati: hermacei [14] stantes ambo inter se complexi: feles mare stante, fœmina subiacente: vulpes in [15] latera proiectæ, marémque fœmina amplexa. Taurorum ceruorúmque fœminæ vim non tolerant: ea de causa ingrediuntur in [16] coitu. Cerui vicissim ad alias transeunt, [17] & ad priores redeunt. Lacertæ, vt ea quæ sine pedibus sunt, [18] circumplexu Venerem nouere. Omnia animalia quo [19] maiore corpore, hoc minus fœcunda sunt. Singulos gignunt elephanti, cameli, equi: Acanthis duodenos, auis minima. Ocyssimè pariunt, quæ plurimos gignunt. Quo maius est animal, tanto diutius formatur in vtero. Diutius gestãtur quibus lõgiora sunt vitæ spatia. Neque crescentium tempestiua ad generandum ætas. Quæ solidas habent vngulas, singulos: quæ bisulcas, & geminos pariunt. Quorum in digitos pedum fissura diuisa est, ea numerosiora in fœtu. Sed superiora omnia perfectos edunt partus, hęc inchoatos: in quo sunt genere [20] leænæ, vrsæ, & vulpes. Informia etiam magis, quàm suprà dicta, [21] vrsę pariũt: rarúmque est videre parientes. Posteà lambendo calefaciunt fœtus omnia ea, & figurant. Pariunt plurimùm quaternos. Cęcos autem gignunt canes, lupi, [22] panthera, thoes. [c] Canum plura genera. Laconicę octauo mense vtrinque generant. Ferunt [23] sexaginta diebus, & plurimùm tribus. Cęcíç canes & semestres coitum patiun

1 statui M.
2 fatias CH.
3 h.nc Vet. regalem hanc. CH.
4 vilissimam. Vet.
5 nocte ac die CH.
6 genere manibus. Tol. Salm.
7 scelera. M.
8 auersis. Vet. & CH. & M.
9 certa. M.
10 & his tantũ. CH.
11 antecedit. Vet. & CH
12 Dasypodum maribus. Ex Arist. cap. 2. lib. 5 hist.
13 rectius, humi stratri, ex Arist. lib 6 cap. 30. Hist.
14 stantes. Ita inter se. M.
15 latere. Vet.
16 conceptu. M. & CH
17 Hæc vltima in M. desunt.
18 circumflexu. M. & CH.
19 maiora. CH.
20 Leænæ, vulpes, & vrsæ. Informes hæ etiã magis quàm suprà dicta parũt. Pint.
21 vrsa parit, r. e. v. parientem M. & CH.
22 panthores. A panthera diuersi, lupos canarios Gaza vertit, apud Arist. panthera. CH
23 septuaginta d. e. p. tribus tantùm. Vet.

pariuntur. Implentur omnes vno coitu. Quæ ante iustum tempus concepere, diutius cæcos habent catulos, nec omnes totidem diebus. Existimantur in vrina attollere crus ferè semestres: id est signum consummati virium roboris: fœminæ hoc idem sidentes. Partus duodeni, quibus numerosissimi, cætero quini, seni, aliquando singuli, quod prodigiosum putant: sicut omnes mares, aut omnes fœminas gigni. Primos quoque mares pariunt: in cæteris alternant, [25] si incant opportuno & recto mense. Ineuntur à partu sexto mense. Octonos Laconicæ pariunt. Propria in eo genere maribus [26] laboris alacritas. Viuunt Laconici annis denis, fœminæ duodenis: cætera genera xv. annos, aliquando [27] viginti. Nec tota sua ætate generant, ferè à xii. desinentes. [f] Felium & ichneumonum reliqua, vt canum. Viuunt annis senis. Dasypodes omni mense pariunt, & superfœtant, sicut lepores. A partu statim implentur. Concipiunt, quamuis vbera [28] siccante fœtu. Pariunt [29] non cæcos. Elephanti, vt diximus, pariunt singulos, magnitudine vituli trimestris. Cameli duodecim mensibus ferunt: à trimatu pariunt vere, iterúmque post annum implentur à partu. Equas autem post tertium [30] annum, aut post vnum ab enixu vtiliter [31] admitti putant, cogúntque inuitas. [32] Et mulier [33] septima die cõcipere facillimè creditur. Equarum iubas tondere præcipiunt, vt asinorum [34] in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloria superbire. A coitu solæ animalium [h] currunt ex aduerso [35] Aquilonum Austrorúmve, prout marem aut fœminam concepere. Colorem illico mutant [36] rubriore pilo, vel quicunque sit, pleniore: hoc argumento desinunt admittere etiam [37] volentes. Nec impedit partus quosdam ab opere, fallúntque grauidæ. Vicisse Olympia prægnantem [38] Echecratidis Thessali inuenimus. Equos, & canes, & sues initum matutinum appetere, fœminas autem [39] post meridiem [40] blandiri, diligentiores tradunt. Equas domitas [41] lx. diebus equire, antequàm gregales: sues tantùm coitu spumam ore fundere: verrem subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capere [42] vsque in maciem: fœminas autem in tantum [43] efferari, vt hominem [44] lacerent, candida maximè veste indutum. Rabies ea aceto mitigatur naturæ aspersu. Auiditas coitus putatur [45] & cibis feri: sicut viro eruca, pecori cæpa. Quę ex feris mitigentur, non concipere, vt anseres: apros verò tardè, & ceruos, nec nisi ab infantia [46] educatos. Mirum est: quadrupedum prægnantes Venerem arcent, præter equam & suem. Sed superfœtant dasypus & [i] lepus tantùm.

25 Hæc ad, Ineuntur desunt in Tol. & Sal. Pint.
26 à labore salarius. Pint. Ex Arist. lib. 6. cap. 20. Hist. labores. salacitas. CH.
27 & vig. CH.
28 siccante. Pint. ex Arist. cap. 24. lib. 6. Hist.
29 Negatio videtur abundare, ex Arist. lib. 6 cap. 33. Hist.
30 diem. M. & CH.
31 admittere. D.
32 Et equa Ver. CH. Et asina. Arist. lib. 6. cap. 23. & ipse Plin. lib. 8. cap. 44.
33 septimo. M. & cæ.
34 coitum patiantur humiliare. CH.
35 Aquilonem Austrumve. M. & CH.
36 rauiore. Pint.
37 nolentes. CH.
38 Echecralis. Alij, Echecralidæ.
39 post meridianum. Pint.
40 blandiri diligentius. M.
41 xl. M.
42 vsque ad. Ver.
43 afferri. CH.
44 lancinent. Pint. ex Tol. Sic & CH.
45 ex. M.
46 educatos, mirum est. Quadr. &c. CH.

ANNOTATIONES.

a In hunc locum multa Rhodiginus accuratè scripsit cap. 31. li. 2.
b Aliæ partes, quàm quas natura exercendæ Veneri destinauit.
c Verius Hesiodi sunt.
—ψυχρὸν δ' ἐρέῳ & καθαρὸν & ἄρυ
Μακρὰ δ' ἐπ' ἀκρεμόνων, ἐορτάζειν δ' ἐπὶ βουσὶν ἄνωγε
ἐσθίειν, ἠδὲ μηριὰ, τὰ γὰρ γέρα ἐστὶν ἄριστα.
Vide quod adnotatum est. lib. 22. cap. 22.
d De Elephantis & Camelis aliter Arist. cap. 2. lib. 5. histor.
e Columellæ villarici, pastorales, venatici, & omnes muti custodes. Lepidè Plaut. in captiuis,
Prolatis rebus, parasitis venatici
Sumus: quando rure redierunt, molesti,
Odiosique, & multum incommodi sunt.
f Feles Columella & Varro nostras fouinas appellare videntur, quæ sunt generis mustellarum.
g Festo id testiculari dicitur, nempe mares equos fœminis, vel maribus fœminas admouere.
h Ante coitum id facere tradit Arist. cap. 18. 6. histor. ad Venerem incitatas & furioso procursu marem quærentes. neque id vnquam ad orientem vel occidentem.
i Mures quoque superfœtare pro certo habetur.

De varia generatione animalium. CAP. LXIIII.

QVæcunque animal pariunt, in capita gignunt, circumacto sub enixum fœtu, [1] aliàs in vtero porrecto. Quadrupedes gestantur extensis ad longitudinem cruribus, & ad aluum suam applicatis: homo in semet conglobatus, inter duo genua naribus sitis. Molas, de quibus [a] antè diximus, gigni putant, vbi mulier non ex mare, verùm ex semetipsa tantùm conceperit: ideo nec animari, quia non sit ex duobus: altricémque habere per se vitam illam, quæ satis arboribúsque contingat.

1 alia in vtero porrecta. CH.

ANNOTATIO.

a Cap. 15. lib. 7.

De murium fœtu. CAP. LXV.

EX omnibus, quæ perfectos fœtus, [1] sues tantùm & numerosos edunt: item plures, contra naturam [a] solidipedum, aut bisulcorum. [2] Supra cũcta est [b] murium fœtus, haud

1 Sues tantũ & vnũ & duos edunt, item plures. Sic quidã ex Arist. 4. de gener. animalegunt.
2 In M. hinc ducitur initium huius capitis: cætera ad superiora pertinent.

sine cunctatione dicendus, quanquam[3] sub autore Aristotele & Alexandri Magni[4] militibus.[c] Generatio eorum lambendo constare, non coitu, dicitur: ex vna genitos cxx. tradiderunt: apud Persas verò[5] prægnantes & in vtero parentis repertas. Et salis gustatu fieri prægnantes opinantur. Itaque desinit mirum esse, vnde vis tanta messes populetur murium agrestium: in quibus illud quoque adhuc latet, quonam modo illa multitudo repentè occidat. Nam nec exanimes reperiuntur, neque extat qui murem hyeme in agro effoderit. Plurimi[6] ita ad[7] Troadem proueniunt: & iam inde fugauerunt incolas.[d] Prouentus eorum[8] siccitatibus tradunt: & iam obituris vermiculum in capite gigni.[e] Ægyptiis muribus durus pilus, sicut herinaceis. Iidem[f] bipedes ambulant, ceu[9] Alpini. Cùm[10] diuersi generis coiuere animalia, ita demum generant, si tempus nascendi par habent.[10] Quadrupedum oua gignentium[11] lacertam ore parere (vt creditur vulgò) Aristoteles negat: neque incubat eædem, oblitæ quo sint in loco enixæ, quoniam huic animali nulla memoria. Itaque[12] catuli per sese erumpunt.

3 sub, in M.d.
4 militibus, generatio e.l.e.n.e. dicatur. M.
5 prægnantes in vtero Venerem patientis parentis repertas. Parm. in prægnantis ventre parientis. CH.
6 itaque. M.
7 Troada. CH.
8 siccitatibus. Tradunt etiam. Pint. M.
9 Alpini quoq;. CH.
10 diuersi quæque. M. quoque. Vet.
11 lacertas. CH.
12 per se catuli. CH.

ANNOTATIONES.

a Nam vt cap. 63. scripsit, quæ solidam vngulam habent singulos: quæ bissulcam, binos: sus verò nonnunquam & decem edit.
b Mures salacissimos esse Ælianus li. 12. De animalib. ostendit, citatis multis scriptorum locis. Inde Gauum murinum Epicrati de libidinosissima muliere. Martial.
Nam cùm me nauem, cùm me tua lumina dicis,
Polit. cap. 96. Miscellan.
c Vide quod adnotatum lib. 29. cap. 1.
d Theophr. περὶ τῶν ἀφόρων φυομένων ξύλων.
e Aristot. sub finem lib. 6. histor.
f μυωξὸς vocat Epiphanius libro Anchorato & contra Origenem & Galenus lib. 3. Alimen.
g De certo murium Aphricanorum genere id scribit Herodotus.

De spina hominis anguem nasci. CAP. LXVI.

ANguem ex medulla hominis spinæ gigni,[1] accepimus à multis. Pleraque enim occulta & cæca origine proueniunt, etiam in quadrupedum genere.

1 accipimus. M. & CH.

De salamandra. CAP. LXVII.

SIcut salamandra, animal lacerti figura, stellatum, nunquam, nisi magnis imbribus, proueniens, & serenitate[1] deficiens. Huic[a] tantus rigor, vt ignem[2 b] tactum extinguat, non alio modo, quàm glacies. Eiusdem sanie, quæ lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta,[c] toti defluunt pili: idque quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat.

1 desinens. M. & CH.
2 tactu restinguat. CH.

ANNOTATIONES.

a Nicander in Theriacis,
ἠτε καὶ ἀκρήνατον ἁλ' ἐκ πυρὸς ὅλαρ ἔχησι
ἔσπετο δ' ἀμφοτέρω, καὶ ἀνώδυνον.
Serenus. *seu salamandra potens nullisque obnoxia flammis.*
Galenus tamen in Simpl. σαλαμανδρας πανυμύνης σπέδη requirit.
b Id quidem Aristot. scribit cap. 19. lib. 5. histor. sed Dioscor. refragatur.
c Idem author scribit, & cap. 4. lib. 29.

De ijs quæ nascuntur ex non genitis: & quæ nata nihil gignunt. CAP. LXVIII.

QVædam[1] verò gignuntur ex non genitis, & sine vlla simili origine, vt suprà dicta: & [2]quæcunque æstas, aut ver, [3] statúmque tempus anni generant. Ex iis quædam nihil gignunt, vt[a] salamandræ. Neque est iis genus masculinũ fœmininúmve, sicut neque in anguillis, omnibúsque quæ nec animal, nec ouum ex sese generant. Neutrum est & ostreis genus, & cæteris adhærentibus vado vel saxo. Quæ autem[b] per se generantur, si in mares ac fœminas descripta sunt, generant quidem aliquid[4] coitu, sed imperfectum [5] & dissimile, & ex quo nihil amplius gignatur, vt vermiculos muscæ. Id magis[6] declarant naturæ eorum, quæ insecta dicuntur, arduæ explanationis omnia, & priuatim dicato[c] opere narranda. Quapropter[7] ingenium prædictorum, & reliqua subtexetur [8] dissertatio.

1 ergo. CH.
2 quæcunque anni tempus (lego, tepor) generat. Plin. ex Tol.
3 statutum. M.
4 ta coitu. Parm.
5 ac. CH.
6 declarauit natura. CH.
7 vt ing. pr. ita & r. subnexæ. Vet.
8 edissertatio. CH.

ANNOTATIONES.

a Grauida Salamandra mense Martio pede & baculo elisa, lactea sanies ex omnibus corporis partibus, capite, dorso, aluo, cauda,

cauda, pedibus exiliit, non aliter quàm ex papilla vberis, digitis compressa: tum etiam ex dirupto ventre plus quàm triginta fœtus adhuc palpitantes & in aqua nantes, ac plus quàm triginta ouaprodierunt. Ego quidem fœminam dissecui prægnantem, tum ouis tum catulis plenam, aliis inchoatis tantùm, aliis iam perfectis, gradientibus, & in aqua natantibus: vt falsum esse quod tradit Plinius, nihil eas gignere, manifestum sit.
b Ex putri materia. Aristot. cap. 1. lib. 5. histor.
c Libro sequenti.

De sensibus animalium. CAP. LXIX.

EX sensibus ante cætera homini tactus, deinde gustatus: reliquis superatur à multis. Aquilæ clariùs cernunt: vultures sagaciùs odorantur: liquidiùs audiunt talpæ: obrutæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento. Præterea[1] voce omnium in sublime tendente, sermonem exaudiunt: & si de iis loquare, intelligere etiam dicuntur, & profugere. Auditus cui hominum primò negatus est, huic & sermonis vsus ablatus: nec sunt naturaliter surdi, vt non iidem sint & muti. In marinis ostreis auditum esse, non est verisimile: sed ad sonum mergere se[2] solent. Ideo & silentium in mari piscantibus.

1 voce hominũ. Vet. voce omni &c. tendentes. CH.
2 dicitur solere. CH. dicuntur Solét ideo. Pint. ex. Tol.

Auditum, & olfactum esse piscibus. CAP. LXX.

PIsces quidem auditus nec membra habent nec foramina: audire tamen eos palàm est:[1] vt pote cùm plausu congregari feros ad cibum[2] consuetudine in quibusdam viuariis spectatur: & in piscinis Cæsaris, genera piscium[2] ad nomen venire,[3] quosdam singulos. Itaque produntur etiam clarissimè audire, mugil, lupus, salpa, chromis,[b] & ideo in vado viuere. Olfactum iis esse, manifestè patet. Quippe non omnes eadem esca capiuntur: & prius, quàm appetant, odorantur. Quosdam & speluncis latentes, salsamento illitis faucibus scopuli piscator expellit,[4] veluti sui cadaueris[5] agnitionem fugientes. Conueniúntque ex alto etiam ad quosdam odores, vt sepiam vstam, & polypum: quæ ideo[6] coniiciuntur in nassas. Sentinę quidem nauium odorem procul fugiunt: maximè tamẽ piscium sanguinem. Non potest petris auelli polypus: idem[7] cunila admota,[8] ab odore protinus resilit. Purpuræ quoque fœtidis capiuntur. Nam de reliquo animalium genere quis dubitet? Cornus ceruini odore[9] serpentes[10] fugantur, sed maximè styracis: origani, aut calcis, aut sulphuris formicæ necantur. Culices acida petunt: ad dulcia non aduolant.

1 vt pateat cùm &c. assuetudine spectetur. M.
2 assuetum. Tol. assuetudine. CH.
3 quoidámque. Tol. & CH.
4 velut. CH.
5 agnitione. Pint.
6 coguntur in massas M. coguntur in nassas. Vet. Lego, cõgeruntur.
7 cunicula. CH.
8 ab odore, in M.d.
9 insecta, ex Arist. ca. 8. lib. 4. hist. Pint.
10 fugantur. Sed maximè styracis, origani. Parm. Apud Arist. styracis & calcis non legunt.

ANNOTATIONES.

a Lucianus in oratione de Syria Dea, ὅτοι ἢ καὶ ἐνώτια ἔχουσι, καὶ ἐγχέλεια πακτοῦνται. *Nostri principes*, inquit, Cic. epist. ad Atticum, *digito cælum se putant attingere, si multa barbati in piscina sint, qui ad manum accedant.*
b Cæteri minus audiunt, quamobrem imis gurgitibus potius versantur. Arist. lib. 4. histor.
c Imò verò captos odore, ad escam salsamentorum obiectam allectos, ac libenter prodeuntes. Arist. 4. de hist. animal. ὅτι ἢ καὶ ἀλλοὶ τῶν ἰχθύων ἐκπερίβλεπτοί εἰσι καὶ ἀπόπλοοι, δῆλον ἐκ τῶν ἐπὶ θάλατταν πορευομένων ἁλιέων· ἐὰν γὰρ ἴδωσιν ἐκ ἁλιᾶς, τὸ πλοῖον πλησίον ἔχοντες περιχαρεῖς ἀπαντῶσι, καὶ ἐγχέλεια τηκόμενα. Victorius cap. 1. lib. 9.

Tactum communem esse omnibus. CAP. LXXI.

TActus[1] sensus omnibus est, etiam quibus nullus alius: nam & ostreis, & [2] terrestribus vermibus quoque. Existimauerim omnibus sensum & gustatus esse. Cur enim alios alia sapores[3] appetunt? in quo vel præcipua naturæ[4] architectio. Alia dentibus prędantur, alia vnguibus, alia rostri aduncitate carpunt, alia latitudine[5] ruunt, alia acumine excauant, alia fugunt, alia lambunt, sorbent, mandunt, vorant. Nec minor varietas in pedum ministerio, vt rapiant, distrahant, teneant, premant,[6] pendeant, tellurem scabere non cessent.

1 alius ostreis. Nam & terrestrium vermibus quoque existimauerim. M.
2 terrestrium. CH.
3 appetant. CH.
4 architectique vis. M architectatio.
5 eruunt. Vet.
6 pendant. Vet. pendant. Pint. Lego suspendant.

Quæ venenis viuant, & quæ terra. CAP. LXXII.

VEnenis capreæ & coturnices (vt[a] diximus) pinguescunt, placidissima animalia: at serpentes ouis, spectanda quidem draconum arte.[b] Aut enim solida hauriunt, si iam fauces capiunt, quæ deinde in semet conuoluti frangunt intus, atque ita putamina[1] excutiunt: aut si tenerior est,[2] & catuli adhuc ætas, orbe apprehensa spiræ, ita sensim vehe-

1 exussiunt. CH. Quidam, non recte. excutiunt.
2 est catulis adhuc ætas. CH.

mentérque præstringunt, vt amputata parte ceu ferro, [3] reliquam quæ amplexu tenetur, forbeant. Simili modo auibus deuoratis solidis, [4] contentione plumas & ossa reuomunt. Scorpiones terra viuunt. Serpentes, cùm occasio est, vinum præcipuè appetunt, cùm alioqui exiguo indigeant potu. [5] Eædem [c] minimo & penè nullo cibo, cùm adseruantur inclusæ: sicuti aranei quoque, alioqui suctu viuentes. Ideo nullum interit fame aut siti venenatum. Nam neque [6] calor his, neque sanguis, neque sudor, quæ auiditatem [7] naturali sale augent. In quo genere omnia magis exitialia, si suum genus edêre, antequàm noceant. Condit in thesauros maxillarum cibum sphingiorum & satyrorum genus: mox inde sensim ad mandendum manibus [8] expromit: & quod formicis in annum solenne est, [9] his in dies vel horas.

3 reliqua. CH.
4 contritione plumas & cætera ossa. Vet. contione pluri, & cita, & ossa. M. prauè. Lego, coctione perfecta plumas & ossa contentione plurima, & cætera ossa. Parm. contione plurima. CH.
5 edunt. M. Eædem minimi, & penè nullius cibi. Vet.
6 caloris vim, neque sanguinis, neque sudoris. M.
7 naturali sale. Vet. Alij, naturalem sola. Ego nihil muto, naturalique incitamento interpretor, & tanquam auiditatis stimulo, non arte quæsito, sed fame sponte obsito condimento.
8 exprimit. M. prauè. sic tamen CH.
9 his dies vel horas. M.

ANNOTATIONES.

a Sub finem cap. 23. huius libri.
b Sumptum ouum serpens iterum atque iterum sibi admouet, quoad summam partem rectam statuat, & tum parum contractum se colligit, vt distento corpore hausta ouum deorsum labatur. Arist. cap. 4. 8. hist. Plinius hoc aliter.
c Theophr. cap. 4. lib. 4. histor.

De cibo & potu quorundam. CAP. LXXIII.

VNum animal digitos habentium herba alitur, [1] lepus: sed & fruge solidipedes, & è bisulcis [a] sues omni [b] cibatu & radicibus. Solidipedum volutatio propria. Serratorũ dentium carniuora sunt omnia. Vrsi & fruge, fronde, vindemia, pomis viuunt & apibus, cancris etiam [2] & formicis. Lupi, vt [c] diximus, & terra in fame. Pecus potu pinguescit: ideo sal illis [3] aptissimus: item veterina, quanquam & fruge & herba, sed vt bibêre, [4] secedũt. Ruminant, præter iam dicta, syluestrium cerui, cùm à nobis aluntur. Omnia autem iacentia potius quam stantia, & hyeme magis quàm æstate, septenis ferè mensibus. [d] Pontici quoque mures simili modo remandunt. [5] In potu, quibus ferrati dentes, lambunt: & mures hi vulgares, quamuis ex alio genere sint. Quibus cõtinui dentes, forbent, vt equi, boues. Neutrum vrsi, sed aquam quoque morsu vorant. In [e] Africa maior pars ferarum æstate non bibunt, inopia imbrium: quam ob causam capti mures Libyci, si [6] biberint, moriuntur. Orygem perpetuò [7] sitientia Africæ generant, & natura loci potu carentem, & mirabili modo ad remedia sitientium. Nanque Gætuli latrones [8] eo durant auxilio, reperti in corpore [9] eorum salubertimi liquoris vesicis. Insidunt in eadem Africa pardi condensa [10] arborum, occultatíque earum ramis, in prætereuntia desiliunt, atque è volucrum sede grassantur. Feles quidem quo silentio, quàm [11] leuibus vestigiis obrepunt auibus! quàm [12] occulto speculatu in musculos exiliunt! Excrementa sua effossa obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem sui esse.

1 lepus: herba & f.f. & bisulci. Vet.
2 ac CH.
3 aptissimum. M.
4 Alij legunt, sic edunt, ex Arist. lib. & cap. 8. & sic. CH.
5 In potu autem quibus. CH.
6 bibêre. CH.
7 sitientem Africa generat, ex natura, loco, potu carente. Vet. & M. nisi quod hic habet, ex naturali loco, potu.
8 cum eo. M.
9 earum. Vet.
10 arbore oc. eius. M. arbore oc. earum. CH.
11 leuibus. Vet.
12 occultè speculatur. CH.

ANNOTATIONES.

a Sues quomodo saginandi & naturam earum vide suprà cap. 51. lib. 8.
b Et quauis colluuie: vnde Festo Colluuiares porci. Aluntur tamen ferè in pistrinis furfuribus: vnde pistores scrophipascos Plautus appellat in Captiuis. Colluuiares Varro lib. 6. De Ling. Lat. vocat & volutares; Appion Grammaticus χαμαιυάδας. Scaliger. Vide quæ notata sunt cap. 51. li. 8.
c Lib. 8. cap. 22.
d Vulgò, *Roseveaux. Hermines. Menu verds.*
e ὁ μὲν ὀφιοκτόνος τῶν λιβύων. Theophr. cap. 4. lib. 4.

Quæ inter se dissideant, & quæ inter se conueniant. CAP. LXXIIII.

ERgo & [a] alios quosdam sensus esse, quàm suprà dictos, haud difficulter apparet. Sunt enim quædam his bella amicitiæque, vnde & affectus, præter illa quæ de quibusque eorum suis diximus locis. Dissident olores & aquilæ: [1] coruus & chlorio, [b] noctu inuicem oua exquirentes. Simili modo coruus & miluus, illo præripiente huic cibos: cornices [2] & noctua: aquilæ & [3] [c] trochilus (si credimus) quoniã rex appellatur auiũ: noctuæ, [4] & cæteræ minores aues. Rursus cũ terrestribus, mustela & cornix: turtur & pyralis: [5] ichneumones vespæ, & phalangia aranei. Aquaticæ, anates & gauiæ. [d] Harpæ & triorches accipiter, Sorices & ardeolæ, inuicem fœtibus insidiantes. Ægithus auis minima cum asino. [6] Spinetis enim se scabendi causa atterés, nidos eius dissipat: quod adeò pauet, vt voce omnino rudentis audita, oua eiiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur aduolans hulcera eius rostro excauat. Vulpes [7] & Nili angues: mustelæ & sues. Æsalon vocatur [8] parua auis, oua corui fran

1 pipra & chloreus. Turn. ex Arist. choreus. CH.
2 atque. M. & CH.
3 orchilus in quibusdam Arist. codic. Turn.
4 atque. M.
5 ichn & vesp. phal. & ar. Parm. ichn. vesp. phal. & ar. M. Nihil muto, accipiúque vespas dictas ichneumonas, & araneos, vocatos phalangia.
6 Spinis M.
7 & nisi ζ sic circos vocat.) angues, mustelæ & sues. Turn. ex Arist. & milui: angue & mu. Ver. & Mil. an gues. CH.
8 prana. Quidam. Vide suprà cap. 8.

frangens, cuius pulli infestantur à vulpibus. Inuicem hæc catulos eius ipsámque vellit. Quod vbi viderunt corui, contrà auxiliantur, velut aduersus communem hostem. Et acanthis in spinis viuit: idcirco asinos & ipsa odit, flores spinæ deuorantes. [f] Ægithum verò [9] anthus in tantum, vt sanguinem eorum credant non coire, multíque [10] ob id veneficiis infament. Dissident thoes & leones, & minima æquè ac maxima. Formicosam arborem [11] sorices cauent. Librat araneus se filo in caput [12] serpentis porrectæ sub vmbra arboris suæ: tantáque vi morsu cerebrum apprehendit, vt stridens subinde, ac vertigine rotata, ne filum quidem desuper pendentis rumpere, adeò non fugere queat: nec finis ante mortem est. Rursus amici pauones & columbæ, turtures & psittaci, [g] merulæ [13] & turdi, cornix & ardeolæ contra vulpium genus communibus inimicitiis. Harpe & miluus contra [14] triorchem. [15] Quid, non & affectus indicia sunt etiam in serpentibus, immitissimo animalium genere? [h] Dicta sunt, quæ Arcadia narrat de domino à dracone seruato, [16] & agnita voce hominis. De aspide miraculum [17] Philarcho reddatur: is enim autor est, cùm ad mensam cuiusdam veniens in Ægypto aleretur assiduè, enixam catulos, quorum ab vno filium hospitis interemptum illam reuersam ad consuetudinem cibi, intellexisse culpam, & necem intulisse catulo, nec posteà in tectum [18] id reuersam.

9 Acanthis.
10 ideo. M.
11 vrucæ. M. & Vet. & CH.
12 lacertæ. Arist. cap. 39. lib. 9. Hist.
13 & turtures. CH.
14 triorchim. M.
15 Quin & effectus indicia. M.
16 & agnito voce draconis. CH.
17 à Philareho traditur. Vet.
18 id, in Vet. d.

ANNOTATIONES.

a Aristot. cap. 1. lib. 9. histor.
b Mirum, cùm aues illæ noctu non volent.
c Trochilum Aristot. cum noctua inimicitias gerere tradit.
d Aristoteles dicit Harpam & Triorchen, (lego Brenthum) Rubetam & Serpentem, Piponem (in Aristotel. exemplaribus legitur Ἵππωνα) & Ardeam mutuis se odiis prosequi.
e Falsum hoc. Æsalon enim vel Suida. & Gesnero testibus, accipitris genus, quod nos vocamus *Emerillon*, ideóque paruam auem à Plinio dictam putat Gesnerus.
f Plutarchus περὶ φθόνου. πολεμοῦσι δ' ἀετοὶ μὲν ἀράκοντι· παρῶνται γὰρ γλαῦκες· αἰγυθαλοὶ δὲ κορώνῃ· ἄφυκτον γὰρ ἐστιν ὃ φασὶ μηδὲ τὸ ἄμμα πέρυσι φάσκατε σφᾶς ἰφίσιν, ἀλλὰ κ' ἄμμ μέβρε, ἰδίᾳ πάσιν ἀποῤῥῆξι διαφθείρουσιν.
g Aristot. hist. animal. lib. 9. cap. 1. sic habet: φίλοι πλὴν ὗες καὶ τρυγόνι. Vnde & hic legendum videtur Merulæ & turtures. Adde ex Oppiano in Halieuticis non solum Merulas & Turtures aues mutuo se amare, sed etiam pisces iisdem nominibus.
h Cap. 17. lib. 8.

De somno animalium. CAP. LXXV.

SOmni quæstio non obscuram coniectationem habet. In terrestribus, omnia [1] quæ cõniueant, dormire manifestum est. Aquatilia quoque exiguum quidem, etiam qui de cæteris dubitant, dormire tamen [2] existimant: non oculorum argumento, quia non habent genas: verùm [3] ipsa quiete cernuntur placida, ceu soporata, neque [4] aliud, quàm caudas, mouentia, & ad tumultum aliquem [5] expauentia. De thynnis confidentius affirmatur. Iuxta ripas enim aut petras dormiunt. Plani autem piscium in vado, vt manu sæpe tollantur. Nam delphini, balænæque stertentes etiam audiuntur. Infecta quoque dormire silentio apparet, quia ne luminibus quidem admotis excitẽtur. Homo genitus premitur somno per aliquot menses: deinde longior in dies vigilia. [a] Somniat statim infans. Nam & pauore expergiscitur, & suctum imitatur. Quidam verò nũquam: [b] quibus mortiferum fuisse signum contra [c] consuetudinem [6] somnium, inuenimus exempla. Magnus hîc [7] inuitat locus, & diuersis refertus documentis, vtrúmne sint aliqua præscita animi quiescentis: qua fiant ratione, an fortuita res sit, vt pleraque. Et si exemplis agatur, profectò paria fiant. [8] A vino & à cibis proxima, atque in [9] [d] redormitatione vana esse visa, propè conuenit. Est autem somnus nihil aliud, quàm animi in medium sese recessus. Præter hominem somniare [e] equos, canes, boues, pecora, capras, palàm est. Ob hoc creditur [10] & in omnibus, quæ animal pariant. De iis, quæ oua gignunt, incertum est: sed dormire ea, certum. Verùm ad insecta [11] transeamus.

1 quæ cõtinentur. M. quæ cor habent. Vet. priori lectioni adstipulatur quod sequitur, oculorum argumento.
2 æstimant. M.
3 in ipsa. Ver.
4 alio quàm caudis se mou. Ver. in vulgata lectione legis, caudis. CH.
5 expauescentia. M. & CH.
6 somniare. Plin. somnium. CH.
7 in vita. CH.
8 Autumno. CH.
9 redormitione. M. & CH.
10 & omnia. Vet.
11 transeamus. Vulgo quidam addunt. M.

ANNOTATIONES.

a Affirmat id Arist. 7. hist. Negat idem cap. 10. lib. 4. libro de insomniis, & libro de Diuinatione per insomnium.
b Vt Cleon ex Daulia, & Thrasymedes. Plutarch. lib. de oraculis. Rhodig. cap. 16. 27. Tertullianus lib. de anima. Leopardus cap. 2. 8.
c Neronem nunquam somniare solitum, tradit Suetonius, sub extremum vitæ tempus euidentibus portentis somniorum territum fuisse.
d Horat.
Atque ego cùm Græcos facerem, natus mare citra
Versiculos, vetuit me tali voce Quirinus,
Postmediam noctem visus, cùm somnia vera.
e Stantes: vnde festiuè Plautus in Menæch.
Certè hæc mulier cantherino vitu adstans somniat.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XI.

RESTANT immensæ subtilitatis animalia: quando aliqui ea neque spirare,& sine[1] sanguine esse etiam prodiderunt.

1 sanguine etiam carere. M.

De insectorum genere. CAP. I.

MVlta hæc &[1] multigena,terrestrium[2] volucriumq; [3] vita. Alia pennata, vt apes: alia vtroque modo, vt formicæ: aliqua &[a] pennis & pedibus carentia: iure omnia[b] insecta appellata ab incisuris,quæ nunc ceruicũ loco, nunc pectorum atque alui[4] præcincta separant membra, tenui modo[c] fistula cohærentia. Aliquibus verò non[5] tota incisura eas ambiente rugas,sed in aluo, aut supernè tantùm, imbricatis [7] flexilibus vertebris,nusquam alibi spectatione naturæ rerum artificio.

1 multigenera. Turn. & CH.
2 volucrum. M. voluerunque CH.
3 vita Alia pedibus gradiuntur, vt alibi: alia pennata.
4 præcinctu. *τὰ ἐφεξῆς διατμήματα*, Arist. de cicadis
5 tota incisura eorũ. Vet.
6 eam ambiente ruga Turn & CH.
7 flexili Turn. Ego nihil muto.

ANNOTATIONES.

a Vt Lumbrici.
b Græcis *τὸμαι*.
c Meatu fistuloso cibi & spiritus.

De subtilitate in his naturæ. CAP. II.

IN magnis siquidem corporibus,aut certè maioribus,facilis[a] officina sequaci materia fuit.[1] In his tam paruis,atque tam nullis,quæ ratio,quanta vis,quàm inextricabilis perfectio? Vbi tot sensus collocauit in culice? & sunt alia dictu minora. Sed vbi visum in eo prætendit? vbi gustatum applicauit? vbi odoratum inseruit? vbi verò truculentam illam & portione maximam vocem ingenerauit? qua subtilitate[2] pennas adnexuit? [b] prælongauit pedum crura? disposuit ieiunam caueam,vt aluum? auidam sanguinis,& potissimũ humani sitim accendit? Telum verò perfodiẽdo tergori,quo spiculauit ingenio? Atque vt in capaci, cùm cerni non possit exilitas, ita[c] reciproca[3] geminauit arte, vt fodiendo acuminatum pariter,forbendóque fistulosum esset. Quos teredini ad perforanda robora cum sono teste dentes affixit? Potissimúmque è ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros,taurorúmque colla,& truces in sublime iactus, tigrium rapinas, leonum iubas, cùm rerum natura nusquam magis, quàm in minimis, tota sit. Quapropter quæso,[4] ne hæc legentes,quoniam ex his [5] spernunt multa, etiam relata fastidio damnent,cùm in contemplatione naturæ nihil possit videri superuacuum.

1 In his verò tam. M.
2 pinnas adnectit. CH.
3 generauit. M. & CH reciprocam geminauit. Dal.
4 ne nostra legentes. M.
5 spernuntur. Vet.

ANNOTATIONES.

a Animalium procreatio ac effectio, perfectio, vt paulò pòst.
b Obserua.
c Duplici, mutuo sibi consentiente.

Virum

Vtrum spirent, an habeant sanguinem. CAP. III.

INsecta multi negarunt spirare, idque[1] ratione persuadẽtes, quoniam[2] visceri interiori[a] nexus spirabilis non inesset. Itaque viuere vt fruges, arboréque: sed plurimum interesse, spiret[3] aliquid, an viuat. Eadem de causa nec sanguinem iis esse, qui sit[4] nullis carentibus corde atque iecore. Sic nec spirare, ea quibus pulmo desit. Vnde[b] numerosa quæstionum series exoritur. Iidem enim & vocem esse his negant, in tanto murmure apum, cicadarum sono,& aliis quæ suis æstimabuntur locis. [5] Nã mihi contuenti se persuasit rerũ natura, nihil incredibile existimare de ea. Nec video, cur[6] magis possint non trahere animã talia, & viuere quàm spirare, sine visceribus: quod etiam in marinis[c] docuimus, quamuis arcente[7] spiritum densitate & altitudine humoris. Volare quidem aliqua,&[d] animatu carere[8] in ipso spiritu viuentia, habere sensum victus, generationis, operis, atque etiam de futuro curam: & quamuis non sint[9] membra, quæ velut carina sensus inuehant, esse tamen his[e] auditum, olfactum, gustatum, eximia prætereà naturæ dona, solertiam, animum, artem, quis facilè crediderit? Sanguinem non esse his fateor, sicut ne terrestribus quidem cunctis, verùm simile quiddam. Vt[10] sepiæ in mari sanguinis[11] vicem atramentum obtinet, purpurarum generi infector ille succus: sic & insectis, quisquis est vitalis humor, hic erit &[12] sanguis, donec existimatio sua cuique sit. Nobis propositum est, naturas rerum manifestas indicare, non causas[13] iudicare dubias.

1 ea ratione. M.
2 per viscera interiori nexus. M. visceri interiora nexus CH. visceri interior nexos. Ver.
3 aliquis M.
4 nullus M.
5 Nã contuenti sem per suasit. M.
6 magis non possint trahere animam talia, & spirare quàm viuere. Dal.
7 spiratum. M. Tol.
8 sine ipso. D. & in ipso. CH.
9 membra, velut marinis, quæ sensus. D.
10 sepia i. m. s. vica. Ver.
11 vices. M. & CH.
12 sanguis. Sed. Ver.
13 indagare. M.

ANNOTATIONES.

a Arteriæ, per quam spiramus, connexus ac contextus.
b Aristotelem tacitè carpit cap. 4. lib. 4. histor.
c cap. 7. lib. 9.
d Obseruatione dignum.
e Hos sensus insectis Aristoteles tribuit cap. 7. lib. 4. histor.

De corpore eorum. CAP. IIII.

INsecta, vt intelligi possit, non videntur neruos habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginem, nec pinguia, nec carnes,[1] ne crustam quidem fragilem, vt quædam marina, [2] nec quæ iure dicatur cutis: sed mediæ cuiusdam inter omnia hæc naturæ corpus, arenti simile, neruo mollius, in reliquis partibus siccius[3] veriùs, quàm durius. Et hoc solùm [4] his est, nec prætereà aliud. [5] Nihil intus, nisi admodum paucis intestinum implicatum. Itaque diuulsis præcipua viuacitas,& partium singularum palpitatio. Quia quæcunque est ratio vitalis, illa non certis inest membris, sed toto in corpore, minimè tamen[6] capite, solúmque non mouetur, nisi cum pectore auulsum. In nullo genere plures sunt pedes. Et quibus ex his plurimi, diutius viuunt diuulsa, vt in scolopendris videmus. Habẽt autem oculos,[7] prætérque è sensibus tactum atque gustatum: aliqua & odoratum, pauca & auditum.

1 nec. M.
2 neqi iure dicetur. M.
3 ferè. Turn. verò. CH.
4 in his est. M.
5 *Legendum videtur*, Nihil intus, nisi intestinum, admodum paucis replicatum ex Arist. lib. 4. animal. cap. 7.
6 caput, solúmqi. M.
7 prætérque sensus. Parm.

De apibus. CAP. V.

SEd inter omnia ea principatus apibus,& iure præcipua admiratio, solis ex eo genere hominum causa genitis. Mella cõtrahunt, succúmque dulcissimum atque subtilissimum, ac saluberrimum.[1] Fauos confingunt & ceras. Illæ ad vsus vitę laborem tolerant, opera conficiunt, rempublicam habent, consilia priuatim ac duces gregatim: & quod maximè mirum sit, mores habent. Prętereà cùm sint[a] neque mansueti generis, neque feri:[2] tamen tanta est natura rerum, vt propè ex vmbra[3] minimi animalis, incomparabile effecerit quiddam. Quos efficaciæ industriæque tantæ comparemus neruos? quas vires? quos[4] rationi medius fidius viros? hoc certè præstantioribus, quò nihil nouere, nisi commune. Non sit de anima quæstio: constet & de sanguine, quantulum tamen esse in tantulis potest. Æstimemus posteà ingenium.

1 Aliàs sic: Fauos cõfingunt & ceras, mille ad vsus vitæ Laborem tolerant, &c. Sic & CH.
2 tamen, in M. d. tantum natura ver CH.
3 minimi animalis, incorporabile. Tol. non rectè.
4 ratione. CH.

ANNOTATIO.

a Apum feram esse naturam Iustinianus in Iustit. tit. de rerum diuisione,& Caius. l. 5. ff. de acquirendo rer. dom. Autor posthac cap. 18. eas distinguit in rusticas siue syluestres & vrbanas: Varro in feras & cicures. Aristoteles sex earum genera recenset. Apes feras nouit Paulus in l. Si apes. ff. de furtis. Magius cap. 3. lib. 1.

Quis ordo naturæ in eis. CAP. VI.

HYeme conduntur. Vnde enim ad pruinas niuésque, & Aquilonum flatus perferendos vires? Sanè & insecta omnia: sed minus diu, quæ parietibus nostris occultata maturè tepifiunt. Circa apes aut temporum locorúmve ratio mutata est, aut errauerunt priores. Conduntur à Vergiliarum occasu, sed latent vltra exortum: adeò non ad [a] veris initium, vt dixere, [1] nec vt quisquam in Italia [2] de alueis existimat. Ante fabas florentes [3] non exeunt ad opera & labores, nullúsque cùm per cœlum licuit, otio perit dies. Primùm fauos construunt, ceram fingunt, hoc est, domos cellásque faciunt. Deinde sobolem, posteà mella, ceram ex floribus, [b] melliginem è lacrymis arborum, quæ glutinũ pariunt, salicis, vlmi, harundinis, succo, gummi, resina. His [c] primùm alueum ipsum intus [4] totum, vt quodam tectorio, illinunt, & aliis amarioribus succis contra aliarum bestiolarum auiditates: id se facturas conscíæ, quod concupiscí possit. [5] His deinde [6] fores quoque latiores [7] circunstruunt.

1 nec quisquã in re de eis aliter (de aliis. CH.) exist. Turn.
2 de aliis. M. lego, de illis.
3 non, in M. deest, neque legitur in CH. sed neque Turnebus agnoscit.
4 totum, ac etiam pabimentum. Arist. cap. 4. lib. 9. Hist.
5 His, in M.d.
6 fores quã latiores. Plin. nõ vertit. Arist. ἐν τοῖς ἀνθεῦσι πλατύτεραι θυρίδες ὦσιν.
7 circumobstruunt. é Varrone & loco cit. Arist.

ANNOTATIONES.

a Quod Homerus ἀεὶ νέον ἐρχομένου μηνός, veris tempus minui significarique Porphyrius censet, quoad opus laborémque apes exeunt: νέον enim τὸ ἦρ dixerunt. Pythagoras autem hyemem ποσὴν τοῦ καιροῦ vocat. Rhodig. cap. 35. 23.
b Materiam è qua fit Commosis, Pissoceras, Propolis. Vide aliam melliginis significationem cap. 27. lib. 12.
c Primum tectorium κήμωσις est, gummitio. Materia ex qua fit, amara & glutinosa, Aristot. μίνυς, Varroni lib. 3. Erithace, Plinio Melligo. Colligitur ea ex succo, gummi, resina, salicis, vlmi, arundinis: Aristoteli quasi ceræ excrementum, valdè nigra, acris odoris, ad plagas & suppurationes vtilis, & longè Pissocero valentior.

De vocabulis operis. CAP. VII.

PRima fundamenta [1 a] commosin vocant periti, secunda [b] pissoceron, tertia [c] propolin, inter coria [2] cerásque, magni ad medicamina vsus. [3] Commosis crusta est prima, saporis amari. Pissoceros super eam venit, [4] picantiũ modo ceu dilutior: ceræ initium plerunque è mitiore gummi. [c] Propolis, crassioris iam materiæ, additis [f] floribus, nondum tamen cera, sed fauorum stabilimentum, [5] qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur, [6] odore & ipsa etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtantur. Præter hæc conuehitur crithace, quam aliqui sandaracham, alij cerinthum vocant. Hic crit apum, dũ operantur, cibus, qui sæpe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, & ipse amari [6] saporis. Gignitur autem [7] rore verno, & arborum succo, gummi modo, Africi minor, Austri flatu nigrior, Aquilonibus melior & rubens, plurimus [8] in [h] Græcis nucibus. Menecrates florem esse dicit, futuræ messis indicium: [i] sed nemo præter eum.

1 Mityn. Vet.
2 ceramque. D.
3 Metys. Ver. Mitys. Arist.
4 picatus modo, ceu dilutior cera, è vitiũ populorúmque mitiore gummi. Pint. ex Hisp. codice, Consentit. M. & CH. inde, ai lutior &c. Ego pro picatus, potius legerim picationis.
5 qua aditus iniuriæ frigoris omnes obstruuntur Arist.
6 saporis cibus. M. saporis, sed plenus humoris cibus. Vet.
7 rore marino é Varrone cap. 6. lib. 3. mellis, non erithaces materia est ros vernus. Pint.
8 ex. D.

ANNOTATIONES.

a Corium primum. Quidam legunt κόνισιν, vel κονίασιν, nimirum tectorium, & illitionem, quæ fauorum primum fundamẽtum est. κολλῶσι δὲ μᾶλλον ἐξ ὑγροῦ τοῦτο κώνωπι, inquit Arist. μίνυς Arist. commosi Plinij respondere videtur, nempe illitus quidã præter imum tectorum. Hesichio tamen κόμμωσις est, ὁ τῶ σώματος ὑφαίνεσθαι, καὶ ὑγρὸ τ μελιτόῤῥυτον ἢ τῶ ὑμένων διέχοντος. Tur. cap. 12. lib. 23. Aduers. κήμωσιν Græci ἀπὸ τοῦ κήμωνος gummosi & glutinosi succi illitum.
b Corium secundum.
c Vide cap. 24. lib. 22.
d Inter crustas duas priores & fauorum ceram.
e Cap. 8. lib. 24. è gutta, quàm in foliis populi ferunt, Propolin apes faciunt.
f Euripides in Iphigenia:

Καὶ τὸν ἐρεῖνεα ἀνθεμίδῤῥυτον γάνος
Σκεδῶς μελίσσης ἐκ νέῳ ἡμβολοῦ σίδῃ.

Cap. 8. lib. 24. è gutta, quam in foliis populi ferunt, Propolin apes faciunt.
g Dioscorides Propolin esse vult iucundi odoris, & ad styracem accedentis, quod Plinio repugnat. Qui verò pro Galbano vtuntur, faculratem eius tantùm, non odorem spectant, id quod Plinium fefellit.
h Amygdalis.
i Decepit Menecraten ambiguus Cerinthi significatus, quo nunc herbam florémque intelligimus, nunc, vel apum cibum, vel glutem quo fauorum obturant foramina.

Ex quibus floribus opera fiant. CAP. VIII.

CEras ex omnium arborum satorúmque floribus confingunt, excepta rumice [1] & [a] chenopode. Herbarum hæc genera. Falsò excipitur & [b] spartum, quippe cùm in Hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiant. [c] Falsò & oleas excipi arbitror, quippe oliuæ prouentu plurima examina gigni certum est. Fructibus nullis nocetur. Mortuis ne floribus quidem, non modò corporibus, insidunt. Operantur intra [2] sexaginta passus. Et subinde consumptis in proximo floribus, speculatores ad pabula vlteriora mittunt. Noctu deprehensæ in expeditione excubant supinæ, vt alas à rore protegant.

1 & Echinopode. M. & CH.

2 quadraginta. M.

ANNOTATIONES.

a Equinopodẽ. Quidam Tribulum intelligunt, alij Echion, alij spinæ genus. Eius mentio fit in veteri distícho.

ὃς δ' ἐχινόποδας, καὶ ἀπὸ τριχὸς ἕρματα κοίλης
φόρτια μακεδονίῳ ἔνδυκα κυπρίσσῳ.

Turnebus cap. 12. lib. 23. Aduers.
b Non quidem iuncus sterilis, & flore fructúq; priuatus, descriptus cap. 2. 19. sed genista, iisdem locis, quibus & ille nascens, flore apibus iucundissimo. Vide quæ notata sunt in eum locum.
c Verum tamen id esse affirmat cap. 12. lib. 21.

De amatoribus earum. CAP. IX.

NE quis miretur amore earum captos, Aristomachum Solensem duodesaxaginta annis nihil aliud egisse: Philiscum verò Thasium in desertis apes colétem Agrium cognominatum: qui ambo scripsere de his.

Ratio operis. CAP. X.

RAtio operis [1] hæc: interdiu statio ad portas more castrorum, noctu quies in matutinum, donec vna [2] excitet gemino aut triplici bombo, vt buccino aliquo. Tunc vniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est. Prædiuinant enim ventos imbrésque, & [3] tunc se continent tectis. Itaque temperie cæli (& hoc inter præscita habent) cùm agmen ad opera processit, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore, guttásque lanugine totius corporis. [4] Quibus est earum adolescentia, [a] ad opera exeunt, & suprà dicta conuehunt: seniores intus operantur. Quæ flores comportant, prioribus pedibus femina onerant, propter id natura [5] scabra, pedes priores rostro: totæque onustæ remeãt [20] sarcina pandatæ. Excipiunt eas ternæ [6] aut quaternæ, atque exonerant. Sunt enim [7] intus quoque officia diuisa. Aliæ struunt, aliæ poliunt, aliæ suggerunt, aliæ cibum comparant ex eo, quod allatum est. Neque enim separatim vescuntur, ne inæqualitas [8] operis [9] & cibi fiat & temporis. [10] Struunt orsa ea concamerationc aluei, texúmque vel vsque ad summa tecta deducunt, limitibus binis circa [b] singulos [11] arcus, vt aliis intrent, aliis exeant. [c] Faui superiore parte affixi, & paululum etiam lateribus simul hærent & pendẽt vnà. Alueum non contingunt, nunc [12] obliqui, nunc rotundi, qualiter [13] poposcit alueus: aliquando & duorum generum, cùm duo examina concordibus populis dissimiles habuere [14] ritus. [d] Ruentes ceras fulciunt, [15] pilarum [e] intergerinis à solo [16] fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. Primi ferè tres versus inanes struuntur, ne promptum sit [30] quod inuitet furantem. Nouissimi maximè implentur melle: ideóque [17] auerso alueo faui eximuntur. Gerulæ secundos flatus captant. Si cooriatur procella, [18] apprehensi [f] ponduscúlo lapilli se librant. Quidam in humeros eum imponi tradunt. luxta verò terram volant in aduerso flatu vepribus [19] hebetato. Mira obseruatio operis. Cessantium inertiam notant, [20] castigant mox, & puniunt morte. Mira munditia. [21] Amoliuntur omnia è medio, nullæque inter opera spurcitiæ iacent. Quin & excrementa operantium intus, ne longiùs recedãt, vnum congesta [g] in locum, turbidis diebus, & operis otio egerunt. Cùm aduesperascit, in alueo strepunt minus ac minus, donec vna circumuolet eodem, quo excitauit, bombo, ceu quietem capere imperans: & hoc castrorum more. [22] Tunc repentè omnes conticescunt.

1 hæc, in M.d.
2 excitet omnes gem. M.
3 tunc, in M.d. Pint. & in se. CH.
4 Quarum adolescẽtiores, ad op. M. Adolescentiores ad op. Salm. Pint. lego, Harum adolescentiores.
5 scabri pedes priores vicini rostro. M.
6 quaternæque exonerant. CH.
7 in iis. M.
8 tẽporis & cibi operis quoque fiat. D.
9 aut cibi. Vet.
10 Alij, Struunt orsa: Alij, Struunt orsæ à concameratione aluei, texúmque vel vsque ad ima tecta deducit. Turneb verò, struunt orsæ à concameratione aluei, texúmque velis ad summa tecta. Lego, texúmque velis vsque ad imum solum deducunt ex Arist.
11 adº. M. Turn. cit.
12 oblongi. Colum. cap. 15. lib. 9.
13 poscit. Vet.
14 situs. D.
15 pilarum instar interg. Vet.
16 formatis. M. pranè.
17 inuerso. D. ideò auersa aluo. CH.
18 adprehensis ponduscúlo lapillis librant. CH.
19 cuacuatis. M. hebetatis. CH. lego, euitatis.
20 castigant. mox & CH.
21 emoliuntur. CH.
22 Turn. CH.

ANNOTATIONES.

a Ex operariis apibus alias dici παρῆνες, alias ἐργοφόρους, alias ἀγυιάσους, alias πλόϊδας, Ælianus adnotauit: παρῆνες verò nunc apes masculas ἀνωφελεῖς, nunc ἀνίσυρτους, & steriles, interpretantur. Rhodig. cap. vlt. 23.
b Aristoteles scribit fauos construi similitudine poculorum geminos habentium fondos, & in diuersa patentium, quæ Martialis hoc versu designat:

Hi duo consentur longæuo Nestore fundi.

Græci vocant ἀμφικύπελλα. Eius verba sunt. περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο ὑγιᾶ ἀείρει, ὥσπερ ἢ τ ἀμφικυπέλλων.
c Mel olei crassitudine, absque fauis, in Capadocia confici ab apibus traditur. Apud Medos ab arboribus mel stillare Euripides in Bacchis scribit. Apud Citheronem defluere dulces è ramis guttas memoriæ proditũ, sicut & in Thracia mel in arboribus nasci, & in Hyrcaniæ pagis fortunatis. Diodoro iisdem in locis ἀνθεδὼν ape minor aliquanto, in saxorum rimis aut arborum cauis fauos struit, & mellificat. In Mycone apes nullæ sunt, & si quæ inferantur, emori certum est. Rhodig. cap. vlt. lib. 23.
d Fauos cadentes erigunt, futuram subiicientes, sic vt subire possint. Aristot.
e Qui sint intergerini parietes, notatur cap. 12. lib. 13.
f Idem Ælianus.
g In faui semoram partem.

De fucis. CAP. XI.

DOmos primùm [1] plebeis exædificant, deinde regibus. Si speratur [2] largior prouẽtus, adiiciuntur [3] cõtubernia & fucis. [4] His cellarum minimæ, sed [5] ipsi maiores apibus. Sunt

1 plebei. CH.
2 longior. CH.
3 contubernio. & fuci Dal.
4 Iis. CH.
5 ipsis. D.

Sunt autem fuci, [a] sine aculeo, velut imperfectæ apes, [6] nouissimæque à fessis & iam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi seruitia verarum apum. Quamobrem imperant iis, primósque in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. Neque in opere tantùm, sed in [7] fœtu quoque adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba. Certè quò maior [8] fuerit multitudo, eò maior fiet examinum prouentus. Cùm mella cœperunt matures cere, abigunt eos: multæque singulos aggressæ trucidant. Nec id genus, nisi vere, conspicitur. Fucus ademptis alis in alueum reiectus, ipse cæteris adimit. [b] Regias imperatoribus futuris [c] in vna parte aluei extruunt amplas, magnificas, separatas, [d] tuberculo eminentes: quod si [9] exprimatur, non gignuntur soboles. Sexangulæ omnes cellæ, [10] à singulorum [11] eæ pedum opere. Nihil horum stato tempore, sed rapiunt diebus serenis munia. Et melle vno alteróve ad summum die cellas replent.

6 nouissimè. Alij.

8 fœta coadiuuant. Parm.

8 fuerit multit. eorum.Tol. eorum fuit multit.hoc maior.CH.

9 exprimitur, non gignitur. Fucorũ enim fœtus editur sine rege, apum nunquam. Aristot. ima parte alui. CH.

10 i, in M. d.

11 ea, in Tol.d.

ANNOTATIONES.

a Ἠέτορες, ἀργὰ κηφῆνες. Hesiodus.
τῷ δὲ θεοὶ μηρισσοὶ, καὶ ἀνέρες ὦκυμοροι ἄγγυθι βαίνουσι, κακὸν βιότοιο πέλοντες ἔμμεν ἀμοιρίδιον, οἳ τε μελισσάων πεπάλακτον τρύχουσιν ἀργὰ ἔδοντες.

b Vide Senecam cap.19.lib.1. de Clementia.
c In circuitu fauorum, foramine maiore quàm vulgo, velut rubra sorde pleno, Hyginus: In fine (supremo) cerarum, Columella: in extremis fauis, Celsus.
d Velut vberis papilla. Columel.cap.11.lib.9.

Quæ natura mellis. CAP. XII.

VEnit hoc ex aëre, & maximè siderum exortu, præcipuéque ipso Sirio [1] explendescẽte fit, nec omnino prius [a] Vergiliarum exortu [b] sublucanis temporibus. Itaque [2] tum prima aurora folia arborum melle roscida inueniuntur: ac si qui matutino sub dio fuere, vnctas liquore vestes, capillúmque concretum sentiunt. Siue ille est cæli sudor, siue quædam siderum saliua, siue purgantis se aeris [3] succus, vtinámque esset & purus ac liquidus, & [c] suæ naturæ, qualis defluit primò: nunc verò è tanta cadens altitudine, multúmque, dum venit, fordescens, & obuio terræ halitu infectus, [4] prætereà è fronde ac pabulis potus, & in [5] vterculos congestus apum (ore enim [6] vomunt) ad [7] hæc succo florum corruptus, & alueis macceratus, totiésque mutatus, magnam tamen [d] cœlestis naturæ voluptatem affert.

1 explendescit. CH.

2 cum.Parm.

3 succus, siue aquæ, purus. M. siue aquæ est, & purus. Parm. succus. Ecquis si esset pur' &c.primo? Pint. ex Vet.

4 prætereà fronde ac pab. eporus. Vet. Alij, fronde apúmque pab.epotus.

5 vericulos.CH.

6 eum vomunt.CH.

7 hoc.CH.

ANNOTATIONES.

a Oriuntur octauo calend. Aprilis, id est, 25. Martij, in octaua parte Arietis. Columel.cap.14.lib.9.
b Apud Athenæum pag.321. versu.36. Mel Alcman. vocat ἐπιθάλασσον ἀκηΐνωμα, cerae, vel cereum fructum. Epicharmus verò, πρῶϊον ὑγρόθριον, matutinum mare, quòd diluculo, sublucano tempore ex aëre fluat.
c Vide quæ adnotata sunt ad cap.24. lib. 42.
d Alludit ad id Virgiliianum:
Protinus aerij mellis cœlestia dona.

Quæ optima mella. CAP. XIII.

IBi [1] optimus semper, vbi optimorum [2] doliolis florum conditur. Atticæ regionis [3] hic, & Siculæ, [4] Hymetto, & Hybla ab locis, mox Calydna insula. Est autem initio mel, vt aqua, dilutum, & primis diebus feruet, vt [5] mustum, séque purgat: viceſimo die crasseſcit, mox obducitur tenui membrana, quæ feruoris ipsius spuma concrescit. [6] Sorbetur optimum, & minimè fronde infectum, è quercus, tiliæ, harundinum foliis.

1 optimum.M.

2 caliculis D.

3 hoc.M.& CH. sub. audi.

4 Hymetti & Hyblæ editis locis.D.

5 musta. CH.

6 Seruatur.Pint.

Quæ genera mellis in singulis. CAP. XIIII.

SVmma quidem [1] bonitatis natione constat (vt suprà diximus) pluribus modis. Aliubi [2] enim faui cera spectabiles gignuntur, vt in Pelignis, Sicilia: aliubi mellis copia, vt in Creta, Cypro, Africa: aliubi magnitudine, vt in Septentrionalibus, viso iam in Germania octo pedum longitudinis fauo, in caua parte nigro. In quocunque tamen tractu terna sunt mellis genera. [a] Vernum, ex floribus [3] constructo fauo, quod ideo vocatur anthinum. Hoc quidam attingi vetant, vt largo alimento valida exeat soboles. Alij ex nullo minus apibus relinquunt, quoniam magna sequatur vbertas [b] magnorum siderum exortu. Præterea [4] solstitio, cùm thymum & vua florere incipiunt, præcipua cellarum materia. Est autem in eximendis fauis necessaria dispensatio, quoniam inopia cibi desperant, moriuntúrque aut [5] effugiunt: contrà copia ignauiam affert: ac iam melle,

1 nationis bonitate. Tol. Pint. bonitas. Vet.

2 enim ceræ. M.

3 collectum à Fauonio, quod.

4 Quidam legunt, solliti, vocem mellis subaudientes. quod non probo. Turn. tamen sic legitur in. CH.

5 diffugiunt.M.

le, non erithace, pascuntur. Ergo diligentiores ex hac vindemia [6] xij. partem apibus relinquunt. Dies status inchoandi, [7] vt quadam lege naturæ, si scire aut obseruare homines velint, xxx. ab educto examine: feréque Maio mense includitur hæc vindemia. Alterum genus est mellis æstiui, quod ideo vocatur horæum, à tempestiuitate præcipua, [c] ipso Sirio explendescente post solstitium [d] diebus xxx. ferè. Immensa circa hoc [8] subtilitas naturę mortalibus patefacta est, nisi fraus hominum cuncta pernicie corrumperet. Nanq; ab exortu sideris cuiuscunque, sed nobiliũ maximè, aut cælestis arcus, si non sequantur imbres, sed ros tepescat. Solis radiis, [9] medicamenta, non mella, gignuntur, [e] oculis, hulceribus, interníque visceribus dona cælestia. Quod si seruetur hoc Sirio exoriente, casúq; cõgruat in eundem diem, vt sæpe, Veneris, aut Iouis, Mercuriíve exortus, non alia suauitas, [10] víque mortalium malis à morte vocandis, quàm diuini nectaris, fiat.

6 xv.CH.

7 &, D.

8 sublimitas.M.

9 medicata mella.D.

10 víque in malis, mortalibus à morte vindicandis, quàm.D. pro vindic. alij legũt, reuocandis.

ANNOTATIONES.

a Vergiliarum exortu Varro.
b Sirij, Caniculæ, Arcturi, quæ magnam in cœlo & vniuerso rerum statu mutationem efficiunt.
c De melle albo, quod è syncero thymo confactum non est, id Aristot. scribit.
d Sub vigesimum tertium Iulij.
e Æstate acta, priusquam totus Arcturus oriatur.

Quomodo probentur mella. CAP. XV.

MEl plenilunio vberiùs capitur, serena die pinguius. In omni melle, quod per se [1] fluit, vt mustũ [2] oleúmque, appellatúrque [a] acœton, [3] maximè laudabile est. [4] Æstiuum omne rutilum, vt diebus confectum ficcioribus. Aptissimum [5] [b] existimatur è thymo, coloris aurei, saporis gratissimi, quod fit palàm [6] [c] doliolis, pingue, [7] [d] marino è rore spissum. Quòd concrescit autem, [8] hoc minimè laudatur. Thymosum non coit, & tactu prætenuia fila mittit: quod primum [9] grauitatis argumentum est. Abrumpi statim & resilire guttas, vilitatis indicium habetur. Sequens probatio, vt sit odoratum, [10] ex dulci acre, glutinosum, perlicidum. Æstiua mellatione decimam partem [11] Thasio Dionysio apibus relinqui placet, si [12] pleni fuerint aluei: si minus, pro rata portione: aut si inanes, omnino non attingi. Huic vindemiæ Attici signum [13] dedere initium [14] [e] Caprificialem diem Vulcano sacrum.

1 fluxit.M.& CH.

2 oleúmque appellatur acerum. Turn. & CH.

3 maximéque.D.

4 Etiam omne rutilũ vt vlceribus aptissimum, in æstiuum est è thymo. ex Arist. & cap. sequenti, Manuser etiam adstipulante.

5 existimamus è thymo eximij coloris. Pint. habent & vet. coloris eximij.

6 Lego, foliolis. Vide Annot.

7 matutino è rore. Alij.

8 hoc, in M.d.

9 nobilitatis Vet. vt opponatur τῷ, vilitatis, quod sequitur. Lenitatis Pint.

10 & ex CH.

11 Cassio Vet. & Varro. de re. Rust. in princ. Sic. & CH.

12 plenæ fuerint alui. CH.

13 dedêre initiũ Africi, alij diem Vulcano sacrum. Turn. initij dedêre. Caprificiale, id est, nonas Iulij. Dal.

14 Caprificiorũ diẽ Iunoni. Gyral. Caprifici, alij. Vulc. &c. CH.

ANNOTATIONES.

a Ex Græco ἀκμὴν. Alij sed meo iudicio perperam, Atticum ἀκμὴν. i. πρότερον ἀκμὴν dicebant, quod citra operam hominum fluxisset sponte, voce composita, ex ἀ particula priuatiua & κεῖμαι. Quidam legunt ἄκνητον, sic dici putantes quòd statim fluxisset, nec diu iacuisset in vinaceis, fraccibus, fauo. *noſcelw* enim in oleo amurcam, in vino fecem dici volunt, quasi purioris succi lectum stratum, cubile: hinc ἄκοιτον, defecatum, puri, excrementi ac sedimenti expers. Ego verò legẽdum puto vel acedes, (ἀκηδὲς) vel acedeston (ἀκήδεστον) curioso studioso que nullo labore confectum. Sic & horti, acedaria dicuntur cap.4. lib. 19. Pintianus quidem legit, acedon.
b Vide cap.10.lib.21.
c Nam vt mel τυμώδες esse monst rarent, Thymi folia miscebant, quod etiam astu & fraude fieri solitum ab impostoribus Galenus meminit.
d Vel ex Rosmarino herba, ex qua mel apes colligunt, vtè Thimo: vel afflatu & halitu maris. Quod enim sic in locis marinis, præstantius mel est. Alij legunt, & appositè, matutino è rore. Rosmarinum prope alucaria seri Varro præcipit.
e Nonas Iulij, quas & Caprotinas & Vulgi figã vocabãt, quibus Romulus è vita excessit. Primus is dies est ab exortu Caniculæ. Vide Plutarchum, Alex. ab Alex. cap.4. lib. Gyraldum.

De tertio genere mellis, & quomodo apes probentur. CAP. XVI.

TErtium genus mellis, minimè probatum, syluestre, quod ericæum vocant. Conuehitur post primos autumni imbres, cum erice sola floret in syluis, [a] ob id harenoso simile. Gignitur id maximè [1] Arcturi exortu à pridie Idus Septemb. Quidam æstiuam mellationem [b] ad Arcturi [2] exortum proferunt, quoniam ad æquinoctium autumni ab eo [2] super sint dies [3] xiiij. & ab æquinoctio ad Vergiliarum occasum diebus xlviij. plurima [4] sit [5] erice. Athenienses [6] [c] tetralicem appellant, Eubœa [7] sisaram, quam putant apibus esse gratissimam, fortassis quia nulla tunc alia [8] sit copia. Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & Vergiliarum occasu, Idibus Nouemb. ferè includitur. Relinqui ex ea duas partes apibus ratio persuadet, & semper eas partes fauorum, quæ habeant erithacen. A bruma ad Arcturi exortum diebus [9] lx. somno aluntur sine vllo cibo. Ab Arcturi exortu ad æquinoctium vernum tepidiore tractu iam vigilant: sed etiam tunc aluco se continent,

1 ab Arcturi exortu, pridie.D.

2 semper sint.M.

3 XII Pint. Ego, XIIII.

4 floret D.

5 erithace. CH.

6 eam te.CH.

7 syrycum.CH.

8 si. florum copia D. quia nullius tunc alius sit copia. Alij.

9 nonaginta.D.

continent, seruatósque in id tempus cibos repetunt. In Italia verò hoc idem à Vergiliarum exortu faciunt, & in eum dormiunt. Alueos quidam in eximendo melle expẽdunt, ita [10] diribentes quantum relinquant. Æquitas siquidem etiam in eis obstringitur: ferúntque societate fraudata alueos mori. In primis ergo præcipitur vt lauti purique eximant mella. Et furem mulierúmque menses odêre. Cùm eximuntur mella, apes abigi fumo vtilissimum, ne irascantur, aut ipsæ auidè vorent. Fumo [11] crebriore etiam ignauia earum excitatur ad opera. [12] Nam nisi incubauere, fauos liuidos faciunt. Rursus nimio fumo [13 d] inficiuntur: quarum iniuriam celerrimè sentiunt mella, vel minimo contactu [14] roris accescentia. Et ob id inter genera seruatur, quod acapnon vocant. [f] Album mel non fit, [6] quod bithymum est, sed oculis & hulceribus aptissimum existimatur. Fœtus quonam modo progenerarent, magna inter eruditos & subtilis quæstio fuit. Apum enim coitus visus est nunquàm. Plures existimauere [7] oportere confici floribus compositis aptè atque vtiliter. Aliqui coitu vnius, rex in quoque appellatur examine. Hunc esse solum marem, præcipua magnitudine, ne fatiscat. Ideo fœtum sine eo non edit: apésque reliquas, tanquàm marem fœminas, comitari, non tanquàm ducem: quam probabilem aliàs sententiam fucorum prouentus coarguit. Quæ enim ratio, vt idem coitus alios perfectos, imperfectos generet alios? Propior vero prior existimatio fieret, ni rursus alia difficultas occurreret. Quippe nascuntur aliquando in extremis fauis apes grandiores: quæ cæteras fugant. Oestrus vocatur hoc malum: quonam modo nascens, [8] si ipsæ fingunt? Quod certum est, gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est, [9] primùm vermiculus videtur candidus, iacens transuersus, adhærénsque ita vt [10] pascere videatur. Rex statim mellei coloris, [11] vt electo flore ex omni copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger. Cætera turba cùm formam capere cœpit, nymphę vocantur: [12 e] vt fuci, sirenes, aut cephenes. Si quis alterutris capita demat, priùs quàm pennas habeant, pro gratissimo sunt pabulo matribus. Tempore procedente instillant cibos, atque incubant, maximè murmurantes caloris (vt putant) faciendi gratia, necessarij excludendis pullis, donec ruptis membranis, quæ singulos cingunt ouorum modo, vniuersum agmen emergat. Spectatum hoc Romæ consularis cuiusdam suburbano, alueis cornu laternæ translucido factis. Fœtus intra xlv. diem peragitur. Fit in fauis quibusdam, qui vocatur [13 f] clerus, amaræ duritiæ ceræ, cùm fœtum inde non eduxere morbo aut ignauia, aut infœcunditate naturali. Hic est abortus apum. Protinus autem educti operantur quadam disciplina cum matribus: regémque iuuenem æqualis turba comitatur. Reges plures inchoantur, [14] ne desint. Postea ex his soboles cùm adulta esse [15] cœpit, concordi suffragio deterrimos necant, ne distrahant agmina. Duo autem genera eorum [16] melior, rufus, [17] quàm niger variúsque. Omnibus forma semper egregia, & duplo quàm cæteris maior, pennæ breuiores, crura [18] recta, ingressus celsior, in fronte macula quodam diademate candicans. Multùm etiam nitore à vulgo differunt.

10 dirimentes. M. dirientes. Vet.

11 rariore. Pint.

12 Nam vbi. Vet. Lego, Sed si incub.
13 afficiuntur. Vet.

14 oris Pint. ægrarũ.
5 Hæc periodus in antiquis exempl. non reperitur. Pint.
6 quòd è mero thymo est. Vet. Lego, quod è thymo est nã mel è thymo luteum potius spectatur.
7 procreari Vet. apportari, Alij. Vet. Lego ex Arist existimare confici ex apportatis floribus cerinthi, filicis alij: alij oleæ.

8 si ipsi sc. Aristot. si ipsæ se. Vet.
9 Vermiculus est, qui paruus trãsuersim in fauo iacet, deinde sua vi sese erigens cibum capit, sed fauo ita adhærens, vt reiecti videatur. Arist. Lego, transuersus, ere ctus deinde ita pascitur, vt adhærescere videatur.
10 reuneri, ex Arist. cap. 22. lib 5. Pint. legit, pendêre.
11 vt ex elec. fl. in omni. D.
12 Lego, vt fuci quos cephenas vocant, Sirenes.
13 sclerus. CH. seleretus a. d. ceræ. Cùm fœtum &c. naturali, hic est. Pint. ex Arist.

14 nec desint. CH.
15 cœperit c. f. reterrimos. M.
16 melior variúsque omnibus. Purpura &c. CH.
17 quàm nigro varius. Vet.
18 recta. Vet.

ANNOTATIONES.

a Arenoso simile est, quia humilis Ericæ flos harena, quam imber cadens excitat, conspergitur.
b Arcturus oritur pridie Idus Septemb. id est, 12. die: Æquinoctij verò fit mensis eiusdem die 24. nempe octauo Cal. Octob. Columell.
c Alia est spinosa & aculeatis foliis pungens cerralix Theophrasto cap. 4. lib. 6. Histor. memorata ab autore cap. 16. lib. 21.
d ὀφθαλμιᾶν ποιοῦσι, vehementer offenduntur. Arist. cap. 40. 9. hist.
e Alij legũt, vt Sirenes fuci, quos cephenas vocãt. (ἀπὸ τῆ σείρεσθαι) quod intra membranam contracti & curuati iaceant. Nymphæ sunt apum, vesparum, crabronum, Sirenes fucorum.
f σκωλὴξ vermiculus in alueatis pauimẽto nascens, quo crescente alueus totus aranea obducitur, & fauus putrescit. Alius est Arist. c. 27. 8. Hist. κάβρος siue ψυχώτης vermiculus, cuius mẽtio postbac fit cap. 19. alis enatis auolans, genitus in fauis corruptis & ideò araneosis, cùm apes non satis incubuerunt. In fauo hic fœtum edit, exigui aranei figura, & alueare totum morbo inficit. Colum. cap. 14. 9. Virgil. 4. Georg.

Quæ regiminis ratio. CAP. XVII.

QVærat nunc aliquis, vnúsne Hercules fuerit, & [1] quod Liberi patris sepulchrum, & reliqua vetustatis situ obruta. Ecce in re parua, villísque nostris annexa, cuius assidua copia est, non co[illegible]at inter autores: [a] rex nullúmne solus habeat aculeum, maiestate tantùm armatus: an dederit eum quidem natura, sed vsum eius illi [2] tantùm negauerit. Illud constat, imperatorem aculeo non vti. Mira plebei circa eum obedientia. Cùm

1 quot Liberi patres, sep. M. quo liberi patres, sep. CH.

2 timeo. Vet.

Cùm procedit, vnà est totum examen, circáque eum [3] conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore cùm populus in labore est, ipse opera intus circuit similis exhortanti, solus immunis. Circa eum satellites quidam lictoréque, [4] assidui custodes autoritatis. Procedit foras non nisi migraturo examine. Id multò intelligitur antè, aliquot diebus murmure intus strepente, apparatus [5] indice diem tempestiuum eligentium. Si quis alam ei detruncet, non fugiet examen. Cùm processere, se quæque proximam illi cupit esse, & [b] in officio conspici gaudet. Fessum humeris subleuant: validiùs fatigatum ex toto portant. [6] Si qua lassata deficit, aut fortè [c] aberrauit, odore persequitur. Vbicunque ille consedit, ibi cunctarum castra sunt. Tunc ostenta faciunt priuata ac publica, [7] vna dependente in [d] domibus templísve, sæpè expiata magnis euentibus. Sedêre in ore [8] infantis tum etiam [e] Platonis, suauitatem illam prædulcis eloquij portendentes. Sedêre in castris [f] Drusi imperatoris, cùm prosperrimè pugnatum apud Arbalonem est, haudquaquam perpetua aruspicum coniectura, qui dirum id ostentum [9] existimant semper. Duce prehenso totum tenetur agmen: amisso dilabitur, migrátque ad alios. Esse vtique sine rege non possunt. Inuitæ autem interimunt eos, cùm plures fuere, potiúsque nascentium domos diruunt, si prouentus desperatur: tunc & [g] fucos abigunt. Quãquam de iis video dubitari, propriúmque iis genus esse aliquos existimare, sicut [h] furibus, grádissimis inter illas, sed nigris, latáque aluo: ita appellatis, quia furtim deuorẽt mella. Certum est, ab apibus fucos interfici. Vtique regem non habent. [10] Sed quomodo sine acleo nascantur, in quæstione est. Humido vere melior fœtus, sicco mel copiosius. Quòd [11] si defecerit alicuius aluei cibus, impetum in proximas faciunt rapinæ proposito. At illæ contrà dirigunt aciem: & si custos adsit, alterutra pars, quæ [12] suis fauere sentit, non appetit eum. Ex aliis quoque sæpe dimicant causis, [13] eásque acies contrarias duo imperatores instruunt, maximè rixa in conuehẽdis floribus [14] exorta, & suos quibusque euocantibus. Quæ dimicatio [i] iniectu pulueris aut fumo tota discutitur. [15] Reconciliantur verò lacte vel aqua mulsa.

3 globatur. CH.

4 assidua custodiæ tes authoritace. Vet.

5 iudicio. Vet.

6 Si quâ lassatus. Vet.

7 vnà dependentes. M.
8 infantis Platonis tum etiam. M.

9 existimant. Semper dace prensio. CH.

10 Hi. M.

11 si defecit aliquas aluos cib. CH.
12 sibi. M. sibi fauere sensit. CH.
13 duasque. M.

14 exhortesubus suos quibusque euocantibusque. Pint.
15 Reconciliatur. CH.

ANNOTATIONES.

a Seneca cap. 19. lib. 1. de Clementia: Itacundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Basilius Homilia κ. περὶ μέθ. κἀστρεμμ. τῆ βασιλικῆ, ἀλλ' ὁ χρῆται τούτῳ πρὸς ἄμυναν. Rhod. cap. 10. 4.
b Id est, quod Homerus ait, βαίνουδε πάντα. Rhod. c. vlt. lib. 23.
c Si ab examine Rex aberrauit, vestigantes excurrit, quoad odore inuenerint. Arist.
d Secundo bello Punico Q. Fabio Max. quartum: M. Claudio Marcello tertium Coss. apum examen, in foro visum. Liuius lib. 4. Decad 3.
e Valerius cap. 6. lib. 1. Sic in ore Sesichori luscinia, Supra cap. 29. lib. 10. Aluisse Pindarum apes domo patr. a ciectum, scribit Ælianus cap. 45. 12. histor. Dionysio verò portendisse regnum, cap. 46. lib eiusdem.
f Dion lib. 54. Drusum ait imprudentibus hostibus regione peragrasse, V visurgim etiam transiturum, nisi alimentorum inopia, hyemis propinquitas & visum in castris apum examen deterruisset. Idem scribit Iulius Obsequens, qui & infeliciter pugnarum scribit. Tacitus lib. 1. tradit Germanicum ad aras barbaras contra Germanos prospere dimicasse. Quamobrem quidam legunt, In castris Germanici imper. cùm prosp. pugnarum apud Aras barbaras est, &c. Quidam Arbalonem Salam Germaniæ fluuium esse putant, ad quem Drusus Augusti priuignus insignem cladem accepit, autore Munstero cap. de Vvestphalia, lib. 3. Quidam Asfeld Vvestphaliæ oppidi, quod magis placet ob nominis vicinitatem, quidam Arnsperg, vrbem eiusdem prouinciæ.
g Si mellis inopiam futuram præsciant, aut ad prolis incubatum eorum auxilio prospiciant non futurum opus.
h φῶρες Arist. vocat cap. 40. lib. 9. histor.
i Virgil. *Pulueris exigui iactu compressa quiescit.*

De genere apum, & quæ inimica apibus. CAP. XVIII.

APes sunt & rusticæ syluestrésque, [a] horridæ aspectu, multò [b] iracundiores, sed opere ac labore præstantes. Vrbanarum duo genera: optimæ breues, variæq;, & in rotunditatem compactiles: deteriores longæ, & quibus similitudo vesparum: etiamnum [1] deterrimæ ex iis [c] pilosæ. In Ponto sunt quædam albæ, quæ bis in mense mella faciunt. Circa [a] Thermodoontem autem fluuium duo genera: aliarum, quæ in arboribus mellificant: aliarum, quæ sub terra, triplici cerarum ordine vberrimi prouẽtus. Aculeum apibus natura dedit ventri consertum. Ad vnũ ictum hoc infixo, [c] quidam eas statim emori putant. Aliqui, non nisi intãtùm adacto [f] vt [2] intestini quippiam sequatur: sed fucos posteà esse, nec mella facere, velut castratis viribus, pariterque & nocere & prodesse [3] desinere. Est in exemplis, equos ab iis occisos. Odere fœdos odores, procúlque fugiunt, [4] sed & infectos. Itaque [g] vnguenta redolentes infestant, ipsæ plumeorum animalium iniuriis obnoxiæ. Impugnant [5] eos naturæ eiusdem degeneres vespæ atque crabrones, [6] & è culicum genere qui vocantur [h] muliones: populantur hirundines, & quædam aliæ aues.

1 reterrimæ. M.

2 intestinum. Arist.

3 dein desinere. Vet.

4 sed & fictos. Salm. M. & CH.

5 eas. CH.
6 etiam. CH.

Insidiantur aquantibus [7] ranæ, quæ maxima earum est operatio tum, cùm sobolem faciunt. Nec hæ tantùm, quæ stagna riuósque obsident, verùm & rubetæ veniunt vltrò, adrepentésque foribus per eas [8] sufflant: ad hoc prouolant, confestúmque abripiuntur. Nec sentire ictus apum ranæ traduntur. Inimicæ & oues, difficilè se à lanis earum explicantibus. Cancrorum etiam odore, si quis iuxtà coquat, exanimantur. Quin & morbos suapte natura sentiunt. Index eorum tristitia torpens, & cùm ante fores in [9] teporem Solis promotis aliæ cibos ministrant, cùm defunctas progerunt, funerantiúmque more comitantur exequias. Rege [10] peste consumpto, mœret plebs ignauo dolore, non cibos [11] conuehit, non procedit: tristi tantùm murmure glomeratur circa corpus eius. Subtrahitur itaque [12] deductæ multitudini: aliàs spectantes exanimem, luctum non minuunt. Tunc quoque ni subueniatur, fame moriuntur. Hilaritate igitur & nitore sanitas æstimatur.

7 ranæque. Maxima. CH.

8 inflantur, & pronuntiatur eas consuetum obrinire. Arist per eas efflant. ac hoc spacio pronuntiatur consuetum abrip. Ver. sufflant, ad hoc spacio pronuntiant. CH.
9 tepore. M.
10 à peste M. hac peste. Ver. ea peste. CH.
11 conuehunt, non procedunt: & in glomerantur. M. conuehens non procedens &c. & in M. CH.
12 deductæ Salm. deducta multitudine. M. deductæ multitudine. CH.

ANNOTATIONES.

a ἀκατάστατα, hirsutiores. Arist.
b χοιροκτόνα, inf. stiores. Idem.
c Nihil Aristoteles. aut fucos significat, aut fures.
d In Themiseya. Arist.
e Seneca cap. 19. lib. 1. de Clement. *Minam quidem eadem hominis lex esse iubet quæ apibus, & ira cum telo stringeretur, nec sæpius licet, nocere quàm semel. Facilè enim lassaretur furor sè per se sibi satis faceret, & mortis periculo si vim suam effunderet.*
f Aristoteli ea proferre aculeum nõ possunt, quin simul intestinum elidatur.
g Arist. περὶ θανάτου ἀνίων. Theophr. cap. 4. lib. 6. de causs. plant.
h ἐμπίπτει Arist. cap. 19. lib. 5. histor. qui onustos in via mulos æstatis tempore vexant.

De morbis apum. CAP. XIX.

CVnt & operis morbi: cùm fauos non explent, [1] cleron vocant. Item blapsigoniam, si fœtum non [2] peragant. Inimica & echo est resultanti sono, qui pauidas alterno [3] pulsat ictu: inimica & nebula. Aranei quoque vel maximè hostiles, cùm præualuere vt [a] intexant, enecant alueos. [b] Papilio etiam [4] hic ignauus & inhonoratus, luminibus accensis aduolitãs, pestifer, nec vno modo. Nam & ipse ceras depascitur, & relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur: [5] filis etiam araneosa, quacunque [6] incessit, alarum maximè [c] lanugine obtexit. Nascuntur [7] & in ipso ligno teredines, quæ ceras præcipuè appetunt. Infestat & auiditas pastus nimia florum satietate, verno maximè tempore [d] aluo cita. Oleo quidem non apes tantùm, sed omnia insecta exanimantur, præcipuè si capite vncto in Sole ponantur. Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi causas, cùm sentire eximi mella auidè vorantes. Cæterò præparcæ, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non secus ac pigras & ignauas, proturbent. Nocent & sua mella ipsis, illitæque ab [8] aduersa parte [e] moriuntur. Tot hostibus, tot casibus, & [9] quota portione eorum commemoratarum munificum animal expositum est. Remedia dicemus suis locis: nunc enim sermo de natura est.

1 scleron, vt & suprà cap. 16.
2 peragunt M.
3 pulset. CH.
4 hic, in M.d.
5 Fila CH.
6 incesserit Ver.
7 & in ipsis alueis cruces, teredines vocatæ, quæ. Arist.
8 auersa. Plin. prona.
9 quotam portionem eorum commemoro? CH.

ANNOTATIONES.

a Vel intra alueum, vel in eius aditu. Nouellas enim apes intercipiunt & occidunt.
b ἐ ῥωπικὸν. Languinem quandam respiratu is gignit, nec ab apibus gignitur, fumóque tantùm fugatur. Arist.
c Quæ alæ veluti puluerulentæ sunt.
d Præsertim cùm vlmi Samera, aut Tithymali flore vescuntur. Columel.
e Alis vt viseo implicatis, & fistula, quæ oris loco est, obturata, ademptóque cibi ac spiritus vsu, eo impedimento.

De continendis apibus, & quomodo reperirentur. CAP. XX.

GAudent plausu atque tinnitu [1] æris, eóque conuocantur. Quò [2] manifestum, auditus quoque inesse sensum. Effecto opere, educto fœtu, [3] functæ munere omni, exercitationem [4] tum solennem habent: spatiatæque in aperto, & in altum [5] datæ gyris volatu ediris, tum demum [6] ad cibum redeunt. Vita eis longissima, vt prospere inimica ac fortuita [7] cadant, septenis annis vniuersa. Alueos nũquàm vltra decem annos durasse proditur. [a] Sunt qui mortuas, si intra tectum hyeme seruentur, deinde Sole verno torreantur, ac siculneo cinere [8] toto die foueantur, putent reuiuiscere. In totum verò amissas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius [b] iuuencorum corpore exanimato, sicut [c] equorum vespas atque crabrones, sicut asinorum scarabæos, mutante natura ex aliis quædam in alia. Sed horum omnium coitus cernuntur. Et tamen in fœtu eadem propè natura, quæ apibus.

1 æris & fictilium. Arist.
2 manifestũ est. CH.
3 functo CH.
4 tamen. Ver.
5 elatæ.
6 ad cibum, in M.d.
7 cedant. M. & CH.
8 totidẽ tepide. CH.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Hyginus apud Columel.
b Inde βογενὰς apud Varron. Callimachus Α'ρμένα παρ' Δανοῖς γῦς ἐπὶ βογενίων.
c Nicander in Theriacis.

Πᾶσι δὲ σφηξὶν γίνεται, τεῦχος δὲ γαλεαγῶν. Marc. Var. lib. 3. De rust. versum eum tribuit Archelao. Lib. 1. Epigrammatũm ex Palladia citatur. Philo in cõpositione Philonij vestibus describendi, mel vocat νάματα βυγενέτων τοκέων, liquorem filiarum taurorum.

De vespis, & crabronibus. CAP. XXI.

VEspæ in sublimi è luto nidos faciũt, & [1] in iis ceras: crabrones in cauernis, [2] ac sub terra. Et horum omnium sexangulæ cellæ, cætera autem [3] è cortice & harena. Fœtus ipse inæqualis [4] vt barbaris, alius euolat, alius in nympha est, alius in vermiculo. Et autũno, [5] non vere omnia ea. Plenilunio maximè crescunt. Vespæ, quæ ichneumones vocantur (sunt autem minores, quàm aliæ) vnum genus ex araneis perimunt, phalangium appellatum, & in nidos suos ferunt: [6] deinde illinunt, & ex iis incubando suum genus procreant. Præterea omnes carne [7] vescuntur, contrà quàm apes, quæ nullum corpus attingunt. [b] Sed vespæ muscas grandiores venantur: & amputato iis capite, reliquum corpus auferunt. [c] Crabronum syluestres, in arborum cauernis degunt: hyeme, vt cætera insecta conduntur: vita [d] bimatum non transit. Ictus eorum haud temerè sine febri est. Autores sunt, ter nouenis punctis interfici hominem. [8] Aliorum, qui miriores videtur, duo genera: opifices minores corpore, qui [e] moriuntur hyeme: matres, quæ biennio durãt: ij & clemẽtes. [f] Nidos [9] vere faciunt ferè quadrifores, in quibus opifices generentur. Iis eductis, alios deinde nidos maiores fingunt, in quibus matres futuras producant. Iam tum opifices funguntur munere, & pascunt eas. Latior matrum species: dubiũmque an habeant aculeos, quia [g] non [10] egrediuntur. Et his sui [h] fuci. Quidam opinantur [i] omnibus his ad hyemem decidere aculeos. [k] Nec crabronum autem, nec vesparum generi [11] reges aut examina: sed subinde renouatur multitudo sobole.

1 in his CH.
2 ante CH.
3 cortice manẽt. CH. cortice & araneis. M. addipulsæ Arist. lib. 5. cap. 23 Hist.
4 & barbarus. M. & CH. in cytteris. Arist. loco citato
5 non verno. Omnia ea plenilunia. M. & CH.
6 deinde luto illinũt, & ibi pariunt. Præterea &c. Arist.
7 vescuntur. Contraque apes nullum. M.
8 Vesparũm, quæ. Et Arist.
9 verò. M.
10 exeruntur. Vide Annot.
11 reges plures, aut exam. Et Arist. c. 42. lib. 9. hist.

ANNOTATIONES.

a In columnas, vel aliquid aliud quod foramen habeat ibique pariunt. Aristot.
b De crabronibus id Arist.
c Crabrones terra egesta alueos constituunt. Verum amisso duce aut si fortè ab alueo aberrauerint, ad aliquam arborem se colligunt, & fauos ibi construunt. Arist. cap. 42. lib. 9. hist. & 23. lib. 5.
d De vespis matribus id Arist.
e πνιδάλεων Gaza inualidum vertit. Ego verò sepultum, & tanquam emortuum: ὑπονεγρωμένον, οἷον νάρκη.
f Fauos & veluti vesparia, κηρία ἢ οἷον σφηκιάδες. Arist.
g Videtur vt apum reges, habere aculeos, sed nec exstingere nec ferire. Arist. vt hic exeruntur, quemadmodum monuimus, videatur legendum.
h Vesparum quædam carent aculeo, & fuci. Arist.
i Plerisque ex iis quæ habent. Arist.
k Duces & reges tum vespis esse, tum crabronibus, Aristoteles pluribus locis apertissimè scribit.
l Sed subnascentes semper nouellæ illic manent. Arist.

De bombycibus, & bombylio, & necydalo, & quis primus bombycinam vestem inuenerit. CAP. XXII.

QVartum inter hæc genus est [a] bombycum, in Assyria prouenies, maius quàm suprà dicta. Nidos luto fingunt, [1] salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, vt spiculis perforari vix possint. In iis & ceras [2] largius, quàm apes, faciunt: deinde maiorem vermiculum. Et alia horum origo [3] [b] è grandiore vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde, quod vocatur [c] bombylius: ex eo necydalus, ex hoc in vj. mensibus [d] bombyx. Telas [e] araneorum modo texunt ad vestem luxúmque fœminarum, quæ bõbycina appellatur. Prima eas [4] redordiri, rursúsque texere inuenit [5] in [f] Ceo mulier Pamphila [6] Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, vt denudet fœminas [7] vestis.

1 velut sale perunctos Arist.
2 pallidiores. Arist.
3 Alij ex Arist. lib. 5. Hist. cap. 19. legunt. E grandiore vermiculo, gemina protendente cornua, sui generis. Hinc erucæ fiunt. &c. Cui lectioni adstipulari videtur CH. in quo legitur, cornuum vricas fic. Dein. &c.
4 retorquere. M.
5 in Coo. M & CH.
6 λατοῦς θυγάτηρ. Arist. Platir vertit Gaza Platæ. CH.
7 vestis bombyca. Et in Co inf. M.

ANNOTATIONES.

a Vesparum grandiorum, quas à bombyzatione, vt est apud Festum, hic vocarunt. Nec omnium tamen hic intellig. sed quorundam tantum. arist. cap. 24. li. 5.
b Arist. cap. 19. 5. Histor. ἐκ δὲ τινῶν ἐπύλλιον μεγάλης ἔχει δύο κέρατα, τῇ διαφέρει τ' ἄλλων, γίνεται πρῶτον μὲν μέλαινα ἐκτὸς τὸ ἐπύλλιον ὕστερον, ἔπειτα βομβύλιος, ἐκ δὲ τούτου νυκτάλος. ἐκ δ' ἐκείνου μέλαινα ἀναπέτεται τούτου τὰς μορφὰς πάσας. ἐκ δὲ τούτου τὸ βίον τὴ τὰ βομβύλια ἀναπέτεται τ' γενόμενα ἀνακλώσι μᾶλλον, κ' ἀπύλλα ὑφάινουσι πρότερον ἢ λεγόμενα ὑφάνια ἐν τῷ πεμπτῳ κατὰ θυγάτηρ. Ex quodã magno verme qui cornua habet, & ab alijs differt, primùm quidẽ, cùm is mutatus est, nascitur Eruca, deinde Bombylius, atq; ex illo Necydalus. Sex porrò metibus in has omnes formas mutatur. Ex hoc animali bombycia mulieres quædam carminando resoluunt, ac texũt. In Co prima texuisse, Pãphila dicitur, Latoi filia. Lego, πάμπρωτον ἐκείνας πνιδάλας: ἐκ δὲ τούτου βομβύλιον: & prorsus ille ordo est.
c Theophr. cap. 2. lib. 5. Caust. πνιδάλεων vocat χρυσάλιδα à colore tegminis & velleris, Bombylium verò siue Bombycem, τὸν ψυχὴν, Papilionem.
d Bombycas à Græcis Seras vocari tradit Pausanias in Eliacis: sed eorum ortum ac naturam inscité narrat.
e Araneorum. Aranearum retia sunt, quibus muscæ captantur, Aranei, verò illorum textores. Cum araneis comparantur illæ telæ, raritate texturæ, & maculatum peruia latitudine, nobis *Crepe* & *Crepeline*.
f ἐν νῷ Arist. Vnde Coa vestis. Tibullus,
Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa
Texerat. Ouid.

Sine erit in Coïs, Coæ decore putat.
Erat autem pellucida, sub qua ferè corpus trãsparereat. Tales Spartanis virginibus φανομάχαις quas διαφθόραις induebant, dum saltarent & exercerentur. Vide σαμινὴν in diction. Constant. & suprà cap. 17. lib. 6.

De bombyce Coa. CAP. XXIII.

1 vermes paruos: deinde eruicas nudas, mox frig. &c. D.

2 comparare. Quidã.

3 in terram. Tol. non probo.
4 tenuarique Ver.
5 apprehensa nidum inuolui corpori aduoluerum. D.
6 capta. Vet.

7 has vestes etiam viros leuitate vsurpare propter onera æstiua. Ver. leuitate. Parm.
8 discessere mores, vt onere sit etiam vestijs. CH.

B[a] Ombycas & in Co insula nasci tradũt, cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terræ halitu animante. Fieri autẽ primò [1] papiliones paruos nudósque, mox frigorum impatientia villis inhorrescere, & aduersum hyemem tunicas sibi [2] instaurare densas, pedum asperitate [b] radentes foliorum lanuginem in vellera. Hãc ab his cogi subigíque vnguiũ carminatione, mox trahi [3] inter ramos, [4] tenuari, ceu pectine. Posteà [5] apprehensam corpori inuolui nido [c] volubili. Tũ ab homine tolli, fictilibúsque vasis tepore & furfurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitos [d] ad alia pẽsa dimitti. Quæ verò [6] cœpta sint lanificia, [c] humore lentescere, mox in fila tenuari iunceo fuso. [f] Nec puduit [7] has vestes vsurpare etiam viros, leuitatem propter æstiuam. In tantum à lorica gerenda [8] discessere mores, vt oneri sint etiam vestes. Assyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.

ANNOTATIONES.

De Lanicio serum, & an eadem sit Coa vestis, ac Serica.

a Folia eiusmodi ex Persida aducta, & Arabia aliquot vidi, Mori foliis similia, paulò angustiora, & longiora, cõuoluta, vellere sericeo in volutæ sinu plena, qð bombyx intus occultatus neuerat, vt planè sit cadẽ res Sericeum filum orientale, quod nostras Bombycium, aut Coum: nisi quòd sponte & nulla hominum industria bombyces in arborum fronde id gignunt, animal autem id magno apud nos educationis, & cultus labore tuendum sit. Quod vt cuiusis sit notius, & Aristotelis oratio de varia eius mutatione clarior, quanam diligentia tota hæc res tractanda sit, prolixius explicare non pigebit. Qui hoc negotium curandum susceipit, id primum laborat, vt quod semen aut ouа dicunt, alicunde habeat. Quale, & quid semen sit, huius animalis primordium, pòst ostendemus. Semen id charta exceptum, in sinu recõditur per biduum, aut triduum, quo tempore post germinationem, mori folia gliscunt, & explicantur, statim tenellis vermiculis tenella subiicienda, vt tepore humani corporis excludatur, quæ princeps & prima mutatio est. Inde vermiculi fiũt, quales in caseis τὰ ἀπαγρῖδες, tam minuti, vt ferè conspectum fallant. Aristoteles horum non meminit quod Erucarum sint seminarium, in quas paulatim grandescunt & augentur: vermes sericos: opifices nominant. In cœnaculo amplo, super mensis tersis & mundis, arborum fronde constratis, eæ collocantur, alunturque renouatis quotidie foliis ac recentibus: qua in re videndum est, vt quàm mundissima sit sedes, quoniam eleganti nitidóque ac puro domicilio potissimùm hoc animal gaudet. Omnium arborum sine discrimine foliis id vescitur. Sed mori albæ fronde pastum, tenuissimam & pretiosissimam lanam præbet. Quamobrem ea studiosissimè comparatur. Transactis aliquot diebus, cùm tam frondis & pabuli satietas est, appositis ramalibus, geniste præsertim, quibus ob scabritiem filum tenacius adhæreſcit, per ea repentes, à pabulóque discedentes, nere incipiunt, ac velut in solio quodam & sepulchro se recondere. Opifices tum ascendere illas dicunt. Qui hoc contemplantur, apertissimè vident filum id ex eorum corpore prodire, vt in araneis, telas suas ad muscarum venatum texentibus, non autem fieri rasa pedum asperitate, foliorum lanugine in vellera, quod Plinius scripsit de Coïs bombycibus. Exterior pars eius structuræ villis sericeis, luteis, congestis semper hirsuta est, perinde ac si circundata foret lana hispida: interior spissatur, & dureſcit ad corticis modum, complanatúrque ouata figura ad animalis ineuntis iacentis, & papilionem vt pariat, sese componentis. Artifices id, *cocon*, quasi τὸν κώκυκον appellant: quòd si cultello discindas, erucam compressam, pellucida membrana contectam, effigie quadam puelluli in vtero concepti aspicies. Lanificium cùm est absolutum, nec quidquam præterea velleris speratur, artifices ouatos illos folliculos ad apricum solem & æstuosum expandunt, vt eius feruore pereat delitescens intus eruca, vel in furno torreat. Sic. n. lana tenuior & delicatior carpitur, crassescens & lautioribus texturis inutilis, si expectatur, quoad pennatus vermis exeso conditorio prorumpat. Quandiu filum ducit eruca, & latebras illas sibi ædificat, Bombylius, erucæ nomine relicto, nuncupatur, nonã sono quem bombyzationem Festus vocat, sed à bombycio, id est, vellere quod ordiuntur, vnde bombycina vestis nomen habet. Post quadragesimum diem quàm eruca se abdidit, & in Bombylium mutata est, subnascens papilio, nimirum cornutus vermis, & quatuor alis pennatus, tum fuccum exhaurit qui mollitiem velleri præbet, tum exeso folliculo, vt exitum sibi quærat, velleris extrinsecus incumbentis filum proscindit, ac dissecat, vt eius tractum qui rota carminare nititur, sequi non possit, sed discerpatur, ac diuellatur. Artifices *coste* vocant, illóque vtuntur ad ignobiliora & vtiora opera. Papiliones πυυδάκας Aristoteles vocat, vt equidem censeo, ἀλλαττομένους πυυδάκας, veluti rediuiuos, morte liberatos, ac vitæ restitutos, commutata forma, vel πυυδάκας, id est, φυτάκας ἢ φθοροποιοὺς ἄλλως ἐξαλλαττομένους, vltimos, recentissimos, nouissimè prosilientes. Nullus. n. quòd sciam, eius vocabuli etymon tradidit. Vbi pronolarunt Necydali, & per aliquot dies huc illuc lustrantes, cœlóque reddito fruentes sunt euagati, eorum tum quisque mutuò alteri se adiungit, & applicat: mas, vt arbitror, fœminæ: quo complexu aliquandiu cohærentes, id quod principiò fecerant appellari, vel ouа dixi, edunt, nigra, rotunda, minuta, semini hyoscyami non dissimilia, aut herbæ Petì, siuè Nicotianæ, quæ in prouentum & fœtum anni proximi seruantur. Hoc reddito, à partu mox contabescunt & intereunt. Atque hæc est prorsus admirabilis, & paucis explorata bombycum procreatio, quam strictum Aristoteles indicauit, nemo hactenus pro dignitate rei memorię commendauit. Vellera cùm explicanda sunt, ea sua lana hispida in cacabũ aqua feruida plenum, igne subiecto coniiciuntur. Adest in propinquo machina cum rota & calamo pertuso, in quem vestis ferrea transuersa & suspẽsa inditur. Peritus artifex trium vel quatuor folliculorum filum manu prehensum calamo adnectit, & versata rota aduoluit, & sic expedit. Hanc bombycum naturam & lanificij solertiam strictim indicauit Alex. ab Alex. cap. 9. lib. 4.

b Fallitur, vt diximus, Plinius. Lanuginem enim tenuem & subtilem, qua nidus obuoluitur, Papilio non è foliis radit quibus insidet, sed ex alto sua prom t.

c Tereti, oblongo, ouato.

d Vt eodem ordine vermiculos gignant, vnde fiant erucæ, quæ neant alia vellera.

e Aquæ tepentis.

f Seneca Epist. 123. Nonne videntur tibi contra naturam vinere qui commutant cum fœminis vestem? &c. Idem Epist. 115. vestem cam pellucentem vocat. Plura de hac re Clemens Alexandr. cap. 3. lib. 3. Pædag. ἀὸ τὸν παλαιπισχιτῶνα. Apud Tacit. libr. 3. Annal. Tiberius accusat promiscuas virorum & fœminarum vestes.

De araneis, & generatione eorum. CAP. XXIIII.

1 præcipuè. M.
2 ingredientia D.
3 nomine. in M. & CH. d. nequeagnoscit Turn.
4 in terra cauernarum. Ver. internæ cauernæ. Turn. interna & cauernis exig. CH. in terra & sepibus Arist.

A[a] Rancorum his non absurdè iungatur natura, digna vel [1] præcipua admiratione. Plura autem sunt genera, nec dictu necessaria in tanta notitia. [b] Phalangia ex his appellantur, quorum noxij [c] morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, [d] assultim [2] ingredientium. Altera eorum species, nigri, prioribus cruribus longissimis. Omnibus interuodia terna in cruribus. Luporum [3] nomine minimi, non texunt. Maiores [4] in terra cauer

cauernis exigua vestibula præpandunt. Tertium eorundem genus [e] erudita operatione conspicuum. Orditur telas, tantíque operis materiæ vterus ipsius sufficit: [g] siue ita corrupta alui natura statu tempore (vt Democrito placet) siue est quædam intus lanigera fertilitas: tam moderato vngue, tam tereti filo, & tam æquali deducit stamina, ipso se pondere vsus. Texere à medio incipit, circinato orbe [h] subtegmina adnectens: maculásque paribus semper interuallis, sed subinde crescentibus, ex angusto dilatans indissolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas [i] scutulato [1] rete grassantes? quàm non ad hoc videtur pertinere [6] cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio tramæ? quàm laxus ad flatus, [7] non [1] ad respuenda, quæ veniãt, sinus: derelicta [8] lasso prætenti summa parte, vt arbitrari licet illa quæ difficilè cernuntur: atque vt in plagis lineæ offensæ præcipitant in sinum? Specus ipse qua concameratur architectura? & contra frigora quanto villosior? quàm remotus à medio, aliúdque [9] agenti similis? incluſus verò sic, vt sit, necne, intus aliquis, cerni non possit? [10] Age, firmitas quanta irrumpentibus ventis? qua puluerum mole degrauante? Latitudo telæ sæpe inter duas arbores, cùm exercet artem & discit texere: longitudo fili à culmine, ac rursus à terra per illud ipsum [11] velox reciprocatio: subítque pariter ac fila [12] deducit. Cùm verò captura incidit, quàm vigilans & paratus [13] ad cursum? licet extrema hæreat plaga, semper in medium currit: [14] quia sic maximè totum concutiendo implicat. Scissa protinus reficit, [15] ad polituram sarciens. Nanque & lacertarum catulos venantur: [16] hos primùm tela inuoluentes, & tũc demum labra vtraque morsu apprehendentes, amphitheatrali spectaculo cùm contigit. Sunt ex eo & auguria. Quippe incremento amnium futuro telas suas altiùs tollunt. Iidem sereno [17] non texunt, nubilo texũt. Ideóque [18] multæ araneæ imbrium signa sunt. [m] Fœminam putant esse quæ texat, marem qui venatur: ita paria fieri merita coniugio. Aranei conueniunt clunibus: pariunt [n] vermiculos ouis similes. Nam nec horum differri potest genitura, quoniam infectorum vix vlla alia narratio est. [19] Pariunt autem [o] ouа ea in telas, sed sparsa, quia saliunt, atque ita emittunt. [20] Phalangius tantùm in ipso specu incubat magno numero: qui vt [21] emerserit, matrem consumit, sæpe & patrem: adiuuat enim [22] incubare. Pariunt autem & [23] tricenos, cæteræ pauciores. Et incubant triduo. Consummantur aranei quater septenis diebus.

5 rete ad capiendas muscas circa grassantes Vet. circumcurrentes. Plur. quod nõ placet. Alij. crassescentes. Alij, crescentes & rectius.
6 cribr. plexiast. &
9 politura artis i. p. f. t. r. textrinæ. Ver.
7 ac non M. & CH.
8 laxè prætendenti summa parte, vt architectari liceat. fila quæ difficilè cernuntur, & quæ D. vel ex Tol. vt arbitrere licias, & fila quæ &c. lasso prætendi summa parte arbitrari liceat: illa difficilè cernuntur. Turn. & CH.
9 agentis. CH.
10 Age firmitas: quãdo rumpẽtibus. Tol. & M.
11 felix. Tol. velut. Vet.
12 reducit. Dal.
13 accursus. CH.
14 ex quo sic &c. implicet. Ver.
15 abolita refarcit. Tol.
16 Lege, os primum tela inuoluentes. ex Arist. Hist. animal. 5. c. 27. & CH. nisi quod habet inuoluente.
17 retexunt. CH.
18 multa aranea CH.
19 Pariunt autem omnia in tela (sic CH.) exparsa. Parm. tela Vet.
20 Phalangia &c. incubant magnum numerum. CH. Phalangium &c. Alij.
21 emersit. CH.
22 incubatum. Vet. incubantem Dal.
23 Alij, trecenos siue trecentos: ex eodem Arist. loco iam citato.

ANNOTATIONES.

a Arist. hist. cap. 39. lib. 9.
b Phalangiorum genera exactius distinguuntur cap. 4. lib. 29.
c ἰοπλῆγα.
d πηδῶντα.
e Phalangiorum alterum hoc genus est, morsu non infectum. Aristot.
f σοφάτολμον Arist. vocat. Et est alterum araneorum genus morsu non infectum.
g Eam Democriti opinionem Aristoteles improbat, araneámque non ex interiore corpore reddi putat tanquam excrementum, sed exteriore velut corticem quendam, qui in filum tenuatus netur.
h Quæ stamina subtus tegunt. κρόκας, tramam. Arist.
i Vide quod adnotatum est ad cap. 48. lib. 8.
k Id est villosa & lanuginosa filorum natura. Turn. densitas. Panni. n. cùm pexi sunt tractus lanæ filis densiores fiunt ac tectiores. Ad araneos domesticos potius, quàm phalangia, pertinet hæc orationis splendida expositio.
l Hesiodus,
τῇ τοί γε κρῆναι ὑφαίνεται, τὰ ἀράχνιον πέπλοις ἀρόωντες.
Sic enim filum suum net in aëre volans araneus.
m Aristoteli fœmina venatur & texit, mas capturæ particeps est. Aristot.
n Eos vnguento Nardino dilutos ad dentium dolorem Archigenes valde probat lib. 5. περὶ τέχνης.
o Alij subtili & breui, alij crassiore, alij in rotundo telæ sinu. Vt quisque pullus exit protinus salit, & filum emittit. Aristotel. Hæc Plinius peruertit.

De scorpionibus. CAP. XXV.

1 his, in M. d.
2 perimuntur. M.
3 veneno Dal.
4 exẽtibus è. D. cùm exeunt è. Vet.
5 ieiuni D, ieiunum. Vet. & CH.
6 & inflexu. Vet. M.
7 maximè superuacuè. αχρήστως. Plin.
8 quibusdam;
9 maribusque. Vet.
10 his tribuunt. CH.

SImiliter [1] his & scorpiones terrestres, vermiculos ouorum specie pariunt, similitérque [2] pereunt: pestis importuna [3] veneni serpentium, nisi quòd grauiore supplicio lenta per triduum morte conficiunt, virginibus letali semper ictu, & fœminis ferè in totum: viris autem matutinò, [4] exeuntes cauernis, priùs quàm aliquo fortuito ictu [5] ieiunium egerant venenum. Semper [a] cauda in ictu est: nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni. Ferit & obliquo ictu [6] & [b] inflexo. Venenum ab iis candidum fundi Apollodorus autor est, [c] in nouem genera descriptis, per colores [7] maximè superuacuos quoniam non est scire, quos minimè exitiales prædixerit. Geminos [8] quibusdam aculeos esse, [9] marésque sæuissimos. Nam coitum [10] iis tribuit. Intelligi autem

gracilitate & longitudine. Venenum omnibus medio die, cùm incanduere Solis ardoribus. Itémque cùm sitiunt, [11] inexplebiles potu. Constat & septena caudæ internodia [d] sæuiora esse. Pluribus enim sena sunt. Hoc malum Africæ volucre etiam Austri faciunt, [12] pandentibus brachia, vt remigia sublcuantes. Apollodorus idem, [13] planè quibusdam inesse pennas tradit. Sæpe Psylli, qui reliquarum venena terrarum inuehentes, quæstus sui causa peregrinis malis inpleuere Italiam, hos quoque importare conati sunt: sed viuere intra Siculi cæli regionem non potuere. Visuntur tamen aliquando in Italia, sed innocui, multisque aliis in locis, vt circa [c] Pharum in Ægypto. [14] In Scythia interimunt etiam sues, alioquin viuaciores contra venena talia: nigras quidem [15] celeriùs, si in aquâ se immerserint. Homini icto putatur esse remedio ipsorum cinis [16 f] potus in vino. Magnam aduersitatem oleo mersis & [g] stellionibus putant esse, innocuis duntaxat iis, qui & ipsi carent sanguine, lacertarum figura. Atque scorpiones in totum [17] nulli nocere, quibus non sit sanguis. Quidam & ab ipsis fœtum [h] deuorari arbitrantur. Vnum modò relinqui solertissimum, & qui se ipsius matris clunibus imponendo, tutus & à cauda & à morsu loco fiat. Hunc esse reliquorum vltorem, qui postremò genitores [18] supernè conficiat. Pariuntur autem vndeni.

11 inexplebili. CH.

12 pandentes br. vt remigio. D. & vt remigio se subl. Alij.
13 plenè. CH.

14 Alij leg. In Caria, ex Arist. lib. 8. hist. an. cap 28. Nec enim in Scythiæ frigoribus scorpiones gigni, verisimile.
15 celerius, & quosuis si in. Ex Arist.
16 potatus. M. Vide Ann.
17 nullis. Dal.

18 supremus. Dal.

ANNOTATIONES.

a Lucilius apud Nonium in Tenta.
Auscipulæ vt tentæ, atque vt scorpius cauda sublata.
b Præsertim cùm retrocedunt, ac, vt ait Plautus in Casina recessim:
Recessim eedam ad parietem, imitabor Nepam.
c Idem Auicennas sectione 6. 4.
d Idem Auicennas & Ælianus lib. 8.
e Vide cap. 29. lib. 8. Arist. hist.
f Constat quotidianis experimentis scorpium in oleo demersum ac suffocatum si teratur & vulneri à scorpione illato imponatur, remedium esse præsentissimum.
g τῶν δὲ καντηρίων. vide. cap. 4. 29.
h Pelli interficique à prole tradit Aristot.

De stellionibus, & cicadis. CAP. XXVI.

C'Hamæleonum [a] stelliones [2] quodammodo [b] naturam habent, rore tantùm viuentes, prætérque [c] araneis. Similis cicadis vita: quarum duo genera: minores, quæ primæ proueniunt, & [3] nouissimè pereunt: [d] sunt autem mutæ. Sequens est volatu rara. Quę [5] canunt, vocantur [6 e] achætæ: & quæ minores ex eis sunt, tettigoniæ: sed illæ magis canoræ. Mares canunt in vtroque genere: fœminæ silent: gentes vescuntur iis ad Oriętem, etiam Parthi opibus abundantibus. Ante coitum mares [f] præferunt, à coitu fœminas, ouis earum [7] correptis quæ sunt candida. Coitus supinis. Asperitas præacuta in dorso, qua excauant fœturæ locum in terra. Fit primò vermiculus, dein ex eo, quæ vocatur tettigometra, cuius cortice rupto circa solstitia euolant, noctu semper: primùm nigræ atque duræ. Vnum hoc ex iis quæ viuunt, & sine ore est. Pro eo quiddam [8 g] aculeatum linguis simile, & hoc [h] in pectore, quo rorem lambunt. [i] Pectus ipsum fistulosum: hoc canunt [9] achetæ, vt diximus. De cætero in ventre [10] nihil est. Excitatæ cùm subuolant, humorem reddunt: quod solum argumentum est rore [11] eadem ali. Iisdem solis nullum ad excrementa corporis foramen. [12] Oculi tam hebetes, vt si quis digitum contrahens ac remittens iis appropinquet, transeant velut in folia. Quidam duo alia genera faciunt carum: surcullariam, quæ sit grandior: frumentariam, quam alij auenariam vocant. Apparet enim simul cum frumentis arescentibus.

1 Chamæleones stellionum Dal.
2 hi quodã. nat. CH.

3 nouissimæ. Vet.
4 his. CH.
5 cantant. M.
6 echetæ, ἀχέται. Dal.

7 corrupti. M. CH. & Pint. ad est, illecti, deliniti. Lego, eius vero collectis.

8 aculeatorum. CH. aculeatorum ex Arist. Dal.

9 echetæ. Dal.
10 excrementi nihil est. Ex Arist.
11 Eas. CH. Oculis. Vet.

ANNOTATIONES.

a Scelliones dictos quidam volunt, quòd eorum tergus velut stellis notatum sit. At Verrius apud Festum, quòd cibo virus stillet. Tertull. de cibis Iudæorum: *Quis stellionem?* (repete comedit.) *sed maculas execratur, præcidam de ilicina morte quærentes?*
b Cap. 30. lib. 5 hist. Arist.
c Inter stellionem & Aranеum bellum esse scribit Arist. cap. 1. lib. 9. hist.
d Sunt autem magis mutæ, & volatu raræ: sequuntur maiores quæ nouissimæ. Prodeunt & primæ pereunt, ac cùm canunt vocantur Echetæ, vt quæ minores. Ex Arist. cap. 30. lib. 5. histor.
e Echetæ, ἀχέται. Pausaniæ Echetę sunt maximæ cicadæ: minimæ verò μικκῶνες & παλαμναῖαι. Grammaticorum quidam Echetas mares esse volunt, Tettigonias verò, vel, vt aliqui scribunt, Titigonias, ἀπὸ τοῦ τίλλεσθαι, fœminas mutas. Sunt & Suidæ τίτλαι ἀκανθίδες, sic dictæ, quòd in spinis viuant. Vide Rhodig. cap. 6. 17.
f In cibo suauiores sunt. Arist.
g Quiddam longum, adnexum, eorum linguæ simile, quæ aculeum in ore habent. Arist. cap. 7. 4. histor.
h Nihil Arist.
i Distinguntur, quod Echetæ infra succinctum diuisi sunt, & conspicuam membranam ostendunt, non item Tettigoniæ. Arist.

Cicadæ vbi non sint, & vbi mutæ. CAP. XXVII.

Cicadæ non nascuntur in raritate arborum: idcirco [1] sunt Cyrenis circa [a] oppidum: nec in campis, nec in frigidis aut vmbrosis [2] nemoribus. Est quædam & iis locorum differentia. In Milesia regione paucis sunt locis. Sed in [3] Cephalenia amnis quidam penuriam earum & copiam dirimit. At [b] in Rhegino agro silent omnes: vltra [c] flumen in Locrensi canunt. Pennarum illis natura quæ apibus, sed pro corpore amplior.

1 non sunt. CH.

2 nec nemoribus. CH.

3 Cephania. CH.

ANNOTATIONES.

10 a Circa oppidum, sed nullæ in campis. Arist.
b Idem & Pausanias in Eliacis.
c Cæcinum, quod Rhegium agrum diuidit à Locrensi.

De pennis insectorum, & [a] scarabæorum generibus. CAP. XXVIII.

INsectorum [1] quædam binas gerunt pinnas, vt muscæ: quædam quaternas, vt apes. Membranis & cicadæ volant. Quaternas habent, [b] quæ aculeis in aluo armantur. Nullum, cui telum in ore, pluribus quàm binis aduolat pennis. Illis enim vltionis causa [2] datum est, his auiditatis. Nullis eorum pennæ reuiuiscunt auulsæ. Nullum, cui aculeus in aluo, bipenne est. [c] Quibusdam pennarum tutelæ crusta superuenit, vt [3] scarabæis, quorum tenuior fragiliórque penna. His negatus aculeus: sed [d] in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, bisulcis dentata forcipibus, in cacumine, cùm libuit, ad morsum coeuntibus, [4] infantum etiam remediis ex ceruice suspenduntur. [5 e] Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rursus eorum genus, qui è fimò [6] ingenteis pilas auersi pedibus [7] volutant, paruósque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui [f] nidulantur. [8] Volitant alij magno cum murmure ac mugitu. [h] Alij focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum & clunium [8] colore [9] lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compressu obumbratæ, non ante matura pabula, aut post desecta conspicuæ. Econtrario tenebrarum [10] alumna blattis vita, lucémque fugiunt, in balineis maximè humido vapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere rutili atque prægrandes scarabæi tellurem aridam, fauósque paruæ ac fistulosæ modo spongiæ, [11] medicato melle fingunt. [i] In Thracia iuxta Olynthum locus est paruus, in quo vnum hoc animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus. Pennæ insectis omnibus sine scissura: nulli cauda, nisi scorpioni. Hic eorum solus & brachia habet, & in cauda spiculum. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt asilo, siue tabanum dici placet: item [12] culicibus, & quibusdam muscis. Omnibus autem his in ore & pro lingua sunt hi aculei. Quibusdam hebetes, neque ad punctum, sed ad suctum, vt muscarum generi, [13] in quo lingua euidens fistula est. Nec sunt talibus dentes. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignaua, vt papilionibus. Quædam insecta carent [14] pennis, vt scolopendræ. [k] Insectorum pedes [15] quibus sunt, in obliquum mouentur. Quorundam extremi longiores foris curuantur, vt locustis.

1 autem quædam. M. & CH.

2 datum, & his. CH.

3 tauris. Arist. cap. 19. lib. 5. hist. scarabæis. Quorum t. f. penna, hîc &c. Vet.

4 infantium. CH.
5 Lucanos. CH.
6 fingentes. Dal.

7 volitant. M.

8 candore. Pint. fulgore. Alij.
9 πυγολάμπαδες. Arist.
10 alumna blattis vi ta. Lucem ea fugisit. Vet. alumnæ blattæ. Vitam lucémque fugiunt. Perm.
11 è medic. CH.

12 culiei. CH.

13 in quo loco. Vet.

14 pinnis, vt scolopendra. CH.
15 quibus multi sunt. Ex Arist. ὅσοις πολλοὶ πόδες &c. Insectorum multipedes qui sunt. Alij.

ANNOTATIONES.

a Scarabæorum genera sunt, Lucani: Stercorarij, κανθῆρες: Fullones, cap. 12. lib. 30. Virides, cap. vltimo lib. 29. Mylagrides, siue Mylabrides: Gryllides: Blattæ pistrinariæ, Mololonthæ, χρυσίδωτα: Rutili prægrandes: Longipedes: Tauri, eosdem cum Lucanis quidam esse putant, à cornibus dictos, cap. 19. lib. 5. hist.
b Vt apes, vespæ, fuci, crabrones.
c τῶν πολυσπίλων.
d Tauris: hi procreantur ex verme in arido ligno nascente, & Prasocourides gignunt. Aristot. cap. 19. lib. 5. hist.
e Scaliger comment. in Varr. legi posse credit, Lucas vocat hos Nigidius &c. qua forma elephantos appellarunt Lucas boues, eâdem vt Lucas scarabæos nominent.
f Velut in nido reponunt & recondunt.
g Vide dictionem κάμπης & in Diction. Constant.
h Gryllis.
i Arist. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.
k Vide cap. 4. lib. 11. Vide & in Dict. Const. in voce συνελόντι φάσκειν.

De locustis. CAP. XXIX.

HÆ pariunt,[1] in terram demisso [2] spinæ caulæ, oua condensa, autumni tempore. Ea durant hyeme sub terra. Subsequenti anno exitu veris emittunt paruas, nigrantes, & sine cruribus, pennisque reptantes. Itaque vernis aquis intereunt oua: sicco vere maior prouentus. Alij duplicem earum fœtum, geminúmque [3] exitum tradunt. Vergiliarum exortu [4] parere: deinde ad Canis ortum obire, & aliàs renasci. Quidam Arcturi occasu renasci. Mori matres, cùm pepererint, certum est, vermiculo statim circa fauces innascente, qui eas strangulat. Eodem tempore mares obeunt. Tam friuola ratione morientes, serpentem, cùm libuit, necant singulæ, faucibus eius apprehensis mordicus. [5] Non nascuntur, nisi in planis & rimosis locis. In India ternûm pedum longitudinis esse traduntur, cruribus & fœminibus serrarum vsum [6] præbere, cùm inaruerint. Est & alius earum obitus. Gregatim sublatæ vento in maria aut stagna decidunt. Fortè hoc [7] casúque euenit, non (vt prisci existimauere) madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis transiri, continuata plurium [8] dierum (quod maximè miremur) fame quoque, quam propter externa pabula petere sciunt. Deorum [9] iræ pestis ea intelligitur. Nanque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore, vt aliæ alites credantur: Solémque [10] obumbrant, [11] solicitè suspectantibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: & tanquàm parum sit maria transisse, immensos tractus permeant, [12] diráque messibus contegunt nube, multa contactu adurentes: omnia verò morsu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa [13] maximè coortæ infestant, sæpè populo ad Sibyllina coacto remedia confugere, inopiæ metu. In Cyrenaica regione lex etiam est ter anno debellandi eas, [14] primò oua [15] obterendo, deinde fœtum, postremò adultas: desertoris pœna in eum, qui cessauerit. Et in Lemno insula certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant. Gracculos quoque ob id colunt, aduerso volatu occurrentes earum exitio. Necare & in Syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis & hæ in cibo gratæ. Vox earum proficisci ab [16] occipitio videtur. Eo loco in commissura scapularum habere quasi [a] dentes existimantur, eósque inter se terendo stridorem edere, [17] circa duo æquinoctia maximè, sicut cicadæ circa solstitium. Coitus locustarum, qui & insectorum omnium quæ coeunt, marem portante fœmina, [18] in eum fœminarum vltimo caudæ reflexo, tardóque digressu. Minores autem in omni hoc genere fœminis mares.

1 in terra M.
2 spicilo caudæ. Dal. spinæ aculeo. Alij.
3 exitium. M. & CH.
4 parere deinde obire, & ad canis ortum aliàs renasci. Pint.
5 Non nascuntur in rimosis locis. CH.
6 præbentes. Ver.
7 casu euenit. CH.
8 dierum profectione. Quod maximè miremur, famem quoq; quam propter externa pabula petere, sciunt imminere: ac deorum iræ. Ver.
9 Mira pestis ea. M. dierum mirè. CH.
10 obumbrent. Ver.
11 solicitis M. & CH.
12 diráque mes. cont. nubem. M. & CH.
13 maxima cohorte. M.
14 prima. CH.
15 adiicere. M. & mox qui cesserit. prauè vtrumque.
16 occipitij videtur eo loco vbi commissura scapularum. Habere D.
17 circa duo maxime æquinoctia Pint.
18 in aluum. D.

ANNOTATIO.

a Arist. cap. 9. lib. 4. histor. πηδάλια vocat, quasi nauium clauos & gubernacula.

De formicis noſtratibus. CAP. XXX.

PLurima insectorum vermiculum gignunt. Nam & formicæ similé [1] ouis vere: & hæ communicantes laborem, [2] vt apes: sed illæ faciunt cibos, hæ condunt. [3] Et si quis cõparet onera corporibus earũ, fateatur nullis portione vires esse maiores. Gerunt ea morsu. Maiora auersæ postremis pedibus moliuntur, humeris obnixæ. Et iis Reip. ratio, memoria, cura. Semina arrosa condũt, ne rursus in fruges exeant è terra. Maiora ad introitũ diuidunt. Madefacta imbre proferunt atque siccant. Operantur & noctu [4] plena Luna. Eædem interlunio cessant. Iam in opere qui labor? quæ sedulitas? Et quoniam ex diuerso conuehunt altera alterius [5] ignara, certi dies ad recognitionem mutuam [6] nundinis dantur. Quæ tunc earum concursatio? quàm diligens cum obuiis quædam collocutio atque percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacunque assiduitas. [7] Sepeliuntur inter se viuentium solæ, præter hominem. Non sunt in Sicilia pennatæ.

1 apibus. Pint. ex M.
2 vt apes laborem: sed apes vtiles faciũt. Ver. & M. Quædam Manuscr. verbũ illa, laborem vt apes: sed illæ, non habent.
3 Ac si. CH.
4 plenæ Lunæ. CH.
5 ignaræ. CH ignara, vt signa inuicem recognoscãt, certi. Ver.
6 velut nundinis. D.
7 Sepeliunt. CH.

a Theocri

a Theocritus,
μυρμάκων ἔτι πάντ' ἀεὶ πίμπλατο μαγείνων. Idem.
μύρμακες ἀνὰ ῥιθμὸν ἰὼν ἁμέρουν. Idem,
τίνες μὲν τίνες τε φίλοι, μάχαιραι δὲ μάχαιραι.
Eleganter Apuleius lib. 6. Asini, vndas populorum sepedum, vocat formicarum herbam, quæ sex pedibus ambulant.

De Indicis. CAP. XXXI.

INdicæ formicæ cornua, Erythris in æde Herculis fixa, miraculo fuere. Aurũ ex cauernis egerunt terræ, in regione septentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Ipsis [a] color [1] feliũ, magnitudo Ægypti [2] luporum. Erutum hoc ab iis tẽpore hyberno, [b] Indi furantur æstiuo feruore, conditis propter vaporem in [3] cuniculos formicis: quæ tamen odore solicitatæ prouolant, crebróque lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritásque est cum amore auri.

1 fœdus. M.
2 vulpium. Strabo.
3 cuniculis. M.

ANNOTATIONES.

a Nearchus apud Strabon. libr. 15. formicæ id genus pellem sibi visam refert, pardi pelli similem. Addit postea Strabo, ex iis formicis quasdam alatas esse. In Pephuo insula candidas esse tradit Pausanias in Laconicis.
b Et fugientes ferarum carnem huc illuc abiiciunt, quæ insequentes detineat. Strabo.

De diuersitate insectorum. CAP. XXXII.

MVlta autem insecta & aliter [a] nascuntur, [1] atque in primis ex rore. Insidet hic [2] rhaphani folio primo vere, & spissatus Sole [3] in magnitudinem milij cogitur. [4] Inde porrigitur vermiculus paruus, & triduo [5] [b] eruca: quæ adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantùm mouetur [6] aranei. Hæc eruca, quam chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio.

1 atque aſilus in primis. M. papilio Arist. ψυχὴ.
2 brassicæ. Dioſc.
3 minus milio. Ex Arist.
4 Inde porrò gignitur. Dal.
5 vruca. CH.
6 Quidam post, mouetur, distinctionem collocant: reliqua mutilata adnotant, ve palam fit ex Arist. de animal. lib. 5. cap. 19. In CH. legitur, mouetur araneo occreta quam chrys. ap. rup. deinde eo cort. &c.

ANNOTATIONES.

a Quod de vniuerso quodam genere insectorum Aristoteles prodidit, Plinius hic de Papilione particulatim refert.
b Eruca, quæ immobilis accrescit, sed adiectis diebus, duro tecta cortice & araneis obsita, ad tactum tãtùm mouetur. Huius eruca, quam tum chrysalidem appellant, rupto cortice euolat papilio. ex Arist.

De animalibus in ligno, & ex ligno naſcentibus. CAP. XXXIII.

SIc quædam [1] ex imbre generantur in terra, quædam & in ligno. Nec enim cossi tantũ in eo, sed etiam tabani ex eo nascuntur, [2] & alia, vbicunque humor est nimius: sicut intra hominem tæniæ tricenûm pedum, aliquando & plurium longitudine. [3] Iá in carne exanimi, & viuentium quoque hominum: [a] capillo: qua fœditate & [b] Sylla dictator, & [c] Alcmá ex clarissimis Græciæ Poetis, obiere. Hoc quidem & aues infestat: phasianas verò interimit, nisi puluerantes sese. Pilos habentium asinum tantùm immunẽ hoc malo credunt, [4] & oues. Gignuntur autem & vestis genere, præcipuè lanicio interemptarũ à lupis ouium. Aquas quoque quasdá, quibus lauamur, fertiliores eius generis, inuenio apud autores. Quippe cùm [5] & cerę id gignant, [d] quod [6] animalium minimum existimatur. Alia rursus generantur [e] sordibus [7] aridi soli, posteriorum crurum lasciuia [8] petauristarum. Alia puluere humido in cauernis, [f] volucria.

1 exinde. M. ex imbri. CH.
2 & alibi. Tol. & alias CH.
3 Iam in carne, viuentium quoque hominum, & capillo. M. capillo, quidam expũgunt.
4 & boues. De ouibus id falsum est.
5 etiam ceræ. M. & CH. & casei vetusti. EX ARIST. ὑπὸ τυροῦ πεπαυμένου, non, ὑπὸ πυροῦ.
6 animal id. CH.
7 à radiis solis. M.
8 petauristis. M. poster. lasciuia crurum & auris. CH.

ANNOTATIONES.

a Pediculos significat siue pedes, vnde pedicosus apud Festum, Titinnio & Lucilio. Plautus in Curculione,
Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo,
Vt muscæ, culices, pedesque, pulicesque, cimices,
Odio, & malo, & molestiæ, bono vsuique estis nulli.
b Serenus.
Sylla quoque infelix tali langore peresus
Corruit, & fædo se vidit ab agmine vinci.
Vide cap. 43. lib. 7.
c Addę & Pherecydes. Arist. cap. 31. lib. 5. hist. & Plato ipse, vt scribit Myronianus apud Laertium. Vide Erasmum prouerb. Pediculi Platonis.
d ἔκκριτα vocat Arist. cap. 32. lib. 5. histor.
e Pulices.
f Muscæ.

De animali, cui cibi exitus non eſt. CAP. XXXIIII.

EST [a] animal eiusdem [1] turpitudinis, [b] infixo [2] semper sanguini capite viuẽs, atque ita intumescens, vnum animalium cui cibi non sit [3] exitus: dehiscítque nimia satietate, alimento ipso moriens. [4] Nunquàm hoc in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus [c] aliquando, in quibus omnia. In ouibus & in capris hoc solùm. [5] Aeque est mira sanguinis & hirudinum generi in palustri aqua sitis. Namque & hæ toto capite conduntur. Est & volucre canibus peculiare suum malum, aures maximè [6] lancinans, [7] quà defendi morsu non queunt.

1 temporis. CH.
2 semper capite, sanguine M.
3 exitus, cum nimia dehiscit. M.
4 Nonnunquã. Pint.
5 Aequè mira. M. & CH.
6 lanians. M.
7 quæ. CH.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Ricinus, κρότων.
b Columella Rediuium vocat, quia fuctu carnem animalium resoluit. Rediuire, soluere, priscum verbum. Vide c.11.lib.30.
c Imò frequentissimè: quamobrem κωνοψείρας vocant. Arist.

De tineis, & culicibus. CAP. XXXV.

IDē puluis in lanis & veste [a]tineas creat, præcipuè si araneus vnà includatur. Sitit enim & omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. Hoc & in chartis nascitur. Est carum genus [b] tunicas suas trahētium quo cochleæ modo. Sed harum pedes cernūtur. Spoliatæ [1] expirant. Si accreuere, faciunt chrysalidem. Ficarios culices caprificus generat. Cantharidas vermiculi ficorum & pyri, & peuces, & [2] cynachātæ, & rosæ. Venenū hoc remedia secum habet. Alæ medentur: quibus demptis, letale est. Rursus alia genera culicum accescens [3] natura gignit. [4] Quippe cùm & in niue candidi [5] reperiantur, & vetustiore vermiculi: in media quidem altitudine rutili (nam & ipsa nix vetustate [6] rubescit) hirti pilis, grandiores torpentésque.

1 adspirant.CH.
2 oxyacanthæ. Alij cynorrhodon intelligunt.
3 materia Dal.
4 locus mirè depranatus, & confusus verborum ordo. Vide Arist. hist. anim. lib. 5. c. 19.
5 inueniantur.CH.
6 rubescit.CH.

ANNOTATIONES.

a Aquaticarum meminit cap. 3. lib. 31.
b In pellibus eæ nascuntur. Xylophthoron vocat Arist. cap. 32. lib. 5. hist.

De pyrali, siue pyrausta. CAP. XXXVI.

GIgnit [1] aliqua & contrarium naturæ elementum. Siquidem in Cypri ærariis fornacibus ex medio igni, maioris muscæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, à quibusdam [2] pyrausta. Quandiu est in igne, viuit: cùm euasit lōgiore paulò [3] volatu, emoritur. Hypanis fluuius in Ponto, circa solstitium defert acinorum effigie tenues membranas: quibus erumpit [4] volucre quadrupes suprà dicti modo, nec vltrà vnum diem viuit, [5] vnde [a] hemerobiō vocatur. Reliquis talium ab initio ad finem septenarij sunt numeri, culici & [b] vermiculo ter septeni, [6] corpus parientibus quater septeni. Mutationes & in alias figuras transitus, trinis aut quadrinis diebus. Cætera ex his pennata, autumno ferè moriuntur: [7] tabani quidem etiam cæcitate. Muscis humore exanimatis, si cinere condantur, redit vita.

1 aliquando contrarium naturæ.M.
2 Pyrœus. Alij. Pyraro.CH. Vide Senecam c.6.lib.5. quæst. natur.
3 volatu, tunc moritur.M.
4 volueris quadrupedes suprādictæ. M. volucre quadrupedes supradictæ.CH.
5 vnde Ephemeron, Arist.
6 ova parientibus. Arist c.20. lib.5 hist.
7 tabani etiam quidam.Pint.

ANNOTATIONES.

a Vide in Diction. Const. vocem ἡμέρους. Tali tempore id culicum genus in Araci nascitur, eodémque die mortuum aquis innatat, piscibus auidissimè consectantibus, Lugdunenses piscatores vocant *de la Manne*.
b Et plurimis vermium speciem habentibus (τοῖς σκωληκοειδέσι) Arist.
c Oculis aqua tumentibus, & inflatis: Aristoteles ἐφιδρωτῆρας ὀφθαλμῶν.

Historia naturæ animalium per singula membra. CAP. XXXVII.

NVnc per singulas corporis partes, præter iam dicta, membratim tractetur historia. Caput habēt cuncta, quæ sanguinem. In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices, diuersi quidem generis: Phœnici plumarum serie, è medio eo excūte alio: paonib. crinitis arbusculis, [2] stymphalides cirro: [3] phasianæ corniculis: præterea, [4] paruæ q̄ ab illo [b] galerita appellata quondam, posteà Gallico vocabulo etiam legioni nomē [5] dederat alaudæ. Diximus [c] & [6] cui plicatilem cristam dedisset natura, per medium caput à rostro residentem. Et fulicarum generi dedit [7] cirros. Pico quoque Martio & grui Balearicæ. Sed spectatissimum insigne gallinaceis, [8] corporeum, serratum: nec carnem id esse, nec cartilaginem, nec callum iure dixerimus, verùm peculiare. Draconum enim cristas qui viderit, non reperitur. Cornua multis quidem & aquatilium, & marinorū, & serpentium variis data sunt modis: sed quæ iure cornua intelligantur, quadrupedū generi tantùm. Actæonem enim, [d] & [9] Cippum etiá in [10] Latina historia, fabulosos reor. Nec alibi maior naturæ lasciuia. Lusit animaliū armis. Sparsit hæc in ramos, vt ceruorū. Aliis simplicia tribuit, vt in eodē genere subulonibus ex argumento dictis. Aliorū [11] finxit in palmas, digitósq; emisit ex iis: vnde [12] [e] platycerotas vocāt. Dedit ramosa capreis, sed parua: nec fecit decidua. Cōuoluta in anfractum arietum generi, ceu cæstus daret: infesta, taurис. In hoc quidem genere, & fœminis tribuit: in multis, tantùm maribus. Rupicapris in dorsum

1 seaque nunc per singulas corporum. M. legit &, corporū, CH.
2 stymphalidi.M.
3 phasianis.Vet.
4 Paro, atque ab illo galeritæ appellatæ quondam, quæ. Ver. paro, & aui quæ. M. parræ, & quæ. M. aliud. paruæ, aut quæ. CH.
5 dedit. M. & Ver.
6 cuidam pl. cr. dedisse naturam. M. non probo.
7 scirrhos Dal. id est, callosam duritiam.
8 corpore cōsertum, nec carnem ita esse. M. prauè corpore conferratum. Ver. & CH.
9 cipum (vel ineybum, in emend.) CH.
10 Latia. Tol. & CH.
11 fudit.CH.
12 platygeriōtas.CH.

dorsum adunca, damis in aduersum. Erecta autē, rugarúmque ambitu contorta, & in leue fastigium exacuta (vt lyras [13] diceres) strepsiceroti, quem addacē Africa appellat. Mobilia eadem, vt aures, [8] Phrygiæ armētis: [14] Troglodytarum, in terrá directa: qua de causa obliqua ceruice pascūtur. Aliis singula, & hæc [h] medio capite, aut [i] narib⁹ vt diximus. [15] Iamq; aliis ad incursum robusta, aliis ad ictum, aliis adūca, aliis [16] reducta, aliis ad iactū, pluribus modis, supina, conuersa, [17] connexa: omnia in mucronē migrantia. In quodam genere pro manibus ad scabendum corpus. Cochleis ad prætentandum iter: corporea hæc, sicut cerastis: aliquādo [k] & singula. Cochleis semper bina, & vt [18] prætēdātur, ac resiliant. [l] Vrorū cornibus [19] Barbari Septētrionales [m] potāt: [20] vrnasq; binas capitis vnius cornua implent. Alij præfixa [21] hastilia cuspidant. Apud nos in laminas secta transluceāt, atque etiá lumen inclusum latius fundunt: multásque alias ad delicias [22] conferūtur, nūc tincta, nunc sublita, nunc quæ [n] cerostrota picturæ genere dicuntur. Omnibus autē cauа, [23] & in mucrone demum concreta sunt. Ceruis tantùm tota solida, & omnibus annis decidua. Boum attritis vngulis, cornua vnguendo aruina, medentur agricolæ. Adeóque sequax natura est, vt in ipsis viuentium corporibus feruenti cera flectantur, atque incisa [24] nascentiū in diuersas partes torqueātur, vt singulis capitibus quaterna [25] fiāt. Tenuiora fœminis plerunque sunt, vt in [26] pecore multis: ouium nulla, nec ceruarū, nec quibus multifidi pedes, nec solidipedum vlli: excepto asino Indico, qui vno armatus est cornu. Bisulsis bina tribuit: [27] nulli, supernè primores habenti dentes. Qui putant eos in cornua absumi, facilè coarguuntur ceruarum natura, quæ neque dentes habent, vt neque mares, nec tamen cornua. Cæterorum ossibus adhærent, ceruorum tantùm cutibus enascuntur. [o] Capita piscibus portione corporum maxima, fortassis vt mergantur. [p] Ostrearum generi, nulla, nec spongiis, nec aliis ferè quibus solus ex sensibus tactus est. Quibusdam indiscretum caput est, vt cancris. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, iam quidē promiscuè maribus ac fœminis, apud intonsas vtique gentes. Atque etiam nomina ex eo capillatis Alpiū incolis, [28] Galliæ comatæ: vt tamē sit aliqua in hoc terrarum differentia. Quippe [q] Myconij carētes eo gignūtur, sicut in Cauno lienosi. Et quædá animaliū naturaliter caluēt, sicut [29] struthiocameli, & [30] corui aquatici, quibus apud Græcos nomen est inde. Defluuiū eorum in muliere rarū, in spadonibus non visum, nec in vllo ante Veneris vsum. Nec infrà cerebrum, aut infra verticem, aut circa tempora atq; aures. Caluitium vni tātùm animalium homini, [r] præterquàm innatū. Canities homini tātùm [31] & [s] equis, sed homini semper à priori parte capitis, tum deinde ab auersa. [32] [t] Vertices bini homini tantùm. Aliquibus capitis ossa plana, tenuia, sine medullis, serratis pectinatim structa cōpagibus. Perfracta non queūt solidari: sed exempta modicè nō sunt letalia, in vicem eorum succedēte [u] corporea cicatrice. Infirmissima esse vrsis, durissima psittacis, suo diximus loco. [x] Cerebrū omnia habēt animalia, quæ sanguinem: [33] etiá in mari, quæ mollia appellauimus, quamuis careant sanguine, vt polypi. Sed homo portione maximum & humidissimum, omniúmque viscerum frigidissimū, duabus suprà subtérque membranis velatum, quarum alterutram rumpi mortiferum est. [34] Cæterò viri, quàm fœminæ, maius. [y] Hominibus hoc sine sanguine, sine venis, [35] & reliquis sine pingui. Aliud esse, quàm medullá, eruditi docēt, quoniam coquēdo durescat. Omniū cerebro medio insunt [36] ossicula parua. Vni hominū infantia palpitat, nec corroboratur ante primū sermonis exordiū. Hoc est viscerū excellissimum, proximúmque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. [37] Hanc habēt sensus arcem: huc venarum omnis à corde vis tendit, hic desinit: [38] hic culmen altissimū, hic mētis est regimen. [39] Omnium autē animaliū in priora pronum: quia & sensus [40] ante nos tendunt. Ab eo proficiscitur somnus: hinc capitis nutatio. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. [z] Ceruis in capite inesse [41] vermiculi, sub linguæ inanimate, & circa articulum, quà caput [42] iungitur, numero viginti produūtur. Aures homini tātùm [a] immobiles. [b] Ab iis Flaccorū cognomina. Nec in alia parte fœminis maius impendiū, margaritis dependentibus. In Oriente quidem & viris, aurum gestare eo loci, decus existimatur. Animalium aliis

maio

13 diceres.M. & CH.
14 Trogodytarū. M.
15 Iam quidem.M. Iam quod.CH.
16 reducta. M. aliis, proiecta.
17 connexa.M.
18 protendantur.M.
19 Barbaris Septentrionalibus potatur. H.
20 vrnisq; bina.CH.
21 his pila.Ver.M.
22 comparantur. D. conquiruntur.Alij.
23 & mucrone.M.
24 nascendo.Ver.
25 fiant, tenuiora. Fœminis Pint.
26 pecore. Multis animum.M.
27 nūllis qui supernè primores habēt. Ver.
28 & Galliæ.M.
29 struthocameli. Tol. & CH.
30 corui Alpini. Aquatici enim canescunt, Alpini, caluescunt, à Græcis propterea dicti φαλακροκόρακες. cap. 48. lib. 10.
31 & equo.CH.
32 Vertices bini hominum tantum aliquibus. Capitis ossa &c. Arist. libr. 1. hist. an. cap. 7. & M.
33 aquè in.M.
34 Cætera vico.CH.
35 & reliquis. Sui pinguc. Pint. ex Arist. c. 17. lib. 3. hist.
36 lego, ossula parua, per quæ nimirum in fauces pituita colatur, χόανα tanquā infundibulum anatomici vocant.
37 Hoc habet sensum M.
38 hoc culmen. CH.
39 Omnibus. CH.
40 antè ostendunt. M.
41 musculi Rond. contra Arist. cap. 15. lib. 2 hist.
42 iungitur humero.M.

maiores,aliis minores.Ceruis tantùm scissæ, ac velut diuisæ:[43] soricibus pilosæ. Sed auriculæ omnibus, animal duntaxat generantibus, excepto vitulo marino atque delphino,& quæ cartilaginea appellauimus, & viperis. Hæc cauernas tantùm habent aurium loco,præter cartilaginea,& [44] delphinum,quem tamen audire manifestum est. Nam & cantu mulcentur,& capiuntur attoniti sono.[45] Quonam modo audiant, mirum. Iidem nec olfactus vestigia habent, cum olfaciant sagacissimè. Pennatorum animalium buboni tantùm & oto plumæ,velut aures:cæteris cauernæ ad auditum. Simili modo squamigeris atque serpentibus.In equis & omnium iumentorum genere,indicia animi præferunt:fessis marcidæ,[46] micantes pauidis,subrectæ furētibus,resolutæ ægris. Facies homini tantùm: cæteris os, aut rostra.[47] Frons & aliis: sed homini tantùm tristitiæ, hilaritatis,clementiæ,[a] seueritatis index.[47] [b] In ascensu eius [c] supercilia homini,& pariter & alternè mobilia,& in iis pars animi.Negamus,annuimus.[d] Hæc maximè indicant fastum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet.In corde nascitur, huc subit, hic pendet.Nihil altius simul abruptiúsque inuenit in corpore,vbi solitaria esset. Subiacent oculi, pars corporis [e] pretiosissima,& qui lucis vsu vitam distinguāt à morte.Non omnibus animalium hi:ostreis nulli:quibusdam concharum dubij.Pectines enim, si quis digitos aduersum hiantes eos moueat,contrahuntur,vt videntes.Et solenes fugiūt admota ferramenta. Quadrupedum [f] talpis visus non est:oculorum effigies inest, si quis prætentam detrahat membranam.Et inter aues [48] ardeolarum genere, quos leucos vocant, altero oculo carere tradunt.Optimi augurij, cùm ad Austrum [49] volant, Septētrionémve. Solui enim pericula& metus narrant. Nigidius nec locustis, nec cicadis esse dicit. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætētatu [50] implent. Nec lumbricis vlli sunt, vermiúmve generi. Oculi homini tantùm diuerso colore: cæteris in suo cuique genere similes. Et equorum quibusdam glauci, sed in homine numerosissimæ varietatis atque differentiæ, grandiores, modici, parui, prominentes, quos hebetiores putant: conditi, quos clarissimè cernere, sicut in colore caprinos. Prætereà alij contuentúr longinqua, alij [g] nisi propè admota,non cernunt. Multorum visus fulgore Solis constat, nubilo die [h] non cernētium,nec post [51] occasus.Alij interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cernunt.De geminis pupillis,aut quibus noxij visus essent, satis [52] diximus. [53] Cæsij in tenebris clariores. [i] Ferunt Tiberio Cæsari, nec alij genitorum mortalium, fuisse naturam, vt expergefactus noctu paulisper,haud alio modo, quàm luce clara cōtueretur omnia,paulatim tenebris sese obducentibus.[k] Diuo Augusto equorū modo glauci fuere, [54] supraq; hominē [55] albicantis magnitudinis.Quā ob causam diligentius spectari eos,iracundè ferebat.Claudio Cæsari ab angulis cādore carnoso, sanguineis venis subinde suffusi:Caio principi [l] rigētes, Neroni, nisi cū cōniueret,ad propè admota hebetes.Viginti gladiatorum paria in Caij principis ludo fuere:in iis duo omnino,qui contra comminationē aliquā non conniuerēt,& ob id inuicti.Tantæ hoc difficultatis est homini.Plerisq; verò naturale,vt [56] nictare nó cessent,quos pauidiores accepimus. Oculus vnicolor nulli,cū cādore omnibus [57] medius color differēs.Neque vlla ex parte maiora animi indicia cūctis animalibus,sed homini maximè,id est,moderationis,clemētiæ,misericordiæ,odij,amoris,tristitiæ,lætitiæ.Contuitu quoque multiformes,truces,torui,flagrantes,graues, trāsuersi,limi, summissi, blandi. Profectò in oculis animus inhabitat. Ardent, [58] intenduntur, [59] humectant,cōniuent.[60] Hinc illæ misericordiæ lacrymæ. Hos cùm [61] osculamur, animum ipsum videmur attingere.Hinc fletus, & rigantes ora riui. Quis ille humor est, in dolore tam fœcundus & paratus:aut vbi reliquo tempore? [m] Animo autem videmus, animo cernimus:oculi,ceu vasa quædam,visibilem eius partem accipiunt, atque transmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto [62] intus visu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt,animo caligante.Quin & patentibus dormiunt [n] lepores, multíque hominū, [63] quod [o] corybantiân Græci dicunt.Tenuibus multísque mēbranis eos natura cōposuit,callosis cōtra frigora caloresq; in [64] extremo [p] tunicis,quas subinde [65] purificāt lacrymationum saliuis,lubricos propter incursantia & mobiles. Media eorum [q] cornea fenestra

43 soricī.CH.

44 delphines, quos. M.

45 Quanam audiant. M.& CH.

46 nutantes.Parm.

47 In anima sensus eius Supercilia M legendum fortasis,index, animóque sensum. Supercilia &c. Pius legit, In animo est vsus eius.Quidam index omnium consensu.

48 inter ardeolarum genera.M. inter aues in ardeolarum genere. Alij.

49 volent.CH.

50 adimplent.M.

51 occasum.M.

52 diximus Tiberio Cæsari in tenebris clariores Ferunt ipsi a is quam genitorū mort.. M. Ferunt Tiberio Cæsari aliam quàm cæterorū mortalium. Vet.

53 Orcis. Ver.

54 superque.CH.

55 albicantes & magni.Dal.

56 nictari.CH.

57 mediusculo (leg. medio colore) differentes.M.

58 incenduntur.M.

59 humescunt. Vet. instant Pint.

60 Hinc illa mis. lacryma. M. Hic illa mis.lacryma CH.

61 exosculamur, an. ipse videtur aut.CH.

62 mentis. Tol.& M.

63 quod corybantia segrediuntur. Turn. quod corybantiare Græci dicebant. Scalig. quas corybantias. CH.

64 extimo. M. extumo CH.

65 purificat lacrym. saliua M.

fenestrauit pupilla,cuius angustiæ non sinunt vagari in certam aciem, & velut canali dirigunt,obitérque incidentia facilè declinant:aliis nigri,[66] aliis atri, aliis rufi, aliis glauci coloris orbibus circundatis, vt [67] habili mistura & accipiatur circumiecto candore lux, & temperato repercussu non obstrepat. Adeóque iis absoluta vis speculi, vt tam parua illa pupilla, totam imaginem reddat hominis. Ea causa est,vt pleræque alitum è manibus hominum oculos potissimum appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, velut [68] ad cognata desideria sua tendūt.Veterina tantùm quædā,[69] ad increméta Lunæ morbos sentiunt.Sed homo solus [r] emisso humore cæcitate liberatur.Post vicesimum annum multis restitutus est visus. Quibusdam statim nascentibus negatus nullo oculorum vitio: multis repente ablatus simili modo,nulla præcedente iniuria. Venas ab iis pertinere ad cerebrum, peritissimi autores tradunt:[70] ego [s] ad stomachum crediderim. Certè nulli sine redundatione eius,[71] eruitur oculus. Morientibus illos [t] operire, rursúsque in rogo patefacere,Quiritium[72] magno ritu sacrum est:ita more condito,vt neque ab homine supremùm eos spectari fas sit, & cœlo non ostendi,nefas. Vni animalium homini deprauantur: vnde cognomina Strabonum & Pætorum. Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, [u] Coclites vocabantur:qui paruis vtrisque, [73] Ocellæ: [aa] Luscini iniuriæ cognomen [74] habuere. Nocturnorum animalium,[75] velut felium,in tenebris fulgēt radiántque oculi,vt contueri non sit: &[76] capreæ lupoq; splendent, lucémque iaculantur.Vituli marini & hyænæ in mille colores transeunt subinde. Quin & in tenebris multorum piscium [77] refulgent aridi,sicut robusti caudices vetustate putres.Non conniuere diximus, quæ non obliquis oculis, sed circumacto capite cernerent.[78] Chamæleontis oculos ipsos cincumagi totos tradunt.Cancri in obliquum aspiciunt.Crusta fragili[79] inclusis rigentes.Locustis squillisq; magna ex parte sub eodem munimento præduri eminent. Quorum duri sunt, minus cernunt, quàm quorum humidi. Serpentium catulis, & hirundinum pullis,si quis eruat, renasci tradunt. Insectorum omnium,[80] & quibus testacea operimenta, oculi mouentur, sicut quadrupedum aures. Quibus fragilia operimenta, iis oculi duri. Omnia talia, & pisces, & insecta, non habent genas, nec integunt oculos.Omnibus membrana vitri modo translucida obtenditur.Palpebræ in genis homini vtrinque. Mulieribus verò etiam [81] [bb] infectæ quotidiano.Tanta est decoris affectatio,vt [cc] tingantur oculi quoq;.Alia de causa[82] hoc natura dederat,ceu vallū quoddam visus, & prominens munimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas, haud immeritò, Venere abundantibus tradunt. Ex cæteris [82] nulli sunt,nisi quibus & in reliquo corpore pili.Sed quadrupedibus in superiore tantū gena,[83] volucribus in inferiore:& quibus molle tergus,vt serpentibus: & quadrupedum quæ oua pariunt,vt lacertæ.[84] Struthiocamelus alitum sola, vt homo, vtrinque palpebras habet.Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quæ animal generant. Grauiores alitum inferiore gena conniuent. Eædem [85] nictantur,ab angulis membrana obeunte. Columbæ & similiā vtraque conniuent. At quadrupedes quæ oua pariunt, vt testudines, crocodili, inferiore tantùm sine vlla nictatione, propter præduros oculos. Extremum ambitum genæ superioris, antiqui cilium vocauere: [dd] vnde & supercilia.Hoc vulnere aliquo diductum non [ee] coalescit,[86] vt in paucis humani corporis membris,Infra oculos malæ, homini tantùm, quas prisci genas vocabant, xii. tabularum interdicto [ff] radi [87] fœminis eas vetantes.[88] Pudoris hæc sedes.[89] Ibi maximè ostēditur rubor.[89] Infra eas hilaritatem risumq; indicantes, buccæ. Et altior homini tantùm, quem noui mores subdolæ [hh] irrisioni [90] dicauere, nasus. Non alij animaliū nares eminēt. Auibus,serpentibus,piscibus foramina tārùm ad [91] olfactus,sine naribus. Et hinc cognomina Simorum,[ii] Silonum.Septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium & nariū defuere.Labra,à quibus [92] [kk] Brocci,Labeones dicti,& [ll] os probū duriúsve,animal generātibus:pro iis cornea & acuta volucribus rostra.Eadem rapto viuentibus adūca: collecto, recta:herbas [93] ruentibus limumq;, lata, vt suum generi.Iumentis vice manus ad colligenda pabula ora:apertiora laniatu viuentibus.Mentum nulli præter hominē, nec

66 aliis rufi. Alij. & HC.

67 habili mistura vt accip.CH.

68 ad cognatas desid. dant ten

69 ad crementa.CH.

70 ego & ad.CH.

71 vertitur.M Lago, excæcatur. extinguitur, Alij.

72 magno, in Toler. d.& in M.

73 Ocelli.Vet.

74 habuerunt CH.

75 veluti. CH.

76 capræ.CH.

77 refulgēt sicut aridi caudices.M.refulgent sicut aridi robusti caudices.

78 chamæleontis.CH.

79 inclusos gerētes. Toler.& CH.

80 testacei operimēti.CH.

81 infectæ Quotidiana tanta est. M. infectu quotidiano. Tan. CH.

82 has. sub palpebras.Dal.

82 nullis. Dal.

83 vt & struthiocamelo alitum soli. Cæteris volucribus in aquatra,& quib' molle &c.lacertæ. Homo vtrinque &c. habet. Nec genæ &c. nictationes Ex iis quæ angen. grauiores. Pint. & M. & Arist. cap.14. lib.2.hist.& cap. vlt.

84 Simia quadrupedum sola.Ver.

85 nictarit ab angmembr.exeunte.M.

86 vt &in pauciis.D. vt ex paucis Alij. vt pauca hum. cor. membra. Vet. Nempe huc ca.præputium, ca.rr. lib 3. hist.Arist.

87 à fœminis, in M. deest.

88 Vbi.M.

89 Intra eas hilaritatem.M. Infra eas hilaritatis. CH.

90 dicauere. M. & CH.

91 olfactum M.

92 Bochi. CH.

93 rodentibus. M.

malç. Maxillas crocodilus tantùm superiores mouet: [94] terrestres quadrupedes, eodem, quo cætera, more, præterquàm in obliquum. Dentium tria genera: ferrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur, vt serpentibus, piscibus, canibus. Continui, vt homini, equo. Exerti, vt apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum qui [mm] digerunt [95] cibum, lati & acuti: qui conficiunt, duplices: qui discriminant eos, canini appellantur. Hi sunt serratis longissimi. Continui aut vtraque parte oris sunt, vt equo: aut superiore primores non sunt, vt bubus, ouibus, omnibúsque quæ ruminant. Capræ superiores non sunt, præter primores [97] geminos. Nulli exerti, quibus serrati. Rarò fœminæ, & tamen sine vsu. Itaque cùm apri [nn] percutiant, fœminæ sues mordent. Nulli, cui cornua, exerti: [98] sed omnibus concaui, cæteris dentes solidi. Piscium omnibus serrati, præter scarum: huic vni aquatilium plani. Cæterò multis eorum in lingua & toto ore: vt turba vulnerum molliant, quæ attritu subigere nõ [99] queant. Multis & in palato, atque etiam [100] in cauda. Prætereà in os vergentes, [101] ne excidant cibi, nullum habentibus retinendi adminiculum. Similes aspidi & serpentibus: sed duo [oo] in supera parte dextera læuáque longissimi, tenui fistula perforati vt scorpionum aculei, venenum infundentes. Non aliud hoc esse, quàm fel serpentium, & inde [102] venis sub spina ad os [103] peruenire, diligentissimi autores scribunt. Quidam vnum esse eum: & quia sit aduncus, resupinari, cùm momorderit. Aliqui tunc decidere eum, rursúsque recrescere, facilem decussu, & sine eo esse, [104] quos tractari cernamus. Scorpionis caudæ inesse eum, & plerisque ternos. [105] Viperæ dentes gingiuis conduntur. Hæc [106] eadẽ prægnans veneno, [107] impresso dentium repulsu virus fundit in morsus. Volucrum nulli dẽtes, præter vespertilionẽ. Camelus vna ex iis, quæ non sunt cornigera, in superiori maxilla [108] primores non habet. Cornua habentium [109] nulli serrati. Et cochleæ dentes habent: indicio est à minimis earum [110] derosa vitis. At in marinis crustata & cartilaginea [111] primores habere, item echinis quinos esse, vnde intelligi potuerit, miror. Dentium vice aculeus insectis. Simiæ dentes, vt homini. Elephanto intus ad mandendum quatuor, præterq; eos qui prominent, masculis reflexi, fœminis recti atque proni. Musculus marinus, qui balænam antecedit, nullos habet: sed pro iis, setis intus os [112] hirtum & linguam etiam ac palatum. Terrestrium [pp] minutis quadrupedibus, primores bini vtrinque longissimi. Cæteris cum ipsis nascuntur: homini, postquàm natus est, septimo mense. Reliquis [113] perpetuò manẽt. Mutantur homini, leoni, iumento, cani, & [114] ruminantibus. Sed leoni & cani, non nisi canini appellati. Lupi dexter caninus, in magnis habetur operibus. [qq] Maxillares, qui sunt à caninis, nullum animal mutat. Homini nouissimi, qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur, multis & octogesimo. Fœminis quoque, sed quibus in iuuenta non fuere [115] nati, decidere in senecta, & mox renasci, certum est. [116] Zanclen Samothracenum ciuem, cui renati essent post centum & quatuor annos, Mutianus visum à se prodidit, [rr] Cætero maribus plures, quàm fœminis, in homine, pecude, [117] capríve. [118] Timarchus [ss] Nicoclis filius Paphij, [tt] duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideóque prætriuit. Est exemplum [119] dentis, homini & in palato geniti. At canini amissi casu aliquo, nunquàm renascuntur. Cæteris senecta [120] rubescunt: equo tantùm candidiores fiunt. Ætas veterinorum dentibus [121] indicatur. Equo sunt numero xl. Amittit tricesimo mense primores vtrinque binos: sequẽti anno totidem proximos, cùm subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renascũtur. Septimò omneis habet & renatos, & immutabiles. Equo castrato priùs, nõ decidunt dentes. Asinorum genus tricesimo mense similiter amittit, deinde senis mensibus. Quòd si non priùs peperere, quàm decidant postremi, sterilitas certa. [1] Boues bimi mutant. [2] Suibus decidunt nunquàm. Absumpta hac obseruatione, senectus in equis, & cæteris veterinis, intelligitur [3] dentium brochitate, superciliorum canitie, & circa ea lacunis, cùm ferè xvi. annorum existimantur. Hominum dentibus quoddam inest virus. Nanque & speculi nitorem ex aduerso nudati hebetant, & columbarum fœtus implumes necant. Reliqua de iis in generatione hominum dicta sunt. Erumpentibus [4] morbi

94 terrestris eodem quo cætera modo. & Arist ca.7.lib.3. hist. Legitur &, modo, in Tolet.

95 cibum acuti: lati qui conficiunt, & duplices: qui discer. eũ. Dal.

96 eum. sub. cibum. Dal.

97 genuinos. Vet. & CH. intimos, abdicissimos:

98 sed sui oẽs. Vet.

99 queunt. M.

100 in gula. Rõdel. cap.7.lib.3.& Vet.

101 vt. M.

102 venas. CH.

103 peruenire, & has per venerem descendere diligentissimi. Vet.

104 quas M. sub. viperas Sic & CH.

105 Viperis M. & CH.

106 eodem. CH.

107 impressu dent. repulsa. M.

108 priores CH.

109 nullis CH.

110 derodivites Vet.

111 primos. Vet. & CH.

112 hirsutum. Tol.

113 perpetui. CH.

114 subantibus. M. & Tol.

115 nati. Decidere. M.

116 Zanclem, Samothracem, cui &c. ciue quidem in Tol. d.

117 capris, siue. Vet. & Pint. ex Arist. cap. 3. lib. 2. hist.

118 Timarchus Nicoclis filius pater. ex Polluce.

119 dentes homini & palato gigni. M.

120 inuescunt. Pint. rubescunt. CH.

121 iudicatur. CH.

1 Bubus bis mutantur. M. Arist. li. 6. hist. cap 21. vulgatam probat. Boues bimutant. CH.

2 Suibus non decidũt vnquam. CH

3 dentium rubore, bronchitate. Vet.

4 morbos. Dal.

bi [uu] corpora [5] infantium accipiunt. Reliqua animalia quæ serratos habent, sæuissima dentibus. Linguæ non omnibus eodem modo. Tenuissima [xx] serpentibus & trisulca, vibrans, atri coloris, & si extrahas, prælonga: lacertis bifida & pilosa: vitulis quoque marinis duplex: sed suprà dictis capillamenti tenuitate: cæteris ad circumlambenda ora. Piscibus paulò minùs quàm tota adhærens, crocodilis tota. Sed in gustatu, linguæ vice carnosum aquatilibus [yy] palatum. Leonibus ac pardis, omnibúsque generis eius, etiam felibus, [6] imbricatæ asperitatis, ac limæ similis, attenuánsque lambendo cutem hominis. [7] Quæ causa etiam [8] mansuefacta, vbi ad vicinum sanguinem peruenit [zz] saliua, inuitat ad rabiem. De purpurarũ linguis diximus. Ranis prima cohæret, intima absoluta à gutture, quà vocem [9] mittunt. Mares tum vocantur ololygones. Stato id tempore euenit, cientibus ad coitum fœminas. Tum siquidem inferiore labro demisso, ad libramentum modicæ aquæ receptæ in fauces, palpitante ibi lingua vlulatus [10] eiicitur. Tunc extenti buccarum sinus perlucent, oculi flagrant labore [11] perpulsi. Quibus in [12] posteriori parte aculei, iis & dentes, & lingua. Apibus etiam prælonga, eminens & cicadis. Quibus aculeus in ore fistulosus, iis nec lingua, nec dentes. Quibusdam insectis intus lingua, vt formicis. [13] Cæterùm lata elephanto præcipuè. Reliquis in suo genere semper absoluta: homini tantùm ita sæpè constricta venis, vt interdici eas [aaa] necesse sit. Metellum Pontificem adeò inexplanatæ fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere. Cæteris septimo [bb] fermè anno fermonem exprimit. Multis verò talis eius ars [14] contingit, vt auium & animaliũ vocis [15] indiscretè edatur imitatio intellectus saporum est cæteris in prima lingua, homini & in palato. Tonsillæ in homine, in sue glãdulæ. Quod inter eas [ccc] vuæ nomine vltimo depẽdet palato, homini tantùm est. Sub ea minor lingua, [16] epiglossis appellata, nulli oua generantium. [17] Opera eius gemina, duabus [18] interpositæ fistulis. [19] Interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu [20] ac voce illac meante, si potus cibúsve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera [21] exterior [22] appelletur sanè gula, qua cibus atque potus [23] deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, is ad ventrem. Hanc per vices operit, cùm spiritus tantùm aut vox commeat, ne [ddd] restagnatio intempestiua [24] alui obstrepat. Ex cartilagine & [eee] carne arteria, gula [25] [fff] neruo & carne constat. Ceruix nulli, nisi quibus vtraque hæc. Cæteris collum, [ggg] quibus tantùm gula. Sed quibus cexuix, è multis [hhh] vertebratísque orbiculatim ossibus [26] flexilis ad circunspectum, "articulorum nodis iungitur. Leoni tantùm, & lupo, & hyænæ, ex singulis rectíq; ossibus [27] rigens. Cæterò [iii] spinæ annectitur, spina lumbis, ossea: sed tereti structura, per media foramina à cerebro medulla descendente. Eandem esse ei naturam, quam cerebro, colligunt, quoniá prætenui eius membrana modò incisa statim expiretur. Quibus longa crura, iis longa & colla. Item aquaticis, quamuis breuia crura habentibus: [28] simili modo vncos vngues. Guttur homini tantùm & suibus [kk] intumescit, aquarum quę potantur [lll] plerunque vitio. Summum gulę fauces vocantur, [29] extremum stomachus. Hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinę, [30] ad latitudinem ac lõgitudinem [31] lagenę modo fusa. Quibus fauces non sunt, ne stomachus quidem est, nec colla, nec guttur, vt piscibus: & ora ventribus iunguntur. [mmm] Testudini marinę lingua nulla, nec dentes: rostri acie comminuit omnia. [32] Posteà arteria & stomachus denticulatus callo, in modum [33] rubi, ad conficiendos cibos, [34] decrescentibus crenis [35] quicquid appropinquat ventri. Nouissima asperitas, vt scobina fabri. Cor animalibus cęteris in medio pectore est: homini tantùm infra lęuam papillam, turbinato [36] mucrone in priora eminens. Piscibus solis ad os spectat. Hoc primùm nascentibus formari in vtero tradunt: deinde cerebrũ, sicut tardissimè oculos. Sed hos primùm emori, cor nouissimè. Huic prę cipuus calor. Palpitat certè, & quasi alterum [37] mouetur animal, intrà prę molli firmóque opertum membranę [nnn] inuolucro, munitum costarum & pectoris muro, [38] vt pariat prę cipuam vitę causam & [39] originem. Prima domicilia intra se [ooo] animo & sanguini prębet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Ibi

5 infantiæ. M. in artu. Vet infantiũ. CH. tenuissimã dentium. CH.

6 muricatæ. Ver.

7 Quæ de causa etiã mansuefactorum vbi ad vicinum sanguinem peruenit, saliua inuitat. Sic lego.

8 mansuefactam. M. & CH.

9 mittunt mares, cum &c. M. & CH. Alij quam mittunt vocant ololygonem. Ex Aristot. lib. 4. histor. cap. 9.

10 editur. M. elicitur. Ver. & CH.

11 perculsi. Vet.

12 posteriore p. a. & his. CH.

13 Veterinis lata, elephanto perexigua. Pint. ex Arist. cap. 6. lib. 2. histor.

14 contigit. Vet.

15 indiscrete. Ver. discrete. CH.

16 Epig. appel. in M. deest, & CH.

17 Opercula. Vet.

18 interposita. CH.

19 Exterior. Vet. Exterior earum app. art. spiritu ac voce illa meante ad pulm. atq; cor. pert. Hanc op. epul. ne si torqueat. Altera interior appellatur &c. Pint. & ingeniose.

20 & voce illa. CH.

21 interior. Vet.

22 appellatur. CH.

23 deuolant. CH.

24 alimenti obrepat. Dal. Alij, irrumpat

25 è nerno. CH.

26 flexitilis. M.

27 riget. Dal.

28 Alij reponẽdum monent dissimili, vt anteà legebatur. Nec aliter in Vet.

29 postremum. M.

30 etiam. M. in longit. ac latit. log. mo. ef fusa. Vet.

1 lacunæ modo fusæ. M. lacunę &c. Ceri.

32 Post arteriam est. Vet.

33 tubi. Vet.

34 deterentibus, Alij. Alij, dispescentibus.

35 quo magis appr. Ver.

36 mucrone priore. M.

37 mouetur intra animalia prę molli &c. CH. mou. intra animal. prę no. M. Lego, alterum intro monetur animal. prę m. &c.

38 vt par t. rat. Alij. vt pareat. CH.

39 originę primam. Domic. CH.

mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ [40] in priora & terga diſcurrunt, [41] ſparſæque ramorum ſerie, per alias minores [42] omnibus membris vitalem ſanguinem rigant. Solum hoc viſcerum vitiis non macratur, nec ſupplicia vitæ trahit: læſúmque mortem illico affert. Cæteris corruptis, vitalitas in corde durat. Bruta exiſtimantur animalium, quibus durum riget: audacia, quibus [ww] paruum eſt: pauida, quibus prægrande. Maximum autem eſt portione muribus, lepori, aſino, ceruo, pantheræ, muſtelis, hyænis, & omnibus [43] timidis, aut [44] propter metum maleficis. In Paphlagonia [tt] bina perdicibus corda. In equorum corde & [rr] boum oſſa reperiuntur interdum. Augeri id per ſingulos annos in homine, [45] ac binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere: ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere hominem vltra centeſimum annum defectu cordis, Ægyptij exiſtimant, quibus mos eſt cadauera aſſeruare medicata. [46 77] Hirſuto corde gigni quoſdam homines proditur, neque alios [47] fortioris eſſe induſtriæ, ſicut Ariſtomenem Meſſenium, [vv] qui ccc. occidit Lacedæmonios. Ipſe conuulneratus & captus, ſemel [48] per cauernam [pp] latomiarum euaſit, anguſtos vulpium aditus ſecutus. Iterum captus, ſopitis cuſtodibus ſomno, ad ignem aduolutus lora cum corpore exuſſit. [xx] Tertio capto Lacedæmonij pectus diſſecuere [49] cauſa videndi, [yy] hirſutúmque cor repertum eſt. In corde ſumno, pinguitudo eſt quædam lætis extis. [ww] Non ſemper autem in parte extorum habitum eſt. L. Poſthumio Albino Rege ſacrorum poſt centeſimam [50] viceſimam tertiam Olympiadem, [A] cùm rex Pyrrhus ex Italia diſceſſiſſet, cor in extis Aruſpices inſpicere cœperunt. Cæſari Dictatori, quo die primùm veſte purpurea proceſſit, atque in ſella aurea [51] ſedit, ſacrificanti bis in extis defuit. Vnde quæſtio magna de diuinatione argumentantibus, potuerintne ſine [52] vllo viſcere hoſtia viuere, an ad tēpus amiſerit? Negatur cremari poſſe in iis, qui cardiaco morbo obierint: negatur & veneno interemptis. Certè extat oratio Vitelli, qua reum Piſonem eius ſceleris coarguit, hoc vſus argumento: palámque teſtatus, non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cęſaris cremari. Contrà genere morbi defenſus eſt Piſo. [53] Sub eo [B] pulmo eſt, ſpirandiq; officina, attrahens ac reddens animam, idcirco ſpongioſus, ac fiſtulis inanibus cauus. Pauca eum (vt dictum eſt) habent aquatilia, [54] ac cætera oua parientia exiguum, ſpumoſum nec ſanguineum: ideo non ſitiunt. Eadem eſt cauſa, quare ſub aqua diu ranæ & phocæ vrinentur. Teſtudo quoque, quamuis prægrandem & ſub toto tegumento habeat, ſine ſanguine tamen habet. Quantò minor hic corporibus, tantò velocitas maior. Chamæleoni portione maximus, & nihil aliud intus. Iecur in dextra parte eſt. In eo quod [C] caput extorum vocant, magnæ varietatis. M. Marcello circa mortem, cùm periit ab Annibale, defuit in [55] extis. Sequenti deinde die geminum repertum eſt. Defuit & C. Mario, cùm immolaret Vticæ: item Caio principi Calend. Ianuariis, cùm iniret Conſulatum, quo anno interfectus eſt: Claudio ſucceſſori eius, quo menſe interemptus eſt veneno. Diuo Auguſto Spoleti ſacrificanti primo poteſtatis ſuæ die, [56] ſex victimarum iocinera replicata intrinſecus ab [57] ima fibra reperta ſunt: reſponſumq; duplicaturum intra annum imperium. Caput extorum triſtis oſtenti [D] cæſum quoque eſt, præterquàm in ſolicitudine ac metu. Tunc enim perimit curas. Bina iocinera leporibus circa [E] [59] Briletum & Tharnę, & in Cherrhoneſo ad Propontidem. Mirúmque, tranſlatis aliò interit alterum. In eodem eſt fel, non omnibus datum animalibus. In Eubœæ Chalcide nullum pecori. In Naxo prægrande geminúmque, [60] vt prodigij loco vtrunque aduenæ. Equi, muli, aſini, cerui, [61] capræ, apri, [F] cameli, delphini non habent. Murium aliqui habent. Hominum paucis non eſt, quorum valetudo [62] firmior, & vita longior. Sunt qui equo non quidem in iecore eſſe, ſed in aluo putent: & [G] ceruo in cauda, aut inteſtinis. Ideo tantam habent amaritudinem, [H] vt à canibus non attingantur. Eſt autem nihil aliud, quàm purgamentum [63] peſſimi ſanguinis, & ideo in materia eius eſt. Certè iecur nulli eſt, niſi ſanguinem habentibus. Accipit hoc à corde, cui iungitur, fundítque in venas. Sed [I] in felle nigro inſaniæ cauſa homini, [K] mórſque toto reddito. Hinc & in mores crimen, bilis nomine. Adeò magnum eſt in hac parte virus, cùm ſe fundit in ani

40 in proꝛſa. M. & CH.
41 ſparſique. CH.
42 omnia membra vitali ſanguine.
41 timidis minima, aut. M. Lego, timidis ac minimis.
44 præter. Vet.
45 & ad binas. Tol.
46 Hirto. Alij, & CH.
47 fortiores eſſe induſtria. Vet.
48 per cauernas, lautu. rarum euaſit anguſtias, vulpium &c. M. & CH.
49 viuenti. Vet. alij cod. & CH.
50 viceſimam ſextã. Tol. & meum, & CH.
51 inſedit. Vet.
52 illo.
53 ſuper eo. Dal.
54 at. Dal.
55 extis. M. præuè.
56 ſex, in M. deeſt.
57 vna. Vet.
58 viſum tum quoque eſt. Vet.
59 Prilierum.
60 & prod. loc. vtr. ſit aduenis Vet.
61 Alij, capreæ legũt, vt ſit κάπρες Ariſt. dama Gazæ, quæ eſt capreæ ſpecies. Capras enim fel habere teſtatur ipſe Plinius li 28. cap. 10. vt & apros cap. 16. videatúrque etiam vox, apri, hic redundare. In CH. leg. cap. capri.
62 firma M.
63 peſsimuſque ſanguis M. peſsimúmq; CH. peſsimum Vet. quod placet: fel enim æque optimi atque peſsimi ſanguinis excrementum eſt.

in animum. Quin & [64] toto corpore vagum, [L] colorem quoque oculis aufert: illud quidem redditum, etiam ahenis: nigreſcúntque contacta eo: ne quis miretur id venenum eſſe ſerpentium. Carent eo, qui [65] abſinthium [66] veſcuntur in Ponto. Sed renibus, & parte tantùm altera inteſtino iungitur in coruis, coturnicibus, phaſianis: quibuſdam inteſtino tantùm, vt columbis, accipitri, murænis. Paucis auium in iecore. Serpentibus portione maximè copioſum, & piſcibus. Eſt autem pleriſque toto inteſtino, ſicut accipitri, miluo. Præterea [67] in iecore eſt & [68] cetis omnibus: [69] vitulis quidem marinis ad multa quoque nobile. Taurorum felle aureus ducitur color. Aruſpices id Neptuno & [70] humoris potentiæ dicauere: [M] geminúmque fuit Diuo Auguſto, quo die apud Actium vicit. [N] Murium iccuſculis fibræ ad numerum Lunæ in menſe [O] congruere dicuntur totidémque inueniri, quotum lumen eius ſit. Prætereà bruma increſcere. Cuniculorum [71] exta in Bætica ſæpe gemina reperiuntur. Ranarum rubetarum altera fibra à formicis non attingitur, propter venenum, vt arbitrantur. Iecur maximè, vetuſtatis patiens, [P] centenis durare annis, obſidionum exempla prodidere. Exta ſerpentibus & lacertis longa. Cecinæ Volaterrano dracones emicuiſſe de extis læto prodigio traditur. Et profectò nihil incredibile ſit, exiſtimantibus, Pyrrho regi, quo die periit, præciſa hoſtiarum capita repſiſſe, ſanguinem ſuum lambentia. [Q] Exta homini ab inferiore viſcerum parte [72] ſeparantur membranis, quæ [R] præcordia appellant, quia cordi [73] prætenduntur, quod Græci appellauerunt phrenas. Omnia quidem [74] principalia viſcera, [S] membranis propriis, ac velut vaginis incluſit prouidens natura: in hac fuit & peculiaris cauſa vicinitas alui, ne [75] cibo ſupprimeretur animus. Huic certè refertur accepta ſubtilitas mentis: ideo [T] nulla eſt ei caro, ſed neruoſa exilitas. In eadem præcipua hilaritatis ſedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum, [76] ad quas ſubit, non alibi tenuiore cute humana, ideo ſcabendi dulcedine ibi [77] proxima. Ob hoc in præliis gladiatorúmque ſpectaculis mortem cum riſu traiecta præcordia attulerunt. Subeſt venter ſtomachum habentibus, cæteris ſimplex, ruminantibus [V] geminus, ſanguine carentibus nullus. [78] Inteſtinis enim quibuſdam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur, vt ſepiæ, polypo. In homine adnexus infimo ſtomacho, ſimilis [79] canino. His ſolis animalium inferiore parte: anguſtior: itaque & [81] ſola vomunt, quia repleto propter [X] anguſtias ſupprimitur cibus quod accidere non poteſt iis, quorum ſpatioſa laxitas eum [82] in inferiorā tranſmittit. [Y] Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur [83] cibus, in cæteris [84] ile: à quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominiq; flexuoſiſſimis orbibus. idcirco magis auidi ciborum, quibus [85] ab aluo longius ſpatium. Iidem minus ſolertes, quibus obeſiſſimus venter. Aues [86] quoque geminos ſinus habent quædam: vnum, quò mergunturrecentia, vt [Z] guttur: alterum, in quem ex eo demittunt concoctione maturata, vt gallinæ, palumbes, columbæ, perdices. Cætera ferè carent eo, ſed [AA] gula patentiore vtuntur, vt gracculi, corui, [87] cornices. Quædam [BB] neutro modo, ſed ventrem proximum [88] habẽt, quibus prælonga colla & anguſta, vt porphyrioni. Venter ſolidipedum aſper & durus. Terreſtrium aliis denticulatæ aſperitatis, aliis cancellatim [89] mordacis. Quibus neque dentes vtrinque, nec ruminatio, hic conficiuntur cibi, hinc in aluum delabuntur. Media hæc vmbilico adnexa in omnibus, in homine [90] ſuillæ infima parte ſimilis, à Græcis appellatur colon, vbi dolorum magna cauſa eſt. Anguſtiſſima canibus: qua de cauſa vehementi niſu, nec ſine cruciatu, leuant eam. Inſatiabilia animalium, quibus à ventre protinus recto inteſtino tranſeunt cibi, vt lupis ceruariis, & inter aues mergis. Ventres elephanto quatuor, cætera [91] ſuibus ſimilia: [92] pulmo quadruplo maior bubulo. Auibus venter carnoſus callosúſque. In ventre hirundinum pullis lapilli [93] candido aut [CC] rubenti colore, qui chelidonij vocantur, magicis narrati artibus reperiuntur. Et in iuuencarum ſecundo ventre pilæ rotunditate nigricans tophus, nullo pondere: ſingulare (vt putant) remedium ægrè parientibus, ſi tellurem non attigerit. Ventriculus atque inteſtina pingui ac tenui omento integuntur, [94] præterquàm oua gignentibus. Huic adnectitur [DD] lien in ſiniſtra parte aduerſus iecori, cum quo locum aliquando permutat, ſed

64 toto vagum corpore. M.
65 abſinthio M.
66 paſcuntur. Vet.
67 in pectore eſt CH.
68 cæteris animbus M. & CH. cæteris, anima libus. Vet.
69 aptis quidem ad. Pint. vituli marini fel non habent Ariſtot: cli.
70 Iunonis. M.
71 exta, in M. deeſt.
72 ſep. membrana quam. Pint. ſeparant membrana, quæ. CH.
73 prœrenditur. Pint. quia à corde præcendiciur. CH.
74 nedum principalia. Ex Ariſt. cap. 11. lib. 3. de part.
75 cibis. Vet.
76 Id falſum. Subit enim ad ſextam coſtam. Lego, ad quas ferè ſubit.
77 præcipua, Vet.
78 Inteſtinum. Dal. Inteſtinus enim ab ore incipit, & quibuſdam eodem reflectitur. CH.
79 cani. Dal.
81 tacié. Dal.
82 ad. M.
83 cibus. Cætero. M.
84 eileos à quo cap. Vet. ilia à quibus &c. Alij Vet.
85 ad aluum. Dal.
86 quædam. Vet.
87 cœurnices. M.
88 habent. Quibuſdam. Pint. ex Ariſt. cap. vlt. lib. 2 hiſtor.
89 mordacis, quibus dentes vtrinque, nec ruminatio. Hic. M. mordacis. Quibus dẽtes vtrinque nec ruminatio. Hic. Vet.
90 ileinf par. ſimile ſuillo, é Græcis. Vet.
91 ſubus CH.
92 Hoc de iecinore tradit Ariſt.
93 candidi. M.
94 tam cæteris, quàm oua gign. Vet. cõſentiente Ariſt. lib. 4 cap. 4. de part. anim.

prodigiosè. Quidam eum putant ineſſe oua parientibus, item ſerpentibus admodum exiguum: ita certè apparet in teſtudine, & crocodilo, & lacertis, & ranis. [95] Ægocephalo aui non eſſe conſtat, neque iis quæ careant ſanguine. Peculiare curſus impedimentum aliquando in eo: quamobrem inuritur curſorum laborantibus. Et per vulnus etiam exempto viuere animalia tradunt. Sunt qui putent [E E] adimi ſimul riſum homini: intem perantiámque [96] eius conſtare lienis magnitudine. Aſiæ regio Scepſis appellatur, in qua minimos eſſe [F F] pecori tradunt, & inde ad lienem [97] inuenta remedia. Atin Brileto & Tharne quaterni renes ceruis: contrà pennatis ſquamoſiſque nulli. [98] Cæterò ſummis adhærent lumbis. Dexter omnibus elatior, & minus pinguis, [GG] ſicciórque. Vtrique autem pinguitudo è medio exit, præterquàm in vitulo marino. Animalia in renibus [99] pinguiſſima: oues quidem lethaliter circum eos concreto pingui. Aliquando in eis inueniuntur lapilli. Renes habent omnia quadrupedum quæ animal generant: oua parientium teſtudo ſola, quæ & alia omnia viſcera: [100] ſed homo bibulis ſimiles, velut è multis renibus compoſitos. Pectus, hoc [101] eſt oſſa, præcordiis & vitalibus natura circundedit: at ventri, quem neceſſe erat increſcere, ademit. Nulli animalium circa ventrem oſſa. Pectus homini tantùm latum, reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas aquaticis maximè. [HH] Coſtæ homini tantùm octonæ, ſuibus denę, cornigeris tredecim, ſerpentibus triginta. Infra aluum eſt à priore parte veſica, quæ nulli oua gignentium, præter teſtudinem: nulli niſi ſanguineum pulmonem habenti, nulli pedibus carentium. Inter eam & aluum [II] arteriæ, ad [KK] pubem tendentes, [102] quæ ilia appellantur. In veſica lupi lapillus, qui Syrites [103] appellatur. Sed in hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & ſetarum capillamenta. Veſica membrana conſtat, quæ [LL] vulnerata cicatrice non ſolideſcit: [104] neque qua cerebrum aut cor inuoluitur. pluraenim membranarum genera. Fœminis eadem omnia, præterq; veſicæ iunctus vtriculus, [MM] vnde dictus vterus: [105] quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vuluam. Hæc viperæ, & intra ſe parientibus, duplex: oua generantiũ adnexa præcordiis: & in muliere geminos ſinus ab vtraque [107] parte laterũ habet, [108] funebris quoties verſa ſpiritũ incluſit. Boues grauidas negant præterquàm dextero vuluæ ſinu ferre. etiã [110] cùm geminos ferant. Vulua [111] iecto partu melior, quàm edito. Iectitia vocatur illa, hęc por caria, primiparæ ſuis optima: contrà [112] effœtis. A partu, præterquam eodem die [113] ſuis occiſę, liuida ac macra. Nec nouellarum ſuum, [114] præterquàm primipararum probatur, potiúſque veterum, [115] dum ne effœtarum, nec biduo ante partum aut poſt partum, aut quo ieccerint die. Proxima [116] iectitiæ eſt occiſę vno die poſt partũ. Huius & [NN] ſumen optimum, ſi modò [117] fœtus non hauſerit: iectitiæ deterrimum. Antiqui [OO] abdomen vocabant, [118] priuſquàm calleret [119] id, ſcientes occidere non aſſueti. Cornigera vna parte dentata, & quæ in pedibus talos habent ſeuo pinguęſcunt. Biſulca ſciſſiſve in [P P] digitos pedibus, & non cornigera, adipe. Concretus hic: & cùm refrixit, fragilis: ſemperq; in fine carnis. Contrà pingue inter carnem cutémque, [120] ſucco liquidum. Quædam non pinguęſcunt, vt lepus, perdix. Steriliora cuncta pinguia, & in maribus, & in fœminis. Seneſcunt celeriùs præpinguia. Omnibus animalibus eſt quoddam in oculis pingue. Adeps cunctis [121] ſine ſenſu, [122] qui nec arterias habet, nec venas. Pleriſque animaliũ eſt [123] pinguitudo ſine ſenſu: [QQ] quàm ob cauſam ſues ſpirantes à muribus tradũt [124] arroſas. Quin & L. Apronij Conſularis viri filio detractos adipes, leuatumq; corpus [125] immobili onere. [126] Et medulla [127] ex eodem videtur eſſe, in iuuenta rubens, & ſenecta albeſcens. Non niſi cauis hæc oſſibus, nec cruribus iumentorum aut canum: quare fracta non ferruminãtur, quod [128] [RR] defluente euenit medulla. Eſt autem pinguis iis, quibus adeps, [129] ſeuoſa cornigeris: neruoſa & in ſpina tantùm dorſi, oſſa non habentibus, vt piſcium generi: vrſis nulla: leoni in [130] feminum & brachiorum oſſibus paucis exigua admodum: [131] cætera tãta duritie, vt ignis elidatur, velut è ſilice. Et iis dura, quæ [SS] non pinguęſcunt: aſinorum ad [132] tibias canora. Delphinis oſſa, non ſpinę: animal enim pariunt: ſerpentibus ſpinę. Aquatilium mollibus nulla: ſed corpus circulis carnis vinctum, vt ſepię atque loligini. Et in

95 Cynocephalo. Parm. præfe.

96 ioci. Vet. & M.

97 inuenta. CH.

98 De cætero. CH.

99 pinguiſſima oues, lethaliter quidem circum. M.

100 ſed vt homo & CH. ſed homini bub ſimilis. v è m r. cõpoſitus. Vet. Ren homini bubulo ſimilis &c. vt Vet.

101 & coſtas. Pint. Pectus præcordiis. M.

102 quæ inguina. Dal.

103 vocetur. CH. & M.

104 nec. CH.

105 quem in homine Vet. quod in homine Dal.

106 & Vet. ac. Dal.

107 parte alterum. Dal.

108 funera M. fineſta. M. aliud. funera. Vet.

109 euerſa Dal.

110 ſi Vet.

111 ſecto. CH.

112 effœta Dal.

113 ſue occiſa Dal.

114 præter primiparas probatur CH.

115 medium Vet. M.

116 abi. diſtig M. abiectitia. CH.

117 fœtus l. e non. Dal.

118 prius callere id ſine entes, ante occidere. Vet.

119 inſcientes.

120 ſeuum & liquidum. M. Lego, ſuccoſum &.

121 ſine ſanguine, quia. Vet.

122 quia. CH.

123 pinguedo. M.

124 roſas Vet.

125 immobile. Vet.

126 Et medulla videtur inuenta rubens, ſenecta albeſcens. M. Et m. ex e. v. e. inuenta rubens, in ſen C.

127 ex humidis Arif. cap. 20 lib 3 hiſt.

128 deficientes. Vet.

129 obeſa. M. praue.

130 femorum & tibiarum. Vet

131 cæterum tãta ineſt duritia, Pint. cæterum tanta in iis duritia. Vet. cætera oſſa tan a dur. Vet alij ceteri ſunt tanta duritia. CH.

132 tubas. CH.

Et inſectis negatur æquè eſſe vlla. [TT] Cartilaginea aquatilium habent medullam in ſpina. Vituli marini cartilaginem, non [133] oſſa. Item omniũ auriculæ ac nares, quæ [134] modicùm eminent, [135] flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangerentur. [VV] Cartilago rupta non ſolideſcit. Nec præciſa oſſa recreſcunt, præterquàm veterinis ab vngula ad [XX] ſuffraginem. Homo creſcit in longitudinem [136] ad annos vſque ter ſeptenos: tum deinde ad plenitudinem. Maximè autem pubeſcens [YY] nodum quendam ſoluere, & [ZZ] præcipuè ægritudine, ſentitur. Nerui otſi à corde, [aaa] bubulóque etiam circumuoluti, ſimilem naturam & cauſam habent, [bbb] in omnibus lubricis applicati oſſibus: [137] nodóſque corporũ, qui vocantur articuli, aliubi ccc interuentu, aliubi ambitu, aliubi tranſituligantes, hîc teretes, illic lati, [138] vt in vnoquoque poſcit figuratio. [139] Neque ij ſolidantur inciſi: mirúmque, vulneratis ſummus dolor, [140] præfectus nullus. Sine neruis ſunt quædam animalia, vt piſces: arteriis enim conſtant. Sed neque [141] eæ molli piſcium generi. Vbi ſunt nerui, interiores conducunt membra, ſuperiores reuocant. Inter hos latent arteriæ, id eſt, ſpiritus ſemitæ. His innatant venæ, id eſt, ſanguinis riui. Arteriarum pulſus, [ddd] in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum, in modulos certos, legéſque metricas, per ætates, ſtabilis, aut [142] citatus, aut tardus, deſcriptus ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem [143] deſertus: obſeruatione tamen crebri aut languidi ictus, [eee] gubernacula vitæ temperat. Arteriæ carent ſenſu: nam [fff] & ſanguine. [144] Nec omnes vitalẽ continent [145] ſpiritum: præciſiſq; torpeſcit tantùm pars ea corporis. [146] Aues nec venas, nec arterias habent: item ſerpentes, teſtudines, lacertæ minimúmque ſanguinis. Venæ in prætenues poſtremò [147] fibras ſubter totam cutem diſperſæ, adeò in anguſtam ſubtilitatem tenuantur, vt penetrare ſanguis nõ poſſit, aliúdve quàm exilis [148] humor ab illo, qui cacuminibus innumeris ſudor appellatur. Venarum in vmbilico nodus ac coitus.

133 oſſa Cartilagineæ omnia. Ver

134 modo. CH.

135 flexibili mollicie. M.

136 vſque ad ter ſeptenos: tum. CH ad annos quater ſeptenos. M.

137 nodiſque. Parm.

138 vt quæque poſcit figur. M. Alij, vt quęque poſcit figuræ ratio.

139 Nec hi CH.

140 perfectio. Vet.

141 his molles piſcium generis. CH.

142 citatioris, aut tardioris. Pint.

143 deſerta. Vet. deſeruas Alij. Vet. ve illic arte, hîc leges ſub audiatur.

144 Nec, deeſt in Vet.

145 ſpiritum. Præciſis torp. Vet.

146 Aues venas & art. Vet. conſentiente Ariſt. lib 3. anim. c. 4.

147 fimbrias. CH.

148 humor foraminibus innumeris ſtillans qui ſudor. Vet. humor ille, qui foraminibus innumeris ſudor &c. Vet. alij.

ANNOTATIONES.

a Scymphalides Arabiæ peculiares, ibi ſimiles, gruum magnitudine, roſtro validiore, ſed non aduncо, venatores inuadunt, & plerumque interimunt, perforatis etiamnum ferreis ęneiſque loricis. Remedium, corticeum thoracem obiicere, in quo defixum roſtrũ hæreat. Eas Herculem ſagittis quidem impetuiſſe Piſander Camireus tradit, ſed non occidiſſe. Plura de his Rhodig. cap. 11. 16. Scymphalidem eſſe putant nonnulli viſam plurimis annis auem in aula Maximiliani Imperatotis, Philippi generi, & Caroli nepotis, quem Germani vocauerunt, *Vogel Heim.*

b *κερδαλέας* Græcis. Theocritus *idyl. 3. δολίαι τε συμβίδες κερδαλέαι ἀλαίνονται.* Cauſam eius nominis reddit in Auibus Ariſtophanes. Meminit & Galenus 11. Simplicium.

c Numidicam gallinam intelligit, deſcriptam cap. 29. lib. 10. aut potius vpupam.

d De Genitio Cippo vide Valerium cap 6. lib. 5. Cornu in fronte nobilis fœminæ natum, quam *de Fortuna* Mompeſſulani vocant, digiti longitudine, filo paulatim adſtricto præciſum, vidi anno 1542.

e *Ἐγυηκόρατας* vocat Oppianus in Cyneget. Animal eſt ceruo minus, cauda pro portione corporis longiore pilo magis albicante, aruncо carens, cornibus maximè patulis. Nullum ei cum ceruo amicitiæ vinculum, raroque ob id ſimul degunt: Gallis, *vn Daim.* Brod. cap. 21. 6.

f Sulcos.

g Bobus.

h Orygi.

i Rhinoceroti.

k Ceraſtis.

l Vri hodie Moſchouitis, *Thur.*

m Traditum ab antiquis, priuſquam pocula reperta fuiſſent, cornibus homines bibiſſe. indeq; fictum verbum *ἐγκράσασθαι*, id eſt, *πίνειν ἐπιχέειν*, vinum affundere. Rhodig. cap. 1. 30. Athenæus lib. 11. pag. 234. & 235.

n Ceroſtrota fiebant teſſellis cornuũ vario colore pictis, & ligno inſertis, vulgò *Marqueterie.*

o Quidnam in capite & ſingulis hominum partibus religioſum, venerabile, & ingenij morumque ſit indicium & argumentum, vide apud Alex. ab Alex. cap. 19. lib. 2.

p Ob id Turpilius vocat inoras oſtreas, *ἀσήμους.*

In acta cooperta alga inoras oſtreas. Vide Feſtum.

q Hinc Myconios prouerbiali ioco caluos appellant. Vide Eraſmum in Chiliadibus.

r Vt Phalacrocoraci.

s Vide cap. 27. lib. 13. apud Rhodig.

t *δυσμίφορς* ca. 7. lib. 1. hiſt. intelligit, *τῇ τ' τριχῶν πυκνότητι* capillorum diſcrimine ac diſtinctione, non gemino verticis faſtigio.

v *τὸ ψαφαρ.*

x *ὄγκας* Lycophron vocauit indeq;, vt ſcribit Plutarch. in Sympoſ. apud Homerum Iliad. æ.

—τῶν δὲ μὲν ὄγκας ἐλέσθαι

Sophocles in Trachin. *λαγόνας μυκλὰς* vocat. Rhodig. cap. 23. lib. 3.

y Hoc falſum: ſunt enim frequentes in eo venæ.

z Contrà Ariſtot. cap. 15. lib. 2. hiſtor.

a Quibuſdam mobiles viſæ ſunt: mihi quidem adoleſcens qui & aures & capitis cutem prompte mouerat.

β A pendulis & flaccidis auriculis.

γ Iuuenalis Satyr. 1.

Natus ad Emphratem, molles quod in aure feneſtræ
Arguerint.

δ Nubem frontis, inde Latini. Græcique vocant ſeuerum, triſtẽ, & cogitatione maiore vel ægritudine perturbatum vultum. Horat. *Deme ſupercilio nubem.*

Euripid. in Hippolyto coron.

σκυθρὸν δ' ὀφρύων νέφος ἀπέστω.

Victorius cap. 14. lib. 16.

ε Addo his, & pudoris: vnde frõtem, vel os perfricuſſe dicuntur, *τὸ μέτωπον τρίψαι*, qui verecundiam abiecerunt, & impudenter in aliquo negotio ſe gerunt. Vide Victorium cap. 6. 8.

ζ veluti *τὰ γέλασα*, ſiue *γελάσιματα*, id eſt, ſuggrundia quædam. vide Rhodig. cap. 27. lib. 3.

η Supercilia ſalire & palpitare veteres bonum omen crediderunt, quod & polliceretur ex animi ſententia ſucceſſura quæ optamus. Plaut. in Pſeudolo,

Atque id futurum vnde, vnde dicam neſcio,
Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.

Suidæ ex Poſſidonio id *σκαλμὸν, διάνοιαν* eſt: *σκαμματίσκεται*, ij qui tali vaticinatione vtuntur. Apud Theocritum quidam oculum dexterum ſibi ſalire ait.

θ Inde ſupercilium attollere dicuntur arrogãtes, faſtuoſi, ſeueri, triſtes, duri & aſperi homines, Græcis *τὰς ὀφρῦς αἴρειν.* Diphilus,

ἅ πᾶσι τοῖς φρονεῖν ψεῦσ' ὑπάρχει
Δίκαιον, καὶ σοφώτατ', οὐ ἡδὺ τῆς τύχης,
ὅταν παπεινὸν μέγα φρονῶν ποιῇς μόνον,
τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπίπτειν γνάθῳ,
τὸν δ' ἀδίνοις τοξεύειν τί, τ' ἄκαιρ' ἐρωτᾶν.

Victorius cap. 1. 8.

ι Hinc veteres quod chariſſimum eſt oculum dixerunt. Plaut. in Curcul.

Hoc proximum illud oſtium oculiſſimum.
Saluе valuiſtis? oſtium oculiſſimum?

Idem in Asinaria:

Da meus ocellus.

u Et musculis, quos **Curtos rustici vocant**, in terra semper defossis.

λ ἀμβλώπωπες.

μ μυιλεωλόπωψ.

ν Idem Suetonius.

ξ Augustus existimari volebat diuinum oculis suis vigorem inesse, ac ideò qui eum contuerentur, vultum summittere solitos, quasi ad splendidum solis fulgorem. Sueton.

o Albicantes & magni. Idem Suetonius in Caio.

π Rhodig.cap.30.lib.2. hunc locum diligenter exposuit.

ρ Apud Suidam ideò Ἀρκτοῦρος vocantur, ὅτι τὸν ἄρκτον, id est, πεφύλακας ἀγροὺς, quòd dormientes vident, id est, tamquã videant oculos aperiunt.

σ Turn.cap.24.lib.13. Aduersus legit: quos Corybantia, nimirum Corybantum sacra, regrediunt: i. sanitati restituunt. Qui sic dormiunt sani esse non putantur. Malè sanos autem curabant Corybantum sacris, quibus ægros tum animo, tum corpore initiabant. Ego verò cùm sciam νηφοβαττεῖν esse furere ac insanire, & furore diuino percelluntur, oculos distorqueant, ex dimidióque apertos, ex dimidio clausos ostendant; vt inter dormiendum lagophthalmi, & lepores, nihil mutandum esse puto. Scaliger in Catull. legit, quos Corybantiare credunt. Imaginosum eum morbum vocant, vt & phrenitin, quo qui laborant, aures putant sibi perpetuis imaginibus, id est, musici carminibus personari, & vigiliis ac insomnia vexantur, oculisque parentibus dormiunt. Varro in Prometheo,

Leui somna meus sonorius imagines
Adfatur: non vmbrantur somno pupule.

Eum morbum superstitiosa vetustas credidit Corybantibus immitti non ab iis sanari. Hæc Scaliger.

τ περιτρεχεῖν significat.

υ In Rhagoeide tunica, non cornea, aperta ea fenestra est.

φ In suffusionis morbo. Humor in eo morbo non educitur, sed aut transponitur, ne pupillam occupet.

χ Fallsum id est, anatomicæ ἱς historiæ repugnans.

ψ Apud Virg. 4. Æneid. Mercurius ψυχοπόμπων. *--Lumina morte resignat*, nempe à cognatis clausos, in pyra & rogo aperit. Seruius illic inepte exponit, claudit & perturbat. Turn. cap. 5. 26. Varro apud Nonium in Sigillo, *Contra lex Mænia est in pietate, ne filij patribus luci claro sigillent oculos*, id est, occludant.

ω Varroni 6. de ling. Lat. Cocles, quasi ocles, qui vnum haberet oculum. Plautus in Curcul.

De Coclitum profecto te esse arbitror. Nam hi sunt vnoculi.

aa Festo Lucini sine, l, quibus oculi sunt hebetiores: inde obluciare, & alluciuare.

bb Quotidianam infectionem rectè Plinius vocat eum ornatũ. Nam quibus mulieribus illita fuco semel est facies, id nisi quotidie fiat, turpissimis rugis & lurido colore statim illa fœdatur.

cc Iuuenalis,

Ille superciliũ madida fuligine tinctum
Obliquã producit aciẽ.

Diuus Hieronymus orbes vocat stibio fuliginatos. Vide Rodig. c ap. 28. 3.

dd Iade & Varro dictos oculos, quasi ocilios, id est ciliis occultos, vt ait Lactantius. Rodig. cap. 27. 3.

ee Hippocrates Aphorisi. 19. 6.

ff Vnguibus lacerari, cruentari, proscindi. Festo, fidicines, rasores veteribus dicti, quòd fides radant & obterant. Ne vel illæ igitur in se raderent, quod decoris affectatione fieri soleat quibusdam: vel, ne in viris raderent. Tonsores enim ante annum ab vrbe condita 454. in Italia non fuisse, autor scribit cap. 59. lib. 8. Lex ea fuit Decemviralis, *Mulieres genas ne radunto, neue lessum funeris ergo habento*: Renard. cap. 15. in leg. 12. Tabul. Solon, quod in eius vita Plutarchus scripsit, ἀμυχὰς, κοπετοὺς ἀφεῖλεν, plangentium lacerationes sustulit.

gg Apud Athenæum pag. 279. linea 37. Aristoteles τὸν αἰδῶ ὑφ' ὀφθαλμῶν πεποικὼς scribit.

hh Horat.

--Naso suspendit adunco. Martial.
Nasutus sis vsque lic. i, sis denique nasus.

μυκτῆρ ὄβριν ποιῶν Gregorio: ὑρθύειν μυκτῆρ: inde μυκτηρίσειν, μυκτηρισμὸς, μυκτηριστὴς, & alia id genus, μυκτηρίσεις, qui, quod ait Plautus, frigidam subdolè suffundit, deridet, clanculum mordet, maledicitque ac probris incessit. Brod. cap. 32. 4.

ii Silones prominentibus superciliis Nonio, quòd Silenus prominentibus superciliis fingeretur: hîc verò, nasus sursum versus repandus est, quos etiam Silos, vt ex Festo discimus appellabant, vnde galeæ quoque, inquit id ꝺ, à similitudine Silæ dicebantur. Alij Cilonum. Cilones in Glossis ψιροφάλοι, angusto capite, quibus à partu contigit. Caper Grammaticus. Chilones verò, Labeones. Cuiacius cap. 26. 10. obseru. Arnob. lib. 3. Ergo esse dicendum est quosdam capitones, ciluculos, frõtones, labeones: atque in his aliis mentones, næuimos ac nasicas, &c. Vide locum.

kk Brochi siue Bronchi, quibus os prominet, & exorti dentes sunt. Nonius.

ll Vt in equo frenum addmittente, vel recusante. Aliud est os probum hominis, nempe cum quadam maiestatis specie morum integritatem & probitatem indicans, quale in Pompeio supra cæteros mortales insigne fuisse dixit cap. 12. lib. 7.

c Anno verò septimo ferè primùm decidunt. Plautus in Menech.

Quot eras annos natus, cùm te pater à patria anchit? Men.
Sept. nisi: nam tum dentes mihi cadebant primulum.

Idem in Mercatore.

--puer est ille quidem, stulta:
Nam illi quidem haud sanè diu est, cùm dentes exciderunt.

mm Diuidunt, οἱ τομῆς.

nn Exertis dentibus.

oo Viperæ mari quatuor, fœminæ duo.

pp Cuniculis, sciuris, soricibus, canibus, &c.

qq Hoc falsum esse vide apud VVessalium cap. 11. lib. 1.

rr Falsum hoc ex Aristotelis fide Plinius tradit.

ss Nicocles siue Nicocræon, Timarchi, seu Euagoræ filius, ad quem de regno orationem scripsit Isocrates, Cypri Rex.

tt De Mithridatis filia id quoque Valerius scribit lib. 1. De miraculis.

vv Hippocrates Aphorisi. 25. 5.

xx Plaut. in Asinaria,

Fac proserpentem bestiam duplicem vt habeam linguam.

In Pœnulo,

Qui nostra venisti huc tentatum magalia
Bisulca lingua, quasi proserpens bestia. In Persa,
Tanquam proserpens bestia bilinguis est, & scelestus.

Aristot. quidem lib. 2. de part. animal. cap. vlt. bifulcam linguam serpentibus tribuit, non trisulcam.

yy Vt Cyprinis.

zz Si ira concitati vt dum Venere stimulãtur, aut deuorato animali venenato, putriue carne contrectantium cutem lambendo radant.

αα In Ancyloglosso morbo.

ββ Cùm tardissimè.

γγ Gurgulionis potius. Morbi nomen vua est.

δδ Recursus cibi è ventriculo in fauces & os redundatio, per vomitum reiectio.

εε Carnosa tunica.

ζζ Membranosa carne.

ηη Vt piscibus.

θθ κύβδα Arrianus poëta dixit, ἀπηγκάλισε Tryphiodorus. Hadr. Iun. cap. 4. 2.

ι Lucilius 4. Satyrarum, de corpore hominum,

Haret verticulis adfixum in posteriore
Parte, atque articulis: nobis talus, atque genua est.

κκ Metaphreno.

λλ Morbo bronchocele.

μμ Præsertim, auctore Victruuio, apud Æquicolas Italiæ, & Medullos Alpinos, vulgò *Miollans*, & *la vallee de Tarentaise*. Iuuenalis Satyr. 13.

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus?

νν Hæc ad superiora pertinent, vbi de dentibus agitur.

ξξ Pericardio.

οο τῷ θύμῳ. Medici in eo situm esse τὸ ἡγεμονικὸν putant, vt in capite λογιστικὸν, id est, νοῦν, mentem quam ab animo diuidunt. Virg. 6. Æneid. *--magnam cui mentem animumq;*

Delius inspirat vates. Catul.
Mens animi tantis fluctuat ipsa malis.

Turneb. cap. 44. 28.

ππ σωλάγχνην & σωλαγχνίδας veteres vocarunt, κατ' ἐξοχὴν. Hinc ἀσπλαγχνος, timidus: ἐυσπλάγχνος, virilis, strenuus. Rhodig. c. 16. 4.

ρρ De hac re Rhodiginus loco citato.

σσ Ceruorum, & omnium prægrandium animalium.

ττ Valer. Max. cap. vlt. lib. 1.

υυ Qui ter Hecatonphonia, centum Laconibus ter in prælio occisis, Ioui Itomatæ, veteri Messeniorum insticuto, fecit. Pausan. in Messen. Plutarchus in Romulo, Poliænus lib. 2. Strateg. Clemẽs Alexandr. in Protrept. Leopardus cap. 19. lib. 6.

φφ Coniectum his παλαιὸν, scribit, Pausanias Fuit autem παλαιὸς Lacedæmonius σωφρονέστερός τι καὶ ἀνδρικώτερος ἑαυτοῦ, ἀεὶ ἔστιν ἃ πεπείρανται βουλεύειν, ἀπράγμονα ἀσθενῶς. Nam παλαιὸς, fossæ hiatusque sunt, βαθεῖαι καὶ ἐρύγμαλοι, terræ motu recusi, οἱ πάλαι: vnde Homero ferè ἐρεσσονοὶ dicuntur. Rhodig. cap. 9. 17.

χχ Pausanias lib. 4. extremum diem Rhodi obiisse apud Damagetum Ialysi regem, cui tertiam filiam nuptum dederat, scribit.

ψψ Idem scribitur de Hermogene Rhetore, Leonida, Lysandro, cane Alexandri. De fatuo scribit Plato ἀνδρωδόδους ἔχειν ὑπὸ τῆς ψυχῆς τρίχας. Rhodig. ibidem.

ωω Qua religione & ceremonia aruspex, flamen sacerdos, cultro ferreo, oblongo (Festus clunaclum vocat) exta diuideret, ac dispicienda sibi retineret: vide apud Alex. ab Alex. cap. 17. 4.

A Valer. Max. lib. 1. cap. 6. De prodigiis.

B Tumorem & animi fastum in pulmone veteres colocarunt: vnde Græcis μέγα φρονεῖν: & prouerbium, De pulmone reuellere, i. fastum & arrogantem opinionem animo eximere. Persius,

Grande aliquid, quod pulmo animæ præstargat anhelet.

Erasm. in Chiliad. Plaut. in Epid.

Dij immortales otiosè esse admiror pedibus pulmonem.
Quo prohibet prius venisse, quàm tu aduenisti mihi,

id est, mollissimis, tardissimis. Theocr. Eidyl. 25.

μεγαυχὴς δ' ἕρκεσιν ἐφθιμένοις ἐπὶ φρένας ἦρε.

C Summam & altissimam hepatis fibram ita vocant. Vide Alex. ab Alex. cap. 25. 5. Id geminum, vel impensè auctum, vel fibra inrorsum replicata contractum, fœlicia promittebat, tristia verò lucidum, sanio sum, pustulosum, coctura tabescens, qnouis modo vitiosum. Fibrum Varroni, extremum: inde vestimentorum fimbriæ, & fibra, extremum in iecore, quod extorum caput autor vocat. Pers. Sat. 2.

Rem struere exoptas caso bone, Mercuriumque
Accersis fibra.

Fissum etiam iecoris, haruspicum vocabulum fuit: nempe rima, vnde profertur vena, quæ parenum vmbilico inseritur. Hinc fissilare exta, vel extorum prosicia Apuleio, & Martiano: nempe timari, contemplari, βυσσωπᾶν, παρθυπᾶν, Luciano. Scalig. In extis verò prosecta, & prosicia, partes quæ coctæ & recisæ duis offerebantur. Nonius. Turn. cap. 30. 26. Apud Festum exta vel mutæ sunt, è quibus nihil responsi aut diuinationis elicitur: vel adiutoria, quæ quidpiam indicant. Hic autem extorum significatio de hepate solo accipienda est: Non enim vel absque iecinore hostiæ inuentæ sunt, vel cum duplici: sed in prima hostia Marcelli iecinoris caput defuit: in eiusdem secunda duplex repertum est. Plutarchus in Marcello, Valerius lib. 1. cap. 6. De prodigiis.

D Cultro victimarij tactum ac vulneratum.

E Circa Bisaltiam, Theopompus apud Athenæum lib. 9.

F Vituli marini: Pint. ex Arist. cap. 15. lib. 2. histor. Camelis quidem Aristoteles cap. 2. lib. 4. De part. fel inesse non negat, sed indiscretum venulis quibusdam confundi air.

G De Achaino tantùm id Arist. cap. 15. 2. histor.

H Falsum id esse venatores, qui capto ceruo, in more habent eius viscoribus, intestinis, sanguine canes cibare, id quod dicunt, *faire la curee*.

I Plaut. in Amphit.

--Delirat vxor. SO. Atra bili percita est:
Nulla res tam delirantes homines continuat citò.

Idem in capt.

--ardent oculi: fune opus, Hegio.
Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
Atra bilis agitat hominem.

K Hippocrates Aphorisi. 24. 4.

L Plaut. in Menæch.

Viden' tu illi oculos virere? vt viridis exoritur color
Ex temporibus atque fronte? vt oculi scintillant? vide.

ac paulò pòst:

Vt pandiculans ofcitatur? quid faciam mî pater?

In Curcul. *Quis hic est homo, cum collatino ventre, atque oculis herbeis?*

* Sed auibus, partim ventri tantùm, aliis intestino iungitur, vt coruis, corunicibus, phasianis, columbis, passeri, (non, accipitri.) hirundini (non, murænis.) Quibusdam iecori simul & intestino, vt accipitri, miluo. Paucis auium in iecore. Serpentibus &c. piscibus. Præterea. Pint. feliciter ex Arist. cap. 15. lib. 2. histor. in qua enumeratione addit Arist. quibusdam, vt ægocephalo, iecori, ventrique adnexum esse. Nam quod de renibus in coruis cotur. &c. ait Plinius, infra. hoc ipso capite negat eos esse cuiquam ouiparorum animalium, excepta testudine quod & ipsum affirmat Arist. hist. animal. li. 2. c. 16. Quod ab aliis iam hic obseruatum, tacere nolui.

M Arato sacrificanti idem cùm accidisset, aruspex vaticinatus est conciliatas iri ciuium dissensiones, quod euentu verissimo cõsequutum est. Alex. ab Alex. c. 25. 5. Fellis magnitudo in extorum obseruatione fortunata omnia fœliciaque promittit. Idem.

N Plutar. Quæst. 5. 4. Sympos. non de quouis mure id scripsit, sed de Mygale, id est, Araneo mure: quem Ægyptij venerabantur, quia cæcus sit, tenebras luce priores & antiquiores existimantes: deinde quòd solus è muribus ætate quinta nascatur, id est, nouilunio: & quod senescente luna iecur eius minuatur.

O Vide infrà cap. 4. lib. 29.

P Turnebus cap. 23. lib. 20. Aduersa. adnotauit hunc locum suspectum esse, nec tamen restituere potuit.

Q Exta non viscera quæuis sunt, sed supra præcordia, cor & pulmo, quod in suo situ extant 1. infra præcordia, ventriculus, iecur, lien, quòd altis, vt renibus, vesicæ, lactibus verò superposita, sint. Non ergo præter rem Plinius inferiorem hic viscerum partem dixit. Chiffletius legit, ab interiore, quod non probo.

R Dissipium siue dissepium Macrobius vocat c. 6. lib. 1. in somn. De hoc viscere multa Rhodiginus cap. 21. lib. 4. διάφραγμα & διάζωμα Græci vocant Grammatici σωλῆν ἀφ' ὑπὸ τὸ φρενῶν, ἀφ' οὗ φλεγμαίνουσι παραφρονοῦσι ποιεῖν credũt quod negat Hippocr. lib. de sacro morbo: nullam enim iis inesse διάφαμμ, ὅθεν φρονεῖν ἀφ' οὗ νόσημ. item Arist. 3. De part. animal. οὐκ ἀνάγκαιον μὲν τὸ φρονεῖν, ἀλλ' ἐγγὺς ὄντα τ μετέχοντας, ἀφ' ὑπάρχειν ποιεῖν τὴν μεταβολὴν τῆς διανοίας: vt omittatur Galeni iudicium, lib. τ πανσυδ. μορ. & de admin. anatom. Brod. cap. 14. 5.

S Præter communes.

T Falsum id esse monstrat anatome. Septi quidem ambitus neruosus & membranosus est, media verò pars carnosa.

V Leg. quadrigeminus, ex Arist. cap. 17. lib. 2. histor. nempe κοιλία, πυλῶν ἕλκος, λίχνος ἢ νυκτερὶς.

X Inferioris partis ad pyloron.

Y A ventriculo lactes, per quas labitur cibus: cætera, ilia à quibus &c. Incipus quidam addidit margini, in homine & boue: quasi verò lactium, ilium, siue cilei, & crassiorum intestinorũ nõ eadem structura sit, quæ & hominis. Lactes autor vocat τόνους, ieiunum & διδυμοειδὲς τὸ πρὸ τοῦ ileum: ilia τὰ πλεῖον: capaciora, πάλιν, τυφλὸν, ἰλεόν. His distribuitur & separatur cibus ab inutilibus purgamentis. Varro in Prometheo, *Retrimenta cibi, quæ exierant per posticum, ea dilecerunt*, id est, eiecerunt. Lactes pantices prisco & obsoleto verbo Plautus appellat in Pseud. *improbe vini modo cupidæ estis: Eo vos vestros ingluuies adeò madefactis, cùm ego sim hîc siccus.* Apud Festum pãtices, frux ventris. Mesaraeon vocant medici, & meseenterion.

Z περὶ ὀδόντων Aristoteli, inglumem Latinis priscis apud Festum, gigerium Galli vocant *Gezier*.

AA Vel tota vel prope ventrem. Arist. cap. vlt. lib. 2. histor.

BB Vt passeres.

CC Dioscorid. alter est coloris varij, alter synceri.

DD Plautus in Curculione,

Nunciam quæso Roma bene cinctus ambulo:
Geminos in ventre habere videor filios.
Nihil metuo, nisi ne medius dirumpar miser.

Apud eundem in Mercatore, acanthio celerrimo cursu properans ait,

Perij, seditionem facit lien: occupat præcordia.
Perij: animam nequeo vertere: nimis nihili tibicen sum.

EE Ob vsum aspleni.

FF Apud Rhodig. cap. 18. 4. Horus nec ridere, nec odorari, nec sternutare tradit τὸν λεπτὸν σπλάγχνον.

GG Plaut. in Saturione, *Malè tibi ensemisse video: glaber erat tanquam vien.*

HH Apud Pausaniam libro primo Protophani Magnesio in Olympia eodem die pancratio & lucta victori, costæ, vt in aliis hominibus, discretæ non fuerunt, sed os vnum continuum à iugulo ad situm vsque posteemæ nothæ costæ. Lego verò, Costæ homini tantùm duodenæ. Nisi forte superiores octonas tantùm intelligat, veras & legitimas, non adnumeratis quatuor spuriis.

II Aut vasa genitalia marium, aut venæ & arteriæ ad crura descendentes.

KK Pubem τὸ ἦβος ἦτρον, nunc κῆτος veteres dixerunt, tam fœminarum quàm marium, vnde prouerbium, γλυκὺ ὑπῆρε ἐκείνοις φίλαμαι: nunc ποῦλον, in fœminis præsertim. Aristophanes.

νὴ δι' ὠβωνία. πεπλὴν γ' ἔχουσι τὸ ποῦλον. λ.
καὶ νὴ δία κομψότατόν γε τὸν βλακῶ ποιοῦσι μέλος.

quo in loco festiuè pulegium vocat pudendi pilos: nunc λαμῦνα. Euripides in Cyclope, ἵν', ὅστις τ' ἄρρεν ἐξεσεύρανται: μισσότατ' ἀρσένων, καὶ πωγωνοτριχέστατός φάσκειν χρῆναι λαμῦνῶν: Scaliger nunc πλειτόριον, ἰνδικὸν, βρίσιον, χαμαιδάφνον, vt Latini eugium.

LL Hippocrates Aphorisi. 18. 6.

MM Lucilio lib. 21. Satyr. bulga, quasi folliculus, loculus:

Ita vt quisque nostrum è bulga est matris in lucem editus.

Inde vulua.

NN Vide suprà cap. 51. lib. 8. Delitias, cupedias, & ganeam è suibus peti solitas Plautus memorat in Carbonaria.

Sic ego pernam, sumen suis spectile, callum, glandia.

Idem in Captiuis.

Dij immortales, vt ego callos, prætruncabo tergoribus:
Quanta pestis pernis veniet? quanta labes larido?
Quanta fumini absumendo? quanta callo calamitas?

&c. Idem in Menæch.

--de foro obsonarier
Glandulam fuillam, laridum, peronidem aut
Sinciput, aut polimenta porcina, &c. Idem in Pseud.
Pernam, callum, glandium, sucito vt in aqua laceant.

Sinciput ophthalmia vocasse videtur Plautus in Captiuis. Scaliger in Carbonaria legit, *Ecto pernam, sumen fueris, spectile* &c. ac spectile ex Festo interpretatur carnem sub vmbilico. Eidem scriptori Petimen dicitur ex Nævio, quod est inter duos armos suis, vt pectus. Nævius.

Petimine porcino qui mercuerat.

OO Abdomen Plautus in Milite dixit pudenda, & testes.

Vide istic tibi sit acutus Cario culter probè. Cat.
Quin iam dudum gestio mecho hoc abdomen adimere,
Vt faciam, quasi puero in collo pendeant crepundia.

De sumine festiuè Martialis,

Esse putes nondum sumen, sic vbere largo
Effluxit, & viuo lacte papilla tumet.

PP Et quæ dentata sunt vtrinque. Arist. cap. 17. 3. histor.

QQ Varro lib. 2. cap. 4. Rei rusticæ: In Arcadia scio me esse spectatum suem, quæ præ pinguitudine carnis non modo surgere nõ posset: sed etiam vt in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset, & peperisset mures.

RR Transeunte in fracturæ locum.

SS Sed seuum gignunt.

TT Raia, lamia, canicula.

VV Hippocr. Aphor. 19. 6.

XX Articulum quo tibiæ pes annectitur, & quo pedis versura sit.

YY Articulum qui auctum inpedit. Fabulosum hoc. an, vt, cùm abditur & reponitur quidpiam in sacculo, vel pera, nodo solet id colligi, & colligari, cùm verò promitur, nodúsolui opus est: hac etiam metaphora nodum soluere pubescens dicitur, cùm in eius corpore clausi, delitescentes, & velut nodo compressi morbi sese produnt, & palam fiunt?

ZZ Censorinus autor est, septimo quoq; anno articulos quosdam naturam ostendere, id est, rerum causas, τὰς προφάσεις, & con-

congruentes, conuenientésque occasiones, ac in his noui semper aliquid. Rhodig. cap. 21. 19. Seneca lib. de Beneficiis scribit septimum quemq; annum ætati signum imprimere, qua ratione sepernarios Clematericos tanquam scansiles, vocant, Ptolomæo hanc obseruationem repudiante. Rhodig. cap. 2. 21.

aaa Aristotel. cap. 7. lib. 5. de gener. Summa pars cordis in vastis animalibus præduro ligamento constat. Nerui autem nomine ligamenta, membranas quæ articulos circumdant tendines, aponeuroseis, & veros neruos complectitur.

bbb Animalium corporibus.
ccc In coxa. ccc In cubito. ddd In manus tendinibus.
ddd τῶν ἄκρων, extremis partibus corporis, musculis & carne non tectis. Varro περὶ ἡμερῶν apud Nonium venas & arterias, τὰ ἀγγεῖα, sic indicat, Q. mannam te efferdicam? feram? qui manus feruidos corporis fontes operis, & lacus sanguinis, teque vita lenus ferreo ense. Scalig.
eee Robur naturæ monstrat, aut imbecillitatem,
fff vallum hoc, sumptum ex Erasistrati disciplina.

De sanguine, & quorum celerrimè siccetur, quorum non coëat, quorum grauissimus vel tenuissimus, quorum nullus. CAP. XXXVIII.

SAnguis quibus multus & pinguis, iracunda, maribus, quàm fœminis, nigrior: & iuuentæ magis, quàm senio: & [a] inferiore parte pinguior. Magna & in eo [1] vitalitatis portio. Emissus spiritum [2] secum trahit: tamen tactum non sentit. Animalium fortiora, quibus sanguis crassior: sapientiora, quibus tenuior: timidiora, quibus [3] minimus: [b] at quibus nullus, hebetia. Taurorum celerrimè coit atque durescit, ideò [c] pestifer potu maximè. Aprorum, [4] & ceruorum, [d] caprearúmque, & [5] bubalorum omnium non spissatur. Pinguissimus asinis, homini tenuissimus. [6] Iis, quibus plus quaterni pedes, nullus. Obesis minus copiosus, quoniam absumitur pingui. Profluuium eius vni fit in naribus homini, [7] aliis nare altera, aliis vtraque quibusdam per inferna: multis per ora stato tempore, vt nuper Macrino [8] Visco viro Prætorio, & omnibus annis Volusio Saturnino vrbis præfecto, qui nonagesimum etiam excessit annum. Solum hoc in corpore temporarium sentit incrementum. Siquidem hostiæ abundantiorem fundunt, si prius bibêre. [e] Quæ animalium latêre certis temporibus diximus, non habent tunc sanguinem, præter sxiguas admodum circa corda guttas, miro opere naturæ: [9] sicut in homine, vim eius ad minima momenta mutari, [10] non modò tanto minore suffisi materia, verùm ad singulos animi habitus, pudore, ira, metu, palloris pluribus modis, item ruboris. Alius enim iræ, & alius verecundiæ. Nam & in metu [11] refugere, & nusquam esse certum est: multísque non transfluere transfossis: quod homini tantùm euenit. Nam quæ [f] mutari diximus, colorem alienum accipiunt quodam repercussu: homo solus in se mutat. Morbi omnes, mórsque sanguinem absumunt.

1 vitalitatis. M. præd. sic tamen. CH.

2 trahit secum: tactũ tamen non. Tol.
3 minimus, aut quibus nullus. Taurorũ. Tol. aut vt nullus. Taur. CH.

4 ac. CH.
5 hinnulorum. Vet.
6 His. CH.

7 aliis nare alterutra: quibusdam. CH.

8 Visco, deest in Ver. & M.

9 sicut & in M.

10 non morbo tantum. Plur. non modo tantum minore fusiua mat. Ver. non modo tantum in ora suffusa materia. M. non modo tanto minore materia suffusa. CH.
11 transfugere. M.

ANNOTATIONES.

a Sanguis emissus, vasesque exceptus, supernè semper dilutior est: infernè verò nigrior, spissior, magis concretus.
b An in formicis id constet & apibus, videndum.
c Vide ca. 9. lib. 8. & quæ ad eum locum adnotata sunt, & Scalig.
in Catal. de Cimbro declamatore.
d Aristot. cap. 6. lib. 3. hist.
e Vrsos, glires, serpentes, mures Alpinos.
f Polypum, chamæleonem.

An in sanguine principatus, & de tergore & pilis, & mammis. CAP. XXXIX.

SVnt qui subtilitatem animi constare non tenuitate sanguinis putent, sed cute operimẽtísque corporum magis aut minus bruta esse, [1] vt ostrea & testudines: boum [2] tergora, ferasque suum obstare tenuitati [3] immeantis spiritus, nec purum liquidúmque transm'itti: sic & in homine, cùm crassior callosiórve excludat cutis: ceu verò non crocodilis [4] & duritia tergoris tribuatur & solertia. Hippopotami corij crassitudo talis, [5] vt inde tornentur hastæ, & tamen [6] quædamingenio medica diligentia. Elephantorum quoque tergora [7] impenetrabiles certas habent, cùm tamen omnium quadrupedum subtilitas animi præcipua perhibeatur illis. Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite. Vbicunque per se, ac sine carne est, vulnerata non coit, vt in bucca cilióque. Quæ animal pariunt, [a] pilos habent: quæ oua, pennas, aut squamas, aut corticem, [8] aut testam, vt testitudines: aut cutem puram, vt serpentes. Pennarum caules omnium [9] cani, præcisíque non crescunt: euulsæ renascuntur. Membranis volant fragilibus insecta, humentibus hirundines in mari, siccis inter tecta vespertilio. [10] Horum alæ quoque articulos habent. Pili à cute [11] exeunt crassa hirti, fœminis tenuiores, equis in iuba largi, in

1 ostreas. M.

2 terga CH.
3 innati. Ver.
4 sit dur. terg & trib. solert. Tol. Quæ verò ratio crocodilis, si nõ cruri, sed duritię tergoris. Ver.
5 vt inde torreantur esseg. Parm. vt inde venabula fiant. Aristot. cap. 7. lib. 2. histor.
6 quędã est ing. Ver.
7 impenetrabile cutem. Ver. imp. setas. Vet. alij.
8 aut testam, in Ver. & M. deest. deest & in CH.
9 anium præcisi non M. cani, præcisæ non CH.
10 Horum quoque alæ. Tol. & M.
11 exeunt. Crassi hirtis. Salm. lego, Crassi maribus.

in armis leoni: dasypodi & in buccis intus, & in pedibus, quæ vtraque Trogus & in lepore [12] tradit, hoc exemplo libidinosiores hominum quoque hirtos colligens. [13] Villosissimum animalium lepus. [b] Pubescit homo solus: quod nisi [14] contingat, sterilis in gignendo est, seu [15] mas, seu fœmina. Pili in homine partim simul, partim postea gignuntur. [16 c] Congeniti autem [d] non desinunt, sicut nec fœminis magnopere. Inuentæ tamen quædam defluuio capitis inualidæ, [17] vt & lanugines oris, cùm menstrui cursus stetere. Quibusdam [e] pòst geniti viris sponte non gignuntur. Quadrupedibus pilum cadere atque subnasci, annuum est. Viris crescunt maximè in [18] capite, mox in barba. Recisi non, vt [19] herba, ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Crescunt & in quibusdam morbis, maximè [20] phthisi, & in senecta: defunctorum quoque corporibus. Libidinosis congeniti, maturius defluunt: [f] agnati, celeriùs [21] recrescunt. Quadrupedibus senectute [22] crassescunt, lanæque rarescunt. Quadrupedum dorsa pilosa, [23] ventres glabri. Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumq; [24] præcipuum. Mammas homo solus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantùm. Sed ne fœmine quidem in pectore, nisi quæ possunt partus suos attollere. Oua gignentium nulli: nec lac, nisi animal parienti: volucrum vespertilioni tantùm. Fabulosum enim arbitror [g] de strigibus, vbera eas infantium labris immulgere. Esse [h] in maledictis iam antiquis strigem conuenit: sed quæ sit auium, constare non arbitror.

12 eradidit. CH.

13 Villosissimum M. & CH.
14 contigit. CH.

15 masculus. M.

16 Congeniti autem non desinunt (inhaudi, in marg. M. hi nec pueris cadunt, nec quadrupedibus, nec fœminis magnopere. Plus ex Aristo. cap. 11. lib. 3. hist.
17 & lanugines. Tol. & CH. vellæ lanugines, cum. Ver. vt & languidiores. Parm.
18 capillo. M. & CH.
19 herba ab extera. M. herba ab cætera. CH.
20 tussi. M. & CH.
21 decrescunt. Ver. & CH. Lego, excrescit.
22 crassescunt rarescúntq; lanæ M. Quidã melius sic legi put tant, crassescunt lanę, quamquã rarescunt ex Arist. cap. 11. lib. 3. animal.
23 venter glaber. M.
24 & id præc. Vet.

ANNOTATIONES.

20 a An de delphinis & caniculis id verum sit, considerandum.
b In mento. Aliqui plerisque animalibus circa pudendum velut pubes nascitur. Vide Rhodiginum cap. 21. lib. 19.
c Capitis, Superciliorum, palpebrarum.
d Nam licet cadant nonnunquam, tamen renascuntur. Quidam legunt, non decidunt.
e Vt pubes & barba.
f Barba, pubes.
g Vide Serenum cap. de infantibus dentientibus, aut Stryge vexatis. Maleficas fœminas & quasi lemures etiam hodie Itali vocãt *Strighe*. Vide in lex. Constant. voce m στρίγλος.
h Plaut. in Pseud.
Ei homines sibi canæ coquunt: cùm conduunt,
Non conuiuis conduunt, sed strigibus:
Vtnis conuiuæ intestina quæ exedunt.
Quid. lib. 6. Fast. In Græcorum diris, execrationibus, ac imprecationibus striges aduocantur. Στρίγγ' ἐπικάτειμι σοι τὴν κεφαλήν, τὰς στρίγγ' ἀγκαλάω, στρίγγ' ἀνθέλκομαι, στρίγ' ἐπικνίσσω καὶ νέμω. Vide quæ notata sunt cap. 19. 18.

Notabilia animalia quæ mammis. CAP. XL.

ASinis à fœtu dolent: ideo sexto mense arcent partus, cùm equæ anno propè toto præbeant. Quibus solida vngula, nec supra geminos [1] fœrus, hæc omnia binas habent mammas, nec aliubi, quàm in [2] feminibus. Eodem loco bisulca & cornigera: boues quaternas, oues capræque binas. Quæ numeroso fœcunda partu, & quibus digiti in pedibus, hæc plures habẽt toto ventre duplici ordine, vt sues: generosæ duodenas, vulgares [3] binis minus: similiter canes. Alia ventre medio quaternas, vt pantheræ: alia binas, vt leænæ. Elephas tantùm sub armis duas: nec in pectore, sed citrà in alis occultas. [4] Nulli in feminibus digitos habentium. [5] Primis genitis in quoque partu sues primas præbent: [6] eæ sunt faucibus proximæ: [7] & suam quisque nouit in fœtu, quo genitus est ordine, eáque alitur, nec alia. Detracto illa alumno suo sterilescit illico, ac [a] resilit. Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex, quæ genito fuerat attributa, descendit. Vrsæ mammas quaternas gerunt. Delphini binas in ima aluo papillas tantùm, nec euidentes, [8] & paulò in obliquum porrectas. Neque alius animal in cursu [9] lambitur. Et balænæ [10] autem vitulíque mammis nutriunt fœtus.

1 partus. Ver.

2 femoribus. Vet.

3 binas. Ver.

4 Nullis CH.
5 Primis ingenitis &c. CH Primogeniti in quaque parte ꝑ. premunt. M. Ver.
6 Et si eæ sunt ꝑ. tamẽ suã. Ver. præuẽ.
7 &, in M. deest.

8 paulum. CH.
9 lambitur Balænæ autem, vitulique mamini mammis. Dal.
10 autẽ, in M. deest.

ANNOTATIO.

a In aluum redit, contracta, flaccida, rugosa.

De lacte, & vnde caseus non fiat. CAP. XLI.

MVlieri ante septimum mensem [1] profusum [a] lac, inutile. Ab eo mense, quòd [2] vitalis est partus, salubre. Plerisque autem [b] totis mammis, atque tiam [3] alarum sinu fluit. [4] Cameli lac habent, donec iterum [5] graueſcant. Suauissimum hoc existimatur, ad vnam mensuram [6] tribus aquæ additis. Bos ante partum non habet. Ex primo semper à partu [c] colostra fiunt: quæ, ni admisceatur aqua, in pumicis modum coëunt duritia. Asinæ prægnantes continuo lacteſcunt. [7] Pullis earum, vbi pingue pabulum, biduo à partu mate

1 fusum &c. quo vitat M.
2 vitales partus. CH.
3 in alarum sinus M. alarum sinus. CH.
4 Cameli lac mulgetur, ne iterum grauescat. Parm.
5 grauidescant Dal.
6 tribus, de Arist. cap. 5. lib. 7. hist. Arist. ca. 5 lib 7 hist.
7 Pullo. Ver. Pullos. CH.

maternum lac gustasse lethale est. Genus mali vocatur coloſtratio. Caseus non fit[d] ex vtrinque dentatis, quoniam eorum lac non coit. Tenuissimum camelis, mox equis: [e] crassissimũ asinæ, vt quo coaguli vice vtantur. Conferre aliquid & [8] candori in mulierũ cute existimatur. [f] Poppæa certè Domitij Neronis [9] coniux, quingentas secum per [10] omnia trahens fœtas, balnearum etiam [11] solio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens. [12] Omne autem lac igne [13] spissatur, frigore sereſcit. Bubulum caseo fertilius, quàm caprinum, ex eadem mensura penè altero tanto. Quæ plures quaternis mammas habent, caseo inutilia, & meliora quę binas. Coagulum [14] hinulei, leporis, hœdi laudatum. Præcipium tamen dasypodis, quod & profluuio alui medetur, [15] vnius vtrinque dentatorum. Mirum barbaras gentes, quæ lacte viuant, ignorare aut spernere tot seculis casei dotem, densantes id alio quin in 8 acorem iucundum, & pingue butyrum: spuma id est lactis, concretiúsque quàm quod serum vocatur. Non omittendum in eo olei vim esse, & barbaros omnes infantésque nostros ita vngi.

8 candore.M.

9 coniux, in M. deest.

10 omnia loca trahens. Salm.
11 solium. M.
12 omne autem igne spiſ. frig. ſereſcit. CH.
13 spissatum humore ſereſcit. Parm.
14 inutile leporis. Parm. prauè. hinuli, leporis Dal.
15 vnus. CH.

ANNOTATIONES.

a Varro in Andabatis, *Candidum lacte papillæ cùm fluit, signum putant partuis, quod hic sequatur mulierem è partu liquor:* Apud Nonium. Idem de liberis educandis, *Eam nutricem oportet esse adolescentem. Asinus. vt sanguis deterior. sic lac.* Lac. n. vt quidam dicunt Physici, sanguinis spuma est.
b Aristot. cap. 11. lib. 7. histor.
p Vulgo, *Betton.*
c Fit ex asinarum & equarum lacte, quæ vtrinque dentatæ sunt,
e Falsum id medicorum omnium iudiciis, qui tenuissimum post humanum esse putant.
f Iuuenal. Sat. 6.
--atque illo lacte fonetur
Propter quod secum comites educit asellas,
Exsul Hyperboreum si dimittetur ad axem.
Vide infrà cap. 12. lib. 28.
g Mechlam, oxygala.

De diuersitatte caseorum. CAP. XLII.

LAus caseo Romæ, vbi omnium gentium bona cominus iudicantur, è prouinciis Nemausensi præcipua, Lesuræ [a] Gabalicíque pagis, sed breuis ac musteo tantùm commendatio. Duobus Alpes generibus pabula sua approbant: Dalmaticæ [b] Docleatem mittunt, Ceutronicæ [c] Vatusicum. Numerosior Apennino. [d] Cebanum hic è Liguria mittit, ouium maximè lactis: Æsinatem ex Vmbria: mistóque Hetruriæ atque Liguriæ confinio Lunensem magnitudine conspicuum: quippe & ad singula millia pondo premitur. Proximum autem vrbi Vestinum, [1] eúmque è Cæditio campo laudatissimum. Et caprarum gregibus sua laus est, [2] recenti maximè, eam [e] augente gratiam fumo: qualis in ipsa vrbe conficitur, cunctis præferendus. Nam Galliarum sapor medicamenti vim obtinet. Trans maria verò Bithynus ferè in gloria est. Inesse pabulis salem, etiam vbi non detur, ita maximè intelligitur, omni in salem caseo senescente: quales redire in musteum saporem, aceto & thymo maceratos, certum est. Tradunt Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis viginti, ita temperato, vt vetustatem non sentiret.

[d] Cruſtaminúmque & è Vet. laudatiſſimũ & Capityrum. Gregibus. Vet. Capnityrum alij, alij Epicyrum legunt. Quod ſequitur quidem aug. grat. fumo, lectionem Capnityron probat.
a Agrigenti, quidam legunt.

ANNOTATIONES.

1 Ballici (quare ita legendum putem mox dicam) pagi vulgò *les Baux*, villæ, aut potius casæ, in saltuosis montibus sitæ, quà itur ex Auenione Tarrasconem. Lesura, etiamnum hodie, *Lesa*, pagus aliquot domunculis constans. Ibi caprarum & ouium multi greges aluntur, è quorum lacte fiunt casei molliusculi, præpingues, præcipuæ commendationis apud Auenionenses & circumuicinos. Hodie *fromages des Baux*. Lego Ballici, deprauatúmq; puto ab iis, qui cùm nescirent huius rei historiam, & alibi in hoc scriptore legissent Gabales, ex illis Gabalicos pagos sibi finxerunt. In Gaballis, vel vt legitur cap. 19. 4. Gabalibus, vulgò *Genauden*, est etiámõs Lesora, vulgò, *Lusere*, vnde Tarnis fluuius oritur memoratus à Plinio loco citato. Eius meminit Sidonius Apollinaris in Propemptico ad libellum,

Hinc te Lesora, Caucasum Scytharum.
Vincens, aspiciet, citróque Tarnis. Roaldes

b *Drina di Sclauonia.*
c Hodie is vocatur *fromage de Paſſi* quasi Passiacus pro Vatusico, & forsassis vox qua Plinius vtitur corrupta est. Aliis, *fromages de sainct Bon en Tarentaise.*
d Cebanum, *du marquisat de Cene.* Eius regionis incolæ hos caseos vocant, *Robles*, & bonitate cum Placentinis ac Marsolinis conferunt.
e Romæ & in plerisque Italiæ locis casei & siccabatur & colorabatur fumo. Columel. cap. 8. 7. Est etiam non ingrati saporis muria perduratus, atque ita maligni ligni vel culmi fumo coloratus. Apud Vlpianum Aristo cesset, ex taberna casearia in ædificium alienum quod superiu. est, fimum iure non immitti, nisi fuerit nominatim constituta seruitus: alioqui vicino negatoriã actionem competere. Duaren. cap. 24. 1. Annot. Martial. in Xeniis,

Non quemcunque locum, nec fimum caseus amnem,
Sed Velabrensem qui bibit ille sapit.

Brisson. cap. 15. 4.

Differentia membrorum hominis à cæteris animalibus. CAP. XLIII.

TErrestrium solus homo bipes. [a] Vni [1] iuguli, humeri, cæteris armi: vni vlnæ. Quibus animalium manus sunt, intus tantùm carnosæ: extrà neruis & cute constant. Digiti quibusdam [b] in manibus seni. M. Curiatij ex patritiagente filias duas od id Sedigitas appel-

1 Vnguiæ M. Lego, iugula.

appellatas accepimus, & Volcatium Sedigitum, illustrem in Poëtica. Hominis digiti articulos habent ternos, pollex binos, & digitis aduersus vniuersis flectitur: per se verò in obliquum porrigitur, crassior cæteris. Huic minimus mensura [2] par est: duo reliqui sibi, inter quos medius longissimè protenditur. Quibus ex rapina victus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus, reliquis [c] quaterni. Leones, lupi, canes, & pauca in posterioribus quoque quinos vngues habent, vno iuxta cruris articulum dependente: reliqua, quæ sunt minora, [3] digitos quinos. Brachia non omnibus paria [4] secum. Studioso Thraci in C. Cæsaris ludo notum est dextram fuisse proceriorem. Animalium quædam, vt manibus, vtuntur priorum ministerio pedum: sedéntque ad os illis admouentia cibos, vt sciuri.

2 pari. M.

3 & digitos. M & cti.
4 esse. M.

ANNOTATIONES.

a Iugula, τὰς κλεῖδας, etiam similis, talpis, sciuris, muribus Alpinis autor nescit.
b Pollex, (in pedibus, hallux hus) μέγας, ἀντίχειρ, Index, salutaris, δακτύλιος, λιχανὸς: Medius, infamis, verpus, μέσος, ἰατρὸς παρὰ πυθαγόρᾳ: Annularis, παράμεσος, δακτυλιώτης: Minimus, auricularis, μικρὸς, ὠτίτης. Medium vnguem ostendere, probrosè ac contumeliosè despicere. Iuuenalis.

--cùm fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vngue.

Martial.

Rideto multum, quisquis te Sextile cynedum
Dixeris, & digitum porrigito medium.

Alex. ab Alex. cap. vlt. 4.
c Leg. quaterni, vt leonibus, lupis, canibus, & pantheris in posterioribus vno, iuxtà &c. ex Arist. c. 9. 4. de pact. Toleranum pro, vngues, habet lynces: quamobrem Pintianus legit, canibus & pantheris. Quaternos quoque lynces habent, vno iuxta &c.

De simiarum similitudine. CAP. XLIIII.

NAm simiarum genera perfectam [a] hominis [2] imitationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, [3] quas solæ quadrupedum & in inferiore habẽt gena. Iam mammas in pectore, & brachia, & crura in contrarium similiter flexa: in manibus vngues, digitos, longioremq; medium. Pedibus paulum differunt. Sunt enim, vt manus, [4] prælongi & vestigium palmæ simile faciunt. Pollex quoque his & articuli, vt homini: ac præter genitale, & hoc in maribus tantùm, viscera etiam interiora omnia ad exemplar.

1 Iam. Pint.
2 simulationem. M.

3 quæ ſ. q. & inferiorem h. genã. M. quas ſ. q. & inferiorem h. genam. Vet.
4 prælongæ. M.

ANNOTATIO.

a Autore Galeno, ridiculam, exhilarandis oblectandísque pueris natam, summa tamen æquitate naturæ in eius fabricando corpore quòd animam non minus ridiculam eo vestierit. Therites deformem turpémque faciem Lycophron cùm exprimere conatur, πιθηκόμορφον appellat. Rhodig. cap. 10. 3. vide cap. 54. 8. Plautus in Mostell. *Vide vt fastidis simia?* (i. monstrum hominis.) Idem in Milite glorioso, *Pithecium hæc est præ illa, & Sphinturnicium.*

De vnguibus. CAP. XLV.

VIngues clausulæ neruorum summæ existimantur. Omnibus hi, quibus & digiti. Sed simiæ imbricati, hominibus lati, & [2 a] defuncto crescunt: rapacibus vnci: cæteris recti, vt canibus, præter eum qui à crure plerisque dependet. Omnia digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinque, sed indiuisi, ac leuiter discreti, [3] vngulisque haud vnguibus [4] similes, & pedes maiores priores. In posterioribus [5] articuli breues. Idem poplites [6] intus flectit hominis modo. Cætera animalia in diuersum [7] posterioribus [8] articuli pedibus, quàm prioribus. Nam quæ animal generant, genua ante se flectunt, & suffraginum [9] artus in auersum. Homini genua & cubita contraria: Item vrsis & simiarum generi, ob id minimè pernicibus. Oua parientibus quadrupedum, crocodilo, lacertis, [10] priora genua pòst curuantur, posteriora in priorem partem. Sunt autem crura his obliqua, humani pollicis modo. Sic & multipedibus, [b] præterquàm nouissima salientibus. Aues, vt quadrupedes, alas in priora curuant, suffraginem in posteriora. Hominis [c] genibus quædam & religio inest, obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc, vt aras, adorant, fortassis quia inest iis vitalitas. Nanque in ipsa genu vtriusque commissura, dextra læuáque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas inest: qua perfossa, ceu [11] iugulo, spiritus fugit. Inest & aliis partibus quædam religio: sicut [d] dextra oculis auersa appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Græciæ in supplicando [e] mentum attingere mos erat. Est in aure ima [f] memoriæ locus, quem tangentes [12] g atteſtamur. Est pòst aurem æquè dextrã Nemesios, (quæ Dea Latinum nomẽ ne in Capitolio quidem inuenit) quò referimus [13] tacto

1 Vngues, qui clauſ. ner. ſum. exiſtimãtur, omnibus iis, quibus & dig. M.
2 defunctis. Vet.

3 vngulæque. M. vngulisque non. CH.
4 similes. Crura maiora priora. In posterioribus imis malleoli breues. Ex Aristo. lib. 2. cap. 1. hist. anim.
5 Alij legũt marculi, ex Arist. loco citato. vbi σφυρὰ βραχέα, malleolos breues vertit Gaza.
6 posteriores. ex Arist.
7 Hîc clauſulã Pint. expungit. Lego, tam poſter. &c.
8 articulis & pedibus. M.
9 articulũ. M. & Vet.
10 priora posteriorãque genua pòſt curuantur, ſed in latus obliqua paululũ crura. Ex Arist.
11 in gulis. M. vinculis. Vet.

12 atteſtantur. M. anteſtamur. Vet.
13 cactus more. M. tactum ore. CH.

ore proximum à minimo digitum, veniam sermonis à diis[14] ibi recondentes. [h] Varices in cruribus viro tantùm,[i] mulieri raro.[15] C. Marium, qui septies Consul fuit, stantem sibi extrahi passum [k] vnum [16] hominem, Oppius autor est. Omnia animalia à dextris partibus incedunt,[17] siniſtris incubant. Reliqua, vt libitum est, gradiuntur. Leo tantùm & camelus pedatim, hoc est, vt siniſter pes non transeat dextrum, sed subsequatur. Pedes homini maximi, fœminis[18] tenuiores in omni genere. Suræ homini tantùm, & crura[19] carnosa. Reperitur apud autores, quendam in Ægypto non habuisse suras.[20] Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Nanq; & hinc cognomina inuenta, Planci,[l] Plauti,[21] Scauri, Pansæ, sicut à cruribus [m] Vari, Vatiæ,[22] Vatinij: quæ vitia & in quadrupedibus. Solidas habent vngulas, quæ non sunt cornigera: igitur[23] pro eis telum vngula est illis. Nec talos habent eadem. At quæ bisulca sunt, habent. Iidem [n] digitos habentibus non sunt: neque in prioribus pedibus omnino vlli. Camelo tali similes bubulis, sed minores paulò. Est enim bisulcus discrimine exiguo pes imus, vestigio[24] carnoso, vt vrsi: qua de causa in longiore itinere sine calciatu fatiscunt.

14 exposcentes. Vet.
15 G. Mario q. f. C. f. stante sibi &c. CH.
16 hominum. Chiffletius legit.
17 siniſtris magis incubãt. Vet. siniſtra incubant. CH.
18 tenuiores. In omni genere suræ Homini. Ver. & M.
19 carnosæ. CH.
20 Planca. Dal.
21 Pansæ, Scauri. CH.
22 Vatij. Dal.
23 pro his telum vngulæ sunt illis. CH.
24 carnosus, vt vrsis, CH.

ANNOTATIONES.

a Rationem vide apud Rhodig. cap. 24. lib. 3. petitam ex Aristot. problem.
b Pint. ex Arist. cap. 1. 2. hist. legit, præterquam nouissima subeuntibus aut subsequentibus (sub. pedibus) qui ambigui sunt. Ego nil muto, sensumque perspicuum ac verum esse puto, salientibus multipedibus, vt atanco, locustæ, nouissima siue postrema crura esse minus obliqua, sed recta potius, quoniam eorum nixu saliendo antrorsum in rectum se vibrant.
c Priamus apud Homerum, Æchillem oraturus vt filij corpus redimere liceret.

Γούνων ἀψάμενος λιτανεύεσκεν δέ ἑ' ἑκάστου. Apud eundem Iliad. 1.
--λαβών ἁλίαστον γόνυων.

Apud Tryphiodorum Sinon periurus Priamo adulorus *Imoíσιν πολλαπλῶν ἡψατο γόνυων*. Apud Euripidem Orestes supplex Menelaum sic alloquitur,

Τῶν σῶν γόνάτων προσπέλασε δι γγάνω. Inde apud Synesium, προσῆλθε γοῦν τοῖς ἐκείνου γονάτοις. Virg.

Et genua amplectens effatur talia supplex.

Claudianus de raptu Proserpinæ.

--genibusque suas cum supplice fletu
Admouere manus.

d Varro, Callimachum secutus, rationem affert, quòd omnium rerum autoritas dextræ viribus constet: deóque maiores, cùm se mutuò salutarent, hac parte corporis se potissimum veneratos fuisse. Plethon lib. 2. rerum Græc. eius consuetudinis meminit. Diodorus Persis id fidei pignus sanctissimum esse tradit. Aristophanes in Nubibus: *πῶς μὰ, κατὰ τὸν χαῖρε Ῥοδιακὸν δεξιόν*. Nam, inquit interpres, *ὅσοι ἅμα καὶ πίστει, καὶ εὐωδίᾳ πάντα τὰ βάπτα τὰς δεξιὰς δεδώκασι ἀλλήλοις*. Rhod. cap. 3. 4. Eodem loco *ἐπιδέξιος* extima & auersa manus pars, quam Catoni de prouincia discedenti, raro & inusitato quodam honore milites osculatos fuisse tradit Plutarchus.
e Vlyssi, vt inexorabili & duro, obiecit Hecuba, quòd vultum auertisset, *ὡς μὴ προσθίγαμ γενειάδος*. Apud Homerum supplices contingunt mentum eorum quos regant, vt vel annuant, vel apud alios pro se intercedant: dextram, vt quod precantur faciũdum suscipiant: genua, vt in eo, quod facere aggressi fuerint, pergãt. Had. Iun. cap. 11. 2. Supplicandi omnia genera priscis vsurpara, sed & quas cui Deo humani corporis partes sacras esse veruſtas putauerit, recenset Alex. ab Alex. cap. 19. lib. 2.
f Hinc vellere aurem, admonere dicimus. Virgil.

--mihi Cynthius aurem
Vellit & admonuit.

Eius quoque tamen partis contrectatio, beneuolentiam, qua parentes nos prosequimur, auditus sensu animis nostris inseri monet, sicut Clemens Alexandrinus 5. Stromatõn exposuit. Quamobrem olim mos fuit, vt pueri patres oscularentur arreptis vtrinque auribus, quod osculi genus Pollux lib. 10. *κύσχαμ* vocat.

Et sacra matrona dabit, natisque parenti
Oscula comprensis auribus cripiet.

Theocrit. *ἐκ ἔφαμ' ἀλλ' ὑπέμνασε ὅτι μὴ κρὰν ἐπιλήσει,*
τῶν ὦτων πατρὸς· ἐκὲ τὰν φάσαν ἐθόμαν.

Canterius cap. 19. lib. 1. Plaut. in Asinaria,

Prehende auriculis, compara labella cum labellis.

g Lego cum veteribus, antestamur. Antestari, testem vocare prehensa tritáque auricula, cùm aduersarius, qui vadauit non paruit, in ius trahitur. Horat. Serm. Sat. 9. 16.

--& quo turpissimè? magna
Exclamat voce, Et, licet antestari? ego verò
Oppono auriculam: rapit in ius.

Vide Lipsium Epist. 27. 4.
h Varices flegmina veteres appellarunt, quòd flexuosæ & tortuosæ venæ sint ac in multos sinus diuaricatæ. Plaut. in Epidico,

Aiunt tibi te comitem melius quærere, ita dum te sequor,
Lassitudine me insuauerunt miserum in genua flegmina.

Tamæ Festo. Lucilius,

Ingnem ne existat papulæ, tamane an boa noxit.

Varicosos Lucilius, vt ex eius verbis post paulò adscriptis manifestum est, Vatraces appellauit.
i Frequentiores hoc seculo fœminis quàm viris.
k Quo seculo id scripsit Oppius, aut Marius suctus est. Alios postea sectos sic fuisse vide apud Ciceronem 2. Tuscul.
l Plauti, quasi *πλακτὸς*: Scauri, quasi *σκῶροι*, quibus tali siue malleoli eminent.
m Varis Valgi, qui & Vaciæ, contrarij sunt. Vari enim distortis sunt cruribus extrorsum, Valgi verò seu Vaciæ introrsum. Valgos Compernes Lucilius vocat lib. 17. Satyr.

Compernem aut varam fuisse Amphitryonis uxorem.

Nonius. Legendum verò hîc puto Vaciæ, quoniam eos Vacaces Lucilius vocat lib. 27. Satyr.

Vt si progeniem antiquam qua est Maximus Quintus
Vacax, qua varicosus, & varax. Vacaces, Vatiæ, Vatij sunt quos Valgos dicimus.

n Ex Aristotele hoc Plinius. Astragalum tamen seu talum in homine esse indicat anatome, aeque id in Epistolis Seneca, & Herodotus affirmant.

De vngulis. CAP. XLVI.

VNgulæ veterino tantum generi renascuntur. Sues in Illyrico quibusdam locis[a] solidas habent vngulas. Cornigera ferè bisulca. Solida vngula, & bicorne nullum. Vnicorne asinus tantum Indicus: vnicorne & bisulcum oryx. Talos asinus Indicus vnus solidipedum habet. Nam sues ex vtroque genere existimantur,[1] ideo fœdi earum. Homi nem qui existimarunt habere, facilè conuicti. Lynx tantùm digitos habentium, simile quiddam talo habet: leo etiamnum[2] tortuosius. Talus autem rectus est in articulo pedis ventre[3] eminens, concaua in vertebra ligatus.

1 Ideo feruntur diuersi earum fœtus. Parm. idcoque fœtus earũ. Vet. Alij legunt mutata distinctione: Aliis quibusdã grauioribus in cruribus additi radij, sed nulli vncos habentium vngues. Longipedes porrectis ad caudam cruribus volant. vide Arist. lib. 2. hist. an cap. 12. vnde totus hic locus.
2 tortuosos M.
3 eminens concauo, in vert. M. & CH.

ANNO

ANNOTATIO.

a Solidipedes sunt. Aristot. *περὶ ἀναπν. ἐμφυσημ. ἢ ἐν μεσοδόντι ἢ τῇ ἐν τῶν ὑμενοδόντων χώρᾳ τὰς οὔτε ἄνω μόνυχας.*

De pedibus auium & vuguibus. CAP. XLVII.

AVium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes, aliæ inter vtrunque, diuisis digitis adiecta latitudine. Sed omnibus quaterni digiti, tres in [1] priore parte, vnus à calce. [c] Hic deest quibusdam longa crura habentibus. Iynx [b] sola vtrinque binos habet. Eadem linguam serpentium similem in magnam longitudinem porrigit. Collum circumagit [2 d] in auersum. Vngues ei grandes, ceu gracculis. Auium quibusdam grauioribus, in cruribus additi radij. Nulli vncos habentium vngues, longi pedes. Porrectis ad caudam cruribus volant: quibus breues, contractis ad medium. Qui negant volucrem vllam sine pedibus esse, confirmant & apodas habere, [e] &[3] ocen, & drepanin, [4] in eis quæ rarissimè apparent. Visæ iam etiam serpentes anserinis pedibus.

1 superiore. Parm.
2 in aduersum sc. M. Circumagit collum auersum. Vet.
3 hirundinem. Pint. ex Arist. cap. 1. lib. 1. hist. Nectoren. Vet.
4 ex his quæ. CH.

ANNOTATIONES.

a Arist. lib. 2. cap. 12. hist.
b Quin & Pisttaci, Meropes, Pici, nocturnarúmque multæ. Lego, itaque ex Arist. ca. 12. lib. 2. histor. Iynx cum aliis paucis vtrinque.
c Iyngis simplex & teres lingua est, serpentis verò bisulca, cap. 17. lib. 2. De Part. Animal. & cap. vltimo lib. 2. hist. quamuis trisulcam serpentibus esse Plinius tradat, cap. 37. lib. 11. Confertur igitur Iyngis lingua non cum lingua serpentum, sed cum eius vibratu, quo serpens exertam profert.
d In humeros & dorsum quiescente corpore. Aristot.
e Arist. cap. 1. lib. 1. hist. vnde sumpta hæc sunt, *Nonnullis auium*, inquit, *inutiles ferè ac imbecilli sunt pedes, ναπόδεις: quamobrem Apodas vocant. Similes ijs cæteris volatu sunt pernices, gressu & pedibus infirme, vt hirundo, & Drepanis* &c. Hinc apparet Ocen redundare, nec pro ea voce legendum Nycterida, vt Hermolaus & Gesnerus censent, cùm vespertilionem Arist. loco supracitato nec recensear inter *ναπόδους*, & ei manifestè pedes tribuat. Quidam volunt Apodem minorem & atrum ob volatus celeritatem à Plinio ocyn vocari.

De pedibus insectorum. CAP. XLVIII.

INsectorum pedes [1] primi longiores, duros habentibus oculos, vt subinde pedibus eos [2] tergeant, ceu notamus in muscis. Quæ ex his nouissimos habent longos, saliunt, vt locustæ. Omnibus autem his seni pedes. Araneis quibusdam prælongi accedunt bini. Internodia singulis terna. Octonos & marinis esse diximus, polypis, sepiis, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium mouent, pedes in orbem aut in obliquum.[3] Iidem soli animalium rotundi. Cętera binos pedes duces habent, cancri tantùm quaternos. Quę hunc numerum pedum excessere terrestria, vt plerique vermes, non infra duodenos habent, aliqua verò & centenos. Numerus pedum impar nulli est. Solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura: posteà exporrigentia se veriùs, quàm crescentia. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus: quod addita ætate non queunt: [4] quia longitudo superficiem corporum [5] solam ampliat. Hac de causa inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt, nec vsque dum ceruix ad iusta incrementa perueniat.

1 primo. CH.
2 tergant. M.
3 Iidem salis: vel iisdẽ solis. Dal.
4 quæ (ætas) longam reddit ceruicem crura solũ ampliat. Pint. ex coniectura nõ admodum firma. Lego quoniam, quia crurum superficies sola, non longitudo ampliatur.
5 sola. M.

De pumilionibus & genitalibus. CAP. XLIX.

PVmilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter volucres. Genitalia maribus quibus essent [1] retro, satis diximus. Ossea sunt lupis, vulpibus, mustelis, [2] viueris: vnde etiam calculo humano remedia præcipua. Vrso quoque simul atque expiraueret, cornescere aiunt. Camelino arcus intendere, Orientis populis [3] fidissimum. Necnon aliqua [a] gentium quoque in hoc discrimina, & sacrorum etiam, citra perniciem [4 b] amputantibus Matris Deûm Gallis. Contrà [c] mulierum paucis prodigiosa assimulatio: sicut hermaphroditis vtriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certè hermaphroditas [5] subiunctas carpento suo equas, in [6] Treuerico Galliæ agro repertas: ceu planè viscenda res esset, principem terrarũ insidere portentis. Testes pecori armentóque ad crura decidui, [7] subus adnexi: delphino prælongi vltima conduntur aluo, & elephanto occulti. Oua parietium lumbis intus adhærent: qualia ocyssima in Venere. Piscibus serpentibusq; nulli, sed eorum vice binæ ad genitalia à renibus venæ. Buteonibus terni. [d] Homini tantùm iniuria, aut sponte naturæ franguntur: idq; tertium ab hermaphroditis & spadonibus semiuiri genus habent. Mares in omni genere fortiores, præterquàm in pantheris & vrsis.

1 retro sit. Salm. retrorsa. M. & CH.
2 viuerra. Sunt inde etiam. M. Sunt in iis etiam Vet.
3 fidelissimum. M.
4 amputatis. M.
5 subiungeb. Vet. subiungi St.
6 Treuerit. Cres.
7 subus. Alij.

ANNO

a Vt Iudæorum, Ægyptiorum.
b Testa Samia, infrà cap.12.lib.39. sub finem. Præcisos ob id vocat Lampridius in Heliogabalo. Iactauit autem caput inter præcisos fanaticos, & genitalia sibi deuinxit. Solebant porro illi fanatici & lymphati, velut diuino spiritu afflati, & æstu quodam mentis perciti, vagari, caput iactare, contorquere, huc illuc flectere furibundorum specie, virilitatem amputare, vaticinari: quæ, vt Plutarchus ait, μανίαι διὰ τῶν ἀφροφόρων σωμάτων πάθη. Lucanus,

---cerniémque votantes
Sanguinei populi cecinerunt triſtia Galli.

Brissonius cap.13.2.
c τεῖλε τριβάνι, quæ tentiginem in summa vulua marium pudendo similem habent.
d Testes olim etiam vasa nuncuparunt. Plaut. in Pœn. *Facio quod manifesto deprehensi mœchi hanc fermè solent.* Mi. *Quid id est?* Syn. *refero vasa salua.* τέγαι priſca vox Græca, μάστυρα: μάστυρας Ἕλληνες, testes aduocare. δίδυμοι ob id testes vocantur, quòd τὸ σπέρμα τίκτουσι μάστυρα ἀσὶ, in suibus polimenta, quoniam educta sunt folliculis, polis, id est pilis aluaceis similia sunt. Laberius: *Quamnam mensæ quæ deliciis nos suppeditores facit, Cum cano engio pusillatricer.* Suppolitores, subagitatores: pusillitari, lasciuire: cum engio, pudendo muliebri. Vide quod adnotatum est suprà cap. 17. & infrà cap. 4. 28. Festus polimenta dicta vult, quòd castratura ex impetu vesticum modo poliuntur. Arnobius lib.7. Verecundius proles dicit tradit. Vide Scalig. in Festum voce, Polimenta.

De caudis. CAP. L.

C[2]Audæ, præter hominem ac simias, omnibus ferè[1] animalibus, & oua gignentibus, [2] pro desiderio corporum: nudæ hirtis, vt apris: paruæ villosis: vt vrsis, [3] prælongis fetosæ, vt equis. Amputatæ lacertis & serpentibus renascuntur. Piscium [4] meatus gubernaculi modo regunt: [5] atque etiam [6] in dextram atque læuam motæ, vt remigio quodam impellunt. Lacertis inueniuntur & geminæ. Boum caudis longissimus [7] caulis, atque in ima parte hirtus. Idem asinis longior, quàm equis, sed setosus veterinis. Leoni infima parte, vt bubus & sorici: pantheris non item: vulpibus & lupis villosus, vt ouibus, quibus procerior. Sues [8] retorquent: canum degeneres sub aluum reflectunt.

1 animal.CH.
2 pro differentia.
3 præ ongæ & setosæ equis. D.
4 natatus.
5 æquè. M.
6 in dexterã &c. CH.
7 pilus.M.
8 intorquent.CH.

ANNOTATIO.

a Vnico ac singulari cornu animalia septem armata legimus: Rhinocerontem, Orygem, Monocerotem Æliano cap.3.lib.7. & autori cap.21.lib. 8. Bouem Indicum cap. & libro citatis: Equum Indicum, è cuius cornu poculum factum veneni noxam frangit, Æliano cap. 12.lib.4. Asinum Indicum, in cuius cornu eadem vis comperta est, & contra multos alios morbos efficax, Æliano c. 22.li.5. Afinos id genus, quotannis Indiæ rex publico spectaculo committit, Æliano c.42.li.4. Bisontem Æliani c.44.li.4. Ludouicus Bertheme c 2.lib.4. Nauigationum suarum, in insula Zeilan vaccas asserit se vidisse vno tantum cornu præditas.

De vocibus. CAP. LI.

V[1]Ocem non habere, nisi quæ pulmonem & arterias habent, hoc est, nisi quæ spirant, Aristoteles putat. Idcirco & insectis sonum esse, non vocem, intus meante spiritu, & incluso sonante. Alia murmur edere, vt apes. [2] Alia cum tractu stridorem, vt cicadas. Recepto enim vt duobus sub pectore [3] cauis spiritu, mobili occurrante membrana intus, attritu eius [4] sonare [5] viscera, sat notum est. Cætera simul cum volatu & incipere audiri & desinere, vt muscas, apes. Sonum enim attritu & interiore aura, non anima, reddi. Locustas pennarum & feminum attritu sonare, creditur sanè. Item aquatilium pectines stridere, cùm volant. Mollia & crusta intecta, nec vocem nec sonum vllum habere. Sed & cæteri pisces, quamuis pulmone & arteria careant, nõ in totum sine vllo sono sunt. Stridorem cum dentibus fieri cauillantur. Et is qui [6] caper vocatur, in Acheloo amne, grunnitum habet, & alij de quibus [7] diximus. Oua parientibus sibilus, serpentibus longus; testudini abruptus. Ranis sonus sui generis, vt dictum est, nisi si & in his ferenda dubitatio est, qui mox in ore concipitur, non in pectore. Multum tamen in iis refert & locorum natura. [8] Mutæ [a] in Macedonia traduntur, [b] muti & apri. Auium loquaciores, quæ minores, & circa coitus maximè. Aliis in pugna vox, vt coturnicibus: aliis ante pugnam, vt perdicibus: aliis cùm vicere, vt gallinaceis. Iisdem sua maribus: aliis [9] eadem, vt fœminis, vt luscíniarum generi. Quædam toto anno canunt, quædam certis temporibus, vt in singulis dictum est. Elephas [10] citra nares ore ipso, sternutamento similem elidit sonum, per nares autem tubarum raucitati. Bubus tantùm fœminis vox grauior: in omni alio genere exilior, quàm maribus, in [11] homine etiam castratis. Infantis [12] in nascendo nulla auditur, antequam totus emergat vtero. [13] Primus sermo anniculo [14] est. [c] Semestris locutus est Crœsi filius [15] in crepundiis: quo prodigio totum id concidit regnum. Qui celerius fari cœpere, tardius ingredi incipiunt. Vox roboratur [16] [d] xiiii. anno. Eadem in senecta exilior: neque in alio animalium sæpius mutatur. Mira præterea sunt de voce digna dictu. In theatrorũ [e] orchestris scobe aut harena superiecta deuoratur, [17] & in rudi parietum

1 Vocem non habere nisi quę spirant Arist. &c sic Tol. CH. & M. rectè nam quæ inter ea legũtur glossema sunt CH. habet, spirent
2 Alia tractu str. M. contractu. Alij. contritu. Quidam. attritu. Pint.
3 cannis. M. caueis. Ver.
4 sonare Muscas, apes, & cætera similia cum val. & inc. aud. & desinere. Sonũ, &c. Tol. legitur & similia, in M. & CH.
5 viscera sat notum est, in CH non leg.
6 aper. Ver. *hœdos.* Arist. quem aprũ, non caprum verti debere mõstrat Leopar. cap. 20. lib. 2.
7 diximus, oua parientes. Sibilus serpent Ver.
8 Mutæ Cyrenis traditur, muti & in Macedonia fues. Vide Annot.
9 eadẽ quæ & fœm. Ver. eadem fœminis. Alij. Ver. eadem ac fœminis. Alij Ver.
10 citra Ver.
11 omnibus Pint. ex Arist. cap. penule. lib. 5. de genor.
12 nascentis. Ver.
13 Primo. CH.
14 est & semestri. Lucutus. M.
15 in crep. CH.
16 à tredecim annis, eadem in senecta exiliore. M. Tol. XIIII. annis. CH.
17 & rudi. Ver.

parietum circumiectu, doliis etiam inanibus: currit eadem concauo vel recto parietum spatio, quamuis leui sono dicta verba ad alterum caput perferens, si nulla inæqualitas impediat. Vox in homine magnam vultus habet partem. Agnoscimus [18] eam priùs, quàm cernamus, non aliter quàm oculis, totidémque sunt eæ, quot in rerum natura mortales & sua cuique, sicut facies. Hinc illa gentium tótque linguarum toto orbe diuersitas: hinc tot [19] cantus & moduli flexionésque. Sed ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit à feris, inter ipsos quoque homines discrimen alterum æquè grande, quàm à belluis, fecit.

18 ea.Pint.M.
19 cantibus moduli. Vet. cantibus & modulis. Alij, Ver.

ANNOTATIONES.

10 a Vide suprà cap.8.lib.58.
b De apris nusquam id Aristoteles prodidit.
c Herodotus lib.1. in capta vrbe Sardis fuisse eum patre scribit, & patri timentem, cùm eum stricto gladio occisurus Persa inuaderet, exclamasse ne Cœsum interimeret: quæ si vera sunt, iam adultus fuit, non in cunis.
d Quo tempore adolescentes, vt inquit Aristoteles, ἀφροδισιάζειν ἄρχονται, hirquitallire, & ad Venerem concitari. Est autem τραγίζειν illud tum vocem grauiorem emittere, tum alis fœtere. Nam quod ait Theoph. περὶ ἱστορίας, τράγοις, ἴλαξοι, λαγοὶ πρὸ τἄλλα περὶ τὰς ἀγκάδας μάλιστα ὄζουσι. In vetere glossario Hirquitallus, τραγῶν ποιός, ἀφροδίσιος, vel ἀκμῆς ἡβῶσιν. Vide Festum.
e Theatri parte quinque gradibus non altiore, vt omnia commodè spectarentur: in qua scenici artifices saltabant & agebant, Senatorésque & ciuium honoratissimi considebant.

De agnascentibus membris, & dicta Aristotelis de vita hominis. CAP. LII.

MEmbra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Placuit in Ægypto nutrire portentum, binis & in auersa capitis parte oculis hominem, sed iis non cernentem. Miror quidem Aristotelem non modò credidisse præscita vitæ esse aliqua in corporibus ipsis, verumetiam prodidisse. Quæ quanquàm vana existimo, nec sine cunctatione proferenda, ne in se quisque & auguria anxiè quærat: attingam tamen, [1] quę tantus vir in [2] doctrinis non spreuit. Igitur vitæ breuis signa ponit raros dẽtes, prælongos digitos, plumbeum colorem, plurésque in manu incisuras, nec perpetuas. Cõtrà longæ esse vitæ incuruos humeris, & in manu vna duas incisuras longas habentes, & plures quàm xxxii. dentes, auribus amplis. Nec vniuersa hæc (vt arbitror) sed singula obseruat, friuola (vt reor) & vulgò tamen narrata. Addidit morum quoque [3] aspectus simili modo apud nos Trogus, & ipse autor [4] seueriſſimus: quos verbis eius subiiciam: Frõs vbi est [a] magna, segnem animum subesse significat: quibus parua, mobilem: quibus rotunda, iracundum, velut hoc vestigio tumoris apparente. Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant: quibus iuxta nasum [5] flexa sunt, austeros: quibus iuxta tempora inflexa, derisores: quibus in totum demissa, maleuolos & inuidos. Oculi quibuscũque sunt [6] longi, maleficos esse indicant. Qui [7] carnosos à naribus angulos habent, malitiæ [8] notam præbent. Candida pars extenta, notam [9] impudentiæ habet: qui identidem operire solent, inconstantiæ. [10] Oricularum magnitudo, loquacitatis & stultitiæ nota est. Hactenus Trogus.

1 quis. CH.
2 doctrina. Ver.
3 spectus. Tol.
4 è seueriſſimis. Tol.
5 plexa sunt. M. & CH.
6 longi moribus malef. M. mali moribus. CH.
7 carnosos narib. M.
8 nota præuenti M.
9 imprudentiæ. CH.
10 Auricularum. M.

ANNOTATIO.

a Signa hæc longa oratione colligit Alex. ab Alex. cap. 19. lib. 2.

De anima & de halitu animalium, & quæ gustata interimant, & de victu hominis, & quibus de causis non coquatur. CAP. LIII.

A[a]Nimæ leonis virus graue, vrsi pestilens. Contacta halitu eius nulla fera attingit: [1] ciúsque putrescunt afflata reliquis. Hominis tantùm natura infici voluit pluribus modis, [b] & ciborum ac dentium vitiis, sed maximè senio. Dolorem sentire non [2] poterat: [3] tactu sensúque omni [4] carebat, sine qua nihil sentitur. Eadem [5] commeabat recens assiduè, exitura supremò, & sola [6] ex omnibus superfutura. Denique hæc [7] trahebatur è cælo. Huius quoq; tamẽ reperta pœna est, vt neque idipsum, quo viuitur, in vita iuuaret. Parthorũ populis [8] hoc præcipuè, & à iuuenta, propter indiscretos cibos: nanque & vino fœtent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrij mali, cuius est suauitas præcipua, in esculenta [9] addito. Elephantorum anima serpentes extrahit, ceruorũ [10] item vrit. Diximus hominũ genera, qui venena serpentium suctu corporibus [11] eximerent. [12] Quin

1 ocyusque. CH.
2 poterat. Dal.
3 fructu, in M.d.
4 caret. Dal.
5 commeat, ab eo recedens assiduè M.
6 ex omne. Tol. & CH ex homine. Pint.
7 tralitur. Dal.
8 hæc M. & CH.
9 additi. Ver. addita. CH.
10 item, in M. deest.
11 exigeret. M. & CH. exugerent. Ver.
12 Quin & his. M.

& subus serpentes in pabulo sunt,[13] & aliis venenum est. Quæ insecta appellauimus, omnia olei aspersu necantur.[14] [c] Vultures vnguento qui fugantur, aliosappetunt odores, scarabæi rosam. Quasdam serpentes scorpio occidit. Scythæ [d] sagittas tingunt viperina sanie, & humano sanguine: irremediabile id scelus, mortem illico adfert leui tactu. Quæ animalium pascerentur veneno, diximus. Quædam innocua alioquin, venenatis pasta noxia fiunt & ipsa. Apros in Pamphylia & Ciliciæ montosis, salamandra ab his deuorata, qui edêre, moriuntur.[15] Nec est intellectus vllus in odore, vel sapore. Et aqua vinumq; interimit, salamandra ibi immortua, vel si omnino biberit, vnde[16] potetur: item rana, quam rubetam vocant. Tantum insidiarum est vitæ. Vespæ serpente auidè vescuntur, quo alimento mortiferos ictus faciunt. Ideóque magna differentia est victus: vt in tractu [e] pisce viuentium Theophrastus[18] prodidit, boues quoque pisce vesci, sed non nisi viuente. Homini cibus vtilissimus simplex. Aceruatio saporum pestifera, & [19] condimenta pernicioſiora. Difficulter autem perficiuntur[20] omnia in cibis acria, nimia, & auidè hausta, & æstate, quàm hyeme, difficilius, & in senecta, quàm in iuuenta. [f] Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ,[21] frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis maximè ac dentibus. Somno concoquere[g] corpulentiæ, quàm firmitati, vtilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Peruigilio quidem præcipuè vincuntur cibi.

13 & ali veneno cerue. Vet & M.
14 Vultures qui alios odores appetunt, vnguento quidem necatur, scarabei rosa. Pint. Vultures qui alias alios odores. Vet. vult vnguē. quidē & rosa. Alij Vet. ēti assentiuntur Theophr. lib. 6. causs. ca. 4.
15 Nec enim est. Vet.
16 petetur. Vet. Leg. vel si omnino vnde biberit potetur. Dal.
17 quæ. M.
18 prodit CH.
19 condimento pernicioſior. CH.
20 omnibus. Vet.
21 fragiliora. Pint.

ANNOTATIONES.

a Obiid Plauto in Menæch. maritus ædes suas, in quibus vxor habitabat, leonum cauum appellat,

Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo.

Ac rursum,

Vt ego hunc proterram leonem, Getulum, olentem, edentulum.

b Est etiam sua iemunis grauceolentia, quæ sumpto cibo emendatur. Græci ὑπνάλεα ἕλκη vocant. Eius meminit Arist. in problematib. Significat & eam Cæcilius Comicus apud Nonium, inducto marito, qui vxoris parum acceptæ odiosam comitatem & blanditias dedignaretur:

- - Quid mihi, inquit, vbi
Domum aduenit, assedi, exemplo suauium
Dat iemuna anima. Plaut. in Mercat.
Teiuuitatis plenus animam fœtidat.

Victorius cap. 2. 4. Vinosis postero die fœdos halitus esse autor scribit cap. vlt. lib. 14. vide quod notatum est ad eum locum.

c Aristot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Λέγεται δὲ καὶ τὰς γῦπας ἀπὸ τῶν ὀσμῶν ἰόντας ἀποθνήσκειν, ἂν τις αὐτὰς χρίσῃ ἢ ὀδμὴ τι μυρίσηται φαγεῖν. δοκοῦσι δὲ καὶ ναυάγιον ἀπὸ τῆς τῶν ῥεόντων ὀσμῆς. Theophr. li. de odoribus, πανθὲν δ' ἴσως φεύγουσι ταῖς ὀσμαῖς, καὶ τοῖς ἰοειδέσι, καὶ ἀλυσὶς τὸ ἰὸν τῶν γυπῶν καὶ ναυβάτην.

d Quomodo id venenum pararetur ac misceretur, docet Rhodig cap. 10. 23. Arabas quoque veneno sagittas illinire Pollux scribit. In India milites Alexandri sagittis veneno imbutis saucij, protinus moriebantur: at Alexandro monstrata per quietem herba, quæ præsentissimo remedio esset. In Harmatis Bragmanum ciuitate sagittæ veneno tingebantur. Limæo Gallos sagittas inficere autor scribit cap. 11. 27. Straboni Transalpini Galli pernicioſissimo lacte arboris sicui similis sagittas tingunt, indè forassis dictum Toxicum veneni genus. Vide quod adnotatum est ca. vlt. 17.

e Ichtyophagorum.

f Vomunt qui ex tempore dicunt. Aristides Rhetor se non esse τῶν ἐμιούντων, sed ἀκριβοῦντων imperatori Marco respondit. Vomitores dicuntur, qui crapulam vomitu leuant. Pompeius Marcellino acerbius contra se in senatu oranti exprobrauit suo beneficio è muto vocalem factum, ex esuritore vomitorem, ἐκ πεινατικοῦ ἐμετικόν. Vomitus quotidianos aut nimis frequentes vniuersa medicorum schola damnat. Quertur Seneca multos vomere vt edant, comesse vt vomant epulas toto orbe conquisitas, quas coquere dedignantur. Plutarchus vomitiones, & per alium purgationes esse inquit, μικρὰ παραμύθια πονηρίας: vtendum verò potius ὑφηνοίᾳ, καὶ ἀσιτίᾳ: remedia porrò hæc esse veluti ἰκβόλια & φάρμακα, quibus intemperantes mulieres parum necant & abigunt, vt Venerem repetant & iterum concipiant. Rhodig. cap. 9. 21. Vide cap. 1. lib. 29.

g Grauiter & acutè Pythagoras, cùm audiret quendam ex familiaribus exercitatione ac pleniore cibo id curare, vt habitior foret, dixit, molestiorem sibi illum carcerem parare. Rhodig. cap. 10. 21.

De corpulentia augenda vel minuenda, & quæ gustu famem ac sitim sedent. CAP. LIIII.

a amaris. Pint. aridis frigidisque, in M. d.
2 nō ante septimum. Alij non vtique ante septimum lætales inedias durasse & vlt. vnd. cer. est, vt pleroſque mori est. sem in aliud Animalium quedam exigue &c. M. Mori esurientes semper &c. Vet. esurienti. Alij.
3 Est in omni. M. hippace: vt & ca. 8. lib 25. & in CH. glycorrhiza. CH.
4 graue. Parm. & CH.

AVgescunt corpora dulcibus, atque pinguibus & potu: minuuntur siccis & [a] aridis, frigidisq;, ac siti. Quædam animalia & pecudes quoque in Africa, quarto die bibunt. Homini [2] non vtique septimo letalis inedia: durasse & vltra vndecimum pleroſque, certum est. Mori esuriendi semper inexplebili auiditate, animalium vni homini. Quædam rursus exiguo gustu famem ac sitim sedant, conseruántque vires, vt butyrum, hippace, glycyrrhizon. Perniciosissimum autem [3] in omni quidem vita, quod nimium, præcipuè tamen corpori: minuíque, quod [4] grauat, quolibet modo vtilius. Verùm ad reliqua naturæ transeamus.

C. PLI

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XII.

Proœmium.

ANIMALIVM omnium, quæ nosci potuere, naturæ generatim mébratímque ita se habẽt.[1] Restant neque ipsa anima carẽtia (quandoquidem nihil sine ea viuit)[2] terra edita, vt inde eruta dicantur, ac nullũ sileatur rerum naturę opus. Diu fuere occulta eius beneficia, summúmque munus homini datum, arbores syluæque intelligebatur. Hinc primum [3] alimentum, harum fróde [4] mollior specus, libro vestis. Etiamnum gentes sic degunt. Quo magis ac magis [5] admirari subit, ab iis principiis cædi montes in marmora, vestes [6] ad Seras peti: vnionem in Rubri maris [7] profundo, smaragdũ in imatellure quæri. Ad hoc excogitata sunt aurium vulnera: nimirum quoniam parum [8] erat collo [9] crinibúsque gestari, nisi infoderentur etiam corpori. Quamobrem sequi par est ordinem vitæ, & arbores ante alia dicere,[10] ac moribus primordia ingerere.

1 Restat vt neque ipsa. M.
2 terra editum, aut. Vet.
3 alimenta. CH.
4 melior. Vet.
5 admireris ab iis. M. adm. sub. his à prin. CH.
6 à Seribus. Vet.
7 profunda. M.
8 esset. Vet. est. Parm.
9 crinibus, manibus gest. CH.
10 ac morbis. Veteres ac orbis. Alij Ver. ac deorum honorib. Dal.

De arborum honore, & quando platanus primùm in Italia, & de natura earum. CAP. I.

HÆc fuere [a] numinum templa, priscóque ritu [1] simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgẽtia atque ebore simulacra, quàm lucos, & in iis silentia ipsa adoramus. Arborum genera numinibus suis dicata [2] perpetuò seruantur, vt Ioui esculus, Apollini laurus, Mineruæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Quin & Syluanos Faunósque, & dearum genera syluis, ac sua numina, tanquam & cælo, attributa credimus. Arbores posteà blãdioribus fruge succis hominem mitigauere. Ex iis recreãs membra olei liquor, [b] viréſque potus vini: tot denique sapores [2] annui ſponte venientes: & mensæ, depugnetur licet [3] earum causa cum feris, & pasti naufragorum corporibus pisces expetantur, etiamnum tamen [c] secundæ. Mille prętereà sunt vsus earum, sine quîs vita degi non possit. Arbore sulcamus maria, terráſque admouemus, arbore exædificamus tecta. Ex arbore & simulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaueri, antè quàm, vt à Diis nato iure luxuriæ, eodem ebore [4] numinum ora spectarentur & mensarum pedes. Produnt Alpibus coercitas, & tum inexuperabili munimento Gallias, hanc primùm habuisse [d] causam superfundandi se Italiæ,

1 vt simplicia. M. simplici Parm.
2 perpetuè. M. & CH.
2 anni. CH.
3 epularum. vel cibarum. Dal.
4 hominum. Dal.

quòd [5] Elico ex Heluetiis ciuis [6] earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum ficcam & vuam, oleíque ac viui [7] c præmissa remeans secum tulisset. Quapropter hæc vel bello quæsisse venia sit. Sed quis non iure miretur, arborem vmbræ gratia tantùm ex alieno petitam orbe? Platanus [8] hæc est, [f] per mare Ionium in Diomedis insulá eiusdem tumuli gratia primum inuecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ: & iam ad Morinos vsque peruecta, [9 8] ad tributarium etiam pertinens solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant. [h] Dionysius prior, Siciliæ tyrannus, Rhegyum in vrbem trāstulit eas, [10] domus suæ miraculum, [11] vbi posteà factum gymnasium: nec potuisse in amplitudinem adolescere, & alias fuisse in Italia, ac nominatim Hispania, apud autores inuenitur. Hoc actum circa [12] captæ vrbis ætatem: tantúmque posteà honoris increuit, vt mero infuso enutriantur: compertum id maximè prodesse radicibus: docuimúsque etiam arbores vina potare. Celebratæ sunt primùm in ambulatione [13] Academiæ Athenis cubitorū [14] xxxvj. vnius radice ramos antecedēte. Nunc est clara [i] in [15] Lycia gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita, domicilij modo caua lxxx. atq; vnius pedum specu, [16] nemoroso vertice, & se vastis protegens [17] ramis, arborum instar, agros longis [18] obtinens vmbris: ac ne quid desit spelunæ imagini, [19] saxea intus crepidinis corona muscosos complexa [20] pumices: tam digna miraculo, vt Lucinius Mutianus ter c o s. & nuper prouinciæ eius Legatus, prodendum etiam posteris putarit, epulatum intra eam se cum duodecim comite, largè ipsa [21] toros præbente fronde, ab omni afflatu securum, optantem imbrium per folia crepitus, [22] lætiorem, quàm marmorum nitore, picturæ varietate, laquearium auro, cubuisse in eadem. Aliud exemplum Caij principis, in Veliterno rure mirati vnius tabulata, [23] laxísque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, [24] cùm ipse pars esset vmbræ, xv. conuiuarum ac ministerij capace triclinio, quam cœnam appellauit ille nidum. [k] Est Gortynæ in insula Creta iuxta fontem platanus vna, insignis vtriusque linguę monumentis, nunquàm folia dimittens: Statímque ei Græciæ fabulositas [25] superfuit, Iouem sub ea cum Europa concubuisse: ceu verò non alia [26] eius generis esset in Cypro: sed ex ea primum [27] in ipsa Creta (vt est natura hominum nouitatis auida) platanistatæ regenerauere vitium: quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior est, quàm Solem æstate arcere, hyeme admittere. Inde in Italiam quoque ac suburbana sua Claudio principe Marcelli Eserninii-bertus, [28] sed qui se potentiæ causa Cæsaris libertis adoptasset, spado Thessalicus prædiues, & meritò dici posset is quoque [l] Dionysius, transtulit [29] id genus. Durántque [30] etiam in Italia portenta terrarum, præter illa scilicet, quæ ipsa excogitauit Italia.

5 Helico CH.
6 Earum M.
7 præmissa, primitias. Cæsius lib. 3 promiss. Vet. promisso. CH.
8 ea est. Hæc per mare Vet. Est in M. d. hæc est mari Ionium Diomedis insula tenus eiusd. CH.
9 & usq; & deinde M. & CH. & Cuius ad tributum perb. soli, vt. Dal.
10 domui suæ vmbra cultum Non. Da:
11 ubi postea i gymnasio stare Th. o: hic ca.
12 a. hist. vr. aliis. M. aut Par. 2. CH.
13 Capuæ M.
13 Academia CH.
14 xxx M xxxv. CH.
15 Lycio Quidam. Lydia. Dal.
16 numerosa M.
17 ramorum arboris. insig. gyros M.
18 obtinet C
19 saxa intus: crep. & cor musc compl. pumices stat. oligina miraculo Licini. M.
20 pumices extat. Parm
21 toris præb. frondes M
22 lætioremq; marm. CH.
23 laxáque. M. laxéque CH.
24 circumsparsa ipsius vmbra. Dal.
25 superfuit Parm.
26 eiusdem CH
27 in ipsa creuit Nat. hom. nou. auida platanis adiecit genera vitium. M.
28 sed, in M. d.
29 ingeniis. M.
30 & in. CH.

ANNOTATIONES.

a Hoc etiam nostro seculo sit. Procerissimas arbores in ædium sacrarum vestibulis, & sepulchretis vicinis alunt.
b Ouidius,
Et iam desciscens sic ad tua verba reuixi,
Vt solet infuso vena redire mero.
c Vitruuius cap. 1. lib. 2.
d Liuius lib. 5. Decadis 1. Plutarchus in Camillo, scribunt fama iactatum, Gallos dulcedine frugum, maximeque vini tunc noua voluptate captos, Alpes trāsisse agrosque ab Hetruscis ante cultos possedisse. Inuectum autem in Galliam vinum, illicienq; gentis caussa, ab Arunte Clausino. Eius rei fortassis exemplo, imperatores Valentinianus & Gratianus in Codice prohibent, ad barbaricum, vinum, oleum, liquamen transferre, ne gustus quidem caussa aut commercij. Magius cap. 12. 3.
e Primitias, quas è musto Sacrima vocari Festus tradit, ex messe Præmessum. Hermolaus promissa legit: sed vt censet Rhodig. cap. 6. 6. ieiuno sensu.
f Platanum multam in Hetruria sponte nasci vide apud Victorium cap. 19. lib. 19.
g Harmenopolus suo seculo non tantùm pro solo, sed etiam pro cęlo & aëre vectigal exactum fuisse tradit à Michaële Paphlagone imperatore, qui, vt ait, *πορισάμενος ὃν ἀφ' ὑμῶν παλαιὸν, πᾶσαν ὑπέρογκον ἔδει ἀδικίαν, προσδιέ ὑπέμεινεν τῶν τελωνούντων ἀδέσποτον ὑμᾶς τ χωρίων ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ἀνθ' ὧν πολιτεῖαι ἰσχυὸν ἀντὶ.*
h Theophrastus cap. 7. lib. 4. histor.
i In Lydia Xerxem Herodotus scribit platanum cōperisse, quam ob pulchritudinem monili aureo donauerit, & custodiendam mandauerit vni ex immortalibus. Idem & Ælianus *διφυλάχθαι πλάτανον* Nicander vocat, quòd æstate, *τοῖς σκιατροφουμένοις* lectū ac tubile vmbram frondis suæ præbeat. Rhodig. ca. 1. 25. Vide ibidem cur se. platano similem est Themistocles diceret. Platanum à foliorum latitudine dici in confesso est. Lycium & gymnasium & Apollinē Athenis fuisse Callimachus, Thebis Sophocles in Oedipode scribit. Idem cap. 20. 19.
k Theophrastus cap. 15. lib. 1. hist. Ex Cretica tamen satam fuisse is non ait.
l Fortassis ob vineta multa & ampla, quæ possidebat.

De chamæplatano, & quis primus totonderit viridaria. CAP. II.

NAnque & chamæplatani vocantur coactæ breuitatis: quoniam [a] arborum etiam abortus inuenimus. [1] Hoc quoque ergo in genere [b] pumilionum infelicitas dicta erit. Fit autem & ferendi genere, & recidendi. Primus [3] Cn. Matius ex equestri ordine, Diui

1 Hæc ergo. M.
2 exit. M.
3 C. Malius. CH.

Diui Augusti amicus, inuenit nemora [c] tonsilia intra hos [4] lxxx. annos.

4 xxx. M.

ANNOTATIONES.

a Theophrastus cap. 4. lib. 4. histor.
b Staturæ breuis & pumilæ caussas inuestigat Rhodig. c. 10. li. 3. citato etiam hoc loco.
c De syluis tonsilibus mentio apud Senecam in proœmio Quæst. natur.

De peregrinis arboribus, & malo Assyria CAP. III.

PEregrinæ [1] & cerasi Persicæque, & omnes quarum Græca nomina aut aliena: sed quę [2] ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter frugiferas. In præsentia [3] externas persequemur, à salutari maximè orsi. Malus Assyria, quam [4] alij vocant [a] Medicam, [5] venenis medetur. [b] Folium eius est vnedonis, intercurrentibus spinis. Pomum ipsum aliàs non manditur: odore præcellit foliorum quoque, qui transit in vestes vnà [c] coditus, arcétque animalium [6] noxia. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matures centibus, aliis verò subnascentibus. Tentauere gentes transferre ad sese propter remedij præstantiam fictilibus in vasis, dato per cauernas [7] radicibus spiramento: qualiter omnia transitura longius, seri arctissimè transferríque meminisse conueniet, vt semel quæque dicantur. Sed nisi apud Medos, & in Perside, nasci noluit. [8] Hęc est autem, cuius [9] grana Parthorum proceres [d] incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis. [e] Lanigeras Serum in mentione gentis eius narrauimus.

1 &, in M. d.
2 ex incolarum nomine. M. & CH.
3 externas. M.
4 aliis. M.
5 veneri. M. prauè.
6 noxas. Dal.
7 radicibus. M.
8 Hæc est cuius. M.
9 corticem. Dal.

ANNOTATIONES.

a Theophrastus loco proximè citato.
b Virgilius,
Ipsa iugens arbos, faciémque simillima lauro:
Et, si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat.
c Oppius apud Macrobium cap. 14. lib. 3. & citrum & *θύον* vocatam arborem putat, & de illa versum hunc Homeri exponēdum, *ἄμματα δ' ἀμφίεσσε θυώδεα στυφελίγγα.* Leopardus cap. 6. 8. Quidnam id sit, quod eius florem apprime tenacem esse Virgilius tradidit, vide diligenter explicatum à Victorio cap. 8. 32. Obseru. Fructum huius arboris aureum malum dictum voluit: cuius meminit Orpheus, crepundia Bacchi & supellectilem infantium enumerans,
μῆλα θ', ἃ βρύει θ', ἃ πολύγνια παμφανόωντα,
μῆλα τ' ἐχέφρονα πολλὰ πας' ὑπηνήθεμι λιγυφόωνα.
Scalig. Vide Athenæum lib. 3.
d Penultimo cap. libri superioris. Virgilius:
Flos apprime tenax, animas & olentia Medi
Ora fouent illo, & spirabula medicantur anhelis.
e Lanigeras Tyli insulæ vide apud Theophr. cap. 9. lib. 4. histor. Indicas verò cap. 5. libri eiusdem. Vide & suprà cap. 17. lib. 6.

De India arboribus, & quando Romæ primùm ebenus. CAP. IIII.

ITem Indiæ arborum magnitudinem. [1] Vnam è peculiaribus Indiæ [a] Virgilius celebrauit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodotus eam Æthiopiæ intelligi maluit, [2] in tributi vicem regibus Persidis è materie eius [b] centenas [c] phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas cum auro & ebore, prodendo. Non omittendum id quoque, vicenos dentes elephantorum grandes, quoniam ita significauit, Æthiopas eadem causa pendere solitos. Tanta [3] ebori autoritas erat vrbis nostræ trecentesimodecimo anno, tunc enim autor ille historiam eam condidit Thuriis in Italia. Quò magis mirum est, quod eidem credimus, qui Padum amnem vidisset, neminem ad id tempus Asiæ Græciæque, aut sibi cognitum. Æthiopiæ forma, [d] vt diximus, nuper allata Neroni principi, raram arborem [4] ebenum Meroen vsque à Syene fine imperij, per nongenta xcvj. M. passuum, [5] nullámque aliam nisi palmarum generis esse docuit. Ideo fortassis in [6] tributorum autoritate tertia res fuerit ebenus. Romæ [7] eam Magnus Pompeius in triumpho Mithridatico ostendit. Accendi [8] eam Fabianus negat: vritur tamen odore iucundo. [e] Duo genera eius: rarum id, quod melius, arboreum trunco [9] enodi materie nigri [f] splendoris, ac vel [g] sine arte protinus iucundi: [h] alterum fruticosum cytisi modo, & tota India dispersum.

1 vnamque peculiarius Virgilius. M.
2 tributi vice. M.
3 eborea. M.
4 ebenum, in M. d. & CH.
5 nullámque nisi. CH.
6 tributi. CH.
7 etiam. M.
8 eam, in M. & CH. d.
9 & enodi materiæ

ANNOTATIONES.

a Georg.
India fert ebenum, molles sua thura Sabæi.
Vide infrà cap. 11. lib. 24. & Theophr. cap. 5. lib. 4.
b Ducentenas Herodotus in Thalia.
c Phalanges, *ἰγμοειδῆ*, ligna rotunda, fustes teretes, quibus subiectis in lius naues subducuntur, & in mare deducuntur. Prælium Afros contra Ægyptios primum fecisse fustibus quos Phalangas vocant, dixit suprà lib. 7. cap. 57. Phalanx Chananæorum vox est. Aphri certè qui Carthaginem & pleraque maritimas vrbes incoluerunt, à Chananæis originem habuerunt. Atque hoc quidem à Mitalerio obseruatum est.
d Lib. 6. cap. 29.
e Theophr. cap. 5. lib. 4. hist. aliter hæc recitat.
f *τῷ λαμπρῷ καὶ καλῷ*, præstanti pulchroque ligno.
g Coloris gratiam recondita & asseruata (*ὑπεσταλμένην*) non accipit, sed natura statim. Theophr.
h De vtroque id Theophrastus, non tantùm de viliore.

De

Deſpina & ficu Indicis. CAP. V.

1 eſt ibi &,CH.
2 humilis candida, Iucernis vſu deprehẽ ſa,vel lucernarii vſu. Quidã. Alij, ſpina humi ſedet &c.
3 protinus fuſi tranſil.M.fortè, in ruſam eſt enim fungoſa vide Ann.
4 eximia.CH.
5 poma ſemper ferũ vaſtis diffunditur ramis,quorum pondera adeo.M.
6 orbes.M.
7 eiuſdem.M.& CH.
8 plerumque in orbem colligant,vmbrã verò bino ſtadio patiant.M. leg.binis ſtadiis.
9 hæc.M.lego,hac.

IBi & ſpina [2] ſimilis, ſed deprehenſa vel lucernis,igni [3] protinus [a] tranſiliente. Nunc eas exponam, quas mirata eſt Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto. Ficus ibi [4] exilia [5] poma habet. Ipſa ſe ſemper ſerens, [b] vaſtis diffunditur ramis:quorum imi adeò in terram curuantur, vt annuo ſpatio infigantur, nouámque ſibi propaginem faciant circa parentem in [6] orbem, quodam opere topiario. Intra ſepem eam [c] æſtiuant paſtores,opacam pariter & munitam vallo arboris, decora ſpecie ſubter intuenti, procúlve fornicato ambitu. Superiores [7] eius rami in excelſum emicant,ſyluoſa multitudine, vaſto matris corpore, [d] vt lx.p. [8] pleræque orbe colligant, vmbra verò bina ſtadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet: [9] ea cauſa fructum integens, creſcere prohibet. Rarúſque eſt, nec [e] fabæ magnitudinem excedens: ſed per folia ſolibus coctus prædulci ſapore, dignus miraculo arboris: gignitur circa Aceſinem maximè amnem.

ANNOTATIONES.

a Hæc omnia ex Theophraſto cap.5.lib.4.& cap.12.lib.1.
b Ad duodecim cubitos. Strabo.
c Morantur homines. Theophr. 50. equites apud Strabonem Ariſtobulus.
d Eadem Quiedus ſcribit de Mangle cap. 6.lib. 9. Strabo lib.15, ex Oneſicrito & Nearcho deſcribit, & in Muſicana Indiæ prouincia naſci tradit.
e Ciceris,Theophraſtus: ſicui ſimilis,idem.

De arbore pala, & arboribus Indicis ſine nominibus, & laniferis. CAP. VI.

1 viuunt.Fructũ cortice &c.Alexãdri termino.Eſt & alia ſimilis huic &c. pomum attingeret. Eſt & alia cuius folij alas auũ &c.dum.Genera arborum. Ex Theophr.
2 duorum.M.
3 mittit.CH.

4 ex parte maiore.M.

5 ſed minor.Vet.
6 magnitudine, vacat.
7 ſuauitatis in Bactris vtique Hanc.M.
8 calyce bombycino cyn. Parin.
9 ſterilis:cæreris, præterquàm fructu,oleaſtri.Conſt.

MAior alia,pomo & ſuauitate præcellentior,quo ſapiẽtes Indorum [1] viuunt. Folium [a] alas auium [b] imitatur,longitudine trium cubitorum, latitudine [2] duũm. Fructum cortice [3] emittit,admirabilem ſucci dulcedine,vt vno quaternos ſatiet. [c] Arbori nomen palæ, pomo arienæ. Plurima eſt in [d] Sydracis, expeditionum Alexandri termino. Eſt & alia ſimilis huic, [e] dulcior pomo, ſed [f] interaneorum valetudini infeſta. Edixerat Alexander,ne quis agminis ſui id pomum attingeret. Genera arborum Macedones narrauere, [4] maiore ex parte ſine nominibus. Eſt & [g] terebintho ſimilis cætera, pomo amygdalis,[5] minore tantùm [6] magnitudine,præcipuæ [7] ſuauitatis.In Bactris vtique hác aliqui terebinthum eſſe proprij generis potius, quàm ſimilem ei,putauerunt. Sed vnde veſtes lineas faciunt, foliis moro ſimilis, [8] calyce pomi cynorrhodo. Serunt eam [h] *in* campis: nec eſt gratior vllarum proſpectus. Oliua Indiæ [9] [i] ſterilis,præterquàm oleaſtri fructu.

ANNOTATIONES.

a ὀγοβίων, Struthiorum (Struthiocamelorũ) quæ galeis imponuntur. Theophr.
b Sic deſcribitur Indicum Lycium à Garcia.
c Quidam,vt dixi,Muſam eſſe putant. Theuetus cap.33.arborem vocari ait *Patanore*, fructum *Pacona*: Ouiedus Platanos, vtrunque nomen ad Palam accedit. Alium huic ſimilem & vſus frequentiſſimi Theuetus ibidem ſcribit vocari *Hoyriri*, Ouiedus *Iatama*.
d Ad Aceſinem amnem. Theoph.
e Fructu longo, contorto , non recto , in cibo ſuaui. Theophr. Hanc Tamarindos noſtros eſſe putant.
f Quia morſum facit & dyſenteriam excitat. Theophr.
g Arborem hanc Piſtaciam noſtram eſſe voluit.
h Addit Theoph.per ordines : quare procul aſpicienti vites eſſe videntur.
i Et natura penè inter oleum & oleaſtrum , folio latiore , quàm oleaſtri, anguſtiore quàm oleæ. Theophr.

[a] *De piperis arboribus, de garyophyllo, & aliis pluribus.* CAP. VII.

1 decerptæ faciunt quod voc. pip. long. paul. ve. delitſcentes maturitate, toſtæque ſole oſtẽdunt &c. Ex Dioſc.
2 per maturitatẽ. M.
3 carbunculant, fiũtque ſemine.M.carbũculant &c. vt vulg. CH.
4 braſma.Dioſc.brixima.CH.
5 ſic,in M d.
6 mentũ.M. & CH.
7 acerrimum.Dal.
8 lentus.CH.
9 quam.M.
10 Singinerim. Vet. ſingiberi CH.
11 zimpiberi.CH.

PAſſim verò quæ piper gignunt, [b] iuniperis noſtris ſimiles:quanquam in fronte Caſaſi ſolibus oppoſita gigni tantum eas aliqui tradidere. Semina à iunipero diſtant paruulis ſiliquis,quales in faſeolis videmus. Hæ priuſquàm dehiſcant [1] decerptæ,toſtæque ſole,faciunt quod vocatur piper longum : paulatim verò dehiſcentes [2] maturitate, oſtendunt candidum piper : quod deinde toſtum ſolibus, colore rugíſque mutatus. Verùm & iis [c] ſua iniuria eſt, atque cæli intemperie [3] carbunculantur, fiúntque ſemina caſſa & inania,quod vocant [4] brechmaſin,[5] ſic Indorum lingua ſignificante [6] abortum, Hoc ex omni genere [7] aſperrimum eſt, leuiſſimúmque & pallidum. [d] Gratius nigrum, [8] leniúſque vtroque cãdidum.Non eſt huius arboris radix, vt aliqui exiſtimauere,[9] quod vocant [10] zimpiberi,alij verò [11] zingiberi , quanquam ſapore ſimile. Id enim in Arabia

atque

atque Troglodytica in villis naſcitur,paruæ herbæ radice candida. Celeriter ea cariem ſentit, quãuis in tanta amaritudine. Pretium eius in libras [12] vj. Piper longum facillimè adulteratur Alexãdrino ſinapi. Emitur in libras [13] x. xv. Album x.vij.nigrum x.iiij.Vſum eius adeò placuiſſe mirum eſt. In aliis quippe ſuauitas cepit, in aliis ſpecies inuitauit: huic nec pomi nec baccæ commendatio eſt aliqua : ſola placere amaritudine, & hanc in Indos peti. Quis [14] illa primus experiri cibis voluit? aut cui in [15] appetenda auiditate eſurire non fuit ſatis? Vtrunque ſylueſtre gentibus ſuis eſt,& tamen pondere emitur, vt aurum vel argentum. Piperis arborem iam & [e] Italia habet, maiorem myrto, nec [16] abſimilem. Amaritudo grano eadem quæ [17] piperi muſteo creditur eſſe. Deeſt toſta illa maturitas,ideóque & rugarum coloríſque ſimilitudo. Adulteratur iuniperi baccis mirè vim trahentibus. In pondere quidem multis modis. Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile,quod vocatur [f] garyophyllon,grandius fragiliúſque. Tradunt [18] in Indico luco id gigni. Aduehitur odoris gratia. Fert [19] & ſpina [g] piperis ſimilitudinem,præcipua amaritudine,foliis paruis denſíſque [20] cypri modo,ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata,lignoſáque, buxei coloris. [21] Hæc in aqua cum ſemine excepta in æreo vaſe medicamentum fit,quod vocatur Lycion. Ea ſpina & in Pelio monte naſcitur, adulterárque mendicamentum. Item aſphodeli radix aut fel bubulum, aut abſinthium, vel [22] thus,vel amurca.Lycion aptiſſimum medicinæ,quod eſt [h] ſpumoſum.Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt. Spinam ipſam in Græcia quidam [23] pyxacanthum [24] Chironium vocant.

12 acrimonia potius.
13 x.vt.Dal.
14 ille M.& CH.
15 expleꝺ.auiꝺ.eſur. non fuit ſatius? M.
16 abſimilem amaritudinem. Grano. M.
17 peperi muſt. creꝺatur. CH.
18 in India id. M. in Indicato loco id.CH. & in emend. Indico.
19 & in ſpinis.M.
20 buxi. Dioſc.
21 Hac. CH. Hac in a.e.f.expreſſa.Dal.
22 rus.CH.
23 pyxacanthã. Dioſc.
24 Chironiã.cap.14. lib 24. vocẽ tamẽ hîc ſuperuacuã arbitror.

ANNOTATIONES.

a De pipere pauca Theophraſtus cap.vlt.lib.9.hiſtor.paulo plura Philoſtratus in vita Apollonij lib.3.cap.1.
b Plinius ex aliena fide falſahæc narrat omnia. Certas omnium generum piperis hiſtorias pene ex Garcia cap. 22.lib.1.
c Piperi nigro. Dioſc.
d ὑπομάκρυον. Dioſc.
e Italici piperis arbuſculam eſſe, quam adhuc officinæ & olitores piper vocant , quidam Iſon nigrum deſcriptum in hiſtoria noſtra plantarum.
f Hoc quidam eſſe putant Comacum Theophr. memoratum cap.7.lib.9.hiſtor.
g Hallucinatur Plinius. Hæc eſt Lycij deſcriptio in Cappadocia , Lycia , & vtrait , in Pelio naſcentis. Indica ſpina Lycij,quam Lonchitin vocant:ramos rectos mittit,tricubitales maioreſve, rubo craſſiores , à radice multos : folia oleæ : fructus cortex rubet. Dioſ.Qui de aromatibus Indicis ſcripſit narrat Lycij ab Indis vocari *Cate* : fieri è ramis arboris *Hacchic*, minutim cõciſis, elixis,cõtuſis, cum farina Nachani ſucco mixto, & in paſtillos , tabellaſve formato. Arborem eſſe magnitudine fraxini,folio minuto, Ericæ, vel Tamaricis,ſemper virente,multis ſpinis horridam:florere,ſed fructum non ferre:lignum durum & denſum vbiuis incorruptum manere.
h Quod vri poteſt , & reſtinctum ſpumam rubentem oſtendit. Alia eſt Lycij Indici deſcriptio apud Dioſcor.& Garciam.

De macir, ſaccaro, arboribus Arianæ gentis. CAP. VIII.

1 ex Arabia aduehitur.cortex ruffeſcens. Dioſc.

ET macir [1] ex India aduehitur, cortex rubens radicis magnæ, nomine arboris ſuæ. Qualis ſit ea, incompertum habeo.Corticis melle dococti vſus in medicina ad dyſentericos præcipuus habetur. [a] Saccaron & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autem mel in harundinibus [2] collectum,gummium modo candidum,dentibus fragile,ampliſſimum nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum vſum. [b] Contermina Indis gens Arriana apellatur, cuius ſpina [3] lacrymarum pretioſa, [c] myrrhæ [4] ſimilis,[d] acceſſu propter aculeos anxio. Ibi & frutex peſtilens [5] rhaphani,folio lauri, odore equos inuitãte,qui penè equitatu orbauit. Alexandrum primo introitu : quod & in Gedroſis [6] accidit. Item laurino folio & ibi ſpina tradita eſt, [e] cuius liquor aſperſus oculis, cæcitatem [7] infert omnibus animalibus. Necnon & herba præcipui odoris,referta minutis ſerpentibus,quarum ictu protinus moriendum eſſet. Oneſicritus tradit in Hyrcaniæ conuallibus [8] ficis ſimiles eſſe arbores,quæ vocentur occhi, ex quibus defluat [8] mel horis matutinis duabus.

2 concretũ.ex Dioſc.
3 lacryma. Dal.
4 ſimili.M.& CH.
5 braſſicæ magnitudine Theophr.
6 accidit item laurino folio.Eſt & illi tradita ſpina cuius &c. ex Theophr. accidit. Item lauri. CH.
7 inferret. CH.
8 fico.CH.

ANNOTATIONES.

a Gal.Simp. 5. Varro Narbonenſis, *Indica non magna nimis arbore creſcit arundo,*
Illius è lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui ſucco nequeant contendere mella. Statius Syl.1. *Et quas percoquit Ebutia cannas.* Lucan 3. *Quique bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos* Strabo 1. ἔχουσι δὲ καὶ τοὺς καλάμους, ὥστε πολίται, μελιτοῦν μὲ ἔσθειν. Arrianus in Periplo,καὶ μάλιστα τὸ καλάμινον τὸ πυρίμνον σακχαρι. Brod. cap. 22.4. Indicum ſolem vocant Archigenes, Arabes *Tabaxir* nominant , Indi *Saccar Mambu*.
b Theophraſtus cap.5.lib.4.hiſtor.
c Strabo lib.15.Gedroſiam ferre Myrrhum & Nardum ſcribit:eſt autem Gedroſia Arrianæ cõtermina.Theophraſt.eam lachrymam Illyriæ aſpectu odoreque ſimilem eſſe tradit. Legunt quidam Illyricæ ſyrdi : lego τῇ γαβιρικῇ σμυρνῃ , Gabyreæ myrrhæ.
d Acceſſu Solis profluente cum illuxit. ex Theophraſt.
e Lacteus,è nodis aculeatis, tractis,tritiſve expreſſus. Theophr.

Idem

Idem refert Strabo lib.citato. Sed ſpinæ, cuius liquor excæcat, fructum humi iacere & cucumeri ſimilem eſſe tradit, quod tacet Theophraſtus.

f In maritimis arenæ tumulis Gedroſiæ naſcens. Strabo.

g Mel id *Χύγμεβ*, id eſt lac arboris *Ωβ*, Arabibus & Perſis dicitur. vulgò corruptè *Siracoſt*. Vtribus reconditum venditur, ac Indis in frequenti vſu eſt. Alterum quoque huius generis naſcitur, melli candido ſimile, Hormuſij copioſum. Vide Garciam cap.11. lib.1.

De bdellio, & arboribus Perſici maris. CAP. IX.

1 Bactrianę.CH.

VIcina eſt[1] Bactriana, in qua bdellium nominatiſſimum. Arbor nigra eſt, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici[2] naturáque. Gummi alij[3a] brochon appellant, alij[4] malachram, alij maldacon. Nigrum verò & in offas conuolutum, hadrobolon. Eſſe autem debet tranſlucidum[b] ſimile ceræ, odoratum, & cùm fricatur, pingue, guſtu amarum citra acorem. In ſacris vino[5] perfuſum, odoratius. Naſcitur & in Arabia, Indiáque, & Media, ac Babylone. Aliqui[6] peraticum vocant ex Media aduectum.[7] Facilius hoc & cruſtoſius, amariúſque: at Indicum humidius & [8] gummoſum. Adulteratur amygdala nuce. Cætera eius genera cortice [9] ſcordaſti. Ita vocatur [10] arbor æmulo gúmi. Sed deprehenduntur (quod ſemel dixiſſe & in cæteros odores ſatis ſit) odore, colore, pondere, guſtu, igne. Bactriano [11] nidor ſiccus, multíque[c] candidi vngues. Præterea ſuum pondus, quod grauius eſſe [12] aut leuius non debeat. Pretium ſyncero in libras [13] x. terni.[d] Gentes ſuprà dictas Perſis attingit, Rubro mari (quod ibi Perſicum vocauimus) longè in [14] terra æſtus agente, mira arboruum natura.[e] Nanque eroſæ ſale, inuectis derelictíſque ſimiles, ſicco litore radicibus nudis polyporum modo amplexæ ſteriles harenas ſpectantur. Eædem mari adueniente fluctibus pulſatæ, reſiſtunt immobiles. Quin & pleno æſtu[f] operiuntur totæ: apparétque rerum argumentis aſperitate aquarum illas ali. Magnitudo miranda eſt, ſpecies ſimilis vnedonis, pomum amygdalis extrà, intus contortis nucleis.

2 ipſi natura quæ gummi.CH. natura gummi Aiij M.
3 procon.M.leg.prochoon, quaſi primarium blochon. Vet. bolchon. Dioſc. broncon.CH.
4 malachſ M & CH.
5 perfuſo moderatius M.
6 pyraticam.Vet.paranem M.
7 Fragilius.
8 cumminoſum.CH.
9 & ſiord. Vet. & ſcorei CH.
10 æmula Vet.arboris æmilum.Dal.
11 nitor. M. Bactrio nitor ſecus.CH.
12 ac.M.
13 decem tantum terni.Parm.x.cxii. M.
14 terrarm, vel terras. Dal.
15 adrachnes.Theop.

ANNOTATIONES.

a Arabes *Molochil* & *Molochal*, Bdellium vocant. Hæ dictiones in Bolchon & Madaleon detorræ ac corruptæ fuerunt.

b Taurino glutine. Dioſc.

c Gal.lib.2.de antidotis, in Antidoto Charmidis Bdellium, præſtantiſſimum vocat *βδέλλιον ὀπυρὸν*: lib.8. *κ.τ.λ.* in Iambicis Democratis: lib.10. eiuſdem operis in malagma ex Fabullæ: & id quidem, non quòd in eo caud. di viſantur vngues, quemadmodum cenſet Plinius, ſed quia Bdellium accenſum vnguis odorati modo oleat. Serapion ſic interpretatur verba Dioſcoridis, *ὁμοίως ὀπὸν βδέλλιον τῷ ὄνυχι*.

d Carmaniam, Theophr.cap.8.lib.4.hiſt.

e Theophraſtus arborum harum tria genera memorat. Primùm in inſulis quas æſtus operit, magnitudine ingentis platani populiue, folio lauri, perpetuo: flore violæ, odore, & colore: fructu ſuauiter olente, magnitudine oliuæ. Secundum in eo mari, ſemper folioſum, fructu lupini. Tertium in maritimis Carmaniæ, Adrachne ſimile, nuda radice polypi modo adhærens, fructu extorſum amygdalæ, intus in cohærentes veluti flexuoſas ſpiras conuoluto. Hæc Plinius ſuo more confundit. Vide cap.vlt.lib.13.

f De inſulatibus id Plinius, non de iis quæ in continẽte naſcũtur.

De arboribus Perſicæ inſulæ, & lanigeris arboribus. CAP. X.

3 profundicur.CH.
2 ſimilis.M.

TYlos inſula[a] in eodem ſinu eſt, repleta ſyluis, quà ſpectat Orientem, quáque & ipſa æſtu maris[1] perfunditur. Magnitudo[2] ſingulis arboribus fici, flos ſuauitate inenarrabili, pomum lupino ſimile, propter aſperitatem intactum omnibus animalibus. Eiuſdem inſulæ excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio modo, quàm Serum. His ſolia[b] infœcunda: quæ, ni minora eſſent, vitium poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine[c] cucurbitas, quæ maturitate ruptæ oſtendunt lanuginis[3] pilas, ex quibus veſtes pretioſo linteo faciunt.

8 pilos.Vet.

ANNOTATIONES.

a Theophr.cap.9.lib.4.

b Lanæ: aliter quàm apud Seras, quorum in tractu laniferæ arbores folia lana operta gerunt.

c Fructus cucurbitæ ſimiles, id quod lanam continet, vere compreſſum, maturitate ſe recludens, vnde lanas trahunt: ex quibus telas nunc pretioſas texunt, nunc viliores, inquit Theophraſtus.

De goſſampinis, & arboribus ex quibus veſtes fiunt, & quibus modis conſtent arborum fructus. CAP. XI.

1 goſſampinum.M. goſſympinum.CH. goſſampinus.Dal.
2 fertiliores.Vet.
3 xx i.cap.28.lib.6.
4 fieri.Vet.
5 miremur.In eo tractu eſt & alia.Vet.

ARbores vocant [1a] goſſampinos, [2] fertiliore etiam Tylo minore, quæ diſtat [3] x.M. paſſuum circa fruticem lanugines eſſe tradit, linteáque [4] ea Indicis præſtantiora. Arabiæ autem arbores, ex quibus veſtes faciant, cynas vocari, folio palmæ ſimili. Sic Indos ſuæ arbores veſtiunt. In Tylis autem & alia arbor floret[b] albæ violæ ſpecie, ſed magnitudine quadruplici, ſine odore,[c] quod [5] miremur in eo tractu. Eſt & alia ſimilis, folioſior,

folioſior tamen roſeíque floris:[d] quem noctu comprimens, aperire incipit Solis exortu, meridie expandit. Incolæ dormire eum dicunt. Fert eadem inſula & palmas, oleáſque ac vites, & cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt. Rigatúrque gelidis fontibus, & imbres accipit. Vicina his[6] Arabia flagitat quandam[e] generum diſtinctionem, quoniam fructus is[f] cõſtat radice, frutice, cortice, ſucco, lacryma, ligno, ſurculo, flore, folio, pomo.

6 Arabia. Hic finis capitis: deinde, flagitant aromata quand. gen. diſt. quoniam fere cuncta ea conſtant.

ANNOTATIONES.

a Theophr.loco ſuperiori capite citato.

b *Ἰωνὶς* violæ. Theophr.cap.9.lib.4.hiſt.

c De loto Ægyptia eadem poſt traduntur cap.18.lib.13.

d Veſperi paulatim colligit, & noctu rurſus omnino claudit. Theophr.

e Odorum ſiue aromatum genera his fere verſibus complexus eſt Plaut.in Curcul.

Nam omnium odor vnguentum præ tuo nauteæ ſit.
Tu mihi ſtacte, tu cinnamum, tu roſa,
Tu crocum, & caſſia es, tu bdellium, &c.

f Aromata conſtant 1. radice, Cyperus: 2. frutice, Caſia: 3. cortice, Macer: 4. ſucco, Silphium: 5. lacryma, Myrrha. 6. ligno, Agallochũ: 7. ſurculo, Caryophyllum: 8. flore, Nardus, Roſa: 9. folio, Malabathrum: 10. pomo, Malus Medica.

De coſto, & nardo, & differentijs nardi. CAP. XII.

1 Legо, Nardus, coſti radix, & folia, Indis ſunt & in max. pretio.
2 eſt & max.M.
3 inutili, primo &c. inſula Duo M.
4 De modo. Dal.
5 aut cupreſſum, aſpero.M. & CH. vt cypreſſi aſpero ſapore. Vet.
6 ariſtæ ſpargunt.M. Lego, in ſpicas.
7 Gangitidis. Dioſc.

RAdix & folium Indis[2] eſt maximo pretio. Radix coſti[a] guſtu feruens, odore eximio, frutice aliâs [3] inutili. Primo ſtatim introitu amnis Indi in[b] Patale inſula, duo ſunt eius genera, nigrum, & quod melius, candicans. Pretium in libras xvj.[4] De[c] folio nardi plura dici par eſt, vt principali in vnguentis. Frutex eſt graui & craſſa radice, ſed breui ac nigra, fragilíque, quamuis pingui, ſitum redolente, [5] vt cyperi, aſpero, folio paruo denſóque. Cacumina in[6] ariſtas ſe ſpargunt: ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant. Alterum eius genus apud Gangem naſcens, damnatur in totum, [7] ozænitidis nomine, virus redolens. Adulteratur &[d] pſeudonardo herba, quæ vbique naſcitur craſſiore atque latiore folio, & colore languido in candidũ vergente. Item ſua radice permiſta ponderis cauſa, & gummi, ſpumaq;[8] argenti, aut ſtibio, cyperíve cortice. Syncerũ qui demleuitate deprehenditur, & colore ruſſo, odoríſque ſuauitate, & guſtu maximè ſiccante os ſapore iucundo. Pretium ſpicæ in libras x.c.[e] Folia diuiſere annonam: ab amplitudine hadroſphærum vocatur maioribus [9] foliis x. xxx. Quod minore folio eſt meſoſphærum appellatur: emitur x. lx. Laudatiſsimum microſphærum è minimis folium: pretium eius x. lxxv. Odoris gratia omnibus maior recentibus. Nardo color[10] qui inueterauerit, nigriori melior. In noſtro orbe [11] proximè laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco [12] Creticum, quod aliqui agrium vocant, alij[f] phu, folio oluſatri, caule cubitali, geniculato, in[g] purpura albicante, radice obliqua villoſáque, & imitante[h] auium pedes. Baccharis vocatur nardum ruſticum, de quo[i] dicemus inter flores. Sunt autem ea omnia herbæ, præter Indicum. Ex iis Gallicum & cum radice vellitur, abluiturq; vino. Siccatur in vmbra, alligatur faſciculis in charta, non multùm ab Indico differens, Syriaco tamen leuius.[13] Pretium xiii. In his probatio vna, ne ſint fragilia, & arida potiùs, quàm ſicca, folia. Cum Gallico nardo[14] ſemper[k] naſcitur herba, quæ hirculus vocatur, à grauitate odoris & ſimilitudine, qua maximè adulteratur. Diſtat, quòd ſine cauliculo eſt, & quòd minoribus foliis, quódque radicis neque amaræ, neque odoratæ.

8 argentea, vt ſtibi, ac cypero, cyperiue. M. argenti aut ſtibi. ac cyperiue.CH.
9 pipulis. CH. foliis L.M.
10 ſi.M.
11 primum. Dal.
12 Ponticum. Dioſc.
13 Pretium ſicli xiij. Parm. prauè.
14 ſæpe. Dal.

ANNOTATIONES.

a Vide Garciam cap.55. lib.1.

b Vulgò *Patan*.

c Malabathrum, ſiue *φύλλον*, Nardi folium eſſe deceptus Plinius iudicauit, quo errore lapſos quoque multos alios fuiſſe Dioſcoridis tradit. Vide Garciam cap.33.lib.1.

d Item luto ficæ radici permixto, ex Dioſcor.

e Folia ſub. Malabathri. De Malabathro verbis totidem, & iiſdem hæc refert Arrianus. Annonam pretium mercis vocat.

f Plinius hoc loco tacet flores Phu eſſe Narciſſo ſimiles, vt eſt apud Dioſcoridem, nondum adnimaduerſo mendo codicis Græci, cùm legendum ſit, *ἄνθει ὡχρὸν τὸ τῶ λειρίῳ*: quod optimè conuenit & colori, & figuræ.

g *ἰσατροφύρῳ* Dioſcor. purpuraſcente, ex obliquo villoſa. Idem.

h Veratrum nigrum, ſeu Melampodium, ex Dioſcoride. Ex voce Melampodium, veruſtorum exemplarum corruptores effecerunt *τὸν τῶν ἰρνίθων πόδα*.

i Cap.6. & 9. lib.21.

k De ſuo id Plinius. Dioſcorides ea tantùm herba Nardum adulterari ſcribit.

De aſaro, amomo, amomide & cardamomo. CAP. XIII.

1 Nardum habetur & alarum.M.

NArdi vim habet & [1a] aſarum: quod & ipſum aliqui ſylueſtre nardum appellant. Eſt autem ederæ foliis rotundioribus tantùm molliorib́uſque, flore purpureo, radice

Gallici [2] nardi: Semen [h] acinosum, saporis calidi ac vino si. Montibus in vmbrosis bis anno floret. Optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertiũ in Illyrico. Foditur cùm folia mittere incipit, & in sole siccatur, celeriter [3] situm trahens ac senescens. Inuenta nuper & in Thracia herba est, cuius folia nihil ab Indico nardo distant. Amomi vua in vsu [4] est, Indica vite labrusca: vt alij existimauere, [c] frutice [5] myrtuoso, palmi altitudine: [6] carpitúrque cum radice, [7] manipulatim leniter cõponitur, protinus fragile. Laudatur quàm maximè [8] Punici mali foliis simile, nec rugosis, [d] colore ruffo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius, pessimúmque candidum, quod & vetustate euenit. Pretium vuæ in libras [9] x. lx. friato verò amomo [10] xlviij. Nascitur & in Armenię parte, quę vocatur Otene, & in Media, & in Ponto. Adulteratur foliis [11] Punicis, & gummi liquido, vt cohæreat conuoluátque se in vuæ modum. Est & quæ vocatur [e] amomis, minus venosa atque durior, ac minus odorata: quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum. Simile his & & nomine & frutice cardamomum, semine oblongo. Metitur eodem modo & [f] in Arabia. Quatuor eius genera: viridissimum ac pingue acutis angulis contumax fricanti, [12] quod maximè laudatur: proximum è ruffo candicans: tertium breuius atque nigrius. Peius tamen varium & facile tritu, odorísque [13] parui: qui verus, costo vicinus esse debet. Hoc & apud Medos nascitur. Pretium optimi in [14] libras duodecim. Cinnamomo proxima gentilitas erat, ni prius Arabiæ diuitias indicari cõueniret, causásque, quæ cognomen illi felicis ac beatæ dedere. Principalia ergo in illa thus, & myrrha: hæc [15] & cũ Troglodytis communis.

2 nardi simile acinos. CH.
3 siccum. M.
4 est ex Indica. Dal.
5 venoso. Vet. mutuoso. C.H. myrteolo. Scalig.
6 capitur. M.
7 manu paulatim & leniter. M. manu paulatim leuiter. CH.
8 bryoniæ Dioscor.
9 sicli lxx. Vet.
10 xxl. lix. CH.
11 Punici M. bryoniæ vt antea. Dioscor.
12 hoc. CH.
13 parui. Quod veri, costo vicinius esse.
14 libras. x. duodecim. Dal.
15 atque. CH.

ANNOTATIONES.

a Vide infra cap. 6. & 9. lib. 21.
b ὅμοιος γιγάρτῳ. Dioscor. acini grano simile.
c Scaliger legit frutice myrteolo: nempe coloris myrtei, id est, inter nigrum & flauum medij, sicut apud Horatium exposuit Porphyrio hoc versu:
Myrteum modo cohibere cvinem:
vt hac appellatione id nos intelligamus quod Dioscorides dixit ὑπόμιλτον.
d Dioscorides, recens & candidum, vel subrubrum præfert. Armeniacum, optimum, χρυσῆν: Ponticum, secũdum, subrufum est: Medicum, deterrimum, μέλαγχρων, subuiride.
e Amonide Dioscorides scribit Amomum adulterari.
f Aduehitur ex India & Media Theophr. cap. 7. 9. hist.

De thurifera regione. CAP. XIIII.

THura, præter Arabiam, nullis, ac ne Arabiæ quidem vniuersæ. In medio eius ferè sunt [1] Atramitæ pagus Sabæorũ, [2] capite regni Sabota, *in monte excelso*, à quo octo mãsionibus distat regio eorum thurifera, [3] Saba appellata, quod significare Græci mysterium dicunt: spectat ortus Solis æstiui, vndique rupibus inuia, & à dextera malis scopulis [4] inaccessa. Id solum è rubro lacteum traditur. Syluarum longitudo est [5] schœnorũ xx. latitudo dimidium eius. [b] Schœnus patet Eratosthenis ratione, stadia xl. hoc est pass. quinque M. aliqui xxxii. stadia singulis schœnis dedere. Attolluntur colles [6] [c] alti, decurruntq; & in [7] plana arbores sponte natæ. Terram [8] argillosam esse conuenit, raris fontibus ac nitrosis. Attingunt & Minæi pagus alius, per quos euehitur vno tramite angusto. Hi primi commercium thuris fecere, maximeq; exercent: à quibus & Minæum dictum est. Nec præterea Arabum alij thuris arborem vidẽt, ac ne horum quidem omnes. Feruntq; [9] MMM. non amplius esse familiarum, quæ ius per successiones id sibi vendicent. Sacros vocari ob id, nec vllo congressu fœminarũ funerumq;, cùm [10] incidant eas arbores aut metãt, pollui: atque ita [11] religione merces augeri. Quidam promiscuum ius iis populis esse tradunt in syluis: alij per vices annorum diuidi. Nec arboris ipsius quæ sit facies, constat. Res in Arabia gessimus, & Romana arma in magnam partem eius penetrauere: C. etiam Cęsar Augusti filius inde gloriam petiit, nec tamen ab vllo (quod equidem sciam) Latino arborum [12] etiam tradita est facies. Græcorum [13] exempla variant. Alij folio pyri, minore duntaxat, & herbidi coloris, prodire. Alij [d] lentisco similem subrutilo. Quidam terebinthum esse, & hoc visum Antigono regi allato frutice. Iuba rex iis vo luminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium ardentẽ fama Arabiæ, tradit contorti esse caudicis, ramis aceris maximè Pontici. Succum amygdalæ modo emittere, taleq; in Carmania apparere, & in Ægypto satas studio Ptolomęorum regnantium. Cortice lauri esse constat: quidam & folium simile dixere. Talis certè fuit arbor Sardibus.

1 Adramyt. Theoph.
2 caput. Dal.
3 Sarjbu appellatur, hoc. CH.
4 inaccesso. CH. & M.
5 schœni. CH.
6 alij. M.
7 plana, arbore sponte nascente. Dal.
8 arenosam. Ver sub-argillosa m, & in latas crustas fissilem. Theophr.
9 quinque. M. cccl. Vet.
10 incidunt eas arb. aut metunt. Dal.
11 religionem merces. D.
12 earum. M. & CH.
13 exemplaria. Dal.

Nam

Nam & Asiæ reges ferendi curam habuerunt. Qui mea ætate legati ex Arabia venerũt, omnia incertiora fecerunt, quod iure miremur, virgis etiam thuris ad nos commeantibus: quibus credi potest, matrem quoque [14] teretem enodi fruticare trunco. Meti semel anno solebat, minore occasione vendendi. Iam quæstus alteram [15] vindemiam affert. [e] Prior atque naturalis vindemia circa Canis ortum flagrantissimo æstu, incidentibus quà maximè videatur esse prægnans, tenuissimúsque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc cõcreta densatur, vbi loci natura poscat tegete palmea excipiente, aliubi area [16] circumpauita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum. Sylua diuisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est. [17] Neque vllus saucias arbores custodit. Nemo furatur alteri. At hercule Alexandriæ vbi thura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria signantur opifici. Persona adiicitur [f] capiti, [18] densúsve reticulus. Nudi emittuntur. Tantò minùs fidei apud nos pœna, quàm apud illos syluæ habent. Autumno legitur [19] ex æstiuo partu. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hyemę corticibus incisis. Ruffum hoc exit, nec comparandum priori. Illud [g] carpheotum, hoc [h] dathiathum vocant. Creditur & nouellæ arboris candidius, sed veteris odoratius. Quidam & in insulis melius putant gigni. Iuba in insulis negat nasci. Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus, cùm aliâs non ferè mas vocetur, vbi non sit fœmina. Religioni tributum, ne sexus alter vsurparetur. [i] Masculum aliqui putant à specie testium dictum. Præcipua autem gratia est mammoso, cùm hærente lacryma priore consecuta alia miscuit se. Singula hæc manum implere solita inuenio, [k] cùm [20] minore diripiendi auiditate lentius nasci liceret. Græci stagoniam [21] & [l] atomum tali modo appellant, minorem autem [22] orobiam. Micas concussu elisas mannam vocamus. Etiamnum tamen inueniuntur guttæ, quæ tertiam partem minæ, hoc est [23] xxxix. denariorum pondus æquent. Alexandro Magno in pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, vtillo modo, cùm deuicisset thuriferas gentes, supplicaret. At ille Arabia potitus, thure onustam nauem misit ei, exhortatus, vt [m] largè Deos adoraret. Thus collectum [24] Sabotam camelis conuehitur, porta ad id vna patente. [25] Digredi via capitale leges fecere. Ibi decimas [n] Deo, quem [26] vocant Sabin, mensura, non pondere, sacerdotes capiunt. Nec antè mercari licet: inde impensæ publicæ tolerãtur. Nam & benignè certo [27] itinerum numero Deus hospites pascit. Euehi non potest, nisi per [28] Gebanitas: itaque & horum regi penditur vectigal. Caput eorum Thomna abest à Gaza nostri litoris in Iudæa oppido lxxx. [29] xxvij. mill. passuum, quod diuiditur in mansiones camelorum [30] lxij. Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones, scribísque regum certæ. Sed præter hos & custodes, satellitésque, & [31] hostiarij, & ministri populantur. Iam quacunque iter est, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo, aut pro mansionibus, variísque portoriis pendunt, vt sumptus in singulos camelos denariũm dclxxxviij. ad nostrum litus colligat: iterúmque imperij nostri publicanis penditur. Itaque optimi thuris libra xvj. pretium habet: secunda xv. [32] tertia xiiij. Apud nos adulteratur resinæ candidæ [33] gemma perquàm simili: sed deprehẽditur, quibus dictum est, modis. Probatur candore, amplitudine, fragilitate, carbone, vt statim ardeat. Item ne dẽtem [34] recipiat potius, quàm in micas frietur.

14 tereti. CH. terete & enodi. M.
15 viam. CH.
16 circumpauimentata. M.
17 Nemo saucias. M.
18 densúmve reticulum. Dal.
19 ab. Dal. & CH.
20 inope. M. & CH.
21 Gyagron. Dioscor.
22 arabian. Ver. sic & Dioscorides vocat, & copiscon.
23 Quædam exemplaria habent, xxix. denariorum, alia xxviij. sic M. & CH.
24 Sabota. CH.
25 Degredi via capital. CH.
6 inuocant, Sabi. M. quem vocant Sibin. CH.
27 iterum. M. & CH.
28 Catabanitas. Strabo.
29 d. M. oppido xxxxiij. xxxvj. d. p. CH.
30 lxv. M. & CH.
31 hostrearij. CH.
32 tertia xiij. M. veriti xiij. CH.
33 gumma. M. lego, gutta.
34 recipiat, potiusq;. M.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 4. lib. 9. histor.
b Suprà cap. 10. lib. 5. stadia triginta: Herodoto lib. 2. sexaginta. Eratosthenes prouinciam. *Hirmido totos schœnos anteibit.*
c Et niue operti, Theophr.
d Verum hos (Theophr.) prodidisse. vide apud Garciam cap. 7. lib. 1.
e Vide Theophr. cap. 2. lib. 9. hist.
f Ne videat opifex qua ædeundum sit ad furtum, qua exeundum.
g A festucacea lenitate. μάρφη Græci festucam dicunt.
h ἀπὸ τοῦ θάλλω τῇ θυσίᾳ: quod incẽsum tædam aut sulphur oleat: aut quòd ψ τῷ θύειν, in sacrificiis odorem tædæ imitetur: quo etymo scribendum fuerit dathyaton.
i *Melato* Arabes hodie vocant. Masculum thus ab iis qui sacris operando eblandiri fauorem deorum omni industria & cura cupiebant, & ab iis qui magico sacro & amatoriis carminibus mentem alicuius mutare, aut deos placare, propensioresque reddere conabantur, potissimum adolebatur. Virg. Ecloga 8.
Verbenásque adole pingues, & mascula thura.
Turn. cap. 2. lib. 10 Aduers. Mascula thura Virgilius adoleri præcipit tanquam excellentia, quoniam ea primam bonitatis gloriam obtinent: iis enim quod offertur, præstantissimum esse debet, vt eximia hostia: Brodæus cap. 34. lib. 1. Plautus in Pœnul. granum thuris vocat,
Quíve vllum thuris granum sacrificauerit.
k Theophrastus cap. 4. lib. 9. histor.
l Et Syagron, Dioscor.
Fierti id solebat thure ex acerra tribus digitis sumpto. Ouid. Fast 2.

Et digitis tria thuratribus sub limine ponit. Lactan. 5. Instit.
Nam cruciari atque interfici malle, quàm thura tribus digitis comprehensa in focum iactare. Apud Porphyrium Pythia inquit Deum non magis lætatum fuisse Thessalo boues auratis cornibus (χρυσοκέρωτι) & Hecatombas offerente, quàm ἐμπόνοις θύσαντι & τῶν ζωτῶν ὑπὸ πυρὶ τὸν τριῶν δακτύλων, quàm cum Hermionensis quidam ex sæculo tribus digitis de placenta libauet. Brodæus cap. 8. 5. Sic apud Plautum in Bacchidibus,

Sic hoc digituis duobus sumebas primoribus. Idem in Milite,
Inde ignem in aram, vt Ephesiæ Dianæ laudes latas
Orat, sique agam, eique vt Arabicos fumificem odores, amœne.

n Soli, Theophr. pretij tertiam partem.

De myrrha, & arboribus myrrhæ. CAP. XV.

MYrrham in iisdem syluis [1] permixta arbore nasci tradidere aliqui, plures separatim. Quippe multis in locis Arabiæ gignitur, vt apparebit in generibus. Conuehitur & [2] ex insulis laudata, petúntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi transitu maris. Satiua quoque prouenit, multum syluestri prælata. Gaudet rastris [3] atque ablaqueationibus, melior radice refrigerata. Arbori altitudo [a] ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto, crassiore, quàm [4] thuris, & ab radice etiam, quàm reliqua sui parte. Corticem læuem similémque [5] vnedoni scabrum alij spinosúmque dixere. Folium [6] oliuæ, verùm crispius, & aculeatum. Iuba olusatri. Aliqui similem [7] iunipero, scabriorem tantùm spinísque horridam, folio [8] rotundiore, sed sapore iuniperi. Necnon fuere, qui è thuris arbore vtrunque nasci mentirentur. Inciduntur [9] bis & ipsæ, iisdémque temporibus, sed à radice vsque ad ramos, qui valent. Sudant autem sponte [b] priùs, quàm incidantur, stacten dictam, cui nulla præfertur. Ab hac satiua, & in syluestri [11] quoque melior æstiua. Non dant ex myrrha portiones Deo, quoniam & apud alios nascitur. Regi tamen Gebanitarum quartas partes eius pendunt. Cæterò passim à vulgo coëmptam in folles [12] confarciunt, [13] ipsíque vnguentarij digerunt haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis.

1 permixtam arbori. M.
2 ex syluis. Alij. & CH.
3 & M.
4 sura hominis. Theoph. cruris. D.
5 adrachnæ. Theophr. cap. 4. 9. hist.
6 vlmi. Idem.
7 therebintho. Idem.
8 rotundiore. CH.
9 binis & ipsæ denique. M.
10 stacte dicta. CH.
11 quæ melior. Dal.
12 conferciunt. CH.
13 nostríque. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Theophrasto arbor quinque ferè cubitos alta est, myrrhæ verò ea minor.
b Theophrastus περὶ ὀσμῶν, ὅτι καταμόνας περὶ ἐκπώματα καταλαμβάνει ἐκεῖ ῥεῖ. Dioscorides vocat τὸ λειτουργὸν προσφάλες σμύρνης κατακόμης, quæ Plinio aduersantur. Basilius in Psalm. 4. Stactem myrrhæ tenuissimæ genus esse scribit. Cùm enim odor is exprimitur, quod effluit, in stactem seponi, quod crassum restat, myrrham vocari. γαλὰ μύρα Græcis liquida. Archestr. apud Athenæum περὶ γαλλίων μύρου ἀγαθοὶ χαίρειν ὑφάνσιν. Stactem vnguentum è stacte Lucretius vocat,

Sicut Amaracini blandum stactæq; liquorem.

Brod. cap. 7. lib. 5. Parum attetè Plinius existimauit stacten sudare ex arbore myrrhæ, non ipsa myrrha.

De generibus myrrhæ, & natura, & pretio eius. CAP. XVI.

GEnera complura: Troglodytica syluestrium [1] prima. Sequês [a] Minæa, in qua & Atramitica [2] est, & Ausaritis Gebanitarũ regno. Tertia Dianitis. Quarta [b] collatitia. Quinta Sembracẽa, à ciuitate regni Sabæorum mari proxima. Sexta, quam [3] Dusartim vocãt. Est & candida vno tantùm loco, quæ in Messalum oppidum confertur. Probatur [4] Troglodytica pinguitudine, & quòd aspectu [5] aridior est, sordidáque ac [6] barbara, sed acrior cæteris. Sembracena prædictis caret vitiis, ante alias hilaris, sed viribus tenuis. [c] In plenũ autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi & tabescẽtis: vtque [7] fracta candidos vngues habeat, gustu leniter amara. Secũda bonitas intus variæ. [8] Pessima intus nigræ: peior si etiam foris. Pretia ex occasione ementium varia. [9] Stactæ verò à vj. ad l. Satiuæ summum ad xxij. Erythrææ ad xvj. Hãc volunt Arabicam intelligi. Troglodyticę nucleo [10] ad xiij. eius verò quam [d] odorariã vocant, [12] ad xiiij. Adulteratur lentisci glebis, & gummi. Item [e] cucumeris succo amaritudinis causa, sicut ponderis spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur sapore [f] gũmi dente lentescentis. [13] Fallacissimè autem adulteratur Indica myrrha, quæ ibi de quadam spina colligitur. Hoc solùm peius India affert facili distinctione: tantò deterior est.

1 prima: Erythræa sequens, & Minæa, in qua stactæa, & Atramitica. Vet. pro stactæa lego ex Theophr. Cirbana.
2 est & Gebanitica. M. & CH. Lego ex eod. Th. Mamalitia, vel ex Dioscor. Caucalis.
3 Dusyritin. CH.
4 Trogodyticæ pinguedinis. M. Troglodyticæ pinguidinis. CH.
5 viridior est horrida. χλωροτέρα. Dal. ex Dioscor.
6 barbara. Acrior cæteris Sembracena, ante alias. M. barb. sed acr. cæteris Sambracena prædictis, ante alias. CH. canescentis. M.
7 confracta. M.
8 Pessima quæ intus
9 stactæ à x. xxx. ad xl. Quidam à xlvj. ad l. Alij stactæ à xiii. ad xl. Sati. sum. x. xi. (x. xiii. M. Eryer. xvi. Hae &c. CH.
10 x. xi. M.
11 Seæ verò. Parm. sexcæ verò. Vet.
12 x. xv M xvii. CH.
13 Fallacissima. M.
14 aliqua. M.

ANNOTATIONES.

a Eam improbari Dioscorides tradit. Gal. lib. de Antid. κατὰ ἱερὰν ἄνοιαν tradit, & eandem cum Troglodytica.
b Hinc illinc collata & contributa. Alij colaticia, à colando, excolata.
c ὑγιὲς.
d θυμιατικῆς.
e Cucumeris agrestis succo. Nam, vt inquit Dioscor. frutex totus amarus est. Nec amaritudinis tantũ causa sed & vt color subuireat.
f Myrrha adulteratur gummi macerato aqua in qua myrrha maduerit. Dioscor.

De

De mastiche, ladano, & bruta, enhæmo, & strobo, & de styrace. CAP. XVII.

ERgo transit in mastichen, quæ & ex alia spina fit in India, itémque in Arabia: lamam vocant. Sed mastiche [2] quoque gemina est: quoniam & in Asia [3] Græciáque reperitur herba radice [a] folia emittens, & carduum similem malo, seminis plenum: lacrymáque erumpit [4] incisa parte summa, vix vt dignosci possit à mastiche vera. Necnon & tertia in [b] Ponto est, bituminis similior. Laudatissima autem Chia cãdida, cuius pretium in libras xx. nigræ verò xij. Chia è lentisco traditur gigni gummi modo. Adulteratur, vt thura, resina. Arabia etiamnum & ladano gloriatur: fortè casúque hoc, & [f] iniuria fieri odoris, plures tradidere. [c] Capras maleficum aliâs frondibus animal, odoratorum verò fruticum [6] appetentius, tanquàm intelligãt pretia, [7] carpere [8] germinum caules prædulci liquore turgentes, distillantémque ab his [9] casus mistura succum improbo barbarum villo abstergere. Hunc [10] glomerari puluere, incoqui Sole. Et ideo in ladano caprarum pilos esse. Sed hoc non alibi fieri, quàm in Nabatæis, qui sunt ex [d] Arabia cõtermini Syriæ. Recentiores ex autoribus [11] strobon hoc vocant: traduntque syluas Arabũ pastu caprarum infringi, atque ita [12] succum villis inhærescere: verum autem ladanum Cypri [13] insulæ esse: vt obiter quæque genera odorum dicantur, quamuis non terrarum ordine. Similiter hoc & ibi fieri tradunt, & esse œsypum hircorum barbis [14] genibúsque villosis inhærens, sed [15] cederæ [16] flore deroso, pastibus matutinis, cùm est roruleta Cypros. Deinde nebula sole discussa, puluerem madentibus villis adhærescere, atque ita ladanum depecti. Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id fiat, [17] ledam [18] appellent: etenim illi ledanum vocant. [19] huius pingue insidere: itaque [20] attractis funiculis herbã eam [21] conuolui, atque ita offas fieri. Ergo in vtraque gente bina genera, [e] terrenum & factitium. Id quod terrenum est, friabile: factitium, lentum. Necnon & fruticem esse dicunt in Carmania, & super Ægyptum per Ptolæmeos translatis plantis: aut (vt alij) [22] generante & id thuris arbore: colligíque, vt gummi, inciso cortice, & caprinis pellibus excipi. Pretia sunt laudatissimo in [23] libra [24] asses xl. Adulteratur myrti baccis, & aliis animalium sordibus. Synceri odor debet esse ferus, & quadammodò solitudinem redolens: ipsum visu [25] aridum, tactu statim [26] molescere, accensum fulgere, odore iucundo gratum. Myrrata deprehenduntur, crepitántque in igne. Præterea syncero calculi potius è rupibus inhærẽt, quàm puluis. [f] In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur, Græcis inhæmon dictum, singulari effectu contrahendis [g] vulnerum cicatricibus. In [h] maritimis [27] eæ fluctibus æstúque operiuntur. Nec baccæ nocetur, cùm constet & in foliis salem relinqui. Hæc sunt peculiaria [28] Arabiæ: & pauca præterea communia, alibi dicenda, quoniam in iis vincitur. Peregrinos ipsa [29] mirè odores & ad exteros petit. Tãta mortalibus suarum rerum satietas est, [30] & alienarum auiditas. Petunt igitur in [31] Helimæos arborem [32] i brutam, cupresso fusæ similem, exalbidis ramis, iucundi odoris accẽsam, & cum miraculo historiis Claudij Cæsaris prædicatam. Folia eius inspergere potionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumúmque eius cõtra [k] ligna [33] alia remedio. Nascitur vltra Pasitigrin in finibus [34] oppidi Sitacæ, [35] monte [36] Zagro. Petunt & in Carmanos arborem strobum ad suffitus, persusam vino palmeo accẽdentes. Huius odor redit à cameris ad solum iucundus, sed aggrauans capita, citra dolorẽ tamen. Hoc somnum ægris quærunt. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis [l] nũdinarium. Inde Gabbam omnes petere solebant, dierum xx. itinere, & Palæstinam Syriã. Posteà Characem peti cœptum, ac regna Parthorum ex ea causa, autor est Iuba. [37] Mihi ad Persas etiam prius [38] ista portasse, quàm in Syriam aut Ægyptũ, videntur, Herodoto teste, qui tradit singula millia [39] talentum thuris annua pẽsitasse Arabas regibus Persarũ. Ex Syria reuehunt styracem, acri odore eius in focis abigentes suorum fastidium. Cætero, nõ alia ligni genera sunt in vsu, quàm odorata: cibósque Sabæi coquũt thuris ligno, alij myrrhæ, oppidorum vicorúmque nõ alio, quàm ex aris, fumo atque nidore. Ad húc

1 Ism ego transeo ad mast. quæ & ex humili (nempe chamelone) spina &c. vel, Transeamus ad mast. &c. Dal.
2 nobis quoque. Dal.
3 Græciáque, in M. d.
4 ima. Dal.
5 iniuria odores (lego, odoré. i. ἡδύσματα) fieri, plures. M. iniur. fieri odoris genus Alij casúque hinc & in
6 odorem. Alij.
6 expetentius. M. & CH.
7 capere. M.
8 germina caulium præd. ligu. turgentia.
9 casu mixturæ. Par. quasi cæsura. Alij. morsu cæsis Alij.
10 glomerari in puluerem. Parm.
11 stobolon. M.
12 succo villos inhorrescere. Vet.
13 insula. CH.
14 genisque. Ver.
15 κασσίᾳ, pro κηρίᾳ legit Plinius.
16 folio. Dal.
17 ledon. Ex Dioscor.
18 appellant. CH.
19 Huic. Quidam huius foliis pingue super eam herbam. Alij. huius pingui. CH.
20 attractos funiculos herbæ ei adnoluí. Dal. atque extractis. CH.
21 renoluí. Dal.
22 generari & id in iis, vt thuris arbore. Ver. generatis & ibidem, cum thuris arb. Dal.
23 libras.
24 Alias, asses xxx.
25 viride. vt infrà c. 8. l. 26. ὑπόχλωρον. Dioscor.
26 molescit, accẽsum fulget.
27 hæ. CH.
28 Arabiæ, & pauca. Præterea alibi communia dicenda M.
29 myrrhæ odores & ab exteris M.
30 alienarumque. M. & CH.
31 Elymæos. M. & CH.
32 bratum. CH.
33 exitialia.
34 opimis Scytræ. Vet. prauè. oppidi Scytræ CH.
35 in monte. M. & CH.
36 Scãtho. Vet. Schãtro. CH.
37 Minæi & ad. Vet.
38 ista, in M. d.
39 talentum annuorii thuris pensit. M talẽtum thuris annuatim pensi. Alij.

ergo ſanandum vrunt ſtyracem in pellibus hircinis, ſuffiúntque tecta. Adeò nulla eſt voluptas, quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Eundem [40] ad ſerpentes fugandas vrũt, in odoriferis ſyluis frequentiſſimas.

40 & ad.CH.

ANNOTATIONES.

a Chamæleonem album ſignificat, qui Ixiam Maſtiche ſimilem gignit.
b Eam vini condituris olim admiſceri ſolitam vide c.20. lib. 14.
c Apud Eupolin in Capris de varietate frondium, quas depaſcuntur, eæ gloriantur. Verſus Poëtæ lepidiſſimos vide apud Macrobium cap.5.lib.7.Saturn. & Plutarchum in Sympoſiacis, Leopardũ cap.10.8.
d Vide cap.8.lib.26.
e Non colatum, ſed cum arenis & puluere adhuc permixtum: alterum colatum & purgatum. Frigidè hoc Plinius. Vide locum citatum.
f Rupibus inhærent, in quas aſcendunt capræ, vt ciſtum decerpant.
g Vide vlt. caput huius libri.
h Siſtẽdo potius ſanguini, quod vox ἐναιμον indicat. Apud Theophraſtum rectè Gaza vertit cap. 8. libr. 4. hiſt. ſiſtendo ſanguini vtile.
i Non de Arabicis oleis Thoph. loco citato id ſcribit, ſed de oleis Indicarum inſularum. Vide locum eum & confer.
k Bruten. Eſſe quidam volunt arborem Paradiſi.
l Quæ noxium & venenatum, vel grauem & iniucundum acceſſa odorem mittunt.
m Nundinis frequens & celebre. Obſerua.

De felicitate Arabiæ. CAP. XVIII.

NOn ſunt eorum cinnamomum aut caſia: & tamen Felix appellatur Arabia, [1] falſa & ingrata cognominis, quæ hoc acceptum ſuperis ferat, cùm [a] plus ex eo inferis debeat. Beatam illam fecit hominum [b] etiam in morte luxuria, quæ Diis intellexerat [2] genita, adhibens vrendis defunctis. Periti rerum aſſeuerant, non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps nouiſſimo [c] Poppææ ſuæ die concremauerit. [d] Æſtimentur poſteà toto orbe ſingulis annis tot funera, aceruatímque congeſta honori cadauerũ, [e] quæ Diis per ſingulas micas dantur. Nec minus propitij erant mola ſalſa ſupplicantibus, imò verò (vt palàm eſt) placatiores. Verùm Arabiæ etiamnum felicius mare eſt. Ex illo náque margaritas mittit. Minimáque computatione millies [3] centena millia ſeſtertiũm annis omnibus India & Seres, [f] peninſuláque illa imperio noſtro adimunt. Tantò nobis deliciæ & fœminæ conſtant. Quota enim portio ex illis ad Deos quæſo iam vti ad inferos pertinet?

1 falſi & ingrati. M. falſo. Vet.

2 genita, vrentium defunctis. Periti rerũ aſtruxerũt. M. & CH. niſi quòd habet, adſtruerant.

3 H-S. quingenties. ſuprà cap.23.lib.6.

ANNOTATIONES.

a Quoniam odores ij magno pretio empti mortuorum buſtis atque rogis cremantur.
b Perſius Sat.3.
Hinc tubæ, candelæ, tandémque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſiq; lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.
c Eam Nero cremari noluit, ſed rogum externorum modo variis odoribus conditam & referram ſepeliri. Autor Tranquillus.
d Funerum impenſæ ſunt, odores, vnguenta, loci pretium in quo defunctus inhumatur, vectigal quod in itinere præſtatur dum corpus ex vno loco perfertur in alium, marmoreus ſarcophagus, veſtis, πόνος. ὁ σορὸς, ὁ σωλὸς: ac eádem comportatio ſiue ſilicernium, dictum à ſilentio, quòd in eo nullo accenſo lumine ſilentes vmbræ tantùm cernantur, λύχνος γὰρ ἅπλετον ὤπτυσα ἐν θήκῃς. Varro in Meleagris,
Funus exequiati, lautè ad ſepulchrum antiquo more,
Silicernium confecimus: (id eſt, ψιθύρισμον) *quo pranſi diſcedentes, diximus, alius alij, vale.*
Cuiacius cap.20.11.Obſer.Iuuenal.Sat.4.
Et maturino ſudans Criſpinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera.
Feſto, acerra, ante mortuum poſita, in qua odores incendebantur. Eos Apuleius Apologia prima recenſet, thus, myrrham, caſiam, illos medicamento parari ait, & ſacrificio, nempe fœtori ſtrinæ emendando. Ræuard. cap.15. in leg.12. tabull.
e Profuſiore in cadauer vrendum, quàm in Deorum cultu impenſa.
f Vbi eſt Malaca, & regnum Siam à Seribus dictum.

De cinnamomo, & xylocinnamomo, & caſia. CAP. XIX.

CInnamomum & caſias [1] fabuloſa narrauit antiquitas, princépſve [a] Herodotus, auiũ nidis, & priuatim phœnicis, in quo ſitu Liber pater educatus eſſet, ex inuiis rupibus arboribúſque decuti, carnis quam [2] ipſæ inferrent pondere, aut plumbatis ſagittis. Item caſiam circa [3] paludes propugnante vnguibus diro veſpertilionum genere, [b] aligeríſque ſerpentibus: his commentis augentes rerum pretia. [4] Commutata verò fabula eſt, ad meridiani ſolis repercuſſus inenarrabilem quendam vniuerſitatis halitum è tota peninſula exiſtere, tot generum [5] auræ [6] ſpirante concentu, Magníque Alexandri claſſibus Arabiam odore primùm nuntiatam in altum. Omnia falſa, ſiquidem cinnamomum, idémque cinnamum, naſcitur in Æthiopia Troglodytis connubio permixta. [7] Ii [c] mercantes id à conterminis, vehunt per maria vaſta ratibus, quas neque gubernacula regãt, neque remi trahant vel impellant, non vela, non ratio vlla adiuuet, cùm omnium inſtar ibi ſint homo tantùm & audacia. Præterea hybernum mare [8] exigunt circa brumam, Euris tum maximè flantibus. Hi recto curſu [d] per ſinus impellunt, atque à [e] promontorij ambitu [f] Argeſte deferunt in portum [g] Gebanitarum, qui vocatur [9] [h] Ocila. Quamobrem illi maximè id petunt, prodúntque [10] vix quinto anno reuerti negotiatores, & multos interire. Contrà [11] reuehunt vitrea, & ahena, veſtes, [11] fibuláſque cum armillis ac monilibus. Ergo ne

7 fabuloſe.M.
2 ipſu inferret.M.
3 paludes gigni propugn.
4 Commenta.Alij. Comitata.CH.
5 auris.Parm.odoris. Alij
6 ſpirantis conceptũ. M.Lego.ſpiratu conceptum. ſpirante conceptum.CH.
7 Hi.M.& CH.
8 eliguut.Dal.
9 Ocilia.CH.
10 vix peracto anno. Dal.
11 fibulas cum.CH.

go negotiatio illa fœminarum maximè fide conſtat. Ipſe frutex duũm cubitorum altitudine ampliſſimus, palmíque minimus, iiij. digitorum craſſitudinis, ſtatim à terra ſex digitis ſurculoſus, arido ſimilis. Cùm viret non odoratus, folio origani, ſiccitate gaudẽs, ſterilior imbre, [12] cæduæ naturæ. Gignitur in planis quidem, ſed denſiſſimis in vepribus rubíſque, difficilis collectu. Metitur non niſi permiſerit Deus. Iouem hunc intelligũt aliqui: Aſſabinum illi vocant. xliiij. boum caprarúmque & arietum extis impetratur venia cædendi. Non tamen aut ante ortum Solis, aut poſt occaſum licet. Sarmenta haſta diuidit ſacerdos, Deóque partem ponit: reliquum mercator in [13] naſſas condit. Eſt & alia fama, cùm Sole diuidi, ternáſque partes fieri, dein ſorte [14] cremia diſcerni: quódque Soli [10] ceſſerit relinqui, ac ſponte conflagrare. Præcipua bonitas virgultorum tenuiſſimis partibus, [k] ad longitudinem palmi. Secunda proximis breuiore menſura, atque ita ordine. Viliſſimum, quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis, in quo ſumma [15] gratiæ. Qua de cauſa præferuntur cacumina, vbi plurimus cortex. Ipſum verò lignum in faſtidio eſt propter [l] origani acrimoniam: xylocinnamomum vocatur. Pretium eſt in libras xx. [m] Quidã cinnami duo genera tradidere, candidus, [16] nigriúſque. Quondam præferebatur candidum, nunc contrà nigrum laudatur: atque etiam varium præferunt candido. [17] Certiſſima tamen [18] æſtimatio, ne ſit ſcabrum, atque vt inter [19] ſeſe tritum tardè frietur. [20] Damnatur in primis molle, aut cui albet cortex. Ius eius [21] à Gebanitarum rege ſolo proficiſcitur: is [22] edicto mercatu vendit. Pretia quõdam fuere in libras [20] denariũm [23] mille. Auctum id parte dimidia eſt, incenſis, vt ferunt, ſyluis ira barbarorũ. Id [24] acciderítne ob iniquitatem præpotentium, an forte, non ſatis conſtat. Auſtrosibi tam ardentes flare, vt æſtatibus ſyluas accendant, inuenimus apud autores. Coronas ex cinnamo interraſili auro incluſas, primus omnium in templis Capitolij atque Pacis dicauit Imperator Veſpaſianus Auguſtus. Radicem eius magni ponderis vidimus in palatij templo, quod fecerat Diuo Auguſto coniux Auguſta, aureæ pateræ impoſitam: ex qua guttæ editæ annis omnibus in grana durabantur, donec id delubrum incẽdio conſumptum eſt. Frutex & [25] caſia eſt, iuxtáque cinnami campos naſcitur, ſed in montibus craſſiore ſarmento, tenui cute veriùs, quàm cortice, [26] quem contra atque in cinnamo [27] leuari & [n] exinaniri pretium eſt. Amplitudo [28] fruticis trium cubitorum. Colos triplex. [30] Cùm primum emicat, candidus pedali menſura: déinde [29] rubeſcit addito ſemipede: vltra nigricans. Hæc pars maximè laudatur, ac déinde proxima: damnatur verò candida. [30] Conſecant ſurculos longitudine binũm [31] cubitorum. Mox præſuunt recentibus coriis [32] quadrupedum ob id interemptarum, vt iis putreſcentibus vermiculi lignum erodant, & excauent [33] [o] corticem tutum amaritudine. Probatur recens maximè, & quæ ſit odoris [34] molliſſimi, guſtúve quàm maximè feruens potius, quàm lento [35] tepore leniter mordens, colore [36] purpureo, quæque plurima minimum ponderis faciat, breui tunicarum fiſtula, & non fragili. [37] Lactam vocant talem barbaro nomine. Alia eſt [38] [p] balſamodes, ab odore ſimili appellata, ſed amara, ideóque vtilior medicis, [q] ſicut nigra vnguentis. Pretia nulli diuerſiora. Optimæ in libras x.l. cæteris x.v.

12 ceu diræ. Vet.
13 naſſas. M. naues. Dal.
14 germina. M. gemia. CH.
15 gratia. Dal.
16 nigriciſque. Alij, & CH.
17 Certiſsimo. CH.
18 æſtimatione ſi ſit ſcabr. &c. frangatur. M.
19 ſeſtertium. CH.
20 Damnatum &c. aut cui labit cor. CH.
21 ad Gebanitarum reges ſolos proficit: thuris edicto mercatu venditur. M.
22 indicio. Vet.
23 milia. CH.
24 acciderit ob. CH.
25 caſiæ eſt. CH.
26 quem cõteri (Leg. alteri) atque in cinnamo leuare pretium eſt. M.
27 labare & exinaniri. Vet. & CH.
28 fruticis. CH.
29 rubeſcit. CH.
30 Tum ſecant. Vet.
31 digitorum, aut paulo ampliores. Theophr.
32 boum. Theophr.
33 cortice tuto. Vet.
34 grauiſſimi. Alij.
35 tempore. M.
36 purpureo. M. & CH.
37 Ledam. Vet. Ladã. CH. fortaſſe achy, vt apud Dioſcor.
38 balſamoides. Vet.

ANNOTATIONES.

a Herodoti ſenſum, quem autorem citat, non ſatis videtur aſſecutus Plinius.
b Fabulæ de ſerpentibus, ſed non aligeris, meminit Theoph. cap. 5. lib. 9. Vide Garciam cap. 15. lib. 1.
c Æthiopes qui in Arabiam vehunt. Chinenſes ſic vocat. Inſulsè tamen Plinius apud Æthiopas naſci tradit, mox ſubiungẽs Æthiopas mercari à conterminis. Si enim apud illos naſceretur, ab aliis non emerent. Multo magis etiam o citat, cùm per vaſta maria eas merces Æthiopas vehere ſcribit. Nam ſi conterminí ſunt qui vendunt, nauigatione tam longa quorſum opus eſt? Vtrunque, ita & olim, e Moluccis in ſuperiorem Indiam Cinamomum vehebatur, mercimonium id potiſſimum exercente, quæ ad rubrum mare iacet, Æthiopum genere, quos Abyſſinos vocamus, ob commodam Oceani propinquitatem: quæ res Plinium fefellit.
d Ab Oriente in Æthiopiam redeuntes.
e Quod eſt in Serum peninſula. Promontorium Camoria intelligit, Zeilan inſulę obiectum.
f Ventro ſpirante ab occaſu æſtiuo, vulgo *Weſtral*.
g Vulgo *Zigen. Aden.*
h Vulgò, *Porto Oceli*. Vide cap. 23. lib. 6.
i Ex Arabia & Æthiopia in Indiam.
k Theophr. cap. 5. lib. 9. hiſtor.
l Vel quod origanum olet, vt vult Dioſcorides, vel quod origanum ſapit.
m Theophr. duo, Dioſcorides verò quinque genera Cinnamomi refert. Ex iis duo tantùm peculiari nomine vocata, Moſſyliticum, & Montanum, reliqua odore, colore, & aliis huiu modi notis diſtincta. Caſiæ idem Dioſc. ſeptem genera memorat, Auchy ſiue Dadhnitin, hic Daphnoeiden, & Iſocinnamum, quod bonitate & viribus æquet Cinnamomum, aut pretio, nam, quod inquit Galenus, cùm Cinnamomum abeſt, eius loco duplum Caſiæ ſubſtituitur: Zigir, hic Balſamoden: Moſſyliticum germen, id eſt é Zeilan, hic lactam: Aphemon, hic vnguentariam: Darca, Perſis Dardimi, ideſt Chinæ lignum: Citro, corruptè pro *Cnurdo*, quo nomine Zeilanij vocant: & Pſeudocaſiam.
n Tenue, ac gracile eſſe.
o Fabuloſum id eſt.

p Dioscoridi *ξανθόχροα τῷ ἰσατῖδι* quę rosam odore imitatur, crassa, è purpureo nigricans, & præcipui, quod idem ait, vsus in medicina, Zigir nomine, vel, vt apud eund. legitur lib. de Antidotis, σιζὶ. *Zangues* Nigros Arabes vocant. Colligit eam gens insulę Zeilam quę nigra est. Inde nominis ratio. In Malauar Cais manis, id est dulce lignum vocant. Hinc Casiæ nomen.

q *ἄφυτον*, quasi minimè fama claram vocat Dioscorides.

De isocinnamo, & cancamo, ac taro. CAP. XX.

HIs addidere[1] mangones, quam [a] dalphnoiden vocant, isocinnamon cognominatam: pretiúmque[2] eius faciunt x.ccc. Adulteratur styrace, & propter similitudinem [3] corticum [4] lauri [5] tenuissimis surculis. [b] Quin & in nostro orbe feritur: extremóque in margine[6] imperij, quà Rhenus[7] alluit, viuit in aluearijs apum fata. Color abest ille torridus sole, & ob id simul idem odor. Ex confinio casiæ cinnamíque & [c] cancamum ac [d] tarum inuehitur, sed per Nabatæos[8] [e] Troglodytas, qui considere ex Nabataeis.

1 mangonijs quam daphnidis. CH.
2 ei. CH.
3 cortice. Vet.
4 laurus. CH.
5 teneriſsimis. M.
6 per id quod Rhenus. M.
7 alluit. Vidi &c. ſatam. Vet.
8 Trogoditaſque cõfines Nab. M. cõfines qui conſidere. Vet.

ANNOTATIONES.

a Dioscorides primum Casiæ genus, quod *Achy* Barbari vocant, à negotiatoribus Alexandrinis Daphnitin vocari scribit, quòd lauri cortici similis sit.
b Casia, Lauendula nostra, Theophrasti alba Casia: eidem nigra, nostra libanotis coronaria. Casiam Hyginij, quæ Theophrasto Cneorum est, cùm Indica negligenter Plinius hic confundit.
c Cancamum, Lusitanis hodie *Alume*.
d Tarum hodie Lusitanis *Aquila brauna*. 1. Agallochum syluestre: lignum odoratum, Agallocho verò nonnihil simile. Nascitur in promontorio Comorin, quod olim Cori nuncuparunt, & in Zeilam insula. In Malaca Agallochum *Garro* vocant, inde sumptum Tari nomen. Garcias cap. 16. 1.
e Sic Chinenses vocat.

De serichato, & gabalio, & de myrobalano. CAP. XXI.

EO comportatur & serichatum, & gabalium, quæ intra se consumunt Arabes, nostro orbi tantùm nominibus cognita, sed cum cinnamo casiáque nascentia. Peruenit tamen aliquando[a] serichatum, & in vnguenta additur ab aliquibus. Permutatur in libras x. vj. Myrobalanum Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ quæ Iudæam ab Ægypto disterminat, commune est, nascens [b] vnguento, vt ipso nomine apparet. Quo item indicatur & [1] glandem esse arboris, [c] heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Fructus magnitudine auellanæ nucis. Ex his in Arabia nascens Syriaca appellatur, & est candida. Contrà in Thebaide nigra. Præfertur illa bonitate olei quod exprimitur: sed copia Thebaica. Inter hæc Troglodytica vilissima est. Sunt qui Æthiopicam iis præferant, [2] glandem nigram ac pinguem, nucleóque gracili, sed liquore, qui exprimitur, [d] odoratiori, nascentem in campestribus. Ægyptiam pinguiorem [3] esse, & [4] crassiori cortice [5] [e] rubentem: & quamuis in palustribus [6] nascatur, breuiorem sicciorémque. E diuerso Arabicam viridem ac tenuiorem: & quoniam sit [7] montosa, [f] spissiorem. Longè autem optimam Petræam, ex quo diximus oppido, nigro cortice, nucleo [g] candido. [h] Vnguentarij autem tantùm cortices premunt: medici nucleos, [8] tundentes affusa eis paulatim calida aqua.

1 grandem eius arborem. M.
2 grandem 'nigram nec ping. M. & CH. glande nigra ac pingui Dal.
3 esse aiunt, & Dal.
4 crassiore. CH.
5 rubenti. Dal.
6 nascitur. CH.
7 mõtuosa. M. & CH.
8 tundendo. Dal. medici nucleos tũdunt, affusa. M. tundentes adhũc paul. CH.

ANNOTATIONES.

a Serichatum quidam esse coniectantur nostrum *Benivinum*: gabalium verò, *cafburam*. Alij Sericatum Santalum flauum, à Serici crudi colore: Gabalium verò, Beniuinum.
b Vide Theophr. cap. 1. lib. 4. hist. & libro de odoribus.
c Dioscoridi myricæ similis est. Theophr. loco citato folium myrto simile est, sed Congius.
d Quod vitium est. Prorsus enim odoris expertem oportet esse liquorem eum.
e rubenti. Tali ferè colore est durum puramen. Vide annot. ad vltimum hoc caput.
f Densiori & firmiori cortice.
g Falsum id est, Nucleos vtrique premunt: sed vnguentarij absque igne & aqua calida, vt quod fluit oleum alienæ prorsus qualitatis expers sit, nec rãcescat: medici affusa calida, vt plus olei extundant. Quidam cortices premi censent, non eliciendi olei gratia, quod nullum habent, sed vt vnguentis sint pro stymmate.
h Lego, Vnguentarij autem exuto cortice premunt, affusa eis paulatim calida aqua: medici nucleis tusis vtitur. Sic porrò vocat *ἐκπεπλυκότας τὴν ἐκβολὴν τοῦ ὑγροῦ* apud Dioscoridem, tusa & expressa facem. Fefellit Plinium corrupta Theophrasti litera, *τὸ παχεῖα δὲ τοῖς μυλώνιοι χρῶνται οἱ μεμιγμένοι πιπτουσῖ. οὐδὲν γὰρ ἔχει τὴν δὲ παχεῖαν αὖθις ἀχρεῖον*: pro quibus lego, *τῷ παχεῖᾳ δὲ ὧν τοῖς &c. πιπτουσῖ· οὐδὲν γὰρ παλίγκα. ἡ δὲ παχεῖα ἐδέσεν ἀχρεῖ@*. Vnguentarij putamine non vtuntur, sed tuso fructu. Is enim odorum suauitatem retinet. Est autem edendo inutilis. cap. 2. lib. 4. histor.

De phœnicobalano, & calamo odorato. CAP. XXII.

MYrobalano in vnguẽtis similem proximúmque vsum habet [b] palma in Ægypto, quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali cotonei, nullo [d] intus ligno. Colligitur autem paulò antè, quàm incipiat matureſcere. [1] Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigreſcit, veſcentéſque inebriat. Myrobalano pretiũ in libras x. [e] bini. Institores & [f] facem vnguenti hoc nomine appellãt. [g] Calamus quoq; odoratus in [h] Arabia nascẽs, cõmunis [2] Indis atq; Syriæ est: [3] in qua vincit [4] omnes, à nostro mari cẽtũ l. stadiis. [5] Inter Libanũ montem, aliúmque ignobilẽ, non (vt quidã existimauere) Antilibanum, in conuallem modica iuxta lacũ, cuius paluſtria æstate siccantur, tricenis [6] ab eo stadiis calamus & iun-

1 Quod ſi relinquatur. M. & CH.
2 Indiæ. Dal.
3 in qua viuit omnis. Vet.
4 annis. M. omnes A noſtro mari centum l. ſtadiis inter Liban. Dal.
5 in eo. Ex Theophr.

& iuncus odorati gignuntur. Sanè enim dicamus & de [k] iunco, quamuis alio herbis dicto volumine, quoniam tamen hic vnguentorum materia tractatur. Nihil ergo à cæteris sui generis differunt aspectu: sed calamus præstantior odore, statim [l] è longinquo [6] inuitat, mollior tactu, meliórque qui minus fragilis, & qui assulosè potius quàm rhaphani modo frangitur. Inest fistulæ [7] araneum, quod vocant florem. Præstátior est, cui numerosius. Reliqua [8] probatio, [9] vt niger sit. Damnatur aliubi. Melior, quo breuior [10] & crasior, lentúsque in frangendo. Calamo pretiũ in libras xj. iunco xv. Tradúntque iuncum odoratum & in Campania inueniri. Discessimus à terris Oceanum spectantibus ad [11] conuexas in nostra maria.

6 inuitat. Mollior tactu melior, & qui minus fragilis.
7 araneosiue, vel aranchion. ex Dioſc. araneus, quem &c. numerosior.
8 probatio vt ſuluſit. Niger alias damnatur. Melior. Dal.
9 ne. M.
10 crasiorque & lentus. M. & CH.
11 in mandendo. Dioſc.
12 deuexas. Dal. cõuersas. Alij.

ANNOTATIONES.

a Ob eius elaten odoratã, qua in spissamentis vtuntur vnguẽtarij.
b Rondeletius apud Dioscoridem putauit Arabicam Myrobalanum non esse intelligendam vnguentariam sed nostrarum officinarum flauam myrobalanum palmulæ valde similem. Legendum puto, Myrobálano vnguentariæ similem proximámque figuram habet. Dioscorides. n. ait palmæ fructum *παρεμφέρειν τῇ ἐρεβινθίνῃ μορῷ βαλάνῳ*, nempe figura similem esse quod ad eundem vsum in vnguentis Plinius negligenter refert.
c Palmula Ægyptia medio suæ maturitatis tempore *πῶμα*, quasi potus siue potio vocatur Dioscoridi, auctori *ἀληθ@*. quoniam humore multo plena nõ aliter sitim mouit, quàm si bibatur aqua nec caput tentat ac maturitate percocta, à puniceo, siue phœniceo colore Phœnicobalanus dicitur: ac sic caput grauat, vt, quod ait Solinus, sensus intercipiatur, gressus præpediatur, lingua retardetur, obsessæque mentis & corporis officijs, imitetur vitium ebrietatis. Had. Iun. cap. 2. 5.
d *ἀνώφλυσε*. Aëtius cap. 30. lib. 11. id fieri tradit & natura, & arte: sed quænam ars fuerit, non explicat: ossa reliquarum modo in balano non habet. cap. 5. lib. 23. De palmulis Dioscor. ea scribit, quæ hic tradit Plinius: nisi quod ille nusquam prodit os siue lignũ intus nullum esse. Th. cap. 8. lib. 2. Hist. in fructu palmæ candidum, nigrum, flauum colorem agnoscit: & alios sine ligno, alios cum ligno: quosdam cum ligno molli, quosdam cum duro esse testatur. Phœnicobalanum dictum volunt non à colore phœniceo seu puniceo, sed quasi palmæ glandem.
e Denarij.
f Facem. *πέμμα*, siue *ἐκπύωμα*.
g Calamus aromaticus siue odoratus duplex est: alter Syriacus, ad ripas lacus Genesarecij, quem alij mare Galilææ, alij mare Tiberiadis vocant, nascens, à vulgari nihil dissimilis, præterquàm quòd, post quadragesimum diem siccatus, nonnihil flagrat: alter Indicus, descriptus à Dioscoride olim, nuper à Garcia *Horto Lusitano*, diuersissimus à Syriaco. Dionysius de Situ orbis *ἰρυθρόδουν* vocat, à colore, non vt Eustathius putat, quòd eius altrix India Erythræo mari contermina sit. Dioscorides *κρῖνον* esse tradit. Apud Vegetium lib. 4. de re veterinaria, absyrtus in confectione pulueris quadrigarij calamum Syriacum & aromaticum, id est, Indicum, memorat. Ea calami genera plurimum inter se discrepantia Plinius ignoranter miscuit ac confudit. Guillandinus.
h Plutarchus libro, Quòd bruta ratione vtuntur, id quoque prædidit, sed errore manifesto. Guilland.
i Hæc ad verbum ex Theophrasto cap. 7. lib. 9. hist. Calamum aromaticum Arabes vocant *cassab ostiri*, & *cassab Alderina* Guilland.
k Vide infrà cap. 18. lib. 27.
l Aliena fide Theophrastus hoc scripsit, quod minimè verum esse Guillandinus testatur, qui eam regionem peragrauit. Idem scripsit & Vitruuius cap. 3. 8.

De Hammoniaco, & sphagno. CAP. XXIII.

ERgo Æthiopiæ subiecta Africa [a] Hammoniaci lacrymã stillat in harenis [1] suis: [2] inde & nomine etiam ab Hammonis oraculo, iuxta quod gignitur [b] arbor, [c] quàm [3] metopion vocant, resinæ modo aut gummi. Genera eius duo. [4] Thrauston, masculi thuris similitudine, quod maximè probatur. Alterum pingue & resinosum, quod [d] phyrama appellant. Adulteratur harenis, velut nascendo apprehensis. Igitur quàm minimis glebis probatur, & quàm purissimis. Pretium optimi in libras [5] asses xl. [e] Sphagnos [6] infra eos situs in Cyrenaica prouincia maximè probatur. Alij [f] bryon vocant. Secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœnicius. Fertur & in Ægypto nasci: quin & in Gallia: nec dubitauerim. Sũt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in [g] quercu maximè videmus, sed odore præstantes. Laus primæ candidissimis atque [7] altissimis, secunda rutilis, nulla nigris. [8] Et in insulis petrísque nati improbantur, omnésque quibus [9] palmarum, atque non suus [10] odor sit.

1 suis resinæ modo aut gummi: inde &c. vocant. Genera eius &c. Dal.
2 inde nomine etiã Hãmonis. M. & CH. inde & nomen. Vet.
3 metopõ. M. & CH. agasyllis. Dioſc.
4 Thrausma. Dioſc.
5 asses xxx. M.
6 intra. Dal.
7 longissimis. Dal. cubitali longitudine. Theoph.
8 Et in haliphlœis pterisque ex Theophr.
9 plantarum. Dal.
10 odori t. Q.

ANNOTATIONES.

a Vide cap. 6. lib. 24.
b Ferulacea, Dioſc.
c Qui m Agasyllim vocant. Dioſc.
d Collectis terra & calculis sordidum. Dioſc.
e Splanchnon à Dioscoride, rhaſcos is vocatur à Theophrasto c. 9. lib. 3. hist. & posthac cap. 6. lib. 24.
f Græci *σφάγνον, σφάκνον, στιλάγνον, βρύον, φάσκον* vocant. Soranus *βρύον ἀρωματικὸν*. Vide cap. 28. huius libri.
g Ex omnibus quercuum generibus in Cerro solo, quem Aegilopem Græci vocant, gignuntur. cap. 8. lib. 16. & loco suprà citato Theophrastus.

De cypro, & aspalatho, & maro. CAP. XXIIII.

CYprus [a] in Ægypto est arbor ziziphi foliis, semine coriandri, [b] flore candido odorato. Coquitur [3] hoc in oleo, premitúrque posteà quod [4] Cyprus vocatur. Pretium ei in [5] libras quinque. Optimũ habetur è [6] Canopica in ripis Nili [7] nata: secundum Ascalone Iudææ: tertium Cypro insula odoris [8] suauitate. Quidam hanc esse dicunt arborem, quæ in Italia liguſtrum [9] vocetur. [c] In eodem tractu aſpalathos nascitur, spina candida,

1 Cypros. M. & CH.
2 flore, in CH. d.
3 hic. Dal. flos nẽpe.
4 Cyprinum. Dal.
5 libras x. quinque. Alij libras. xv. CH.
6 Canope. Dioſc.
7 natum. Dal.
8 suauitate præcipuum. Dal.
9 vocatur. Dal.

candida, magnitudine arboris modicæ[d] flore roſæ. Radix vnguentis expetitur.[e] Tradunt, in quocunque frutice curuetur arquus cæleſtis, eandem, [10] quæ ſit aſpalatho, ſuauitatem odoris exiſtere, ſed in aſpalatho [f] inenarrabilem quandam. Quidam eum Eryſiſceptrum vocant, alij [11] ſceptrum: probatio eius [12] in colore ruffo vel igneo, tactúque ſpiſſo, & odore caſtorei. Permutatur in libras xv. In Ægypto naſcitur & maron, peius quàm Lydium, maioribus foliis ac variis. Illa breuia ac minuta & odorata.

10 vnacunque ſit aſpa acht. M. quæ ſit aſpalathi. CH.

11 ſceptrum Helyſæi (Elyſium) eius probatio eſt in M.

12 eſt in. CH.

ANNOTATIONES.

a Vide infra. cap. 4. lib. 23.
b Inde Virgilio,
Alba liguſtra cadunt &c. Ouid. 13. Metamorph.
Candidior folio nitet Gallathea liguſtro:
vt quod ſtori Virgilius, foliis Ouidius tribuat.
c In Iſtro, Niſyro, Syria, Rhodo. dioſc.
d Apud dioſcoridem id non legitur.
e Ariſtot. in Problem. Sect. 11. Quæſt. 2.
f Perperuò verum hoc non eſſe, vide apud Rhodig. cap. 31. 22. Inde, nec abſque ratione, quidam non ἀρρητοτέρου vocandum cenſent, ſed ab incubitu & innixu Iridis, ἰρίσεως παρὰ τὸ ἐρείδεσθαι. Plutarchus in Symposiacis, Quæſt. 2. lib. 4. vide cap. 13. lib. 24.

De balſamo, & opobalſamo, & xylobalſamo, & ſtyrace, & galbano. CAP. XXV.

SEd omnibus odoribus præfertur balſamum,[a] vni terrarum Iudææ conceſſum, quondam in duobus tantum hortis,[b] vtroque regio, altero iugerum xx. non amplius, altero pauciorum. Oſtendere [1] arbuſculam hanc vrbi Imperatores Veſpaſiani. Clarúmque dictu à Pompeio Magno: [c] in triumpho arbores quoque [2] duximus. Seruit nunc hæc, [3] & tributa pendit cum ſua gente, in totum alia natura, quàm noſtri externíque prodiderát. Quippe viri ſimilior eſt, quàm myrto. Malleolis ſeri dicitur, nuper [4] vincta, vt vitis: [5] & [10] implet colles vinearum modo, quæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent. Tondetur ſimiliter [6] fruticans, ac raſtris niteſcit, properátque naſci, intra tertium annum fructifera. Folium [7] proximum rutæ, perpetua coma. Sæuiere in [8] eandem Iudæi, ſicut in vitam quoque ſuam. Contra defendêre Romani, & dimicatum pro frutice eſt. Seritque nũc [9] eam fiſcus: nec vnquam fuit numeroſior, aut procerior. [d] Proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. [e] Arbori tria genera. Tenui & capillacea coma, quod [10] vocát eutheriſton. Alterum ſcabro aſpectu, incuruum, fruticoſum, odoratius: hoc trachy appellant. Tertium cumeces, quia eſt reliquis procerius, læui cortice. Huic ſecunda bonitas, nouiſſima eutheriſto. [f] Semen [11] eius vino proximũ guſtu, colore ruffum, nec ſine pingui: peius in grano, quod leuius atque viridius. Ramus craſſior, quàm myrto. Inciditur vitro, lapide, oſſéſve cul-[30] tellis. [12] Ferro lædi vitalia odit. Emoritur protinus, eadem amputari ſuperuacua patiens. Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid vltra corticem violet. [g] Succus è plaga manat, quem opobalſamum vocant, ſuauitatis eximiæ, ſed tenui [13] gutta, plo ratu lanis parua colligitur in cornua. Ex [14] iis nouo fictili conditur craſſiori ſimilis oleo, & in multo candida. [15] Rubeſcit deinde, ſimúlque [16] dureſcit è tranſlucido. Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æſtiuo vnam concham impleri iuſſum [17] erat. Omnium verò fœcunditate è maiore horto congios ſenos, minore ſingulos, cùm [18] duplo rependebatur argento. Nunc etiam ſingularum arborum [19] largior vena, ter omnibus percutitur æſtatibus, poſteà deputatur. Et ſarmenta quoque in merce ſunt. [20] [h] decc. amputatio ipſa ſurculúſque [21] vænit intra quintum demum annum. Xylobalſamum vocatur, & co-[40] quitur in vnguentis. Pro ſucco ipſum ſubſtituêre officinæ. Corticis etiam ad medicamenta pretium eſt. Præcipua autem gratia lacrymæ, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno. Ex hoc [22] buxoſum eſt optimum, quod eſt odoratiſſimum: è ſemine autem maximum & ponderoſiſſimum, mordens guſtu, feruénſque in ore. Adulteratur [1] Petræo hyperico, quod [23] coarguitur magnitudine, [24] inaninate, longitudine, odoris ignauia, ſapore piperis. Lacrymæ probatio, vt ſit pinguis, tenuis, ac modicè ruſſa, & in fricádo odorata. Secundus candido colos, peior viridis [25] craſſúſque, péſſimus niger. Quippe, vt oleũ ſenéſcit. Ex omni [26] inciſura maximè probatur, quod antè ſemen fluxit. Et aliàs adulteratur [27] ſemine ſuo, víxque maleficium deprehenditur guſtu amariore. Eſſe enim debet [28] lenis, nõ ſubacidus, odore tãtùm auſterus. Vitiatur & [29] oleo roſæ, [30] cyperi, lentiſci, ba-[50] lani, terebinthi, myrti, reſina, galbano, [31] cera Cypria, prout queq; res fuit. Nequiſſimè au-

tem

3 arbutum hanc. CH.
2 ductas, Alij.
3 ac. CH.
4 iuncta. Ver. dicta. CH.
5 ac nũc implet Dal.
6 fruticans. M. & CH.
7 proximæ taberi. CH
8 eam CH.
9 eum. CH.
10 vocatur entheriſtrum. CH.
11 Eſt. M. & CH.
12 Ferrum odit. Læſis vitalibus emoritur &c. Moritur M.
13 gutta. Plinius Ver. ſed tenuis guttæ plorare Lanis M.
14 his nouo CH.
15 Ruſeſcit CH.
16 dureſcit & tranſlucida Ver. dureſcit & tranſlucet vel. dureſcens transluceat
17 erat, magna fœcunditate annis verò ſingulis Ex Dioſc. erat Anni vero fere
18 hor con ſenos ſingulos annis, cùm & duplo Alij
19 duplo repend argentum M & CH.
20 longior CH.
21 decere. Ver. deciij. CH.
22 venit Dal. venire leg. vanierè intra quintum deuitæ annum. CH.
23 ἀπορίᾳ. dioſc. πορισθῆ videtur legiſſe Plinius.
24 ſua arguitur. M.
24 inanitate, latitudine, ceu longitudine Ver. quæ indicant vocem, longitudine, obrepſiſſe.
25 craſſúſque Dal.
26 in cluſura CH.
27 ſeminis ſucco. CH.
28 lenis. Dioſc.
29 vnguento. Dioſc.
30 cypri M. & CH.
31 cerato Cyprino, [50] myrtino. Dioſc.

tem gummi, [32] quoniam ipſum quoque inhæreſcit manu inuerſa, & in aqua ſidit: quæ probatio [33] eius gemina eſt. [34] Debet ſyncerum & inhæreſcere: ſed hoc & gummi addita fragili cruſta euenit. Et guſtu deprehenditur. Carbone verò, quod cera reſinaq; [35] adulteratum eſt, nigriori flamma. Nam melle mutatum [36] ſtatim contrahit muſcas. Præterea [37] ſynceri denſatur in tepida aqua gutta ſidens ad ima [38] vaſis, adulterata olei modo innatat: & ſi metopio [39] vitiata eſt, circulo candido cingitur. Summa probatio eſt, vt lac coagulet, in veſte maculas nõ faciat: nec manifeſtior alibi fraus. Quippe millibus denarium ſextarij empti: vendente ſilco trecenis denariis væneunt. In tantum expedit augere liquorem. Xylobalſamo pretium in libras [40] vj. Proxima Iudææ Syria [41] ſupra Phœnicen [10] ſtyracem gignit, circa Gabala & Marathunta & Caſium Seleuciæ montem. Arbor eſt eodem nomine, cotoneo malo [42] ſimilis, lachrymæ ex auſtero iucundioris, intus ſimilitudo [k] harundinis, ſucco prægnans. In hanc circa Canis [43] ortum aduolant pennati [l] vermiculi erodentes: ob id in ſcobe ſordeſcit. Styrax laudatur poſt ſuprà dicta ex Piſidia, [44] Sidone, Cypro, Cilicia, [45] Creta minimè. Ex Amano Syriæ medicis, ſed vnguentariis magis. [46] Colos in quacunque natione præfertur ruffus, & pinguiter lentus: deterior furfuroſus, & cano ſitu obductus. Adulteratur cedri reſina vel gummi, alias [47] melle, aut amygdalis amaris: omniáque ea deprehenduntur guſtu. Pretium optimo xix. Exit & in Pamphylia, ſed [48] aridior, minuſq; ſuccoſus. [m] Dat & galbanum Syria in eodem Amano mõte [49] è ferula, quam eiuſdem nominis reſinæ modo ſtagonitin appellant. Quod maximè [20] laudant, cartilaginoſum, purum ad ſimilitudinem [50] Hammoniaci, miniméque lignoſum. [51] Sic quoque adulteratur faba aut [52] ſagapeno. Syncerum ſi vratur, fugat nidore ſerpentes. Permutatur in libras [53] v. Medicinæ hoc tantùm.

32 quoniam inareſcit in manu inuerſa. CH.
33 eius in M.d.
34 Debet ſyncerum & inareſcere. CH. Debet enim ſyncerum inareſcere. Ver.
35 adulteratur, è nigriori M. adulteratur eſt nigriore. CH.
36 ſtatim manucontr. M. & CH.
37 ſyncera Ver. M.
38 vaſa. CH.
39 vitiatum eſt. M.
40 xv. M. & CH.
41 ſuper. M.
42 ſimilis, ſucco prægnans, lacrymæ &c. harundinis. In hanc circa &c.
43 ortus. M. & CH.
44 ſide. CH.
45 creta, minimè ex Amano. Dal.
46 colore &c. ruffus, pinguis, & lentus. Dal.
47 *ſpiro* (malè vulgo *ſpuma*) *terebinthi*. Dioſc. melle, & am. Dal.
48 acrior. M
49 è ferula eiuſdem nominis reſinæ modo, quam ſtagonitin appellant. Dal.
50 thuris. Dioſc.
51 Hoc.
52 hãmoniaco. Dioſc.
53 xv. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Et Aegypto, Dioſcor. Strabo lib. 16. ſylueſtre naſci tradit in maritimis Sabæorum. Pauſanias in Bœoticis balſami arbores in Arabia deſcribit, myrtorum magnitudine, foliis amaraci. Vide reliquã hiſtoriam viperarum ſub eius fronde latitantium, quam longum eſſet hic ad ſcribere.
b Theophr. cap. 6. lib. 9. hiſt.
c Mithridatico triumpho Ebenum is oſtendit. Suprà cap. 4. huius libri.
d Punicæ magnæ Th. Cyliſo & Terebintho ſimilis. Strabo li. 16.
e Xylobalſamo.
f Carpobalſamum.
g Vide infrà. cap. 4. 23.
h Denariis trecentis.
i Semine Hyperico ſimili, quod à Petra oppido defertur. Dioſc.
k Plinius cur *λαγωπόδων* vocetur dicere conatus eſt, ſed abſurdè. Non enim ratio nominis eſt, φ arundini ſimilis ſit, ſed φ arundinibus obuolutus & circumſeptus afferretur. Ideò autem arundinibus recondebatur vt & cætera olim odorata, ne expiraret, & vires amitteret, quod & de Dictamno Cretico Theoph. ſcriptum reliquit cap. 16. lib. 9. hiſt.
l Styracen quoque vermiculatum cognomine Scoleciten, in magno pretio fuiſſe Dioſcorides teſtatur apud imperitos.
m Vide infra cap. 5. lib. 24. Th. cap. 7. lib. 9. hiſt. ferulam eam paco vocari tradit, Dioſcorides verò à quibuſdam nominari Metopion. Rotundum & maſculum thus Dioſcorides Stagoniam vocat.

De panace, & ſpondylio, & malobathro. CAP. XXVI.

PAnacem & [a] vnguentis eadem gignit, naſcentem & in [1] Pſophide Arcadiæ, circáque Erymanthi fontes, & in Africa, & in Macedonia: ferula ſui generis v. cubitorum, foliis [2] primò quaternis, mox ſenis in terra iacentibus, ampla [b] magnitudine rotundis, in cacumine verò oleagineis, ſemine in muſcariis dependente, vt ferulæ: Excipitur ſuccus inciſo caule meſſibus, radice in autumno. Laudatur candor [3] eius coacti. Sequens pallido ſtatera. Niger color improbatur. Pretium optimo in libras [4] bini aſſes. Ab hac, ferula differt quæ vocatur [c] ſpondilion, foliis tantùm, quia ſunt minora, & platani diuiſura. Non niſi in opacis gignitur. Semen eodem nomine ſilis ſpeciem habet, medicinæ tantùm vtile. Dat & [d] malobathron Syria, arborem folio conuoluto, [5] arido colore: ex quo [6] [e] exprimitur oleum ad vnguenta, fertiliore eiuſdẽ Ægypto. Laudatius [7] tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni traduntflentis modo, odoratius croco, nigricãs, ſcabrúmque, quo dã ſalis guſtu. Minus probatur candidum. Celerrimè ſitum in vetuſtate ſentit. Sapor eius nardo ſimilis eſſe debet ſub lingua. Odor verò in vino ſufferuefacti antecedit alios. In pretio quidem prodigio ſimile eſt, [8] à ſingulis ad [9] cc c. peruenire libras: [10] oleum autem ipſum in libras [11] lx.

1 Phocide Dioſc. Phenea. Ver.
2 Lego, primo ternis, mox quinis &c. ſic enim oriuntur.
3 eius recẽter, coacti. Sequitur pallor ſiccato. *Ἑψηθὲν κατὰ τὸν ὑπόξανθον χρόαν*. Dioſc.
4 x. bini. M. & CH.
5 colore aridi foli. CH.
6 premitur. M. lego, paratur.
7 tamen in M.d.
8 à x. ſingulis. M.
9 x, ccc. CH.
10 folium. M. & CH.
11 lxx. M. xlx. CH.

ANNOTATIONES.

a Imò potius medicinæ quàm vnguentorum deliciis. Eſt enim odoris ingrati vide infra cap. 4. lib. 25.
b Ficulneis ſimilibus. Dioſcor.
c Vide cap. 6. lib. 24.

d Vide

d Vide infrà cap.4.lib.23. Petalion Plauto in Curcul. Folium Latinis: vnde filiatum vnguentum cap.1.lib.sequentis.
Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa es, tu crocum, tu casia es, tu petalium.

c Imò conditur.
f Lenticulæ palustris modo aquis innatare.

De oleo omphacio. CAP. XXVII.

1 Lego vnguẽtis idoneum & oleum omphacinum est Fit quidem omphaciũ duobus &c.

OLeum & omphacium est. Fit duobus generibus, & totidem modis, ex olea, & vite: olea adhuc alba expressa: deterius ex druppa: ita vocatur priusquam cibo matura sit, iam tamen colorem mutans. Differentia, quod hoc[a] viride est, illud candidum. E vite fit[2] pfythia aut amminea, cùm sint acini ciceris magnitudine ante Canis ortũ. [b] In prima lanugine demetitur[3] vua, eiúsque melligo. Reliquum corpus sole coquitur. [d] Nocturni rores cauẽtur. In fictili condita [c] melligo [4] colligitur: subinde Cyprio ære seruatur. Optima, quæ ruffa, acriórque, & aridior. Pretiũ omphacio in libras [5] vj. Fit & alio modo, cùm in mortariis vua immatura teritur: siccatáque in sole, posteà degeritur in pastillos.

2 Thasia. Dioſc.
3 iuba. CH.
4 colitur. M.
5 x.vi. M. xvi. CH.

ANNOTATIONES.

a E druppa. Vide cap.6.lib.24.
b Cùm nondum nigrescit. Dioſc. *μέχρι νεηνιάσωσι* incipientis vuæ pubertatem vocat in Proœmio. 23.
c Melligine *τὸν χυλὸν ἐκβλιβόμενον* Dioſcor. vocat, succum expressum. Qua de causſa Plinius melligine vocet incompertum. Qui dictionaria ed. dederunt melliginem interpretantur fructum immaturorum, & vix delapſo flore, succum expreſſunt: eodem fo cabulo autor vtitur cap.6.lib. superioris, ſed alia ſignificatione.
d Quoniam concrescere succum non sinunt. Dioſcor.

De bryo & œnanthe, & de elate arbore, & cinnamo cariopo. CAP. XXVIII.

1 Imò, muſcus. affinitate nominũ reddere videtur τὸ βόρυον Dioſcoridis.
2 germen cum flore. Gal. 3. *κ. τόνος.* fructũ cum florer Dioſc.
3 cũ flore, cùm optimè. Vet. cum flore, id eſt, cùm CH.
4 ita cadis combitur M.
5 Omnib. M. & CH. Omnino.
6 nigra. Præterea &c. pertinet.

EOdem & bryon pertinet,[1] vua populi albæ, [a] Optima circa Gnidum aut Cariã, in ſitientibus aut ſiccis aſperíſque: ſecunda in Lyciæ cedro. Eôdem & œnanthe pertinet.[2] Eſt autem vitis labruſcæ [2] vua. Colligitur[3], cùm floret, id eſt, cùm optimè olet. Siccatur in vmbra ſubſtrato linteo, atque [4] in cados conditur. Præcipua ex Parapotamia: ſecunda ab Antiochia, atque Laodicea Syriæ, tertia ex montibus Medicis. Hæc vtilior medicinæ. Quidam omnibus iis præferunt eam, quæ in Cypro inſula naſcitur. Nam quæ in Africa fit, ad medicos tantùm [b] pertinet, vocatúrque maſſaris. [5] Omnis autẽ ex alba labruſca præſtantior, quàm è [6] nigra. Eſt [c] prætereà arbor ad eadem vnguenta pertinens, quã alij elatem vocãt, quod nos abietem, alij palmam, alij ſpathen. Laudatur Hammoniaca maximè, mox Ægyptia. Dein Syriaca, duntaxat in locis ſitientibus odorata, [d] pingui lacryma, quæ in vnguenta additur ad [e] domandum oleum. [f] In Syria gignitur & cinnamum, quod [7] caryopon appellant. Hic eſt ſuccus nuci expreſſus, multum [9] à ſurculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia. Pretium in libras aſſes quadraginta.

7 camaeum. CH.
8 nucis M
9 maſculo vero. CH.

ANNOTATIONES.

a Optimum Bryon Cedrinum, deinde Populneum, *λεύκινον* ex Dioſcor. Plinius legiſſe videtur *λεπτὸν*. Iam antea cap.23. de Phaſæ ſiue Splachno, quod idem eſt cum Bryo, Plinius diſſeruit. Vide & cap.6. lib.24.
b Odoribus tantum gigni idem ſcribit in fine proœmij lib. 23.
c Fallitur Plinius multiplici *τοῦ ἐλάτης* ſignificatione. Eſt autem Elate ad vnguẽta pertinens, ſiue *σπάθη* Archigeni lib.2. *περὶ τῶν τόπων*, *φοίνικος σπάθιον*, gliſcentis palmæ floris inuolucrum, & tegumentum.
d Lacrymam Elate non ſudat, ſed, vt ait Dioſcor. *λιπαρὸν τὸ ὑγρὸν ἔχει*, pinguis intus eſt.
e *εἰς τὰς τῶν μύρων σύνθεσεις*. Dioſcor. ad vnguentorum ſpiſſamenta Vide cap.1.lib.ſequentis.

C. PLINII

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XIII.

Proœmium.

20 HACTENVS in odoribus habent pretia ſyluæ: erántque per ſe mira ſingula: iuuſtque [1] luxuriam ea omnia miſcere, & è cunctis vnum odorem [2] facere: ita reperta ſunt vnguenta.

1 luxuria omnia ea. CH.
2 facere. Vnguenta quis primus. M.

De vnguentis, & quando primùm ſunt cognita nobis, & de compoſitione. CAP. I.

QVis primus iuuenerit non traditur. [a] Iliacis temporibus non erant: nec thure ſupplicabatur: Cedri tantùm & citri ſuorum fruticum in ſacris [b] fumo conuolutum nidorem [1] verius, quàm odorem, nouerant, iam roſæ ſucco reperto. [2] Nominatur enim id quoque in [c] olei laude. Perſarum eſſe debet gentis vnguentum. [3] Illi madent eo, & accerſita commendatione, [d] ingluuie natum virus extinguunt. Primùm, quod equidem inueniam, caſtris [4] Darij regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexander cepit ſcrinium vnguentorum. Poſteà voluptas eius à noſtris quoque inter laudatiſſima atque etiam honeſtiſſima vitæ bona admiſſa eſt. Honóſque [5] is & ad defunctos pertinere cœpit. Quapropter plura de eo [6] dicemus. Quæ ex his non erunt [e] fruticum, ad præſens nominibus tantùm indicabuntur: natura verò eorum ſuis reddetur locis. Vnguentis cognomina dedere aliis patriæ, aliis ſucci, aliis arbores, aliis cauſæ. Primúmque id ſcire conuenit, [7] mutatã autoritatem, & ſæpius tranſiſſe gloriam. Laudatiſsimum fuit antiquitus in Delo inſula, posteà [f] Mendeſium. Nec miſtura & compoſitione tantùm hoc accidit: ſed iidem ſucci variè alibi [8] atque alibi ad quælibet præualuere, aut degenerauere. [9] Irinum [10] Corinthi diu maximè placuit, poſteà Cyzici: ſimili modo rhodinum Phaſeli: quam gloriam abſtulere Neapolis, Capua, Præneste. Crocinũ in Solis Ciliciæ diu maximè [11] laudatum, mox Rhodi. Oenanthinum in Cypro, [12] deinde in Ægypto præpoſitum, poſteà [13] Adramyttio. Amaracinum in Coo: poſteà eodem loco prælatum eſt Melinum. Ciprinum in Cypro, deinde in Ægypto, vbi Mẽdeſium & Metopium [14] ſubitò gratius factum eſt. Mox hæc abſtulit Phœnice, & Cyprini laudem Ægypto reliquit. Panathenaicon ſuum Athenæ perſeueranter obtinuere. Fuerat & Pardalium in Tarſo: cuius etiam compoſitio & miſtura obliterata eſt. Narciſſinum quoque ex flore [15] narciſſi deſiit componi. Ratio faciendi duplex: ſuccus, & corpus. Ille olei generibus ferè conſtat, hoc [16] odorum. [g] Hæc ſtymmata vocant, illa hedyſmata. Tertius inter hæc eſt [h] colos, multis neglectus. Huius cauſa adduntur [17] cinnabari & anchuſa. Sal aſperſus olei naturam [i] coërcet. Quibus anchuſa adiecta eſt, ſal non additur. Reſina aut gummi adiiciuntur ad cotinendum odorem in corpore. Celerrimè is euane-

1 verius quàm odorem, in M.d.
2 Hæc clauſula in Vet. non legitur.
3 Sed & barilli madent. Parm. M. Sed & illi. Vet. Nam & illi. Dal.
4 Darei. CH.
5 is, in M.d.
6 dicemus, quam quę ij nouerunt. Frutices. Vet.
7 mutata (multa. Vet.) autoritate ad peius. M. mutata autoritate & ſæp. CH.
8 atque alibi, in M.d.
9 Bryum. Vet. Leg. Bryinum.
10 Corinthium maximè. M. Corinthidiũ max. CH.
11 laudatum eſt. M.
12 deinde in Aeg. in M.d. & CH.
13 Adramyttium Adramytro. Alij. Adramytteo. CH.
14 ſubitò, in M. d.
15 narciſſo. CH.
16 odorum, quorum hæc.
17 cinnabaris. M.

scit atque defluit, si non[17] sint hæc addita. Vnguentorum expeditissimum fuit, primúmque, vt verisimile est, è bryo & balanino oleo,[18] de quibus [k] suprà diximus. Increuit deinde Mendesium, balanino resina mista, magísque etiamnum[19] Metopio. Oleum hoc est, amygdalis amaris expressum in Ægypto. Cui addidere omphacium, cardamonum, iuncum, calamum, mel, vinum, myrrham, semen balsami, galbanum, resinam terebinthinam.[20] Et è vilissimis quidem hodie est, ob id creditum & id [l] in vetustissimis esse, quod constat oleo myrteo, calamo, cupresso,[21] cypro, lentisco, malogranati cortice. Sed diuulgata maximè vnguenta crediderim rosa, quę plurima vbique gignitur. Itaque simplicissima rhodini mistura diu fuit, additis omphacio flore rosæ,[22] crocino, cinnabari, calamo, melle, iunco, salis flore[23] aut anchusa, vino. Similis ratio & in crocino, additis cinnabari, anchusa, vino. Similis & in sampsuchino, admistis omphacio, calamo. Optimum hoc in Cypro & Mitylenis, vbi plurima sampsuchus. Miscentur & viliora genera olei è myrto, lauro, quibus additur[24] sampsuchinum, lilium, fœnum græcum, myrrha, casia, nardum, iuncus, cinnamomum. E malis quoque cotoneis & [25] struthèis fit oleum (vt dicemus) melinum, quod in vnguẽta transit, admistis omphacio,[26] cyprino, sesamino, balsamo, iunco, casia, abrotano. Susinum tenuissimum omnium est. Constat ex liliis,[27] balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha,[28] aspalatho. Et idem cyprinum ex cypro, & omphacio, & cardamomo, calamo, aspalatho, abrotano. Aliqui & in cyprinũ addunt[29] myrrham & [30] panacen. Hoc optimum Sidone, mox Ægypto, si non addatur sesaminum oleum. Durat & quadriennio. Excitatur cinnamomo. Telinum fit ex oleo recenti,[31] cypero, calamo, meliloto, fœnogræco, melle,[32] melino, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri Poetæ Comici ætate. Posteà[33] multo successit propter gloriam appellatum[34] megalium, ex oleo balanino, balsamo, calamo, iunco, xylobalsamo, casia, resina. Huius proprietas, vt ventiletur[35] in coquendo, donec desinat[36] olere. Rursus refrigeratum odorem suum capit.[37] Singuli quoque succi nobilia vnguenta faciunt. In primis malabathrum, posteà iris Illyrica, & Cyzicena amaracus. Herbarij in vtraque pauca, sed alia alij miscent: qui plurima, alterutri mel, salis florem, omphacium, agni folia,[38] panacem, externa omnia & prodigiosa. Cinnamomino adiicitur balaninum oleũ, xylobalsamum, calamus, iuncus, balsami semina, myrrha, mel odoratum. Vnguentorũ hoc crassissimum. Pretia ei[39] à xxxv. ad x. ccc. Nardinum siue foliatum constat omphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. In hoc genere conuenient meminisse, herbarum, quæ nardum Indicũ[40] imitentur, species nouem à nobis esse dictas: tanta materia adulterandi est. Omnia autem acutoria fiunt costo, amomo, quæ maximè nares feriunt: crassiora myrrha suauioráque: midicinæ autem vtiliora croco: acerrima per se amomo. Hoc & capitis dolores facit. Quidam [m] satis habent aspergere, quæ sunt pretiosissima, cæteris decoctis,[41] impẽdio parcentes: sed non eadem est vis, nisi vnà decoctis. Myrrha & per se vnguentum facit sine oleo, stacte duntaxat: alioquin nimiam amaritudinem affert, Cyprino viride fit, susino vnguinosum, Mendesio nigrum, rhodino candidum, myrrha pallidum. Hæc sunt antiquæ inuentionis genera, & posteà officinarum furta. Nunc dicetur cumulus[42] ipse deliciarum, & summa autoritas rei.

17 sint. M. & CH.
18 Hæc vltima clausula in M.d. & CH.
19 Metopium. Dal.
20 E vilissimis quidem hodieque est M. & CH.
21 Cypero, iuco odorato. Dioscor. κύπειρον & σχοῖνον, non κύπειρον, & σχοῖνον, legit. Plinius.
22 croco. Dal.
23 & Dioscor.
24 sampsuchum. Dal.
25 struthiis. M. & CH.
26 cypro, sesamo. Alij cyprino, iamio. CH.
27 balanino. CH.
28 aspalatho, in M.d.
29 & myrrham. CH.
30 opopanacen. Dal.
31 cypro. M.
32 melino, in M.d.
33 multo post. Dal.
34 megalium Dioscor.
35 incoquendo. CH.
36 olere M.
37 Singula quoque succi nobilia vnguenta faciunt. id est ideo oleo, vt supra hoc ipso capite.
38 panacem. Externa omnia & prodigiosa cinnamomi (CH. cinnamomino) pretia. Adiicitur cinnamo. M. & CH.
39 xxxv. CH.
40 imitarentur. M.
41 Hæc ad Myrrha vsque in M. d.
42 iste. M.

a Vnguenti meminit Homerus Iliad. ξ. his versibus,

--ἀπόλεψεν δὲ νιν' ἐλαίῳ
ἀμβροσίῳ, ἑδάνῳ, τό ῥα δι τεθυωμένος ἦεν:
ἤματι τῷ γάϊόν τ' ἦεν καὶ εὐερκὲς ἰκέσθαι
οὐρανόν.

b Plautus in Menæch.

- sternite lectos incendite odorem:
Nam dilecta illecebra est animo amantum.

c Ideſt, appellatione & vocabulo. Locus est Iliad. ρ.

--ἐσθέντι ἢ χρίσαι ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ. Turn. in Th. lib. De odoribus.

d Idem terè de Parthis cap. 53. lib. 12.
e Sed vel feminum, vel herbarum.
f Plautus Ægineta cap. 18. lib. 7. ita vocatum fuisse scribit, quòd in Ægypto sit inuentum, vbi Mendes colitur. Mendes hircus est. Sic autem Panem Mendesij vocabant, quòd illum effigie hirci colerent.
g Lego, partim stymmata vocant, partim hedysmata. Cornarius, Stymmata olim nominarunt aromata, quibus in vnguentorum compositione oleum spissabant: ea Dioscorides ferè numerat: xylobalsamum, Iuncum, Calamum: Hedysmata verò ea, quibus spissatum oleum suam odore imbuebant, & perfundebant. Ea recensere solet Dioscor. Amomum, nardum, myrrham, balsamum, carpobalsamum, costum, amaracum.
h In vnguentis quatuor spectãtur, Succus qui est oleum quodvis inodorum, tenuissimum, & minime pingue, vt Balanini: Corpus quod est partim stymma, siue spissamentum, nempe quod oleum adstringit, odorem vt melius combibat, & pertinacius retineat, quemadmodum tinctores principio medicamentis quibusdam pannos imbuunt & præparant: partim hedysma, siue condimentum, cuius odorem vnguentum potissimum refert: Color denique multi non valde solliciti sunt: Magma, siue fex. Dioscorid. cap. de fuligine thuris χαπνοειδεσιν μύροις vocat & ad id resinam coctum laudat.

i Vel

i Vel oleum spissat, vel ne rancescat prohibet.
k Cap. 21. libri superioris.
l Sic describit oleum myrteum, non vnguentum, Dioscorides.
m De Mendesio t antùm id Dioscorides, cui ea parsimonia cinnamomum additur.

Quod vnguentum regale vocetur, & quæ diapasmata, & qualiter seruentur. CAP. II.

ERgo regale vnguentum, appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur, [a] constat myrobalano, costo, amomo,[1] cinnamomo,[2] comaro, cardamomo, nardi spica, maro, myrrha, casia, styrace, ladano, opobalsamo, calamo[3] iuncóque Syrio, œnanthe, malobathro, serichato,[4] cypero, aspalatho, panace, croco,[5] cypro, amaraco,[6] colato melle, vino. Nihilque eius rei causa in Italia victrice omnium, in Europa verò tota, præterirín Illyricam, & [b] nardum Gallicum, gignitur. Nam vinum, & rosa, & myrti folia oleúmque, communia ferè omnium terrarum intelliguntur. Siccis odoribus constant, quæ [c] diapasmata vocantur. Nam[7] fæcem vnguenti magma appellant. [d] Inter omnes potentissimus odor, quisquis nouissimè additur. Vnguenta[8] optimè seruantur [e] in alabastris, odores in oleo: quod diuturnitati eorum tantò vtilius est, quantò pinguius, vt [f] ex amygdalis. Et ipsa vnguenta vetustate meliora. Sol inimicus his, quamobrem in vmbra[9] 8 coquuntur plumbeis vasis. [h] Experimentum eorum inuersa manu capitur, ne carnosæ partis[10] calor vitiet.

1 cinnamo. CH.
2 comaco. M. & CH. caryopo. Ver.
3 iuncoque Syrio, œnanthe &c. CH. & M. at Syrio, non legitur.
4 cypro. CH.
5 cyprio. M. Cyprino, fortasse. cypiro. CH.
6 loto melle. CH.
7 fæces vnguenti magmata appellant. M.
8 optima. CH.
9 conduntur. Chiffletius ex Theophr. Vide Annot.
10 calore vitientur. Ver. color vitietur. M. ne cornosa parte color vitietur.

ANNOTATIONES.

a Vnguẽta ex variis odoribus temperat. Empedocles apud Athenæum. pag. 251. vers. 37. vocat μύρος διαδαλλόμενος. γραπτοῖς ἔχουσι, μυρίστει διαδαλλόμενος.
b Et Cyperum.
c Theoph. lib. de odoribus.
d ἐπιπαττᾶ γὰρ τὸ ἔσχατον ἡβαδαλλόμενον πᾶν ὑπολεῖπον ἥ. Theophrast.
e Et plumbeis vasis. Theophr. lib. De odorib.
f Plinius à Theophrasto dissentit. Eius verba sunt: Τὸ γὰρ διυλισμένον, οἷον τῶν βυσσάνε, ἧττ χρονιώτατον: τὸ δ' ἀμυγδάλινον πεφαυλίσθη ταχὺ, καὶ διὰ γλυκύτατον.
g Quidam legunt, coquuntur, ac conduntur plumbeis vasis Theophr. διαφθείρει ἧττα μᾶλλον, καὶ ἡδίονος ἂν τιθῶσι διὰ καὶ ὁπωσοῦν παλαιωθῇ καὶ ἧττον ἐπικίνδυνα ὑπογύδεε, καὶ μὴ περιμένειν, ἀλλ' ἤδη μᾶλλον παλαιοῦν. Et paulò infrà. διὸ καὶ ἐν ἀγγείοις μολυβδίνοις γλυκύνει, καὶ τὸν ἀλαβάστρων ἧττον τοιοῦτο πλοῦν. Plumbeis vasis duplicibus inquit Cornarius Comment. in lib. 5. καθὰ πέπαται.
h Theoph. τὸ δ' ἡσυχὴ καὶ πάντων ἀπόχρωμα, τὸ διάφωτε τῷ (alij τῶ) τῆ παχυτῆ τῶν χειρῶν ἧττον φαίνεται, ἐπ' ἔνιοι μᾶλλον τῶν μυρίων τὸ μέρος.

Quanta in vnguentis luxuria, & quando primùm Romanis in vsu. CAP. III.

HÆc est materia luxus è cunctis maximè superuacui. Margaritæ enim gemmæque ad hæredem tamen transeunt: vestes[1] prorogant tempus: vnguenta illico expirant, ac suis[a] moriuntur horis. Summa commendatio eorum, vt[2] transeunte fœmina odor inuitet etiam aliud agentes.[3] Excedúntque[4] quadringenos denarios libræ.[5] Tanti emitur voluptas aliena. Etenim odorem qui gerit, ipse non sentit.[6] Sed & hæc aliqua differentia signanda sunt. In M. Ciceronis monumentis inuenitur, vnguenta gratiora esse, quæ terram, quam quæ crocum[7] sapiant: quando etiam corruptissimo in genere magis tamen iuuat quædam ipsius vitij seueritas. Sed quosdam crassitudo maximè delectat,[8] spissum appellantes: liníque iam non solùm[b] perfundi vnguentis gaudent. Vidimus etiam vestigia pedum tingi: [c] quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant.[9] Quæso vt qualiter sentiretur,[10] iuuarétque ab ea parte corporis? Necnon aliquem ex priuatis audiuimus iussisse spargi parietes balinearum vnguento, atque[d] Caium principem[11] solia temperari: ac ne principale videatur hoc bonum, & posteà quendam ex seruis Neronis. Maximè tamen mirum est, hanc gratiam penetrasse & in castra. Aquilæ certè ac signa, puluerulenta illa[13] & [14] custodiis horrida, inunguntur festis diebus:[15] vtinámq; dicere possemus, quis primus instituisset.[16] Ita est, nimirum hac mercede corruptę terrarum orbem deuicere aquilæ. Ista patrocinia quærimus vitiis, vt per hoc ius sumantur sub casside vnguenta. Quando id primum ad Romanos [e] penetrauerit, non facilè dixerim. Certum est Antiocho rege Asiáq; deuictis, vrbis anno quingentesimo sexagesimoquinto, P. Licinium Crassum, L. Iulium Cæsarem Censores edixisse, ne quis venderet vnguẽta exotica: sic enim appellauere. At hercule iam quidam etiam[f] in[17] potus addunt: tantíque amaritudo est, vt odore prodigo fruatur ex vtraque parte corporis. 18 L. Plotium, L. Planci bis Consulis Censorísque fratrem, proscriptum à Triumuiris, in Salernitana

1 prolongant. M.
2 transeuntem fœminam &c. aliud agentem. M.
3 Excedunt. M.
4 quadragenos. Alij quadrigenos. CH.
5 Tantum. M.
6 Sed tamen & M.
7 sapiunt. CH.
8 id ipsum approbantes: liníque iam solum, sed & perfundi. M. ipsum app. &c. vt in vulg. CH.
9 Quæso qualiter sentiretur iuuari ab ea. Parm.
10 iuuaret. ea. CH.
11 balnearum. CH.
12 solium. M. solitum lauari. Parm.
13 Ex. M.
14 custodibus. CH.
15 Hæc, vtinamque &c. ad, Ita est &c. desunt. in M.
16 Ita est nimirum. Hæc. M.
17 potu. M. & mox rantaque. Lego, addunt, nec tanta amaritudo odorum est, vt prodigi non sentiantur vtraque.
18 Plocium. CH.

latebra vnguenti odore proditum constat: quo dedecore tota absoluta proscriptio est. Quis enim non meritò iudicet periisse tales? [19] Cæterùm terrarum omnium Ægyptus accommodatissima vnguentis: ab ea Campania est, copia rosæ.

19 Caterò ter. omn. Aeg. accommodissima. CH.

ANNOTATIONES.

a Ob id Iurisconsultis, l. 8. §. Si maritus. D. De donat. inter virũ & vxor. vngueta rem mortuam vocat: quòd eorum possessio breuis, inutilis, inanis sit. Cuiacius cap. 30. 9. Obser.

b Plato 3. Politic. Homerum è ciuitate, quam sibi fingit, pellendum censet, sed vt sanctum virum, mirabilem, suauem decet, capite vnguentis deliburo, & lana coronarum: vel, vt ait Cic. apud Nonium, redimitum coronis. Cic. 6. actione in Verrem ait, Segestanas mulieres, cùm simulachrum Dianæ oppido exportaretur, vnguentis vnxisse, complesseque coronis & floribus. Themistij pater Epicurium Philosophorum choro exturbauit, capite vnguento perfuso, quòd toto corpore voluptatem secutus fuisset. Victor. cap. 13. lib. 4. Lege elegantissimum locum apud Plautum in Mostell.

c Id multò antè Athenis factum fuisse ostendit hic Cephisodori versus apud Athenæum, περὶ τῶν ποιῶν χωρὶς περιῶ μοὶ βάσκαφον. Apud eundem Antiphanes:

Α' ιγυπτίῳ μὲν τὼ πόδε περὶ τὰς χῆρας.
Φοινικίνῳ δ' τὰς χηλὰδας περὶ τιτθία,
Σικυμβρίνῳ δ' τὴν ὑπογρον βραχίονα.
Α'μαρακίνῳ δ' τὰς ὀφρῦς, περὶ τῶν κόμαν.
Ε'ρπυλλίνῳ δ' τὸ γένυ, περὶ τὴν αὐχένα.

Præterea Diogenes vnguentaris pedibus incedebat. Tum etiam in Aululari Myrobatharij dicuntur, qui mulieres soleas vnguentis linebant.

d Suetonius in Caio, cap. 37. Apud Petronium in Satyra, Trimalcio in balneo vnguento perfusus tergitur, non linteis, sed palliis ex mollissima lana factis.

e Iam Tarquinij tempore vnguentorum fuit vsus. Ennius enim ait, nisi subsit poëtica ψεῦδος,

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

f Apud Theophr. lib. περὶ τῶν ὀσμῶν, μίσγον περὶ τ' ἄλλα ὑποσμὰ τὸ μὲν δίνος ἡδύσα, τῶν δ' βρυωνίων ἄδυ.

g Valer. Max. cap. 8. lib. 6. Vbi legitur Plotinus Plancus, Numatij vel Mumacij Planci frater, &c.

De palmis, & natura earum, & generibus.
CAP. IIII.

IVdæa verò inclyta est vel magis palmis: quarum natura nunc dicetur. Sunt quidem & in Europa, vulgóque Italia, sed steriles. Ferunt in maritimis Hispaniæ fructum, verùm immitem: dulcem in Africa, sed statim euanescentem. Contrà in Oriente ex his vina, gétiúmque aliquibus panis: pluribus verò etiam quadrupedum cibus. Quamobrem iure dicentur externæ. Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera verò nusquam, nisi in feruida. Gignitur leui fabulosáq; terra, maiore in parte & nitrosa. Gaudet & riguis, totóque anno bibere [1] cùm amet, anno sitienti. A fimo qui dem etiam lædi putant: & Assyriorum pars aliqua, si non [2] riuis [3] misceatur. [4] Genera earum plura: & prima fruticem non excedentia: [5] sterilem hunc, aliubi & ipsum fertilem, [6] breuiq; ramorum orbe foliosum. Tectorij vicem hic parietibus plerisque in locis præstat contrà [7] aspergines. Procerioribus sylua arbore ex ipsa, foliorum aculeo fruticante circa totas pectinatim, quas syluestres intelligi necesse est. Incerta tamen libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquæ teretes atque proceræ, densis [a] gradatísque corticum pollicibus, vt orbibus, [8] faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, vtilem sibi [9] arborísque induuiis circulum mira pernicitate tum homine subeunte. [b] Coma omnis in cacumine: & pomum est, non inter folia, vt in cæteris, sed [10] suis inter ramos palmitibus racemosum, vtraque natura vuæ atque pomi. Folia cultrato mucrone, lateribus in sese [11] bifidatis, bellas primùm demonstrauere gemmas: nunc [c] ad funes vitiliúmque nexus [d] & capitum leuia vmbracula [12] finduntur. Arboribus, imò potius [e] omnibus quæ terra [13] gignat, herbísque etiam, vtrunque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt. Quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco. Nullis tamen arboribus manifestius. [f] Mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat tantùm [14] spinæ modo. [15] Vtrisque autè prima nascitur pomi caro: posteà lignum intus, hoc est semen eius. Argumentum, quòd paruæ sine hoc reperiuntur in eodem palmite. Est autem oblongum, non, vt oliuis, orbiculatum. Præterea cæsum [16] à dorso puluinata fissura, & in aluo media plerisque vmbilicatum, vnde primum spargitur radix. Seritur autem pronum, & bina iuxta composita semina, supérque totidem, quoniam infirma singulis planta est: quaternæ [h] coalescúnt. Multis candidisq; lignum hoc à carnibus [17] discernitur tunicis, aliis corpori adhærentibus: laxéq; distans, tantùm cacumini filo adhæret. Caro maturescit anno. Quibusdam [18] tamen in locis, vt in [i] Cypro, quanquam ad maturitatem nõ perueniat, grato sapore dulcis [19] est: & [k] folium ibi latius, fructúsque reliquis rotúdior: nec vt deuoretur corpus, verùm vt exputatur, succo modò expresso. Et in Arabia languidè dulces tradũtur esse palmæ: quáquá Iuba apud Scenitas Arabas præfert omnibus saporibus, quam vocãt [20] dabulan. Cæterò non

1 cùm amet sitientia, Fimo. M.
2 aquis misceatur fimus. Theophr.
3 misceat. M. misceãt. Alij.
4 Genera earum prima frut. M.
5 sterilem hanc, aliubi & ipsam fertilem, breuéque ramis, obire (leg. exire.) vmbra foliorum tectorij vicem Parm.
6 breues ramis obire (ambire, ambiunt.) vmbra foliorum tectorij M.
7 aspergines. Sunt è proc. sylúq; Par. asper. Procer. syluæ, arbore ex ipso foliorum aculeo fructificante &c. Incesta M. asperg. Est proceR CH.
8 faciles ad scande. orientis se pop. præb. vtil. sibi arborem quę inductis circulũ (leg. arboreé circumducto circulo.) M.
9 arboremque induis. CH.
10 suos M.
11 leg bifidatis, bullas cum paum. dem. gemmeat. tunc ad fu pes &c. Alij, nouellas cùm primum (quod probo) demonstrauere gemmas. Alij, tenellas cum primum &c.
12 finduntur. Parm.
13 gignit. CH.
14 spinæ. Vec.
15 vtriusque M.
16 summo dorso pulsinato, & in aluco media fissura plerisque M.
17 discinditur. Dal.
18 tantùm, in M d.
19 est in M d. dulcis. Est & ibi aliud genus cuius folium latius. Ex Theophr. fructus quí. e. M & CH.
20 Dablan. M. & CH.

non sine maribus gignere fœminas sponte edito nemore confirmant: circáque singulos plures nutare in eum [m] pronas blandioribus comis. Illum erectis hispidum, afflatu visúque ipso & puluere etiam [21] reliquas maritare. Huius arbore excisa viduas pòst sterilescere fœminas. [n] Adeóque est Veneris intellectus, vt coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine, interim verò tantùm puluere insperso fœminis. Seruntur autem palmæ & trunco, [22] duûm cubitorum longitudine, à cerebro ipso [23] arbori viridi fissuris diuiso atque defosso. Et ab radice auulsæ vitalis est sarus, & ramorum tenerrimis. In Assyria, ipsa quoque arbor strata in solo humido tota radicatur, sed in frutices, non in arborem. Ergo planteria instituunt, anniculásque transferunt, & iterum bimas. Gaudent enim mutatione sedis, verna alibi, in Assyria autem circa Canis [24] ortum. Nec ferro attingunt ibi nouellas: sed religant comas, vt in altitudinem exeant. Robustas deputant crassitudinis gratia, semipedales ramorum reliquentes truncos, qui decisi alibi necant matrem. Diximus falsum ab his solum diligi. Ergo vbi non est tale, salem aspergunt, non radicibus, sed longius paulo. Quædam in Syria & Ægypto in binos diuidũt se truncos: in Creta [25] & ternos, [26] quædam & in quinos. Ferunt statim in trimatu. In Cypro verò, Syria, Ægypto, quadrimæ aliæ, aliæ quinquennes, [27] altitudine hominis, nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt nouellæ, ob id spadonum accepto nomine. Genera earum multa. Sterilibus ad materias, [28] operúmque lautiora vtitur Assyria, & tota Persis. Sunt & cæduæ palmarum quoque syluæ, germinantes rursus ab radice succisæ. Dulcis medulla earum in cacumine, quod [o] cerebrum appellant: [29] exemptáque viuunt, quòd non aliæ. Vocantur autem [p] chameropes, folio latiore ac molli, ad vitilia vtilissimo. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. [30] E palmis prunæ viuaces, [31] igníque lentus. Fructiferarum aliis breuius lignum in pomo, aliis longius: his mollius, illis durius: quibusdam osseum [32] lunatúmque, dente contra fascinantes religione politum. Aliud pluribus vestitum paucioribúsve tunicis: aliud crassioribus tenuioribúsve. Ita fiunt vndequinquaginta genera, si quis omnium persequi velit nomina [33] etiam barbara, vinorúmque ex iis differentias. Clarissimæ omnium, quas regias appellauere ab honore, quoniam regibus tantùm Persidis [34] seruabantur, Babylone natæ vno in horto [35] [q] Bagoi. Ita enim vocant spadones: qui apud eos etiam regnauere. Hortus ille [36] nunquàm nisi dominantis in aula fuit. At in meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem syagri, proximámque [37] margarides. [38] Eæ breues, candidæ, rotundæ, acinis, quàm balanis, similiores. Quare & nomen à margaritis accepere. Vna earum arbor in Chora esse traditur, vna & syagrorum. Mirúmque de ea [39] accepimus, cùm phœnice aue, quæ putatur ex huius palmæ argumento nomen accepisse, [40] emori ac renasci ex seipsa: eratq;, cùm hæc proderem, fertilis. Ipsum pomum grande, durum, horridum, & à cæteris generibus distans sapore ferino, quem fermè in apris nouimus: [41] euidentissiméque causa est nominis. Quarta autoritas sandalidum, à similitudine appellatarum. Iam in Æthiopiæ fine [42] quinque earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quàm suauitate mirabiles. Ab his caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem, sed & succo vberrimæ. Ex quibus præcipua [r] vina Orienti, iniqua capiti, [s] vnde pomo nomen. Sed vt copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Iudæa, nec in tota, sed Hierichunte maximè. Quanquàm laudatæ [43] & Archelaide, & Phaselide, atque Liuiade, gentis eiusdem cõuallibus. Dos his præcipua succo pingui lactentibus, quodamq; vini sapore [44] in melle præduici. [t] Sicciores in hoc genere [u] Nicolai, sed amplitudinis præcipuæ, quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores, [45] ob hoc adelphides dictæ, proximam suauitatem habent, non tamen eandem. [46] Tertium ex his genus [47] [x] pateron, nimio liquore abũdat: rũpitq; se pomi ipsius, etiã in sua matre, ebrietas, [48] calcatis similis. Suũ genus [49] è sicciore turba [50] dactylis, prælonga gracilitate curuatis interim. Nam quos ex his honori Deorũ dicamus, [51] [y] Chydæos appellauit Iudæa, gens contumelia numinũ insignis. In totũ arentes [z] Thebaides atque [52] Arabicę, macróque corpore exiles, & assiduo vapore [53] torrentes, cru-

21 illis maritari. Dal.
22 duorum. M.
23 arboris, fissuris. M. & CH.
24 ortus. M. & CH.
25 & in ternos. M. & CH.
26 quædãque in quinos. CH.
27 aliæ altit. Parm.
28 operaque. M. ad lectos & rasa. Theophr.
29 exemptoque. CH.
30 Ex. M.
31 segníque lenitas. M.
Iunatúque dente festinanter. M. limaruque. Par. limatique. CH.
33 etiam barbara vinorum. Ex iis differentiis clarissimæ. M.
34 seruarentur. CH.
35 Baloni. Theophr.
36 nunquam fuit nisi &c. M.
37 margaritides.
38 Hæ. CH.
39 accipimus. CH.
40 iterũ mori ac. M.
41 euidenti inde causa nominis. Dal.
42 quinque harum plurimas. M.
43 & ex Cappadociæ Archel. Dal.
44 vt in. D. d.
45 & ob hoc. M.
46 Alterum.
47 patero. CH.
48 calcato simile.
49 sed e sic. Parm.
50 iacens dact. prol. gra. cur. in terrã. Par. iacens CH. cætera vt in vulg.
51 Idæos. Parm.
52 Arab... CH.
53 torridæ, vel torrentes.

stam veriùs, quàm curem, obducunt. In ipsa quidem Æthiopia [54] friatur (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. [aa] Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed maiore, quàm mali, amplitudine: [55] Cycas vocant. Triennio matureſcunt. Sempérque frutici pomum est subnascente alio. Thebaidis fructus exemplo in cados conditur, cum sui ardoris anima: [56] ni ita fiat celeriter expirat: marcescítque non retostus furnis. Ex reliquo genere plebeiæ videntur. [57] Syri & Iuba tragemata appellant. Nam in [58] aliqua parte Phœnices, Ciliciæque, populari etiam nomine à nobis appellantur balani. Eorum quoque plura genera. Differunt figura rotunditatis aut proceritatis. Differunt & colore, nigriores ac rubentes. Nec pauciores [59] ficu traduntur colores. Maximè tamen placent candidi. Distant & magnitudine: prout multi cubitum effecere. Quidam sunt non ampliores [60] faba. Seruantur [61] hi demum, qui nascuntur in salsis atque sabulosis, vt in Iudæa, & Cyrenaica Africa. Non item in Ægypto, Cypro, Syria, & Seleucia Assyriæ. Quamobrem sues, & reliqua animalia ex his saginantur. Vitiari aut vetusti eius pomi signum est, [62] decidisse candidam verrucam, [63] quæ racemo adhæserit. [bb] Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt. In Gedrosis id factum est pomi genere, alibi copia euenit. Est enim tanta musteis suauitas, vt finis mandendi non nisi periculo fiat.

55 Cycen. Th. Cæcas. Parm. præuè. Si tamè. CH.

56 ita fiet vt celeriter expiret. CH.

57 Syri hæc tragemata app.

58 alia. M. & CH.

59 fico. M. & CH. quâ fico. Th.

6 cicere. Th.

61 item, qui. M.

62 cecidisse. CH.

63 quæ ex racemo. Dal.

64 euenientes. CH.

ANNOTATIONES.

a Obserua. Gradatim digestis.
b Theophr. cap. 23. lib. 1. hist.
c Nam quia tunc maximè succo abundant, ideo tractabiliora sunt. Apud Apulcium 2. Asini, Zachlas Ægyptius Propheta palmeis baxeis pedes indutus est.
d Ad ea opera decerpuntur à messe. vide cap. 24. lib. 16.
e Theophrastus cap. 11. lib. 5. hist.
f Theophr. cap. 22. lib. 1. hist. & cap. 8. lib. 2.
g Theophrastus cap. 18. lib. 1. hist. Plinius malè lignum vocat: est enim osiculum instar cerneæ subst antiæ durum. Paulò infrà osseum quibusdam inesse dicet.
h Theophr. cap. 8. lib. 2. hist.
i Peculiare Cypro id genus est. Theophr.
k Hæc à Theophrasto de duobus generibus dicta, malè in vnũ confunduntur.
l Guillandinus in Ægypto & Oriente obseruauit, ne fœminæ sterile: sint, aut immaturum fructum perdant, mares eo interuallo seri, vt ab iis pulueris ventus in illas perferat. Quòd si longius distent, quam vt pulueris, odórue peruenire possit, tùm à mare funem religatum ad fœminam perduci, vt maris fœcunda vis per eam copulam, ac vinculum irrepat. Refert Pōtanus palmas duas, marem Brunduſij satum, fœminam Hydrunti, steriles diu fuisse, quod adultæ se inuicem aspexerint, ac tùm quamuis longo tractu distitas fructum edidisse.
m Idem prolixius Florentinus in Georgicis.
n Theophr. cap. vlt. lib. . hist. & cap. 23. lib. 3. De caussis: quem semel vide ad totum hunc locum.
o Præter Theophrastum Galenus, Strabo, Plutarchus, Philostratus ἐγκέφαλον vocant Dioscorides ἐγκάρδιον. Nam veteres ἔγκαρ siue ἐγκαρδίαν etiam cerebrum dixerunt. Plutarchus quidem lib. de tuend. valetud. id prædulce esse ait, sed παρακλαγγέστερον. Philo li. 1. de vita Mosis autor est, palmæ vitalem vim in radicibus defossam non ita vt in reliquis stirpibus, sed in summo trunci vertice vigere, tanquam in corde, a: in ramorum medio, quibus velut satellitibus stipatur. Guillandinus.
p Petalas quoq; dici minutas Palmas & βοκκώδεις notauit Rhodig. cap. 26. 15. χαμαιῤῥιφεῖς Theoph. vocat, Dioscorides χαμαιπλῆτας.
q Bagoæ eunuchi meminit ex Diodoro Rhodig. cap. 39. 13. qui cùm veneno sanguinarium ac crudelem regem Occhum sustulisset, eodem mox necatus est, à Dario coactus poculum bibere, quod & ipsi parauerat. Plutarch. lib. 2. de fortitud. Alexander scribit, interfecto Occho, regnum Arsæ (alij, Oarsæ) tradidisse, & mox eodem interempto, Dario. Leopardus cap. 25. lib. 4.
r E Chydæis maturis fieri autor scribit cap. 16. lib. 14.
s Nempe ἀπὸ τοῦ πάχους.
t De quibusdam tantùm palmis id Theoph. non addita particulatim Nicolaorum appellatione.
v A Nicolao Damasceno, peripatetico, Augusti familiarissimo, eas palmas vocaras fuisse scribit Rhodig. cap. 6. 5. ex Plutarcho in Symposiacis, Quæst. 4. lib. 8.
x Vide quæ adnotata sunt cap. 16. lib. 14.
y Vilis, exigui pretij.
z Sic dictæ à Thebi. Ægypti. Papinio in syluis Thebaicæ. *charta, Thebaicene, Carycene.* Rhodig. loco proximè citato.
aa Theophrastus loco supra citato, sed aliter quàm Plinius. Conferenda sunt loca.
bb Idem cap. 5. lib. 4. histor.

De Syriæ arboribus. CAP. V.

[a] Syria præter hanc peculiares habet arbores. In nucum genere pistacia nota. Prodesse aduersus serpentium traduntur morsus, & [1] potu & cibo. In ficorum autem caricas, & minores eius generis, quæ [b] cottana vocant. Item pruna in Damasco monte nata, & myxa: vtranque iam familiarem Italiæ. Ex myxis in Ægypto & [c] vina fiunt. [d] Iuniperi [2] similem habent Phœnices & cedrum minorem. [3] Duo eius genera, [e] Lycia & Phœnicia. Differunt folio. Nam quæ durum, acutum, spinosum habet, oxycedros vocatur, ramosa & [4] nodis infesta. Altera odore [f] præstat. Fructum ferunt myrti magnitudine, dulcem sapore. Et maioris cedri duo genera. Quæ floret, fructum non fert. Frugifera non floret: & in ea antecedentem fructum occupat nouus. [6] Semen eius cupresso simile. Quidam cedrelaten vocant. Ex hac resina laudatissima. Materiæ verò ipsi [g] æternitas. Itaque & simulacra deorum ex ea factitauerunt. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia aduectus. [g] Cedro similis in Arcadia est arbor: in Phrygia frutex vocatur.

1 sotu.

2 similitudine. M.

3 nidore. M.

4 Duo cedri. Dal.

5 præstantem fructũ fert Alij. præstat Fructum Lycia fert. Alij.

6 Cortex eius cupr. simile. Th.

ANNO

ANNOTATIONES.

a Vide cap. 22. lib. 15. & cap. 8. lib. 23.
b Cottona Iuuenal. Satyr. 3. *--me prior illo*
Signabit, fultúsque toro meliore recumbet,
Aduectus Romam quo pruna & cottana vento.
Pruna scilicet Damascena: Martial.
Hæc tibi, quæ torta venerunt cottana meta,
Si maiora forent cottana, ficus erat.
Metam tortam poëta vocat, é torris iunceis textam sportam, metæ modo in acaminarum fastigium desinentem. Talibus canistris Massilienses caricas suas recondunt ac exportant, & *cabas* vocant. Hesichius κόπτανα legit, non κόπτωνα: κόπτανα, inquit, ἀδόκ & συκῶν. Tur. cap. 28. 25.
c Theoph. cap. 12. lib. 3 hist.
d Historiam totam Theophrasti Plinius peruertit, & corrumpit. Phœnicia Cedrus eadem quæ & Syriaca, siue Cedrelate: Lycia verò, quam & Cedrida vocat cap. 15. & 16. lib. 1. histor. Oxycedrus est. Deceptus Plinius Lyciam & Phyniciam minoris Cedri species esse putauit, & vtramque bacciferam, cùm baccas Lycia, conos Phœnicia gignat. Vtrique folium quidem Iuniperi, sed Phœniciæ breuius, firmius, durius.
e Theophr. cap. 18. lib. 3. hist.
f Ob siccitatem maximam, quæ à putredine illam vindicat: quamobrem in Argonauticis ἐρεσχέλου πόδαγρου Orpheus vocauit.
g His verbis Plinius reddere conatur quod Theophr. ait, Idæi narrare vnicum esse Cedri genus Iunipero simile, quoniam scilicet apud eos Cedrelate non nasceretur: Arcadas verò trium simul annorum fructum gerere.

10 *De terebintho.* CAP. VI.

SYria & [a] terebinthum habet. Ex his [1] mascula est sine fructu. Fœminarum duo genera. Alteri fructus [b] rubet lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum vite matureſcit, non grandior faba, odore iucundior, [2] tactu [3] resinosus circa Idam Troadis. Sed in Macedonia breuis arbor hæc atque [4] fruticosa, in Damasco Syriæ magna. Materies ei admodum lenta, ac fidelis [5] ac vetustatem, eximij ac nigri splendoris: flos racemosus oliuæ modo, sed rubens: folia densa. Fert & folliculos [6] emittentes quædam animalia, ceu culices, lentorémque resinosum, qui & [7] cortice erumpit. [8] Etiam thus Syriæ mascula fert, sterili fœmina, folio vlmi paulo longiore & piloso, foliorum inter se semper contrariis pediculis, gracili breuíque ramo. Pelles candidæ conficiuntur iis. Semen lenti simile, cùm vua rubescit, quod vocatur [9] rhus, [10] medicamentis necessarium.

1 mascula. CH.

2 tractu. M. resinosus. Circa Id. Tr. & in. Theo.

4 fruticosa. In Damasco syriæ materies. M.

5 ac vetustate nigris splẽdoribus. Flos. M. ad vetustatem, nigris splẽdoribus &c. CH.

6 mittentes. M.

7 corticem rũpit. M. ligno colligitur Theophr.

8 & Rhus syriæ. CH.

9 ros. CH.

10 medicamentum. M.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 15. lib. 3. histor.
b Protinus ruffus est, nec concoquitur. Theophr.

De ficu Ægyptia, & Cypria. CAP. VII.

EST [1] in [a] Ægypto multa genera, quæ non alibi. Ante omnia ficus, ob id Ægyptia cognominata. Arbor moro similis folio, magnitudine, aspectu. Pomum fert non ramis, sed caudice ipso. Idq; ipsum ficus est prædulcis, sine granis interioribus, perquàm fœcundo prouentu, scalpendo tantùm [b] ferreis vnguibus: aliter non matureſcit. [2] Sed cùm factum est, quarto die demetitur, alio subnascente: septeno ita numerosa partu, per singulas [3] æstates multo lacte [4] abundante. Subnascitur, etiam si non scalpatur, fœtus quater æstate, priorémque expellit immaturum. Materies proprij generis inter vilissimas. Cæsa statim stagnis mergitur. Hoc est [5] eius siccari. Et primò sidit, postea fluitare incipit: certóque [c] fugit eam alienus humor, qui aliam omnem rigat. Cùm innatare [6] cœperit, tempestiuè, habet signum. Huic similis quadantenus quæ vocatur [d] Cypria ficus in Creta. Nam & illa in caudice ipso fert pomum, & ramis, cùm in crassitudinem adoleuere. Sed hæc [e] germina [7] emittit sine vllis foliis [8] radicis similia. Caudex arboris similis populo, folium vlmo. Fructus quaternos fundit: toties & germinat. Sed grossus eius non matureſcit, nisi incisura emisso lacte. Suauitas & interiora fici, magnitudo [9] sorbi.

1 Et Aegypto. M.

2 Id cum.

3 æstates CH.

4 abundat. Dal. sub. arbor ex The.

5 ei. Dal.

6 cæpit. M.

7 mittit sine vllis foliis, radice populo similis, folio vlmo, fructus. M. ἰνδιαν. nam hæc omnia leguntur apud Theophr.

8 radice similis. CH.

9 primi. Theophr.

ANNOTATIONES.

a Vide Theoph. cap. 2. lib. 4. histor. & infrà cap. 7. lib. 23.
b Vngue aut ferro, Dioscor. oleoque inungendo, Theophr. cap. 21. lib. 1. de caussis.
c Siccat. Guilland. ad fabrilem materiaturam aptam reddit. Cùm enim ligno sit raro & fungoso, humore perfusa lentescit, & tractabilem se præbet.
d Dioscoridi hæc vlmus est, folio tamen Sycomori, fructu pruni magnitudine, dulciore, cætera Sycomoro similis.
e Tenuia quibus fructus præfigitur. Theophr.

De Ceraunia siliqua. CAP. VIII.

SIMilis his [1] siliqua, quam Iones ceraniam vocant: trunco & ipsa fertilis, [2] sed pomo siliquæ. Ob id quidam Ægyptiam ficum dixere, errore manifesto. Non enim in Ægypto nascitur, sed in Syria Ioniáque, & circa Gnidum, atque in Rhodo, semper comantibus foliis, flore candido, cum vehementia odoris: plantigera imis partibus, & ideo superficie flauescens, succum auferente sobole. Pomo antecedentis anni circa

1 Similis & quam. M. & CH.

2 sed pomo siliquæ: vel, sed pomo siliquæ. to. Dal. sed pomum siliquæ. CH.

Canis ortus [3] detracto, statim alterum parit: postea florem, [4] per Arcturum hyeme fœtus enutriente.

3 detracto, quod placuit, statim alt. parit, postea floret per Arcturum.M.
4 post.

ANNOTATIO.

a Saliqua hæc nostra Carrobia est. Falluntur qui arborem Iudæ esse putant, quoniam arboris eius ruber flos est, non albus: item qui Cassiam nostram fistularem. Est enim illi flos luteus. Vide Theophr. cap. 2. lib. 4. histor. & infrà cap. 8. lib. 23.

De [1] Persica Ægypti, & spina Ægyptia. CAP. IX.

1 Persea. Dal.

AEgyptus & [1] persicam arborem sui generis habet, [a] similem pyro, folia retinentem. Fertilitas assidua [2] ei, subnascente [3] crastino fructu. Maturitas Etesiarum afflatu. Pomum longius pyro, inclusum amygdalæ putamine & corio colore herbido: sed vbi nux illi, [b] huic pomum, differens breuitate ac mollitie: & quamuis blandiatur prædulcis suauitas, [4] innocuum. Materies [c] bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens à loto. Simulacra ex ea [5] factitauere, non eadem gratia, quàm fideli materie, vt ex arbore quam balanum appellauimus, magna ex parte contorta. Noualis itaque tantùm est. At è diuerso [6] cuci in magno honore, palmæ similis, quando & eius foliis vtuntur ad textilia. Differt, quòd in brachia ramorum spargitur. Pomo magnitudo, quæ manum impleat, color fuluus, commendabilis succo ex austero dulci. Lignum [d] intus [7] grande, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant annulos. In eo nucleus dulcis, dum recens est. Siccatus durescit ad infinitum, vt mandi non possit, [8] nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantiæ, & ob id Persis [e] gratissima. Nec minus [f] spina celebratur in eadem [g] gente duntaxat nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat, ob id vtilissima nauium costis. Candida facilè putrescit. Aculeus spinarum & in foliis. Semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice. Flos & coronis iucundus, & medicamentis, vtilis. Manat & gummi ex ea. Sed præcipua vtilitas, quòd cæsa anno tertio resurgit. Circa Thebas hæc, vbi & quercus, & Persica, & oliua, ecc. à Nilo stadiis syluestri tractu, & suis fontibus riguo.

2 Perseam. Theophr.
2 eius. M.
3 statim.
4 in nucleo. M.
5 factitauere. Non eadem gratia æquè fideli materiæ ex arbore &c. contortæ. Dal.
6 Cuciophoros. Theophr.
7 grandis. Asij.
8 nisi, in M.d.

ANNOTATIONES.

a Folio, ramo, flore. Theophr.
b ἡμι δ' ὑπὸς κάρυον ἄσπερ τὸ κοκκύμηλον. Nucem quemadmodum Prunus, intus habet. Alij vertunt, nucem Pruni magnitudine.
c Theophr. cap. 20. & 38. lib. 2. histor.
d Sub corticoso & fibroso velamine, quod esse primum offert.
e Ad lectorum pedes conficiendos. Theophr.
f Κυκαμῖνος Theophr. hanc spinam vocat.
g Hæc omnia è Theophr. cap. 3. lib. 4. Vide infrà cap. 12. lib. 24.

De pruno, & arboribus circa Memphim. CAP. X.

IBi & [a] prunus Ægyptia, non dissimilis [b] spinæ proximè dictæ, pomo mespili, maturescens bruma, nec folia dimittens. Lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura copiáque messium [1] instar incolis. Purgatum enim tudunt, seruántque eius offas. Syluestris fuit & circa Memphim regio tam vastis arboribus, vt terni nequirent vel circumplecti, vnius peculiari miraculo, nec pomum propter, vsúmve aliquem, sed euentum. Facies [2] enim spinæ folia habet [c] ceu pennas, quæ tactis ab homine ramis cadunt protinus, ac postea renascuntur.

1 incolis. In M.d.
2 etiam alius spinæ, Quidam.

ANNOTATIONES.

a Vide Theophrast. cap. 3. lib. 4. histor. qui natalibus cum Plinio cõuenit, alia re nulla prorsus. Quibusdam myrobalanus emblica officinarum, vt chrysobalanus Galeni, flaua.
b Descriptæ superiori proximo capite.
c φύλλα ἔμοιον τὰ πτερύγιον, ceu filicum. Plinius legit πτερίδι. Garcias cap. 27. lib. 2. luteum florem esse scribit, folium verò Polypodij, qua in re cum Theophr. conuenit.

De gummi generibus, & papyro. CAP. XI.

GIa Vmmi optimum esse ex Ægyptia spina conuenit, vermiculatum, colore [b] glauco purum, sine cortice, dentibus adhærens. Pretium eius in libras [c] x. iij. Deterius ex amygdalis amaris & cerasо, pessimum ex prunis. Fluit [2] & [d] ex vitibus, infantium hulceribus aptissimum, & [3] aliquando ex olea dentium dolori: vlmo etiam in [e] Coryco monte Ciliciæ, ac iunipero, ad nihil [4] vtile: ex vlmi verò gummi & culices ibi nascuntur. Fit &

1 Gummam optimã &c. adiectiua fœmini na omnia. M.
2 & vitibus. M.
3 aliquando olea. M.
4 vtiles. M.

& ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gummi vtilissimum pectoribus ac medicis, simile pollinithuris: & ideo candidum, quàm ruffum, meliùs. Pretium eius, quod suprà. Nondum palustria attigimus, nec frutices amnium. Prius tamen, quàm digrediamur ab Ægypto, & papyri natura dicetur, cùm chartæ vsu maximè humanitas vitæ constet & memoria. Et hanc [f] Alexandri Magni victoria repertam, autor est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria. Antecà non fuisse [g] chartarum vsum: [6] in [h] palmarum foliis primò scriptitatum: deinde quarundam arborum libris. Posteà publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata [i] linteis confici cœpta, aut [7] ceris. [k] Pugillarium enim vsum fuisse etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum. [8] Illo verò prodente, [l] ne [9] terram quidem ipsam totam fuisse, quæ nunc Ægyptus intelligitur, cum in [m] Sebennytico [10] saltem eius nomo omnis charta nascatur: posteà adaggeratam Nilo. Siquidem à Pharo insula, quæ nunc Alexandriæ ponte iungitur, [n] noctis dieíque velifico nauigij cursu terram fuisse prodidit. Mox æmulatione circa bibliothecas [o] regum Ptolemæi & Eumenis, supprimente chartas Ptolemæo, idem Varro membranas Pergami tradidit repertas. Posteà promiscuè patuit vsus rei, qua constat immortalitas hominum. [p] Papyrum ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnant, duo cubita non excedẽte altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ [11] crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum, [q] thyrsi modo cacumen includens. Semine nullo, aut vsu eius alio, quàm floris [r] ad deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno vtuntur: nec ignis tàtùm gratia, sed ad alia quoque vtensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro [s] nauigia texunt: & [t] è libro vela, tegetésque, nec non & vestem, [12] etiam stragulam, ac funes. [u] Mandunt quoque crudum decoctúmque, succum tantùm deuorantes. Nascitur & in Syria, circa quem [x] odoratus ille calamus lacum. Neque aliis vsus est, quàm inde, funibus rex Antigonus in naualibus rebus, nõdum sparto communicato. Nuper & in Euphrate [13] nascẽs circa Babylonem papyrum intellectum est eundem vsum habere chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere. [14] Præparatur ex eo charta, diuiso acu in prætenues, sed quàm latissimas, philuras.

5 albi. M.
6 in, M.d.
7 schedis. M.
8 Illo verò prod &c. intelligitur. Siquidẽ à Pharo &c prodidit, postea adaggeratam Nilo. In Sebennytico solum eius &c. nascitur. Max.
9 terra quidem ipsa tota &c. adaggerata. Ver.
10 solum. Dal.
11 crassitudine, decẽ &c. longitudinem seu ad lem triangulis lateribus, in gracilitatẽ &c. decẽ & amplius Theophr.
12 atque stragula. M.
13 nascentem. Dal.
14 Præparatur ex eo charta. M.

ANNOTATIONES.

a Vulgò Arabicum. Acanthinum Celsus vocat. cap. 1. lib. 5. quoniam stillat in τὰς αἰγυπτίους ἀκάνθους, ἀγκαθιοὺς. Sic vocat & Marcellus Empiricus cap. 14.
b Virio simile, pellucidum. Dioscor. Vide suprà ca. 9. huius libri.
c d Denarij tres.
e κάμινος, folliculus in vlmo & terebintho, intra quem nascuntur culices & gummi. Inepte Plinius Coryeum montem esse putauit.
f Guillandinus huius loci diligentissimus, & ingeniosissimus enarrator ex Anacreonte, Aleco, Æschylo, comicis veteribus, Platone, Aristotele, probat papyrum, siue byblum cognitam quidem fuisse, antequam nasceretur Alexander, verum in vsu frequenti & publico fuisse, Alexandri sæculo.
g Pertinet huc Lucani versus,

Nondum fluminicas Memphis contexere byblos
Nouerat, in saxis tantùm volueresq; ferarq;,
Sculptáque seruabant magicas animalia linguas.

h In maluarum foliis, non palmarum, legẽdum putat Guilland. quoniam olim in maluarũ foliis scribebatur. Cnina apud Isodorũ,

Hæc tibi Aratæis multum inuigilata lucernis
Carmina, queis igues nominus aërios,
Lauáq; in aridulo maluæ descripta libello,
Prusiaca vexi munera nauicula.

i Linteos libros memorat Liuius li. 4. ptimæ Decad. & Vopiscus in Aureliano. Ceras, cera oblitas tabulas vocat, in quibus primùm ferreo stylo scribebatur, deinde ossea cuspide, cùm vetiẽ fuisset, ne quis è ferro graphium haberet. Plaut. in Bacchid. Chry.

Nunc tu abi intro Pistoclere ad Bacchidem, atque effer citò.
Pist. *Quid?* Chry. *Stylum, ceram, tabellas & linum.*

Atta in Satyra. *Vertamus vomerem in cerã, mucronẽque aremus ossea.* Hinc scribarum vulgatum dictum. *Ceramferro ne cedito.* Præterea arborum cortices, ac folia plantarum, ligna cerata, lintea, plumbum, chartas, membranas, etiam in ligno, vt Solonis leges: ebore, vt Romanorum Principum edicta, libris elephantinis, quorum Vlpianus lib. 32. Pandectarum, cap. 50. memmit. Et Vopiscus in Tacito: lapidẽ, vt sepultorum elogia, sacras Ægyptiorum literas, & alia id genus monumenta: ære, vt 12. tabularum legges, fœdera, se natus decreta: animaliũ intestinis ac gemmis quondã scriptum fuisse, multis argumentis ostendit Guillandinus, Alexander ab Alexand. cap. 30. 2.
k Codicillorum, ceratarum tabellarum. Codicillos vocat infrà cap. 1. lib. 33. Homeri locus est Illiad. ζ. —πίνυτο δ' ὃγ ἐνὶ θαλάμοισι ἄνακτος
Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.
Pugillares olim dicti fuerunt duplices, triplices, quinquplices, à numero foliorum: citrei, buxei, eburnei, membranei à materia: lutei, virides, crocei, purpurei, à colore. Guilland. Quod ad materiam attinet tabulas scriptorias è pinu fieri solitas, ostendit hic locus Euripidis in Hippolito,

πρὸς τἄλλ' ὑφ' ἕδρᾳ γραμμάτων πτυκτώσεων τὸ
πτύπλιν, ἀπὸ μὲν ἐλάτᾳ ἐστὶ πεπηγμένον.

Vide Victorium cap. 5. 16. Boni scriptores aliquando has lignum & ligna ἐπταῦν vocauerunt. Iuuenal.

Vana supernatui dicens cheirographa ligni.

Ouid. 2. de Ponto.

Nec m. a fallaci conuicta est gemma sigillo
Mendaces lignis impositisse notas.

Non certis, vt edita codices, vel linguis, vt scripti. Cuiacius cap. 14. lib. 11. Obseru.
l Herodotus lib. 2. Ægyptum esse γῆν ἰνίσλυτον, πρὸς λόγου νεωστὶ ἀρτίως scribit: Heliodorus 9. Æthiopicorum idem tradit: idem Arist. c. 14. lib. 1. Meteorolog. idem Strabo, Diodorus, Eratosthenes. Seneca cap. 20. lib. 6. Natur. Quæst. Nilum turbidum defluentem, & limũ secum trahentem multum, quem prioribus terris apponat, annuis incrementis semper Ægyptum proferre auctor est. Tot testibus, & insignis auctoritatis viris constitus Plinius idem asserit. At constat omni memoria in inferiori Ægypto celebres vrbes fuisse, Canopum, vnde ostium Canopicum dictum, quò post excidium Troiq, cum Helena Menelaus appulit, vulgò *Bicheri*, Tanin, vulgò *Damiatam*, vnde Taniticum: & in vertice Deltę Sain, hodie, vt volunt, *Said*, quæ chartæ Saiticæ nomen dedit. tum etiam Heliopolin, quæ *Bethsemes* appellatur, & *Ne* populosam, quæ in Alexandriã postea versa est: Latopolin, in cuius ruinis Cabyses Babylonẽ ædificauit, *Cairam*: Memphim, Pyramidum miraculis claram, vt inde credenhodie dũ sit, Ægypti eam partẽ non adaggeratã fuisse limo fluuij, sed incolis multis semper habitatam, oppidúsque frequentissimis cultam. Pro. Sebennitica præfectura Guillandinus Saiticam reponit,

nit, quoniam ficet Sebenniticus tractus, in quo etiam hodie visitur amnis ciuitas *Sibnit*, ab historicis celebratus fuerit, nulla tamen charta Sebenni ica nuncupetur, cùm de Saitica multa legantur apud autores. Homeri versus de Pharo sunt,

Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Α'ιγύπτοθε πρόσθε δρόμῳ λίγα, πικρὸς ὀρωρώς
Τόσσον ἀπωθεν ἔασιν ὅσον τε πανημερίη ἐλαφρὴν νηῦς
Η'ὑνσιν ἡ λιγυρὸς ζέφυρος ὑπαυήσειφυσιόωσιν.

Continenti adiuncta est oblongo & angusto aggere, quem pōtem χῶμα vocant, industria Cleopatræ reginæ, quę legatos & publicanos Rhodiorum vectigal cui obnoxia diu fuerat superbè petentes in suburbana cùm duxisset solennis festi specie, septem dierum spatio, molibus in altum iactis, totidem stadia occupauit, & ita continenti admouit. Aliquanto verò post vehiculo in eam profecta, Rhodios ludificata est portorium nō ab insula, vt putabant, sed à terra exigentes. Guilland. ex obseruatione Brodæi cap. 5. 3. Miscellaneorum.

m Varro loco, quē Plinius citat, ser: pserat in Sebennitico tantum nomo Papyrum, vnde chartæ fiunt, nasci cùm autem nascatur in multis aliis locis Ægypti, probabile est Ægyptum totam terram tum non fuisse.

n Quantum nauis plenis lata velis diurno cursu metiri poterat. Seneca, Plutarchus in Iside & Osiride.

o Ælianus, Hieronymusque ad Chromatium, inter Ptolemæum & Attalū contentionem eam habitā fuisse tradunt, qua in re nihil dissentionis est, cùm, vt suos omnes reges Ptolemæos Ægyptus vocauit, ita & suos, Attalos Pergamenti cunctos nuncupauerint. De membranarum initiis statuendum ferè idem quod de chartis, Eumenē frequentiorem quidem illarum vsum vulgasse, cùm maximum earum numerum ad bibliothecæ suę volumina compararet, quam uis iam annis multis illarum vsus fuisset ante Eumenem: cùm Herodotus in Terpsichore scribat, ab Ionibus byblon siue chartam appellari διφθέραν nempe membranas; chartæque penuria, in membranis caprinis & ouillis eos ac plerosque alios barbaros scribere solitos. Scribit præterea Iosephus lib. 12. Antiquit. à Iudæorum summo pontifice missos ad Ptolemæum senes libros sacræ legis expectantem membranas suis inuolueris extractas ostendisse, aureis literis perscriptas, tenuitatis admirandæ, ac sic compositas, vt visu discerni commissuræ non possent. Facit & ad id prouerbium notissimum, Diphtera vetustiora, de quo vide Suidam & Erasmum. Aristotelem primum omnium vndiq; colligere libros cœpisse, & Ægypti reges σιτέλλειν bibliotheces docuisse Strabo affirmat: quod sic intelligendum puto, non quidem viuum & coram loquentem id mōstrasse, verum exemplo suæ bibliothecæ, quam instructissimam, copiosissimam, & ordine cōuenientissimo digestam fuisse credi par est, eos principes incitasse, vt præclaram illam & incomparabilem suam instituerent. Pisistrati bibliothecam ante Philosophi tempora, vrbe portum Xerxem Gellius tradit in Persidem transtulisse: cāmque multis pōst annis Seleucum Nicanora reportandam Athenas curauisse, Iulianus imperator ad Ecdicium Ægypti præfectum scripsit, alios quidem feris auibus, equis delectari, sibi verò ἐν παιδιᾷ δεινῇ πόθον ἐνεκύμηνεν τὰ τῶν βιβλίων πλάσματα, à puero maximam cupiditatem comparādi libros inoleuisse. Capitolinus Serenum Sammonicum eruditissimum virum Gordiano iuniori discipulo bibliothecam suā donasse refert, in qua sexaginta duo volumina selectorum & optimorum librorum numerabantur.

p Papyrus duplex est: altera Biblos Ægyptia, Ægypto peculiaris & Indiæ, si Straboni fidem in Syria quoque nascens Theophrasto: Plinio, etiam Babylone, cuius flore diij coronantur, phyluris charta conficitur, scapo vescuntur, radicibus ignem alunt. Altera Sari Theophrasti, Biblos secunda Eustathij, extra Ægyptum autore Strabone, in Italiæ palustribus cum Typha & Anthela crescit, in Sicilia, Apulia, Calabria frequens, vbi voce à papyro sumpta, vulgus etiamnum *Papyro* appellat. Radicem habet præduram, flexuosam, è qua Saria, id est, molles tenellíque cauliculi germinant, ad duorum cubitorum altitudinem surgentes, crassitudine pollicis, trianguli, chartis inutiles, coma papyro simili. Hic locus Aristotelem parum certa & vera de plantis iudicasse probat, qui problemate 8. lib. 6. asseueret nulli plantæ caules triangulos, aut quadrāgulos produci: cùm & papyri scapus tribus angulis distinguatur, & aliarum multarum, quatuor, quod ex historia Dioscoridis manifestissimum est. Guilland.

q Quod Theophrastus dixit, κύμβιλα (Strabo χαίτιλα) ὑγρότατα ἀχρεῖα, ἀσθενῆ, Plinius his verbis reddidit, cùm aptius esset, comā, siue iubā inutilem habens, atq; inualidam. Non patū sanè discrepat thyrsus à coma. Hæc. n. ex porrecta, diffusa ac explicata est, in milio & arundine, Plinio; thyrsus verò in globosum caput coactus, quale est colocasiæ κυβίῳ Theophrasto, σφυρίῳ Dioscoridi, φυριγμῷ, vel in spicatam congeriem stipatus, vt in altissimatis, & Acanthi caule, à similitudine thyrsi Bacchici vocatus, quem Macrobius telum fuisse ait circumplicata hedera obligatum, quæ fróde mucronem tegebat.

r Plutarchus in Agesilao scribit eum papyra coronaria delectatum fuisse ob coronarum simplicitatem, eamque discedētem à rege petiisse & accepisse. Athenæus verò lib. 15. ridet eos qui putarunt è papyro & rosis coronas fieri: idque non minus absurdum esse tradit, quàm si ex allio & rosa corona necteretur, vt pote papyro graue quiddam & cœnosum olente.

s Herodotus lib. 2. tradit Ægyptios naues fabricare è sua spina, cumpages introrsum è biblo facere ex amputato papyri vertice, ex eodem & vela, & calceos: inferiora verò longitudine cubiti, & comesse & vendere. Lucanus,

Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.

Ægyptiis sacerdotibus calceos tātum papyraceos gestare licebat, quorum Aristides lib. 1. Sacrorum sermonum meminit, scribens in vlceris curatione Æsculapium sibi dedisse calceos Ægyptios, quibus vtuntur sacerdotes. Vsi sunt & veteres arundinum coma ad nauium structuram, quo modo & papyro, commissuris intericientes ad textus ferruminandos, vt quæ glutino sit tenacior, & explendis rimis pice fidelior cap. 36. 16.

t Apud Theophrastum est: etiam è biblo vela &c. nimirum et eadem papyro, siue caulis eius tæniis & philuris, non autem libro siue eximo cortice, ne funibus quidem, nisi in humore, vtili. Plinius negligenter hæc vertit. Omisit & idem quod apud Theophrastum mortalibus imprimis necessarium vsum huius plantæ declarat, è biblo texi biblia, nempe chartas, etiam externis notissimas, cùm Græci longè plura chartis memoriæ tradiderint, quàm ipsimet Ægyptij, apud quos papyrus gignitur, memorabilium rerum monumenta saxeis obeliscis & pyramidibus insculpere soliti. Guilland.

v Dioscorides & eius autoritate deceptus Pierius in Hieroglyphicis fallō putauerunt radicem ἔχειν τρίφυλλον τι. alimēti nonnihil præbere, ideóque Ægyptios διεφθαρμένους ἀπεχρᾶσθαι, mandere, exugeréque succum, τὸ διαμένειν μὲν ἀπὸ τοῦ πλοῦ. Nam & præter Theophrasti perspicuam hac de re narrationem, Herodotus apertissimè refert in Euterpe, Ægyptios papyri è palustribus collectæ annua messe, partem superiorem præcisam in alios vsus quām alimentorum vertere, inferiorem autem cubiti longitudine, & vendere & comesse, eximia quadam suauitate, cùm in loculento furno torreatur. Ante fruges repertas priscis Ægyptiis vsitatissimū & frequentissimum eum cibum fuisse ex Oro cognoscimus. Scribit enim Ægyptios antiquissimam, & omni memoria priorem originem suam significantes, papyri fasciculum pinxisse, quia eo primum vescerentur.

x Vide quæ notata sunt suprà in cap. 22. lib. 12.

De generibus chartarum, & quomodo chartæ fiant, & de chartarum probatione & vitiis, & glutino earum
CAP. XII.

PRincipatus[1] medio, atq; inde scissuræ ordine. [a] Hieratica appellabatur antiquitus, religiosis tantùm voluminibus dicata, quæ ab [2] adulatione Augustini nomen accepit, sicut secunda Liuiæ à coniunge eius. Ita descendit hieratica in tertium nomen. Proximum [b] amphitheatricæ datum fuerat à confectuę loco. Excepit hanc Romę [c] Fannij sagax officina, tenuatámque curiosa interpolatione principalem fecit è plebeia, & nomen ei dedit. Quæ non esset ita recurata, in suo manst amphitheatrica. Post hanc Saitica, ab oppido, vbi maxima fertilitas ex vilioribus ramentis: propriórque etiamnum cortici[3] Tæniotica à vicino loco, pondere iam hæc, non bonitate, vænalis. Nam emporetica inutilis scribendo, inuolucris chartarum, [d] segestriúmque in mercibus vsum præbet, ideò à mercatoribus cognominata. Post hanc papyrum[4] est, [e] extremúmque[5] eius scirpo simile, ac ne funibus quidem, nisi in humore, vtile. [f] Texuntur omnes[5] tabulæ

1 mediis. sub. philuris, vel medio, corio nempe. Dal.
2 ablutione. M. quomodo & legisse videtur Isidorus. Sic & Turn. ex vet. cod.

3 Taneotica. Ch. Tanitica. Guill. à Tanici uitate, hodie Damiet.
4 est, extimumque eius. Vet.

5 tabuli madente. M. & Turn.

bulæ madentes Nili aqua. Turbidus liquor vim[6] glutini[7] præbet cùm primo[8] supina tabula scheda adlinitur, longitudine papyri, quę potuit esse resegminibus vtrinque amputatis. Transuersa postea crates[9] peragitur.[10] Premitur deinde prælis, & siccantur Sole plagulæ, atque inter se iunguntur, [c] proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam[12] plures scapo, quàm vicinæ. Magna in latitudine earum differentia, xiij. digitorum optimis. Duo detrahuntur hieraticæ. Fanniana denos habet. Et vno minus amphitheatrica. Pauciores Saitica: [g] nec malleo sufficit. Nam emporeticæ breuitas sex digitos non excedit. Præterea spectātur in chartis, tenuitas, densitas, candor, læuor. Primatum mutauit Claudius Cæsar. Nimia quippe Augustæ tenuitas, tolerandis nō sufficiebat calamis. Ad hoc transmittēs literas [h] liturę metum afferebat[13] a duersis, & aliàs indecoro visu[14] pertranslucida. [i] Igitur & secundo corio statumina facta sunt è primo subtegmine. Auxit & latitudinem. [k] Pedalis erat mēsura, & cubitalis[15] macrocolis. Sed ratio deprehendit vitium, vnius schedæ reuulsione[16] plures infestante paginas. Ob hoc prælata omnibus Claudia: Augustæ in epistolis autoritas: Liuiana suam tenuit, [l] cui nihil[17] è prima erat, sed omnia è secunda. [m] Scabritia leuigatur dente [n] concháve, sed caducæ literæ fiunt. Minus sorbet politura charta,[18] magis splendet. [o] Rebellat sæpe humor incuriosè datus, primóque malleo deprehenditur,[19] aut etiam odore, cùm[20] fuerit indiligentior. Deprehenditur & lentigo [p] oculis, sed inserta mediis glutinamentis [q] tænia,[21] fungo papyri bibula, vix[22] nisi litera fundente se: tantùm inest fraudis. Alius igitur iterum texendis labor. Glutinum vulgare è pollinis flore temperatur feruente aqua, minimo acceti aspersu. Nam fabrile, gummísque [r] fragilia sunt. Diligentior cura, molli panis fermentati[23] colata aqua feruente: minimum hoc modo[8] intergerij: atque etiam Nili lenitas superatur. Omne autem glutinum, nec vetustius esse debet vno die, nec recentius. Postea malleo tenuatur, & iterum glutino percurritur: iterúmque constricta erugatur, atque extenditur malleo. Ita sunt longinqua monumenta Tiberij Caiíque Gracchorum manus, quæ apud [t] Pomponiū Secundum vatem ciuémque clarissimum vidi annos ferè post cc. Iam verò Ciceronis ac Diui Augustini Virgiliíque sæpenumerò videmus.

6 glutinis. M.
7 præbet in re, cum primo. M.
8 supine tabulæ. Alij, supinæ tabulæ schida. Tur.
9 peragit. M. deinde cerussa peragit. Turn.
10 premitur deinde prelis, & siccatur sole vel vde. Guil.
11 inter narum &c. ad extimas. Dal.
12 plures philuræ scapo. Vet.

13 ex aduersis M. ex auersis Ver. & Turn.
14 per transluceda. Igitur 2 secun. Turn. statumina fa. sunt, vt primò subtegmina. Ver. leuit & subtegmina, Turn.
15 macrocollis. M.
16 ampliores. Ver.
17 primum erat, sed omnia secunda. M. in vulg. lectione Turn. expungit, è
18 mag. sque. Dal.
19 & è vi etiam odoris. M.
20 fuerit ars indil. Ver.
21 lineo. M. & Turn. ceu tænia lineo papyri bibulo ibi vix litera. Ver.
22 nisi literæ findenti se tantum est fraudi. Scalig.
23 colato. Dal. fab. molli.

ANNOTATIONES.

30 a Guilladinus asperè Turnebū reprehēdit, ex hoc loco tres chartæ species inuehentem, Hieraticam, Augustam, Liuiam. c. 2. lib. 7. Aduer. cū vna eadémq; sit, Ægyptiis dicta Hieratica, quoniā religiosis, & sacris voluminibus tantū dicata esset, Romanis adulatione prima, Augusta: adulatione secunda Liuiæ, vt obseruarius, & ignotius, ordiuéque tantùm tertium eius nomen fuerit Hieratica. At quàm iustè, viderit. Nam cùm paulò pōst genera chartarum pro latitudinis differentia recenser autor, emporeticæ digitos sex esse vult: Saiticæ, pauciores nouem: Amphitheatricæ, nouem: Fannianæ decem: Hieraticæ vndecim: optimis verò, cùm minimum duabus tredecim, quæ esse proculdubio nō potuerunt aliæ, quàm Augusta & Liuiana, adulatione Augusti & Liuiæ, principem locū nactæ Augusti seculo, reiecta in locum tertium bonitatis & nobilitatis Hieratica. Nam Tanitica m cortici propiorem, & venalem pondere, non bonitate, in eo sensu præteritam, nemo repo suerit inter optimas. Ad Guillādini opinionē refellendam, tuendamque Turnebi & Ruellij sententiem, hoc argumentū satis fuerit, verum Liuianam & Augustam eandem non fuisse monstrauit apertissimè quæ mox sequūntur, Augustæ in epistolis autoritatem suam relictam, Liuianam verò suam tenuisse, cui nihil primum erat, sed omnia secunda. Sic. n. in manuscripto legitur. Ordo ergo fuit ille chartarū dum vixit Augustus, mutatus à Claudio, dēlata charta, quæ liceras ob tenuitatem trāsmittebat, addito tertio corio, & aucta latitudine digitis aliquot. Strabo lib. vlt. Hieraticam, non chartam, sed papyrum appellat, abundantem & præcipuè cultam in inferiore Deltæ parte, camq; dupliceм, alteram præstantiorem, viliorem alteram. Memphiticam chartam idem Turnebus prodit inauditam, & minimè ab aliis scriptoribus notatam, deceptus Lucani versu, quem Isidorus corruptum sic refert,

conficitur bibula Memphitis charta papyro:

eūm legendum sit, vt antea monuimus,

conseritur bibula Memphitis cymba papyro.

Cōseri, cōtexi, sui naues veteres dixerūt: vide Spartea serillia, funes sparteos ad eum vsum destinatos dixit Pacuuius in Niptris.

Nec vlla subsecus cohibet compagem aluei,
Sed sparteis funibus, & sparteis scribibus.

Inde & Scrilia Isticca Liburni, eaque nauigia olim dixerunt. Nostrates eorum funium loco Iuniperi virgis contusis, & musco, nauium commissuras explent, additis subscudibus ferreis, quas vocant *Happes*. Græci ἁρπίδιας.

b Athribiticæ. Guilland. ab Athribitica præfectura, cuius meminerunt Strabo, Ptolomęus, Stephanus Athribin eius caput memorat autor cap. 10. 5. Quidam ita dici potuisse suspicantur, quòd in amphitheatris Ægypti, Alexandriæque potissimum à concursu populi vacuis conciperetur, vt solent mannarij opifices in locis publicis à vulgi turba non occupatis, artem suam exercere. Fortassis & id Romæ factum in aliquo amphitheatro, vnde nomen.

c Rhemnium Fannium Palæmonem significat, qui, vt ait Tranquillus in Grammaticis illustribus, officinas præterea libraria rum & veterum exercuit, verna multeris, sed manumissus, principem locum inter grammaticæ doctores adeptus, sed libidine & vitiis omnibus tam infamis, vt Tiberius & Claudius palam dictarent nemini minus puerorum ac iuuenum institutionem cōmendandam: arrogātiæ tam insolentis, vt Varronem porcum appellarer, secum natas & morituras literas gloriaretur: quinetiam latrones aliquando sibi propter nominis celebritatem peperciſſe: nomen præterea suum à Virgilio non temerè positum in Bucolicis, sed præ agiente poëta, fore se aliquando omnium poëmatum iudicem.

d Quidam legunt Segestrium ἀπὸ τῆ σήραγγος, σπυρίδος, καλάθου: Varroni tamen Segestria dicuntur stramēta è segete, quibus lecticas inuoluebāt, vt ab imbre, puluere, & externis quibuſuis iniuriis defenderent. Alij quæuis ἐνδυμάτια inuolucra hic appellari putāt, quod iis segerantur, & seponantur, ac seperentur quæ occultant.

e Vetusti codices legunt extimum, quod probo. Scirpus Festo iuncus palustris, procerus, & lætus, è quo tegetes fiunt, id quod repetit Isidorus cap. 9. 17. Etymolog. Plinio cap. 18. 21. Marticus, ad vitilia & texendas tegetes idoneus, Græcorum Holoschœnos.

f Hic Guilland. ius, cui plurimum defero ob multas ratásque virtutes, eximiam doctrinam, iudicium acutum, summam diligētiam, & plurimam haud vulgarium rerum cognitionem, peregrinatione in remotas & longinquas regiones cōparatam, ac denique amabilem & ingenuū animi candorem, Turnebum & Ruellij ignorantiæ postulat, quòd hunc locum non intellexerint, nec viderint tabulas hic dici papyri schedas, quæ aut ullæ compingantur, non autem asserem philuris subditum, super quo glutinantur.

Quod

Quod bona eius venia dictũ sit, rectè sensisse illos existimo, quod ex sequente clausula (cum primo supina tabula scheda adlinitur) innotesceret, in qua Guillandinus putauit orationem Plinij sic accipiendam: cùm primo scheda, id est, philura adlinitur, & insternitur supina tabula, (auferendi casu) id est exporrecta in lõgum eadem philura. Hoc sanè repetitionis genus insulsum, minimè conuenit succinctæ Plinij grauitati, cùm præsertim dici potuisset, & aptius (*cum primo supina scheda adlinitur.*) Præterea dum charta fiebat, necessum fuit tabulam subiici, super qua distenderetur rectæ ac transuersæ philuræ, quæ glutino, vel aqua Nili turbida committerentur: quod obiter hic Plinius indicat. Quineriam tabulæ significatio multum differt à philuræ notione. Quamobrem manuscripti codicis fidem sequendam arbitror, qui habet, (*Texuntur omnes tabula madente Nili aqua:*) ac rursum, (*cùm primo supina tabule scheda adlinitur,*) quibus verbis nihil clarius, aut congruentius esse potest. Supinam schedam idem exponit, recto situ positam, quo modo Liuius supinas manus dixit, erectas, matronis in publico dolore ad cœlum & deos illas tendẽtibus. Pronam manum cõstat à medicis vocari, cuius vola terram spectat, supinam, cùm eadem in cœlum obuertitur, supplicantium more, quo gestu etiamnum Franciscani taciti & mussitantes orant. Supinam schedam ego potius interpretandam censeo cuius pars quæ in scapo vergebat introrsum, cum super tabula distenditur, exterorsum vertitur, nec tabulæ lignum tangit. Sic.n. posita, quia mollior, humidior, ac tenerior est, facilius superiniectam alteram amplexatur, & retinet. Idem legendum putat (*Transuersa postea cute peragitur*:) At manuscripti codicis integritas nihil mutari suadet. Commodius autem & concinnius appellari non potuit chartarum textus, quàm cratis nomine, ob rectas transuersásque philuras sibi mutuò superincumbentes, quæ cratis, vel clathrorum figura est. Porrò, an apricis locis chartæ siccarentur, an vmbrosis, & perflatis, non est indignum scitu, quòd id pertineat ad Plinij literam vel emendandam, vel confirmandam. Verum id quidem est, quæ solo aquæ humore glutinantur, dissilire, cùm vapore Solis inarescãt, at quæ luto pingui, aut pollinis flore aqua diluto cohærent, Solis tepore & æstu, atque adeò ignis calore tenacius committuntur. Itaque qui chartas deusas libris compingendis aut regendis mercibus conficiunt, vbi prælo, chartæ quadratam plagulam satis presserunt, insolatu siccant, & librarij, voluminum quæ consumuntur posteriora glutine oblita, vel igni admouent, vel Soli exponunt, vt citius resiccentur. Quamobrem & olim chartas insolatu durari, siccarique solitas, vero absimile non est. Ac quoniam vocabulorum, quibus Plinius historiam papyri & chartarum explicuit, varietas lectorem in hac re parum versatum remoratur, cum iuuate statuum est ali quot expositis. Scapum papyri quatuor plerumque cubitos, id est, sex pedes longum, tunicis siue membranis ad summum viginti constantem, aqu's extractum præcidebant, ad verticem, siue cacumen, quia pars illa gracilior foret ac inualidior, & ad radicem, quia tenella molliusculáque ea pars, humore adhuc perfusa flaccesceret firmitatéque careret, ad glutinationem, præli torturam, malleorum ictus, ignigauturam necessaria. Quantum vtrinque amputaretur, non proditum. Ad pedem circiter vnum resecatum cõrectos, vt quatuor pedes truncati scapi superessent, quem tum demum in duo diuidebant medium, ferro quodam ad id destinato, & aptato, quod fortassis aeum vocauerunt, membranis separantes, è quibus recto, transuersóque situ collocatis chartam conficerent. Has membranas siue tunicas à scapo reuulsas Plinius philuras, schedas, ramenta vocat: cùm in tabula recto situ disponuntur, stamina, siue staturnina, cùm transuerso, subtegmina, vocabulis è textorum officina petitis: earundẽ siue in rectum, siue in transuersum coniunctarũ seriẽ & struem, coriũ, quod ad Claudij vsq; tempora duplex eatenus fuit, prius rectis fibris, alterum transuersis: eius verò iussu triplex in ea charta, quam de suo nomine Claudiam vocauit. Illam enim primo & tertio corio rectis, secundo transuerso contexuerunt. Papyrum pro philuris nusquã Plinius vsurpat, & apud Vlpianum tertio De legatis, papyrum ad chartas paratum, nõ tam philuras, quàm papyri scapos intelligunt, quòd philuræ distrahi non solerent, vt ad manum & in parato essent, nisi cùm inflaret confectoræ tempus. Tænia (chartæ vitium) quid Plinio sit, paulo pòst declarabimus. Ea certè vox pro philura nusquam apud illum reperitur, quamuis in eo significatu dici posse non insicior, vt nec pagina, nec tabula, nec plagula. Est.n. plagula chartæ confectæ, & satis iam philuris textæ velluti lamina, quam in linceis nostris chartis, solium vulgus nũcupat. Eius autem vera qua facies, auersa & aduersa, siue anterior & posterior, pagina. De tabula, quę iacentes philuras sustinebat, quoad peracta crates, & absoluta textura fuisset, antea tractatum. Restat cutis nomen, quod in cratis expunctæ locum recipiendum non arbitror, reclamantibus antiquis exemplaribus, nec quadrante ipsa significatione cutis, quæ semper extima & obuia est, cum philularum multæ in profundo abstrusæ delitescant, maximè præstantiores ac meliores, & si quæ philura cutis vocanda sit extrema tãtùm omnium deterrima, eam appellationem mercatur.

g Vel tam angusta est, vt malleum qua parte ferit latiorem, non adæquet vel tam fragilis est, vt malleo percussa difrumpatur. Rugosas chartas malleorum ictu complanare, ac extendere mos fuit, vnde lib. 32. Pandectarum. Vlpiano, libri malleati. Guillandinus.

h Aduersa charta, anterior & nostris oculis obiecta, quam scribentes contuemur in qua calamus properat: auersa posterior, & à tergo posita. Litura verò effusi sparsiq; atramenti in bibula charta macula, ei similis, quam, penna scripturam delentes, inducimus. Apparet certè ea magis in auersa chartæ facie, illo subeunte atramento, vt cùm aduersa iam aliquid scriptum est, in auersa maculis nigris fœdata præterea nihil pingi queat. Vtraque verò facie veteres scripsisse, testantur hi versus Iuuenalis:

Scriptus, & à tergo nec dum finitus Orestes.

Martial. *Scribis in auersa Picens epigrammata charta,*
Et dolet, auerso quod facit illa Deo.

Commentarios opisthographos, sic descriptos vocãt, quibus cum nonnihil similitudinis habent Aduersaria, nempe tabulæ rumulatiæ, & multis rebus coniectis negligenter scripræ, quæ in codicos referũtur iustos, æternos, ordine digestos. Cicero pro Roscio. De syngraphis, opisthographis, autographis, cheirographis. Alex. ab Alex. cap. 50. 2.

i Vetustus codex, (*Igitur & secundo corio stamina facta sunt, vt primo subtegmina:*) sensu nihil differente, si etiam staturnina legamus: stamen, id est, quod colo aduolutum mulieres nent: est & in textrinis filum telæ directum, intra quod subtegmen, siue trama currit transuersim: staturnen verò, ridica, siue palus, quo vitis fulcitur. Autoris ergo sensus est minimè obscurus, in charta Claudia, sicut primo corio è rectis philuris confecto, additum est secundum, velut subtegmen, aut trama, è schedis transuersis tertium, sic huic impacta, pro tertio corio, siue stamina, siue staturnina rursum è rectis philuris composita, quemadmodum in primo corio.

k *Reuulsione ampliores infestante paginas.*) sic vetustus codex. Macrocõlla ἀπὸ τῶν μακρῶν κολλῶν dicta Guillandinus censet, tãquam à longo tergore: ego potius ἀπὸ τῶν μακρῶν τόμων, à longis velut actubus & membris. Mensura pedalis, & cubitalis, id est, sesquipedis, harum charrarum, an in longitudinem exportigerentur, an in latitudinem, Plinius non statuit: in latitudinem potius existimo, quandoquidem hic agitur de latitudine, & scapi papyri, vnde fœdæ distrahebantur, nota est longitudo, circiter quatuor pedum, quæ ad pedis vel cubiti mensuram contrahi non potuit, quamis μακρόκολλα nomen lõgitudinem potius indicet, quàm latitudinem. Quod autem vnius schedæ reuulsione ampliores, vel plures paginæ infestarentur, hoc nos docet plagulas chartæ confectæ, siccatæ, malleatæ, læuigatæ plicari solitas in paginas, vt fit & in nostris linteis, quæ quo ampliores essent, magis scriptura conturbaretur, ac læderetur, si quis vnam philuram vel improbitate ac malitia, vel corruptam ac vitiosam exemisset. Augustam epistolis laudatam & relictam, Martialis epistolarum lib. vlt. salutatricem libro 9. vocat:

Marcus amat nostras Antonius, Attice, musas,
Charta salutatrix si modò vera refert.

Quod pro Liuiana reponit Guillandinus Fannianam, vt Augustam, Liuianam, Hieraticam eandem esse constanter affirmare nõ desinat, id contra veterum codicum autoritatem statuit, & nobis quoque minimè probari supra dictum est. Hinc quidem nos pro æstimationis ac pretij ordine, & latitudinis varietate, quoniam fere par esset omnium longitudo, chartas numerare, ac suis classibus recensere possumus, Augusti tempore macrocõlas primas, pedem, aut sesquipedem latas: Augustam & Liuianam optimas, digitos tredecim: Hieraticam vndecim: Fannianam decem: Amphitheatricam nouem: Saiticam, & quam omisit autor, Tanitică, pauciores nempe septem, vel octo: Emporeticam sex: quas omnes antecuit & bonitate & dignatione Claudia, principatu Claudij texta, è duobus staminibus, siue staturninibus, & interiecto vno subtegmine, optimis, nempe Augusta & Liuiana, aliquanto latior, vt suspicor, ad digitos quatuordecim, vel quindecim.

l Quæ nihil accipiebat ex prima philura, sed omnia coria ex secunda: vel, quæ nullas dores primæ, nimirum Claudiæ, sed omnes secundæ, nimirum Augustæ, habebat.

m Vitia chartarum hic autor memorat quatuor: scabritiẽ, rebellem contumaciam, lentiginem, tẽuiam vnam, vel plures. Scabritię remedium est dente vel concha politura, moderatione tamen adhibita, ne vehementius exteratur. Nam quamuis ea complanatione, ac erugatione splendeat magis, fulgentęq; nitore oculis placeat, validiore tamen attritu non sorbet atramentum, sed respuit, &, si quæ literę appictæ sint, instabilis & fugax scriptura non permanet. Alterum vitium est rebellio. Rebellant qui armis subditi & pacati bellum rursus mouent. Rebellat humor incuriosè datus, cùm artificis curæ ac studio reluctatur pertinacius, nec omne corij spatium ex æquo rigat, & oblinit, sed alicubi subsistit copiosior, alibi parcior affunditur, vnde plagularum sit inæqualis & superficies & resiccatio. Nam cùm probè curatam, subactam, tractatamq; chartam esse putat artifex, nec quicquam operæ suæ præterea desiderare, tum contra eius spem vitium id deregitur, & tanquam recrudescit, quod iterum eius diligentiæ negotium faciat. Est itaque tetexenda charta, & eodem labore domanda, æque perincenda, quo prius. Malleo deprehenditur hoc vitium, aut quòd eminentiora tubera, depressioresq; lacunas plagularum, inæquali percussu tundat, & inuenusta deformitate tuias ostendat. Prodit arguitq; eam labem etiam odor, charta præsertim negligentius prælo compressa & siccata, mucedus, virosus, fœtidus putrescente ac situm olente humore qui nec prælo est elisus, nec insolatu dissipatus. Lentigo macula est chartarum plagulis aspersa, colore ruffa, vel subrufla, qualis in hominum ore conspicitur, Græcis φακὸς. Ab ea in facie crebra, φακῶδες Dioscorides, autore Suida, cognominatus est. In charta ergo nævus, sordes, decolores punctorum notas, & maculosas velut aspergines lentiginem Plinius vocat: quæ fiebant, dum compingerentur coria, si quid illabereturimpurius, quod natiuum colorem iuquinaret, aut si quid in schedis contortum & conglabatum chartam infuscaret. Oculis id cognoscebatur, vel perspecta statim charta, si maculæ in aperto forent, vel ad Solem explicata, si altius insiderent. Quartum & postremum vitium tænia est, non, vt rerur Guillandinus, philura, vel scheda, sed oblongus & angustus in plagulis ductus, nullo glutine aut pingui humore litus, & opertus, in quo sola papyri fungosa & bibula raritas absque vllo tectorio calamis scribentium occurrit, & literam, siue atramenti picturam dum haurit, diffundit, quod nec ictu mallei, nec oculorum cõspectu explorarur, sed scripturatantùm, dum picta litera liquescens vtraque parte combibitur, & tam auersam, quam aduersam faciem inquinat.

n Venerią, quam Echneidis nomine Mutianus depingit.

o Leg. Rebellat sæpe humore in curiosè dato primis, quod maldepr. aut et. od. cùm fuerint indiligentiores &c. Rebellat, interpretor, humore nimio madida inflatur, & ob inæqualẽ tumoris modem, scribenti velut resistit, ac reluctatur. Alij postrema legunt, cùm fuerit graueolentior.

p Fortassis, osculis nempe contactu labrorum madidorũ, quomodo chartæ nostræ bonitatẽ probamus, Chiffletius. Non probo.

q Tænias auctor vocat angustos, oblongos, & inanes tubi schedis veluti linearum ductus, quibus vel gluten non adhæsit, vel illitum euanuit, aut corruptum est: quod ita, vt aiunt eius artis magistri, si dum plagulæ fumibus appositæ siccantur: aura vehementior affluerit, præsertim Austri: vel gluten ob nouitatem liquidius iusta tenacitate careat, vel mucescat vetustate, vel Austro flante, humidioreque cœlo coctum, & corruptum sit. Lego, *tænię vix nisi literæ iunco papyri bibulo simdentes.*

r Nec conuolui & complicari chartam patiuntur.

s *μικροσόφυ.* Intergerini parietes Festo, inter confines extructi: vel etiam qui mediij inter distantissimos pro fultura intergeruntur, sustinendis trabibus accommodati. Eorum fit mentio cap. 14. lib. 35. & cap. 10. lib. 11.

t Huius meminit auctor cap 19. lib. 7. & cap. 4. lib. 14. Plinius Nepos lib. 3. epistol. Tacitus.

De libris Numæ. CAP. XIII.

INgentia[1] quidem exempla contra Varronis sententiam de chartis reperiuntur. Nanque Cassius Hemina, [2] vetustissimus autor Annalium, quarto eorum libro prodidit, [b] Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem offendisse arcam, in qua Numa, [c] qui Romæ regnauit, situs fuisset. In eadem [d] libros eius repertos [e] P. Cornelio L.F. Cethego, M. Bebio, Q.F. [2] Pamphilo coss. ad quos à regno Numæ colliguntur anni dxxxv. & hos fuisse è charta: maiore etiamnum miraculo, quòd tot infossi [3] duraverunt annis. Quapropter [4] in re tanta ipsius Heminæ verba ponam: Mirabantur alij, quomodo illi libri durare potuissent. Ille ita rationem reddebat. Lapidem fuisse [5] quadratum, circiter in media arca vinctum candelis quoquò versus. In eo lapide insuper libros impositos fuisse: propterea arbitrarier eos non computruisse. Et libros [f] cedratos fuisse: propterea arbitrarier tineas non [6] tetigisse. In his libris scripta erant philosophiæ Pythagoricæ. Eósque combustos à Q. Petilio Prætore, [g] quia philosophię scripta essent. Hoc idem tradit C. Piso Censorius primo commentariorum: sed libros [h] septem iuris pontificij, [i] totidémque [k] Pythagoricos fuisse. Tuditanus decimo tertio, Numę [7] decretorum fuisse. Libros duodecim fuisse, ipse Varro Humanarum antiquitatum [8] quinque. [m] Antias secundo, duos pontificales Latinos, totidem Græcos præcepta philosophię cõtinentes. Idem tertio ponit, quo comburi eos placuerit. Inter omnes verò conuenit, [n] Sibyllam ad Tarquinium [o] Superbum treis libros attulisse. Ex quibus igni duo cremati ab ipsa, tertius cum Capitolio Syllanis temporibus. Præterea Mutianus ter Consul prodidit nuper se legisse, cùm præsideret Lyciæ, Sarpedonis à Troia scriptam in quodam templo epistolæ chartam. Quòd eò magis miror, si etiamnum Homero condente Ægyptus non erat: aut cur, si iam hic [9] erat vsus, in ipsa illa Lycia Bellerophonti [p] codicillos datos, non epistolas, prodidit? Sterilitatem sentit hoc quoque. Factúmque iam Tiberio principe inopia chartæ, vt è Senatu darentur arbitri [10] dispensandi: aliàs in tumultu vita erat.

1 quidem, in M.d.

2 Tamphilo. Sigon.

3 durauerint. M.

4 hic retenta. M.

5 quadratum circiter in medio. In eo lapide insuper libros impositos fuisse, arctè vinctos, candelis quo quouersus. Propter a arbitrarier, &c. Guilland. medio arcæ. vin. cand. quaquauersum. M. medio arctè vinctũ. Vet.

6 contigisse. Nulla in iis libris scripta erãt, nisi. Vet.

7 decretorum libros duodecim fuisse. Ipse Varro. M.

8 vi. M. vide Annot.

9 erat vsus, in plumbeis linteisque voluminibus scripturæ tũ (scripturarum. Vet.) consuetudine & Homerus in ipsa illa Lycia. M.

10 dispensandæ. Vet. Chiffl.

ANNOTATIONES.

a Verissimus, Guillandinus: nam is Augusto & Tiberio coæuus quibus historiam suam dicauit, Plinium vix antecessit annis 70.

b Lucium Pætilium, Liuio, Lactantio, Valerio Maximo.

c Et non minus trecentis annis Alexandro superior ætate fuit.

d Liuius lib. 10. belli Macedon. Plutarchus in Numa, Valerius Max. cap. & lib. 1. Lactantius cap. 22. lib. 1. Institut. D. Augustinus c. 34. lib. 7. de Ciuit. qui ex Varrone duodecim numero libros illos fuisse refert.

e Liuius eo anno Consules scribit C. Bebium Pamphilum, & M. Æmilium Lepidum. Plutarchus quadringentis tantum annis post regnum Numæ id accidisse in eius vita scribit: neque id factum imprudentia bubulci aratoris, qui terra prosc issa duas arcas & non solam vnam eruerit, sed alluuie vehementissimorum imbrium, qui tumulum perrupere. Guilland.

f Cedrio siue cedria perunctos, de qua vide cap. 11. lib. 16. & cap. 5. lib. 24. Vitruuio cap. 9. lib. 2. quæ vnguntur cedrio, vt libri, à tineis & carie non læduntur. Hinc illud,

- & cedro digna locutus.

g Et quòd lectis rerum summis animadueriisset, pleraque religionum dissoluendarum esse. Liuius.

h Latinos. Liuius.

i Græcos, Idem.

k Nam eum Pythagoræ auditorem fuisse, fama vulgatum.

l In veteribus legitur, quinto. Notissimum est Varronem de Antiquitatibus libros scripsisse.

m Plutarchus in Numa ex Antiate scribit, duodecim fuisse de rebus sacris, & totidem de studio sapientiæ.

n De Sibyllis vide Commentarios Viuis in cap. 24. lib. 18. diui Augustini de Ciuit. & libellum Onuphrij Panuinij de Sibyllis: vide & apud Canterum cap. 3. lib. 1. arcanum oraculum θεῖ σωτῆρι pot.

o Lactantius ex Varrone ca. 6. lib. 1. Institut. & Suidas Tarquinium eum priscum fuisse quintum Romanorum regem prodiderunt. Idem cum Dionysio Halicarnassæo lib. 4. & Gellio cap. 19. li. 1. scribunt nouem libros allatos, ex quibus sex cremauerit Sibylla, reliquos tres Rex mercatus sit. Eos libros in Capitol o custoditos cùm Dij immortales consulendi essent, adibat primùm duumuiri, post autem decemuiri, deinde Quindecimuiri, ac postremo sexaginta, nomine tamen Quindecimuirorum, eosque non Sibyllinos tantùm, sed & fatales & fatidicos appellauerunt. Liuius, Dionysius Halicarnassæus, Valer. Maximus, Macrobius, Fenestella, Alexander ab Alex. cap. 16. lib. 3.

p Tabulas arcanis hieroglyphicisque literis notatas, non vulgaribus Elementorum formis, quibus epistolæ conscribuntur. Eustathius cuius sententiam non ita laudo. Quod verò putant quidam hic Plinium incurtosè codicillos ab epistolis distinguere, cùm codicilli nihil aliud sint quàm epistolæ Latinis, accusandum hac in re Plinium minimè censeo, mirantem si iam tum vsus chartæ fuit, quod indicat epistola Sarpedonis, cur non potius Præsis mandata sua in chartâ descripta, quomodo epistolæ mittuntur, quàm pugillarium ligno consignata Bellerophonti dederit: quo sensu nihil potest esse explicatius. Locus apud Homer. est Iliados ζ.

—οὐρῳ δ' ὄγε σήματα λυγρὰ
γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

De arboribus Æthiopiæ. CAP. XIIII.

AEthiopia Ægypto contermina insignes arbores non ferè habet, præter laniferas, quarum natura in descriptione [1] Indorum, atque Arabiæ dicta est. Propior tamen huic natura lanæ, maiórque folliculus granati modo mali: similésque & inter se arbores ipsæ. Præter [2] hanc palmæ, quales retulimus. Insularum arbores ambitu Æthiopiæ, & nemora odorata, in mentione earum dicta sunt.

1 Indicarum. sub, arborum Dal. ex cap. 6. lib. 12. & 10, 11.
2 has. supra cap. 4.

De Atlantis arboribus, & a cedrinis mensis, & quæ in his laudentur, & quæ vituperentur. CAP. XV.

ATlas mons peculiari proditur sylua, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor [1 b] cedri & mensarum insania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt. [c] Extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo æuo empta H-S. x. memoratur & Galli Asinij, H-S. xi. Venundatæ sunt & duæ Iuba rege vendente: quarum alteri pretium fuit H-S. xv. alteri paulò minus. Interiit nuper incendio [2] à Cethegis descendens. H-S. xiiii. permutata, latifundij taxatione, si quis prædia tanti mercari [3] malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit, vnius commissæ ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolemæo, quatuor pedum & semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali. Maiúsque miraculum in ea est artis, latente iunctura, quàm potuisset esse natura [4] solidæ. Item à Nomio [5] Tiberij Cæsaris liberto cognomen trahentis, tribus [d] sicilicis infra quatuor pedes, totidémque infra semipedem crassitudinis. Qua in re non omittendum videtur: Tiberio principi mensam quatuor pedes sextâte & sicilico excedentem, tota verò crassitudine sesquunciali, operimento [6] laminæ vestitam fuisse, cùm tam [7] opima Nomio liberto eius esset, cuius materia erat tuber. Hoc est radicis vitium, maximéque in eo laudatum, quòd sub terra totum fuerit, & rarius quàm quæ superne, quæque gignuntur etiam in ramis propriéque quod tanti emitur, arborum vitium est, quarum amplitudo ac radices æstimari possunt ex orbibus. Sunt autem cupresso fœminæ etiamnum sylvestri similes folio, odore, caudice. Anchorarius mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatissimam dedit [8] cedrum, iam exhaustus. Mensis præcipua [9] dos in vena crispis, vel in [10] vertice variis. Illud oblongo euenit discursu, ideóque [11] tigrinæ appellantur: hocintorto, & ideo tales pantherinæ vocatur. Sunt & vndatim crispæ, maiore gratia, si pauonum caudæ oculos imitentur. Magna verò post has gratia extra [12] prædictas crispis densa [13] veluti grani congerie, quas ob id à simi[e] litudine [e] apiatas vocat. Summa verò omnium in colore. Hic maximè mulsi placet, [14] suis refulgens venis. Post hæc amplitudo [15] est iam totius caudicis. Iuuant plura quoque in vna mensa vitia: lignum, ita vocatur materia [f] surda, & indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta: item iligneæ venæ similitudo, vel coloris: & quibus maximè obnoxias fecere æstus ventíque, rimæ, aut capillamenta rimas imitata. Posteà muræna nigro transcurrens [16] limite, variisq; [17] corticum punctis apprehensus papauerum modo, & in totum atro propior color, maculæve discolores. Virides terra condunt barbari, & illinũt cera. Artifices verò frumenti aceruis imponunt septenis diebus, totidem intermissis: mirúmque, ponderi quantum ita detrahant. Naufragia docuere nuper, hanc quoque materiam siccatam mari, [18] duritie incorrupta spissari, nõ vllo modo vehementius. Nutriũtur optimè, splendescúntque, manu sicca fricatæ à balineis maximè, nec à vinis lædũtur, vt his

1 Citri. M. citen. Cuia.

2 quam Cethegus descendens 4-S. xiiii. permutauerat. Parm.
3 vo. it. Budæus.

4 solidæ à Nomio. Parm.
5 Tyberij, in M. d.

6 conchylij & staminę per medium vestitam. Ver
7 optima. M. Vet.

8 citrum Dal
9 dos longa vena. Alij. in vena. M. in venas Vet
10 vertices paruis. M. Lego, in vortices sparsis
11 tigrinum M
12 prædicta Dal.
13 voluti. Vet.

14 venis suis refulgens M.
15 etiam totius caudicis inuat. Plura quoque. M.

16 tramite Dal.
17 corticum punctis apprehensa. Alij. corium punctis apprehensum pap. nodo. M. Lego, corium punctis aspersum, aut tuberũ nodis.
18 duritie & maturitate incorrupta. M.

his genitæ. Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor est: quapropter insistendum ei quoque paulùm videtur.

ANNOTATIONES.

a Hoc tripo capitis legendum esse citreis, ac deinceps, arbor citrii ac rursus dedit citrum, multi contendunt argumentis duobus: altero, quod Ciceronis mensam, cuius hîc fit mentio, Tertullianus libro Pallio, citri orbem vocauerit: altero, quòd in indice librorum, qui primus liber est huius operis, scribatur, De Atlantis arboribus, & citreis mensis. Addit Cuiacius cap. 5. lib. 2. Observat. cur non esse frugiferam, cedrum verò, vt ait Suidas, δένδρον ὑψίκομον, ἀκαρπον, ᾧ ἐπεπάλτα ὁ Ἀβδηρίτης τὸν ὑδροπυρέτην. Indignatur etiam Plinius circa finem cap. 1. lib. 5. quo loco de Atlante tractat, ebori citroq; syluas eius exquiri à Romanis dignitatibus. Varro in Gerontodidascalo apud Nonium, *In quibus Zibyssa citreus fascibus cingit fores*, Persius,

—*non quicquid denique lecti*
Scribitur in citreis.

b Cedrus nunc resiniferam arborem significat, & eam duplicem alteram cedrelatem proceriorem, Asiæ ferè peculiarem: alteram oxycedrum multis locis communem: nunc thyiam, siue citrum, Mauritaniæ alumnam, quamuis & aliud cœlum patiatur, lautissimis pretiosissimisq; mensis expetitam, cupresso foliatura similem & fructu, sed minore. Hæc πολυπυγίαι, plantarumque varietas, in magnas hæsitationes & dubitationes multos coniecit. Cedrum Gallicam apud Velleium Paterculum, ex quo apparatus Gallici triumphi, quem egit Cæsar constitit, quidam exponunt Galaticã à Galatis Asiæ, alij laricem cedrelate similem, ideóque vocatam cedrum Gallicam. Strabo lib. 4. de Liguribus. ἔχουσι δ' ὕλην ὑποτεθυωκυόλλων, ναυπηγήσιμον, καὶ μυροδενδρίτην, ὥστ' ἐνίους τὰ πόχεις τῶν διαμητρῶν ἐκ τούτων ὑρίσκεσθαι. πολλὰ δ' ἂν καὶ τῶν κωνικῶν ἐκ τῶν ὄρεων ἐκείνων ἐπιχώρια τοῖς τροπικοῖς εἶναι.

c Budæus lib. 3. de Asse non procul à principio hunc in modum legit: extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, &, quod magis mirum est, illo æuo emptæ H-S. XI. Memorantur & Galli Asinij H-S. XI. venundatæ. Sunt & duæ à Iuba rege pendentes: quarum alteri pretium fuit H-S. XII. alteri paulo minus. Interiit nuper incendio attegiis descendens H-S. XIIII. permutata latifundij taxatione &c. Vbi attegias, mapalia, cuguria intellige. Qui locus, mihi tamen suspectus, ostendit mensam eam ex attegiis pastorum, qui radicem Atlantis citris frequentem incolunt, petitam & adnectam fuisse.

d Sicilicus, quarta pollicis pars. Drachmæ duæ mensurales.

e Apiatas, veluti muscarum & apum stercore inquinatas. Alij, apiculatas: crebris velut apiculis notatas.

f Non splendens, nudumq; lignum & lineatũ crispo ductu minimè virgatum.

Thya arbor quæ. CAP. XVI.

NOta etiam Homero fuit: [1 a] θεῖον Græcè vocatur, ab aliis thya. Hanc [2] igitur inter odores vri tradit in deliciis [b] Circes, quam Deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cùm præsertim [c] eodem versu cedrum [d] laricémque vna tradat: in quo manifestum est de arboribus tantùm locutum. Theophrastus, qui primus à magni Alexandri ætate scribit, quæ circa vrbis Romæ quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum, magnum iam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quandamq; immortalitatem materiæ in tectis contra vitia [3] omni incorruptæ. Radice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. Præcipuam autem esse eam arborem [e] circa Hammonis delubrum. Nasci & in [4] interiore Cyrenaicæ parte. De mensis tamen tacuit: & aliàs nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est: ex quo nouitiæ apparent. [f] Alia est arbor eodem nomine, malum [6] ferens [g] execratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius.

1 Leg. θύον. Vide Annot.
2 itaque. M. & CH.

3 omnia. M. & CH.

4 inferiore. M.

5 quæ nouitiæ apparent. CH. quæ nouitia apparet. M.
6 tenens. M.

ANNOTATIONES.

a θύον apud Macrob. cap 14. lib. 3. Satur. atque ita legendum.

b Fallitur Plinius. De Calypso, non de Circe id Homerus scripsit. Hanc vt pro illa citaret, fortassis in causa fuerunt hi Virgilij versus,

Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Dines inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

c Versus Homerici sunt

—τέγεος δ' ἐξῆν,
κέδρου τ' ἰσκαθέοντος, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ἑδώδει,
δαιομένου &c.

In his versibus ineptè Plinius pro voce Græca θύον, laricem interpretatur. Locus est apud Homerum libro 5. Odysseæ.

d Laricémve, Guillandinus legit. Vide Leopardum cap. 6. lib. 8. Virgil. *Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,*
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.
apud Athenæum pag. 231. vers. 38. Empedocles λίβανον θυόεντα vocat suauiter olentem,

Σμύρνην τ' ἠγαθέην θυόεσσάν, λιβάνοτε θυόεντε.

e Mirum, cùm idem Theophrastus scribat cap. 1. lib. 4. historiæ thuiam in montium cacuminibus, & locis algidis nasci.

f Citriam, siue Assyriam malum intelligit.

g Virgil. *Medicatæ ferent tristes succos tardúmque saporem*
Felicis mali, quo non præsentius vllum
Pocula si quando saeua infecere nouerca.

De arbore loto. CAP. XVII.

EAdem Africa, quà vergit ad nos, insignem arborem [a] loton gignit, quam vocant celtin, & ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam. Præcipua est circa [b] Syrtes atque Nasamonas. Magnitudo, quæ pyro, quanquam Nepos Cornelius breuem [1] tradat. [2] Incisuræ folio crebriores: [3] alioquin [c] ilicis viderentur. Differentiæ plures, eæque maximé [4 d] fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ, color croci, sed [e] ante maturitatem alius atque alius, sicut in vuis. Nascitur densus in ramis myrti modo, non vt in Italia, cerasi: tam dulci ibi cibo, vt nomen etiam genti terræque dederit, [f] nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Ferunt ventris non sentire [5] morbos, qui cum mandant. Melior sine interiore nucleo, qui in altero genere osseus videtur. Vinũ quoque exprimitur [6] illi, simile mulso, quod vltra [7] denos dies negat [8] durare idem Nepos: baccásque [8] contusas

1 tradit CH.
2 Incisura & folia breuiora, quæ ilicis. M. præstẽ.
3 alioqui ilices. CH.
4 fructu.

5 morbum. M.
6 illo.
7 duos. Quidam.
8 concisas. CH.

cum alica ad cibos doliis condi. Quin & exercitus[h] pastos eo [9] accepimus vltro citroq; commeantes per Africam. Ligno[i] colos niger.[k] Ad tibiarum cantus expetitur. Et radice cultellis capulos, breuesq; alios vsus excogitant. Hæc ibi natura arboris. Est autem eodē nomine[l] & herba, & in Ægypto[m] caulis in palustrium genere. Recedentibus nim aquis Nili riguis, prouenit[n] similis fabæ, caule, foliisque densa congerie stipatis, breuioribus tantùm,[10] gracilioribúsque: cui fructus in capite papaueri similis[o] incisuris, oniq; alio modo, intus grana, ceu milium. Incolæ capita in aceruis putrefaciunt: mox separant lauando & [11] siccata tundunt, eóque pane vtuntur. Mirum est, quod præter hæc traditur: Sole occidente papauera [p] ea comprimi, & integi foliis. Ad ortum autem aperiri, donec matureſcant, flósque qui est candidus, decidat.

9 accipimus.CH.

10 gracilioribus.CH.

11 siccata folia tundunt.Theophr.

ANNOTATIONES.

a De hac Theophr.cap.4.lib.4.hist. Ioannes Leo in Aphrica sua cap.de Monteuerde sic loton describit. Ibi nascuntur arbores quarum fructus rubros Aphricanos vocant, Paliurum verò cap. de Zarsa. Sunt & ibidem spinosæ multæ arbores, fructu minore quā Cerasi, sapore fermè Ziziphorum. Arabes vocant *Rabich*. Paliurū verò Agarhoelis, quem Connarum Alexandrini cognominabāt, memoratum Athenæo lib. 14. cap. de Hani Elchallu. Nascuntur, inquit, illic Corni, & arbores spinosæ multæ, fructu tereti, luteo, simili ziziphis, nucleo maiori quàm oliuarum, gustu non admodum grato. Loti secundum genus à Theophrasto depictum viret Genuæ in horto Principis Auriæ, & à multis zauroceraſus dicitur quòd folium lauro simile, fructum Ceraso gignat. Lori genera tria diligenter distincta vide cap.2.lib.24.

b Syrtiū insulam in historia loti Theophrastus vocat Lotophagiten, & Pharidem hodie *Gerbi*: Syrtes verò *los Baxos & Secagne di Barbaria*.

c Plinius apud Theophr. legit πυρῶδες: alij verò πυρῶδες.

d Nam alij, qui & suauiores, exosses sunt, alij nucleum continent.

e Priusquam perfectè matureſcat: maturo niger.

f Homerus Odyss. a

τῶν δ' ἔφυς λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν,
ὅσ τε δὴ ἀκαχήμενα πάσιν ἐταίροις, ἔνθ' ὀνόσσαι
ἀλλ' αὐτῆ βούλοιο μετ' ἀνθρώποισι νεμέσθαι
λωτοῦ ἐρικτύπου μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.

g De fructu loti secundæ id Theophr.

h De fructu prioris loti id Theophr.

i De secunda loto hæc Theophr.

k Lori secundæ, Theoph. Vt buxus, tibiæ Phrygiæ, quam ὑμνῳδὸν vocat Pollux, ὑγρὰ φωνῶν, τῶν ὅλων μόσιμον. Virgil.

Tympana vos, buxúsque vocat Berecynthia matris.

Turn.cap.39.30. Vide cap.36.16.

l Lotus vrbana dioscoridi.

m Hanc posthac cap.21.lib.22. Lotometram vocat.

n Theophrasto cap.10.lib.4. historiæ, caulis Ægyptiæ fabæ similis est, non nostrati.

o Theophrastus ibidem.

p Flores comprimi & capita contegere. Vide cap.21.lib.22. infrà scripta multa de hac Loto.

De scapo ipso, & radice loti. CAP. XVIII.

HOc amplius in Euphrate tradunt, & [1] scapum ipsum & florem vespera [a] mergi vsque in medias noctes, [2] totúmque abire in altum, vt ne demissa quidem manu possit inueniri. Verti deinde, paulatímque subrigi, & ad exortum Solis [b] emergere extra aquam, ac florem patefaccre, atque etiamnum [4] exurgere, vt planè ab aqua absit alte.[c] Radicem lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis & castaneas tegit. Interius candidum corpus, gratum cibis, sed [5] crudo gratius decoctum, siue aqua, siue pruna. Nec aliunde magis, quàm purgamentis eius, sues crassescunt.

1 caput.*nodlicus*.Theophr.& CH.
2 tantumque.M.
3 Reuerti deinde.ex Theophr.
4 insurgere.CH.
5 crudum.CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr.loco suprà proximè citato.

b Idem ferè scribitur de flore Arabicæ arboris cap.11.lib.12.

c Corsion vocat Theophrastus.

De paliuro, & Punico malo, & de flore Punici mali. CAP. XIX.

CYrenaica regio loton suæ postponit [a] paliuro. Fruticosior hæc, fructúque magis rubens, cuius nucleus non simul [2] manditur, iucundus per se, atq; suauior è vino, quin & vina succo suo commendans. Interior Africa ad Garamantas vsque, & deserta, palmarum magnitudine & suauitate [3] constat, nobilibus maximè circa delubrum Hammonis. Sed circa Carthaginem [b] Punicum [4] malum [5] cognomine sibi vindicat. Aliqui granatum appellant. Diuisit & in genera, [6] apyrinon vocando, cui [c] lignosus nucleus abest. Sed [7] cādidior ei natura, & blandiores sunt acini, minúsque amaris distincti membranis. Alia structura [8] eorum, [9] vt in fauis, communis. Nucleos habentium v. species, dulcia, [10] acria, mista, acida, vinosa. Samia & Ægyptia, distinguuntur [11] erythrocomis, & leucocomis. Corticis maior vsus ex acerbis ad perficienda coria. Flos [d] balaustium vocatur, & [12] medicinis idoneus, & tingendis vestibus, quarum [e] color inde nomen accepit.

1 Cyrenaice.CH.
2 mandatur.CH.
3 præstat.Dal.
4 malum.in M d.
5 cognomen Parm.
6 apyrenon.D.
7 candidiori natura & blandiore.D.
8 eorum quædam, vt in M.& CH.
9 vt in fanis. Communium & nucleus. Dal.
10 austera.Galeno.
10 erythrococcis & leucococcis.Dal.

ANNOTATIONES.

a Theophrastus cap.4.lib.4. latius & fusius describit quàm Plinius.

b De eo Empedocles, *ἔνθα μὲν ἐλίζονται ὀΐδια, δίπτυχα μῆλα*. Opsigonos appellat, quòd tarde matureſcant fructus, aut serius gignātur: *ὀπιπρόϊνα* verò quòd cortice vestiantur præcrasso, nempe malicorio: vel quòd floribus luxurient: *φοίνιαι* enim & *ὀψιμα μήλα* est, & *βάλανοι*. Rhodig. cap.23.29.

c punus.

c Durus. Ioannes Leo id depingit in cap. de Mechnase. Ea quorum nucleus durus est, Athenæus lib.4. vocat *σπαγοκάρυα*.

d Vide cap.6.lib.23.

e Nimirum punicens.

De Asia & Græcia fruticibus. CAP. XX.

IN Asia & Græcia nascuntur frutices, [1] Epicactis, quem alij embolinen vocant, paruis foliis, quæ pota contra venena prosunt, sicut [a] Erices contra serpentes:

1 Leg. Epipactis, quā alij elleborinem appellant. Ex Dioſc.

ANNOTATIO.

a Et flos & coma, illitu. Dioſc.

De thymelæa, siue chamelæa, & tragacanthe, & de tragio, siue scorpione, & myrice, & brya, & galla. CAP. XXI.

EST in quo nascitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocāt. Fruticem verò thymelæam, alij chamelæam, alij pyros achnen, alij cnestron, alij cneoron. Est similis oleastro, foliis angustioribus, [2] gummosis si mordeantur, myrti magnitudine, semine [a] colore & specie [3] farris, ad medicinæ tantùm vsum.[b] Tragion fruticem sola creta insula gignit, terebintho similem & semine, quod contra sagittarum ictus efficacissimum tradūt. Eadem & tragacanthen, spinæ albæ radice, multùm [4] prælatam apud Medos aut in Achaia nascēti. Pretium eius in libras xiii.[5] Tragion & Asia fert, siue scorpionem,[c] veprem sine foliis, racemis [6] rubentibus, ad medicinæ vsum.[d] Myricen & Italia, quam alij tamaricen vocant, Achaia autem bryan sylueſtrem: insigne in ea, quod satiua tantùm ferat gallæ similem fructum. In Syria & in Ægypto copiosa hæc est, cuius [e] infelicia ligna appellamus, quæ tamen infeliciora sunt Græciæ. Gignit enim arborem [f] ostryn, quā & ostryam vocant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice, & ramis, [g] folio pyri, paulo tamen longioribūs crassioribúsque, ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrūt: semine hordeo simili & colore. Materies est dura atque [7] firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortésque miseras.

1 Fruticem in quo nasc.gr Guid.aliqui linum vocant, alij thymelæam.ex Dioſc.
2 gummiosis. CH.
3 foris. Vet.
4 prælata.CH.
5 Tragon.Dioſc.
6 CH.
6 subeuntib.M. rubis Dioſc.
7 firma. Hæc in (sub. ostrya) Dal.

ANNOTATIONES.

a Fructu pallido (χλωρῷ Dioſc.) principio, tandem rubente. Plinius χλωρὸν herbacei coloris malè vertit. Vide cap.9.lib.27.

b Cretenses hodie vocant γλίγαρον. Aloisius.

c Imò iunci genus.

d Vide infrà cap.19.lib.24.

e Catoni felix arbor, quæ fructum fert: infelix, quæ nullum. Tarquitio apud Macrobium infelices, quæ fructum nigrum ferunt. Rhodig. cap.7.10.

f Theophrastus cap.10.lib.3.

g Foliis pyri maioribus, non multo longioribus, in acutum cōtractis, fibrosis, rugosis circa fibras, tenui per ambitum scissura: reliquis ubris à media costarum modo in rectum iuxta magnā porrectis: materie dura, decolori, exalbida: fructu paruo, oblogo, hordeo simili. Theophr.

De euonymo, & adrachne, coggygria, & thapsia. CAP. XXII.

NEc auspicatior [a] in Lesbo insula arbor quæ vocatur euonymos, non absimilis Punicæ arbori, inter eam & laurum folij magnitudine, figura verò & mollitia Punicæ, flore candidiore, statim pestem denuntians. Fert siliquas [1] sesami similes, intus granum quadrangula figura, spissum, letale [2] animantibus: nec non & in folio eadem vis. Succurrit aliquando præceps alui exinanitio. Alexander Cornelius arborem [2] eonem appellauit,[b] ex qua facta esset Argo, similem robori viscum [3] ferenti, quæ nec aqua nec igni [4] posset corrumpi, sicuti nec viscum, nulli alij cognitam, quod equidem sciam.[c] Adrachnen omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretātur, cùm illa sit herba, & [d] andrachne vocetur, vnius literæ diuersitate. Cæterùm adrachne est sylueſtris arbor, neque in plānis nascens, similis [5] vnedoni, folio tantùm minore, & nunquàm decidente:[e] cortice non scabro quidem, sed qui [6] circungelatus videri possit: tam tristis aspectu est.[f] Similis & coggygriæ folio, magnitudine minor. Proprietatem habet fructum amittendi lanugine (pappum vocant) quod nulli [8] alij arborum euenit. Similis & apharce, bifera æquè quàm adrachne. Priorem fructum incipiente pubescere vua [7] peragit, alterum initio hyemis: quales eos, non traditur. Et [8] ferulam inter externas dixisse [9] conueniet,[f] arborumq; generi ascripsisse: quoniam quārundā naturæ (sicut [10] distinguemus) lignū [11] omne

1 sesamæ.CH.
2 animalibus. CH.
2 eoniam, id est, æternam.
3 ferentem: quæ nec aqua posset corrumpi, sicuti nec viscum, nec igni, nulli alij cognitam. Dal.
4 possit.CH.
5 Lego, vnedoni folio, nunquam decidē tentantum minor. ex Theophr.
6 circumfindatur: ἐπ & περιρρηγνυμένῳ Th. non περιπεπυκνωμένῳ.
7 peragunt.CH.
8 ferulas.M.
9 conueniat.CH.
10 distinguimus.
11 omnino.Dal.

corticis loco habent, hoc est forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, vt sambuci: quædam verò inanitatem, vt harundines. [h] Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo eius genera: Nartheca Græci vocant, assurgentem in altitudinem: [12] Narthechiam verò semper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, vt quæque terræ proxima. [13] Cæterò natura eadem, quæ anetho, & fructu similis. Nulli fruticum leuitas maior: ob id [14] gestatu facilior, baculorum vsum senectuti præbet. [15] Semen ferulæ, thapsiam quidam vocauere: decepti eo, quoniam ferula sine dubio est thapsia, sed sui generis, foliis fœniculi, inani caule, nec excedente baculi longitudinem. Semen [16] quale ferulæ, radix candida. Incisa lacte manat, & contusa succo: [i] nec corticem abdicant, omnia ea venena. Quippe etiam fodientibus nocet: [17] si minima aspiret aura, intumescunt corpora, faciémque inuadunt ignes sacri: ob id cerato prius illinunt. [k] Quibusdam tamen morbis auxiliari dicunt medici, permistam aliis. Item in alopeciis suggilatísque ac liuentibus: ceu verò remedia desint, vt scelera [18] contractent. Sed ista prætexunt noxio instrumento: tantúmque impudentiæ est, vt venenum artis esse persuadeant. Thapsia est in Africa vehementissima. Quidam [l] caulem incidunt per messes, & in ipsa excauant radice, quò succus confluat, arefactúmque tollunt. Alij folia, caulem, radicem tundunt in pila, & succum [20] in sole coactum diuidunt in pastillos. Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperij, nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum [m] thure [21] ceráque & [22] sequuto die contra famam cutem synceram circunferens. Ignem ferulis optimè seruari certum est, eásque in Ægypto præcellere.

12a Narthecyan &c. exeunt folia maxima vt Dal. ex Th.
13 Cætera. M. Lego ex Th. Floris natura ead. quæ an. & fructꝰ sim.
14 gestata facilius. M gestatu facilius. CH.
15 Speciem ferulæ. Dal.
16 quasi. M.
17 Nam si min.
18 contrectent. Dal. non tractent. CH.
19 est, in M.d.
20 insolatu. Dal.
21 ceruſſáque. Mercerus.
22 sequenti. M.

ANNOTATIONES.

a Ordymno monte, cuius mentio fit cap.11.lib.5.Theophr.
b Apollonius 4.Argonaut. scribit, Palladem ex Phago Dodonide nauis eius catinam feciſſe vocalem,

--αὐτίκα δ' ἄφυσ
ἐκχυτὸν ἀνθρωκὴν ὑποπᾶ μεγακηγὸν ὕδωτων
ἀυδήσαν γλαφυρῇ νηὸς δόρυ.

Quamobrem Lycophronis interpres λαλητόκηλ, ait, ἄγκυλον τρόπιν ἐκ τῆς δωδώνης δρυὸς: & Lycophron λάλαθρον πίσσαν, garrulam picam, vocauit. Rhodig. cap. 15.29.
c Theophrastus cap.16.lib.3. Vide infrà cap.21. lib. 16. Cretenses nunc vocant *Audrecles*.
d Pausaniæ in Bœoticis in Helicone Adrachnæ frutices longè suauissimum pomum ferunt.
e Adrachne, non aliter quàm Suber, detracto cortice iuuatur. Eadem, vt & Apharca anno bifera, priorem fructum perficit, cùm yariat vua (παρέβη, Plinio cùm pubescit) alterum cùm floret vua. Plinium fefellit Theophrasti litera malè distincta, in qua post ἀνθεσῶλι, statim subiicitur, ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος ἐλάτην ἢ μίλακα ἀνθεῖν, μικρὸν πρὸ ἡλίου τροπῶν, initio hyemis Taxus & Abies florent, paululum ante brumam.
f Cotinum hanc arborem autor vocat cap.18.lib.16.
g Hoc salici populo, Nerio similiter contingit. Apud Theophrastum vitio lectionis legitur Coccymelæa.
g Suffruticibus annumerat Theophrastus.
h Copiosior clariorq; harum historia petenda è Theophrasto.
i Nec corticem radicis in vsu medicinæ reiiciunt: nam in purgationibus is datur quatuor obolis, succus tribus, lac vno. Dioſc.
k Suspitiosis, diuturnis laterum doloribus, sanguinis reiectionibus. Dioscor.
l Facto in sibitu scrobe, radicis cortice incidûr, aut in ipsa, Dioſc.
m Laudat & id remedium Dioscorides, dum amplius binis horis non dimittatur, postea locus marina calida foueatur.

De cappari, siue [a] cynosbato, aut opheostaphyle, & de sari. CAP. XXIII.

IBi & capparis, firmioris ligni frutex, [1] seminísque & cibi vulgati, caule quoque vna plerumque decerpto. Cauenda eius genera peregrina. [b] Siquidem [2] Arabicum [3] pestilens, Africum gingiuis inimicum, Marmaricum vuluis, & [4] omnium inflationibus. Apulum vomitus facit: stomachum & aluum [5] soluit. Quidam id [c] cynosbaton vocant, alij [d] opheostaphylen. [6] Fruticosi est generis & [e] sari, circa Nilum nascens duorum fermè cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similísque [f] manditur modo: [7] radice ferrariis officinis præcipua, carbonis vsu, propter duritiam.

1 fructuſque in cibis vulg.
2 Arabium. CH.
3 pestilens, gingiuis inimicum. Africum, præcipuè Marmaricũ, vuluis & torminũ inflation. Dal.
4 omnibus. Quidam. omenti. Alij. & torminum insl. Alij.
5 mouet. M.
6 Fruticosi est gen. & sariſa. CH.
7 è rad. Fer. aff præcipuo carbonis. Dal.

ANNOTATIONES.

a Vide infrà cap.13 lib.21. & Theophr, cap.5.lib.6.hist.
b Dioscoridi Arabicum è rubro mari aduectum, itemque Libycum, in cibos non admittenda, quia in ore pustulas excitant, & osse tenus gingiuas exedunt. Aphricum verò, præsertim Marmaricum, vehementer inflat.
c Quoniam hamatas rubi modo spinas habet. Dioſc.
d In nothis Dioscoridis malè phyllostaphylen.
e Theopr. cap.9.lib.4.hist.
f Cum Sarta, ideſt, nati radice canaliculi manditur, mansæ exuccæque reliquiæ, vt fit in Papyro, expuuntur. Theophr.

De spina Babylonis regia, & de cytiso. CAP. XXIIII.

NOn omittendum est & quod Babylone seritur in spinis, quoniam non aliubi viuit, [1] sicut & viscum in arboribus: sed illud in spina tantùm, quæ regia [a] vocatur. Mirum, quòd eodem die germinat, [2] quo iniectum est. Iniicitur autem ipso Canis ortu, & celerrimè arborem occupat. Condiunt eo [3] vina, & ideo [4] serunt. Spina illa nascitur & Athenis

1 estque sicut &. Vet.
2 quod. Vet.
3 vinum. M.
4 seritur. Vet.

Athenis in longis muris. Frutex est & cytisus, ab [5] [b] Aristomacho Athenienſi miris laudibus prædicatus pabulo ouium, aridus verò etiam suum: spondétque iugero eius [6] annua H-S. MM. vel mediocri [7] solo reditus. [c] Vtilitas, quæ eruo, sed ocyor [8] satietas, perquàm modico pingueſcéte quadrupede, ita vt iumenta hordeum spernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior, super omnia [9] pecorum [10] medicina à morbis omni vsu præstante. Quin & nutricibus in defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari [11] iubet: [12] firmiores celcioreſq; infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut si [13] aruerit, madefactum. Apes quoque nunquam defore cytisi [14] pabulo contingente, promittunt Democritus & Aristhomachus. Nec aliud minoris impendij est. [d] Seritur cum ordeo, [15] aut vere semine, vt [16] porrum, [e] vel caule autumno ante brumam. Si semine, madidum: & si desint imbres, satum [f] spargitur. Plantæ cubitales [17] seruntur scrobe pedali. Seritur [18] per [19] æquinoctia tenero frutice. Perficitur triennio. Demetitur verno æquinoctio, [g] cùm florere [20] desiit, vel pueri vel anus viliſſima opera. Canus aſpectu, breuiterq; si quis exprimere similitudinem velit, [21] anguſtioris trifolij frutex. Datur animalibus post biduum semper. Hyeme verò quod inaruit, [h] madidum. Satiant equos denæ libræ, & [22] portione [23] minora animalia: obitérque inter ordines allium & cæpe seri [i] fertile est. Inuentus [24] hic frutex in Cythno insula, inde translatus [25] est in omnes Cycladas, mox in vrbes Græcas, magno casei prouentu: [26] propter quod maximè miror rarum esse in Italia. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut nis iniuriam expaueſcit. Adiicit Hyginus, ne hostium quidem, propter nullam gratiam ligni.

5 Antilomaco Athenienſe. CH.
6 Annuos perplures. ve &c. Vet.
7 soli reditu. Dal.
8 satias CH.
9 secundum. M & CH.
10 medicinæ in omni morbo Vet. medicinæ & ocium morbis. Alij Vet.
11 iuuat M.
12 & firm M.
13 inaruerit. CH.
14 pabulum contingentes. M.
15 aut eruo.
16 ocymum. Colum.
17 præferuntur. M. & CH. transferuntur. Dal.
18 post. Vet.
19 æquinoctiũ. Dal.
20 desinit, vel pueri manu, vel viliſsima op. M. desi. vel pu. vel an. vel viliſs. CH.
21 amp'ioris. Vet.
22 ad portionẽ. CH.
23 maiora. M.
24 est hic. CH.
25 est, &, magno, quod sequitur, in M. d.
26 præterea quod max. mi. rarum est. CH.

ANNOTATIONES.

a Theoph. cap.13. lib.2. de Cauſsis, & cap.14. eiusdem ἱστορικῶν. Vide infra cap. 8. lib. 29. Id semen, vt equidem sentio, Cassuthæ noſtræ est, quam alibi Plinius Gadytam vocat.
b Columella cap.vlt.lib.5.
c Ad valetudinem & fagiuam.
d Columellæ cap.4.lib.9. Satium est, & suæ sponte.
e Vel ramis, Autumno instante ante Septembrem. Ex Colum. hic Plinius (vt pomum) indiligenter vertit ex autore Græco, apud quem scriptum fuit, οἱ περιπλεῖς φυτεύσθωσαν, in areolis seri, quemadmodum & Columella reddidit.
f Rigatur quindecim proximis diebus. Colum.
g Nam tota hyeme floret.
h Mad. factum & macerarum. Nam aridum maiores vires habet & minus satiat. Colum.
i Vile. observa. Vide Columellam cap.4. lib.9.

De fruticibus & arboribus noſtri maris, atque Rubri, & Indici. CAP. XXV.

NAscuntur & in mari frutices [a] arboréſque, minores in noſtro. Rubrum enim, & totus Orientis Oceanus refertus est syluis. Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos: quoniam alga [b] herbarum magis vocabulum intelligitur: [1] hic autem est frutex. Folia [c] lata colore viridi gignit, quod quidam praſon vocant, alij zoſtera. Alterum genus eiusdem, capillaceo folio simile fœniculo, in saxis nascitur: [d] superius in vadis haud procul litore: [e] verno vtrunque: & interit autumno. [f] Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt, laudatiſsimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis. Tertium est gramini simile, radice geniculata & caule, qualiter calami. Aliud genus [2] fruticum bryon vocatur, folio lactucæ, rugoſiore [3] tantùm, [g] iam hoc interius nascens. In alto verò abies & quercus cubitali altitudine. Ramis earum adhærent conchæ. Quercu etiam tingi lanas tradunt. [h] Glandem etiam quaſdam ferre in alto: naufragis hæc deprehenſa vrinantibúsque. Et aliæ traduntur prægrandes circa Sicyonem. Vitis enim paſsim nascitur. [4] Sed ficus [i] sine foliis, rubro cortice. [5] Fit & palma fruticum generis. Extra Herculis columnas porri fronde nascitur frutex, & alius lauri & thymi, qui ambo iecti in pumicem transfigurantur. At in Oriente mirum est, statim à Copto per solitudines nihil gigni, præter spinam, quæ sitiens vocatur, & hanc raram admodum. [k] In mari verò Rubro syluas viuere, [l] laurum maximè & oliuam ferentem baccas: & cùm pluat, fungos, qui sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum ipsorum magnitudo [6] ternorum est cubitorum, [7] caniculis referta, [m] vt vix [8] prospicere è naui tutum sit, remos plerunque ipsos inuadentibus. Qui nauigare [9] in Indos Alexandri miltes, frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem fuiſse, exemptam sole

1 hic autem frutex folia &c. quem quidã. Dal.
2 phycorum.
3 tamen. Th.
4 Sed & ficus. Vet.
5 est & ibi palma Vet.
6 ternũm cubitorum est. CH.
7 carchariis. Theophr.
8 respicere. Vet.
9 ab Indis. Dal.

protinus in ſalem areſcentem. Iuncos quoque lapideos perquàm ſimiles veris per litora, & in alto quaſdam arbuſculas colore[n] bubili cornus ramoſas, & cacuminibus rubentes: cùm tractarentur, vitri modo fragiles, in igne autem vt ferrum inardeſcentes, reſtinctis colore ſuo redeunte. Eodem tractu inſularum ſyluas operit æſtus, quanquam[10] altiores[o] platanis populiſque altiſſimis. Folia iis[11] lauri, flos violæ & odore & colore. Baccæ, vt oleis, & ipſæ odoris iucundi[p] autumno naſcentes foliis nunquam deciduis. Harum minores totas integit mare. Maximarum cacumina extant, ad quæ naues religantur: & cùm receſſit æſtus, ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eiſdem accepimus eodem in mari viſas, ſemper folia retinentes: fructu earum lupino ſimili. Iuba tradit, circa Troglodytarum inſulas fruticem in alto vocari.[12] q Iſidos plocamon, corallio ſimilem ſine foliis: præciſum mutato colore in nigrum dureſcere. Cùm cadat, frangi. Item alium,[13] qui vocatur[r] charitoblepharon, efficacem in amatoriis.[s] Spathalia eo facere & monilia fœminas. Sentire eum ſe capi, duraríque cornus modo, & hebetare aciem ferri. Quòd ſi fefellerint inſidiæ, in lapidem transfigurari.

30 altiores ſint. 11 laurea. M. & CH.

12 Iſidis crinem. CH.

13 qui vocetur charitò blepharon. CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 7. & 8. lib. 4. hiſt. Vide infrà cap. 7. & 9. lib 32.
b Plinius ſatis negligenter hoc ſtatuit.
c Ταινιοειδῆ Theophr. faſciæ ſimilia: vel, vt alij legunt, τετανοειδῆ, diſtenta.
d Ξυρά.
e Veré vtrumque. Non de Zoſtere id Theophr. ſed de fœniculacea tantùm, quam ſcribit extremo vere naſci, æſtate vigere, autumno languere, hyeme mori.
f Diuerſum hoc algæ tinctoriæ genus, à fœniculacea Theophr. memorat, laudatiſſimamq; prouenire Aquilonis locis Cretæ ait, vbi ſpongiæ, & alij id genus maximi frutices, marinæ ſe plantæ præſtantiores gignuntur. vide cap. 6. lib. 32. & cap. 7. lib. 27.
g Iam hoc in alto naſcens. Terris verò abies vicina & quercus. ex Theophr. cap. 7. lib. 4. hiſt.
h Apud Athenæum lib. 7. Polybius narrat in mari Luſitanico gigni quercus, quarum glande Thyni veſcantur, & pinguescãt itaque à vero minimè aberraturum, qui Thynnos eſſe marinos porcos dixerit.
i Εὐφυλλὰς, foliis comoſa. Ficus ſimilitudo abſque foliis intelligi nequit, niſi fructus illam oſtendat.
k Theophr. cap. 8. lib. 4. hiſtor.
l Agriæ prorſus ſimilem: oleam verò folio tantùm. Theophr.
m De hoc Theophraſtus nihil.
n In Adriatico quæ arbuſculæ naſcuntur, glutini taurino colore ſimiles ſunt.
o Magnitudine platanorum. Theophr.
p Flore & fructu primo autumno naſcente, vere defluente. Theophraſt.
q Quidam corallium eſſe volunt, coloris punicei, non rubri, oculis quidem grati, & arridentis, ſed minoris pretij, & autoritatis quàm quod ſaturatius & plenius rubet. Horum opinioni non aſſentior, quoniam Iſidos plocamos præciſus nigreſcit, non autem id corallij genus.
r Nigrum eſſe corallum hinc quidam arbitrantur, quòd olim in ſupercilijs fœminarum, color niger pulcherrimus & vetuſtiſſimus haberetur. Quamobrem medicamenta ſupercilijs tingendis apta καλλιβλέφαρα priſci vocauerunt.
s Σπαθάλη, ornamentum muliebre, brachialis & armillæ loco. Alluſit ad id Claudianus in Epithalamio,

Et grauibus Spathali: bacis diadema ferebat
Intextum, rubro quas legerat ipſa profundo.

C. PLINII

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XIIII.

In quo frugiferæ arbores traduntur.

Proœmium.

EXTERNÆ Arbores, indociléſque naſci alibi, quàm vbi cœpere, & quæ in alienas non commeant terras, hactenus[1] ferè ſunt. Licétque iam de communibus loqui, quarum omnium peculiaris parens videri poteſt Italia. Noſcentes tantùm meminerint, naturas earum à nobis interim dici, non culturas: quanquàm & colendi[2] maxima in natura portio eſt. Illud ſatis mirari nõ queo, inter iſſe quarundam memoriam, atque etiá nominum, quæ autores prodidere, notitiam. Quis enim non communicato orbe terrarum, maieſtate Romani imperij profeciſſe vitá, putet commercio rerum ac ſocietate[a] feſtæ pacis, omniáque etiá quę occulta antè fuerant, in promiſcuo vſu facta? At hercule nõ[3] reperiuntur, qui norint multa ab antiquis prodita:[4] tanto priſcorum cura fertilior, aut induſtria felicior fuit, ante millia annorum inter principia literarum Heſiodo præcepta[5] agricolæ pandere orſo, ſubſecutíſque non paucis hanc curam eius, vnde nobis creuit labor. Quippe cùm requirenda ſint non ſolùm poſteà inuenta, verùm etiam ea, quæ inuenerant priſci,[6] deſidia rerum internecione memoriæ inducta. Cuius ſomni cauſas quis alias, quàm publicas mundi, inuenerit? Nimirum alij ſubiere ritus, circáque alia mentes hominum detinẽtur, & auaritiæ tantùm artes colũtur. Anteà incluſis gentium imperiis intra ipſas, ideóque & ingeniis, quadam ſterilitate fortunæ, neceſſe erat animi bona[7] exercere: regéſque innumeri honore artium colebãtur, & in oſtentatione has præferebant[8] opum, immortalitatem ſibi per illas[9] prorogari arbitrantes. Quare abundabant & præmia, & [10] operæ vitæ. Poſteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit, poſtquàm Senator cenſu legi cœptus, iudex fieri cenſu, magiſtratum ducémque nil magis exornare, quàm cenſus: poſtquàm cœpere orbitas in autoritate ſumma & potentia eſſe, captatio in quæſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia in poſſidendo: peſſum iere vitæ pretia: omnéſque à[b] maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium cecidere, ac ſeruitute ſola profici [11] cœptum. Hanc alius alio modo, & in aliis adorare,[12] eôdem tamen, habendi quò eat ſpes, omnium tendente voto. Paſſim verò etiam egregij aliena vitia, quàm bona ſua, colere[13] malle. Ergo hercule voluptas viuere cœpit, vita ipſa deſiit. Sed nos obliterata quoque

1 ferè narratæ ſunt. Dal.

2 maximè. M.

3 multi non rep. qui norint ab antiquis.
4 Tantum. Vet.

5 agricolis. CH.

6 deſ. aut rerum intern. memoria inducta indicta. M. & CH.

7 exercere. Reges. M.
8 opes. Vet. præferebant, opem & immortalitatem. M.
9 prærogari. M.
10 opera. Dal.

11 ceptæ. M.
12 eodem tamen habendi quæſtu ad ſpes M. lego, eadem tamen habendi ſpe, ad quæſtum, omnium. eód. tam. habendique ad ſpes &c. CH.
13 mauunt. Dal.

que scrutabimur. Nec deterrebit quarundam rerum humilitas, sicut nec in animalibus fecit. Quanquàm videmus Virgilium præcellentissimum vatem, ea de causa hortorum

14 & tantis quæ ret. CH.

c dotes fugisse: [14] è tantisque, quæ retulit, flores modò rerum decerpsisse, beatum felicémque [15] gratiæ xv. omnino generibus vuarum nominatis, tribus oleæ, totidem pyrorum, malo verò tantùm Assyrio, cæteris omnibus neglectis. Vnde autem potiùs incipiemus, quàm à vitibus: quarum principatus in tantum peculiaris Italiæ est, vt vel hoc vno omnia gentium vicisse, quanquàm odorifera, possit videri bona: quanquàm vbicunque [16] pubescentium odori nulla suauitas præferatur.

15 gratia. Anj. Græcig. Parm.

16 floreſcentiũ. Turn.

ANNOTATIONES.

a Quo die Romani pacem cum hoste faciebant, Diis tantum sacra persoluebant, & vota, ab omni opere abstinentes. Inde festa pax.

b Libertate.

c De hortorum cultura nihil scripsisse.

De vitium natura, & quibus modis ferant. CAP. I.

1 Populonio. CH.

VItes iure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Iouis simulacrum in vrbe [1] Populonia ex vna cõspicimus, tot ævis incorruptum: Item Mas siliæ pateram. Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesię Dianæ scanditur [2] vite vna Cypria, vt ferunt, quoniam ibi ad præcipuá amplitudinem exeunt. Nec est ligno vili æternior [3] natura. Verum ista ex sylvestribus facta crediderim, [4] quando hæ vites tonsura annua coercentur, & vis earum omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines, succique tantùm gratia ex his pluribus modis ad cæli mores, solique ingenia. In Campano agro populis nubunt: maritásq; cõplexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato cursu scãdentes, cacumina æquant, in tantum sublimes, vt [5] vindemiator [b] autoratus rogum ac tumulũ excipiat. Nullo fine crescunt, diuidique aut potiùs auelli nequeũt. Villas & domos ambiri singularum palmitibus, ac sequacibus [6] loris quoque, memoria dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius existimauit. Vna viti Romę [c] in [7] Liuiæ portibus subdiales inãbulationes vmbrosis [8] pergulis opacat, eadem duodenis multi amphoris fœcunda. [9] Vlmos quidem vbiq; exuperant. Miratúmque altitudinẽ carũ Ariciæ ferunt [d] legatũ regis Pyrrhi Cineam fecerè lusisse [e] in austeriorem gustum vini, meritò matrem eius pendere in tam alta cruce. [f] Rumbotinus vocatur, & alio nomine [10] populus arbor Italiæ Padũ transgressis, cuius tabulata in orbem patula replent, pu[illegible]que [11] producto [g] dracone in palmam eius, inde in subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Eædẽ modici hominis altitudine adminiculatæ fudibus [12] horrent, vineámque faciunt: [13] & aliæ improbo reptatu, papinetúmque [14] superfluitate peritia [15] domini [h] amplo discursu atria media [16] complentes. Tot differẽtias vel sola tantùm Italia recipit. Stat prouinciarum aliquarum per se vitis sine vllo pedamento, arcus suos in se colligens, & [17] & breuitate crassitudinẽ pascens. Veniant hoc [18] aliubi venti, vt in Africa & in Narbonensis prouinciæ partibus. Excrescere [19] vlt a suos pollices prohibitæ, sempérque [20] i pastinatis similes, harum modo vagantur per arua, ac succum terra passim vuis bibunt, quæ ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africæ parte exuperant. Vua non [21] alibi [22] gratior collo, vt inde possit inuenisse nomen [23] k duracina. Nanque genera magnitudine, colore, saporibus acinis, innumera', etiánum multiplicantur vino. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent, roseo, nitẽtque viridi. Candicans enim nigérque vulgares. Tument verò mammarum modo [l] bumasti. Prælongis dactyli porriguntur acinis. Est & illa naturæ lasciuia, vt prægrandibus adhærcant pauci, mites, & suauitate certantes: leptoragas has vocant. Durant alibi per [24] hyemem, [25] pensili concameratæ nodo. Alię in sua tantùm continentur anima [m] collis ficulibus, & insuper [26] doliis inclusæ, stipatæ vinaceis circunfudantibus. Aliis gratiam, cui & vinis, fumus affert [n] fibrilis, [27] issque gloriam præcipuam in fornacibus Africæ Tiberij Cæsaris autoritas fecit. Ante eũ Rhæticis prior mensa erat, & vuis Veronensium [28] agro. Quin & [o] patientia nomen acinis datur passis. Conduntur & [p] musto vuæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ [29] decoctæ in musto

2 ex vite Dal.

3 materia Ver.

4 quando, in M.d.

5 vindemitor auctoratus. CH.

6 loris, memoria quo qu[illegible]digium Valer. Corn. et.

7 Liuiæ porticibus subdialibus M.

8 opercntis M

9 Vlmi g v. exuberãt. M.

10 populus Dal.

11 perductu. Turn. perductæ. CH.

12 hærent Agi [illegible]at[illegible] Quidam & alias Ali.

13 superflua peritantia Dal.

14 domini. Ver.

15 complen. Dal.

16 breuitatem crassitudine pensans. Dal.

17 alicubi. M.

18 vltra fenos. Dal.

19 putatis Dal.

20 alibi CH.

21 crassiore. Turn. ca.

22 lib. 35.

23 durus acinus. CH.

24 hyemes CH.

25 pensilis congeminatæ nodis Dal. pensili congiomeratæ nodo. Ver. pensilis eõe modo M.

26 doliis ficilibus. Ctl

27 quæ in ea gloria præcipua. H.

28 agri Dal.

29 id. cocto nempe sapa. Dal. sic CH.

in musto dulcescunt: aliæ verò sobolem nouam in matre ipsa expectant [30] translucidę vitro, addítque acinis [31] eandem, quam in doliis amphoríssve, duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo: [q] Iam inuenta [32] vitis per se in vino picem [33] respiciens, [r] Viennensem agrum nobilitans, Aruerno, Sequanóque & [s] Heluico generibus non pridem illustrata. Atque hæc Virgilij vatis ætate incognita, à cuius obitu xc. anguntur anni. Quid, quòd [34] insertæ castris summam rerum imperiúmque [35] continẽt? Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines [36] ad lentas perducit [37] aquilas, [t] atque etiã in delictis pœnam ipsam honorat. Nec non vineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeò magnum obtinent locum, vt per sese [38] vino ipso remedia sint.

30 translucido. Dal.

31 eandem. Ver.

32 vitis, in M.d.

33 respiens Viennẽse agro. Nobilitas Aruerna. Ver.

34 inserea. CH. & Turn. inserea &c. contineãt M.

35 continent centurionum &c. Ctl. Tur.

36 ad leuatas. Ver. ad elatas.

37 aquilas atque. Turn.

38 vina ipsa. M.

ANNOTATIONES.

a Theophrastus cap. 5. lib. 1. hist. vitem inter arbores recenser: Columella lib. 11. arborem esse negat, sed medium quoddã genus inter arborem & fruticem esse vult.

b Dum ad putandum vineam conducitur, pacisci tur, si forte casu pereat, rogum ac sepulchrum sibi fieri impendio autoranti.

c De Liuiæ porticu vide Sueton. in Augusto. De porticibus miliariis stadiariis, subterraneis, simplici, duplici ordine columnarum extructis, vide Lucium Faunum cap. 5. lib. 3. in explicatione porticus Octauiæ, vbi nunc est Ædnum Diuæ Mariæ in Porticu.

d Eum ἄσπαστον, infecta pace Senatus remisit, vt ait Plutarchus in Pyrrho, ἀποκριναμένου ἡσυχάζειν τὸν ἱκετεύοντα, εἰ δίκαιος, μᾶλλον φιλίας καὶ συμμαχίας διαλεγόμενα. De eo legato Ennius apud Varronem,

Orator sine pace redit regique refert rem.

e Vinum eiusmodi atrum & asperum, Crucium vocat Festus, Gallum Lucilius:

Quæ gallam bibere acrugas conducere ventri
Farre aceroso, oleo decumano, pane cocto
Cumano.

Exemplo Alexidis poëtæ, εἶνος ἐγκωμιαστὴς μᾶλλον ἢ γεωργὸς ἀνὴρ μαρτυρεῖ βασανισθείς.

f Rumbotinus Colum. cap. 7. lib. 5. non arboris genus, sed arbusti Gallici, vulgò *de Itamins*. Vide infrà cap. 19. lib. 24.

g Emerito palmite, multis annis durato. Sic vocant à squamoso & aspero cortice, qualis est draconum cutis, vel à longitudine anguinea. Scalig. pag. 312. versu. 33.

h Hæ sunt iugatæ & compluuiatæ vites.

i Nam cùm vinea pastinatur, soluta suis adminiculis sarmenta vinitores humi iacere patiuntur, quod putata suis rursum pedamentis alligent.

k Vulgò *Piquepoulle*, Monspessulanis verò *Marroquin* à *Marroch* Africæ ciuitate.

l Ollares vocat Aurelianus. Vide Columellam cap. 43. lib. 12. Martial. lib. 7. de Sanctra cœnarum fure his versibus:

Dulci placenta sordidam lini mappam
Illic & vnæ collocantur ollares.

Aëtius vocat σκαφυλίδα ἀπὸ χήτους, καὶ ἐκ τῶν σταφυλῶν. Dioscor. σκαφυλίδα ἐκ σταφυλῶν, καὶ ἐκ τῶν βοτρύων.

m Horum condituræ generum meminit Cato cap. 143. & cap. 7. Varro cap. 58. 1.

n Fabriles vocat Aurelianus cap. 3. lib. 4. Chronion. Vide cap. 1. li. 23. & cap. 17. lib. 15.

o Fallitur Plinius. Passas vocamus quòd ad Solem expandantur.

p Nempe Sapa, vt cap. 1. lib. 23. Conduntur enim musto, vino dulci, sapa, aqua cœlesti.

q Allobrogica, cap. proximè sequenti vide & cap. 1. lib. 23.

r Eius vinum in summo apud Romanos pretio fuisse tradit Plutarchus lib. 5. Sympos. Quæst. 3. ἡ τῶν Ἀλλοβρίγων, inquit, ἐπιφανὲς μὲν ἦν πάλαι τοῖς Ἕλλησιν, ἐν δὲ τῷ νῦν βίῳ καὶ γαλατικὸς ἀποστέγνους ἔνιους καταπλήττει, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ τῶν βαρβάρων.

s Heluij hodie *Vivarez*.

t Polybio, tribuni Rufuli legionum delicta coërcebant, vt auxiliarium copiarum, Socium præfecti. Rhodig. cap. 22. 25. In castigandis militibus centuriones vitem adhibuisse traditum à Liuio lib. 57. & à Floro, obseruatumq; ab Africano Scipione qui Numantiam euertit. Huius supplicij meminit Plutarchus in Galba. Macrobius centurialem vitem appellat. Martianus. ff. de re militari, Si miles vitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manũ centurioni intulit, capite punitur. Rhodig. cap. vit. lib. 26. Qui castigatur à Centurione miles, Pompeio sub vineam iacere dicitur. Vide Pithœum cap. 15. lib. 1. Scipio Æmilianus si quem militẽm deprehendisset in delicto, Romanum ciuem, vulgaro inter milites exemplo, vite, externum verò fustè cædebat. Alex. ab Alex. cap. 21. li. 1. Castigationum ac animaduersionum militarium varietatem, & grauiorem leuioremq; modum, pro noxæ magnitudine & conditione, vide apud eundem autorem cap. 13. lib. 2. Iuuenal Sat. 8.

Nondum posthac fi iungebat vertice vitem,
Si lentus fuga mouisset castra dolabra.

Gerebant vitem centuriones. Vitis cum, cui erat aquila commissa, paulatim & lentè ad Primipili centurionatum perducebat. Turn. cap. 26. lib. 25.

In antiqui denarij aduersa parte Romæ caput signatum est, in aduersa Centurio vite bifida militem scutatum & hastatum genibus flexis tanquam supplicem verberans cum hac scriptura, T. DEIDI.

De generibus vitium. CAP. II.

1 posse, in Ver. d.

GEnera vitium [a] numero comprehendi [1] posse vnus existimauit Democritus, cuncta sibi Græciæ cognita professus. Cæteri innumera atq; infinita esse prodiderũt, quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maximè insignia: quippe quæ totidem penè sunt, quot agri. Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua prorietate miraculum, ostendisse satis erit. Principatus datur [b] Ammineis propter firmitatem, [2] senióque proficientem vini eius vbique vitam. Quinque earum genera: ex iis germana minor acino [3] melior defloreſcit, imbres tempestatésque tolerat: non item maior, sed in arbore, quàm in iugo, minùs obnoxia. Gemellarum, quibus hoc nomen vuæ sem per geminæ dedere, asperrimus sapor, sed vires præcipuæ. Ex iis minor Austro læditur, cæteris ventris alitur, vt in Vesuuio monte, Surrentinísque collibus. In reliquis Italiæ partibus non nisi arbori accommodata. Quintum genus [c] lanatæ, ne Seres miremur, aut Indos, adeò lanugo eam vestit. Prima ex ammineis matureſcit, ocyssiméque putreſcit. Proxima dignitas Nomentanis rubente materia: quapropter quidam [4] rubellas appellauere vineas. [5] Eæ minus [6] fertiles vino, acinis & fæce nimię, contra pruinas fortissimæ, siccitate magis quàm imbre, æstu quàm algore vexantur. Quamobrem in frigidis humidisq; principatum obtinent. Fertilior, quę minor acino, & folio scissa minus.

2 senique prof. vi. e. vique. CH.

3 acin melius. M. lego, acino, melius defloreſcit.

4 Rubellinas. Colũ.

5 Hæ. CH.

6 fertiles, vinaetis & fece natura. M. ab. Ctl.

nus. Apianis apes dedere cognomen, præcipuè earum auidæ. Ex his [d] duo genera, lanugine & [7] ipsa pubescunt. Distant, quòd altera celeriùs matureſcit, quanquàm & altera properante. Situs frigidos non reſpuunt: & tamen [8] nullæ celeriùs imbre putreſcunt. Vina primò dulcia, auſteritatem annis [9] accipiunt, & rubra fiunt. Nulla magis [e] vitæ gaudet. Et hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiæ. Cæteræ aduenere [f] Chio, Thaſóve. [g] Græcula nõ inferior ammineis [10] bonitate, prætenera acino: & vua tam parua, vt niſi pinguiſſimo ſolo [11] colore non proſit. Eugeniam Tauromitani colles cum generoſitatis cognomine, miſere Albano tantùm agro: quoniam tranſlata ſtatim mutatur. Nanque eſt aliquibus tãtus locorum amor, vt omnem in [12] his gloriã ſuam relinquant, nec vſquam tranſeant totæ. Quod & in [h] Rhetica Allobrogicáque, quam [i] ſuprà picatam appellauimus, euenit, domi nobilibus, nec agnoſcẽdis alibi. Fœcũdæ tamen, bonitatis vice copiam præſtant: Eugenia feruentibus locis, Rhætica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu matureſcens, & colore nigra. Ex his, quas adhuc diximus, ſed etiam è nigris vina vetuſtate in album [13] colorem tranſeunt. Reliquæ ignobiles. Aliquando tamen cęli aut [14] ſoli opera non fallunt vetuſtatem, ſicuti [k] fecenia, & cum ea florens [15] Biturica, acino rarior, nunquàm [16] floris obnoxij, quoniam antecedunt, ventíſque & imbribus reſiſtunt, meliores tamen algentibus locis, quàm calidis: humidis, quàm ſitientibus. Vix vlla magis [17] tam denſo vuarum partu, impatiens variantis cœli, ſed contra tenorem vnum algoris eſtúſve conſtans. [m] Quæ minor eſt ex eo genere, melior. In eligendo ſolo moroſa, pingui putreſcit, gracili omnino non prouenit. Mediam [10] temperiem delicatè quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Vua eius indecora viſu, ſaporc iucunda: niſi matura protinus [18] rapiatur, etiam non [n] putreſcens cadit. Contra grandines eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia. Inſignes ſam colore inter purpureas nigráſque medio [o] heluolæ, ſæpius [19] varianti, & ob id [20] varianæ à quibuſdam appellatæ. Præfertur in his nigrior: vtraque alternis annis fertilis: ſed melior vino, cùm parcior. Et [21] precia duo genera magnitudine acini diſcernuntur, quibus materies plurima, vuáque ollis vtiliſſima, folium apio ſimile. [22] Baſilicam Dyrrhachini celebrant, Hiſpaniæ [23] cocolobin vocant. Rarior vua, æſtus Auſtróſque tolerat: [p] capiti inimica, copia larga. Hiſpaniæ duo genera eius faciunt: vnum oblongo acino, alterum rotundo: nouiſſimas vindemiant. Quo dulcior [24] cocolibis, hoc melior. Sed & auſtera tranſit in dulcem [25] vetuſtate: & quæ dulcis fuit, in auſteritatem: [26] túncque Albano vino æmulantur. Tradunt veſicæ vitiis vtiliſſimum ex his potum. Albuelis ſummis arboribus fertilior eſt, viſula imis. Quamobrem circa eaſdem ſatæ diuerſitate naturæ locupletant. Inerticulam è nigris appellauere, iuſtiùs [q] ſobriam dicturi, inueterato præcipuè commendabilem vino, ſed viribus innoxiam. Siquidem [r] temulentiam ſola non facit. Fertilitas commendat cæteras, [27] principémque heluenacam. Duo eius genera: maior, quam quidam longam: minor quam [28] arcam appellant, non tam fœcũdam, ſed gratiorem hauſtu. Diſcernitur folio circinato. Verùm vtraque gracilis. Furcas ſubdere his neceſſarium: alioqui vbertatem ſuam non tolerant. Maritimo afflatu gaudent, [29] roſcido odore. Nulla vitium minus. Italiam [30] amat, rara, parua, putreſcens in ea: vino quoque, quod genuit, æſtatem [31] non exuperans. Nec alia macro ſolo familiarior. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celſum tranſcripſit, arbitratur non naturam eius repugnare Italiæ, ſed culturam, auidè palmites euocantium. Ob id [32] fertilitatem ſuam abſumi, ſi non præpinguis ſoli vbertas laſſeſcentem ſuſtineat. Carbunculari negatur, magna dote, ſi verum eſt, aliqua in vite cælo non eſſe ius. Acſtum fert ſpionia, quam quidam ſpineam vocant, [33] autumníſque & imbribus pingueſcit. Quinimo nebulis vna alitur, ob id Rauennati agro peculiaris. [34] Veniculam inter optimè defloreſcentes, & ollis aptiſſimam, Campani malunt [35] ſirculum vocare, alij [36] ſtaculam, Tarracina numiſianam, nullas vires proprias habentem, ſed totam perinde ac ſolum valeat. Surrentinis [37] tamen efficaciſſima teſtis Veſuuio tenus, ibi enim murgentina è Sicilia potiſſima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: ſicut [s] horconia in Campania, tantùm vilitatis cibarię, ſed vberrate præcipua.

Tolerat

7 ipſæ. M.

8 nulla celerius matureſcit imbre. ol.

9 accipiunt: & ex his rubra fiunt. Dal. accipiunt. Hetruria nulla magis vite gaudet. CH. & Mere.

10 bonitatem. CH.

11 colere non poſſit. M coaleſcere nõ poſſit. Vet.

12 iis. CH.

13 colore tranſeunt, Reliqua. CH.

14 ſolis. M.

15 Biturjaca. CH.

16 tempeſtatibus obnox. quoniã folia antecedunt. Dal.

17 quàm denſo. M. Aut, eam. deleoant lego, condenſo. Dal.

18 rapitur. CH.

19 variant. Dal.

20 variæ. Colum.

21 pretiæ. Dal.

22 Baſiſcham. CH.

23 cocolobem. Colũ. vulgo. Subi.

24 eſt cocabolis. CH.

25 vetuſtatem. Dal.

26 cuius Albanum vinum. M. ráp &c. CH.

27 præcipueque. Dal.

28 arcum. M. Emarcũ. Colum.

29 roſcida odẽre. Dal.

30 amat: vua rara. Dal.

31 non exit errãs. M.

32 fertilitate ſua. Dal.

33 autumníque imbribus angeſcit.

34 Veniculam. Colum. -veniculas conſentit illis ſtirpi.

35 ſcirpiam Colum. Iocundus. M. ſcpeculam. CH.

36 ſticulam. Colum. qui alia ab hac. Nutriſtianam ſtatuit.

37 tamen.

Tolerat & annos [38] mœrica, contra [39] omne ſidus firmiſſima, nigro acino, vinis [40] vetuſtate rubeſcentibus.

38 Merica, abſque diphthongo. Colum. & CH.

39 omnes ſitus M.

40 in vetuſt. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Vide Theophr. cap. 7. lib. 2. hiſtor. Columel. cap. 2. lib. 3.

b Vulgò *Gros plant*. Quidam feribunt cum duplici m, ſyllaba media correpta. Auſonius,

Solus qui Chium miſcet & Ammineum:

alij cum ſimplici, m media producta. Serenus,

Succus Aminææ vitis cum pane medetur.

Turn. cap. 26. 29. Virgil.

Sunt & Aminææ vitis fortiſſima vina.

Heſychius in ſuis Gloſſis, Ἀμμιναῖος, ὁ ἰνὸς ὁ ἰσχυρός, ὁ γὰρ ψιλὸν λέγεται, ἀμμιναῖος λέγεται.

c Cuius lanugine veſtiuntur auerſa folia. Lanatam vuam Marcellus Empiricus cap. 14. Caniculatam vocat, veluti lanugine caneſcentem & hirtam.

d Maior & minor, vel candicans & nigra.

e Vinea. Vuas enim Apianas è vinea longè ſuauiores eſſe quàm pergulis, arbuſto, iugo, compertiſſimum eſt. Vulgò *Muſchat*.

f Tibullus.

Nunc mihi fumoſos veteris proferre Falernos
Conſulis, & Chio ſoluere vincla cado.

g *Raiſins de Corinthe.*

h *Dila valoblat*: Allobrogica Vienneníis, *qui ſont la violette*. Allobrogicum vinum, quod ex Allobrogica ſit. Celſus vocat c. 5. li. 4.

i Sub finem primi capitis huius libri.

k Suprà Rubellæſic dicta, quòd fœcis plus afferat, quàm cæteræ. Columel.

l *Le plant d'Orleans.*

m Viſulam eam dictam fuiſſe oſtendit Columella, qui hæc omnia de Viſula tradit.

n Talis eſt quam Lugdunenſes vocant, *des Gamets*.

o Elueolæ, olim olera, eleræ: inde Eluela, olera minuta, & Elueola vitis herbacei colotis, Titinnius, *Lenti calido, eluela, rapula, rumices*. Scaliger.

p Tale vinum eſt ex ea expreſſum, quod Monſpeſſulani vocant *Piquardant*.

q Latini ſic vocarunt, quòd innoxia ſit & iners tentandis neruis. Columel.

r Ideo Græci Amethyſton vocant. Columel.

s Fortaſſis quam Arelacam maiorem Columella vocat.

Item de vitium generibus, ſecundùm locorum & regionum proprietatem.

CAP. III.

ET hactenus publica ſunt genera: cætera regionũ locorúmque, aut ex his inter ſe inſitu miſta. Siquidem Thuſcis peculiaris eſt tudernis, [1] atque etiam eius nominis florentia. Eſt [2] opima Aretio talpana, & [3] eteſiaca, & [4] conſeminia. [5] [a] Talpana nigra candidum facit muſtum. [b] Eteſiaca fallax, quæ quò plus tulit, eò laudabilius fundit: [6] mirúmque, fœcunditate ceſſat. [c] Conſeminia nigra, vino minimè durante, vua maximè: poſt xv. dies, quàm vlla alia metitur, fertilis, ſed cibaria. Huius folia, ſicut labruſcę, prius quàm decidant, ſanguineo colore mutantur. Euenit hoc [7] etiam quibuſdam aliis, peſſimi generis argumento. [8] Irtiola Vmbriæ, Meuanatíque & Piceno agro peculiaris eſt, Amiternino [9] pumula. Iiſdem [10] bannanica fallax eſt: amant tamen eam. [11] Municipij vuam [d] Pompeij nomine appellant: quamuis Cluſinis copioſiorem. [12] Municipij & Tiburtes appellauere, quamuis [13] oleaginam nuper inuenerint à ſimilitudine oliuæ. Nouiſſima hæc vuarum ad hoc tempus reperta eſt. Vinaciolam ſoli [14] nouere Sabini & Laurenti. Nam Gauranas ſcio à Falerno agro tranſlatas vocari Falernas, celerrimè vbique degenerantes. Necnon Tarentinum genus aliqui fecere, prædulci vua. Capnias & bucconiatis, & tarrupia, in Thurinis collibus non antè demetuntur, quàm gelauerit. [15] Phària gaudent Piſæ, Mutina Pruſinia, nigro acino, intra quadriennium albeſcente vino. Mirum, [16] vbique cum Sole circumagi vuam, quæ ob id ſtreptos vocatur. Et in [17] Italia Gallicam placere, trãs Alpes verò Picenam. Dixit Virgilius Thaſias & Mareotidas, & lagcas: compluréſque externas, quæ non reperiuntur in Italia. Sed ſunt etiamnum inſignes vua, non vino, ambroſiaca, duracina, ſine vllis vaſis in vite ſeruabilis: tanta eſt cõtra frigora æſtus tempeſtatéſque firmitas. Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipſa ſe ſuſtinẽs: non item dactylides digitali gracilitate. Columbinæ [18] [e] acinoſiſſimæ: & magis purpureę cognomine bimammiæ, quando non racemos, ſed vuas alias [19] gerũt. Item tripedanea, cui nomen à menſura eſt. Item [20] ſcirpula paſſo acino. Et Rhætica in maritimis Alpibus appellata, diſſimilis laudatæ illi. Nanque hæc breuis, cõferta acino, degener vino, ſed cute omnium tenuiſſima, nucleo [21] quem Chium vocant, vno ac minimo, acinum prægrandẽ vnũ alterúmve habens. Eſt & nigra amminea, cui Syriacę nomen imponunt. Itẽ Hiſpana ignobilium probatiſſima. In pergulis verò ſerũtur eſcatiæ appellatæ, [22] ederæ acinis, albæ nigræq;. Et bumaſti totidem coloribus. [23] At nondum dictæ Ægia, & Rhodia, & vncialis, velut à pondere acini. Itẽ [24] pucina omniũ nigerrima: & coronario naturæ luſu ſtephanitis, acinos foliis intercurſantibus: & quæ [f] foreſes vocãtur, celeres prouẽtu, venդ dibiles aſpectu, portatu faciles. Contrà damnantur etiam viſu cinerea, & [25] [g] rabuſcula, & [26] aſiniſca: minus tamen, caudas vulpium imitata, [h] alopecis. [27] Alexandrina appellatur

1 æquè etiam, nec minus. M.

2 optima. M

3 teſiaca. CH

4 Conſenta. M. præuẽ.

5 Talpona. CH.

6 murique. M. miráque fœcunditate non ceſſat. Dal.

7 &. M. CH.

8 Irciola. CH.

9 Populа. M.

10 Brannanica M.

11 munitis. CH.

12 Mutinam. Vet.

13 oleagineam. Col. & CH.

14 nouerunt. CH.

15 Paria. M. & CH.

16 vbi M. lego, ibi.

17 in Italia, ſed ſunt etiamnum inſignis vua &c. M.

18 racemoſiſſimæ. Turn.

19 gignunt. Turn.

20 ſcribula. CH.

21 quod gygartum. Turn. quod Chij. CH.

22 è duracinis. M. & CH.

23 Ac. M.

24 picina. M. à picis colore. Sic & CH.

25 rabucula. CH.

26 aſinuſca. CH.

27 Idæa. Theophr. cap. 17. lib. 3. hiſt.

vitis circa [1] Phalacram breuis, ramis cubitalibus, [k] acino nigro fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio paruo & rotundo, sine diuisuris.[28] Septem his annis, in Narbonensis prouinciæ [29] l Alba Eluia inuenta est vitis vno die defloreſcens: ob id tutissima. Narbonican: vocant, quam nunc tota prouincia conserit.

28 Septimo hinc (ab hinc) anno. M.
29 anno oliuia. M. præs. albo oluja. CH.

ANNOTATIONES.

a A colore Talpæ.
b Quæ Eteſii, variat.
c Conſeminia cognomen hic proprium eſt. Alioquin Conſeminalis vitis Columellæ cap. 45. libr. 12. diuerſis vitium generibus conſita.
d Oppidum Neapoli vicinum.
e Racemoſiſſimæ. Vuæ maiores, & craſſioribus acinis, racemi minores, & tenuioribus ferè à vindemiatore ſub pampinis latétes & fallentes relinquuntur, Græcis ὑποφαλίδες: inde Racematio. Turn. cap. 26. 25.
f Ruſticis noſtris ſeruato nomine veteri, *des Foirars.*
g Rauuſcula, colore ad rauum inclinante. Aſiniſca, aſini colore, quemadmodum in hoc Virgilij verſu,
Et paſſo Pſythia vtilior, tenuiſq; Lageos.
Seruius ex poſuit leporis colore. Brod. cap. 25. 4.
h Vulgò, *Raiſins barbus.*
i Circa Idæ partem, quam Phalacram vocant. Theophr.
k Acino nigro, dulci, obliquè ramis adhærente, fabæ magnitudine, qui vinaceo ſimile quippiam intus continet, molle, folio paruo &c. Theophr.
l Vulgò, *Aubevnae de Vinarez.*

Inſignia culturæ vineatum. CAP. IIII.

CAtonum ille primus, triumpho & Cenſura ſuper cæteras inſignis, magis tamẽ etiam num claritate literarum, præceptiſque omnium rerum expetendarum datis generi [1] Romano, inter prima verò agrũ colendi, [2] illius ævi confeſſione optimus ac ſine æmulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarundam ex iis iam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu [3] ſententia eius indicanda eſt, vt in omni genere noſcamus quæ fuerint celeberrima, anno ſexcenteſimo vrbis, circa captas Carthaginem ac Corinthum, cùm ſupremum is diem obiit, & quantum poſteà ccxxx. annis vita profecerit. Ergo de vitibus vuiſque ita [a] prodidit: Qui locus vino optimus dicetur eſſe, & oſtentus ſolibus, ammineum minuſculum & geminum cugenium, [4] heluinum minuſculum conſerito. Qui locus craſſior aut nebuloſior, ammineum maius, aut murgentinum, Apicium, Lucanum ſerito. Cæteræ vites miſcellæ maximè in quemuis agrum conueniunt. In [b] lora rectè conduntur. Quas ſuſpendas duracinas, ammineas maiores, vel ad fabrum ferrarium pro paſſis hæ rectè ſeruantur. Nec ſunt vetuſtiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam propè ab origine rerum ſumus. Ammineam proximè dictam, Varro ſcantianam vocat. In noſtra ætate pauca exempla conſummatæ huius artis fuere: verùm eò minus omittenda, vt noſcantur etiam præmia, quæ in omni re maximè ſpectantur. Summam ergo adeptus eſt gloriam Acilius Sthenelus è plebe libertina, l x. iugerum non ampliùs vineis excultis in Nomentano agro [5] atque cccc. nummûm venundatis. Magna fama & Veruleno Ægialo perinde libertino fuit in Campanię rure Linternino, maiórque etiam fauore hominum, quoniam ipſum Africani colebat [c] exilium. Sed maxima, eiuſdem Sthenelı opera, Rhemmio Palæmoni, aliâs Grammatica arte celebri, in hiſce xx. annis mercato rus D C. nummûm in eodem Nomentano, decimi lapidis ab vrbe diuerticulo. Eſt autem vſquequaque [6] nota vilitas [d] mercis per omnia ſuburbana, ibi tamen [7] maxima, quoniam & neglecta [8] per indiligentiam prædia parauerat, ac ne in peſſimis quidem elegantioris ſoli. Hæc aggreſſus excolere, non virtute animi, ſed vanitate primò, quæ nota [9] mirè in illo fuit, [10] paſtinatis de integro vineis, cura Sthenelı dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octauum annum cccc. nummûm emptori addicta pendente vindemia. Cucurrítque non nemo ad ſpectandas vuarum in iis vineis ſtrues, [e] literis eius altioribus [11] contra id pigra vicinitate ſibi patrocinante: nouiſſimè [t] Anneo Seneca, principe tum eruditionis, ac [12] potentia, quæ poſtremò nimia fuit [s] ſuper ipſum, minimè vtique miratore inanium, tantò prædij eius amore capto, vt non puderet [13] h inuiſo aliàs & oſtentaturo tradêre palmam eam, emptis quadruplicato vineis illis intra decimum ferè curæ annum: digna opera, quæ in Cæcubis Setiníſque agris proficeret: quando & poſteà ſæpenumero ſeptenos culeos ſingula iugera, hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato [hh] denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit, efficacibus exemplis non maria plus [14] remerata conferre mercatori, non in Rubrum litus Indicúmve

5 atque æquè leg. æquo numero Vet. Lect. Vet.
6 nobilitas vincis per omnia Vet.
7 Leg. maxima. Quæ igitur iam neglecta &c. ſoli, hæc aggreſſus excol.
8 indiligentia. CH.
9 mira Parm.
10 Paſtinatas enim de integro vineas, cura Sthenelum agricolam imitatus, ad vix. Parm.
11 contra eum. Dal.
12 potentiæ. M.
13 Aliàs ſicinuiſuro alias religiones, & oſtentaturo. Quam lectionem agnoſcit & Budæus lib. 5. de Aſſe.
14 rentata. Aliſ.

dicúmve merces petitas, quàm ſedulùm ruris [15] larem. Vino antiquiſſima claritas [i] Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, vt autor eſt Homerus. Neque enim fabuloſa, aut de origine variè prodita conſectamur, præterquàm Ariſtæum primum omnium in eadem gente mel miſcuiſſe vino, ſuauitate præcipua vtriuſque naturæ ſponte prouenientis. Maroneum vicies tantò addito aquæ miſcendum Homerus [k] prodidit. Durat etiam vis eadẽ in terra generi, [16] vigórque indomitus. Quippe cùm Mutianus ter Conſul ex his qui nuperrimè prodidere, ſextarios ſingulos [17] octonis aquæ miſceri comperit præſens in eo tractu. Eſſe autem colore nigrum, odoratum, vetuſtate pingueſcere. Et [l] Pramnio, quod idem Homerus celebrauit, etiam nunc honos durat. Naſcitur Smyrnæ regione, iuxta delubrum Matris Deûm. In reliquis claritas generi non fuit [18] alicui. Anno fuit omnium generum bonitas, L. Opimio Conſule, cùm C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans interemptus, ea cæli temperies fulſit, quam cocturam vocant, ſolis [19] opere, natali vrbis dcxxxiiij. Durántque adhuc vina ducẽtis ferè annis, iam in ſpeciem redacta mellis aſperi: etenim hæc natura vinis in vetuſtate eſt: nec potari per ſe queunt, ſi non peruincat aqua, vſque in amaritudinem carie indomita: ſed cæteris vinis commendandis minima aliqua miſtura medicamenta ſunt: [20] quo fit, vt eius temporis æſtimatione in ſingulas amphoras centeni nummi ſtatuantur. Ex his tamen vſura multiplicata [m] ſemiſſibus, quæ ciuilis ac modica eſt, in C. Cæſaris Germanici filij principatu, [21 n] annis clx. ſingulas vncias [22] vini conſtitiſſe nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponij Secundi vatis, cœnamq; quam principi illi dedit. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. Nec alia res maius incremẽtum ſentit ad viceſimum annum, maiúſve ab eo diſpendium, non proficiente pretio. Rarò quippe adhuc fuere, nec niſi in nepotatu, ſingulis teſtis millia nummûm: Viennenſes ſoli picata ſua, quorum genera diximus, pluris [23] permutaſſe, ſed inter ſeſe [24] amore patrio creduntur. Idq; vinum frigidius reliquis [25] exiſtimatur in frigido potu.

15 laborem. Dal.
16 rigorque CH.
17 octogenis. CH.
18 alicui. Fuit quidẽ omniũ &c. interemptus eſt: quo anno ea cœli. Alij verò, alicui. Anno vno fuit &c. interemptus eſt, & ea cœli &c
19 vapore. Dal.
20 quod, vt eius &c. centenis nummis acuantur M.
21 anno centeſimo. Budæus.
22 binis ac vicenis conſtitiſſe Vet. vineæ conſtituiſſe. CH.
23 permutare. CH.
24 more Dal.
25 exiſtimatur in potu. Vet.

ANNOTATIONES.

a Cap. 6. & 7.
b Muſto diluto. In Elſatico agro hodie *Lauren* vocant.
c Valer. Max. cap 3. lib. 5.
d Prædiorum ac fundorum.
e Putabatur enim, quòd inſigniter eſſet literatus, rectius potuiſſe & ſcriniſſe agrum colere.
f De his Seneca vincus Columel. cap. 3. lib. 3. & ipſe Epiſt. 105.
g In eius calamitatem ac exitium.
h Et ſuperba arrogantia, qua natas ſecum literas atque moriturasiactabat, & inſolentiſſima maledicentia, qua Varronem, tantum virum, porcum appellabat.
hh Sexcenas vruas, Columel. loco citato.
i μάρων rex Thraciæ: Cratino apud Pollucem vinum Maroneum εἶδω᾽ ὄνομα τοσοῦτον, ἡδὺ μάρωνα πίομαι. Maronea Thraciæ vrbs nobilis vino.
k Odyſſ. α.
l Ex eo, caſeo, & polenta, Iliad. λ. Hecamede τὸν κυκεῶνα parat.
m Vſura ſemiſſium in ſingulos annos adaucta. in centenarium ſex: in millenarium ſexaginta. Amphora continet ſextarios 48. cyathos 11.
n Sors in ſingulas amphoras Opimio Cos. Nummi 100. Annua vſura ſemiſſis 160. annorum efficit 960. quibus ſi addas ſortem, nempe 100. ſumma ſortis & multiplicatæ vſuræ futura eſt 1060.

De natura vini. CAP. V.

VIno natura eſt, hauſto accendendi [b] calore viſcera intus, foris infuſo refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes ſapientia clarus ad Alexandrum Magnum ſcripſit, intemperantiam eius cohibens: Vinum [1] potaturus rex, memento te bibere ſanguinem terræ: [2] ſicut cicuta homini venenum eſt, ſic cicutæ vinum. Quibus præceptis ſi ille obtemperauiſſet, [c] profectò amicos in temulentia non interemiſſet. Prorſus vt iure dici poſſit, neque viribus corporis [d] vtilius [3] aliud, neque aliud [e] voluptatibus perniciosius, ſi modus abſit.

1 potaturus. CH.
2 ſicut venenum cicutæ vinum eſt, ſic & vinum cicuta homini Ali.
3 aliud ſi modus adeſt, neque. Dal.

ANNOTATIONES.

a Οἶνος Græcis, vel διὰ τὸ ἄπ᾽ εὐθείας ἰέναι πρὸς τὸν ποτόν: vel ἀπὸ τῆς ἐνώσεως. Nam, vt ait Homerus, — ἐνέφυσαν ἔπειτα μέθυσθαι. In leuádis curis vini vtilitatem verſus hi Homerici declarant,
Οἶνος τὰ μεριμνήματα θνητοῖσι κοιμίζων
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μεριμνάων.
b Αἰδοίαν οἶνος Homerus vocat, ἀπὸ τοῦ αἰδῶ, μειλιχίαν ἢ ἡρυθρόν: vel ἀφ᾽ εἵρειν, τὸ ἐπικαίειν, ὡς παρὰ τὸ αἴθειν. Plutarchus interpretatur λαμπρὸν, ἢ διαυγῆ.
c Clytum, Seneca cap. 17. libr. De Ira: Calliſthenem, idem autor cap. 23. lib. 6. Natur. quæſt. Idem de Clyto Epiſt. 84. lib. 12. Val. Max. cap. 3. lib. 9.
d Venuſtum hac de re Græcum epigramma,
οἶνος, μὴ τὰ λέκτρα, μὴ ἢ νυχὶ νύκτερον ἰφθὼ
ἐξενίσῃς πίνων σὺ τὸν ἐθέντις αἶθων. Rhod. cap. 35. libr. 28. Elegantiſſimi ſunt de Cratino & Nicerati verſus.
Οἶνος καὶ χαρίεντ᾽ εἰ μέγας ὢν καὶ ὠφέλιμος ὢν ἀοίδιμος:
— Υ᾽ὅταν δὲ πίνων ὁ κακὸς γένηται ὢν &c. Rhodig. ibidem ex Athenæo.
e Vocem (voluptatibus) Muretus in Varronem cap. 12. 6. expungendam cenſet, eamque lectionem à Politiano & Hermolao probari teſtatur. Lucilius,
Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum
In vino eſſe, vbi qui inuitant dapſilius ſe. Theognis,
οἶνον πίνωμεν πολὺν κακὸν. ἢν δέ τις αὐτὸν
πίνῃ ὑπὸ σπλάγνων, ἐ κακὸς ἀλλ᾽ ἀγαθὸς. Panyaſis,
ὅς τ᾽ οἶνον ὑπτίοισι θυμῶν πάρος δῶρον ἄριστον
πίνεμεν· κατὰ μέτρον, ὑπ᾽ ἐρεμνὸς δὲ χάρεσσιν.
Vide Politianum cap. 61. Miſcellan.

Vina generosa. CAP. VI.

GEnera autem vini alia aliis gratiora esse, quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud præstantius [1] altero germanitatẽ præcedere, [2] siue testa, siue fortuito euentu? Quamobrem de principatu [3] se quisque iudicem statuat. Iulia Augusta lxxxij. annos vitæ [a] Pucino [4] retulit acceptos, [5] non alio vsa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul à Timauo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus [6] pyctanon appellauerunt ex Adriatico sinu. Diuus Augustus [b] Setinum prætulit cunctis, & ferè secuti principes, confessa propter experimenta, non temere cruditatibus noxiis [7] ab ea [c] saliua. Nascitur supra forum Appij. Antea [d] Cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis, sinu [e] Amyclano: quod iam intercidit & incuria coloni locíque angustia, magis tamen fossa [f] Neronis, quam à Baiano lacu Ostiam vsque nauigabilem inchoauerat. Secunda nobilitas Falerno agro erat, & ex eo maximè [8] Faustiano. Cura culturáque id [9] collegerat. Exolescit hoc quoque, copiæ potiùs, quàm bonitati, studentium. Falernus ager à ponte Campano læua petẽtibus vrbanam coloniam Syllanam nuper Capuæ contributam incipit. Faustianus autem circiter quatuor milliaria à vico prope Cedias, qui vicus à Sinuessa vj. millibus abest. Nec vlli in vino maior [10] autoritas: solo vinorum flamma accenditur. Tria eius genera, austerum, dulce, tenue. Quidam ita distinguunt: summis collibus [11] Gauranum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum. Non omittendum autem nulli eorum, quæ celebrentur, iucundum saporem vuæ esse. Ad tertiam palmam variè venêre Albana vrbi [12] vicina, [g] prædulcia ac rara in austero. Item Surrentina in vineis tantùm nascentia, conualescentibus maximè probata, propter tenuitatem salubritatémque. Tiberius Cæsar dicebat consensisse medicos, vt nobilitatem [h] Surrentino darent, alioquin esse generosum acetum. C. Cæsar, qui successit illi, nobilem [i] vappam. Certant [k] Massica æquè, ex monte [13] Gaurano Puteolos Baiásque prospectantia. Nam Falerno Contermina Statana ad [14] principatus venêre non dubiè: palámque fecere sua quibusque terris tempora esse, sicut rerum prouentus [15] occasúsque. Iuncta his præponi solebant Calena, & quæ in vineis arbustísque nascuntur, Fundana. Exalia [16] vicina vrbis Veliternina, Priuernatiáque. Nam quod Signiæ nascitur, austeritate nimia continendæ vtile aluo, inter medicamina numeratur. Quartum [l] curriculum publicis epulis obtinuere à Diuo Iulio (is enim primus autoritatem his tribuit, [17] vt in epistolis eius apparet) Mamertina, circa Messanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana, ab autore dicta, in loco proximo Italiæ laudantur præcipuè. Est in eadem Sicilia & Tauromenitanis honos, lagenis pro [m] Mamertino plerunque subditis. Ex reliquis autem à supero [18] mari Prætutia, atque Ancone nascentia, & quæ à palma vna fortè enata [19] palmesia [20] appellantur. In mediterraneo verò Cesenatia ac [n] Mecœnatiana. In Veronensi item Rhætica, Falernis tantum posthabita à [o] Virgilio. Mox ab intimo sinu maris, [21] Adriana. Ab infero autem Latiniensia, [22] Grauiscana, Statoniensia. Hetruriæ palmam Luna habet, Liguriæ Genua: Inter Pyrenæum Alpésque Massilia gemino sapore, quando & condiendis aliis [p] pinguius gignit, quod vocant succosum. [23] Beterrarum [24] intra Gallias consistit autoritas. De reliquis in Narbonensi genitis asseuerare non est: quoniam officinam eius rei fecere tingentes [q] fumo, vtinámque non & herbis, ac medicaminibus noxiis. Quippe etiam aloën [r] mercantur, qua saporem colorémque adulterant. Verùm & longinquiora Italiæ ab Ausonio mari, non carent gloria, Tarentina, & Seruitiana, & Consentiæ genita, & Tempsæ ac [s] Babiæ, Lucanáque antecedentibus Thurinis. Omnium verò eorum maximè illustrata Messalę potu & salute Lagarina, non procul Grumento nascentia. Campania nuper excitauit nouis nominibus autoritatem, siue cura, siue casu, ad quartum à Neapoli lapidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, & in suo agro [t] Trebulanis: alioqui semper inter plebeia & [u] Trifolinis gloriata. Nam Pompeianis summum x. annorum [x] incrementum est, nihil senecta conferente. Dolore etiam

1 potu altero. Dal.
2 siue natura. Alij, siue arte. Quidam, siue astu.
3 si quisque iud. statuet. CH.
4 vino rec. CH.
5 non aquoso. Gign. M.
6 praicianum appellauerint. CH.
7 in ea salebra. Dal.
8 Faustini. M. Faustino CH.
9 contigerat. Exol. hoc quoque culpa copiæ potius. vel, nimiæ cupiditate copiæ potius vel, Exol. hoc quoque, copiæ potius, quam bonitati. Dal. Dal. colleg rit Exol. hoc quoque mancitate copiæ M.
10 autoritas. Solum. Vat.
11 Caucinum. CH.
12 vicina, nec rara, prædulcia in austero. Del. Vig. vi. sed ac grata in aust.
13 Ganlo. Cl. in Emend. Gauro.
14 principatum. Dal.
15 casusque. Dal.
16 vicinia. Alij. Et alia vicina vrbi. Ex vicinia. CH.
17 vt in epulis eius. M.
18 mari, in CH. d.
19 Palmensia.
20 appellantur. CH.
21 Adriatica M.
22 Grauiscana Stroniensia. CH.
23 Biterarum. Dal.
24 inter. M.

etiam [25] capitum in sextam horam diei sequentis infesta deprehenduntur. Quibus exẽplis, nisi fallor, manifestum est, patriam terrámque referre, non vuam: & superuacuam generum consectationem in numerum, cùm eadem vitis aliud aliis in locis [27] polleat. Hispaniarum [26] Laletana copia nobilitantur elegantia verò Tarraconensia, atque Lauronensia: & Balearica ex insulis, cõferuntur Italiæ primis. Nec ignoro, multa prætermissa plerosque existimaturos, quando suum cuique placet, & quocunque eatur, fabula eadem [28] reperitur: Diui Augusti iudiciorum ac palati peritissimum è libertis, censurá vini in epulas eius facientem, dixisse hospiti de indigena vino, nouum quidem sibi gustum esse eum, atque non ex nobilibus, sed Cæsarem non aliud [29] poturum. Nec negauerim & alia digna esse fama: sed de quibus consensus æui [30] iudicauerint, hæc sunt.

25 capitis. M.
26 Lusitana. M. Lassitana. CH.
27 pullulet. Vet. quod si placeat, legẽdũ fuerit, vitis alia aliis in locis pullulet.
28 reperiatur. Vet.
29 poturarum. M.
30 iudicauerunt. M.

ANNOTATIONES.

a *Pizzino d'Istria.*
b Setia oppidum in colle, à Tarracinæ paludibus quinque milia distitum: hodie, *Sezza.* Martial.
Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos,
Exigua vetulos misit ab vrbe cados. Idem.
Setinum, dominęq; nives, densíq; clientes,
Quando ego te medico non prohibente bibam.
Iuuenal.
-- & lato Setinum ardebit in auro.
Vicinum & Setiæ oppidum Signia vino Signino clarum.
c Saliua, gustus & sapor. Persius,
Nec tenuem soleis turdorum nosse saliuam.
De vini tamen familiari & peculiari sapore vsurpatur infrà cap. 1. lib. 23. circa medium.
d Gal. lib. 7. *καὶ ἀτονώτατα* in Arteriacorum expositione Cæcubum vinum à loco dictum minimè putat, sed ita vocatum fuisse quoduis vetustissimum, & ob vetustatem fuluum *πυῤῥὸν*, quod etiam 12. Meth. rursus confirmat, & lib. 1. de Antidotis.
e In eo tractu fuerunt Amyclæ delectæ à serpentibus, & in propinquo Fundanus lacus. Supra cap. 5. lib. 3.
f Sueton. in Nerone cap. 31.
g *γλυκύπικρον* subdulce esse, non prædulce esse Athenæus libro primo ex Galeno asserit. Vide Athenæum lib. 1.
h Galeno 12. Therapeuticæs, Surrentinum adstringit nonnihil, aliisque suauius est ac calidius.
i Vappa, vinum corruptum, *ἰξ οὗ καὶ ὄινος*, *vin tourné*: vt *ἴξίνος*, acescens: *ἀνοξίβιος*, & *ἰξίνεσθαι*, enauidum, fugiens, *qui n'est point de garde*: *ἀνοχυμένος*, languidum & subtilem, *qui n'a point de force.*
k *-- nec veteris pocula Massici.* Horat.
l Quarum autoritatis & nobilitatis gradum. Sumpta metaphora ab aurigis, qui curru in Circo certabant.
m *Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta*
Si detur, quoduis nomen habere potest. Martial.
n A Mecœnate, Augusti familiari, & fido amico, regio sanguine orto, quod Horatius palàm facit. Eius enim parer Menodorus Cæsaris partes secutus cõtra Pompeium Menodori pater Menippus, & huius Cecinna, rex Hetruscorum. Cilnium vocatũ fuisse ostendit Tacitus lib. 5. Cęterum Augustus bellis ciuilibus Cilnium Mecœnatem equestris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam præposuit.
o 2. Georg. *-- & quo te carmine dicam*
Rhetica? Admirant. s hoc esse Plinius existimat: Seneca verò, incerti laudaturúsne, an vituperaturus sit. Turn. cap. 26. lib. 29.
p Nigrius & crassius.
q Vinum id Plato Comicus apud Athenæũ *πανσίνην* vocat: Martialis fumos Massilianos. Locum, in quo sic condiebantur, Columella Nebularium appellat.
r Ad potum vinum id non parabatur, sed ad vsum medicinæ.
s Balbiæ. Hermolaus in Dioscoridem Balbina vina eadem esse putat, quæ Athenæus Barbatina vocat.
t Italorum vulgo, *Trebiano.*
u Quæ tertio soliorum exortu, nempe tertio anno ad bibendum tempestiua forent: vulgò, *vn de trois fueilles.* Martial.
Non sum de primo, fateor, Trifolina Lyæo.
x Durationis & ætatis tempus, *ὁ αἰὼν.*

Vina transmarina. CAP. VII.

NVnc simili modo [a] transmarina dicemus. In summa gloria post Homerica illa, de quibus suprà diximus, fuere Thasium Chiúmque. Ex Chio quod [1 b] Aruisium vocant. His addidit Lesbium Erasistrati maximi Medici autoritas, [2] circiter dc. annum vrbis Romæ. Nunc gratia ante omnia est Clazomenio, postquàm parcius mari condiunt. Lesbiũ sponte naturæ suæ mare sapit. Nec Tmoliti per se gratia, vt vino: sed cuius [c] dulci admisto, reliquorum duritia suauitatem accipiat, simul & ætatem, quoniam vetustiora protinus videtur. Ab his dignatio est Sicyonio, Cyprio, Telmesico, Tripolitico, Berytio, Tyrio, Sebennytico. In Ægypto hoc nascitur tribus generibus vuarum ibi nobile, Thasia, [d] æthalo, peuce. Post hæc autoritas hippodamantio, mystico, [e] cantharitæ, protropo Gnidio, [f] Caracecaumenitæ, petritæ, Myconio. [g] Nam mesogiten capitis dolores facere compertum est: nec Ephesium salubre esse, quoniam mari & defruto condiatur. Apamenum mulso præcipuè conuenire dicitur, sicut Prætutium in Italia. Est enim & hæc proprietas [3] generũ, vt dulcia vtique inter se non congruant. Exoleuit & protagion, quod Italicis proximum fecerant Asclepiadis scholæ. Apollodorus medicus, in volumine, quo suasit Ptolemęo regi quæ vina biberet, Italicis etiam tum ignotis, laudauit in Ponto Nasperceniten, mox Orœticum, Oeneaten, Leucadium, Ambracioten, & quod cunctis prætulit [4] Præparentium: sed minoris famæ esse dixit, quoniam [5] post sex annos non placeret.

1 Aruisium. Turn.
2 cccl. anno vrbis. Vet. M. cccxj. anno. CH.
3 generũ dulcia vtique inter se non congruunt. CH.
4 Peparethium. CH. & Athenæus.
5 ante sex. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Transmarina Plautus in Pœnulo hæc memorat.
Vbi Leucadio, Lesbio, Thasio, Coo,
Vetusto vino edentulo ætatem irrigei.
b Aruisum. Turn. cap. 26. 25. ab agro aspero & importuoso insulæ Chij. Strabo 14. Virg.
Vina, nouum fundam calathis Aruisia nectar: quamuis aliqui, legant

gant Arethusia. Huius meminit Clemens Alex. 2. Pædagogi, cap. 2. Plutarchus aduersus Epicurum. Victorius cap. 24. 15. Seruius apud Vergil. 2. Georg. in his versibus,

Sunt & Aminææ vites, firmissima vina,
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus: notat Lucilio χίον οἶνον διακριθὲν vocatũ fuisse, tanquã satrapam, eadémque forma loquendi Phanæum regem appellari. Tmolus Lydiæ mons Sardibus imminens: Phanæus promontorium in insula Chio, vino nobilissimum. Canterus cap. 3. 5.

c τῷ γλυκεῖ. passo.
d Æthalo, quasi fuliginosa: Penæ, quasi piceæ.
e A Cantharorum doliis. De cantharea vite vide Theophr. c. 20. lib. 2. de Caussis.
f Quasi retorrido. κατὰ παραπαυμένον regio 500. stad. lõgitudinis, 400. latitudinis, Mysiæ vicina, exustæ similis; vino generoso celebris, de qua Strabo lib. 13. & 14.
g Non meminit Plinius vini, quod ὑθιὸν Theophrastus vocat. c. 24. lib. 6. Caussi. id est colo saccatum.

De vini salsi generibus septem. CAP. VIII.

HActenus bonitas vinationibus debetur. Apud Græcos[1] iure clarissimum nomen accepit, quod appellauerũt[2 a] bion, ad plurimos valetudinum vsus excogitatum, vt docebimus[b] in parte medicinæ. Fit autem hoc modo: Vuæ paulùm ante maturitatem decerptæ, siccantur acri sole, ter die versatæ per triduum: quarto[3] exprimuntur, dein cadis sole inueterantur. Cui marinam aquam largiorem miscent, à ferui furto origine orta, sic mensuram explentis,[4] idq; translatum in album mustum[6] leucochrun appellatur. In aliis autem gentibus simili modo factum[c] tethalassomenon vocant: Thalassiten autem vasis musti deiectis in mare, quo genere præcox fit vetustas. Necnon apud nos quoque Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato[d] demonstrauit, super cætera in sole[7] quadriennio[e] maturandum præcipiens. Rhodium[f] Coo simile est.[8] Phorineum falsius Coo. Omnia transmarina septem[9] aut sex annis ad vetustatem mediam peruenire existimantur.

1 curæ. CH.
2 abion. Turn. biõ. Vet.
3 expr. Vinũ in cad. sole inueteratur, cui mar. &c. Dal.
4 tradn. Dal.
5 quæ translatæ. CH.
6 leucocoum. Turn. & CH.
7 quatriduo. Dal.
8 Phorneum. CH. forrẽ, Phormium, vel Formium.
9 vel in sex. M. in sex. CH.

ANNOTATIONES.

a *βίωσιν*: Rhod. cap. 8. lib. 26. quòd ad vetustatem accelerandam affuso mari cogeretur. Marinam enim veteres vinis miscebant, tũm vt gratior sapor esset, tũm vt celerior & præcocior vetustas contingeret. Maris expers vinum Gal. 12. Meth. ἀπαφάλυντον vocat. Hermol. in Dioscor. à festinatione nomen impositum, quasi violenter fiat. Plaut. in Rud.

O quæ vinis Græcis Neptunus nobis affudit mare.
Itaque alium prodisparauit nobis salsis poculis.

Tur. c. 26. 25. legit Abion, id est, adynamon. Vini Græci faciendi rationem Cato docet cap. 24. Miscetur & sal, vt vinum incorruptũ seruet. Columel. cap. 37. 12. apud Horat.

— chium maris expers.

b Cap. 1. lib. 23.
c Oraculum vetus redditum narrant. Dionysium mari demergendum. Athenæus refert Dionysium fulmine Iouis accensum in mare fugisse. Vtrunque id vini temperaturam cum aqua marina indicat.
d Cap. 112.
e Coquendam vuam.
f E Zacyntho præcipuè laudabatur.

De dulcium generibus quatuordecim. CAP. IX.

VInum omne dulce[a] minus odoratum: quò tenuius, eò odoratius.[b] Colores vinis quatuor: albus, fuluus, sanguineus, niger. Psythium & [c] melampsythium [d] passige-nera sunt, suum saporem, non vini referentia:[1] Cisibilites verò musti, in Galatia nascens, & Halyntium in Sicilia. Nam siræum, quod alij [2] hepsema, nostri [e] sapam appellant, ingenij, non naturæ opus est, musto vsque ad tertiam partem mensuræ decocto: quod vbi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus. Omnia in adulterium mellis excogitata. Sed priora [f] vua terráque constant. Passum à Cretico Cilicium probatur, & Africum, & in Italia [3] prouinciísque finitimis. Fieri certum est ex vua, quàm Græci sticam vocant, nos apianam, item scirpula, diutius in vite [5] sole [4] adustis, aut [h] feruente [5] oleo. Quidam è quacunque dulci, dum præcocta alba faciunt siccantes sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit,[6] tusásque leniter exprimunt. Deinde quantum expresserе, adiiciunt vinaceis aquæ puteanæ, vt & secundarium passum faciant. Diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt: ac sine [i] sarmentis madefactos vino excellenti, donec intumescant, premunt. Et hoc genus ante cætera laudant. Ac simili modo aqua addita, secundarium faciunt. Medium inter dulcia [7] vinúmque est, quod Græci aïgleuces vocãt, hoc est, semper mustum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur. sic appellant musti in vina transitum.[k] Ergo mergunt è lacu protinus in aqua cados, donec bruma trãseat, & consuetudo fiat algendi. Est etiamnum aliud genus eius per se, quod vocat [l] dulce Narbonensis prouincia, & in ea maximè [8] Vocontij. Asseruatur eius gratia vua diutius in vite, pediculo intorto. Ab aliis ipse palmes inciditur in medullam, ab aliis vua torretur in tegulis: omnia ex Heluenaca vite. His adiiciunt aliqui, quod vocant [m] diachyton, vuis [n] in sole siccatis loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes à terra altè, noctibus à rore defensis, octauo die calcatis. Ita fieri optimi odoris saporísque. Dulci

1 Forcasse Scybelites laudatum sæpe à Galeno inter dulcia.
2 carenum. Marc. Empir.
3 finitimisque prouincijs. CH.
4 vuis adustis. Ver. & Colum.
5 oleo, in M. d.
6 tusumque. Alij. tusásque leniter vuas expr. Ver.
7 vinum est. M. & Ves.
8 Vocontia. M.

Dulci è genere est & [o] melitites. Distat à mulso quod fit [9] è musto, cum quinque congiis austeri musti, congio mellis & salis cyatho sufferuefactis, austerum. Sed inter hæc genera potuum ponere debeo & protropum: ita appellatur à quibusdam P mustum sponte defluens, antequam calcentur vuæ. Hoc protinus diffusum lagenis suis deferuere passi, posteà in sole quadraginta diebus torrent æstatis secutæ ipso Canis ortu.

9 ex vetere vino austero, & exiguo melle: melitites verò è quinque &c. sufferuefactis. Sed inter. Ex Dioscor.

ANNOTATIONES.

a Aristot. Problem. sect. 3. quæst. 13. & Theophr. cap. 24. libr. 6. Caus.
b Galeno vinorum colores sunt, λευκὸς, albus: πυῤῥὸς, fuluus: ἐρυθρὸς, ruber, siue sanguineus: ξανθὸς, flauus, siue giluus, quem idem vocari posse ait πυῤῥὸν ὠχρὸν, è ruffo pallescẽtem: μέλας, niger: ὠχρὸς, pallidus, medius inter album & fuluum, vt fuluus medius est inter album & nigrum. Color πυῤῥὸς annis & vetustate in ξανθὸν transit.
c Psythiam vitem eam esse putant, quæ & Prammia dicitur. Rhodig. cap. 15. 19. Notauit Plutarchus apud Homerum conciliandæ benevolentiæ caussa, dulce vinum dari:

ὃν φάρε οἰνίζων· ἐπὶ μακρὸ φέρουσι δὲ οἶνον ἀείρων·

vehemens autem & παχυτικὸν, seu παχυτικὸν, Polyphemo: adstringens verò, quale Pramnium, vulnerato Machaoni. Quin & equis dati,

οἰνίζῃ πολὺ· σχεδίην τοι μᾶλλον ἐφορμᾷ πυρὶ ἔβυσεν·
οἶνον τ' ἐγκεφάλοιο πιεῖν, ὅτε δυσμενὲς ἀνδρὸς.

nimirum vt animosiores sint ac ferociores, alia ratione, quàm qua mulis datur. cap. 44. 8. & cap. vlt. 30. Rhod. cap. 35. 28.
d Athenæus lib. 1.
e Columella cap. 19. lib. 12. Sapam fieri tradit nunc quarta parte consumpta, nunc tertia, nunc dimidia. Vide locum. Carenum, sapam Marcellus medicus appellat, vulgò, *Vin cuit*: at defrutum, *Reduce*.
f Saporis proprietatem ex vuæ terræque natura & conditione obtinent, non hominum industria.
g Passas Græci vocant, σταφυλίδας, quasi cõculcatas, non quidem quòd conculcentur, sed quòd ob resiccationem calcatis similes videantur: qua ratione palmulæ genus σταφυλὴ supra vocatum est cap. 4. lib. 13.
h Aut aqua feruente & oleo. Sic Mõspessulani Passam vuam dum parant, racemos binos hinc illinc filo ligatos, vitiosis acinis forsice detractis, feruenti lixiuio addito olei paululo immergũt, quoad flaccescant tantùm, & corrugentur: deinde perticis imponunt, vt siccescant, ac post triduum quatriduúmve insolant: vt & Columella docet cap. 16. lib. 12.
i Columella cap. 39. 12. Cato cap. 113. scopiones vocant, Varro cap. 54. 1. scopos, nempe vuas cum acinorum detractorum pediculis integras, à scoparum similitudine. Pediculos acinorũ in vua Græci vocant κρεμασγῦρας, ficuum κάλυμμαλας, pomorum κάλυμμαλα, Palladius, tenacia.
k Cato cap. 120.
l Nunc *Piquardane*, aliis *Muscat de Languedoc*.
m Columella cap. 27. lib. 12.
n Vuas sic resiccatas extra vitem, & à suis palmitibus extractas Græci vocant ἐκπεπαλισμένας. In crate, & super cannas id commodè fieri ostendit Columella cap. 16. libr. 12. Ea voce vtitur Dioscorides in vino Myrtite. Ἐκ δὲ, inquit, πρεβλητοπεπαλισμένων ὡς ἐπὶν.
o Dioscorides cap. 15. & 16. lib. 5.
p Lixiuium mustum à Latinis vocari autor est Rhodiginus cap. 34. lib. 28. Vide Athenæum lib. 1.

De deuterijs & secundarijs, vini genera tria. CAP. X.

NOn possunt iure dici vina, quæ Græci [1 a] deuteria appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua vinaceis: sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera.[2] Decima parte aquæ addita, quæ musti expressa sit, & ita nocte ac die madefactis vinaceis, rursúsque prælo subiectis. Alterum, quomodo Græci factitauere, tertia parte eius quod expressum sit, addita aquæ, expresséque decocto ad tertias partes. Tertium est, fæcibus vini expressum, quod fæcatum [b] Cato appellat. Nulli ex his plus, quàm anno, vsus.

1 deuterias. Vet. plurium.
2 Leg. Decimæ parti musti quod expressum sit, pari aquæ addita, & ita nocte &c. Dal. ex Colum. & Dios.

ANNOTATIONES.

a Deuterias. Hesychio Διυτέρια ἑορτή, ἐπὶ τοῖς τὸ δεύτερον ἐκπαλλόμενα τῶν τρυγητῶν. Turn. c. 19. lib. 28. Aduers. b Cap. 153.

Quæ nuper in Italia generosa vina esse cœperunt. CAP. XI.

VErùm inter hæc subit mentem, cùm sint genera nobilia, quæ propriè [1] vini intelligi possint, l x x x. ferè in toto orbe, duas partes ex hoc numero Italiæ esse, longè [2] præterea antè cunctas terras. Et hinc deinde altius cura serpit, non à primordio hanc gratiam fuisse.

1 viæ. M.
2 præstantiora, quàm cunctis terris. Alij. longè præereuntis cunctas terras. Alij. longè propter ea &c. CH.

De vini obseruatione. CAP. XII.

AVctoritatem post sexcentesimum vrbis annum cœpisse. Romulum lacte, non vino, libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem. Numæ regis [1 a] posthumia lex est:[b] Vino rogum ne respergito. Quod sanxisse illum propter inopiam rei nemo dubitet. Eadem lege, ex imputata vite libari vina diis, nefas statuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur, aliàs aratores, & pigri circa pericula arbusti. M. Varro autor est, Mezentium Hetruriæ regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset.

1 Posthumi. Parm. & CH.

a Postumia, id est postrema supremóque vitæ tempore lata. De huius verbi notione vide apud Gellium cap. 16. 12. Cesellij Vindicis & Sulpitij cõtrouersiam. Vt ab extra extumus, à citra citumus, sic fit à post postumus. Canterus cap. 10. libr. 2. Vel posthuma, ab eorum similitudine, qui parce mortuo nascuntur. Nam multis annis post eius interitum, Numæ libri reperti sunt Pontificij iuris, ac in lucem æditi, quibus id iussisse verisimile est. Suprà cap. 13. lib. 13. Scaliger in Catulli versu.

Vt lex Posthumiæ iubet magistros, interpretans legem Posthumiæ, pro lege Posthumia eadem ratione dictum censet, qua vrbem Romæ, & herbam lapathi legimus: eitaque hunc Plinij locũ vult has leges Numæ *συμπόλιτικὰς* fuisse, non *πολιτικὰς*. Qui enim id Numa vetarit, cùm ex veteribus autoribus satis constet, vino rogum respergi? Apparet itaque, inquit, alludum esse ad voluptuariorum dicteria, cuiusmodi sunt hæc in Epigrammatis Græcis.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λίβανον φίλαιστ' ἀφέλησε,
Μηδὲ τὸ σῶμ' βρέξῃς, ὅτι πυκνὸν ἢ διακόνου.
Ζῶντί μοι, εἴ τι θέλοις, χάρισαι· τάφῳ ὕστερον οὐθὲν
Τοῦτ' ὄφελος· ψυχὴ δ' ἡδέως πίεται.

Quanquam, subiungit, in duodecim scriptum fuit: MVRRINAM MORTVO NE INDITO.

b Manibus cùm parentabatur, rogum sepulchrúmue conuersa manu vino respergebant, pocula libabant, effuso vino vasa in ignẽ mittebant, nigras hostias immolabant. Alex. ab Alex. cap. 26. 5. Quamuis ob inopiam Numa rogum vino aspergi vetuerit: Deceuiuiti tamen, quorum leges interpretati sunt Scæuola, Lælius, Capito ab autore nominati, vino quouis id fieri permiserunt, præterquàm Murrato, quod ex Varrone. Festus citat. Pythagoricæ disciplinæ scientissimum regem hoc symbolo putant vinum iracundis prohibuisse.

Qui vini vsus antiquis, & de vinis antiquorum. CAP. XIII.

NOn licebat id [a] fœminis Romæ bibere. Inuenimus inter exempla, Egnatij [1] Mecennij vxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam [2] fuste à marito, eúmque cædis à Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalibus suis scripsit: Matronam, quòd loculos, in quibus erant claues vinariæ cellæ, resignauisset, à suis inedia mori coactam. Cato, ideo propinquos fœminis osculum [3] dare, vt scirent an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat: vnde & temulentia appellata. Cn. Domitius iudex pronuntiauit, mulierem [b] videri plus vini bibisse, quàm valetudinis causa viro insciente, & dote mulctauit. Diúque eius rei magna parsimonia fuit. [c] L. Papyrius Imperator aduersus Samnites dimicaturus votum fecit, si vicisset, Ioui pocillum vini. Denique inter dona sextarios lactis datos inuenimus, nusquam vini. Idem Cato, cùm in Hispaniam nauigaret, vnde cum triumpho rediit, [4] Non aliud, inquit, vinum bibi, quàm remiges: in tantùm dissimilis istis qui etiam conuiuis alia, quàm sibimetipsis, ministrant, aut procedente mensa subiiciunt. Lautissima apud priscos vina erant, [5] d myrrhæ odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur, quanquàm in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam [6] aromatice delectatos maximè credunt. Sed Fabius [7] Dorsenus his versibus decernit:

Mittebam virum pulchrum, murrhinam.

Et in Acharistione.

Panem & polentam, vnum murrhinam.

Scæuolam quoque & Lælium & Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit:

Quòd si opus est, vt dulce promat
Indidem, ecquid habet? CHAR. *rogas?*
Murrhinam, passum, defrutum, [8] *mella.*

Quibus apparet non inter vina modò [c] murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum.

1 Metelli. Val. c. 1 lib. 6. Gellius lib. 6 c. 23. Sigonius li. 1 De iure ant. Rom cap. 9. Maecenni. CH.
2 fusti CH.
3 durisset. CH.
4 Non aliud vinum bibit. M.
5 murino. M vngũtario. τῷ μύρῳ. myri. Hermolaus.
6 aromaticè. Vet. vide num, aromatite. Sic certè CH.
7 Dossennus. CH.
8 mellinam Hadr. Iunius c. 19 lib 5. Defrutum, mellinam, mel quasi nouodi. Sambucus, mellinam τὸ ὀδωδέναι. M.

ANNOTATIONES.

a Vide Val. Max. cap. 1. lib. 2. Scribit Gellius Romanas mulieres vsas in potu laurea, passo, murrhin.: quo loco lauream 'or im esse intelligunt. Grandiores natu fœminas autor est Varro bibere solitas loram, poscam, defrutum, passum, quod à Plauto dictum volunt Murrhinam. Rhodig. cap. 17. 18. Mulieres Romanas, seruos, ephebos ad annum vsque tricesimum, mulieres item Massilienses vino abstinuisse refert idem autor cap. 5. 28. Apud Agellium Cato in oratore, De dote, *Vir, si cum uxore diuortii causa fecit, multi vi iudex & pro eo, si reo est: imperium, quod videtur, habet: si quid pernersè terrêque factũ est à muliere, multatur, si vinum bibit, si cum alieno viro quid probri fecit, condemnatur*, &c. Lipsius cap. 13. lib. 1. Apud Nonium Cic. 3. de Rep. *Ita magnam vim habet disciplina verecundiæ: Carent temeto omnes mulieres.* Idem lib. 4. *Atque etiam si qua erat firmata, ei cognato osculum non ferebat.* Apud Athen. eum libr. 10. Polybius scribit, etiam nullo modo fallere potuisse quæ bibissent, cum mos ille manè ipsas osculandi ea de causa fit inuentus, & illarum curæ non committeretur cella vinaria. Victorius cap. 7. 24.

b Ea modestia fuit priscorum hominum, vt qui testimonium dicerent, etiamsi referrent quæ vidissent & certò scirent, ea tamen ἠθικῶς sibi videri, *νομίζειν, δοκεῖν*, loquerentur. Idem etiam obseruatum fuit in Senatusconsultis, quæ ob id *δεγμάτα* Græci vocauerunt, in Plebiscitis, & à Iudicibus in caussarum cognitione, quæ vera esse dixissent, vt ea, non tanquam essent, sed tanquam facta viderentur, pronunciarent. Cuiacius cap. 26. 3. Obser. Brissonius cap. 12.

c De hoc vide cap. 17. lib. 17.

d Myrrhæ odorem hic τὸ ἄρωμα vocat, Colum. cap. 19. 12. Ad prædictum autem modum musti adiici debent hi odores, Nardi folium, Iris Illyrica, Nardum Gallicum. Brod. cap. 20. 4. Vinum sic conditum *ἀνθοσμίαν ἴυνον*, & *ἀνθίζειν* græci vocabant, vt & Latini veteres vini florem. Ennius,

-- Hæc anus admodum
Frigutit, nimirum sauciauit se flore Liberi.

e Quidã legũt Murrinã, alia Murinã, alij Myrrhinũ. Had. Iun. c. 19. 5. Myrrinum, *οἴνου τὸ μύρου*, quoniam, vt inquit Ælianus, *οἴνῳ μὲν γὰρ χρῶνται ἅπαντες ἄνθρωποι*, vinum odoribus imbutum bibebant, *μυρρίνῳ οἴνῳ*, siue, vt legit Pollux, *μυρίνῳ*, Philippides Comicus appellauit. *οὐ δῆτα*, inquit pollux, *οὐ μυρίνου οἴνου, μύρου παραχέαντος· εἰ δὲ τὴν γλυκαῖαν ἅπασι οἰόμενοι πικρὰν εἶναι*. Sex. Pomp. Murinam exponit græcorum Nectar: quibus argumentis fit, vt interpretatio Plinij minus sit probabilis, quamuis Fulgentius laudetur præterea, quia ingrato amarore Myrrhæ perfusum vinum vix cuiquam placiturum sit. Iuuenal. sat. 6.

Cum perfusa mero spumant vnguenta Falerno. Marr.
-- & fol ata sitis. Brod. cap. 4. 4. Est & *οἶνος ἀνθοσμίας* Xenophonti *ἁπλῶς*. ac Luciano, idem fortassis cum Myrino. Thomas interpre

interpretatur *ἡδυσμίαν*. Brod. cap. 26. & 33. lib. 5. Alex. ab Alex. cap. 11. 3. Scalig. in cap. 9. 6. Caussi. Theophr. Murrhinam vocatum censet vinum, quod Romanis fœminis premebatur ex baccis myrti, quoniam myrrha ob amaroxem nõ sit idonea potius, & myrtum vbique Th. vocet *μυβρίνην*. Murratam potionem Ædiles per supplicationes ad puluinaria Diis addebant. Duodecim rabulis cautũ erat, ne illa mortuo indererur. Murrinam Græci vocant Nectar: mulieres Murriolam: quidam Murratum vinum: quidam dictum putant ab vua Murrina. Festus. Plauti versus est, *Bene instrutheis concaleat* (inulsum) *& calamum iniice*. Apud Surrium Comicum Glycerium, *Myrinum mihi adfer, quo virilibus armis occurram fortiusculo*. Supplicationibus publicis ad deorum puluinaria Ædilium iussu Myrinum apponebatur, quos ambrosia & nectare pasci credidit antiquitas. Apud Petronium Arbitrum quidam Myrini potu sed libidinem concitarum fuisse narrat.

De apothecis, & de vino Opimiano. CAP. XIIII.

APothecas fuisse, & [a] diffundi solita vina anno dcxxxiij. vrbis apparet [1] indubitato [b] Opimiani vini argumento, iam intelligente suum bonum Italia. Nondum tamen ista genera in claritate erant. [c] Itaque omnia tunc genita vnum habent Cõsulis nomen. Sic quoque posteà diu transmarina in autoritate fuerunt, & ad nos vsque nostros: quin & Falerno iam reperto, sicut apparet ex illo Comico [2] versu,

Quinque [3] *Thasij vini inde depromam, Falerni bina.*

P. Licinius Crassus, [4] & L. Iulius Cæsar Censores anno vrbis conditæ [5] dclxxv. [d] edixerũt, ne quis [6] vinum Græcum ammineúmque octonis æris singula [e] quadrantalia venderet. Hæc enim verba sunt. Tanta verò vino Græco gratia erat, vt singulæ potiones in conuictu darentur. Quibus vinis autoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his verbis tradit: L. Lucullus puer apud patrem nunquàm lautum conuiuium vidit, in quo plus semel Græcum vinum daretur. Ipse cùm rediit ex Asia, millia cadûm [7] [f] congiariorum diuisit amplius centum. C. Sentius, quem Prætorem vidimus, Chium vinum in domum suam illatum dicebat tum primùm, cùm sibi cardiaco medicus dedisset. Hortensius super decem millia cadûm hæredi reliquit. Hactenus Varro.

1 in consulatu. M.
2 versũ Anaxipolis Thasij. Vet.
3 Thasij. M. Thasi vini depr. CH.
4 & L. Cæsar. M.
5 dclxv. M. & CH.
6 vini Græci Ammineique plus octonis, vel, pluris quàm octonis. Dal.
7 congiarium. M. & CH. Lego, congiario.

ANNOTATIONES.

a Colari, saccari, *διαχωθεῖσθαι*, transuasari, eluuiari, ex cupa in qua per aliquot dies ferbuit, in dolia & cados transfundi, in quibus conditum seruabatur, ac vnde œnophoris hausturn in crateres & pocula fundebatur bibiturus. *ὠθισμὸς* Theophr. cap. 24. libr. 6. Caussi. quasi *ὀθούμενα* vocat.

b L. Opimij Consulis anno omnium vini generum bonitatem laudauit suprà cap. 4. huius libri.

c Cicero in Bruto, *Vt si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis Coss. natum velit: nec rursus ita vetere vt opimiũ aut Anicium Coss. quærat. Atqui hæ notæ sunt optimæ. Credo. Sed nimia vetustas nec habet eam, quam quærimus, suauitatem: nec est iam sine vitio.*

d Olim minimè liberum fuit cuique negotiatori tanti res suas æstimare, quanti vellet, sed quanti censuissent magistratus, cuius censionem ac æstimationem annonam fori vocabant. Apud Terent. Donatus, illud, *-- scisti vti foro*, sumptum vult à negotiatoribus, qui, quanti vendant quæ aduehunt, non præscribunt, priusquam veniant in commercij locum: sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, de vendendis, aut non vendendis meritus consilium capiunt. Ræuard. cap. 17. 3. Variorum.

e Sextarios 48.

f Congius Italici sextarij sex: Congiarius cadus, qui sextarios sex capiebat.

De liberalitate Cæsaris in vino. CAP. XV.

QVid, non & Cæsar Dictator triumphi sui cœna vini Falerni amphoras, Chij cados in [1] conuiuia distribuit? Idem Hispaniensi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo verò in tertio consulatu suo, Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum: quo primùm tempore quatuor genera vini apposita constat. Postea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt, [2] circiter septingentesimum vrbis annum.

1 conuiuas. Dal.
2 & cir. septingentesimo vrbis anno. M.

De vinis factitiis. CAP. XVI.

ITaque non [1] miror innumerabilia penè genera factitij reperta multis antè seculis, quę nunc dicemus, omnia ad medicinæ vsum pertinentia. Omphacium quo modo fieret, propter vnguenta, diximus [2] priori libro. Fit è labrusca, hoc est, vite syluestri, quod vocatur œnanthinum. Flores eius libris duabus in musti cado [3] macerati, post xxx. dies mutantur. Præter hoc radix labruscæ & acini coria perficiunt. Ii paulò postquàm [4] defloruere, singulare remedium habent ad refrigerandos in morbis corporum ardores, gelidissima, vt ferunt, natura. Pars eorum æstu moritur, [5] priusquam reliqui, qui solstitiales [6] dicũtur. Vniuersi nũquàm maturescũt: & si [7] priùs, quàm tota maturescat, vna incocta detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit vuas appetendi. Factitiorum primum fit ex

1 minora. Vet. M.
2 superioribus libris. Dal. cap. 27. lib 12.
3 maceratis. M.
4 defluere. CH.
5 perstant reliqui. Dal.
6 dicuntur vniuersi. Nunquam CH.
7 priusquã tota vua maturescat, incocta.

fit ex ipso vino, quod vocant adynamon, hoc modo: Albi musti [8] sextarij xx. aquæ [9] dimidium, feruet donec excoquatur aquæ mensura. Alij marinæ sextarios decem, tantundem [10] pluuiæ, in sole quadraginta diebus torrent. Dant ægris, quibus vini noxiam timent. Proximum fit è millij semine maturo, cum ipsa [a] stipula [11] libram & quadrantem in congios duos musti macerato, [12] & post septimum mensem transfuso. [b] Ex loto arbore, frutice, herba, [c] dictum est vti quæque fierent. Fiunt & è pomis quæ dicemus, interpretationibus non nisi necessariis additis: primúmque è palmis, quo Parthi & Indi vtuntur, & Oriens totus, [13] maturarum quas vocant [d] chydæas modio in aquæ congiis tribus macerato [14] expresso que. Sic fit & sycites è fico, quem [14] alij [e] palmiprimum, alij catorchiten vocant. Aut si dulce esse non libeat, pro [f] aqua tantundem vinaceorum adiicitur. E Cypria fico & [g] acetum fit præcellens, atque [h] Alexandrino quoque melius. Vinum fit & è siliqua [i] Syriaca, & è pyris, malorúmque omnibus generibus. Sed è Punicis, quod rhoiten vocant: & è cornis, mespilis, sorbis, moris siccis, nucleis [k] pineis. Hi musto madidi exprimuntur: superiora per se mitia. Myrtiten [l] Cato quemadmodum [15] fieri docuerit, mox paulò indicabimus. Græci verò & alio modo. Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libram in tribus musti congiis [16] deferuere faciunt, donec duo supersint. Quod ita syluestris myrti baccis factum est, [m] myrtidanum [17] vocant. hoc manus tingit. Ex his quæ in hortis gignuntur fit vinum è radice, asparago, cunila, origano, apij semine, abrotano, mentastro, ruta, nepeta, serpillo, marrubio. Manipulos binos [18] tundút in cadum musti & [19] sæpe sextarium, & aquæ marinæ heminam. E [20] napis fit, [n] xj. denariorum pondere in sextarios binos musti addito. Item è scillæ radice. Inter flores ex rosæ foliis tusis, in linteolo [o] in mustum [21] colatis cum ponduſculo vt [22] sidat, xl. pondere denariorum in sextarios vicenos musti, [p] nec ante tres menses vase aperto. Item è nardo gallico, & aliud è syluestri. [q] Aromatiten quoque inuenio factitatum tantùm non vnguentorum compositione, primò è myrrha, vt diximus, mox & nardo Celtico, calamo, aspalatho, offis in mustum aut dulce vinum [23] defectis. [24] Aliud è calamo, iunco, costo, nardo Syriaco, amomo, casia, cinnamomo, croco, palma, asaro, [25] similiter & offa. Apud alios nardi, & malobathri selibris in musti congios duos additis: qualia nunc quoque fiunt pipere & [r] melle addito, quæ alij condita, alij piperata appellant. Inuenitur & nectarites ex herba, quam alij [26] helenion, alij medicam, alij symphytó, alij Idæam & orestion, alij nectaream vocant, radice [27] póderis xl. denariorum in sextarios, sex musti addita, similiter in linteo. Ex cæteris herbis fit absinthites [28] in xl. sextarios, musti absinthij Pontici libra decocta ad tertias partes, vel [s] scopis absinthij in vinum additis. Similiter hyssopites è Cilicio hyssopo, vnciis tribus in duos cõgios musti cõiectis, aut tusis in vinũ. Fiunt [29] vtraque & alio modo, circa radices vitium sato. Sic & elleboriten fieri ex veratro nigro [t] Cato docet. Sic fit & scámonites. Mira vitiũ natura, [u] saporé alienũ in se trahendi, qualem & salicum redolent Patauinorum in palustribus vindemiæ. Sic & elleborum seritur in Thaso, aut cucumis syluester, aut scammonea, quod vinum phthorium vocant, quoniam abortus facit. Fit & ex herbis, quarum naturæ [30] suo loco dicentur. E stœchade & radice gentianæ, & tragorigano, & dictamno, asaro, dauco, eleliſphaco, panace, acoro, conyza, thymo, mandragora, iunco. Vocarunt & scyzinum, & itæomelin, & lectisphagiten, quorum iam obliterata ratio est. Et fruticum verò è genere, [x] cedri vtriusque, cupressi, [31] laurus, iuniperi, terebinthi, [32] calami, lentisci, baccas aut lignum recens musto decoquunt. [33] Item chamelææ, & chamæpityos, & chamædryos lignũ. Eodem modo & ex flore, in congium musti [y] decem denariorum pondere addito.

8 sextariis Dal.
9 tantundem. Dioſc. & M.
10 pluuiæ, mellis, muiri, muſcent, decoquant, & in sole. Dioſc. lib 5.
11 libra & quadrante Alij, ad libram.
12 & vino post. Dal.
13 miriorum. Vet.
14 Lego, expresso que: cùm si ita dulce esse non libeat, congiis quinque Fit & sycites è fico (carica, Dioſc.) in Cypro, vt palmeum: aliqui catorchiten vocant, sed pro aqua tantundem hiemeris adiicimus, in quo recenter pressa vinacea maduerint. Fit & liquoris acetum, præcellens &c. Sic locus hic ex Dioſ. restituend.
14 alij patrũ primũ, alij trecin. CH.
15 fecerit, hoc paulo. M.
16 deferuefaciũt. CH.
17 vocatur. CH.
18 condunt. CH.
19 tapt Dal.
20 Bunio Dioſc.
21 collaris.
22 sidant.
23 dejectis Dal. defectis CH.
24 Alij de. M.
25 similibus & affis. Dal.
26 melenion. CH.
27 ponderis x l in sextarios M poculo quinaque drachmarũ in congios sex Dioſc.
28 XLVIII sextariis musti, ab vrbe Ponticibra, decoctis ad tertias partes. Buduũ legendũ & sextariis multi, in M. & CH.
29 Pleraque &c. satu, Dal.
30 suæ. CH.
31 lauri, pini, iunip. M.
32 callia M. lego thyreleæ, Ex Dioſc. qui etiam has plantis addit abietem.
33 item cham. & cetã lignum, dum florent, eodem modo, in congios &c. Ex Dioſc. cap. 79. & 80.

a Cum iuba, siue phoba.
b Lapsus est memoria Plinius, tùm quòd citato loco ex fructu loti, Aphricanę arboris, vinum tantùm fieri dixit mulso simile, quod vltra denos dies non durat: tùm quòd loti arboris, & herba Ægyptiæ, ibi raptim meminit, non autem fructis.
c Cap. 17. lib. 13. arborem vocat Aphricanam: fruticem, Lotometram. he. b im. Ægyptiam.
d E cacyntis fieri, non è chydæis, autor scribit cap. 4. lib. 13. E chydæis &c. Dioſcorides ait.
e Hæc vox si integra est, vinum Palmeo bonitate proximum significat. Quidam legunt Carycinum.
f Pro aqua, cremoris vinaceorum tantundem, Dioſc. lib. 5. ὑποκαταχεῖ ὕδατος καὶ πιεσθὲν ὅλον ἐπιβρέχουσι πυθμένα τοῦ ἴσου μέτρου βάλλοντες
g Aceti Syciris, id est ficulnei parandi modũ tradit Columella c. 17. lib. 12.
h Alexandriæ plurima Sycomori est, cuius è fructu liquor in acetum acre facilè degenerat. Dioſc. cap. 42. lib. 5.

i Dioſc. cap. 32. lib. 5.
k Idem cap. 44. lib. eod.
l Cap. 125.
m Myrtidanum Dioſcoridi est adnatum myrto tuber, inæquale, verrucosum, concolor, quod manus instar caudicem myrti amplectitur. Ex eo vinum non fit, sed tusum cum vino austero reconditur, deinde in pastillos formatur, qui in vmbra resiccati efficacius adstringunt quam myrti & folium, & fructus. Vide infrà cap. vlt. 23. Catonem cap. 125. Palladiũ & cap. 2. Columel. cap. 38. lib. 12.
n Duarum drachmarum Dioſc. Pondera prorsus alia sunt, quàm Dioſcoridis, confecturæque modus.
o In Hyssopite id Dioſcorides.
p Vt defæcatum vinum transfundatur. Dioſc.
q Palladius in Octobri cap. 14. Dioſc. lib. 5. Colum. lib. 12. Athen. lib. 1. γλῆμα vocati scribit.
r Hunc tertium modum non describit Dioscorides.
s Manualibus fatciculis.
t Cato capite 115. Cæterùm serendum veratrum esse non scribit, verùm eius radicis fasciculos tres circa vitis ablaqueatæ radicem defodiendos. Dioſcorides ex plantæ radicibus musto immissis Elleboritem & Scammonitem parat.
u Non saporem tantùm, sed etiam vires Dioscorides c. 77. lib. 5.
x Negligenter Plinius de vtraque Cedro id scribit, cùm de Cedrino ex Oxycedri baccis parato, & cedrite ex cedria confecto, id scribat Dioſcorides.
y Dioſcorides hanc vini & materiæ quæ iniicitur portionem docet cap. De vino ex Chamelæa.

De hydromelite & oxymelite. CAP. XVII.

FIt vinum & ex aqua ac melle tantùm. Quinquennio ad hoc seruari cælestem [1] iubẽt. Aliqui prudentiores statim ad tertias partes decoquunt, & tertiam mellis veteris adiiciunt: deinde xl. diebus Canis ortu in sole habent. Alij [2] diffusa ita x. die obturant. Hoc vocatur hydromeli, & vetustate saporem vini assequitur, nusquam laudatius, quàm in Phrygia. Quin & acetum melle temperabatur: adeò nihil [3] intẽtatum vitæ fuit. Oxymeli hoc vocarunt, mellis x. libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluuiæ sextariis quinque, sufferuefactis decies, mox elutriatis atq; ita inueteratis. Omnia ab Themisone summo autore damnata: & hercule coactus eorũ vsus videri potest, nisi si quis naturæ opus esse credit aromatiten, & ex vnguentis vina composita, aut vt biberentur genuisse [4] eam frutices. Ista sunt cognitu iucunda, solertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidem ex his anno durare, præterquàm quæ [5] vetustate ipsa fieri diximus, & plura ne tricenis quidem diebus, non erit dubium.

1 iubent aliqui prædictores. Alij statim. M.
2 diffusam post x. diem.
3 intemperatum in vita. M.
4 ea. M.
5 vetustatem ipsam ferre &c. est.

Prodigiosa genera vini. CAP. XVIII.

SVnt & [a] in vino prodigia. Dicitur [b] in Arcadia fieri, quod [1] fœcunditatem fœminis importet, viris rabiem. At in Achaia maximè circa [2 c] Caryniam abigi partum vino, atque etiam si vuam edant grauidæ, cùm differentia in gustatu non sit. Trœzenium vinum qui [3] bibunt, negantur generare. Thasios duo genera vini diuersa facere proditur: vnum quo somnus concilietur, alterum verò quo fugetur. Apud eosdem vitis [d] theriace vocatur, cuius & vinum & vua cõtra serpentium ictus medetur. Libanios thuris odore, ex qua Diis prolibant. E diuerso [e] aspendios, damnata aris. Ferunt eam nec ab alite vlla attingi, Thasiam vuam Ægyptus vocat apud se prædulcem, quæ soluit aluum. Est contrà in Lycia, quæ solutam firmat. Ægyptus & ecbolada habet, [4] abortus facientem. Vina in [f] apothecis Canis ortu mutantur quædam, posteáque restituuntur sibi. Sic & [5] mari nauigato, cuius iactatus his, quæ dur auerint, tantum vetustatis adiicere [6] sentitur, quantum habuerint.

1 sterilitatem. Th. ἀτεκνοδόκον ποιεῖ.
2 Charmiam CH. Gabyniam TH.
3 bibant. CH.
4 abortiuos M.
5 maris nauigatio M.
6 conjectur. Ver.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 19. lib. 9. hist.
b Apud Heracleam. Theophr. cap. 20. lib. 9. hist. Athen. lib. 1.
c Caryniam Theophr. Ceryniam Athenæo. Addidit Theophrastus, canibus, si vuas gustauerint, etiam catulos elidi. Victorius cap. 23. lib. 7.
d Vide infrà cap. 1. lib. 23. & Palladium in Februario, cap. 28.
e Quidam sic dictam interpretantur ab Aspendo vrbe Pamphyliæ. Lego Aspondos, vel Aspondios, à particula priuationis Græca, & verbo σπένδειν, libare: vt vua sit, cuius vino diis libare nefas est.
f Hesiodus tamen vinum tum esse optimum scribit, τῷ μὲν πρώτιστα, τ' ἄλφι τῇ ἄνωθεν ἅ, ἐτ' ὀψ, vt interpres, quoniam τότε μάλιστα καὶ ἐφῶν ἐπιγιγνῶν, καθ' ὃν ἡμῶν ἀνθεῖ τρυγᾶν ὥραι. Ea de causa sub Canis ortum veteres largius bibendum præceperunt: non tantùm quòd ingens æstus sitibundos ad potũ inuiteret. Theognis.

Αἴθριος ἀνδρασιν ἡδὺς ἐν ἀφνειοῖσι πέλεσθαι
Μὴ σκίοντα, ἄνερα τῇ καὶ κεν ἀχρεῖον.

Alcæus, ἡνίκα δὲ τέττιγες μάλιστα λιγυρὸν ἀείδωσιν, τὸ γὰρ ἄφορμα πρὸς τὸν πότον. Brod. cap. 20. 5. Magius cap. 18. lib. 1.

Quibus vinis ad sacra vti fas non sit, & quibus generibus musta condiantur. CAP. XIX.

ET quoniam religione vita constat, prolibare Diis nefastum habetur [1 2] vina, [2] præter imputatæ vitis, fulmine tactæ, quámque iuxta [3] hominis [b] mors laqueo penderit, aut vulneratis pedibus [4] calcata, & quod [c] circũcisis vinaceis profluxerit, aut supernè decidu o immundiore lapsu aliquo [5] polluta. Item Græca, quoniam aquam habeant. Vitis ipsa quoque manditur, decoctis caulibus summis, qui & condiuntur in aceto ac muria.

1 vino M.
2 Præter, non est in vetust. cod. & omnino videtur redundare.
3 hom. mortui laqueus, vel, hanc mortuus Dal.
4 calcatæ Dal.
5 pollutæ. Dal.

Verùm

Verùm & de apparatu vini dixisse conueniat, cùm Græci priuatim ea præcepta condiderint, attémque fecerint, sicut Euphronius, & Aristomachus, & [6] Coniades, & Hicesius. Africa gypso mitigat asperitatem, necnon aliquibus sui partibus [d] calce. Græcia argilla, aut marmore, aut sale, aut mari, lenitatem excitat: Italiæ [7] pars aliqua [8 e] rabulana pice: ac resina condire musta vulgare [9] est ei, prouinciísque finitimis. Nonnusquam prioris vini fæce acetóve condiunt. Necnon & ex ipso musto fiunt medicamina: decoquitur, vt dulcescat portione virium. Nec durare vltra annuum spatium tale proditur. Aliquibus in locis decoquunt [f] ad sapas musta, infusísque his ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere, & in omni alio [10] submínistrant vasa ipsa [11] condimentis picis. Cuius faciédæ ratio proximo dicetur volumine.

6 Coniades.CH.

7 in parte.M.
8 rasulana. Vet. Vide Ann.
9 est, prouinc. finitimis. Anni prioris vina fece.M.

10 subm. vasis ipsis condimẽta. Alij, subJmunt vasa ipsa condimento.
11 cum cond. Dal.

10

ANNOTATIONES.

a Spurca hæc vina Pontifices appellabant.
b Mortui laqueus, vel homo mortuus.
c Tortiuo.
d Condiri etiam vina gypso, & calce, vide cap.11.lib.23.
e Lego, radulana, (tam ficca vt radi possit. Nam, vt ait Columel. cap.20.lib.12.quanto vetustior, tanto melior.) Idem autor rasim, (lego, rasilem) vocat, ξυστὸν. Quidam Rhetica legunt. Eam certè Constantinus in Geoponicis maximè laudat.
f Vinum id γλύκιμον vocat Athenæus lib.1.

De picis generibus, & [2] resinis, & mustis condiendis, & de aceto, & face. CAP. XX.

1 ortæ in M.d.

ARborum succo manantium picem resinámque aliæ [1] ortæ in Oriente, aliæ in Europa ferunt. Quæ interest Asia, vtrinque quasdam habet. In Oriente optimã tenuissimámque terebinthi fundunt: deinde lentisci, quam & [b] mastichen vocant: posteà cupressi, acerrimam sapore. [2 c] Liquidam omnes, & tantùm resinam: crassiorem verò & ad [3] pices faciendas cedrus. Arabica resina alba est, acri odore, difficilis coquenti. [4] Iudaica callosior, & terebinthina quoque odoratior. Syriaca Attici mellis similitudinem habet. Cypria antecedit omnes: est autem melleo colore, carnosa. [d] Colophonia præter cæteras fulua: si [5] teratur alba fit, grauior odore, ob id non vtuntur ea vnguentarij. In Asia quæ fit è picea, admodum candida, [6] spagas vocatur. Resina omnis dissoluitur [7] oleo. Quidam & [e] creta figlinarum hoc fieri arbitrantur, [f] Pudétque confiteri, maximum iam honorem eius esse in euellendis [8] virorum corpori pilis. Ratio autem condiendi musta, in primo feruore, qui nouem diebus cum plurimum peragitur, aspersu picis, vt odor vino contingat, & saporis [9] quædam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur [g] crudo flore resinæ, excitaríque lenitatem. E diuerso [h] crapula compesci feritatem nimiam, frangíque virus: aut vbi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguriæ maximè Circumpadanísque mustis vtilitas [10] discernitur hoc modo: Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex [11] vtroque condiri velint. [12] Necnon [i] alia æquè multiplici natura. Vitiúmque musto quibusdam in locis, iterum sponte feruere: qua calamitate [13] deperit sapor, [k] vappæq; accipit nomen, probrosum etiam [14] hominum, cùm [15] degenerauerit animus. [16] Aceti enim nequitiæ inest virtus magnos ad vsus, & sine queis vita mitior degi non possit. Cæterò vinorũ medicaminis tanta cura est, vt cinere apud quosdam, [17] ceu gypso, alibi [18] quibus diximus modis instaurentur. Sed cinerẽ è vitis sarmentis, aut quercu præferunt. Quin & marinam aquá eiusdem rei gratia ex alto peti iubẽt, seruaríque ab æquinoctio verno, aut certè nocte solstitio & Aquilone flante hauriri, vel si circa vindemiam hauriatur, decoqui. Pix in Italia ad vasa vino [19] condendo maximè probatur Brutia. Fit è piceæ resina, in Hispania autem è [20] pinastris, minimè laudata. Est enim resina harum amara & [21] arida, & graui odore. Differentiam rationémque faciendi proximo volumine demonstrabimus inter arbores [22] feras. Vitia, præter [l] suprà dicta, acor, aut fumidum virus, picis autem adustio: experimentum verò, si fragmenta subluceant, ac sub dente lentescant [m] acore iucundo. Asia picem [23] Idæam maximè probat, Græcia Piericam, Virgilius [24] Naryciam. Diligentiores admiscent [n] nigram mastichen, quæ in Ponto bituminis similis gignitur, & iris radicem [25] oleúmque. Nam [o] ceram accipientibus vasis compertum est vina acescere. Sed transferre in ea vasa, in quibus acetum fuerit, vtilius, quàm in ea, in quibus dulce aut mulsum. Cato iubet vina concinnari (hoc

2 Liquidæ omnes extant (h.e) resinæ M.
3 picem faciendam idonea cedrus Vet.
4 Iudæa.M.& CH.

5 vratur. Ex Dioscor.

6 spargas, M spargos. Quidam. pegas Alij, quasi stalactis & stagonias
7 oleo. Pudetque confiteri &c pilis. Quidam & creta &c, arbitrãtur. Ratio &c.
8 à virorum M
9 quodam acumine. M quadam acrimonia Vet.

10 decernitur Dal.
11 nitro Ali. Ego verò vtrumque intelligo, & crapulam & resinæ florem.
12 Nec non alia, quæ est mulci pice & natura CH Nec nõ alia quæ est multa nice nata. Parm. Lego, Necnon alij etiã multi pice quoque Naritia.
13 cùm deferbuit, sapor vappæ accipit nomen M.
14 homini. Vet.
15 degenerauit. M. degerauit CH.
16 Aceris enim M. Aceti verò. Vet.
17 ceu gypso alibi, & liximio quibus &c. Dal ex iis quæ sequuntur, liximio vtebantur ad &c.
18 & quibus. CH.
19 condiendo M.
20 picea. M. piceastris. Parm.
21 arida. CH.
22 feraces. M sub. resinæ.
23 Indicam M.
24 Naryriam M. Naresiam Alij à Naresiis Liburniæ populis Alij Naricium Calabriæ vrbem esse volunt.
25 foliumque Dal. id est, malabathrum.

(hoc enim vtitur verbo) [p] cineris lixiuij cum defruto cocti parte quadragesima, pulegij vel salis sesquilibra, interim & tuso marmore. Facit & sulphuris mentionem, resinę verò in nouissimis. Super omnia addi matureſcente iam vino iubet mustum, quod ille tortiuum appellat, nos intelligimus nouissimè expressum: & adiici mustis tingendi gratia coloris, vt pigmentum aliquod vini, atque ita pinguius fieri. [26] Tot veneficiis placere cogitur: & miramur noxium esse. In vitium inclinantis experimentum est, [27] laminæ plumbeæ mutatus in ea colos. Proprium autem inter liquores vino, [q] mucescere, aut in acetũ verti: extántque medicinæ volumina. Et fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. Cinis eius nitri naturam habet, easdémque vires, hoc amplius, [28] quò pinguior sentitur.

26 Sed vt veneficiis placere cogatur, miramur. M.
27 lamina plũbea. M.

28 quòd. M. & CH.

10

ANNOTATIONES.

a De resina & pice vide cap.11.& 12.lib.16.& cap.1.lib.23.& cap.6.lib.24.
b Plinius falsò mastichen resinis liquidis annumerat.
c Idem etiam è lentisco resinam liquidam fluere tradit cap.6.li.24.quod tamen vsus falsum esse monstrat.
d Colophoniacam vocat & Celsus lib.5.cap.18.
e Cretam figularem vocat Celsus cap.1.lib.5.
f καταπιττοῦν id Græci vocabant. Clemens Alexand. cap.3.3. pædagi, de Cynædorum impura, infamique mollitie: διὰ τοῦτο γὰρ πολλοὶ αὐτῶν πιττοῦνται, ξυρούμενοι, καφαντλοῦντων τῶν βαλανέων τοῦτο. Qui sic vulsi & glabri fuerint πιττοκοπωμένοι eidem dicuntur. Fuit & καταπιττοῦν tormenti genus, cùm feruenti pice instillata corpora hominum vrebantur. Lucretius,

Verbera, carnifices, robur, pix, lumina tædæ.

Plautus in Capt.

Atra bilis agitat hominem. B. At pol, te, si hic sapiat sensex,
Atra pix agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat.

Victorius cap.14.8. Visco quoque pilos euelli solitos monstrant hi versus Iuuenal.

--nullus tota inter in cute, qualem
Præstabat calidi circunlita fascia visci.

De hac re plura Had. Iun. lib. De coma. Idem Poëta

--quid enim resinata inuentus,
Cruráque totius facient tibi lælia gentis?

Philostratus in Vitis, de Scopeliano ὃς ὁπηνίκα ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ ξυστοῦ ἀπεπάλαιε, καὶ καφαντιᾶτο. Theopompus apud Athenæum narrat, omnes Barbaros, qui ad Occidentem habitant, picari & radi: apud Thuscos multas esse ad eam rem infituras officinas, quas adeunt, & peritis artificibus radendos ac picandos se præbent, nulla prorsus verecundia, si quis foris intueatur, vel dum hoc fit, interueniat. Euirationem pilorum eam vulsuram autor vocat cap.1.lib.29. Palladius in Octobri cap.14.
g Coquendi in aqua eiusdem floris rationem vide cap.11.lib.16.
h Crapula, resina, resinæve coctus flos, qui pro condimento vino immiscetur, sic dicta quòd vinum resinatum, nouitium præsertim, caput tentet. Cap.11.lib.16.& cap.1.lib.23. Confecturam tradit Dioscorides cap.23.lib.5.
i Vel musta condienda, vel mustorum condimenta.
k οἶνον παραπεφυκέναι, vappescere, vulgò *se tourner*, ὀξὺν ἐξέρχεσθαι μεταπεσόντα, ἐξίστασθαι dicunt, *s'enaigrir*. chrysost. εἶνε καὶ αὐτὸ ὑγιὲς τὸ ὠὸν μετατραπὲν εἰς ὄξος, ἢ ὡς ἐξέρχεσθαι μεταπεσόν. ἐκχέσθαι homines etiam Græci ἐξίστασθαι dicunt, quasi corrupta vina. Aristophanes in Eq uitibus, Ἀγορᾶ μεχθηρὸν πωλοῦντ' ἐξέρχεσθαι. Idem ἐμοιχεύθη αὐτοῦ τὸν οἶνον ἐξέρχεσθαι πανοῦργος. Inde Græcis ὄινος τραπεὶς, καὶ ὑπερφυὴς, vinum mutatum, fugiens, in vappam aut acetum degenerans, & exolescens: quod ætati cedit. Horat.

Ac nisi mutatum parcit defundere vinum.

Turn. cap.1.lib.1.cap.9.7.13.20.
l A marorem, atiditatem, grauem odorem.
m Quoniam in cortinas æneas conjecta, aceto spissatur.
n Nigræ mastichis suprà meminit cap.17.lib.12.
o In picandis doliis ceram pici admisceri solitam scribit Palladius cap.11. Septembris. Adiecta cera ampliore vina vappescere scribit cap.5.& 7.li.6.& fortassis hic legendum vappescere.
p Sic autor vocat νοσίνου γραστῖδι Græcorum, nempe liquidum lixiuium. Nam calce addita cum cinere quolibet, lixiuium id aut περιόξαλμος, aut γραστὶς διυδατίη vocabatur, quasi excolatum lixiuium.
q Proprium verbum id vsurpatur de pane, carne, & aliis id genus, quæ diutino situ lanuginem contrahunt, cum quadam graueolentia. In vino mucorem nos intelligimus saporem euanidum & obsoletum, cum odore ingrato, vulgò *vin pouſſé*.

De cellis vinarijs. CAP. XXI.

MAgna & collecto iam vino differentia in cella. Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulísque cingunt, atque etiam hyeme gelida ignibus rigorem arcent. [1 2] Mirum dictu, sed aliquando visum, ruptis vasis stetere [2] glaciatæ moles prodigij modo, quoniam vini natura [b] non gelascit, aliàs ad frigus stupens tantùm. Mitiores plagæ doliis condunt, infodiúntque terræ tota, aut [c] ad portionem [3] situs. Item cælum præbent: alibi verò impositis tectis arcent: traduntúrque & hæc præcepta: Latus cellæ vinariæ, aut certè fenestras [d] obuerti in Aquilonem oportere, vel [4] vtique in exortum æquinoctialem. [5] Sterquilinia & arborum radices procul abesse, omniáque odoris euitandi, facillimo in vina transitu: ficos vtique & caprificos. Doliis etiam interualla dari, ne inter se vitia serpant, contagione vini semper ocyssima. Quin & figuras referre. [6] Ventrosa ac patula minus vtilia. Picari oportere protinus à Canis ortu, posteà perfundi marina aqua aut salsa, [7] dein cinere sarmenti aspergi vel argilla, absterſa myrrha suffiri, ipsáſque sæpius cellas. Imbecilla vina demissis in terram doliis seruanda, valida exposítis. Nunquàm implenda: & quod supersit, passo aut defruto perungendum, admisto croco, pice veteri cum sapa: sic opercula doliorum medicanda, addita mastiche ac pice. [8] Bruma aperiri vetant, nisi sereno die. Vetant Austro flante, Lunáve plena. [e] Flos vini candidus probatur: rubens triste signum est, [9] si non vini colos sit. Item vasa incalescentia, operculáve [11] sudantia. Quòd celeriter florere [12] cœperit, odorémque [f] trahere, [13] nõ fore diutinum. Ipsa quoque defruta ac sapas, cùm sit cælum sine Luna, hoc est, in sideris

1 Rarum. CH.
2 glaciata, prodigij. M.
3 satis. Dal.
4 vsque in. M.
5 Sterculonia. CH.
6 Ventruosa. M. & CH.
7 ac leni cinere firm. asp. vel argilla asp. Vet. Alij, & argilla absterſa.
1 Brutia aperire. CH.
2 si non is vini. M. & CH.
10 vasis incalescentibus, operculisve sudantibus, quod celeriter M.
11 sudantibus. Quod. Vet
12 cœpit. M.
13 non fit diutinum. Vet.

eius coitu,neque alio die coqui iubent.Prætereà plumbeis vasis,non æreis,[14] nucibus iuglandibus additis: eas enim [g] fumum excipere. Campaniæ nobilissima [15] expositа sub dio [16] cadis [h] verberari Sole,Luna,imbre,ventis,aptissimum videtur.

14 nucibúsque. M.& CH.
15 expositi. Vet.
16 in cadis.M.&.CH.

ANNOTATIONES.

a Æquè mirum quod prodit Arist. in Arcadia vinum ἀνυξεφαίνεσθαι ὑπὸ τῶ πεπνῦ,ὡσ τοῖς ἀσκοῖς, ὅτι ξυέρροον γίνεται. Rhodig.cap.36. 28.Virgil.3. Georg.
--cadúntque securibus humida vina.
Vide Brod.cap.31.5.
b Vide apud Macrobium lib. 7. Saturn. causam, cur vinum & acetum non gelascunt.
c Nam calidiore cælo,tota sub dio relinquuntur: frigidiore,tota defodiuntur: medio, partim abduntur terra, partim cælo permittuntur.
d Vitruuius cap.4.lib 1.
e Flos vini,odor,fragantia.Plaut.in Curcul.
Flos veteris vini naribus obiectus est mi eis.
flos vini,ἀνθος οἴνου, vinum optimum, & odoris incundissimi. Festus. *Florem anclabant Liberi è carchesio.* Plaut.in Cistellaria.
Quippe vbi linguam percussi flore Liberi.
Flos vini,tenuis spuma in summo innatans.Turn.cap.34.29.cæcilius apud Nonium in Floces,tria hæc numerat, florem, floces, id est, fæcem,& vinum.*Ego*, inquit, *neque florem, neque floces volo mihi vinum volo.*
f Alium,quàm suum & natiuum.
g Qui permixtus sapæ eam corrumpere potest.
h Vlpiano propriè verberatur, quod anima prædicum verbere feritur cum doloris sensu: pulsatur,quod anima carens ictu cerebro percutitur,vt lana, lanua.Alex.ab Alex.cap.19.lib.3.

De vitanda ebrietate. CAP. XXII.

Ac si quis diligentiùs reputet,in nulla [a] parte operosior vita est,ceu non saluberrimũ ad [1] potum aquæ liquorem natura dederit, quo cætera omnia animantia vtuntur At nos vinum bibere & [b] iumenta cogimus: tantóque opere, tanto labore & impendio constat, quod hominis mentem mutet, ac furorem gignat, millibus scelerum huic deditis tanta dulcedine, vt magna pars non aliud vitæ præmium intelligat. Quinimo vt plus capiamus, [c] sacco [2] frangimus [d] vires: & alia irritamenta [3] excogitantur: ac bibendi etiam causa venena conficiuntur, aliis cicutam præsumentibus, vt bibere mors cogat, aliis pumicis [e] farinam, & quæ referendo [e] pudet [4] docere. Cautissimos ex his balineis [f] coqui videmus, exaniméque efferri. Iam verò alios [g] lectum expectare non posse, imò verò [h] nec tunicam, nudos ibi protinus [5] anhelos ingentia vasa corripere, velut ad ostentationem virium, ac [6] planè infundere, vt statim cuomant, rursúsque hauriant, ídque iterum tertiúmque: tanquam ad perdenda vina geniti, & tanquam effundi illa non possint, nisi per humanum corpus. [7] Huc pertinent peregrinæ [i] exercitationes, & volutatio [k] in cœno, ac pectorosa ceruicis repandæ ostentatio. Per omnia hæc prædicatur sitis quæri. Iam verò quæ vasa adulteriis cælata? tanquam per se parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur,atque etiam [l] præmio inuitatur ebrietas. Et si diis placet,emitur [8] alius,vt quantum biberit tantum edat: & pretium vinolentiæ lege accipit. [m] Alius quantum alea quæsierit tantum bibit. Tunc auidi matronam oculi [9] licentur,graues produnt marito: tunc animi secreta proferuntur. Alij testamenta sua nuncupant: alij [10] mortifera loquuntur,redituraſq; per iugulum voces non continent,[11] quàm multis ita interemptis. Vulgoq; [n] veritas iam attributa vino est. Intereà vt optimè cedat,[o] Solem orientem non vident,ac minus diu [12] viuent. Hinc pallor,& genæ pendulæ,[p] oculorum hulcera,tremulæ manus,effundentes plena vasa,&(quæ [13] sit pœna præsens) furiales somni,& inquies nocturna,præmiumq; summum ebrietatis libido [14] portentuosa,ac iucundum nefas. [15] Postera die ex [r] ore halitus [16] cadi, ac ferè rerum omnium obliuio,morsq; memoriæ. Rapere se ita vitam prædicant,[17] cùm priorem diem quotidie perdant,illi verò & venientem. Tib. Claudio principe ante hos annos xl. institutum,vt ieiuni biberent,potusq; vini antecederet cibos,externis & hoc artibus, ac medicorum placitis nouitate aliqua sese commendantium. Gloriã hac virtute Parthi quæruntˌ famam apud Græcos Alcibiades meruit,apud nos cognomen etiã Nouellius Torquatus Mediolanensis ad Proconsulatum vsque è Prætura honoribus gestis, [s] tribus cõgiis(vnde & cognomen illi fuit) epotis [t] vno impetu,spectante miraculi gratia Tib.principe in senecta iam seuero [18] atque etiam sæuo aliàs, sed [19] ipsa iuuenta [u] ad merum pronior fuerat. Eáque commendatione credidere L. Pisonem vrbis Romæ [20] x curæ ab eo delectum,quòd biduo duabúsque noctibus perpotationem continuasset apud ipsum iã principem

1 potus. CH.
2 franguntur. Vet.
3 excogitamus. Dal.
4 dicere.M.
5 & anhelos.M.
6 planè inf. vt statim vomant.M. & CH.
7 Ad hoc.M.
8 alienus.Dal.
9 licenter grauí produntur. M. licenter. Tunc grauí produntur marito. Vet. Lego,licentur,grauíque de produnt Dal.
10 mortiferè. CH.
11 perquam. Dal.
12 bibunt. M.
13 lic. M.
14 portentuosa.M.
15 Postero.CH.
16 fœdi M. fœtidi. Vet crudi. Vet.
17 si pridi quot. perdãt, immò verò. Vet.
18 Muretus illa, atque etiam sæuo aliàs, delet.
19 ipsi. Vet.
20 curatorem. Vet.

principẽ. Nec alio magis Drusus Cæsar [y] regenerasse patrem Tiberium ferebatur.[21] Torquati rara gloria (quãdò & hæc ars suis legibus constat) nõ labasse [22] sermone,[23] nec leuatum vomitione,non altera corporis parte, [z] dum biberet: matutinas obisse vigilias, plurimum hausisse vno potu: plurimum [24] prætereà aliis minoribus addidisse: optima fide [aa] non respirasse in hauriendo, neque expuisse: nihílque [bb] ad elidendum in pauimentis [25] sonum ex vino reliquisse, diligenti scito legum contra [26] bibendi fallacias. Tergilla [27] Ciceronem M. filium binos congios simul haurire solitum ipsi obiicit: [28] Marcóque Agrippæ à temulento scyphum impactum. Etenim hæc sunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui [cc] M. Antonio. Is enim ante eum auidissimè apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de sua ebrietate: quo patrocinari sibi ausus, approbauit planè (vt equidem arbitror) quanta mala per temulentiam terrarum orbi intulisset. Exiguo tempore ante prælium Actiacum id volumen euomuit: quo facilè intelligatur ebrius iam sanguine ciuium, & tanto magis eum sitiens. Nanque & hæc necessitas vitium comitatur, vt bibendi consuetudo augeat auiditatem. Scitúmque est Scytharum legati, quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos. Est & Occidentis populis sua ebrietas, fruge madida: pluribus modis [dd] per Gallias Hispaniásque, nominibus aliis, sed ratione eadem. Hispaniæ iam & vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque [ee] è fruge sibi potus similes excogitauit. Nulláque in parte mundi cessat ebrietas. Meros quippe hauriunt tales succos, nec diluendo, vt vina, mitigant. At [29] hercule illic tellus fruges parere videbatur. Heu mira vitiorum solertia, inuentum est quemadmodum aqua quoque [ff] inebriaret. Duo sunt [gg] liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei, arborum è genere ambo præcipui, sed olei necessarius. Nec segniter vita in eo elaborauit. Quanto tamen in potu ingeniosior apparebit, ad bibendum generibus centum nonagintaquinque, si species verò æstimentur, penè duplici numero excogitatis, tantóque paucioribus olei. De quo in sequenti volumine dicemus.

21 Torquato. M. & CH.
22 sermonem.CH.
23 non.M.
24 propterea.CH.
25 simmum.Hermol.
26 bibendum. CH. forte, bibentum.
27 Ciceronis.M.
28 marcidoque ac.M. Marcoque Agr à macido & temulento. Vet.
29 hercules. M. illic. Vet. Lego, At hercule solas illic tellus.

ANNOTATIONES.

a Eubulus primum cratera sanitati, secundum voluptati & amori, tertium somno, quartum iniuriæ dicat. Panyasis verò primum Gratiis, Horis, Dionysio: secundum Veneri, ac rursum Dionysio: tertium iniuriæ. Athenæus.
b Hector apud Homerum Iliad. 8. sic equos suos alloquitur.
Νῦν μοι τὼ καμάλλιν ἀποτρύνετον, ὡ μάλα ποιλὰ
Λ' ὑβρομέκῳ θυγατρὶ μεγαλήτορος. Η' ἐτέοιωσιν
Υ'μῖν ποιὴ πορτήσετι μαλέρφατα πυρὸν ἔδοντε,
Οἴνου τ' ἐμπάσσασα πιεῖν θυμὸς ἀνώγοι,
Η' ἐμοὶ, ὅττιρ οἱ θεοπρὸ ἐ πόστε τέλεσμα ἄνοιτο.
Vide cap.44.lib.8.
c Vinum sacco castratum, πεσσομισμένον, τῷ σάκκῳ ἐξιὸν οὐχὶ ῥεῦσον, καὶ ἀποθυμωθέν, ὀθίκλη Theophr. cap.24.lib.6. causs. vocat: alij διυθίσαν, colatum, saccatum, ἀπὸ τῦ ὑθάτ. Cic.2.De Finibus, *Quibus vinum defusum è pleno sit: his siphon, vt ait Lucilius, seu nihil dempsit, nil vires faculus abstulit.* Nempe vinum integerrimum, quod nec siphone depletum est, nec vola manus, (hir id significat) pitissatum. Hic sipho, tubulus est, quo vinum exugitur alias verò, γαυλὸς, veteri glossario, Meraria, siue gustatorium eidem, γαυγάδιον vasculum quo in caupona vinum gustatur, tenui fistula, angustóve collo. Inde Simpo veteribus Latinis, & á Simpone Simpulum. Scalig. Vide cap.12.li.35. Huc pertinet quæstio apud Plutarchum in Sympos.7.6. An colandum vinum sit.
d Nam vini fæx eius est veluti πρόκρος καὶ τέφωμα, quamobrem & τεφίγια quidam, κατ' ἐροχὴν vinum vocant: nec frustrà est quod Hesiodus scripsit ἀπὸ τῦ πίθε πίνειδαι ἄδυ. Et certè *dissipat* illa, robur ac potestatem vini prorsus eneruat. Rhodig. cap.26.28.
e Vide quæ ex Theophrasto refert cap. 21. lib. 36.
e Vt de Cosso tradit Seneca epist.84.lib.12.
f Cruditatem, ex pridiana temulentia infestam, balneo coquere, & in eo tantùm perdurare, tantumque sudare, vt animus deficiat.
g Sed in mensa obdormiscere. Theophr. cap.18.lib.9. hist.
h E lecto surgentes.
i Halterum, luctæ, saltus, pugilatus &c.
k Puluere palæstritarum, quem ἀφὼν vocauerunt. Aqueus hæc omnia refert ad inhonestas & indecoras poculis certantium inter bibendum leges & gesticulationes: ceruicemque repandam, curuam interpretatur, neruis temulentia debilitatis, quod mihi non placet. Prolixè locum hunc enarrat Rhodig. cap.26.lib.7.
l Apud Flauium Vopiscum Aurelianus suos Phagones, siue Comedones & Bibones habuit. Vide apud Eras. prouerb. Edax currus.
m Tot haurit pocula quot imperat modiperator, siue conuiuij magister & dominus, vel, vt aiunt græci, βοτρυὸς, talorum sorte eam præfecturam adeptus: de quo Macrobius, Cicero, Plato in legibus.
Nec regna vini sortiere talis, inquit Hor.
Ego verò puto accusari perditos mores eorum, qui statim ab alea comparantur, vt quantum lucrati essent, tantum in conuiuia prodigeretur, omneque vitæ tempus in alea & bibendo periret. Vide & Rhodig. cap.6.lib.18. Insignis est de hoc vitio, ac pernerso illo vitæ genere, epistola 123. Senecæ.
n Inde natum prouerbium, vinum cum pueritia, & fine pueritia veridicum. Sub Tiberio Cæsare, cùm vigeret accusandi publica rabies, exceptum quoque fuisse ebriorum sermonem, Seneca lib. de Beneficiis tradit.
o Smindyrides Sybarita, luxu & opibus diffluens, id sibi contigisse annis plus minus viginti gloriabatur. Idem & Hestieus Ponticus, sed honesta causa, cùm studiis operam daret tota ferè vita. Rhodig. cap.11 lib.11. ex Athenæo lib.6.
p Iidemque & πελιδνοὶ, & πελιδνάοντες, liuidi, & cirea canum tumidi, quod & amantibus & melancholicis contingit. Theocritus δι δ' ὑπὸ ἕρωτος Δ ὀγκα πελιδνόοντας ὑπόσπια μεμβλίσκοντι.
q Veneris imaginarium somnium.
r Apud Vlpianum Trebatius ait, non esse morbosum os olere alicui, vt lurcosum & raponem: hoc enim ex ingluuie oris accidere, nempe ἐκ τῦ ἀδηφαγίας καὶ πολυποσίας. Quidam legunt, vt hircosum & strabonem. Hoc enim ex illuuie oris. Scalig. Vide quod notatum cap.53.lib.11.
s Tribus congiis, idest, libris triginta. Hemina libram pendit, Sestarius, 2. Congius, 10. Vrna, 40. Amphora, 80. Culeus, 1600. Vel, Hemina libram, Sestarius heminas duas, Congius sestarios quinque, Vrna congios quatuor, Amphora vrnas duas, Culeus amphoras quatuor. Rhodig. cap.1.lib.29.
t ἄμυσι. Sic Diotimum Athenienſem χῶνα vocarunt, quoniam infundibulo ori apposito vinum affusum perpetuò biberetisse Xenarchum Rhodium Metreten. Aureliani Phago vno die aprum integrum absumebat, veruecem, porcellum, panes centum, vini plus orca. Rhodiginus cap. 1. 29. Idem autor cap. 17. lib. eiusdem, Heraclidem Pycten voracissimum & bibacissimum memorat.

v Quare per iocum quidam eum Biberium Meronem, pro Tiberio Nerone vocauerunt.
x Custodem,tutorem,præfectum. Vide Senecam epist. 84.li.12. Tacitus Annal.lib.6.
y Repræsentasse. Vide Sueton. cap. 42. in Tiberio. Druso huic Cæsari fastiditum caulium delicatiorem teneriorémq; cauliculum, neque id sine castigatione Tiberij patris, dicit infrà cap. 8. lib.19.
z De iis legibus potorijs vide Ciceronem vltima Tusculana.
aa Hoc paulò antè dixit vno impetu: ἀμυγδ, & ἄπυγοι Græci, vnde ἀμυγδαλῆς: quo modo Dion scribit Commodum in theatro, feras ex alto iaculis impetentem, dulce vinum bibere solitum, acclamante populo ξῆσον.
bb Eum morem indicat Horatius his versibus:

Absumet heres Cæcuba dignior,
Centum seruata clauibus, & mero
Tinget pauimentum superbo,
Pontificum potiore cœnis.

Vide Rhodig. cap.5. 28. ἀπομεθύσθαι id Græci dicunt.
cc Is, teste Paterculo, hedera redimitus, aurea corona tectus, cothurnos indutus, curru vectus, Liberum patrem vocari se iussit. Cùm ergo sic Athenienses salutassent, ac vt Mineruam suam in matrimonium duceret rogarent, ductarum is ait, sed doris nomine imperare se mille talenta. Imitatus est tantam insaniam & Caligula, & Commodus, Antigono & Mithridate iam antea Dionysij & culeum & nomen vsurpare ausis. Had.Iun.cap.1.5. Seneca Suasoria 1.
dd Vide infrà cap.vlt.lib.22.
ee Hordeo, tritico, auena, olyra. Cassianus in Geoponicis lib. 6. ex Leontio. Columel.
ff Vt Pelusiaci prioritet poculi Zythi.
Vide infra loco proximè citato.
gg Nationes, quibus familiaris est potus eiusmodi, illo inebriari testantur Leontius apud Cassianum in Geoponicis; Dioscorides, qui zycho & curmi cerebrum tentari, excitarísque dolorem capitis ait, Dion Academicus, qui Ægyptios hordeaceo potu exhilarari tos cantare & saltare temulentos scribit; Arist.lib. De temulentia, qui scribit, zytho ebrios, quoniam id potionis genus κορυνιᾷ est, in dorsum supinos cadere, ac reclinari, αἴγυπτοι τῷ πίνῳ μεθύοντας ἐς τ' ὀπίσω πεσεῖ ὑπτίους κλίνεσθαι, vino autem madidos in faciem pronos ferri. Virg. de Septentrionalibus populis, his versibus,

Hic noctem lusu ducunt, & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

Had.Iun.cap.12.lib.2. Scythæ herbarum quarundam vapore, dum vruntur: Thraces quorundam seminum inebriantur, & velut temulenti iacent: Babylonij quarundam arborum fructu prunis iniecto: Indi succo arundinis saccharatæ. Alex.ab Alex. cap.11. lib.3. Elegantes hi sunt Lucilij versus apud Nonium de vinosis, in luuito:

Scito enim bene longinquum mortalibus morbum
In vino esse, vbi qui imitauit dapsilius se.

Quos etiam suprà adduximus.
gg Alludit ad Pollionis Romuli festiuum responsum, cuius meminit infrà cap.24.lib.22.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XV.

Naturæ frugiferarum arborum. CAP. I.

1 celeberrimus è Græcorum. Vet.
2 sexagesimo. M.
3 sexagesimum. Columm.cap.8. lib.5. aut non viuere, aut non esse feracem.
4 duodenis Vet.
5 Seruius. M.
6 Gn Pompeio septies consule M.
7 vitæ. M.

LEAM Theophrastus [1] è celeberrimis Græcorum autoribus vrbis Romæ anno circiter quadringentesimo [2] quadragesimo, negauit nisi intra [3] xl. mil. passuum à mari nasci: Fenestella verò omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco regnãte, ab ãnis populi Romani clxxxiii. quæ nunc peruenit trans Alpes quoque, & in Gallias Hispaniásque medias. Vrbis quidem anno quingentesimoquinto, Appio Claudio Cæci nepote, L. Iunio Coss. olei libræ [4] duodenæ assibus veniere. Et mox anno sexcẽtesimo octogesimo, M. [5] Seius L. F. Ædilis curulis olei denas libras singulis assib. [a] præstitit populo Romano per totũ annũ. Minus ea miretur, q. sciat post annos xxii. [6] Cn. Põpeij iiii. Cõsulatu oleũ prouinciis Italiã misisse. Hesiodus quoq; in primis cultũ agrorũ docendã arbitratus [7] vitam, negauit oleæ satorem fructũ ex ea percepisse quẽquam. Tam tarda tũc res erat. At nunc etiam in plantariis serunt, trãsplatarumq; altero anno decerpuntur baccæ. Fabianus negat prouenire in frigidissimis oleam, neque in calidissimis. Genera earũ tria [b] dixit Virgilius, orchites,

orchites, & radios, & pausias: nec desiderare rastros, aut [8] falcem, vllámve curam. Sine dubio & in iis solum maximè cælúmque refert. Veruntamen & [9] tondentur, cùm & vites: atque etiam interradi gaudent. Consequens earum vindemia est, arsque vel maior, [10] oleum quàm musta temperandi. Ex eadem quippe oliua differunt succi. Primum omniũ è cruda, atque [c] nondum inchoatæ maturitatis: hoc [11] sapore præstantissimum. Quin & ex eo prima vnda præli laudatissima, ac deinde per diminutiones, siue (vt nuper [d] inuentum est) exilibus regulis pede incluso. Quantò maturior bacca, tantò pinguior succus, minúsque gratus. Optima autem ætas ad decerpendum inter copiam bonitatémque, incipiente bacca nigrescere. Nostri vocant drupas, Græci verò [12] drypetas. Cætero [13] distat, an maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis: rigua fuerit arbor, an suo tantùm [14] bacca succo, nihílque aliud quàm rores cæli biberit.

8 falces. CH.
9 attendentur. Vet.
10 deo musta. CH.
11 saporis præstantissimi. M.
12 drypetidas. CH.
13 distant. M. & CH.
14 vda. Dal.

ANNOTATIONES.

a Annonæ dispensationem penes Ædiles fuisse monstrat hic locus Liuij lib.10. *Curitas etiam annonæ solicitam ciuitatem habuit, ventúmque ad inopiæ vltimum foret, vt scripsere quibus Ædilem fuisse anno Fabium Maximum placuit, in eius viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat, talis domi tum in annonæ dispensatione, comparando ac conuehendo frumento fuisset.* Ræuard.cap.17.3. Vatior.
b In Georgic. *Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ,*
Orchites, Radiúsque, & amara Pausia bacca.
Et rursum,
Contrà, non vlla est oleis cultura, nec illæ
Procuruam expectant falcem, rastrósque tenaces,
Cùm semel hæserunt arui &c.
c Omphacinum. Viride Catoni cap. 65.
d Exilibus regulis Sampsa inclusa. Columel. cap. 50. lib. 12. Posteà resolutis corticulis moli debebunt, adiectis binis sestariis integri salis in singulos modios: & aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certè nouis fiscinis Sampsa exprimi.

De oleo. CAP. II.

VEtustas oleo tædium affert, non item [1] vt vino: plurimúmque ætatis [2] annuo est, prouida (si libeat intelligere) natura. Quippe temulentiæ nascentibus vinis, vti necesse non est: quinimo inuitat ad seruandum blanda [3] inueterati caries. [4] Oleo noluit parci, [5] fecítque ea necessitate promiscuum & vulgo. Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maximè agro Venafrano, eiúsque parte quę Licinianum fundit oleum: vnde & Liciniæ gloria præcipua oliuæ. Vnguenta hanc palmam dedêre, accommodato ipsis odore. Dedit & palatum [6] delicatiore sententia. De cætero baccas Liciniæ nulla auis appetit. Reliquum certamen inter Istriæ terram & Bæticæ par est. Vicina bonitas prouinciis, excepto Africæ frugifero solo. [7] Cereri totum id natura concessit: oleum ac vinũ non inuidit tãtum: satísque gloriæ in messibus fecit. Reliqua erroris plena, quem in nulla parte vitæ numerosiorem esse docebimus.

1 &. Dal.
2 anno. M.
3 inueterati. CH.
4 oleum. Vet.
5 fecitque veteratica. M. veteratum ea. Vet.
6 delicatiorem sententiam. M.
7 Cæteris. Vet. M.

De natura oliuæ, & oleæ incipientis. CAP. III.

OLiuæ constant nucleo, oleo, carne, amurca: sanies hæc est eius amara. Fit ex aquis, ideo siccitatibus minima, riguis copiosa. Suus quidem oliuæ succus oleum est, idq; [1] præcipuè ex immaturis intelligimus, sicut de omphacio [a] docuimus. Augetur oleum [2] ab Arcturi exortu xvi. calendas Octobris: posteà nuclei increscũt, & caro. Cùm sitienti imbres copiosi [3] accessere, vitiatur oleum [b] in [4] amurcam. Huius color oliuam cogit nigrescere. Ideóque incipiente nigritia minimum amurcæ, ante eam nihil. Et error hominum falsus, existimantium maturitatis initium, quod est [5] vitij proximum. Deinde quòd oleum crescere oliuæ carne arbitrantur, cùm succus omnis in corpus abeat, lignúmque intus grandescat. Ergo tum maximè rigantur. Quod vbi cura multa siue imbribus accidit, oleum absumitur, nisi consecuta serenitate, quæ corpus extenuet. Omnino enim, vt [c] Theophrasto placet, est olei causa calor, quare & in [d] torcularibus & iam [6] in cellis multo igne quæritur. Tertia est culpa in parsimonia, quoniam propter impendium decerpendi expectatur vt decidat oliua. Qui medium temperamentum in hoc seruant, perticis decutiunt, cum iniuria arborum, sequentísque [e] anni damno. Quippe [f] oliuantibus lex antiquissima fuit: Oleam ne stringito, néve verberato. Qui cautissimè agunt, harundine leui ictu, nec aduersos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus. [7] Nec minus, si expectetur vt cadat. Hærendo enim vltra suum tempus, absumunt venientibus alimentum, & detinent locum. Argumentum est, quòd nisi ante Fauonium [8] collecte, nouas vires resumunt, & difficiliùs cadunt. [8] Prima

1 præcipuum. Alij.
2 ad Arcturi exortũ. Thophr. ad Arct exortum in ad xvi. CH. leg. in ante diem &c.
3 incessere. Dal.
4 amurca. M.
5 vitio. Vet.
6 à. CH.
7 At minus &c. absumit &c. detinet. sub. fructus. Dal.
8 oliuæ coll. Dal.

ergo ab autumno colligitur, vitio operæ, non naturæ, pausia cui plurimum carnis: mox orchites, cui olei: post radius. Has enim ocyssimè occupatas, quia sunt tenerrimæ, amurca cogit decidere. Differuntur verò etiam in Martium mensem calloſæ, contra humorē pugnaces, ob idque minimæ, Licinia, [9] Cominia, Contia, Sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante Fauonij afflatum nigrescentes, hoc est ad vi. Idus Febr. Tunc arbitrantur eas maturescere, & quoniam probatissimum ex iis fiat oleum, accedere etiam ratio [h] prauitati videtur. Feruntque [i] frigore [10] sterilitatem fieri, sicut copiam maturitate: cùm sit illa bonitas non temporis, sed generis [11] tardè putrescentium in amurcam. [k] Similis error collectam seruandi in tabulatis, nec priusquàm sudet premendi, cùm omni [12] mora oleum decrescat, amurca augeatur. Itaque vulgo non amplius senas libras singulis modiis exprimi dicunt. Amurcæ mensuram nemo agit, quanto ea copiosior reperiatur in eodem genere diebus adiectis. Omnino in [13] vita error est publicus, tumore oliuæ crescere oleum [14] existimantium: præsertim cùm magnitudine copiam olei non constare, indicio sint quæ regiæ vocantur, ab aliis maiorinæ, ab aliis [l] phauliæ, grādissimæ, alioquin minimo succo. [15] Et in Ægypto carnosissimis olei exiguum. Decapoli verò Syriæ perquá paruæ, nec cappari [16] maiores, carne tamen commendantur. Quam ob causam Italicis transmarinæ [m] præferuntur in cibis, cùm oleo vincantur. Et in ipsa Italia cæteris Picenę, & Sidicinæ. Sale illæ [17] primum condiuntur, & vt reliquæ, [18] amurca sapáve. Necnon aliquæ oleo suo sine accersita commendatione puræ [19] innatant, colymbades: franguntur eædem [n] herbarúmque viridium sapore condiuntur. Fiunt & præcoces feruenti aqua perfusæ, quamlibet immaturæ. Mirúmque, dulcem succum [o] oliuas bibere, & alieno sapore infici. Purpureæ sunt & in iis, vt [20] vuis in nigrum colorem transeuntibus, pausiæ. Sunt & superbæ, præter iam dicta genera. Sunt & prædulces, [p] per se tantum siccatæ, vtíssque passis dulciores, admodum raræ in Africa, & circa Emeritam Lusitaniæ. Oleum ipsum sale vindicatur [21] à [q] pinguitudinis vitio. Cortice oleæ [22] concisō odorem accipit medicati: aliàs, vt vino, [r] palati gratia nulla est. Nec tam numerosa differentia: [s] tribus vt plurimum bonitatibus [23] distat. Odor in tenui argutior, & is tamen etiam in [24] optimo breuis.

9 Culminia, Neuia, Colum Cuminia, Cōtia. CH.
10 suauitatem Dal.
11 tarditate. Dal.
12 hora. M.
13 victu. CH.
14 existimandi. CH.
15 Est & in. e.
16 maiores carne, oleo tamen. Dal.
17 priuatim. M. Vet. & CH.
18 muria. Vet.
19 innatant. Colymbades franguntur, eadémque herbarū. M. Lego, commendatione. Muriæ innatāt colymbades: &c.
20 vuis in nigrum colorē transeuntes. Ver.
21 à pinguedinis. M.
22 concisæ od. accepit. Medicatio. M. cō esse od. accipit. Medicatio alia vt vino. Parm. Lego, Cortice olea concisō odorem accipit medicatæ, aliàs palato gratia nulla est. Nec tamen. vt vini differ. Dal. Cor. ol. con. od. ac. medicatio. CH.
23 distat odor. M.
24 optima. M.

ANNOTATIONES.

a Cap. 27. lib. 12.
b Oleum deterius redditur & amurcæ plus habet. Theoph. cap. 23. lib. 1. Cauſſ.
c Loco citato.
d Cato cap. 65.
e Theophr. loco citato.
f Oliuas colligentibus.
g Columellæ oliuarum decem genera, Pausia, Licinia, Sergia siue Regia, Radius, Neuia, Culminia, Cominia Plinio, Orchites, Algiana, Murtea, Circites, Contia Plinio.
h Prauè iudicantium hominum opinioni.
i Exactæ hyemis, qua memorata oliuarū genera nō colliguntur.
k Cato cap. 64.
l Tales afferuntur ex Hispania & Aphrica.
m Ob magnitudinem.
n Præcipuè fæniculi, in Narbonensi gallia.
o Immaturitate acerbas.
p Nulla conditura.
q Ne concrescat & spissetur supra modum.
r Palatum, vini modo, non aliquo eximio insignique sapore, titillat ac inuitat, oleosa sua lenitate sola gratum.
s Prima, secunda, & tertia pressura. columella.

De natura olei. CAP. IIII.

OLeo natura tepefacere corpus, & contra algores munire. Eidémque feruores capitis refrigerare. Vsum eius ad luxuriam vertêre Greci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Notum est, [a] magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse. Oleę honorem Romana maiestas magnum [1] prębuit, [b] turmas equitum Idibus Iuliis ex ea coronādo: item minoribus triumphis ouantes. Athenę quoque victores olea coronant, Greci verò [c] oleastro Olympię.

1 perhibuit. CH.

ANNOTATIONES.

a Qui gymnasiis præsunt.
b Quintus Fabius Rutilianus, equites Romanos equis insidentes, & olea coronatos, idibus Quintilib. ab æde honoris in capitolium transire, & transuehi statuit, ordinis eius recognoscendi & probandi gratia. Augustus, inquit Suetonius, turmas equitum frequenter recognouit post longam intercapedinem reducto more transuectionis: sed neque detrahi quenquam in transuehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat, &c. Atque id est, quod Vlpianus ait, eum, qui equo publico in capitolium transuehitur, in ius vocari non posse. Alia fuit equitum porrò censio, de qua fusè Ræuardus cap. 15. 2. Varr.
c Theocriti interpres & Aristophanis, Aristoteles in Pantho callistephani oleæ ramis, non oleastri coronatos fuisse tradunt. Eius autem folia extrà non intus, candicare: ramos esse myrto similes: plantaram eam ab Hercule in Olympia. Rhodig. cap. 19. 11. Olympicorum certaminum initia & progressus fusè docet ex Pausania idem auror cap. 17. 13. athenienſium duces ad bellum profecturos fronde ex olea sacra sumpta coronari solitos scribit Alex. ab Alex. cap. 3. 5.

De cultura oliuarum. CAP. V.

NVnc dicentur Catonis [a] placita de oliuis. In calido & pingui solo radium maiorem Salentinam, orchitem, pausiam, Sergianam, [1] Cominianam, albiceram seri iubet. Adiicítque singulari prudentia, quam earum [2] in finitimis locis optimam esse dicant. In frigido autem & macro Liciniam. Pingui enim aut feruēti [b] vitiari eius oleum, arborémque ipsam fertilitate consumi. Musco prętereà [3] rubro infestari. Spectare oliueta in Fauonium loco exposito solibus censet.

1 Colminianam. Cato.
2 in iis locis. Cato. & Vet.
3 & robo. CH.

ANNOTATIONES.

a Cap. 6.
b Nequam esse hostum, id est fructum. Cato.

De seruandis oliuis, & quomodo faciendum oleum. CAP. VI.

NEc alio vllo modo laudat [b] condi oliuas, [1] optimè orchites [2] & [c] pausias, quàm vel virides in muria, vel fractas in lentisco. Oleum [3] quàm acerbissima oliua optimum fieri. Cæterò quàm primùm è terra [4] colligendam: si inquinata sit, lauandam: siccari triduo satis esse. Si gelent frigora, quarto die premendam. Hanc & sale aspergi. Oleum in tabulato minui, deteriúsque fieri. Item & in amurca & [d] fracibus, hæ sunt carnes, & [5] inde fæces. Quare sæpius [6] die [e] decapulandum: prætereà in conchas & plumbeas cortinas: ære vitiari. [f] Feruentibus omnia ea fieri clausísque torcularibus, & quàm minimè ventilatis. Ideo nec [g] ligna ibi [7] cædi oportere. Qua de causa è nucleis ipsarum ignis aptissimus. Et è cortinis in labro fundendum, vt [8] fraces & amurca [9] liquentur. Ob id crebrius vasa mundanda, fiscinas spongia tergendas, vt quàm maximè pura synceritas constet. Posteà inuentum, vt lauarentur vtique feruenti aqua: protinus prelo subiicerentur solidæ (ita enim amurca exprimitur) mox trapetis fractę premerentur. Iterum premi plus quàm centenos modios, non probant. Factus vocatur. Quod verò post malam primum est, flos. Factus [10] tergeminos ferè à quaternis hominibus nocte ac die premi iustum est.

1 maximè.
2 & pausias, vel virides, quàm in muria. M.
3 quàm acerbissimū din (leg. die, i. tempore) optimum. M.
4 colligenda. si inquin. fit, lauanda: sic. trid. sat. esse si gelent frigora. Quarto die premenda. Hæc & M.
5 nudæ. Dal.
6 die capulandū. CH.
7 accēdi. Ex Colum.
8 fęces. CH.
9 linquantur. Dal.
10 tres gemino foro Turn. & CH.

ANNOTATIONES.

a Hæc ferè omnia Cato à cap. 64. ad cap. 69.
b Cato cap. 117.
c Ad verbum hæc Varro cap. 60. lib. 1.
d Fragibus vet. à fraugendo, tanquam fragmentis. Eæ sunt reliquiæ fractarum ac contusarum trapetis oliuarum: vnde fraceſcere, seu fragescere, apud Catonem & Nonium ex Accio. Turn. cap. 7. lib. 28.
e Decapulandum conchis, & plumbeas oportere esse cortinas, Cato cap. 66.
f Columella cap. 6. lib. 1.
g Illud autem in totum præcipiendum habeo, vt neque fumus, neque fuligo, quamdiu viride oleum conficitur, in torcular admittatur, aut in cellam oleariam &c. Columel. libr. 12. capit. 50.

De oleo factitio. CAP. VII.

NAscon erat tum factitium oleum: ideóque arbitror [1] nihil à Catone dictum. Nunc eius genera plura. Primúmque persequemur ea, quæ ex arboribus fiunt, & inter illas ante omnes ex oleastro. Tenue id, multóque amarius, quàm oleæ, tantùm ad medicamentum vtile. Simillimum huic est ex [b] chamelæa frutice saxoso, [c] non altiore palmo, foliis [2] oleastri [3] d] baccísque. Proximum fit & è cici, è arbore in Ægypto copiosa: alij crotonem, alij [4] trixin, alij sesamum syluestre appellant: ibíque non pridem. [5] Et in Hispania repentè prouenit [f] altitudine oleę, caule ferulaceo, folio vitium, semine vuarum graciliū pallidarúmque. Nostri eam ricinum vocāt à similitudine seminis. Coquitur id in aqua, innatánsque [g] oleum tollitur. At in Ægypto, vbi abūdat, sine igne & aqua sale aspersum exprimitur, cibis fœdum, lucernis [6] vtile. Amygdalinum, quod aliqui metopium vocāt, ex amaris nucibus arefactis, & in offam contusis, aspersis aqua iterúmque tusis, exprimitur. Fit & è lauro, [7] admisto druparum oleo. Quidám que è baccis exprimunt tantùm: alij foliis modò: aliqui folio & cortice baccarum. Necnon styracem addunt, aliósque odores. Optima laurus ad id latifolia, syluestris, [h] nigra baccis. Simile est è myrto nigra: & hęc latifolia melior. [i] Tunduntur baccæ [8] aspersæ calida aqua, mox decoquuntur. Alij foliorum molliſſima decoquunt in oleo, & exprimunt. Alij [9] deiecta ea in oleum prius sole [10] maturant. Eadem ratio & in satiua myrto, sed præfertur syluestris minore semine, quam [11] quidam [k] oxymyrsinem vocant, alij chamæmyrsinen, alij [l] acaron à similitudine. Est enim breuis, fruticosa. Fit & ex citro, cupresso, nucibus [12] iuglandibus, quod ca-

1 de eo nihil. CH.
2 oleæ. Dioſc.
3 baccisque proximū. Fit & M.
4 Sibin. M Seseli Cyprium. Dioſ. sibi cit.
5 Exin Hispaniæ, M. Hi pania repente. Vet. Et in Hisp sponte. Dal.
6 exile. M. & CH.
7 Leg. ex Dioſ. admisto omphacino oleo. Quidam exdrapisbaceis expr.
8 adspersa. CH.
9 defecta. M.
10 macerant. Dioſc. ἀπεψήσαντες.
11 quidam oxymirſ. alij chamæmyrſ. vocant. Fit & ex cypro. M. Lego, quidā oxym. vo. alij cham à simili tudine, alij, acaron, vel acares &c.
12 iuglandis. CH.

ryinon vocant:[13] [m] malis cedri, quod cedrelæon. Ex grano quoque Gnidio purgatoſemine & tuſo. Item lentiſco: nam & [14] cyprinum è glãde Ægyptia vt fieret odorum cauſa,[n] dictum eſt. Indi ex caſtaneis & ſeſama atque oryza facere dicuntur: Ichthyophagi è [o] piſcibus. Inopia cogit aliquando luminum cauſa & è platani baccis fieri, aqua & ſale maceratis. Et œnanthinum fit de ipſa œnanthe, vt dictum eſt [p] in vnguentis. [q] Gleucino muſtum incoquitur vapore lento: ab aliis ſine igne circundatis vinaceis diebus[15] xxij. bis ſingulis, permiſtum: conſumitúrque muſtum oleo. Aliqui non ſampſuchum tantùm admiſcent, ſed etiam pretioſiora odoramenta.[16] Et in gymnaſiis quoque conditur odoribus, ſed viliſſimis.[r] Fit & de aſpalatho, calamo, balſamo, iri, cardamomo, meliloto, nardo Gallico, panace, ſampſucho, helenio,[17] cinnami radice,[18] omnium ſuccis in oleo maceratis expreſsísque. Sic & [19] rhodinum è roſis: iuncinum è iunco, quod eſt roſaceo ſimilimum. Item hyoſcyamo, lupinis, & narciſſo. Plurimum autem in Ægypto è raphani ſemine, aut [s] gramine herba, quod [20] chortinon vocãt. Item ſeſama & vrtica, quod [21] cnecinum appellãt. E lilio & alibi fit ſub dio ſole, luna,[22] pruina maceratũ. Suis herbis componunt inter Cappadociam & Galatiam, quod [23] Selgiticum vocant, neruis admodum vtile: ſicut [24] in Italia [t] è gummi. E pice fit, quod [25] picinũ appellant, cùm coquitur vellebus ſupra halitum eius expanſis, atque ita expreſſis, probatum maximè è Brutia. Eſt enim pinguiſſima & reſinoſiſſima. Color oleo ſuluus. Sponte naſcitur [26] in Syriæ [u] maritimis, quod clæomeli vocant. Manat ex arboribus pingue, craſſius melle, reſina tenuius, ſapore dulci, & hoc medicis. [27] Veteri quoque oleo vſus eſt ad quædam genera morborum. Exiſtimatur & ebori vindicando à carie vtile eſſe. Certè ſimulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum eſt.

13 ſalcis. Vet. nempe ſegmentis.
14 balaninum. Dal. cyprinum &: è igl. vet.
25 xxx. Dioſc.
26 Nam in gymn. M. & CH.
27 cinnamomi. CH.
18 omnibus ſiccis. Dal.
19 rhodium. CH.
20 agroſtinum. Vet. coſtinon. CH.
21 Cnidinum. vide c. 13. lib 22.
22 pruina, in M.d.
23 Selcuticum. M. Selticum. CH.
24 in Italia Inguini, vel Eguini cap. 4. lib. 23. Eguiini. CH.
25 pinelæum Dioſc. piſſinum. CH.
26 in Syriæ Palmyris Vet. ex Dioſc.
27 veteris quoque olei. Dal.

ANNOTATIONES.

a Vide cap. 4. lib. 23.
b Vide inf. à cap. 14. lib. 24. & cap. 7. lib. 25.
c Ramis dodrantalibus, foliis oleæ. Dioſcor.
d Oleæ ſimilitudine, quæ baccifera eſt. Plinius decipitur. Chamelæa enim baccas non gignit, ſed fructum triangulum, principio viridem, deinde rubrum.
e Fallitur & hic Plinius. Herba eſt, non arbor.
f Altitudine ficus, cauo inſtar arundinis, folio platani, ſemine quale in vuis aſperis. Dioſcor.
g Dioſcorides cap. 38. lib. 1.
h Superuacuæ ſunt hæ duæ voces. Omnibus enim lauri generibus maturę baccæ nigræ ſunt.
i Dioſcorides é foliis tantùm parat: Palladius ex baccis, in Ianuario cap. 21.
k Cum ſylueſtri myrto ruſci, qui & oxymirſine dicitur, inſcienter confundit, è quo nuſquam oleum paratur.
l Acares, puſillum & exiguum, adeo vt præ breuitate tonderi nequeat.
m Fallitur. Cedrelæon fit ex accenſis cedri Syriacæ ramis, halitu, inquam, cedriæ, dum coquitur, lana excepto, vt & Piſſelæon. Cedrelæon *Chitram* Arabes vocant. Negligenter hæc Plinius.
n Cap. 21. lib. 12.
o Cetaceis, quorum adipe pro oleo vtuntur.
p Cap. vlt. lib. 12.
q Columel. cap. 51. lib. 12.
r Dioſcorides confectionem tradit ex oleo omphacino, muſto, calamo & iunco odoratis, nardo Celtica, ſpatha, aſpalatho, coſto, meliloto.
s Gramen è quo oleum fit, meo iudicio, Gramen mannæ eſt, Germanis *Himmel dau*, id eſt, Manna cæleſtis: Italiæ vulgo, *Capnula*, & *Sanguinella*, quòd æſtate pueri ſpicas eius conuoluitas, & nucibus inditas, extrahant ſanguinis eliciendi cauſſa. Sclaui Carniolæ incolæ & Goricienſes id ſtudioſè colunt, & ſerunt, granúmque oblongum, candidum, cortice deglubunt in pilis, milij, & *panici* modo, ac cum carnibus coquunt, non minus ſuaui guſtu quàm orizæ. Vide Mathiolum commentario in caput Dioſcoridis de Corono po & de Gramine.
t Eguuini. Vmbriæ populi, hodie Engubini. Turn. cap. 17. 27. Apud Nonium in Apiſci, Iguuini. Siſenna lib. 4. hiſt. Itaque poſtero die legatos Iguuium redeuntes apiſcitur. Turn. cap. 3. 29.
u Vide quod adnotatum eſt ad cap. 4. lib. 23.

De amurca. CAP. VIII.

SVper omnia [y] autem celebrauit [a] amurcam laudibus Cato. Dolia olearia cadóſque il[z] la imbui, ne bibant oleum. Amurca [2] ſubigi areas terendis meſſibus,[b] vt formicæ rimæq́ue abſint. Quin & lutum parietum ac tectoria & pauimenta horreorum frumẽti, veſtiarium etiam contra teredines acnoxia animalia, amurca aſpergi: ſemina frugũ perfundi: morbis quadrupedum, arborum quoque [3] illa medendum, efficaci ad hulcera interiora humani quoque [4] oris. Lora etiam ac coria omnia, & calciamina, axéſque, decocta vngi, atque æramenta contra ærugine, coloríſque gratia elegantioris: & totam ſupellectilem ligneam, ac vaſa fictilia, in queis ficum aridam libeat aſſeruare: [5] aut ſi folia baccáſque [6] in virgis myrti: aliúdve [7] id genus ſimile. Poſtremò ligna macerata amurca, [c] nullius ſumi tædio ardere.[d] Oleam ſi lambendo capra lingua contigerit, depaſcerítque primo germinatu, ſterileſcere, autor eſt M. Varro. Et hactenus de olea, atque oleo.

y verò. M. & CH.
z ſubici. M.
3 illa ad med. efficaciad vlcera M.
4 corporis (ſidis, genitalis, vuluæ) Dioſc. & CH.
5 aut ſi olinæ, baccaſue myrti Cato.
6 & virgas. Vet.
7 quod. CH.

a Vide infra

ANNOTATIONES.

a Vide infrà cap. 3. lib. 23. & Caton. à cap. 69. ad 130.
b Et ne curculio no ceat, ne mures lædant. Cato.
c Acapna fieri. Idem cap. 130.
d Idem infrà cap. 24. li. 17. Vide quæ ad eum locum notata ſunt.

Pomorum omnium genera, & natura. CAP. IX.

RElíqui arborum fructus vix ſpecie figuráve, non modò ſaporibus, ſuccíſque toties permiſtis atque inſitis, enumerari queunt.

Nucum pinearum genera iiij. CAP. X.

GRandiſſimus pineis nucibus, altiſſiméque [1] ſuſpenſus, intus exiles nucleos lacunatis includit toris, [2] veſtitos alia ferruginis tunica, mira naturæ cura molliter ſemina collocandi. Harũ genus alterum [3] [a] Tarentinæ, digitis fragili putamine, auiúmque [4] furto [5] in arbore.[6] Tertium [7] [b] ſapineæ è picea ſatiua, nucleorum cute verius quàm putamine, adeò molli, vt ſimul mandatur. Quarum [8] pityida vocant è pinaſtris, ſingularis remedij aduerſus tuſſim. In melle decoctos nucleos Taurini [c] aquicelos vocant. Pinea corona victores apud Iſthmum coronantur.

1 à terra ſuſp. M.
2 veſtitúque cos. Vet.
3 Tarentinum. Turn. Terentinæ. Macrob.
4 expoſitum furto. Turn.
5 in arbore obnoxiæ.
6 Et tertium. M. & CH.
7 Appiniæ. Vet. Tur. & CH.
8 pitydia. Turn. Vet. & CH.

ANNOTATIONES.

a Tarentinæ, fragilis & mollis. Auellana & Græca nux, ſiue Amygdala, quomodo Tarentina fiat, vide apud Columellam ca. 10. lib. 5. Macrobio Terentinæ, quoniam Sabinorum lingua terentum molle ſignificat, τὸ τέρην. Turn. cap. 17. lib. 27.
b Vide infrà cap. 12. & 39. lib. 16.
c Monſpeſſulani vulgò *des Tourrons*.

De malo cotoneo. CAP. XI.

HIs proxima amplitudine mala quæ vocamus [a] cotonea, & Græci cydonea, ex Creta inſula aduecta. Incuruatos trahunt ramos, prohibéntque creſcere [1] parentem. Plura eorum [b] genera [c] chryſomela, inciſuris diſtincta, colore ad aurum [2] inclinato. Quæ candidiora, noſtratia cognominata, odoris præſtantiſſimi. Eſt & Neapolitanis ſuus honos. [3] Minera ex eodem genere ſtruthea, odoratius vibrant, ſerotino prouentu, [4] præcoci verò muſtea. Strutheis autem cotonea inſita ſuum genus fecere muluianum: quæ ſola ex his vel cruda manduntur. Omnia iam & virorum [d] ſalutatoriis cubilibus incluſa, ſimula cris noctium conſciis impoſita. Sunt præterea parua ſylueſtria, à ſtrutheis odoratiſſima, in ſepibus naſcentia. Mala appellamus, quanquam diuerſi generis, Perſica, & granata, quæ in Punicis arboribus nouem generum dicta ſunt. His acinus ſub cortice intus: illis lignum in corpore. Necnon & quædam è pyris libralia appellata, amplitudinem ſibi ponderis nomine aſſerunt.

1 parientem. M.
2 inclinante. Dal.
3 Maiora. Ex Gal. & Dioſc.
4 præcocia. Vet.

ANNOTATIONES.

a Ob huius fructus & formoſam ſpeciem, & amplitudinem, in arbore tam parua naſcentis, ac tenui, Tryphon medicus apud Plutarchum 5. Symposiacon malum ab Homero dictam fuiſſe ἀγχιβασίην commemorat, tametſi Victorius cap. 5. 32. de mali citriæ fructu id potius explicandum eſſe putet.
b Columellæ cap. 10. lib. 5. Chryſomela, Muſtea, Struthia.
c Vera, ἀληθινὰ, cydonia Dioſcoridi parua ſunt, rotunda, odorata, vulgò *Pommes coin*: ex his Genuenſes ſuum delicatiſſimum cydoniarum parant. Struthia verò, magna, ſed minus vtilia, vulgò *Poires coin*. vide cap. 6. lib. 23.
d Sic cubicula vocat, in quibus diuitem è dormitorio ſuo prodeuntem communis amicus, vt inquit Manilius lib. 5. ſalutabat: de quo Martialis,

Et matutinum portat ineptus, Aue.

Turn. cap. 13. 28. Ad horum autem cubiculorum ornatum erectas & comparatas imagines, ſimulachra noctium conſcia appellat.

De Perſico, genera iiij. CAP. XII.

SEd Perſicorum palma [a] duracinis. Nationum habent cognomen Gallica & Aſiatica. Poſt autumnum matureſcunt, æſtate [b] præcocia, intra xxx. annos reperta, & primò denariis ſingula venundata.[c] Supernatia è Sabinis veniunt, [1] popularia vndique. Pomũ innocuum expetitur ægris: pretiúmque iam ſingulis [2] triceni nummi fuere, nullius maiore: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longiſſima nanque decerpto bidui mora eſt: cogítque ſe venundari.

1 popularia. Vndique pomum innoc. expet. ægris: pretiumque ſimendis &c. M.
2 tricenis, nummi fuer.

ANNOTATIONES.

a Rhodacenis Cornarius. Soſtratus ἐν τῷ περὶ βασιλέων τρόφων, Perſeã Rhodacenæã vocari ait, translatãq; ex Æthiopia in Ægyptũ: Nicander in Alexipharmacis, Perſeũ Mycenis ſeniſſe, à Cepheo Andromedes patre dono acceptam, eiuſque nucleos ceruſſæ veneno auxiliari. Vterque ſcilicet, quamuis claſſicus & vetuſtus ſcriptor, Perſæam cum Perſica confundit. Rhodacena Paulo cap. 81. lib. 1. Perſicorum genera, ea ſunt, quæ nos vocamus *Auberges*, *Mirecotõs*, *Preſſes*, ſic dicta vel quòd roſam oleant, vel roſeo & rubro colore picturata ferè conſpicantur. Ea ſortaſſis Duracina Latini vocarunt ob ſolidam carnis duritiem cùm mollis & tenera ſit in Perſicis, Præcociis, Armeniis, & Tuberibus, quæ vulgus appellat *Pechers noix*.

b Sub. magna & amplasie dicta, quòd è montanis & supernis locis adueherentur. Hæc vulgò, *Abricots.*
c Præcocium duo genera hic Plinius indicat: alterum supernas, amplum, & magnum, quod è Sabinorum locis aduehebatur, vulgò *gros Abricots*: alterum vulgare, paruum, & strigosum, etiam Armenium dictum, vulgò *des Armegnes.*

De pruno genera xi. CAP. XIII.

1 candida.M.

2 Ac nigra.M.

3 commendantur peculiari. Impudentiâ. M.

4 matureſcentium. Dal.

5 grandiore ligno. Dal.
6 quãquam ſoles ſui non d. iiine.
7 cœperunt.CH.

8 myrtis.M.lego, pyris folio & ramis ſimilis.ex Th.

9 coronam victoriæ ſibi inſtituiſſe.M, ro erit.Dal.

INgens poſteà turba prunorum, verſicolor, nigra,[1] cádicans. Hordearia appellata, à comitatu[a] frugis eius. Alia eodem colore ſeriora maioráque, aſinina cognominata à vilitate.[2] Sunt & nigra, ac laudatiora[b] cerina atque purpurea. Necnon ab externa gente Armeniaca, quæ ſola & odore[3] commendantur. Peculiaris impudentia eſt nucibus inſitorum, quæ faciem parentis ſuccúmque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nucipruna. Et hæc autem & perſica, & cerina, ac ſyluestria, vt vuæ, autumno cadis condita, vſque ad alia naſcentia ætatem ſibi prorogant. Reliquorum velocitas citò[4] miteſcentiũ tranſuolat. Nuper in Bętica malina appellari cœperunt malis inſita, & alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ eſt: nec aliud pomũ ingenioſius geminatum eſt. In peregrinis arboribus dicta ſunt Damaſcena, à Syriæ Damaſco cognominata, iampridem in Italia naſcentia,[5] grandiore quanquam ligno, & exiliore carne, nec vnquam in rugas ſiccata,[6] quoniam ſoles ſui deſunt. Simul dici poſſunt populares eorum myxæ, quæ & ipſæ nunc[7] cœpere Romę naſci inſitæ ſorbis. In totũ quidem[c] Perſica peregrina etiam Aſiæ Græciæque eſſe, ex nomine ipſo apparet, atque ex Perſide aducta. Sed pruna ſyluestria vbique naſci certum eſt. Quo magis miror, huius pomi mentionem à Catone non habitam, præſertim cùm condenda demonſtraret quædam & ſyluestria. Nam Perſicæ arbores ſerò, & cum difficultate tranſiere, vt quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hoſpitium. Falſum eſt,[d] venenata cum cruciatu in Perſis gigni, & pœnarum cauſa à regibus tranſlata in Ægyptum, terra mitigata.[e] Id enim de Perſea diligentiores tradunt, quæ in totum alia eſt,[8 f] myxis rubentibus ſimilis, nec extra Orientem naſci voluit. Eam quoque eruditiores negauerũt ex Perſide propter ſupplicia tranſlatam, ſed à Perſeo Memphi ſatam. Et ob id Alexandrum illa[9] coronari victores ibi inſtituiſſe, in honorem ataui ſui. Semper autem folia habet & poma, ſubnaſcentibus aliis. Sed pruna quoque omnia poſt Catonem cœpiſſe manifeſtum eſt.

ANNOTATIONES.

2 Quòd cùm hordeum metitur, ea matureſcant.
b Cerea Virgil. in Copa.
Sunt autumnali cerea pruna die.
--Ouid. 13. Metam.
Prunáque non ſolum nigro liuentia ſucco,
Verùm etiam generoſa ſimúlſque imitantia ceras.
A flauo colore ſic dicta.
c Harpocrati taciturnũ ratis Deo Perſicam ſacram eſſe tradit Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride, quoniam eius arboris folium *linguæ* ſimile ſit, fructus cordi.
d Id prodiderunt Nicander & Soſtratus. Vide annotata *ſuprà* in proximum caput.
e Theophr. cap. 2. lib. 4. hiſt. Vide & ſuprà cap. 9. lib. 13.
f Galenus lib. 2. *περὶ ἁπλῶν*, Perſæam à ſe viſam in Alexandria ſolam, arborem proceram, fructu pyri aut mali magnitudine, noxio in Perſide, veſco in Aegypto.

De diuerſis generibus malorum, genera xxix. CAP. XIIII.

1 in caſtris ſata. M. & CH temporibus. In caſtris hæc ſata. Dal.

2 iis obducta. Ver.

3 inſigni. M.

4 Ceſtiana vocat Galenus ca. 14. li. 13. meth. Videnum leg. Ceſtio.
5 Scaurlio. CH.
6 cotonea inſita. Ver. Quin & cotoneo inſita. Dal.
7 magnitudoque, ſed Claudianis color. M.
8 Scaudianis. CH.
9 è familia. M.

MAlorum plura ſunt genera.[a] [b] De citreis cum ſua arbore diximus. Medica autem Græci vocant patriæ nomine. Æquè peregrina ſunt[c] zizipha, & tuberes, quæ & ipſa non pridem venêre in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem Conſulem vidimus, primus vtráque attulit, Diui Auguſti nouiſſimis temporibus,[1] in ça ſtrorum aggeribus ſata,[d] baccis ſimiliora, quàm malis, ſed aggeribus præcipuè decora, quoniam & [e] in tecta iam ſyluæ ſcandunt. Tuberum duo genera: candidum, & à colore [f] ſericum dictum. Penè peregrina ſunt in vno Italiæ agro Veronenſi naſcentia, quæ lanata appellantur. Lanugo[2] ea obducit, ſtrutheis quidem Perſicíſque plurima; his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commẽdatione[3] inſignibus. Reliqua cur pigeat nominatim indicare, cùm conditoribus ſuis æternam propagauerint memoriam, tanquam ob egregium aliquod in vita factum? Niſi fallor, apparebit ex eo ingenium inſerendi: nihílque tam paruum eſſe, quod non gloriam parere poſſit. Ergo habent originem à Matio,[4] Geſtióque & Manlio, item[5] Claudio. Quibus[6] cotoneo inſito ab Appio è Claudia gente, Appiana ſunt cognominata. Odor eſt his cotoneorum,[7] magnitudo quæ[8] Claudianis, color rubens. Ac ne quis id ambitu valuiſſe claritatis[9] & familiæ putet, ſunt

tet, ſunt & Sceptriana ab inuentore libertino,[10] inſignia rotunditate. Cato adiicit Quiriana, & quæ tradit in doliis condi, Scantiana. Omnium autem nuperrimè adoptata ſunt parua, gratiſſimi ſaporis, quæ Petiſia nominantur. Patrias nobilitauere[11] Camerina, & Græcula. Cætera è cauſis traxere nomen:[12] germanitatis cohærentia & gemella, nunquàm ſingula in fœtu, coloris ſerica, cognationis[h] melappia. Muſtea à celeritate[13] miteſcendi: quæ nunc melimela dicuntur, à ſàpore melleo. Orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in Epiro primum proueniſſe, argumento ſunt Græci, qui Epirotica vocant. Mammarum effigie[14] orthomaſtica. A conditione caſtrati ſeminis, quæ ſpadonia[15] appellant Belgæ.[16 i] Melofoliis folium vnum, aliquando & geminum erumpit è latere medio. Celerrimè in rugas marceſcunt[k] pannucea. Stolidè tument pulmonea.[17] Sunt quibus ſanguineus eſt color, origine ex mori inſitu tracta. Cunctis verò, quæ fuerunt à ſole, partes rubent. Sunt & parua gratia ſaporis, atque etiam acutiora odore, ſyluestria.[18] Id peculiare[19] improbitatis & acerbitatis conuicium,[20] & vis tanta, vt aciem gladij perſtringat. Dacis fermè[21] viliſſimis nomen, quanquam primis aduentu, decerpiq; properantibus.

10 inſigni M.

11 Temeriana & Graecula. CH.
12 germanitate &c. colore ſer. cognatione. M.
13 matureſcẽdi. Dal.

14 orthomaſtia. CH.

15 appellant Bigemella à foliis. Folium enim vnum. Ver.
16 Melophyllis foliũ.
17 Eſt quibuſdã ſanguineus color. CH.

18 Iis. Vet.
19 improbatis acerb. CH.
20 ſed vis. Dal.
21 viliſſimum. Dal.

ANNOTATIONES.

a ἀγλαόκαρπον malum, Homerus vocat, ob ſplendidi fructus atque formoſi præſtantiam & ſuauitatem. σῦκα τε γλυκερὰ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι. Rhodig. cap. 23. 29. Mirum verò non memorare hic autorem μῆλα τὰ τῶ διονύσω, minuta illa, ſed quæ tantùm in amoribus conciliandis valere crediderunt, vt fœminas poſſe iis pellicere ad concubitum ſperarent. Coronæ ex illis Bacchi ſtatuæ imponebantur. Philetas:

Μῆλα φέρων κἠπιστεῖ, τὰ δ' ἐστορε κἠφερε τοῖσιν
Δῶρα Διωνύσου δῶτωρ ἀπὸ ληϊάδων. Theocritus,
Μῆλα μὲν ἐν κἠπεῦσι, Διωνύσοιο φυτάσσων.

Eius fortè generis fuerunt mala, quæ manibus tenentem Nanam nympham concepiſſe tradit Arnobius: quò fortaſſis pertinet hic verſus ex Annalibus Attij apud Nonium,

Mala manu retinens grauido concepit in aluo.

Muſtea, ſiue Melimela, quæ prima omnium matureſcunt, vulgus noſtrum vocat, nunc Diui Ioannis mala, nunc amoris. Scalig.
b De Citreis vide Palladium in Martio.
c Zizipha, vulgò *Iuiubes*: Tuberes autem, *Peſches noix.*
d De Ziziphis, non Tuberibus, id audiendum.
e Quoniam in ædificiis iam priuatorum hominum ſyluæ ſeruntur.
f Syricum, vel vt Hermolaus legit, Sericum, ruber color factus ex ſcandyce & ſinopide mixtis. cap. 6. li. 35. Hinc color Sericus, ruber: vulgò, *pomme Suzine*,
g De malorum generibus Columel. cap. 10. lib. 5. Pleraque eorum his hodie nominibus appellãtur, Ceſtiana *Capendu*, Petiſia *Apiole*, Serica *Pomme Suzine*, Melapia *Poirepomme*, Muſtea *Pommes S. Iean.* Orbiculata *Pomme roſe*, Orthomaſtica *Taponne*, Spadonia Belgis *Paſſepomme*, Allobrogibus Sabaudis *Pommes Grillotes*, Pannucea *Pannetes*, Pulmonea *Foluues*, quod & ipſum ſtolidorum nomini cõuenit, Sanguinea *Groſſe pomme rouge*, Camerina *Granoi*: quæ omnia malorum genera citra Lugdunum frequentia. Pannucea quidam eſſe putant quæ Prouinciales vocant *Pommes gelees.*
h Melapij nomen inditum volunt, quòd malorum & pyrorum quandam ſpeciem habeant, illámque eſſe cognationem à Plinio indicatam. Malorum genus quoddam etiam nunc vulgus appellat *Pomme poire* quidam *Girandelle.*
i In villa ſac obi Regij, pagi, quem *Fontaines* vocant, haud procul Lugduno ſiti, pira naſcuntur, è quorum medio corpore folium exeritur. Ea ſimili ratione nominis Pyrophylla vocari poſſent.
k Quaſi in pannos fathiſcentia & rugarum plicas, Perſio *Pannucea Bauciis*, vel tumida & præpinguis ac ſuffarcinata, vel pãnis multis conglobata, & conglomerata. Turn. cap. 33. & 28.

De pyris, & inſitorum varietate. CAP. XV.

1 taxantur ſuperba. Vide Colum. cap. 10. lib 5.
2 Cruſtumia. CH.
3 magna. Dal.
4 Lacte hoc vocatur.

EAdem cauſa in pyris[1] taxatur[a] ſuperbiæ cognomine. Parua hæc, ſed ocyſſima. Cunctis autem[2] Cruſtumina gratiſſima. Proxima iis Falerna, à potu, quoniam[3] tanta vis ſucci abundat.[4] Lactea hæc vocantur, in iiſque alia colore nigro donantur Syriæ. Reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur. Sed confeſſis vrbis vocabulis autores ſuos nobilitauere Decimiana, & ex eo tractum quod pſeudodecimianum vocant. [f] Dolabelliana longiſſimi pediculi.[6] Pompeiana cognomine mammoſa,[7] Liceriana,[8 b] Seueriana: & quæ ex iis nata ſunt[9] Tyranniana, longitudine pediculi diſtãtia.[c] Fauoniana rubra, paulò ſuperbis maiora.[10] Lateriana, Anitiana poſt[d] autumnalia acidulo ſapore iucunda. Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placuere. Colorantur magis ſole, grandéſcuntque: alioquin eadem eſſent, quæ Liceriana. Patriæ nomina habent, ſeriſſima omnium Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina,[11] Numidiana, Græca, & in iis Tarentina: Signina, quæ alij à colore teſtacea appellant, ſicut [e] onychina, purpúrea. Ab odore, myrapia, laurea, nardina. A tempore, hordearia:[12] collo ampullacea,[13] & Coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitina, acidula ſucci. Incerta nominum cauſa eſt Barbaricis Venereíſque, quæ colorata dicunt: regiis, quæ minimo pediculo ſeſſilia, patriciis,[14] voconiis, viridibus oblongíſque. Præterea dixit[g] volema Virgilius à Catone ſumpta: qui[15] & [h] ſementina, & [16] muſtea nominat. Pars hæc vitę iampridem peruenit ad[17] culmen, expertis cuncta hominibus. Quippe cùm [i] Virgilius inſitam nucibus arbutum, malis platanum, cæraſis vlmum dicat. Nec quicquam amplius excogitari poteſt. Nullum certè pomum nouum diu iam inuenitur. Neque omnia[18] inſita miſceri fas eſt,

5 Dobelliana. CH.
6 Pomponiana. CH.
7 Liceriana. CH.
8 Scauriana Mare. Empir. Seuiana. CH.
9 Turraniana. Colu.
10 Laeteriana. CH.

11 Neuiana. Colum. Numiniana. CH.

12 à collo. Ver.

13 & corio Coriol.

14 vocimis. CH.

15 & ſementina CH.
16 muſtea. Colum.

17 columẽ. M. & CH.

18 inſitu. Dal.

fas est,ſicut nec ſpinas inſeri quando fulgura expiari non queunt facilè:[17] quórque genera inſita fuerunt,tot fulgura[20] vno ictu pronuntiantur. Turbinatior pyris figura. In iis ſerotina ad hyemem vſque[21] ad matrem pendent gelu matureſcentia,Græca, ampullacea,laurea:ſicut in malis Amerina,[22]Scantiana.[k]Conduntur verò pyra,vt vuæ,ac totidem[23] modis neque aliud in cadis,præterquàm pruna.Pomis proprietas pyríſque vini:[24] ſimilitérque in ægris medentes cauent:[25] ac vino & aqua coquuntur,atque[l] pulmentarij vicem implent:quod non alia præter cotonea,[26],& ſtruthea.

17 quotquot enim genera.Vet.
20 nec vno ritu procurantur.Vet.
21 in matre. Alij. à matre.Vet.
22 Scaudiana.CH.
23 modis, non aliter quàm in cadis. Præterea quę pruna. Vet.
24 Similiter iis ęgris med. calentia inſecà dant,ac vino.Vet.Similiter iis ægris med. in eſcam dant. Parm.
25 at vino.
26 ac ſtruthia.CH.

ANNOTATIONES.

a Sunt & nunc quoque variis pyrorum generibus ſua hæc noſtra tibus nomina:Superba *Petite Muſcadelle*,Cruſtumina *Poire perle*,Faterna *Bergamote*,Lactea *Blanchette*,Dolabelliana *Poire muſet*, Pompeiana *Benchreſtien*,Fauoniana *Groſſe Muſcadelle*,Lateriana *Poire pre noſt*,Tiberiana *Poires forés*,Signina *Poire chat*,Myrapia *Caluau roſat*, Nardina *Poire d'argent*,Hordearia *Poire S.Iean*. Ampullacea *Poire d'angoiſſe* Coriolana *Poire de ialouſie*, Cucurbitina *Poire courſe*, Venerea *Poire Acciole*,Regia *Poire Carmaignole*,Voconia *Poire ſarteau*, Onychina *Poire cuiſſe madame*.

b Scaurianorum mentionem facit Marcellus cap. 20. vt aut illic legendum ſit Seueriana,aut hic Scauriana.

c Fauoniana dicta putant quòd Fauonio flante ſtatim formentur.

d Eadem fortaſſis quæ & acidula paulo póſt memorata.

e Onychina.Plinius purpurea interpretari videtur,quòd onyx tegumentum conchylij ſit,vt ait Dioſcorides, purpurarum operculo ſimile.Pruna onychina Columellæ cap.10. lib. 12. ſic purpurea exponunt.Egò verò, quia Alabaſtrites lapis, onyx dictus eſt, vnde Propertius onychem murrheum pro poculo dixit,

Et crocino nares murrheus ungat onyx,

quoniam ex alabaſtro pocula fierent,& Horat. onychem pro alabaſtro,

Nardi parum onyx:

onychinum hic interpretor pyrum,alabaſtro colore ſimile, vulgò *Poire Cuiſſe madame*: purpureumque hic genus ab onychino diuerſum eſſe reor,non autem onychini vel epitheton, vel interpretationem. Eodem modo apud Columellam onychinon exponendum arbitror.

f Quòd volam manus impleant.Eadem fortaſſis, quæ & Libratia ſuprà cap.11.huius libri.

g Cap.7.

h Sementina à Sementinis feriis (hoc vocabulo Varro vtitur cap. 2.lib.1.) quæ inclinante ęſtate ſationis cauſa celebrabantur.Tum pyrorum hoc genus maturum colligebatur.

i Georgic.2.

Inſeritur verò fœtu nucis arbutus horrida.,
Et ſteriles platani malos geſſere valentes.

k Columella cap.10.lib.12.

l Idem cap.14.lib.eod.

De pomis ſeruandis. CAP. XVI.

INuniuerſum[1] verò de pomis ſeruandis præcipitur: pomaria in loco [a]frigido ac ſiccò cõtabulari: ſeptentrionalibus feneſtris ſereno die patere: Auſtros ſpecularibus arcere, Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis.Colligi mala poſt æquinoctium[2] autumnale,neque ante[3] xv. lunam,neque ante primam horam.Cadiua ſeparari, ſtramentis,ſtoreis,palcíſve ſubſterni. Rara componi, vt limites peruij ſpiritum æqualem accipiant.[4] Amerina maximè durare,melimela minimè.

2 autem.CH.
2 autumnale. CH.
3 xvi.lunã. CH.octauam lunam. M.
4 Camerina.vt c.14.

ANNOTATIO.

a Vitrauius cap.4.lib.1.Varro cap.59.lib.1.

De cotoneis,Punicis,pyris,& ſorbis,& uuis ſeruandis. CAP. XVII.

COtoneis[1] intercluſis ſpiramentum omne adimendum, aut incoqui melle *ea immergíue*[2] oportere. Punica[a] aqua marina feruente indurari: mox triduo ſole ſiccata,ita ne nocturno rore contingantur,ſuſpendi.[3] Cùm libeat vti,[b] aqua dulci perlui. M.Varro & in doliis harenæ ſeruari iubet, & immatura obrui terra in ollis fundo effracto ſed ſpiritu excluſo, ſurculo pice illito. Sic etiam creſcere amplitudine maiore,quàm[4] poſſunt in arbore. Cætera mala[c] foliis ficulnis,præterquàm cadiuis,ſingula conuolui, ciſtíque vitilibus condi, vel creta figlinarum illini. Pyra in vaſis[5] fictilibus picatis inuerſis obrui[6] inter ſcobes. Tarentina ſeriſſimè legi. Anitiana ſeruari & in paſſo.[d] Sorba [7]verò & in ſcrobibus gypſato operculo,duûm pedum terra[8] ſuperinducta,in loco aprico, inuerſis vaſis, & in doliis, vt vuas, cum ramis ſuſpendi. Et proximis autoribus quidam altius curam petunt: deputariq; ſtatim poma ac[9] vites ad hunc vſum præcipiunt, decreſcente luna,poſt horam[10] diei tertiam,cælo ſereno,ac ſiccis ventis.Similiter deligi & ex locis ſiccis, & ante perfectam maturitatem, addito vt luna infra terram ſit: vuas cum maleolo[e] ſarmenti duro,demptis forfice corruptioribus acinis, in dolio picato recenti ſuſpendi, excluſa omni aura operculo & gypſo,ſic & ſorba ac pyra,illitis omnium ſurculis pice.Dolia procul ab aqua eſſe.Quidam ſic cum palmite in gypſo condunt,capitibus eius ſcillæ infixis vtrinque. Alij etiam vina habentibus doliis,dum ne contingãt ea vuæ. Aliqui mala in patinis fictilibus fluitantia: quo genere & vino odorem acquiri putant. Aliqui omnia hæc in milio ſeruare malunt. Plerique verò in ſcrobe duûm pedum altitudinis harena[11] ſuſtrato, & fictili operculo, dein terra operto. Creta quidam etiam

1 incluſis. Dal.incõcluſos.CH.
2 oportet. Dal.
3 & cùm.CH.
4 poſſint. CH.
5 fictilibus.M.
6 intra ſcrobes. Dal.
7 quoque & ſcrob. CH.
8 ſuperincta. CH. leg. ſuperiniecta.
9 vuas. Dal.
10 ceu.CH.
11 ſubſtrata. M.

etiam figlina vuas illinũt,ſiccataſq; ſole ſuſpendũt, in vſu diluentes cretã. Eandẽ pomis vino ſubigũt. Mala verò generoſiſſima eadẽ ratione cruſtãt gypſo vel cera:quæ niſi[12] maturuerint,incremento calicẽ rũpunt.Semper autẽ [f]in pediculos collocãt ea. Alij decerpũt cũ ſurculis,eóſq; [g]in medullã ſambuci abditos obruũt,vt ſuprà ſcriptũ eſt.Alij ſingulis malis pyríſq; ſingula vaſa fictilia aſſignãt,& [13] opercula eorũ picata dolio iterũ includunt.Necnon aliqui in [14] floccis capſiſq;,quas luto paleato illinũt.Alij[15] hoc quidẽ in patinis fictilibus:aliqui & in ſcrobe ſubiecta harena,ita[16] ſicca operiũt mox terra. Sunt qui cotonea cera Põtica illita melle demergãt.Columella autor,in puteos ciſternáſve in [h] fictilibus vaſis pice diligẽti cura illitis mergi.Liguria maritima Alpibus proxima, vuas ſole ſiccatas iunci faſciis inuoluit,cadiſq; cõditas,gypſo includit.Hoc idẽ Græci[i] platani foliis,aut vitis ipſius,aut fici,vno die in vmbra ſiccatis, atque in cado vinaceis interpoſitis. Quo genere Coa vua & Berytia ſeruãtur,[17] nullius ſuauitati poſtferẽdæ.Quidã,vt has faciant,in cinere lixiuo tinguntprotinus quàm detraxere vitibus,mox in ſole ſiccant:tum foliis(vt ſuprà dictum eſt)inuolutas vinaceis ſtipant.Sunt qui malunt vuas in ſcobe[k] ramentíſve abietis,populi fraxini ſeruare. Sunt qui ſuſpendi procul [18] malis, protinuſq; in granariis [19] iubeant,quoniam [20] optimè ſit operimento puluis penſilibus.Contra veſpas remedio eſt, oleo aſpergi ex ore.De palmis diximus.

12 matureuerint.CH.
13 operculo eorum picato.Dal.
14 foſſis.Dal.
15 hoc idem M.
16 ſita.Dal. ſepulta.
17 nullis &c. vt hoc Dal.
18 maline.Vet.
19 iubent. M.
20 optimum ſit operimentum. Vet. optime ſit operimento.Alij Vet.

ANNOTATIONES.

a Id Mago præcipit apud Columellam cap. 44.lib. 12.

b Idem Columel. loco citato.

c Idem cap.45.lib.12.

d Idem cap.16.lib.12.Varro cap.68.lib.1.

e Vuæ condendæ & ſeruandæ ratio docetur ſuprà cap.1. lib. 14. & apud Galen.cap.8.lib.2.De aliment.

f Vt pediculi deorſum ſpectent,oculi ſurſum, quemadmodum etiam in arbore nata ſunt. Columel.cap.45.lib.12.

g Idem cap.44.lib.eod.

h Idem cap.43.lib.eod.

i Idem cap.16.lib.eod.

k Eam materiam Græci vocant *ξυτόμαλα* ſiue *ξυνόμαλα*, *κρίσομαλα*, *πελανόμαλα*, *πιτίσομαλα*, *τορνόμαλα*: Hippocr.lib.de vlcer. *ἰχθυόμαλα*.

De ficis genera vigintinouem. CAP. XVIII.

EReliquo genere pomorũ[a] ficus ampliſſima eſt:quædãq; & pyris magnitudine æmula.De Ægyptiæ Cypriæq; miraculis[b] retulimus inter externas.[c] Idæa rubet oliuæ magnitudine,rotundior tãtùm,ſapore meſpili.[d] Alexãdriná hãc ibi vocãt,craſſitudine [1] cubitali ramoſam,materiæ validã,lentã ſine lacte,cortice viridi,folio tiliæ,ſed molli.Oneſicrit[9] tradit in Hyrcania multũ noſtris eſſe dulciores,fertilioreſq;,vt quæ modios cclxx. ſingulæ ferãt.Ad nos ex aliis tranſiere[2] gẽtibus,Chalcide,Chio: quarũ plura genera. Siquidẽ & Lydiæ,quæ ſunt purpureæ,& mamillanæ,ſimilitudiné earũ habẽt:& [e] calliſtruthiæ[3] parũ ſapore præſtãtiores, ficorũ omniũ frigidiſſimæ. Nã de Africanis, quas multi præferũt cũctis,magna quæſtio eſt:cũ id genus in Africá nuperrimè trãſierit, patrię nomẽ obtinẽt.[4] Nã Alexandrina è nigris eſt,candicãte rima, cognomine delicatę.Nigra & Rhodia eſt,& Tiburtina de[f] præcocibus.Sunt & autorũ nomina iis,Liuiæ,Põpeiæ:[5] ſiccã dis hæc ſole in annuos vſus[6] aptiſſima,cũ mariſcis,& quas[7] [g] harũdinũ folij macula variat.Eſt & Herculanea,& albicerata,& [8] aratia alba,pediculo minimo,latiſſima.Primò autẽ prouenit porphyritis,lõgiſſimo pediculo.Comitatur eã è minimis & viliſſimis,populáris dicta. Cõtra nouiſſima ſub hyeme maturatur[h] chelidonia. Sũt præterea[9] eædẽ ſeroti næ & præcoces,biferæ,alba ac nigra,cũ meſſe vindemiaq; matureſcẽtes.[10] Serotinæ & à corio appellatæ duro:ex Chalcidicis[11] quorũdã trifero ,puẽtu.Tarẽti tãtũ prædulces naſcũtur,quas vocãt[12] omas.Cato de ficis ita memorat:[i] Ficos mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito.In loco autẽ craſsiore aut ſtercorato Africanas,& Herculaneas, Saguntinas hybernas,[13] Tellianas,atras pediculo lõgo.Poſteà tot ſubiere nomina atq; genera, vt vel hoc ſolũ æſtimãtibus appareat, mutatá eſſe vitá. Sunt & hybernæ quibuſdã prouinciis, ſicuti Mœſiæ,ſed[14] artis,nõ naturæ. Paruarum genus arborũ poſt autumnum ſimo contegunt, deprehenſáſque in his hyeme, groſſos: quæ mitiore [15] cælo refoſſę cum arbore atque in lucem remiſſæ, nouos ſoles, alióſque, quàm quibus vixere,auidè,tanquam iterum natæ, accipiunt: & cum venientium flore matureſcunt, alieno præcoces anno, in tractu vel gelidiſſimo. Sed à Catone appellata iam tum Africana, admonet & Aphricæ, ad ingens documentum vſo eo pomo. Nanque perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotúmque ſecuritatis anxius,cùm [k] clamaret[16] omni ſenatu Carthaginem delendam,

2 gentibus Chaleidicæ,quarum.M.
3 furtim. CH. haud parum.Ex Athen.
4 Nam Alexandrinæ enixiores. Candicans Terina (Therina) cogno. delicata. Parm.
5 Siccantur hæ. Vet. Siccandæ hæ. M.
6 aptiſsimæ. Vet. aptiſsimè.M.
7 harundinei folij mac.variant. Vet.
8 aritia.M.
9 eædem,in M.d.
10 Serotinæ & appellatæ cydoniæ.Ex Macrob. Lego, Serotinæ & duracinæ à corio app.
11 quædam. Vet.quarundam.CH.
12 onas.M.& CH.Lego,œnadas, quaſi vini ſapore.
13 Telanas.Cato.
14 arte, non natura. M.
15 calore foſſæ.CH.
16 omnis Senatus M

attulit quodam die in curiam præcocem ex ea prouincia ficum: ostendensq; Patribus, Interrogo vos, inquit, [17] quando hoc pomum demptum putetis ex arbore? Cùm inter omnes [18] recentem esse constaret, Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine: tam [19] propè à muris habemus hostem: staimque sumptum est Punicum tertium bellum, quo Carthago deleta est: quanquam Catone anno sequẽte rapto. Quid primum in eo miremur? curam ingenij, an occasionem fortuitam (celeritatémque cursus, an vehementiam viri? Supra omnia [20] quiddam est, quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam vrbem, & de terrarum orbe per cxx. annos [21] æmulam, vnius pomi argumento euersam: quod non Trebia aut Trasymenus, non Cannæ busto insignes Romani nominis perficere potuere: non castra [1] Punica ad tertium lapidem vallata, portæque Collinæ adequitans ipse Annibal. Tanto propiùs Carthaginem pomo Cato [22] admouit. [m] Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio Romæ nata sacra [n] fulguribus ibi conditis: magisque ob memoriam eius, quæ nutrix fuit [23] Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus præbens [o] rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære iuxta dicato, tanquam in comitium sponte [24] transisset. Adacto nauigio [25] illico [p] arescit: rursúsque cura sacerdotum seritur. Fuit & ante Saturni ædem, vrbis anno cclx. sublata, sacro à Vestalibus facto, cùm [26] Syluani simulacrum subuerteret. Eadẽ fortuito [25] satu viuit in medio foro, quà fidentia imperij fundamenta ostẽto fatali Curtius maximis bonis, hoc est virtute ac pietate, ac morte præclara expleuerat. Æquè fortuita eodẽ loco est vitis atq; olea, vmbræ gratia [26] sedulitate plebeia satę. [27] Ara inde sublata [q] gladiatorio munere Diui Iulij, [28] quod nouissimè pugnauit in foro. Admirabilis est pomi huiusce festinatio, vnius in cũctis, ad maturitatẽ properãtis arte naturæ.

17 quamdudũ. Vet.

18 recens M.

19 prope nos habemus M.

20 quiddam est, in M.d quidem est. Alii. Super omnia est CH.

21 vrbis æmulæ Vet.

22 adiit M. adhuc Dal. adiri monuit. Vet. satu. Dal.

23 Rom. cond. ac Remi ruminalis appellata Ver.

24 trãsl. misset Actius Nauius Illico arescit, rursus cura &c. Scalig. trãsl. et Attio Nauio augure illic arescit Turn.

25 illa cùm arescit, rursus cura.

26 Syluani & Ilitis simulachrum subuerterent. Eadem autem fortuito viuit M

25 satu adiuuit. Vet. Leg. satu adhuc viuit. satu adiuuit in me. fo. quasi fid. imp. fun. o. sten. fatali, quæ Curtius &c. expleuit. Parm.

26 sed vrilitate M.

27 Tra inde subl. chif. fl. ab irato nimirum populo post necẽ Iulij Cæs. non placet.

28 quo nouiss. pugnatum. Dal.

ANNOTATIONES.

a Græcis verus prouerbium est, σῦκον σύκῳ, de rebus valde similibus, vt, οὖῶ ὠὸν, γάλα γάλακτι, σῦκον δὲ σύκῳ ἄμεινον γέγονεν. Vict. c. 5. 36. 37.

b Cap. 7. lib. 13.

c De Idæa Theophr. cap. 17. lib. 3. histor. Idæa, inquit, fruticosa est, minimè procera, tam crassa vt cubitalis ambitus sit. Lignum contortum, lentum, inferne minimè nodosum, superne in orbem comosum: colore folij, & corticis liuido: folio Tiliæ, molli, lato, paris magnitudinis: flore mespili, qui simul cum mespilo prodit: fructu rubro, magnitudine oliuæ, rotundiore, gustu mespili: crassa radice, vt fici, & lenta. Lignum non putret, & solidum cor habet, non medullam. Hæc est Theophrasti integra descriptio, à qua Plinius quid dissideat, lector prudens iudicare poterit.

d Theophrastus nusquam ficum hanc Alexandrinam vocari tradit, sed in eodem Idæ monte laurum nasci, quam Alexandrinam nuncupant. Legendum puto, Mespili, crassitudine molli. Alexandrinam & ibi natam laurum vocant. Onesicritus &c.

e Lego Callistr. haud parum, ex Athenæo, apud quem lib. 3. Magnus omnibus præferr, quæ vbiuis nascantur. Ibidem laudatur multum ficus è Paro, quam αἱμοῤῥοΐδα à sanguinis colore vocabant. Victor. cap. 4. 36. 37.

Phycalo hospiti, prope Cephisium à Cerere ficum datam fuisse monstrant hi versus,

ἐνθάδ' ἀφ' ἥρως φύτευσε Φύκαλος ποτὲ Κήρυκος συμβὼν
δημότην, ὅτε πρῶτον ἐπάρας καρπὸν ἔφηνε·
διὸ ἱερὰν συκῆν θυητῶν γένος ἐφόνευσεν·
ἐξ οὗ δὲ τιμὰς φυτὰλιος γόνος ἐκτήσατο.

Rhodig. cap. 9. lib. 18. Ennius apud Sosipatrum & Charisium, *Dulcifera fici lactantes corpore toto.*

f Prorericas & Prodromos vocat Macrobius lib. 3. Saturn.

g Grandinium in foliis. Nisi Lacouicam harundinem intelligat, cui vas folium versicolor est Theophrasto cap. 12. lib. 4. histor.

h Eam Athenienses vocabant Erythromelænam.

i Ex huius fici similitudine podicis vlcus attritu genitũ, vt in pathicis ex obscœna libidine, in iis, qui equo nudo insidẽt, ex mina & natium affrictu, Matisca m & ficum olim vocauerũt. Iuuenalis,

Cædiatur tumidæ medico ridente mariscæ. Martial.
Strangula succincti venator sume veredi,
Nam solet à nudo surgere ficus equo.

k Reclamante Scipione Nasica, ne vrbis æmulæ sublato metu, felicitas Romana luxuriaretur: qua ratione Lacedæmoniorum oppido diruto ingemuerunt, dicentes, ἔχομεν τὸ πάσσοφον τῶν νόσων, & captum oppidum euerti à rege noluerunt, ne tolleretur ἡ τῶν νόσων ἀνάγκη. Rhodig. cap. 1. lib. 27.

l Cum Annibal ob Romam noctu legiones ducere cœpit, vt ait Ennius, quibusdã nocturnis terricu. mentis tantus pauor eius militres inuaht, vt inde pedi. m retulerint. Quo facto Tutano Deo ibi fanum consecrarunt, ac ideo rediculum appellarunt. Varro in Satyra, Hercules tuam fidem:

Noctu Annibalis cum fugam exercitum,
Tutanus hoc, Tutanus Romæ nomitor:
Hoc propter, omnes, qui laborant inuocant. Scalig. ex Nonio.

m Hæc perturbata sunt, & sicus duas Romanis sacras confundunt: alteram Ruminalem, natam iam tum in Curmanico, vt scribit Plutarchus in Romulo, haud procul à Tiberi, cùm expositi sint Romulus & Remus, sub qua rumã infantibus lupa præbuit, ab eo miraculo sic appellatam: alteram Nauiã in comitio, farã ab Attio Nauio augure, an sumpsis ex Ruminali stolonibus, nondũ reperi. Clarius hoc vt fiat, adscripsi quæ hac de re tradit Festus in dictionibus Nauia & Ruminalis. Priore quidem loco quæ integra sunt lege vsque ad hæc verba, *iussit rex cotem ac nouaculam:* deinde subiunge quæ in codice Romæ edito sequuntur minus lacera, hoc modo, *... nouaculam proferri, qua prolata, cùm interrogatus augur an eos illa posset præcidi, respõdisset posse, nouaculã subito præcidit: quo facto, Nauium, ex eo Tarquinio nihil amplius contra amplius facere, nouaculam illi ac cotem sub locum cõsecratum defodi iussisse, & sicum ab eo satam ibi esse, intra id spatium loci, qui contentus fine sacro fit: eámque si quãdo arescere contigisset, subseri simique ex ea furculos insisse: quo facto, tantos intra tempora tractus, cum alicui eo loco complures sicus enatæ essent, atque eas euulsæ deinde de sacro illo loco radicibus remouerentur, omnes quæ inibi tunc temporis erant sicum præter vnam illam, eiectas fuisse: admonuisse fatali ac iussu imprimis auspicum, & diutiu etiã ex sponsu promittentibus, quãdiu ea viueret, libertatem populi Romani incolumẽ mansuram, dicéque coli & subseri ex illo tempore cœptam.* Hæc scilicet Nauia sicus, ad puteal Libonis, in comitio à Nauio dep. icta. Altera, Ruminalis appellata, quòd sub ea arbore lupa rumam, id est mammam, Romulo & Remo dederit, sub veter bus (sub. tabernis) prope curiam fuit, vt autor est Varro. Hæc est illa altera, quam à Nauia pauci distinxerunt; eandem esse vtranque arbitrati. Ego sic locum hunc totũ lego: Colitur ficus in foro ipso Romano *in foro iudicario, prope curiã sub veteribus tabernis* ac comitio, (*ad Libonis puteal,*) satã ab augure Attio Nauio, sacris ibi conditis, (*nouacula, & cote, quam coram prædixerat*) & tanquam in comitium sponte transisset, (*curia, Ruminaligne sicu, nec illam fuisse Nauiam.* Illa cùm arescit, rursus cura sacerdotũ seritur. Magis altera (*sub. colitur*) ob memoriã eius, (*lupæ*) quæ nutrix fuit Romuli ac Remi cõditoris, (*conditorum,*) Ruminalis appellata, quomã sub ea mucta est lupa, infãtibus præbẽs rumã, ita vocabãt mãmã, miraculo ex ære iuxtà dicato. Quãus fori, ideſt amplissimæ & latissimæ plateæ, parte fuisse Comitiũ dicant, curiã tamẽ à Libonis puteali, prope quod Attius ficũ seuit, distare, veterũ scripta ostẽdũt. Apud Tacitũ sub finẽ li. 13. legẽdũ videtur: *Eodẽ anno ruminali arbore in foro, quæ super octingentos & quadragesimũ annũ &c.* quod scilicet ruminalẽ vetã significat, quæ Remum ac Romuliũ erectos texitinõ alterã illã, quę à Nauio depacta est. Quo nihil libertatis fatũ in Nauia viua & virẽte sitũ erat. Cũ illa exaruisset sub Neronc, q mortib. suis perditissimis exitium publici status molcbatur, mortuis ramalibus, diligentissimè culta est, donec in nouos fœtus reuiuisceret.

n Nã cùm puteus illic esso ius de cælo tactus esset, locus is procuratus, operculo impolito, Puteal vocatus est: τὸ τῶ φρέατος τόμα. Addit Halicarnass. extructã ibi arã, quæ nimirũ fuit operculũ ostij deorum Manium. Pollura autem esse loca fulguratores. Herrusci crediderunt icta fulmine. Quamobrem reliquias fulminis sacro facto ij sepeliebant, dispersos ignes colligebant, & cum quibusdam tacitis precibus terra condebant: locum sic expiatum bidental vocantes. Alexand. ab Alex. cap. 13. 5. Varroni bidental, quòd binæ oues ibi immolarentur. Gell. cap. 62. 14. Inde fulgurite arbores Plauto in Trinummo, ad quas qui sacrum faciebant Scruferrarij dicebantur, à struere & ferto, quod sacrificij genus est. Festo, obstitum, violatum, & de cælo tactum, fanaticum. Scalig. Bidẽtal. τὸ ὑπαίθριον Polluci, ἢ καθαγισθὲν βόεσι ἢ ὄϊσιν, ἢ περιχθὲν ἱερείοις ἄλλοις ἢ ὑσὶν ἢ ἄλλοις. Inde Iouem καλαβάτην, Elicium, nominarunt. Persius Sat. 2.

Triste iacces lucis, emit. undique bidental.

Nam fulmine lucos parum castos ferit Iuppiter. Horat.

Tu parum casti inimica mittes.
Fulminalucis.

Turn. cap. 15. 25. Vide Scalig. in Festum, voce, Sceleratus campus.

o Ruma, Rumis, Rumen, Rumin, vt germen, germin, Mamma. Inde Rumia dea, apud sacellum cuius Varro cap. 11. 2. scribit, à pastoribus satam ficum, eam nimirum, cuius hic autor meminit. In de lactentes agni, subrumi. Varro de liberis educandis apud Nonium, *Hisce manibus lacte sit, non vino: Cuninæ propter cunas: Rumiæ propter rumam.* Idem & eodem opere scribit, cùm à lacte depulsos pueros primo cibo & potione initiarent, sacrificari solitos, ab edu libus, edusæ: & à potione, Potinæ nutrici. Nonius in Edusa & Sacrificari.

p Accidit id, vti diximus, sub Nerone, diro prodigio publici status, quoniam arbor ea conditores vrbis velut hospites excepisset, ac fronde protexisset. Cornelius Tacitus sub finem lib. 13.

q Vide infrà cap. 1. lib. 19. sub finem.

De caprifico, & caprificatione. CAP. XIX.

CAprificus [1] vocatur è syluestri genere ficus [a] nunquàm matures cens, sed quod ipsa non habet, [2] aliis [b] tribuens: quoniam est naturalis causarum transitus, atque è putrescentibus identidem generatur aliquid. Ergo culices [3] parit: hi fraudati alimento in matre, [4] putri eius tabe, [c] ad cognatam volant: morsúque [6] ficorum crebro, hoc est auidiore pastu aperientes [7] ora earum, [8] atque ita penetrantes, intus solem primò secum inducunt, [c] cerealésque auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi, absumunt: quod fit & [d] sponte. Ideóque ficetis caprificus [9] permittitur ad rationem venti, vt flatus euolantes in ficus ferat. Inde repertum, vt illatæ quoque aliunde, & inter se colligatæ iniicerentur fico: quod in macro solo & aquilonio non desideratur: quòniam sponte arescunt loci situ, [10] rimisq; eadem, quæ culicum [11] opera, causa perficit: necnon vbi multus puluis: quod euenit maximè frequenti via [e] appolita. Nanq; & pulueri vis siccandi, succumq; lactis absorbendi: quæ ratio puluere & caprificatione hoc quoque præstat, ne decidant, absumpto humore tenero, & cum quadam fragilitate ponderoso. Ficis mollis omnibus tactus: maturis [f] frumenta intus: succus matures centibus lactis, percoctis mellis. Senescunt in arbore, anúsque distillant gummi modo lacrymam, [g] siccantúrque. Honos laudatas seruat in capsis, Ebuso [12] insula præstantissimas, amplissimasq;, mox in Marrucinis. Ar vbi copia abundat, implentur [13] orcæ in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ vrbe: panisq; simul & obsonij vicem siccatæ implent: vt pote cùm Cato cibaria ruris operariis iusta ceu lege sanciens, minui iubeat perfici [14] maturitatem. Cum recenti fico salitis vice casei vesci, nuper excogitatum est. Ex hoc genere sunt, vt diximus, [15 h] cottana & caricæ, quæque conscendenti nauim aduersus Parthos omen fecere [i] M. Crasso, venales prædicantis voce [k] cauneæ. Omnia hæc in Albense rus è Syria intulit L. Vitellius, qui posteà censor fuit, cùm legatus in ea prouincia esset, nouissimis [16] Tiberij Cæsaris temporibus.

1 vocatur, in Vet. d.

2 alij. CH.

3 parti, fraudati. Parm. parui fraudati. M.

4 hoc est putri eius tabe, ex qua nati ad cogn. Parm.

5 & cognati M.

6 ficuum. Dal.

7 coria Dal.

8 atque, in M. d. & CH.

9 permiscetur. Dal.

10 rimasque. Vet.

11 opero. M.

12 in M. d. insula.

13 arcæ. Vet.

14 maturitatem, cùm & obsonij vicem habeant recentes ficus. Sale siccatis & casei loco vesci nuper. Vet. maturitatem. Recenti fico salito vice. &c. Alij Vet. maturitatẽ, cùm obsonij vice recenti ficu (aliis, vice casei) vesci nuper excogi. sse. M.

15 castaneæ. CH.

16 Tiri. M. nouiss. Cæsari. temp. CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 12. lib. 2. hist. Palladius lib. 2. cap. 10.

b Vide infrà cap. 27. lib. 16.

c Fœcundas, feriles, maturitatem iuuantes.

d Naturæ vi, sed longiore temporis spatio.

e Id est propinqua. Theophr. cap. vlt. lib. 2. ἔστω δ' ὡλίσεσι πανταχοῦ, ἐκβάλλειν γὰρ ἐκ τῆς ἐρίνου τὰ ἐρινά.

f Grana minuta, obserua.

g Ac ἰσχάδες Græcis dicuntur.

h Cap. 5. lib. 15.

i Proficiscentem Crassum Atteius tribunus plebis grauissimis diris execratus est, quibus iram indignationémque deorum maxime concitari creditum est. Alex, ab Alex. cap. 21. 3.

k Caunos vrbs est Cariæ. Cauni ciuitas Æoliæ, è qua ficus etiã laudatur Athenæo lib. 3. Victor. cap. 6. lib. 37. Quod autem omen fecisse eas ait M. Crasso in Parthos exercitum mouenti, hoc est. Crasso nauem expeditione illa conscendenti, cùm Cauneas ficus venales quidam vociferaretur, dixisse visus est, Caue ne eas. Romani enim olim, vt aurunc are pro auerunc are, dortium pro diuortium dixerunt. sic & Caũneas pro caue ne eas. Cicero 2. de Diuin. *Cùm M. Crassus*, inquit, *exercitum Brundisij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum cauere ne iret.* &c. Vide Scalig. in Festum, voce Aurum. Ioach. Camerar. in Plautum, Leopard. cap. 13. lib. 6.

De mespilis, & eorum generibus tribus. CAP. XX.

MAlorum pyrorumq; generi [1] adnumerentur iure mespila atque sorba. [a] Mespilis tria genera, anthedon, setania: tertium degenerat, [2] tametsi anthedoni similius est, quod Gallicum vocant. Setaniæ maius pomum candidiusq;, acini molliore ligno: cæteris minus pomum, sed odore præstãtius, & quod diutius seruetur. Arbor ipsa de amplissimis. Folia, antequàm decidant, rubescunt: radices multæ atque altæ, & ideo inexstirpabiles. Non fuit hæc arbor in Italia Catonis ævo.

1 adnumerãtur. CH.

2 Anthedoni tamen similius, quod. M. & CH.

3 Setaniæ tamen maius. Vet.

ANNOTATIO.

a Theoph. cap. 19. lib. 3. hist.

De sorbis genera quatuor. CAP. XXI.

SOrbis quadruplex differentia.[a] Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio pyri, aliis ouata species, ceu malorum aliquibus. Hæc[1] obnoxia acori. Odore & suauitate rotunda præcellunt: cæteris vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos[2] tenuitate rotunda præcellunt: cæteris vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos[2] tenera folia.[b] Quartum genus torminale appellant, remedio tantùm probabile, assiduum prouentu minimúmque pomo, arbore[3] dissimili, foliis[4] planè platani. Non ferunt ante trimatum ex vllo genere.[c] Cato & sorba sapa[5] condi iubet.

1 obnoxia acriodore, & suauitate iocunda præcellunt M nec sua ut iocunda. Cæteris. Vet.
2 tenera, in M d.
3 dissimile. CH.
4 penè M.
5 condi sapa tradit. CH. sapa condiri iubet. Dal.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 20. lib. 3. histor.
b Plinius Sorbi syluestris, quam Aucupariam herbarij vocant, Sequani verò lignatores *Tormigne*, & quæ vera Torminalis est, nusquam meminit: Cratægi verò folia cùm fortè vidisset, ea strictim & negligenter descripsit, Torminalisque sorbi esse credidit, nusquam alibi facta Cratægi mentione, præterquàm cap. 8. lib. 27. vbi Cratægum, quem Cratæogonon, seu Cratæogona vocat, inconsideratè Aquifoliam (τὴν ἀγρίαν) Italorum esse tradit. Genus id sorborum Andromacho dictum voluit ἐφευλικὸν, quamuis nonnulli legant ἐφευνὸν, lib. 9. κατὰ τόπους Galeni in curatione dysentericorum. Idque à Plauto significatum voluit in Pœnulo,

Hem mihi iam video propter te vicitandum sorbilo.

Nempe Torminali: tormenta scilicet multa, & cruciatus esse perferendos. Quo etiamnum significatu vulgò dicimus, *Poires d'angoisse*.
c Cap. 7.

De nuce iuglande. CAP. XXII.

AB his locum amplitudine[1] vindicauerunt, quæ cessere autoritati,[a] nuces iuglandes: quanquàm & ipsæ nuptialium[b] Fescenniorum comites, multum pineis minores: uniuersitate, eædémque portione ampliores nucleo. Necnon & honoris[2] naturæ peculiaris, gemino[3] protectis operimento,[c] puluinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa cás nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito: quod est verisimilius, quàm quia[d] cadendo tripudium[4] sonúmve faciant. Et has[5] è Persside à regibus translatas, indicio sunt Græca nomina. Optimum quippe genus earum[e] Persicon atque Basilicon vocant. Et hæc fuere prima nomina.[f] Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum. Tinguntur[g] cortice earum lanæ, & rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis. Id compertum infectis tractatu manibus. Pinguescunt vetustate. Sola differentia generum in putamine[h] duro fragilíve, & tenui ac crasso, loculoso & simplici. Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit. Nanque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorúmque[6] illis quadripartita distinctio, lignea intercursante membrana. Cæteris quicquid est, solidum est, vt in[7] auellanis,[8] & ipso nucum genere, quas anteà abellinas[i] patrio nomine[9] vocabant. In Asiam Græciámque è Ponto venêre, & ideo Ponticæ nuces vocantur. Has quoque mollis protegit barba. Sed putamini nucleísque solida rotunditas inest. Eæ & torrentur. Vmbilicus illis *in*cus in ventre medio. Tertia ab his natura[k] amygdalis, tenuiore sed simili iuglandium summo operimento: item secundo putaminis. Nucleus dissimilis latitudine, & acriore[l] callo. Hæc arbor an fuerit in Italia Catonis ætate, dubitatur, quoniam Græcas[m] nominat, quas quidam & in iuglandium genere seruant.[n] Adiicit præterea[10] auellanas & galbas, Prænestinas, quas maximè laudat, & conditas ollis, in terra seruari virides tradit. Nunc Thasiæ & Albenses celebrantur. Et Tarentinarũ duo genera, fragili putamine, ac duro: quæ sunt & amplissimæ,[11] & minimè rotundæ. Præterea[o] mollusæ putamen rumpentes. Sunt qui honoris nomen[12] interpretentur, & Iouis glandem esse dicant. Nuper Consularem virum audiui, biferas & iuglandes nuces habere se profitentem. De pistaciis & ipsi P retulimus. Et hæc autem idem Vitellius in Italiam primus intulit eodem tempore: simúlque in Hispaniam Flaccus Pompeius eques Romanus, qui cum eo militabat.

1 vindicauerint, quæ cess. auctoritati. CH.
2 honoris naturæ. M.
3 protectæ. M.
4 sonitum ex Festo. Turn & Scal. Nec aliter CH.
5 è Persidis regionib. M. è Persida regibus. CH.
6 alia quadripertita, CH.
7 abellanis. CH.
8 ex ipso. Dal.
9 appellabant. CH.
10 auellanas, & Calluas Præn ex vet. glossario. Turn.
11 ac. CH.
12 interpretantur, & Iouis glandem dicunt. M.

ANNOTATIONES.

a Varro lib. 4. de ling. Lat. *Nux*, inquit, *inglans, quòd hæc nux antequàm purgetur, similis glandi. Hæc glans optima & maxima, ab Ione & glande Inglans est appellata. Eadem, Nux, quòd vt nox aër, mixta humi succus facit corpus atrum.* Hæc ille: ad quæ postrema Scaliger. *Alij*, inquit, *à nocendo Nucem dictam volunt*, quomodo & Græcè quoque κάρυον παρὰ τὸ καρύειν. Est autem vox Syriaca Luz. Sed. Lin. N. abiit: vt Lympha, Nympha. Vide infrà cap. 8. lib. 23.
b Fescennina carmina à Fescennio Campaniæ, vel Sabinorum dicta, vbi primùm reperta sunt, lasciua & procacia inter nuptiales ioco. & lusus canebatur cum sacro hymno, siue epithalamio, quo præsides coniugiorum Deos quinque, Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, Dianam, Suadelam inuocabant, rogantes, vt adessent propitij, ac prolem secundarent. Alex. ab. Alex. cap. 5. 2.
c In circulum subtumescentis, sed delumbata circinatione rotundi.
d Patresfamiliãs sponsi cùm domesticos pueros meritorios ab officio turpi dimitterent, nuces dabant, quas spargerent nuptialia fescennina cantantes. Apud Græcos, eodem instituto nouus sponsus, τὰ καταχύσματα, iuglandes, amygdala, & nuces id genus alias spargebat, vt putant Grammatici, nuptæ clamor ne audiretur. Scribit enim, τὰ κλῆτρα, ὅταν ἐκπεμπόμενα τὰ θελάμια, ἐπὶ ἐπαύλιον ἕρωτος, ἔταιραι συμπαίζουσι τῷ νυμφίῳ ἢ γυναικίνοις. Scalig. in Catullum.
e Ocellatas vocat Tranquillus in Augusto, quòd ea parte qua barbatæ suæ cuti adhærent, cùm auellantur, oculi figura delineata conspiciatur, nec id in alia vlla nuce appareat. Alex. ab Alex. c. 21. 3. Quo loco plurima Iudorum genera veteribus vsitata commemorat, ocellatas nuces duci putat Persicorum nucleos, quòd crebris velut ocellorum foraminibus pertusi sint: sed confidenter magis, quàm rectè ἄφρια, Hesychio, τὰ ἐφεκκαιδεκάτα κάρυα.
f Galen. Comm. 1. in 3. Epidem. tradit vicinia Buti, Nucis, Brassicę propter ὁμοιότητα, vicinum & circumiectum aërem fieri semper μεχθηρὸν, vitio um.
g Puluinato calice, quem Festus vocat Culeolum, quasi exiguum Culeum.
h Duras apud Festum Titinnius Moracias vocat, vnde diminutiuum Moracillum.
i Theophr. cap. 15. lib. 3. hist.
k Columella cap. 10. lib. 5.
l De amaris id verum est, non de dulcibus.
m Cap. 4 Ita & Varro cap. 9. lib. 2. & cap. 16. lib. 3. Vide infrà cap. 8. lib. 23.
n Adiicit præterea Auellanas & Caluas Prænestinas. In veteri glossario Calua nux, κάρυον βαστακτόν. In eodem Albanæ nuces, Prænestinæ. In Priapeis, Longæ nuces, auellanæ: Nucémve longam, quam vocant Abellinam. Turnebo cap. 19. 25. Calua nux quę fructum caluum ferat, ideóque, summo apice nudum, nec vndique putamine corticis obductum, qualis est auellana Turn. cap. 17. 27. è Vet. Cod. legendum putat Abellanas.
o De iis Plautus in Calceolo Molluscam nucem super eius dixit impendere regulas.
p Cap. 5. lib. 13. Vide & infra cap. 8. lib. 23. circa medium.

De castaneis genera octo. CAP. XXIII.

NVces vocamus & [a] castaneas, quanquam accommodatiores glandium generi. Armatum iis echinato calyce vallum, quod inchoatum glandibus. Mirúmque, vilissima esse[1] quæ tanta occultauerit cura naturæ. Trini quibusdam partus ex vno calyce, cortéxque lentus. Proxima verò corpori membrana, & in his & in nucibus saporem, ni detrahatur, infestat. Torrere has in cibis[2] gratius. Moluntur etiam, & præstant ieiunio fœminarum quandam imaginem panis. Sardibus eæ prouenere primùm. Ideo apud Græcos[3] Sardianos balanos appellant.[4] Nam Diuus Tiberius posteà balanum nomen impositi, excellentioribus satu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinæ faciles, nec[5] operoso sunt cibo,[6] planæ figura. Rotundior, quæ balanitis vocatur, purgabilis maximè & sponte prosiliens. Pura & plana est ex eis & Salariana: Tarentina minus tractabilis: laudatior[7] Corelliana, & ex ea facta, quo dicemus in insitis modo, Meterana, quam[8] rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quæ coctiuæ vocantur. Patria laudatissimis Tarentum, & in Campania Neapolis. Cæteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosa[9] corticis[b] intra nucleos quoque ruminatione.

1 quæ natura tan. occul. cura. Dal.
2 gratius etiam. Vet.
3 Sardinianos. Turn.
4 Nam διὸς βαλανεῖον posteà nomen impositum fuere D. Regiandus ex indicio Turnebi, diuus balanum posteà imposuere. CH.
5 operosæ cibo. M. & CH.
6 planæ figura rotundior. Quæ CH.
7 Corellina. CH.
8 rubeti cortice, quæ vulgus præfert, vel, quam præferunt.
9 corticis nucleorum intra quoque ferruminatione. Dal. ex Vet.

ANNOTATIONES.

a Virgil. *Castaneisque nuces.* Castaneæ dictæ à Castano oppido Magnesiæ, aut, si Stephano credimus, Apuliæ, non procul Tarento. Eædem Sardianæ glandes à Sardibus vt mox, & λέπυσιν, ἀπὸ τῶν λάπτειν, corticoso integumento. Columel. cap. 43. lib. 4.
b Lego: scrupulosa corticis interioris circa nucleos quoque ferruminatione. Ferruminatione, tanto adhæsu, & tam arcto, vt interior cortex glutinatus cum nucleo, solidatus, ferruminatus videatur, ideóq; ab eo separari & diuelli nequeat, quod vitium est. Potest & omitti vox, quoque.

De siliquis, & carnosis pomis, & moris, & de acinis, & baccis. CAP. XXIIII.

HAud procul abesse videantur & prædulces[a] siliquæ, nisi quòd in iis cortex ipse manditur. Digitorum[1] hominis longitudo[2] illis, & interim falcata, pollicari latitudine. Glandes inter poma numerari non possunt: quamobrem in sua natura dicentur. Reliqua carnosi sunt generis:[3] ea baccis atque carnibus distant. Alia acinis caro, alia moris,[4] alia vnedonibus: & alia[4] acinis inter cutem succúmque, alia myxis, alia baccis, vt oliuis.[b] Moris succus, in carne vinosus: trini colores, candidus primo, mox rubens, maturis niger. In nouissimis florent, inter primæ matureſcunt. Tingunt manus succo matura, eluunt acerba. Minimùm in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec[5] insitis, nec alio modo, quàm pomi mágnitudine. Differunt mora Ostiensia & [6] Tusculana Romæ. Nascuntur & [c] in rubis, multum differente callo. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni: quod solum pomum[d] simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa.[e] Fructus anno matureſcit: paritérque floret subnascens, & prior [7] cogitur. Mas sit an fœmina sterilis, inter autores non constat.[f] Pomum inhonorum, vt cui nomen ex argumento sit vnum tantùm edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci,[8] comarum & memecylõ: quo apparet totidem esse[8] genera & apud nos. Alio nomine arbutus vocatur. Iuba autor est, quinquagenûm cubitorum altitudine in

1 omnis. M. & CH.
2 illis interim falcatis.
3 caque. M. & CH.
4 acinorum cuti succoque. Dal.
5 Insitu. Dal.
6 Tusculana Mo... nascuntur. &c. Pulander.
7 coquitur. CH. colligitur. Vet.
8 genera. Et apud nos alio. M.

Arabia esse eas. Acinorum quoque magna est differentia. Primum inter vuas ipsas callo, teneritate, crassitudine, interiore ligno aliis paruo, & aliis etiam gemino, qui minimè feraces musti. Plurimum verò differunt ederæ [h] sambucíque acini: & figura etiam Punici, anguloſi quippe soli. Nec cutis vlla singulis, præter communem, quæ est candida. [9] Totíſque succus & caro est, [i] iis præcipuè, quibus paruulum ineſt [10] ligni. Magna & baccis differentia. Aliæ nanque sunt oliuis, lauris: & alio modo loto, cornis: alio myrtis, lentiſco. Aquifolio enim ac ſpinæ ſine succo: medióque etiamnum genere inter baccas acinóſque cerasis. Pomum his primò candidum, [11] & ferè omnibus baccis. Mox aliis viresćit, vt [12] oliuis, lauris: rubet verò moris, cerasis, cornis. Deinde nigreſcit moris, [k] cerasis, oliuis.

ANNOTATIONES.

a Gellius Flaminicas Diales in ſacris venenato operiri ſcribit, quoniam in rica, ideſt, palliolo purpureo ſurculum haberent arboris Siliquæ. Seruius vetere ceremoniarum iure præceptum ait, vt Flaminica habeat inarculum, ricam, venenatum, fibulam: quibus in locis non hanc ſiliquam interpretor, ſed Rhododendron ſiliquarum, quòd multis quadrupedibus venenatum eſt.
b Theophr. cap. 21. lib. 1. Cauſſ. Columel. cap. 10. lib. 5.
c Ouid. *cornáque & maduris ſanguinea mora rubetis.*
d Non recordabatur Plinius cùm hæc ſcriberet, Adrachnes fructum, quem ſimilem Memæcylo Theophraſtus eſſe tradit cap. 16. lib. 3. hiſt. fructui quoque terræ, nempe fragoſimilem eſſe. Apud Pauſaniam lib. 9. interpres vertit Portulacam.
e Theophr. lib. 3. hiſt.
f Plinius inſcite & negligenter *μηλώνυχον* fructum Arbuti, *καὶ παράφρ.* cum Vnedone fructu Epimelidis confundit, vt & cap. 8. li. 23. Negligentius etiam Memæcylon fructum cum comaro, ſiue Arbuto arbore ſua.
g Theophr. loco citato.
h Lucilius li. 27. apud Nonium, Ardum: miſerrimum, atque infœlix lignum Sambucum vocat.
i Apyrenis.
k Sylueſtribus, quorum fructus maturitate ſumma cum colorem accipit, & ſatiuarum vni generi.

De cerasis. genera octo. CAP. XXV.

CErasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. [1] Ad vrbis annum dclxxx. is primùm vexit è Ponto: anníſque cxx. trans Oceanum in Britanniâ vſque peruenere. [a] Eadem, vt diximus, in Ægypto nulla cura potuere gigni. Ceraſorum Aproniana maximè [b] rubent: nigerrima [2] ſunt, vt Actia: Cæciliana verò & rotunda. [3] Iulianis gratus ſapor, ſed penè tantùm ſub arbore ſua, adeò teneris, vt geſtatum non tolerent. Principatus duracinis, quæ [c] Pliniana Campania appellat: in Belgica verò Luſitanis. In ripis etiam [4] Rheni. Tertius iis colos è nigro ac rubenti viridíque, ſimilis matureſcentibus ſemper. Minus [5] quinquennium eſt, quòd prodiere quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis, inſitæ in lauro. Sunt & Macedonica paruæ arboris, raróque tria cubita accedentis: & minore etiamnum frutice chamæceraſi. Inter prima hoc è pomis colono gratiam annuam refert. Septentrione frigidíſque gaudet: ſiccatur etiam ſole, conditúrque, vt oliua, cadis.

1 At vrbis anno. M.
2 ſunt Actia, vt & Cæciliana, rotúda. Vide Theo. cap. 21. lib. 3. hiſt.
3 Iuniania. M. Viniainus. CH.
4 Rheni rubent. Tertius M. Rheni terni. Tertius. CH.
5 quinquennio eſt, M.

ANNOTATIONES.

a Lego, Eædem, vt diximus, peregrinæ, in Ægypto &c. Peregrinas quidem, vt & Perſicas dixit cap. 3. lib. 12. ſed nuſquam Ægypti ſolum dedignatas, præterquam hic.
b Vide Theoph. cap. 21. lib. 3. hiſtor.
c Vulgò. *Duraines.*

De corno, & lentiſco. CAP. XXVI.

QVæ cura & cornis atque etiam lentiſco adhibetur, ne quid non hominis ventri natum eſſe videatur. Miſcentur ſapores, & alio alius placere cogitur. Miſcentur verò & terræ cæliq; tractus. In alio cibi genere India aduocatur, in alio Ægyptus, Creta, Cyrene, ſingulæque terræ. Nec ceſſat [a] in veneficiis vita, dummodo omnia deuoret. Planius hoc fiet in herbarum natura.

ANNOTATIO.

a Vt fungis.

De generibus ſuccorum, & de odore. CAP. XXVII.

INterim quæ ſunt communia & pomis omnibúſque ſuccis, ſaporum [a] genera xiii. reperiũtur, dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, [b] acer, acutus, acerbus, acidus, falſus. Præterhæc, tria ſunt genera mirabili maximè natura. Vnum, in quo plures pariter ſentiuntur

tur ſapores, vt vinis. Nanque in his & auſterus, & acutus, & dulcis, & ſuauis, omnes [c] alieni. Alterum eſt genus, in quo ſit & alienus quidem, ſed & ſuus quidam ac peculiaris, vt in lacte. Siquidem ineſt ei, [1] quod tamen iure dici dulce, & pingue, & ſuaue non poſſet, obtinente lenitate, quæ ipſa ſuccedit, in ſaporis vicem. Nullus hic aquis, ne ſuccus quidem, vt tamen eo ipſo fiat aliquis, ac [d] ſuum genus faciat. Sentiri quidem aquæ ſaporem vllum ſuccúmve, vitium eſt. Magnum his omnibus in odore momentum, & magna cognatio, qui & ipſe nullus eſt aquis: aut ſi ſentitur, omnino vitium eſt. Mirum, tria naturæ præcipua elementa ſine ſapore [2] eſſe, ſine odore, ſine ſucco: [3] aquas, aera, ignes.

1 quod iure dicitur dulce & pin. & ſuaue, obtin. tamen lenit. M.
2 eſſe, in M. d.
3 aqua, aër, ignis. M.

ANNOTATIONES.

a Theophr. ſimplices recenſet cap. 19. lib. 1. hiſtor. vinoſum, pinguem, dulcem, acrem, amarum, aquoſum, acidum. At cap. 4. lib. 6. Cauſs. dulcem, pinguem, amarum, auſterum, acrem, acidum, acerbum: & ex quorundam ſententia vinoſum, ac falſum.
b Acer, linguam vrens, vt pyrethri: acutus, linguam pugnens, vt cinamomi.
c Præter proprium accedentes, præter *τὴν ἰδιωτικὴν*. præter vuæ ſaporem genuinum aduentitij, quia in omni vino neceſſariò non inſunt.
d Fatuum, *ὁ ἀλογεῖται*.

[a] *De ſuccis fructuum, & arborum, & coloribus, & odoribus, & natura pomorum, & de commendatione fructuum.* CAP. XXVIII.

ERgo ſuccorum [1] vinoſus pyro, moro, myrto: [2] minimè (quòd miremur) vuis. At pinguis oliuæ, lauro, nuci iuglandi, amygdalis: dulcis vuis, ficis, palmis: aquoſus prunis. Magna differentia & in colore ſucci. Sanguineus moris, ceraſis, cornis, vuis nigris. Idem albis candidus. [3] Lacteus in capite ficis, in corpore non item: ſpumeus malis: nullus perſicis, cùm præſertim duracina ſucco abundent: ſed quis eius vllum dixerit colorem? Sua & in odore [b] miracula. Malis [c] acutus, Perſicis dilutus, [d] dulcibus nullus. Nã & vinum tale ſine odore, tenue odoratius. Multóque celerius talia ad [4] naſum veniunt, quàm pinguia. Quæ odorata, non eádem in guſtu tenera: quia non ſunt [5] [e] pariter odor & ſapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, ſapor [6] aſperrimus: quadamtenus & cotoneis: nullúſque odor [f] ficis. Et hactenus ſint ſpecies ac genera pomorum, naturas arctius colligi par eſt. Alia ſiliquis gignuntur, ipſis dulcibus, ſeménque [g] complexis amarum: cùm in pluribus ſemina placeant, [7] in ſiliqua damnentur. Alia baccis, quarum intus lignum, & extra caro, vt oliuis, ceraſis. [8] Aliquorum intus [h] baccæ, foris lignum, vt his quæ in Ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura, eadem & pomis. Aliorum intus corpus, & foris lignum, vt nucum. Aliis foris corpus, intus lignum, vt Perſicis & prunis, vitiúmque cinctum fructu, cùm fructus alibi muniatut vitio. Putamine clauduntur nuces, corio caſtaneæ. Detrahitur hoc iis: at in meſpilis mandi tur. Cruſta teguntur glandes, cute vuæ, corio & membrana Punica. [i] Carne & ſucco mora conſtant, cute & ſucco ceraſi. [k] Quædam ſtatim à ligno recedunt, vt nuces & palmæ. Quædam adhærent, vt oliuæ lauríque. Quorundam generi vtraque eſt natura, vt Perſicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è lignóque auelli [9] nequit, cùm in cæteris facilè ſeparetur. Quibuſdam nec intus, nec extrà lignum, vt in [l] palmarum genere. Aliquorum lignum ipſum [10] in vſu & pomi vice, vt generi amygdalę, quam in Aegypto gigni diximus. Quorundam extrà gemina geminantur vitia, vt in caſtaneis, amygdalis nucibúſque iuglandibus. Quorundam natura trigemina eſt, corpus, deinde lignum, rurſúſque ſemen in ligno, vt Perſicis. Quædam inter ſe denſa, vt vuæ, ſorba: quæ ramos circundata ex omni parte vuarum modo degrauant. Alia rara, vt in Perſicis. Quædam aluo continentur, vt granata. Dependent alia pediculis, vt pyra. Alia racemis, vt vuæ, palmæ. Alia & pediculis & racemis, vt ederæ, ſambuci. Alia ramo adhærent, vt in lauro. Quædam vtroque modo, vt oliuæ. Nam & breues pediculi & longi. Quædam [m] vaſculis conſtant, vt punica & meſpila, lotóſque in Aegypto & Euphrate. Iam verò diuerſa gratia & commendatio. Carne palmæ placent, cruſta Thebaicæ, ſucco vuæ & cariotæ: callo pyra ac mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano. Quædam

1 vinoſi. CH. & mox, pingues, dul. aquoſi.
2 non. M.
3 Lacteus. M.
4 vſum. M. & CH.
5 paria, vel, pares. Dal. id eſt, pari modo.
6 aſperrimus quidã, tenuis. M.
7 & ſiliquæ. Dal.
8 Al. intus lignum, foris barca, vt Perſicis quæ. Vet. Alia baccis, quarum intus lignum &c. M. Alij nihil mutant, Aegyptiã myrobalanum intelligentes.
9 non quit. CH.
10 in vſum. CH.

11 cuce caricæ. Vet. 12 eisdemque. CH 13 spinaque Cato, caulis lx Theoph. cap. 4 lib. 6 14 caulis ipse ceu pomum extur. Chiffletⁱ. Sic infrà lib. 25. ca 11. 15 eduntur & ficulnei caules Vet. lego. sunt & in vsu medicinæ ficulnei caules, vt infrà cap. 4. li. 26. inueniet. Bd.

in Ægypto [11] cute, vt caricæ. Detrahitur hæc ficis virentibus, vt putamen: [12] eadem in siccis maximè placet. In [n] papyris & ferulis, [13] spináque alba, [14] caulis ipse pomum est. [15] Sunt & ficulni caules. In fruticoso genere cum caule capparis: in siliquis verò quod mâ ditur, quid nisi lignum est? non omittenda seminis earum proprietate. Nam neque corpus, nec lignum, nec cartilago dici potest, neque aliud nomen inueniat.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 19. lib. histor. & cap. 1. lib. 9. eiusdem, & cap. 18. lib. 1. Caus.
b Theophr. toto lib. 6. Caus.
c Suauis tamen, & adeò iucundus, vt vel animo defectos reuocet: Plaut. in Amphit.
Enimuero prægnanti oportet & malum dari,
Vt quod ubrodat sit, animo si malè esse cœperit.
d Probum mel, odoratius est Dioscoridi. Scaliger suis Commentariis in cap. 19. lib. 1. hist. Theophr. Plinium reprehendit.
e Pariter, non simul, alioqui id falsum foret, sed pari modo. Theo. lib. de odoribus, ὡς γὰρ ἐπὶ τὰ πᾶν, ὀδὶς ὁτὶ χυλὲς ἅπασι, ὁτὶ ἐσμὴ ὄχυρον.
f Ficis, etiam siccis odor est, sed tenuis. Vide Scaligerum loco suprà citato.
g Apud Dioscor. cap. de Siliqua, non, vt vulgò legitur, ἐὰν ἐν τῶν ψιμ φύλων σωτιδῶν ὑδρᾶς, sed legendum ἐὰν ἐπὶ τῶν &c.
h Abutitur hac voce ad nucleum significandum, vt in Persææ fructu, quam & Persicam vocat cap. 9. lib. 13.
i Confer Theophr. cap. 18. lib. 1. histor. quem hic superauit.
k Fructuum genera. Vide cap. 9. lib. 13.
l Suprà cap. 22. lib. 12. Spadonas eas vocat cap. 4. lib. 13.
m Vel flosculis, vt apud Columel. cap. 45. lib. 12. id est vmbilicatis, in summo fructu cauis: vel, vt quidam legendum apud Columel. censent, oculis.
n Nam Ægyptij papyri caulem crudum coctumque mandunt, succum tantum deuorâtes. cap. 11. 13. Hac ratione caulem, sine thyrsum, παπυρὸν Æschylus vocat, βίβλου ἢ παπύρου ὁ πρωτος φλοιὸς μόνος Guilland. De papyro vide suprà, cap. 11. lib. 13. ex Theophr. cap. 9. li. 4. hist. De ferula infrà cap. 9. & 23. lib. 20. ex Theo. cap. 2. lib. 6. hist. Vide & Dioscor. cap. 90. lib. 3.

De myrto genera eius xi. CAP. XXIX.

Succorum natura præcipuam admirationem in myrto habet, quando ex vna omniũ olei viníque [a] bina genera fiunt. Item myrtidanum, vt [b] diximus. Et alius vsus baccæ fuit apud antiquos, antequàm piper reperiretur, illius obtinens vicem, quodam etiam generosi obsonij nomine inde tracto, quod etiam nunc [c] myrtatum vocatur. Eademq; origine aprorum sapor commendatur, plerunque ad [d] intinctus additis myrtis. [e] Arbor ipsa in Europæ [1] citeriore [2] cælo, quod à Ceraunijs montibus incipit, primum Circeiis in [f] Elpenoris tumulo visa traditur: Græcúmque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet. Fuit vbi nunc Roma est, iam tum cùm conderetur. Quippe ita traditur: myrtea verbena Romanos Sabinósque, cùm propter raptas virgines [g] dimicare voluissent, depositis armis [3] purgatos in eo loco, qui nùc signa Veneris [h] Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui [4] purgare dicebant. Et in ea quoque arbore sustimenti genus habetur. Ideo ũ electa, quoniam coniunctioni, & huic arbori Venus præest. Haud scio, [i] an prima etiam omnium in locis publicis Romæ sua [6] sit, fatidico quidem & memorabili augurio. Inter antiquissima namque delubra habetur [i] Quirini, hoc est, ipsius Romuli: in eo sacræ fuere myrti duæ ante ædem ipsam per longum tempus, altera patritia appellata, altera plebeia. Patritia multis annis prævaluit, flaccescẽte plebeia, exuberans ac læta: quandiu Senatus quoque floruit, illa vigens, plebeia [7] retorrida ac squalida. Quæ postea quàm eualuit flaccescente patritia Marsico bello, languida autoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas. Quin & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nùc [8] [k] Murtiam vocant. [l] Cato tria genera myrti prodidit: nigram, candidam, coniugulam fortassis à coniugijs, [9] ex illo Cluacinæ genere. Nunc & alia distinctio, satiuę, aut syluestris, & in vtraque latifolię. In syluestri propria oxymyrsine. Satiuarum genera topiarij faciunt. Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, [10] exoticam densissimo, senis foliorũ versibus. Hæc non est in vsu: ramosa vtraque alia. [11] Coniugulam existimo nunc nostratem dici. Myrtus [m] odoratissima [12] est in Aegypto. Cato docuit vinum fieri è nigra, siccata vsque in ariditatem in vmbra, atque ita mulso indita. Simũ siccentur baccæ, oleum gigni. Posteà [n] compertum, & ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tusæ in vini tribus heminis maceratæ expressæque. Folia & per se siccantur in farinam ad hulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci puluere, ac refrigerandis sudoribus. Quinimò oleo quoque (mirũ dictu) inest quidam vini sapor, simúlque pinguis liquor, præcipua vi ad corrigenda vina, saccis antè perfusis. Retinet quippe fœcem, nec præter purum liquorem transire patitur, dátque se comitem præcipua commendatione liquato. P Virgę quoque eius gesta ę [13] manu viatori prosunt in longo itinere pediti. [q] Quin & virgei anuli expertes ferri inguinum tumori medentur. Bellicis quoque se rebus inseruit:

1 citeriore. CH. 2 solo. Dal. 3 pacificatos. Gr. Gyral 4 pugnare. Idem. 5 an primæua omniũ. M. 6 sit, in M.d. 7 torrida. M. 8 myrciam. CH. 9 &. CH. 10 hexasticham. Tur. 11 coniugalem. CH. 12 est, in M.d. 13 modo. CH.

seruit: triumphánsque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu (qui primus omnium ouans ingressus vrbem est, quoniam rem leuiter sine cruore gesserat) myrto [r] Veneris Victricis coronatus incessit, optabilémque arborem etiá hostibus fecit. Hæc postea ouantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus incessit. Massurius autor est, curru quoque triumphantes myrtea corona vsos. L. Piso tradit, Papyrium [14 s] Massonem, qui primus in monte Albano triumphauit de Corsis, myrto coronatum ludos [t] Circenses spectare solitum. Auus maternus Africani sequentis hic fuit. Marcus Valerius duabus coronis vtebatur, laurea & myrtea: qui & hoc vouerat.

14 Nasonem. Vet.

ANNOTATIONES.

a Vnum genus vini myrtei docet Cato cap. 125. Palladius in Ianuario cap. 19. Dioscorid. lib. 5. At duo huius vini genera describit, nempe album & nigrum, Colum. cap. 38. 12. Olei genera duo tradit Dioscorides. Pallad. vnum in Ianuario cap. 18.
b Suprà cap. 16. lib. 14.
c Etiamnum murtatum. Varro 4. de ling. lat. Quod in exis dicitur nunc prosectum, murtatum à murta (sic & Cato pro myrto) quòd eo largè fartum intestinum erassum.
d τὰ ἰμβάμματα, liquores nimirum vel liquamina, quibus aut panem aut carnem intingimus ad saporis gratiam, & gulæ irritamẽtum: ἀρτύσματα odorata & aromata quæ liquoribus induntur, vt eos condiant. Sæpius alterum pro altero vsurpatur.
e Virgil. in Culice Parthicam vocat:
Et rosa purpureo crescit rubicunda colore.
Et viola, omne genus chis est & Parthica myrtus.
Apud Athenæum quoque lib. 15. Appollodorus lib. 4. τῶν παρθικῶν scribit, in Parthia μυρσίνην ὕπαι ποιηλὰν γένη, μιλακάνθ, καὶ τὴν καλουμένην φυλέλαφον.
f Hic est Elpenor vnus ex Vlyssis sociis, quos à Circe in porcos mutatos fabulatur Homerus Odyss. κ.
g Liuius lib. 1.
h Luere, purgare. Iua mater, dea quæ purgabat. Ei nonnunquam ad lustrandum hostium cædem arma & spolia incendebãtur. Cluacina Venus, quasi luacina, à purgatione est dicta, quámuis Tertullianus à cloaca. Cloacinam dictam contendat.
i Semper id clausum fuit, nec aperire licebat, quasi arcanum habere vellent, an humo tectus, an inter Deos Romulus relatus fuisset, tametsi Varro post rostra Romuli sepulchrum fuisse scribat: Alex. ab Alex. cap. 14. lib. 1.
k Idem Plutarchus in caussis Roman. Alia fuit Murcea desidiæ ignauiæque Dea, de qua vide Gyraldum. De Venere Murtia, quæ ædem habuit ad metas primas Circi, prope Consi aram defossam, Tertull. li. de Spectacul. Vide Murcia apud Festum. Porrò vt Veneri Myrtus sacra est, sic Ioui æsculus, Apollini laurus, Mineruæ olea, Hercuii populus, Baccho hedera, Pani pinus, Diti cupressus. Itaque cùm iis diuis sacrum fieret, sua fronde templum aráque ornabatur. Alex. ab Alex. cap. 17. lib. 4.
l Cap. 8.
m Theophr. cap. 27. lib. 6. Caus.
n Columella cap. 38. lib. 12.
o Vide suprà cap. 22. lib. 14.
p Ad myrtum Græci olim canebant, eiusque ramo tradito, illum, qui postea contaturus esset, inuitabant. Alex. ab Alex. cap. 25. lib. 2.
q In antiquis sanctuariis Turn. reperit, Quin & virgæ iaculi: fortasse quòd è myrto iacula nonnunquam fierent, quorum hastile nondum ferro spiculatum virgam vocant. Virg.
Crebris hastilibus horrida myrtus.
Iterum,
Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.
Itaque virgæ iaculi dici possunt, tam grandes, vt proiaculo muniri ferro possint.
r Myrto, quod Plinius tacet, mortuorum busta etiam Græci ornarunt. cùm inferias soluerent. Euripedes in Electra,
Α' γεμίσμονες ὦ τύμβοι θητισμάτων,
ἃ πῶποτ' ἐ χεὰς, ἐδὶ πλοκὰς μυρσίνης
ἔλαβε, πυρὰ ὦ μήτερος ἀγλαισμάτων.
Cui respondet Agamemnonis altor,
ἦλθον γὰρ αὐτὸ πρὶν τάφων πάρεργ' ἐδὼ,
καὶ πρόσπτυκτον ἔκλαυσ' ἀμείλιχον λυγὸν,
σπονδὰς τε, χύσας ἅσπερ ἐν φῶς ἕρπεις
ὑπ' αἰσα, τύμβῳ δ' ἐμφιβυπὸς μυρσίνας.
Victorius cap. 2. 16. Præterea qui olim in conuiuiis scolia carmina cantabant, myrtum laurumve manu tenebant: laurum, qui versus Homericos recitarent: myrtum, qui Æschyli, Simonidis, Stesichori. Apud Plutarchum Dicæarchus lib. de certaminibus musicis.
s Valerius Max. cap. 5 lib. 3.
t De Circensibus vide quod notatum est ad cap. 22. lib. 36. huius operis.

De lauro genera tredecim. CAP. XXX.

Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus ianitrix Cæsarum [a] Pontificúmque: quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera [1] tradit Cato: Delphicam & [b] Cypriam. [c] Pompeius Lenæus adiecit quam mustacem appellauit, quoniam [d] mustaceis subiiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidóque & albicãte. Delphicam æquali colore, viridiorem, maximis baccis, atque è viridi rubẽtibus. Hac [2] victores Delphis coronari, & triumphãtes Romæ. Cypriam esse folio breui, nigro, per margines imbricato, [3] crispam. Posteà accessere genera: tinus, hanc syuestrem laurum ali qui intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt [4] colore: est enim ei cærulea bacca. Accessit & regia, quæ cœpit Augusta appellari, amplissima & arbore & folio, baccis gustatu quoque non [5] asperis. Aliqui negant eandẽ esse, & suum genus regiæ faciunt longioribus foliis latioribúsque. Idem in alio genere baccaliam appellant hanc quæ vulgatissima est, baccarúmque fertilissima. Sterilem verò earum (quod maximè miror) triumphalem, eáque dicunt triumphantes vti: nisi id à Diuo Augusto [6] cœperit, vt [e] docebimus, ex ea lauru, quæ ei missa è cælo [7] minima est altitudine, folio crispo ac breui, inuentu rara. Accedit in topiario opere taxa, excrescẽte in medio folio paruulo, veluti lacinia folij. Et sine ea [8] spadonia, mira opacitatis patientia. Ita que quanta libet sub vmbra solum implet. Est & chamædaphne syluestris frutex. Est & [f] Alexandrina, quam aliqui Idæam, alij hippoglottion, alij daphnitin, alij carpophyllon, alij hypelaten vocant. Ramos spargit à radice dodrãtales, [9] topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quàm myrti, molliore

1 tradidit. CH. 2 acutiores. CH. 3 crispam. & postea. M. 4 color. est enim cærula bacca. CH. 5 aspero. M. 6 cœpit. M. & CH. 7 est minima. M. & CH. 8 spadonina. CH. 9 topiarij, ac in M d.

ti, molliore & candidiore, maiore semine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec [10] nisi montosis. Id quoque, quod [g] Daphnoides vocatur, genus, in nominum ambitu est. Alij enim pelasgum, alij eupetalon, alij stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, [11] crassiore ac molliore, quàm laurus, folio, cuius gustatu accenditur os atque guttur, baccis [12] è nigro [h] ruffis. Notatum antiquis, nullum genus [13] lauri in Corsica fuisse: quod nunc satum & ibi prouenit. Ipsa pacifera, vt quam præterdi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarúmque nuntia additur [14] literis, & militum lanceis, pilísque. Fasces Imperatorum decorat. [15] Ex his in gremio Iouis optimi [16] maximi deponitur, quoties lætitiam [17] nouavictoria attulit. Idque non quia perpetuò viret, nec quia pacifera est, præferēda ei [18] vtroque olea, sed quia spectatissima in monte Parnasso. [19] ideóque etiam grata [i] Appollini, assuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis, teste L. Bruto. Fortassis etiam in argumentum, quoniam [20] ibi libertatem publicam is meruisset lauriferam tellurem illam [k] osculatus ex responso: Et quia manu satarum receptarúmque in domos, fulmine sola non icitur. Ob has causas equidem crediderim, honorē ei habitum in [l] triumphis potiùs, quá quia suffimentum sit cædis hostium & purgatio, vt tradit Massurius. Adeóque in profanis vsibus pollui laurum & [m] oleam fas non est, vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræve debeant. [n] Laurus quidem [21] manifesto abdicat ignes crepitu, & quadam detestatione: inter ancorum [22] etiam vitia & neruorum ligno torquente. [o] Tiberium principem tonante cælo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus. [23] Sunt & [p] circa Diuum Augustum euenta eius digna memoratu. Námque Liuiæ Drusillæ, quæ posteà Augusta matrimonij nomen accepit, cū [24] pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit [25] in gremium illæsam. Intrepidéque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum onustū suis baccis. Conseruari alitem & sobolem iussere aruspices, ramúmque eum seri, ac ritè custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum, fluuio Tiberij imposita iuxta [q] nonum lapidem Flaminia via, quæ ob id vocatur Ad gallinas: miréque sylua prouenit. Ex ea triúphans posteà Cæsar, laurum in manu tenuit, coronàmque capite gessit: ac deinde Imperatores Cæsares cuncti. Traditúsque mos est ramos, quos tenuerunt, serendi. Et durant syluæ nominibus suis discretæ, fortassis ideo [26] mutatis triumphalibus. Vniusarborū Latina lingua nomen [r] imponitur viris. Vnius folia distinguuntur appellatione. Lauream enim vocamus. Durat & in vrbe impositum loco, quando Loretum in Auentino vocatur, vbi sylua [27] lauri fuit. Eadem purificationibus adhibetur: testatúmque sit obiter & ramo eam sari, quoniam dubitauere Democritus & [s] Theophrastus. Nunc dicemus syluestrium naturas.

10 nisi in montuosis. CH.

11 graciliore. Dal. Plinius pro λεπτόφυλλον, legit, λεπτοκάρπον.
12 nigris vel russis. Vet.
13 laurus. CH.

14 lituis. Vet.

15 ex hac corona. Dal.
16 maximique. CH.
17 nouam M.
18 vtique myrto & olea. Vet.
19 Idcoque etiā. Vet.

20 ibi in libert. M.

21 manifestē. M.

22 etiam vitiis (vultur, vesicę) & neruorū lasitudini medētur. Tiberium &c. Dal. ex Dioscor.
23 Sed & circa. M.
24 nupta. M.

25 quę sunt inter, ab iecit, & miraculum, in M. non leguntur.

26 nominatis. Vet.

27 laurus. CH.
28 atque. CH.

ANNOTATIONES.

a Pontificum maiorum & minorum gradus, ordinem, dignitatem, ius autoritatem, immunitatem, cultum, munus & officium, collegia, prolixè describi. Alex. ab Alex. cap. 8. 2. Pontifices à ponte dicti volunt, quòd in solis licet pontem sublicium ligneum, nullo ære, vel ferro compactum, si coliaberetur cæsa victima, & sacrificio peracto reficere. Pontificum galerus insigne fuit, vt augurum lituus.

b His duabus addit tertiam Cato cap. 8. syluaticam quod mirum est Plinium reticuisse.

c Pompeij libertus, Grammatices doctissimus, de quo cap. 2. 25. Olim gentilitium nomen patronorum libertī assumebant. Autor Lactantius lib. 3. Instit. tut. Tertul. lib. De resurrect. carnis. Sic Caruilius, Caruilij liberti nominatus est Plutarcho. Laurea Tullius Ciceronis cap. 1. 31. Cornelius Alexander, Cornelij Lentuli, Suidæ Brissonius cap. 14. lib. 2. Persius.

Vertere hunc dominus, momento turbinis exit
Maiestas Domæ.

d Mustacei Caroni, mustacea Iuuenali, fiūt è farina siliginis musto conspersa, anisō cymino, adipe, casseo, ramentis virgæ lauri subditis, dum coquuntur lauri foliis. Iuuenal.

—nec est quare cum tu & mustacea perdas
Lebete officioso, crudi dona Adæ.

e Mox eodem hoc capite.

f Theophr. cap. 17. lib. 3. histor.

g Vide quæ de Chamædaphne sunt adnotata infrà cap. 8. lib. 23. & cap. 15. lib. 24.

h Nigris vel russis. Dioscoridi bacca nigra est Daphnoides. Theophr. cap. 15. lib. 9. In Arcadia nascitur Daphnoides croceum, id est croceis baccis. Vtrumque Plinius hic significat.

i Nam, vt ait Hesiodi interpres, ἱκτῆρι πρὸς ἱκετευόμενος, ideò μαντικὴν φυτὸν nominatur. Sophocles in Cassandra.

Δάφνῃ φοιβὸν ἀγαλμ' ἐδειν πρόσπτυγα φίλαν. Lycophron, *Ἀκτιφόρῳ γὰρ φοίβαν ἐν λαμπρῷ δέᾳ.* Vates certè lauro semper coronati futura præcinebant. Vide Rhodig. cap. 7. lib. 5.

k Liuius lib. 1. Valer. Max. cap. 3. lib. 7. Ouid. 2. Fastor.

l Et, si quando Imperatores de hostium exercitu deleto, aut expugnata vrbe ad Senatum scriberent, literis exornandis quas nunc victrices, nunc laureatas appellabant. Ouid.

Non ego victrices lauro vrdemire tabellas.

Brod. cap. 33. 1. Alex. ab Alex. cap. 27. lib. 1. Quin & iidem insigni victoria parta, laureatis fascibus incedebant, nuncios cum Laureatis iaculis mittebant, nauesque laureatas, aut virtatas.

m Castitas etiam requiritur in oleæ cultura. Constantinus lib. 9. γεωπονικῶν. Palladius lib. 1. cap. 9.

n Inde Græcis δάφνη, quasi δαφνῶ dicitur. Crepitum cum sonorum portendere fœlicia existimatum à Theocrito, Lucretio, Porphyrio: contra verò, Laurum iniectam igni & tacitam, tristia, Tibullus.

Laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni. Propertius.
Et tacet extincto laurus adusta foco.

Rodig. cap. 7. lib. 5.

o Suetonius in Tiberio cap. 69.

p Idem

p Idem in Augusto, & Dion lib. 48.

q Nonum lapidem, nonum milliare. Plutarcho Tiberius Graechus vias milliaribus dimensus est omnes: quod spatium parum abest ab octo stadiis eiusque mensuræ notam lapideam columellam statuit: ac præterea ex vtraque parte viæ lapides parum ab inuicem distantes disposuit, è quibus facilius salire in equum liceret, nec τῷ ἀναβαθμῷ opus esset: quo in loco ἀναβολία quidam staphā nostram exponunt: alij seruum corpus domini prehensis natibus attollentem. Inde vsus obtinuit, vt milliare lapis vocetur. Brissonius cap. 9. 4.

r Libertus Ciceronis Laurea Tullius vocatus est.

s Cap. 1. lib. 2. histor.

10

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

20

LIBER XVI.

Syluestrium arborum naturæ.

Proœmium.

30

DOMIFERÆ. Arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessario alimento delicias [1] immiscere docuerunt, siue illæ vltro, siue ab homine didicere blandos sapores adoptione & connubio, [2] idque munus etiam feris volucribúsque [2] dedimus, intra prædictas constant. Proximum erat narrare glandiferas [3] quoque, quæ [4] primò victum mortalium aluerunt, nutrices inopis ac feræ sortis, ni prænerti cogeret admiratio vsu comperta, quænam qualisque esset vita, sine arbore vlla, sine frutice viuentium.

1 miscere. M. & CH.

2 didicimus. M. & CH.
3 quoque, primo victu mortalium aluorum nutrices inopis. M.
4 primæ. CH.

ANNOTATIO.

2 Vt iucundioribus scilicet, industria operaq; nostra fructibus, ac suauioribus vescantur.

Gentes sine arbore, & miracula in Septentrionalis regionis arboribus. CAP. I.

40

DIximus & in Oriente quidem iuxta Oceanum complures ea in necessitate gentes. Sunt verò [1] in Septentrione visæ nobis Cauchorum, qui maiores minoréque appellantur. Vasto ibi [2] meatu, bis dierū noctiúmque singularū interuallis, effusus in immensum agitur Oceanus, [3] æternam operiens rerum naturæ controuersiam: [4] dubiúmque terræ sit, an [5] parte in maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, [6] aut tribunalia structa manibus ad experimēta altissimi æstus, casis [7] ita impositis: nauigātibus similes, cùm integant aquæ [8] circundata: naufragis verò, cùm recesserint: fugientésque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non [9] pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare cōtingit, omni procul abacto frutice. Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia: captúmque manibus [a] lutum ventis magis, quàm sole, siccātes terra cibos, & rigentia Septentrione viscera sua vrunt. Potus [10] iis non nisi ex imbre seruato scrobibus in vestibulo domus. Et hæ [11] gentes, si vincātur hodie à Po. Rom.

1 & in Sept. vi. no. Cauchorum. CH.
2 meatu perpetuis bis dierum. M.
3 Lego, externam op. rer. nat. faciem controuersiam.
4 dubia mue M.
5 pars maris. M.
6 vt. Dal.
7 ita, in M d.
8 circumdantes (leg. circumdata.) Vet.
9 pecudes hos hab. non lacte ali, vt finitimos. Parm.

10 iis, in M d.

11 terræ M.

Rom.seruire se dicunt.Ita est profectò,multis fortuna[12] parcit[b] in pœnam. Aliud è syluis miraculum:totam reliquam Germaniam[13] replent,addúntque frigori vmbras:altissimæ tamẽ haud procul suprà dictis Cauchis,circa duos præcipuè lacus.Litora ipsa obtinent quercus,[14] maxima auiditate nascendi: suffossæq; fluctibus, aut propulsæ flatibus,vastas complexu radicum insulas secum auferunt:atque ita libratæ stantes nauigãt ingentium ramorum armamentis,sepę territis classibus nostris,cùm velut industria fluctibus agerentur[15]in proras stantium noctu,inopésque remedij illæ,prælium nauale aduersus arbores inirent.

12 pactior(leg.pacatior)in pœna.M.
13 referunt.M.leg.replerunt. reperiunt. CH.
14 maxime. CH.
15 in prospera. CH. Vt in prospectu stantes.

ANNOTATIONES.

a Bituminosum,quo in culina,& vsu domestico, nõ aliter quàm ligno vtuntur.
b Publius Laberius, *Fortuna multis parcere in pœnam solet.*

De Hercyniæ syluæ magnitudine. CAP. II.

IN eadem Septentrionali plaga[a] Hercyniæ syluæ roborum vastitas intacta[1] æuis,& congenita mundo, propè immortali sorte miracula excedit. Vt alia omittantur fide caritura,cõstat attolli colles occurrantium inter se radicum repercussu:aut vbi secuta tellus non sit,[b] arcus ad ramos vsque, & ipsos inter se[c] rixantes,curuari portarum patentium modo, vt turmas equitum transmittant.

1 cuis in M.& Ved.d.

ANNOTATIONES.

a Melæ Hercyniæsyluæ magnitudo sexaginta dierũ itineris est ab Istro vsq; ad Neccarum, Ea *Schuuartzwaldt*.dicitur: à Neccaro ad Mœnum,*Ostenwaldt*:à Mœno vsq; ad fluuium Lonam,quem & *Mosul* vocant prope Confluentiam, *Westerwaldt*, Inde Franconiam ab Hassia & Turingia diuidens, in Boëmiam, Moraviam, Sarmatiam, Pannoniam Geras porrigitur, varijs appellata nominibus.
b Radicum in alium sublatarum.
c Collisa veluti dimicantes.

[1] *De glandiferis. CAP. III.*

2 Tertium hoc caput eã quarto continuatur in CH.

GLandiferi maximè generis omnes, quibus honos apud Romanos perpetuus.

De ciuica corona,& qui frondea corona donati. CAP. IIII.

HInc[a] ciuicæ coronæ,militum virtutis insigne clarissimum:iam pridé verò & clementiæ[b] Imperatorum,postquàm ciuilium bellorum[1] profano meritũ cœpit videri ciuem non occidere.Cedunt his[2] murales vallaréque,& aureæ,quanquam pretio antecedentes.Cedunt & rostratæ,quamuis in duobus maximè ad hoc æui celebres:M.Varrone è piraticis bellis,dante Magno Pompeio: itèmque[c] M. Agrippa,tribuente Cæsare è Siculis, quæ & ipsa piratica fuere. Anteà[d] rostra nauium tribunali præfixa[3] fori decus erant,veluti populo Ro.[4] ipsi corona imposita.postquàm verò tribunitiis seditionibus calcari ac polluicœpere,postquàm vires ex publico in priuatum[5] magis singulísque ciuium quæri, sacrosancta omnia profana[6] fecere,tum à pedibus eorum subiere in capita ciuium rostra. Dedit hanc Augustus coronam Agrippæ: sed ciuicam à genere humano accepit ipse. Antiquitus quidem nulla,nisi Deo, dabatur:ob id Homerus cœlo tantùm eas & prælio vniuerso tribuit, viritim verò ne in certamine quidem vlli. Ferúntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo ex edera. Posteà Deorum honori sacrificantes sumpsere,victimis simul coronatis. Nouissimè & in sacris[e] certaminibus vsurpatæ, in quibus hodiéque non victori[7] datur, sed patriam ab eo coronari pronuntiatur. Inde natum, vt etiam triumphaturis conferrentur in templis dicandæ: mox vt & ludis darentur. Longum est,[8] nec instituti operis, differere quisnam Romanorum primus acceperit. Neque enim alias nouerant,quàm bellicas. Quod certum est, vni gentium huic plura sunt genera,quàm cunctis. Romulus frondea coronauit Hostum Hostilium, quòd Fidenam primus irrupisset. Auus hic Tulli Hostilij regis fuit. P. Decium patrem, Tribunum militum,frondea donauit exercitus ab eo seruatus, Imperatore Cornelio Cosso c o s. Samnitium bello. Ciuica iligna primò fuit, posteà magis placuit ex esculo[9] Ioui sacra. Variatúmque & cum quercu est, ac[f] data vbique, quæ fuerat, custodito tantùm honore glandis. Additæ leges arctæ, & ideo[g] superbæ,[h] quásque conferre libeat cum illa Græcorum[i] summa,quæ sub ipso Ioue datur,[k] cuíque muros

1 profano.M. profanatione. Vet.
2 murales,vallaréque aureæ.Ex Gellio cap.6.lib.5.
3 foro.Parm.
4 ipsi. Parm.
5 agi.sing. CH.quæ. & sacrosancti (sub. Tribuni.) Turn. & CH.
6 facere.M.sub. cœperunt.
7 dant.M.
8 nec ex institutione. Ved. nec instituti operis.CH.

muros patria gaudens rumpit: Ciuem seruare, hostem occidere: Vtq; eum locum, in quo sit actũ,hostis[10] obtineat eo die:[11] Vtq; seruatus fateatur:aliàs testes nil prosunt:Vt ciuis fuerit.[12] Auxilia,quamuis rege seruato,decus id non dant:Nec crescit honos idem Imperatore conseruato, quoniam conditores in quocunque[13] ciue summum esse volúêre. Accepta licet vti perpetuò.[14] Ludos ineunti semper assurgi etiam ab Senatu,in more est.Sedendi ius in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipsi patríque,& auo paterno.Quatuordecim eas accepit[15] Siccius Dentatus,vt[k] retulimus suo loco:sex Capitolinus.Is quidem & de duce Seruilio. Africanus[l]de patre accipere noluit[m] apud Trebiam.O mores ęternos qui tanta opera honore solo[16] donauerint:& cùm reliquas coronas auro commendarẽt, salutem[17] ciuis in pretio esse noluerint:[18] clara professione,seruari quidem hominem nefas esse lucri causa.

10 obtineret.Ver.
11 vt seruatus. CH.
12 Auxilijs.Parm.
13 cineni summum. M.& CH.
14 Ludis.Vet.
15 Sicinius.M.
16 donauerũt.Parm. M.
17 ciuis ijs in pretio. M.
18 clarè professi, ne seruari quidem hominem fas esse lucri causa.Turn.& CH.

ANNOTATIONES.

a Corona querna,& draconum voluminib.olim Triuię Dianę, τῆς εἰνοδίας,siue τριοδίτιδος,quam eandem esse cum Hecate putabant,imaginem coronare mos fuit.Sophocles in Rhizotomis apud interpretem Apollonij,

ἦλθε διοτρόφου,κρὰ πῦρ ἱερὸν
τῆς εἰνοδίας ὑπέστης φύγας,
τὸ δὲ δάιμων πολλὰν προφέρει:
κρὰ γῆς ναὸς ἐφάνη τρίοδος
στεφανωτὰμένη δρυΐ,κρὰ πλέγματα
ἄϊμων σπέρματα δρεκτὸν ἴων.

Hanc coronã vt inferis dijs,sic etiã Parcis imponebant.Catullus,

Ibis corpus tremulum complectens undique quercus,
Candida purpureis vamis induxerat ora. Purpureis,τοῖς πλεκτοῖς. Scalig.

b Hac ratione palatinę ædes,& augustę quercu coronabantur, vt regis sacrorum,flaminis,Pontificis maximi,lauro. Alex.ab Alex.cap.27.3.
c In denario antiquo gentis Vipsaniæ,Marci Vipsanij Agrippę altera parte signatum caput est,cum rostrata corona, altera Nepotunus delphinum manu dextra gestãs:in altus denarij parte altera,caput Agrippæ cum ciuica & rostrata corona, altera Augusti caput.
d Ex ęre illa fuerunt,vnde ęratæ naues,rostratæ,Græcis χαλκέρεις,& χαλκίμβολοι.Virg.lib. 9.

Quot prius ęratæ stetierant ad littora puppes. Brod.cap. 13.4. vide Naualis apud Festum.

e Olympijs,Nemæis,Pythijs,Isthmijs.Vide suprà cap.26.lib.7.
f Plutarchus in Quæst.Roman.Quæst.92.
g Coronæ.
h Clarissima ex oleastro in Olympicis,vt diximus.
i Nero è Græcia reuersus Neapolim,quòd in ea prima artẽ canendi protulerat, albis equis introijt,diffecta parte muri,vt mos est hieronicarum.
k Cap.28.lib.7.
l Consule,cum Hannibale pugnante aduersis auspicijs ad Ticinum.
m Apud Ticinum,Val.Max.cap.4.lib.5.Seneca cap.33. lib.3. de Beneficijs.

De glande,genera xiij. CAP. V.

GLandes opes esse[1] nunc quoq; multarũ gentium,etiã pace gaudentiũ,constat.[2] Necnon & inopia frugũ arefactis molitur farina, spissaturq; in panis vsum. Quin[3] & hodiéque per Hispanias,secundis mensis glans inseritur. Dulcior eadem in cinere tosta.Cautum est prętereà[b] lege XII. tabularum,vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.Genera earum multa. Distãt fructu,situ,sexu,sapore.Nanque alia fageę glandi figura,alia quernę,& alia ilignæ: atque inter se quoque generum singulorum differentię. Prætereà sunt aliquę syluestres, aliæ placidiores,quę culta obtinẽt. Iam etiam in[4] montosis planisque distant: sicut & sexu mares ac fœminę.Item sapore.Dulcissima omnium fagi,vt qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio, tradat Cornelius Alexãder. Genera distinguere nõ datur nominibus,quæ sunt alia alibi. Quippe cum robur quercúmque vulgò nasci videamus,esculum non vbiq;.Quartam verò generis eiusdem, quę cerrus vocatur, ne Italię quidem maiore ex parte notam esse. Distinguemus ergo proprietate naturáque:& vbi res coget,etiam Græcis[5] nominibus.

1 nunc quoque in M.d.
2 Glans & nunc in inopia frugum arefacta molitur in farinam.Dal.
3 & hodie . Dal.
4 montuosis. CH.
5 nominibus vtendum(leg.vtendo)M.

ANNOTATIONES.

a Theophr.cap.9.& 10.lib.3.hist.
b Ræuardus cap.26.in LL.xij.tabularum.

De fagina glande,& reliquis glandibus,& carbone,& pastu porcorum. CAP. VI.

FAgi glans[a] nucleis similis,triangula cute includitur.Folium[b] tenue,[1] ac leuissimum,populo simile,celerrimè flauescens: & media parte plerunque gignens, supernè paruulam[c] baccam viridem,cacumine aculeatam.Fagi glans muribus gratissima est,& ideo animalis eius vnà prouentus.Glires quoque saginat.[2] Expetitur & turdis.Arborum fertilitas omnium ferè alternat,sed maximè fagi. Glãdem, quæ propriè intelligitur,ferunt robur,quercus,ęsculus,cerrus, ilex,[d] suber. Continentur hispido calice, per genera plus minus cutem complectente. Folia pręter ilicem

1 atque.M.atque è leuissimis.CH.
2 Expedit.M.

3 grandia.Dal. 4 cum.CH.

3 grauia, carnosa, procera, sinuosa lateribus, nec 4 dũ cadũt, flauescentia, vt fagi, pro differentia generum breuiora, vel longiora. [e] Ilicis duo genera. Ex ijs in Italia folio non multum ab oleis distant, similaces à quibusdam Græcis dictæ, in prouincijs

5 aquif.sunt.CH. 6 vtique. Quidam.

[5] aquifoliæ. Ilicis glans [6] vtriusque breuior & gracilior, quam Homerus [f] acylõ appellat, eoq; nomine à glande distinguit. [g] Masculas ilices negant ferre. Glans [h] optima in quercu atque grandissima, mox esculo: nã roboris parua: cerro tristis, horrida, echinato calice, ceu castaneæ. Sed & in querna alia dulcior, molliorq; fœminæ, 7 maris spissior. Maximè autem probantur [i] latifoliæ ex argumẽto dictæ. Distãt

7 mari.M. 8 autem,in M.d.

[8] autem inter se magnitudine, & cutis tenuitate. Item quod alijs subest tunica rubigine scabra, alijs protinus candidum corpus. [k] Probatur & ea, cuius in balano vtrinque ex [9] longitudine extrema [l] lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quàm cui in corpore, vtrunque non nisi mari. Prętereà alijs ouata, alijs rotunda, alijs acutior figura. Sicut & color nigrior, candidiórve, qui præfertur. Amaritudo in extremitatibus, mediæ dulces. Quin & pediculi breuitas proceritásque differentiam habet. In ipsis verò arboribus, quæ maximam fert, hemeris vocatur, breuior, & in orbem comosa, [10] alásque ramorum crebro cauata. Fortius lignum quercus habet & incorruptius: ramosa & ipsa, procerior tamen & crassior caudice. Excelsissima autem ægilops, incultis amica. Ab hac proxima latifoliæ proceritas, sed minùs vtilis ædificijs: atque [11] carbone dotata, [m] vitijs obnoxia est. Quamobrẽ solida vtuntur carboni, [12] ærariorum tantùm officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus, emoriens, sæpius recoquitur: [13] cæterò plurimis scintillis. Idẽ è nouellis [n] melior. Acerui [14] confertis taleis recentibus luto [o] caminantur: accensáque strue contis pungitur [p] durescens calix, atque ita [q] sudorem emittit. Pessima & carboni & materiæ haliphleos dicta, cui crassissimus cortex atque caudex, & plerúque [15] cauus fungosúsque. Nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cùm viuit. Quin & fulmine [16] sæpissimè icitur, quamuis altitudine non excellat: ideo ligno eius nec ad sacrificia vti fas habetur. Eidem [17] rarò glans, & cùm tulit, amara, quàm præter sues [r] nullum attingat animal: ac ne [18] eæ quidẽ, si aliud pabulum habeãt. Hoc quoque inter reliqua negłectæ religionis est, [19] quòd emortuo carbone sacrificatur. Glans fagea suem hilarem facit carnem [20] coquibilem ac leuem & vtilem stomacho: [s] iligna suem [t] angustam, nitidam, strigosam, ponderosam: querna diffusam & grauissimam, [21] & ipsa gladium æquè dulcissima. Proximam huic cerream [u] tradit Nigidius, nec ex alia [22] sordidiorem carnem, sed duram. Iligna tentari sues, nisi paulatim detur. [x] Hanc nouissimam cadere. Fungosam carnem fieri esculo, robore, subere. Quę glandem ferunt, omnes & gallam, alterníque annis glandem. Sed gallam hemeris optimam, & corijs perficiẽdis aptissimam. Similem huic latifolia, sed leuiorem, multoq; minus probatam. Fert & nigram. Duo enim genera sunt. Hęc [23] tingendis vtilior.

9 longitudinis extremo.The.

10 alisque ramorum crebris.Vet.

11 carbonis dolata. Dal. 12 grariarum. CH. carbonis grarijs.Vet. 13 cæterum.M.

14 confertis.M.

15 canus.M. 16 sępissimè,in M.d. 17 rarè.M.& CH. 18 hæ.CH. 19 cùm.Vet.

20 coctibilem.M.

21 & ipsarum glandium quæ est dulcissima.Dal. nempe fagi Græcorum. 22 solidiorem.M. & CH.

23 tincturis lanarum. Theophr.

ANNOTATIONES.

a Castaneæ, Theophr.cap.10.lib.3.histor. qui & fagũ ἴξύαν vocat: gaza vertit ineptè Scissimam.
b Folium crassum, pyro simile. Theophr.
c Durisculum tuberculũ baccæ simile.
d Omittit Haliphloeon, quam posteà memorat.
e Theophr.cap.16.lib.3.histor.
f Acylõ hodie Græci, præsertim in Lemno insula, Acylaca vocãt. Bellonius Smilacem. Plinius glandiferam à Phellodry nescit distinguere. Smilacis folium in ambitu minimè pungit: Phellodryj verò aculeatum est & margine, & cacumine, Agriæ: modo: quamobrẽ Dores Agriam, quę Latinis Aquifolia est, vocauerunt. Theophr.cap.16.hbr.3.histor. Smilaces etiamnum Græci vocant Milaci.
g Theophr.cap.16.lib.3.histor. quo loco tractat de Ilice, Smilace, Phellodry, nusquam id scribit. Vide vocem ϖ.ρ.ξυλ.ιβ.ἔφυσι in diction. Constantini.
h Dulcissima in Fago atque grandissima, mox Hemeridi, nam latifoliæ parua, Cerro amaristima. Theophr.
i Fagi Theophr.
k Id accidere glandi maris Fagi, & Haliphloei, tradit Theophr. sed glandem non commendare.
l Nunc in cute, nunc in carne. Theophr.
m De Cerro, siue Aspri Macedonum, hęc Theoph. cap. 10.lib.3. histor.
n Idem cap.10.lib.5.hist.
o In camini formam oblinuntur.
p Corium, seu tegumentum lutosa crusta.
q Hoc fieri Theophrastus vult, vt excitata flamma omnia corripiat.
r De Cerri glande id Theophr.
s Horatius,
Pinbet & ilignanutritus glande rotundas
curnet aper lances carnem tarndis inertem.
t Compacta & minimè laxa carne.
v Contra iudicium Theophrasti.
x Quoniam serò maturescit, nouáque veterem occupat. Theophr.cap.16.lib.3.histor.

a De galla, & quàm multa præter glandem eadem ferant arbores. CAP. VII.

NAscitur autem galla [b] sole de Geminis exeunte, erumpens noctu semper vniuersa. Crescit vno die [1] candidior. Et si æstu [2] excepta est, arescit protinus, neque ad iustum incrementum peruenit: hoc est, vt [c] nucleum fabæ magnitudine habeat. Nigra diutius viret, crescítque vt interdum mali compleat magnitudinẽ. Optima Comagena, deterrima ex robore. Signum eius, quòd cauernæ translucẽt. [3] Robur, [d] præter fructum, plurima & alia gignit. Nanque fert & gallæ [e] vtrunque genus, & quædam veluti mora, ni distarent arida [4] duritie, plerunque tauri caput imitantia, quibus fructus inest nucleis oliuæ similis. [f] Nascuntur in eo & pilulæ, nucibus non absimiles, intus habentes floccos molles, lucernarum luminibus aptos. [5] Nam & sine oleo flagrant, sicuti galla nigra. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore [6] melligeni succi. Gignunt & alæ ramorum eius pilulas, corpore, non pediculo, [g] adhærentes, candicantes vmbilicis. Cætera nigra varietate dispersa. Media cocci colorem habent. Apertis amara inanitas est. Aliquando & pumices gignit: necnon [7] & è folijs conuolutas pilulas: [h] & in folio rubente aquosos nucleos candicãtes [8] & translucidos, quãdiu molles sint, in quibus & [9] culices nascuntur: matureścunt in modum gallæ.

1 candida.Alij. cãdida præter nigram. Theophr. 2 recepta.Alij.

3 Quercus. Dal.

4 duritie, penẽque & tauri caput. Hx Theophr. duritie: tũ pleraque tau. cap. Alij.

5 Nam sanè in oleo. Dal. 6 mellei. Vet. melleo fusco & gustum insicientem, & tactum. Theophr.

7 & folijs.CH.

8 ac.CH.

9 μύες, musculæ. Theophrasta.

ANNOTATIONES.

a Theophr.cap.6.lib...histor. & infrà cap.4.lib.4.
b Theophr. loco citato. tempore secundæ germinationis, quæ fit circa desinentem Mart. tum, cùm in Ariete sol adhuc vertitur.
c Hac voce abutitur. Theophr. qua de causa aliquæ faba maiores non sunt.
d Theophr. sto, præter fructum, quercus hæc omnia fert. *μυῖδα, σκνιφες, μελίσσας, σταφυλὴν ἄγριον, ϖίτυλον, σφαῖρον, μύκητα δρυὸς, σφαῖρον μέσον χαλκίτεως, πλέον ἐφ' ἑαυτῷ, σφαῖρον φυλλικὸν, σφαῖρον ὑδατῶδες.*
e Album & nigrum. Theophr. cap.10.lib.3.histor.
f Nascuntur & quos Pileos vocant. Pilulæ cæ sunt, lanuginosæ, molles, nucleum duriorem amplexæ, quib. vtuntur ad lucernas. Theophr.
g Adhærentes, intus sculptas, varij coloris. Nã eminentes vmbilicos aut candicantes, aut punctis maculosos, aut n gros habet: media splendida & coccinea. Apertæ verò & nigræ sunt, & putres. Theophr.
h A tergo verò folij, mediæ costæ insidentes, pilulas albas (σφαῖρα nomã) pellucidas, aquosas, quandiu molles sint, in quibus & muscæ interdum nascuntur: durescunt in modum gallæ paruæ & læuis. Theoph.

De cachrye, & cocco grano, & agarico, & subere. CAP. VIII.

FErunt [a] robora & [b] cachrynita vocatur pilula in medicina [c] vrendi vim habens. Gignitur & in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquàm folia ceciderej hyeme durans. [d] Continet nucleum pineis similem. Is crescit hyeme, aperitur vere pilula tota. Cadit, cùm folia [1] cœperint crescere. Tam multifera sunt, [2] & tot res præter glandem pariunt robora. Sed &[e] boletos suillosq;, gulæ nouissima irritamenta, [3] quę circa radices giguntur: quercus probatissimos, robur autem & cupressus, & pinus, noxios. [f] Robora ferunt & viscum, & mella, vt autor est Hesiodus. Constatq; rores melleos è cœlo, vt diximus, cadentes, non alijs magis insidere frondib[9]. Cremati quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est. Omnes tamen has eius dotes ilex, solo prouocat [4] cocco. Granũ hoc, primoq; [5] ceu scapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis: [g] cusculium vocant: pẽsionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat. Vsum eius gratiorẽ in conchylij mentione [h] tradidimus. Gignitur & in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia. pessimum in Sardinia. Galliarum [i] glandiferæ maximè arbores agaricum ferunt. Est autem fungus candidus, [k] odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus nascens, [l] nocte relucẽs. Signũ hoc eius, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis sola quę vocatur ægilops, fert [6] panos arentes, muscoso villo canos, [m] non in cortice modò, verùm & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, vt diximus inter vnguenta. Suberi [7] minima arbor, glãs pessima, rara, cortex [8] tantùm in fructu præcrassus ac renascẽs, atque etiam in denos pedes vndique explanatus. [n] Vsus eius ancoralibus maximè nauium, piscantiúmque tragulis, & cadorum obturamentis: prætereà in [o] hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacetè Græci corticis arborem appellãt. Sunt & qui [p] fœminam ilicem vocent: atque vbi non nascitur ilex, pro ea [9] subere vtantur, in carpentarijs præcipuè fabricis, vt circa [10] Elin & Lacedæmonẽ. Nec in Italia [q] tota nascitur, aut in Gallia omnino.

1 cœpere.CH. 2 &,in M.d.

3 qui.CH.

4 cocci grano. Hic primo.M.

5 ceu scapo fruticis Dal. malè enenẽdat, dea bies, Turn. cap. 36. lib. 4. Asiuer. ceu scapres sunt.CH.

6 pannos. Vet. & CH. pha 56. Theoph. subagnos, & bryon. supra cap 23. lib 12.

7 non minima Dal.

8 tantũ non in. Dal.

9 phellodry. Th.

10 Elæan. Th.

ANNOTATIONES

a Theophr.cap.7.lib.3.histor.
b Cachrys foliorum conceptu, è medio germinis globo prominens, tanquam parturiente folium natura, qui in folia pòst explicatur: conuoluta è foliis pilula liilus, in uglande & auellana racematim compactus callus, floris vicarius: Cyttarus in coniferis gradatum, squamosumque nucamentũ, rudimentum fructus: Bryon in quercu, racemosi villi, qui loco floris sunt. Hæc diligenter distinguenda. κάγχρωνα pro Libanotidis semine quidam scribunt.
c Roboris & arborum sequentium Cachryn ineptè confundit cum Rosmarini pilula acri & vrente, quæ etiam Cachrys dicitur: vt & medulla seminis Crethmi.cap.8.non procul à fine, lib.26.
d Hoc de iilis auellanarum Theophrast. esse nuci pineæ similes, crescere hyeme, aperiri vêre totos &c. Dormitauit hîc Plinius.
e Vide infrà cap.23.lib.22.
f Theophr.cap.10.lib.3.histor.
g Fortasis quisquilium: Nam quisquiliæ Festo, quicquid furculorũ foliorumve cadit ex minutis arboribus, ac inde res quæuis nihili. Cæcilius,
Quisquilias volantes, venti spolia memorasti modò.
Næuius in Togularia,
Abi deturbate saxo, homo non quisquiliæ, id est, non nauci. Coccum scapis deraſum cadere notum est: inde Quisquiliũ appellarunt.
h Suprà cap.41.lib 9.& infrà cap.4.lib.24.
i In laricibus maximè nascitur.
k Imò potius odoris expers.
l Fabulosum hoc.
m E cortice nascentes, non è surculorum cacumine, vnde glis nec è gemma, sed è latere superiorum nodorum. Theophr.
n Theophr.cap.16.lib.3.histor.
o Non solùm valetudinis causa id fœminæ hyeme secretũ, sed vt grandiores viderentur. Clemens Alexandrin. 3. Pedagogi, ex Alexi Comico, *τυγχάνω μισῶ τὸν ἄνδρα, μᾶλλον ἢ τὰς βδελυρίας τὰς γυναικείας.* Xenophon lib. de tuenda re famil. de vxore Ischomachi, *τὸ δὲ μυρεσθαι ὑφ' ἡμῶν ἧττον μισοῦν δοκεῖν ἂν ἡμᾶς ποιεῖν.* Victorius cap.23.15.
p Hæc malè. De Phellodry id Theophrastus, non de Subere.
q Falsum id. Nam, quod & Theophrastus ait, Thyrrenię, id est Herruriæ familiarissima est, & penè propria.

Quarum sint in vsu cortices. CAP. IX.

Cortex & fagis, tiliæ, abieti, piceę, in magno vsu agrestiũ. Vasa, corbésq;, ac patentiora quędam mesibus conuehendis vindemiisque faciunt, atque [1] prętexta tuguriorum. Scribit [a] in recẽti ad duces explorator, [2] incidens literas à succo. Necnõ in quodam vsu sacrorum religiosus est fagi cortex. Sed non durat [b] arbor ipsa.

1 protexta.CH.
2 incisas, literas tegente succo.Dal.

ANNOTATIONES.

a Literis ob succi madorem nõ conspicuis, & cùm siccatus fuerit cortex, apparentibus.
b Cortice spoliata.

De scandulis, & pinu, pinastro, abiete, picea, larice, teda, taxo. CAP. X.

[1] Scandulæ è robore aptissimæ, mox è glandiferis alijs, fagóque: facillimę ex omnibus quæ resinam ferunt, sed minimè durant, prætèrquàm è pino. [2] Scandula contectam fuisse Romam, ad Pyrrhi vsq; bellum annis quadringentis lxx. Cornelius Nepos autor est. Syluarum certè distinguebantur insignibus, [3] a Fagutali Ioui etiam nunc, vbi lucus fageus fuit, porta [4] Querquetulana, colle in quem vimina petebantur, tótque lucis, quibusdam & geminis. Qu. Hortensius Dictator, cùm plebs secessisset in Ianiculum, legem in Esculeto tulit, vt quod ea iussisset, omnes Quirites [5] teneret. Peregrinæ [6] tunc videbantur, quoniam non erant suburbanæ, pinus atque abies, omnésque quę picem gignunt, de quibus nunc dicemus, simulvt tota cõdiendi vina origo cognoscatur. Quædam ferũt in Asia, aut Oriente, è prædictis picem. In Europa sex genera [7] cognatarum arborum ferunt. Ex ijs pinus atque [8] pinaster folium habent capillamenti modo prætenue, longumq;, & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinæ, interdum & nucibus ipsis, de quibus dictum est, [9] vix vt ascribatur generi. Pinaster nihil aliud est, quàm pinus syluestris, mira altitudine, & à medio ramosa, sicut pinus in vertice. Copiosiorem dat hæc resinã, [10] quo dicemus modo. Gignitur & in planis. Easdem arbores [11] alio nomine esse per oram Italiæ, [12] quos [13] tibulos vocãt, plerique arbitrantur, sed graciles succinctioresq;, & enodes, liburnicarum ad vsus, penè sine resina. Picea montes amat atque frigora: feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita, ac rogis virens: iam tamẽ & in domos recepta, tonsili facilitate. Hæc plurimam resinam fundit, [14] interueniẽte candida gẽma, tam [15] simili thuris, vt mista visu discerni nõ queat: [16] vnde fraus Seplasiæ, [17] Omnibus his generibus folia breui seta & crassiore duráque, ceu cupressis. Piceæ rami penè statim ab radice modici, velut brachia, lateribus inhærẽt. Similiter abieti expetitæ nauigijs. Situs in excelso montium, ceu maria fugerit: nec [b] forma alia. Materies verò præcipua [18] trabibus, & plurimis vitæ operibus. [19] Resina ei vitiũ, vnde fructus vnus piceæ: exiguumq; sudat aliquando contactu solis. E diuerso materies, quæ abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupásque, & pauca alia secamenta. Quinto generi situs idem, eadem facies: larix vocatur. Materies præstantior longè, incorrupta [20] vis, [21] emori contumax, rubens prętereà, & odore acrior. Plusculũ huic

3 Scindulæ.Tur.ex Isid. scandula &c. aptissima-facilimadurans CH.
3 Scindulã non conspectã fuisse Romæ. M.
3 Fagutalis Ioui.s. Dal.
4 Querculana.Vet.
5 tenerent. M. tenerentur. Ver.
6 tum.CH.
7 cognatarum. Vet.
8 pinastri.CH.
9 vixq; vt.M.& CH.
10 de quã. M.
11 sed alio. Dal.
12 quas.Dal.
13 ſtubulos.M. ſtrubulos.Hermol.
14 intermicãte.Dal.
15 similem thuri.M.
16 & inde.M.
17 Omnino huic generi.Dal.
18 est trab.CH.
19 Resinæ vitiũ, vnde fructus piceę.CH.
20 vſu.M.
21 Emori.M. humori.Vet.

erumpit liquoris, melleo colore, atque [22] lentiore, nunquàm durescentis. c Sextum genus est teda propriè dicta, abundantior succo, quàm reliqua, [23] parcior liquidiorque quàm picea, flammis ac d lumini sacrorum etiam grata. [24] Hæ, mares duntaxat, ferunt & eam, quam Græci syce vocant, odoris grauissimi. [25] Laricis morbus est, vt teda fiat. Omnia autem hæc genera accẽsa, fuligine immodica, carbonem repentè expuunt cùm eruptionis crepitu, eiaculanturq; longè: excepta e larice, quæ nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quàm lapides. Omnia ea perpetuò virent, nec facilè discernũtur in fronde, etiam à peritis. Tantanatalium mistura est: sed picea minus alta, quàm [26] larix. Illa crassior, leuiórque cortice, folio villosior, pinguior, & densior, molliórque flexu. At piceæ rariora sicciorâque folia, & tenuiora, ac magis f algentia: totaq; horridior est, & perfusa resina. Lignum abietis similius. [27] Larix vstis radicibus non repullulat, picea repullulat, vt in Lesbo accidit, incenso nemore [29] Pyrrhęo. Alia etiamnum generibus ipsis in sexu differentia. Mas breuior & durior: fœmina procerior, pinguioribus folijs & [30] simplicibus, atque nõ rigentibus. Lignum maribus durum, & in fabrili opere cõtortum: fœminę mollius, publico discrimine in securibus. Hæ in quocunque genere deprehenduntur marem: quippe g respuuntur, & fragosius sidunt, ægrius reuelluntur. Ipsa materies retorrida, & nigrior maribus radix. Circa Idem in Troade & alia differentia est, montanæ maritimæque. Nam in h Macedonia & Arcadia, circaq; Elin permutant nomina: nec cõstat autoribus, quod cuique generi attribuant: nos ista Romano discernimus iudicio. Abies è cunctis amplissima est, & fœmina etiã prolixior: materie mollior [31] i vtiliorq;, arbore rotundior, folio k pinnato densa, vt imbres non transmittat, atq; hilarior [32] in totum. E ramis generum horum panicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, l prętèrquam [33] larici. Hęc abietis masculę, primori parte nucleos habent, non item fœminæ. Piceæ verò totis paniculis, minoribus gracilioribusque, m minimos ac nigros. Propter quod Græci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida. Similis his etiamnũ aspectu est, ne quid prætereatur, taxus, [34] minùs virens, graciliq; & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis, in Hispania præcipuè, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertũ est. Hanc [35] Sestius [36] similacẽ à Græcis vocari dixit: & esse in [37] Arcadia tam præsentis veneni, [38] n vt qui obdormiant sub ea, cibúmve capiant, moriantur. Sunt qui & o taxica hinc appellata dicant venena, quę nunc toxica dicimus, quibus sagittę tingantur. Repertum, innoxiã fieri, si in ipsam arborem clauus æreus adigatur.

22 recentiore.M. lẽtioris.Dal.
23 purciore, liquidiore quequam in picea.
24 Pini mares.Th.
25 Pini.Th.
26 larix: hæc crassiori liquioríque: vel, quod magis probo, larix, crassiori &c. Dal.
27 rotâque iucundi odoris resina perfusa est. Theophr. Rotáqi. Hermol.
28 Pinus. Th. πεύκη.
29 Pyrrhęorum.Th.
30 mollib. Th. ἁπλοεῖσι.
31 vtiliorq;. Arbor rotundior. M. δρυοειδὴς, camerata, in testudinem fornicata.
32 intuitu. Vet.
33 laricis. Dal.
34 minus, in Vet. d. minimè. M.& CH.
33 Sextius.CH.
36 milon.Th.
37 Narbonensi Gallia.Dioſc.
38 vt si qui dormiãt. Vet.

ANNOTATIONES.

a Varroni lib.4.de ling.Lat. in Esquilijs fuit lucus Faguta lis & Viratum querquetulanum sacellum, & lucus Mefitis. Viras Festus dictas vult nymphas, quæ præsident querceto virescenti, χαριέσσας γὰρ ἔμπα δρυάδας.
b Nam camerato ramorũ & foliorum veluti fornice imbrem prorsus respuit. Theophr.
c Malè hęc. Vide Theophr.cap.12.lib.3.hist. Tedæ nomen πεύκης ὄνομα est. Nunc enim pini resinosum & pingue lignum significat, γλίσχρον δάδα, quod lucernæ candelæue loco vritur: nunc arborẽ sui generis, ignotam Theophrasto, quam *cambro* vocant Tridẽtini, Aliobrõges *Auuia*.
d Inde lustrales faces, quas Claudian[9] 6. Cõsulatu Honorij describit luculenter,
Lustralem sic tristẽ facem, cui lumen odorum
Sulphure cæruleo, nigrégue bitumine fumat,
Circum membra rotat, doctus, purgamina faceudos,
Rore pio spargens, & diræ fugantibus herbis
Nummos, terrificumq; Iouem, Triuiámque precatus.
Trans caput incussus manibus iaculatur in Austrum
Secum rapturus cantata piacula tedæ. Ouid.
Vror vt inducta cerato sulphure teda. Vide quæ notata sunt cap. 15.lib.15. Iuuenal. *— si qua dabuntur.*
Sulphura cum tedis. Ab agitatione quæ in orbem fiebat, ductũ est verbum Circumferre & Circumferri. Virg. *— ter socios pura circumtulit vnda.* Plaut.in Amphit.
56. Quæso quin tu ipsam iubes
Prægerra circumferri:— Iustrari, περιμάττεσθαι περιφορεῖσθαι, καθαίρεσθαι. quod fieri ouis solitum, teda, scilla, sulphure, carmine ad aurem insusurrato. Turn. Adnot. capit. 15. 4. & capit. 10. 9. sed manibus priùs rore pio, siue expiatorio ablutis: quod Aristophanes *ἐν ἑρόντι χερνίβων ἅψασθαι* dixit. Apuleius lib. 11. Asini aurei de expiata naue: *Sumimus sacerdos, inquit, teda lucida, & ouo, & sulphure, solemnissimas preces de casto præfatus ore, quàm purissimè purificatam deæ nunc cupauit.*
e Theophrastus id de Fico adnascente Pinis marib. De Larice idem Vitruuius.
f *πυρρικὸν μέλαν.* Theophr.cap.10.lib.3.histor. hispidiora.
g Nam inter dolandum mas in vniuersum breuior est, magis distortus, tractatu difficilior, colore nigrior: fœmina verò longior Theophr.
h Macedones Pinum diuidunt in marem, fœminam, sterilem. Arcades nec sterilem agnoscunt, nec satiuam, sed syluestrem tantùm, quam suis notis à Picea distinguunt. In Arcadia Picea pauca nascitur, in Eleo agro multa. Theophr. Plinius negligenter hoc reddit.
i Operibus facilior, ἰσχυρὰ καὶ ἁφῆ. Theophr.
k Frons pinnas habet, supernè minores, tota specie camerata, Bœotorum galeis simili, tam densa &c. Theophr. qui pinnas vocat ramos exporrectos alarum distentarum modo.
l Fallitur Plinius. Sui enim sunt & Larici coni, veluti Pino, sed minores & cupressinis similes.
m Pediculis similes, aut pulicibus.
n Plutarch. in Sympos. *ἰσχύουσι γὰρ ἔνιοι καὶ μέχρις ἀποπλάνου τὸν ἐγκοιμώμενον ἀναιρεῖν τοῦτον ὄφεως τρόπον ἢ τῶν ἀνθρακων.* Lucretius, *Est etiam magnis Heliconis montibus arbos,*
Floris odore hominem tetro consueta necare. Victorius cap.22.18.

a Plaut.in Mere. *Quando mihi adimitur, qua causa vitam cupio vivere.*
certum est: ibo ad medicum, atque me ibi toxico morti dabo:

a *Quibus modis fiant genera picis, & quomodo fiat cedrium, & de spissa a pice quomodo fiat, & quibus modis resina coquatur.* CAP. XI.

PIx liquida in Europa è teda coquitur, [2]naualibus muniendis, [b] multósque aliosad vsus. Lignum eius conciſum, furnis[2] vndique igni extrà circundato, feruet:[3] primus ſudor aquæ modo fluit canali: hoc [c] in Syria cedrium vocatur, cui tanta vis eſt, vt[d] in Ægypto corpora hominũ defunctorum eo perfuſa ſeruentur. Sequẽs liquor, craſsior iam, picem fundit. Hęc [e] rurſus in [4] cortinas æreas coniecta, aceto ſpiſſatur: [5] & [f] coagulata [g] Brutiæ cognomen accepit, dolijs [h] dúntaxat vaſisque cæteris vtilis,[i] lentore ab alia pice differens: item colore [7] rutilante, & quòd pinguior eſt. [8]Et teda omnia illa fiunt. E picea reſina, feruentibus [9] [k] cocta lapidibus, in alueis validi roboris: aut ſi aluei non ſint, ſtruis [10] congerie, velut in carbonis vſu. Hæc invinum additur, farinæ modo tuſa, nigrior colore. Eadem reſina ſi cum aqua [l] leuiùs decoquatur coleturq́;, rufo colore lenteſcit, ac ſtillatitia vocatur. [m] Seponuntur autẽ [11] in id ferè vitia reſinæ cortexq́;. Alia temperies ad [n] crapulam. Namque flos crudus reſinæ, cum multa [12] aſſula tenui breuiq́; auulſus, conciditur [13] ad cribri minuta. deinde feruenti aqua, donec coquatur, perfunditur. Huius expreſſum pingue, præcipua reſina fit, atque rara, nec niſi paucis in locis Subalpinę Italię, cõuenies medicis. [o] Reſinæ albæ cõgium in duobus aquæ pluuię coquunt. Alij vtilius putant ſine aqua coquere lento igne [p] tota die, [14] vtique vaſe ęris albi. Item terebinthinam in ſartagine referuenti, [q] hanc cæteris præferentes. Proxima ex lentiſco.

1 naulibus. Vet.
2 vndique terra circundatis igni feruet. Ex Theophr.
3 vegrim. ſud. aquæ mo. fluat canali. Hoc è cedro in Syria cedrium. Vet.
4 curtinas. M.
5 & coagulo. CH.
6 accipit.
7 ſubruffo. Dioſcor.
8 Reſiqua illa omni ſit è pice. &c. CH. Reliqua omnia illa è picea reſina feruẽt. cocta. M. Lego, E teda pinus & piceę illa fit. Reſina feruentib. coquitur. Ex Dioſc.
9 coctis. CH.
10 congerie, vel carbonis. Vſu hęc &c.
11 ad id. M. & CH.
12 haſtula. M. & CH.
13 ad cribrum. Minuta dein. M. ad cribum in minuta. Turn. Lego, adcribrũ minuti: deinde &c. Ad cribrũ deinde minuta. Vet. coquntur ad cribi minuta. Quidem.
14 vtrique. Vet.

a Theophr.cap.2.& 3.lib.9.hiſtor. De reſina & pice vide cap.20. lib.14.cap.1.lib.23.cap.6.lib.24.
b Pice liquata, & in corp⁹ affuſa, flagitioſos homines olim cruciari ſolitos indicat hic Plauti verſus ex Captiuis.
—at pol te, hic ſiſapice ſonex,
vetera pice cogites apud carnificem, tuóque capiti illuceat.
c Quoniam Syri cùm Picea, Pino, Abiete careant, ratiſſimè Terebinthos, ſæpiſſime Cedros ſuas vrunt ad conficiendam picem. Plinius cap.5.lib.24. Cedri ſuccum eum liquorem vocat, cumq; diſtinguit à Cedrelæo, quod Piſſelæi modo ſit, dum Cedria coquitur, velleribus ſupra eius halitum expanſis, Dioſcoridi.
d Vide cap.5.lib.24. Varius modus curandi funera apud diuerſas gentes fuit. Græci, ſtatim ac expiraſſet qui obierat, calentis adhuc corporis membra dirigebant Euripides in Hippolyto,
ἐρῥώσατ' ὑπλοίσινθε λέπαιον νέκυν, πτερῶν τόδ' ἐπίσημα, θανάτου ἱμάτια.
deinde corpus lorum in medijs ędib. collocabant. Idẽ in Hecuba,
σὺ δ' ἀκλαύτους κἀθρήνους ἄκλητος
βάλλεσ' ὑμνῳ δόλιον ποσὶν ἀλλόγ' ἀλλᾳ,
ὡς πᾶσιν λατρεῦσι τοῖς πανυστάτοις ἰδεῖν.
νέμομαι τ' ἀδύμορον, παρθένον τ' ἀκήρατον.
λόγων, πρόθυμα δ' οὐκ ἄξια. Victorius cap.20.10. Vide infrà cap.3. lib.21. Apud Romanos mulieres cadaueta vngebant, vel ne fœterent, vel vt diutius conſeruarentur. Ennius.
Tarquinij corpus bona femina lauit & vnxit. Mart.
Qui non conat & vngitur Fabulle,
Is verò mihi mortuus videtur.
Muret. in Var. cap.19.3. Alex. ab Alex. cap.7.3. copioſiſſimè omnes omnium gentium mores in curandis funeribus tradidit.
e Palimpiſſa vocatur Dioſcoridi.
f Talis Brutia & Lycia eſt Dioſcoridi.
g In Brutijs, Strabonis oppidum Mamertium. & ſylua quę optimam picem fert. Lucianus in Pſeudomanti, ex ea pice, lapide leuigato, & aſphalto paſtillum factum deſcribit, quo obſignarentur eorum qui ſortes poſcebant. Leopardus cap.11.4.
h Pugnat ſecum Plinius, qui cap.7.lib.24. ſcribit Bruttiam melicinę vtiliſſimam eſſe.
i In hoc genere quædam viſci modo tenax eſt, altera ſicca & arida. Probatur odorata, pinguis, pura, ſubruſſa, reſinoſa, Dioſcor.
k Eam Græci ἑφθὴν vocant.
l Negligentius, breuiori tempore, minore cura. Hunc coctũræ modum Dioſcorides non deſcripſit.
m Antequàm reſina coquatur, liquatam eam priùs colare oportet, vt ſpurcities eximatur ac ſeparetur. Dioſcor: Lego, Seponũtur ante id ferè vitia &c. Vide ſupra cap.20.lib.14.
n Crapula, vini condimentũ ex pice, reſina, reſinæ flore, ſic dictum, quòd vertigines & capitis dolorem facit, cap.1.lib.23. Floré autem vocat tenuiſſimam, puriſſimam. & nitidiſſimam eius partẽ quæ in ſuperficie extat vulnerati ligni.
o Reſinæ liquidæ Dioſco. qui hoc coctionis genere eximiè fieri albam reddit πηγὴ ἐν παχείῳ. Liquidam Galenus vocat libr. 6. Methodi, & lib.4. tuendę valetudinis.
p Triduò & ſine intermiſſione ſi liquida eſt: ſin arida, vnius dici ſpatio Dioſcor.
q Hanc, terebinthinam ſub. ſed non frictam. Cui bonitate ſecunda lentiſcina. Dioſcor. ſuſpicor Plinium ἑφθὴν ſuriolum Græcorum, id eſt ignea, nõ aqua coctam, exiſtimaſſe in ſartagine frigi-

1 ωνῶν. Th.
2 corpori ipſi parc. non vt &c. Dal.
3 aſſula earum in fr. Dal.

De zopiſſa, & ſapio, & quarum arborum materia in pretio. CAP. XII.

a NOn omittendum, apud eoſdem zopiſſam vocarib deraſam nauibus maritimis picem cum [c] cera, nihil non experiente vita, multò efficaciorẽ ad omnia, quibus pices reſinæq́; proſunt, videlicet [d] adiecto ſalis callo. [e] Aperitur [1] picea è parte ſolari, nõ plaga, ſed vulnere ablati corticis, cũ plurimũ bipedali hiatu, vt à terra cubito cũ minimũ abſit. [f] Nec [2] corpori ipſi parcitur, vt in cęteris, quoniã [3] aſtula in fructu eſt. [g] Verũ hæc terrę proxima laudatur: altior amaritudinẽ affert. Poſteà humor, omnis è

nis è tota confluit in [h] hulcus. Itẽ in teda. [i] Cùm [4] id manare deſit, ſimili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia. Poſteà tota arbor ſucciditur, & medulla eius [k] vritur. Sic &, [l] in Syria terebintho detrahunt cortices, ibi quidem & è ramis ac radicibus, cùm reſina damnetur ex his partibus. In Macedonia laricem maſculam [m] vrunt, fœminæ radices tantùm. Theopompus ſcripſit, in Apolloniatarum agro [n] picem foſsilem, nõ deteriorẽ Macedonica, inueniri. Pix optima vbiq; ex apricis [5] Aquilonis ſitu. Ex opacis horridior, virúſque præferens. Frigida hyeme deterior, ac minus copioſa, & decolor. [o] Quidam arbitrantur in [6] montoſis copia præſtantiorem ac [7] colore, & dulciorem fieri, [8] odorem quoque gratiorem, dũ [9] reſina ſit: decoctã autem minus picis reddere, quoniam in ſerũ abeat: [r] tenuioréſq; eſſe ipſas arbores, quàm in planis: ſed has & illas ſerenitate ſteriliores. [s] Fructum quædã proximo anno ab inciſu largiuntur, aliæ ſecundo, quædam tertio. Expletur autem plaga reſina, non cortice, nec cicatrice, quæ in hac arbore non coit. Inter hæc genera [10] proprium quidam fecere [11] ſapium, quoniam ex cognatione earum ſeritur, qualis [t] dicta [12] eſt in nucleis. Eiúſque arboris imas partes tedas vocant, cùm ſit illa arbor nil aliud, quàm [13] picea, [14] feritate paulùm mitigata ſatu: ſapinus autem materies cæſarum è genere fiat, ſicuti docebimus.

4 is. Alij.
5 & Aquil. Dal.
6 montuoſis. CH.
7 coloratiorem. M.
8 odore quoq; gratiore. Dal.
9 fit. M.
10 propriam. M.
11 Sapinum. Turn.
12 eſt nudeis. Eiuſdemq;. M. & CH.
13 piceæ feritatis paulũ mitigatæ ſatu: ſapij autem materies cæſa regenerata fit. M. Lego, è genere ſic.
14 feritatis paulùm mitigatæ. CH.

ANNOTATIONES.

a Hæc ex Theophr.cap.2.& 3.lib.9.hiſt.
b Vide infrà cap.7.lib.14.
c Inde ceratæ naues. Ouid. 11. Metamorph.
Iámque labant cunei ſpoliatáque tegmine cera
Rima patet. Idem 1.de Remed.amoris,
Nec ſatis vna tenet ceratæ anchora puppes. Lucianus in dialogo Mercurij & Charõtis, *καὶ κηρὸν ἀντιπλάσασα τὸ σκαφίδιον τὰ διαγνώσεται.* Brod.cap.13.4.
d Adſtringente & reſiccante vj.
e Ad reſinam eliciendam id fit. Theophr. id ἀφιλκιῶν, vlcerare & ſcalpere dicit, non vulnerare.
f Plinius apud Theophr.cap.2.lib.9.hiſtor. legit, & rectè, *ὧν μὴ τῷ πάθει ἀφιλκιώθεντι, ἕτερον ἢ ὑγρὰ ἰσχυρῶς* &c. In pino quidem cùm detracto cortice corpus vulneraueriut: in picea & abiete cùm lignum deliberatum tantùm, ſed ſæpiſſime.
g Idæi, inquit Theoph. vbi arboris caudicẽ cortice ſpoliarint, quod parte ſolari fit, binis aut ternis ſupra terram cubitis, anno poſt confluxum ſucci pinguis & reſinoſi abundantiſsimum in plagã fieri arbitrantur (*μᾶλλον ἐν ὑποδοῦ συμβαίνειν.*) Eum verò cùm ſecuri detraxerint, ſecundo rurſum anno reſinoſo ſucco vulnus expleri, ac tertio pariter. Poſteà ob eas paulatim factas inciſuras arborem extenuatam & putrefactam à ventis humi proſterni, ac eius medullam extrahi, quæ maximè pinguis tedæ faciendę idonea eſt. Hunc locum Plinius corrumpit.
h Hulcus reſinoſum, *ὑποδοῦν*, vt Idæi loquebantur. Theophr.
i Cùm id aſcia ſecuriue abſtulerint, ſimili modo anno proximo reſina iterum manat, ac deinde rurſum alio. Poſthac ob vulnera ſucciſa arbor venris facilè, putrefacta, deijcitur, ac tum medulla & trunci & radicum, quæ maximè reſinoſa eſt, eximitur ad tedam. Theophr.
k Teda ex ea facta, candelarum vice.
l Theophraſtus ait Syros vulnerare Terebinthorum & ramos & caudicem, ad eliciendam reſinam, meliorem tamen & largiorem confluere in caudicem quàm in ramos.
m Ad picem conficiendam, Theophr. Id quomodo fiat, intelligi non poſſe, tanquam oblitus ſui Plinius tradit cap.7.lib.24.
n Ea Piſſalphi tam eſt. ita appellauit Theopompus nomine è vulgo ſumpto. Naſci id in Apolloniatarum agro circa Epidaurium, ait Dioſcorides.
o Theophraſtus cap.2.lib.9.& cap.12.lib.3.hiſt.
p Syncerioram *ἀλιπερικάρων*, Theophr. Plinius legit *ἐνυδρικῶν*.
q De pice cruda id Theophr. non de reſina.
r Tenuiorem eſſe reſinam ex Idæa Pino Th. ait, craſſiorem ex maritima, non autẽ tenuiores eſſe arbores. Præterea ex pari teda pluuio cœlo largiorem, & ſeroſiorem picem fieri, quàm ſicco: & ex gelidis ac opacis locis, quàm ex tepentibus & apricis.
s Reſinoſum & pinguem cõfluxum. Theophr.
t Suprà cap.10.lib.15.

De fraxino, genera eius quatuor. CAP. XIII.

MAteriæ enim cauſa reliquas arbores natura genuit, copioſiſsimamq; fraxinũ. Procera hæc ac teres. [a] pennata [1] & ipſa folio: multumq́; Homeri præconio, & Achillis haſta nobilitata. Materies eſt ad [b] plurima vtilis. Ea quidẽ, quæ fit in Ida Troadis, intantùm [c] citro ſimilis, vt ementes fallat [d] cortice ablato. Græci duo genera eius fecere: longã, eodem: alteram, breuem, duriorem [2] fuſcioremq́;, laureis folijs. Bumeliam vocant in Macedonia ampliſsimã [3] lentiſsimamq́;. Alij ſitu diuiſere. [e] Campeſtrem enim eſſe criſpam, [4] montanam ſpiſſam. Folia earum iumentis [f] mortifera, cæteris ruminantium innocua, Græci prodidere. In Italia nec iumẽtis [5] nocent. Contra ſerpentes verò ſucco expreſſo ad potum, & impoſita hulceribus, opifera, ac nihil æquè, reperiuntur. Tantaq́; eſt vis, vt ne matutinas quidẽ, occidẽteſve vmbras quàm ſunt longiſsimę, ſerpens arboris eius attingat, adeò ipſam procul [5] fugiat. Experti prodimus: ſi fronde ea [6] gyro claudatur ignis & ſerpẽs, in [7] ignem potiùs, quàm in fraxinum fugere ſerpentẽ. Mira naturæ benignitas, priùs quàm hæ prodeant, florere fraxinum, nec ante conditas folia dimittere.

1 & ipſo folio. M.
2 flauioremq;. Th.
3 lentam. Th. lego, latiſsimam.
4 læuem montanũ, fœabram. Th.
5 nocet. M.
5 fugat. Vet.
6 gyoque. CH.
7 ignes. M.

ANNOTATIONES.

a Taxum ſimilem eſſe *τῇ ἰδαίᾳ* Th. ait cap.10.libr.3.hiſt. atque idẽ eodẽ cap. tradit Abietis foliũ *πτερυγοειδὲς* ἐχον, pinnatũ eſſe: quod mouit Plinium, vt Fraxini folium, quam Milum eſſe putauit, pinnatum eſſe traderet. Legit nimirum loco *τῆς μήλου*. apud Th. *Τῆς μηλίνης.*
b Vitruuius lib.2.cap.9.
c Materiæ è qua fiũt citreæ mẽſæ prerioſiſſimæ & pulcherrimę.

d De Taxo id Theophrastus cap.10.lib.3.histor.
e Theophr.cap.17.lib.3.hist.
f Id quoque de Taxo Theophr.

De tilia, genera duo. CAP. XIIII.

a mari. CH.
2 flaua. Theophr.
3 tunicæ. Dal.
4 tenuissimum corium Vet.
5 antiquorũ hon.M.

IN tilia mas & fœmina differunt [a] omni modo. Nanque & materies [1] maris dura, [2] ruffiorq́ue ac nodosa, & [b] odoratior. Cortex quoque crassior, ac detractus inflexibilis. Nec semen fert aut florẽ, vt fœmina, quæ crassior arbore, materie candida præcellénsque est. Mirum [c] in hac arbore, fructum à nullo animalium attingi: foliorum corticisque succum esse dulcem. Inter corticem ac lignũ tenues [3] tunicas [d] multiplici mẽbrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: [4] tenuissimæ earũ [e] Philyræ, coronarum lemniscis celebres, [5] antiquorúmque honore. Materies teredinem non sentit, proceritate perquàm modica, verum vtilis.

ANNOTATIONES.

a Tota figura, ligni specie, fœcunditate. Theophr. cap.16. libr. 3. histor.
b De fœmina id Theophr. cap.10.lib.3.hist.
c Idem cap.20.lib.1.
d Idem cap.21.lib.3.hist.
e Vide Politianum cap.72. Miscell.

De aceris generibus decem. CAP. XV.

1 citro. M. & CH. Turn. & Cuiac.
2 quod cùm excellentius fuit. CH.
3 E molliore. M. E viliore. CH.
4 alinon. CH.

b ACer eiusdem ferè amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate [1] cedro secundum. Plura eius genera. Album quod præcipui cãdoris, vocatur Gallicũ, in Transpadana Italia, transq; Alpes nascens. [c] Alterum genus crispo maçularum discursu, [2] qui cùm excellentior fuit, à similitudine caudæ pauonum [d] nomẽ accepit, in Istria Rhætiaq; præcipuum. [3] E viliori genere [e] crasiueniũ vocatur. Græci situ discernunt. [f] Campestre enim candidum esse, nec crispum, [4] quod glinon vocant: [g] montanum verò crispius duriúsq;, etiamnum è mascula crispius ad lautiora operà. Tertium genus zygiam, [h] rubentẽ, fissili ligno, cortice liuido, & scabro. Hoc alij generis proprij esse malunt, & Latinè carpinum appellant.

ANNOTATIONES.

a Vide Theophr.cap.4.11.& 17.lib.3.histor.
b Apud Theophr. Stagiritis, Sphẽdamnos Acer est neruosum, & album, vulgò *Bois blanc* vel *Plane*. Zygias, Acer flaui & crispũ: Clinotrochos flauum, & non crispum: Olympicis verò Zygias montanum est, Sphẽdamnos & montanũ & campestre: ac montanum quidem flauum, pulchrum, solidum, crispum: Campestre, quod & Glinon vocant, laxum, candidum, minùs crispum. In hoc quoque genere marem à fœmina distinguunt, quòd mas in planis potius nascitur, germinet citiùs, ligno fit crispiore & contorto. Campestria, è quibus Rumpotinum fit, Opulos Columella vocat, funebres nunc *Opuli*, quod & alibi monuimus.
c Zygias Theophr.
d Fortassis Pauonacei.
e Clinotrochos Theophr.
f Sphendamni genus.
g Sphendamni genus alterum.
h Flauum. fissili ligno Platani modo, cortice paulò asperiore quàm Tiliæ, subliuido, crasso. Theophr.

De bruſco, mollusco, & staphylodendro, & buxo genera tria. CAP. XVI.

1 cedro. Turn. Cuiacius, citro, scribit, & ita. CH.
2 sulcios. CH.
3 & tanto. M.
4 materie. CH.
5 abellanæ. CH.
6 crispanti, nec nisi radico. De cæteris lonis quoq; est materia silenti, & quadã duritia, ac. M.
7 ipsa verò arbor. Ver.
8 amplitudine procerius est M.
9 profert. Quidam, procul fert. Alij. ferr. Ver.
10 nostrates vocant sylueſtre. M.
11 densitati. Dalid est, tegendis dẽsa coma parietibus.
12 florem non ferẽdo. Ver. Lego, in Corsica, apibus florem non spernentibus, quę causa &c.
13 duritia ferri, nec sil. nec carb. vtilis. M.

PVlcherrimum verò est bruscum, multoque excellentius etiamnum [a] mollusci. Tuber vtrunque [b] arboris eius: bruscum intortius crispum: molluscũ [c] simplicius sparsum. Et si magnitudinem mensarũ caperet, haud dubiè præferretur [1] citro. Nunc intra pugillares lectorúmque [2 d] silicios aut laminas raro vsu spectatur. E brusco fiunt & mensæ nigrescentes. Reperitur & in alno [e] tuber: [3] tantò deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. Aceris mares prius florent. Etiamnũ in siccis natæ præferuntur aquaticis, sicut & fraxini. Est & trans Alpes arbor, simillima aceri albo [4] materia, quæ vocatur staphylodendron. Fert siliquas, & in iis nucleos sapore nucis [5] auellanæ. In primis verò materies honorata buxo est, rarò [6] crispicãti, nec nisi [f] radice: cæterò [g] lenis quies materiæ, silentio quodam & duritie ac pallore cõmendabilis: in [7] ipsa verò arbore topiario opere. Tria eius genera: Gallicum, quod in metas emittitur, [8] amplitudinémq; procerioꝛ. [h] Oleastrum in omni vsu damnatum, grauem [9] præfert odorem. Tertium genus [10] nostrate vocant: sylueſtre, vt credo, mitigatum satu: diffusius, & [11] densitate parietum virens semper ac tonsile. Buxus Pyrenæis, ac Cytorijs montibus plurima, & Berecyntio tractu: crassissima in Corsica, [12] flore nõ spernendo: quæ causa amaritudinis mellis. [i] Semen illius cũctis animantibus inuisum. Hæc in Olympo Macedoniæ gracilior, sed breuis. Amat frigida, apricà. In igni quoq; [13] duritia, quæ ferro, nec flamma, nec carbone vtili.

ANNOTATIONES.

a Lignarij montis Iuræ Abietum & Picearum candidissimos truncos, recto venarum discursu, nec nodis interruptos, ad opera faciles, adhuc vocant hodie *Louchon* & *Ouchon*; Theophrastus verò λευκὰν, seruata vetusta dictione.
b Aceris.
c Rectiori venarum discursu.
d Porrectos inter eminentes sculpturas tabellarum velut abacos. Sed locus citra controuersiam corruptus. Lego Lectorũq; silaceas

tilia eas laminas: scilicet luteas, flauas, qualis est Aceris color: qua voce vsus est Virruuius cap.6.lib.7. Alij legunt, Lectorumq; siliciis aut laminis: id est secamenta, à siciliendo, id est secando, quòd rei rusticæ scriptores peculiari significatione sicilire dicunt secare quæ fœniseces præterierunt. Apud Catonem siciliamentum pro foeno secto legitur.
e Colore rubro, & macularum varietate; linearumq; procursu excellens. Reperitur & in populo & in vlmo.
f Germaniæ ex Gallia Narbonẽsi, locis Hispaniæ finitimis, & præcipuè mõtibus Pyrenæis, circa oppidum dictũ *Limons*, haud procul Carcassona, radicum buxi magnam copiam emunt, ob maculas varias, varioſq;, & flexuosos linearũ discursus ad opera lautiora expetitarum, quas seruato prisco vocabulo adhuc vocant *Bruchin* & *Bronchon*. Ex ijs cochlearia pretiosa & cultellorũ manubria faciunt, qui in monte Iura oppidum Colunr Diui Claudij nomine celebre.
g Pigra & tristis soliditas, oculos nullo fulgore excitans.
h Oleastrum, nisi mendosus locus sit, id buxi genus vocant, quòd oleastri modo semper humile sit, ac vix vnquã in arbusculæ magnitudinem assurgat: & quòd reliquis genetibus folium minus habet, quemadmodum oleastri folia, si cùm olea cõferas, breuiora & angustiora sunt. Ego equidem prorsus deceptum fuisse Plinium, aut libertum eius scribam puto, & cùm apud Græcũ auctorem legisset secundum buxi genus ὑγρὸν ἄκανθον, omnino sylueſtre & agreſte esse, nec vtile materia, vt primum genus, nec vestiendis parietibus idoneũ vt tertium, imò etiã abominandum fœtore & grauitate odoris, incautè legisse ὑγρὸν ἄγριον oleastrum esse.
i Carthegon vocat cap.30. huius libri.

De vlmo, genera quatuor. CAP. XVII.

1 montuosam. CH.
2 siccaneas præsq; non sunt. Vet.
3 surculo. Vet.
4 samaram. M. samarim. CH.
5 radicibus planeârum. Dal.
6 reliqua. M.

INter has atque frugiferas, materie vitiúmque amicitia, accipitur vlmus. Græci [b] duo eius genera nouere: [1] montosam, quæ sit amplior: campestrem, quæ [c] fruticosa. Italia Atinias vocat excelsissimas, & ex iis [2] siccanas præfert, quæ nõ sint riguæ. Alterum genus Gallicas. Tertium nostrates, densiore folio, & ab eodem [3] pediculo numerosiore. Quartum sylueſtre. Atiniæ [d] non ferunt [4] samara: ita vocatur vlmi semen: omnésque [5] radicum plantis proueniunt, [6] reliquæ semine.

ANNOTATIONES.

a Columella cap.6.lib.5.
b Theophr. cap.23.lib.3.histor.
c Ramis pluribus opaca, sed exiguis & breuibus.
d Columellæ ferunt quidem, sed rariorem.

De arborum natura per situs. CAP. XVIII.

1 ligniamenta. CH.
2 mori. CH.
3 montuosa. CH.
4 sed magis. M.
5 costis. M. Turn. & CH.
6 & pinus. Vet.
7 floris cubit. longitudinem.
8 rotunditate. Dal.
9 purpureæ. M. Lego, purpurã. purpuræ tingendæ. Turn. cap. 16.4. Aduers. & CH.
10 aspectu, pulchrio raque. CH.

NVnc celeberrimis arborum dictis, quędam in vniuersum de cunctis indicãda sunt. [a] Montes amant cedrus, larix, teda, & cæterę è quibus resina gignitur. Itẽ aquifolia, buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, [b] populus, ornus, cornus, carpinus. Est & in Apennino frutex qui vocatur [c] cotinus, ad [1] lineamẽta modo, conchylij colore insignis. Mõtes & valles diligit abies, robur, castaneæ, tilia, ilex, cornus. Aquosis montibus gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus. Non temerè in montibus viſæ sunt prunus, Punicæ, oleastri, iuglans, [2] morus, sambuci. Descendũt & in plana, cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Subeunt & in [3] mõtosa, vlmus, malus, pyrus, laurus, myrtus, [d] sanguinei frutices, ilex, tingẽdisq; vestibus nascentes genistæ. Gaudet frigidis sorbus, [4] & magis etiã betulla. Gallica hęc arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis [e] magistratuũ virgis. Eadem circulis flexilis, item corbium [5] sportis. Bitumen ex ea Galliæ excoquunt. In eosdem situs comitatur [6] & [f] spina, nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt Sabinas, vt autor est Massurius. Nunc facibus carpinus & corylus familiarissimæ. Aquas odere cupressi, iuglandes, castaneæ, laburnũ. Alpina & hæc arbor, nec vulgò nota, dura ac candida materie, cuius [7] florem cubitalem longitudine apes non attingunt. Odit & quæ appellatur Iouis barba, in opere topiario tonsilis, & in [8] rotunditatem spissa, argenteo folio. Nõ nisi in aquosis proueniunt salices, alni, populi, [g] siler, liguſtra [h] tesseris vtilissima. Item vaccinia, [i] Italiæ in aucupiis sata: Galliæ verò etiam [9] purpurea, tingendi causa ad seruitiorum vestes. [k] Quæcunque communia sunt mõtibus planisq;, maiora fiũt, [10] aspectúque pulchriora in campestribus, meliora materie crispioráque in montibus, exceptis malis, pyrisque.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap.7.lib.2.cap.4.lib.3.cap.1.lib.4.histor.
b In planis hæc magis nascitur.
c Coggygriam suprà vocauit. cap.22.libr.13. Itali hodie vocant *Scotano*, Galli *Fustet*. Hanc esse putant, quod Scythation, tanquam Scythęũ lignũ, Græci vocauerunt: alij Thapsum, alij Chrysoxylon, flauo melinóue colore, & lanas tingens, & capillum. Rhodig. c.2 4.18. Apud Cratinum Hipponicus σκυθικὸν, id est, πυρρὸν vocatur. Interpres Theocriti ait eo signo ἐμὲ βάπτεσθαι, μήπω πεπόσθαι, τέγγεσθαι δυνάσθαι, Aselepiademque id vocare φυτὸν χρυσὸν, καὶ βάπτεσθαι τὰ πόκα τὰ πρωτοβό. Paulus Æginet. cap. 2. 3. βάφον Rubiam exponit, perperam, vt sentio. Nam Rubiæ tinctura subrubra est; non crocea. Quidam Glycyrrhizam vulgarem esse putant, cuius fructus aculeatus non est: quod in historia sua Dioscorides requirit ad eius coloris infecturam commodam, quam & Scythicem autor vocat infrà cap.8.lib.25. Aristophanes in Vespis, γοναικὶ βυτίνην λαβὲ βαφῆς. Plutarchus in Phocione, ἀλ ταινίαι μὲν ἂν περιελίττωσι τὰς μυρτιὰς πάντες βασιλικῶν βαφικίου σεπulchralem, ἀπὸ τοῦ βάπτειν intelligo, & atrũ, non croceũ, ἀπὸ τῆς ἄβης.
d Terragoniæ, Theophrasto. Gaza vertit, Quadratorias. Sanguineam virgam autor appellat. cap. 10. libr. 24. quo in loco & Sileris meminit. magist. virgis. Vide Brissonium cap. 14. lib. 3.
f Cùm ad maritum virgo prodiret, ingenuus patrimus, matrimusque puer ex alba spina facem accensam ferebat, eaque prælucente ad domum sponsi deducebat, more à priscis seculis tradito, quibus non nisi noctu & in tenebris vxorem aduenientem maritus excipiebat. Eam facem sub viri lecto posuisse, aut in sepulchro combussisse, tristitiamq; & inauspicatissimum credebatur. Alex. ab Alex. cap. 5. 12. Plautus in Casina,

Premium omnium huic lucebis nouæ cæptæ facem. Vsi sunt & ad nuptiales faces pinu. Virg.

Nec mihi iam pingui fudabunt tempora myrrha,
Pronubus nec cæstos accendet pinus honores.

Neque

Neque recte Parthenius, hoc loco impulsus, apud Catullum in Epithalamio pro *--pineam quate tedam*, legit *spineam*. Ritum vxoris domum ducendæ vide apud Brissonium cap.18. lib.1. Vide & cap. 14.3. & altum ritum nubentium apud Nonium. Apud Græcos etiam sponsarũ matres in nuptijs faces accensas tenuerunt. Euripides, ὡς φοινίσσειε, --γυὶ δ' ἅτε σὲ

πυρὸς ἀφῦ ψας φῶς πάμμυκτον γάμοις,

ὦς πρωτα μητρὶ μοναφὴς. Apud Apollonium in Argonauticis Iuno Μαδρυχῆ τῳ θεσπὶ,

ὠΐξῃ δ' αἰόλος χάρματι δῶκεν ὄμον

νυμφίδιον, κείνης ἀγχοτέρου & ἀνυμφ τιμῆς. Rhodig. cap. 15. 28. Alex. ab Alex. cap. 5. 2. Ouid.

Exoptat puros spinea teda Deos.

g Vide infrà cap. 10. lib. 24.

h Alex. ab Alex. cap. 21. 3. tesseras hic lusorias interpretatur: ego verò lignea signa, vinum, frumentum, oleum, aut aliud quippiam eiusmodi significantia & promittentia, quibus in congiarijs & publicis largitionibus imperatorum vtebantur. De tessera militari vide apud eundem scriptorem cap. 2. 4.

i Constantinus è Turnebo legit, Italiæ mancipijs fata: quia mangonio Vaccinij tardatur corporis pubertas, quod erat venalitijs vtile. Ego verò si eam lectionem probarem, rationem potius ex sequentibus verbis afferrem, quia Vaccinij succo tinguntur seruitiorum vestes in purpuræ colorem. Præterea tardior pubertas ijs vtilis non erat, sed dominis, & mangonibus, quòd pluris eos nondum barbatos venderent. Constantinus putat Vaccinium fuisse Hyacinthum: ego verò arbusculam in sepibus frequentem, quam *Magaleb* quidã vocant. Vide cap. 16. libr. 21. Plinius certè Vaccinium arbusculam perperã loco citato Hyacinthum reddit, camq; inepte cum Hyacintho bulbosa herba confundit.

k Theophr. cap. 4. & 11. lib. 3. histor.

Diuisio generum. CAP. XIX.

PRætereà [a] arborum alijs decidunt folia: aliæ sempiterna coma virent. Quam differentiam antecedat necesse est prior. Sunt enim arborum quædã omnino syluestres, quædam [b] vrbaniores: quas his placet nominibus distinguere. [1] Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote vmbrarúmve officio [2] humanius [3] iuuant, non improbè dicantur vrbanæ.

1 Ex mites. M. Hæmites C H.
2 h manos. Dal.
3 vi...ans, non improdicuntur. M.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 14. lib. 1. hist. b Idem cap. 16. lib. eod.

[a] *Quibus folia non decidant, & de rhododendro.* CAP. XX.

HArum generi [1] non decidunt, oleæ, lauro, palmæ, myrto, [2] cupresso, pinis, ederæ, [3] rhododendro. Et quamuis herba dicatur Sabina [b] rhododendron, vt nomine apparet, à Græcis venit. Alij nerion vocarunt, alij rhododaphnen, [4] sempiternum fronde, rosæ similitudine caulibus fruticosum. Iumentis capriſq; & ouibus venenum est. Idem homini contra serpentium venena remedio.

1 folia non. Dal.
2 cupressis. C H.
3 rhododendro, & quamuis her dicatur, Sabinæ. Rhododendron M. CH. & Mercerus Alij, Et quãuis herba dicatur Sabinæ. Rhod. &c.
4 sempiterna. Ver.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 15. lib. 1. histor. b Lucius Apuleius roseam lauream appellat.

Item quibus folia non decidant, & quibus non omnia folia cadant, & quibus locis nulli arborum. CAP. XXI.

SYluestrium generis folia non decidunt abieti, larici, pinastro, iunipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio, suberi, taxo, tamarici. Inter vtraque genera sunt [a] adrachne in Græcia, & vbique [b] vnedo. Reliqua enim folia decidunt his, præterquàm in cacuminibus. [c] Non decidunt autem & in fruticũ [1] genere cuidam rubo, & calamo. [d] In Thurino agro, vbi Sybaris fuit, ex ipsa vrbe prospiciebatur quercus vna, nunquam folia dimittens, nec ante mediam æstatẽ germinans. Idq; mirum est, Græcis autoribus proditũ, apud nos posteà sileri. [e] Nam locorum tanta vis est, vt circa Memphim Ægypti, & in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.

1 quibusdam, rubo. M Theo. cap. 15. libr. 1. hist.

ANNOTATIONES.

a Vide suprà cap. 22. lib. 13.
b *Ἀνέδρα* Theophr. cap. 15. lib. 1. histor. quæ eadem & *ἀείμορφος* dicitur.
c Idem ibid.
d Sybari qui nunc Thurij dicuntur. Varro cap. 7. libr. 1. de re rust. vbi & de Elephantine.
e Theophr. cap. 6. & 15. lib. 1. histor.

De natura foliorum cadentium, & quibus foliorum varij colores. CAP. XXII.

CÆteræ omnes extra prædictas (etenim enumerare longũ est) folia deperdunt: obseruatũq; nõ arescere, nisi tenuia, & lata, & mollia. Quę verò nõ [1] decidant, callo crassa & angusta esse. Falsa [a] definitio est, nõ decidere his, quarũ succus pinguior sit. Quis enim põt in ilice intelligere? Decidere Timæus Mathematicus sole Scorpionẽ trãseunte, sideris vi, [2] quodã veneno aeris, putat. Cur ergo non eadem causa

1 decidunt. M.
2 & quodam. C H.

causa [3] aduersum omnes polleat, iure miremur. Cadũt plurimis autumno. [b] Quędam tardius amittũt, atque in [4] hyemes prorogãt moras. [5] Nec interest maturius germinasse, vtpote cùm quædam primæ germinent, & inter nouissimas nudẽtur: vt amygdalæ, fraxini, sambuci. Morus [6] autẽ [7] nouissimè germinat, cũ primis folia dimittit. Magna & in hoc vis soli. Prius decidunt in siccis macriſq;, & [8] vetustæ prius arbori: multis etiã, antequàm matureſcat fructus. In serotina [9] ficu, [10] & hyberna pyro, & malo granato est pomum tãtùm aspici in matre. Neque his autem, quæ semper retinent comas, eadem folia durant: sed subnascẽtibus alijs, tũ areſcũt vetera: quod euenit circa [11] solstitium. Maximè foliorũ [c] vnitas in suo cuique genere permanet, præterquàm populo, ederæ, crotoni, quã & [12] cici diximus vocari.

3 aduersus. CH.
4 hyemem. Dal.
5 Neque. M. & CH.
6 item no. ger. & cum. Dal.
7 nouissima. M.
8 vetustare. CH.
9 fico. CH.
10 & pyrastro. Achrade. Theophr.
11 solstitia maximè. Foliorum. M. & CH.
12 ricinum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Aduersatur Theophr. cap. 15. lib. 1. histor. c Theophr. cap. 16. lib. 1. histor. & cap. 22. lib. 2. de Caus.
b Theophr. ibid.

De populo tria genera, & quorum foliorum figura mutetur. CAP. XXIII.

POpuli tria genera, [1] alba, nigra, & quæ Libica appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungiſq; [2] enascentibus laudatissima. Alba folio bicolor, supernè candicãs, inferiore parte viridi. Huic [3] nigræ, vt crotoni, folia in iuuẽta [a] circinatæ rotunditatis sunt: vetustiora in angulos exeunt. E contrario ederæ angulosa rotundãtur. Populorũ foliis grandissima [4] lanugo. Euolat candidæ (tradita folio numerosiore candida) [5] vt iũlus. Folia granatis & amygdalis rubentia. Mirum [b] in primis id, quòd vlmo tiliæque, & oleæ, & populo albæ, & salici euenit. Circumaguntur enim folia earũ post solstitiũ. Nec alio argumẽto certius intelligitur sidus cõfectũ.

1 alba & nigra. Alij. alba ac nigra. CH.
2 euanescentibus. Laudatissima alba. M.
3 nigræq; & crotoni. Vet. nigræque & cotam. GH.
4 lanugo euolat. Candidæ &c. est vt iulus. M. Euolat &c. candida, & vt villi. Foliagran. &c. Lego, evolant candidæ & vt villi. Tradita numerosiora folio candida. Folia gran. &c.
5 & vt villæ folia. Gran. C H.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 16. lib. 1. histor. b Idem ibid. Vide infrà cap. 28. lib. 18.

Quæ folia versentur omnibus annis, quæ foliorum è palmis cura & vsus, & foliorum mirabilia. CAP. XXIIII.

[1] ESt & publica omnium foliorum in ipsis differentia. Nanq; pars [a] inferior à terra herbido viret colore. [2] Ab eadem læuiora, neruos callumq; & articulos in superiore habent parte: [b] incisuras verò subter, vt manus humana. [c] Oleæ supernè cãdidiora, & minus læuia: item, ederæ. Sed [d] omnium folia quotidie ad solẽ [e] oscitant, [f] interiores partes tepefieri volentia. [g] Superior pars omnium lanuginem quantulancunque habet, quæ in aliis gentium lana est. In Oriente funes validos è palmæ [h] folijs fieri dictum est, eoſq; in humore vtiliores esse. [i] Et apud nos ferè palmis à messe decerpuntur. Ex his meliora, quæ sese non diuiserint. Siccantur sub tecto quaternis diebus: mox in sole expanduntur, & noctibus relicta, [3] donec candore inareſcãt, postea in opera finduntur. Latissima fico, viti, platano: angusta myrto, Punicæ, oleæ: capillata pino, cedro: aculeata aquifolio, & ilicũ generi: nã [4] iunipero spina pro folio est: carnosa cupresso, tamarici: crassissima alno: longa harundini, salici, palmæ etiam [k] duplicia: circinata pyro, mucronata malo, angulosa ederæ, diuisa platano; [l] infecta pectinum modo piceæ, abieti: sinuosa toto ambitu robori: spinosa cute, rubo. Mordacia sunt quibusdam, vt [m] vrticis. Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifolijs. Pediculo breui oleę, & ilici: longo vitibus: tremulo populis, & iisdem solis inter se crepitantia. Iam & in pomo ipso, mali quodam in genere, parua medijs emicant folia, interim & gemina. Prætereà alijs circa ramos, alijs & in [n] cacumine ramorum, robori [5] & in caudice ipso. Iam densa, ac rara: sempérque lata rariora. Disposita myrto, concaua buxo, inordinata pomis. Plura eodẽ pediculo exeũtia malis pyriſq;. Ramulosa vlmo, & cytiso. Quibus adijcit [o] Cato decidua, [6] populea quernaque, animalibus iubens dari non perarida: bubus quidem & siculnea, ilignaq; & ederacea. Dantur & ex harundine, ac lauro. Decidunt sorbo vniuersa, cæteris paulatim. Et de foliis hactenus.

1 est & publ. foliorũ in omnibus ipsis dif ferentia. Ver.
2 Ab cad. læu. Fibras enim ac venas habent in prona, vel uti manus. Theoph. Negligẽter hęc Plin.
3 donec sub dio cũ cand.
4 iuniperi. M. iuniperis. CH.
5 & ex. Dal.
6 à populo. M.

ANNO-

a Superior. Supina Theophr. τὰ ὑπτίως πεφυκότα, colore magis herbaceo viret.
b Nihil de inciſuris Theophr.
c Theophr. Oleæ folia ſupina & ſuperiore parte, contra aliorũ naturam, candidiora ſunt, & minùs læuia: Hederæ verò ſupernè, non quidem candidiora, ſed minùs læuia.
d Vel maximæ partis. Idem.
e Conuertuntur. Idem.
f Hæc de ſuo Plinius, & abſurdè.
g Inferior & prona. Theophr.
h Dictum eſt ſuprà cap. 4. lib. 13. Fiunt & ex ijs ſcopæ. Martial.
In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe,
Otia ſed ſcopis nunc amplectãtur dulcia.
i Et apud nos vêre palmea à matre integra decerpuntur. Meliora enim ſunt, quæ diuiſa non fuerint. Vetuſta omnia. Conuenit id cum eo, quod ſcripſit cap. 4. libr. 13. Palmæ folia cùm primùm nouellas demonſtrauere gemmas, in opera varia findi.
k Velut ex duobus compoſita Theophr.
l In rectum velut ſerra diſſecta.
m In Lexico vetere Græcolatino ob id Vrtica, ſiue ἀκαλήφη, Acia & Aciela dicitur, quòd vt ferri acies vlceret. Turn. ca. 11. 17.
n Ex ſurculis, Theophr. ἐκ τῶν ἀκρεμόνων. Cacumen ramorum. Plinius inconſideratè vertit.
o Cap. 30. & 54.

De ordine naturæ in ſatis, & de flore arborum, & conceptu, & germinatione, & partu, & quo ordine floreant. CAP. XXV.

a ORdo autẽ naturæ annuus ita ſe habet. Primus eſt conceptus, flare incipiente vento Fauonio circiter ferè vj. Idus Feb. Hoc [1] enim [b] maritantur [2] viueſcentia è terra, [3] quo etiã equæ in Hiſpania, vt diximus. Hic eſt genitalis ſpiritus mundi, à [4] fouendo dictus, vt quidã exiſtimauere. Flat ab Occaſu æquinoctiali, [c] ver inchoans. [5 d] Catulitionem ruſtici vocant, geſtiente natura ſemina accipere, [6] eoque animam inferente omnibus ſatis. Concipiunt varijs diebus, & pro ſua quæque natura. [e] Alia protinus, vt animalia: tardius aliqua, & diutius grauida partus [7] gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Pariunt verò cum florent, floſq; ille [8] ruptis conſtat vtriculis. [9] Educatio in [10] pomo eſt: hoc & germinatio. [f] Arborum flos eſt pleni veris indicium, & anni renaſcentis, flos gaudium arborũ. Tunc ſe nouas, aliaſq; quàm ſunt, oſtendunt: tunc varijs colorum picturis in certamen vſque luxuriant. Sed hoc negatum [11] pleriſque. Non enim omnes florent, & ſunt triſtes quædam, quæque non [12] ſentiant gaudia annorum. Nam neque [g] ilex, picea, larix, pinus, vllo flore exhilarantur, natáleſve pomorum recurſus annuos verſicolori nuntio promittunt: nec fici atque caprifici. Protinus enim fructum [13] flores gignunt. In ficis mirabiles ſunt & [14] abortus, qui nunquam matureſcunt. [h] Nec iuniperi florent. Quidam earũ duo genera tradunt: alteram florere, nec ferre: quæ verò non floreat, ferre protinus baccis [15] ſubnaſcentibus, quæ biennio hæreant. Sed id falſum: omnibúſque ijs [i] dura facies ſemper. Sic & hominum multis fortuna ſine flore eſt. Omnes autem germinãt, etiam quę non florent, magna & locorũ differentia. [k] Quippe cũ ex eodem genere quę ſunt in paluſtribus, priora germinent: mox campeſtria, nouiſſima [16] in ſyluis. Per ſe autem tardius pyri ſylueſtres, [17] quàm cætera. [18] Primo Fauonio [19] germinat cornus, proximè laurus, pauloq; ante æquinoctiũ tilia, acer. Inter primas verò populus, vlmus, ſalix, alnus, nuces. Feſtinat & platanus. Cæterę vêre [20] cœpturo, aquifolium, terebinthus, paliurus, caſtanea, [l] glãdes. Serotino autem germine malus, tardiſsimo ſuber. Quibuſdã germinatur germinatio, [21] nimia ſoli vbertate, aut inuitãtis cęli voluptate: quod magis in herbis ſegetũ euenit. In arboribus tamen nimia germinati o [22] elaſſeſcit. Sunt aliq naturales quibuſdam, prętereque vernas, quę ſuis conſtant [m] ſideribus, quorũ ratio aptiùs reddetur tertio ab hoc volumine. Hyberna Aquilæ exortu, æſtiua Canis ortu, tertia Arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putãt: ſentiri autẽ maximè in fico, vite, Punicis: cauſam afferentes, quoniam in Theſſalia Macedoniaque plurima tũ ficus exeat. Maximè tamẽ in Ægypto apparet hæc ratio. Et [n] reliquæ quidem arbores, vt primũ cœpere, continuant germinationem. Robur, & abies, & larix [23] intermittunt tripartitò, ac terna germina edunt: [24] ideo & inter ſquamas corticũ ſpargunt: quod omnibus arboribus in germinatione euenit, quoniã prægnantium rumpitur cortex. Eſt autẽ prima earum incipiente vêre, circiter xv. diebus. Iterum germinãt tranſeunte Geminos ſole. Sic fit, vt [25] quima cacumina impelli ſecutis appareat, geniculato incremẽto. Tertia eſt earundem ad ſolſtitium breuiſsima, nec diutius ſeptenis diebus. Claréque & tunc cernitur excreſcentium cacuminum articulatio. Vitis ſola [o] bis parturit,

1 enim, in M. d.
2 viueſcentia. Dal. 3 quippe cùm etiam. M. & CH. quinetiã. Vet. cùm etiã. Parm.
4 fauendo. M.
5 Catilitionem. M.
6 eáque. M. eáq; animam ferente. CH.
7 egerunt. M.
8 è promptis cõſtat vtriculis. Sed dubitatio. M. lego, floſque ilico ruptis extat. ſignatura.
9 Edubitatio. CH.
10 pomo. Eſt & hoc vt germinatio arborum. Flos. Vet.
11 plerumque. Nam nec omnes. M.
12 ſentiunt. M.
13 non flores.
14 abortiui. M.
15 naſcentibus. CH.
16 in montib. Theophr.
17 quàm pyri. ἀχράδες, ἢ ἄγριοι. Theoph.
18 Ante Fauonium. Th.
19 germinat, in M. d.
20 concepto. Vet. cœpto.
21 minima. CH.
22 laſſeſcit. Vet.
23 intermittunt, tripartita ac terna. M.
24 διὰ τὴν τριφυλλίαν, ter genitali ſuccõ tur gent. Plinius legit, τριόλλους.
25 prima. M. & CH. ſumma, Alij.

turit, cùm primùm emittit vuam, iterũ cùm digerit. Eorum quæ nõ florent, partus tantùm eſt, & maturitas. Quædam ſtatim in germinatione florent, properántque in eo, ſed matureſcunt tardè, vt vites. Serotino quædam germinatu florent, maturantque celeriter, ſicuti [p] morus, quæ nouiſsima vrbanarum germinat, nec niſi exacto frigore, ob id dicta ſapientiſsima arborum. Sed cùm cœpit, intantùm vniuerſa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat etiam cum [26] ſterpitu. Ex his, quæ hyeme Aquila exoriente (vt diximus) concipiunt, q floret, prima omnium amygdala menſe Ianuario: Martio verò [27] pomum maturat. Ab ea proximè florent Armeniaca, dein tuberes, & præcoces: illę peregrinæ, hæ [r] coactæ. Ordine autem naturæ, ſyluestrium primæ [ſ] ambucus, cui medulla plurima: & cui nulla, cornus maſcula: vrbanarũ malus, paruoque pòſt, vt ſimul videri poſsit, pyrus, & ceraſus, & prunus. Sequitur laurus, illamque cupreſſus: dein Punica, fici. At vites & oleæ florentibus iam ijs germinant. Concipiunt [t] Vergiliarum exortu. Hoc ſidus illarum eſt. Floret autem ſolſtitio vitis, & quæ paulò ſerius incipit, olea. Ð floreſcunt omnia ſeptenis diebus, non celerius: quædam tardius, ſed nulla pluribus bis ſeptenis. Omnia & intra viij. Idus Iulij, Eteſiarum præcurſu. Nec ſtatim fructus ſequitur in aliquibus.

26 ſterritu. CH.
27 pomo matura. M.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 10. lib. 1. Cauſſar. & cap. 6. lib. 3. hiſtor.
b Ad conceptum ſtimulantur, inuitantur, illiciuntur.
c Vide infrà cap. 34. lib. 18.
d Catulire, ad venerem incitari. Apuleius de fœminis ſubare, ἐρᾶσθαι, dixit, de maribus furire, κατέρᾶν, vt vetus grammaticus exponit. Inde catulaſter in Critico, βόσκων. Catilitionem hîc multi legũt ex fide vetuſti exemplaris. Apud Vitruuium pro Cadaſtros legitur Caraſtos. *Ideoq; ſemper*, inquit, *tranſmarinos captiuos emere formoſos, & puellas maturas, eosq; continuare, vt qui naſcerentur ex iis, non ſolùm egregia voce, ſed etiam forma eſſent non mediocres.* Turn. cap. 7. li. 2. 4. Aduerſi. ἀνάβασιν canum eſt ad libidinem incitatorum, & prudentiũ, κατηρίων ſuum, ταυρίων taurorum, ὀπτιμανέων, equorum.
e Theophr. cap. 6. lib. 3. hiſtor.
f Apud Athenæum lib. 13. Chæremon vocat flores, nunc vêris, nunc pratorum filios, ἐρ' οἷς. Ἀνθυὸς τίνας ἐκάλ & πέρὶ ἐρώτων φησίν. In Cẽtauro, ἀνθεῖ μὲν αὐτῷ ἀὲι ἀνέρεινα ψεφτὴν τῶν ἀνθέων ἀὐτὴν ὑπερέτατον ἀδύτατε βυμαλέων τὰ λαμπύνον τίνων. Æſchylus in Perſis, Ἄνθη τε πεδὶ ἀ, πεμφέρη χαίνει τίνων. Victorius cap. 21. 32. ex Athenæo.
g Apud Theophr. cap. 5. lib. 3. hiſtor. Ilex floret. Eidem cap. 6. li. cod. Pyro pro flore eſt ſquamatim compactilis meta, μύτλαρος. Larix autem vêre florem mittit, è ramulorum cacuminibus, in purpura ardenter rubentem, foliolis comantibus adnexum, miro quodam naturæ artificio.
h Modeſtius Theophraſtus cap. 6. lib. 3. hiſtor. diligentius inquirendum id eſſe cenſet.
i Flore nuda & priuata.
k Theophraſtus loco proximè citato.
l Iuglandes, ex Theophr. cap. 6. lib. 3. hiſt. τὰ δ' ἄλλα πεφυτευμένα τὰ μὲν, οἷον ἐρινεὸς, φιτυὸς, ἐξενεικαθ, συκάμινος, πλατάνος, πικρὰ δὲ βάλανος.
m Theophr. cap. 7. lib. 3. hiſt.
n Idem ibidem.
o Bis, ſi bifera eſt: ter ſi trifera.
p Theophr. cap. 21. lib. 1. Cauſſ.
q Flore purpureo. In Priapeis, *Amygdalúmve flore purpureo fulgens.*
r Hominis induſtria & cultura effectæ.
ſ Sambuci ramen interiora mirè firma tradi poſthac ſcribit ca. 39. huius libri.
t Circa nonum aut decimum diem Maij.

De corno, & quo tempore quæ ferant, & quæ fructum non ferant, & quæ infelices exiſtimantur, & quæ facillimè fructum perdunt, & quibus fructus, antequam folium, naſcantur. CAP. XXVI.

COrnus enim [a] circa ſolſtitia reddit primò candidum, poſtea ſanguineum. Ex eo genere fœmina poſt autumnum fert baccas acerbas, & inguſtabiles cũctis animantibus: ligno quoque [1] fungoſa & inutilis, cùm mas è fortiſsimis quoque ſit: tanta differentia ab eodem genere [2] fit. Sed & terebinthus meſsibus reddit ſemen, & acer, & fraxinus: [b] nuces & mala, & pyra, prętereaquam hybernaa ut [3] pręcocia, autumno. Glandiferę ſerius etiamnum, Vergiliarum occaſu: eſculus tãtùm, autumno. [c] Incipiente autem hyeme quędam genera mali pyrique, & ſuber. Abies flores [4] croci colore circa ſolſtitium, [5] ſemen reddit [d] poſt Vergiliarum occaſum. Pinus autem & picea pręueniunt germinatione [6] xv. ferè diebus. Semen [7] verò poſt Vergilias & ipſę reddunt. [8 e] Citreę & iuniperus & ilex anniferę habentur, nouuſque fructus in his cum [9] annotino pendet. In maxima tamen admiratione pinus eſt. Habet fructum matureſcentem: habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec vlla arborum auidius ſe promittit. Quo menſe ex ea nux decerpitur, eodem matureſcit alia: & ſic diſpenſatur, vt nullo non menſe matureſcant. Quę ſe in arbore ipſa diuiſere, [10 f] zamiæ vocantur: leduntque cæteras, niſi detrahantur. Fructũ arborum ſolæ nullum ferunt, hoc eſt, ne ſemen quidem, [g] tamarix ſcopis tãtum naſcẽs, [h] populus, alnus, vlmus Atinia, [i] alaternus, cui folia inter ilicem & oliuam. Infe-

1 fungoſo & inutili. M.
2 fit. Et terebinthus.
3 præcocia. Autumno glandiferæ: ſerius etiamnum: Virgiliarum occaſu. Aeſculus. Vet.
4 cocci. Vet. κόκκινον apud Theophr.
5 ſemen verò reddit. Vet.
6 xv. diebus. M.
7 vere. CH.
8 Cedri & iun. & il. annuæ ferè. Vet.
9 autumno. M. Vet.
10 azanię. CH.

lices autem existimãtur, damnatæque religione, quæ neque [k] seruntur vnquam, neque fructum ferunt. [11] Cremutius autor est, nũquam virere arborem, ex qua Phyllis se suspenderit. Quæ gummi gignunt, post germinationem [m] aperiuntur: [12] gummi verò non nisi fructu detracto spissatur. Nouellæ arbores carent fructu, quandiu crescunt. Perdunt facillimè ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus. Item Punica, quæ etiam roribus nimijs & pruinis florem amittit. Qua de causa [n] infectunt ramos eius, ne [13] subiecti humorem infestum excipiant, atque contineant. [o] Pyrus & amygdala, etiam si non pluat, sed flat Austrinum cælum, aut nubilum, amittunt florem & primos fructus, si cùm defloruere tales dies fuerint. Ocyssimè autem salix [p] amittit semen, antequàm omnino maturitatem sentiat, ob [10] id dicta Homero [q] frugiperda: [14] secutaque ætas scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri [r] sterilitatis medicamentum esse constat. Sed in hoc quoque prouidens natura, facilè nascenti [15] & depacto surculo, incuriosius semen [16] dedit. Vna [17] tamen proditur ad maturitatem perferre solita, in Creta insula, ipso descensu Iouis speluncæ, torum ligneumque magnitudine ceteris. Fiunt verò quædam [18] & loci vitio infructuosa, sicut in Paro sylua cædua, quæ nihil fert. [19] Persicæ arbores in Rhodo, florent tantùm. Fit hæc differentia [s] & ex sexu: in ijsque mares non ferunt. Aliqui hoc permutantes: mares esse, quæ ferant, tradunt. Facit & densitas sterilitatem. [t] Gignentium autem quędam & lateribus ramorum & cacuminibus ferunt, vt pyrus, Punica, ficus, myrtus. [20] [v] Cæterò eadem natu- [20] ra, quæ frugibus. Nanq; [21] & in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus. Palma sola (vt [x] dictum est) in spathis habet fructum, racemis propendentem. Reliquis sub folio pomum, vt protegatur, excepta fico, cui folium maximum vmbrosissimumque, & ideo supra id pomũ: [22] eidémque serius folium nascitur, quàm pomum. Insigne proditur in quodam genere Ciliciæ, Cypri, Helladis, ficos sub folio, grossos verò [23] post folium [y] nasci. Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant. In Laconico genere maximæ sunt.

81 Cremetius M.
82 gummini.CH.
83 subrecti.M.& CH.
84 secuta ætas.M.
85 ex dep.Vet.
86 reddit.M.
87 contùm.Vet.
88 vt in loci. Veter. quædam loci CH.
89 Persicæ. Theophr.
90 Cæteris.M.
91 vt eis spi.in cac. nasc ita legumini siliqua in lat. Vet.
92 Et demum inferius folium. M Et demum ferius. Vet. & CH.
93 suprà.M.

ANNOTATIONES.

a Hoc Theoph.ca.6.lib.3.hist. Ad idem ca.12.libr.eiusd. fructũ eod.ferè tempore ferre scribit, quo olea.
b Alnus, Nux iuglans, & Achradum quoddam genus, autumno Quercus & Castanea serius, circa Virgiliarum occasum.
c Aria hyemis initio, Malus primis frigoribus, Achra serotina hyeme.
d Circa diem nonum Decembris.
e Celastri Iuniperus & Ilex tardissimè perficiunt fructum, &c. Theophr.cap.6.lib.3.histor. Plinius hæc negligenter vertit.
f ζημίαι, damna, detrimenta.
g Myrica syluestris, & nostrâs, Dioscoridi fructum fert compage musco sum. Ægyptia verò, & sariua, Gallæ similem.
h Infrà cap.8. lib.24. Populus semen fert comitialibus vrile: Columellæ cap.5.lib.5. Vlmus Atinia.
i Vide Macrobium. Is Alaternum sanguine infelicem esse ait.
k Vocarunt & infelicem, ad quam capitis damnatus suspendio necaretur, obtecto, velatoque capite, quod constat ex illo prisco dicto carmine,

Caput obnubito, arbori infelici suspendito,

recitato à Cicerone in Orat. pro Caio Rabirio: nisi quis fortè existimet, nõ solitos veteres supplicii id sumere ad altas arbores, quàm quę essent ex infelicium genere. Muret. in Var. cap. 9.8. Brod. cap. 6.4. Apud Gellium ca.15.lib.10. Flaminica furculum de arbore felici in rica haber, quod inareulum, à tegẽdo, arcere enim hoc significauit, olim nominarunt. Fuit autem Rica cingulum capitis, quo sacerdos vitæ loco redimibatur. Arborem felicem Punicam malum Festus exponit. Scalig. Inarculum quod fuit Flaminicis, Scroppus in Flaminum pileis dicebatur. Idem in Varr.
l Id est quod fabulantur Phyllidem post suspẽdium mutatam in Amygdalum nudam foliis, & cùm Athenis reuertisset Demophoon eius truncum amplecteretur, quasi sponsum sentiret, frondem emisisse.
m Finduntur vt gummi exeat.
n Theophr.cap.11.lib.2.de Caussis.
o Theophrastus ibid.
p Theophr.cap.2.lib.3.histor.
q Homerus Odyss.κ. μακρὰ δ' αἰγείρους, ἠχέι τριτα ὠποτιπαπτοί.
r Quod sterilitatem inducit, Nonius. ἀκυρολογία.
s Theophr.cap.6.lib.3.histor.
t Theophr.cap.. 5.lib.1.histor.& cap.23.lib.eod.
v Arborum aliæ fructum edunt cacumine, aliæ lateribus, aliæ vtraque parte. Ex alijs plantis cacumine plures ferunt, quàm arbores, vt frumenta quæ spicam gignunt, &c, Theophr. malè hunc locum vertit Plinius.
x Cap.4.lib.13.
y Theophr.cap.1.lib.5. Caussi. Athenæus lib.3.

De biferis & triferis, & quæ celerrimè senescant, & de ætatibus earum. CAP. XXVII.

SVnt & biferę in eisdem. In [a] Cea insula caprifici triferę sunt. Primo fœtu sequens euocatur, sequenti tertius. hoc fici caprificantur. Et capri ici autem ab aduersis foliis nascuntur. Biferæ & in malis ac pyris quędam, sicut & præcoces. Malus sylueſtris bifera. Sequẽs eius fructus post Arcturũ in apricis maximè. Vites quidem [b] & triferæ sunt, quas ob id insanas vocant: quoniam in ijs alia matureſcunt, alia turgescunt, alia florent. M. Varro [c] autor est, vitem fuisse Smyrnæ apud [1] mare biferam, & malum

1 matrem.M. Matrem Vet. matrem antiferam CH.

malum in agro Consentino. Hoc autem euenit perpetuò in [2] Tacapensi Africæ agro, de quo plura [d] aliàs, ea est soli fertilitas. Trifera est & cupressus. Nanque baccæ eius colliguntur mense Ianuario, & Maio, & Septembri: ternasq; earum [3] gerit magnitudines. Est verò [e] & in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differẽtia. Summa sui parte fertilior est arbutus: quercus inferiore, iuglandes, fici, [f] marisсæ. Omnes, quò magis senescunt, hòc maturiùs ferunt, & in apricis locis, nec pingui terra. Sylueſtriora omnia tardiora. Quædam ex ijs omnino [4] non matureſcunt. Item quę [5] subarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis: hæc & fertiliora. [5] Est etiamnum ætatis differentia. Amygdala enim & pyrus in senecta fertilissimæ, [6] vt glan- [10] diferæ, & quoddam genus ficorum. Cæteræ in iuuẽta, tardiusque maturantes: quod maximè notatur in vitibus. Vetustioribus enim vinum melius, nouellis copiosius. Celerrimè verò senescit, & in senecta deteriorem fructum gignit malus. Nanque & minora poma proueniunt, & vermiculis obnoxia. Quin & in ipsa arbore nascũtur. Ficus sola ex omnium arborum fœtu, maturitatis [7] causa [g] medicatur: iam quidem ex portentis, quoniam maiora sunt pretia [h] præposteris. Omnia autem celerius senescunt præfœcunda. Quin & protinus moriuntur aliqua, cęlo fœcunditatẽ omnem eblandito: quod maximè vitibus euenit.

2 Venes.CH.
3 gerunt.Vet.generic.CH. fortè, generis.
4 nec.M.
5 Et.Vet.
6 vt & gland.CH.
7 causam meditatur. M. vide ca.19.lib.15.

ANNOTATIONES.

a Chio. Hodie etiam incolæ eius insulę hunc caprificandi morem retinent.
b Non ter, sed triplicem fructus varietatem ferẽtes: vt apparet ex Arist.lib. περὶ ζώων ἀναπομῶν. Const. Ego verò sic dictas puto, quòd ter fructum quotannis edãt quales multis in locis mihi visę sunt, & præcipuè in horto Guill. Caulij Lugduni. Earum meminit Theophrastus cap.11.1.Caussi.
c Locus Varronis hic est.ca.7.lib.1. *Propter eandem causam multa sunt bifera, vt vites apud mare Smyrnæum malus bifera. vt in agro Cõsentino.*
d Infrà cap.22.lib.18.
e Theophr.cap.23.lib.1.histor.
f Prægrandes, Vide suprà cap.18.lib.15.
g Veluti medicina iuuatur. Caprificatione id fit, cùm putrescẽte caprifici fructu culices geniti in vrbanæ fructus euolãt, & fructum mordent, sic properante eius maturitate. Vide cap.19.lib.15.
h Serotinis & nouissimis, quæ salubriores censentur. Infrà cap.7.libr.23.

De moro. CAP. XXVIII.

COntrà morus tardissimè senescit, [1] fructibus minimè laborans. Tardè & quorũ crispa materies, vt acer, palma, populus. Et subarata ocyus senescunt.

1 fructu. M. fructus. CH.

De sylueſtribus. CAP. XXIX.

SYlueſtria autem tardissimè. Atque in totum, [b] omnis cura fertilitatem adijcit, fertilitas senectam: ideo & prę florent talia [2] & prægerminant, atque in totum præcocia fiunt: quoniam omnis infirmitas cælo magis [3] obnoxia est. [c] Multę verò plura gignunt, vt diximus in glandiferis: inter quas [d] laurus vuas suas: maximeq; sterilis, quæ non gignit aliud: ob id à quibusdam mas existimatur. Ferunt & auellanæ iũlos compactili callo, ad nihil vtiles.

2 & quæ germinant tota.M.
3 accidit. M. obocciditi.CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr.cap.14.lib.4.histor.
b Idem cap.15.lib.2.Caussi.
c Idem cap.10.lib.3.histor.
d Apud Theophr.cap.15.lib.2.Caussi.& cap 11.libr.3. histor. Laurus hæc ferè ἀ ἄρρεν, non θήλυαι, nempe confertos flores, similes quercuum & olearum floribus. Gaza tamen hoc Plinij loco deceptus, apud eund. philosophum cap.8.lib.3.hist. βότρυας inconsiderate reposuit, nec in alijs suprà citatis locis emendandum putauit, inconstanti iudicio.

De buxo, & faba Græca, [a] siue loto. CAP. XXX.

PLurima verò buxus. Nam & semen suum, & granum, [b] quod [1] carthegon vocant, & à Septẽtrione [c] viscum, à Meridie hyphear: de quibus plura [d] mox paulò. Interdumque pariter res quaternas habẽt [2]. Arborum quędam simplices, quibus à radice caudex vnus: & rami frequẽtes, vt oliuæ, fico, viti. Quædã fruticosi generis, vt paliurus, myrtus. Item nux [3] auellana: quinimò melior est & copiosior fructu, in plures dispersa ramos. [e] In quibusdam omnino nullus, vt in suo genere buxo, [f] loto transmarinę. Quædã bifurcæ, atq; etiã in quinas partes [4] diffusę. Quędã diuiduę, nec ramosæ, vt [g] sambuci. Quædã indiuiduæ, ramosæ, vt piceæ. Quibusdã ramorũ ordo, sicut piceæ, abieti. Alijs [5] incõditus, vt robori, malo, pyro [h]. Et abieti quidẽ subrecta diuisura, ramiq; in cælũ tendẽtes, nõ in latera proni. Mirũ, cacuminibus eorum [i] decisis

1 crateggum. Vet. & CH. vide Ann.
2 Arbores quidem simplices &c. ex Theophr.
3 abellana.CH.
4 diffusæ. Quædam indiuiduæ. Vet.
5 inconditi. Vet. subnodi.

6 interquàm. M. & CH.

cisis moritur: totis verò detruncatis durat. Et si [6] infrà, quàm rami fuere, præcidatur, quod supereſt, viuit: si verò cacumen tantùm auferatur, tota moritur. Alia ab radice brachiata, vt vlmus. Alia in cacumine ramoſa, vt pinus, [k] lotos, ſiue faba Græca: quam Romæ à ſuauitate fructus ſyluestris quidem, ſed ceraſorum penè natura, loton appellant. Præcipuè domibus expetitur ramorum petulantia, breui caudice, latiſsima expatiantium vmbra, & in vicinas domos ſæpe tranſilientium [7]. Nulli opacitas breuior: nec aufert ſolem hyeme, decidentibus foliis. [8] Nulli cortex iucundior, aut oculos excipiens blandius. [9] Nulli rami longiores validioreſque, aut plures, vt dixiſſe totidem arbores liceat. [l] Cortice pelles tingunt, radice lanas. [m] Malis proprium genus. Ferarum enim [n] roſtra reddunt, adherentibus [10] vni maximo minoribus. [o] Ramorum aliqui cæci, qui non germinant: quod natura fit, ſi [p] non euaſuere: aut pœna, [q] cùm deputatos cicatrix hebetauit. [r] Quæ diuiduis in ramo natura eſt, hæc viti in oculo, harundini in geniculo. Omnium terræ proxima craſsiora. [f] In longitudinem excreſcunt abies, larix, palma, cupreſſus, vlmus, & ſi qua [t] vniſtirpia. Ramoſarum ceraſus etiam in xl. cubitorum trabes, æquali per [11] totum duûm cubitorum craſsitudine [12] reperitur.

7 Nulla.M.& CH.
8 Nullis.CH.
7 Nullis.CH.
10 vni ramo pluribus.Dal.
11 totam.CH.
12 reperitur,in M.d.

ANNOTATIONES.

a Lori genera tria diligenter diſtincta vide cap.2.lib.24.
b Ineptiſsimè Plinius quoniam apud Theophraſtum hiſtoriæ buxi ſtatim & cratægi deſcriptio ſubijcitur, Granum ab eo ferri dixit, quod Cratægum vocanti alio etiam errore inuoluerus, quòd Buxo tribuit quæ de Ilice Theophraſtus ſcripſerat. Theophraſti verba ſunt: *Præter glandem*, inquit, *punicum granum Ilex fert, ac inſuper viſcum, & Hypbear, vt interdum contingat fructibus quatuor onerari, duobus quidem ſuis, & totidè adventitiis, nempe Viſco à Borea, Hypbearis à Meridie.* Vide infrà cap. vlt. huius libri.
c De Ilice hoc Theophr. & non de Buxo cap.16.lib.4.hiſt.& ca.32.lib.2.Cauſſ. τὸν πέμπτον σὺν τῷ πρώτῳ Plinius confundit.
d Cap.44. Eodemque vltimo huius libri.
e Theophr.cap.13.lib.1. hiſt. Spiſſæ omnes taris ferè magis nodoſæ. Mares autem & ſyluestres omnes ſpiſſiores: niſi ſi qua ob ſpiſſitudinem prorſus enodis ſit, aut nodos paucos habeat, vt Buxus, Lotus &c. Infeliciter hæc vertit Plinius. Fefellit eum æquiuoca ſignificatio τοῦ ξύλου & ramum indicantis vt ait Theophr. ca.2. lib.1.hiſt.& nodum.
f Nihil Theophraſtus. Dioſcoridi Lotos arbor, Lotos ſyluestris, Lotos Ægyptia caulem habent.
g Theoph.cap.2.lib.1.hiſtor. Laurus, ficus.
h Hæc non ſatis fideliter Plinius recitat è ca.13.lib.1.hiſt.Theo.
i Theoph.ca.19.li.4.hiſt.cap.8.li.3.eiuſd.& ca.24. lib.5.de Cauſ.
k Lotos 4.nouimus: Primâ Dioſcoridis, & Theophraſti prioré, vulgò *Micocolier, Perlaro* Italis. Secúdâ quæ Theoph. poſterior eſt, vulgò Lauroceraſus: Tertiâ Dioſpiros Theoph. Gaiacanâ vulgi, Fabam Græcam Romanorum, Ceraſum Conſtantinopolitanam Matthioli. Quartam Polybij apud Athenæum lib.14.
l Dioſcor. decoctum ramentorum Loti capillum ruffat. Sed ea diuerſa eſt à Faba Græca.
m. Hæc ex Theophr.cap.13.lib.1.hiſtor.
Perſonæ, laruæ, imagini ſimiles nodi ſunt. Theoph.
o Deceptus & hîc eſt ambiguitate vocis ξύλον, quæ in eo loco Theophr. nodum ſignificat, non ramum.
p Viribus defecti germen non ediderunt.
q Cùm diſcerpti, aut uſi, exciſi, incendio mutilati fuerint. Theo.
r Quod nodus in cæteris, id in vite oculus, ſiue gemma, in arundine geniculum. Theophr.
ſ Theophr.cap.8.& 14.lib.1.hiſtor.
t μορφωτικῶν.

De ramis, & cortice, & radicibus arborum. CAP. XXXI.

QVædam [a] ſtatim in ramos ſparguntur, vt mali. [b] Cortex alijs tenuis, [c] vt laurò, tiliæ: alijs craſſus, vt robori. Alijs læuis, vt malo, fico. Idé ſcaber robori, palmæ. Omnibus in ſenecta rugoſior. [d] Quibuſdam rumpitur ſponte, vt viti: [e] quibuſdam etiam cadit, vt malo, vnedoni: carnoſus, ſuberi, populo: membranaceus, vt viti, harundini: libris ſimilis ceraſo: multiplex tunicis, vt vitibus, tiliæ, [f] abieti. Quibuſdam ſimplex, vt fico, [g] harundini. [h] Magna & radicum differentia. Copioſę fico, robori, platano, breues & anguſtæ, malo: ſingulares abieti, [1] larici. Singulis enim innituntur, quanquàm [2] minimis in latera diſperſis. [i] Craſsiores lauro & inæquales: Item oleæ, cui & ramoſæ. At robori carnoſæ. Robora ſuas in profundum agunt. Si Virgilio quidem credimus, eſculus, quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit. Oleæ, [3] [k] malis & cupreſsis per ſumma cæſpitum. [l] Alijs recto meatu, vt lauro, oleę: alijs flexuoſo, vt fico. Minutis hæc capillamentis [4] hirſuta, vt abies, multæque ſyluestrium, è quibus montani prætenuia fila decerpentes, ſpectabiles lagenas, & alia vaſa nectunt. [m] Quidam, nõ altius deſcendere radices, quàm ſolis calor tepefaciat, idq; natura loci [5] tenuioris craſsioríſve, dixere: quod falſum arbitror. Apud autores certè inuenitur, abietis planta cùm trãsferretur, viij. [6] cubitorum in altitudine: nec totam refoſſam, ſed abruptam. Maxima ſpatio atque plenitudine & [7] citri eſt. Ab ea platani, roboris, & glandiferarum. Quarundam radix viuacior ſuperficie, vt lauri. Itaque cùm [8] trunco inaruit, reciſa etiam lætius fruticat. Quidam breuitate, radicum celerius ſeneſcere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longiſsimæ, & ſenectus ocyſsima. Falſum arbitror & quod aliqui prodidere, [50] radices arborum vetuſtate minui. Viſa [9] etenim eſt annoſa quercus euerſa vi tempeſtatis,

9 pino.Theo.
3 minutis.CH.
3 maliſque.M.
4 hirſuta abieti, multiſque.Ver.
5 tenuiores craſsioríve Ver.
6 cubitorum altitudine radicem fuiſſe, nec totam.Ver.
7 cedri.Ver.
8 truncus.Ver.
9 enim.CH.

peſtatis, & iugerum ſoli amplexa. Proſtratas reſtitui plerunque, & quadã terrę cicatrice [10] reuiuiſcere, vulgare eſt. Et familiariſsimum hoc platanis, quæ plurimum vẽrorum concipiunt propter denſitatẽ ramorum: quibus amputatis, [11] leuatæ onere in ſua ſcrobe reponuntur. Factumq; iam eſt hoc in iuglandibus oleiſq;, ac multis alijs.

10 viueſcere. M. & CH.
11 leuato.M.

ANNOTATIONES.

a Theophr.cap.14.lib.1.hiſtor.
b Idem ibid.cap.8.
c Vt Lauro Phillyreæ. Vitioſum eſt exemplar Theophraſti ca.8.lib.1. cùm idem ſcribat cap.10.lib.3. Tiliæ craſſum eſſe corticẽ. d Ἀπορρήγνυται, inquit Theophr. vbi per eam legitur ἀποῤῥήγνυται, quod Gaza non animaduerſ. eius ſic ineptè locum eum vertit: *Accumulis cortex viticis ſpecimen gerit, vt viti.*
e Theoph. ſic habet: τὰ δ' ἄλλα δένδρα τὰ πλατύφυλλα, οἷον ἀδράχνη, κέδροι, μηλέαι. Quibuſdam veluti per circuitum cadit, vt Adrachne, vnedoni, Arbuto. Loco πομίδος lego ἰτέας, quæ & ἰτιὰς dicitur.
f Addit Theophr. Linoſpartum & Cepas.
g Addit idem Lolium.
h Idem cap.9.lib.1.hiſtor.
i Quibuſdam, craſſiæ magis: quibuſdam inæquales, vt Lauro, item Oleæ, cui & nodoſæ ac fimbriatæ. Theophr. ἐβόστρυχοι, ἡ δὲ ἐλαία ἀνώμαλος.
k Theophraſtus ibidẽ. Eius loci ſenſum Plinius nõ intellexit.
l Quibuſdam rectæ & æquales: aliis obliquæ, & inæquales: idq; partim natura, vt Lauro & Oleę, partim quia recto meatu nõ diſtenduntur, ſed flexuoſo, vt Ficus.
m Tacitè reprehendit Theophr. à quo id ſcriptum eſt cap.11. lib.1.hiſtor.
n Theophr. loco citato non ita quidem ſcribit vt refert Plinius ſed nouellas & vigentes arbores longiùs & altiùs radices mittere quàm vetuſtas, radicemque marceſcente arbore minui, & velut vnã contabeſcere: quod veriſſimum eſt.

De prodigioſis arboribus, & quibus modis ſponte naſcantur, & quòd non omnia vbique naſcantur, & quæ non alibi naſcantur arbores. CAP. XXXII.

ESt in exemplis, & ſine tempeſtate, vllâve cauſa [1] alia, quã prodigij, cecidiſſe multas, ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factum hoc [2] populo Rom. Quiritibus oſtentum Cimbricis bellis Nuceriæ in luco Iunonis, vlmo, poſtquam etiam cacumen [3] amputatum erat, quoniam in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte, ita vt protinus floreret: à quo deinde tempore maieſtas populi Rom. reſurrexit, quæ antè vaſtata cladibus fuerat. [b] Memoratur hoc idẽ factum & in Philippis, ſalice procidua atque detruncata: & Stagiris in Muſæo populo alba. omnia fauſti ominis. Sed maximè mirum, Antandri plantanus etiam [c] circundolatis lateribus [d] reſtibilis ſponte facta, vitæque reddita longitudine xv. cubitorũ, craſſitudine quatuor vlnarum. Arbores, quas [e] naturæ debeamus, tribus modis naſcuntur: ſponte, aut ſemine, aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit: de qua ſuo dicemus volumine: nunc enim totus ſermo de natura eſt, multis modis miriſq; memorabili. Nanque nõ omnia in omnibus locis naſci docuimus, nec tranſlata viuere. [4] Hócque aliàs faſtidio, aliàs contumacia, ſæpius imbecillitate eorum, quę; tranſferuntur, euenit: aliàs cælo inuidente, aliàs ſolo repugnante. Faſtidit balſamum alibi [6] naſci. Aſſyria malus alibi ferre: necnon & palma naſci vbique, aut nata parere: vel cùm [7] promiſit etiam oſtenditque, ea educare, quæ tanquàm inuita peperit. Non habet vires frutex cinnami in Syriæ vicina perueniendi. Non ferunt amomi nardiq; deliciæ, ne in Arabia quidem ex India [8] naue peregrinari. Tentauit enim Seleucus rex. Illud maximè mirũ, ipſas arbores plerunque exorari vt viuant, atque [9] tranſmigrãt: aliquando & à ſolo impetrari, vt alienas alat, aduenáſque nutriat: cælum nullo [10] modo flecti. [f] Viuit in Italia piperis arbor: caſiæ verò etiam in Septentrionali plaga: vixit [11] & in Lydia thuris. Sed vnde ſorbentes ſuccum omnem ex ijs ſoles, coquentéſque lacrymam? Illud proximè mirum, [g] mutari naturam [12] in ijſdem locis, atque pro indiuiſo valere. [h] Cedrum æſtuoſis partibus dederat: [13] at in Lycijs Phrygiiſq; montibus naſcitur. Frigus inimicum lauro fecerat: ſed in [i] Olympo copioſior nulla eſt. Circa Boſphorum Cimmerium in Panticapæo vrbe, omni modo laborauit Mithridates rex, & cæteri incolæ, ſacrorũ certè cauſa laurum myrtúmque habere: non contigit, cùm [14] teporis arbores abundent ibi, punicę ficique, iam mali & pyri laudatiſſimæ. Frigidas [15] eodem tractu non genuit arbores, pinum, abietẽ, piceam. Et quid attinet in Pontum abire? Iuxta Romam ipſam caſtaneæ ceraſique ęgrè proueniunt, Perſica in Thuſculano: [16] nec non nuces Græcæ cum tædio [17] inſeruntur, Tarracina ſyluis ſcatente earum.

1 alia,in M.d.
2 populi Romani. M.& CH.
3 amputamentarum. CH.
4 Hoc aliáque.CH.
5 trãsferantur.CH.
6 naſci natura. Syria malũ alibi ferre CH. naſci. Natura niſi in Syria ferè noluit: nec non & palmam naſci vbique, aut natã.M.
7 promiſit, oſtenditque eũ educare. M.
8 & naue.M.& CH.
9 tranſmigrent aliquorũ & à ſolo. M.
10 modo quæ flecti. Vet.
11 &,in M.d.
12 in ijſdem arq; ex improuiſo. CH. in ijſdẽ locis, arq; in prouiſo. M. arq; improuiſo. Vet.
13 &.M.
14 teporis, in M.d. temporis. CH.
15 idem tractus. Vet. natura eodem tractu. Alij Vet.
16 Nam nuces.M.
17 inſeruntur. Terracina ſyluis ſcatet earum.M.

ANNOTATIONES.

a Arborum oſtenta vide & infrà cap.25.lib.17.
b Theophr.cap.4.lib.5.Cauſſ.& cap.19.lib.4.hiſtor.
c Ramis amputatis & aliqua parte circũdolata. Theoph. ibidẽ.
d Sponte erecta & ſibi reſtituta. Obſerua ſignificationis modum.
e Theoph.cap.1.lib.1.Cauſſ.
f Piperis arborem à Plinio dici volunt fruticem, quem vulgus adhuc vocat *Poivrier*, officinæ verò Ribes nigrum: Caſiam autẽ plantam non quidem Indici, ſed Hygini, Theophraſti Cneoro, nempe Rolmarinum coronarium, & noſtratem Lauendulam, hiue Spicam.

g Vt æstuosa plantas edant frigidis locis familiares, & frigida plantas gignant in æstuosis nasci solitas.
h Cedrus quidem conifera in æstuosa Syria gignitur, at bacciferа in Ida. Theophr. cap. 12. lib. 3. histor. Cedrum in Lycia multã nasci, materia ad nauium fabricam vtili, Strabo scribit lib. 14.
i Frigido monte. Theophr. cap. 6. lib. 4. histor.

De cupresso: & quòd ex terra noua aliqua sæpe nascantur, quæ in ea antè non fuerunt. CAP. XXXIII.

[a] CVpressus aduena, & difficillimè nascentium fuit, vt de qua verbosius sæpiusq; quàm de omnibus alijs, prodiderit [b] Cato. Natu [c] morosa, fructu superuacua [d], baccis torua, folio amara, odore violenta, ac ne vmbra quidem gratiosa, materie rara, vt penè fruticosi generis, Diti sacra, & ideo[e] funebri signo ad domos posita. Fœmina sterilis diu. Metæ demum aspectu non repudiata, [f] distinguendis tantũ pinorum ordinibus: nunc verò tonsilis facta in [g] dẽsitate parietum, coercitáque gracilitate perpetuò tenera. Trahitur etiam in picturas [1] opere historiali: venatus classéve, & imagines rerum tenui folio, breuiq;, & virenti [2] superuestiens. Duo genera earũ: Meta in fastigium conuoluta, quę & fœmina appellatur. Mas spargit extra se ramos deputaturq; & accipit vitem. Vtraq; autẽ immittitur in perticas asserésve amputatione ramorũ, qui xiii. anno denarijs singulis væneũt. Quæstuosissima in satus ratione sylua: vulgoq; [h] dotem filiarum antiqui plantaria appellabãt. Huic patria [i] insula Creta, quanquàm Cato Tarentinam eam appellat, credo, quòd primũ eò [3] venerit. Et in Ænaria succisa regerminat. Sed in Creta [k] quocunque [4] loco terrã mouerit quispiam, [5] nisi seratur alia, hęc gignitur, protinúsque [6] emicat. Illa verò etiam non [7] appellato solo, ac sponte, maximéque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, summisq; iugis, [8] vnde niues nunquã absunt, plurima: quod miremur, alibi nõ nisi [l] in tepore proueniens, & nutricem magnopere fastidiens. Nec terræ tantum natura circa has refert, aut perpetua cæli, verùm & quędam temporaria vis. Imbres [9] m aliquæ plerunque semina afferunt, & certo fluunt genere, aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaicæ regioni, cùm primùm ibi laserpitium natum est: vt in herbarum natura [n] dicemus. Nata [10] est & sylua vrbi ei proxima imbre piceo crassóque, circiter vrbis Romæ annum [o] cccc xxx.

1 operi historiarum M.
2 superueniens. Ver. & virente semper ve stiens. CH.
3 euenerit. Vet.
4 in loco. CH.
5 vi naturali hęc. M.
6 emigrat. CH.
7 aperto. Dal.
8 vbi. Vet.
9 alioqui. M.
10 est enim. Vet.

ANNOTATIONES.

a *συπάριττ & Græcis, ἀπὸ τῶ κύειν τὰ σπέρματα ἀφθόνως.* Quidã Cupressos *κύπαρισσος* dixêre ab eleganti venustaq; coma. In Arcadia apud Psophidẽ tantæ proceritatis fuerunt, vt proximus mons inbraretur: dictæ *παρθένοι*, quia forte intactæ, & Alemæoni sacræ, quoniam Argis necata matre illuc se recepisset. Materia Cypressi *ἄσηπτος*: quamobrem eorum, qui in bello ceciderant, corpora arcis è cupresso condi solita Thucydides scribit: & Plato leges publicas, sacrorumq; ritus, ob æternam firmitatẽ, in tabulis cupressinis describi voluit. Rhod. g. cap. 2. 25. Veiouis simulacrũ ex hoc ligno in arce durauit ab vrbis conditæ anno 551. ad autoris vsque tempora. Infrà cap. 40. huius libri.
b Cap. 42. & 151.
c Theophr. cap. 8. lib. 1. Caus.
d Galbulis. Varroni, Conis & nucibus.
e Nobilium tantùm & diuitum. Lucanus,
Et non plebeios influs testata cupressus.
Varro adhiberi rogis cupressum ait propter grauem vstrinæ nidorem: quoniam fœtorem cadaueris dum vritur, odoris sui iucunditate lenit. Festus Diti sacram esse, Seruius Proserpinæ vult, quia præciso capite moritur, & subsecta non renascitur, præterquàm in Ænaria, quemadmodum ex mortuis nihil speratur. Fabulas de Cyparissa filia Boreæ, Cyparissarum Eteoclis gnatarum, Cyparissi à Telepho geniti, cuius meminit Ouid. 10. Metamorph. Seruius Æneid. 3. prolixè narrat Hadr. Iun. cap. 20. lib. 1. Hermipp[s] scepturi Iouis è Cyparisso edolatum fuisse prodit, ideoq; Pythagoreos arculis & vtensilibus cupressinis abstinuisse Laërtius refert. Virgilius de funere Polydori,
--stant Manibus aræ.
Cæruleæ mœstæ vittis, atráque cupresso.
f Id fieri solitum duobus modis intelligunt, aut cùm in singulis ordinibus, duabus Pinis Cupressum vnam interponebant: aut cùm duobus Pinorum ordinibus Cupressorum ordinem vnum interserebant, venustatis gratia, elegantisq; & iucundi aspectus.
g Vestiendis parietibus.
h Dos apud Romanos quanta olim fuerit explicat Alex. ab Alex. cap. 8. 4.
i Theophr. cap. 2. & 3. lib. 3. histor.
k Idem ibid.
l Idem cap. 6. lib. 4. histor.
m Idem cap. 2. lib. 3. hist. & cap. 5. lib. 1. Caus.
n Infrà cap. 3. lib. 19.
o cxxxvi. ex cap. 3. lib. 9. Nam vrbs Cyrenæ cõdita est anno vrbis Romæ 143. defluxit autem is imber annis septem priusquàm conderetur.

De edera. CAP. XXXIIII.

1 Medijs. CH.
2 adornant thyrsos galeas, quinetiam ac scuta Thraciæ populi. M.
ac. CH.
3 arbor satis omnibus. M. arbori satisque Dal.
5 sepulchra, muros. CH.

[a] EDera iam dicitur in Asia nasci. Negauerat Theophrastus, nec in India, nisi in monte Mero. Quin & [b] Harpalum omni modo laborasse, vt fereret eam in [1] Medis, frustra, Alexãdrum verò ob raritatẽ ita coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris: cuius Dei & nunc [2] adornat thyrsos, galeasq; etiã [3] & scuta, in Thraciæ populis in solẽnibus sacris. Inimica [4] c arbori satisque omnib. [5] sepulcraq; ac muros rũpens: serpentiũ frigori gratissima, vt mirũ sit vllũ honorem

rem habitum ei. [d] Duo genera eius prima, vt reliquarũ, [e] mas, [6] & fœmina. Maior traditur [7] mas corpore, & folio duriore [8] etiam ac pinguiore, & flore ad purpuram accedẽte. Vtriusque autẽ flos similis est rosæ sylvestri, nisi quòd caret odore. [f] Species horum generum trẽs. Est enim cãdida & nigra edera, tertiaq; quæ vocatur helix. Etiamnum hæ species diuiduntur in alias: quoniam est aliqua fructu tantũ candida, alia & folio: fructum quoque cãdidũ ferentiũ alijs densus acinus, & grãdior, racemis in orbẽ circumactis, qui vocantur corymbi. Itẽ [9] selenitiũ, cuius est minor acinus, sparsior racemus. Simili modo in [10] nigra. Alicui & semen nigrũ, alij crocatũ: cuius coronis Poetæ vtuntur, folijs minus nigris, quã quidã [11] Nysiã, alij Bacchi cã vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidã apud Græcos etiamnũ duo genera huius faciũt, à colore acinorũ [12] erythranũ & chrysocarpũ. Plurimas autẽ habet differentias helix, quoniã folio maximè distat. Parua sunt & angulosa [g] cõcinnioraq;, cùm reliquorũ [13] generũ simplicia sint. Distat & longitudine internodiorũ, præcipuè tamen sterilitate, [h] quoniã fructũ nõ gignit. Quidã hoc ætatis esse, nõ generis existimant: primoq; [14] helicẽ esse, fieri edera vetustate. Horũ error manifestus [15] intelligitur, quoniã helicis plura genera reperiũtur, sed tria maximè insignia: herbacea ac virẽs, quę plurima est: altera cãdido folio: tertia [16] versicolor, quę Thracia vocatur. Etiamnũ [17] herbaceæ tenuiora folia, [18] in ordinẽ digesta, densioraq;: In alio genere diuersa omnia. Et in versicolori [i] alia tenuioribus foliis, & similiter ordinatis densioribusq;: est: alteri generi neglecta hęc omnia. Maiora quoq; aut minora sunt folia, maculárumque habitu distant: Et [k] in candidis alia sunt cãdidiora. Adolescit in longitudinẽ maximè herbacca. Arbores autẽ necat [l] candida: omnemq; succũ auferẽdo tãta crassitudine augetur, vt ipsa arbor fiat. [m] Signa eius folia maxima atq; latissima, [19] mãmas erigẽtis, quæ sunt cæteris inflexæ: racemi stãtes, ac subrecti. Et quanquã omniũ [20] ederarũ generi radicosa brachia, [21] huic tamẽ maximè ramosa ac robusta: ab ea nigræ. [n] Sed propriũ albæ, quòd inter media folia emittit [21] brachia [22] vtrinque semper amplectens: [23] hoc & in muris, quãuis ambire nõ possit. Itaque etiã pluribus locis [24] intercisa, viuit tamẽ duratq;: & totidẽ initia radicũ habet, quot [25] brachia, quibus incolumis & solida arbores [26] fugit ac strangulat. Est & in fructu differentia albæ nigræque ederæ: [27] quoniã alijs tanta amaritudo acini, vt aues non attingant. Est & rigens edera, quę sine adminiculo stat, [p] sola omnium generũ ob id vocata cissos. E diuerso nunquàm nisi humi repens chamæcissos.

6 atque. CH.
7 mas & corp. CH.
8 etiam, in M. d.
9 silenicicum. CH. silenitici est minus acinis, sparsius racemis. M.
10 nigra, alicui. M.
11 Dionysiam. Dioscor.
12 erythrocarpõ. Dal.
13 generum rotundiora & simpl. Theophrast.
14 esse, deinde fieri. Dal. helicem putant fieri. M.
15 intelligitur. Ateenim helicis &c. Ex Theophr.
16 versicolori. CH.
17 herb. etiam ten.
18 & in ord. CH.
19 germina. Theophrast. pro βλαστὸς Plinius legit μασθὸς.
20 ederarũ, in M. d.
21 brachia, in M. d. brachia. arbores vtrinque. Ex Theoph.
22 vtrumque. Ver.
23 Hęc est & in muris. Vet. hoc & in muros. M. & CH.
24 inferné succisa. Theophr.
25 germina. Theophr.
26 figit, ac str. Est in. M.
27 quon. alijs dulcis fructus, alijs tan. Ex Theophr.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 4. lib. 4. histor. Vide infrà cap. 10. lib. 24.
b Hoc malè Plinius. Confer Theophr.
c Laberius,
Vt hedera serpens vires arboreas necat,
Ita me retusas amplexu amorum enecat.
Sepulchris similis, nil nisi nomen retineo.
d Theophr. cap. 18. lib. 3. histor.
e Turpissimè lapsus hic Plinius, quæ de Cisto audienda sunt, *τῶ κιττῶ*, id est Hederæ, tribuit. Nec apud Theophr. nec apud Dioscorid. vlla Hederæ differentia statuitur è sexu petita.
f Theophrasto, Hederæ summa duo genera sunt, altera quæ humi repit, altera quæ in altum tollitur. Posterioris rursum tria genera, candida, nigra, helix &c.
g *κόσμιώτερα*, Leopard. cap. 2. lib. 5.
h Hederæ folium nouũ angulosum est, vetustum rotundius, autore Theophr. cap. 16. lib. 1. Hist. At Helicis folium, siue nouũ, siue iam vetustum, semper angulosum: estquã re ab Hederæ foliis differepat. Quod autẽ *ἀπαυτοτρόφου* Theoph. ait, & Plinius vertit, Hederam fieri, alij, & rectiùs, intelligunt Hederæ modo foliũ mutare.
i Nihil Theophr. Hæc de suo Plinius.
k In candida, alia tantùm fructu, alia etiam folio candida est. Theophr.
l E candidis quæ asperrima & maximè sylvestris est. Theoph.
m Signum eius quæ ad perfectæ Hederæ naturam ventura sit, & folium mutatura, est non tantùm, folium maius, & amplius, sed quod statim germina recta habet, (ineptè *βλαστὸς μασθὸς* Plinius hîc tegit) non ob longitudinem & tenuitatem, (quemadmodum in Helice) velut inflexa. Veris enim Hederis crassa & brevia germina sunt, ac illarum cuiuis, cùm fructum edit, recta & sublimia. Theoph.
n Candidæ, asperrimæ, & maximè sylvestri. Theophrastus nigræ magis id tribuit, deinde candidarum huic generi.
o Candidæ propriùm id esse nusquam scribit Theophr. sed id maximè facere præ cæteris.
p Nihil horum apud Theophr. nihil apud Dioscor. Vel aliunde hæc sumpsit Plinius, vel Chamæcissi voce decoptus, eam à rigente distinguere tentauit. Theophr. quidem Hederæ *ἰσχνὸς*, & *ἀεὶ ὕδατι ἀμπεχόμενος* meminit, nusquam Chamæcissi, plantę sui generis, ab Hedetis diuersissimæ.

De edera, quæ vocatur smilax. CAP. XXXV.

1 edera Cilicia quidem, sed profecto in Ge. M.
2 fruticosa. CH.
3 ceu edera. M.

SImilis est [1] ederæ, è [a] Cilicia quidẽ primùm profecta, sed in Græcia frequentior, quã vocãt smilacẽ, dẽsis geniculata caulibus, spinosis [2] fruticosa ramis, folio [3] ederaceo, paruo, nõ [b] anguloso, à pediculo emittẽte pãpinos, flore cãdido, [c] olẽte liliũ. Fert racemos labruscæ modo, nõ ederæ, colore rubro, cõplexa acinis maioribus nucleos ternos, minorib. singulos, nigros durosq;: infausta [d] omnibus sacris & coronis: quoniã sit lugubris, virgine eius nominis propter amorẽ iuuenis [e] Croci, mutata

tata in hunc fruticem. Id vulgus ignorans, plerũq; festa sua polluit, ederã existimãdo: sicut in Poetis, aut Libero patre, aut [4] Sileno, quis omnino nescit quibus [5] coronẽtur. E similace fiũt codicilli. Propriumq; [6] materiæ est, vt admota auribus [7f] leuem sonum reddat. Ederæ mira proditur natura ad experiẽda vina: g si vas fiat [8] ex ligno eius, vina transfluere, ac remanere aquam, si qua fuerit mista.

4 Sileno, si quis. Vet.
5 coronare mur. M.
6 materiei est, vt ad. aur. leuem.
7 leuem. CH.
8 ex CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. vlt. lib. 3. histor.
b Apud Theophr. legitur ἰγγάνιον absq; negatione. Verius esse quod hîc legitur, herbę figura monstrat.
c Apud eundem. Gaza legit, λεχρῶνα, non, vt Plinius, λιτρῶνα.
d Vide infrà cap. 9. lib. 21.
e Ouid. 4. Metam.

Et Crocon in parnos versum cum Smilace flores.

f Vide infrà cap. 10. lib. 24.
g μακρίβιον vocat Macrobius 5. Saturn. de quo Euripides in Andromeda, —πᾶς δὲ κεκμηκὼς ὑγρὸς ἀνὴρ ἐμβὰς ἐλαφρὸς γέγνεται κἀπὸ γήρως ἐς νέον σπεύδει. πίνων ἀναψυχθεὶς γὰρ ἀμπλάκων γάνει. Victor. cap. 27. 16.

De aquaticis calamis, & fruticibus. CAP. XXXVI.

[1] INter ea, quæ frigidis gaudẽt, & aquaticos frutices [2] dixisse cõueniat. Principatũ in his tenebũt harũdines, [a] belli pacisq; exprimẽtis necessarię, atq; [3] etiãb deliciis gratæ. [c] Tegulo earũ domus suas Septentrionales populi operiũt: [d] durantq; [4] æuis tecta alta. [5] Et in reliquo verò orbe [e] cameras leuissimè suspẽdũt. Chartisq; seruiũt calami, [6] Ægyptij maximè, cognatione quadã papyri. Probatiores tamẽ [7] Gnidij, & qui in Asia circa [f] Anaitieũ lacũ nascuntur. Nostratibus [g] fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ cauo corpore intus, supernè tenui inarescit ligno: fissilis, præacuta semper acie, [h] geniculata. [8] Cæterò gracilitas [9] nodis distincta, læui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore pãniculę coma, neq; hac superuacua. Aut enim pro pluma strata cauponarũ replet: aut vbi limosiore [10] callo induruit, sicut in Belgis, cõtusa & interiecta nauiũ commissuris ferruminat [i] textus, glutino tenacior, rimisq; explendis fidelior pice. [k] Calamis Oriẽtis populi bella cõficiũt. Calamis spicula addũt irreuocabili hamo noxia. Mortẽ [11] accelerãt pinna addita calamis. Fitq; & e.. ipso telũ aliud fracto in vulneribus. His armis solẽ ipsum obumbrãt. Propter hoc maximè serenos dies optãt: odere ventos & imbres, qui inter illos pacẽ esse cogũt. Ac si quis Æthiopas, Ægyptũ, Arabas, Indos, Scythas, Bactros. Sarmatarũ tot gẽtes, & Orientis, omniaque Parthorũ regna diligẽtiùs computet, ęqua [12] ferè pars hominũ in toto mũdo calamis superata degit. Præcipuus hic [13] vsus in Creta bellatores suos [l] præcipitauit. Sed in hoc quoque, vt cæteris in rebus, vicit Italia: quãdo nullus sagittis aptior [m] calamus, quàm in Rheno Bononiẽsi amne, cui plurima inest medulla, ponduscq; [n] volucre: [14] cõtra flatus quoque [15] peruicax libra. Quippe nõ eadẽ gratia [16] Belgicis. Hæc & Creticis [17] cõmẽdatioribus: quãquàm præferatur Indi, quorũ alia quibusdã videtur natura, quãdo [o] & hastarũ vicẽ præbent additis cuspidibus. Harundini quidẽ [p] Indicæ [18] arborea amplitudo: quales vulgo in tẽplis videmus. Differre [q] mares ac fœminas in his quoque Indi tradunt. Spissius mari corpus, fœminæ capacius. [19] Nauigiorúmque etiã vicẽ præstãt (si credimus) singula internodia. Circa Acesinẽ [r] amnẽ maximè nascũtur. Harũdo omnis ex vna stirpe numerosa. Atque etiã recisa fœcundiùs resurgit. Radix natura viuax, geniculata & ipsa. Folia Indicis tãtùm breuia. Omnibus verò à nodo orsa, cõplexu tenues per ambitũ inducũt tunicas: atq; à medio internodio cũ plurimum desinunt vestire, procũbuntq;. [s] Latera harundini calamoq; in [20] rotunditatẽ bina, super nodos alterno sẽper inguine, vt alterũ ad dextra fiat, alterũ superiore geniculo ad læua per vices. Inde exeunt aliquando rami, [21] qui sunt calami tenues. Plura autẽ genera. Alia spissior dẽsiorq; geniculis, breuibus internodijs. Alia rarior [22] maioribus, tẽuiorq; & ipsa. [t] Calamus verò alius totus cõcauus, quẽ [v] syringiam vocãt, vtilissimus fistulis, quoniã nihil est ei cartilaginis atq; carnis. Orchomenius est cõtinuo foramine peruius, quẽ auleticũ vocãt. hic [x] tibiis vtilior, fistulis ille. [y] Est alius crassiore ligno, & tenui foramine. Hũc totũ fungosa replet medulla. Alius breuior, ali[9] procerior, exilior, crassiorq;. Fruticosissimus, qui vocatur donax, nõ nisi [z] in aquaticis natus: quoniam & [aa] hęc differẽtia est, multũ prælata harũdine quę in siccis proueniat. Suũ genus sagittario calamo, vt diximꝰ, [23] sed Cretico lõgissimis [bb] internodiis, obsequentiq; quo libeat

1 Interea qui frigor. gau aquat. Vet.
2 dicere cõuenit. M.
3 etiam in dei. Vet.
4 eius alta tecta. M.
5 In reliquo verò orbe & eã in eam. Vet.
6 Aegypti. M. & CH.
7 Gnidi. M.

8 Cæterum. M.
9 nodisq; dist. Ieni. CH.

10 cœno. Vet.

11 accel. etiampi nna. M.

12 fermè. CH.

13 visus. CH.

14 & contra. M. & CH.
15 peruicax. Libro quip. non ead. gratia. Bellicis hæc & Cret. commendationibus. M. Lego, gratia, vt nec Creticis, bello commendationibus, quãquam, &c.
16 bellicis CH.
17 commendatior.
18 arboreæ ea ampl. qualem. M.
19 Nauigiorum etiã. M.

20 rotunditate. CH.

21 quis cal. CH.

22 maioribusque, tenuior & ipsa. M.

beat flecti calefacto. Differẽtias faciunt & folia, non multitudine, verum [14] robore & colore. [25] Valida [cc] Laconicis, & [26] ab vna parte dẽsiora, quales in totũ circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis longísque [27] vestiri tunicis, spatiosius à nodo scandente cõplexu. Est [28] & obliqua harundo, non in excelsitatem nascẽs, sed iuxta terrã [29] fruticis modo se spargens, suauissima in [30] teneritate animalibus. Vocatur à quibusdam [31] elegia. Est & in [dd] Italia nascens [ee] adarca nomine, palustris, [32] & [ff] cortice, tantũ sub ipsa coma, vtilissima dentib. quoniã vis eadem est quæ sinapi. De Orchomenij lacus harũdinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. [gg] Chaeiam vocabant crassiorẽ firmioremque, [33] plotiam verò subtiliorem, hãc in insulis fluitantibus [34] natam, illam [hh] in ripis expatiantis lacus. [ii] Tertia harundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant. [kk] Nono hic anno nascebatur. Nam & lacus incremẽta hoc temporis spatio seruabat, [ll] prodigiosus si quando amplitudinẽ [mm] biennio extendisset: quod notatum apud [nn] Cheroniã infausto Athenienſium prælio, & apud Lebadiam sæpe notatur influẽte Cephisso. Cùm igitur anno [35] permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinẽ: [36] vocabantur [oo] zeugitæ. Contrà bombyciæ [pp] maturius reciproco, graciles, [37] fœminarum latiore folio atq; candidiore, modica lanugine, aut omnino nulla, spadonum nomine [38] insignibus. Hinc [qq] erant armamenta ad inclusos [rr] cantus, nõ silendo & reliquo [ss] curæ miraculo, vt venia sit, argento iam potius cani. Cædi solebant [39] tempestiuè vsque [40] ad [tt] Antigenẽ tibicinẽ, cùm adhuc [uu] simplici musica vterẽtur, sub Arcturo: sic præparatæ aliquot post annos vtiles esse incipiebant. Tunc quoq; multa domandæ exercitatione, [41] & canere tibiæ ipsæ docendę, [xx] cõprimentibus se ligulis, [yy] quod erat illis theatrorum moribus vtilius. Postquam [zz] varietas accesit, & cantus quoque [42] luxuria cædi ante solstitia cœptæ, & fieri vtiles in trimatu, apertioribus earum [43] ligulis ad flectendos sonos: [44] quæ inde sunt & hodie. Sed tum ex sua [45] quanque tantũ [46] harundine congruere persuasum erat: & eam, [A] quæ radicem antecesserat, [B] læuæ tibiæ cõuenire: quę cacumen, dextræ: immẽsum quantum prælatis, quas ipse Cephissus [C] abluisset. Nunc sacrificę Thuscorum è buxo, ludicrę verò loto, [D] ossibúsque asininis & argento fiunt. Aucupatoria harundo à Panhormo laudatissima, piscatoria [E] Abaritana ex Africa. Harundinis Italiæ vsus [F] ad vineas maximè. [G] Cato seri eam iubet in humidis agris, bipalio subacto prius solo, oculis dispositis interuallo ternorum pedum. Simul & corrudã, vnde asparagi fiant: concordare [47] enim [H] amicitiam.

14 robore, in M. D.
25 Varia. Vet. πανίδια. Theophr.
26 ab ima. Vet. & CH.
27 vastitas tun. Vet. vestiri foliis.
28 Et in obl. Vet.
29 graminis. Theo.
30 eius teneritate. Dal.
31 epigeia. Theop.
32 &, in M. d.

33 plocimon. Theoplocian. Ver. & CH.

34 natare. M.

35 permanserit. M.

36 & vocantur. M.

37 fœmin. specie. Theoph.

38 insignes. Dal.

39 tempestiuæ. CH.

40 ad Antigenidẽ. CH. & Theophr.

41 & canere tibiæ ipso educandę. Ver. & canere tib. ipsæ edocendæ. M.
42 luxuriantes. M.
43 vagulis. CH.
44 quæ iam inde sunt. Vet.
45 quaque. M.
46 harundine m. M.

47 enim, in M. d.

ANNOTATIONES.

a Belli, ad iacula: pacis, ad scribendum.
b Ad tribiarum vsum.
c Ob id panniculam tectoriam vocat Plautus in Milite.
Cuius tu legiones disflauisti spiritu
Quasi ventus folia, aut panniculam tectoriam. Turn. cap. 28. 8.
Plaut. in Rudente. *Quin tu in paludem is exigis? harundines,*
Qui pertegamus villam, dum fudum est?
d Equidem μαλάμινον πῶν. Arist. Quæst. 6. Sect. 3. ignis in arundine accensus, qui citò exardescit, citò emoritur, διὰ τὸν τῶν δυοῖν ἀδύνατον ἀδύνατον ἓν ἐναίνειν. Quare & Herodoto libr. 5. Sardibus captis Persæ nullam prædam ex ea copiosa & opulenta vrbe retulerunt, quòd domus ex harundine constructæ, vel harundine tectę, iniecto igne, incẽdio statim absumptę sint. Vict. cap. 1. lib. 33.
e Ex ijs cameræ fornicesq; pergularum quàm leuissimi & minimè onerosi fiunt.
f Vicinum Anææ vrbi Cariæ. Anaitidis Dianę apud Lydios templum est, autore Pausania lib. 3.
g Rarior, laxior, minùs farcta, spongiosa carne, quæ sub lignoso cortice iacet, & ei contigua est.
h Nimis frequentibus nodis distincta.
i Tabularum compages. Qua ratione Araricі & Rhodanici nautæ suis nauigijs construendis, tabulis hiatus interpositos, musco enneis adacto, sibuliscq; ferreis insuper affixis, obstruunt.
k Sagittarijs. Democritus Geoponicôn 2. διάτασις & πάχυνσις dat: vocat, quomã vt ait Dioscorides, ex harundine nasto sagittæ fiunt: quamuis in Geoponicis corruptè legatur, balistæ & mesto calami Guilland.
l Paratiores audaciores que fecit, & ad bellum temerè suscipiẽdum cum Romanis impulit, quo profligati sunt. Cretensibus gẽtilitium telùm sagittas esse scribit Pausanias lib. 1. Hinc & Theophrasto cap. 12. lib. 4. hist. κάλαμοι τοξικοί, harundo sagittaria, Cretica dicitur.
m Harundo sagittaria ea vocatur, de qua paulo infrà.
n Findendo aëri opportunum, in iaculatione expeditur.
o Quoniam tanta magnitudine & firmitate sunt, vt ijs pro iaculis vtantur. Theophr.
p Alia hac Indica est, quàm Calamus aromatius.
q De harundine Epigeio, non de Indica, id Theophr. qui masculam solidam esse, fœminam verò inanem, etiam scribit.
r Theoph. cap. 12. lib. 4. de Calamo tantùm id scribit, qui hastæ vicem præstat.
s Foliorum sese explicantium velut alę.
t Falsum id esse apertissimè ostendit hist. Theophr. de Orchomeno calamo. Plinius hęc mirè perturbat. Lego. Calamus verò alius Orchomenius totus concauus q. s. v. v. f. q. n. e. c. c. a. carnis, continuo foramine peruius. Quem verò Auleticon &c.
v Syring. The. Ira porrò vocant, non q. p. vtilis sit fistulis, quem admodum Plinius exposuit, sed quòd fistulosus & inanis sit.
x Tibias à Barbaris inuentas fuisse tradunt, ideoque in describẽdis musicis instrumentis, quib. perstrepebat furiosa Bacchantium cohors, rectè Catullum dixisse,
Barbaráque horribilis stridebat tibia cantu.
Apud Hom. Troiani de suis rebus prosperis lęti, sese vt oblectent, pernoctantes in campo tibias instant. Olympiodorus à Phrygibus inuentas fuisse tradit, vsumque in certamine Marsiam tibia, Apollinem verò cithara. Victorius cap. 10. 30. Vide quæ notata sunt cap. 46. lib. 7.
y Est alius solidus & totus penè intus repletus. Theophr.
z Apud lacus & flumina nascens potissimum. Theophr.
aa Plurimùm tamen in quoque genere differũt inter se aquaticæ & in sicco nascentes. Theophr.
bb Nodis paucis, geniculatæ, carnosiori omnibus. Theophr.

ee Laconica versicolor est. In positu etiam foliorum & adnexu, differentia est. Nam quædam ab ima parte foliorum suorum maximum numerum edunt, ac velut è fructice scatullunt. Theophr. dd Nam in Cappadocia tantum nasci Dioscorides scribit.

ee Calamachae ea quoque figitur cap.10. lib.12. Vide cap.22. lib.20. Adarces est subsalsa concretio, humidis & paludibus locis, sicco cœlo, spissescens, herbarum & herbis inhærescens, molli Alcyonio prorsus similis, valde spongiosa, &c. Ex hac historia Dioscoridis apparet Plinium Adarces naturam non intelexisse, quoniam nec harundini peculiaris est, nec è cortice comâne nascitur.

ff Harundinibus atq; herbis inhærescens. Dioscor. Ineptè Plinius A darcen, quæ Sal silago est, inter harundinum genera commemorat. vide cap.22. lib.20. & cap.10. lib.32.

gg Phraginiten ipse vocat cap.10. lib.32.

hh Harundinetis cespitibus, vbi harundo multa connexu mutuo radicum implectitur, pingui lætoq; solo. Theophr.

ii In sequentibus multa Plinius ex Theophrasto malè transcripsit. Apud Theophrastum locus est cap.12. lib.4.

kk Nono anno nasci putabant, quoniam eo temporis intervallo lacus augebatur, sed magno errore, &c. Theophr.

ll Prodigiosum id esse Theophrastus non ait, sed contigisse circa tempus eius infausti præsagij.

mm Post imbres, frequentes, aqua biennio copiosa permansisse. Theophr.

nn Chæronia Strabonis, oppidum, ad quod Philippus Amyntæ filius, Bœotijs, Corinthijs, Achenensibus graui prælio superatis, Græciam subiugauit. In vicino Lebadiæ est, quæ Iouis Trophonij antrum & oraculum habet. Strab. lib.9.

oo Zeugitin aucupatoriam malè Plinius exponit. *Ζυγίτην* dicebant eam, quæ ex alitie & longitudine ad compingenda duarum tibiarum paria & coniugia, *πρὸς ζύγην*, idonea & apta foret, vt *βομβυλιαν*, quæ ob strigosam maciem tibia dignum sonum non ederet, sed bombum tantùm. Apuleius 4. Asini nuptiales tibias vocat zygias, quasi iugales, sicut Iunonem zygiam, iugam siue iugalem vocant, —*cui vincla iugalia curæ*, vt inquit Poëta. Idè lib.6. harundine musicæ nutriculi appellat, lepidè quidè, sed affectatè.

pp Cum aqua copiosa non permansserit. Theophr.

qq Tibiæ fiebant, quibus canerent. Armamentum hîcenter Plinius instrumentum vocat: quod Gazam impulit, vt apud Theophrastum parùm aptè *ζυγίτλν* verteret Armamentariam.

rr Inclusos cantus dici volunt, qui in thearris aut templis muro circumsepti, vel etiam in priuatis ædibus personarent, non autem in aperto ederentur, veluti tubis & cornibus. Aldus putat scriptum fuisse Inclutos pro Inclytos, vnde factum sit Inclusos. Ennius de Coclite, *Hic dictus est occultus Horatius incluitus fallax*, apud Festum.

ss In harundinis tibialis præparatione.

tt Antigenem Thebanum musicum primum calceis Milesijs vsum fuisse, simbriatamque vestem, *προστιλίω*, in comessationes atruliisse, *καὶ μαλακοποιῆσαι*, Suidas refert. Antigenide tibicine harmation canente, Plutarchus scribit epulantem Alexandrum sic exarsisse, vt rapta armis adstantes fere inuaderet: vt verum sit quod Spartiatæ dictitabant, Vrget in ferrum scita fidibus cantio. Magius ea. 13. 4. Antigenidæ musici meminit Apuleius lib. Florid.

vv Tibia, Theophr. *ὀστᾶ θυωτὰ ἀπὸλέγων*.

xx Conniuenti ore linguarum. Theophr.

yy In Theophrasto est, *ἐ πρὸς ἀπαλότητα ἢ χρόσιμον*, quod ad vsum exercitationemque canendi vtilius fuit.

zz Cantus varietatem ac luxuriam Latinè reddit, quod Theophrastus ait: *πολυ πλάσιον*, nempe rudioris simplicioris que muliez ad cantus delicias, ac iucundam argutamque varietatem, veluti conformationem atque eruditionem.

A Theophrastus radici proximam linguam, lævam esse ait, dextram verò quę ad germina est. Plinius ad dextrã lævam; tibiam perquàm aptè refert, & cum Theophrasti locum quasi interpretatur commodè. Varro cap.1. lib.1. ait, tibiam dextram in carminibus esse modorum incentiuam, lævam autem succentiuam, Sed de his statim.

B Vt capaciorem, amplioris & grauioris soni. Dextra acutior, læua grauior, obtusior, obscurior. Impares, id est, vnica tantùm, in monodio, cùm vnica persona ageret, inflabantur. Pares, siue binæ, cùm multi: Chroricæ, cùm chorus. Vnicæ personæ *μονῳδίαν* fuit: plurium *συνῳδίαν*. Monodium & canticum dixerunt: Synodium, diuerbium. Vide Rhodig. cap.7.9. Quando chorus canebat, inquit Diomedes lib.3. Choricis siue choraulicis tibijs artifex concinebat in canticis autem, Pithaulicis respondebat, nempe pubis pithaules, siue aleaules, d est verticularius vritur. Brod. cap.13.2. Vide quod notatum est suprà in cap.37. lib.7. De monodia vide Victorium cap.8.31. obseruat. Dextras vocarunt, quod oris parte dextra inflarentur, dextra manu tenerentur: lævas ob contrarias causas. Vict. cap.22.38. Serranę tibię, ab acuto serræ stridore, ac sono, vt Gingrinæ, ab anserum clagore. Gingriunt enim anseres. Serranæ sinistræ fuerunt, acutius tinnientes, &, vt Varro inquit, succentiuę, vt dextrę, quę grauiùs sonant, incentiuę. Turn. cap.34. 28. Dextra ea fortassis est, quam Cicero lib.1. ad Atticum *μιμῳδὸν* vocat. *Ego quidem noster*, ait, *iam planè quid cogitet nescio: quòd γὰ ἐ σύμφησι σὺνλίγωσις ἴτι, ἀλλ' ἀγρίαις φόβαις φορίσεις ἀστ.* Quibus apud Dionysium Longinum citatur ex Sophocle: *γυναῖκες γὰρ ἀνὴρ ἡ, τοιαῦτ' ἐμοὶ φυσῶν κατὰ τὴν σιφωνίαν μιμεῖτ' ἐμὸν ἀνάπαιστον, σφᾶλμα δ' ἀπὸ*. Leopardus ca.2.1. Seruius in li.9. Æneid. Serranæ tibiæ, quæ sunt pares, & æquales habent cauernas, siue foramina, *τὰ τρήματα*: Phrygiæ, quæ impares & inæqualibus foraminibus. Varro ni Phrygia dextra vnum habet foramen, sinistra duo: quorum vnus sonum acutum edit, alterum graue. Brod. cap.32.5. Præcentoras, vascas. Puellacorias, Gingrinas. Miluinas tibias memorat Alex. ab Alex, cap 2.4. Funebrium hîc non meminit, quas adhibebãt plebeiorũ exequijs, vt tubas iustis nobilium & locupletum. Statius,

Tibii, cui teneros solitum deducere manes. Ouid.
Tibiæ funeribus conuenit ista meis. Persius de diuite,
Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto, &c. Hinc Siticines Apuleio in Floridis monumentarij tibicines. Sic clarus est coruus suprà cap.43.10. Ath. pag.314. vers.18. ex Phileterro,

ὦ ξεῖ παλαὶ ἀρχὴ ἀποθανὼν ἀνακλαύσων,
τότ' οὐ γὰ ἐλθ' ἐμ μνημ' ἰδεῖν
Α' φροδισιάσων ἀρχιτὰ ἢ τὰς τρίτας
φυτικὰς ἐφοίνις μυκτὸς ἀπωπὰς
ἀκ τὴν νεῶν φέρουσιν τὸν μυρμιδόνων.

C Etsi latum, profundum, cœnosum solum sit. Theophr.

D Plutarch. in conuiuio septem sapientum miratur, almum animal & oliditissimum & alienissimum à musica, ossa tenuissima, atque maximè canora suppeditare. Vide locum.

E Hæc sunt viginti duo genera: quibus si addas Aegyptiũ, Gnidum, Anaiticũ, Italicũ, Belgicũ, Cretensiũ, Indicũ, suprà memorata, viginti nouem comperies, quos se reciasse ait cap 11. lib.24.

F Ad earum pedamenta & iuga. Vide Varro. cap.8. lib.1.

G Cap.6. & 48.

H Quia foditur, incenditur, & vmbram per tempus habet.

De salice, eius genera octo, & quæ præter salicem sint vtilia ligaturis, & de rubis. CAP. XXXVII.

2 circa amnes quæ. Cato. cap.9.
2 sepes. M.
3 riparum modo in cutelam. Dal.
4 Salici fatiuę plur. gen. Vet. In manusc. hic cap.37. initium.
5 Nam quædam & in procritatem. Ver.
6 præbent. Dal.

7 læues tractæ Dal.
8 meliorib. M. molioribus. Ve. & Ruel. & CH.
9 si è corio. Ver. alij.
10 Cæduæ salici fertilitas densior tonsura, & breui, ligno verius Dal.
11 densiórque. M.
12 cuneo.

13 betullæ. CH.

SAlicem verò [2] circà, qua nulla aquatiquarum vtilior, licet populi vitib. placeant, & Cæcuba educent: licet alni [2] sepibus muniant, contráque erumpentium amnium impetus, [3] riparum muro in tutela ruris excubent in aqua saræ, cæsęque densiùs innumero hærede prosint. 4 Salicis statim plura genera. 5 Namq; & in proceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas [6] pariúntque [a] baltheo corticis vincula: & [b] aliæ virgas sequacis ad vincturas lenticiæ. [c] Aliæ prætenues viminibus texendis spectabili subtilitate. Rursus aliæ firmiores corbibus, ac plurimæ agricolarum supellectili: candidiores ablato cortice, [7] leuiáque tractatu, [8] vilioribus vasis quàm [9] vt è corio fiant, atque etiam supinarum in delicias [d] cathedrarum aptissimæ. [10] Cędua salici fertilitas, [11] densior tonsura ex breui [12] pugno verius, quã ramo, non, vt remur, in nouissimis curanda arbore. Nullius quippe rutior est reditus minorísve impędij, aut tẽpestatum securior. Tertium locũ ei in ęstimatione ruris [e] Cato attribuit, priorẽque quã oliuetis, quamq; frumẽto, aut pratis: nec quia desint alia vincula. Siquidẽ & genistę, & populi, & vlmi, & [f] sanguinei frutices, & [13] betulę, & [50] harũdo fissa, & harundinũ folia, vt in Liguria, & vitis ipsa, recisiísq; aculeis rubi alligant,

gãt, & intorta corylus. Mirumque cõtuso ligno alicui maiores ad vincula esse vires. Salici [14] tamen præcipua dos. [15] Finditur & Græca rubens, cãdidiórque Amerina, sed paulò fragilior, [16] ideo solido ligat nexu. [17] In Asia tria genera obseruãt. [h] Nigram, viliorem viminibus: candidam agricolarum vsibus: tertiam, quæ breuissima est, i helicem vocant. [k] Apud nos quoq; multi totidẽ [18] generibus nomina imponunt: [19] viminea vocant, eãdem [l] purpuream. Alterã [20] nitelinã à colore, quę sit tenuior. Tertiam Gallicam, quæ tenuissima. Nec in fruticũ, nec in veprium cauliúm ve, neq; in herbarum, aut alio vllo, quàm suo genere, numerentur iure [m] scirpi fragiles palustréq; ad tegulũ tegetesq;: è quib. detracto cortice, candelę luminib. [n] & funerib. seruiũt. Firmior quibusdam in locis eorũ rigor. Namque iis velificant nõ in Pado tantùm nautici, verùm & in mari piscator. Africus, præpostero more vela [21] intra malos suspendens. Et [o] mapalia sua Mauri tegunt: proximeq; [22] æstimanti hoc videantur esse, quo inferiore Nili parte papyri sunt vsu. Sed [23] fruticosi generis sunt inter aquaticas & rubi, atq; sambuci fungosi generis, aliter tamen, quàm ferulę. Quippe plus [24] ligni vtique sambuco. Ex qua magis canoram buccinam tubamq; credit pastor ibi cæsa, vbi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt, & alio genere [p] similitudinem rosæ, qui vocatur cynosbatos. Tertium genus Idæũ vocant Græci à loco. Tenuius est quàm cætera, minoribúsque spinis, & minus adũcis. Flos eius contra lippitudines illinitur ex melle [25] & igni sacro. Cõtra stomachi quoque vitia bibitur ex aqua. Sambuci acinos habent nigros atque paruos, humoris lẽti, inficiendo maximè capillo: [26] qui & ipsi aqua [q] decocti manduntur.

14 autem Vet.
15 Find. Gr. rub. Amerina, vt & cãdida, haud paulo flexilior id. fo. ligãs.
16 ideóque Ver.
17 In Arcadia. Theophrast.
18 generibus, in Vet. d.
19 vimalem voc. eãdémque. CH.
20 vitellinam. Ruel.

21 inter. Vet.

22 æstimati hoc vid. esse quo interiore. M.
quod in interiore mundi parte pari sunt papyri vsui. Vet.
quod in interiore parte mundi papyrũ vsui. CH.
23 fructosi M. fruto ẽ osi CH.
24 ligni ac sueci vtique. Vet. ligni est vtique. CH.

25 & igne sacrũ. M.

26 quin &. Vet.

ANNOTATIONES.

a Cinctu, cingulo, philyra siue tilia corticis exterioris, qui pedamentis aufertur.
b Amerinæ, ruffæ, Vitellinæ.
c Nigræ, purpureæ.
d In quibus ignauæ sedent totos dies mulierculæ, & cum ijs molles ac effœminati viri: vnde cathedralitij Martiali,

Cum cathedralitios portet marcheda ministros
Et Libys in longo pulnere sudet equus. Ac rursus,
Inter fœmineas quitota luce cathedras,
Desidet. Rhodig. cap.8.15.

e Cap.1.
f De ijs vide suprà cap.10. & 18. lib.19. & infrà cap.10. lib.24.
g Amerina sub. Hæc enim de Amerina, quæ solà finditur, sunt intelligenda. Amerinarum quædam rubet, quam Græcam vocant. Plinius etiam nigram cap.9 lib.24. quædam candida est. Antiquam Lugdunenses hodie vocant *Amarines*, & *Ambres*, Parisienses *osier*.
h Theophr. cap.13. lib.3. histor.
i Vel Helicem à similitudine Hederæ sic dictæ, quæ ad iustum Hederæ modum non excrescit, vel *ἀπὸ τοῦ ἑλίσσω*, vt apud Theophr. legitur, *ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι*, quòd maximè flexilis sit ac plicatilis.
k Columellæ, cap.30. lib.4. viminea Salicis tria genera: Græca, flaui coloris: Gallica, obsoleti, purpurei & tenuissimi viminis: Sabina, quam plurimi Amerinam vocant, gracili & rutila virga.
l Cortice è nigro purpurascente.
m Plautus *O scirpe scirpe, laudo fortunas tuas. Qui semper seruas gloriam ayitudinis.*
n Quod adnotauit interpres Theocriti, iuxta mortui cadauer, quamdiu suprà terram esset, ignem accensum conseruabant, qua in re candelis his vtebantur.
o Vide Sallust. in Iugurtha.
p Hoc est quod Theoph. ait ca.18. lib.3. histor. Cynosbaton fructum subrubrum habere, *παραπλήσιον τῷ τῆς βάτου*, non, vt legitur, *τοῦ ῥοδίου*.
q Olerum more. Dioscor. qui de de Sambuci & Ebuli foliis id tradit.

De succis arborum, & natura materiarum, & de cædendis arboribus. CAP. XXVIII.

1 lactens. CH.
2 cumminosus. CH.
3 saliuosus: lætus. Ver.
4 pinguis Malis, vitibus. M. & Theoph.
5 toto. M. Aeque in toto. Ver.
6 sycomoro. Dioscor. primo vere. Ruell.
7 vere. M.
8 incisus. M. incusso. Ver.
9 fractus cortex siccus. Ex Dioscor.

10 habent. CH.
11 cornus: olea nec. Dal.
12 ird. Dal.
13 harundines. Maiore ex parte in quarundam. M.

HVmor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Ficis [1] lacteus: huic ad [b] caseos figurãdos coaguli vis. Cerasis [2] gummosus, vlmis [3] saliuosus, lentus ac [4] pinguis malis, vitibus ac pyris aquosus. Viuaciora, quibus lentior. Atque [5] in totum corpore arborum, vt [c] reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nerui, venæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex. Mirũ, hic in [6] moro medicis succum quærentibus, [7d] ferè hora diei secunda, lapide [8] incussus manat: altius [9] fractus siccus videtur. Proximi plerisque adipes. ii vocantur à colore alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facilè putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est, materię optimũ. Alternant fructus, quibus siccius lignum, vt olea, magis quàm quibus carnosum, vt cerasus. Nec omnibus adipes carnésve largæ, sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum [10] habet buxus, [11] cornus, olea: nec medullã, minimámque etiã sanguinis: sicut ossa non habent sorba, carnem sambuci, [12] & plurimam ambæ medullam: nec harundines maiore ex parte. In [e] quarũdam arborum carnibus pulpę venæque sunt.

Discrimen

Discrimen earum facile. Venæ latiores candidioréſque pulpę fiſsilibus inſunt. Ideo fit, vt aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel graphij ſentiatur, penetrante rectis meatibus ſono. Vnde deprehenditur, an torta ſit materies, nodíſque conciſa. Quibuſdam ſunt [f] tubera, ſicut ſunt in carne glădia. In ijs nec vena, nec pulpa, quodam callo carnis in ſe [g] cõuoluto. Hoc pretioſiſſimũ in cedro & acere. Cætera menſarum genera fiſsis arboribus circinantur in pulpam: alioqui fragilis eſſet vena in orbem arboris cæſa. Fagis pectines tranſuerſi in pulpa. Apud antiquos inde & vaſis honos. Manius [h] Curi[9] iurauit ſe ex prædà nihil attigiſſe, præter guttum faginum, quo ſacrificaret. Lignum in longitudinẽ fluctuatur, [i] vt quæ pars fuit ab radice, validius ſidit. Quibuſdã pulpa ſine venis, mero ſtamine & tenui cõſtat. Hæc maximè fiſsilia. [k] Alia frangi celeriora, quã findi, quibus pulpa non eſt, vt oleæ, vites. At è contrario, totum è carne corpus fico. Tota oſſea eſt ilex, cornus, robur, cytiſus, morus, ebenus, lotos, & quæ ſine medulla eſſe diximus. Cæteris nigricans color. Fulua cornus, in venabulis nitet inciſuris nodata [l] propter decorem. Cedrus, & larix, & iuniperus rubent.

14 grauiõ. Ver.
15 cicro. M. & CH.
16 arbore. Dal.
17 Marcus. Alij.
18 fluctuat. M. ita fluctuat. Ver. fluctuat.
19 ſidat. M.
20 Hæcque. Dal.
21 notatã. Vet.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 19. lib. 1. hiſtor. & cap. 1. lib. 9. eiuſd.
b Varro capitul. 11. 2. de re ruſtica. Caſeum enim veteres ἐπίλωτα, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ & πεπλῶσθαι ἀπὸ τῆς πρέσεως, vt exponit Heſychius, πίλους τὰ ὑπὸ τῆς πρέσεως συγκρίματα. Apud Euripidem Polyphemus ſuas diuitias oſtentans, inquit, πυροὶ τυρῶν ἐπίλατ' ὄγκοι, πηγαὶ βοὸς γάλακ. Victor. ca. 7. 32. & Annot. in Varronis citatum locum.
c Theophr. cap. 3. & 4. lib. hiſtor.
d πικρὸν δένδρον πρὶν καρποφορῆσαι ἐκτίσθαι. Dioſcorides ſcribit, nempe lacteum ſuccum ex arbore tenella colligi, priuſquàm fructum ferat. πικρὸν ad maturitatem ſiue horam diei ſecundam retuliſſe videtur Plinius. Ruellius primo vêre arbore tenera, ſuccum eximi vertit in hiſtoria Sycomori apud Dioſcor. tãquam ἁπαλὸν pro πικρὸν legiſſet.
e Theoph. cap. lib. 1. hiſtor.
f Prominentes foras humores, ac veluti quidam gibbi.
g σωρίασις vocat Theophr. cap. 3. li. 5. hiſtor. quo in loco ſpiram nec nodum, ὄγκον, eſſe, nec criſpam materiã, ἀνάπλασιν, ait, quemadmodum in Acere & Citro, Plinius interpretatur.
h Ad focum ſedẽti illi &, quod Athenæus ex Megacle tradit, rapum coquenti, cùm Samnites magnum auri pondus attuliſſent, repudiati ſunt. Non enim aurum habere prælarum ſibi videri dixit, ſed eis, qui haberent aurum, imperare. Cicero in Cat. Maiore. Victor. cap. 5. 10. Valer. Max. cap. 2. 4.
i Theophr. cap. 6. lib. 5. hiſtor. obſeruari hoc tradit in lignis quę mari inuecta erant.
k Idem cap. 8. lib. 1. hiſtor.
l Et vt firmius manu tenearur, cùm feræ, præſertim ſęuæ, vtpri, transfigendæ ſunt.

De larice, & abiete, & ſapino, & cæteris huiuſmodi arboribus cedendis.
CAP. XXXIX.

1 Pinus fœminã &c. Theo.
2 Inuentu pict.
3 rimis. Hoc lignum proxi. M.
4 abiete quod leuſ. Dal.
5 vocant. Cedri. M. vocant. Cedrus. CH.
6 oſſa. Deraſo modo limo & ſambu. M.

LArix fœminam habet, quam Græci vocant ægida, [a] mellei coloris. [2] Inuentũ eſt pictorum tabellis immortale nulliſq; fiſsile [3] rimis hoc lignum. [b] Proximũ medullæ eſt. In [4] abiete [c] leuſon Græci [5] vocauere. Cedrus quoque duriſsima, quæ medullę proxima, vt in corpore [6] oſſa, deraſo modò limo. Et ſambuci interiora mirè firma traduntur. Nãque qui venabula [d] ex ea faciunt, præferunt omnibus. Cõſtat enim ex cute & oſsibus. Cædi tempeſtiuum quæ decorticẽtur, vt teretes, [e] ad templa cæteraq́ue vſus rotundi, cùm germinãt, aliàs cortice inextricabili, & carie ſubnaſcente ei, materiaq́ue nigreſcente. [f] Tigna, & quibus aufert ſecuris corticẽ, à bruma ad Fauonium: aut ſi præuenire cogamur, Arcturi occaſu, & ante eum Fidiculæ. Nouiſsima ratione ſolſtitio. Dies ſiderum horum [7] reddentur ſuo loco. Vulgò ſatis putant obſeruare, [8] ne quæ dedolandæ arbores ſternantur ante editos ſuos fructus. [g] Robur vêre cæſum, teredinem ſentit: bruma autem neque [9] viatur, neque pãdatur, aliàs obnoxium etiam vt torqueat ſeſe findatq́ue: quod in ſubere tempeſtiuè quoque cæſo euenit. Infinitum refert & lunaris ratio: nec niſi à viceſima in tricеſimam cędi volunt. Inter omnes verò cõuenit, vtiliſsimè in coitu eius ſterni, quẽ diem alij [10] interlunium, alij ſilentis lunę appellant. Sic certè Tib. Cęſar, concremato ponte naumachiario, larices ad reſtituendum cędi [11] ex Rhętia pręfiniuit. Quidam dicunt, vt in coitu & ſub terra ſit luna: quod fieri [h] non poteſt, niſi noctu. At ſi competant coitus in nouiſsimum diem brumę, illa [12] ſit ęterna materies: [13] proximè, cùm ſuprà dictis ſideribus. Quidam & canis ortum addunt, & ſic cęſas materies in forum [14] Auguſtum. Nec nouellę autem ad materiem, nec veteres vtiliſsimę. [i] Circunciſas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, vt omnis humor ſtantibus defluat. Mirum, apud antiquos primo Punico bello claſſem Duelli Imperatoris ab arbore exciſa lx. die nauigaſſe. Contra verò Hieronem regem ccxx. naues effectas diebus xlv. tradit L. Piſo. Secundo quoque Punico

7 reddetur. CH.
8 ne qua dedolanda ſtern. M. & CH.
9 viatur. M. & CH.
10 interlunij. CH.
11 in. CH.
12 fit. Dal.
13 proxima. Vet.
14 Auguſti. Vet. anguſtum. CH.

Punico bello, Scipionis claſſis xl. die à ſecuri nauigauit. Tantum tempeſtiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Cato hominum ſummus in omni vſu, de materiis hæc adiicit: Prælum è [15] ſapino atra potiſſimum facito. Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiem omnem cùm effodies, luna decreſcente eximito poſt meridiem, ſine vento Auſtro. [k] Tunc erit tempeſtiua, cùm ſemen ſuum maturum erit. [16] Caueto, ne per rorem trahas, aut doles. Idémque mox: Niſi intermeſtri [17] luna atque dimidiata, ne tangas materiem. Tunc ne effodias, aut præcidas abs terra. Diebus [18] quatuor proximis, quibus luna plena fuerit, optimè eximitur. Omnino [19] caueto nigram [20] materiam doles, néve cædas, néve tangas, niſi ſiccam, néve gelidam, néve rorulentam. Tiberius [21] idem & in capillo tondendo ſeruauit interlunia. [l] M. Varro aduerſus defluuia præcepit obſeruandum [22] id à pleniluniis. [23] Larici & magis abieti [m] ſucciſis, humor diu defluit. Hæ omnium arborum altiſſimæ ac rectiſſimæ. [n] Nauium malis antenniſque propter leuitatem præfertur abies. Communia his pinóque, vt [o] quadripartitos venarum curſus bifidóſque habeant, vel omninò ſimplices. [p] Ad fabrorum [q] inteſtina opera medulla ſectilis. [r] Optima quadripartitis [24] materies, & mollior, quàm cæteræ. Intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt: hæc, qua diximus, ratione fluuiata decorticatur, atque ita [s] ſapinus vocatur: [t] ſuperior pars nodoſa, duriórque, fuſterna. Et in ipſis autem arboribus robuſtiores [u] Aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opaciſque: ſpiſſiores ex apricis ac [25] diuturnæ. Ideo Romæ [x] infernas abies ſupernati præfertur. Eſt per gentium quoque regiones in iis differentia. Alpibus Apenninóque laudatiſſimæ: in Gallia Iura ac monte [26] [y] Vogeſo: in Corſica, Bithynia, Ponto, Macedonia. [27] Deteriores Æneatica & [z] Arcadica. [28] Peſſimæ Parnaſsia, & Euboica, quoniam ramoſæ ibi & contortæ, putreſcentéſque facilè. At Cedrus in Creta, Africa, Syria laudatiſsima. Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, neq; cariem ſentit. Iunipero eadem virtus, quæ cedro. Vaſta hæc in Hiſpania, maximéque baccæ eius. [29] Medulla eius vbicunque ſolidior etiam, [30] quàm cedrus. Publicum omnium vitium vocant ſpiras, [aa] vbi conuoluêre ſe venæ atque nodi. Inueniuntur in quibuſdam, ſicut in marmore, centra: id eſt duritia [bb] clauo ſimilis, inimica ferris. [cc] Et quædam fortè [31] accidunt, lapide comprehenſo aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo. Megaris diu ſtetit oleaſter in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultauerat. Fuitq; arbor illa fatalis excidio vrbis, prænonitæ oraculo, cùm arbor arma peperiſſet: quod ſuciſæ accidit, ocreis galeiſque intus repertis. Ferunt lapides ita inuentos, ad continendos partus eſſe remedio.

15 carpino. Alij.
16 Caueto que per. Alij. & CH.
17 luna ſiue. M. & CH.
18 ſeptem. Ver. & Cato.
19 caueto nigra. Dal. ſub. luna.
20 materiẽ, in M. d.
21 itidem. M.
22 idem à.
23 Pino. Theophr.
24 materiis. M.
25 diurnæ Idæorum. Hæc inferna abies ſupernati præfertur. Et gẽtium quoque in iis differ. M.
26 Voſego. CH.
27 Deterior. CH.
28 Peſſima. CH.
29 Medullæ vis. M.
30 quàm cedris. CH.
31 accidũt. in lapide. M. Lego, vt lapide. Th. cap. 3. lib. 5. hiſt. accedunt in cap. CH.

ANNOTATIONES.

a Elegantis. Theophr. ὑλήεσσαν. Plinius legiſſe videtur μυλήεσσαν.
b Imò verò medulla. ἐγκάρδιον.
bb Plurimam tamen habere medullam Sambucum ſuprà ſcripſit cap. 25. huius libri. Idem tradit & Theophr. cap. 9. lib. 1. hiſt. & cap. 13. libr. 3. ita tamen vt quoſdam exiſtimaſſe medulla carere dicat. Lego, traduntur. E coruo qui venabula &c. Theophr. maris Corni materiam corde carere (ἀνάρθιον ἄντε) totam ſolidam eſſe, denſitate ac firmitate cornibus ſimilem: id quod Plinius parùm feliciter vertit, conſtare ex cute & oſſibus.
c λάσιον Theophr. cap. 10. lib. 3. Lignatores montis Iuræ adhuc vocant *Louchon*.
d De Corno id ſcribit Theophr. cap. 12. lib. 3. hiſt.
e Idem cap. 1. lib. 5. hiſtor.
f Sic Theophr. τὰ τετράγωνα, cùm turgere, πλατῦναι, deſerunt. Securis enim, τὸ ἐνεπλὲς, vel, vt alij, ἐνεῶδες, deformitatem, aut putorem (corticem Plinius) aufert. Reliquæ nunc poſt meſſem, (Solſtitio Plinius) nunc poſt vindemiam & Arcturum, vt Aria, Plinius &c. Plinius τὴν ἀγανακτοῦσαν, ligna reddidit, & Arcturum, nempe Arcturi ortum, qui ſit pridie Idus Septembreis, eius occaſum intellexit, qui ſit pridie idus Martij: ante quod tempus Fidicula occidit, nempe pridie nonas Februarij: & Fauonius ſpirat, nempe circiter ſextum idus Februarij.
g Quercum profectò cæſa tempeſtiuè, nec putret, nec vermibus eruditur, & cornu inſtar dura ſpiſſaque manet, tota enim cordi ſimilis eſt: at Haliphloeos etiam tum vilis & inutilis. Theophr. Negligentiſſimè Plinius hæc vertit, Suberq́ue pro Haliphloeo ſcripſit.
h Nam Solis ſydus, cum quo Luna coit, non niſi noctu ſub terrà eſt.
i Vitruuius cap. 9. lib. 2. Palladius cap. 15. Nouembris.
k Cato cap. 17. & 31. & 37.
l Cap. 37. lib. 1. de re ruſt.
m Theophr. cap. 2. lib. 5. hiſt.
n Theophr. cap. 8. lib. 3. hiſtor. Abietis caudicem comparat cum nauis arbore.
o πίτυας, πλατύτητας, τὰ διαφύσεις τετραχοῦσας. Vitruuius quadrifluuio diſparatos vocat.
p De medulla Ebeni, Cityſi, Terebinthi, & cuiuſdam arboris colore Ebeno ſimilis, Roboris hoc Theophr. cap. 4. libr. 5. hiſt.
q Lautiora, minutiora, pretioſa, πανδαισμένα. Theophr.
r Quadripartitas ad opera valde probant, eadem gignere ſolitas, quoniam materiam ſpiſſiſsimam habent. Bifidarum mollis materia. ſed in opere peſſima, quia maximè pernertitur. Simplicium rara quidem eſt materia, ſed à pernerſione tutiſsima. Theophr.
s Vide ſuprà cap. 10. lib. 15. & cap. 12. huius libri.
t Vitruuius cap. 9. lib. 2.
u Theophr. cap. 14. lib. 1. hiſt. & cap. 2. lib. 5.
x Infernãs abies, cæſa in Apennini parte mari Thuſco proxima: ſupernãs, cæſa in ea parte, quæ Adriatico vicina eſt.
y Vulgò *Vauge*.
z De Arcadica cogitandum. Theophr.
aa Vbi conuolutio quædam ſit in plures orbes: quam nec nodum, nec criſpitudinem iure dixeris, fabris longè moleſtior, tractatuq́; difficilior, quàm nodi. Theoph. cap. 39. lib. 6. hiſt.

bb Alius est Oleæ clauus, de quo infrà cap. 24. lib. 17.
cc *Nodos arborum, cùm nutrius est cælum, alimentumq; melius ac vtilius, augescente carne & cute obduci, quamuis sensui manifestissimum sit, tamen & ex alijs similibus cognoscimus. Namsæpe arboris pars quædam ab altera coalescente prehenditur: ac si quis saccum, vel aliquid aliud eiusmodi incutiat, accrescente quod in ambitu est, id occultatur, sicut in oleastro contigit, Megarii in foro sato &c.* Theoph. Hunc locum Plinius incuriosè vertit.

De materijs, de magnitudine arborum, & quæ cariem & ruinam non sentiunt, & de perpetuitate materiarum. CAP. XL.

AMpliſſima arborum ad hoc æui exiſtimatur Romæ viſa, quam propter miraculum Tiberius Cæſar in eodem ponte naumachiario expoſuerat aduectam cum reliqua materie: durauítque ad Neronis principis amphitheatrum. Fuit autẽ [1] trabs è larice longa pedes cxx. bipedali craſſitudine [2] æqualis. Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo faſtigium ad cacumen æſtimantibus. Fuit memoria noſtra & in [a] porticibus ſeptorum à M. Agrippa relicta, æquè miraculi cauſa, quæ [3] diribitorio ſuperfuerat xx. pedibus breuior, ſeſquipedali craſſitudine. Abies admirationis præcipuæ viſa eſt in naui, quæ ex Ægypto Caij principis iuſſu, obeliſcũ in Vaticano circo ſtatutum, quatuórque truncos lapidis eiuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit: qua naue nil admirabilius viſum in mari certum eſt. [4] cxx. M. modiũm lentis pro ſaburra ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte Oſtienſis portus latere læuo. Ibi nanque demerſa eſt à Claudio principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea exædificatis [5] obiter Puteolano puluere, aduectíſque. Arboris eius craſſitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat. Vulgóque auditur [6] octoginta nummorum & pluris malos venundari ad eos vſus, rates verò connecti quadraginta ſeſtertiis pleraſque. At in Ægypto [7] & [b] Syria reges inopia abietis cedro ad claſſes feruntur vſi. Maxima ea in Cypro traditur ad vndeciremem Demetrij ſuccíſa [c] cẽtum triginta [8] pedum, craſſitudinis verò ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones ſingulis arboribus cauatis nauigant, quarum quædam & triginta homines ferunt. [d] Spiſſiſſima ex omni materie, ideo & grauiſſima, iudicatur ebenus, [9] & buxus, [e] graciles natura: neutra in aquis fluitat, nec ſuber, ſi [f] dematur cortex, nec larix. Ex reliquis ſiccíſſima lotos, quæ Romę [10] ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic [g] nigricans color, magíſque etiam cytiſo, quæ proximè accedere [11] ebenum videtur. Quanquam non deſint, qui Syriacas terebinthos nigriores affirment. Celebratur & Thericles nomine, calices ex terebintho ſolitus facere [h] torno, per quem probatur [12] materies. Omnium hæc ſola [i] vngi vult, meliórque oleo fit. Colos mirè adulteratur iuglande ac pyro ſylueſtri tinctis, atque in medicamine decoctis. Omnibus, quæ diximus, ſpiſſa firmitas. Ab his proxima eſt cornus: quanquàm non poteſt videri materies propter exilitatem, ſed lignum non aliò penè, quàm ad radios rotarum, vtile: aut ſi quid cuneandum ſit in ligno, clauíſve figendum ceu ferreis. Ilex item & oleaſter, & olea, atque caſtanea, carpinus, populus. Hæc & criſpa aceris [13] modo, ſi vlla, materies idonea [14] eſſet ramis ſæpe deputatis: caſtratio [15] illa eſt, adimítque vires. De cætero pleriſque [16] eorum, ſed vtique robori tanta duritia eſt, vt terebrari niſi madefactum non queat, & ne ſic quidem adactus auelli clauus. E diuerſo clauum non tenet cedrus. Molliſſima tilia, eadem videtur & calidiſſima: argumentum afferunt, quod citiſſimè aſcias retundat. [17] Calidæ [k] & morus, laurus, edera, & omnes è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc vſus in caſtris, paſtorúmque reperit, quoniam ad [18] excudendũ ignẽ non ſemper lapidis occaſio eſt. [l] Teritur ergo lignum ligno, ignémque concipit attritu, excipiente materia [m] aridi fomitis, fungi, vel foliorum [19] facillimè [20] conceptũ. Sed nihil edera præſtantius quæ [21] teratur, lauro quæ terat. Probatur & [n] vitis ſylueſtris, alia quàm labruſca, & ipſa ederæ modo arborem ſcandens. Frigidiſſima quæcunque aquatica: lentiſſima autem, & ideo ſcutis faciendis aptiſſima, quorum plaga contrahit ſe protinus, cludítque ſuum vulnus, & ob id contumacius [22] tranſmittit ferrum: in quo ſunt genere [o] fici, [23] ſalix, tilia, betulla, ſambucus, populus vtraque. Leuiſſima ex his ficus & ſalix, ideóque vtiliſſimæ. Omnes autem [24] etiam ad ciſtas, quæ & flexili crate conſtant. Habent & candorem rigorémque, & in ſculpturis facilitatem. Eſt lentia pla

1 trabes.M.
2 æquali.Vet.
3 delibitorio.M.
4 cxxx.CH.
5 ob idque Puteolano puluere aducto. Vide cap.13.lib.15.
6 octingentis nũmis. Dal octog. nũmũ. CH. multos ad eos venundari vſus.M.
7 ac.M.
8 pedum longitudinis.M.
9 & buxus gracilis nat. Dal.
10 Celtis.
11 ad ebenum Dal.
12 materies omnium. Hæc ſola.M.
13 modo vtilis, ſi vlla. Vet.
14 Alij, eſſet: ſed ram. ſæpe deputatis caſtratur illa, adimuntur. que vires: vel, ſed ram. ſæ. deputatis caſtr. illa adimit vires.
15 nempe illa. Vet.
16 horum.CH.
17 Cal. morus.M.
18 excutiendum. M. extundendum Alij. excludendum.CH.
19 facillimo concepiu.M.
20 concipientium. Vet.
21 teratur lauro, laurumque terat. M. Th. cap.10.lib.5.hiſt.
22 tranſmittunt.M.
23 vt ſalix.M.
24 etiam, in M.d.

tia platano, ſed madida, ſicut alno. Siccior eadem vlmo, fraxino, moro, ceraſo, ſed ponderoſior. [p] Rigorem fortiſſimè ſeruat vlmus, ob id cardinibus [25] aſſamentíſque portarum vtiliſſima, quoniam minimè torquetur: permutanda tantùm ſic, vt cacumen ab inferiore ſit cardine, radix ſuperior. [26] palmæ eſt mollis, & ſuberis: ſpiſſæ & malus, pyrúſque, necnon acer: ſed [27] fragiles, & quæcũque criſpa. [q] In omnibus ſylueſtria & malcula differentias cuiuſque generis augent. Et [r] infœcunda firmiora fertilibus, niſi quo in genere mares ferunt, ſicut cupreſſus & cornus. Cariem vetuſtatémque non ſentiunt cupreſſus, cedrus, ebenus, lotos, [28] buxum, [s] taxus, iuniperus, oleaſter, & olea. Ex ex reliquis tardiſſimè [29] larix, robur, ſuber, caſtanea, iuglans. Rimam fiſſurámque [30] non capit ſponte eedrus, cupreſſus, olea. Buxum maximè æternam putant, ebenum & cupreſſum, cedrúmque, claro [31] de omnibus materiis iudicio in templo Epheſiæ Dianæ, vtpote cum tota Aſia extruente [32] quadringentis annis peractum ſit. Conuenit tectum eius eſſe [33] è cedrinis trabibus. De ipſo ſimulacro Deæ ambigitur. Cæteri ex ebeno eſſe tradunt. Mutianus ter Conſul, ex his qui proximè viſo eo ſcripſere, vitiginem & nunquam mutatum, ſepties reſtituto templo. Hanc materiam elegiſſe eandem, [34] Canetiam nomen artificis nuncupans: quod equidem miror, cùm antiquiorem Minerua quoque non modò Libero patre [35] vetuſtatem ei tribuat. Adiicit multis foraminibus nardo rigari, vt medicatus humor alat, teneátque iũcturas, quas & ipſas eſſe modico admodum miror. [t] Valuas eſſe è cupreſſo, & iam quadringentis propè annis durare [36] materiam omnem nouæ ſimilem. [u] Id quoque notandum, valuas in glutinis compage quadriennio fuiſſe. Cupreſſus [38] in eas electa, quoniam præter cætera vno in genere materiæ nitor maximè valeat æternus. Nónne ſimulacrum [39] Veiouis in arce è cupreſſo durat, à condita Vrbe [40] quingenteſimo quinquageſimoprimo anno dicatum? Memorabile & Vticæ templum Apollinis, vbi Numidicarum cedrorum trabes durant, ita vt poſitæ fuere prima vrbis eius origine, annis mille centum [41] octogintaocto. Et in Hiſpania Sagunti aiunt templum Dianæ à Zacyntho aduectæ cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Troiæ, vt autor eſt Bocchus, [42] infráque oppidum ipſum id haberi. Cui pepercit religione inductus Annibal: iuniperi trabibus etiam nunc durantibus. Super omnia memoratur ædes in Aulide eiuſdem Deæ, ſeculis aliquot ante Troianum bellum exædificata: quonam genere materiæ ſcientia obliterata. [x] In plenum [43] dici poteſt, vtique quæ odore præcellant, ea æternitate præſtare. [y] A prædictis morus proximè laudatur, quæ vetuſtate etiam nigreſcit. Et quædam tamen in aliis diuturniora ſunt vſibus, quàm alia. Vlmus in perflatu firma, [44] robur defoſſum, & in aquis quercus obruta. Eadem ſupra terram rimoſa facit opera torquédo ſeſe. Larix in humore præcipua, & [45] alnus nigra. Robur marina aqua corrumpitur. Non improbatur & fagus in aqua, & iuglans, hæ quidem in his, quæ defodiuntur, vel principales. Item iuniperus: eadem & ſub dialibus aptiſſima. Fagus & cerrus celeriter marceſcunt. Eſculus quoque humoris [46] impatiens. Contrà adacta in terram in paluſtribus alnus æterna, oneríſque quantilibet patiens: ceraſus firma: vlmus & fraxinus lentæ, ſed facilè pandantur, flexiles tamen, ſtantéſque à [z] circunciſura ſiccatæ fideliores. Laricem in maritimis nauibus obnoxiam teredini tradunt: omniáque præterquam oleaſtrum & oleam. Quædam enim in mari, quædam in terra vitiis opportuniora.

25 craſſamentíſque. M. & CH.
26 Palma eſt mollis & ſuber. Vet. mitis. CH.
27 fragile.M.
28 buxus.M.
29 Pinus. Theophr.
30 non, in CH.d.
31 de omnibus indicio.M.
32 ducentis viginti. Infrà cap 14. lib. 36.
33 è, in M.d.
34 Conetiam. M. & CH.
35 vetuſtatem attribuat. M. tribuit. Vet. cùm antiquior &c. vetuſtas Mentori tribuat.
36 materiem.CH.
37 Idque.M.
38 inter eas.M.
39 Iouis.M.Ver.
40 ſexcenteſimo ſexageſimo.Vet.
41 Ixxviij.CH.
42 infra ipſum oppidum id habente.CH.
43 dici par eſt &c. eas æterni.CH.
44 quercus defoſſa, & aquis obruta. Theophrast.
45 populus.Vet.
46 impatiens: contrà adacta in terra. In paluſtr.M.

ANNOTATIONES.

a Septa, quondam Ouilia, in campo Martio loca frequentia, cincta primùm tabularis, deinde marmore, ſumptu magnifico, excellentique cultu, excelſis porticibus, ingentibúſque & amplis ambulationibus ornata, in quibus pretioſæ merces venundabantur. Eo populus ad comitia conueniebat, vt honores daret, & de Repub. decerneret. Alex. ab Alex. cap. 18. 2.
b Theophr. cap. 9. lib. 5. hiſt.
c τρὶς τὴν δίκροτον, tredecim orgyarum. Theophr. Ita decem pedes quæuis orgya metitur.
d Theophr. cap. 4. lib. 5. hiſtor.
e Buxus quidem tota, Ebenus medulla. Theophr.
f Nihil Theophr. Vide Vitruuium cap. 9. lib. 2.
g Roboris exalburnati nigram medullam Theophr. μελάνδρειαν vocat cap. 9. lib. 1. hiſt. & cap. 4. lib. 5.
h Quos à figlinis diſcernere facile non erat. Theop. Corinthius is Thericles fuit. Quidam θηρίκλεια dicta volunt, quòd in iis feræ inſculperentur: Rhodig. cap. 27. lib. 27. Figulum Corinthium Thriclem fuiſſe, non autem vſum torno, ſcribit Athenæus lib. 11. Idem tamen ex Apollodoro Geloo citat θυρίκλεια τορευτὰ.
i Syriacæ terebinthi medulla. Theophr.
k Meneſtor calidis Morum addidit, inquit Theophr.
l Mercurio id inuentum tribuit hymnus ad eum ſcriptus,

ξυὸ δ' ἰφθιμα ξύλα πολλὰ, πυρὸς δ' ἐπιμαίεται ἴχνια.
δάφνας ἀγλαὸν ὄζον ἐλὼν ἀπὸ πίδακος ὀξυτόμῳ,
ἔτμαγεν ἐν πασάμῃ· αὐτὰρ δ' ἔμπυον ἔθρεψε δύναμιν.

ἐμοῦ τὸν πρόσθεν πυρὸς ἅψασθαι, πῦρ τ' ἀνιδεῖν.
Sic apud Festum, ignis Vestæ si quando interstinctus esset, virgines à Pontifice verberibus affectæ clabulam (nimirum, clauolam, siue exiguam clauam, mateolam,) felicis materiæ tamdiu terebrabant, quousque ignis conciperetur, quem æneo cribro virgo in ædem ferret. Sic arboribus syluarum, vetorum vi inter se collisis, ignis exprimitur, ac, vt ait Lucretius lib. 5.

Exprimitur validis extritus viribus ignis,
Et micat interdum flammai feruidus ardor
Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.

Vt verò Cornel. Seuerus in Ætna:

Haud aliter, quàm cùm prono incubuere sub Austro,
Aut Aquilone premunt syluæ: dant brachia nodo
Implicitæ, ac serpunt innectis incendia ramis. Scaliger.

m Eam olim Lucubrum vocauerunt. Paratur ferè ex sulphuratis, fungis arborum insolatis & arefactis, acia, siue acu, nimirum carpto carminatóque lino, vel stupa, vt in Moreto,

Et producit acu stupas humore carentes:

nimirum ἰὸς τὸ βυπῶδες τῷ ὑφασμα πυρὸς. Hanc λυχναφείαν Glossarion vetus appellat, Canapturam. Scalig.

n Athragenam significat memoratam Theophr. cap. 10. lib. 5. hist.
o Salix, vitis: sed leuior Salix, quia laxior, ideò magis ea vtuntur. Platanus lenta est, sed natura humidior, vt & Vlmus. Morus, spissa, & lenta est. Theophr. Plinius hæc ofcitanter.
p ἀσφαδιγτέτυπται, minimè peruertitur. Theoph. cap. 23. lib. 3. & cap. 8. lib. 5. histor.
q Idem ibid. cap. 13. lib. 1.
r Idem ibid. cap. 5. lib. 5.
s Nec Taxum, nec Iuniperum his adnumerat Theophr. loco proximè citato.
t Theophrast. ibidem. Vide quæ adnotata sunt in cap. 33. huius libri.
u Valuas vlmeas non statim perficiunt, sed compactas relinquunt. Nonnulli, vt lautius opus fit, anno post tertio statuũt. Nam æstatis feruore siccatæ dehiscunt, hyeme verò coëunt, quia rara carnosáque materies aerem humidum trahit. Theophr. cap. 4. lib. 5. hist.
x ὅλος, πάντλος, in totum, ex toto. Celsus.
y Theophr. cap. 5. lib. 5. hist.
z Vide proximum præcedens cap. 59.

De teredinibus. CAP. XLI.

1 magno. Theophr. cap 5. 5. hist. leg gran disimo.

INfestantium quatuor genera. Teredines capite ad portionẽ[1] grauissimo, rodunt dentibus. Hæ tantùm in mari sentiuntur: nec aliam putant teredinem propriè dici. Terrestres tineas vocant: culicibus verò similes, thripas. Quartum[2] est & è vermiculorum genere,[3a] quorum quidem alij putrescente succo ipsa materie: alij pariuntur, sicut in[4] arboribus, ex eo qui ceraste vocatur. Cùm tantum[b] erosérit, vt circumagat se, generat alium. Hæc nasci[5] prohibet in aliis amaritudo, vt cupresso:[6] aliis duritia, vt buxo. Tradunt & abietem[c] circa germinationes decorticatam, qua diximus luna, aquis non corrumpi. Alexandri magni comites prodiderunt, in Tylo Rubri maris insula arbores esse, ex quibus naues fierent,[7] quas[d] cc. annis durantes inuentas: & si mergerentur, incorruptas. In eadem esse fruticem baculis tantum idoneæ crassitudinis, varium tigrium maculis, ponderosum:[8] & cùm in spissiora[9] decidat, vitri modo fragilem.

2 est & vermic. genus. Vet.
3 & eorum alij. M.
4 arboribus. Ex eo, qui ceraste vocatur, cùm tantùm erosérint, vt circumagant se, generãt alium. M.
5 prohibent. M.
6 in aliis dur. CH.
7 quasi. M.
8 & cùm in solidiora incutitur, fictiliũ modo frag. Theophr.
9 decidit. M.

ANNOTATIONES.

a Lego ex Theophr. quorum quidem alij è putrescente materia, alij ex aliis pariuntur, sicut in arboribus qui Ceraste vocatur, cùm &c. Plinius hæc in cienter. Theophrasto tria lignorum materiæ infesta sunt: σκώληξ, teredo: ὑφίνες ἕρμιδα ἀνάγκης, tineæ vermibus similes: & vermes, qui nunc ex ipsa putrescente materia gignuntur, nunc ex aliis vermibus.
d Vt ὥσπερ μυέδηχον, vt murium modo fossam sibi latebramque excauauerit. Theophr.
c Theophr. cap. 5. lib. 5. hist. Vide suprà cap. 25. huius libri.
d *Quæ* (arbores) *ducentis annis durantes inueniantur, si mergerentur, (marı,) & incorruptæ.* Idem ibid. cap. 6.

De materijs architecti, & quæ materies ad quid vtilis, & quæ firmior materia in tectum. CAP. XLII.

1 validæ. Alij.
2 Pinus. Theophr.
3 incuruatur, ceditque M. incuruãe &c. CH.
4 valida M.
5 curuatur: & populus. Contra. M. Parisiense.
6 fornicatim. M. ex cõr. fornicatim. CH.
7 frangi se. M. & CH.
8 quod & in Andro. M. quod in Andro. CH.
9 intus cauan. M. in stubos cauantur Ver.
10 miro modo. M.
11 in rectũ. CH. intra tectum M.
12 paginis. CH.
13 curtulis. M. curtulibus. M. alterum
14 antè, quàm. CH.

A[a] Pud nos materiæ finduntur aliquæ sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari iubent, vt afflatus non noceant. Pondus[b] sustinere[1] validè, abies,[2] larix, etiam in transuersum positæ. Robur, olea,[3] incuruantur cedúntque ponderi. Ille reniti untur, nec temere rumpuntur: priúsque carie, quàm viribus, deficiunt. Et[c] palmæ arbor[4] inualida: in diuersum enim[5] curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario[6] fornicatur. Pinus & cupressus aduersus cariem tineásque firmissimæ. Facilè pandatur[d] iuglans. fiũt enim & ex ea trabes:[7] frangíque se prænunciat strepitu:[8] quod in Antandro accidit, cùm è balneis territi sono profugerunt. Pinus, piceæ, alni, ad aquarum ductus[9] in tubos cauantur. Obrutæ terra, plurimis durant annis. Eædem si non integantur, citò sene scunt:[10] mirum in modum fortiores, si humor extrà quoque supersit. Firmissima[11] ad tectum abies. Eadem valuarum[12] repagulis, & ad quæcunque libeat intestina opera aptissima, siue Græco, siue Campano, siue Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorum crinibus, pampinato semper orbe se voluens ad incitatos runcinarum raptus. Eadem & [13] curribus, maximè sociabilis glutino, in tantũ, vt findatur[14] antè, [c] quà solida est.

ANNOTATIONES.

a *Lotum, & alias è quibus cardines fiunt, ne findantur, fimo bubulo illiuntur, vt ficcetur & diffletur pandatum medullæ humor.* Theophr. cap. 7. lib. 5. hist. Malè hæc Plinius.
b Sustinere validæ, ἰσχυρότερα. ἔστι δ' ἰσχυρὰ ἰσχυρᾷ. Theophr. palmæ

c Palma valida est, & contrà quàm cæteræ curuatur. Nam illæ deorsum flectuntur, palma verò sursum. Theophr.
d ἰσοτενὴς κάμπτει, Castanus, Theophr. cap. 7. libr. 5. histor. qui illam sonitu se frangi prænuntiare quidem scribit, sed non facilè pandari, quod ait Plinius.
e Quàm quà adglutinatur. Nunquam enim dissociatur semel glutinata Theophr.

De glutinanda materia, & lignis sectilibus. CAP. XLIII.

1 glutinatio. CH.
2 aut. Dal.
3 feruleam. M.

MAgna autem & [1] glutini ratio, propter ea quæ sectilibus[a] laminis,[2] ac in[b] alio genere operiuntur.[c] Stamineam in hoc vsu probant venam, & vocant[3] fertilem, argumento similitudinis, quoniam[4] lacrymosè crispa. In omni genere & glutinum abdicant[d] quædam, & inter se & cum aliis insociabilia glutino, sicut robur.[5] Sed nec ferè cohærent, nisi similia[e] natura,[6] vt siquis lapidem lignúmque coniungat. Cornum maximè[7] audit sorbus, carpinus, buxus, postea tilia. Cuicunque operi facilia, flexilia omnia, quæ lenta diximus, prætérque morus & caprificus.[8] Durabilia ac sectilia, quæ modicè humida.[f] Arida enim[9] latius, quàm viridia, ferris cedunt, præter robur & buxum, quæ pertinacius resistunt, ferrarúmque dentes replent æqualitate[g] inertiqua de causa alterna inclinatione egerunt scobem. Obedientissima quocunque in opere fraxinus, eadémque hastis corylo melior, cornu leuior, sorbo[10] lentior. Gallica verò etiam ad currus flexibilis. Vitem æmularetur vlmus, ni pondus esset in culpa. Facilis & fagus, quanquam fragilis & tenera. Eadem sectilibus laminis[11] in tenui flexilis, capsíque ac scriniis sola vtilis.[h] Secatur in lãminas prætenues & ilex, colore quoque non ingratа: sed maximè fida iis quæ terantur, vt rotarum axibus: ad quos lentore fraxinus vtilis, sicut duritia ilex,[12] & vtroque legitur vlmus. Sunt verò & parui vsus fabriliũ ministeriorũ insignes.[i] Ideóque proditum,[13] terebris vaginas ex oleastro, buxo, ilice, vlmo, fraxino vtilissimas fieri. Ex iisdem malleos, maiores[14] quoque è pinu & ilice. Et his autem maior ad firmitatem[15] causa tempestiuæ cæsuræ, quàm immaturæ: quippe cùm ex[k] olea durissimo ligno cardines in foribus diutius[16] immoti, plantæ modo germinauerint. Cato vectes aquifolios, laureos, vlmeos fieri iubet. Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea. Quæ in laminas secantur, quorúmque operimẽto vestiatur alia materies, præcipua sunt citrum, terebinthus, aceris genera, buxum, palma, aquifolium, ilex, sambuci radix, populus. Dat & alnus, vt dictum est,[17] tuber[l] sectile, sicut citrum acérque. Nec aliarum tubera in pretio.[18] Mediáque pars arborum crispior, & quò propior radici minoribus magísque flexilibus maculis. Hæc prima origo luxuriæ, arborem alia integi, & viliores ligno pretiosiores cortice fieri, vt vna arbor[m] sæpius væniret. Excogitatæ sunt & ligni bracteæ, nec satis: cœpere tingi animalium cornua, dentes secari: lignúmque ebore distingui, mox operiri. Placuit deinde materiem & in mari quæri. Testudo in hoc secta. Nupérque portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderet se, pluríque væniret imitata lignum. Sic[19] lectis pretia quæruntur: sic terebinthum[n] vinci iubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. Modò luxuria non fuerat cõtenta ligno: iam lignum emi[20] testudinem facit.

4 laeuinosæ. CH laeui nosã & crispa in omni genere glutinum abdicat. Quædã inter se. M.
5 Sed, in M. d.
6 vt sicut quis lapidem lignumque non coniungit. M. vtrumque. Legit &, cõiungit, CH.
7 odit. Vet.
8 Fissilia. Theophr. c. 8. 5. hist. σχιστά. Quidam, Dolabilia.
9 latius (leg. lentius) ter ascendunt (leg. ferræ cedunt) Viridia præter. M. vtrumque.
10 lentior, Gallica &c. flexibili. M.
11 tenuis & flex. Vet. interim, vel, in tenue, vel, in tenuia flexilia. Dal.
12 ex. M. & ad vtrumque legitur vl. Vet. & ad vtrumque legitima vlmus, Ver. alij & vtraque leuior. Dal.
13 τυγχάνειν Theophrast. sic reddit.
14 quàm e. M. maioréque è. CH.
15 causa maturæ tempestiuitas cæsuræ. Aliquando ex olea &c. germinauerunt.
16 immorati. M.
17 suber. CH.
18 Media pars crispior. M.
19 litis. CH.
20 testudine. M.

ANNOTATIONES.

a ἐπικολλήματα vocat Theophr. cap. 4. lib. 4.
b Vt testudinum secamentis.
c Rectissimam. Stamineam venam materiarij vocant *Maistresse veine.*
d *Pino & abieti quercus æquè non adglutinatur: altera enim* (pinus) *spissa, rara altera* (abies:) *& altera* (pinus) *similior, altera* (abies) *minus similis. Simili verò natura esse oportet quæ coalescere & compingi debent, non contraria, ceu lignum & lapidem.* Theophr.
e Theophr. cap. 8. lib. 5. hist.
f *Arida enim* (πάσσαλα) *cedunt ignauiùs, nec appressum occurrũque ferræ sustinent: alia vellunt & obluctantur ferramẽto habet autem.* Theoph. Lego, *Arida enim lentiùs ferris cedunt: viridia præter robur, & buxum pertinaciùs resistunt* (ἀντιμάχεται Theophr.) *& committuntur.*
g Opus impediente, ἄεργα. Theophr. Inefficaci dentium occursu: cùm eorum inæquales proiecturas æquauit scobs impacta.
h *Ilex commendatur ad axes, & vehicula, quæ aguntur vnica tantùm rota* (μονοτρόχοις ἁμάξαις) *item inga lyrarum & psalteriorum:* Theophr.
i *Malleolus & terebra ex oleastro optima fiunt: quamuis & buxeis, vlmeis, fraxineisque vtantur. Malleos magnos ex picea faciunt.* Theophr. cap. 9. lib. 5. hist.
k Idem ibid. cap. 10. lib. 5.
l In radice.
m Priusquàm in laminas secetur, & cùm secta fuerit.
n In Syria nigrum testudinis colore superari.

[a] *De arborum ætate, & quæ genera arborum minimè durant. Similiter de visco & Druidis.* CAP. XLIIII.

1 cogitat. M.

VIta arborum quarundam immensa credi potest, si quis profunda mundi & saltus inaccessos[1] cogitet. Verum ex his quas memoria hominum custodit, durant in Lin-

ternino Africani prioris manu ſatæ oliuæ. Item myrtus eodem loco conſpicuæ magnitudinis. Subeſt ſpecus, in quo manes eius cuſtodire draco traditur. Romæ verò lotos in Lucinæ area, anno qui fuit ſine magiſtratibus cccl xix. vrbis æde condita, incertum ipſa quanto vetuſtior. Eſſe quidem vetuſtiorem non eſt dubium, cùm ab eo luco [b] Lucina nominetur. Hæc nunc circiter annum cccl. habet. Antiquior illa eſt, ſed incerta eius ætas, quæ capillata dicitur, quoniam [c] Veſtalium virginum capillus ad eam defertur. Verùm altera lotos in Vulcanali, quod Romulus conſtituit ex victoria de decumis, æquæua vrbi intelligitur, vt autor eſt Maſſurius. Radices eius in forum vſque Cæſaris per [d] ſtationes municipiorum penetrant. Fuit cum ea cupreſſus æqualis, circa ſuprema Neronis principis prolapſa atque neglecta. [e] Vetuſtior autem vrbe in Vaticano ilex, in qua titulus æreis literis Hetruſcis, religione arborem [2] iam tunc dignam fuiſſe [3] ſignificat. Tiburtes quoque originem multo ante vrbem Romam habet. Apud eos extant ilices tres, etiam [4] Tiburto conditore eorum vetuſtiores, apud quas inauguratus traditur. Fuiſſe autem eum tradũt filium [f] Amphiarai, qui apud Thebas obierit vna ætate ante Iliacum bellum. Sunt autores, & Delphicam platanum Agamemnonis manu ſatam: & alteram in [5] Caphyis Arcadiæ luco. Sunt hodie ex aduerſo Ilienſium vrbis iuxta Helleſpontum [6] in Proteſilai ſepulcro arbores, quæ omnibus [8] ephebiis eius cum intãtum accreuere vt Ilium aſpiciant, inareſcunt, rurſuſque adoleſcunt. Iuxta vrbem autem quercus in Illi tumulo tunc ſatæ dicuntur, cùm cœpit Ilium vocari. Argis olea [7] nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligauerit. In Ponto [8] circa Heracleam aræ ſunt Iouis [9] Stratij cognomine, [10] ibíque quercus duæ ab Hercule ſatæ. In eodem tractu portus [11] eſt, Amyco Bebryco cum rege interfecto clarus. Eius tumulus à ſupremo die lauro tegitur, quam inſanam vocant: quoniam ſi quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abiiciatur. Regionem Aulocrenen diximus, per quam ab [12] Apamia in Phrygiam itur: ibi platanus oſtenditur, ex qua [13] pependit Marſya victus ab Apolline, quæ iam tum magnitudine electa eſt. Necnon palma Deli ab eiuſdem Dei ætate conſpicitur. [h] Olympiæ oleaſter, ex quo [14] primus Hercules coronatus eſt, & nunc cuſtoditur [15] religiosè. Athenis quoque olea durare traditur in certamine [16] edita à [i] Minerua. Ediuerſo breuiſſima vita eſt Punicis, fico, malis: & ex his præcocibus breuior quàm ſerotinis, dulcibus quàm [17] acutis, & dulciori in Punicis. Item in vitibus, præcipuéque ferti-
lioribus. Græcinus autor eſt, ſexagenis annis duraſſe vites. Videntur & aquaticæ celerius interire. Seneſcunt quidem velociter, ſed è radicibus repullulant, laurus, & mali, & Punicæ. [k] Firmiſſimæ ergo ad viuendum oleæ, vt quas durare annis cc. inter autores conueniat. Eſt in ſuburbano Tuſculani agri colle, qui [18] Corne appellatur, lucus antiqua religione Dianæ ſacratus à [19] Latio, velut arte tonſili coma fagei nemoris. In hoc [20] arborem eximiam ætate noſtra adamauit Paſſienus Criſpus, bis Conſul, orator: Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior poſtea, oſculari complectíque eam ſolitus, non modò cubare ſub ea vinúmq; illi [21] affũdere. Vicina luco eſt ilex, & ipſa nobilis, [22] xxxv. pedum ambitu caudicis, x. arbores [23] mittens ſingulas magnitudinis viſendæ: ſyluámque ſola facit. Edera necari arbores certum eſt. Simile quiddam & in viſco: tametſi tardiorem [24] earum iniuriam arbitrantur. Namque & hoc præter fructus [l] agnoſcitur non in nouiſſimis mirabile. Quædam enim in terra gigni non poſſunt, & in arboribus naſcuntur. [m] Nanque cùm ſuam ſedem non habeant, in aliena viuunt, ſicut viſcum. Eſt & in Syria herba, quæ vocatur [25] cadytas, non tantùm arboribus, ſed ipſis etiam ſpinis [n] circumuoluens ſeſe. Item circa Tempe Theſſalica, quæ polypodion vocatur, & quæ dolichos ac [26] ſerpyllum. Oleaſtro quoque deputato quod gignatur, vocant [27] phaunos. Quòd verò in ſpina fullonia [o] hippophæſton, [28] calyculis inanibus, foliis paruis, radice [29] alba, cuius ſuccus ad detractiones in comitiali morbo vtiliſſimus habetur. [p] Viſci tria genera. Nanque in abiete ac [30] larice [q] ſtelin dicit Eubœa naſci, [r] hyphear Arcadia. Viſcum autem in quercu, robore, ilice, pruno ſylueſtri, terebintho, [31] nec aliis arboribus [32] adnaſci, ſed plerique. Copioſiſſimum in quercu, [33] quod dryos hyphear vocant. In omni arbore, excepta

a iam tum CH.
3 ſignat. Vet.
4 Tiburte. Vet.
5 caphiar. CH.
6 in Proteſilia ipſa pulchræ. M. verũque. Strabo lib 13 iuxta Sigeum promontorium, Proteſileum eſſe tradit, & Ileuſam.
7 etiamnum. CH.
8 citra CH.
9 Stratiu CH.
10 vbi quercus. M. ibi quercus CH.
11 eſt Amyci, Bebryce rege M. Amyci eſt, Bebryce rege CH.
12 Apamea. CH.
13 pependerit. CH.
14 optimus. M. Pariſienſe.
15 religio. CH.
16 edito. CH.
17 acidis. Dal.
18 Coriolanus. M. Come. Vet.
19 Latino Dal.
20 arborem mori. Vet.
21 effundere. Vet.
22 xxxiv. CH.
23 amiciens M. verũque. metiens, Vet.
24 eius Dal.
25 Caſſytas. M. caſtas. CH.
26 ſerpullum. M. & CH gignitur M.
27 Faunos. Dal. quaſi ſyluarum deos.
28 capitulis. Dioſc.
29 craſſa & molli. Dioſc.
30 pino. Theo.
31 & aliis. Theophr.
32 adnaſci. Plerique copioſiſſ. in quercu hyphear vocant. M. Pariſienſe.
31 adaſphear vocant. CH. qđ ἀφυὸς ἴξίαν vocant. Dal.

cepta ilice & quercu, differentiam facit odor virúſque: & folium non iucundi odoris in
34 vtroque, viſco amarum & lentum. Hyphear [s] ad ſaginanda pecora vtilius. Vitia modò purgat primò: dein pinguefacit, quæ [35] ſuffecere purgationi. Quibus ſit aliqua [36] tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio ætatis quadragenis diebus. Adiiciunt diſcrimen, viſco in his quæ folia amittant, & ipſi decidere: [37] contrà inhærere nato in æterna fronde. Omnino autem ſatum [38] vllo modo naſcitur, nec niſi per aluum auium redditum, maximè palumbis ac turdi. Hæc eſt natura, vt niſi maturatum in ventre auium, non proueniat. Altitudo eius non excedit cubitalem, ſemper [39] fruticoſi ac viridis. Mas fertilis, fœmina ſterilis. Aliquando [40] non fert. Viſcum [41] confit ex acinis qui colligũtur
10 meſſium tempore immaturi. nam ſi acceſſere imbres, amplitudine quidem augentur, viſco verò marceſcũt. Siccantur deinde, & aridi tunduntur, ac conditi in aqua putreſcũt duodenis ferè diebus. Vnúmque hoc rerum putreſcendo gratiam inuenit. Inde in profluente rurſus [42] malleo tuſi, amiſſis corticibus interiore carne lenteſcunt. Hoc eſt [t] viſcũ pennis auium tactu ligandis, [43] iuglandis oleo ſubactum, cùm libeat inſidias moliri. Nõ eſt omittenda in ea re [44] & Galliarum admiratio. Nihil habent [u] Druidæ (ita ſuos appellant Magos) viſco, & arbore in qua gignantur (ſi modò ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos: nec vlla ſacra ſine [45] ea fronde conficiunt, vt inde appellati quoque
20 interpretatione Græca poſſint Druidæ videri. Enimuero quicquid adnaſcatur illis, è cælo miſſum putant, ſignumq; eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inuentu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia ſexta luna, quæ principia menſium annorumq; his facit, & ſeculi poſt triceſimum annum, quia iam virium abundè habeat, [46] nec ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem [47] appellantes ſuo vocabulo, ſacrificiis epuliſq; rite ſub arbore [48] præparatis, duos admouẽt candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precãtes vt ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit. Fœcũditatem eo poto dari [49] cuicunq; animali ſterili arbitrantur, cõtraq; venena omnia eſſe remedio: Tanta gentium in rebus friuolis plerunque religio eſt.

34 vtroque. Viſcum amarum M. vtroque, viſci amaro & tenio. CH.
35 ſuperfluere. Dal.
36 labes. Dal.
37 contrà ſemper inhær.
38 nullo. M. & CH.
39 fruteſoſi. CH.
40 verò fert. Dal.
41 fit. M.
42 à malleo. CH.
43 glandis. CH.
44 &, in M. d.
45 earum. CH.
46 etiam ſi non ſit dimid. Dal.
47 appellant ſuo vocabulo. Sacrificiis M.
48 comparatis. CH.
49 cuique animaliſi ſterili arbitr. contra. CH.

ANNOTATIONES.

30 a Theophr. cap. 14. lib. 4. hiſt. & c. 15. lib. 2. Cauſſ.
b Lucina, ſiue Lucetia, Iuno aliis dicitur, Tibullo Natalis, Græcis γενεθλὶς, vel γαμηλιὰς, aliis Diana, quæ & ἀλκὶθόη, ὠκυλόχ@, μαιῶτις@, ϖοθυγόνεια, vtraque ſic nominata, vel à luco, vt autor putauit, vel à luce quam recens natis præbet, & quoniam partuum, qui adhuc vtero geſtantur, menſes regit. Catullus,

Tu Lucina dolentibus dicta puerperis. Ouid.
Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus.
Aut quia principium tu Dea lucis habes.
Parce precor grauidæ fatilis Lucina puellæ,
Maturúmque vtero molliter aufer onus. Idem.

Præpoſitam timidis parientibus Eileithyan.

Theocritus in Daphnide,

— κἀκλήϑη βίλ@ & ὠκυόδιν@. Orpheus in hymnis,

Ἀ ϖόλυπε λοχεύτειρ' ἠῦ τοκετὸ ϖορθυτόκεια.

Fabuloſa multa de Eileithya vide apud Pauſaniam in Arcadicis. Lilius Gyraldus ἀνεψιὰν τῶν ϑεῶν etiam quidam vocauerſit, ἐπεὶ λόγ@ τὸ ὠφελοῦν τῶν ϑεῶν ϖᾶν. Rhodig. cap. 24. 28. Dicitur & Marcellino ἱρεσιλογεῖον ϖᾶν ὃ τὸ ἔργον, τοῦτ' ἔστιν, ἐτρώϑην τῶν λεχέων. Had. Iun. c. 23. 4. Plaut. in Trucul.

Date mihi hoc ſtatim, atque ignẽ in aram, vt veneremi Lucinã Deam:

& paulo poſt,

—ſer hinc verbenam mihi, illius, & bellaria:
Date aquam manibus.

c Apud Polyænum Theſeus crines anteriores capitis radit, quos Diis ſacros dicat, non, quod ait Plutarchus, ne vetuſto more ϖᾶσιν ϖερικεῖται τῶν ϖερικῶν ϖλείονες. Apud Suet. in Nerone cap. 12. Nero gymnico, quod in ſeptis edebat, inter buthyſiæ apparatum barbã primam poſuit conditam in auream pyxidem, & pretioſiſſimis margaritis adornatam Capitolio conſecrauit. Apud Petronium in Satyra, Trimalcionis barba, pyxide aurea non puſilla condita fuit, in armario porticus, intra ædiculam, cum Laribus, & Veneris marmoreo ſigao. Feſtus in voce capillata. Tondebantur ergo & Veſtales, cùm in ſanctum id collegium receptæ à Pontifice certo earumne ſacrarentur, ac Diis vouerentur. Nec abſimilis fuit Græcorum conſuetudo, primum iuuenum comam demendi, quæ vel
50 Deo, vel flumini cuipiam offerretur. Hom. Iliad. 23. de Achil.

ϖὰρ δ' ἀκὰμὰτοὶ ϖωγῶν ξανθῶν ἀπὸ κὰρήατα ϰείρω,
τὼ ῥἑ οἱ σπείρασϑ' ὑπατιῷ τέϰεϊ ϖαλλιόωνα.

Varro apud Nonium. *Itaque Ambraciæ primm capillum pueritiæ demptum, item cirros ad Apollinem ponere ſolent.* Victorius cap. 23. 6. Alia quidem cauſſa eſt, cur apud Euripidem mors, non, quod Seruius putat, Mercurius, eorum quibus fatalis aduenit dies, crinem, veluti Diis Manibus ſacrum, haſta libat.

ἐκὰν. τὸν γὰρ δ' ὑπ' ἀϑλίου, ὅτ' ἀκτῖδες ϰατέϰαμον ϕάος ἀ,
ἐγὼ γὰρ ὅτ@ & ϖῶν ϖαῖδ' ἐϰόμην ἔτι ϰούρη:
ὅτε νιν ἀ ϑὼϰ@ ἀφέτ' ἐς ἀγϑέα τρίχα.

Ad quod alluſit Virg. 4. Æneid.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.

Muret. in Var. cap. 16. 4. De Veſtalium religione ac inſtituris, honore, dignatione, multa Alex. ab Alex. cap. 12. 5. Vide & eundem cap. 18. 5. Vt Flamines Diales inaugurabantur, ſic capiebantur Veſtales, virginibus è populo viginti lectis, Pontificis arbitratu, ac ſorritione ex eo numero in concione facta, vt cuius virginis ducta eſſet, Pontifex eam caperet, eáque Veſtæ fieret. Gellius cap. 12. 1. Ræuardus cap. 17. 2. Variorum.

d Stationes, loca in quibus certo tempore coëunt & conſiſtunt homines. In foro Romano variæ fuerunt: Senaculum, ſtatio in qua, auctore Valerio cap. 1. 2. ſenatores aſſiduam ſtationem peragebant, vt citati in curiam venirent: ſtatio municipiũ: ſtatio ingenum, qui cùm partes in curiam deduxiſſent, quod ait Valerius cap. citato, valuis affixi expectabant, donec officio reducendi fungerentur. Iuuenal. Sat. 11. *— omnis*

conuictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum

De Rutilo. Rænard. cap. 7. 4. Varior.

e Pauſanias ſeculo, quod is ſcribit in Arcadicis, arbores vetuſtiſſimæ fuerunt, Vitex Samia ad Iunonis ædem: Olea, in arce Athenis: Deli Palma: Quercus Dodonæa: & Platanus Menelais, hic memorata, quam iuxta fontem Caphyis vicinum Menelaus ad Troianum bellum iturus ſeuit.

f Qui primus ſomniorum interpres fuit. Ad eius oraculum qui pergebant, ſacro illi, & aliis diis, quorum nomina in ara ſculpta fuerunt, peracto luſtrati, arietis pelle ſubſtrata obdormiſcentes, ſomnia capiebant, quo modo ait Virgil.

Pellibus incubuit ſtrati, ſomnoſque petiit.

Rhodig. cap. 14.

g Ἐφηβεῖον, locus in quo ἔφηβοι exercebantur: epheborum palæstra. In iis Proceſilai ædificiis multas eiuſcemodi fuiſſe arboribus conſitas probabile, quæ, vt inquit auctor, arcebant, & rurſum adoleſcebant.
h Ariſtot. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Interpres Ariſtoph. in Pluto, in voce παλλιουρικῶς. Theophr. c. 15. lib. 4. hiſt.
i Menere, in Saliari carmine meneruare, monere: vnde miniſci, comminiſci. Hinc Minerua ſapientiæ Dea, quæ bene monet,
k Theophr loco citato.
l Vide ſuprà cap. 30. huius libri.
m Theophr. cap. 23. lib. 2. de Cauſſ.
n Lego, circũuoluens ſe: item circa Tempe Theſſalica. Innaſcitur aliis & quæ Polypodion vocatur &c. Parùm diſtinctè hæc Plinius. Polypodium quidem aliis plantis innaſcitur. Dolychos verò & Serpyllum non innaſcuntur, ſed ſcandendo iis inuehuntur, quæ pro adminiculo ſunt.
o Oſcitanter Plinius Hippophæſton recenſet inter plantas quæ aliis ſubnixæ viuunt. Nam humilis herba eſt, humi ſtrata, vt & Serpyllum, non tamen in vicina ſcandens Dolichi modo. Vide infrà cap. 13. lib. 24. & cap. 10. lib 27.
p Theophr. cap. 15. lib. 4. hiſtor.
q Stelis Eubœenſium vox eſt, Hypheat Arcadum, viſcum communis. Alij Stelin & Hypheat naſci volunt in pino & abiete, viſcũ quercu, terebintho, & aliis multis. Theophr.
r Vide quod adnotatum eſt ad cap. 30. huius libri.
s Theophr. περὶ τῶ χυλῶν.
t Scitè Plautus in Bacchidibus,
Viſcus merces veſtra eſt blanditia: nempe ad me capiendum illecebra, laqueus, tendicula, inſidiæ. Idem ſcriptor eadem comœdia,
Tactus ſum vehementer viſco: corſtimulo foditur.
u De Bardis, Druidis, & in vniuerſum Gallorum moribus, vide plurima apud Rhod. cap. 21. 18. ex variis ſcriptoribus, præſertim ex Strabone. 10

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XVII. 20

PROOEMIVM. 30

Arborum pretia mirabilia. CAP. I.

1 terráque ſpõte. CH.

2 quæ reculimus. M. & CH.
3 pene iniuria. Vet.
4 poſſeſſae. M.

NATVRA arborum, [1] terra marique ſponte ſua prouenientium, dicta eſt. Reſtat earum, quæ arte & humanis ingeniis fiunt veriùs quàm naſcuntur. Sed prius mirari ſuccurrit, [2] quæ abſtulimus [3] penuria proindiuiſo [4] poſſeſſa à feris, depugnante cũ iis homine circa caducos fructus, circa pẽdẽtes verò & cũ alitibus, in tãta deliciarũ pretia veniſſe, clariſſimo (vt equidẽ arbitror) exẽplo L. Craſſi [a] atq; Cn. Domitij Ænobarbi. Craſſus orator fuit in primis nominis Romani: domus ei magnifica: ſed aliquanto præſtantior in eodem [b] palatio [c] Q. Catuli, qui Cimbros cũ C. Mario fudit. Multò verò pulcherrima cõſenſu omniũ ætate ea in colle Viminali C. Aquilii, equitis Romani, [5] clarioris illa etiã, quàm Iuris ciuilis ſcientia, cùm tamẽ obiecta Craſſo ſua eſt. Nobiliſſimarũ gentiũ ambo Craſſus atque Domitius Cenſurá poſt [6] Conſulatum ſimul geſſere, anno conditæ vrbis dclxij. frequentem iurgiis propter diſſimilitudinem morum. Tum Cn. Domitius, vt erat vehemens natura, præterea accenſus odio, quod ex æmulatione auidiſſimum eſt, grauiter increpuit tanti Cenſorem habitare, pro domo eius [7] ſeſtertiũm millies identidem promittens. Et Craſſus, vt præſens ingenio ſemper, & faceto lepõre ſolers, [8] addicere ſe reſpondit, exceptis [9] ſex arboribus. ac ne vno quidem denario, ſi adimerentur, emptam volente Domitio: Craſſus, [10] Vtrúmne igitur ego ſum, inquit, quæſo Domiti, exemplo grauis & ab ipſa mea Cenſura

5 clarioris etiam tum iuris. M.

6 Conſulatus. CH.

7 In Vet. & CH. numerus deſideratur. ſexagies H-S Val. Max. H-S millies vt vetigo legitur, ſumma eſt inauditæ fidei. Vide Budæ. de aſſe.
8 concedere. M.
9 decem. Val. Max.
10 graui. Vet.

ſura notandus, qui in domo quæ mihi hæreditate obuenit, [11] comiter habitam: an tu, qui H-S millies ſex arbores æſtimes? Eę fuere [12] loti, patula ramorũ opacitate laſciuæ, [13] Cecina Largo è proceribus crebrò in iuuenta noſtra eas in domo ſua oſtentante. Durauerúntque, quoniam & de longiſſimo æuo arborum diximus, ad Neronis principis incendia, quibus cremauit vrbem, annis clxx x. poſteà, cultu virides iuuenéſque, ni princeps ille acceleraſſet etiam arborum mortem. Ac ne quis vilem de cætero Craſſi domum, nihílque in ea iurgante Domitio fuiſſe dicendum præter arbores iudicet, iam columnas [14] quatuor Hymettij marmoris, [c] Ædilitatis gratia ad ſcenam ornandam aduectas, [15] in atrio eius domus ſtatuerat, cùm in publico nondum eſſent vllæ marmoreæ. Tam recens eſt opulentia: tantóque tunc plus honoris arbores domibus afferebant, vt ſine illis ne inimicitiarum quidem pretium ſeruauerit Domitius. Fuere ab iis & cognomina antiquis: [16] Frondicio militi illi, qui præclara facinora, Vulturnum tranſnatans, fronde capiti impoſita, aduerſus Annibalem edidit: Stolonum [f] Liciniæ genti: [17] ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis: [18] vnde & [g] pampinatio inuenta primo Stoloni dedit nomen. Fuit & arborum cura legibus priſcis: cautúmque eſt xii. tabulis, vt qui iniuria cecidiſſet alienas, lueret in [19] ſingulas æris xxv. Quid exiſtimamus, [20] futuráſne eas credidiſſe ad ſuprà dictam æſtimationem illos, qui frugiferas tanti [21] taxauerant? Nec minus miraculum in pomo eſt, multarum circa ſuburbana fructu annuo addicto binis millibus nummũm, maiore ſingularum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum. Ob hoc inſita, & arborũ quoq; adulteria excogitata ſunt, vt nec poma pauperib⁹ naſcerentur. Nunc ergo dicemus, [22] quo maximè modo tantum ex his vectigal contingat, veram colendi rationem abſolutámque prodituri. Et ideo non vulgata tractabimus, nec quæ cõſtare [23] animaduertimus, ſed incerta atque dubia, in quibus maximè fallitur vita. Nam diligentiam in ſuperuacuis affectare, non noſtrum eſt. Ante omnia autem in vniuerſum, & quæ ad cuncta arborum genera pertinent in commune, de cælo tetráque dicemus.

11 communiter. M. id eſt, communi & populari modeſtia.
12 lotoe. M.
13 Cæcina. CH.
14 ſex. Val. Max. & auctor ipſe cap 3. & 15. lib. 36.
15 in porticu. Val. Max.
16 Frondicio. CH.
17 ita appel. M.
18 inde. M.
19 ſingulas ſiclos æris. Ver. in ſingulas pœnas æris viginti-quinque. Kæuardus
20 venturaſne. CH.
21 vexauerant. M. & CH.
23 animo aduerti-mus. CH.

ANNOTATIONES.

a Val. Max. lib. 9. cap. 1. de luxuria, & libidine.
b Monte Palatino.
c Cùm Marius pro Catulo rogantibus diciſſet, ei moriendum eſſe, incluſus domi Catulus accenſis ſe carbonibus ſuffocauit.
d Vide infrà cap. 15. lib. 36.
e Centum millibus numũm emptas. Valer. Max.
f Varro cap. 2. lib. 1.
g Exactio fruticantium arbuſcularum.

De natura cæli ad arbores, & quam partem cæli ſpectare debeant. CAP. II.

A [a] Quilone maximè gaudent, dẽſiores ab afflatu eius lætioréſque, & materię firmioris. Qua in re plerique falluntur, cùm in vineis pedamenta non ſint à vẽto eo opponenda, & id tantùm à Septentrione ſeruãdum. Quinimo tempeſtiua frigora plurimum arborum firmitati conferunt, & ſic optimè germinant: alioqui ſi blandiantur Auſtri, defatiſcentes, ac magis etiam [1] in flore. Nam ſi cùm defloruere protinus [2] ſequantur imbres, in totum poma depereunt: adeò vt [b] amygdalæ & pyri, etiam ſi omnino nubilum fuit, Auſtrinúſve flatus, amittan fœtus. Circa [c] Vergilias quidem pluere, inimiciſſimum viti & oleæ: quoniam tunc coitus eſt earum. hoc eſt illud quatriduum oleis decretoriũ, hic articulus Auſtrinus nubili [3] ſpurci, quod diximus. Fruges quoque peius matureſcunt Auſtrinis diebus, ſed celeriùs. Illa ſunt noxia frigora, [d] quæ Septentrionibus aut præpoſteris fiunt horis. Hyemem quidem Aquiloniam eſſe, omnibus ſatis vtiliſſimum. Imbres verò tunc expetendi euidens cauſa eſt. [e] quoniam arbores fœtu exinanitas, & foliorum quoque [4] amiſſione lãguidas. naturale eſt auidè [f] eſurire. [g] Cibus autem earum imber. Quare tepidam eſſe hyemem, vt abſumpto partu arborum, ſequatur protinus conceptus, id eſt germinatio, ac deinde alia [5] floreſcendi exinanitio, inutiliſſimum experimentis creditur. Quinimo ſi plures ita continuentur anni, etiam ipſæ [6] moriuntur arbores, quando nemini dubia pœna eſt in [7] fame laborantium. [h] Ergo qui dixit hyemes

1 in florem. M.
2 ſequuntur. M.
3 ſparſi M.
4 emiſsione. CH.
5 floreſcentis. Vet.
6 morianiur. CH.
7 inſanè vt triferam vitem inſanam vocat cap 27. lib. 16.

mes serenas optandas, non pro arboribus vota fecit. Nec per solstitia imbres vitibus cõducunt. Hyberno quidem puluere lætiores [8] fieri messes, luxuriantis ingenij fertilitate dictum est.[9] Alioqui vota arborum frugúmque communia sunt, niues diutinas [10] sedere. Causa, non solùm quia animam terræ, euanescentem exhalatione, includunt & comprimunt, retróque agunt in vires frugum atque radices: verùm quòd & liquorem sensim præbent, [11] purum præterea leuissimúmque, quando nix aquarum cælestium [12] spuma est. Ergo humor ex his [l] non vniuersus [13] ingurgitans diluénsque, sed quomodo stiritur distillans, velut ex vbere alit omnia quæ non inundat. Tellus quoque illo modo [14] [k] fermentescit, & succi plena ac lactescentibus satis non effœta, cùm tempus aperit, tepidis arridet horis. Ita maximè frumenta pinguescunt, præterquàm vbi calidus semper aër est, vt in Ægypto. Continuatio enim & ipsa [l] consuetudo, idem quod modus [m] aliubi efficit: plurimúmque prodest vbicunque, non esse quod noceat.[n] In maiore parte orbis, cùm præcoces excurrêre germinationes, euocatæ indulgentia cæli, secutis frigoribus exuruntur. Qua de causa serotinæ hyemes [15] noxiæ syluestribus quoque, quæ magis etiam dolent vrgente [o] vmbra sua, nec adiuuante medicina: [16] quoniam vestire teneras intorto stramẽto in syluestribus non est. Ergo tempestiuæ aquæ hybernis primùm imbribus, deinde [17] germinationem antecedentibus. Tertium tempus est, cùm educant poma, nec protinus, sed iam valido fœtu. Quæ fructus suos diutius continent, longiorésque desiderant [p] cibos, his & serotinæ aquæ vtiles, vt viti, oleæ, Punicis. Hæ iam pluuiæ generis cuiusque arboribus diuerso modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. Quapropter [18] iisdem imbribus [19] quædam lædi videas, alia iuuari, [20] etiam in eodem genere, sicut in pyris: alio die hyberna quærunt pluuias, alio verò præcocia, vt pariter quidem omnia [20] desiderent. Hybernum tempus est ante [22] germinationem, quæ Aquilonem Austro vtiliorem facit. Ratio eadem mediterranea maritimis præfert (sunt enim plerunque frigidiora) & [23] montosa planis, & nocturnos imbres diurnis. Magis fruuntur aquis sata, non statim auferente eas sole. Connexa & situs [q] vinearum, arbustorúmque ratio est, quas in oras debeant spectare. Virgilius ad Occasus seri damnauit. Aliqui sic maluere, quàm in [24] exortu. A pluribus meridiem probari aduerto: nec arbitror perpetuum quicquàm in hoc præcipi posse.[r] Ad soli naturam, ad loci ingenium, ad cæli cuiusque [25] minores dirigenda solertia est. In Africa Meridiem vineas spectare, [26] & si viti inutile, colono salubre est, quoniam ipsa meridianæ subiacet plagæ: quapropter qui ibi in Occasum aut Septentriones cõseret, optimè miscebit solum cælo, [s] cùm Virgilius Occasus improbet. Nec de Septẽtrione [27] relinqui dubitatio videtur. Atqui in Cisalpina Italia magna ex parte vineis ita positis, compertum est nullas esse fertiliores. Multum rationis obtinent [28] venti. In Narbonensi prouincia atque Liguria, [29] & parte Hetruriæ, contra Circium serere imperitia existimatur: eundémque obliquum accipere, prouidentia. Is nanque [30] æstates ibi temperat, [t] sed tanta plerunque violentia, vt auferat tecta.

8 fieri messes luxuriantes dictum est.M.
9 Alioquin.M.
10 insidere.Dal.
11 purum, præterea-que leuissimum.Vet.
12 pruina.M.
13 ingruens Vet.
14 frumentescit. M.
15 obnoxiæ.M.
16 quando.CH.
17 germinatione, & antecedentibus.M.
18 eisd. imbr. aliqua lædi vid. aliqua iuuari.CH.
19 aliqua hæ.vi. alias ituari.M.
20 & in Turn.
21 desiderent hyber. rempus & ante Turn.
22 germinationem. Quæ Aqui Au vt. facit ratio, eadem med. mar præf. runt.M. eadem præfert M. aliud facit ratio, eadem. Turn. & CH.
23 montuosa.CH.
24 exortus.Vet.
25 mores M.& CH.
26 & viti inutile, colono infalubre, quon. CH.
27 reliqua.M.
28 & venti.M.
29 ex parte.Dal.
30 æstatem.M.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap.3.& 4.lib.2.Causs.
b Vide suprà cap.26.lib.16.
c Orientes ad octauum, vel nonum Maij.
d Quæ gelu non afferunt.
e Theophr. cap.1.lib.2.Causs.
f Veteres τὰ ὑγρὰ, ἢ λαχανώδη ὕεσθαι dixerunt, arbores, olera, & alias plantas esurire. Hinc apud Varronem cap.23.lib.1.de re Rust. *In pingui rectius quæ cibi sunt maiores, vt olus, triticum siligo, linum.*
g Theophrastus non quidem imbrem cibum esse ait, sed aliméti copiam imbrem frequentem præbere.
h Virgilium notat, qui ait,
Humida solstitia, atque hyemes optate serenas
Agricolæ: hyberno lætissima puluere farra.
Quem locum Macrobius interpretatur Saturnalibus.
i ὀμβρίων, non confertim illius & diffluens, sed paulatim colliquescens & terram subiens. Theophr.
k Fermẽtum, putris mazа est. Et quoniam putria omnia terram, vt ita dicam, stercorant, ac pro lætamine sunt, fermentescere dictum puto pro lætificari, succi plenam fieri, pinguescere. Turneb. cap.1.10. Aduers. interpretatur, diluitur, remollescit, putris & soluta redditur.
l Teporis, mollioríque cœli.
m In Ægypto.
n Theophr. cap.3.lib.2.Causs.
o Ramorum & surculorum densitate solem non admittente.
p Imbres.
q Columella cap.12.lib.3.
r Virgilius,
Ventos, ac varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultusque habitusque locorum,
Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recusset.
s Versus est Virgil.
Nẽc vbi ad solem vergant vineta cadentem.
t Circio ædificia quassanti tamen incolæ gratias agunt, tanquam salubritatem cœli sui debeant. Diuus certè Augustus templum illi, cùm in Gallia moraretur, & vouit, & fecit. Seneca lib.4. Quæst. Natural.

De societate cæli & terræ ad arbores. CAP. III.

QVidam cælum terræ parêre cogunt: vt quæ in siccis serantur, Orientem ac Septentriones spectent: quæ in humidis, Meridiem. Necnon ex ipsis vitibus causas mutuantur, in frigidis [a] præcoces serendo, vt maturitas antecedat algorem. Quæ poma vitésque rores oderint, contra Ortus, vt statim auferat sol: quæ ament, ad Occasus, vel etiá ad Septentriones, vt diutius eo fruantur. Cæteri verò ferè rationem naturæ secuti, in Aquilonem obuersas vites & arbores poni suasere. Odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat.

ANNOTATIO.

a Columella cap.1.lib.3.& cap.10.lib.5.

De qualitate regionum. CAP. IIII.

AQuilonis situm, ventorúmque reliquorum, [1] diximus in secundo volumine, dicemúsque proximo plura cælestia. Interim manifestum videtur [a] salubritatis argumẽtum, quoniam in Meridiem etiam spectantium semper antè [2] decidant folia. Similis & in maritimis causa. Quibusdam locis [b] afflatus maris noxij, in plurimis iidem vtiles: quibusdam satis è longinquo aspicere maria, iucundum: propius [3] admouere salis halitum: inutile. Similis & fluminum stagnorúmque ratio. Nebulis adurunt, [4] & æstuantia refrigerant opacitate, atque etiam rigore gaudent, [c] quæ diximus. Quare experimentis optimè creditur. [d] A cælo proximum est terræ dixisse rationẽ, haud faciliore tractatu. Quippe non eadem arboribus conuenit & frugibus plerúque: nec pulla, qualem habet Campania, vbique [e] optima vitibus, aut quæ tenues exhalat nebulas: nec rubrica multis laudata. Cretam in [5] Albensium Pompeianorum agro & argillam cunctis [6] ad vineam generibus anteponunt, quanquàm præpingues, quod excipitur in eo genere. Inuicem fabulum album in [7] Ticinensi, multísque in locis nigrum, itémque rubrum etiam pingui terræ permixtum, infœcundum est. Argumenta quoque iudicantium sæpe fallunt. Non vtique lætum solum est, in quo [f] proceræ arbores nitent, præterquàm illis arboribus. Quid enim abiete procerius? [†] aut quæ vixisse possit alia in loco eodem? Nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent. Nam quid laudatius Germaniæ pabulis? & tamen statim subest harena tenuissimo cæspitum corio. Nec semper aquosa est terra, cui proceritas herbarum, [8] non Hercule magis, quàm pinguis, adhærens digitis, quod in argillis arguitur. [h] Scrobes quidem regesta in eos nulla complet, vt densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit: ferróque omnis rubiginem obducit. Nec grauis [8] aut leuior iusto deprehenditur pondere. Quod enim pondus terræ iustum intelligi potest? Nec fluminibus aggesta semper laudabilis, quando senescant sata quædam aqua. Sed neque illa quæ laudatur, diu, præterquàm salici, vtilis sentitur. Inter argumenta stipulæ crassitudo est, tanta alioquin in [9] Laborino Campaniæ nobili campo, vt ligni vice vtantur. Sed idem solum vbicunque arduum opere, difficile cultu, bonis suis [i] acrius penè quàm vitiis posset, affligit agricolam. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra [10] putatur. Nam tophus [11] scaber natura friabilis expetitur quoque ab autoribus. Virgilius & quæ filicem ferat, non improbat vitibus. Salsæq; terræ multa melius creduntur, tutiora à vitiis innascentium animalium. [12] Nec colles opere nudantur, si quis peritè fodiat. Nec campi omnes minus soles atque perflatus, quàm opus sit, accipiunt. Et quasdam pruinis ac nebulis pasci diximus vites. Omnium rerum sunt quædam in alto secreta, & suo cuique corde [13] peruidenda. Quid, quòd mutantur sæpe iudicata quoque, ac diu [14] comperta? In Thessalia circa Larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est, oleæq; desierunt, quæ prius fuerant. Item vites aduri, quod non antea, Ænos sensit admoto Hebro. Et circa Philippos cultura siccata regio mutauit cæli [15] habitum. [l] At in Syracusano agro aduena cultor elapidato [16] solo perdidit fruges luto, donec regessit lapides. [17] In Syria leuem tenui sulco imprimunt vomerẽ, quia subest saxum exurens

1 dix.secundo.M.
2 decidunt.Vet.
3 admoueri.CH.
4 aut.M.
5 Albanensium.M.
6 ad vineas.CH.
7 Ticinien.CH.
† At quæ.
8 atque.M.
9 Leberino.M. alioquin Leborino.CH.
10 videtur.CH.
11 fatur ac fricabilis exp.M. verumque. & CH.
12 Nec colles vano opere. Vet Nec colles temere. Alij.
13 prouidẽda.M. præuidend.i. Vet.
14 cõpressa. M. vtrũque. Alij, comprehẽsa, & diu compressa. CH.
15 ambitum.M.
16 luto sole perdidit fruges, donec vtrumque M.& Const.
17 In Sicilia. M.& ipse autor cap.6. libr. 18.

rens æstate semina. Iam in quibusdam locis similes æstus immodici, & frigorũ effectus. Est fertilis Thracia frugum[18] rigore, æstibus Africa & Ægyptus. In Chalcia [m] Rhodiorum insula locus quidam est in tantum fœcundus, vt suo tempore satum demetant hordeum, sublatúmque protinus ferant, & cum aliis frugibus metant. [n] Glareosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguissimum in Bætica.[19] Pucina vina in saxo coquuntur. Cæcubæ vites in Pontinis paludibus madent. Tanta est [20] argumentorum [21] & soli varietas ac differentia.[o] Cæsar Vopiscus, cùm causam apud Censores ageret, campos [22] Roseæ [23] dixit Italiæ sumen esse, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed nõ nisi ad pabulũ probátur. Nõ tamen indociles natura nos esse voluit & [24] vitia confessa fecit, etiá vbi bona certa non fecerat. Quamobrem primùm crimina dicamus.

18 frigore.M.

19 Punica.M-vtr.

20 agrorum. Vet.

21 ac.CH.

22 Rosiæ. CH. Rosiæ. Alij, Campus est agri Reatini, ducatus Spoletini.

23 dicit,M.

24 vitam cõuersam. M.vtr.

ANNOTATIONES.

a Hederam fortassis nigram significat, de qua Virgilius:
--at sceleratum exquirere frigus
Difficile est, picea tantùm, taxique nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.
b Id est quod ait Palladius cap. 5. lib. 1. quæ à bona terra proferuntur, nec scabra esse, nec retorrida, nec succi naturalis egentia.
c Virgilius 2. Georg. Varro cap. 7. lib. 1. Columel. ca. 5. & 6. lib. 2.
d Cap. 5. & 34.
e Cariosam & variam terram Columella cap. 4. lib. 2. exponit, nimbis exiguis semimadidam, cùm post longas siccitates leuis pluuia glebarum superiorem partem madefecit, inferiorẽ non attigit.
f Facilem & modicè resolutam. Columella cap. 2. & cap. 11. lib. 3. Pullæ Cato meminit lib. 34. Idem terram tenerrimam pullam vocat cap. 151. Vide infrà cap. 23. lib. 18. Virgilius putre solum vocat: *putre solum, namque hoc imitamur arando.* De cuius verbi significatione Victorius cap. 23. lib. 11. Idem, & *Zephyro putris se gleba resoluit.*
g Iliados σ.
Β'ν δ' ἴτην ἐπὶ νῆας μακεδνὰς, ὅπλισιν ἄρσαντες,
Ἐν τεύχεσιν, τρίστοιχοι, ὁμαλοὶ δ' ἀρτύθησαν ἐπ' αὐτῇ
Ζεύγεα δὲ βόες εἶλκον ἀλύσκοντες ὀδύνην τε.
Ὄτ' ἀ' ἐπέβη σχεδίην πολυποίκιλον ἀρέσθαι,
Τοῖσι δ' ἅμα τρισσοὶ μὲν ἅμ' ἕσπετο νίκεος ἀγλὸς,
Δισσοὶ δὲ ἐν ἔπλοντο· τοὶ δ' ἐν σχεδίῃσιν ἄνακτος,
Γ' ἐμβριθὲς θοάζεσκε πέλωρ ἰοδόκον ἄνδρα.
Η' ἦ μαλακὸν' ὑπέστρω, ἁρηρομένῃ ἐνὶ κώπῃ,
Χρυσείοισι τεύχεσι· τὸ δὴ περὶ θώρηξ ἐκέκυντο.

Noctem è terra genitam fabulis proditur, quòd terræ soli obiectæ densitati Mathematici tribuunt, qua de caussa poëtæ γῆν μέλαιναν vocant. Rhodig. cap. 16. lib. 25.
h Nigram apud Theophr. loco citato probat Leophanes.
i Idem cap. 25. lib. 6. Causs. Arist. Problem. 12. Quæst. 2.
k Huius rei caussam vide explicatam apud Rhodig. cap. 31. 22. Vide suprà cap. 24. lib. 12. Apud Cic. lib. 3. de Orat. odorem cum significari quidam volunt, cùm ait, *Licet hoc videre in reliquis sensibus, nunquam minùs diu nos delectari summa & acerrima suauitate condita, quàm his moderatis: & magis laudari quòd terram, quàm quòd crocum olere videantur.* Brod. tamen cap. 5. 4. ceram, non terram legit. Vide Theophr. cap. 25. 6. Causs. Arist. Quæst. 2. sect. 12. Problem.
l Theophr. cap. 25 lib. 3. de Causs. quosdam præcipere ait, vt varij diuersíque generis terræ commisceantur: macra cum pingui &c. Tacite id ridet & reprehendit Plinius.

Genera terrarum. CAP. V.

1 Terrarum. Vet.
2 macræ. Vet.
3 oculi & argillosum, quæ operi difficillima rãtros &c. onerant. Vet.
4 non aliquando. M. aliquando non quod operi. Vet.

1 TErram amará siue macrá si quis probare velit, demonstrant eam [2a] atræ degenerésq; herbæ: [b] frigidá autẽ retorridè nata. Item [c] vliginosam, tristia: rubricã [3] oculi argillá, operi difficillimas, quæq; rastros ac vomeres ingentibus glebis onerent: quãquam [4] non quod operi, hoc & fructui sit aduersum. Item è cõtrario cineraceam, & sabulum album. Nã sterilis densa callo facilè deprehenditur vel vno ictu cuspidis. [d] Cato breuiter atq; ex suo more vitia determinat: Terram [e] cariosam caue: néve plaustro, néve pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari, vt penè vestigiis quoque interdicat: Redeamus ad ligni cariẽ, & inueniemus illa, quæ in tantũ abominatur, vitia, aridæ, fistulosæ, scabræq; canescentis [5] exesę, & pumicosæ. Plus dixit vna significatione, q̃ possit vlla copia sermonis [6] enarrari. Est enim interpretatione vitiorũ quędam non ęrate (quæ nulla in ea intelligi potest) sed natura sua, anus terra: & ideo infœcunda ad omnia, atq; imbecilla. Idem agrum optimũ iudicat ad radicẽ montiũ planitie in meridiẽ excurrente, qui est totius Italiæ situs: terrá verò tenerá, quæ vocetur pulla. Erit igitur hæc optima & operi [7] satior. Intelligere modò libeat dictá mira significatione [f] tenerã: & quicquid optari debet, in eo vocabulo inuenietur. Illa tẽperatę vbertatis, illa mollis facilisq; culturæ, nec madida, nec sitiẽs. Illa post vomerẽ nitescens: qualẽ fons ingeniorum Homerus in armis à Deo cęlatã dixit, [g] addiditq; miraculum [8h] nigrescentis, quamuis fieret [9] in auro. Illa quam recentẽ exquirunt improbæ alites vomerem comitantes, corúiq; aratoris vestigias ipsa [10] rodentes. Reddatur hoc in loco luxuriæ quoq; sentẽtia, & aliqua in propositum. Certè Cicero lux doctrinarum altera, Meliora, inquit, vnguenta sunt, quę terram, quàm quæ crocũ sapiunt. Hoc enim maluit dixisse, quam redolent. Ita est profectò: [11] illa erit optima, quæ vnguenta sapiat. [i] Quòd si admonendi sumus, qualis sit terræ odor ille qui quæritur, contingit sæpe etiam [12] quiescẽte ea sub [13] occasum Solis, in quo loco arcus cęlestis deiecerit capita sua: & cũ à siccitate cõtinua immaduit imbre: tũc emittit illũ suũ halitũ [k] diuinũ [14] ex Sole conceptũ, cui cõparari suauitas nulla possit. Is esse odor in cõmota debebit, repertúsq; neminẽ [15] faller: [16] ac de terra odor optimè iudicabit. Talis ferè est in noualibus cæsa vetere sylua, quę consensu [17] laudatur. Et in frugibus quidem ferendis eadẽ terra vtilior intelligitur, quotics intermissa cultura quieuit: quod in vineis non fit.

5 ex se pumicosæ. M.

6 enarrare. Est enim in tentatione. M.

7 sana. M. sacra. i dicata. Turn. satia. CH.

8 increscentis. M.
9 ex auro. M. & CH.

10 rodentes. Vet.

11 illa enim erit. M.

12 humescente. Quidam.
13 occasu. M.

14 & Solem. CH.

15 fallit. M.
16 ac de terræ odore. M. vtr. Lego, Sic de terra odor optimè &c.
17 laudantur. Vet. sub. noualia.

Eóque

Eóque diligentius eligenda est, ne vera existat opinio eorum, qui iam Italiæ terram existimauere lassam. Operis quidem facultas in aliis generibus constat & cælo: nec potest arari post imbres aliqua, vbertatis vitio lentescens. Contrà, in Byzacio Africę illum centena quinquagena fruge fertilem campum, nullis, cum [18] siccus est, arabilem tauris, post imbres vili asello, & à parte altera [19] iugi anu vomerem trahente vidimus scindi. Terram [20] enim terra emendari (vt [1] aliqui præcipiunt) super tenuem pingui iniecta, aut gracili bibuláque super humidam ac præpinguem, [21] dementia operæ est. Quid enim potest sperare, qui talem colit?

18 siccum est. M vtr.
19 iungi anum vom. trahentem &c. M. vtr, & CH. Lego, vili asel. vidimus scindi, & à par. alt. iungi anum vom. trahentem.
20 etiam. Vet.
21 dementiæ operæ est, quod potest superari qui colit terram: M. dementiæ opera est. Quid potest sperare qui colit talem? M. alterum, dementia opere est. Quid pot. sperqui alit talem? CH.

ANNOTATIONES.

a Hederam fortassis nigram significat, de qua Virgilius:
--at sceleratum exquirere frigus
Difficile est, picea tantùm, taxique nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.
b Idest quod ait Palladius cap. 5. lib. 1. quæ à bona terra proferuntur, nec scabra esse, nec retorrida, nec succi naturalis egentia.
c Virgilius 2. Georg. Varro cap. 7. lib. 1. Columel. cap. 5. & 6. lib. 2.
d Cap. 5. & 34.
e Cariosam & variam terram Columella cap. 4. lib. 2. exponit, nimbis exiguis semimadidam. cùm post longas siccitates leuis pluuia glebarum superiorem partem madefecit, inferiorem non attigit.
f Facilem & modicè resolutam. Columella cap. 2. lib. 2. & cap. 11. lib. 3. Pullæ Cato meminit lib. 34. Idem terram tenerrimam pullam vocat cap. 151. Vide infrà cap. 23. li. 18. Virgilius putre solum vocat:
--putre solum, namque hoc imitamur arando.
De cuius verbi significatione Victorius cap. 23. li. 11. Idem
--Zephyro putris se gleba resoluit.
Turn. cap. 27. 18.
g Iliados σ.
Β'ν δ' ἴτην ἐπὶ νῆας μακεδνὰς, ὅπλισιν ἄρσαντες,
Ἐν τεύχεσιν, τρίστοιχοι, ὁμαλοὶ δ' ἀρτύθησαν ἐπ' αὐτῇ
Ζεύγεα δὲ βόες εἶλκον ἀλύσκοντες ὀδύνην τε.
Ὄτ' ἀ' ἐπέβη σχεδίην πολυποίκιλον ἀρέσθαι,
Τοῖσι δ' ἅμα τρισσοὶ μὲν ἅμ' ἕσπετο νίκεος ἀγλὸς,
Δισσοὶ δὲ ἐν ἔπλοντο· τοὶ δ' ἐν σχεδίῃσιν ἄνακτος,
Γ' ἐμβριθὲς θοάζεσκε πέλωρ ἰοδόκον ἄνδρα.
Η' ἦ μαλακὸν' ὑπέστρω, ἁρηρομένῃ ἐνὶ κώπῃ,
Χρυσείοισι τεύχεσι· τὸ δὴ περὶ θώρηξ ἐκέκυντο.

Noctem è terra genitam fabulis proditur, quòd terræ soli obiectæ densitati Mathematici tribuunt, qua de caussa poëtæ γῆν μέλαιναν vocant. Rhodig. cap. 16. lib. 25.
h Nigram apud Theophr. loco citato probat Leophanes.
i Idem cap. 25. lib. 6. Causs. Arist. Problem. 12. Quæst. 2.
k Huius rei caussam vide explicatam apud Rhodig. cap. 31. 22. Vide suprà cap. 24. lib. 12. Apud Cic. lib. 3. de Orat. Odorem eum significari quidam volunt, cùm ait, *Licet hoc videre in reliquis sensibus, nunquam minùs diu nos delectari summa & acerrima suauitate condita, quàm his moderatis: & magis laudari quòd terram, quàm quòd crocum olere videantur.* Brod. tamen cap. 5. 4. ceram, non terram legit. Vide Theophr. cap. 25. 6. Causs. Arist. Quæst. 2. sect. 12. Problem.
l Theophr. cap. 25. lib. 3. de Causs. quosdam præcipere ait, vt varij diuersíque generis terræ commisceantur. macra cum pingui &c. Tacitè id ridet & reprehendit Plinius.

De terra, quam Britannia & Gallia amat. CAP. VI.

1 alendi ea ipsi, genusque quod vocant. M. Lego, alendi eam. Gypsi genus est quod vocant.
2 marlam, M.
3 ex ea colligitur. Vet.

A Lia est ratio, quam Britannia & Gallia inuenere [1] alendi eam ipsa: quod genus vocant [2] margam. Spissior vbertas [3] in ea intelligitur. Est autem quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo.

De Græcorum circa [1] hæc doctrina. CAP. VII.

1 hanc. Vet.
2 Leucargillion. M. Leucargillon. CH.
3 quam in. CH.
4 Illa Gall. Britan. lo cupletantia cum cura dici conuenit duo genera. Fuerant plura. M.
5 rosea. M. vtr. rusa. CH.
6 aut eædem & pab. M. vtr.
6 tophacea. Alba quæ sit inter. M.
8 tactu: nimia si iniecta est, exuritur sole. M. vtr.
9 acaunumarga. CH.
10 minima, leuiter.
11 sole eam di Gebai & cum terra misceri putant. Dal.

30 NOn omisere & hoc Græci. Quid enim intentatum illis? [2a] Leucargillon vocant candidam argillam, [3] qua in Megarico agro vruntur, sed tantùm in humida frigidáque terra. [4] Illas Gallias Britanniásque locupletantes cum cura dici conuenit. Duo genera fuerant. Plura nuper exerceri cœpta proficiẽtibus ingeniis. Est enim alba, [5] ruffa, columbina, argillacea, tophacea, harenacea. Natura duplex, aspera, [a] aut pinguis. Experimenta vtriusque in manus, vsúsque geminus, aut vt fruges tantùm alant, [6] aut edant & pabulum. Fruges alit [7] tophacea alba: quæ si sit inter fontes reperta, est ad infinitum fertilis, verùm aspera [8] tractatu: & si nimia iniecta est, exurit solum. Proxima est ruffa, quæ vocatur [9b] capnumargos, intermisto lapide terræ minutæ, harenosæ. Lapis [c] contunditur in ipso campo: primísque annis stipula difficulter cæditur propter lapides. Impendio tamen [10] minimo leuitate dimidio minoris, quàm cæteræ, inuehitur. Inspergitur rara: [11] sale eam miscerí putant. Vtrunque hoc genus semel iniectum [d] in l. annos valet, & frugum & pabuli vbertate.

40

ANNOTATIONES.

a Est & liquida Georgio Agricolæ lib. 1. De fossilibus.
b καπνοΰμαργον dictam volunt, quasi fumi ruffo & fusco colore infectam: alij καπνίμαργον legunt, quasi laxam & raram. Alterum manuscriptum exemplar meum habet. Caunumarga.
c Vel resolutior gelu & tempestatibus.
d In decem annos Gallitæ.

De terrarum generibus. CAP. VIII.

50 QVæ pingues esse sentiuntur, ex his præcipua alba. Plura eius genera. Mordacissimum, quod supra diximus. Alterum genus albæ [1] cretæ [a] argentaria est. Petitur ex al-

1 creta argumẽtaria. Vet. alimentaria CH. Lego, creta argillosa est.

to, in centenos pedes actis plerunque puteis, ore[2] angustatis, intus, vt in metallis, spatiante vena. Hac maximè Britannia vtitur.[3] Durat annis lxxx. Neque est exemplum vllius, qui bis in vita hanc eidem iniecerit. Tertium genus candidæ[4] gliscbromargon vocant. Est autem creta fullonia mista pingui terra, pabuli quàm frugum fertilior, ira vt messe sublata ante sementem alteram [5] lætissimam fecetur. Dum in fruge est, nullũ aliud [6] gramen [7] emittit. Durat xxx. annis: densior iusto [8] cymini modo strangulat solum. Columbinam [9] Gallia suo nomine [b] eglecopalam appellat: glebis excitatur lapidum modo: solle & gelatione ita soluitur, vt tenuissimas bracteas faciat. Hæc ex æquo fertilis. Harenacea vtuntur, si alia non sit: [10] in vliginosis verò, & si alia sit. Vbios gentiũ solos nouimus, qui fertilissimum agrũ colentes, quacunque terra infra tres pedes effossa, & pedali crassitudine iniecta lætificent. Sed ea non diutius [11] annis x. prodest. Hedui & Pictones calce vberrimos fecere agros: quę sanè & oleis, & vitibus vtilissima reperitur. Omnis autem marga [12] arato iniicienda est, vt medicamentum [13] rapiatur: & fimi desiderat aliquantulum quæ primò plus aspera, & quæ in herbas non effunditur: alioqui nouitate, quæcunque fuerit, solum lædet, ne sic quidẽ primo pòst anno fertilis. Interest & quali solo quæratur. Sicca enim humido melior, arido pinguis.[14] Temperatę alterutra, creta vel columbina conuenit.

2 angustis. Vet.
3 Durant. M.
4 glisomargam. CH.
5 lætissimum. M. & CH.
6 mittit. CH.
7 germen. Dal.
8 signini M. vtr. & Turn & CH. nẽpe ruderis è signino opere.
9 Galliæ &c. appellant. CH.
10 in vlig. vorticibus, &, si alia sit. Vet. M.
11 annis x. in M. d.
12 aratro M.
13 rapiatur. Fimi &c. plus iusto aspera est, & quæ. Dal.
14 Temperato. M.

ANNOTATIONES.

a Argento poliendo vtilis: vulgò, *Tripela*. Huius meminit Varro cap. 7. lib. 1.
b Quidam legunt Aiglepeliam, ideſt splendidam & liuidam: ἀιγλόεις, lucidus: πελιὸς, liuidus. Cæterùm ea vox Græca potiùs fuerit quàm Gallica. In vetusto legitur, suo nomine è Græco (lego, Sed & Græco,) Pelian appellat.

[a] *De cineris vsu, & de fimo, & quæ sata vberiorem terram faciant, & quæ vrant.* CAP. IX.

TRanspadanis cineris vsus adeò placet, vt anteponant fimo iumentorum: quod quia leuissimum est, ob id exurunt. Vtroque tamen pariter non vtuntur in eodem aruo, nec in arbustis cinere, nec quasdam ad fruges, vt[2] diximus.[b] Sunt qui puluere quoq; vuas ali iudicent, pubescentésque puluerent, & vitium arborumq; radicibus aspergãt. Quod certũ est Narbonensi prouinciæ, & [3] vindemias certius sic eo coqui, quia plus puluis ibi, quàm sol, confert. Fimi plures differentiæ: [4] ipsa res antiqua. Iam apud Homerũ regius senex agrum ita [5] suis manibus [c] lætificans reperitur. Augeas rex in Græcia [6] excogitasse fama ditur: diuulgasse verò Hercules in Italia, quæ regi suo [7] Stercutio Fauni filio ob hoc inuẽ[10]tum immortalitatem tribuit. [d] M. Varro principatum dat turdorũ fimo ex auiariis. Quod etiam pabulo boum suumq; magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseuerat. De nostris moribus bene sperare est, si tanta apud maiores fuere auiaria, vt ex his agri stercorarentur. [e] Proximum Columella columbariis, mox gallinariis facit, natantium alitum damnato. Cæteri autores consensu [f] humanas dapes ad hoc in primis aduocant. Alij ex his præferunt hominum potus, in [8] coriariorum officinis [8] pilo madefacto. Alij per sese, aqua iterum, largiúsque etiam, quàm cùm bibitur, admista. [9] Quippe plus iam ibi malè [10] domandũ est, cùm ad virus illud vini homo accesserit. Hæc sunt certamina, quibus inuicem ad tellurem quoque alendam vtuntur homines. Proximè spurcitias suum laudant. Columella [11] solus damnat. Alij cuiuscunq; quadrupedis [12] ex cytiso. Aliqui [13] colũbaria præferunt. Proximum deinde [h] caprarum est, ab hoc ouium, déinde boum, nouissimũ iumentorum. Hæ fuere apud priscos differentiæ, simúlque præcepta (vt inuenio) re tali vtendi, quando & hic vetustas vtilior: visumq; iam est apud quosdam prouincialium, in tantum abundante geniali copia pecudum, farinę vice cribris superiniici, fœtore aspectúque temporis [14] viribus in quandam etiam gratiam, mutato. Nuper repertũ, oleas gaudere maximè cinere è calcariis [15] fornacibus. [i] Varro præceptis adiicit, equino, quod sit leuissimũ, segetes alendas: prata verò grauiore, & quod ex hordeo [16] fiat, multasq; [17] gignat herbas. Quidam etiam [18] bubulo iumentorum præferunt, ouillúmque caprino: omnibus verò asininũ, quoniam lentissimè [19] mãdant. E contrario vsus aduersus [20] vtrũque pronũtiat. Inter omnes autem constat nihil esse vtilius lupini segete, priusquam siliquetur, aratro vel bidentibus versa, manipulísve defectæ circa radices arborum ac vitium obrutis.

[21] Etiam

2 Durant. M.
3 vindemiæ citius eo coquitur, quia. Alij, asperant. Certum est Narb. prouinciæ & vind. citius eo, &c.
4 ipsa re. Vet.
5 suis manibus. in M. d.
6 id excog. Alij hæc excog. CH.
7 Stercutio. Vet. & ett. Sterculio Lactan. & Tertull. Sterquilino. Alij.
8 coriorum. CH.
9 Quippe potus tum mage domandus &c. Alij. Quippe plus ił ibi miscendus ac domandus est Alij.
10 domandus. M.
11 solum CH.
12 exitiosum. M.
13 columbariis (sub. spurcitias) Vec colũbariam. M. columbarum. Alij Vet.
14 vicibus. M.
15 fornacib⁹, in M. d.
16 fit. Vet.
17 gignit. M.
18 bubalino. M.
19 mandunt. M.
20 vtroque. Vet.

[21] Etiam vbi non sit pecus, culmo ipso vel etiam filice stercorare arbitrantur.[k] Cato stercus vnde [22] fiat, stramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frondes ilignas, quernásque. E segete euellito ebulum, cicutam, & circum salicta herbam [23] auctam, vluámque: ea substernito ouibus, frondémque [24] putridam. [m] Vinea si [25] macruerit, sarmenta sua comburito, & [26] ibidem inarato. Itémque vbi saturus eris frumentum, ouesibi [n] delectato. Necnon [27] & satis quibusdam ipsis pasci terram dicit. Segetem stercorant fruges, lupinum, faba, vicia. Sicut è contrario cicer, quia vellitur, & quia salsum [28] est, hordeum, fœnum Græcum, eruum, hæc omnia segetem exurunt, & omnia, quæ velluntur.[29] Nucleos in segetem ne indideris.[o] Virgilius & lino segetem exuri, & auena, & papauere arbitra10 tur. Fimeta sub dio concauo loco, & qui humorem colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo [p] è robore depacto fieri iubet. Ira fore ne innascantur his serpentes. Fimũ miscere terræ, plurimum refert Fauonio flante, ac [31] luna [q] sitiente. Id plerique praue intelligunt à Fauonij ortu faciendum, ac Februario mense tantùm, cùm id pleraque sata aliis postulent mensibus. Quocunque tempore [32] facere libeat, curandum vt ab Occasu æquinoctiali flante vento fiat, lunáque decrescente ac sicca. Mirum in modum augetur vbertas effectúsque eius obseruatione tali.

21 Et vbi M.
22 facias apud Catonem faciat. CH.
23 auctum. M. & CH. id est, χορτασάντων, ebulum. actum, vt. eam subit. M. aliud. Turnebus, mactã. Cato cap. 37. altam.
24 putidã. M. & CH.
25 macrauerit. CH.
26 indidem. CH.
27 est satis. CH.
28 est. Hordeũ. Vet.
29 Nucleum. M. id est, arborem quæ in fructu nucleum fert.
30 inicere. CH.
31 luna silente. Alij.
32 fiat. M. vtr. & Vet.

ANNOTATIONES.

a Columella cap. 15. lib. 2. Theophr. cap. 8. lib. 2. histor. & cap. 13.
20 lib. 3. Caussar.
b Theophr. ibid. & cap. 22. lib. 3. Causs.
c Homer. Odyss. ω.
—ἀθλιμέην ῥ' ἀλοιῆ νοσφιόωντα φυτὸν·
in pomario bene structo circumfodientem, radentem, lænigantem arborẽ: (tot enim νοσφίζειν significat: vnde νόσφιον rusticum instrumentum quo id peragitur.) Cicero in Catone & Plinius hoc loco aut obliuiosè, aut negligenter νοσφίσαι, κοπρίσαι, stercorare & lætificare exposuerunt. De Vlysse id dicitur, qui patrem sic occupatum deprehendit. Ælianus cap. 5. lib. 7. histor. rectè significatum eius verbi rẽddidit: πρὸς λάκητα αὐλίου γοῦν ὡς ὁ τῶ πατρὸς πεφύκει τε, καὶ φυτὸν ξύων καὶ τοῦ γεωργοῦ διαθρεπτὸς. Laërtes, quamuis iam exeremate senectute, in opere à filio deprehensus est, arborem radens. A priscis tamẽ illis stercoratos fuisse agros cognoscimus ex Odyss. ξ.
—ὄφρ' ἂν ἔγωγε
ἡμῖσυ ἐδωρησάμην τε νέμων & μᾶλλα κοπρώσοιμι.
Brod. cap. 13. 6. Victorius cap. 4. 28. Obserue. Adscribendos alios versus Homeri putaui, qui ad hanc rem pertinent.
Δὸς νέον πάντα ἀπέθωκας ἀποιχομένῳ ἐνιαυτῷ
Ἠμὲν πολλὴ κόπρος, ἢ ἵν' ἀγρὸς ἀέσειθι βωλαίων
Ἡμιόνων τε, βοῶν τε ἔλκε μάχον' ὄφρ' ἂν ἔγειρε &c.
d Cap. 38. lib. 1.
e Idem Cassius apud Varronem.
f Sic alui proluuiem, & lotium circumloquitur. Eadem locutione vsus est, qui dixit, Reliquias cibi, & humorem quem profundimus. Theophr. cap. 9. lib. 2. histor.
g Quod sit calce addita.
h Cato cap. 36.
i Varro cap. 38. lib. 1. equinum, ex Cassio, minimè esse bonum in segetes tradit, sed optimum in prata, vt cæterorum veterinorum, quæ hordeo pascuntur, quod multam facit herbam. Obliuiosus hic Plinius.
k Catonis verba sunt ex cap. 37. *Stercus vnde facias stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus, frondem ilignean, quernean.*
l Fabules alas, vt Varro cap. 31. 1. Rei rust. & Cato cap. 7. locuti sunt, vel acera fabarum, τὰ ἄχυρα κυαμινά. In Geoponicis, τῆλυ δ' ἀλωρέων γῆν, ἢ ἀχυρῶ χαμαὶ σ' ὑπὸ πνεόντων, κυάνεον ἀφίστασο μηδὲ, ἀχύροις ὑποπνέουσα, πάλλιστον μὲν κυαμίνοις. Fabulum Lucilius vocat.
Hic in stercore humi, fabulõque, fimo, atque sucerda.
m Cato cap. 37. *Vitis si macra erit, sarmenta sua concidito minutè, & ibidem inarato,* (lego, *inurito,*) *aut infodito.*
n Decineto, illicito. Titinnius,
Quòd ea parasitus habeat, qui illum sciat
Delicere, & noctem facere posit de die.
Item attrahere & allicere. Quadrigarius 4. Annal. *Fabius de nocte capit hostibus castra simulare oppugnare, cum hostem delectare, dum collegaid raperet quod captabat.* Cato cap. 30. *Vbi sementim facturus eris, ibi omen delectato, & frondem vsque ad pabula matura.*
o Georg. lib. 2.
p Robusta aliqua materia in medio depacta. Varro, Columella.
q Paulò pòst siccam & decrescentem vocat, vt & Propertius:
Nunc licet in trinũs siccæ requiescere lunæ.

[a] *De satione arborum, & quòd auulsione nascuntur arbores.* CAP. X.

ABundè prædicta ratione cæli ac terræ, nunc de his arboribus [1] dicemus, quæ cura hominum atque arte proueniunt. Nec pauciora propè sunt genera: tam benignè naturæ gratiam retulimus. Aut enim semine proueniunt, aut [2] plantis radicis, aut propagine, aut auulsione, aut surculo, aut insito & [b] confecto arboris trunco. Nam folia palmarum apud Babylonios seri, atque ita arborem prouenire, Trogum credidisse demiror. Quædã autem pluribus generibus seruntur, quædam omnibus. Ac pleraq; ex his natura ipsa docuit, & in primis semen serere, cùm decidens exceptúmque terra [3] viuiscceret. [4] Sed quædam non aliter proueniunt, vt castaneæ, [5] iuglandes, [6] [c] cæduis duntaxat exceptis. Et semine autem, quanquàm dissimili, ea quoq;, quæ & aliis modis, seruntur, vt vites, & mala, atque pyra. Nanque iis pro semine nucleus, non vt suprà dictis fructus ipse. Et mespila semine nasci possunt. Omnia hæc tarda proùctu, ac degenerantia, & [7] insito restituẽda. Interdum etiam castaneæ. Quibusdam natura contrà, omnino non degenerandi, quoquo modo serantur, vt cupressis, palmis, lauris. Nanque & laurus pluribus modis seritur.

1 dicimus. CH.
2 pl. radicatis (viuiradicibus.) Vet. plantata radice. Alij. Vet. & Theophr. aut à radice plantis. Quidam. vt posthac hoc ipso capite.
3 viuescceret. CH.
4 Sed & quædam. Vet.
5 vt glandes. CH.
6 cadiuis. Alij.
7 insitu. Vet.

Genera eius[d] diximus. Ex his augusta, &[8] baccalis, & tinus simili modo seruntur. Baccæ mense Ianuario Aquilonis afflatu[9] siccante leguntur, expanduntúrque raræ, ne calefiant aceruo. Posteà quidam[10] fimo ad satum præparatas, vrina madefaciunt. Alij in qualo pedibus in profluente deculcant, donec auferatur cutis. Alioquin vligo infestat, nec patitur nasci. In sulco repastinato[11] palmi altitudine, vicenæ ferè[12] aceruatim mense Martio: eædem & propagine seruntur: triumphalísque talea tantùm. Myrti genera omnia in Campania baccis seruntur, Romæ propagine Tarentina. Democritus & alio modo seri docet, grandissimis baccarum tusis leuiter, ne grana frangantur, eáque intrita[14] restem circunlinia atque ita[15] seri: parietem fore densitatis, ex quo virgulæ differantur. Sic & spinas sepis causa serunt,[e] tomice moris spinarum circunlita.[ee] Pilas aùtem laurus & myrti inopia à trimatu tempestiuum est transferre. Inter ea quæ semine seruntur, Mago in nucibus operosus est.[f] Amygdala in argilla molli meridiem spectante seri iubet. Gaudere[16] & dura calidáque terra: in pingui[17] aut humida mori,[18] ac sterilescere. Serendas quàm maximè falcatas & è nouella, fimóque diluto maceratas per triduum, aut pridie quàm serantur, aqua mulsa. Mucrone defigi, aciem lateris in Aquilonem spectare: ternas simul serendas[19] triangula ratione, palmo inter se distantes: denis diebus adaquari, donec grandescant. Iuglandes nuces porrectæ seruntur commissuris iacentibus. Pineæ nucleis septenis ferè in ollas perforatas additis: aut vt laurus, quę[h] baccis seritur. Citrea grano & propagine: sorba semine,[20] & à radice planta, & auulsione proueniunt. Sed illa in calidis: sorba & in frigidis & humidis. Natura & plantaria demonstrauit,[21] multarum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre, quas enecet. Eius quippe vmbra turba[22] indigesta premitur, vt in lauris, Punicis, platanis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc genere rami parcunt soboli, vt vlmorum palmarúmque. Nullis verò tales[23] pulluli proueniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari, atque in[1] seminariis adolescere, iterúmque migrare. Qui transitus mirum in modum mitigat etiam syluestres: siue arborum quoque vt hominum natura, nouitatis ac peregrinationis auida est: siue discedentes virus relinquunt, mansuescúntque tractatu, ceu feræ, dum radici auellitur planta. Et aliud genus simile natura monstrauit: auulsíq;[k] arboribus stolones vixere. Quo in genere &[24] cum[l] perna sua auelluntur, partémque aliquam è matris[30] quoque corpore auferunt secum[25] fimbriato corpore. Hoc modo plantantur Punicæ, coryli, mali, sorbi, mespili, fraxini, fici, in primísque vites. Cotoneum ita satum degenerat. Ex eodem inuentum est surculos abscissos serere. Hoc primo sepis causa factum, sambucis, cotoneo, & rubis depactis: mox & culturæ, vt populis, alnis,[26] salici, quæ vel in uerso surculo[27] feritur. Iam eæ ibi disponũtur, vbi libeat esse eas. Quamobrem seminarij curam antè conuenit dici, quàm transeatur ad alia genera,[28] Nanque ad id præcipuum eligi solum refert, quoniam nutricem indulgentiorem esse, quàm matrem, sæpe conuenit.[m] Sit ergo siccum succosumq;, bipalio subactum, aduenis hospitale, & quàm simillimum terræ, in quá[29] transferendæ sint. Ante omnia elapidatũ, munitumq; ad incursum etiam gallinacei generis: quàm minimè rimosum, ne penetrãs sol exurat fibras. Interallo sesquipedum[30] seri, ne se inter se contingant. Præter alia vitia etiam verminosa fiunt: ideo sarriri conuenit sępius, herbásq; euelli. Prętereà semina ipsa fruticantia[31] supputare, ac falcem pati consuescere. Cato & furcis crates imponi iubet, altitudine hominis, ad solem recipiendum: atque integi culmo ad frigora arcenda. Sic pirorum malorúmq; semina nutriri, sic pineas nuces, sic cupressos, semine satas & ipsas.[n] Minimis id granis constat, vt vix perspici[32] quædam possint:[o] non omittendo naturæ miraculo,[33] è tam paruo gigni arbores, tanto maiore tritici & hordei grano, nè quis fabam reputet. Quid simile[34] originis suæ habent malorum pyrorúmque semina: his principiis respuentem secures materiem nasci, indomita ponderibus immensis præla, arbores velis, turribus murísque impellendis arietes? Hæc est naturæ vis, hæc potentia. Super omnia erit, è lacryma nasci aliquid, vt suo loco dicemus.[p] Ergo è cupresso fœmina (mas enim, vt diximus, non gignit)

8 bacalis & pinus. CH.
9 siccatæ. M.
10 fumo ad serendũ. M. ad serendum paratas. Vet.
11 palmæ. CH.
12 aceruantur. Vet.
13 triumphali. Alij.
14 reste circumligari. M. reste circunlini. CH.
15 seri: sic parietem fore miræ densitatis, Dal.
16 et. M.
17 &. M.
18 aut. CH.
19 trianguli. M.
20 Lego, & viuiradi ee planta auersione.
21 multis. M.
22 ingesta. M.
23 pulli. Vet. μεχλιψιατα, πλαγαβλατα, αὐτομελια, παγαφυάδες, νιπποδε.
24 cum pinna. Ver.
25 fibrato. Vet.
26 salice. Vet.
27 seritur iam. Hæ ibi. M.
28 Namque & hìc principio eligi solũ refert Vet. Namque & id præcipuum eligi refert. M.
29 transferendũ sit. Vet.
30 seri. Nam si inter se cõtingant, præter. Turn. & CH contingant, & noceant. Vet.
31 subputari. Vet.
32 quidem Dal. quídam possint. Non omittendum naturæ miraculum &c M.
33 etiam paruo. M. aliud.
34 originisve. M.

nit) pilulæ collectæ, quibus docui mensibus siccantur sole: ruptræq; emittunt semen, formicis mirè expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi[35] natalem tantarum arborum. Seritur mense Aprili, area[q] æquata cylindris, aut[36] volgiolis, densum terraq; cribris[37] supercernitur pollicis crassitudine. Contra immane pondus attollere se non valet,[38] retorquetúrque sub terra. Ob hoc[39] parcitur vestigiis. Leniter rigatur à solis occasu in trinis diebus, vt æqualiter bibat, donec erumpant.[40] Differuntur post annum[r] dodrantali filo, custodita temperie, vt[s] viridi cælo serantur, ac sine aura. Mirúmq; dictu, periculum eo tantùm die est,[41] si rorauerit quãtuluncunque imbrem, aut si afflauerit. De reliquo tutæ sunt perpetua securitate, aquáque[42] posteà odere. Et zizipha grano seruntur mense Aprili. Tuberes melius inserũtur in pruno syluestri, & malo cotoneo, & in[t] calabrice: ea est spina[43] syluestris. Quæcunque optimè & myxas recipit, vtiliter & sorbos.

35 natalẽ arboris. M.
36 vultuolis. CH.
37 supercinitur. CH. leg. superincernitur.
38 torquetur. M.
39 & patitur. CH.
40 Differuntur. Ver.
41 si rorauit quantu lacunque imbres, aut si adflauit. CH.
42 postea. in M. cl.
43 syluestris quæcũque. Optimè ea myxas. Vet.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 1. lib. 2. histor. & lib. 1. Caussˇ. & cap. 1. li. 4. eiusdem operis.
b Concisо frustulatim, & in terram demisso. Theophr.
c Quæ ex cæsorum truncorum radice pullulant.
d Suprà cap. vlt. lib. 15.
e Tomices, restes leuiter tortæ ex Sparto, aut impolito Canabi.
ee Lego, Pullas autem lauros & myrtos cænopas, à trimatu &c. Nam lauri & myrti terra emergentes, & nouellæ, coloris sunt herbaceiꝫ grandiores verò obscuriùs virescunt, & adultæ subnigræ visuntur, quas ὀλωνὰς vocant. Quidam legunt, Pullulos autem lauri & myrti, in inopia à trimatu &c. Alij, Pullos autem &c. Theophrasto cap. 16. lib. 3. Hist. phellodrys ξύλῳ ἴχει ὁλωνωδέστερον τῶν ἄρεως: magis giluum. Eidem cap. 17. lib. 3. hist. ἄνθος ὁλωνῳ cuidam generi τῶν ἴων.
f Columella cap. 10. lib. 5.
g Decimo quoque die.
h Granis leuiter tusis.
i Seminarij faciundi rationem docet Cato cap. 46.
k ἀπὸ παχυσπάδων. Theophr. ca. 1. lib. 2. histor. In genere stolones hic tam adnati radici, quam reuulsi à matris corpore. Theophrasto φυτευτὰ ἄρεως.
l Arboris pede. ἀπὸ πήχεως τῆς ἐρίζης παχυσάντα. Theoph. Eadem loquendi forma aulsi furculi calcem dixit ca. 21. huius libri.
m Cato cap. 46. 47. 48.
n Varro cap. 40. lib. 1.
o Seneca cap. 6. lib. 2. Quæst. Natural. Cicero lib. 2. de Nat. Deor.
p Theophr. cap. 2. lib. 2. histor. Vide Catonem cap. 151.
q κυλινδροειδέως. Theophr.
r Palmæ interuallo.
s Sudo ac sereno, tam sicco & à nubibus puro, vt viride appareat.
t Calabrica. Calabricam puto esse nostrum *Groiselier*. Quidam esse malunt Spinam Ceruinam Italorum, & Rhamnum purgatorium officinarum.

De transferendis seminariis, & vlmis serendis, & scrobibus. CAP. XI.

PLantas ex seminario transferre[1] in aliud, priusquam suo loco ponãtur, operosè[a] præcipi arbitror, licet translatione folia latiora fieri spondeant.[b] Vlmorum, prius quàm[2] folio vestiantur, samara colligẽda est circa Martias Calend. cùm flauescere incipit. Deinde biduo in vmbra siccata serenda, densa[3] in refracto, terra super minutatim cribrata crassitudine quæ in cupressis. Pluuiæ si non adiuuent,[4] rigandum.[5] Differendæ ex[c] arearum[6] venis post annum in vlmaria, interuallo[7] pedali in[8] vnamquamq; partem. Maritas vlmos autumno serere vtilius,[9] quia[d] carent semine. Nam eæ è plantis seruntur. In arbustum quinquennes sub vrbe[10] transferunt, aut (vt quibusdam placet) quæ vicenum pedũ esse cœperunt. Sulco, qui[11] nouerarius dicitur, altitudine pedum trium, pari latitudine, & eo amplius circa posita pedes terni vndique è solido adaggerantur. Arulas id vocant in Campania. Interualla ex loci natura sumuntur.[12] Aridiores serendas in campestribus cõuenit. Populos & fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoq; maturius conuenit, hoc est, ab Idibus Feb. plantis & ipsas nascentes. In disponendis arboribus arbustisq; ac vineis, quincuncialis ordinum ratio vulgata & necessaria, non perflatu modò vtilis, verùm & aspectu grata,[13] quocunque modo intueare, in ordinem se porrigente versu.[14] Populis eadem ratio semine, qua vlmos, serendi: transferendi quoque è seminariis eadem & syluis.[e] Ante omnia igitur in similem transferri terrã aut meliorem oportet. Nec[15] è tepidis aut præcocibus in frigidos aut serotinos situs, vt neq; ex his in illos.[f] Præfodere scrobes antè (si fieri posset) tantò prius, donec pingui cæspite obducantur. Mago ante[16] annũ iubet, vt solem pluuiasq; combibant: aut[17] si id conditio largita nõ sit, ignes in medio fieri ante mẽses duos, nec nisi post imbres in his seri.[g] Altitudinẽ eorum in argilloso aut duro solo[h] trium cũbitorum esse in quamque partem.[18] In prunis palmo ampliùs, & vbique[19] caminata fossura ore compressiore sint. Nigra verò terra[i] duo cubita, & palmũ quadratis angulis. Eadem mensura Græci autores cõsentiunt, non altiores[k] quino semipede esse debere, nec latiores duobus pedibus.[l] Nusquam verò sesquipede minus altos,[20] quoniã in humido solo ad vicinas aquæ[21] perueniat.[m] Cato, si locus aquosus sit, inquit, latos pedes ternos in faucibus, imósque palmum & pedem, altitudine iiii. pedum. eos

1 alibi. M.
2 foliis. CH.
3 in areis factis. ex Colum.
4 riganda. Vet.
5 Deferendæ. M.
6 venis. Ver.
7 sesquipedali. Colũ.
8 quamque. CH.
9 quia carentes semine nudis è plantis. M. quia carente semine non vt è plan. CH.
10 transferuntur. M.
11 nouenarius. Vet. id est, pedes nouem à vicino distans: aut in quo pedes nouem à se inuicem distitæ arbores ponuntur.
12 Ratiores. CH.
13 quoquo modo. M. & CH.
14 Lego, Opulis, quæ ita meminit Colum. in vlmario, nusquam populi facta mẽtione.
15 ex. CH.
16 annum fieri iubet. M
17 si condit. M.
18 In pruinis. Vet.
19 camerata. Vet. Colum. cap. 10. lib. 5.
20 quamuis Dal.
21 perueniant. Dal.

lapide consterni: aut si non sit, perticis salignis viridibus. Si neque eæ sint, sarmentis, ita vt in [22] altitudinem semipedem trahantur. Nobis adiiciendum videtur ex prædicta arborum natura, vt altius demittantur ea quæ summa [n] tellure gaudent, tanquam fraxinus, olea. Hæc & similia quaternos pedes oportet demitti. Cæteris sat est, si altitudinis pedes ternos effecerint. Excide, inquit, radicem istam [o] Papyrius Cursor imperator, ad terrorem Prænestinorum [23] Prætoris. Destringi securius se teste, innoxium [24] abradi partes, quæ se nudauerint terra. [p] Aliqui lapides rotundos subiici malunt, [25] qui & contineat humorem, & [26] transmittant: non item planos facere, & à terreno arcere radicem: existimantes. Glarea substrata inter vtranque sententiam fuerit. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt: alij, cùm annum impleat: [q] Cato crassiorem quinque digitis. [r] Non omisisset idem, si attineret, Meridianam cæli partem signare in cortice, vt translata in iisdem & [s] assuetis statueretur [27] horis: ne Aquilonia Meridianis oppositæ solibus finderentur, & algerent Meridianæ Aquilonibus. Quod è diuerso [t] affectant etiam quidam in vite ficóque, permutantes in contrarium. [28] [u] Densiores enim folio ita fieri, magísque protegere fructum, & minùs amittere: ficúmque sic etiam [29] scansilem fieri. Plerique id demum cauent, vt plaga deputati cacuminis meridiem spectet, ignari fissuris nimij vaporis opponi. Id quidem in [x] horam diei quintam vel octauam spectare maluerim. Æquè latet non negligendum, ne radices mora inarescát, néve à Septentrionibus, aut ab ea parte cæli vsque ad Exortum brumalem vento flante effodiantur arbores, aut certè non [30] aduersæ iis ventis radices præbeantur: propter quod emoriuntur, ignaris causæ agricolis. [y] Cato omnes ventos, & imbrem quoque in tota translatione damnat. [31] Et hoc proderit, quamplurimum terræ, in qua vixerint, radicibus cohærere, ac totas cæspite circunligari: [32] cùm ob id Cato in corbibus transferri iubeat. Proculdubiò vtilissimè [33] quidam summam terram contentus est subdi. [z] Quidam Punicis malis substrato lapide non rumpi pomum in arboribus tradunt. [aa] Radices inflexas poni melius. Arborem ipsam ita locari, vt media sit totius scrobis, necessarium. [bb] Ficus [34] si scilla (bulborum hoc genus est) seratur, ocyssimè ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium: quo vitio [35] non carent reliqua poma, [36] similiter sata. Radicum eius magnam adhibendam curam, vt exemptas appareat, non euulsas, quis dubitet? Qua ratione & reliqua [37] confessa omittimus, sicuti terram circa radices fistucato [38] spissandam, quod Cato primum in ea re esse censet: plagam quoque [38] à trunco oblini fimo, & foliis præligari præcipiens.

22 alt semipedis Vet. altitudine semipede. M. & CH.

23 prætoris distringi securim in se puratis. Iun. Liuius lib 9. Præt. Distrin. securi, sed & inn. abr. Lipsi.

24 ad radi. M. & CH.

25 qui haud cont. hũ sed trãm Thoph. cap. 7. lib. 3 Caus.

26 transmittant, non autem planos facere, hos à terreno. Dal.

27 oris. Aldj.

28 Densiora enim folia. M.

29 fertilé. Vet. legit. ἰσβατόρριζον pro ἰυβλαστότερον apud Theophr.

30 obuersæ. Vet.

31 Et ad hæc. M.

32 quia &c. iubet. Vet

33 quidem. M.

34 si in scilla. Vet. si prope scillã. Theoph.

35 non, in M d.

36 dissimiliter. Vet.

37 cõfessa nos omitt. M.

38 in trunco. Vet.

ANNOTATIONES.

a Cato cap. 46.
b De vlmariis Columel. cap. 6. lib. 5.
c Arearum vineas vocat excauatas fossas. Ea significatione dicimus, à milite vineas agi.
d Atinias si intelligit, eas semen ferre autor est Columella.
e Theophrastus cap. 7. lib. 2. Hist. δὶ τὰ φυτὰ λαμβάνειν, inquit, ἐξ ἀμέλους γῆς, ἀσφ μᾶλλον φυτεύειν, ἢ ἐν χέρσῳ &c.
f Idem ibidem, & cap. eod. lib. 3. Caus. πρὸς γύρτους γύρους. Columel. cap. 2. lib. 2. & cap. 6. ac 10. lib. 5. Cato cap. 43.
g Columel. cap. 6. li. 5. scrobes fieri iubet latos, pedes duos: altos in leui terra tantundem, in graui dupondium & dodrantem: longos, pedes sex, aut minimùm quinque. Cato verò serendis oleis altos, pedes III. s. latos, pedes IIII.
h Quatuor pedum & semissis.
i Tres pedes & nouem pollices.
k Quatuor pedibus & semisse.
l Deest quod Columella ait cap. 13. lib. 13. *Nisi tamen si scaturigo palustris obuia, sicut in agro Rauennate plusquam sesquipedem prohibeat infodere.*
m Cato cap. 43. de sulcis id colliciis vel elicibus scribit, non de scrobibus, qua in re Plinius non satis perspicax fuit.
n ὑπογειοτάτῃ ῥίζῃ Theophr. vocat.
o Contra Samnites feliciter is dimicauit, quamuis à pullario monitus pullos non addicere, cùm vorum fecisset, si superior discederet, vini pocillum Ioui se libaturum, suprà cap. 13. 14. Valer. Max. ca. 1. 7. Alexand. ab Alex. cap. 29. 1. Liuius lib. 9. *Præsentes Prætor*, inquit, *per timorem signum suos ex subsidiis duxerat in primam aciẽ: quem cum inambulans ante tabernaculum vocari iussisset, lictorem expedi-*
re securim iussit: ad quam vocem examini stãte Præneſtino, Agedum lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam am bulantibus. Lipsius Epist. 3 lib. 2. quæ dimidiatis circulis includuntur ab eo putat esse aliena de quo hic agitur, & ideò amouenda. Idem legit, Distringi securius, sed & innoxium abradi. Quidam legunt: In summa tellure vitis fuit, cùm Papyrius Cursor Imperator ad terrorem Prænestinorum Prætoris, inquit, Excide radicem istam. Distringi &c.
p Theophr. cap. 8. lib. 3. Caus. & Columel. locis citatis.
q Cap. 28.
r Tacitè Theophrastum reprehendit.
s Ad eandem cæli regionem & partem. Columella. De hac ratione loquendi, mox.
t Theophr. cap. 8. lib. 2. histor.
v Apud Theoph. legendum, ἴσως δ' ἂν δοίην μᾶλλον γίνεσθαι, καὶ σπείρων μᾶλλον τὴν καρπόν, ὅτι δ' ἧττον ἀποβάλλειν τὸς πυρῆνας &c. *Quidam Punicam malum ampliorem fieri si vltimum magis inumbrare, cytissique suos mittere, &c.* quæ Plinius longè alio sensu reddidit. Lego & ex Theophr. *Quidam inuersas figunt, in vite, atque etiam fico permutantes &c.* Palladius in Martio cap. 10. id fieri vetat.
x Hoc est in regionem cæli, quæ est inter Meridiem & Ortum brumalem, idest, inter Austrum & Vulturnum, atque adeò inter Austrum & Phœnicam, siue Euronoton. Vel inter Meridiem & Occasum hybernum, idest, inter Africi & Austri, vel Libonoton. Geographi, & rei rusticæ scriptores, cæli regiones, terrarumque situs ac positionem per horas vulgares designant: primam horam ab Ortu æquinoctiali numerãtes, sic vt sexta cadat in Meridiem, duodecima in Occasum: decimaoctaua in Septentrionem: vigesimaquarta in Ortum redeat. Vide cap. 3. lib. 6. & cap. 32. lib. 6.

y Cap

y Cap. 28.
z Palladius in Martio cap. 10. Columella cap. 10. lib. 5.
aa Theophr. cap. 7. lib. 2. histor. περὶ τὰ μὴ ῥιζοτὰ ἕλκος, ἐχθὲ λαβόντα: vbi *mirè curiosè agit.*
bb Columella cap. 10. lib. 5. ne tinea molesta sit siculneis seminibus, in imum scrobem lentisci ramum demitti iubet, inuerso cacumine. Theophr. cap. 7. lib. 5. Caus. meliora fieri tradit quæ Lentisco aut Scillæ inserta terræ mandantur. Idem cap. 7. lib. 2. histor. scribit quod hic Plinius, Ficum, si prope Scillam seratur, ocyus crescere, & minus à vermibus infestari.

De interuallis plantandarum arborum, & vmbris, & stillicidijs, & vbi plantari debeant. CAP. XII.

HVius loci pars est ad interualla pertinens. Quidam punicas, & myrtos, & lauros densiores seri iusserunt, in pedibus tamen nouenis. Malos amplius paulo, [1] vel magis etiam pyros, magísque amygdalas, & ficus: quod optimè diiudicabit ramorum amplitudinis ratio, locorúmque, & vmbræ cuiusque arboris; quoniam [2] has quoque obseruari oportet. Breues sunt, quamuis magnarum arborum, quæ in orbem ramos [3] circinent, vt in malis pyrísque. Eædem enormes cerasis, lauris. Iam quædam vmbrarum proprietas. Iuglandium grauis & noxia, etiam capiti humano, omnibúsque iuxtà satis. [b] Necat germina & pinus [5] sed ventis vtraque resistit, quoniam & [6] protecta vinearum ratione egent, Stillicidia pinus, quercus, ilicis ponderosissima. Nullum [c] cupressi, vmbra minima, & in se conuoluta. Ficorum [8] leuis, quamuis sparsa: ideóque inter vineas seri non [7] vetantur. Vlmorum leuis, etiam nutriens, [9] quacunque opacat. Attico hæc quoque [10] uidetur è grauissimis: nec dubito, si emittantur in ramos. [11] [d] Constrictæ quidem vllius noxiam esse non arbitror. Iucunda & platani, quanquam crassa. Licet [e] gramini credere non soli, haud alia lætius operiente toros. [f] Populo nulla, ludentibus foliis. Pinguis alno, sed pascens sata. Vitis sibi sufficit, mobili folio, iactatúque crebro solem vmbra temperans, eodem graui [12] protegens in imbre. Omnium ferè leuis vmbra, quorum pediculi longi. Non fastidienda hæc quoque scientia, atque non in vltimis ponenda, quandò quibusque satis vmbra aut nutrix, aut nouerca est. [13] Iuglandium quidem, pinorúmque, & picearum, & abietis, quæcumque attigere, non dubiè venenum est. Stillicidij breuis definitio est. Omnium quæ proiectu frondis ita [14] defenduntur, vt per [15] ipsas non defluant imbres, stilla sæua est. Ergo plurimum intererit hac [16] in quæstione, terra in qua seremus, in quantum arbores quasque alat. Iam per se colles minora quærunt interualla. Ventosis locis crebriores seri conducit. Olea tamè maximo interuallo, de qua Catonis Italiqua sententia est: in XXV. pedibus minimũ, plurimum XXX. seri. Sed hoc variatur locorum natura. Non alia maior in Bætica arbor. In Africa verò (fides penes autores erit) miliarias vocari multas narrát à pondere olei, quod ferát annuo prouentu. Ideo LXXV. pedes Mago interuallo dedit vndique: [17] etiá in macro solo ac duro, atque vétoso, cùm minimum XLV. Bætica quidem vberrimas messes inter oleas metit. Illam [18] insciam pudendam [19] esse conuenit, adultas [20] interlucare iusto plus, & in senectam præcipitare, aut (plerunque ipsis qui posuere, coarguentibus imperitiam suam) totas excidere. Nihil est fœdius agricolis, quàm gestæ rei pœnitentia, [21] multo vt præstet laxitate delinquere.

1 & magis M.

2 hanc. Vet. hæc. Alij Vet.

3 circinant. Dal.

4 gramina. M. & CH.

5 sed quoniam ventis vtr. resist. & proiectu eirum vineas tegunt. Aldj. vinearum lationem tegũt Aldj.

6 proiecta. M

7 vetatur Vet.

8 lenis. M. & CH.

9 quæcunque. Vet.

10 videntur. CH

11 Constrictæ quidem illius Vet Constr. quidem vlmi M.

12 prot. se ab imbre. Dal.

13 Iuglandum. M.

14 diffunditur. Vet.

15 ipsam. Dal. sub. frondem.

16 inquisitione. M.

17 ast in macro. M.

18 inscientiam. M. & CH.

19 nosse Vet.

20 inter sese luctari. Vet.

21 multo iam vt præstet laxitati deesse quere. M. & CH nisi quod habet, delingere.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 7. lib. 2. histor. & cap. 8. lib. 3. Caus. Columel. cap. 10. lib. 5. Varro. lib. 1.
b Palladio in Nouembri cap. 7. *Pinus omnibus, quæ sub ea seruntur, prodesse creditur.* Theophr. cap. 15. lib. 3. Caus. *Pinus omnibus benigna Laurum & Myrtum sub se satas fouet, & crescere patitur.*
c Fœminæ, quæ in metam fastigiatur.
d Eius cui amputati rami sunt.
e Lætissimè sub Platano nascenti.
f Nigræ.
g Vel quia pinguiores, vel vt densiores arbores ventorum iniuriæ, qui in edita magis seuiunt, fortiùs resistant.

Quæ arbores tardè crescant, & quæ celeriter: & de Sabina. CAP. XIII.

QVædam autem natura tardè crescunt, & in primis semine tantum nascentia, & longo æuo durantia. At quæ citò occidunt, velocia sunt, vt ficus, Punica, prunus, malus, [1] pyrus, myrtus, salix: & tamen antecedunt diuitiis. In trimatu enim ferre incipiunt, ostendentes & antè. Ex his [2] lentissima pyrus. Ocyssima omnium cypirus, & pseudocypitus frutex. Protinus enim floret, seménque [3] profert. Omnia verò celerius adolescunt

1 pinus. M.

2 lent. est pyrus. M. cypirus & pseudocypirus.

stolonibus ablatis, vnámque in stirpem redactis alimentis. Eadem natura & propagines docuit. Rubi nanque curuati gracilitate & simul proceritate nimia, defigunt rursus in terram capita, iterumq; nascuntur ex sese, repleturi omnia, ni resistat cultura, prorsus vt possint videri homines[b] terræ causa geniti. Ita pessima atque execranda res, propaginem tamen docuit, ac[4] viuiradicem. Eadem autem natura est ederis. [c]Cato propagari præter vitem tradit ficum, oleam, Punicam, malorum genera omnia, [5] laurum, prunos, myrtos, nuces auellanas, & prænestinas, platanum. Propaginum duo genera: ramo ab arbore depresso in scrobem quatuor pedum quoquo, & post biennium amputato flexu, plantáque translata post trimatum: [6] quas si longius ferre[d] libeat, in qualis statim, aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimum, vt in iis transferantur. Alterum genus [7] luxuriosius, radices in ipsa arbore solicitanda, traiectis per vasa fictilia vel qualos ramis, terráque circumpactis: atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipsa & cacumina (in [8] summa enim cacumina hoc modo petuntur) audaci ingenio arborem aliam longè à tellure faciendi, eodem, quo suprà, biennij spatio absciſſa propagine, & cum qualis illis sata. Sabina herba propagine seritur & auulsione. Tradunt fæce vini, aut è parietibus latere tuso mirè ali. Iisdem modis rosmarinum [9] serunt & ramo, quoniam [e] neutri semen. Rhododendron propagine & semine.

3 perfert.CH.
4 viridem radicem.M.
5 laurus. CH.
6 quam si.Dal.
7 luxuriosum.M.
8 summa etenim.M. & CH.
9 seritur.CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr.cap.7.lib.3. histor.
b Colendæ & purgandæ, quam alioqui ruborum sylua occuparet, & obrueret.
c Cap. 51.
d Idem cap.52.
e Fallitur Plinius. Sabina baccifera est: semen autem Rosmarinus gerit.

[a] *De satione arborum, & insitione, & quomodo inuenta sit tenera inserendi emplastratio.* CAP. XIIII.

SEmine quoque [b] inserere natura docuit, raptim auium fame deuorato, solidóque, & alui tepore madido, cum fœcundo simi medicamine abiecto in mollibus arborum [1] lecticiis, [2] & ventis sæpe translato in aliquas corticum rimas: vnde vidimus [c] cerasum in salice, platanum in [3] lauro, laurum in cerasо, & baccas simul discolores. Tradunt & monedulam condentem semina in thesauros cauernarum, eiusdem rei præbere causas. Hinc nata inoculatio sutoriæ simili [4] fistula aperiendi in arbore oculum cortice excisо, [d] seménque includendi eadem [e] fistula sublatum ex alia. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua. Virgiliana quærit [5] sinum in nodo gemmæ expulsi corticis, [f] gemmámque ex alia arbore includit. Et hactenus natura ipsa docuit. Insitionem autem casus, magister alius, & penè numerosior, ad hunc modum. Agricola sedulus casam sepis munimento cingens, quò minùs putrescerent sudes, limen subdidit ex edera. At illæ viuaci morsu apprehensæ, suam ex alieno fecere vitam, apparuítque truncum esse pro [g] terra. Aufertur ergo serra æqualiter superficies. læuigatur falce trúcus. Ratio postcà duplex: Et prima inter corticem lignúmque inserendi. Timebant prisci truncum findere: [6] mox [h] inforare [7] ausi medio. Ipsiq; medullæ calamum imprimebant, vnum inserentes, neque enim plures capiebat medulla. Subtilior posteà ratio vel senos [8] adiicit, mortalitati eorum [9] & numero succurrere persuasa per media trunco leniter fisso, cuneóq; tenui fissuram custodiente, donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus. Multa in hoc seruanda. Primum omnium, quæ patiatur coitum talem arbor, & cuius arboris calamus. Variè quoque & non iisdem in partibus subest omnibus succus. Vitibus ficíque media sicciora, & è summa parte conceptus, ideo illinc surculi petuntur. Oleis circa [10] medias succus: inde & surculi: cacumina sitiunt. Facillimè coalescút, quibus eadem corticis natura, quæque pariter florentia eiusdem horæ germinationem succorúmque societatem habent. [11] Lenta enim res est, quoties humidis repugnant ficca, mollibus corticum duri. Reliqua obseruatio, ne fissura in nodo fiat: repudiat quippe aduenam inhospitalis duritia: vt in parte nitidissima, ne longior multo tribus digitis, ne obliqua, ne translucens. Virgilius [1] ex cacumine inseri vetat. Certúmque est, [12] ab humeris arborum orientem æstiuum spectantibus surculos petendos, & è feracibus, & è ger-

1 lactis.Dal.
2 aut.Dal.
3 lauru.CH.
4 fibula aperiendo & includendo.Dal.
5 sinum gemmæ in nodo euulsi.Dal.
6 mox inperare. CH.
7 ausi medium, ipsi medullæ. Alij. ausi, medio ipsi, atque medullæ. Vet. medio, ipsique in eo medullæ.M.
8 adicie. M. adigit. Vet.adiecit.Dal.
9 ex num.M.
10 media. CH.
11 Lenta res, quoties. M.
12 ramis.Vet.

& è germine nouello, nisi vetustæ arbori inserantur. ij enim robustiores esse debent. Præterea vt prægnantes, hoc est, [13] gemmatione turgentes, [14] & qui parere illo sperauerint anno. Bimi [15] vtrique, nec tenuiores digito medio. Inseruntur autem & inuersi, cùm id agitur, vt minor altitudo in latitudinem se fundat. Ante omnia gemmantes nitere conuenier, nihil [16] nusquam hulceroſum esse aut retorridum. [17] Spei fauet [k] medulla calami commissuræ, si in matre ligni corticísque iungatur. Id enim satius, quàm [18] foris cortici æquari. Calami exacutio medullam [19] ne nudet. Tenui tamen fistula [20] detegat, vt [21] fastigatio læui descendat cuneo, tribus non [22] ampliore digitis. Quod facillimè contingit, tinctum aqua radentibus. Ne exacuatur in vento, nec cortex à ligno decedat alterutri. Calamus ad corticem vsque suum deprimatur. Ne luxetur, dum deprimitur: néve cortex replicetur in rugas. Ideo lacrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quàm aridos: quia illo modo labat humore nimio cortex, hoc vitali defectu non humescit neque [23] concorporatur. Id etiam religionis seruant, vt luna [24] crescente, vt calamus vtraque deprimatur manu. Et alioquin in hoc opere duæ simul manus minus nituntur, necessario temperamento. Validius enim demissi tardius ferunt fortius durant: [25] contraria ex diuerso. Ne hiscat nimium rima, laxéque capiat, [26] aut ne parum: & exprimat, aut compressum necet. Hoc maximè præcauendum, [27] vt præualidè [28] accipientis trunco in media fissura [29] relinquatur. Quidam vestigio [30] fissuræ falce in truncis facto, salice præligant marginem ipsum. Posteà cuneos [31] figunt, continente vinculo libertatem dehiscendi. Quædam in plantario insita eodem die transferuntur. Si crassior truncus inseratur, inter corticem & lignum inseri melius, cuneo optimè osseo, ne [32] cortice rumpatur laxato. Cerasi [l] libro dempto finduntur. Hæ solæ & post brumam inseruntur. Dempto libro habent veluti lanuginem, quæ si comprehendit insitum, putrefacit. [33] Incolumi cuneo [34] adactum vtilissimè adstringitur. Inserere aptissimum quàm [35] proximum terræ, si patiatur nodorum trunciq; ratio. Eminere calami sex digitorum longitudine non amplius debent. Cato argillæ, vel cretæ [m] harenam, fimúmque bubulum [36] admisceri, atque ita vsque ad lentorem subigi iubet, idq; [37] interponi & circunlini. Ex iis quæ commentatus est, facilè apparet illa ætate inter lignum & corticẽ, nec alio modo inserere solitos, aut vltra [38] latitudinem duûm digitorum calamos demittere. Inseri autem præcipit pyra ac mala per ver, & post solstitium [39] diebus l. post vindemiam. Oleas autem & ficos per ver tantùm, luna sitiente, hoc est, sicca. Præterea post meridiem, ac sine vento Austro. Mirum, quòd non contentus insitum munisse, vt dictum est, & cæspite ab imbre frigoribúsque protexisse, ac mollibus bifidorum viminum fascibus, [n] lingua bubula (herbæ id genus est) insuper obtegi iubet, eamq; illigari opertam stramentis. [40] Nunc abundè arbitrantur paleato luto [41] libros farcire, duos digitos insito extante. Verno inserentes tempus vrget, incitantibus se gẽmis, præterquàm in olea, cuius diutissimè oculi parturiunt, minimúmq; succi habent sub cortice, qui nimius insitis nocet. [o] Punicam verò & ficum, quanquam aliàs sicca sint, [42] recrastinare minimè vtile. Pyrum vel florentem inserere licet, & in Maium quoque mensem protendere [43] insitionem. Quòd si longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optimè custodire succum arbitrantur: [44] seruari inter inter duos imbrices iuxta riuos vel piscinas, vtrinque terra obstructos.

13 germinatione. M.
14 & quos Vet.
15 vtique, (sic & CH.) nec ten.dig.minimo.M.
16 vsquam.M.
17 Spei fa. medullæ cal. commissura, si matrix ligni corticeique (sub. calami) iungantur. Dal.
18 fortius Dal.
19 ne nudet, deregat tamen sit remis Dal.
20 detegatur. Vet.
21 fastigiatio.Dal.
22 amplius.Vet.
23 concorporat.CH.
24 cresc. calamus. Dal.
25 & contrarium.M.
26 parumve comprimat, aut ne compr.
27 vt præter calami acceptū nihil in media trunci fissura relinqu.
28 accipiente.Vet.
29 relinquant. M. & CH.
30 scissuræ. Dal.
31 refigunt. Dal. finduntur CH.
32 cortex rump. laxatus.Vet.
33 incolume. M. subinsitum.
34 educto vitilibus. Dal.
35 proximè.Dal.
36 admiscet Dal.
37 superponi.Dal.
38 altitudinem. Dal.
39 diebus l & per vind. Ex Catone.
40 Nunc autem arb. Vet.
41 librum. Dal. farcire, libro duos dig. insitos extante. CH.
42 procrastinare. Dal.
43 insitiones.CH.
44 seruari autem inter.Dal.

ANNOTATIONES.

a Theoph.cap.6.& 7.lib.1. Cauſſ.Cato cap.40. 41. 42. Columella cap.11.lib.5. Virgil.2.Georgic.
b Insitionum hi ferè sunt modi, Inoculario, & quæ generis nomine appellatur Insitio. Inoculatio (ἐνοφθαλμισμὸς,) eáque duplex; prisca altera, quæ fit surculo in gemmam subula apertam indito; noua altera, quæ & Emplastratio dicitur, fitq; in gemmæ locũ incisa. Insitio, (ἐμφυτία, ἐμφύτευσις) & hæc quoque duplex, in truncum, & in corticem; in truncum rursus duplex; altera terebræ circumactu, (terebratio, siue ἐγκεντρισμὸς,) vel stimulo perforata medulla, (medullarum applicatio;) altera trunco per medium fisso: in corticem verò nostra memoria inuenta, corticis fistuloſi circumiectus.
c Theophr.cap.23.lib.2. Cauſſ.& cap.4.lib.5.
d Calamum, surculum, vt fit cùm truncato stipite surculus inseritur inter corticem & lignum.
e Subula, dcuto scalpello, Columel.
f Emplastrationis modo.
g Theophr.cap.6.lib.1.& cap.19. lib.2.Cauſſ.
h Hoc est ἐγκεντρίζειν Græcis.
i Non tantùm diuisa, vt admittat lucem, verùm exempto cuneo latera sic lateribus applicans, vt videatur coaluisse.
k Id est quod ait Cato cap.41. Quos inseres, medullam cum medulla comitito.
l Qui crassior à tenuiore velut hiscens discedit. Vide infrà cap. 24. huius libri.
m Theophr.cap.6.lib.1.Cauſſ.laudat (si mendum non subest) πηλὸν πεπρισμένον, id est lutum cum pilis subactum.
n Miror valde Plinium, linguam bubulam, herbam, τὴ βύγλωσσον, exposui

exposuisse, cùm Cato ligulam è cortio bubulo factam intelligat: & alioqui sit absurdum linguam bubulam herbam insuper li- brum alligari, nec cadat, quod ait Cato.
o Theophr. cap. 6. lib. 1. Caussi.

[a] *De vite inserenda.* CAP. XV.

VItium verò in scrobibus siccis stramento opertos, ac de inde terra obrutos, vt cacumine existant.[b] Cato vitem tribus modis inserit. Præfectam findi iubet per medullam, in eam surculos exacutos (vt dictum est)[2] addi,[c] medullas iungi. Altero, si inter sese vites contingant, vtriusq; in obliquum latere contrario adraso, iunctis[d] medullis colligari. Tertium genus[3] est,[e] terebrare vitem in obliquum ad medullam, calamoscq; addere longos pedes binos: atque ita ligatum insitum,[f] intritáque illitum operire terra, calamis subrecti. Nostra ætas correxit, vt[g] Gallica[4] vteretur terebra, quæ excauat, nec vrit: quoniam adustio omnis hebetat: atque vt gemmascere incipiens legatur calamus. Nec plus quàm binis ab insito emineret oculis[5] vlmeo vimine alligatus, binácq; cicuncideretur acie à duabus partibus, vt inde potius[6] distillaret[7] mucor, qui maximè vites infestat. Deinde cùm cualuissent flagella[8] pedes binos, vinculum insiti incideretur, vbertati crassitudine permissa. Vitibus inserendis tempus dedêre ab æquinoctio[9] autumno ad germinationis initia. Satiuæ plantæ syluestrium radicibus inseruntur natura siccioribus. Si[10] satiuæ syluestribus inserantur, dege nerât in feritatem. Reliqua cælo constant. Aptissima insitis siccitas. Huius[11] enim remedium appositis fictilibus vasis modicus humor per cinerem distillat. Inoculatio rores amat[12] leueis.

1 Vitis. M.
2 indi. Dal.
3 est, in M.d.
4 vteretur. Dal.
5 vlmi vimine alligato. bf, vlmi vim. alligato bina circumdarentur. CH,
6 distiller. Vet.
7 humor. M.
8 ad pedes Dal.
9 autumni Vet.
10 satiuis syluestres. Vet.
11 est. Vet.
12 leues. Dal.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 16. lib. 1. & cap. 17. lib. 3. Caussi. Cato cap. 42. & 43. Columel. cap. 29. lib. 4. & De arboribus cap. 8.
b Cap. 41.
c Surculi videlicet & matricis.
d Forassis hoc græcis fuerit ἐφυπνίσαι, quasi adoptare, & arrogare in suam stirpem, in suum genus.
e ἐγκεντρίσαι Græcis.
f Argilla subacta cum simo & arena.
g Cyclisceum Gal. vocat lib. 6. Meth. sub finem. Ea non scobem, sed ramenta facit, quibus exemptis plaga vndique læuis relicta fit. Cilius omni parte sedentem furculum contingit: terebra verò prisco rum, quæ manu adigitur, vrit paretem quam excauat, & scobis lanuginem excitat, quæ nunquam sic extrahitur, vt non inhæreat foramini, interuenru suo prohibens ne furculi corpus corpori vitis applicetur. Colum. cap. 29. lib. 4. Terebra antiquorum *Vanere*: Gallica, *Vibrequin*.

[a] *De emplastratione.* CAP. XVI.

EMplastri ratio & ipsa[1] ex inoculatione nata videri potest. Crasso autem maximè[2] cortici conuenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte, quáque præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula (ita ne descendat[3] vltra ferrũ) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis[4] mamma, sic compage densata vt cicatrici locus non sit, & statim fiat vnitas,[5] non humorem, nõ afflatum recipiens: nihilominus tamen & luto munire, & vinculo melius. Hoc genus non pridem repertum volunt, qui nouis moribus fauent. Sed id etiam apud veteres Græcos inuenitur, & apud [b] Catonem, qui oleam ficúmque sic inseri iussit, mensura etiam præfinita secundum reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa sua intrita oblini. eadem ratione & in malo. Quidam huic generi [c] miscuere fissuram in vitibus, exempta [6] cortice tessella, furculo à latere plano adigendo. Tot modis insitam arborem vidimus iuxta[7] Tiburtes Tulias, omni genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, Punicis, malorúmque generibus. Sed huic breuis fuit vita. Nec tamen omnem experimentis assequi naturam possumus. Quædam enim nasci, nisi sponte, nullo modo queunt: cáque immitibus tantùm & desertis locis proueniunt. Capacissima insitorum omnium[8] dicitur platanus, posteà robur: verùm vtraque sapores[9] corrumpunt. Quædam omni genere inseruntur, vt ficus [10] & punicæ. Vitis non recipit emplastra, nec quibus tenuis ac caducus rimosúsque cortex. Neque inoculationem siccæ, aut humoris exigui. Fertilissima omnium inoculatio, posteà [d] emplastratio. Sed vtraque infirmissima. Et quę cortice nituntur tantum, vel leui aura ocyssimè deplantantur. Inserere firmissimum, & fœcundius, quàm serere.

1 ex, in M.d.
2 cortice. M.
3 vltra corticem ferrum. M. aterrum.
4 gemma. Dal.
5 nec hum. nec affl. CH.
6 cortici. M. cum cortice.
7 Tiburtes, tiliam omni. Vet.
8 dicitur, CH.
9 corrumpit. CH.
10 vt. CH.

ANNOTATIONES.

a Columella cap. 11. lib. 5. Cato cap. 42.
b Loco citato.
c Vites inserunt & ramo simul fisso, & emplastro.
d Columel. cap. 11. lib. 5. inoculationem ab agricolis vocari emplastrationem tradit. Plinius tamen videtur hanc ab illa distinguere.

Exem

Exemplum huius rei. CAP. XVII.

NOn est omittenda raritas vnius exempli. Corellius eques Ro. Atestę genitus,[1] inseruit castaneam suomet ipsam furculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea, quæ ab eo nomen accepit inter laudatas. Posteà hæres eiusdem libertus Corellianam iterum[2] inseruit. Hæc est inter eas differentia, illa copiosior, hæc[3] Corelliana melior. Reliqua genera casus ingenio suo excogitauit, ac defractos serere ramos docuit, cùm pali defixi radices cepissent. Multa sic [a] seruntur, in primísque ficus, omnibus aliis modis nascens, præterquàm [b] talea: optimè quidem, si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite, eóque ipso harena cooperto. Ramo seruntur & Punica, palis laxato priùs meatu: item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedũ, crassitudine minus brachiali, cortice diligenter seruato, trũco exacuto. Myrtus & taleis seritur: morus talea tantùm, quoniam [4] ramo eam seri religio fulgurũ prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Seruandum in eo ante omnia, vt taleæ ex feracibus fiant arboribus: ne curuæ, néve scabræ, aut bifurcæ: néve [c] tenuiores, quàm vt manum impleant: [5] ne minores pedalibus: vt illibato cortice: atque vt sectura inferior ponatur semper, & quod erit ab radice: accumuletúrque germinatio terra, donec robur planta capiat.

1 inseuit. M. & CH.
2 inseuit. M. & CH.
3 tertiana. M.
4 in vlmo. M. ratum, quã in vlmo seri &c. Vet. inseri. CH.
5 néve. Dal.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 7. lib. 2. histor. & ca. 6. lib. 1. Caussar. Columel. cap. 10. lib. 5.
b Varro cap. 40. lib. 1. De re rust.
c Columel. lib. De arboribus, cap. 20. & cap. 9. lib. 5. Theophr. loco citato.

De cultura olearum, & quibus temporibus insitio fiat. CAP. XVIII.

QVæ custodienda in olearum[1] cultura [a] Cato iudicauerit, ipsius verbis optimè præcipiemus: Taleas [2] oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas[3] facito. [b] Diligentérque tractato, ne liber laboret, cùm dolabis aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito: eas sic inserito: locus bipalio subactus sit, benéque [4] glutus. Cùm taleam [5] demittis, pede taleam opprimito. Si parum descendat, [6] malleo aut mateola [7] adigito: cauetóque, ne librum [8] scindas. Cùm adigis, palo prius locum feceris, quò taleam [9] demittas: ita meliùs viuet talea. Et vbi trinæ sunt, tum denique curæ sint, vbi liber se vertet. Si in scrobibus aut in sulcis [10] seras, ternas taleas ponito. Eas diuaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transuersos emineant, vel [11] oculos serito. Diligenter eximere oleam oportet, & radices quam plurimas cum terra ferre. Vbi radices bene operueris, calcare bene ne quid noceat. Si quis quærat quod tempus oleæ serendæ sit, agro sicco per sementem, agro læto per ver. [c] Oliuetum diebus x v. ante æquinoctium vernũ incipito putare. Ex eo die dies xl. rectè putabis. Id hoc modo putato. Quà locus rectè ferax erit, quæ arida erunt, & si quid vĕtus interfregerit, [12] ea omnia eximito. Quà locus ferax nõ erit, id plus [d] concidito, aratoq; bene, enodatoq;, stirpésq; leues facito. [e] Circum oleas [13] autumno ablaqueato, & stercus addito. Qui oliuetum sæpissime & altissimè miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum abibunt, crassiores fiĕt, [14] & eò in radices vires oleæ abibunt. Quæ genera olearum, vel in quo genere terræ viuere & seri debeant, quóque spectare oliueta, diximus in ratione olei. Mago in colle & siccis, & argilla, inter autumnum & brumam seri iussit. In crasso, aut humido, aut subriguo, à messe ad brumam. Quod præcepisse eum Africæ intelligitur. Italia quidem nunc vêre maximè serit. [15] Sed si & autumno libeat, post æquinoctium xl. diebus ad Vergiliarum occasum. x i i i. soli dies sunt, quibus seri noceat. [16] Africæ peculiare quidem in oleastro est inserere. [17] Quidam æternitate consenescunt proxima adoptione virga emissa, atque ita alia arbore ex eadem iuuenescente: iterumq; & quoties opus sit, vt æuis eadem oliueta constent. Inseritur autem oleaster calamo & inoculatione. Olea, vbi quercus effossa sit, malè ponitur: quoniam vermes qui [17] raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur & transeũt. Non [18] inhumare taleas, aut siccare priùs quàm serantur

1 cura. CH.
2 oleagineas. Vet. & CH.
3 decidito. Cato.
4 glutus, benéque ter ra tenera. Cato. glutus CH
5 demittes, & mox, defendet. Idé & CH.
6 malleolo. Idem.
7 adicito, & mox, adicis. M.
8 scindas, cùm adiges. Palo, Cato.
9 demittat. M. & CH. demittas. Si ita feceris vti fĕet talea melius viuet. Taleæ vbi trimæ (sic & CH) sunt, tum den matureq; sunt. vbi lib. sese vertet. Cato.
10 seres ter. tal. ponito, easq;. Cato. & CH.
11 oculis. Vet.
12 inde ea. CH.
13 autumnitate. CH.
14 & in eas. Vet. & eò. Dal. propterea, ideò.
15 Sed & autumno, si libeat Dii.
16 Quidam æter. eæ consen Ver Lego, inserere, quad avtern eũ senescit prima adopt. emis. virga, cito alia, arbore ex eadem, inuenescẽte, iterúmque &c.
17 Leg. eruæ: sic & apud Theoph. legẽdũ ἐκρίζαι pro κάμπαι.
18 inrumare. M. & CH.

rantur, vtilius compertum. Vetus oliuetum ab æquinoctio verno intra Vergiliarum exortum [f] interradi alternis annis, melius inuetum: Item muscum circundare radici. [g] Circunfodi autem omnibus annis à solstitio duûm cubitorum scrobe pedali altitudine: stercorari tertio anno. Magò idem amygdalas ab occasu Arcturi ad brumã seri iubet. Pyra non eodem tempore omnia, quoniam non æquè floreant. Eadem oblonga, aut rotunda, [19] ab occasu [h] Vergiliarum ad brumam. Reliqua genera media hyeme, ab occasu Sagittæ, Subsolanum, aut [20] Septentrionem spectantia. Laurum [21] ab occasu Aquilæ ad occasum Sagittæ. Connexa enim de tempore serendi æquè ratio est. Vêre & autumno id magna ex parte fieri decreuere. Est & alia hora circa Canis ortus, pauciorib⁹ nota, quoniam non omnibus locis pariter vtilis intelligitur, sed haud omittenda nobis, non tractus alicuius rationem, verum naturæ totius indagantibus. In Cyrenaica regione sub [1] Etesiarum flatu conserunt: necnon & in Græcia, oleam maximè in Laconia Cos insula & vites tunc seri apud Græcos inoculare & inserere non dubitant, sed [22] arborem non serunt. Plurimúmque ibi eo locorum natura pollet. Nanque in Ægypto omni serunt mense, & vbicunque imbres æstiui [23] non sunt, vt in India & Aethiopia. Necessariò post hæc autumno seruntur arbores. Ergo tria tempora eadem germinationis, ver, & Canis, Arcturíque ortus. Neque enim animalium tantum est ad [24] coitus auiditas, sed multo maior est terræ ac satorum omnium libido: qua tempestiuè vti, plurimum [25] interest conceptus. Peculiare vtique in insitis, cùm sit mutua cupiditas [26] vtrinque coeundi. Qui ver probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire, ideo faciles corticum esse [27] complexus. Qui præferunt autumnum, ab Arcturi ortu, quoniam statim radicem quandam capiant, & ad ver parata veniant, atque non protinus germinatio auferat vires. Quædam tamen statutum [k] tempus anni habet vbique, vt cerasi & amygdalæ circa brumam, serendi vel inserendi. De pluribus locorum situs optimè [28] iudicabit. Frigida enim & aquosa verno conseri oportet, sicca & calida autumno. [l] Communis quidem Italiæ ratio tempora ad hunc modum distribuit Moro ab Idibus Februariis in æquinoctium, pyro autumnum, ita vt brumam xv. nec minus diebus antecedant. Malis æstiuis & cotoneis, item sorbis, prunis, post mediam hyemem in Idus Februarias. Siliquæ Græcæ & Persicis ante brumam per autumnum. Nucibus, iuglandi, & pineæ, & auellanæ, [29] Græcæ, atque Castaneæ, à Calendis Martiis ad Idus [30] eædem. [31] Salici, geniſtæ, circa Martias calendas. Hanc in siccis semine, illam in humidis virga seri diximus.

19 ab ortu. Dal.
20 Septẽtriones. M.
21 ad occasum. CH.
22 arbores. M. & CH.
23 non, in M.d.
24 coitum. M.
25 interest ad conceptus Peculiare &c quod dic mut. cup. vtrique coeundi.
26 vtrique. CH.
27 amplexus. M.
28 iudicant. M.
29 & Græcę. CH.
30 eiusdem. Ver.
31 salicis & gen. CH.

ANNOTATIONES.

a Cap. 45.
b Hæc apud Catonem iam non leguntur, & in eius exemplari deesse videntur: quamuis cap. 28. de radicibus eximendis cum terra, operiendis, calcandis, nonnihil tradat.
c Cato cap. 44.
d Diligentius fodito, subigito, arato proscindito.
e Quæ sequuntur non leguntur apud Catonem.
f Laborant enim impetigine. Theophr. cap. 16. lib. 4. histor. & cap. 12. lib. 5. Causs.
g Columel. cap. 9. lib. 5.
h Columellæ Vergiliæ oriuntur sexto Idus Nouembris, id est circa diem vndecimum. Sagitta verò oritur octauo Calend. Martij, id est circa vigesimũ Februarij, qua ratiõe occidit circa vigesimum Augusti. Aquila oritur septimo Idus Decembris, id est circa septimum diem eius mensis: qua ratione occidit circa septimum Maij.
i Aquilonum, flagrante Canicula, cœli feruorem lenientium. Narbonensibus, *Ze Gabm.*
k Theophr. cap. 6. & 7. lib. 1. Causs.
l Columel. cap. 10. lib. 5.

Quæ arbores societate gaudeant, & disciplina ablaqueandi & accumulandi. CAP. XIX.

1 aculeandi. M.

ESt [2] etiam noua inserendi ratio, ne quid sciens quidem præteream, quod vsquam inuenerim, [a] Columellæ excogitata, vt affirmat ipse, qua vel diuersæ insociabilésque naturæ arborum copulentur, vt fici atque oleæ. Iuxta hanc seri ficum iubet, non amplio re interuallo, quàm vt contingi largè possit ramo oleę quàm maximè sequaci atq; obdituro: eúmque omni interim tempore edomari meditatione curuandi. Posteà fico ade pta vires (quod euenire trimæ aut vtiq; quinquenni solet) detrũcata superficie, [3] ipsúmque deputatum, &, vt dictum est, adraso cacumine: defigi in crure fici, custoditum vinculis, ne curuatura fugiat. Ita quodam propaginum insitorumq; temperamento, triennio communi [4] inter duas matres coalescere. Quarto anno abscissum totum adoptantis esse,

2 etiam nunc. M. etiãnum. CH.
3 ipsum quidem. Ver.
4 inter se duas. Ver. cõmuniter duas. Alij. Ver.

tis esse, nondum vulgata ratione, [5] mihi certè satis comperta. [6] Cæterò eadem illa de calidis frigidísque & humidis & siccis suprà dicta [7] ratio, & [b] scrobes fodere [8] monstrauit. In aquosis enim neque altos, neque amplos facere [9] expediet: aliter in [10] æstuoso solo & sicco, vt quàm maximè accipiant aquam contineantq;. Hæc & veteres arbores colendi ratio est. Feruentibus enim locis accumulant æstate radices operiúntque, ne solis ardor exurat. Aliubi [c] ablaqueant, [11] perflatúsque admittunt. Iidem hyeme cumulis à gelu vindicant. Contrà illi hyeme aperiunt, humorémque sitientibus quærunt. [12] Vbicunq; circunfodiendi arbores ratio [d] in [13] circuitu pedes in orbem ternos, neq; id in pratis, [14] quãdo amore solis humorísque in summa tellure oberrant. [15] Et de arboribus hæc quidem fructus gratia serendis inserendísque in vniuersum sint dicta.

5 haud mihi. M. aut mihi. CH.
6 Cæterũm. M.
7 ratione. M.
8 monstrarunt. Ver.
9 expedit Altos. M.
10 æstiuoso & sicco. CH.
11 perflatum. M.
12 vbique. Ver.
13 circuitum. M.
14 quandoquidem. Ver.
15 & de arbor. fructus gratia ſerẽd. inſerẽd. hæc quidem in vniuerſ. Ver.

ANNOTATIONES.

a Columellæ locus est cap. 11. lib. 5.
b Theoph. cap. 5. lib. 3. Causs.
c Idem cap. 11. lib. 3. ibid. Columel. lib. vlt. cap. 5.
d Τὸ, In circuitu, puto hic supernacuum esse, cùm verbi circumfodiendi significatio id satis explicet.

[2] *De salicto, & harundineto, & cæteris cæduis ad perticas, palos.* CAP. XX.

HInc restat earum [1] ratio, quæ propter alias seruntur, ac vineas maximè, cæduo ligno. Principatum in iis obtinent salices, quarum satio fit loco madido: tamen refosso duos pedes & semipedem, [b] talea sesquipedali, vel pertica, quæ vtilior, quò plenior. Interuallo esse debent pedes seni. Trimæ pedibus binis à terra putatione coercentur, [2] vt se in latitudinem fundant, ac sine scalis tondeantur. Salix enim fœcundior est, quò terræ propior. Has quoque omnibus annis [3] confodi iubent mense Aprili. Hæc est viminaliũ cultura. Perticalis & virga & talea seritur fossura eadem. Perticas ex ea cædi iustum est, quarto ferè anno. Et [c] eæ autem senescentium [4] propagine [d] farciunt locum, pertica [e] immersa, ac post annum [f] recisa. Salicis viminalis iugera singula sufficiunt xxv. vineæ iugeribus. Eiusdem rei causa populus alba seritur bipedaneo [5] pastinatu, talea sesquipedali, biduo siccata, [6] palmipede interuallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine. [g] Harundo etiamnum dilutiore, quàm hæ, solo gaudet. Seritur [h] bulbo radicis, quẽ alij oculum [7] appellant, dodrantali scrobe, interuallo duûm pedum & semipedis: reficiturque ex sese vetere harundineto extirpato: quod vtilius repertum, [8] quàm [i] castrare, sicut anteà. Nanque inter se radices serpunt, mutuóque [9] discursu nentur. Tempus [10] inserendi, priusquàm oculi harundinum intumescant, ante Calen. Martias. Crescit ad brumam vsque, desinítque cùm durescere incipit. Hoc signum, [11] quod tempestiuam habet cæsuram: & hanc autem, quoties & vineam fodiendam putant. Seritur & [k] transuersa, non altè terra condita: erumpuntq; [12] singulis oculis totidem plantæ. Seritur & deplãtata pedali sulco binis obrutis gemmis, vt tertius nodus terram attingat prono cacumine, ne rores concipiat. Cæditur decrescente luna. Vineis anno siccata vtilior, quàm viridis. [l] Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurãdi peruicacia, regerminatione cædua vel salice lætior. Quærit solum facile, [13] necnon harenosum, maximéque sabulum humidum aut [m] carbunculum, vel tophi etiam farinam, quamlibet opaco Septentrionalíque & præfrigido situ, vel etiam decliui. Recusat eadem [14] Gallicam, rubricam, cretam, omnémque terræ fœcunditatem. Seri nuce diximus, sed nisi ex maximis nõ prouenit, nec nisi quinis aceruatim saris. [15] Perfringi solum debet [16] suprà ex Nouembri mense in Februarium: quo solutæ, sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Interualla sint [17] pedalia vndique sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferũtur in aliud, bipedali interuallo, plus [18] biennio. Sunt & propagines, nulli quidẽ faciliores. Nudata enim radice, tota in sulco prosternitur. [19] Tunc ex cacumine super terram relicto renascitur, & alia ab radice. Sed translata nescit hospitari, pauétque nouitatem. Biennio ferè posteà prosilit. Ideo nucibus potiùs, quàm viuiradicibus, plantaria cædua implẽtur. Cultura nõ alia, quàm suprà dictis fodiendis supputandísque per biennium sequens: de cætero ipsa se colit, vmbra stolones superuacuos enecante. Cæditur intra septimum annum.

1 natio. M.
2 vt sic se in. Ver.
3 configi. M. confidi. CH. Lego, circũfodi.
4 præfarciunt locum. M. & CH. Lego, refarciunt.
5 pastinato. CH.
6 palmipedi. CH.
7 vocant. CH.
8 quàm castrare. Ver.
9 occursu. Ver. decursu nectitur. M. & CH.
10 conserendi. M.
11 quod, in M.d.
12 à fing. CH.
13 nec non. CH.
14 Galleam. M. vtr. Lego, glareã. calcem, Ver.
15 Refringi. CH.
16 suprà mum. Ver.
17 semipedalia. Colum. Lego, sesquipedalia.
18 biennium. M.
19 Tum ex cac. supra ter. CH.

num. Sufficiunt pedamenta iugeri vnius vicenis vinearum iugeribus, quando etiam ea bifida ſtirpe fiunt, durántque vltra alteram ſyluæ ſuæ cæſuram. [19] Eſculus ſimiliter prouenit, cæſura triennio [20] ſerior, [21] nimis moroſa naſci. In quacunque terra ſeritur, naſcitur è balano, ſed non niſi eſculi, ſcrobe dodrantali, interuallis duorum pedum [22] ſeritur leuiter quater anno. Hoc pedamentum minimè putreſcit, [23] læſúmque maximè [24 n] fruticat. Præter hæc ſunt cædua, quæ diximus, fraxinus, laurus, Perſica, corylus, malus: ſed tardiùs naſcuntur, terramq; defixa vix tolerant, non modò humorem. Sambucus contrà firmiſſima ad palum, taleis ſeritur, vt populus. Nam de cupreſſo ſatis [25] diximus.

19 Quercus. Colum.
20 ſenior. CH.
21 minus. M.
22 foditur, vel, ſarritur. Dal.
23 cæſumque. Vet. & M.
24 fructificat. M. alterum
25 diximus, & præd. vel arm. vinearum. Reſtat &c. M.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 8. lib. 5. hiſtor. Cato cap. 9. Columel. cap. 30. li. 4. & cap. 2. lib. 11. Varro cap. 8. lib. 1.
b Talea in viminali, pertica in arbore ſecante.
c Salices viminales potiùs, quàm pericales.
d Nam quamuis adhibeatur cura, inquit Columel. plurimæ ſalices intereunt, quarum in loco ex propinquo mergis propagari debent, carnaris & defoſſis cacuminibus quibus reſtituantur, quic quid intercidit. Anniculus deinde mergus decidatur á ſtirpe, vt ſuis radicibus, tanquam vitis, ali poſſit.
e Pro mergo defoſſa.
f A parente vbi radicem egerit.
g Cato cap. 6. Columel. cap. 32. lib. 4.
h Et talea pedum duorum ac ſemiſſis, & arundine tota proſtrata, interuallo tripedaneo. Coſtumel.
i Caſtratur harundinetum, quod ita denſatum, vt gracilis harundo & Cannæ ſimilis prodeat, intercidítur & diſtraratur. Columel.
k Theoph. cap. 2. lib. 2. hiſtor.
l Columel. cap. 30. & vlt. lib. 4.
m Carbunculi Columella non meminit.
n Quanto ſæpius cæditur, tanto fruticoſior planta in querceto reſurgit.

a *De culturis, & diſciplina colendarum vinearum.* CAP. XXI.

ET prædictis velut armamentis vinearum, reſtat ipſarum natura præcipua tradenda cura. Vitium ſurculi, & quarundam arborum, quibus fungoſior intus natura eſt, genicula [1] is ſcaporum nodis interſepiunt medullam. [1] Ferulæ ipſæ breues, & ad ſummabre uiores, articulis vtique duobus internodia includunt. Medulla, ſiue illa vitalis anima eſt, ante ſe tendit, longitudinem impellens, quandiu [2] nodis peruia patet fiſtula. Cùm verò concreti ademere tranſitum, repercuſſa erumpit, ab ima ſui parte, iuxta [3] priorem nodum, alternis laterum ſemper [b] inguinibus, vt dictum eſt in harundine ac ferula, quorú dexterum ab imo intelligitur articulo, læuum in proximo, atque ita per vices. Hoc vocatur in vite gemma, [5] cùm ibi cæſpitem fecit. Antè verò quàm faciat, in concauo oculus: & in cacumine ipſo, germen. Sic palmites, nepotes, vuæ, folia, pampini gignúntur. Mirúmque, firmiora eſſe in dextra parte genita. Hos ergo in ſurculis nodos, cùm ſeruntur, medios ſecare oportet, ita ne profluat medulla. Et in fico quidem dodrantales [6] paxillo ſolo patefacto ſeruntur, ſic vt deſcendant quæ proxima arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum ſurculis propriè vocantur vnde [7] germinant. Hoc de cauſa & in plantariis aliquando eodem anno ferunt, quos fuere laturi fructus in arbore: cùm tempeſtiuè ſati prægnantes, inchoatos conceptus aliubi pariunt. Ira ſatas [c] ficos, tertio anno transferre facile. Hoc pro ſeneſcendi celeritate attributum huic arbori, vt citiſſimè proueniat. Vitium numeroſior [8] ſatus. Primum omnium nihil ſeritur ex his, niſi inutile, & deputatum in [9] ſarmento. Opputatur autem, quicquid proximo tulit fructum. Solebat capitulatus vtrinque [10 d] è duro ſurculus ſeri: eóque argumento malleolus vocatur etiam nunc. Poſteà aueli cum [11] ſua calce cœptus eſt, vt in fico: neque eſt aliud viuacius. Tertium genus adiectum etiamnum expeditius ſine [e] calce, [12] propter quod ſagittæ vocantur, cùm intorti pangúntur: [13] iidem cùm reciſi nec intorti, [f] trigemmes. Plures autem ex eodem ſurculo hoc modo fiunt. Serere è pampinariis [14] ſterile eſt: nec niſi fœcundo oportet. Quæ raros [15] habet nodos, infœcunda iudicatur. At denſitas gemmarum, fertilitatis indicium eſt. Quidam ſeri vetant, niſi eos, qui floruerint, ſurculos. [g] Sagittas ſerere minus vtile, quoniá in transferendo facilè rumpitur, quod intortum fuit. Seruntur pedali, non [16] breuiores, longitudine, quinque, ſéxve nodorum. Pauciores tribus gemmis in hac menſura eſſe non poterunt. Inſeri eodem die, quo [17] deputentur, vtiliſſimum. Si multo poſteà neceſſe ſit ſerere cuſtoditos, vti præcepimus, [18] caueri vtique, ne extra terram poſiti ſole inareſcant, [19] ventóve aut frigore hebetentur. Qui diutius in ſicco fuerint, priùs quàm ſerantur, in aqua pluribus diebus [20] reuireſcant. Solum apricum & quàm ampliſſimũ [h] in ſeminario, ſiue in vinea,

1 Fiſtulæ. Dal.
2 nodi. M.
3 ſuperiorem. Vet.
4 quarum. Dal.
5 Lego, cùm ibi palmitem fecit.
6 paxilli. Vet. & CH.
7 germinantur. CH.
8 ſatus eſt. M.
9 ſarmento. CH.
10 & durus. Vet.
11 ſuo. Dal. Sic ſtolonum pernam ſuprà dixit.
12 propter, in M d
13 Lego, iidem quoque reciſi.
14 ſagittas ſter, eſt, nec niſi fœcundis. Vet.
15 habent nodos infœcundi iudicantur Vet.
16 breuiore. Vet.
17 putantur, vtiliſs. Si mutatum. M.
18 oportet cauere vtique Vet.
19 vento aut. CH.
20 reuiuiſcant. Vet.

vinea, bidẽte paſtinari debet ternos pedes, bipalio alto marra reiici quaternũm pedum [21] ferramento, ita [22] vt in pedes binos foſſa procedat. [23] Foſſum purgari, & extendi, ne crudum relinquatur: verùm [24] exigi [i] menſura. Malè paſtinatum deprehendunt [k] ſcamna in æqualia. Metienda eſt & ea pars, quæ interiacet, [25] puluini. Surculi ſeruntur & in ſcrobe & in ſulco longiore, ſuper quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili ſolo fruſtra, niſi ſubſtrato pinguiore. Nec minus, quàm duos integi oportet, & proximam attingi terrã, & eodem paxillo deprimi & ſpiſſari. Intereſſe in plantario ſeſquipedes inter bina ſemina in latitudinem, in longitudinẽ ſemiſſes. Ita ſatos malleolos xxiiii. menſe recidere ad imũ [l] articulum, niſi ipſi parcatur. Oculorum inde materia emicat, cum qua xxxvi. menſe viuiradix transfertur. Eſt & luxurioſa [m] ratio vites ſerendi, vt quatuor malleoli vehementi vinculo colligentur in parte luxurioſa: atque ita vel per oſſa bubuli cruris, vel per [26] coacta fictilia traiecti, obruantur binis eminentibus gemmis. Humeſcunt hoc modo, reciſíq; palmitem emittunt. Poſteà fiſtula fracta radix liberè capit vires, vuámq; fert, & omnium [27] corporum ſuorum acinos. In alio genere inuentu nouitio finditur malleolus, medulláque eraſa, in ſe colligantur ipſi caules, ita vt gemmis parcatur omni modo. Tum malleolus in terra fimo miſta ſeritur, & cùm ſpargere cœpit [28] caules, deciditur, foditúrque ſæpius. Talis vuæ acinos nihil intus ligni habituros Columella promittit, cùm viuere ſemina ipſa perquàm mirum ſit, & medulla adempta naſci. Surculis etiam [29] quibuſnam ſit articulatio arboris, non omittendum videtur. Nanque buxi tenuiſſimis quinis ſeniſve colligatis depacti proueniunt. Quondam in obſeruatione erat, vt defringerentur ex imputata buxo, aliter viuere non crediti, detraxere hoc experimenta. Seminarij cura ſequitur vinearum ratio. Quinque generum hæ: Sparſis per terram palmitibus, aut per ſe vite ſubrecta, vel cum adminiculo ſine iugo, aut pedatæ ſimplici iugo, aut compluuiatæ quadruplici. Quæ pedatæ ratio erit, eadem intelligitur eius quoque, in qua ſine adminiculo vitis per ſe ſtabit. [o] Id enim non fit, niſi pedamenti inopia. Simplici iugo conſtat porrecto ordine, quem canterium appellant. Melior ea vino, [30] quando ſibi ipſa non obumbrat, aſſiduóque ſole coquitur, & afflatum magis ſentit, & celeriùs rorem dimittit: pampinationi quoque & occationi, omníque operi facilior. Super cætera defloreſcit vtilius. Iugum fit pertica, aut harundine, aut crine, funiculóve, vt in Hiſpania, [31] Brũ difióque. Compluuiata copioſior vino eſt, dicta à cauis ædium compluuiis. Diuiditur in quaternas partes totidem iugis. Huius [32] ſerendi ratio dicetur, eadem valitura in omni genere, in hoc verò numeroſior tantùm. His verò tribus ſcribitur modis: Optimè in paſtinato, proximè in ſulco, nouiſſimè in ſcrobe. De paſtinatione dictum eſt.

21 fermento. CH.
22 vt pedes. M.
23 Foſſatum. Vet.
24 & exigi menſurã. Vet.
25 puluinis. Ver.
26 colla. CH.
27 coniunctorum ſarculorum. Vet.
28 candales. CH.
29 in quibuſdam arboribus fit coarticulatio, (id eſt, coalitus) quod non.
30 quoniam. M.
31 Brundiſíque. CH.
32 ſerendæ. Dal.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 16. vſque ad 22. lib. 3. Cauſſ. Columel. lib. 3. & 4.
b Foliorum & pampinorum exortu. Suprà ca. 36. li. 16. eodem genere loquendi vtitur.
c De illarum ſatu Columel. cap. 10. lib. 5.
d Trunco, ſiue capite, aut flagello.
e Sic ſtolonum pernam ſuprà dixit cap. 10. huius libri.
f Columellæ cap. 19. li. 3. trigemmes, qui exceptis frequentibus in capite oculis, tres deinceps articulos, ac totidem gemmas habent.
g Idem cap. 10. lib. 3. ait, veteres etiam ex fœcundo malleolo deciſam ſagittam repudiaſſe. Ibidem. *Nam ſi ſagittam, ideſt ſuperiorem partem malleoli, vti uperandam cenſebant, cùm eſſet eadem pars ſurculi ferri, quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum &c.*
h Ex Columella cap. 13. lib. 3. hunc locum ſic reſtituo: In ſeminario, ſiue vinea, bidente & bipalio paſtinari debet, in longitudinem ternos pedes, terráque reiici, ita vt in pedes binos foſſa procedat, (alij, deſcendat) quantum patitur latitudo ferramenti. Bipalium inſtrumentum ad fodiendum, pala duplo latius, vnde nomen.
i Longitudinis & altitudinis.
k Quod inter ſcrobes iacet.
l Nodum. Imum articulum cùm integrum & illæſum ſeruare volunt, quia ſit ad germinationem cæteris fœcundior, ei proximũ ferro non attingunt, *vt is ſui proiectu iniurias, quę offendere poſſunt, arceat*, & depellat.
m Simile quiddam tradit Theophr. cap. 5. lib. 5. Cauſſ.
n Idem Theophr. loco citato.
o Quod adminiculo carcat.

a *De ſulco, & vinearum putatione.* CAP. XXII.

SVlco latitudo palæ ſatis eſt: ſcrobibus ternorum pedum in quanque partem. Altitudo in [b] quocunque genere tripedalis, ideo nec vitis minor transferri debet, [c] extatura etiamnum duabus gemmis. Emolliri terram [1] minutis in [2] ſcrobe ima ſulcis, fimóque miſceri, neceſſarium. Cliuoſa altiores poſcunt ſcrobes, præterea [3d] puluinatis à deue-

1 minutim in ſcr. ima ac ſulcis.
2 ſcrobe imo. Vet. & CH.
3 puluinata á deuex. labra. Dal.

xitate labris. Qui ex his longiores fient, vt vites binas accipiant è diuerso, aluei vocabuntur. Esse vitis radicem [3] in media scrobe oportet: sed ipsam innixam solido in Orientem æquinoctialem spectare: adminicula prima è calamo accipere. Vineas limitari decumano xviii. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliísque transuersis [4] limitibus denûm pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot[c] decumano, limitari. Semper verò quintanis [5] seminari, hoc est, vt quinto quoque palo singulæ [6] iugo paginæ includantur. Solo spisso, non nisi [f] repastinato, nec nisi viuiradicem seri: tenero & soluto, vel malleolum sulco, vel scrobe. In colles sulcos agere transuersos, melius quàm pastinare, vt defluuia [7] palis [8] eorum contineantur. [g] Aquoso cælo, vel sicco solo, [9] malleolos serere autumno, nisi si tractus ratio mutauit. Siccus enim & calidus autumno poscit seri, humidus frigidúsq; etiam veris exitu. In arido solo viuiradix quoque frustra seritur. Malè & in siccis malleolus, nisi post imbrem. At in riguis, vel [10] frondes vitis, & vsque ad solstitium rectè, vt in Hispania. [h] Quiescere ventos sationis die vtilissimum. Plerique Austros optant, Cato abdicat, interesse medio temperamento [i] inter binas vites oportet pedes quinos: minimum autem læto solo pedes quaternos: tenui plurimum octonos. Vmbri & Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his quæ vocant [k] porculeta. Pluuio & caliginoso tractu [l] rariores poni, sicco [m] densiores congruit. Subtilitas parsimoniæ compendia inuenit, cùm vinea in pastinato seritur, obiter [n] seminarium faciendi, [11] vt viuiradix loco suo, & malleolus qui transferatur, [o] inter vites & ordines seratur. Quæ ratio in iugero P circiter xvim. viuiradicum donat. Interest autem [12] biennium fructus, quo tardius insito prouenit, [q] quàm in translato. Viuiradix posita in vinea post annum [r] resecatur vsque ad terram, vt [13] vnus tantùm emineat oculus, adminiculo iuxta affixo, & fimo addito. Simili modo & secundo anno [s] reciditur, viréque concipit, & intra se pascit suffecturas [t] oneri: aliàs festinatione [u] pariendi gracilis [14] ac [x] emucida, ni cohibeatur castigatione tali, in fœtum [15] exeat tota. Nihil auidius nascitur: ac nisi ad [16] pariendum vires seruentur, tota fit fœtus. Pedamenta optima quæ diximus, aut ridicæ, [17] robore, oleáque: aut [y] si non sint, pali è iunipero, cupresso, [18] laburno, [19] sambuco. Reliquorum generû sudes omnibus annis [z] reciduntur. Saluberrima in iugo harundo [aa] connexa fasciculis, durat quinis annis. Cùm breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. Tertius vineæ annus palmitem velocem robustúmq; emittit, & quem faciat ætas vitem. Hic in iugum insilit. Quidam [20] tunc excæcant eum, supina falce auferendo oculos, vt [21] noxia iniuria longius euocent. [bb] Vtilior enim consuetudo pariendi, satiúsque pampinos adiugatæ detergere, vsquequo placeat roborari eam. Sunt qui vetant [cc] tangi proximo anno [22] quàm translata sit, neque [23] ante lx. mensem falce curari: tunc autem ad tres gemmas recidi. Alij & proximo quidem anno [24] recidunt, sed vt ternos quaternósve singulis annis adiiciant articulos, quarto demum perducant ad iugum. Id [25] vtrunque fructum tardum, [26] prætereà retorridum & nodosum reddit, pumilionum incremento. Optimum autem, matrem esse firmam, posteà fœtum audacem. [dd] Nec tutum est quod cicatricosum, magno imperitiæ errore. Quicquid est tale, plagis nascitur, non è matre. Totas enim habet illa vires dum [ee] roboratur: & annuos [27] accipit tota fœtus, [ff] cùm permissum fuerit nasci. Nil natura [gg] portionibus parit. [28] Quæ cùm excreuerit, satis firma protinus in iugo collocari debebit: sin etiamnum infirmior erit, [hh] sub ipso iugo hospitari resica: viribus, non [29] ætate decernitur. Temerarium est, ante crassitudinem pollicarem viti [ii] imperare. Sequenti anno palmites [30] salutentur [kk] pro viribus matris singuli aut gemini. Iidem [31] & secuto, [ll] si [32] cogit infirmitas, nutriantur: tertióque demum duo adiiciãtur. Nec sunt plures quaternis vnquam permittendi. Breuitérque, non indulgendum est, & semper inhibenda fœcunditas. Ea est enim natura, vt parere malit, quàm viuere. Quicquid materiæ adimitur, fructui accedit. Illa semina mauult, quàm fructum gigni: quoniam fructus caduca res est. Sic perniciose luxuriat: [33] nec ampliat se, sed [mm] egerit. Dabit consilium & soli natura. In macro etiam si [34] vi

3 in medio. Vet. & CH.
4 itineribus. Dal.
5 semitari. Vet. & CH.
6 iugi pagi. discludentur. Dal. id est, area inter duo iuga interceptæ.
7 ridis CH. fortassis, thalvis, id est, aliunde ramis, vel ridicis paratis ex alius cuiusuis arboris ramis.
8 earum. M.
9 malleolus seritur autũ. nisi si tra. rat. mutauerit M.
10 frondens. M.
11 vt & vin. CH.
12 biennij. Vet.
13 vnus, vel etiam alter. Colum. c. 11. li 4.
14 atque, CH.
15 exitura. Vet.
16 pariẽdas vuas seruetur Vet.
17 è robore. Dal.
18 alburno. CH.
19 sambuco, & reliquorum generum sudes &c. Dal.
20 nunc. Vet.
21 noxia iniuria, in M. d.
22 q. si. autem transl. CH.
23 ante xx. mensem. Dal.
24 recidunt solo tenua. Colum. c 11. li. 4.
25 vtrinque. M. Lego, vtique.
26 præt. sarmentum retor.
27 concipit. Dal.
28 Vitis cùm. Dal.
29 ætate id decern. Dal.
30 summittatur. Dal.
31 & secundo. Vet.
32 coget. CH.
33 nec solum ampliat &c. Dal.

si [34] vites habebit, recisa [35] intra iugum [36] moretur, vt omnis fætura sub eo exeat. Minimum id esse debebit interuallum, vt attingat iugum, sperétque, non tencat: adeò non recumbat in eo, nec delicatè se spargat. Ita temperetur hic modus, vt crescere etiã malit, quàm parere. Palmes duas trésve gemmas sub iugo habere debet ex quibus materia nascatur: tunc per iugum mergi alligariq;, vt [nn] sustineatur iugo, non pendeat. Vinculo mox astrictus à tertia gemma alligari: quoniam & sic [oo] coercetur impetus materiæ, densioresq; citrà pampini exultant: cacumen religari vetant. Natura hæc est, deiecta pars aut præligata fructũ dat, plurimúmq; ipsa [pp] curuatura. Quod citrà est, materiem mittit, [38] offensante [39] crebro spiritu, & illa, quam diximus, medulla. Quæ ita emicuerit materia, fructum dabit anno sequente. Sic duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, [qq] pampinarium [40] vocatur: at vbi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, semperq; fructuarium relinquitur sub iugo, & [rr] qui vocatur custos. Hic est nouellus palmes non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. Et alius iuxta eum [ss] verrucæ magnitudine, qui [41] furunculus appellatur, si fortè custos fallat. Vitis antequàm septimum annum à surculo compleat, euocata ad fructũ [42] euanescit, ac moritut. Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum vsque [tt] pedamentum emitti, quod alij [uu] dracones, alij iuniculos vocant, vt faciant quæ masculeta appellant. Cùm induruit vitis, pessimum in vinea [xx] traducere. Quinto anno & ipsi palmites intorquentur, singulæq; è singulis materiæ emittuntur, ac deinde è proximis, prioréque amputãtur. Semper custodem relinqui melius: sed is proximus viti esse debet, nec longior, quàm dictum est: & si luxuriauerint palmites, intorqueri: vt quatuor materias, vel duas, si [yy] vniiuga erit vinea, [43] emittat. Si per se vitis ordinabitur sine pedamento, qualecunque initio adminiculum desiderabit, [zz] dum stare condiscat, & recta surgere. [A] Cætera à primordio eadem. Diuidi autem putatione pollices æquali examine vndique, ne [B] prægrauet [44] fructus parte aliqua, obiter idem deprimens prohibebit in excelsum emicare. Huic vineæ [45] trium pedum altitudo excelsior nurat, cæteris à quinto, dum ne excedat hominis longitudinem [46] iustã. Iis quoq;, quæ sparguntur in terra, breues ad innitendum caueas circundant, scrobibus per ambitum [47] factis, ne vagi palmites inter se pugnent occurrantes: maiórque pars terrarũ ita supinam in tellure vindemiam metit. Siquidem & in Africa, & in Ægypto Syriáque, ac tota Asia, & multis locis Europæ hic mos prævalet. Ibi ergo iuxta terram cõprimi debet vitis, eodem modo & tempore nutrita radice, quo in iugata vinea, [48 C] vt semper pollices tantùm relinquantur, fertili solo cum tribus gemmis, graciliore [49] quinis: præstatq; multos esse, quàm longos. [D] Quæ de natura soli diximus, tanto potentiora sentientur, quanto propior fuerit vua terræ. Genera separari, ac singulis cõseri [50] tractibus, vtilissimũ. Mistura enim generum etiam in vino, nõ modò in musto, discors. Aut si misceantur, nõ alia, quã pariter matureścentia, iungi necessarium. Iuga altiora, quò [E] lætior ager, & quò planior: item roscido, nebulóso, minusq;, ventoso conueniunt. Contrà, humiliora gracili & arido, æstuoso, ventisq; exposito. Iuga ad pedamentum quãarctissimo nodo vinciri oportet, vitem leui contineri. Quæ genera vitiũ, & in quali solo cælóque essent cõserenda cùm enumeraremus naturas earũ & vinorũ, [51] notauimus: De reliquo cultu vehementer ambigitur. [F] Plerique æstate tota post singulos rores confodi iubent vineam. Alij vetant gemmantem: decuti enim oculos, [52] tractuq; intrantium deteri: & ob id arcendum procul omne quidem pecus, sed maximè lanatum, quoniam facillimè auferat gemmas: Inimicos & pubescente vua rastros: satisque esse vineam ter anno confodi, ab æquinoctio verno [G] ad Vergiliarum exortum, & Canis [53] ortu, & nigrescente acino. Quidam ita determinant: Veterem semel à vindemia ante brumam, cùm alij ablaqueare & stercorare satis putent. Iterum ab Idibus Aprilis, antequàm concipiat, hoc est, in vi. Idus Maias. Deinde priùs quàm florere incipiat, & cùm defloruerit, & [54] variante se vua. Peritiores affirmant, si iusto sæpius fodiatur, in tantum tenerescere acinos, vt rumpantur. Quæ fodiantur, ante feruentes horas diei fodiendas conuenit: sicuti lutum neque arare, neque

34 vires. Ver.
35 infra. Dal.
36 moritur. CH.
37 spargi. Dal.
38 offundente. Vet.
39 credo. M.
40 vocant. M.
41 Feruunculus. M. fit rinnculus. CH.
42 euanescit. M. euanceseit. CH.
43 emittant. Dal.
44 Lego, fructus parte altera: quos vinitor indidem: vel, itidem.
45 tribus pedibus. Dal.
46 iusta est. Dal.
47 actis. Vet.
48 vt nempe. Dal.
49 binis. Dal.
50 hortis. Colum.
51 docuimus. CH.
52 tactuque. Dal.
53 ortum. CH.
54 varia ante. CH.

fodere: Fossione puluerem [H] excitatum contra soles nebulásque prodesse. Pampinatio verna in confesso est, ab Idibus Maiis intra dies x. [I] vtique antè quàm florere incipiat: & eam infra iugum debere fieri. De sequente variant sententiæ. Cùm defloruerit, aliqui pampinandum putant: alij sub ipsa maturitate. Sed de his Catonis præcepta decernent.

55 hîc ratio est.

Nanque & putationum [55] tradenda ratio est. Protinus hanc à vindemia, [K] vbi cæli tepor indulget, adoriuntur. Sed hoc fieri nunquam debet ratione naturæ [L] ante Aquilæ exortum, vt in siderum causis docebimus proximo volumine. Imò verò Fauonio, quoniam [M] anceps culpa sit præproperæ festinationis. Si saucias recenti medicina mordeat quædá hyemis [N] ruminatio, certum est gemmas earum frigore hebetari, plagásque findi, & cæli vitio exuri oculos lachryma distillante. Nam gelu fragiles fieri quis nesciat? Operarum [O] ista computatio est in [P] latifundiis, non legitima naturæ festinatio: quò maturiùs putátur aptis diebus, eò plus materiæ fundunt: quò seriùs, eò fructum vberiorem. Quare macras [Q] priùs [56] conuenit putare, validas [R] nouissimè. Plagam omnem obliquam fieri, vt facilè decidant imbres: & ad terram verti, quàm leuissima cicatrice acie falcis exacta, plagáque [57] conuelata. Recidi autem semper inter duas gemmas, ne sit [58] vulnus oculis in recisa parte. Nigram esse [59] eam existimant: & donec ad [60] syncera veniatur, [S] recidendá: quoniam è vitiosa [61] materie vtilis non exeat. Si macra vitis idoneos palmites non habeat, [T] ad terram recidi eam, nouósque elici vtilissimum. In pampinatione non [62] hos [V] detrahere pampinos, qui cum [63] vua sint: id etenim vuas supplantat, præterquàm in nouella vinea. Inutiles iudicantur in latere nati, non ab oculo: quippe etiam vua, quæ nascatur [20] è duro rigescente, vt [X] nisi ferro detrahi non possit. Pedamentum quidam [Y] inter duas vites vtilius putant statui: [64] & faciliùs ablaqueantur ita: meliúsque est [Z] vniiugæ vineæ, si tamen & ipsi iugo sint vires, [α] nec flatu infesta regio. In [β] quadripartita quàm proximum oneri adminiculum esse debet: ne tamen impedimentum sentiat ablaqueatio, cubito abesse, non amplius: ablaqueari autem priùs, quàm putari, iubent. [γ] Cato de omni cultura vitium ita præcipit. Quàm altissimam vineam facito, alligatóque rectè, dum ne nimium constringas, hoc modo eam curato: Capita vitium putata circunfodito, arare incipito. [65] Vltrò citróque sulcos perpetuos ducito. Vites teneras quamprimùm propagato: veteres quàm minimum castrato. Potiùs, si opus [66] fuerit, deiicito, biennióque *post* præcidito. Vitem nouellam resecari tum erit tempus, vbi valebit. Si vinea ab vite [δ] calua-[30] ta erit, sulcos interponito, ibíque [67] viuiradicem serito. [68] [ε] Vmbram à sulcis removeto: crebróque fodito. In vinea [69] veteri serito ocymum. Si macra erit, quod granum capit, [70] ne serito: & circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horunce. Vbi vinea frondere cœperit, pampinato. Vineas nouellas alligato crebrò, ne caulis præfringatur. Et quæ iam in perticam [71] ibit, eius pampinos teneros alligato leuiter, [72] porrigitóque. Quæ vbi rectè [73] steterint, vbi vua varia fieri cœperit, vites [ζ] subligato. [η] Vitis insitio vna est per ver, altera cum vua floret: ea optima est. Vineam veterem si in alium locum transferre voles, duntaxat brachium [74] crassum primum deputato. Binas gemmas, nec amplius, relinquito. Ex radicibus bene [θ] effodito. Et caue radices [75] ne saucies. Ita vti fuerit, ponito in scrobe, aut in sulco, operitóque, & bene [76] occulcato. Eodémque [40] modo vineam [77] statuminato, alligato, [78] laxatóque vti fuerat, crebróque fodito. Ocymum, quod in vinea seri iubet, antiqui appellabant pabulum, vmbræ patiens, quòd celerrimè proueniat.

56 conuenit. CH.

57 conlæuata. vt loquitur Columella, ad læuata.
58 vulneratus oculus. Vet.
59 læuam. Vet.
60 synceram M.
61 materia. CH.
62 eos. Dal. his. CH.
63 vua futuri sint.

64 Nam facil. Dal.

65 vltrà citraque. M.

66 erit. CH.

67 viuâ radice. CH.
68 Herbam. Dal.
69 vetere. CH.

70 inserito. M.

71 iuit. Vet.
72 corrigitoque vt rectè stent, vbi vua. Cato.
73 stent, vbi vua vallaria. CH.

74 crassum licebit primum dep. CH.
75 ne, in CH. d.

76 occultato. M. & CH
77 statuito (sic & cæt.) vti rectius hoc exẽplar fuerit. Cato.
78 flexato. Cato flexatoque. CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 18. lib. 3. Causs.
b Vel sulci ac fossionis, vel agri & terræ.
c Columel. cap. 16. lib. 3.
d Velut in tumulum editis ripis ab inferiore parte, vt iustus fossioni regestus sit, cùm à superiori parte ad inferiorem humus detrahitur. Colum. ca. 13. li. 3. de pastinatione, non scrobium defossione.
e Decumanus ab Oriente in Occidentem cendit: Cardo verò à Septentrione in Meridiem. Vide Colum. cap. 5. lib. 5. & c. 12. lib. 4.
f Theophr. cap. 17. lib. 3. Causs.
g Columella cap. 14. lib. 3.
h Idem ibid. cap. 19.
i Macro solo, quinos: mediocri, senos: pingui, septenos. Idem ibid. cap. 15.
k Porcæ, elati terræ tumuli inter duos sulcos. Varro cap. 21. lib. 1.
l Vt solem admittant.
m Vtá sole defendantur.
n Columella cap. 13. & 16. lib. 3.
o Inter vites singuli malleoli: in singulis interordiniis quinque, per spatium pedis. Idem ibid.
p Apud Columellam in hac confitione Iulius Atticus abundè esse putat non viuiradicem, sed malleolorum sexdecim millia.
q Nam dum transfertur sæpius versata & subacta terra ad fructificandum vitem incitat.
r Varro cap. 31. lib. 1.

s Theophr. cap. 20. lib. 3. Causs. Columel. cap. 10. 21. 22. 23. lib. 4.
t Et focus, & materiarum.
v Sarmenta & flagella.
x Einucida, vt apud Varron. cap. 10. lib. 2. Sic ait Columel. cap. 5. lib. 5. Opacis, frigidis, humidis locis, nisi æstate vitis nuderur, & palmitibus folia detrahantur, vt maturitatem fructus capiat, situ putrescere: nempe emucidam fieri. Idem cap. 24. lib. 4. musçum ait compedis more crura vitium comprimere, situ & veterno emacia re, id est mucidas reddere.
y Columella cap. 30. lib. 4. & 26.
z Non in multos annos durant, vt fagi, salicis, alni, &c. vel, vt ait Colum. cap. 26. lib. 4. putri parte dedolantur.
aa Idem Colum. cap. 17. 4. & 16.
bb Vt robustior & firmior vitis euadat.
cc Colum. cap. 11. lib. 4.
dd In veterana vinea restituenda Columella. 22. 4. inter tertium & quartum pedem à terra viridissimam partem corticis acuto mucrone ferramenti vulnerat, vt è plaga pampinus fundatur, cicatricémque germen procedat. Id est scilicet quod Plinius innuit: non esse eliciendum è cicatricosa plaga sarmentum, quamuis id fiat in vite seniore.
ee Putatione, fossione, ablaqueatione, &c.
ff Nisi detrahantur oculi.
gg Sed perfecto & omnibus numeris absoluto enixu.
hh Columella cap. 24. lib. 4.
ii Permittere vt luxuriet. Hoc genere locutionis vtitur Columella ibid.
kk Idem ibid. cap. 16.
ll Lego, nisi cogit infirmitas. Nam cùm materies infirma est, ad postremos vsque articulos putatur, vt corroborent sic coërcita. Colum. sub finem cap. 16. lib. 4. & cap. 10.
mm Vltra iustos & consuetos limites effundit.
nn Columel. cap. 26. lib. 4.
oo Lego, Concitatur. Nam quod ait Columel. cap. 6. lib. 5. pars palmitis præcipitata fructu induitur: at quæ vinculo supra tertiá vel quartam gemmam adnexa sursum tendit, anno sequente materias præbet.
pp Colum. cap. 20. lib. 4. & cap. 6. lib. 5.
qq Pampinarij vocatur, alterum ex anniculo palmite, vbi supra cicatricem est, fructuarium, habendum semper in vinea. Relinquitur &c. è Columella ad verbum ex cap. 5. lib. 5.
rr Idem cap. 21. lib. 4.
ss Idem cap. 24. lib. eod. & cap. 22.
tt Huius rei idem meminit cap. 22. & 24. lib. eod.
vv Dracones, palmites emeriti, annis pluribus indurati. Vide an pro iunculos, legendum sit funiculos.
xx Traducere vocat, mergo in vicina pedaméta quæ vacua sunt attrahere: de quibus Columel. cap. 15. lib. 4. Ii verò fiunt noua consitione, cùm annicula vitis est, ac sex mensium.
yy Simplici iugo fulta, cantheriata.
zz Columella cap. 5. lib. 5.

A Quod pertinet ad scrobes, satum, malleoli delectum, & hoc genus alia.
B Id est quod Columella ait cap. 24. 4. *Sed meminisse oportebit, ne in eadem linea, vnoq; latere brachij, esse duas materias plurésve putamur. Nãque id maximè vitem infestat, vbi non omnis pars brachij pari vice laborat, atque aqua portione suecum proli suæ dispertiat, sed ab vno latere exigitur. Quo fit vt ea vena, cuius omnis humor absumitur, velut ictu fulgure arescat.*
C *Iacenti viti*, inquit Columel. cap. 5. lib. 5. *breuiores materiæ subimitti debent: resecesque quoque angustius in modum furunculorum relinqui.*
D Idem cap. 20. lib. 3. & cap. 1. lib. 4.
E Idem cap. 19. lib. 4.
F Theophr. cap. 14. & 18. lib. 3. Causs. Colum. cap. 12. lib. vlt. & cap. 28. lib. 4. & cap. 5. & 10.
G Oriuntur sexto Idus Octob. id est ad vndecimum diem.
H Theophr. cap. 22. lib. 3. Causs. & cap. 8. lib. 2. histor. Columel. cap. 28. lib. 4. & cap. 12. lib. vlt. & suprà cap. 9. huius libri. [ὀπίσιν] Theophr. vocat.
I Columel. cap. 6. & 7. lib. 4. Varro cap. 31. lib. 1.
K Colum. cap. 10. & 24. lib. 4. Theophr. cap. 20. lib. 3. Causs.
L Septimo Idus Decembr. siue ad septimum diem eius mensis.
M Dubitari possit, festinatione peccatum fuisse.
N Irruptio, reuocatio, reditus, recursus: an erosio, exustio. Sic certe Varro cap. 14. li. 3. de re rust. dixit cochleas interiecta laurea folia ruminantes ad propalam diu vitam producere. Lego, terminatio, id est mitescentis hyemis, & quam abiisse putes exasperatio, ac sub exitum nouus rigor: vulgò *La queuë de l'hyuer.*
O In quibus, vt ait Colum. cap. 23. lib. 4. ruris vastitas electionem temporis negat.
P Idem ibid.
Q Autumno, aut vêre, Idem.
R Frigoribus. Idem.
S Idem cap. 24. lib. 4.
T Idem cap. 11. lib. eod. id damnat.
V In vite, quam Cantharam vocant, Theophr. cap. 20. lib. 3. Causs. summas vuas etiam detrahit.
X Falce non autem digiti tactu decuti.
Y In restituenda veteri vinea. Colum. cap. 22. lib. 4.
Z Vt suprà, simplici canterio ordinatæ.
α Colum. cap. 17. lib. 4.
β Vinea in quatuor brachia diuisa, quæ in stellatum iugum dispergantur: de qua Colum. cap. 17. & 21. lib. 4. & cap. 5. lib. 5.
γ Catonis locus est cap. 33. quod hic ferè integrum ad verbum describit.
δ Apud Catonem calua legitur, hoc est viduata, destituta, orbata. Sic vitis calui tium Colum. dixit cap. 29. lib. 4.
ε Verba sunt etiam num Catonis. Vide & Colum. cap. 5. lib. 4.
ζ Hactenus Catonis verba cap. 33. vbi hæc præterea etiam leguntur: *subligato, pampinato, vnaq; expellito, circum capita sarrito.*
η Vide Caton. cap. 41.
θ Cato, *Effodito, vt queradices persequitor, & caueto.*

30

[a] *Ratio arbustorum.* CAP. XXIII.

SEquitur arbusti ratio, mirum in modum damnata [r] Sarsennæ patri filióque, celebrata Scrofæ, vetustissimis post Catonem, peritissimísque: ac ne à Scrofa quidem, nisi [2] vni Italiæ, concessa: cùm tam longo iudicetur æuo, nobilia vina non nisi in arbustis gigni, & in his quoque laudatiora summis, sicut vberiora imis: adeò excelsitate proficitur. Hac ratione & arbores [3] eliguntur. Prima omnium vlmus, excepta propter nimiam frondem atinia. Deinde populus nigra, eadem de causa, minus densa folio. Non spernunt plerique & fraxinum, ficumq;, etiam oleam, si non sit vmbrosa ramis. Harum satus cultusque abundè tractatus est. Ante tricesimum sextum mensem attingi falce vetantur. Alterna seruãtur brachia: alternis putantur annis: sexto anno maritantur. Transpadana Italia, præter suprà dictas, cornu, [4] populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu, arbustat agros: Venetia salice, propter vliginem soli. Et vlmus detruncata à media in ramorum scamna digeritur, nulla ferè xx. pedum altiore arbore. Tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisq; agris, à xii. in campestribus & humidis. Meridianum solem spectare [6b] palmæ debent. Rami à proiectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum [c] barba, ne obumbrent. Interuallum iustum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontémque, in latera viceni. Si non aretur, hoc in omnes partes. Singulis [7] dena sæpe adnutriunt vites, [8] damnato agricola minus ternis. Maritare, nisi validas, inimicum, enecante veloci vitium incremento. Serere tripedaneo scrobe necessarium, distantes inter sese arborémque singulis pedibus. Nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla fodiendi impendia: vt pote

r Sasserna patre. CH.
2 vni, in M. d.
3 eligantur. M.
4 opulo. Colum. cap. 6. lib. 5.
5 pedibus. Dal.
6 palmites. Vet.
7 denas. M.
8 damnante. Dal.

cùm arbusti ratio hac peculiari dote præstet, quòd in eodem solo seri fruges & vitibus prodest. Superq;, quòd vindicans se altitudo, non, vt in vinea, ad arcendas animalium iniurias pariete, vel sepe, vel fossarũ vtiq; impendio muniri se cogat. In arbusto è prædictis sola viuiradicũ ratio, item propaginũ, & hæc gemina, vt[d] diximus.[e] Qualorum[9] in ipso tabulato maximè probata, quoniam à pecore tutissima est. Altera, deflexa vite vel palmite iuxta suam arborem, aut[10] circa proximam cælibem. Quod supra terram est è matre, radi iubetur, ne fruticet. In terra non pauciores gemmæ quatuor obruũtur ad radicem capiendam: extrà in capite binæ relinquuntur. Vitis in arbusto quatuor pedes[11] in longo constat omni sulco tres lato, alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullam, vt paulatim radicibus suis assuescat. Caulis à capite ad duas gemmas reciditur. Tertio totus mergus abscinditur, reponitúrque altius in terram, ne ex recisо frondeat. Tolli viuiradix à vindemia protinus debet. Nuper repertum, draconem serere iuxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribúsque induratum annis. Hunc præcisum quàm maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus[12] obruatur, (vnde & rasilem vocant) deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta, ocyssimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra, vsitatum est quàm proximè solum decidi, donec firmetur radix: sicut neque roscidam seri, neque à Septentrionis flatu. Vites Aquilonem spectare debent ipsæ, palmites autem[13] earum Meridiem. Nó est festinandum ad putationem nouellæ, sed primò in circulos materies colligenda, nec nisi validæ putatio admouenda. Seriora ferè anno ad fructum arbusta,[14] quàm vitis iugata. Sunt qui omnino putari vetant, priusquàm[15] arborum longitudinem[16] æquauerit. Prima falce sex pedes à terra recidatur, flagello infra relicto, & nasci coacto incuruatione materiæ. Tres ei gemmæ, non amplius, deputato supersint. Ex his emissi palmites proximo anno imis[17] inferantur scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandant relicto semper[f] duramento in singulis tabulatis, & emissario vno, qui subeat, vsque quò placuerit. De cætero putatione omni, flagella quæ proximè[18] tulerint, recidantur: noua circunciſis vndique[g] capreolis spargantur in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumuestit arborem, crinésque ipsos vuis: Gallica in traduces porrigitur, Aemiliæ viæ in ridicas, [19 h] atinearum ambitu frondem earum fugiés. Est quorundá imperitia sub ramo[20] vinculo suspendẽdi, suffocante iniuria:[21] quando contineri debet vimine, non arctari. Quinimo etiam quibus salices supersunt, molliore hoc vinculo[22] facere malunt, herbáque. Siculi[i] quam vocant ampelodesmõ: Græcia verò vniuersa iunco, cypero, vlua.[23] Liberatam quoque vinculo per aliquot dies vagari, & inconditam spargi, atque in terra, quam per totum annum spectauerit, recumbere. Nanque vt veterina à iugo, & canes à cursu volutatio iuuat, ita tum & vitium porrigi lumbos. Arbor quoque ipsa gaudet assiduo leuata onere similis respiranti. Nihilq; est in opere naturæ, quod non exemplo dierum noctiúmque aliquas vices feriarum velit. Ob id protinus à vindemia putari, & lassas etiamnum fructu edito,[24] improbatur, vt putatæ rursus alligentur alio loco. Nanque orbitas vinculi sentiunt vexatione non dubia. Traduces[k] Gallica cultura bini vtrinque lateribus,[25] si[l] pes[m] quadrageno distet spatio, quaterni si viceno, inter se obuij miscentur, alligantúrque vnà conciliati, virgultorum comitatu[26] obiter rigorati quà deficiant: aut si breuitas non patiatur ipsorum,[27] adalligato protenduntur in viduam arborem vnco.[n] Traducem bimum præcidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tempus, vt transilem faciant,[28] si largiatur crassitudo: aliàs vtile toros futuri draconis pasci. Vnum etiamnum genus est medium inter hoc & propaginem, totas supplantandi in terram vites, cuneíſq; findendi, & in sulcos plures simul ex vna propagandi, gracilitate singularum firmata circunligatis hastilibus, nec recisis qui à lateribus excurrant pampinis. Nouariensis agricola traducum turba non contentus, nec copia ramorum,[29] impositis etiamnum patibulis palmites circumuoluit. Itaque præter soli vitia, cultura quoque torua fiunt vina. Alia cul-
pa iuxta vrbem[30] Varacinis, quæ alternis putantur annis, non quia id viti conducat, sed

9 & CH.
10 citra. CH.
11 in longum, Dal.
12 obseruatur. CH.
13 earundem ad Meridiem. M.
14 vite quàm iugata. CH.
15 arborem longitudine. CH.
16 æquauerint. M.
17 ingerantur. M. & CH.
18 tulerunt. M.
19 Atiniarum. CH.
20 vitem vinculo. CH.
21 quando, in M.d.
22 facere. Dal.
23 Liberam. M. Colum. cap. 6. lib. 5.
24 improbatur. Putatæ. M. & CH.
25 si pars quadr. CH.
26 obiter ligati. Verídelt, iuxta pes, & mox, quam del M. ego, ob iter & rigore erecti qua deficiunt: vel, prius quàm deficiant.
27 alligato. CH.
28 ni larg CH.
29 suppositis. Dal.
30 Varracinis. CH.

sed quia vilitate reditum impendia exuperant. Medium temperamentum in[31] Carseolano sequuntur: carioſaſque tantùm vitis partes[32] incipientes[33] inarescere deputando, cæteris ad vuam relictis, detracto onere superuacuo, pro nutrimento omni est raritas vulneri. Sed nisi pingui solo talis cultura degenerat in labruscam. Arbusta arari quàm altissimè desiderant,[35] etsi tantum frumenti ratio non exigit. Pampinari ea non est moris: & hoc compendium operæ. Deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum, qui sint superuacui, & absumant alimenta. Plagas ad Septentriones, aut ad Meridiem spectare vetuimus. Melius, si neque in Occasus Solis. Diu dolent talia quoque hulcera, & difficilè sanescunt, algendo nimis æstuandóve. Non eadem in vite, quæ in arbustis, libertas,[36] quoniam certa latera[37] est facilius abscondere, quàm detorquere, quò velis, plagas. In arborum tonsura[o] supiniore velut[38] calices faciendi, ne consistat humor. Viti adminicula addenda, quæ scandat apprehensa,[39] si maiora sint.

31 Carsulano. CH.
32 incipiéresque. CH.
33 marcescere. Dal.
35 tametsi. M. tanta etsi. CH.
36 Lego, quoniã per tecta latera sint.
37 sit sic. absc. & det. M.
38 cal. minimè fac. Dal.
39 si maiores. Ver. Lego, per quæ sc. ap. si maiores arbores sint. id est, excelsiores.

ANNOTATIONES.

a Cato cap. 17. Colum. cap. 3. lib. 3. & cap. 6. & 7. lib. 5. & cap. 16. lib. De arboribus.
b Sarmenta, quæ velut in furcas diuiduntur, & ramos.
c Barbam vocat, ramulos & surculos tenues è sarmentis prodeuntes.
d Suprà cap. 13. huius libri.
e Cato cap. 52.
f Duriore sarmento. Duramenta, vitis brachia, dura iam & annosa. Colum. cap. 21. & 22. lib. 4.
g τοῖς ὄπισθεν, velut vitium cincinnis. A capiendo dictos censet Varro, quòd serpant ad capiendum locum, vt tenent vitem. Probabile tamen est à mollitie & teneritate sic vocatos fuisse, quo modo Græci tenellum quiduis μόσχον dicunt. Homerus μόσχον ἄμπελον, vnde Latinis Mostum siue Mustum, vinum, pomum, æras, caseus, mustea. Sic ab ἔρκος fit hortus, ἐρύκω, ἔρυθρος, χ. in h. mutato. Scalig.
h Cùm Atiniæ multæ ambiant, quas tamen non maritant, vmbrosam earum frondem fugientes.
i Viennæ Allobrogum millio syluestri in ipsa vite nato & collecto sarmenta curuata, & foliis nudata, paulò ante videmiam ligant. Anguillara lib. 12. herbam eam adhuc in Sicilia vocari Dis scribit.
k De arbusto Gallico Colum. cap. 7. lib. 5.
l Vitis, è quo tradux aduocatur.
m Quadragenũm pedum distantia pingui solo interponitur, cuius beneficio duæ solæ vites sic luxuriant, vt arbori vestiendæ sufficiant. At macro tenuíque solo vicenũm pedum interuallum est, in quo minus ramosæ frondosæque vites ad arborem quatuor perducuntur.
n Sensus est. Traducem, id est, sarmentum traductioni destinatum, in matre priusquàm traducerent, bimum putabãt, vt eo temporis spatio crassescereret satis, & in arborem transire posset: quòd si bimus non adhuc satis validus aut crassus foret, longius dilata putatione, eius toros, id est, robur & firmitatem pascebant & augebant priusquàm traducerent.
o Cùm decisi rami cœlum spectant.

De seruandis vuis,[a] & morbis arborum. CAP. XXIII.

VItium generosarum pergulas[b] quinquatribus putandas, & quarum seruare vuas libeat, decrescente Luna tradunt. Quæ verò interlunio sint putatæ, nullis animalium obnoxias esse. Alia ratione plena Luna noctu tondendas, cùm sit ea in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro: atque in totum ferendas plena, aut crescente vtique, censent. Sufficiunt in Italia cultores deni in centena iugera vinearum. At abundè satu cultúque arborum tractato, quoniam de palmis ac cytiso in peregrinis arboribus affatim diximus, ne quid desit, indicanda reliqua natura[1] sit, magnopere pertinens ad omnia ea.[c] Infestantur nanque & arbores morbis. Quid enim genitum caret his malis? Et syluestrium quidem pernicioſos negant esse, vexaríque tantùm grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque[2] feruore, aut flatu frigidiore præpostero die: quoniam suo frigora etiam prosunt, vt diximus. Quid ergo?[3] nónne & vites algore intereunt? Hoc quidem est, quo deprehendatur soli vitium, quoniam non euenit, nisi in frigido. Iraque per hyemes cæli rigorem probamus, non soli.[4] Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ: vexatíſque ita cacumina prima inarescunt,[d] quoniam præstrictus[5] gelu non potuit eò peruenire humor.[e] Arborum quidam communes morbi, quidam priuati generum. Communis[f] vermiculatio est, sideratio,[6] & dolor membrorum. Vnde partium debilitas, societate nominum quoque cum hominum miseriis. Trunca dicimus certè[g] corpora, & oculos germinum[h] exustos, ac multa simili sorte. Itaque laborant & fame, &[7] cruditate, quæ[8] fiunt humoris quantitate.[i] Aliquæ verò & obesitate: vt[9] omnia quæ resinam ferunt, nimia pinguitudine[k] in tedam mutantur: & cùm[l] radices quoque[m] pingueſcere cœpere, intereunt, vt animalia, nimio adipe: aliquando & pestilentia per genera, sicut inter homines, nunc seruitia, nunc[10] plebs vrbana vel rustica. Vermiculantur magis minúsve quædam, omnes tamen ferè: ídque[n] aues caui corticis sono experiuntur. Iam quidem

1 sit, in M.d.
2 feruidiore flatu, aut frigidiore. Ex Theophr.
3 non & vites. CH.
4 Non enim solũ infirm. M. Lego, Non autem solum infir.
5 gelu, in CH.d.
6 ac dolor. CH.
7 nuditate. M.
8 sit (sub cruditas) hum. nimia quant. Dal.
9 omnes. Dal.
10 plebes. CH.

quidem [11] & in hoc luxuria esse cœpit: prægrandésque [o] roborum [12] delicatiore sunt in cibo: [13] cossos vocant: atque etiam farina saginati, hi quoque altiles fiunt. Maximè autem arborum hoc sentiunt pyri, mali, fici: minus, quæ amaræ sunt & odoratæ. [p] Eorum qui in ficis existunt, alij nascuntur ex ipsis, alios parit qui vocatur ceraste. Omnes tamen in ceraste figurantur, [14] sonúmque edunt paruuli stridoris. Et sorbus arbor infestatur [q] vermiculis ruffis [15] pilosis, atque ita emoritur. Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est. Sideratio tota [16] cælo constat. Quapropter & grando in his causis intelligi debet, & carbunculatio, [r] & quod pruinarum iniuria euenit. [s] Hæc enim verno tepore inuitatis, & erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit [t] lacteſcentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Pruinæ pernicio- 10
sior natura, quoniam lapsa persidet, gelátque, ac ne aura quidem vlla depellitur, quia non fit nisi immoto aere & sereno. Proprium tamen sideralionis est, [17] ab ortu Canis [u] siccitatum vapor, cùm insitæ ac nouellæ arbores moriuntur, præcipuè ficus, & vites. Olea præter vermiculationem, [x] quam æquè ac ficus sentit, [y] clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel [18] patellam. Hæc est Solis exustio. Nocere tradit Cato & muscum rubrum. Nocet plerunque vitibus atque oleis [19] nimia & fertilitas. [z] Scabies communis omnium est. [aa] Impetigo, & quæ adnasci solent, cochleæ, peculiaria ficorum vitia: nec vbique. sunt enim quædam ægritudines & locorum. Verùm vt homini neruorum cruciatus, sic & arbori, ac duobus æquè modis. Aut enim in pedes, hoc est, radices [20] erumpit vis morbi: aut in articulos, hoc est, cacuminum digitos, qui longis- 10
simè à toto corpore exeunt. [21] Inarescunt ergo, & sunt apud Græcos sua nomina vtrique virio. Vndique primò [bb] dolor, mox & macies earum partium fragilis, postremò tabes [22] morbúsque non intrante succo, aut non perueniente: maximéque id fici sentiunt. Caprificus omnibus immunis est, quæ adhuc diximus. Scabies gignitur roribus lentis post [cc] Vergilias. Nam si [23] rariores fuere, [dd] perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Cæterùm [24] si cadunt, siue imbres nimij fuere, alio modo ficus [ee] laborat radicibus madidis. Vitibus præter vermiculationem & sideralionem morbus peculiaris [25] [ff] articulatio, tribus de causis: vna, [26] vi tempestatum germinibus ablatis: altera, vt notauit Theophrastus, in supinum excisis: tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis sentiuntur. [gg] Sideralionis genus est in his defloreſcentibus [27] rotatio. 30
Aut cùm acini, priusquàm crescant, decoquuntur in callum. [hh] Ægrotant & cùm alsere, læsis vredine attonsarum oculis. Et calore hoc euenit intempestiuo: quoniam omnia modo constant, certóque [28] temperamento fiunt. Et culpa vinitorum colentium, cùm præstringuntur, vt dictum est. Aut circunfossor iniurioso ictu verberauit. Vel etiam subarator imprudens luxauit radices, corpúsve desquamauit. Est & quædam contusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora aut æstus: quoniam in hulcus penetrat omnis à foris iniuria. Infirmissima verò [29] malus, maximéque quæ dulcis est. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem, affert, vt si quis [30] pino cacumen auferat vel palmæ. Sterilescunt enim, nec moriuntur. [ii] Ægrotant aliquando & poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut tepores vel afflatus de- 40
fuere, aut contrà abundauere. Decidunt enim, aut deteriora fiunt. [ii] Pessimum est inter omnia, cùm defloreſcentem vitem & oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus. Sunt ex eadem causa nascētes & [kk] erucæ dirum animal, erodúntq; frondem, [ll] aliæ florem, oliuarum quoque vt in Mileto: ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tepore humido, & lento. [mm] Fit aliud ex eodem, si Sol acrior insecutus inusserit ipsum vitium, ideóque [31] mutauit. Est etiamnum peculiare oliuis & vitibus (araneum vocant) cùm veluti telæ inuoluunt fructum & absumunt. Adurunt & flatus quidam eas maximè, sed & alios fructus [32] vermiculationem & poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, [nn] mala, pyra, mespila, punica. In oliua ancipiti euentu, [33] quando subeunt nati, fructum adimunt: augent, si in ipso nucleo fuere erodentes [50] eum. Gigni [34] illos prohibent pluuiæ, quæ fiunt [oo] post Arcturum. Eædem si Austrinæ fuere,

11 & hoc in. CH.
12 delicatiores. M.
13 eos cossos. M. cossos vocant. CH.
14 sonum edunt. M.
15 aepilosis. CH. leg. & pilosis.
16 è cœlo. CH.
17 sub ortu. CH.
18 ollam. Ex Theoph.
19 & nimia fert. M. & CH.
20 irrumpit. M.
21 Nigrescunt ergo. Ex Th.
22 morsque non. CH.
23 copiosiores, Theo. Lego, largiores.
24 si grossi cadunt, si imbres nimi. fuere. Illo etiam modo. Ex Theo.
25 Quidam, hirculatio, legunt: Græcorum τὸ τρώγειν: Alij, exarticulatio.
26 vi intẽpestiuum. M vti tempestatum. CH Lego, cùm intempestiuum.
27 rotatio, aut cùm acini defluunt, aut cùm priusquàm crescant &c. Ex Theoph.
28 tẽperamento. Fiũt (sub. morbi) & culpa. M.
29 malus præcox, (ἐκφυὴς. Theophr.) mitis & c. Dal.
30 picea, Theo.
31 durauit, vel, necatur. Dal.
32 Nam & vermicul. Ver. Nam verm. CH.
33 quando cutẽ subeunt. Theophr.
34 illos sub cute proh. Theophr.

fuere, generant, in drupis quoque, quæ matureſcentes [35] tunc sunt præcipuè caducæ. Id riguis magis euenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis. [pp] Sunt & culicum genera aliquibus molesta, vt glandibus, fico, qui videntur ex humore [36] nasci, tunc dulci subdito corticibus. Et ægrotatio quidem ferè in his est. [qq] Quædam temporum causæ, aut locorum non propriè [37] dicuntur morbi, quoniam protinus necant, sicut [rr] tabes cùm inuasit arborem, aut vredo: vel flatus alicuius regionis proprius, vt est in Apulia [ss] A tabulus, in Eubœa Olympias. Hic enim, si flauit circa brumam, frigore exurit arefaciens, vt nullis posteà solibus recreari possint. Hoc genere cõualles & apposita fluminibus laborant, præcipuéque vitis, olea, ficus. Quod [38] cùm euenerit, detegitur statim in germi- 10
natione: in oliua tardiùs. Sed in omnibus signum est reuiuiscendi, si folia, amisere: [39] alioquin, quas putes præualuisse, emoriuntur. Nonnunquã inarescunt folia eadémque [40] reuiuiscunt. Aliæ in septentrionalibus, vt Ponto, Phrygia, [tt] frigore aut gelu laborant, si post brumam continuauere xl. diebus. Et ibi autem, & in reliquis partibus, si protinus editis fructibus gelatio [41] magna consecuta est, etiam paucis diebus necat. Quæ iniuria hominum constant, secundas habent causas. [uu] Pix, oleum, adeps, inimica præcipuè nouellis. [xx] Cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iuuatur. Crasseſcens enim præstringit & strangulat. Nec adrachne offenditur, si non simul incidatur & corpus. [42] Alioquin & cerasus, & tilia, & vitis corticem mittunt sed non vitalem, nec proximum corpori, verùm eum, qui subnascente alio expellitur. 20
Quarundam natura rimosus cortex, vt platanis. Tiliæ renascitur paulo minus quàm totus. Ergo his, [43] quarum cicatricem trahit, medentur luto fimóque. Et aliquando [44] prosunt, si non vehementior frigorum aut calorum vis secuta est. Quædam tardiùs ita moriuntur, vt robora & quercus. [yy] Refert & tempus anni. Abieti enim & pino si quis detraxerit Sole Taurũ vel [zz] Geminos trãseunte, cùm germinãt, statim moriuntur. Eandẽ iniuriã hyeme passæ diutius tolerant. Similiter ilex, & [A] robur, & quercus. [45] Quod si angusta decorticatio fuit, nihil [46] nocetur suprà dictis. Infirmiores quidem & in solo gracili, vel ab vna tantùm parte detractus interimit. Similem & [B] decacuminatio rationem [47] habet, cupressi, piceæ, cedri. hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto in tereunt. Similem & [C] depastio animalium. Oleam quidem etiam si lambat [D] capra, steri 30
lescere, autor est [E] Varro, vt [F] diximus. Quædam hac iniuria moriuntur. Aliqua deteriora tantùm fiunt, vt [G] amygdalæ: ex dulcibus enim transfiguruntur in amaras. Aliqua verò etiam vtiliora, vt apud Chios pyrus, quam [H] Phocida appellant. Nam detruncatio diximus quibus prodesset. Intereunt pleraque & fissa stirpe, exceptis vite, malo, fico, Punica. Quædam vel ab vlcere tantum. [48] Ficus hanc iniuriam spernit, & omnia quæ resinam gignunt. [I] Radicibus amputatis mori, minimè mirum est. Pleræq; tamen non omnibus, sed maximis, aut quæ sunt inter illas vitales abscissis, moriuntur. [K] Necant inuicem inter sese vmbra, vel densitate, atque alimenti rapina. Necat & edera vinciens. Nec viscum prodest, [49] & cytisus, nec auro, quod alimon vocant Græci. [L] Quorundam natura non necat quidem, sed lædit odore, aut succi mistura: vt rha- 40
phanus & laurus vitem. [50] Olfactatrix enim intelligitur, & [51] tangi odore mirum in modum: ideo cùm iuxta sit, auerti & recedere, saporémque inimicum fugere. Hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates, [52] rhaphanum mandi præcipiens. Odit & caulem & olus omne, odit & corylum, ni procul absint, tristis atque ægra. [M] Nitrum quidem & alumen, marina aqua calida, & fabæ putamina vel crui, vltima venena sunt.

35 tum. CH.
36 nasci, gustu dulci. Theophr.
37 dicantur. CH.
38 cùm venit. CH.
39 alioqui quas pu. præ. moriantur. CH.
40 reuiuescunt. CH.
41 magna, vel abundantia magna consecuta. M. Lego, vel aquarum abundantia magna.
42 Alioqui. CH.
43 quarum corpus cicatr. Dal.
44 hæc prosunt. Dal.
45 Quæ. CH.
46 nocet supra dictis. Infirmioribus. M.
47 habent. Dal.
48 Pinus in tedam concisa. Theophr.
49 nec cyt. &c quem halimon. ex Theo.
50 Olfactrix. Dal.
51 tangui. CH.
52 raphanum. mandatur. CH. rhaphanus vt mandatur. N. brassicam. Ex Theophr.

ANNOTATIONES.

a De morbis arborum Theophr. cap. 10. 11. 12. 15. Causs. & cap. 16. lib. 4. histor.
b Palladi sacris feriis, quæ ad quinque dies durabant. Incidebant eæ in xviii. Martij.
c Theophr. cap. 16. lib. 4. histor. & à cap. 9. lib. 5. Causs. vsque ad finem.
d Imò potius quoniam frigore necata, eriam si alimentum suggeratur, abolito natiuo colore eo frui nequeunt.
e Theophr. loco citato, & cap. 1. lib. 11. Causs.
f Σκωληκώδεις, ἀσχεβασιακὰς, φασκωλιοειδεῖς, quam vocem Plinius interpretatur dolorem membrorum cum partium debilitate, infelicisset quidem, & nimis lasciuo conatu Aptius illic redditisset emortuarum nigredinem. Syderatio, quæuis iniuria à coelo illata & prosecta: de qua mox.
g Ab animalium, & hominum comparatione.
h Sic execrari, obtundi, ἀχρειοῦσθαι. Theophr. cap. 13. lib. 1. Causs.

i Theophr. cap.15.lib.5.Cauſſ.
k Λεβεῦλαι. Idem.
l Vt in ficu.
m Λιπώσει, idem cap.12.lib.5. Cauſſ.
n Pteſertim Martij pici.
o Hieronymus contra Iouinianum ſcribit, in Ponto & Phrygia luxuriam eſſe τὸ ξυλοφάγειν, nimirum coſſos è ligno natos. A coſſis rugoſis vermibus dicti Coſſinij & Coſſutiani.
p Theophr.cap.16.lib.6.hiſtor.& cap.14.&19.lib.5.Cauſſ.
q Idem cap.19. & 20.lib.3.hiſtor.
r Theophr. cap.13.lib.5. Cauſſ.
s Carbunculatio, πυώσεις.
t ἀνώδυν. Theophraſto verò cap.16.lib.4.hiſtor. ἀπόδυ, quæ lacteo ſucco turgent.
v Sic læſas arbores ὑπερβλυπτας ὑλόρροας ἢ φρυκτὰ ῥοῦσας Græci vocãt: quoniam, vt inquit Ariſtot.lib.de Iuuentut. & ſenect. τὸ ὑγρὸν ἰσχυρὰ γίνεται χαύσεται, καὶ μὴ ἀλίσκεται τὸ σπεῖρον ὑπ᾽ αὐτῶ ὑγρὸν κατασβέσαν, ὅτι ὁ θάλαττα μαραινόμενον τὸ θερμὸν καὶ λίγνον φρυκτὸν ἔσται, καὶ ἀσπόβλητα γίνεται τὰ δένδρα. Theophr. id ſieri tradit ἀπ᾽ ἀδύνειαν, ὅταν ὁ γῦ ξυρανθῇ μὴ ἔχοσιν ὑκμὴν ὑγρὸν τὴν ῥίζαν. Brod.cap.20.lib.5.
x Theophr.cap.16.lib.4. Cauſſ.
y ὕλαρ. Alius eſt clauus materiæ fabrilis, de quo ſuprà cap. 39. lib. 16.
z Theophr.cap.12.lib.5.Cauſſ.
aa ψώρα, ſcabies. Impetigo, quem Latinè arborum limum prætereà vocat cap. 7. lib. 23. corticis extimi aſpera & ſerpens ſcabrities, imbris & roris putreſcentis contactu excitata.
bb Ineptè hoc Plinius.
cc Nempe poſt earum ortum Theophraſto. Oriuntur autem Varroni cap.28.lib.1. quadrageſimoquarto die poſt æquinoctium vernum, id eſt ad vigeſimum quintum diem Aprilis.
dd Eluunt cauſſam ſcabiei, non vitiant.
ee Morbum in radicibus fici intelligit, quem Theophr. cap.12.5. Cauſſ. τὸ λιπῶν vocat, id eſt, humore nimio turgere, nimirum cùm ex largiore humoris copia diſtentæ putreſcunt, & arborem necant: vel extincto calore ſuffocantur. Fortaſſis etiam τὸ πολυῤῥῦ Græcorum, autor exprimit, quo vſus eſt Th.cap.16.4.Hiſt.
ff τὸ τραγῦν vites dicimus, cùm fructu carentes fronde luxuriãt, & foliorum copia fructus pauperiem compenſant. Clidemo ſici ψαρῶσαι: oliuæ λευχωθῆναι: vites ῥᾶναι.
gg βάσκλα, vel βλάστα Theophraſti intelligit, quod alij ψίνθια vocant, cùm defloreſcens vitis ἐπιψίλωται, id eſt, eluitur pluuia, quam obrem vel acini defluunt, vel, ſi remanent, ſtrigoſi ac exiles ſunt, &, vt ait Plinius, calloſi. Agricolæ id cæli vitium appellant, *La pluie chaude.*
hh Theophr.cap.13.& 14.lib.5.Cauſſ.
ii Idem ibid. cap.14.
kk Idem cap.16.lib.4. hiſtor. & loco citato & cap.27. lib.3 eiuſd. operis.
ll Diuerſæ genere à ſuperioribus. Idem.
mm Hic ſignificari puto πρόμβον vuarum, id eſt, morboſam & vitioſam dutitiem, de qua Theophr.cap.13.5.Cauſſ. τὰ δὲ τῶν ἀκροπάγων, οἷον τῶν μέλι βοτρύων ὁ πικνὸς καὶ ὁ πρόμβος: τοῦτο δ᾽ ἔμετον τῆ ἰρυσίβη. ἡ γὰρ ἰρυσίβη γίνεται τῶν ἀκροπάγων ὑγρότητι καὶ μυκᾶται τὰς φυλλάδας ὑπαπιδίη σφοδρότητος ἢ ὄμβρι &c. id eſt, *Fructuum quoque morbi ſunt, vt racemorum crassus, rubiginis ſimilis. Fit is, cùm poſt imbris guttas acrior ſol inſecutus exurit, &c.*
nn Idem cap.13.lib.5.Cauſſ. & cap.17.lib.4.hiſtor.
oo Orientem. Oritur Nonis Septembr.
pp Theophr.cap.17.lib.4.hiſtor.
qq Idem ibid.& cap.16. lib.5. Cauſſ.
rr ὑπαλυφὶς Theophr. Vtedo verò, ἰαυλμὸς.
ss Atabulum, quaſi τὸν ἄτιλον βάλλοντα, calamitoſum dixerunt. Horatius Iapyga nominauit.
tt ὑπαλυφὶς fit, Theophr.
uu Idem cap.22. lib.5. Cauſſ.
xx Idem cap.16.lib.3.hiſtor.& cap.18.lib.4.item cap.21.& 24.lib. 5, Cauſſ. Id veteres Iuriſconſulti cingere pro diſcingere dixerunt, vt ſtringere, pro diſtringere, nempe in orbem decorticare. *Actio*, inquiunt, *legitima eſt in eos, qui alienas arbores cinguntur, cadunt, ſecant* &c. cædunt alicia ſecuriue, aut totas, aut aliquam partem: ſecant ſerra. Cuiacius cap.12.9.Obſeru.
yy Idem cap.18. lib.4.hiſtor.
zz θαργηλιῶν& ἢ σπερβέφρειῶν&. Gaza expoſuit Februario & Martio.
A De robore nihil Theophr.
B ἰτέαν δ᾽. Idem cap.19.lib.4.hiſtor.& cap.24. lib.5.Cauſſ.
C Idem cap.25.lib.5.Cauſſ.
D Hæc de cauſſa in arcem Athenis capræ non agebantur, præterquam ſemel ad neceſſarium ſacrificium, ne oleam ibi primum editam violarent: tum etiam caprarum victimas Pallas auerſabatur.
E Cap. 3.lib.2.
F Suprà cap.50.lib.8.
G Theophr.cap.22.lib 2. Cauſſ.
H Idem loco citato.
I Idem cap.vlt. lib.4. hiſtor.
K Idem cap 22.lib.5. Cauſſ.
L Idem cap. 20. lib. 4. hiſtor. Pro raphano hîc bis reddendum braſſica. Vide infra capit. 5. lib. 19. & capit. 9. lib. 20. & cap.1. lib. 24.
M Ideò viti braſſica tantopere odioſa eſt, quòd nitroſo ſucco alitur, Laurus quòd amaro.

De varijs prodigijs [a] ſiue oſtentis in arboribus: déque olueto publicam viam olim tranſgreſſo. CAP. XXV.

INter vitia arborum, eſt & prodigiis locus. Inuenimus enim ſine foliis natas: vitem & malum Punicam ſtirpe fructum tuliſſe, non palmite, aut ramis, vitem vuas ſine foliis, oleas quoque amiſiſſe folia baccis hærentibus. [1] Sunt & miracula fortuita. [b] Nam & oliua in totum ambuſta reuixit: & in Bœotia deroſæ à locuſtis ficus iterum germinauere. Mutantur [c] arbores & [2] colore, fiúntque ex nigris candidæ, non ſemper [3] prodigioſæ, [4] & maximè quæ ex ſemine naſcuntur, vt populus alba in nigram tranſit. Quidam & ſorbum, ſi in calidiora loca venerit, ſterileſcere putant. Prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbis, è caprifico fici: aut contrà, graui oſtento, cùm in deteriora mutantur, ex olea in oleaſtrum, ex candida vua & [5] fico in nigras: vt Laodiceæ, Xerxis aduentu platano in oleam mutata: qualibus oſtentis Ariſtandri apud Græcos volumen ſcatet, ne in infinitum abeamus: apud nos verò [6] C. Epidij commentarij, in quibus arbores locutæ quoque reperiuntur. Subſedit in Cumano arbor graui oſtento, paulò ante Pompeij Magni bella ciuilia, paucis ramis eminentibus. Inuentum Sibyllinis libris internicionem hominum fore, tantóque eam maiorem, quanto propiùs ab vrbe poſteà facta eſſet. Sunt prodigia, & cum alienis locis enaſcuntur, vt in capitibus ſtatuarum, vel aris, [d] & cùm in arboribus ipſis alienæ. Ficus [e] in lauro nata eſt Cyzici ante [f] obſidionem. Simili modo Trallibus [7] palma in baſi Cæſaris Dictatoris circa bella ciuilia cius. Necnon & Romæ in Capitolio in [g] capite [8] bis bello Perſei [h] enata palma, victoriam triumphóſque portendit: hac tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſalæ C. Caſſij Cenſorum luſtro.

x Sunt miræ. fortuitu.CH.
2 colores. CH.
3 prodigioſæ. M.
4 ex. CH.
5 ficu. Alij.
6 Cepidij, M.
7 palmæ.CH.
8 Iouis. Vet.

ſtro. A quo tempore pudicitiam ſubuerſam Piſo grauis autor prodidit. Super omnia, quæ vnquam audita ſunt, erit prodigiũ in noſtro æuo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vectij Marcelli è primis equeſtris ordinis oliueto vniuerſo viam publicam tranſgreſſo, aruíſque inde è contrario in locum olueti profectis.

ANNOTATIONES.

a Vide infrà cap.32.lib.16.& apud Theophr. cap.4.lib.5.Cauſſ. & cap.4.lib.2.Hiſtor.
b Pauſaniæ in Corinthiacis claua Herculis ex oleaſtro actis radicibus regerminauit.
c Theophr.cap.3.lib.2.Hiſtor.& cap.3.lib.5.Cauſſ.
d Pauſaniæ in Arcadicis ex vna & eadem radice Ilex & olea ena ſunt.
10 e Theophr.cap.23.lib. 2. & cap. 4. lib. 5. de Cauſſ. Laurus in Platano.
f Obſidionem intelligit Mithridatis, qui eam ciuitatem cum qua dringentis nauibus reſiſtentem oppugnauit cum equitatu multo & peditum c.1. millibus. Vide Strabonem lib.12.
g Quidam caput hîc exponunt ſummum tecti faſtigium & ſupremum verticem.
h Sic apud Liuium lib.2.Decad.4. *A P. Sulpitio proconſule litteræ ex Macedonia allatæ nuntiarunt in puppi longæ nauis enatam laurum.*

[a] De remedijs morborum arborum. CAP. XXVI.

NVnc expoſitis arborum morbis, conſentaneum eſt dicere & remedia. Ex his quædam ſunt communia omnium, quædam propria quarundam. Communia [b] ablaqueatio, [c] accumulatio, afflari radices, aut cooperiri, riguis dato potu vel ablato, fimi ſucco refectis, putatione leuatis onere. Item [d] ſucco emiſſo quædam veluti [1] detractio ſanguinis, circunraſio corticis, [e] vitium extenuatio, [2] & domitura palmitum. Gemmas ſi frigus retorridas hirtáſque fecerit, [f] repumicatio, & quædam politura. [g] Arborum iis aliæ magis, aliæ minus gaudent, veluti cupreſſus & aquam aſpernatur & fimum, & circunfoſſuram, amputationémque, & omnia remedia odit: quinetiam necatur. Riguis [3] & vites, & Punicæ præcipuè aluntur. Ficus arbor ipſa riguis alitur pomum verò eius [4] marceſcit. Amygdalæ ſi colantur foſſione, florem amittunt. Nec inſitas circunfodere oportet, priuſquàm validæ ferre cœperint poma. Plurimæ autem amputari ſibi volunt oneroſa ac ſuperuacua, ſicut nos vngues & capillum. Reciduntur veteres totæ, ac rurſus à ſtolone aliquo reſurgunt: ſed non omnes, nec niſi quarum naturam pati diximus. [h] Rigua æſtiuis vaporibus vtilia, hyemeinimica, autumno varia [5] & ex natura ſoli: quippe cùm [6] vindemiator Hiſpaniarum ſtagnãte ſolo vuas demetat. [7] Cætero maiore in parte orbis etiam pluuias autumni aquas [9] eriuari cõuenit. Circa Canis ortum rigua maximè proſunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam [k] inebriatis radicibus nocent. Et ætas modum temperat. Nouellæ enim minus ſitiunt. Deſiderant autem maximè rigari, quæ aſſueuere. Contra ſiccis locis genita non expetunt humorem, niſi neceſſarium. Aſperiora vina rigari vtique cupiunt in Sulmonenſi Italiæ agro, pago Fabiano, vbi & aruarigantur: [10] mirúmque, herbæ aqua illa necantur, fruges aluntur, [11] & riguus pro ſarculo eſt. In eodem agro bruma, tanto magis ſi niues iaceant gelétve, ne frigus vites adurat, circunfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant: memorabili natura in amne ſolo. Sed idem æſtate vix tolerandi rigoris.

1 detractio. CH.
2 & dominarum.CH.
3 & vitis.CH.
4 inarefcit.M.
5 & hoc ex natura.M.
6 vindemitor Hiſpanarum.CH.
7 Cæterùm ma. ex par. orbis & plu. M.
9 deriuari. Vet. eriuare.CH.
10 mirum quòd. M. mirũque quod Alij.
11 & riuus.Alij.

ANNOTATIONES.

a Theophr.cap.9.lib.1.Hiſtor.& cap.2.lib.3.cap.21.lib.5.Cauſſar.
b Ablaqueatio, σκαπάνη: accumulatio ἐπίχωσις: potus datus vel ablatus, ὕδρεῖα: fimi ſucco refectio, πάτρωσις: putatione leuatũ onus, διακάθαρσις, ἀφαίρεσις τῶν πόων.
c In ficis, Cato cap.94.
40 d Columel.cap.6.lib.5.ſic vlmum vetuſtam propter ramos vulnerat, & vſque in medullam cauat.
e Extenuationem vitium appellat, quam Theophr.cap. 12. lib. 5. Cauſſ. πλὴν τῶν τρεφῆς ἀφαίρεσιν. Ea fit pampinatione, ἀπογλυκάνσει: οἰνάδων ἀπονυξίσει, palmitum detractione: περικαθάρσει τῶν ἀνωλόκτων ῥίζῶν, ſummarum radicum purgatione: ſummiſſis ſarmentis, κατάμαξιν κατβαλλομένοις: propaginibus, τοῖς ἀπενεκτικωτέροις: foſſione, τῇ σκάψει: & ablaqueatione, τῇ τῶν ῥίζῶν γυμνώσει.
f Idem loco citato.
g Idem cap.6.& 8.lib.1.Hiſtor.
h Idem ibid.cap.5.& cap.12.ac.13.lib.5.Cauſſ.
i Riuis effundi quia nec frugibus, nec arboribus, nec vitibus ea ſunt vtiles.
k Vitiur hac metaphora Theophr.cap.21.lib.5.Cauſſ. ἀλλὰ τῇ πόσει (ſub. ὕδατος) νίκτει τῇ περὶ ῥίζαν διαφθείρει, σῦκον δ᾽ ἐκ ῥίζης, τῇ λύσει ἐκμεθύσκον.

[a] De caprificatione, & ſtercoratione. CAP. XXVII.

CArbunculi ac rubiginum remedia demonſtrabimus volumine proximo. Interim eſt & ſcarificatio quædam in remediis: cum macie corticis ex ægritudine aſtringente ſe iuſtóque plus vitalia arborum comprimente, exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes, perpetuis inciſuris [1] deducunt, ac veluti cutem laxant. Salutare id fuiſſe, argumento ſunt dilatatæ cicatrices, & internato corpore expletæ. Magnáque ex parte ſimilis hominum medicina & arborum eſt, quando earum quoque terebrantur oſſa. [b] Amygdalæ

1 diducunt. Dal.

2 præterquàm mẽ sur. dedrauali vitiu ta desi. &c. Ex Theo.

gdalæ ex amaris dulces fiunt, si circunfosso stipite, [2] & ab ima parte circunforato defluens pituita abstergeatur. Et [c] vlmis detrahitur succus inutilis, supra terram foratis vsque ad medullam in senecta, aut cùm alimento nimio abundare sentiuntur. Idem & ficorum turgido cortice incisuris in obliquum leuibus emittitur. Ita fit ne decidant fructus. [d] Pomiferis, quæ germinant, nec ferunt fructum, fissa radice inditur lapis, [3] fertilésque fiũt. Hoc idem [4] & amygdalis, è robore cuneo adacto. In pyris sorbísque è teda, ac cinere & terra cooperto. Etiam radices circuncidisse prodest vitium luxuriantium ficorúmque, & circuncisis cinerẽ addidisse. [e] Fici serotinæ fiunt, si primæ grossi, cùm fabę magnitudinem excessere, detrahantur. Subnascuntur enim, quæ serius matureſcunt. Eædem cùm [f] frondere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertilióresque fiunt. Nam caprificatione [5] maturata, [g] in ea culices nasci è grossis manifestum [6] est: quoniam cùm euolauere, non inueniuntur intus grana, quæ in eos versa apparet. Exeundi tanta est auiditas, vt plerique aut pedẽ relicto, [7] aut pẽna, pariter erumpant. Est & aliud genus culicum, quos vocant [8] centrinas, fucis apum similes ignauia malitiáque, cum pernicie verorum & vtilium. Interimunt enim illos atque ipsi [9] moriuntur. Vexant & tineæ semina ficorum. [h] Contra quas remedium, in eodem scrobe defodere Italicam lentiscum, inuersa parte quæ fuerit à cacumine. Vberrimas autem ficus [10] rubrica amurca diluta, & cum fimo infusa radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum laudantur maximè [11] nigræ, & in petrosis, quoniam frumenta plurima habeant: caprificatio ipsa post imbrem. In primis autem cauendum, ne ex remediis vitia fiant: quod euenit nimia aut intempestiua medicina. [i] Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidario inutilissima. Vitis tantùm [k] tonsuram annuam quærit, alternam verò myrtus, Punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt. Cæteræ rariùs tondentur, nulla autumno. Ac ne raduntur quidem, nisi [12] vêre putatione. Plagæ ad viralia sunt omnia quæcunque non superuacua. [13] Similis fimi ratio. Gaudent eo, sed cauendum ne in feruore solis admoueatur, ne immaturum, ne validius quàm opus sit. Vrit vineas suillum, nisi quinquennio interposito, præterquàm si riguis diluatur. Et è coriatiorum sordibus, nisi admista aqua. Item largius. Iustum existimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem soli natura [14] decernit. Columbino ac suillo plagis quoque arborum medentur. Si mala punica acida nascantur [l] ablaqueatis radicibus fimum suillum adhibento anno vinolenta, proximo dulcia futura. Alij vrina hominis aqua mista riganda censent quater anno, singulis amphoris: aut cacumina spargi vino lasere diluto. Si findantur in arbore, pediculum intorqueri. Ficis vtique amurcam affundi. Cæteris arboribus ægris fæcem vini: ac lupinum [15] circa radices earum seri. Aqua quoque lupini decocti circunfusa, pomis prodest. Fici, cùm [m] Vulcanalibus [16] tonuit, cadunt. Remedium est, vt antè stipula hordeacea areæ [17] stringãtur. Cæraſos præcoces facit, cogítque matureſcere cl x admota radicibus. Et hæc [18] ante omnia poma interuelli melius est, vt quæ relicta [19] sunt grandescant.

3 Fertiles sic fiũt. Dal.
4 ip. CH.

5 maturantur. In ea &c. Dal.
6 Est, in M. d.
7 aut pinnæ parte erumpũt CH.
8 Centrinas. Th. & M.

9 commoriuntur. Th.

10 lubrica. CH,

11 nigræ ex petrosis quoniã grana (λυγκαρίδας.) Theo.

12 vêre. Putatione, plagæ ad viralia sunt omnia quæcunque superuacua enodent. Sim. &c. Dal.
13 Similis fimi ratio. Gaudent eo, sed cauendum ne in feruore solis admoueatur, ne immaturum, ne validius quàm opus sit. Vrit vineas suillum, nisi quinquennio interposito, præterquàm si riguis diluatur. Et è coriatiorum sordibus, nisi admista aqua. Item largius. Iustum existimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem soli natura decernit. Columbino ac suillo plagis quoque arborum medentur. Ex Theo. & Colum.

14 decernit. M.

15 circum. M. aut lupinum CH.
16 tonuerit. M.

17 sternantur. Vet.

18 autẽ M. inter. Vet.
19 sint. CH.

ANNOTATIONES. 40

a Theophr. cap. 9. lib. 2. histor. & cap. 12. ac 13. lib. 2. Causs
b Idem cap. 8. lib. 2. histor. & cap. 22. lib. 1. Causs. quo loco Amygdalum, humoris abundantia sterilem, sic castigari tradit.
c Columel. cap. 6. lib. 5.
d Theophr. loco citato.
e Columel. cap. 20. lib. De arboribus.
f Theophr. loco citato. Hæc est decacuminatio, ὁ τῶν ἄκρων ἀνάπλασις.
g Idem cap. vlt. lib. 2. histor.
h Idem cap. 11. lib. 5. Causs. minus vermiculationem sentiunt quæ inserta lentisco terræ mandantur.
i ὕλωσις ἀφαίρεσις.
k Theophr. cap. 5. lib. 2. histor.
l Columel. cap. 10. lib. 5.
m Vulcanalia Augusto celebrabantur: quo tempore fiebat tertia satio. Colum. cap. 3. lib. 11.

De diuersis medicamentis arborum contra venenata animalia, & contra formicas, & contra noxia animalia. CAP. XXVIII.

QVædam pœna emendantur, aut [a] morsu excitantur, vt palmæ & lentisci. Salsis enim aquis aluntur. Salis vim & [1] cinis, sed leniorem, habet. Ideo ficis asperguntur [2] ruta, ne fiant verminosæ, néve radices putrescant. Quin & vitium radicibus aquâ salsam iubent affundi,

1 cineres, sed len. habeat. M.
2 rutaque, ne M & CH. ego, rutæque, ne &c. Ex Theo.

affundi, si sint lacrymosæ. Si verò fructus [3] rarum decidant, cinerem aceto aspergi, ipsásque illini, aut sandaracha, si putrescat vua. Si verò fertiles non sunt, aceto acri subacto cinere rigari atque oblini. Quòd si fructum non maturent, priùs inarescentem, præcisarum ad radices plagam, fibráque, aceto acri & vrina vetusta madefacere, atque eo luto obruere, [4] sæpe fodere. Olearum, si parum promisere fructus, nudatas radices hyberno frigori opponunt, eáque castigatione proficiunt. Omnia hæc annua cæli ratione constant: & aliquando seriùs poscũtur, aliquando celeriùs. [b] Necnon ignis aliquid prodest, vt harundini. Ambusta nanque densior mitiórque surgit. [c] Cato & medicamenta quædam componit, mensuræ quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum vrnam amurcæ, & aquæ portionem æquam, ablaqueatis priùs radicibus paulatim affundi iubens. In olea hoc amplius, stramentis anteà circumpositis: item fico. Huius præcipuè [5] veterem terram adaggerari radicibus: ita futurum, vt non decidant grossi, maiórque fœcunditas nec scabra proueniat. Simili modo, [6] ne [d] conuoluulus fiat in vinea, amurcæ congios duos [7] decoctos in crassitudinem mellis, rursúsque cum bituminis tertia parte, & sulphuris quarta sub dio coqui, quoniam exardescat sub tecto. Hoc vites circa capita ac sub brachiis vngi: ita non fore conuoluolum. Quidám contenti sunt fumo huius misturæ suffire vineas secundo flatu, continuo triduo. [e] Plerique non minus auxilij & [8] alimenti arbitrantur in vrina, quàm Cato in amurca, addita modò aquæ pari portione, quoniam per se noceat. [f] Alij voluocem appellant animal prærodens pubescentes vuas: quod ne accidat, falces, cùm sint exacutæ, fibrina pelle detergent, atque ita putant. Aut sanguine vrsino liniri volũt post putationem easdem. Sunt arborum pestes & formicæ. Has abigunt, rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus. Necnon & pisce suspenso iuxta in vnum locum congregant. Aut lupino trito cum oleo radices linunt. Multi & [9] has & talpas amurca necant: contráque [10] erucas, & mala ne putrescant, lacertæ viridis felle tangi cacumina iubent. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas à muliere incitati [11] mensis nudis pedibus recincta. Item ne quod animal pastu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto aspergi folia, quoties imber interueniat, quoniam [12] ita abluatur virus medicaminis, mira quædam excogitante solertia humana. Quippe cùm auerti carmine grandines credant [13] plerique: cuius verba inferere non equidem serió ausim. quanquàm à [g] Catone prodita, contra luxata membra [14] iungenda harundinum fissuræ. [h] Idem arbores religiosas lucósque succidi permisit, sacrificio priùs facto: cuius [15] rei rationem quoque eodem volumine tradidit.

3 earum dec. cin. ac conspergi. CH.

4 & sæpe. Dal.

5 vêre. Ex Catone. & CH.
6 ne conuoluulus. CH.
7 decoqui. CH.

8 adimenti. Vet.

9 has &, in M. d. rovricas. CH. & mox, contra vrucas &c.

11 ventris. M. incitatis mensibus. Vet.

12 obluatur ita. CH.
13 plerique. Verba inf. Dal.

14 iungendo har. fissuram, Dal.
15 rei notionem, rationemque. M. cuius rationemque. CH.

ANNOTATIONES.

a ἀνάδηξιν vocat Theophr. cap. 23. lib. 3. Causs. eamque fieri tradit vrina, stercore, & coriatiorum purgamentis, ramentis, sordibus, ἢ σκυτοδεψίᾳ.
b Idem cap. 12. lib. 4. histor.
c Cap. 93.
d Idem cap. 95. Græcis ἕλξ.
e Theophr. cap. 23. lib. 3. Causs.
f Colum. cap. 15. lib. De arboribus Volucrem appellat.
g Cap. 160.
h Cap. 139.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XVIII.

PROOEMIVM.

Quod antiquis maximum studium agriculturæ fuit, & de hortorum singulari diligentia. CAP. *I.*



EQVITVR natura frugum hortorúmque ac florum, quæ ꝙ alia prẽter arbores aut frutices benigna tellure[1] proueniunt, vel per se tantum herbarum immensa contemplatione, si quis æstimet varietatem, numerum, flores, odores, colorésque & succos [2]ac vires earum, quas salutis aut voluptatis hominum gratia gignit. Qua in parte primum omnium patrocinari terræ, & adesse cunctorum parenti iuuat, quàquam inter[a] initia operis defensę. Quoniam tamen ipsa materia[3] intus [b] accendit ad reputationem eiusdem parientis[4] & noxia, nostris eam criminibus vrgemus,[5] culpámque nostram illi imputamus. Genuit venena: sed quis iuuênit illa, præter hominem? Cauere ac refugere alitibus ferísque satis est. Atque cùm arbore exacuant limẽtque cornua elephanti, & [6] saxo rhinocerotes, & vtroque apri[c] dentiũ sicas, sciántque ad nocendum se præparare animalia:[7] quod tamen eorum tela sua, excepto homine, venenis tingit? Nos & [d] sagittas vngimus, ac ferro ipsi nocentius aliquid damus. Nos & flumina inficimus, & rerum naturæ elementa. Ipsum quoque, quo viuitur, aerem in pernicię vertimus. Neque est vt putemus ignorari ea ab [8] animalibus, quæ quidem quæ præpararent contra serpentium dimicationem, quę post prælium ad medendum excogitarent, indicauimus. Nec ab vllo, præter hominem, veneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam, ne iis quidem, quæ nascuntur, contenti: etenim [9] complura eorum genera humana manu fiunt.[10] Quid? non & [11] homines quidem vt venena nascuntur? Atra ceu serpentium lingua [12] vibrat, [c] tabésque animi [13] contrectata adurit culpantium omnia, ac [t] dirarum alitum modo, tenebris quoque [14] suis & ipsarum noctium quieti inuidentium gemitu (quæ sola vox eorum est) vt inauspicatarum animantium vice obuij quoque vetent agere, aut prodesse vitæ. Nec vllum aliud [15] abominati spiritus prẽmium nouere: quàm odisse omnia. Verùm & in hoc eadem naturæ maiestas, tanto plures bonos genuit [16] ac frugi, quanto fertilior in iis quæ iuuant alúntque, quorum æstimatione & gaudio nos quoque, relictis [17] æstuationi suæ istis hominum [18] turbis, pergemus excolere vitam: cóque constantius, quò operæ nobis maior, quàm famæ, gratia expetitur. Quippe sermo circa rura est, agrestésque vsus, sed quibus [g] vita honósque apud priscos maximus fuerit.

ANNO

1 prouenisse. Vel per se tan. her. im contemplatio est, si quis. M.

2 aut. CH.

3 intus accedit. M. accedit intus. CH.

4 & noxia, in M. d. nostramque culpam. CH.

5 & duri saxo, rhin. & vri. rhinoc. Turn.

6 quodlibet tamen eorum nescit, excepto homine. tela sua venenis tingi. M.

7 animalibus. Quæ præpararint, & mox, excogitarint. Lego, præparent, moxque, excogitent & c. E Ver. animalibus. Quæ præp. con. serp. dimicationes, quæ post. CH.

8 quando. CH.

9 Quid? & hominis. M.

10 homines quidam ad ven. Ver.

11 vibratur, rabumque. Ver.

12 contracta. CH.

13 suis, in M. alt. d.

14 abominandi. Quidam.

15 vt fruges. M.

16 exustioni. M. & CH.

17 verbis pergamus. M. rubis pergemus. Ves.

ANNOTATIONES.

a Suprà cap. 65. lib. 2.

b Sensus est. Quoniam tamen vel ipsa materia noxia nos intus accendit ad reputationem ipsius parientis, ideſt, naturæ, noſtro vitio contemplationis materia aburentes, naturæ culpam noſtri ſceleris imputamus. Conſt. Ego verò, Quoniam ipſa materia (nempe illorum, quæ terra gignuntur,) iiutus nos accendit (animo conceptis odiis, & tacitis nos inflammat, & exagitat) ad reputationem eiuſdem parientis, & noxia, (ad accuſandam naturam, ſine terram, quòd venena genuerit,) &c. Fortaſſis & melius imputationem, quam reputationem legemus.

c Dentes acutiſſimos, gladiis ſimiles, exertos. Seneca cap. 1. lib. 1. De ira: *ſpumant apris ora, & dentes acuuntur arietes.*

d Is Scytharum mos eſt.

e Liuor, inuidia, malitia, maledicentia & obtrectatio.

f Virgil. *Ignauis bubo, dirum mortalibus omen.* Noctiluges apud Feſtum vocat Lucilius.

g Quoniam frugibus tantùm, non conquiſitis epularum deliciis, alerentur.

Quæ corona prima Romæ. CAP. *II.*

10 A[a] Ruorum ſacerdotes Romulus in primis inſtituit, ſéque duodecimum fratrem[1] appellauit inter illos, ab Acca Laurẽtia nutrice ſua, ſpicea corona, quæ [b] vitta alba colligaretur, in ſacerdotio[2] ei pro religioſiſſimo inſigni data, quę prima apud Rom. fuit corona: honóſque is non niſi vita[3] finitur, & exules etiam captóſque comitatur. Bina tunc iugera Pop. Rom. ſatis erant, nullíque maiorem modum attribuit: quo ſeruos paulò[4] antè principis Neronis, contemptis huius ſpatij viridariis, piſcinas iuuat habere maiores: gratúmque, ſi non aliquem & culinas. Numa inſtituit Deos [c] fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, atque (vt autor eſt Hemina) far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id vno modo conſecutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem diuinam, niſi toſtum. Is & [d] Fornacalia inſtituit farris torrendi ferias, & æquè religioſas [e] terminis agrorum. Hos enim Deos tunc maximè nouerant:[5] [f] Seiámque à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant: quarum ſimulachra in Circo videmus. [g] Tertiam ex iis nominare ſub tecto religio eſt. [h] Ac ne deguſtabant quidem nouas fruges aut vina, antequàm ſacerdotes primitias libaſſent.

1 appellauit Inter illos Acca Laurentia nutrice ſua genitos. Turn. & CH.

2 eis. Turn.

3 Finitus, & ex. et. capt. comitatus. M.

4 antehac. Dal.

5 Seriamque. M.

ANNOTATIONES.

a Gellius cap. 7. lib. 6. *Sed Sabinus*, inquit, *Maſurius in primo Memorabilium Accam Laurentiam Romuli nutricem fuiſſe dicit. Ea, inquit, mulier ex duodecim filiis maribus vnum morte amiſit. In illius locum Romulus Accæ Laurentiæ ſeſe filium dedit, ſéque & cæteros eius filios fratres Aruales appellauit. Ex eo tempore collegium manſit fratrum Arualium numero duodecim, cuius ſacerdotij inſigne eſt ſpicea corona & alba infula.* Vide & huius rei hiſtoriam apud Lilium Gyraldum. *Aruales ſacerdotes*, inquit Cuiacius cap. 34. lib. 10. & cap. 5. lib. 11. Obſeruat. *οἱ περὶ ἕρμαν δικαιοῦσι, terminorum ſacrorum & finium iurgijs terminandis præerant, & interueniebant.*

b Vide quod notatum eſt infrà ad cap. 3. lib. 21. & Alex. ab Alex. cap. 26. lib. 1.

c Græci, hordei primitiis, liboque, & placentis ex hordeo ſale conſperſo, vnde κριθοπάγοι dicti.

d Ad duodecimum Kal. Martias. De his Ouidius,

Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit, nec ſtirpe ſacra facit. &c.

Qui Fornacalibus non erant feriati, Quirinalibus expiabantur, quæ ideo Stultorum feſta vocauerunt. Alex. ab Alex. cap. 12. lib. 3. Vide Feſtum in Populare.

e Terminalia, menſe Februario. Ara Deo Termino ſtatuebatur à dominis vetinque: ligna conciſa foco imponebantur: igni fruges eaniſtro inſpergebantur: puella fauos porrigebat, alij & vinum. Numæ lege nullum animal immolabatur, ex Plutarcho & Halicarnaſs. Ouid. 2. Faſtorum agnam & porcam ſacrificari tradit. Horat. *Vel agna feſtis cæſa Terminalibus.* Prudentius, Terminum cingi faſciis ſolitum, & rogari pulmone gallinæ ſcribit. Gyraldus. Vetus lex. Qui Terminum exaraſſit, ipſius & boueis ſacrei ſunto. De eius ſacro, & quibus ex rebus fieret, prolixè Alex. ab Alex. cap. 22. lib. 2.

f Segetibus, quamdiu ſub terra ſunt, Seia præpoſita eſt: enatis, Segeſtam quam reputationem legemus.

g Quidam hic *τὸν ἀδύνατον* intelligunt, quem, vt ait Plutarchus, *ὑπὸ τέγγου ἐν ἐμφύτευτον*. Pithœus Tertium legit, & ad Terminum refert. nominare quę ad ſacra pertinere arbitratur, vt apud Horat. *malè nominatis Parcite verbis*, ideſt, irreligioſè contra fas & morem ſacrorum pronuntiatis. Quidam legendum cenſent: Terminum ex xii. nominati ſub tecto religio eſt. Nam de Termino multa duodecim tabulis cauta fuiſſe cuiuis norum, in quas etiã fortaſſis credibile fuerit, tranſlatam veterem Numæ ſanctionem, vt Termino non niſi ſub diuo ſacrificaretur, quòd nefas putaret Terminum intra tectum conſiſtere. Hæc ad mę D. Reginaldus, vir ſingularis doctrinæ. Eadem & religio fuit iurandi Dium Fidium, vt ex Catone tradit Nonius. Iuraturi enim in compluuium prodibant. Apud eſdem Varro De liber. educ. *Itaque domi ritum noſtri qui per Dium Fidium iurare volt, prodire ſolet in publicum.* Fortunam caluam quoque ſub tecto noſtræ religioſi fuiſſe tradit Alex. ab Alex. ca. 13. lib. 1. Hãc fortaſſis Plinius innuit. Tutulinam, cuius paulo antè ex Macrobio & Tertulliano meminimus, eam eſſe, quam ſub tecto nominare religio fuit, vult Turneb. cap. 36. lib. 20. Aduerſar.

h Fuit & Ambaruale ſacrum, quo maturis frugibus, cum lacte, vino, fauo libatum fuiſſet, porca granida, aut vitula immolabatur velut & Cereri porca præcidanea, priuſquam ſeges metereretur. Alex. ab Alex. cap. 12. lib. 3. Vide Scalig. in Feſtum, voce Antermini.

De iugere, & actu, & legibus circa pecora, & quoties, & quibus temporibus fuit ſumma vtilitas annonæ, & qui agriculturæ illuſtres. CAP. *III.*

1 vno die. Ex Varr.

2 cũ aratro. M. Turn. & CH.

I[a] Vgerum vocabatur, quod vno iugo boũ[1] in die exarari poſſet. Actus, in quo boues agerentur,[2] cùm aratur, vno impetu iuſto. Hic erat c x x. pedum: duplicatúſque in longitudinem iugerum faciebat. Dona ampliſſima Imperatorum ac fortium ciuium, quantum quis vno die plurimum circumarauiſſet. Item [b] quartarij farris, aut heminæ, confe

rente

rente populo. Cognomina etiam prima inde, [c] Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerat: Pisonis, à pisendo. Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, vt [4] quisque aliquod optimè genus fereret. Iuniorum familiæ Bubulcum [5] nominauerunt, qui bubus optimè vtebatur. Quin & in sacris nihil religiosius [6] confarrationis vinculo erat: [d] nouæq; nuptæ farreum præferebant. Agrum malè colere, Censorium probrum iudicabatur. Atque (vt refert Cato) quem virum [7] bonum colonum dixissent, amplissimè laudasse [8] existimabãt. Hinc & locupletes dicebant, loci, hoc est, agri plenos. Pecunia ipsa à pecore appellabatur. Etiam nunc in tabulis [9] Censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. [e] Mulctatio quoque non nisi ouium boúmque impendio dicebatur: non omittenda priscarum legum beneuolentia. Cautum quippe est, [10] ne bouem, priusquàm ouem, nominaret, qui indiceret mulctam. Ludos boum causa celebrantes, bubetios vocabant. Seruius rex, ouium boúmque effigie [11] primus æs signauit. Frugem quidem aratro quæsitam furtim noctu pauisse, ac secuisse, puberi [f] xii. tabulis [12] capitale erat: suspensúmque Cereri necari iubebant grauius quàm in homicidio conuictum: impubem [g] Prætoris arbitratu verberari, [13h] noxámve duplionémve decerni. Iam [i] distinctio honósque ciuitatis ipsius non aliunde erat. Rusticæ [k] tribus laudatissimæ eorum qui rura haberent. Vrbanæ verò in quas transferri [14] ignominiæ esset, desidiæ probro. Itaque quatuor solæ erant à partibus vrbis, [15] in queis habitabant. Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina. [l] Nundinis vrbem [16] reuisitabant, & ideo comitia nundinis haberi non licebat, [m] ne plebs rustica auocaretur. Quies somnúsque in [n] stramentis erat. Gloriam denique ipsam à farris honore [o] adoream appellabant. Equidem [17] etiam verba priscæ significationis admiror. Ita enim est in commentariis Pontificum: [p] Augurio canario agendo dies constituantur, priusquàm frumenta vaginis exeant, & antequàm in vaginas perueniant. Ergo iis moribus non modo sufficiebant fruges, nulla prouinciarum pascente Italiam, verumetiam annonæ vilitas incredibilis erat. Manius Marcius Ædilis plebis primum frumentum populo [18] in modios assibus donauit. [q] Minutius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit vndecimus plebei Tribunus: qua de causa statua ei extra portam Trigeminam, à populo stipe collata statuta est. [19] Trebius in Ædilitate assibus populo [20] frumentum præstitit. Quam ob causam & ei statuæ in Capitolio ac Palatio dicatæ sunt. Ipse supremo die populi humeris portatus in rogum est. [21] Verùm quo anno Mater Deûm aduecta Romam est, maiorem ea [22] æstate, quàm antecedentibus annis x. [23] factam esse tradunt. M. Varro autor est, cùm L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse, item vini congios, ficíque siccæ pondo x x x. olei pondo x. carnis pondo x i i. Nec è latifundiis singulorum contingebat arcentium vicinos. [r] Quippe etiã lege Stolonis Licinij incluso modo D. iugerum, & ipso sua lege damnato, cùm substituta filij persona amplius possideret. Luxuriantis iam Reipublicæ fuit ista mensura. [s] Manij quidem Curij post triumphos immensúmque terrarum adiectum imperio nota concio est, pernicioso intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis. Hæc autem mensura plebei post exactos reges assignata est. Quænam ergo tantæ vbertatis causa erat? [t] Ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (vt fas est credere) gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: siue illi eadem cura semina tractabant, qua bella; eadémque diligentia arua disponebant, qua castra: siue honestis manibus omnia lætiùs proueniunt, quoniam & curiosiùs fiunt. Serentem inuenerunt dati honores [24 u] Serranum, [25] vnde cognomen. [x] Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato Viator attulit Dictaturam, & quidem vt traditur [26] nudo, plenóque pulueris etiamnum ore. Cui Viator, Vela corpus, inquit, vt [27] proferam Senatus populíque Romani mandata. Tales tum etiam [y] Viatores erant: quod ipsum nomen inditum est subinde & ex agris Senatum ducésque [28] accersentibus. At nunc eadẽ illa [z] vincti pedes, [aa] dánatæ manus, [29 bb] inscripti vultus exercent: non [30] tamen surda tellure, quæ parens appellatur, colíque dicitur & ipsa:

3 Lentinorum.CH.
4 quisquis.M.
5 nominarunt.CH.

6 confarr&ationis. CH. leg. confarreationis.

7 bonumque col CH.
8 Existimabatur.M.& CH.

9 Censoris.CH.

10 ne quis boue. CH.

11 primum.CH.

12 capital erat sacratumque &c. Lipsius. legitur &, capital, in CH.
13 noxiam.M.noxiamue. CH. noxiamve duplione decerni. Rquardus. noxque duplionem decerni. Lipsius.
14 ignominia. M. & CH.
15 In quibus.CH.
16 reuisebant, & ideo comitia non nisi nũd. Vet.
17 ipsa etiam.CH.

18 in medio pasibus daruit.CH.

19 Treius CH.
20 frum. in medios præst.Vet.

21 Quo verum.CH.
22 æstate nieſſem quam.Turn.
23 facta esset.M.

24 Seranſi.Val.Max.
25 vnde ei & cogn. CH.
26 nodo manus pleno, quæ nuncia motum.Turn.
27 perferam.CH.
28 accesc&ibus. CH.
29 inscriptique. CH.
30 non tam. Turn. & CH.

ipsa: honore [31] his assumpto, vt non inuita ca, [32] & indignè ferente, credatur id fieri. Sed nos miramur [cc] ergastulorum non eadem emolumenta esse, quæ [33] fuerint Imperatorũ. Igitur de cultura agri præcipere principale fuit etiam apud exteros. Siquidem & reges fecere, Hiero, [34] Philometor, Attalus, Archelaus: & duces, Xenophon, & Pœnus etiam Mago: cui quidem tantum honorem Senatus noster habuit Carthagine capta, vt cùm regulis Africæ bibliothecas donaret, vnius eius duodetriginta volumina censeret in Latinam linguam transferenda, cùm iam M. Cato præcepta condidisset: peritíque linguæ Punicæ dandum negotium, in quo præcessit omneis vir clarissimæ familię D. [35] Syllanus. Sapientes verò complures, quos sequentes prætexuimus in hoc volumine, non ingratè nominando M. Varrone, [36] qui octogesimum primum vitæ annum agens, de ea re prodendum putauit.

31 hinc.M ab. ab his sumpto. CH.
32 & indignãte. CH.
33 fuerunt.M.

34 Philometor Attalus. sine distin. Turn.

35 Syllanus sapientiæ compositissimæ quos sequeremur &c. Vet. Sillanus. Sapientiæ verò cõpositissimę, (leg. compositissimę) quos sequimur, præiex. hoc in vol. non in grege. Legit & ingrege, Turn.

36 qui septuagesimum.M.

ANNOTATIONES.

a Agros, & in agris iugera, perticis olim metati sunt Itali. Propert.

Abstulerat miseras pertica tristis opes.

Barbari verò apud Herod. funibus, quos Romani, Aruipendia nominarunt, ideſt, vt Glossarion vetus exponit, γεωμετρικὰς σχοίνους: & inde Gallis *Arpen*, iugerum, πάλεθον, quasi Aruipentum, n. pro d, vt apud Plautum in Milite, dispennite, pro dispendite. Cato in Diris,

Pertica, quæ nostros metata est impia agellos.

Scaliger. Varro. cap. 10. lib. 1. Colum. cap. 1. lib. 5.

b Hæc vocabantur Adoreæ dona, quorum paulo pòst meminit hoc ipso capite, & cap. 8. huius dem libri.

c Pilumnum Deum Varro nominat, ac Pitumnum. Vide Politian. cap. 89. Miscellan. & Lilium Gyraldum. Vide & Sigonium lib. De nominibus Roman. Rhodig. cap. 6. lib. 24. Alex. ab Alex. cap. 9. lib. 1.

d Festo & Boëthio marrimonia conerahebantur farreo libo adhibito. Plinio prælato. Itaque farreum hic libum plures eiusmodi exponunt. Seruatur mos: ille præferendi libum ante prodeuntes sponsas etiamnum apud rusticos Lugdunenses. Fortasse farreum hic fictilis est fartago, in qua far torrebatur, τὸ φρύγετρον. Iulius Pollux, Σίλικνα δὲ τὰς νυμφικὰς ἴδοις ἂν τὸν γάμον, ἐκλικνοῦν φρύγετρον φέρων ἑκάστη μέσον. Tiberius multa de confarreatis parentibus & confarreandi modo differit. Dionysius sacras illas nuptias tradit, quòd illis tantum Flamines vterentur. Idem & Boëthius in Topicis, vxorem tribus modis haberi solitam scribens, farre siue confarreatione, quę peculiaris erat Pontificibus: coëmptione, quo solo modo diceba tur mater familiãs: & vsu. *Farre conueniebatur in manum certis verbis, præsentibus decem testibus, solemni sacrificio facto, & adhibito panefarreo*, inquit Vlpianus. Vide Rhodig. cap. 27. lib. 28. Alex. ab Alex. cap. 5. lib. 2. Rœuardum cap. 12. & 16. lib. 4. Varior. & apertius cap. 21. in lib. xii. tabul. Sigonium cap. 9. lib. 1. De ant. iure ciu. Roman.

e Maxima mulcta non plus 30. bobus, & duabus ouibus fuit: minima, oue vna. Bos centum assibus æstimabatur: ouis decem. Romani reges, homicidij conuictos ariete mulctabant, qui supplicandoDiis immolaretur, vnde dicta supplicia. Alex. ab Alex. c. 5. 3. Vide quod notatum est infra in cap. 1. lib. 33. Vide & Budæum 5. de Asse.

f Verba xii. tabularum adscripta sunt infrà cap. 2. lib. 28.

g Prætorem accipe Consulem. Decem virorum seculo nomen id in Consulibus fuit, nondum creatis Prætoribus. Apud Nonium Varro Prætores inquit dictos quòd populo præeant, vt Consules quòd Senatum consulant.

h Si verberum pœnam effugeret, commissam noxiam duplo sarciret, quàm quanti à boxis viris æstimatum fuisset damnum.

i Liuius lib. 1. in tribuum distinctione nonnihil dissentit à Varrone, Festo, Asconio, Plutarcho. De earum cognomine & origine prolixè Alex. ab Alex. cap. 17. lib. 1. Vide & Turneb. cap. 17. lib. 30.

k Columel. in Præfatione.

l Seculis prioribus nundinæ frequentiores, ac tertio quoque die mercatus frequens. Alex. ab Alex. cap. 11. 3.

m Ne à legibus accipiendis, quæ trinundino dabantur, plebs auocaretur: ne interpellarentur nundinatores: vt rusticis in vrbem euntibus componere, transigereque lites commodè liceret. De Comitiis Centuriatis, Curiatis, Calatis, Tributis longam narrationem vide apud Alex. ab Alex. cap. 3. 4.

n Lucretius. *Et sentices inter condebant squallida membra,*
Circum se foliis, & frondibus involuentes.

o Ador, farvel ab adurendo, vel ab edendo. In Glossario veteri, ἄδορ, σῖτον: adoriosus ἐυδόξος. Sic laus vocata est, postquam victoriæ parta, militi præmiũ frumentum fuit. Plaut. in Amphit.

Quæ multa prædæ, atque adoreæ affecit populares suos.

p Augurum canarium, sacrum, quod è tussi cane fiebat, placando caniculæ sydori, quod frugib. inimicissimum est. τερετισμὸν Græci, & κυνοφόντιν vocant. Plutarchus. Vide Lilium Gyraldum lib. 17.

Pro cane sydereo canis hic imponitur ære,
Et, quare fiat, nil nisi nomen habet.

q In denarij vetusti altera parte columna sculpta est, cum duabus spicis ad basim, statua in fastigio, imagine hinc prope columnam Augustini tituum in manu tenentis, illinc Spur. Melij pedem imponentis orbi, cum his litteris, T. MINVCI. C. F. AVGVRINI. In alius denarij auersa parte expressa est eadem columna, cum dimidiato corpore leonum duorum, & spicis duabus ad basim, statua in summo, imagine prope columnam hinc tenentis lituum, illinc panes vtraque manu tegentis. Liuius lib. 4. scribit, Minutium extra portam Trigeminam auraro boue donarum fuisse.

r Colum. cap. 3. lib. 1. Liuius lib. 7. Decad. 1. Varro cap. 2. lib. 1. Valer. cap. 6. lib. 8.

s Valer. Max. cap. 3. lib. 4.

t Seneca Epist. 87. de Scipione Africano: In hoc agello ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantùm semel capta est, ab luebat corpus laboribus rusticis fessum. Exercebat enim opere se terramque, vt mos fuit priscis, subigebat.

v C. Atilius is fuit, ab aratro accersitus ad consulatum, qui collega Cn. Cornelio pugnauit cum Pœnis, & de iis triumphauit. Cicero pro Roscio, & in Catone, Valer. Max. lib. 4. cap. 4. Apuleius in Apologia. Seruius nulla historiæ fide Dictatorem fuisse tradit. Virgilius,

-& te sulco Serrane serentem.

Sertor dictus qui per sationem natus, autore Probo.

x Traditur nodo manus pleno, quæ nuntia morum. Turn. ca. 18. 30. nodo manus, manus compreh&sione, quoniam is manu stiuam aratri tum tenebat. Arantem enim viator inuenit. Persius,

-sulcóque terens dentalia quinti,
Quem trepida ante boues dictaturam induit vxor,
Et tua aratra domum lictor tulit.

Cicer. & Valer. locis citatis.

y De illorum officio & ministerio Alex. ab Alex. cap. 27. lib. 1.

z Vinctos olim compeditos, alligatos, deligatos vocauerunt. Apuleius Apolog. 1. *Quindecim libri homines populum faciunt; totidem seruos familiam, totidem vincti ergastulum.* Hoc genus seruorum, qui ruri in compeditibus agerent, Plautus in Mostellaria lepidè genus ferratile vocat. Seruos autem ruris instrumenta vocalia Iurisconsulti esse aiunt, vt plaustra muta, boues semiuocalia.

aa Sic eos seruos appellat, quos lib. & c. 3. Columella, de lapide noxios, fures percussores: qui virginem constupraſſent, vitiosos, grauis criminis reos, noxę deditos, veniręque ad lapidem ideò iussos. Nam præcone in lapide stante, & pretium faciente, venibant serui probi, malique. Plaut. in Bacchidibus. *O stulte, stulte, nescis nunc vendi te, atque in eo ipso adstas lapide, vbi præco prædicat.* Græci vocabant πρατῆρα λίθον. Pollux. Plutarchus in Solone. τράπεζαν verò, in quam conscendebant, qui vendebantur, Aristoph. Brod. cap. 5. lib. 6. Alex. ab Alex. cap. 16. lib. 3. Idem autor cap. 20. lib. 3. Omnia pœnarum genera recenset, quibus nequam seruos, malefactores, flagitiosos olim vlcisci solebant, & apud diuersas gentes varia seruorum nomina: & 25. eiusdem lib. seruorum conditionem à Rhodig. descriptam explicat.

bb Stigmatiæ, vel Stigmatici, mancipia ob insigne aliquod flagitium in ultis signis notata, præcipuè literis, quamobrem literata etiam vocauerunt, quomodo & equos nunc *notare* dicunt, nunc Symphoras à notis K, &, Σ. Rhodig. cap. 31. lib. 7. Atheniensibus captiuis imaginem equi Syracusanos cauterio impressisse notum est: Athenienses verò Samiorum fronti candente ferro inscripsisse noctuã: quamobrem & Samium notatum seruum dici idem Rhodig. censet. c. 11. 11. & ca. 27. 15. Samios Atheniensis captiuis noctuã inussisse, & Atheniẽses Samiis Samaenã, quod nauigij genus est, docet Brod. c. 24. 4. Alex. ab Alex. ca. 8. 5. Plutarchus autor est Thracas in vltionem Orphei suas vxores notare soli os. Val. Max. Seruius ab eo

vinculorum pœna coercitus, inexpugnabilique litterarum nota ἀπερ ἐμμανὴς ὀρυγὴ ἐπὶ τοῖς μετώποις ἐστιγμένος. Phocylides, στίγματα μὴ γράψῃς ἐπὶ σαρκί σου ἀλλὰ ἐν σοφίᾳ. Pithoeus cap. 9. 2. Eiusmodi seruos stigmaticos Cicer. 2. offic. cicatrice stigmosos Plinius iunior li. 5. Epist. literatos Plautus appellat. *Alexander Pheraeus cùm infinito amore Thebes uxorin teneretur ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum notis Threicijs, stricto gladio inhebat antere.* Valer. Max. cap. 33. 9. cc *Sic seruorum quoque* seruos, qui in villarii erga ſtultis, ideſt cellis ſubterraneis obſcuris cuſtodiebantur, vt & poſthac cap. 6. Vide Bruſſonium cap. 9. lib. 2.

Ratio de agricultura. CAP. IIII.

APud Romanos multò ſerior vitium cultura eſſe cœpit. Primóque, vt neceſſe erat, arua tantùm coluere. Quorum[1] nobis ratio nunc tractabitur non vulgari modo, verùm, vt adhuc fecimus, & vetuſtis & poſteà inuentis omni cura perquiſitis, cauſáque rerum & ratione ſimul[2] eruta. Dicemus & ſydera, ſyderúmque ipſorum terreſtria ſigna dabimus indubitata. Quandoquidem qui adhuc ea diligentiùs tractauere, quibuſvis oratoribus potiùs, quàm agricolis ſcripſiſſe poſſunt videri. Ac primùm omnium oraculis maiore ex parte agemus, quæ non in alio vitæ genere plura certioráve ſunt. Cur enim non videantur oracula, à certiſſimo[3] die, maximéque veridico vſu profecta? Principium autem à Catone ſumemus.

1 à nobis. CH.
2 erudita. M.
3 deo. Lipſ.

Laus agricolarum, & quæ obſeruanda in agro parando. CAPVT V.

FOrtiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi[a] ex agricolis gignuntur, miniméque malè cogitantes. Prædium ne cupidè emas. In re ruſtica operæ ne parcas, in agro emendo minimè. Quod malè emptum eſt, ſemper pœnitet. Agrum paraturos ante omnia intueri oportet[1] aquarum vim, & vicinum. Singula magnas interpretationes habent, nec dubias. [b] Cato *in conterminis hoc amplius æſtimari iubet, quo pacto niteant.* [2] In bona eſt, inquit, regione bene nitere. [c] Attilius Regulus, ille Punico bello bis Conſul, aiebat, neque fœcundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum, neque effœtis ſaluberrimum. Salubritas loci non ſemper incolarum colore detegitur, quoniam aſſueti etiam in peſtilentibus durant. Prætereà ſunt quædam partibus anni ſalubria: nihil autem ſalutare eſt, niſi quod toto anno[3] ſalubre. Malus eſt ager, cum quo dominus luctatur. [d] Cato inter prima ſpectari iubet,[4] vt ſolum ſua virtute[5] valeat, qua dictum eſt poſitione. Vt operariorum copia propè ſit, oppidúmque validum: Vt nauigiorum euectus vel itinerum: Vt benefícatus & cultus, in quo falli pleroſque video. Segnitiem enim prioris domini pro emptore eſſe arbitrantur. Nihil eſt damnoſius deſerto agro. Itaque[e] Cato, De bono domino melius emi, nec temere contemnendam alienam diſciplinam: agróque, vt homini, quamuis quæſtuoſus ſit, ſi tamen & ſumptuoſus, non multùm ſupereſſe. Ille in agro quæ ſtuoſiſſimam[6] indicat vitem, non fruſtra, quoniam ante omnia de impenſæ ratione cauit. Proximè hortos riguos: nec id falsò, ſi ſub oppido[7] ſint. Et prata, antiqui parata dixere. Idémque Cato interrogatus, quis eſſet certiſſimus quæſtus, reſpondit, [f] Si bene[8] paſcas. Quis proximus? [9] Si mediocriter paſcas. Summa omnium in hoc ſpectando fuit, vt fructus is maximè probaretur, qui quàm minimo impendio conſtaturus eſſet. Hoc ex locorum occaſione aliter alibi decernitur. [g] Eodémque pertinet, quòd agricolam vendacem eſſe oportere dixit. Fundum in [h] adoleſcentia conſerendum ſine cunctatione, ædificandum non niſi conſito agro. Tunc quoque cunctanter: optimúmque [10] eſt (vt vulgò dixere) aliena inſania frui, ſed ita, vt villarum tutela nõ ſit oneri.[i] Eum tamen qui bene habitet, ſæpius ventitare in agrum, frontémque domini plus prodeſſe quàm occipitium, non mentiuntur.

1 aquam, viam. Turn.
2 In bona enim (ſic & M.) reg be. nitent. Turn. In bono eſt, inquit, religione bene nitenti. CH.
3 ſalubre eſt. CH.
4 non. Vet. Lego, nũ.
5 alat. M.
6 iudicat. M.
7 ſint: mox ſalictum: ab hoc oliuetum: & deinde prata, quæ antiqui. Ex Catone.
8 paſcat. Vet.
9 Si arat bene. Vet.
10 eſſe. Dal.

ANNOTATIONES.

a Cato. cap. 1. & 2. Vegetius lib. 1. De militum delectu vide & Alex. ab Alex. cap. 10. lib. 1.
b Cap. 1.
c Columella cap. 4. lib. 1. & Varro cap. & lib. eo.
d Cap. 1.
e Cap. eod.
f Vide hunc locum expoſitum à Turnebo lib. 6. Aduerſar. ca. 25.
g Cato. cap. 3.
h Idem ibid.
i Cato cap. 4. *In bono prædio ſi bene ædificaueris, bonéque poſiueris: uti ſi rectè habitaueris, libentius, & ſæpius uenies, fundus melius erit, minus peccabitur, fructi plus capies. From occipitio prior eſt.*

De vil

De villarum poſitione, & præcepta antiquorum de agro colendo. CAPVT. VI.

MOdus hic probatur, vt[a] neque fundus villam quærat, neque villa fundum. Non vt [1] fecerunt iuxta diuerſis eadem ætate exemplis L. Lucullus & Q. Scæuola, cùm villa Scæuolæ[2] fundus careret, villa Luculli agro. Quo in genere [c] Cenſoria caſtigatio erat, minus arare, quàm verrere. Nec hoc ſine arte quadam eſt. Nouiſſimus villam in Miſenenſi poſuit C. Marius ſeptics Conſul, ſed peritia caſtrametandi, ſicut comparatos ei cæteros etiam Sylla Felix cæcos fuiſſe diceret. Conuenit [d] nec iuxta paludes ponendam eſſe, neque aduerſo amne. Quanquam [e] Homerus omnino è flumine ſemper antelucanas auras inſalubres veriſſimè tradidit. Spectare in [3] æſtuoſis locis Septentriones debet, Meridiem in frigidis. In temperatis exortum æquinoctialem. [f] Agri ipſius bonitas, quibus argumentis[4] iudicanda ſit, quanquam de terræ optimo genere diſſerentes abundè dixiſſe poſſumus videri, etiamnũ tamen traditas notas ſubſignabimus, Catonis maximè verbis: Ebulum, vel prunus ſylueſtris, vel rubus, [g] bulbus minutus, trifolium, [h] herba pratenſis, quercus, ſylueſtris pyrus, malúſque, frumentarij ſoli notæ. Item nigra terra, & cinerei coloris. Omnis creta coquit, niſi permacra, [5] Sabulum etiam, niſi id pertenue eſt: & multo campeſtribus magis, quàm cliuoſis, reſpondent eadem. Modum agri in primis ſeruandum antiqui putauere. Quippe ita cenſebant, Satius eſſe minus ſerere, & melius arare. Qua in ſententia & [i] Vergilium fuiſſe video. Verúmque confitentibus latifundia perdidere Italiam: iam vero & prouincias. Sex domini ſemiſſem Africæ poſſidebant, cùm interfecit eos Nero princeps: non [6] fraudando magnitudine hac quoque ſua Cn. Pompeio, qui nunquàm agrum mercatus eſt conterminum. Agro empto domum vendendam, inclemẽter, atque non ex vtilitate publici ſtatus Mago cenſuit, hoc exordio præcepta pandere ingreſſus, vt tamen appareat aſſiduitatem deſideratam ab eo. [k] Dehinc peritia villicorum in cura habenda eſt: multáque de iis Cato præcepit. Nobis ſatis ſit dixiſſe, quàm proximum domino [7] cordi eſſe debere, & tamen ſibimetipſi non videri. Coli [8] rura [l] ergaſtulis peſſimum eſt, & quicquid agitur à deſperantibus. Temerarium videatur vnam vocem antiquorum poſuiſſe, & fortaſſis incredibile penitus [9] exiſtimetur, Nihil minus expedire, quàm agrum optimè colere. [10] L.[m] Tarius Rufus infima natalium humilitate, Conſulatum militari induſtria meritus, antiquæ aliàs parſimoniæ, circiter milies H-S liberalitate Diui Auguſti congeſtum, vſque ad [11] detrectationem hæredis exhauſit, agros in Piceno coemendo, colendóque in gloriam. Internicionem ergo famémque cenſemus? Imò hercule [12] iudico modum rerum omnium vtiliſſimum. Bene colere neceſſarium eſt, optimè damnoſum, præterquam ſobole [13] ſua, colonóve paſcendis. Alioqui domino aliquas meſſes colligere non expedit, ſi computetur impendium operæ. Nec temere oliuam. Nec quaſdam terras diligenter colere, ſicut [n] in Sicilia tradunt. Itaque decipi aduenas. Quonam igitur modo vtiliſſimè colentur agri? ex oraculo ſcilicet, malis bonis. Sed defendi æquum eſt abauos, qui præceptis ſuis proſpexere vitæ.[14] Nam cùm dicerent malis, intelligere voluere viliſſimos. Summum prouidentiæ illorum fuit, vt quàm minimum eſſet impendij. Præcipiebãt enim iſta, qui [15] triumphali denas argenti librasin ſupellectile crimini dabãt: qui mortuo villico relinquere victorias, & reuerti in ſua rura poſtulabant: [o] quorũ [16] prædia colenda ſuſcipiebat [17] reſpublica exercituſq; ducebãt, Senatu illis villicãte. Inde illa reliqua oracula: Nequam agricolam eſſe, quiſquis emeret, quod præſtare ei fundus poſſet. Malum patremfamiliâs, quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi in tẽpeſtate cœli. Peiorem, qui profeſtis diebus ageret, [p] quod feriatis deberet. Peſſimũ, qui ſereno die ſub tecto potius operaretur, quàm in agro. Nequeo mihi temperare, quò minus vnum exemplum antiquitatis afferam, ex quo intelligi poſſit, apud populum etiam de culturis agẽdi [18] morẽ fuiſſe, [19] qua liter defendi ſoliti ſint illi viri. C. Furius [20] Creſinus è ſeruitute liberatus, cùm in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quàm ex ampliſſimis vicinitas, in in uidia

1 fecerit. CH.
2 fructus non caperet, (nõ caret. CH malè.) villam Luculli agere. CH. Turn.
3 æſtiuoſis. CH.
4 indicanda ſit.
5 Sabulumque, niſi id etiam pert. CH.
6 Fraudabo &c. Pompeium. Vet.
7 corde eſſe debeat. Turn.
8 rura ab orgaſt. CH.
9 æſtimetur. CH.
10 L. Tacius. Vet.
11 detractionem. CH.
12 iudicem rerũ. CH.
13 ſuo colono paſcendum. Turn. ſuo colono aut paſcẽdis. Alio qui colẽte dom. CH.
14 Namque cum. CH
15 triumphali viro denas.
16 heredia. Turn. hærendia. CH.
17 reſpublica: qui exere. ducebant. Sen.
18 modum. CH. in emend.
19 qualiterque. M. & CH.
20 Creſinius. Turn, Creſimus. CH.

uidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cùm in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque (vt ait Piso) bene curatam ac vestitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos. Posteà dixit: Veneficia mea Quirites hęc sunt: nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas vigiliásque & sudores. Omnium sententiis [21] absolutus. Itáque est profectò, opera, non impensa, cultura constat. Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Reliqua præcepta reddentur suis locis, quæ propria generum singulorum erunt. Interim communia quæ succurrunt, non omittemus. Et in primis Catonis humanissimum [22] & vtilissimum, Id agendum, vt diligant vicini. [23] Causas reddit ille, [24] quas existimamus nulli esse dubias. Inter prima idem cauet, ne familiæ malæ sint. Nihil serò faciẽdum in agricultura omnes censent: iterúmque suo quæque tempore facienda. Et tertio præcepto, prætermissa frustra reuocari. De terra [q] cariosa execratio [r] Catonis abundè indicata est. Quanquam [25] prędicere nõ cessat is. Quicquid per asellum fieri potest, vilissimè constat. [s] Filix biennio moritur, si frondem agere non patiaris. Id efficacissimè contingit, germinantis ramis baculo decussis. [t] Succus enim ex ipsa defluens, necat radices. Aiunt & circa solstitium auulsas non renasci, nec [u] harundine sectas, aut exaratas vomeri harundine imposita. Similiter & harũdinem exarari filice vomeri imposita præcipiunt. [x] Iuncosus ager verti pala debet, [26] at in saxoso bidentibus. [y] Fruteta igni optimè tolluntur. Humidiorem agrum [27] fossis concidi atque siccari, vtilissimum est: [z] fossas autem cretosis locis apertas relinqui: in solutio re terra sępibus firmari, [28] ne procidãt, [29] aut [aa] supinis lateribus procumbere: [30] quasdam occæcari, [31] & in alias dirigi [32] maiores patentioréque: si sit occasio, silice vel glarea sterni. [bb] Ora autẽ earum binis vtrinque lapidibus [33] statuminari, & alio superintegi. Syluæ extirpandæ rationem Democritus prodidit, lupini flore in succo cicutæ vno die macerato, sparsisque radicibus.

21 absolutus itaque est. Proscdo. M.

22 vtilissimúque &c. se vicini. CH.
23 Reddit ille causas, M.
24 nos. CH.

25 prædicare. Vet.

26 at saxosus bid. Dante infractus bidenti. CH. in emend.
27 fossione. M.

28 in reprocibus, aut sup. Turn. diuis in eprocibus, aut CH.
29 aut supinæ lat. procumbant.
30 quasdam obserari, & in alias dirigi. Maiores porentioresque. Vet.
31 & minores in alias. sit. maiores pat. Alij.
32 maiores: patentesque: & si sit. Ex Colum. maiores potentioresque: & si se. CH.
33 statuminari. CH. sed in emend. intus muniri &c.

ANNOTATIONES.

a Cato cap.3. Varro cap.11. lib.1. Columel. cap.4. lib.1.
b Hodie *Frascato*.
c Nam, quod Cicero lib: De legibus ait, Censorum officia hæc fuerunt: *Populi æmitates, stabules, familiásque censento, cœlibes esse prohibento*. De hac re vide Lipsium capitu. 1. 1. Varro. Censoria nota reprehensus senator, senatu amouebatur: equiti facinoroso equus adimebatur: plebeius in Cerití tabulas referebatur, nempe ærarius fiebat, & comitiis suffragioque priuabatur. De Censorum creatione, & munere prolixè disserit Alex. ab Alex. cap. 13. Vectigalia, & portoria noua statuere, vetera exigenda mandare, publicanis & conductoribus locare, quantum cuique conferendum æris esset iubere, censorum munus etiam fuit, vt Athenis τῶν ἐπιτηδείων.
d Virtuuius cap.8. lib.6.
e Frigidas quidem esse scribit Odyss. ε. ἄνεμοι δ' ἐν ψεδεσσιν ψυχρὸν πέρας ἠθεὶ πεδέ. Idem Plutarchus. ἐν τῷ περὶ τὸ πρῶτον ψυχρῷ, Thucyd. lib. 2. Herodotus in Euterpe, Arist. problemate 23. Sect. 3.
f Columel. cap. 3. lib. 1. Theophr. cap. 5. lib. 2. Caus.
g Bulbus syluestris, vel Bulbine huius scriptoris. Pro Hyacinto pinxit Matthiolus.
h Lotus vel Medica: nam hæ in pinguissimis agris prouenium, Gramen Colum. numerat ca. 2. lib. 2. item que iuncum & calamũ: Vt fortassis eas plantas herbam prateusem vocet Cato.
i — *laudato ingentia rura,*
Exiguum colito.
k Cato cap. 5. Colum. cap. 7. 8. 9. lib. 1.
l Seruis compeditis, nerno catena vinctis, Suprà cap. 5.
m Eius in condemnando parricida filio mitiorem sententiam lege apud Senecam cap. 15. lib. de clementia.
n Suprà cap. 4. lib. 17. Theophr. cap. 6. lib. 8. histor. & cap. 2. lib. Caus.
o Insigne huius exemplum habes apud Vale. Max. cap. 4. lib. 4. de M. Attilio Regulo.
p Quæ feriis possent fieri. Vide Catonem cap. 2.
q Eam Lugdunenses agricolæ vocant *Terre pouilleuse*, quasi pedicularem: quoniam dum palis & ligonibus colitur, intimis venis velut quandam cariem puerium lignorum ostendit, pediculorum lendiumque sordibus, ac colluuiei similem.
r Catonis cap. 5. verba hęc sunt: *Terram circumsim caueto ne ares, neue plostrum, neue pecus impellas. Si ita non caueris, quòd impuleris, trienni fructum amittes.*
s Colum. cap. 2. lib. 2.
t Moritur & iniecto stercore, & si greges incubent. Theophr. ca. 8. lib. 8. histor.
v Vide infrà cap. 11. lib. 24.
x Colum. loco citato.
y ὀλυνθάζειν. Idem ibid.
z Idem ibid. & Theophr. cap. 7. lib. 3. Caus.
aa Extrorsum inclinatis, sub. vtilissimum procumbere. Quid si legatur, aut supinis lateribus (imbricibus solum.) similes procumbere: nempe vt declini situ, & ad solum coarctato, imbricatos lateres figura imitentur. Turneb. cap. 18. lib. 30. legit, firmariin reprocibus aut supinis lateribus procumbere: desit asperis, confragosis, cliuosis.
bb Principium ac exitum fossæ. Columella.

De [a] frugum generibus, & natura. CAP. VII.

ET quoniam præparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera, Frumenta, vt triticũ, hordeum: & [b] legumina, vt faba, cicer. Differentia verò notior, quàm vt indicari [1] deceat. Frumenti ipsius totidem genera per tempora [2] satu diuisa. Hyberna, quæ circa [c] Vergiliarum occasum sata terra per hyemem nutriuntur, vt triticum, far, hordeum. Æstiua, [3] quæ æstate ante [d] Vergiliarum exortũ seruẽtur, vt [e] miliũ, panicum, sesama, horminum, irio, Italiæ duntaxat ritu. Alioquin in Græcia & Asia

1 debeat. Dal.
2 satus. Vet.
3 quæ ante æstatem Vergil. exortu.

& Asia omnia Vergiliarum occasu seruntur. Quędam autem vtroque tempore in Italia. Ex his quædam & tertio, vêris scilicet. Aliqui verna, milium, panicum, lentem, cicer, [f] alicam appellant. [4] [g] Sementiua autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam. Et in trítici genere pars aliqua pabuli est, quadrupedum causa sati, [h] vt farrago: & in leguminibus, vt vicia. At commune quadrupedum hominúmque vsui, lupinum. [i] Legumina omnia singulas habent radices, præter [k] fabam, eásque surculosas, [5] quia non in multa diuiduntur: altissimas autem cicer. [l] Frumenta multis radicantur [6] fibris sine ramis. [m] Erumpit à primo satu hordeum die septimo: [7] legumina quarto, vel cùm tardissimè septimo: faba à xv. ad x x. legumina in Ægypto tertio die. Ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in [8] herbam, quæ & prior floret. Radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem. Cæteris seminibus eadem pars, & radicem & [n] florem. Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore [9] fastigiantur in stipulam, quæ sunt hyberni generis: at milium & panicum in culmum geniculatum & concauum, sesama verò [o] in ferulaceum. Omnium [10] satorum fructus, aut spicis continetur, vt tritici, hordei, munitúrque vallo aristarum [11] quadruplici: aut includitur siliquis, vt leguminum: aut vasculis, vt sesamæ, ac papaueris. Milium, [12] ac panicum tantum [13] [p] pro indiuiso, & paruis auibus [14] exposita sunt. Indefensa quippe [15] [q] membranis continentur. Panicum à [r] paniculis dictum, cacumine languidè nutante, paulatim extenuato culmo penè in surculum, prædensis aceruatur granis, cùm longissima pedali [16] [s] obba. Milij comæ granum complexæ [17] fimbriato capillo curuãtur. [18] Sunt & panico genera: [19] Mammoso, è pano paruis [20] racemato paniculis, & cacumine gemino. Quin & colore [21] distinguũtur, candido, nigro, russo, etiá purpureo. Panis multifariè & è milio fit, è panico [22] rarius. Sed nullũ frumentũ ponderosius est, aut quod coquendo magis crescat. l x. [23] enim pondo panis è modio [24] reducunt, modiúmque pultis ex tribus sextariis madidis. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano, harundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis: [25] lobas vocant: omnium frugum tertissimum. Ex vno grano [t] terni sextarij gignũtur. Seri debet in humidis. Frumenta quædam [26] in tertio geniculo spicam incipiunt concipere, quędam in quarto, sed etiamnum occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo [27] octona. Sed non ante te suprà dictum geniculorum numerum conceptus est spicæ: [28] qui vt spem sui fecit, quatuor aut quinque tardissimè diebus florere incipiunt: [29] totidémque aut paulo pluribus defloresc unt. [u] Hordea verò cùm tardissimè septẽ. Varro quater nouenis diebus fruges [x] absolui tradit, & mense nono meti. Fabæ in folia exeunt, ac deinde [30] caulem emittunt, [31] [y] nullis distinctum internodiis. Reliqua legumina surculosa sunt. Ex his ramosa, cicer, eruum, lens. Quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, vt piforum. Quòd si non habuere, deteriora fiunt. [z] Leguminum [32] vnicaulis faba sola, vnus & lupinis: cæteris ramosus prætenui surculo: omnibus verò fistulosus. [33] Folium quædam ab radice mittunt, quædam à cacumine. [aa] Frumentum [34] & hordeũ [35] vtrunque, & quicquid in stipula est, in cacumine vnum folium habet. Sed hordeo scabra sunt, cæteris læuia. Multiplicia contrà fabæ, ciceri, piso. Frumentis solium [36] harundinaceũ, fabæ rotundũ, & magnæ leguminũ parti. Longiora eruiliæ & [37] piso. Faseolis venosa, [bb] sesamæ & [38] irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantùm, & papaueri. [cc] Legumina diutius florẽt, [39] & ex his eruum ac cicer, sed diutissimè faba xl. diebus. Non autem singuli scapi tãdiu, quoniam alio desinente alius incipit: nec tota seges, sicut frumenti, pariter. Siliquantur verò omnia diuersis diebus, & ab ima primùm parte, paulatim flore subeunte. [dd] Frumẽta, cùm defloruere, crassescunt, maturantúrque cùm plurimùm diebus [40] quadraginta: item faba: pauciss imis cicer. Id enim à sementе diebus xl. perficitur. Milium, & panicum, & sesama, & omnia æstiua, x l. diebus maturãtur [41] à flore, magna terræ cælique differentia. In Ægypto enim hordeum sexto à satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade [42] hordeum. In Peloponneso octauo, & frumenta etiamnum tardius. Grana in stipula crinito textu spicantur. In faba leguminibúsque, alternis lateribus siliqua fit.

4 Sementiua. Vet.

5 quæ etiamnum in multas. Theophr.
6 Fibris, ideoque sine ramis. Ex Theo.
7 legumen.

8 herbam quæ superior & tenuior grani pars, folium: quæ crassior & inferior radicem fundit. Ex Theo.
9 spicantur. CH.

10 satiorum CH.
11 quadrifido. Vet. quadripedi. Alij Vet.
12 & CH.
13 producta, diuisa, & paruis. Vet.
14 expositum est CH.
15 membrana. ὑμένι, Theoph.
16 obbi. M. cum longa pedali phoba. Turq. qui & loba legi posse credit. Vide Ann.
17 fibrato.
18 Sunt & pan. mammosa genera, è pano. Turn. & CH.
19 Mammosum est pano. Vet.
20 racemata. CH. & Turn.
21 distinguitur. CH.
22 rarus. CH.
23 enim, in M d.
24 reddit. Vet. redeũt, modiusque pulris. Alij.
25 phobas. Scalig. ex Theophr.
26 in genu tertio. M. in tertio genu. CH.
27 octona: & non ante. Vet.
28 quæ vt. Dal.
29 totidem floresc unt qui ad summum expẽdunt, septimo aiũt de florescere. Theo.

30 caules. CH.
31 multis. Dal.

32 resticaulis. Theo.
33 Fol. & radicem quę dam mittunt ab eadem parte. Alij & Theo. mox, quædam à cacumine fo. lium ferũt & Alij verò, folium à grani cacumine triticum & hordeum. Virumque verò & quic.
35 vittaque. M.
36 harundineum. CH.
37 lathyro. Theo. cicerculæ. Gaz.
38 erysimo. Dal.
39 & magis er. Theo.

40 quadr. perficiuntur. M.

41 à flore. Magna. M.

42 vii hordeum. CH.

quantur. Fortiora [43] ad hyemes frumenta, legumina in cibo. Tunicæ frumento plures. Hordeũ [cc] maximè nudũ, & [44] arinca, ſed præcipuè auena. Calamus [ff] altior frumento, quàm hordeo. Ariſta mordacior hordeo. In area exteruntur triticum, & ſiligo, & hordeum. Sic & ſeruntur pura, qualiter [45] moliuntur, quia toſta non ſunt. Ediuerſo far, milium, panicum purgari, niſi toſta, non poſſunt. Itaque hæc [gg] cum ſuis folliculis ſeruntur cruda. Et far in vaginulis ſuis ſeruantad ſatus, atque non torrent. Leuiſſimum ex his hordeum, rarò excedit xv. libras, & faba xxii. Ponderoſius far, magiſque etiamnum triticum. [hh] Far in Ægypto ex olyra conficitur. [ii] Tertium genus ſpicæ hoc ibi eſt. Galliæ quoque ſuum [kk] genus farris dedêre: quod illic [46] brance vocant, apud nos [47] ſandalum, nitidiſſimi grani. [48] Et alia differentia eſt, quòd ferè quaternis libris plus reddit panis, quàm far aliud. Populum Romanum farre tantùm è frumento c c c. annis vſum, Verrius [49] tradidit. Triticigenera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere, quo maximè diſcernitur: montanis modò comparetur Italiæ agris externum [ll], in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, [mm] mox Africa. Tertium pondus erat Thracio Syrióque, [50] deinde Ægyptio, [nn] athletarum cum decreto, quorum capacitas iumentis ſimilis, quem diximus ordinem fecerat. Græcia & [oo] Ponticum laudauit, quod in Italiam non peruenit. Ex omni eadem genere grani prætulit [51] dracontiam, ſtrangiam & Selenuſium, argumento craſſiſſimi calami: ita pingui ſolo hæc genera aſſignabat. Leuiſſimum & maximè inane, ſeu tenuiſſimi calami: in humidis ſeri iubebat, quoniam multo egeret alimento. Hæ fuere ſententiæ Alexandro Magno regnante, cùm clariſſima fuit Græcia, atque in toto terrarum orbe potentiſſima: ita tamen, vt ante mortem eius annis ferè c x l v. Sophocles Poeta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudauerit, ad verbum tranſlata ſententia,

Et fortunatam Italiam frumento [52] canêre candido.

Quæ laus peculiaris hodiéque Italico eſt. Quo magis admiror, poſteros Græcorum nullam mentionem huius feciſſe frumenti. Nunc ex his generibus quæ [53] Romam inuehuntur, leuiſſimum eſt Gallicum, atque è Cherſoneſo aduectum: quippe non exceduntin modium vicenas libras, [54] ſi quis granum ipſum ponderet. Adiicit Sardum ſelibras, Alexandrinum & trientes: hoc & [pp] Siculi pondus. Bœoticum totam libram addit. Africum & dodrantes. In tranſpadana Italia ſcio vicenas quinas libras farris modios pendere: circa Cluſium & [55] ſenas. [56] Lex certa naturæ, vt in quocunque genere pani militari tertia portio [qq] ad grani pondus accedat: ſicut optimum frumentum eſſe, quod in [57] ſubactu congium aquæ capiat. Quibuſdã generibus per ſe pondus, ſicut Balearico: [58] modo tritici panis pondo [59] x x x. reddit. [60] Quibuſdam in binis miſtis, vt Cyprio & Alexandrino, x x. propè libras non excedentibus. Cyprium fuſcum eſt, panémque nigrum facit: itaque miſcetur Alexandrinum candidum, reddúntque x x v. pondo. Thebaicum [61] libras adiicit. Marina aqua ſubigi, quod plerique maritimis in locis faciunt occaſione lucrandi ſalis, [62] inutiliſſimum. Non alia de cauſa opportuniora morbis corpora exiſtunt. [63 rr] Galliæ & Hiſpaniæ frumento in potum reſoluto, quibus diximus generibus, ſpuma ita concreta pro fermento vtuntur. Qua de cauſa leuior illis, quàm cæteris, panis [64] eſt. Differentia eſt & calami. Craſsior quippe melioris eſt generis. Plurimis tunicis Thraciũ triticũ veſtitur, ob nimia frigora illi plagæ exquiſitũ. Eadé cauſa [65] & [ss] trimeſtria inuenit, detinétibus terras niuibus, quod tertio ferè à ſatu menſe & in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notũ, & hyemalibus prouinciis nullũ hoc frumento lætius. Vnicalamũ præterea, nec [66] vſquàm capax: ſeritúrque nõ niſi tenui terra. Eſt & bimeſtre [67] circa [tt] Thracium ſinũ, quod quadrageſimo die, quàm ſatum eſt, matureſcit: mirúmque, nulli frumẽto plus eſſe ponderis, & furfuribus carere. Vtitur eo & Sicilia & Achaia, [68] mõtoſis vtraque partibus. Eubœa quoque circa Caryſtũ. Intãtũ fallitur [uu] Columella, qui ne [69] trimeſtris quidẽ ꝓpriũ genus exiſtimauerit eſſe, cùm ſit [xx] antiquiſſimũ. Græci [70 yy] trimenõ vocãt. Tradũt in Bactris grana tãtæ magnitudinis fieri, vt ſingula [71] ſpicas [jo] noſtras æquẽt. Primũ ex oĩbus frumẽtis ſeritur hordeũ. Dabimus & dies [72] ſerẽdi cuique generi

43 contra hy. fr. CH.
44 alica. Vet. ideſt, zea. olyra, Theophr.
45 moluntur. M. Turn.
46 bracum. Turn. & CH.
47 ſandalum. Turn. ſandalam. M. ſcandalam. CH.
48 Et & alia. CH.
49 tradit. CH.
50 deinde & Aeg. CH.
51 canchrydiũ, ſtlengyn, & Alexandreum. Theo. dracontion, & iſtlepant, & ſelinuſium CH.
52 carere, CH.
53 Romæ. CH.
54 ſiliquæ granũ ipſum pondero. Turn.
55 Senas. Dal.
56 Lex naturæ certè eſt. M.
57 ſubactũ cong. CH.
58 quod modio. Ver.
59 xxxv. CH.
60 Quib. binis mixtis. Dal. ſub-pondus eſt.
61 libram. CH.
62 viliſsimum. Ver. & CH.
63 Gallia & Hiſpania. M.
64 eſt, in M. d. & CH.
65 & trimeſtre, Dal.
66 vſquam non capax. Dal.
67 in Eubœa. Theophr. circa Thraciam Aenum. Turn. circa Thraciæ fenum. CH. & in Emend. finem.
68 montuoſis. CH.
69 trimeſtri. CH.
70 ſetanion. M. & CH. ſi. ation. Turn.
71 olinæ nucleos. Th.
72 ſerendo. CH.

generi, natura ſingulorum expoſita. [zz] Hordeum Indis ſatiuum & ſylueſtre, ex quo panis apud eos præcipuus. [73] Italica maximè quidem oryza gaudent, ex qua [A] ptiſanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryzæ [74] quidem folia carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix [75] gemmeæ rotunditatis. Antiquiſſimum in cibis [B] hordeum, ſicut Athenienſium ritu Menandro autore apparet, & [c] gladiatorum cognomine, qui hordearij vocabantur. [D] Polentam quoque Græci non aliunde præferunt. [E] Pluribus ſit hæc modis: Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna, ac poſtero die frigunt, [76] deinde molis frangunt. Sunt qui vehementius toſtum rurſus exigua aqua aſpergant, [77] ſiccéntque prius, quàm molant. Alij verò [F] virentibus ſpicis decuſſum hordeum recens [G] purgant, madidúmque in pila tundunt, atque in corbibus [78] eluunt, ac ſiccatum ſole rurſus tundunt, & purgatum molunt. Quocunque autem genere [79] præparato, vicenis hordei libris, ternas ſeminis lini, & coriandri [80] ſelibras, ſalíſque [81] acetabulo, torrentes ante omnia miſcent in mola. Qui diutius volunt ſeruare, cum pollinę ac furfuribus ſuis condunt nouis fictilibus. Italia ſine perfuſione toſtum in ſubtilem [82] formam molit, iiſdem additis, atque etiam milio. Panem ex hordeo antiquis vſitatum vita damnauit, [83] quadrupedúmque [84] tradidit refectibus. [H] Ptiſanæ inde vſus validiſſimus ſaluberrimúſque, tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates, [85] è clariſſimis medicinæ ſcientia. Ptiſanæ bonitas præcipua Vticẽſi. In Ægypto verò [86] ea eſt, quæ fit ex hordeo cui ſunt [I] bini anguli. In Bætica & Africa genus, ex quo fiat, hordei, [K] glabrum appellat [87] Turannius. Idem olyram & oryzam eandem eſſe exiſtimat. Ptiſanæ conficiendæ vulgata ratio eſt. Simili modo ex tritici ſemine [88 L] tragum fit, in Campania duntaxat & Ægypto. [M] Amylum verò ex omni tritico ac ſiligine, ſed optimum è [N] trimeſtri. Inuentio eius Chio inſulæ debetur: & hodie laudatiſſimum [89] inde eſt, appellatum ab eo quòd ſine mola fiat. [90] Proximum è trimeſtri quodam minimè ponderoſo tritico. Madeſcit dulci aqua [91] ligneis vaſis, ita vt integatur, quinquies in die mutata. Melius ſi & noctu, ita vt miſceatur pariter emollitum, prius quàm aceſcat. Linteo aut ſportis ſiccatum tegulæ infunditur illitæ fermento, atque ita in ſole denſatur. Poſt Chium maximè laudatur Creticum, mox Ægyptium. Probatur autem [92] leuitate ac læuore, atque vt recens ſit, iam & Catoni dictum. Apud nos hordei farina & ad medendum vtuntur. Mirúmque, in vſu iumentorum ignibus durato, ac poſtea molito, offíſque humana manu demiſſis in aluum, maiores vires, toróſque corporis fieri. [O] picæ quędam [P] binos ordines habent, quædam [P] plures vſque ad ſenos. Grano ipſi [93] aliquot differentiæ, longius, [94] leuiúſque, aut breuius [95] aut rotundius, candidius, nigrius, [96] vel cui purpura eſt. Vltimo ad polentam, [97] contra tempeſtates candido maxima infirmitas. Hordeum frugum omnium molliſſimum eſt: ſeri non vult, niſi in ſicca & ſoluta terra, ac niſi læta. [Q] Palea ex optimis: ſtramento verò nullùm comparatur. Hordeum ex omni frumento minimè calamitoſum, quia [98] tollitur antequam triticum occupet rubigo. Itaque ſapientes agricolæ triticum cibariis tantùm ſerunt. [R] Hordeum [99] ſarculo ſeri dicunt, propterea celerrimè redit, [100] fertiliſſimúmque: quod in Hiſpaniæ Carthagine Aprili menſe collectum eſt, hoc ſeritur eodem menſe in Celtiberia: eodémque [101] anno bis naſcitur. Rapitur omne à prima ſtatim maturitate feſtinantiùs, quàm cætera. Fragili enim ſtipula & renuiſſima palea granum continetur. Melиorem etiam polentam fieri tradunt, ſi non [102] excocta maturitate tollatur.

73 Oryza quidẽ maximè vt Itali gaudẽt, ex qua &c gaudent, ſub. ſndi. Dal. In vul. verò lectione, Italici. Vet. & CH. Italia max. quid. ory. gaudet. Alij Vet.
74 quidem, in M. d.
75 geminæ. CH. fortaſsis, genuinæ.
76 dein. M.
77 & ſiccent. CH.
78 diuidunt. M.
79 præparata. Vet. ſub. polenta.
80 ſolibram CH.
81 acetabulum, torrẽtes antè, omnia &c. Vet.
82 farinam. Vet. Tur. & CH.
83 quadrupedúmque ferè cibus eſt. Turn. quasdẽ refectibus eſt. Cùm priſ. &c. probetur. CH.
84 trad. hordeũ ref. Vet.
85 clariſsimus. Vet.
86 ea, in M. d.
87 Turranius. CH.
88 tragos. Dioſc.
89 ideſt. CH. & in emend. idem, app. &c.
90 Proximum trim. quod è min. pond. M. & CH.
91 in lign. vaſ ita vt integatur. CH & in emend. intiagatur.
92 læuore & leuitate. Ch. dictumapud noſ. Hordei. M.
93 aliquid. M.
94 maiuſque. Ex Theo.
95 ac Ex Theo.
96 Cui purp. eſt, optimum ad potionem. Contra &c. Dal.
97 & con. temp. maior firmitas. Ex Th. firmum vocat πολυάχητον, quod polẽtæ multum reddit.
98 antè tollitur, quã. CH.
99 ſarculo. CH ſic & Turn vel, ſeculo: neutrum apte. dicunt, propt. quod celer. redditM.
100 fertil. eſt: quod Vet. & CH
101 à nobis. CH. & in emend. nobis.
102 exacta. Turn.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 1. & 4. lib. 8. hiſtor. & cap. 8. lib. 4. Cauſſ. Colum. cap. 6. & 9. lib.

b Quibuſdam Legaria, à legendo, quòd vellantur manu, non ſubſecentur falce: ſic Græcis χλόη σεν, quaſi χειρίδησεν. Nicander,

χειροδρόπου ἀ ἴνα φῶτες ὀρὸς ἀμητόσιτον λάγυστα
δρεπόμενοι χλόησεν. Scalig.

c Nouembri.

d Maio. Alteer hæc ſementis tempora Theophr. diſtinguit cap. 1. lib. 8. hiſtor.

e Virgil. Georg. 1.

Vere fabis ſatio eſt: tunc te quoque, Medica, putres
Accipiunt ſulci: & milio venit amica cura.

Vide Senecam Epiſt. 87.

f Frumentum, è quo fit alica: nempe Siliginem. Quidam legunt Arincam, quidam Alicaſtrum ex Columella cap. 6. lib. 2.

g Sementiua interpretor, quæ primo & potiſſimo ſementis tempore, nempe circa Vergiliarum occaſum, quod ἔαρινον, id eſt, ſementem, vt ait Theophraſt. cap. 1. 8. hiſt. φθινοπωρινὸν Græcia vocauit, terræ mandantur.

h Columella cap. 11. lib. 2.

i Sic Theophr. cap. 8. lib. 2. histor. *Legumina omnia vnicam habent radicem, ligniosam: & ab ea tenues prodeuntes fibras.* Ea scilicet Theophr. verba Plinius interpretatur.

k Ea cùm se aperit nascendi gratia, nauseare dicitur Festo, quòd naui forma tum sit similis.

l *Frumenta*, inquit Theophr. *pretenuibus ac multis radicibus nituntur: ideoq; surculos non mittunt: legumina verò & βοῶδεα ἀδ, ramosa quia lignosa eorum radix.*

m Theophr. cap. 1. lib. 8. histor.

n Caulem & spicam. Festus Florifertum dictum vult, quòd flores, nimirum spicæ, ferrentur ad sacrarium.

o Vt & Erysimum. Theophr.

p Constant. legit, tantùm pro indiuisò: exponitque, sine diuisione, in commune, communiter. Quo genere loquendi vsus est Cato cap. 137.

q Membrana, ἐν ὑμένι. Theophr. cap. 18. lib. 1. histor.

r *πτωίσιν, τρίχες, πίνιον, φύβη.* Theophr. *παρεμφύεται ἀκίνδυνος.* Inde Panicula. Scalig.

s Legendum hic & omnibus locis aliis, *Phoba*. Est autem φύβη, vt ait Theophr. cap. 3. lib. 8. histor. *ἐν τοῖς πυκνόβλαστα ἀπίονσις πολυκαλάμοις*, coma, siue iubatus culmus. Ac quemadmodum χλόη omnia ferunt λέπυρον, id est fruiquam, sic omnia miliacei generis τὸν φύβλον, id est iubam.

t Id est, sex libræ.

v De tritico & hordeo id Theophr.

x Ex quo florere cœperunt.

y Si exortum ramulorum spectes, ea tantùm parte, qua prodesit, geniculum reuera conspicitur, id quod ait Theophrastus: si verò nodum vocamus articulum, qui omni ex parte caulem ambit, & internodia separat, in fabæ caule nullus est. Itaque quamuis geniculatus is sit, nullis tamen internodiis distinguitur. Quidam legunt, nullis distinctum.

z Theophr. cap. 2. lib. 8. histor.

aa Frumentum & hordeum enascitur, terráque prodit, (ἀναφύεται) vnico folio: pisum, faba, cicer, multis, Theophr. Mirum, authorem de radice frumentaceorum & leguminum nihil prodere. Quod autem ait, hordeum vtrunque, intellige distichò & polystichon: vel nudum, quod *γυμνόκριθον* vocant, & gluma sua vestitum.

bb Nusquam, quod sciam, Theophr. horum folia rubere, sed pinguia esse & amara scripsit. Irionis quidem est sanguineus caulis, sed non folium.

cc Idem cap. 2. lib. 8. histor.

dd Pleraque omnia hæc quæ sequuntur, ex Theophr. cap. 3. & 4. list. 8. histor.

ee Præsertim Gymnocrithon. Tipha, olyra (Arincam pro vtraque vertit Plinius) & omnia id genus multis folliculis leguntur (πολυλέπια.) sed vno verbo inter reliqua plurimis querna. Theophrastus.

ff Lætior, densior, lentior, frangi contumacior. Idem.

gg Inde Persio Satyr. 5. fcabiosum far vocatur.

hh Cibus & triticea ptisana: molitum & deglubitum granum, ad pultes & hominum cibum idoneum, qualis ex farris grano decorticato in Italia vulgò paratur, vocaturque *Farro*.

ii Præter verum far & triticum.

kk Ex olyra, siue Siligine, vt & Ægyptus. Ea verò Siligo Gallica, è qua Brance, siue Sandalum, Crimni genus fiebat. Arinca fortassis est, memorata cap. 8. huius libri. Arincam autem oliram esse autor scribit infrà cap. 25. lib. 22. Brancen Galliæ rustici hodie *Blance* vocant, Allobroges *Blancheen*. Sandalum quoque inter Italos, præsertim Hetruscos, veteris appellationis vestigia retinet, *Scandella*.

ll Theophrasto ex iis, quæ in Græciam conuehebantur, grauissimum Siculum fuit: eo tamen grauius Bœoticum, vel eo argumento, quòd achlerat, cùm vix in Bœotia tres semissextarios consumerent, Athenis plus quàm quinque essebant, capit. 4. 8. Histo.

mm Libycum vocat Theophrastus, & in spica breui manere, calamúmque tenuem emittere scribit. Idem autor Thracium, Syrium, Alexandrinum memorat, nulla facta vel bonitatis mentione, vel ponderis.

nn Ii cùm Bœotici ternos semisextarios vix consumerent, Athenis facilè quinos absumebant.

oo Ponticum Theophrasto leuissimum & durissimum est cap. 4. lib. 8. hist. & cap. 10. lib. 4. Caustar.

pp Vide Budæum lib. 4. de Asse.

qq Aqua cum sale & fermento permista.

rr Zythum & Curmi intelligit.

ss Trimestria multa, & vbique, leuia, parum fœcunda, cùm exoriuntur vnicalama, & prorsus infirma. Theo.

tt In Eubœa, quod aiunt, genus quoddam diebus quadraginta quàm satum est, grandescit & maturescit: firmum, ponderosum, nec, vt trimestria, leue, parum furfuroso sum, quamobrem famulis præbent: celerrimè maturum, sed inuentu rarum. Bimestria quædam ex Sicilia in Achaiam vehuntur, parum gignenta, parum ferentia, in cibo tamen facilia, & iucunda. Nascuntur & alia bimestrium genera in Eubœa, præcipuè apud Carystum. Idem cap. 4. 8. Hist.

vv Cap. 9. lib. 2.

xx Theophr. loco proximè citato.

yy Hippocrates *πυτάνεων*, quasi *πυτάνεων*. *τύτε* enim, *ἐν τῷδε τῷ ἔτει ἐκαρφώθην*, quod hoc ipso anno, idest vere satum est.

zz Theophr. cap. 5. lib. 4. Causs. Strabo lib. 15. hordeum id syluestre Bosmoron vocat.

A Prisana oryzæ ea est, quæ in omnibus locis venalis prostat, & *Ris* dicitur.

B *πρῖσα ἀπὸ τῶ διακεκρίσθαι* vocatum, quòd eo reperto, & in vsum recepto, glandibus spretis, à brutis homines distincti sint. Hordeum siccatum, frixum, mola fractum, Græci *πάγχρων* & *παγχρήσιν* vocant. Rhodig. ca. 1. li. 2.

C Athletarum, histrionum, comœdorum nomine continentur gladiatores, arenarij mirmillones, secutores, retiarij, pugiles, pancratiastæ, xystici, thymelici, pantomimi, palæstritæ. Alex. ab Alex. cap. 9. 3. Varro Samnites recenset inter gladiatores, qui cum scuris & pinnata galea pugnabant. sic nimirum dictos, vt censent Liuius & Athenæus, quòd à Samnitibus didicerint *τὸν τῶ θυρεῶ χρῆσιν*. Nusquam porrò legitur Athenis, vbi Menander vixit, atque adeo nec in Peloponneso tota, nec in Hallade gladiatorum spectacula edita fuisse: quamobrem legendum hic quidam diuinant, *& pistorum cognomine*. Galenus libris *περὶ τῶν χύμων* scripsit quidem Pergami, quæ fuit eius patria, gladiatores à Pontificibus exhibitos, qui percussi vulneratíque fuissent, traditos sibi, vt curaret: sed id longè à Menandri seculo. Chiffletius legendum putat *citligatorum*, idest gregariorum militum, quod illis, si quid peccassent, ignominiæ causa, pro tritico daretur hordeum. Festo hordeatium æs, quod Equiti Romano dabatur, pro hordeo, subaudi emendo, quo equum aleret. Fuerunt & gladiatores Equites Galeno tertio *κατὰ γένη, ἱππῆς*, Lipsio in Saturnalibus Andabatæ. Illis etiam ex publico dabatur hordeum, quo nutrirent equum, vnde fortassis dicti sunt hordearij, quamuis Plinius de hominum cibatu videatur magis loqui quàm iumentorum. Ea tamen peruluti voce, de dominis dictum est, quod equis conueniebat. Quid si legas, & Equitum cognomine, qui hordearij vocabantur. Fuerunt enim Romæ Equites gladiatoribus antiquiores, & statim ab initiis conditæ Romæ Trossuli.

D *Τὰ ἄπυρα*, alij *τῶν μάζων*.

E Curiosam illam hordei præparandi rationem ex Pherecrate recitat Eustachius his verbis: *τὰς κριθὰς δὸς πλῆσαι*, tundere, pinsere: *ῥύψαι*, torrere: *ἀνῳβρίσαι*, incerniculo cribrare, aut corbi *ἀνῦσαι*, aqua rursum aspergere: *ἀλέσαι*, molere: *μάξαι*, manu subigere: *παρεμβῦσαι* edendam apponere. Vide infrà cap. 25. lib. 22.

F Nam ita melior polenta fit, vltimo hoc capite.

G A puluere, lapillis, & id genus reliquis sordibus.

H *πλατάνιον* Athenæus lib. 10. dictam vult *ἀπὸ τῶ πλατύνειν καὶ ταράσσειν*, à tundendo & madefaciendo. De prisana idem autor hunc griphum recitat: *κριθὰς ἀφρόλετε ἀγγάδες χολλὴν πίε*, Hordei decorticati & tusi cremorem bibe.

I Ex hordeo districho, cui sunt bini ordines, vt mox loquetur, & versus.

K *γυμνόκριθον* Græci.

L Tragos nunc fruges est, Halicæ similis Dioscoridi: vulgò *Blé Turquet*: nunc olyræ Prisana Galeno lib. de Alimentis: nunc zeæ Prisana, idest, Halica Galeno comment. librorum de ratione victus in acutis. *Prisanam*, inquit, *rectè præferunt frumentaceis cibalibus, pani, chondro & Zeæ, ex qua fit Tragos*. Hic Tragos Prisana est triticea. Cassianus in Geoponicis cap. 13. 3. Tragum conficit ex Alexandrino frumento & olyra.

M Dioscor. cap. 93. lib. 2.

N Alij putant id ad Siliginem referendum, alij ad triticum.

O Distichi hordei. Theoph. ca. 4. lib. 8. histor. de hoc paulo antè.

P Polystichi. Cantherium Columella vocat ca. 9. lib. 2.

Q Palea ex tritico suauior, quàm ex hordeo, quia mollior, & magis succulenta. Theophr. cap. 4. lib. 8 histor.

R Hordeum saeculo, legit Turnebus cap. 24. lib 1. Aduers. quod non cibariis, vt triticum, sed loculis seratur, & foris vendatur. Alij legunt, seculo, quia *ἐνιαύσιος*, idest, alendis pascendísque animalibus gratum. Columella cap. 9. lib. 2. hordeum altero sulco seminari tradit. Ex illo auctore videtur hæc linea transcripta. Sæculo, interpretor, terra leuissimè mota, & tantùm suspensa, vt sit sarriedo.

Non omnia frumenti genera vbique nasci, & de reliquis in Oriena generibus. CAP. VIII.

FRumenti genera non eadem vbiq;: [1] neq; vbi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulgatissima [a] far, quod [b] adoreum veteres appellauere, siligo, triticum. Hęc pluri-

mis terris com-

1 nec. CH.

communia. [c] Arinca Galliarum propria, copiosa & Italiæ est. [2] Ægypto autem ac Syriæ, Ciliciæq; & Asiæ, ac Græciæ peculiares zea, olyra, tiphe. Ægyptus [d] similaginem conficit [3] è tritico suo, nequaquàm Italicæ parem. Quizea vtuntur, non habent far. Est & hęc Italiæ in Campania maximè, seménque appellatur. Hoc habet nomen res præclara, vt mox docebimus: propter quam [e] Homerus *ζειδώρος ἄρυρα* dixit: non vt aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Amylum quoque ex ea fit, [f] priore crassius. Hæc sola [4] differentia est. Ex omni genere durissimum far, & contra hyemes firmissimum. Patitur frigidissimos locos, & minus subactos vel [5] æstuosos, sitientésque. Primus antiquis Latio cibus, magno argumento in adoreæ [g] donis, sicuti diximus. [h] Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde & [i] pulmentaria hodiéque dicuntur. Et Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorátibus liberis patres commemorat. Et hodie sacra prisca atque natalium [6] pulte [k] fitilla conficiuntur: videtúrque tam puls ignota Græciæ fuisse, quàm Italiæ polenta. Tritici semine auidius nullum est, nec quod plus alimenti trahat. Siliginem propriè dixerim tritici [7] delicias: candor est, & sine virtute, & sine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt & Galliæ comatæ. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantum [8] Meminorúmque agro pertinax. in cæteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium, vt grauissima quæque grana eius serantur.

2 In Aeg. CH.

3 è, in CH.d.

4 differetia. Duriss. Dal.

5 æstuosos. M. & CH.

6 pulte fritilla. M. fittilla. CH.

7 delicias candore, sed sine. M. del. candore &c. vt in vulg. CH. in emend. cádore, virtute, pondere conuen.

8 Neruiorũ. M. Morinorum. Vet. Aruernorum. Alij Vet. Remorum. Turn. Meminorum, vt hic. Suprà cap. 4. lib. 3. Memorámque. CH.

ANNOTATIONES.

a Hæc peritiores sic distinguũt. Triticum mutica spica est: Adoreum siue Far, aristata, apud Verrium in voce Restibilis. Tritici genera tria Columellæ, Robus, ponderosiorís, ac nitidioris grani. Siligo hyberna, siue Sementiua: & Siligo trimestris. Farris autem quatuor genera: Clusinum, grano nitido & candido: Venuculum rutilum, Venuculum candidum, vtrunque ponderosius Clusino: & omnia hęc tria hyberna: Adoreum trimestre, siue Alicastrum.

b Adde & hæc, si libet, hic quæ suprà diximus ad cap. 3. huius libri, de adorea. Adoream veteres appellarunt omnes fructus, omnẽ prouentum ex agris. Sulpirius apud Varronem: *plebei rura largiuntur, adoream*. Plaut in Amphit.

Qui præda, atque agro, adoreaq; affecit populares suos.

Ex eode Vartone Nonius, Adoreum dictum ab eo putat, quòd ci bi ora, idest principium sit farinditerare autem paulo antè, Far adoreum esse.

c Olyra Homeri sequenti altero ab hoc capite: Olyra Gallica in frà cap. 25. lib. 22.

d Siue Similam, *σεμίδαλιν*, vulgò *Simoule*, Prisanæ genus, Semidalim Græcorum.

e Iliad. *βῶσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρυραν*, alma tellus: alij, quod ait Plinius, exponunt *ζειδώρην τὴν φερόβιον*. Nonnus in Dionysiacis *τὸ ὅλυρα* appellauit *ζειδώρεον*, aquam vitificam. Sic Venerem & Empedocles vocauit. Plutarchus in Amatorio. Ioannes Grammaticus terram sic dictã putauit *παρὰ τὸ ζᾶσθαι, τὴν ὑγρασίαν θαι ὑπὸ τῆ ὄλης*. Rhodig. cap. 18. lib. 15.

f Quod ex tritico fit & siligine, sed optimum ex trimestri. suprà cap. 7. huius libri.

g Quartariis aut heminis fartis. suprà cap. 3. huius libri.

h Vide Val. Max. cap. de Instit. antiquis libr. 2. Fiebat autem puls ex æquis partibus farinæ frumenti, & fabarum aut hordei. Alex. ab Alex. cap. 11. 3. Pultiphagos ideò Romanos Plaut. vocat in Mostell.

Non enim hæc pultiphagus opifex operas facit barbarus.

Idem in Prologo Pœnuli.

Carchedonius vocatur hęc comœdia:
Latinè, Pœnuli pultiphagonidis, Patruus.

Pultem Varro vel à Græco *πολτὸς* ducit, vel à sono quem edit cùm aqua feruenti insipitur, id est, insipergitur. vt apud Pomponium in Atellana:

Facite vt ignis feruat, ligna insipite, fur concidite.

Cùm ira sonat, bilbire amphoram Nœuius dixit: *ἀναφλάσαν*. Eupolis apud Athenæum, *λοπὰς ἀναφλᾶσα βαρβάρῳ κακὰ ἐμπλῆ*. Scalig. Iuuenal. Sat. 11. *--pultes*

Coram alijs dictem puero, sed in aure placentas. Martial.
Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas,
Vt fatur in vacuis dulcia vina bibas.

Iuuenal. Sat. 14.

-- sed magnis fratribus horum
A scrobe, vel silco redeuntibus altera cœna
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.

Apud Plaut. locis suprà citatis Scalig. vir, ob acumen ingenij perspicacissimi, non sine honore laudandus, Pultiphagum & Pultiphagonidem Pœnum interpretatur. Pultis enim auidissimam eam gentem fuisse argumento est puls Pœnica, cuius conficiendæ rationem Cato docet cap. 85. Quod verò pertinet ad Martial. distichon, Mustum mistum in ollas imbutas farris pulte velum conditur, ad bonitatem proficit, & ideò commendatur. Theophr. cerrè lib. de Odoribus scribit, demissis in dolia farris offis, vinum domari, molescere, & cum saporis gratia mitescere. Turn. cap. 28. lib. 25.

i Quæ pauperculæ olim pulmentaria conficiebant, Pulmentariæ, Mictyrides vocabantur. Lucill. lib. 10. Satyr. *Pulmentaria ventibus, aut aliquod genus herbas, & ius Maranum, bene se habet, Mictyris, hoc est meri.* Etymon huius vocis *ἀπὸ τῶ μιγνύειν* fortassis ducitur.

k Frit, *ἄθθη*, nempe *σάκχαρος τὸ πλῆθος ὄξυ*, acus. Inde *ἀθάρη*, vel *ἀθάρα*, puls fritilla. Scalig. Quidam à frigendo dictam volunt, vt sit fritilla puls, ea quæ paratur é farina fricta. Apud Fabium pictorem olla fritilis, in qua sal corretur. Nonius in Sal.

l Sequanorum: alij, Aruernorum. In Sequanorum agro Siligo certè frequentissima est, quam ab incolis *Blé blanc* appellari diximus apud Allobrogas *Blancheen* ob candorem, vel quasi Brancen: suprà cap. 7. huius libri.

De pistoriis, & molitura, & farina. CAP. IX.

EA [a] Siligine lautissimus panis, [1] pistrinarúmque opera laudatissima. Præcellit in Italia, si Campana Pisis natæ misceatur. Ruffior illa, at Pisana candidior, [2] ponderosior verò [b] cretacea. Iustum est è grano Campanæ, quam vocant castratã, è modio redire sextarios quatuor siliginis, [3] vel è gregali sine castratura sextarios quinq;, præterea floris [4] semodium. Et cibarij, quod secundarium vocant, sextarios quatuor: furfuris sextarios totidem. E Pisana autem siliginis sextarios quoque, cætera paria sunt. Clusina, Aretináque etiamnum sextarios siliginis [5] assumunt: in reliquis pares. [6] Si verò pollinẽ facere libeat XVI. pondo panis redeunt, & cibarij tria, furfurúmque semodius. Molæ discrimine hoc constat. Nam quæ sicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ falsa aqua sparsa, candidio-

1 pistorumque opera lautissima. Vet.

2 põderosiorque cretatæ. Dal.

3 vt è greg. Vet.

4 semodi. & cib. vel, Et in cibarium panẽ, quẽ secundarium vocant, farinæ sextarios quat. Lucan.

5 adsciscunt. M. adsciuunt. CH.

6 Si verò panem facit. xvj. primari, panis. Dal.

rem medullam: verùm plus retinent in furfure. Farinam à farre dictam nomine ipso apparet. Siligineæ farinæ modius [e] Gallicæ xxii. libras panis reddit, Italicæ duabus tribúsve amplius in artopticio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras in quocunque genere.

ANNOTATIONES.

a Siligine, frumento: vel etiamnum, si libet, castrata farina.
b Vel quæ in agro cretoso nata est, vel cui creta Campana admixta est candoris conciliandi gratia, sicut in aliqa fiebat. De qua confectura infrà ca. 11. huius libri.
c E Gallica siligine, quam arinçam & brancen vocant.

De similagine, siligine, & aliis generibus, & de pistura. CAP. X.

[1] è CH.

[a] SImilago [1] ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustum est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita autem appellant in [b] tritico, quod florem in siligine. Hoc [c] ærariæ officinæ chartariæq; vtuntur. Præterea è secundarij sextarios quatuor, furfurúmque tantundem. Panes verò è modio similaginis cxxii. è floris modio cxvii. Pretium huic annona media in modios farinæ xl. asses, similagini castratæ octonis assibus amplius, siligini castratæ duplum. Est & alia [2] distinctio. Similago l. pollin autem xvii. pondo panis reddere visa, [d] tritici xxx. cum triente, & secundarij panis quinas selibras, totidem cibarij, & furfurum sextarios sex. Siligo nunquàm maturescit pariter, nec vlla segetum minus dilationem patitur propter teneritatem, [3] iis quę maturuere, protinus granum dimittentibus. Sed minùs, quàm cætera frumenta, in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam: nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Ex [4] arinca dulcissimus panis, ipsa spissior, quàm far, & [5] maior spica, eadem & ponderosior. Rarò modius grani non xvi. libras implet. Exteritur in Græcia difficulter: ob id iumentis dari ab [c] Homero dicta. Hæc enim est, quàm olyram vocat. Eadem in Ægypto facilis fertilisque. Far [f] sine arista est. [6] Item siligo, excepta quæ Laconica appellatur. Adiiciuntur his [7] genera, bromos, siligo [8] [g] exceptitia, & tragos, externa omnia ab Oriente inuecta, oryzæ similia. Tiphe [9] & ipsa eiusdem generis, ex qua fit in nostro orbe [10] [h] oryza. Apud Græcos est [11] zea. Tradúntque eam ac tiphen, cùm sint degeneres, redire ad frumentum, si pistę serantur, nec protinus, sed tertio anno. Tritico nihil est fertilius: hoc ei natura tribuit, quoniam eo maximè [12] alat hominem: vtpote cùm è modio, si sit aptum solum, quale in [i] Byzacio Africæ campo, centeni quinquageni modij reddantur. Misit ex eo loco Diuo Augusto [k] procurator eius ex vno grano (vix credibile dictu) [13] quadringenta [14] paucis minus [15] germina, extántq; de ea re epistolę. Misit & Neroni similiter [16] cccxl. stipulas ex vno grano. Cum centesimò quidem & Leontini [l] Siciliæ campi fundunt, aliíque, & tota [17] Bætica, & in primis [m] Ægyptus. Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod [18] centigranum vocant. Inuentus est iam & scapus vnus centum fabis onustus. Æstiua frumenta diximus, sesamam, milium, panicum. [n] Sesama ab Indis venit: ex ea & oleum [19] faciunt. Color eius candidus. Huic simile est in Asia Græciáque erysimum: idemq; erat nisi pinguius esset, quod apud nos vocant [20] [o] irionem, medicaminibus annumerandum potius, quàm frugibus. [p] Eiusdem naturæ & horminum à Græcis dictum, sed cymino simile, seritur cum sesama: [21] hoc & irione [q] nullum animal vescitur virentibus. Pistura nõ omnium facilis: quippe [22] & Hetruria spicam farris tosti [23] pisente pilo præferrato, fistula [r] ferrata, & [24] stella [s] intus denticulata, vt nisi intenti pisant, concidantur grana, ferroq; frangantur. Maior pars Italiæ [t] ruido vtitur pilo, rotis etiam quas aqua versat obiter, & molat. De ipsa ratione [25] pisendi Magonis [26] proponetur sententia. Triticũ antè perfundi aqua multa iubet, postea [u] eualli, deinde sole siccatum pilo repeti. Simili modo hordeum. Huius sextarios xx. spargi duobus sextariis aquæ. Lentem [27] torrere priùs, deinde cum furfuribus leuiter [28] pisi. Aut addito in sextarios xx. lateris crudi frusto, & harenæ semodio. Eruiliam iisdem modis, quibus lentem. Sesamam in calida maceratam exporrigi: deinde confricari, [29] frigidæ immergi, vt paleæ fluctuent, iterúmque exporrigi in sole super lintea. Quod nisi festinatò peragatur, lurido colore mucescere. Et ipsa autem, quæ eualluntur,

2 distinctio, semel tẽpore L. Pauli nata, pondo panis reddere visa xvii. Tertia, xix. cum triente. Turn. & CH. Quidam verò, Similago tritici xvii. pondo panis reddere visa, pollin autẽ xxx. cum triente, & secundarij pan.
3 iisque, quæ. Ver.
4 Africa CH.
5 maiore. Ver.

6 Item siligo excepti tia, quæ cẽ. bromos, siligo, & tragos. expuncta voce exceptitia vitiosa mẽbr. Dal.
7 generibus. Dal.
8 excepta. Turn. & CH.
9 & pisa eiusdem est gen. CH.
10 olyra. Dal.
11 & iria CH.
12 alebat. CH.

13 xl. M. vetustius. quadringen.a. Alterum.
14 pauciss imis. CH.
15 grana. Dal.
16 cccIx. M. & CH.
17 Bœotia. Turn. ex M. & Theophrasto.
18 centigraniũ. CH.

19 conficiunt. M.

20 trionon. M. trionum. Turn.

21 hac. Dal sub. sesama.
22 &, in M. d. & CH.
23 pinsit. Ver.
24 stela. Quidam. id est, columnula, siue columella. vt si interiti pinsant (interiri pisant CH.) concid. gr. ferrumque frangatur. Turn. & CH. etiam & mola, quas aqua versos obiter. De ipsa.
25 pinsendi.
26 proponemus sententiam. CH.
27 torreri. Ver.
28 pinsi. Dal.
29 & frigida. CH.

luntur, variam [30] pisturarum rationem habent. [x] Acus vocatur, cùm [y] per se [31] pisitur spica tantùm [z] aurificum ad vsus. Si verò in area teritur cum stipula, palea, [32] vt maiore in terrarum parte [33] ad pabula iumentorum. Milij, & panici, & sesamæ purgamenta, [aa] appludam vocant, [34] alibi aliis nominibus. Milio Campania præcipuè gaudet, pultémque candidam ex eo facit. Fit & panis prædulcis. Sarmatarum quoque gentes hac maximè pulte aluntur, & cruda etiam farina, equino lacte vel [bb] sanguine [35] è cruris venis admisto. Æthiopes non aliam frugem, quàm milij hordeíque, nouere. Panico [36] Galliæ quædam, præcipuè Aquitania vtitur. Sed & circumpadana Italia addita faba, sine qua nihil conficiunt. Ponticæ gentes nullum panico præferunt cibum. [37] Cæterò æstiua frumènta riguis magis etiam, quàm imbribus, gaudent. Milium & panicum aquis minimè, cùm in folia exeunt. Vetant ea inter vites arboréśve frugiferas seri, terram [38] emacrari hoc satu existimantes.

30 pristinarum. CH.
31 pisitur. Dal.
32 vt in maiore ter. Turn. & maiore in. M palea, in maio. ter. par. est ad pabulum ium. CH.
33 pabulo. Ver.
34 & alibi. CH.

35 è, in CH.d.

36 & Gall. M. & Galliæ quidam. CH.

37 Cætera M. & CH.
38 emaciari horũ satu. Ver. emactari. Tur. ideſt, velut enecari. Legit &, emacrari. CH. in emend. verò, emacerari.

ANNOTATIONES.

a σιμίλαις Græcè, vulgo *simoule*.
b Non meminit Plinius, superiori capite, de siligine pollen se dixisse. Vide Budæum 5. de Asse.
c Quæ farina cum argilla mixta operum suorum formas effingunt.
d Similago, sub. nam ex aliis frugibus farre & siligine fieri ostendit quod ait capitis principio, ex tritico fieri laudatissimam.
e Iliad. ι.

—παρὰ δ' ὄφελμὸν κλάσσαν δίζυγες ἵπποι
ἰσάριθμοι, τηλοῦσε ἰοειδέα νῶτα θέασθαι.

Andromache tamen Iliados. β. equis Hectoris triticum offert non olyram.
f In Ægypto, non alibi. In Italia triticum muticum est, far aristas habet.
g Exceptitiam vocat à reliquo genere siliginis exceptam, ideſt, seiunctam, & separatam, ideo quod aristis careat. Aliæ namque siliginis species illa dempta aristis spicam horridam gerunt.
h Prissana oryzæ similis.
i Ob eam Africæ fertilitatem imperatores Romani, qui ei prouinciæ præfuerant, aut in ea res gesserant, Africam signabant capite obuoluto pelle elephanti capiti detracta cum promuscide, ad iecta spica & subdito aratro, cum cultro. Vrsinus. 32.
k Procurator Cæsaris, Dioni. lib. 17. ὑπὸ αὐτοκράτορος ἀπὸ χρήματα διοικῶν ex equestri ordine deligebatur, quod Tacitus in vita Agricolæ monstrat. Eius officium fuit vectigalia colligere: fisci iura tueri, eaque persequi iudicio, cum priuatis æquo, in prouinciis. Idem munus fuit in vrbe Præfecti ærarij. Fuit & procurator rei priuatæ, siue patrimonij imperatoris. De quo Capitolinus in Macrino, Brissonius cap. 18. 19. 20. 3.
l Ea soli fertilitas Siculos od omne delitiarum genus sic effudit, vt omnibus voluptatum generibus præter modum addicti forent ac dissoluti. Hinc Platoni Siculę mensæ, vt & Italicæ, & Thessalæ, lautissimæ & maximè opiparæ, quemadmodum & Asianæ. Macrob. 7. Saturnal. Modum eum seruat, qui sit potens est, & in mensa Sicula, vel Asiana. Brodæ. cap. 33. lib. 5.
m Inde prouerbium: Harenas Libyæ non curat Ægyptus. Antiphilus,

παρσεῖς ὁ γεωθλιτὴς ψεύσμασιν. δεῖ γὰ αὔλακος

Αἰγύπτῳ τυφὸνς ψάμμος ἐπιστρέφεται. Rhodig. cap. 21. 29.

n Theophr. cap. 5. & sept. lib. 8. hist.
o Plinius hoc non satis distinguit. Inio Latinorum, Græcorum est Erysimum fruges, pingui grano, vt sesamæ, Theophrasto: Erysimum verò herba, planta, quam à Gallis Velarum dici scribit ca. vlt. lib. 22. Vnde etiam hîc Irionem non Trionum legendum esse, contra Turnebi opinionem, qui ex manuscripto id & Theophr. libro de odoribus probare contendit, manifestum est. Idem enim cum sesamo esse, nusquam Theophr. scripsit, sed sesamæ simile esse & pinguiusculum. cap. 7. lib. 8. hist.
p Theophr. cap. 1 & 7. lib. 8. hist.
q Theophrastus id quidem vulgo narrari tradit, sed sibi non constare.
r Cato cap. 10. in instrumento rustico fistulam ferrariam memorat, & pilum ferrarium: quod adnotauit Turn. c. 22. lib. 7. Aduers.
s In morrario, in pila.
t Ferrum non habente, aspero, impolito. Panis ruidus Plauto, crustosus, non satis coctus. Vide apud Apuleium libro 9. Asini elegantem descriptionem pistrini, & seruorum, atque adeo iumentorum pistoriorum.
v Eualli, vel, vt alij legunt, euallari, vallo suo eiici, ac excludi, de glubi, gluma corticeque suo spoliari.
x Inde far acerosum Lucilio lib. 20. Satyr.

Viuere quæ Gallam, ac rugas conducere ventri,
Farre acerosò, oleo decumano, pane cocgit
Cumano.

Aurum non acere, sed palea citissimè ardescere autor scribit c. 3. 33.
y A calamo, stipula, stramento decisa, & separata. Acus continet glumam aristam, & spicæ scapum.
z Infrà cap. 3. lib. 3. Præterea, inquit de auro loquens, mirum, prunæ violentissimæ igni indomitum, palea citissimè ardescere.
aa Sic & tritici furfures Plautus vocauit in Astraba. Gellius cap. 7. lib. 11.
bb Virg. *Et lac concretum cum sanguine potat equino.*
Martial. *Venit & epoto Sarmata potus equo.*
Sidonius. *Aut ad Caucasigenas Alanos, aut ad equimulgos Gelonos.*
Brod. cap. 31. 5.

De fermentis, & panis faciendi ratio, & genera, & quando primùm pistores Romæ, & de cribris, & alica. CAP. XI.

[1] è CH.

[a] MIlij præcipuus ad [a] fermenta vsus, [1] è musto subacti in annuũ tẽpus. Simile fit ex tritici ipsius furfuribus minutis & [b] optimis, è musto albo triduo [2] maturato subactis, ac sole siccatis. Inde pastillos in pane faciẽdo dilutos, cum [3] similagine [c] seminis feruefaciunt, atque ita farinæ miscent, sic optimum panem fieri arbitrantes. Græci in binos semodios farinæ satis esse [4] besses fermenti constituere. Et hęc quidẽ genera vindemiis tãtùm fiunt. Quo libeat verò tempore, ex aqua hordeóque bilibres offæ feruenti foco, vel fictili patina torrentur cinere & carbone, vsque dum rubeant. Posteà operiuntur in vasis, donec aceſcant: hinc fermentum diluitur. Cùm fieret autem panis hordeaceus, [5] [r] eruiliæ aut cicerculæ farina ei præfermentabatur: [6] iustúmque erat, duæ librę in quinque semodios. Nunc fermentum fit ex ipsa farina quæ subigitur, priùs quàm addatur sal, ad pultis modum decocta, & relicta, donec aceſcat. Vulgò verò nec sufferuefaciunt, sed tantùm pridie asseruata materia vtuntur. Palámque [7] natura est acore fermentari: sicut & validiora

2 macerato. Turn. & CH.
3 semilaginis hemisnis. Turn.

4 besen. CH.

5 erui aut cic. fur. ipse fermentabatur. M. CH. & Turn. cicer. ad mixtione fermentabatur. Ver. ipse fermont. Alij Ver.
6 iustum erat. M.
7 naturam est (est naturam. CH.) ac. ferm. sicut eualidiora. Tur. & CH.

validiora esse corpora, quæ fermentato pane alantur: quippe cum apud veteres ponderosissimo cuique tritico, præcipua salubritas perhibita sit.[d] Panis ipsius varia genera persequi superuacuum videtur: aliàs ab obsoniis[8] appellati, vt ostrearij: aliàs à deliciis, vt artolagani: aliàs à festinatione, vt speustici: nec non à[e] coquendi ratione, vt furnacei, vel artoptitij, aut in clibanis cocti: non pridem etiam è Parthis[9] inuecto, quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur,[10] tenuem & spongiosa inanitate, alij Parthicum. Summa laus, siliginis bonitate & cribri tenuitate constat. Quidam[11] & ouis aut lacte subigunt.[f] Butyro verò gentes etiam pacatæ, ad operis pistorij genera transeunte cura. Durat sua Piceno in panis inuentione gratia, ex alicæ materia.[12] Eum nouem diebus macerant: decimo ad speciem[g] tractæ subigunt vuæ passæ succo: posteà in furnis, ollis inditũ, quæ rumpantur ibi, torrent. Neque est ex eo cibus, nisi madefacto: quod fit[13] lacte maximè mulso.[h] Pistores Romæ non[14] fuerunt ad Persicum vsque bellum, annis ab vrbe condita super dlxxx. Ipsi panem[i] faciebant Quirites:[k] mulierúmque[15] id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium.[16] [l] Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aululariam scripsit: magna ob id[17] concertatione eruditorum, an is versus Poetæ sit illius: certúmque fit, Atteij Capitonis[18] sententia, tostum panem lautioribus coquere solitos: pistorésque tantùm eos, qui far pinsebant, nominatos. Nec cocos verò habebant in seruitiis, eósque ex macello conducebant. Cribrorum genera[19] Galli è setis equorum inuenere, Hispani è lino[20] excussoria & pollinaria, Ægyptus è papyro atque iunco. Sed[21] inter prima dicatur & alicæ ratio, præstantissimæ saluberrimæq;:[22] quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit. Fit sine dubio & in Ægypto, sed admodum spernenda. In Italia verò pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoq; agro, in Campania tamen laudatissima. Campus est subiacens montibus nimbosis totis quidem xl. M. passuum planitie.[23] Terra eius (vt protinus soli natura dicatur) puluerea summa, inferior bibula, & pumicis vice fistulas: montium quoque culpa in bonũ cedit. Crebros enim imbres percolat atque transmittit:[24] [m] nec dilui aut madere voluit propter[25] facilitatem culturæ.[26] Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, sed[27] temperat, & concoquens intra se[28] vice succi continet. Seritur toto anno, panico semel, bis farre. Et tamen[29] vêre segetes, quæ interquieuere, fundunt rosam odoratiorem satiua: adeò terra non cessat parere. Vnde vulgò dictum, Plus apud Campanos vnguenti, quàm apud cæteros olei fieri. Quantùm autem vniuersas terras[30] [n] campus Campanus antecedit, tantùm ipsum pars eius,[31] quæ [o] Laboriæ vocantur, quem [p] Phlegræum Græci appellant. [q] Finiuntur Laboriæ via ab vtroque latere Consulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit.[r] Alica fit è Zea, quam semen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea:[33] nam lapidis duritia conteritur.[32] Nobilius, vt notum est, pilo vinctorum pœnali opera. Primori inest pyxis ferrea: excussis inde tunicis, iterum iisdem armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicæ tria genera,[s] minimum, ac secundarium:[t] grandissimum verò aphærema appellant. Nondum habent candorem suum quo præcellunt, iam tamen Alexandrinæ præferuntur. Posteà (mirum dictu) admiscetur creta, quæ transit in corpus, colorémque & teneritatem affert. Inuenitur hæc inter Puteolos & Neapolim in colle Leucogæo appellato. Extátque Diui Augusti decretum, quo[34] annua vicena millia Neapolitanis pro eo numerari iussit è fisco suo, coloniam deducens Capuam. Adiecítque causam[35] afferendi, quoniam negassent Campani alicam confici sine eo metallo posse. In eodem reperitur & sulphur: emicántque fontes[36] Oraxi oculorum claritati, & vulnerum medicinæ, dentiúmque firmitati. Alica adulterina fit maximè quidem è zea, quę in Africa degenerat. Latiores eius spicæ, nigrioréque, &[37] breui stipula.[38] Pisunt cum harena, & sic quoque difficulter deterunt vtriculos, fitq; [u] dimidia[39] nudi mensura. Posteáque gypsi pars quarta inspargitur, atque vt cohæsit, [x] farinario cribro subcernunt. Quæ in eo remansit, exceptitia appellatur, & grandissima est. Rursus quæ [40]transit, arctiore cernitur, & secúdaria vocatur. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, & tantùm harenas transmittẽte. Alia ratio vbiq; adulterandi:

8 appellari. CH.

9 inuectus. CH.

10 à tenui. Turn. ad ten. & spõgiosam inanitatem CH.

11 ex ouis. CH.

12 eo nouem diebus macerato. Turn. eam (sub. materiam) nodi. macerant vuę passæ succo: decimo ad speciem tractæ subigũt: posteà in furnis, ollis inditũ, quæ rũp. igni, torrent &c. In CH. verò, eũm nouẽ &c. macerato, dec. ad sp. tr. subacto &c.

13 lacte maximè, aut mulso. Vet.

14 fuere CH.

15 id opus maximè erat CH.

16 Artopetasiam. CH.

17 oĩ certatione CH.

18 sententia coquos tum panem. Turn. eo stum pan. CH.

19 Gallię setis equor. inuen. Hispaniæ lino. CH.

20 excussoria pollinaria. Dal

21 inter hæc pr. Dal.

22 quam palmam fr. ind. Italia cõt. Turn. quæ palma fr ind. Italiæ conrigit. Vet. quæ pal fr. indubitata Italia contigit. CH.

23 Gratiã terræ eius Vet. Terra eius prouincię Alij. Turn.

24 nec dilui madore vult.

25 felicitatem. CH.

26 Eadem igitur accep Vet.

27 temperatè concoc. CH.

28 vice fusi. Turn. & CH.

29 vêre, cùm segetes interquieuere, fundit. Vet.

30 circumcampanus. Vet.

31 quæ Leboriæ. Vet. & lne, & mox.

32 Nobiliur. Vet. sub. alica.

33 ne lap. dur. contexit. CH.

34 anno ad vicena. M. Vet. annua. ducena. CH.

35 offerẽdi Alij, præbendi.

36 Araxi. Turn. & CH.

37 breuis. Dal.

38 Pinsunt. Dal.

39 modij. Vet. nudæ. Alij sub. alicæ. Alij nudi grani intelligit.

40 transiit. Dal.

terandi: Ex tritico candidissima & grandissima eligunt grana, ac semicocta in ollis, posteà arefaciunt Sole[41] ad initium, rursúsque leuiter aspersa molis frangunt. Ex zea pulchrius, quàm ex tritico,[42] fit[y] granum, quamuis id alicæ vitium sit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert.

41 ad indicium. Vet. adinitum. CH

42 sit granatum. M. & Vet. Turn. tragum.

ANNOTATIONES.

a Perlepidè Plautus in Casina, de muliere, quæ ira & indignatione exardescebat,

Nunc in fermento tota est, ita turgèt mihi.
Stal. *Ædepol ego illam mediam dirruptam velim.*

Suffiatum militem eadem significatione ait in Bacchidibus.

Par. *Suffiatus ille huc veniet.* Pist. *dirruptum velim.*

b Lego, & opimis, à farina nondum omnino secretis, & ea velut adhuc pinguibus.

c Eius frumenti, è quo panis conficitur: vel zeæ, quam semen peculiari nomine vocant. Supra cap. 8. proximo, & mox eod. hoc capite.

d Athenæo Messapij *πανίεις πλακουντῶν* vocauerunt, *πάνια πλακοῦντα*, & *πανίτης, ἄρτον*. Olim panis, glomus Festo, in sacris crustulum. Græcis *πανίτης*, qualia memorat Clemens Alexandrinus in Protreptico, *ἐνεκρὰς, τυρεμβόλια, πίτανα, πολυτίμητα*. Scalig.

e Coquitur nunc in cribano, siue clibano, vulgò *tartriere*, vnde cribanites, vel clibanites, Latinis sub testu: nunc in furno, *τῷ ἰπνῷ*, vnde furnaceus, *ἰπνίτης*, qui & *καμινίτης* Diphilo apud Athen. Clibanus furnaculus est ferreus, æneúsue, aut testaceus, in quo prima subiecta, vel supernè congesta panificium coquitur. Artopta Varroni apud Nonium, Cocula, testa sub qua in foco calfacto panis coquitur, cinere & prunis superiectis. Cineritium, *στεφτὸν*, eum panem quidam vocant. Est & panis eschares, craticulæ similis, vulgò *eschalete, ou gaufre*, & obelias, veluti *τὸν ὀβελίτην*, veruculis virgatus, vulgò *oblies*, quorum Plinius non meminit. Sub Cocula coctum panem autor Moreti describit his duobus versibus.

Tuferit inde foco (Scybale mundauerat aptum
Antè locum) testisq; tegens super aggerat ignes.

Alij, *testa*, vel *testúque*.

f Olei, &, vt ait Cato, vnguinis loco.

g Placentæ pars ima, & veluti fundamentum, solum dicitur, Græcis *τὸ πανίτιον*: quæ verò solo imponuntur, vel è farina, vel ex alia quauis materia ficta, tracta vocant. *τραπεζεῖον*, massam pinsendo & subigendo manibus agitare, & trahere, vt ea tractatione melius fermentetur, ac concorporetur rerum miscellanea varietas.

h Pistor à pinsendo. Pinsere *ἀπὸ τῦ πτίσσειν*, elisò ε, vt in *πτῆνα*, pennа: *πτηὸς* Æolicè, pènna.

i Haud multis annis post imperium conditum. Alex. ab Alex. Cap. 11. lib. 5.

k Pistrices eiusmodi fœminas vocabant. Lucilius apud Festum.

Pistricem validam, si nummis suppeditabunt,
Addas empleuron, mamphulas, quæ sciat omnes.

Mamphula, panis Syriacus lautissimus. Varro *ὡ παρὰ μενίππῳ*. Nec pistorem vllum nosset, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam. Idem lib. 1. de vita P.R. *Nec pistoris nomen erat, nisi eius qui seruiret far pinsebat, nominati ab eo quòd pinseret.* Nonius.

l Locus Plauti citatus à Plinio est in Aulularia:

Ego hinc artoptam ex proximo vtendam puto.

Quidam ineptissimè panificam mulierem Artoptam exponunt. Artopta vas fuit, in quo panis tostus, siue Artopticius coquebatur. Hoc autem vas cùm in Quiritium ædibus esset, argumentum est ipsos sibi panem coxisse. Panis certè à ratione diuersa coquendi, tria genera fuerunt Athenæo, furnaceus, clibanites siue testaceus, artopticus.

m Nec opus aqua habet, qua diluatur, vt facilior culturæ sit, cùm bibula, pulueréa, fistulosa, colono pareat & aratro.

n Stellatem vocat Liuius lib. 9.

o Quoniam Capuam Romani bis euertissent, ad vitandam eius nominis inuidiam, Campani Leborinos vocari se maluerunt. Falluntur qui putant Laboriæ dictas, quòd in eo agro colendo cum fructu labor impendatur.

p Phlegræum vocant *ἀπὸ τῦ φλέγειν*, quòd toto illo tractu passim ignis emicet, scaturiant calidi fontes, sulphur conficiatur, tanquam accenso sub terris sulphure deflagret ea regio: illic pugnasse cum gigantibus Herculem narrant, genere fera, & in peregrinos sæuissima, ac inter præliandum touuisse crebrò, iactáque de cœlo fulmina, vnde fabulæ occasio. Alij id gestum ad Pallenen Thraciæ, quæ & Phlegra vocata est, malunt. Rhodig. cap. 38. 30.

q Vetustissima Capuanorum monumenta agrum Laborinum à Capua vsque Auernam protendi scribunt. Eius pars est ager, quem incolæ vocant, *le Mazzarrose*.

r Suprà, cap. 8. huius libri, & infrà, cap. 25. lib. 22.

s Quod præstantissimum.

t Cassius cap. 7. lib. 3.

v Dimidio maior, quàm si prorsus nudatum esset.

x Lepidè Plaut. in Pseud. in lentos & tardiùs ambulantes:

Nam istæ quidem gradus sinceretus est cribro pollinario,
Nisi cum pedicis conditicijs sic aggrassari gradu.

y Graneæ triticeæ confectionem docet Cato cap. 86. Sic autem vocat ptisanam triticeam, pultemve ex ea paratam.

a *De legumínibus.* CAP. XII.

SEquitur natura leguminum, inter quæ maximus honos[b] fabæ: quippe ex qua tentatus sit etiam panis.[c] Lomentum appellatur[1] farina ea, aggrauatúrque pondus illa[2] ex omni legumine.[3] Iam verò & pabulo venalis. Fabæ multiplex vsus omnium quadrupedum generi, præcipuè homini. Frumento etiam[d] miscetur apud plerasque gentes, & maximè panico solida,[4] ac delicatius fracta. Quin & [e] prisco ritu[5] fabacia suæ religionis Diis[f] in sacro est, prævalens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere. Ob hæc[6] [g] Pythagorica sententia damnata: vt alij tradidere, quoniam mortuorum animæ sint in ea. Quæ de causa[h] parentando vtique assumitur. Varro & ob hæc Flaminem ea non vesci tradit, & quoniam in flore eius literæ lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio. Nanque fabam vtique[i] è frugibus referre mos est auspicij causa, quæ ideo[7] refrina appellatur. Et auctionibus eam[8] adhiberi lucrosum putant. Sola certè frugum etiam exesa repletur crescente Luna. Aqua marina, aliáve salsa non percoquitur. Seritur ante Vergiliarum occasum leguminum prima, vt antecedat hyemem.[k] Virgilius eam per ver seri iubet, circumpadanæ Italiæ ritu. Sed maior pars[9] malunt fabalia maturæ sationis, quàm trimestrem[10] fructũ eius. Nanque siliquæ caulésque[11] gratissimo sunt pabulo pecori. Aquas in flore maximè concupiscit: cùm verò defloruit, exiguas desiderat. Solum, in quo fata est, lætificat stercoris vice. Ideò circa Macedoniam Thessaliamq;, cùm florere[12] incepit, vertunt arua. Nascitur & sua sponte plerisque in locis, sicut Septentrionalis Oceani insulis, quas ob id nostri Fabarias appellant.

1 far. eius (sic & CH.) aggr. tritici põd. Dal.

2 &. Turn. & CH

3 fumentorum. Dal.

4 aut del. Dal.

5 fabata. Turn. & CH.

6 Pythagoricæ sententiæ. CH.

7 refrina M. & Tur. & CH refruia. Scal.

8 adhibere eam. CH.

9 malunt. Vet.

10 fructum. Eius vtique siliqua cauiesque Dal.

11 gratissimi sunt pabuli. M

12 cœpit. CH.

lant. Item in Mauritania ſylueſtris paſſim, ſed prædura, & quæ percoqui non poſſit. Naſcitur & in Aegypto ſpinoſo caule: qua de cauſa crocodili oculis timentes refugiunt. Longitudo ſcapo quatuor cubitorum eſt, ampliſſima craſſitudo.[13] Nec genicula habet molli calamo.[1] Simile caput papaueri, colore roſeo. In eo fabæ non ſupra tricenas: folia ampla: fructus ipſe amarus[14] & odore: ſed radix perquàm[15] lauta incolarum cibis, cruda, & omnino decocta,[16] harundinum radicibus ſimilis. Naſcitur & in Syria, Ciliciáque, & in Torone Chalcidis lacu. [17] Ex leguminibus autem Nouembri ſeruntur [18] lens, & in Græcia piſum. Lens amat ſolum tenue magis, quàm pingue, cælum vtique ſiccum. Duo genera eius[19] in Aegypto, alterum rotundius nigriúſque, alterum ſua figura. Vnde vario vſu tranſlatum eſt in lenticulas nomen. Inuenio apud autores, [m] æquanimitatem fieri veſcentibus ea. Piſum in apricis ſeri debet, frigorum impatientiſſimum. Ideo in Italia, & in auſteriore cælo non niſi verno tempore, terra facili ac ſoluta. Ciceris natura eſt gigni cum[n] ſalſilagine: ideo ſolum vrit. Nec niſi madefactum pridie, ſeri debet. [o] Differentiæ plures, magnitudine, figura, colore, ſapore. Eſt enim arietino capiti ſimile, vnde ita[20] appellatur, album nigrúmque.[21] Eſt & columbinum, quod alij Venerium vocant, candidum, rotundum, leue, arietino minus, quod religio peruigiliis adhibet. [p] Eſt & cicercula minuti ciceris,[22] inæqualis anguloſi, veluti piſum. Dulciſſimum autem id, quod [q] eruo ſimillimum: firmiúſque quod nigrum & rufum, quàm quod album. Siliquæ rotundæ ciceri, cæteris leguminum longæ, & ad figuram ſeminis latæ: piſo[23] cylindraceæ. Faſeolorum cum ipſis[24] manduntur granis. Serere eos qua velis terra licet ab Idibus Octobris in Calend. Nouemb. Legumina, cùm matureſcere[25] cœperint, rapienda ſunt, quoniam citò exiliunt, laténtque cùm decidêre, ſicut & [26] lupinum.

13 introgenicula abeſſet molli calamo ſimilis. Cap. pap. CH. ampl. craſſitudo digiti, in genicula abeſſent, molli calamo ſimilis. Caput papaueris &c. Turn.
14 & inodorus. Dal.
15 lata. Turn.
16 harundinis radice craſſitiæ craſſior. Theophr.
17 Ex leg. aut. vomere ſer. lens & piſum. Alij. Ex leg. Nouēb. ſer. &c. Turn. ex leg. autūno vēre ſer. CH.
18 lens in Græcia & piſum. Ver.
19 in, d. in M.
20 appellatur: eſt & album. Ver.
21 eſt & orobinum, quod al. Ven. vocant, & cand. Dal. appellant. CH.
22 inæquales anguloſ habens. M.
23 cylindraceæ. CH.
24 manducant. Dal. mandunt. CH.
25 cœperint. CH.
26 Lego, lupinum. Ad alia tranſeamus, quamquam prius de rapis &c.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 6. & 7. lib. 8. hiſt. Columel. cap. 7. lib. 2.
b Vide infrà, lib. 22. cap. 25. & Theophr. cap. 18. lib. 2. Cauſſ. & Columel. cap. 10. lib. 2. & Caſſium cap. 33. lib. 2.
c Vide quæ adnotata ſunt infrà lib. 22. ad cap. 25. medium, verbis illis, Lomento quoque &c.
d Etiam hodie Alpini Allobroges miſcere ſolent.
e Carnæ Deæ, Iani vxori, quæ vitalibus humanis præeſſe credebatur, in Cœlio monte, fabaria pulte & lardo, quoniam iis rebus vis corporis maximè conſeruatur à P. Rom. Calendis Iuniis (quas fabarias vocabant) ſacrificabatur. Sunt autem eo tempore fabæ adultæ, & ideo adhibebantur. Sacrum id primus inſtituit Iunius Brutus Tarquinio pulſo. Macrob. cap. 12. lib. 1. Saturn. Nonius in dictione Macto. Rhodig. cap. 8. 9. Alex. ab Alex. 22. 2.
f Cato cap. 134. in ſacro porcæ præcidaneæ far, triticum, hordeum, fabam, ſemen rapicium adhiber. In vinalibus polluebantur ſuffimenta ex faba, milióque molito, & muſſo conſperſo.
g Fabæ nomine à Pythagora quidam intellectum ouum putant, quòd in eo ſit ὑ τοῦ ζῴου κύησις, animalium fœtura, ac inde dictum κύαμος. Par ſcelus Pythagoras eſſe dicebat ἐδέσθαι κυάμους, κεφαλὰς τοκήων. Rhod. 17. 27. Gellius cap. 11. 4. Cato cap. 134.
h In Lemuribus, quæ Maio per trinoctium fiebant, fabam nigram loris manibus pedibuſque nudis, per ora verſantes, ære tinniente, poſt terga reiiciebant, Lemures domo ſe eiicere clamantes, & vt abirent nouies orantes, expiari ſic manes arbitrati. In parentalibus faba veſcebantur: in peruigiliis cicere pro ferali cœna nudo ſilici ſepulchrorum offam ex lente imponebant cùm inferias ſoluerent. Alex. ab Alex. 12. 2. Non licebat Flamini Diali fabam aut tangere, aut nominare, quia in eius flore apparent lugubres literæ. Feſtus.
i Cùm ſeuerant ſegetes, quoniam inauſpicatum erat domo exportaſſe vt non amplius redituras, ſementi ſtatim facta, auſpicij cauſſa fabam ſtatim domum referebant pro frugibus: quod perinde erat, ac ſi domum eas retuliſſent: ſic ominentes domum reuerſuras, nec in agro ſemper manſuras: Inde fabam referiuam vocabant. Turn. cap. 25. lib. 13. Aduerſ. qui & hic referiua reponit. Quod ſi admittimus, legendum potiùs referinam quàm referuam putat Conſtantinus. Aelius quidem cùm dubitat apud Feſtum, an à refringendo vocabulum hoc trahatur, refrina videtur legiſſe. Sed rectè Feſtus refriua, quaſi refertiua, & referitiua, vt conditiuus, condititius. Vide Scalig. in eum locum.
k Georg. lib. 1. *Vere fatis ſatio.* Seneca Epiſt. 87. *An eo tempore (vēre) iſta ponenda ſint, & an vtriuſque (fabæ & medicæ) verna ſit ſatio, hinc æſtimes licet. Iunius menſis eſt, quo tibi ſcribo, iam proclinat in Iulium. Eodem die vidi fabam metentes, & fabam ſerentes.*
l Caput ſimile veſparum rotundo fauo: flos duplo maior quàm papaueris, colore omnino roſeo. Th. In medio cuiuſque fabæ amarum quidpiam & viride eſt, contortum, è quo faba ſata caulis prodit, laudatum Dioſcoridi, Galeno, Celſo ad oculorum & aurium dolores, non autem faba tota amara.
m Hinc Rhodig. cap. 22. 23. lentos dictos vult parientes, lenes, minimè iracundos, quamuis & pigros, incuriоſos, ſegnes, ſic etiam vocent.
n Nitroſam naturam vocant medici. τῇ ἁλμῇ Theophr. cap. 6. lib. 8. Hiſtor.
o Plinius hoc inconſiderate. Cicerum tria genera. Arietinum, nigrum, Hetruriæ frequentiſſimum: in quo genere nullum candidum eſt: orobiæon, columbinum Plinio, malim orobinum aut eruinum, colore, non magnitudine orobi, ſicut vrinacum ὑροβιοειδῆ ὑπόταυσιν dixit Hippocrates, in cuius ſpecie nullum album eſt: tertium ἀνὰ μέσον, colore inter nigrum & orobiæon medio. Præter hæc omnia eſt & album dulciſſimum, inquit Theophr. ἐπὶ πᾶσι: quæ voces Plinium fefellerunt, putantem ſignificari, in omnibus generibus album reperiri, cùm ſignificent potius, præter omnia genera memorata candida inueniri. Orobiæon Columella cap. 10. lib. 2. Punicum vocat, non, vt vulgò legitur, Punicum.
p Ineptè Plinius deceptus nominis Latini ſimilitudine cicerculam, *λαθύρους*, ciceribus adnumerauit.
q ἐρέβινθοι & ἐρεβινθίδιον Græci vocant. Hoc Ciceris genus Galen. lib. 6. Simpl. & reliqui medici, acre, calidum, & amarum eſſe tradunt: ſed arietinum cæteris διουρητικώτερον ἅπαν.

De rapis, & napis Amiterninis. CAP. XIII.

x dicenda, quan. aliis vſus præſt. quàm his. Dal. quan. aliorum vi præ. quàm horum &c. Alij quādo aliius vi præſt. his non eſt. CH.

QVanquàm priùs de [a] rapis dixiſſe conueniat. In tranſcurſu ea attigere noſtri, paulò diligentiùs Græci, & ipſi tamen inter hortenſia: ſi iuſtus ordo fiat, à frumento protinus aut certè faba[x] dicendis, quando alij vſus præſtantior ab his non eſt. Ante omnia

omnia nanque cunctis animalibus naſcuntur, nec in nouiſſimis ſatiant ruris alitum quoque genera, magiſque ſi decoquantur aqua. Quadrupedes & fronde eorum gaudent. Et homini non[2] minor[b] rapaciorum, ſuis horis gratias, quàm cymarum: [3] flaccidorum quoque, & in horreis enecatorum, vel maior quàm virentium. Ipſa verò durant & in ſua terra ſeruata: & poſteà paſſa, penè ad alium prouentum, famémque ſentiri prohibent. A vino atque meſſe tertius hic Tranſpadanis fructus. Terram non moroſè eligit, penè vbi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis & pruinis ac frigore[4] vltro alluntur amplitudine admirabili. Vidi xl. libras excedentia. In cibis quidem noſtris pluribus modis commendantur: durántque ad alia, ſinapis acrimonia[c] domita, etiam coloribus picta præter ſuum ſex aliis, purpureo quoque: neque aliud in cibis tingi decet. [d] Genera eorum Græci duo prima fecere, maſculum fœmininúmque, & ea ſerendi modo ex eodem ſemine. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, item in terra difficili. Semen præſtantius, quo ſubtilius. Species verò omnium tres. Aut enim[e] in latitudinem[5] fundi, aut in rotúditatem globari. Tertiam ſpeciem ſylueſtrem appellauere, in longitudinem radice procurrente, rhaphani ſimilitudine, & folio anguloſo ſcabróque, ſucco acri: qui circa meſſem exceptus oculos[6] purget, medeatúrque caligini admiſto lacte mulierum. Frigore dulciora fieri exiſtimantur, & [f] grandiora: tepore in [8] folia exeunt. Palma in Nurſino agro naſcentibus. Taxatio in libras ſeſtertij ſinguli, & in penuria bini. Proxima in Algido natis. [h] Napi verò Amiternini, quorum eadem ferè natura, gaudent æquè frigidis. Seruntur & ante Calend. Martias in iugero ſextarij quatuor. Diligentiores quinto ſulco napum ſeri iubent, rapa quarto, [7] vtrumque ſtercorato. Rapa lætiora [8] fieri, ſi cum palea ſeminentur. Serere nudum volunt, precantem ſibi & vicinis ſerere ſe. [i] Satus vtrique generi iuſtus, inter duorum numinum dies feſtos, [k] Neptuni atque Vulcani. Feruntque ſubtili obſeruatione, quota Luna præcedente hyeme nix prima ceciderit, ſi totidem[9] luminum die intra prædictum temporis ſpatium ſerantur, mirè prouenire. Seruntur & vêre in calidis atque humidis.

2 minor eſt raparum ſuis. CH.
3 flaccidorum. Turn. non admodum opportunè. Sic tamen. CH.
4 vltro, in Ver. d. & M.
5 funditur, aut in rot. globatur. Ver.
6 purget, medeatúrque. M.
7 vtroque. Ver.
8 fiunt. Ver.
9 luminis diebꝰ. Ver.

ANNOTATIONES.

a Rapa Varroni 4. de ling. Latina, quaſi ruapa, quòd è terra ruātur. Veriſimilius etymon à Græco ῥάφανος, Athenæo lib. 9.
b Rapiciorum, ſub. caliculorum: de quibus Cato cap. 35. vt à lana lanicium, ſic à rapa rapicium. Alij raporum folia exponunt. Aſparagos raporum mandi etiam ſcripſit Dioſcorides.
c De conditura illorum vide Columellam cap. 54. lib. 12. Muria conditi tradit Dioſcorid.
d Theophr. cap. 4. lib. 8. hiſtor.
e Tale rapi genus, cuius radix oblonga, radiculam noſtram imitatur, Itali hodie colunt in hortis.
f In radicem alimentum verti. Theophr.
g In caulem. Theophr.
h Columella cap. 10. lib 2.
i In locis riguis Columella ſeri iubet à ſolſtitio: ſiccis verò vltima parte menſis Auguſti, vel prima Septembris.
k Februarius menſis Neptuno ſacer, September Vulcano. Vulcanalia quidem ſub Auguſti finem celebrari ſolita voluit.

[a] *De lupino.* CAP. XIIII.

LVpino eſt vſus proximus, cùm ſit & [b] homini, & quadrupedum generi[1] vngulas habenti, communis. Remedium eius, ne mentes[c] fugiat exſiliendo, vt ab imbre tollatur. Nec vllius,[2] quæ ſeruntur, natura aſſenſu terræ mirabilior eſt. Primũ omniũ cum Sole quotidie circumagitur, horáſque agricolis etiam nubilo demonſtrat. Ter præterea floret. [d] Terram amat, terráque operiri non vult. Et vnum hoc ſeritur[3] non arato. Quærit maximè ſabuloſa, & ſicca, atque etiam[e] harenoſa. Coli vtique non vult. Tellurem adeò amat, vt quamuis frutectoſo[4] ſolo coniectum inter folia vepreſq; ad terram tamen radice perueniat. Pingueſcere hoc ſatu arua vineaſq; diximus. Itaque adeò non eget ſimo, vt optimi vicem repræſentet. Nihílque aliud nullo impendio conſtat, vt quod ne ſerendi quidem gratia opus ſit afferre. Protinus ſeritur[5] ex aruo: ac ne ſpargi quidem poſtulat decidens ſponte. Primumq; omnium ſeritur, nouiſſimum tollitur: vtrunque Septembri ferè menſe, quia ſi non anteceſſit hyemem, frigoribus obnoxium eſt. Impunè præterea iacet, vel derelictum etiam, ſi non protinus ſecuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutum. Plerunque tamen leui ſulco integunt. Ex denſiore terra rubricam maximè amat. Ad hanc alendam poſt tertium florem verti debet, in ſabulo poſt ſecundum. Cretoſa tantùm limoſáque odit, & in iis non prouenit. Maceratum calida aqua homini quoque in cibo eſt. Nam bouem vnum modij ſinguli ſatiant,

1 fiſſas vng. Dal.
2 quod ſeritur. Dal.
3 non arata, ſi fuerit max. ſub. Turn.
4 ſolo coactum. M. loco iactum. Turn.
5 ex area. Theo.

tiant, validúmque præſtant: [6] quando etiam impoſitum puerorum ventribus, pro remedio eſt. Condi in fumo maximè conuenit, quoniam in humido vermiculi vmbilicum eius in ſterilitatem caſtrant. Si depaſtum ſit in fronde, inarari protinus ſolum opus eſt.

6 quinetiam. vel, atque etiam. Dal.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. vlt. lib. 8. hiſt. Colum. cap. 10. lib. 2.
b Præſertim Cynicis olim: de quibus Horatius, *quid diſſent æra lupinis.* Legumen enim id in pera ſemper geſtare ſolebant. vnde Ariſtoteles, ὃν ἀνδῶν χὸ πρότης, ὃν ὄιδω, φησίν, πῶς ἀεὶ ἐσόμεμ φιλόλυ ξκα, διχμώντι χρίνις. Turn. cap. 29. lib 25.
c Theophr. cap. 10. lib. 9. hiſt. Seruius, *Nonnulli propriè calamos lupinorum alas dici putant, vt Ælius: ala ex lupino, ſurculi ſine foliis. Ceterò in Originibus, Ala ex lupino. Meminit tamen Varronem de lingua Latina, alam culmum fabæ dicere.* Hac Seruius.
d Idem ibid. & cap. 12. lib. 1.
e Infrà, c. 17. vltimo huius libri: In ſolo autem rubricoſo, vel pullo, vel harenoſo, ſi non ſit aquoſum, lupinum ſerendum.

[a] *De vicia, & eruo.* CAP. XV.

ET vicia pinguéſcunt arua, nec ipſa agricolis operoſa: vno ſulco ſata, non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud quàm deoccatur. Sationis eius tria tempora: Circa occaſum Arcturi, vt Decembri menſe paſcat, tunc optimè ſeritur in ſemen. Acquè nanque fert depaſta. Secunda ſatio menſe Ianuario eſt: nouiſſima Martio, tum ad frondem vtiliſſima. Siccitatem ex omnibus, quæ ſeruntur, maximè amat: non aſpernatur etiam vmbroſa. Ex ſemine eius, ſi lecta matura eſt, palea cæteris præfertur. Vitibus præripit ſuccum: langueſcúntque, ſi in [f] arbuſto ſeratur. Nec erui operoſa cura eſt. Hoc ampliùs, quàm vicia, runcatur, & ipſum [b] medicaminis vim obtinens. Quippe per eruum Diuum Auguſtum curatum, epiſtolis ipſius memoria extat. Sufficiunt ſingulis boum iugis modij quini ſati. Martio menſe ſatum, noxium eſſe [c] bubus aiunt, item autumno grauedinoſum: innoxium autem fieri primo vêre ſatum.

f arbuſtis. M.

ANNOTATIONES.

a Columella cap. 11, lib. 2. & cap. 2, lib. 11. Palladius lib. 2.
b Vide infrà cap. 25. lib. 22. Erui medicinas, inde De eruo quædam, & deinceps.
c Pabulo ſuo eos reddere cerebroſos Columella tradit, cap. 1. lib. 2. id eſt, grauedinoſos.

De fœno Græco, & farragine, & de ocymo, & medica, & cytiſo. CAP. XVI.

ET [a] ſilicia, hoc eſt fœnum Græcum, [b] ſcarificatione ſeritur, non altiore quatuor digitorum ſulco: quantóque peius tractatur, tanto prouenit melius. [1] Rarum dictu, eſſe aliquid cui proſit negligentia. Id autem quod ſecale [2] atque [c] farrago appellatur, occari tantùm deſiderat. Secale Tautini ſub Alpibus aſiam vocant, [3] deterrimum, & tantùm ad arcendam famem [4] vtile: fœcunda, ſed gracili [5] ſtipula, nigritia triſte, ſed pondere præcipuum. Admiſcetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius: & tamen ſic quoque ingratiſſimum ventri eſt. Naſcitur qualicunque ſolo cum centeſimo grano: ipſúmque pro lætamine eſt. [d] Farrago ex recrementis farris prædenſa ſeritur, admiſta aliquando & vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia hæc pabularia: degenerántque ex leguminibus quæ vocatur [6] cracca: in tantum columbis grata, vt paſtas ea, negent fugituas illius loci fieri. Apud antiquos erat pabuli genus, quod [e] Cato [7] ocymum vocat, quo [8] ſiſtebant aluum bubus. [f] Id erat è pabulis, ſegete viridi defecta, antequam gelaret. Sura [9] Manlius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios decem, viciæ duos, tantundem [10] eruiliæ in iugero autumno miſceri & ſeri ſolitum. Melius & [g] auena Græca, cui non cadit ſemen, admiſta. Hoc [h] vocitatum ocymum, boúmque cauſa ſeri ſolitum. Varro appellatum à celeritate proueniendi, è Græco quod [11] ὠκὺς dicunt. Medica [i] externa etiam [12] Græciæ, vt à Medis aduacta per bella Perſarum, quæ Darius intulit: ſed vel in primis dicenda. Tanta dos eius eſt, [13] cùm vno ſatu [k] amplius quàm tricenis annis duret. Similis eſt trifolio, [14] caule foliíſque geniculata: [15] quicquid in caule aſſurgit, [l] folia contrahuntur. Vnum de ea & cytiſo volumen Amphilochus fecit [16] confuſim. Solum, in quo feratur, elapidatum purgatúmque [m] ſubigitur autumno: [17] mox aratum & [18] occatum integitur crate iterum [19] & tertium, quinis diebus interpoſitis, & ſimo addito. Poſcit autem ſiccum ſuccoſúmque, vel riguum. Ita præparato ſeritur

a Mirum,
2 ac. M.
3 aterrimum. Vet.
4 vtile, in CH. d.
5 fiſtula. Vet.
6 arachos. Theo. & Dioſc. eruca. CH.
7 ocymum. Turn. & hic, & inox. & CH.
8 ciebant. ex Varro. vel citabant
9 Manlius. Turn. & CH.
10 eruiliæ autumno miſceri. & in iugeri ſerere ſolito. Vet. Legitur & ſolitus, in M.
11 ὠκὺς. Turn. & CH.
12 Græ. eſt, vt. CH.
13 cùm ex vno. CH.
14 poſtea caule. fol. CH. & Turn.
15 ea cùm in caulem aſſ. in folio contrahitur Vet.
16 cõfuſum. M. Turn. & CH.
17 Lego ex Colum. Martio tertiatum & occatum integitur.
18 occultum. CH.
19 ac. CH.

ſeritur[n] menſe Maio, aliàs pruinis obnoxia. Opus eſt denſitate ſeminis omnia occupari, internaſcentéſque herbas excludi. Id præſtant in iugera modia vicena: [20] Cauendum ne adurat, terráque protinus [21] integi debet. Si ſit humidum ſolum herboſum vincitur, & deſciſcit in pratũ. Ideo protinus altitudine vnciali herbis omnibus liberanda eſt manu potius, quàm ſarculo. Siccatur incipiens florere, & quoties refloruit. Id ſexies euenit per annos, cùm minimum, quater. In ſemen matureſcere prohibenda eſt, quia pabulum vtilius eſt vſque ad trimatum. Verno ſeri debet, liberaríque cæteris herbis: ad trimatum. marris ad ſolum radi. Ita reliquæ herbæ intereunt ſine ipſius damno, propter altitudinem radicum. Si euicerint herbę, remedium vnicum [22] eſt aratio, ſæpius vertendo, donec omnes aliæ radices intereant. Dari non ad ſatietatem debet, ne deplere ſanguinem neceſſe ſit. Et viridis vtilior eſt. Areſcit ſurculoſè, ac poſtremo in pulueremem inutilem extenuatur. De cytiſo, cui & ipſi principatus datur in pabulis, affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium natura peragenda eſt: cuius in parte de [23] vitiis quoque dicatur.

20 vindemia dura terra protinus &c. Alij, Mouendum ne adurat. Turn. Caueu. ne adurat. Alij.
21 integri. Turn.
22 aratio. CH. Leg. in aratro.
23 morbis. CH.

ANNOTATIONES.

a Siliqua Columellæ cap. 11. lib. 2.
b Terra leuiter ſcalpta.
c γράεις & πράεις Græcis.
d Columel. loco citato, & Varro lib. 1. cap. 31.
e Cap. 54.
f Id erat è fabali ſegete viridi deſecta antequam genat ſiliquas. Ex Varrone ad verbum cap. 31. lib. 1. Rei Ruſt. ocymum Græcis dictum, vel quòd creſcat & deſecetur celeriter, vel quòd aluum citet pecudibus. Latinis, farrago, quaſi ferrago, quòd ferro præpropere demetatur, vel à farre, quod far in eum vſum principio ſatum ſit. Eſt autem pabulum quadrupedum, præſertim equorum, mulorum, boum, vêre collectum è ſegete viridi præciſa: Monſpeſſulanis *Ferrage.* Fiebat olim à fabali ſegete ſola. Quidam, vt Manlius ſcripſit, addiderunt viciam & eruiliam, vtriuſque partem quintam: quidam auenam Græcam. Varro miſcet hordeum, viciam, & alia legumina. Monſpeſſuli tritici, auenæ, hordei, & ſiliginis, quam *Paumole* vocant, purgamenta mixta ſeruntur: cùm ſeges in tantum adoleuit, vt propemodum caulis tenellus articulis incipiat diſtingui, pecus alligata ſune, & ad ſtatutum palum vel arborem reuincta, immittitur quod depaſcat, ea medicina toto anno, vt creduntur, ualitura, & à morbis tuta immuniſque futura.
g Non ſylueſtri, quam ſterilem Virgilius appellauit. Aucua Græca bromos: auena cui ſemen cadit, ægilops.
h Apud Nonium in Gogere, Varro, Virgula diuina, pancarpinion vocat:

Sed pancarpinio ocymo ſubacta,
Libamenta legens caduca vêris.

Sic autem vocatum fuit, quòd ex quouis frugis, ac leguminis genere ſeratur.
i Theophr. cap. 8. lib. 8. hiſtor. Colum. cap. 12. lib. 2.
k Annis decem durat Palladio, ſic vt quotannis quater vel ſexies recidatur, cap. 1. lib. 5. Idem & Colum.
l Id porrò eſt, quod ait Dioſcor. cùm recens prodit, prætenſi trifolio ſimilem eſſe: cùm aſſurgit, foliis anguſtioribus fieri.
m Proſcinditur circa Cal. Octobr. Columel.
n Menſe vltimo Aprili. Columel.

De vitijs frugum, & [a] remedijs, quid in quoque terræ genere debeat ſeri. CAP. XVII.

PRimum omnium [b] frumenti vitium [c] auena eſt: & hordeum in eam [d] degenerat: ſicut ipſa frumenti fit inſtar quippe cùm Germaniæ populi ſerant eam, neque alia [e] pulte viuant. Soli maximè cælíque humore hoc euenit vitium. Sequentem cauſam habet imbecillitas ſeminis, [1] cùm diutius retentum eſt terra, prius quàm erumpat. Eadem eſt ratio, ſi carioſum fuit cùm ſereretur. Prima autem ſtatim eruptione agnoſcitur: ex quo apparet in radice eſſe cauſam. Eſt & aliud ex vicino auenæ vitium, cùm amplitudine inchoata granum, ſed nondum matura, prius quàm [2] roboretur corpus, afflatu noxio [3] caſſum & inane in ſpica euaneſcit quodam [4] abortiuo. Venti autem tribus temporibus nocent frumento & hordeo: in flore, aut protinus cùm defloruere, vel [f] matureſcere incipientibus. Tum enim [g] exinaniunt grana: prioribus cauſis naſci prohibent. Nocet & Sol creber è nube. Naſcuntur & vermiculi in radice, cùm ſementem [h] imbribus ſecutis, [i] incluſerit repentinus calor humorem. Gignuntur & in grano, cùm ſpicæ [6] pluuiis calor inferueſcit. Eſt & [7] cantharis dictus ſcarabæus paruus, [i] frumenta erodens. Omnia ea animalia cũ cibo deficiunt. Oleũ, pix, adeps, contraria ſeminibus, cauendumq; ne contacta eis ſerantur. Imber in herba vtilis tantùm: florentibus autem frumento & hordeo nocet, leguminibus innocuus, præterquàm ciceri. Matureſcentia frumenta imbre læduntur, & hordeũ magis. Naſcitur & herba alba, panico ſimilis, occupans arua, pecori quoq; mortifera. Nam loliũ & tribulos, & carduos, lappáſque, non magis quàm [k] rubos, inter frugum morbos potius, quàm inter ipſius terræ peſtes numerauerim. [l] Cæleſte frugum vinearúmque malum, nullo minus noxium eſt rubigo. Frequentiſſima hæc in roſcido tractu, conuallibúſque, ac perflatum non habentibus. E diuerſo carent ea ventoſa & excelſa. Inter vitia ſegetum & [m] luxuria eſt, cùm [8] onerata fertilitate procumbunt. Cómune autem

1 ſi. CH. di. retenti terra. M.
2 roboret. CH.
3 caſcum. Turn.
4 abortu. Vet. & CH. euan. parti quodam abortiuo. Dal.
5 incluſit. CH.
6 pluuius. Turn. in pluuiis. M.
7 cantharidis ſcarabæus. Turn. & CH.
8 onerata. Vet.

aurem omnium ſatorum vitium [9n] vrica, etiam ciceris, cùm ſalſilaginem eius abluendo imber dulcius id facit. Eſt herba, quæ cicer enecat & eruum, circunligando ſe: vocatur [o] orobanche: Triticum ſimili modo Pæra: Hordeum feſtuca, quæ vocatur ægilops: Lentē [10] herba[q] ſecuridaca, quam Græci à ſimilitudine pelecinon vocant. Et hæ quidem complexu necant. Circa Philippos [11r] ateramnon nominant in pingui ſolo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, cùm vdam quidam vētus afflauit. Æræ granum minimum eſt in cortice aculeato. Cùm eſt in pane, celerrimè vertigines facit: aiúntq; in Aſia & Græcia balneatores, cùm velint turbam pellere, carbonibus id ſemen iniicere. Naſcitur & phalāgion in eruo, beſtiola aranei generis, ſi hyems aquoſa ſit. Limaces naſcuntur in vicia; & aliquando è terra cochleæ minutæ, mirū in modum erodentes eam. Et morbi quidem ferè hi ſunt. [5] Remedia eorum, quæcunq; pertinent ad herbas, in ſarculo, & cùm ſemen iactatur, cinere. Quæ verò in ſemine & circa radicem conſiſtunt, præcedēte cura cauentur. [12] Vina antè ſemine perfuſa, minus ægrotare exiſtimāt. Virgilius nitro & amurca perfundi iubet fabam: [13] ſic etiam grandeſcere promittit. Quidam verò, ſi triduo ante ſatum vrina & aqua maceretur, præcipuè adoleſcere putant. Ter quidem [14] ſarritam modium [15] fractæ è modio ſolidæ reddere. Reliqua ſemina cupreſſi foliis tuſis ſi miſceantur, non eſſe vermiculis obnoxia, nec ſi interlunio ſerantur. Multi ad milij remedia, rubetam noctu aruo circumferri iubent, prius quàm ſarriatur, defodíq; in medio incluſam vaſe fictili: ita nec paſſerem, nec [16] vermē nocere: ſed eruendam prius quàm metatur, alioqui amarum fieri. Quin & armo talpæ cōtacta ſemina vberiora eſſe. Democritus ſucco herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis naſcens [17t] tabulíſve, Latinè verò ſedum aut digitellum, medicata ſeri iubet omnia ſemina. Vulgò verò, ſi [18] dulcedo noccat, & vermes radicibus inhæreant, remedium eſt, amurca pura, ac ſine ſale ſpargere, deinde ſarrire ſi in articulum ſeges ire cœperit, runcare, ne herbæ vincant. Peſtem à milio atque panico ſturnorum paſſerúmve agmina ſcio abigi [u] herba, cuius nomen ignotum eſt, in quatuor angulis ſegetis defoſſa: mirum dictu, vt omnino nulla auis intret. Mures abiguntur cinere muſtelæ, vel felis diluto, & ſemine ſparſo, vel decoctarum aqua. Sed redolet virus animalium eorum etiam in pane. Ob id felle bubulo ſemina attingi vtilius putant. Rubigo quidem, maxima ſegetum peſtis, lauri ramis in aruo defixis, tranſit in [19] earum folia [20] ex aruis. Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat: [30] & depaſtæ quidem, vel [21] ſæpius, nullam in ſpica iniuriam ſentiunt. [22] Retonſarum etiam ſemel, omnino certum eſt, granum longius fieri, ſed [x] inane [23] caſſúmq;, ac ſatum non naſci. Babylone tamen bis ſecant, [24] tertio depaſcunt: alioquin folia tantùm fierent. Sic quoque cū quinquageſimo fœnore meſſes reddit [25] exilitas ſoli: verùm diligentioribus cum centeſimo [26] quinquageſimo. [y] Neque eſt cura difficilis, quàm diutiſſimè [27] aqua rigandi, vt præpinguis & denſa vbertas diluatur. Limū autem non inuehunt Euphrates Tigriſque, ſicut in Ægypto Nilus. Nec terra ipſa herbas gignit. Vbertatis tamen tantæ ſunt, vt ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges, impreſſis veſtigio ſeminibus: quæ tanta ſoli differentia admonet terræ genera in fruges deſcribere. Igitur [z] Catonis hæc ſententia eſt: [aa] In agro craſſo & læto frumentū ſeri. [28] Si verò nebuloſus ſit idem, rhaphanum: milium, panicum in frigido & aquoſo priùs ſerendum, poſteà in calido. In ſolo autē rubricoſo, vel pullo, vel harenoſo, ſi non ſit aquoſum, lupinū. [bb] In creta & rubrica, [28] & aquoſiore agro [cc] adoreum. In ſicco & nō herboſo, nec vmbroſo, triticū. In ſolo valido fabam. Viciam verò quàm minimè in aquoſo herbidóq;. Siliginem & triticū in loco aperto editóque, qui ſole quàm diutiſſimè torreatur. Lentē in [29] frutectoſo & rubricoſo, qui nō ſit herbidus. [dd] Hordeū in nouali, & in aruo, q[d]ec reſtibile poſſit fieri: trimeſtre, vbi ſementem maturam facere non [30] poſſit, & cuius craſſitudo ſit reſtibilis. Subtilis & illa ſententia, Serenda ea in tenuiore terra, quæ nō multo indigent [31] ſucco, vt [32] cytiſus & cicer, exceptis leguminibus quæ velluntur è terra, nō ſubſecantur. Vnde & legumina appellata, quia ita leguntur. In pingui autē, quæ [33] cibi ſunt maioris, vt olus, triticum, ſiligo, linum. Sic ergo tenue ſolum hordeo dabitur: minus enim alimenti radix poſcit:

9 eruca. Turn. vricæ. CH.
10 herba ſecuricla. Turn. & CH.
11 ateramum. CH.
12 vino antè ſemina perf. M. & CH.
13 ſic eam. CH. in emend.
14 farrum. Turn. ſatam. CH.
15 fractæ. Alij.
16 vermes. CH.
17 ſtabuliſve. Alij. Nihil mouro. caballis inſtum. Turn. tabuliis æſtum. Alij. & CH. nolle tenui: fortaſſis, tabuliſve veſtis.
18 vredo. CH.
29 ea. M. & Leg eorum.
20 ex herbis. Vet.
21 ſuibus. M.
22 Retonſarum. CH.
23 caſſumque. Turn. & CH.
24 tertium. CH.
25 felicitas. Burdæus ex Theoph. fertilitas. Vet.
26 quinto decimo. CH.
27 aquari gaudent. Vet.
28 Si verò nebuloſus ſit idem, rhaphanum, millium, panicum. In frigido & aquoſo & priùs ſerendum, poſtea in calido. Sic alij, & CH.
28 & vligine. Cato.
29 rudecto. Cato. frutecto. CH.
30 poſtis. Cato.
31 ſuctu. CH. in emēd. ſumptu.
32 cytiſum. Dal.
33 cibi. CH. in emēd. curæ.

ſcit: leuior terra denſiorque tritico. In loco humili far adoreum, potius quàm triticum, ſeretur, temperato & triticum & hordeum. Colles robuſtius, ſed minus, reddunt triticum. Far & ſiligo, [34] & cretoſum & vliginoſum ſolum ſortiuntur.

34 & creroſo & vligi noſo ſolo ſeruntur. Ch. in emend.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 10. lib. 8. hiſtor. & 17. lib. 3. Cauſſ.
b Præſertim Zeæ.
c ἀίγιλωψ Theophr. Auena calamina eſt tibia. Mart. *Dum tua multiformi vincat auena tubam.* Virg. *Sylueſtrem tenui Muſam meditaris auena.* Auena, culmus, ſtipula. Vir. *Expectata ſeges vanis elueſit auenis.* Auena herba ſegetes necans. Virgil. *Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.* Symmachus, *Nec rubigo ſegetibus obfuit, nec auena fruges necauit: ſacrilegio annus exanuit.* Turn. cap. 3. 17. & 19. 19. & 19. 30.
d Nuſquam id Theophraſtus, ſed cap. 1. lib. 4. Cauſſ. triticum & hordeum ſola in lolium degenerare ſcribit.
e Eam hodie pultem quotidiano vſu frequentiſſimam Germani vocant. *Abremoux.*
f Augeſcente fructu, μεωκάρπωσιν τῶ καρποῦ: cū magna & diuturna flatuum vis fuerit. Th.
g ξηρασίαισιν ἀφανίσωσι, ſiccant & arefaciunt, Theophr. qui & ſolem ex nube vocat ὑπνίζειαν.
h Theo. cap. 27. 3. Cauſſ. cùm poſt ſementem Auſter crebrò ſpiraverit. Rationem, quam hic Plinius reddit, Theophraſtus affert, cur in eruilia, cicercula & piſo vermes naſcantur, ἔτεα, inquit, ὑγραυθῶσι, μὴ θερμαινόμενα γὰρ νικᾶται.
i Theophr. quidem cap. 10. lib. 8. hiſt. in eruo phalangium, in tritico naſci cātharidē ſcribit, ſed nuſquam à cātharide tritici ſi rodi.
k Spinas, ſentes, quibus terra occupatur, horreſcit, ſq uallet, & ſtat. His peſtibus addit Feſtus, Scandulacam, voluuli genus, frugibus inimicum, quòd eas hederę modo implicando necat: quidam orobanchen interpretantur. Idem Feſtus ſenticera ea Veſpices appellari dixit, quoniam ſpicatæ ſunt, id eſt, aculeis munitæ & armatæ.
l Theophr. cap. 10. lib. 8. hiſtor. & cap. 17. lib. 3. Cauſſ.
m φυλλομανίας, Theophr. cap. 7. lib. 8. hiſt. inſana ſoliorū luxuria.
n σφενδαμίνῳ, Theophraſto. Quidam, eruca. Cicer τὸν τῶν πεμπτῶν καθαίρεσθαι ſcribit ille. cap. 10. lib. 8. hiſtor. Idem tamen cap. 6. nulla τῶν παμπτῶν facta mentione, σφενδαλίδας ait. Locus ex cap. 10. hic eſt. τῶν ζ σπερμάτων νοσήματα τὰ μὲν νοσῶ πάντων δῆλα, ὅσον ἰρυσίβη, τὰ δ' ἴδια τινῶν, οἷον σφενδαμίνῳ τὸ ἐρεβίνθῳ δὲ τὸ ἀπὸ πομπῶν ἐσθίεσθαι, μὴ ὑπὸ ψυλλῶν θυρίων, &c.
o τῶν ἐροβάγχῃ significatione & interpretatione. Orobanches circumplexu necari cicer, & eruum tradit Plinius autoritate Theophraſti nixus cap. 22. lib. 5. Cauſſ. Alia orobanche eſt Dioſcorid. vt eius deſcriptio monſtrat. Hic tamen ex Theo. loco ſuprà citato, contrà quàm multi putant cēſendum eſt, lolium amplexu ſuo triticum minimè necare, ſed quòd, vt idem diſertè ait, ſimul cum eo proueniat. Vide cap. 8. lib. 8. Hiſtor.
o Theophr. cap. 22. lib. 5. Cauſ. Lolium non complexu triticum necat, ſed, vt ait idem author, quia ſimul prouenit.
q Theophr. cap. & lib. 8. Hiſtor. Securidaca aphacam necat, nō lentem. Pro ἀφάκῳ, Plinius legit φακῷ. In lente naſcitur aracus, durus & ſcaber, eius peſtis, itemque aparine.
r τηράμενα & ἐθηράμενα legumina dicūtur, præſertim faba & lēs. Theophr. cap. 13. & 14. lib. 4. Cauſ. coquibilia, & coctu difficilia, qualis eſt faba circa Philippos. Vnde Plinius, aut eius libertus authorum Græcorum, exſcriptor, ex ijs duabus vocibus herbarum nomina tam puerilitèr ac ridiculè ſomniauerit, cogitare non poſſum.
s Colum. cap. 9. lib. 2.
t Domicilium tabularum Romanis antiquiſſimum fuiſſe Verrius autor eſt.
v Eius rurſum meminit infrà cap. 3. lib. 2.
x Camatian id vocant. Theophr.
y Culturæ modus, inquit Theophr. vt quàm diutiſſimè reſtagnet, & maneat aqua, eiuſque mora multus limus fiat, &c. ὕστε πολὺν (non ὅλον) πολὺν ἐφ' ἑαυτῆς ποιεῖν.
z Cap. 34. & cap. 6.
aa Agrum ſine arboribus, craſſum & lætum, frumētarium eſſe.
bb Vide ſuprà cap. 14.
cc Far, frumentum. Hæc quæ antea cap. 6. edixerat, cap. 34. Cato repetit.
dd Plutarchus lib. de Cauſis naturalibus prouerbium ruſticorum memorat, σίτευε ἐν πολλῷ, κριθὰν δ' ἐν ὀλίγῳ. In luto triticum, hordeum in puluere, id eſt, leui ac ſolubili terra.
ee Continuo biennio ſeri poſſit farrea ſpica, id eſt, ariſtata: quod ne fiat, excipiunt qui locant prædia. Verrius.

De prodigijs frugum, & arandi diſciplina, & vomerum generibus. CAP. XVIII.

[30] ET [1] frugibus oſtentum [a] ſemel (quod equidem inuenerim) accidit, P. Ælio, Cn. Cornelio Coſs. quo anno ſuperatus eſt Annibal. In arboribus enim tū nata produntur frumenta. Et quoniam de frugum terræque generibus abūdè diximus, nūc de arandi ratione dicemus, ante omnia Ægypti facilitate commemorata. [b] Nilus ibi coloni vice fungēs, euagari incipit, vt diximus, à ſolſtitio [2] aut noua Luna, ac primò lentè, deinde vehementius, quàm diu in Leone ſol eſt. Mox pigreſcit in Virginē tranſgreſſo, atque in Libra reſidet. Si duodecim cubita non [3] exceſſit, fames certa eſt. Nec minus, ſi x v i. exuperauit. Tanto enim tardius [4] decedit, quanto abundantius creuit, & ſementem arcet. Vulgò credebatur, ab eius deceſſu ſerere ſolitos, mox ſues impellere veſtigijs ſemina deprimentes in madido ſolo: & credo antiquitus factitatum. Nunc quoque non multo [5] grauiore opera: ſed tamē inarari certum eſt [6] abiecta prius ſemina in limo [7] digreſſi amnis, hoc eſt, Nouembri mēſe incipiente, poſteà pauci runcant, quod [c] botaniſmon vocant. Reliqua pars nō niſi cū falce arua viſit paulo ante Calend. Aprilis: Peragitur autē meſſis Maio, ſtipula nunquam cubitali. Quippe ſabulum ſubeſt, granumque limo tantū continetur. Excellentius Thebaidis [8] regioni frumentum, quoniam paluſtris Ægyptus. Similis ratio, ſed felicitas maior [9] Babyloni ac Seleucię, Euphrate atque Tigri reſtagnātibus, quoniam rigandi modus ibi manu temperatur. Syria quoque tenui ſulco arat, cū multifariam in Italia octoni boues ad ſingulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturæ, ſed in hac quidem maximè valet oraculum illud, Quid [10] quæque regio [50] patiatur. Vomerum plura genera: Culter vocatur, prędenſam, prius quàm proſcindarur, terram ſecans, futuriſque ſulcis veſtigia præſcribens inciſuris, quas reſupinus

1 Et in frug. M.
2 & noua. Vet.
3 Exceſſerit. M.
4 decidit. CH.
5 grauiora. M.
6 abiecto prius ſemine Vet.
7 degreſſi. CH.
8 regionibus. M. regionis. Alij.
9 Babylonię Seleuciæ. Vet.

in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, 11 rostrati vectis. Tertium in solo facili, nec toto porrectū dentali, sed exigua cuspide in rostro. Latior hæc quarto generi, sed 12 exactior in mucronē fastigiata, 13 eodemq; gladio scindens solum, & acie laterum radices herbarum secans: id non pridem inuentum in Rhætia. Galliæ duas addiderunt 14 tali rotulas, quod genus vocant d planarati. Cuspis effigiem palæ habet. Serunt ita 15 non nisi culta terra, & ferè noua. Latitudo vomeris cæspites versat. Semen protinus injciunt, cratésque dentatas super trahunt. Nec sarriēda sunt hoc modo sata: sed 16 porcellis binis ternísque sic arant. Vno boum iugo 17 censeri anno 18 facilis soli quadragena iugera, difficilis tricena, iustum est.

11 rostratum, vti vetūs. CH. facili, vomere toto non porrecto dentali.
12 acutior. M. & acutior. Alij. & CH.
13 eademque (sub. cuspis.)
14 tali, in Vet. d. stiuæ rot. q. g. u. planarum. Alij. quòd nūpe in planis & pinguibus eo potissimū vtantur. plaumorati. Turn. & CH.
15 non culta ter. sed ferè noua. Dal.
16 protelis. M. Turn. & CH.
17 cōseri aruo. Dal.
18 facili. CH.

ANNOTATIONES.

a Huius meminit & Liuius.
b Hæc omnia ex Herodoto lib. 2.
c βοτανίζειν dixit etiam Theophrastus, ὑποτίλλειν τὸν βοτάνην. Rustici Lugdunenses, *herbeer*. Victor. cap. 8. 36.
d Gallicum vocabulum integrum & incorruptum est *pflugrade*: quod alij in *plumarat*, alij in *planarat* detorserunt. Glareanus in Comment. Cæsar.

De temporibus arandi, & iunctione boum. CAP. XIX.

1 reseruandum. CH.

IN arando magnopere 1 seruandum est Catonis oraculum: Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Sulco vario ne ares. Tempestiuè ares. Tepidioribus locis a à bruma proscindi arua oportet. frigidioribus ab æquinoctio verno. Et maturius sicca regione, quàm humida. Maturius densa terra, quàm soluta, pingui quàm macra. Vbi siccę & graues çstates, terra cretosa aut gracilis, vtilius inter solstitium & autumni æquinoctium aratur. Vbi leues æstus, frequentes imbres, pingue herboso sumque solum, ibi melius caloribus. Altum & graue solum etiam hyeme moueri placet: tenue valde & aridum, paulo ante 2 sationis tempus. Sunt & hic suæ leges. Lutosam terram ne tangito. Vi omni arato: prius quā 3 ares, proscindito. Hoc vtilitatem habet, quòd inuerso cæspite herbarum radices necantur. Quidam vtique ab æquinoctio verno proscindi volunt. Quod vêre semel aratum est, à temporis argumento b veruactum vocatur. Hoc in nouali 4 atque requieto necessarium est. Nouale est, quod alternis annis seritur. c Araturos boues quàm arctissimè iungi oportet, vt capitibus sublatis arent: sic minimè colla contundunt. Si inter arbores vitésque aretur, fiscellis 5 capistrari, ne germinum tenera præcerpant. 6 d Securiculam insitiuam pendere, qua intercidantur radices, Hoc melius, quàm conuelli aratro, bouésque e luctari. In arādo f versum peragi, 7 nec g stri are in actu sępius. Iustum est proscindi h sulco dodrantali iugerum vno die, iterari sesquiiugerum, si sit facilitas soli: si minus, proscindi semissem, iterari assem: quando & animalium labori natura leges statuit. Omne aruum rectis sulcis, mox & obliquis subigi debet. In collibus transuerso tantùm monte aratur, sed modò in superiora, modò in inferiora 8 rostrante vomere. Tantúmque est laboris homini, vt etiam boum vice fungatur. Certè sine hoc animali montanæ gentes sarculis arant. Arator, nisi incuruus, præuaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caueatur, vbi inuentum est. Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus 9 i rulla. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. k Malè aratur aruum, quod satis frugibus occandū est. Id demum rectè subactum erit, vbi non intelligetur vtrò vomer ierit. In vsu est, & collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam 10 deducant.

2 sationum. CH.
3 aras. CH.
4 æquè. CH.
5 capistrantur. CH.
6 Sericulam. CH.
7 nec striga re in actu spiritus. M. & Pelisserius. CH.
8 reptante. Ver.
9 rallo. M. CH. Turnalla. Alij. rulla. Alij.
10 educāt. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 35. lib. 3. Causs. Cato cap. 34. Columel. cap. 2. lib. 3. cap. 4. lib. 2. Virgil. 1. Georgic.
b Rudis terra Varroni cap. 44. 1. quę iam diu culta non est: Restibilis, quæ quotannis obsita fuerit: veruactum in exemplarib. Columellæ manuscriptis veteretum, quæ requieuerit interdum.
c Colum. cap. 2. lib. 2. Varro cap. 19. & 20. lib. 1.
d Falculam rustariam Cato vocat, qua rure secantur rubi per agrum serpentes. Turn. ca. 26. lib. 13. Insitiuam hic quidam exponunt, vtuo aut clauo inserram, vt ex eo pendeat. Quidam legunt incisitiuam ab incidendo, siue, vt ait, intercidendo.

Græci

e Græci ἀμπρόσω id dicunt, nempe maximo nisu trahere, ἀπὸ τῆς μακρὸς, fune quo boues trahunt, vel ligno iugali, cui collum iterunt. Vide Rhodig. cap. 18. lib. 26.
Versus peragitur, cum sulco ad finem perducto, iterum eò restitur vnde arationis principium est susceptum: quaratione, metaphoricōs Varro dixit solstitiū esse, cùm Sol ad versum proximè stat: & Pausanias βουστροφηδὸν γράφειν dixit eo modo scribere, cō trà quàm nobis mos sit.
f Scalig. ἀπὸ τῆς τῶν νώτων ἐκβολῆς, nempe virgata & canaliculata cælatura, striaturaque, depressus canaliculus τρὶξ dicitur: stria verò quod eminulum ac protuberans, instar virgæ à summo ad mium dirigitur. Inde Apuleio striata frons, rugosa, caperata, rugis exarata. Striare, siue strigare, Græcis est ῥυμοτομῶ, nempe lineis rectis per longitudinem. Διαγράψειν ῥυμοτομῶν πρωτόκλου Iosepho: ῥυμοτομῶν καὶ διαγραφῶν φυτεύσεως ἀλεξάνδρειαν Diodor. Vide Scalig. Append. Virgil.
g Sulcus Varroni de Re rust. quà ararum vomere lacunam fecit in stiriam. Quod inter duos terræ elatæ est, Porca, quòd in ea seges frumentum porrigit: vel a porcendo, id est prohibendo apud Nonium, quia vltra se iacti semen prohibet.
i An rallo, id est, rallo præfixus. Rallum, ferramentum, quo raditur vomer & inhærente terra liberatur, atque purgatur. nomē habet à radendo. Legi potest & ralla, quam vetus lexicon ῥυτῆρα exponit. Turn.
k Veterum Romanorum id dictum fuisse, Columella scribit.

De occando, & quodam arationis genere, & de iteratione & resectione. CAP. XX.

10

ARatione per transuersum iterata, a occatio sequitur, vbi res poscit, crate vel rastro, & sato semine iteratio. Hæc quoque vbi consuetudo patitur, crate 1 dētata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, 2 operientes semina: vnde primum appellata deliratio est. Quarto seri sulco Virgilius existimatur voluisse, cùm dixit optimam esse segetem, quæ bis solem, bis frigora sensisset. Spissius solum, sicut plerunque in Italia, quinto sulco seri melius est, in Thuscis verò nono. At fabam & viciam non proscisso serere sine damno, compendium operæ est. Non omittemus vnam etiamnum arandi rationem, in transpadana Italia bellorum iniuria excogitatā. Sallasi cū subiectos Alpibus depopularētur agros, panicū miliumq; iam excrescens tentauere. Postquàm respuebat natura, inararunt. At illæ messes 3 duplicatæ docuere. quod nunc vocant artrare, id est aratrare, vt credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, 4 cùm iam is bina ternáve emiserit folia. Nec recens subtrahemus exemplum, in Treuerico agro tertio ante hunc annum compertum. Nam cùm hyeme prægelida captæ segetes essent, reseuerunt, 5 resarrienees campos mense Martio, vberimasque messes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

1 contenta. CH.
2 operiēte. Alij. sub. crate, vel tabula. Ego, operiēte semina, quod lirare vocant &c. Vide Varr. cap. 29.
3 multiplicatæ (sic & CH.) docet quod nunc voc. aritare. M.
4 vel cùm. Ver.
5 & scient. CH.

ANNOTATIO.

a Occare Verrio ab occædendo, quòd grandeis glebas cædāt & comminuant: quod etiam Varroni lib. 1. de Re rust. scriptum est. Ciceroni verò in Catone maiore, & Sereno apud Nonium, ab occæcando, quòd iactas satasque fruges occulat, abdat, tegat, & quasi occæcet. Prius etymon secutus Gaza in vertendo Ciceronis Catone βωκοπείαν appellauit. Plaut. in Captiueis,

Sartor satórque scelerum, & messor maxime.
B. Non occatorem prius audebas dicere.
Nam semper occant prinsquàm sarriunt rustici.

Victorius cap. 24. 2. Scaliger in Festum occare dictum putat ab occa, id est, rastro.

De cultura terræ. CAP. XXI.

SIliginem, far, triticum, semen, hordeum occato, sarrito, runcato quibus dictum erit diebus. Singulæ operæ cuique generi in iugero sufficient. Sarculatio induratam hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis, nouósque soles admittit. Qui sarriet, caueat ne frumenti radices suffodiat. Triticum, hordeum, semē, fabam bis sarrire melius. Runcatio, cùm seges in articulo est, euulsis inutilibus herbis, frugum 1 radicem vindicat, segetémque discernit à cæspite. Leguminum cicer eadem, quæ far, desiderat. Faba runcari non gestit, quoniam euincit herbas: lupinum runcatur tantum. Milium, 2 panicum occatur & sarritur, non iteratur, non runcatur: 3 silicia & faseoli occantur tantum. Sunt genera terræ, quarum vbertas pectinari segetem in herba cogat. Cratis & hoc genus, dentatæ stylis ferreis. 4 Eadem nihilominus & depascuntur. Quæ depasta sunt, sarculo iterum excitari necessarium. At in Bactris, Africa, 5 Cyrene, omnia hæc superuacua 6 fecit indulgentia cæli, & semente non nisi 8 nonis mensibus in aream redeunt: quia siccitas coercet herbas, fruges nocturno tactas rore nutriens. Virgilius alternis cessare arua suadet, 9 & hoc, si patiantur ruris spatia, vtilissimum procul dubio est. Quod si neget conditio, far ferendum, vnde & lupinum, aut vicia, aut faba sublata sint, & quę terram faciant lætiorem. In primísque & hoc notandum, quædam propter alia se-

1 radices. CH.
2 nō occatur. M. nocatur. CH. in emēd. occatur.
3 & panic. M. & CH.
4 siliqua. Dal. id est, dolichus.
5 Eademque. CH.
6 Cyrenis CH.
7 terris fecit M.
8 nonis, in CH. d.
9 & hoc, in M. d.

ri obiter: sed parùm prouenire priori diximus volumine, ne eadem sæpius dicantur. Plurimùm enim refert soli cuiusque ratio.

De summa fertilitate, & bifera vite, & aquarum differentia. CAP. XXII.

CIuitas Africæ in medijs harenis, petentibus Syrteis Leptínque [1] magnam, vocatur [a] Tacape, felici super omne miraculum riguo solo: ternis ferè mil. pass. in omnem partem fons abundat, largus quidem, [2] sed certis horarum spatijs dispensatus inter incolas. Palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, fico Punica, illi vitis: sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno: omniáque aliena vmbra aluntur. Quaterna cubita eius soli in quadratum, nec vt à porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis, quaternis denarijs venundantur. Super omnia est, [3] biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur vbertas, [4] pereunt luxuria singuli fructus. Nunc verò toto anno metitur aliquid. Constatque fertilitati non [5] occurrere homines. [b] Aquarum quoque differentia magna riguis est. In Narbonensi prouincia nobilis fons Orge nomine est: in eo herbæ nascuntur in tantum expetitæ bubus, vt [c] mersis capitibus totis eas quærant. Sed illas in aqua nascentes certum est non nisi imbribus ali. Ergo suam quisque terram aquámque nouerit.

1 magna.CH.

2 sed & cer. hor. spat. dispensatur.CH.

3 bifera vite.CH.

4 pereat luxuria fructus.M.

5 præcurrere.Vet.

ANNOTATIONES.

a Suprà lib. 16. cap. 27. vites etiam triferas esse docens: Hoc autem, inquit, euenit perpetuò in Tacapensi Africæ agro, de quo plura aliàs, ea est soli fertilitas.

b Fundit is fluuium, quem Sulgam Strabo vocat, incolæ etiam num *Sorgue*.

c In Ligeri amne, qua per Vellaunos fluit passim hoc idem boues faciunt, & in Sebusianorum piscinis.

De qualitate terræ & stercoratione. CAP. XXIII.

SI fuerit illa terra quam appellauimus teneram, poterit [1] sublato hordeo milium seri, eo cõdito [2] rhaphanus: his [3] sublatis hordeum vel triticum, sicut in Campania: satísque talis terra aratur, cùm seritur. Alius ordo: vt vbi adoreum fuerit, cesset iiij. mẽsibus hybernis, & vernam fabam recipiat, [4] aut ante hyemalem ne cesset. [5] Necnon minus pinguis alternari [6] potest ita, si frumento sublato legumen tertiò seratur. Gracilior & in annum tertium cesset. Frumentum [7] quidam seri vetant, nisi in ea quæ proximo anno quieuerit. Maximam huius loci partem stercorationis obtinet ratio, de qua & priori diximus volumine. Hoc tantùm [8] vnum in confesso est, nisi stercorato seri nõ oportere: quanquã & hic leges sunt propriæ. Milium, panicum, rapa, napus, nisi in stercorato non [9] serantur. Non stercorato frumentum potiùs quàm hordeum serito. Item in noualibus, tametsi in illis fabam seri volunt, eandem vbicunque quàm recentissimè stercorato solo. Autumno aliquid saturus, Septembri mense fimum [10] inaret post imbrem. Vtique si verno erit saturus, per hyemem fimum disponat. Iustum est veh. x v i i j. iugero tribui: dispergere autem prius quàm [11] arescat, aut [12] iactato semine. Si hæc omissa sit stercoratio, sequens est, priùs quàm serat, [13] ante pulucrem. [a] Quod vt hanc quoque curam determinemus, iustum est [b] singulas veh. fimi denario ire, in singulas pecudes minores, in maiores denas: nisi contingat hoc, malè subtrauisse pecori colonum [14] appareat. Sunt qui optimè stercorari putent, sub dio [15] retibus inclusa pecorum mansione. Ager [16] si non stercoratur, alget: si nimiùm stercoratus est, aduritur: satiusque est id sæpe, quàm suprà modum facere. Quò calidius solum est, eò minus addi stercoris, ratio est.

1 sublato.CH.

2 rapa.M.

3 subiectis.CH.

4 vt an. hy. non cesser. Nimis pinguis. M.

5 Nec non, in CH. d.

6 potest. Ita sic vt fr. subiecto. CH.

7 seri quidem. CH.

8 enim.CH.

9 seritur.CH.

10 inarguet.CH.

11 arex CH. Corruptissimus est hic locus. Lego ex Colum. quàm serat. Si hæc &c. priusquàm sarriat, puluere stercoris ex auiarijs, vel ex primo stercore vt semine, (seminantis more, Colum.) iactato, sarculis terrã permisce.

12 iacto. Ver. & CH.

13 antè pluerit. Sed vt. Alij.

14 apparet. Dal.

15 cratibus, Vet. quãquam & retibus id lit.

16 si non fuerit stercoratus. CH.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a Quod hoc loco, sed. Cœlius ad Ciceronem, *Quod non dubito, quin te quoque hæc deliberatio sit perturbatura*. Aldus in Cæsarem.

b Iustum est singulas veh. fimi tricenis diebus (terdenis) prouemre in singulas &c. Columella de Re rust. lib. 2. cap. 15. Parùm autem diligentes existimo esse agricolas, apud quos minores singulæ pecudes tricenis diebus minus quàm singulas, itemque maiores denas veh. stercoris efficiunt. &c.

De bonitate seminum, & disciplina seminandi, & quantum ex quoque genere frumenti, in iugero serendum, & temporibus serendi. CAP. XXIIII.

SEmen optimum [a] anniculum, bimum deterius, trimũ pessimum, vltrà sterile: & in vno omnium definita genere ratio est. Quod in ima [1] area subsedit, ad semen reseruandum est. Id enim optimum, quoniam grauissimum: neque alio modo vtilius [2] discernitur. Quæ spica per interualla semina habebit, abijcietur. Optimum granum quod rubet, [3] & dentibus fractum eundem habet colorem: deterius, cui plus intus albi est. Certum terras alias [b] plus seminis recipere, alias minus. Religiosúmque inde primum colonis augurium, cùm auidiùs accipiat, esurire creditur, & comesse semen. Sationem locis humidis celeriùs fieri ratio est, ne semen imbre putrescat. Siccis seriùs, vt pluuiæ sequantur: ne diu iacens atque non concipiens, euanescat. Itemque festinata satione densum spargi semen, quia tardè concipiat. Serotina rarum, quia densitate nimia necetur. Artis quoque cuiusdam est, [c] æqualiter spargere. Manus vtique congruere debet cum gradu, sempérque cum dextro pede. Fit quoque quorundam occulta ratione, quòd [4] fors genialis atque fecunda est. Non transferendum est ex frigidis locis semen in calida, neque ex præcocibus in serotina: idque in contrarium præcepere quidam falsa diligentia. [d] Sereres in iugero temperati soli iustum est tritici aut siliginis modios v. farris aut seminis (quod frumenti genus ita appellamus) x. hordei v j. Fabæ quintam partem ampliùs quàm tritici, viciæ x i j. ciceris & cicerculæ & pisi i i j. lupini x. lentis i i j. sed hanc cum fimo arido seri volunt, erui v j. siliciæ v j. faseolorum i i i j. pabuli x x. milij, panici sextarios quatuor. Pingui solo plus, gracili minus. Est & alia distinctio. In denso, aut cretoso, aut vliginoso solo, tritici aut siliginis modios sex: in soluta terra nuda, & sicca, & læta, quatuor. [6] Macies enim soli maior, nisi rarum culmum habeat, spicam minutam facit & inanem. Pinguia arua [7] ex vna seminis radice fruticem numerosum fundunt, densamque segetem è raro semine emittunt. Ergo inter quatuor & sex modios pro natura soli, alij quinque non minus seri, plurésve præcipiunt: item in consito, aut cliuoso, [8] vt in macro. Huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum, [e] Segetem ne defruges. Adiecit [9] ijs Accius in Praxidico, vt sereretur, cùm Luna esset in Ariete, Geminis, Leone, Libra, Aquario. Zoroastres Sole xi j. partes Scorpionis transgresso, cùm Luna esset in Tauro. Sequitur huc dilata & maxima indigens cura de tempore fruges serendi quæstio, magnaque ex parte ratione siderum connexa. Quamobrem sententias omnium in primis ad id pertinentes exponemus. Hesiodus, qui [10] princeps omnium de agricultura præcepit, vnum tempus serendi tradidit à Vergiliarum occasu. Scribebat enim in Bœotia Helladis, vbi ita seri diximus. Inter diligentissimos conuenit, vt in alitum quadrupedúmque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus & terræ. Hos Græci ita definiunt, cùm sit calida & humida. Virgilius triticum & far à Vergiliarum occasu seri iubet, hordeum inter æquinoctium autumni & brumam: viciam verò fasceolos & lentem, Boote occidente: Quo fit, vt horum siderum aliorúmque exortus & occasus [11] digerendi sint in suos dies. Sunt qui & ante Vergiliarum occasum seri iubeant, duntaxat in arida terra, calidísque prouincijs. Custodiri enim semen corrumpente humore, & à proximo imbre vno die erumpere. Alij statim ab occasu Vergiliarum sequi imbres, à septimo ferè die. Aliqui in frigidis ab æquinoctio au-

1 areæ.M.

2 dispergetur.M.

3 & dein.M.

4 fors.CH.

5 in iugera tempera to sola.CH.

6 Macrum enim solum, nisi rarum.CH.

7 ex vno semine frut.CH.

8 aut in.Dal.

9 ijs Actius. Vet. his Artius.CH.

10 primus hominũ. CH in emend.

11 dirigendi.CH.

tũni:in calidis ſeriùs,ne ante hyemem luxurient.Inter omnes autem cõuenit circa brumam ſerendum non eſſe,magno argumento: quoniam hyberna ſemina, cùm ante brumam [12] nata ſint,ſeptimo die erumpant:ſi poſt brumam, vix x l. Sunt qui properent,atque ita pronuncient,feſtinatam ſementem ſæpe decipere,ſerotinam ſemper. E contrario alij,vel vêre potiùs ſerendum, quàm [13] malè in autumno. Atque vbi fuerit neceſſe,inter g Fauonium & vernum æquinoctium. Quidam omiſſa [14] cæleſti cura,vt inutili,temporibus definiũt.Vêre ſinum & auenam,& papauer: atque vti nunc [15] etiam tranſpadani ſeruant,vſque in h Quinquatrus: fabam,ſiliginem [16] Nouembri menſe: far Septembri extremo vſque in Idus Octobris.Alij poſt hunc diem in Calendas Nouemb.Ita his nulla naturæ cura eſt:illi nimia,& ideo cęca ſubtilitas:cùm res inter ruſticos geratur,literarumque expertes,non modò ſiderum. [17] Et confitendum eſt,cęlo maximè conſtare ea:quippe Virgilio iubente prędiſci ventos ante omnia, ac ſiderum mores, [18] neque aliter, quàm nauigantibus, ſeruari. Spes ardua & immenſa, miſceri poſſe cæleſtem diuinitatem imperitiæ: ſed [19] tentanda tam grandi vitæ emolumento. [20] Priùs tamen ſideralis difficultas, quam ſenſere etiam periti, ſubijcienda contemplationi eſt: [21] quòd deinde lætior mens diſcedat à cælo, & [22] facta ſentiat, quæ futura prænoſci non poſſint.

12 ſata ſunt.M.
13 malo autumno. CH.
14 cœl. ſubtilitate, temp.ſerunt.CH.
15 etiam, in CH. d. 6 Nouembre.CH.
16 Nouembri menſe: far Septembri extremo vſque in Idus Octobris.
17 ſed conf. Vet.
18 non aliter.Vet.
19 contemplãda ratione.M.
20 Plus.M.
21 quo.M.& CH.
22 facta.CH.

ANNOTATIONES.

a Theoph.cap.11.lib.8.hiſtor.
b Idem cap.6.lib.eod.Colum cap.13.lib.2.
c Vt in terram æquali copia cadant,& tempore,tam curioſa in hoc veterum diligentia,vt quę in proiectu vel cornua boum ferirent(κερόβολα vocabant) exiſtimarent ἄφορα, ἀτιλῆ,dura, ἀτίλεμτα,& minimè bonæ frugis.Theoph.Plutarchus,Rhodig.cap. 1.30. qua ratione & Plato κερόβολον hominem appellauit horridum,agreſtem, inconditum. Hac æqualitate cauent & ἐπιτιτραφῆναι,malum ingens,cùm in exceptum iam terræ ſemen, alterum inijcitur.
d Varro cap.44.lib.1.Columel.ibid.
e Cato cap.5.
f Hyeme ſicca & ſuda, vêre pluuio & humido fœcundam ſegetem eſſe monſtrat hoc carmen veteris poëtæ apud Feſtum.

Hyberno puluere,verno luto,grandia farra Camille metes.

Expreſſit & Virg.illam ſententiam his verſibus,

——hyberno lectiſſima puluere farra,
Latus ager,nullo tantum ſe Moeſia cultu
Tollat, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Cato,*Agro ſicco per ſementim,læto per ver.*Plutarch.in Quæ.nat. διὰ τί λέγεται,σίτου ἐν πολλῷ φυτεύθη,τέλει δὲ κριθὴ ἐν κόνει;Ratio eſt, quòd πυροφόρες χώρας πίων καὶ βαθεῖα,κριθοφόρες δὲ μᾶλλον ἀπίων καὶ ἰσχνοτέρα.Camillus,πατὴρ ἀμφιθαλὴς,puer patrimus matrimuſque.
g Spirare is incipit circa 7. aut 8. Februarij. Lugdunenſes vocant *Le vent Nueillet*,quòd arborum folia eliciat.
h Celebrãtur in honorem Mineruæ per quinque dies cæſtis, XV.Calend.April.Poſtremus dies Tubiluſtrium vocabatur.

a *Digeſtio ſiderum in noctes & dies.*
CAP. XXV.

PRimùm omnium dierum ipſorum anni, ſolisque motus propè inexplicabilis ratio eſt. Ad cccl xv. adijciunt etiamnum [1] intercalarios diei noctiſque quadrantes. Ita fit, vt tradi non poſsint certa ſiderum tempora. Accedit confeſſa rerum obſcuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempeſtatum [2] ſignificatu, quod b prochimazin Græci vocant: nunc poſtueniente, quod epichimazin:& plerunque aliàs citiùs:aliàs tardiùs cæli effectu ad terram deciduo:[3] vnde vulgo ſerenitate reddita, confectum ſidus audimus. Prætereà cùm omnia hæc ſtatis ſideribus cælóque affixis conſtent, interueniunt [4] motu ſtellarum grandines, imbres, & ipſi non leui effectu, vt docuimus, turbantque conceptæ ſpei ordinem. Idque ne nobis tantùm putemus accidere, & reliqua fallit animalia ſagaciora circa hoc,vt quo vita eorum conſtet: æſtiuaſque alites præpoſteri aut præproperi rigores necant, hybernas æſtus. Ideò Virgilius errantium quoque ſiderum rationem ediſcendam præcipit,admonens obſeruandum frigidę Saturni ſtellæ tranſitum.Sunt qui certiſſimũ vêris indicium arbitrentur ob infirmitatẽ animalis,papilionis prouentũ.Id eo ipſo anno,cùm cõmentaremur hæc,notatũ eſt, prouentũ eorũ ter repetito frigore extinctũ aduenaſque volucres ad vj. Calen.Februarij [5] ſpẽ vêris attuliſſe,mox ſæuiſsima hyeme conflictas.Res anceps primum omnium à cælo peti legem,deinde eam argumentis eſſe quærendam. Super omnia eſt mũdi [6] con-

1 intercalarios. M.
2 ſignificatione. M.
3 vnde,in M.d.
4 motus ſtel. grandinum,imbrium. M.
5 ſpeciem.Vet.

di [6] conuexitatis,terrarúmque globi differentia,eodem ſidere alio tempore alijs aperiente ſe gentibus:quo fit vt cauſa eius non ijſdem diebus vbique valeat. Addidere difficultatem & autores diuerſis in locis obſeruãdo, mox etiam in ijſdem diuerſa prodendo.Tres autem fuere ſectæ, c Chaldæa, Ægyptia, Græca.His addidit apud nos quartam Cęſar Dictator,annos ad Solis curſum redigens ſingulos,Soſigene perito ſcientiæ eius adhibito.Et ea ipſa ratio poſteà cõperto errore correcta eſt: ita vt x i i. annis continuis non d intercalaretur, quia [7] cœperat ſidera annus morari,qui priùs antecedebat.Et Soſigenes ipſe trinis commentationibus, quanquã diligentior eſſet cæteris,non ceſſauit tamen addubitare,ipſe ſemet corrigendo. Autores prodidere ea,quos prætexuimus volumini huic,rarò vllius ſententia cum alio congruente.Minus hoc in reliquis mirum,quos diuerſi [8] excuſauerint tractus.Eorũ qui in eadem regione diſſedere,vnam diſcordiam ponemus exempli gratia:Occaſum matutinum Vergiliarum Heſiodus (nam huius quoque nomine extat Aſtrologia)tradidit fieri,cùm æquinoctium autumni conficeretur:Thales x x v.die ab æquinoctio:Anaximander x x i x:Euctemon x l v i i i.Nos ſequemur obſeruationem Cæſaris:maximéque hæc erit Italiæ ratio.Dicemus tamen & aliorum placita: quoniam non vnius terrę,ſed totius naturę interpretes ſumus,non autoribus poſitis(id enim verboſum eſt)ſed regionibus:vt legentes tantùm meminerint,breuitatis gratia,cùm Attica nominata fuerit, ſimul intelligere Cycladas inſulas: cùm Macedonia,Magneſiam,Thraciam:cùm Aegyptus,Phœnicen,Cyprum,Ciliciã:cùm Bœotia,Locridem,Phocidem,& finitimos ſemper tractus: cùm Helleſpontus, [9] Cherſoneſum, M. Cherſonem,& continentia vſque Atho montem:cùm Ionia,Aſiam,& inſulas Aſiæ: cùm Peloponneſus,Achaiam,& ad [10] Heſperum iacentes terras.Chaldæi Aſſyriam & Babyloniam demonſtrabunt. Africam, [11] Hiſpanias, Gallias ſileri non erit mirum. Nemo enim obſeruauit in ijs, qui ſiderum prodęret exortus. Non tamen difficili ratione dignoſcentur in illis quoque terris digeſtione circulorum, quam in ſexto volumine fecimus: [12] qua cognatio cæli, non gentium modò, verùm vrbium quoque ſingularum intelligitur,nota ex his terris, quas nominauimus, ſumpta conuexitate circuli, pertinentis ad quas quiſque quæret terras, & ad earum ſiderum exortus,per omnium circulorum pares vmbras.Indicandum & illud, tempeſtates ipſas ardores ſuos habere quadrinis annis:& eaſdem non magna differentia reuerti ratione Solis: octonis verò augeri eaſdem, centeſima reuoluente ſe Luna. Omnis autem ratio obſeruata eſt tribus modis, exortu ſiderum occaſuque, & ipſorum temporum e cardinibus. Exortus occaſuſque binis modis intelliguntur. Aut enim aduentu Solis occultantur f ſtellæ & conſpici deſinunt,aut eiuſdem abſceſſu proferunt ſe. g Emerſum hoc meliùs, quàm exortum conſuetudo dixiſſet: & illud occultationem potiùs, quàm occaſum. h Alio modo, quo die incipiunt apparere vel deſinunt, oriente Sole, aut occidente, matutini veſpertiníve cognominati, prout alterutris eorum manè vel crepuſculo contingit. Dodrantes horarum, cùm minimùm, interualla ea deſiderant ante Solis ortum, vel poſt occaſum, vt aſpici poſſint. Prætereà bis quædam exoriuntur & occidunt. Omníſque ſermo de his eſt ſtellis, quas adhærere cælo diximus. Cardo temporum quadripartita anni diſtinctione conſtat,per incrementa lucis. Augetur hæc à bruma,& æquatur noctibus verno æquinoctio diebus x c.horis tribus. Deinde ſuperat noctes ad ſolſtitium diebus xciii.horis xii.vſque ad æquinoctium autumni.Et tũ æquata die procedit ex eo ad brumam diebus lxxxix. horis iii. Horæ nunc in omni acceſsione [i] æquinoctiales, nõ cuiuſcunque diei ſignificantur:omneſq; eæ differẽtię fiunt in octauis partibus ſignorum. Bruma Capricorni, ad [13] viii.Calend. Ianuarij [13] xviii.Dal. ferè:æquinoctium vernum,Arietis: ſolſtitium, Cancri:alterumque æquinoctium, Libræ:qui & ipſi dies rarò non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent.Rurſus hi cardines ſingulis etiamnum [k] articulis temporum diuiduntur, per media omnes

6 conuexitas.M.
7 cœperaſit ſydera annum.Vet.
8 excuſauerunt.M.
9 Cherſoneſum. M.
10 veſperam.M.
11 Hiſpaniam.M.
12 quoniam cognatio.M.

dierum ſpatia. Quoniam inter ſolſtitium & æquinoctium autumni, Fidiculę occaſus autumnum inchoat die x l v. At ab æquinoctio eo ad brumam, Vergiliarum matutinus occaſus hyemem die x l i i i. Inter brumam & æquinoctium die x l v. flatus Fauonij vernum tempus. Ab æquinoctio verno initium æſtatis die x l v i i i. Vergiliarum [14] exortus matutinus. Nos incipiemus à ſementibus frumenti, hoc eſt, Vergiliarum occaſu matutino. Nec deinde paruorum ſiderum mentione concidẽda ratio eſt, & difficultas rerum augenda, cùm ſidus vehemẽs [l] Orionis ijſdem diebus longo decedat ſpatio. Sementibus [m] tempora plerique præſumunt, & ab xi. die autumnalis æquinoctij fruges ſerunt, adueniente Coronę exortu, continuis diebus certo propè imbrium promiſſo. Xenophon non antequam Deus ſignum dederit. Hoc Cicero [15] Nouembris imbre fieri interpretatus eſt, cùm ſit vera ratio nõ priùs ſerendi, quàm folia cœperint decidere. Hoc ipſo Vergiliarum occaſu fieri putant. Aliqui ad i i i. Idus Nouembris, vt diximus, ſeruant: quoniam id ſidus etiam veſtis [16] inſtitoris eſt, & eſt in cælo notatu facillimum. Ergo ex occaſu eius de hyeme augurantur, quibus eſt cura inſidiandi negotiatoris [17] auaritia. Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denuntiat: ſtatímque augent lucernarum pretia: ſereno aſperam, [18] & reliquarum veſtium accendunt. Sed ille indocilis cæli agricola, hoc ſignum habeat inter ſuos vepres, humumque ſuam aſpiciens, cùm folia viderit decidua. Sic indicatur anni temperies, alibi tardiùs, alibi maturiùs. Ita enim ſentitur, vt cæli locíque [19] afficit natura: idque in hac ratione præcellit, quòd eadem & in mundo publica eſt, & vnicuique loco peculiaris. Miretur hoc, qui non meminerit ipſo brumali die pulegium [20] in carnarijs florere: adeò nihil occultum eſſe natura voluit. Et ſerendi igitur hoc dedit ſignum. Hęc eſt vera interpretatio, argumentum naturę ſecum afferens. Quippe [21] ſic terram peti ſuadet, promittitq; quandam ſtercoris vicem, & [22] contra rigores terram ſtatuſq; operiri à ſe nuntiat, & monet feſtinare. Varro in fabę vtique ſatu hanc obſeruationem cuſtodiri pręcepit. Alij plena Luna ſerendam. Lentem vero à x x v. ad x x x. Viciam quoque ijſdem Lunæ diebus. Ita demum ſine limacibus fore. Quidam pabuli cauſa ſic ſeri iubent, ſeminis autem vêre. Eſt & alia manifeſtior ratio, mirabiliore naturæ prouidentia, in qua Ciceronis ſententiam ipſius verbis ſubſignabimus,

[n] *Iam verò ſemper viridis, ſempérque grauata,*
Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu:
Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.

Ex his vnum hoc erit idem & lino ac papaueri ſerendo. Cato de papauere ita tradit: Virgas & ſarmenta, quę tibi [23] in ſatione ſuperant, in ſegete comburito. Vbi eas combuſſeris, ibi papauer ſerito ſyluestre: quod in miro vſu eſt melle decoctum ad faucium remedia. Víſque ſomnifera etiam ſatiuo. Et hactenus de hyberna ſemente.

14 exortu matutino.

15 Cicero NR. CH. id eſt, noſter. Latin', non externus. Sic ei. 6 lib. 29. Varro noſter.

16 inſtientor. M. inſtitor. Vet.
17 auaritiæ. Vet.

18 & tum rel. Dal.

19 efficit. M.

20 è coronarijs. Vet. Theo. cap 8. 1. Cauſſ. legitur tamẽ, in carnarijs; cap. 8. lib. 19. ſubſtinem. &, ſuſpenſa in tectis, cap. 41. lib. 2.
21 ſic terra ſe peti. 22 contra rig. ſtat. operiri ſe.

23 inciſioni ſupereſſunt. M.

ANNOTATIONES.

a Columella cap. 2. lib. 11.
b προχειμάσεων Feſtus dicit præſyderare, cùm matutiùs & ante ſyderis tempus hyberna tempeſtas præcurrit: ὑπηχεμάσαι, cùm pòſt venit, ſtaque cùm à ſyderibus oriri videantur tempeſtates, vbi hæ præteriêre, & ſua cælo reddita eſt ſerenitas, confectũ ſydus dicitur. Turn. cap. 10. lib. 3. Aduerſ. confectum ſydus & autor poſthac dicit cap. 28. cum Solſtitium peractum eſt. & ſupra cap. 41. lib. 2.
c Vitruuius cap. 7. lib. 9, Cicero lib. 1. de diuinat.
d De hac obſeruatione vide Alex. ab Alex. cap. 13. lib. 3.
e Solſtitijs & æquinoctijs.
f Quæ illius exortum præceſſerant. Occaſus hic eſt heliacus.
g Hic eſt ortus heliacus.
h Exortus & occaſus dicuntur coſmici Aſtrologis.
i Duodecim, in quas diem priſci Romani diuiſerunt, quòd vt Gal. ſcribit lib. de peccatorum cuiuſque cognitione, numerus ille ſit commodiſſimus, quia dimidium cõtineat, duplum, quartum, ſextum, duodecimum, quæ nullus alius, vſque ad vigeſimũ quartum. Quamobrem in herciſcunda hæreditate, ponderibus & mẽſuris, potiùs quàm alius quiuis vſurparus eſt. Magius cap. 15. k Interuallis & ſectionibus temporum. Varro à cap. 27. ad 37. lib. 1.
l Muſæo θροεῦσ᾽ ὠρίωνα, Homero ὠΐων᾽ ἀγίωνα. Sic porrò vocarunt poëtę, quòd Pleionem matrem Pleiadum eum perſequi tradant, vt vim afferat. De Virgilijs vide cap. 41. lib. 2.
m Varro cap. 34. lib. 1. Columel. cap. 2. lib. 11.
n Conſtant. in Geopon. lib. 11. ἡ δὲ σχῖνος τρῖς παρὰ τὰς ὥρας· καὶ ἡ μὲν ὁ πρῶτος καιρὸς γίνεται, τὸν πρῶτον σπορὸν ποιεῖσθαι παρορᾶν σημαίνει· ἐμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων. Aratus.

—ἰνδὲ μάλιστα σχῖνα ἀνείρηται,
τρισσὰς δὲ σχῖνος νύκτας τρισσὰς δὲ καὶ αὖξει
γίνονται παρπὸς, τρὶς δὲ τε σάμενος ἐπίδρυπτ
ἐξείης ἀρότοιο· τοῦ γὰρ ὁρατὸ σκιερὸν ὄρθρου
τρισσὰς μειρομένας μίμνειν καὶ ἐπ᾽ ἀμφίτομ᾽ ὄπωρας.

Idem & de ſcilla, quam etiam vt Lentiſcum σχινεῦν vocant, prodidit Th.

dit Th. cap. 12. 7. Hiſt. quod & rurſum confirmat Aratus his verbis:

ἠδὲ καὶ ἐν σχίνοι ἀροτὸν μεμαρὸν ἐσσενέ παρπῷ,
Lentiſci in fructu quod ſeruat ruſticus, albo
In ſtore & ſcilla ſeruandum exiſtimat idem.

Replicatio totius culturæ, & quid quoque menſe in agro fieri oporteat. CAP. XXVI.

VErùm vt pariter omnis culturę quoddam breuiarium peragatur, eodem tempore conuenit & arbores ſtercorare, accumulare item vineas: ſufficit in iugerũ opera: & vbi patietur loci ratio, arbuſta ac vineas putare, ſeminarijs ſolum bipalio præparare, incilia aperire, aquam de agro pellere, torcular [1] leuare & recondere. A Calend. Nouemb. gallinis oua ſupponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum diem ternadena ſubijcito æſtate tota, hyeme pauciora, non tamen infra nouena. Democritus talem futuram hyemem arbitratur, qualis fuerit brumæ dies, & circa eum terni: item ſolſtitio æſtatem. Circa brumam [2] pleriſque bis ſeptem halcyonum fœtura ventorum quiete [3] mollius cælum: ſed & in his & in alijs omnibus ex euentu ſignificationum intelligi ſidera debebunt, non ad dies vtique præfinitos expectari tempeſtatum vadimonia. Per brumam vitem ne colito. Vina tum defæcari, vel etiam diffundi Hyginus ſuadet, à confecta ea ſeptimo die, vtique ſi ſeptima Luna competat. Ceraſa circa brumam ſeri [a]. Bubus glandem tunc aſpergi conuenit in iuga ſingula modios. Largior valetudinem infeſtat, & quocunque tempore detur, ſi minus x x x. diebus continuis data ſit, narrant verna ſcabie pœnitere. Materiei cædendæ tempus hoc dedimus. Reliqua opera nocturna maximè vigilia conſtant, cũ ſint noctes tantò ampliores. Qualos, crates, fiſcinas texere. Faces [b] incidere. Ridicas præparare interdiu x x x. palos l x. in lucubratione veſpertina ridicas v. palos x. totidem antelucana. A bruma in Fauonium [4] Cæſari nobilia ſidera ſignificant, i i i. Calend. Ianuarij matutinò Canis occidens. Quo die Atticę & finitimis regionibus Aquila veſperi occidere traditur. Pridie Nonas Ianuarij Cęſari Delphinus matutinò exoritur, & poſtero die Fidicula, quo Aegypto Sagitta veſperi occidit. Item ad v i. Idus Ianuarij eiuſdem Delphini veſpertino occaſu continui dies hyemant [5] Italiæ, & cùm Sol in Aquarium ſentiatur tranſire, quod ferè x v i. Calend. Feb. euenit: v i i i. Calend. ſtella [c] regia appellata Tuberoni in pectore Leonis occidit matutinò. Et pridie Nonas Feb. Fidicula veſperi. Huius temporis nouiſſimis diebus, vbicunque patietur cæli ratio, terram ad roſarum & vineæ ſatum vertere bipalio oportet. Iugero operæ l x. ſufficiunt. Foſſas purgare, aut nouas facere. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quaſſa ſarcire, ipſorúmque [6] laminas ſcabendo purgare, aut nouas facere. A Fauonio [d] in equinoctium vernum Cęſari ſignificat x v i i. Calend. Martij triduum [7] variè. Et v i i i. Calẽd. [e] hirundinis viſu, & poſtero die Arcturi [f] exortu veſpertino. Item i i i. Nonas Martij Cæſar Cancri exortu [g] id fieri obſeruauit. Maior pars autorum Vindemiatoris emerſu v i i j. Idus aquilonij piſcis [8] exortu, & poſtero die [h] Orionis. In Attica [9] Miluium apparere obſeruatur. Cæſar & Idus Martias ferales ſibi annotauit Scorpionis occaſu: x v. verò Calend. Aprilis Italiæ Miluum oſtendi, x i i. Calen. Equum occidere matutinò. Hoc interuallum temporis [i] vegetiſſimum agricolis, maximéque operoſum eſt, in quo præcipuè falluntur. Neque enim eo die vocãtur ad munia, quo Fauonius flare debeat, ſed quo cœperit. Hoc acri intentione ſeruandum eſt. Hoc illo menſe ſignum Deus habet, obſeruatione minimè fallaci aut dubia, ſi quis attendat. Vnde autem ſpiret [10] ijs ventus, quaque parte veniat, diximus ſecundo volumine, & dicemus mox paulò operoſius. Interim ab eo die (quiſquis ille fuerit) quo flare cœperit, nõ vtiq; vi. Id. Feb. ſed ſiue antè, quãdo pręuernat, ſiue pòſt, quãdo hyemat: poſt eã diẽ, in quam, innumera ruſticos cura diſtringat, & prima quæq; peragãtur, quæ differri nequeũt. Trimeſtria ſerãtur. Vites putẽtur qua diximus ratione. Oleę curẽtur. Poma ſerãtur inſeranturq;. Vineæ paſtinẽtur. Semina digerãtur, inſtaurẽtur alia. Harũdines, ſalices, geniſtæ ſerantur

1 leuare. M.
2 plerumque. Vet.
3 mollit. Vet. mollium, M. ſub. dies. 14.
4 Cæſar nol. ſid. ſignificat. M.
5 Italiæ, cùm Sol in Aqu. ſentitur tranſ. Dal.
6 lamas. M.
7 varium. Vet.
8 exortus. Dal.
9 Miluum. Dal.
10 is ventus. Alij.

rátur cędanturq;. Serantur verò vlmi, populi, platani, vti dictũ est. Tũ & segetes cõuenit purgare, sarrire hybernas fruges, maximeq; far. Lex certa in eo, cũ quatuor fibrarum esse cœperit. Fabaverò non antequàm trium foliorum. Tunc quoque leui sarculo purgare verius, quàm fodere. Florentem vtique xv. primis diebus nõ attingere. Hordeum nisi [11] sicco ne serito. Putationem æquinoctio peractam habeto. Vineæ iugerum quaternæ operæ putant, alligantq́ue: in arbusto singulę operç arbores x v. Eodem hoc tempore hortorum rosariorúmque cura est, quæ seperatim [12] proximis voluminibus dicetur: eodem & topiariorum. Tunc optimè scrobes fiũt. Terra in futurum proscinditur, Virgilio maximè autore, vt glebas Sol coquat. Vtilior sententia, quæ non nisi temperatum solum in medio vêre arari iubet: quoniam in pingui statim sulcos occupant herbæ, gracili insecuti æstus [13] exiccant: tum nanque succum venturis seminibus auferunt. Talia autumno meliùs arari certum est. Cato verna opera sic definit: scrobes fieri, seminaria propagari in locis crassis & humidis: vlmos, ficos, poma, [14] oleas, prata stercorari Luna sitiente: Quę rigua non erũt, ab afflatu Fauonij defendi, purgari herbas, malas radicitus erui, ficus interpurgari, seminaria fieri, & vetera sarciri. Hæc antequàm vinea florere incipiat. [16] Itémque pyro florente arare incipiat macra harenosáque. Posteà vtique grauissima & aquosissima. [17] Ita postremò arato. Ergo hęc aratio has habebit notas, lentiscí primum fructum ostendentis, ac pyri florentis. Erit & tertia [18] in bulborum satu scillæ. Item in coronamentorum narcisi. nanque & hæc [k] ter florent: primoq; flore primam arationem ostendunt, medio secundam, tertio nouissimam, quando inter sese alia alijs notas prębent. Ac non in nouissimis cauetur, ne fabis florentibus attingatur edera. Id enim noxium & exitiale ei est tempus. Quædam verò & suas habent notas, sicuti ficus. Cũ folia pauca in cacumine acetabuli modo [19] germinent, tunc maximè serendas ficus. Æquinoctium vernum ad v i i i. Calen. Aprilis peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinum, Cæsari significant Calend. Aprilis. i i i. Nonas Aprilis in Attica Vergiliæ vesperi occultantur. Eædem postridie in Bœotia. Cæsari autem & Chaldęis Nonis, Aegypto Orion & gladius eius incipiunt abscõdi. Cæsari sexto Idus significatur imber Libræ occasu: decimoquarto Calend. Maij Ægypto Suculæ [l] occidunt vesperi, sidus vehemens, & terra mariq; turbidum, decimosexto Atticæ, x v. Cęsari, continuoq; triduo significat. Assyriæ autem x i i. Calend. Hoc est vulgo appellatum sidus [m] Palilicium, quoniam x i. Calend. Maij vrbis Romæ natalis, quo ferè serenitas redditur, claritatem obseruationi dedit, nimborũ argumento [n] Hyadas appellantibus Græcis has stellas. Quod nostri à similitudine cognominis Græci propter sues impositum arbitrantes, imperitia appellauere Suculas. Cæsari ad v i i i. Calend. notatur dies. v i i. Calend. Ægypto Hœdi exoriuntur: v i. Calend. Bœotiæ & Atticę Canis vesperi occultatur, Fidicula manè oritur: v. Calendas Assyriç Orion totus absconditur, tertio autem Canis: v i. Nonas Maij Cæsari Suculę matutino exoriũtur, & v i i i. Idus Capella pluuialis. Ægypto autem eodẽ die Canis vesperi occultatur. Sic ferè in vi. Idus Maij, qui est Vergiliarum [o] exortus, decurrunt sidera. In hoc temporis interuallo, x v. diebus primis agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam exprobrationem fœdam putantium [20] vites per imitationem cantus alitis temporarij, quem cuculum vocant. [p] Dedecus enim habetur, opprobriumq; meritũ, falcẽ ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantię sales etiam cum [q] primo vêre ludantur. Auspicio tamen detestabiles videntur. Adeò minima quæque in agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autem hoc tempore panici miliíque satio est. Iustum [21] est hoc seri maturato hordeo, atque etiam in eodem aruo. Estq; signum illius [22] maturitatis, & horum sationis cõmune, lucentes vespere per arua cicindelæ. Ita appellant rustici stellantes volatus, Græci verò lãpyridas, incredibili benignitate naturæ.

Ne agri-

21 siccum ne sarrito. M.

22 proximo voluminę. Vet.

23 exiccant, eertumque succum futuris. Vet. exic. ideoq; succum. Alij Vet.

24 oleas seri, prata stęr. Cato.
25 noua fieri. Ex Catone.
26 Idemq. M. Itaque, Vet.

27 ista. Vet.

28 Lego, in coronamentorum satu, narcissi item in bulborii scillæ. Nãque & hæc ter floret, prim. &c. ostendit. Ex Th. & Arato.

29 germinant, tunc maxime serẽdæ sic. Dal.

20 cum vites per imitium cantus. Dal.

21 est, in M.d.

22 maturitati & horum sationi. M.

ANNOTATIONES.

a Cato cap. 54. Columel. cap. 2. lib. 11. in Octobri.
b Et, vt ait Vergilius, inspicare, id est in spicæ modum fingere.
c Claram stellam Columella vocat, & occidere vi. Calend. Februarias tradit.
d Varro cap. 29. lib. 1.
e Ab hirundinis visu & Chelidoniam & Ornithiam olim Fauonium vocauerunt. Suprà cap. 47. lib. 2.
f Columel. oritur ix. Calend. Mart.
g Variam tempestatem, nunc Africo flante, nunc Austro, nunc ventis Septentrionalibus, nunc Fauonio. Columel.
h Sydus id Plautus in Amphitruone Iugulam vocat, quòd, vt ait Festus, cæteris sit amplior nucis iuglãdis magnitudine. Locus Plauti citatur cap. 8. 2. lib.
i Opportunissimum, tempestiuissimum ad obeunda ruris opera, ὡραιότατον.
k Lentiscum & Narcissum ter florere, necverum est, nec aliquis scribit. Lentiscum autem constat, trino veluti conatu quę concepit fructum maturare & perficere. Id quod ostendit arandi tria tempora.
l Columellæ occidere incipiunt pridie Id. Aprilis: absconditur verò prorsus xiiii. Calend. Maias.
m A Palilicijs ferijs, quibus pastores Pali pabuli deę sacrificabãt vt pecudes à morbis ea tuerentur.
n Hesiodo νύφαι, ἄς τινές φασι ναιάσι φῶς ἀνθρώπων, sunt quinque Phęsole, Coronis, Cleia, Phæa, Eudora, Atlantis filiæ. Proclo verò Diadocho septem, & diuersis nominibus, Stelæno, Sterope, Merope, Electra, Alcyone, Mæa, Taygeta. Vide Rhodig. cap. 16. 16. & suprà cap. 19. lib. 2. Hyadas dictas putat Rhodig. cap. 6. 29. à forma Y. cuius imagine tauri frontẽ delineant. Vide cap. 8. lib. 2.
o Nonis exoriuntur, sed hoc die totæ apparent. Columel.
p Hoc sumptum est è dicacibus prætereuntium viatorum conuitijs, quibus vinitores tanquam sertus vitem colentes lacessunt in probrum ignauiæ & desidis orij. Ausonius in Mosella,

--unde viator
Riparum subiecta teres, hinc nauita labens
Probra canunt seris cultoribus. Turnebus cap. 7. lib. 2. Adu. Erasmus prouerbio, Cuculus. Vide cap. 9. lib. 10.
q Id est, ineunte, nouo Virg. κατὰ τὸ ἐαρινὸν λεγόμενον: vt medio, vel adulto, ἀκμάζοντος, γεγαωτῶτος: prouecto, senescente, extremo, prono, præcipiti, πεπωμένῳ, κλίνοντος, ἀπιόντος, φθίνοντος. Summam hyemem, mediam brumam Cicero dixit pro lege Mauilia. Hadr. Iunius cap. 19. lib. 1.

Ne agricolæ aspiciant stellas, sed magis tempora serendæ frugis: & ortus occasusq; sideris, in quibusdam herbis, & de stellarum ortu & occasu. CAP. XXVII.

20 IAm Vergilias in cælo notabiles caterua fecerat: non tamen his cõtenta, terrestres fecit alias, veluti vociferans: Cur cælum [1] intuearis agricola? Cur sidera quæras rusticeìam te breuiore somno fessum premũt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spargo [2] peculiares stellas, eásque vespere & ab opere disiungenti ostendo: ac ne [3] posis præterire, miraculo solicito. Vidésne vt fulgor igni similis alarum compressu [4] tegatur, secumque lucem habeat & nocte? Dedi tibi herbas horarum indices: & vt [5] ne sole quidem oculos tuos à terra auoces, heliotropium ac lupinum circumagũtur cum illo. Cur etiam nunc altiùs spectas, ipsumque cælum scrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias. In certis eæ diebus proueniunt, durantque fœdere sideris huiusce: partumque eas illius esse certum est. Proinde quisquis æstiuos fructus ante illas seuerit, ipse frustrabitur sese. Hoc interuallo & apicula procedẽs fabã florere indicat: fabaque florescens eam euocat. Dabitur & aliud finiti frigoris indicium. Cùm germinare videris [a] morum, iniuriam posteà frigoris timere nolito. Ergo [b] opera, taleas oliuarum ponere, ipsasque oleas interradere, rigare prata æquinoctij diebus primis. Cùm herba creuerit in festucam, arcere aquas. Vineas pampinare. Et huic lex sua, cùm pampini quatuor digitos longitudine expleuerint. Pampinat vna opera iugerum. Segetes [6] iterare. Sarritur verò diebus viginti. Ab æquinoctio fartura nocere & vineæ & segeti existimatur. Et oues lauãdi hoc idem tempus est. A Vergiliarum exortu significant Cæsari postridie Arcturi occasus matutini, [7] tertio Idus Maij Fidiculę exortus. x i j. Calend. Iunij Capella vesperi occidens & in Attica Canis. x i. Calend. Cæsari Orionis gladius [c] occidere incipit: tertio Nonas Iunij Cæsari & Assyriæ Aquila vesperi oritur: octauo Idus Arcturus matutinò occidit: Italiæ sexto, & quarto Idus Delphinus vesperi exoritur: decimoseptimo Calendas Iulij gladius Orionis exoritur, quod Ægypto post quatriduum. x i. Calend. eiusdem Orionis gladius Cęsari occidere incipit. v i i j. Calend. Iulij verò longissima dies totius anni, & nox breuissima solstitiũ conficiunt. In hoc temporis interuallo vineæ pampinantur, curanturq; vt vinea vetus semel fossa sit, bis nouella. Oues tondentur: lupinum stercorandi causa vertitur: terra proscinditur: vicia in pabulum secatur: faba metitur, deinde [8] concutitur.

1 intueris agr. Cur sid. quæris. M.

2 speculares M.

3 posis præt. miraculi solicitudo, vides ne. M.

4 subtegatur. M.

5 ne sic quidem. M.

6 runcare. Sarriũtur. Vet.

7 & tert. Vet. quarto. M.

8 cuditur. Turn.

ANNOTATIONES

a Theophr. cap. 21. lib. 1. Causs.
b Varro cap. 30. & 31. lib. 1. Cato cap. 40. Columel. cap. 2. lib. 11.
c Paulò anteà id fieri dixit xi. Calend. Iunij.

De

De pratis & reparatione prati, & cotibus, & falcibus, & descriptio frugum & siderum. CAP. XXVIII.

a PRata circa Calend. Iunij cæduntur, quorũ facillima agricolis cura, ac minimi impendij, hæc de se postulat dici. b Relinqui debent [1] in lęto solo, vel humido, vel riguo, eáque aqua pluuia rigari via publica. Vtilissimum simul & herbæ arare, deinde cratire, serere florem ex fœnilibus, atque ex præsepib. fœno dilapsum spargere, prius quàm cratiãtur. Nec primo anno rigari, nec pasci ante secũda fœnisecia, ne herbæ vellantur, obtritúque hebetentur. Senescunt prata, restituique debent faba in his sata, vel rapis, vel milio. Mox insequente anno frumẽto, rursusque in prato tertio relinqui. Prætereà quoties secta sint, siciliri, hoc est quæ fœniseces prætermierunt, secari. Est enim in primis inutile, enasci herbas sementaturas. Herba optima in prato trifolij, proxima graminis, pessima c mimmuli: d siliqua etiã dira [2] fœnisecis: inuisa [3] & e equisetis est, à similitudine equinæ setæ. Secandi tempus, cùm spica deflorescere [4] cœpit, atque roborari: [5] secundum, antequàm inarescat. Cato, fœnum, inquit, ne serò feces, priùs quàm semen maturum sit, secato. Quidam pridie rigant, vbi sunt rigua. Noctibus roscidis secari melius. Quędã partes [6] Italię post messem secant. Fuit hoc quoque maioris impendij apud priores, Creticis tantùm f transmarinisq; cotibus notis, nec nisi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnisex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limæ [7] vicem imperantes ferro. Sed aquaria [8] protinus viret. Falcium ipsarum duo genera. Italicum breuius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendij, quippe medias cędunt herbas, breuioresque prætereunt. [9] Italus fœnisex dextera vna manu secat. Iustum est vna opera iugerum in die desecari, alligaríque manipulos mille ducẽtos [10] quaterna pondo. Sectum verti ad solem, nec nisi siccum construi oportet. Nisi fuerit hoc obseruatum diligenter, exhalare matutinò nebulam quandam, metásque mox sole accendi, & conflagrare certum est. Rursus rigari desecta oportet, vt secetur autumnale fœnum, quod vocant cordum. Interamnæ in Vmbria quater anno secantur, etiam non rigua. Ter verò plerisque *in locis*, & posteà in ipso pabulo non minus emolumenti est, quàm à fœno. Armentorum id cura, iumentorúmque progeneratio suum cuique consilium dabit optimũ, maximè quadrigarum quęstus. Solstitium peragi in octaua parte Cancri, & octauo Calendas Iulij diximus. Magnus hic anni cardo, magna res mundi. In hoc vsque, à bruma dies creuerunt sex mensibus. Sol ipse ad Aquilonem scandens, ac per ardua enisus, ab ea meta incipit flecti, & digrediad Austrum, aucturus noctes alijs sex mẽsibus, ablaturúsque dici mensuram. Ex hoc deinde rapiendi cõuehendíque fructus alios atque alios tempus, & pręparandi se contra sæuam ferámque hyemem: decebátque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam. Quam ob rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertiq; iussit ipsa die folia, & esse confecti sideris signum; nec syluestrium arborum remotarúmque, ne in saltus deuios montésque [11] eundum esset quærentibus signa: non rursus vrbanarum, [11] quęque topiario tantùm coluntur, quanquam & in his illa visantur. g Vertit oleæ ante pedes satæ, vertit tilię ad mille vsus petendæ: vertit populi albæ etiam vitibus nuptæ. Adhuc parum est, inquit, vlmum vite dotatam habes, & huius [12] vertam. Pabulo folia eius stringis, vitem deputas. Aspice, & tenes sidus. Alia parte cælum respiciunt, quàm qua spectauere pridie. Salice omnia alligas, humillima arborum, ipse toto capite altior: & huius circumagam. Quid te rusticum quereris? Non stat per me, quo minus cęlum intelligas, & cælestia scias. Dabo [13] & auribus signum. Palumbũm vtique exaudi gemitus. Transisse solstitium caueto putes, nisi cùm incubantem videris palumbum. A solstitio ad Fidiculæ occasum v i. Calendas [14] Iunij Cęsari Orion exoritur, zona autem eius i i i j. Nonas Assyriæ, Aegypto verò Procyon matutino æstuosus: quod sidus

1 in riguo solo, vel læto, & humido, eáque aqua pluuia rig. vel publ.

2 hærendo. Vet.

3 & equisetis. Vet.

4 cœperit. M.

5 secandum. Dal.

6 Italiæ, in M.d.

7 vice. M.

8 pr. viget. Quidam. ideſt, acie tralit. potius durat. Alij.

9 Itali fœniseces dex. vn. ma. secãt. M.

10 quaternũm pondo. Alij.

11 & quæ. M.

12 veterinorũ pabulo vena folia stringis: stringẽs vitẽ deputas. Aspice & tenebris sidus. Vet. stringens autem. Alij.

13 & ex auibus. Vet. & M.

14 Iulij (25. Iunij.) Varro cap. 32. 1. Col. cap 2. 11. Hadr. Iun. ex Fabula Cæsaris dist. cap. 22. lib. 6.

sidus apud Romanos non habet nomen, nisi Caniculam hãc velimus intelligi, hoc est minorem Canẽ: sanè vt in astris pingitur. Est autem magnopere pertinens, sicut paulo mox docebimus. i i j. Nonas Chaldæis Corona occidit matutinò. Atticæ Orion totus eo die exoritur. Pridie Idus Iulij & Ægyptijs Orion desinit exoriri. 15 x v j. Calend. Augusti Assyriæ [16] Procyon exoritur. Dein [17] postridie, ferè vbique confessum inter omnes sidus indicans, quod Canis ortum vocamus, sole partem primam Leonis ingresso. Hoc fit post solstitium x x i i j. die. Sentiunt id maria & terræ, multæ verò & feræ, vt [h] suis locis diximus. Neque est minor ei [i] veneratio, quàm descriptis in Deos stellis. Accendítque solem, & magnam æstus obtinet 10 causam. x v i i j. Calend. Augusti Ægypto Aquila occidit matutinò, Etesiarúmque prodromi flatus incipiunt, quod Cæsar x. Calendas sentire Italiam existimauit. Aquila Atticæ matutinò occidit. [18] i i j. Calendas regia in pectore Leonis stella matutinò Cæsari immergitur. v i i j. Idus Aug. Arcturus medius occidit. i i j. Idus Fidicula occasu suo autumnum inchoat, vti is adnotat: sed [19] vt vera ratio id fieri inuenit, v j. Idus eiusdem. In hoc temporis interuallo res summa vitium agitur, decretorio vuis fidere illo, quod Caniculam [20] appellauimus. Vnde [21] carbunculare dicũtur, vt [22] quodam vredinis carbone exustæ. Non comparantur huic malo grandines, procellæ, [23] quæque nunquàm annonæ intulere caritatem. Agrorum quippe mala sunt illa. Carbunculus autem regionum latè patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam rerum homines, quàm sibi prodesse, mallent. Ferunt 20 Democritum, qui primus intellexit ostenditque cum terris cæli societatem, spernentibus hanc curam eius opulentissimis ciuium, præuisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus ratione, ostẽdemúsque iam plenius, magna [24] tum vilitate propter spem oliuæ, coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem & quietem doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. Atque vt apparuit causa, & ingens diuitiarum cursus, restituisse [25] mercedem anxiæ & auidæ dominorum pœnitentiæ, contentum ita probasse, opes sibi in facili, cùm vellet, fore. Hoc posteà Sextius è Romanis sapientiæ assectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tãta literarum occasio est. Quas equidem miscebo agrestibus negotijs, quàm potero, dilucidè atque perspicuè. Plerique dixere rorem inustum Sole acri, frugibus rubiginis causam esse, & carbunculi vitibus. Quod ex parte falsum arbitror, omnémque vredinem frigore tantùm cõstare, sole innoxio. Id manifestum fiet attendentibus. Nam primùm omnium non hoc euenire, nisi noctibus & ante solis ardorem, deprehenditur, totúmque lunari ratione cõstat: quoniam talis iniuria non fit nisi interlunio, plenáve luna, hoc est pręualente: vtroq; enim habitu plena est, vt sæpius diximus. Sed interlunio omne lumen, quod à sole [26] accepit, cælo regerit. Differentia vtriusque habitus magna, [27] sed manifesta. Nanque interlunio æstate calidissima est, hyeme gelida. [28] E diuerso in plenilunio æstate gelidas facit noctes, hyeme tepidas. Causa euidens, sed alia redditur à Fabiano, Græcísque autoribus. Æstate enim interlunio necesse est cum Sole nobis proximo circulo currat, igne eius cominus recepto candens: eadémque interlunio absit hyeme, quando abscedit & Sol. Item plenilunio æstiuo procul abeat aduersa Soli: hyeme autem ad nos per æstiuum circulum accedat. Ergo per seroscida quoties alget, infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. Ante omnia autem duo genera esse cælestis iniuriæ meminisse debemus. Vnum quod tẽpestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; similia intelliguntur: quæ cùm acciderint, [29k] vis maior appellatur. Hæc ab horridis sideribus exeunt, vt sæpius diximus, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. Alia sunt illa, quæ silente cælo serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cùm facta sunt. Publica hæc, & magnæ differentiæ à priori- 50 bus, alijs rubiginem, alijs vredinem, [30] aliis [l] carbunculum appellantibus, omnibus verò sterilitatem. De his nunc dicemus, à nullo ante nos prodita, priús-

26 accipit cælo regyrat. M.

27 &. Vet.

28 Econtrario. M.

29 cùm plenilunio accid. vj maiore impelluntur. Had. Iun. legitur &, vi maiore impellitatur, in Vet.

30 alijs caniculam' Turn.

que causas reddemus.

ANNOTATIONES.

a Cato cap.5.50.& 53.Varro cap. 49.lib.1. Columel.cap.17.18. 19.lib.11.Palladius ca.10.Septembris.
b Relinqui dicuntur prata, cùm solum nec aratur, nec conseritur, sed ad herbæ, fœniq́ue prouentum summittitur.
c Quidam Mimmulum esse volunt, herbam latis, longis, magnis, duris folijs, proceram, nascétem in paludosis pratis, quâ vix boues comedunt, nedum equi. Rustici vocant *des Leches*. Genus fermè id Caricis est. Alij legunt Nummulum, & herbâ esse putât, quam à rotunditate foliorum nummis pari etiamnum officinæ Nummulariam vocant, tam noxiam pecori, vt ea degustata oues vlceratis pulmonibus tabidæ intereant. Herbam & morbum rura vocant *La clauelee*.
d Vide cap.13.lib.26.Ioannes Baptista Persij interpres legit ex vetusto codice, duram, hærendoque vulgatis sæculo suo exemplaribus adnotauit scriptum fuisse, dira feredis. Siliquam autem ononin vocat, quoniam semen latum ferr in exiguis siliquis. Est autem molestissima fœniseceis, quoniam & firmis durisq́ue spiritibus aciem falcis retundit, & rigidis spinis suis crura vulnerat. Scio tamen à Columella cap. 1. lib. 2. Siliquam vocari fœnum Græcum. Siliquam nonnulli siliquata omnia vocant, vt viciam, Aphacam, quæ paulò laboriosiùs demetuntur. Colum. cap. 18. li. 2. inter ea quæ pratis nocẽt, refert stirpes, spinas, herbas validioris incrementi, rubos, virgulta, iuncos, intyba, sostitiales spinas, quas quidam esse volunt *les Chauſſetrapes*: alij vero spinæ genus, quod prouinciales vocant *Aureoles*.
e Vide caput 13.lib.26.
f Ad barbaros eas ferre, tanquam illicitas merces prohibet l. Cotem. §. Illicitarum. ff. de Public. Brissonius cap. 4. lib. 4.
g Eleganter hæc Plinius è cap.16.lib.1. histor. Theophr. & cap. 26.lib.2. Caussi.
h Cap.40.lib.2.& vina in apotheciis cap.18.14.
i De sydere Caniculę & augurio canario vide multa apud Rhodig. cap.27.17. Eius augurij meminit Festus. Ceos quotannis ortum Caniculæ diligenter seruare, coniecturamq; capere, vt scribit Ponticus Heraclides, salubrisne, an pestiles annus futurus sit, tradit Cicero lib.1. de Diuinat. Cuius moris initia vide apud Victorium ca.11.19. explicata ex interprete Apollonij 2. Argonaut. *κύων δ' ἐστὶ νέῳ ἐφῶτι ἀστεροπὴς πρηστῆρος ἐπιβρίσαντος ἀέλλης.*
k Vis maior in frugibus & terræ fructibus diuina Vlpiano dicitur. ff. de damno infecto. l. fluminum. §. vitium autem. Eidem calamitosa tempestas. ff. de loc. & cond. l. ex conducto, cod. titul. Caius exponit *τῶν ἀνέμων*. De hominibus id loquendi genus vsurpat Cicero pro Plancio, & Seneca lib. 4. de benefic. Vadimonium promittimus, tamen deseritur: non in omnes datur actio: deterrentem vis maior excusat, id est, inexitabilis necessitas. Vide lexicon Stephani. Porrò calamitosam grandinem à dæmonib. immitti, scribit Theophr. cap. 9. lib. 5. Caussi.
l Caniculam legit Turnebus ca. 23. li. 24. Aduersar. eamque interpretatur syderationem & carbunculationem, quâ sata affantur, & ad sterilitatem castrantur, cum canicula insana messes coquat, æstuosoque impetu suo omnia torreat.

De tempestatibus vtriusque temporis, & remedijs sterilitatum.

CAP. XXIX.

a primatum tenent. Ver. Hedr. Iun. cap. 22. lib. 6.

DVæ sunt præter lunarem, paucísque cæli locis constant. Namque Vergiliæ priuatim attinent ad fructus, vt quarum exortu æstas incipiat, occasu hyems, semestri spatio intra se messes vindemiásque & omnium maturitatem complexæ. Est prætereà in cælo, qui vocatur lacteus circulus, etiam visu facilis. Huius defluuio, velut ex vbere aliquo, fata cuncta lactescunt, duorum siderum obseruatione, Aquilæ in Septentrionali parte, & in Austrina Caniculæ, cuius mentionem suo loco fecimus. Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos, Solis

b centrum infra æquin. Ver. centro vix æquin. M.

2 centro bis æquinoctialem circulum secans, commissuras eorum obtinente hinc Aquila, illinc Canicula. Ideo effectus vtriusque ad omnes frugiferas pertinent terras: quoniam in his tantùm locis Solis terræq́ue a centra congruunt. Igitur horum siderum diebus, si purus atque mitis aër genitalem illum lacteúmque succum transmiserit in terras, læta adolescunt fata. Si Luna, quadictum est ratione, roscidum frigus aspersérit, admista amaritudo, vt in lacte, puerperium necat. Modus in terris huius iniuriæ, quem

b facit. Dal.

3 fecit in quacunque conuexitate comitatus vtriusque causæ. Et ideo non pariter in toto orbe sentitur, vt nec dies. Aquilam diximus in Italia exoriri ad xiij. Calendas Ianuarij. Nec patitur ratio naturæ quicquam in satis ante eum diem spei esse certæ. Siverò interlunium incidat, omnes hybernos fructus & præcoces lædi necesse est. Rudis fuit priscorum vita, atque sine literis: non minus tamen ingeniosam fuisse in illis obseruationem apparebit, quàm nunc esse rationem. Tria namque tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias, dicíque festos. Rubigalia, Floralia, Vinalia. b Rubigalia Numa constituit anno regni sui xj. quæ nunc

c. aguntur. Dal.

4 aguntur ad viij. Calend. Maij, quoniam tunc ferè fegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat Sole Tauri partem decimam obtinente, sicut tunc ferebat ratio. Sed vera causa est, quòd post dies vndeuiginti ab æquinoctio verno, perid quatriduum, varia gentium obseruatione in iiij. Calend. Maij, Canis occidit, sidus & per se vehemens, & cui præoccidere Caniculam necesse sit. Itaq; ijdem c Floralia iiij. Calend. eiusdem instituerunt, vrbis anno quingentesimo sextodecimo, ex ora-

culis Sibyllæ, vt omnia bene defloresceret. Hunc diem Varro determinat, Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo si in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges & omnia quæ florebunt, lædi necesse erit. d Vinalia priora, quæ ante hos dies sunt ix. Calend. Maij degustandis vinis instituta, nihil ad fructus attinent. Nec quæ adhuc diximus, ad vites oleásque, quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit ad vi. Idus Maij, vt docuimus. Aliud hoc quatriduum est, quod neque rore sordere velint: exhorrent enim frigidum sidus Arcturi postridie occidens: & multo minus plenilunium incidere. iiij. Nonas Iunij iterum Aquila exoritur vesperi decretorio die florentibus oleis vitibusque si plenilunium in eum incidat. Equidem & solstitium viij. Calendas Iulij in simili causa duxerim, & Canis ortum post dies à solstitio xxiij. sed interlunio accidente, quoniam vapore constat culpa, aciniq́ue præcoquuntur in callum. Rursus plenilunium nocet ad iiij. Nonas Iulij, cùm Ægypto Canicula exoritur: vel certè xvj. Calendas Augusti cùm Italiæ. Item xiij. Calendas Augusti cùm Aquila occidit, vsque in x. Calendas eiusdem. Extra has causas sunt Vinalia altera, quæ aguntur ad xiij. Calendas Septembris. 5 Et Varro à Fidicula incipiente occidere manè, determinat, quod vult initium e autumni esse, & hunc diem festum tempestatibus leniendis institutum. Nunc Fidiculam occidere ad sextum Idus Augustas seruatur. Intra hæc constat cælestis sterilitas. Neque negauerim posse eam permutari arbitrio legentium, locorum æstimantium naturas. Sed à nobis rationem demonstratam esse satis est: reliqua obseruatione cuiusque constabunt. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est plenilunium aut interlunium, non erit dubium. Et in hoc mirabilem admirari benignitatem naturæ succurrit: iam primùm hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus: nec nisi paucis noctibus anni, idque quando futurum sit, facilè nosci. Ac ne per omnes menses timeretur, earum quoque lege diuisum, æstate interlunia præterquàm biduo secura esse, hyeme plenilunia: nec nisi æstiuis breuissimisque noctibus metui, 6 diebus non idem valere. Prætereà tam facilè intelligi, vt formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam noctibus operetur. Auem parram oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. E diuerso vireonem prodire ipso die solstitij. Neutrum verò Lunæ statum noxium esse, ne noctibus quidem, nisi serenis, & omni aura quiescente: quoniam neque in nube, neque in flatu cadunt rores: sic quoque non sine remedio. f Sarmenta, aut palearum acernos, & euulsas herbas fruticesque, per vineas camposque, cùm timebis, incendito: fumus medebitur. Hic è paleis & contra nebulas auxiliatur, vbi nebulæ nocent. Quidam tres cancros viuos cremari iubent in arbustis, vt carbunculi non noceant. Alij siluri carnem leuiter vri à vento, vt per totam vineam fumus dispergatur. Varro autor est, si fidiculæ occasu, quod est initium autumni, vua picta consecretur inter vites, minus nocere tempestates. Archibius ad Antiochum Syriæ regem scripsit: Si fictili nouo obruatur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates. g Opera rustica huius interualli, terram iterare, arbores circunfodere, vbi æstuosa regio poscat, accumulare. Germinantia, nisi in solo luxurioso, fodienda non sunt. Seminaria purgari sarculo. Messem hordeaceam facere. Aream ad messem h creta præparare i Catonis sententia amurca 7 temperata, Virgilij operosius. Maiore ex parte æquant tantùm, & fimo bubulo dilutiore illinunt. Id satis ad pulueris remedium videtur.

5 Varro & d. M.

6 non diebus item valere. M.

7 temperatam. M.

ANNOTATIONES.

a Orbis quo Sol vehitur, centrum habet aliud quàm terra & suę cõuersionis spatio inæqualiter à terra discedit: Solis verò cẽtrum cum terræ centro congruit, quo momento fiunt æquinoctia. Aequinoctiorũ enim principia, & vt aiunt vulgo, puncta, cẽtrum terræ Mathematici vocant, quoniam in his mediam terram æqualiter Sol diuidit.

b Varro cap.1.lib.1.agricult.

c Floralia primus fecit Caius Seruilius, Caij filius, anno DXLV annoeo magister equitum, dictatore T. Manlio Torquato, deinde ædilis curulis. Liuius lib.27.

d Vinalia, dies quo Ioui calpar, id est, vinum nouum demptũ ex dolio sacrificij causa, offerebant his verbis apud Catonem, *Mactè hocce vino inferio esto*, ne reliquum vnde calpar promptum fuerat, sacrũ esset, ceripererentque humanis vsibus, sed libato calpari religione soluerentur. Vocabatur & id Sacrima præsertim cùm polluxissent, & adoleuissent suffimẽta ex faba, & millio molito, sparsa muslo. Vinalia Græcis *πιθοιγία*, festus dies, inquit Proclus, quo doliis reseratis cum seruis & mercenarijs vini potum communicabant, precantes *ἀβλαβῆ παῖ σων ἡμῖν αὐτοῖς τῶν τῆ φαρμάκα χρῆσιν γινέσθαι*, quemadmodum & Romani musto primum gustato dicebãt boni ominis gratia. Vetus nouum vinum bibo, veteri nouo morbo medeor. Ioannes Grammaticus *πιθοίγια* in mensem *λῶιον*, vel *λῶιαῶνα* incidere putauit, id est, Ianuarium. Fiebant verò Athenis vndecima die Prostaterij. De his sequentes Hesiodi versus exponunt,

ἀρχόμενόν θ' ἀλέα, καὶ λήγοντ' ἐπιτέρπεσθαι,
μοιρηδὸν φείδεσθαι, δεινὸν δ' ἰκέμεν πυθμένι φαεινῷ. Rhodig.cap.25.28.

Plutarchus 3. Symp. *τῶ νῦν εἶναι Α'θήνησι μὲν ἐνδεκάτην μᾶλλον πατέχουσαν, πίθοιγίαν τῶν ἡμέραν πεποιῆσθαι, καὶ πίθους γῆ, καὶ ὕειν ἐγχεῖσθαι, τῶ εἶναι πρῶτ' ἐν τούτοις ἀνοῖγον ἐνδυόμενον, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τὸ φαρμάκου τῶν χρῆσιν γενέσθαι.* Idem lib.8. eiusdem, *γλεῦκος δὲ γενῆ καὶ ἀφρόδεσι καὶ τὰς ἐγγάστρας διδόντες ἑρῶμεν.*

e Autumnus ab augendo: vnde & Græcis *πυκνοφόρος* & *ὄπιος*. & Latinis autumnitas, fructuum prouentus. Varro in Quinquatribus,

Cape hanc cadueam Liberi, oblam lapem
De fronde Bromie autumnitatis nobilem.

Nonius Scalig. Autumnus, quasi Auctumnus, vt farror, farctor, autor, auctor, fartor, farctor.

f Columel.cap.13.lib.de arbor.

g Varro cap.33.lib.1.Columel.cap.2.lib.11.

h Quæ formicarum &, herbarum inimica est, talparum venenum. Varro.

i Cap.91.Columel.cap.20.lib.2.Varro cap.51. libr. 1. Palladius cap.1.lib.7.

De messe, & tritico, & palea, & frumento seruando. CAP. XXX.

a Lege ex Palladio, vehiculum prægrãde &c. impellitur, ium in contrariun ita dir. in vehiculũ cad. spi.

2 iterum è desecta mergite. Ex Varr.

3 quod qui faciunt. Vet.

MEsis ipsius ratio varia. Galliarũ latifundijs [1] valli prægrandes dentibus in margine infestis, [a] duabus rotis per segetem impelluntur, iumento in contrariũ iuncto: ita direptæ in vallum cadũt spicæ. [b] Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque [2] inter duas mergites spica distringitur. Alibi ab radice vellũt: [3] quíque id faciunt, proscindi ab se obiter agrum interpretantur, cùm extrahant succum. Differentia hæc, Vbi stipula domos contegunt, quàm longissimam seruant. Vbi fœni inopia est, stramento paleam quærunt. Panici culmo non tegũt. Milij culmum ferè inurunt. Hordei stipulam bubus gratissimam seruant. Panicum & milium singillatim [c] pectine manuali legũt Gallię. Messis ipsa alibi [d] tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Triticum, quò seriùs metitur, copiosius inuenitur: quo celeriùs verò, hoc speciosius ac robustius. Lex aptissima, antequàm granum indurescat, & cùm [4] iam traxerit colorem. Oraculum verò, biduo celeriùs messem facere potiùs, quàm biduo seriùs. Siliginis & tritici etiam ratio in area horreoque. Far, quia difficulter excutitur, conuenit cum palea sua condi: & stipula tantùm, & aristis liberatur. Palea plures gentium pro fœno vtuntur. Melior ea, quæ tenuior minutiorque, & pueri propior: ideo optima è milio, proxima ex hordeo, pessima ex tritico, præterquàm iumentis opere laborantibus. Culmum saxosis locis, cùm inaruit, baculo frangunt substratu animaliũ. Si palea defecit, & culmus teritur. Ratio hæc maturiùs defectus [5] muria diu respersus, dehinc siccatus in manipulos conuoluitur, atque ita pro fœno bubus datur. Sunt qui accendant in arua & stipulas, magno [e] Virgilij præconio. Summa autem eius ratio, vt herbarum semen exurãt. Ritus diuersitatem magnitudo facit messium, & [6] caritas operarum. Connexa est ratio frumenti seruandi. Horrea [7] [f] operosa tripedali crassitudine, pariete lateritio, exædificari iubent aliqui. Præterea supernè impleri, nec afflatus admittere, aut fenestras habere vllas. Alii ab exortu tantùm æstiuo, aut Septẽtrione, eaque sine calce construi, quoniam sit frumento inimicissima. Nam quæ de amurca præceperint, indicauimus. Alibi contra suspendunt granaria lignea columnis, & perflari vndique malunt, atque etiã à fundo. Alij omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur: & si tegulis subiaceat, conferuescere. Multi [8] ventilari quoque vetant. Curculionem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. Columella & Fauonium ventum conferre frumento præcipit: quod miror equidem, [9] ficciss imum alioqui. Sunt qui [10] rubeta rana in limine horrei pede è longioribus suspensa, inuehere iubeant. Nobis referre plurimũ tempestiuitas condendi videbitur. Nam si parum tostum atque robustũ collectum sit, aut calidum conditum, [11] inimica innasci necesse est. Diuturnitatis causæ plures. Aut in ipsius grani corio, cùm est numerosius, aut milio, aut succi pinguedine, [12] qui pro humore sufficit tãtùm, vt sesamæ: aut amaritudine, vt lupino & cicerculæ

4 iam rubicundum traxerit. Colum.

5 muria diu respergitur. Ald. j. muria adspersus M.

6 caritas operationum M.

7 operosa & trip. M. lego, & tripedalis crassitudinis parietc.

8 ventilare. Vet.

9 siccissimo. Vet. siciss imam locũ quærenti. Dal.

10 rubetam ranam &c. suspensam. M.

11 in eo vitia. M.

12 qui in tãtum pro humore sufficit.

In tri-

In tritico maximè crescunt animalia, quoniam spissitate sua concalescit, & furfure crasso vestitur. Tenuior hordeo palea, exilis & legumini: ideo non generant. Faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc efferuescit. Quidam ipsum triticum diuturnitatis gratia aspergunt amurca, mille modios quadrantali. Alij Chalcidica aut Carica creta, aut etiam [a] absinthio. Est & Olynthi, ac Cerinthi Eubœæ terra, quæ corrumpi non sinat. Nec ferè condita in spica læduntur. Vtilissimè tamen seruantur in scrobibus, quos [b] siros vocant, vt in Cappadocia, & in Thracia. In Hispania & Africa, ante omnia vt sicco solo fiant curant: mox vt palea substernatur. Præterea cum spica sua [13] conduntur. Ita [14] frumenta si nullus spiritus penetret, certum est nihil maleficum nasci. Varro autor est, sic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium verò centum. [i] Fabam & legumina in olearijs [15] cadis [k] oblita cinere, longo tempore seruari. Idem fabam à Pyrrhi regis ætate, in quodam specu Ambraciæ vsque ad piraticum Pompeij Magni bellum durasse; annis circiter CXX. Ciceri tantùm nullæ bestiolæ in horreis innascuntur. Sunt qui vrceis cinere substratis [16] & illitis acetum habentibus, leguminum aceruos superingerant, ita non nasci maleficia credentes. Alij, qui in salsamentarijs cadis gypso [17] illinant. Alij, qui lentem aceto laserpitiato respergant, siccatámque oleo inungant. Sed breuissima obseruatio, quod vitijs carere velis, interlunio legere. Quare plurimum refert, condere quis malit, an vendere. Crescente enim luna [f] umenta grandescunt.

13 condantur. Dal.

14 frumentis &c. innasci. Vet.

15 cadis oblitis. Vet.

16 & pice illitis. Vet.

17 illinũt. Aliqui len. ac. las. respergit, sicc. oliinungunt. Vet.

ANNOTATIONES.

a Huic metendi industrię plurimùm lucis affert oratio Palladij magis dilucida & perspicua.

b Aliter Varro. Falce, inquit, secundum terram succidunt stramentum, & manipulum quemque, vt subsecuerunt, ponunt in terra. Vbi eos fecerunt multos, iterum eos percensent, ac de singulis secant inter spicas & stramentum. Spicas conijciunt in corbem, atq; in aream mittunt. Stramẽta relinquunt in segete, vnde tollantur in aceruum.

c Mergis & pectine quosdam spicas legere, idque facilimum esse in rara segete, difficillimum in densa, Columella scribit. Pectinem manualem autor vocat manubrio affixum. Legẽdi illa ratio est, vt pectine subdito extans spica præscindatur, quemadmodum fit in tondendo capillo.

d Tribulum Varroni, tabula ferro, vel lapidẽ asperata, quã insidente auriga, vel addito grandi pondere grauatam iuncta iumenta trahunt. Traha verò, siue plostellum Pœnicum asserum compagem, & tabulatum dentatũ cum orbiculis. In eo sedet auriga, qui agitat trahentia iumenta.

e *Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,*
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.

f Columel.cap.6.lib.1. Varro cap.57.lib.1. Vitruuius ca.9.lib.6.

g Coriandrum & conyzam laudat Palladius.

h Colum. & Varr. locis citatis. nimirum speluncas, vel puteos subterraneos. Cryptas Vitru. appellat cap.8.lib.6.

i Theophr. ca.10.lib.8.hist. ad Apolloniam maris Ionij, fabam nullo pacto ro.di scribit, & ideo quàm diutissimè seruari.

k Illitus è cinere fiebat, cinere in modum gypsi temperato, id est aqua spissius diluto & commixto. Colum. cap.43.lib.12.

De vindemia, & autumni temporibus. CAP. XXXI.

1 significant. M.

2 Anteuindemiator. *προτρυγητὴς*, Ptolẽ. *προτρυγητὸς* & Prouindemiator, vitr. *τρυγητὴς* Hesiodo.

3 abitu. Vet.

4 Nonas. Ver.

5 Nonas. Ver.

6 orinntur. Colum.

SEquitur ex diuisione temporum autumnus à Fidiculæ occasu ad æquinoctium, ac deinde Vergiliarũ occasum, initiúmque hyemis. In his interuallis [1] significatur, pridie Idus August. Atticæ Equus oriẽs, vesperi Ægypto & Cæsari Delphinus occidens. x r. Calend. Septemb. Cęsari & Assyrię stella quę [2] Vindemiator appellatur, exoriri manè incipit, vindemię maturitatem promittens. Eius argumentum erunt acini colore mutati. Assyrię v. Calen. & Sagitta occidit, & Etesię desinunt. Vindemiator Ægypto Nonis exoritur. Atticæ Arcturus matutino, & Sagitta occidit manè. Quinto Idus Septembr. Cęsari Capella oritur vesperi. Arcturus verò medius pridie Idus, vehementissimo significatu terra mariúque per dies quinque. Ratio eius hæc traditur: Si Delphino occidente imbres fuerint, non futuros per Arcturum. Signum orientis eius sideris seruetur hirundinum [3] abitus: nanque deprehensæ intereunt. Decimosexto Calend. Octob. Ægypto Spica, quam tenet Virgo, exoritur matutino, Etesiæque desinunt. Hoc idem Cæsari xiiij. Calend. xiij. Assyriæ significant: & xi. Calend. Cæsari commissura Piscium occidens, ipsumque æquinoctij sidus viij. Calen. Octobr. Deindè cõsentiunt (quod est rarum) Philippus, Callippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon, Criton, Democritus, Eudoxus, Ion, iiij. Calend. Octobr. Capellam matutinò exoriri, & iij. Calend. Hœdos. Sexto Nonas Octobr. Atticæ Corona exoritur manè. Asiæ & Cæsari v. 4 Calend. Heniochus occidit matutinò. Tertio [5] Calendas Cæsari Corona exoriri incipit: & postridie [6] occidunt

7 Et vi. Idus. Colum.

Hœdi veſperi.viij. Idus Octobris Cæſari fulgẽs in Corona ſtella oritur. 7 Et iij.Idus Vergiliæ veſperi.Idibus Corona tota.Sexto Calend.Nouembr.Suculæ veſperi exoriuntur Pridie Calend. Cæſari Arcturus occidit: & Suculæ exoriuntur cum Sole. Quarto Nonas Arcturus occidit veſperi. Quinto Idus Nouembris gladius Orionis occidere incipit. Deinde iii. Idus Vergiliæ occidunt. In his temporum interuallis opera ruſtica, napos, rhaphanos ſerere, quibus diebus diximus. Vulgus agreſte & rapa poſt ciconiæ diſceſſum malè ſeri putat. Nos omnino poſt Vulcanalia, 8 & [a] præcocia cum panico. A Fidiculæ autem occaſu viciã, faſeolos, pabulum. 9 hoc ſilente Luna ſeri iubent. Et frondis præparandæ tempus hoc eſt. Vnus frondator quatuor frondarias fiſcinas complere in die iuſtũ habet. Si decreſcente Luna præparetur,non putreſcit.Aridã colligi nõ oportet. [b] Vindemiã antiqui nũquàm exiſtimauere maturam ante æquinoctium:iam paſsim rapi cerno.Quam ob rem & huius tempora notis argumentiſque ſignentur. Leges ita ſe habent: Vuam calidam ne legito,hoc eſt in eius ſiccitate,ac niſi imber interuenerit. Hanc ne legito rorulentam, hoc eſt, ſi ros nocturnus fuerit, 10 nec priùs, quàm ſole diſcutiatur. Vindemiare incipito, [c] cùm ad palmitem pampinus procumbere cœperit,aut cùm exempto acino ex denſitate 11 interuallum non compleri apparuerit, acinum non augeri.Acino plurimũ refert,ſi contingat creſcente Luna 12 vindemiare. [d] Preſſura vna [e] culeos x x. implere debet.Hic eſt [f] pes iuſtus. 13 Ad totidem culeos & lacus xx. iugeribus vnum ſufficit [g] torculum.Premũt aliqui [h] ſingulis,vtilius binis, licèt magna ſit vaſtitas ſingulis.Longitudo in his refert,nõ craſsitudo.Spatioſa meliùs premunt. Antiqui funibus vittiſque loreis ea detrahebant & vectibus. Intra c. annos inuenta Græcanica,mali rugis 14 per cochleas bullantibus,palis affixa arbori ſtella, à palis arcas lapidum attollente ſecum arbore:quod maximè probatur. Intra x x ii. hos annos inuentum,paruis prælis,& minori torculari,ædificio breuiore, & malo in medio 15 decreto,tympana impoſita vinaceis, ſupernè toto pondere vrgere, & ſuper præla conſtruere [i] congeriem.Hoc & poma colligendi tempus, & obſeruatio,cùm aliquod maturitate,non tempeſtate,deciderit: hoc & fæces exprimendi: hoc & defrutum coquendi,ſilente Luna noctu:aut ſi interdiu, plena. Cæteris diebus aut ante exortum Lunæ,aut poſt occaſum.Nec de nouella vite aut paluſtri,nec niſi è matura vua,nec niſi foliis deſpumandum:quia ſi ligno contingatur vas,aduſtum ac fumoſum fieri putant. Iuſtum vindemię tempus ab æquinoctio ad Vergiliarum occaſum dies x l i i i. Ab eo die [k] oraculum occurrit, [l] frigidum picari pro nihilo ducentium. 16 Sed iam & Calendis 17 Ianuarij defectu vaſorum vindemiantes vidi,piſciniſque muſta condi,aut [m] vina effundi priora, vt dubia reciperentur. Hoc non tam ſæpe prouentu nimio euenit, quàm ſæuitia inſidiantium caritati ciuili.Sed æqui patriſfamiliàs modus eſt,annona cuiuſque anni vti. Id peræquè etiã lucroſiſsimum.Reliqua de vinis affatim dicta ſunt.Item vindemia facta oliuam eſſe rapiendã, & quæ ad oleum pertinent, quæq; ad Vergiliarum occaſum agi debẽt.

8 & Maturæ frumẽta. Colum.
9 & hoc ſil. Vet.

10 non prius. Vet.

11 interuallo nõ cõpleto. Vet.
12 vindemiarj. M.

13 Lego, Ad totid. culleor & xx iugeribus vnũ ſufficit torculũ & lacus (ſub. vnus.) Dal.

14 præli cochleæ illabentibus pal. aff. arbori ſtella,cũ prælo arcas lap. attol. ſurſum arb. Vet.

15 crecto. Vet.

ANNOTATIONES.

a Matura frumenta. Colum. vt far adoreum,& opacis locis triticum.
b Varro cap.54.lib.1.Columel.cap.18.lib. 12.Cato.cap.23.Palladius cap.11.Septem.
c Cùm vinacea, ſiue guana acinorum, fuſca vel nigra fuerint. Pallad.
d Preſſuram vocat, quantùm vuarum in ſuperpoſita cauea pedibus preſſarum lacus vinarius accipit.
e Culeus 20. amphoras continet,& vrnas 40.Fannius,

Eſt & bis decies queu conficit amphora noſtris
Culleus:hoc nullo eſt maior menſura liquoris.

De menſuris liquidorum vide annotat.Philandri in cap.9. lib. 6. Vitruuij.
f Pedem iuſtum dici arbitror, iuſtam exactamq́ menſuram liquidorũ,quæ omnes alias cõtinet: (eſt enim cullеus omniũ vini menſuratum maxima) ad pedis ſimilitudinem,qui iuſto modo inferiores alias menſuras colligit, nempe vncias, vt alij volunt, duodecim,vt alij,ſedecim:non autem briſam,& vinaceorum ſcapos ſiue ſcipiones cum folliculis, quos pedem Columella vocat lib.12.vulgò *le marc,la grappe,la geine.*
g Vitruuius cap.9.lib.6.Cato cap.12.13.18.Colum.ca.6.li.1.Varro cap.54.lib.1.
h Torculum id Pœnicum eſſe volunt,cuius meminit Varro in Gerontodidaſcalo: *Vmeis vbi ampla cella,torculare Pœnicum.* Apud Nonium.
i Vel tignorum vel lapidum,quorum grauitas ponderi addat.
k Flexum,torruoſum,ambiguum,perplexum dictum:quo præcipitur, poſt diẽ vindemiæ præſtitutum terum eſſe vaſa picare,& quæ vindemiæ vſui ſint cõparare,cùm antea prompta eſſe oporteat,ne moram ferat maturus fructus. Turn.cap.34.10.
l Frigido picare pro nihilo duci.Eo ſenſu, inutile eſſe, intempeſtiuum & nihili vaſa, dolia picare,raderc, pice linire,ad excipiẽdum vinum prꝛparare,cùm iam cœlum frigidum eſſe incipit, vt Septembri mẽſe,cùm autumnus init: opus enim id ruſticis faciendum eſt adhuc æſtuoſo cœlo,longè antequam vindemiæ tempus aduenerit.
m Cùm apotheca plena eſt vini veteris, nec condendo muſto vaſa parata & vacua ſunt. Turneb.ibid.

De

[a] *De Lunari ratione.* CAP. XXXII.

His,quę ſunt neceſſaria,adijcientur de Luna,ventiſque & præſagijs,vt ſit tota ſideralis ratio perfecta. Nanque Virgilius etiam [b] in numeros Lunæ digerenda quædam putauit,Democriti ſecutus oſtentationem.Nos legum vtilitas,quæ in toto opere,in hac quoque mouet parte.Omnia quæ [c] cęduntur, carpuntur, conduntur,innocentiùs decreſcente Luna, quàm creſcente fiunt. [d] Stercus, niſi decreſcẽte Luna,ne tangito.Maximè intermenſtrua dimidiaq́ue ſtercorato. Verres,iuuencos, arietes,hœdos decreſcẽte Luna caſtrato. Oua Luna noua ſupponito. Scrobes Luna plena noctu facito.Arborum radices Luna plena operito.Humidis locis interlunio ferrito,& circa interlunium quatriduo.Ventilari quoque frumenta ac legumina,& cõdi circa extremam Lunam iubent. Seminaria,cùm Luna ſupra terrã ſit,fieri:Calcari muſta,cùm Luna ſub terra. Item materies cędi,quæq́ue alia ſuis locis diximus. Neque facilior eſt obſeruatio,ac iam dicta à nobis ſecundo volumine:ſed quod intelligere vel ruſtici poſsint, quoties ab occidente Sole cernetur, prioribuſq; noctis horis lucebit,creſcens erit,& oculis dimidiata iudicabitur:cùm verò occidente Sole orietur ex aduerſo,ita vt pariter aſpiciantur, tum erit plenilunium. Quoties ab ortu Solis orietur,prioribuſq; noctis horis detrahet lumen,& in diurnas extendet, decreſcens erit,iterumq́; dimidia. In coitu verò (quod interlunium vocãt) cùm apparere deſierit. Supra terras autem erit, quãdiu & Sol,interlunio,& prima tota die: ſecunda, horæ noctis vnius [e] dextante ſicilico: ac deinde tertia vſque ad quintamdecimam, multiplicatis horarum ijſdem portionibus: quintadecima tota ſupra terras noctu erit, eademq́; ſub terris tota die.Decimaſexta ad primæ horæ nocturnæ dextantem ſicilicum ſub terra aget, eaſdemque portiones horarum per ſingulos dies adijciet vſque ad interlunium. Et quãtum primis partibus noctis detraxerit, [1] quòd ſub terris agat, tantundem nouiſsimis ex die adijciet ſupra terram. Alternis autem menſibus xxx.implebit numeros,alternis verò detrahet ſingulos. Hęc erit ratio lunaris.

1 quando ſub terris agit.M.

ANNOTATIONES.

a Varro cap.37.lib.1.
b *Ipſa dies alies alio dedit ordine Lunæ*
Fœlices operum,quintam fuge &c. 1.Georg.
c Theophr.cap.1.lib.5.hiſtor.
d Hoc nimirum eſt,quod Germanicus Cæſar ſuis commentarijs ſcripſit in Aratum,augmenta detrimentaque Lunę non ſolùm terram ſentire,ſed & lapides, & cerebra, & lætamina, quæ Lunæ crementis eiecta vermiculos pariunt: Deniq́ue Lunæ crementis abſciſſa ligna furfuraceis tinearum terebramentis fiſtulaſcere. Hadr.Iun.cap.20 6.
e Cap.14.lib.2.lucet dodrantes ſemuncias horarũ. Dextantem ſicilicum vnius horæ, Budæus libr. 1.de Aſſe, decem vncias cum quarta vnciæ parte interpretatur.

[a] *De ventorum ratione.* CAP. XXXIII.

Ventorum paulò ſcrupuloſior. Obſeruato Solis ortu quocũque libeat die,ſtantibus hora diei ſexta,ſic vt ortum eum à ſiniſtro humero habeant, contra mediam faciem Meridies,à vertice Septẽtrio erit. Qui ita limes per agrũ currit, [b] cardo appellatur. Circumagi deinde melius eſt,vt vmbram ſuam quiſque cernat: alioqui poſt hominem erit. Ergo permutatis lateribus, vt ortus illius diei à dextro humero fiat, occaſus à ſiniſtro, tunc erit hora ſexta, cùm minima vmbra contra medium fiet hominem. Per huius mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, vel cinere lineam, verbi gratia pedum xx. conueniet: mediamque menſuram, hoc eſt in x.pede,circunſcribi circulo paruo,qui vocetur vmbilicus.Quæ pars fuerit à vertice vmbræ,hæc erit ventus Septentrionalis.Illò tibi putator arborum plagę ne ſpectẽt, nẽve arbuſta vineæve, niſi in Africa,Cyrenis, Ægypto.Illinc flante ne arato, quæq; alia [a] præcipimus.Quæ pars lineæ fuerit à pedibus vmbræ,Meridiem ſpectans,hæc ventum Auſtrum dabit, quem à Græcis Notum diximus vocari. Illinc flatu veniente,materiam vineamque agricola ne tractes.Humidus [2] aut æſtuoſus Italiæ eſt. Africæ quidem incendia cum ſerenitate affert. In hunc Italiæ palmites ſpectent,ſed nõ plagæ arborum vitiúmve. Hunc oliueti metator Vergiliarum quatriduo, hunc ca-

1 præcepimus.M.
2 & æſt.Dal.

ueat insitor calamis, gemmísq; inoculator. De ipsa regionis eus hora prænonũisse conueniet. Frondem media die arborator ne cędito. Cùm meridiem adesse senties pastor, æstate contrahente se vmbra, pecudem à Sole in opaca cogito. Cùm æstate pasces, in Occidentem specta ante meridiem, post meridiem in Orientem. Aliter noxium, sicut hyeme & [3] vêre, si in rorulentum duceres. Nec cõtra Septentrionem paueris suprà dictum. [c] Clodunt ita, lippiúntve ab afflatu, & aluo cita pereunt. Qui fœminas concipi voles, in hunc ventum spectantes iniri cogito.

ANNOTATIONES.

a Arist. cap. 3. lib. de mundo. Vitruuius.
b Vitratus veteribus, autore Frontino, & citratus, quòd vltrà Septentrionem habeat, & citrà Meridiem.
c Oculos aperire nequeunt.

a *De limitatione agrorum.* CAP. XXXIIII.

DIximus vt in media linea designaretur [b] vmbilicus. Per hunc medium trãsuersa currat [2] alia. Hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrum, [c] decumanus vocabitur. Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decussei obliquæ, ita vt à Septentrionis dextra lævaque ad Austri dextram lævamq; descendant. Omnes per eundem currant vmbilicum, omnes inter se pares sint, omnium interualla paria. Quæ ratio semel in quoque agro ineunda erit: vel si sæpius libeat vti, è ligno facienda, regulis paribus in tympanum exiguum, sed circinatum adactis. Ratione qua doceo, occurrẽdum ingenijs quoque imperitorum est. Meridiem excuti placet, quoniam semper est idem: Sol autem quotidie ex alio cæli momento, quàm pridie, oritur: ne quis fortè ad exortum [2] capiendam putet lineam. Ita cæli exacta parte, quod fuerit lineæ caput Septentrioni proximum à parte exortiua, solstitialem habebit exortum, hoc est longissimi diei, vẽtúmque Aquilonem, Boream Græcis dictum. In hunc ponito arbores vitésque. Sed hoc flante ne arato: frugem ne ferito: semen ne iacito. Prestringit enim atque percellit hic radices arborum, quas positurus afferes. [3] Prædoctus esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. Nec sum oblitus, in hac parte ventum Græcis poni, quem Cæciam vocant. Sed idem Aristoteles vir immensæ subtilitatis, qui idipsum fecit, rationem conuexitatis mundi reddit, qua contrarius Aquilo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in prædictis timet agricola. [d] Mollit sidera æstate media, mutátque nomen, & Etesias vocatur. Ergo cùm frigidum senties, caueto, [4] ac quacunque Aquilo prædicitur, tanto pernicisior Septentrio est. In hunc Asiæ, Græciæ, Hispaniæ, maritimę Italiæ, Campaniæ, Apuliæ arbusta vineęque spectent. Qui mares concipi voles, in hunc pascito, [5] vt sic ineuntem ineat. Ex aduerso Aquilonis ab occasu brumali Africus flabit, quem Græci Liba vocant. In hunc à coitu cùm se pecus circumegerit, fœminas cõceptas esse scito. Tertia à Septentrione linea, quam per latitudinẽ vmbrę duximus, & decumanam vocauimus, exortum habebit æquinoctialem, vẽtúmq; Subsolanum, Græcis Apelioten dictũ. In hunc salubribus locis villæ vineęque spectent. Ipse leniter pluuius, tamen est siccior [6] Fauonius, ex aduerso eius ab æquinoctiali occasu, Zephyrus Græcis nominatus. In hunc spectare oliueta Cato iussit. Hic ver inchoat, aperítque terras tenui frigore saluber. Hic vites putandi, frugésque curandi, arbores serendi, poma inserendi, oleas tractandi ius dabit, [7] afflatúque nutriciũ exercebit. Quarta à Septentrione linea, eadem Austro ab exortiua parte proxima, brumalem habebit exortum, ventúmque Vulturnum, Eurum Græcis dictũ, siccioręm & ipsum tepidiorémque. In hunc apiaria & vineæ Italiæ, Galliarúmque spectare debent. Ex aduerso Vulturni flabit Corus, ab occasu solstitiali & occidentali latere Septentrionis, Græcis dictus Argestes, ex frigidissimis & ipse, sicut omnes qui à Septentrionis parte spirant. Hic & grandines infert, cauendus & ipse non secùs ac Septentrio. Vulturnus si à serena cæli parte cœperit flare, non durabit in noctem: at Subsolanus in maiorem partem noctis extenditur. Quisquis erit ventus, si feruidus sentietur,

3 vêre, in rorulentum ducere. Ne con. Dal. ex M.
4 At qualiscunque. Vet.
5 vt sic in eundem ineat. Alij. vt sic mares ineantur. Vet. vt sic mares iaciãt. Alij.
6 Fauonio. Ex. M.
7 afflatumque nutriciũ excitabit. Vet.

sentietur, pluribus diebus permanebit. Aquilonem prænuntiat terra siccescens repentè, Austrum humescens rore occulto.

ANNOTATIONES.

a Vide Iulium Frontinum, & M. Iunium Nypsium, Columellam cap. 1. & 2. lib. 5. Varronem cap. 10. lib. 1.
b Vide γνώμων in lexico Const. Hæc machina respondere videtur æneo gnomoni (Sextus Pompeius Gnomam vocat) in amussis medio collocato, quem Vitruuius describit cap. 6. lib. 1. Indagatorem vmbrarum, σκιοθήκας id instrumentum Græci vocant.
c Iurisconsultis limites qui populo iter præbent, alij sunt decumani, lati pedes 40. Alij cardines, lati pedes 20. Alij actuarij, lati pedes 12. Alij subruncui, lati pedes 8. Cuiacius cap. 2. Obseru. Vide Politianum cap. 86. Miscell. Antiquis decumanus dicebatur dextratus & sinistratus, quòd orientem ad dextram habeat, occidentem ad sinistram.
d Ardorem Caniculæ lenit. Vide cap. 47. lib. 2.
e Legit Robertus Stephanus in Dictionario. Aquilonem prænuntiat terra siccescens, sed roreſcens repentè Austrum immittet humescens in rore occulto: vnde hanc lectionem eruo. Aquilonem prænuntiat terra siccescens: humore occulto roreſcenti, repentè Auster immittet.

a *Prognostica tempestatum.* CAP. XXXV.

1 ETenim prædicta ventorum ratione, ne sæpius eadem dicantur, transire conuenit ad reliqua tempestatum præsagia, quoniã & hoc placuisse Virgilio magnopere video. Siquidem in ipsa messe sæpe concurrere prælia ventorum damnosa imperitis refert. Tradunt eundem Democritum metente fratre eius Damaso ardentissimo æstu orasse, vt reliquæ segeti parceret, raperétque defecta sub tectum, paucis mox horis sæuo imbre vaticinatione approbata. Quinimo & harundinem non nisi impendente pluuia seri iubent, & fruges insecuturo imbre. Quamobrem & hæc breuiter attingemus, scrutati maximè pertinentia. primúmque à Sole capiemus præsagia. Purus oriens, atque non feruens, serenum diem nuntiat: at hybernam pallidus grandinem. Si & occidit pridie serenus, & oritur tanto certior fides serenitatis. Concauus oriens pluuias prædicit: [2] item ventos, cùm ante exorientem eũ nubes rubescunt. quòd [3] si & nigræ rubentibus interuenerint, & pluuias. Cum oriẽtis atque occidentis radij rubent, coire pluuias. Si circa occidentẽ rubescũt nubes, serenitatem futuræ diei spondent. Si in exortu [4] spargentur partim ad Austrũ, partim ad Aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluuiam tamen ventosque significabunt. Si in ortu aut in occasu cõtracti cernentur radij, imbrem. Si in occasu eius [5] pluet, aut radij in se nubem trahent, asperam in proximum diem tempestatẽ significabunt. Cùm oriente radij non illustres eminebũt, quamuis circumdati nube non sint, pluuiam portendent. Si ante exortum nubes globabuntur, hyemem asperam denuntiabunt. Si ab ortu repellentur, & ad occasum abibunt, serenitatem. Si nubes Solem circuncludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempestas erit: si verò etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quòd si in exortu fiet ita vt rubescant nubes, maxima ostendetur tempestas. Si non [6] ambibunt, sed incumbent, à quocunque vento fuerint, eum portendent. si à meridie, & imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, expectetur ventus. Si totus defluxerit æqualiter, serenitatem dabit. Si in exortu longè radios per nubes porriget, & medius erit inanis, pluuiam significabit. Si ante ortum radij se ostendent, aquã & ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis [7] leuem tempestatem. Si nebula, vehementiorem. Si candente Sole, [8] ventum. Si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se, ventum magnum. Proxima sint iure Lunæ præsagia. Quartam eam maximè obseruat Ægyptus. Si splendens exorta puro nitore [9] fulsit, serenitatem: si [b] rubicunda, ventos: si nigra, pluuias portendere creditur. In quinta cornua eius obtusa, pluuiam: erecta & infesta ventos semper significant: quarta tamen maximè. Cornu eius Septentrionale acuminatum atque rigidum, illum præsagit ventum. Inferius Austrum: vtraque recta, noctem ventosam. [c] Si [10] quartam orbis rutilus cingit, ventos & imbres prænonebit. Apud Varronem ità est: Si quarto die Luna erit [11] directa, magnam tempestatem in mari præsagiet, nisi si coronam circa se habebit, & eam syncetam: quoniam illo modo non ante plenam Lunam [12] hyematurum ostendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit: si rutila, ventos: nigrescens, imbres. [13] Si caligo orbis nubem incluserit, ventos

1 Atenim. Vet.
2 idem. M.
3 si nigræ. Dal.
4 spargentur. Vet.
5 liuent radij, aut in se. Vet.
6 abibunt. M.
7 lenem. M.
8 ventus fiat, & circulus fue ex qua regionis eruperit, vent. magn. M.
9 fulserit. M.
10 quartæ orbis rutilus, ciebit vent. M.
11 recta. Vet.
12 hyemandum. M.
13 Si orbẽ caligo nubis &c. Quidam.

ventos, quà se ruperit: si gemini orbes cinxerint, maiorem tempestatem. Et magis, si tres erunt, aut nigri, [14] aut interrupti atque distracti. Nascens Luna, si cornu superiore obatro surget, pluuias decrescens dabit: si inferiore, ante plenilunium: si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maximè splendebit, ex ea ventum ostendet. Si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Si ante quartam non apparuerit, vento Fauonio flante, hyemalis toto mense erit. Si xvi. vehementiùs flammea apparuerit, asperas tempestates præsagiet. Sunt & ipsius Lunę octo articuli, quoties in angulos Solis incidit, pleriſque inter eos tantùm obseruantibus præsagia eius, hoc est, tertia, septima, vndecima, decimaquinta, decimanona, vigesimatertia, vigesimaseptima, & interlunium. Tertio loco stellarum obseruationem esse oportet. [d] Discurrere eæ videntur interdum: ventiq; protinus sequuntur. In quarum parte ita præsagiuere: Cælùm cùm æqualiter totũ erit splendidum, [15] articulis temporũ, quos proposuimus, autumnum serenum præsagibunt & frigidum. Si ver & æstas non sine riguo aliquo transierint, autumnum serenum & densum minusque ventosum facient. Autumni serenitas ventosam hyemem facit. Cùm repentè stellarum fulgor obscuratur, [16] & id neque nubilo, neq; caligine, pluuia aut graues denuntiantur tempestates. Si volitare plures stellæ videbuntur, quò ferentur albescentes, ventos ex ijs partibus [17] nũtiabunt. [18] Aut si cursitabunt, certos: si id in pluribus partibus fiet, inconstantes ventos effundent. Si stellarum errantium aliquã orbes incluserint, imbres. Sunt in signo Cancri duæ stellæ paruæ, Aselli appellatæ, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellant. Hæc cùm cælo sereno apparere desierit, atrox hyems sequitur. Si alteram earum Aquiloniam caligo abstulit, Auster sæuit: si Austrinam, Aquilo. Arquus cùm sunt duplices, pluuias [19] nuntiant. A pluuijs serenitatem non perinde certam. Circuli noui circa sidera [20] aliqua, pluuiam. Cùm æstate vehemẽtius tonuit quàm fulsit, ventos ex ea parte denuntiat: cõtrà si minus tonuit, imbrem. Cùm sereno cælo fulget, pluuiæ erunt & tonitrua, & hyemabit. Atrocissimè autem, cùm ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit. Cùm ab Aquilone tantùm, in posterum diem aquã portendit. Cùm à Septẽtrione, ventum eum. Cùm ab Austro vel Coro, aut Fauonio nocte serena fulgurauerit, ventum & imbrem ex ijsdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana. Nubes cùm sereno cælo feruntur, à quacunque parte id fiet, expectetur venti: si eodem loco globabuntur, [21] appropinquante Sole discutientur. Et hoc si ab Aquilone fiat, ventos: si ab Austro, imbres portendent. Sole occidente, [22] si ex vtraque parte eius cælum petent, tempestatem significabunt. Vehemẽtius atræ ab oriẽte, in noctem aquam minantur: ab occidente, in posterum diem. Si nubes, vt vellera lanæ, spargentur multæ ab oriente, aquam in triduum præsagient. Cùm in cacuminibus montium nubes [23] concident, hyemabit. Si cacumina pura fient, dissere nabit. Nube grauida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit. Cælo quamuis sereno, nubecula [24] quamuis parua, ventum procellosum dabit. Nebulę è montibus descendentes, aut cælo cadentes, vel in vallibus sedentes, serenitatem promittunt. Ab his terreni ignes proximè significant: pallidi nanq; murmuranteſque tempestatum nuntij sentiuntur: pluuiæ [25] etiam, in lucernis fungi. Si flexuosè volitet flamma, ventum. Et lumina cùm ex sese flammas elidunt, aut vix accenduntur. Item cùm in eo pendentes coaceruãtur scintillæ: vel cùm tollentibus ollas [f] carbo adhærescit: aut cùm contectus ignis è se fauillam discutit, scintillámve emittit: vel cùm cinis in foco concrescit, & cùm carbo vehementer perlucet. Est & aquarum significatio. Mare [27] si tranquillum in portu à cursu stabit, & murmurauerit intra se, ventum prædicit. Si identidem, & hyemem, & imbrẽ. [28] Litora [g] ripęq; si resonabunt tranquillo, asperã tempestate: item maris ipsius trãquillo sonitus, spumæve dispersæ, aut aquę bullantes. Pulmones marini in pelago, pluriũ dierũ hyeme portendunt. Sepe & silentio intumescit, flatuq; altiùs solito iam intra se esse ventos fatetur. Equidem & montium sonitus, nemorumq; mugitus prædicunt: & sine aura, quæ sentiatur, folia ludentia. [h] Lanugo populi aut spinæ volitans, aquisq; pluma innatans. Atque etiam in campis tempestatem venturam præcedens suus fragor: cæli quidem murmur, non dubiam habet significationem. Præsagiunt & animalia. Delphini [i] tranquillo mari lasciuientes flatum, ex qua veniunt parte: item spargentes aquam turbato, tranquillitatem. [k] Loligo volitans, conchæ adhærescentes, echini affigentes sese, aut harena saburrantes, tempestatis signa sunt. [l] Ranę quoque vltra solitum vocales. Et [m] fulicę matutino clangore. Item mergi anatésque, pẽnas rostro purgantes, ventum. Cæteraq; aquaticæ aues concursantes. Grues in mediterranea festinãtes. [n] Mergi maria aut stagna fugientes, grues silentio per sublime volantes, serenitatem: sic noctua in imbre garrula: [29] at sereno, tempestatẽ. [o] Coruiq; singultu quodam latrantes, seq; concutientes, si continuabũt, ventos: si verò carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem. Gracculi serò à pabulis recedentes, hyemem. Et albę aues, cùm congregabuntur. Et cùm terrestres volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes sese: sed maximè [p] cornix. Hirundo tam iuxta aquam volitans, vt penna sæpe percutiat. [q] Quæq; in arboribus habitant, fugitantes [30] in nidis suis. Et anseres continuo clangore intempestiui. [r] Ardea in medijs harenis tristis. Nec mirum, aquaticas, aut in totum volucres præsagia aëris sentire. Pecora exultantia, & indecora lasciuia ludentia, eandem significationem habent. [s] Et boues cælum olfactantes, [t] seq; lambentes [31] contra pilum. Turpesq; porci [32] alienos sibi manipulos fœni lacerantes: segniterq; & contra industriam suam absconditæ formicæ, vel concursantes, [u] aut oua progerentes. Item vermes [x] terreni erumpentes. Trifolium quoque inhorrescere, & folia contra tempestatem subrigere certum est. Necnon & in conuiuijs mensisq; nostris, vasa quibus esculentum additur, [33] sudorẽ repositorijs [34] linquentia, diras tempestates prenuntiant.

14 aut, in M.d.
15 articulo temporis, quem. Dal. A fidiculæ nempe occasu ad æquinoctium, quem articulum postremũ exposuit initio ca. 31.
16 vtique negi. Vet.
17 nuntiant. M.
18 ac si circa stabũt. M. ac si circa puræ stabunt. Vet.
19 nuntiant, & pluuijs. Vet.
20 aliqui. Vet.
21 appropinquante sque soli discutiãtur, & hoc ab. M.
22 si ab vet. par. c. cæl. petet. Vet.
23 consident. M.
24 quæuis parua. Ve.
25 etiam, in M.d.
26 in ijs. Ver. sub. luminibus.
27 si tranquillo portu. M.
28 Litoris ripæque ipsius tranquillus sonitus, spumæve dispersę. M.

29 at serena tẽpestate corui singultu. Ver.
30 in nidos suos. Ver.
31 contra pluuiã. M. citam pluuiam. Vet.
32 alieno subsultu manip. Vet. alienos sibilo man. Alij Ver.
33 sudorem in repos. Vet.
34 relinquentia. M.

ANNOTATIONES.

a Virgilius 1. Georg. & Aratus.

b Aratus, λιπτὴ δὲ καὶ εὐμεγέθης ἰφύθυς, πνευμονίη. Virgil.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit. &c.

c Virg. *Sin ortus quarto, namque is certissimus auctor.* Aratus tertium æquè ac quartum spectat vsque ad διχόμηνον. Theophrastus τετράδος, ἢ τὰ δέκατα, καὶ πανσελήνου. Brod. cap. 13. 3.

d Arist. in probl. sect. 25.

e Fungus is suligo & fauilla est, cum fumo egressa, quæ aëris crassitie cohibita, in lucerna resident ac manet, attiq; fungi imaginem reddit. Virg.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescirẽt hyemem, testa cùm ardente viderent,
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.
Aristoph. ἐν σφηξὶ. ὧν ἐγὼ ὅπως μὴ θερμῶν πατήσομαι τὸ σκόροδον ἄθυρμ' ἀναγκαῖον ἔχει τὸν δῆλον πτόθεσιν, ὥσπερ γ' ἐν τοῖσιν λύχνοις, ὅταν μύκησις φλεκτὸ δ' ἔταν ᾖ τοιοῦτ', ποιεῖν ὑπὸν μάλιστα. Victorius cap. 14. lib. 18. & 21. lib. 33. Aratus, ἢ λύχνιο μύκησις ἀγαθρεῦλαι περὶ μύξαν. Callimachus, οὐδ' αὖ λύχνι δ' ἀφρώνι ἀδδὲν ἐγκονέῖ μύκησις. Theoph. libello de signis ventorum, pluuiæ &c. καὶ ἐι μύκησίς τινὸν νέκυα ἢ, ὕδωρ σημαίνει.

f Apud Aratum & Theophr. oliæ impositæ suo tripodi cõplures scintillæ.

g Theophr. ἀκτὴν βρέχειν, αἰγιαλὸν ἠχεῖν dixit.

h In Arato, ἠδὲ καὶ πάππου λάνυις γύρεσιν ἀκαίνῃς. Spinam albam interpretes exponunt Cinaram. Plinius substantiuum esse putauit, non adiectiuum, qui populum intellexerit. Auienus sic vertit,
Iámque super lactes florum volitare senectam.

i De hac re vide multa prodita à Rhodigino cap. 6. lib. 8.

k Huius rei causſam reddit ex Plutarcho idem cap. 28. lib. 24.

l Cicero 2. epist. ad Atticum, Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranæ enim βατρύουσι. Aratus ἢ πάλλον βεκκὰς γυναῖ, βδρσιον ὕνταρ, Ἀὐτὰν ἐξ ὕδατος πατέρα βεκκὰς γερύνων. Mur. Variar. cap. 20. lib. 1.

m ἢ τρύξει ἠμέριον ἰρομαῖν ἀλοιτρύδν, Aratus. Theophrastus verò, καὶ ἰρώδιὸς ἐρθρίον φθεγγόμενος ὕδωρ ἢ πνεῦμα σημαίνει. Turn. cap. 13. 25. κρώζων Cicero fulicam, κἠπρον: Mergum Virgil° reddit τὸν λεβύγαν.

n Idem tamen Theophrastus scripsit, καὶ ἁλατρύδν ἐν ἤθεσι μᾶλλον ἢ ἀπροπόρευσι, χαμαίτρυγα.

o Vide Turneb. cap. 22. lib. 19. Aduersar.

o De corui præsagio Theophrasti editum exemplar mutilum est. Turn. cap. 13. 25. sic legisse visus est: κόραξ πολλὰς μεταβάλλων φωνὰς, τὰ μὲν ὑγρὰ δίς· φθέγξεται, καὶ ἐπιβρέξει· ἢ καὶ ἀέρια πνεῦμα, ἢ διοτιοῦν, σύνεσιν σημαίνει· καὶ ὅ μιμεῖται τῇ φωνῇ τὸν φθόγγον, καὶ τοῦ ἐναντίου φωνὴν ἢ, καὶ ἐπιβρέξει· ὕδωρ, ἐπιβρέξει· de pennarum susurro & stridore exponit: Auienus de voce his verbis *--& tenui cum stridunt gutture corui.* Ego verò per onomatopœiam interpretor, vocem intra fauces resluentem, reuocatam, & quasi strangulatam edere, vt corui solent interiori gutture murmurãtes.

p De cornice Aratus. In terra prope litus eminẽs, cùm tempestas incipit, demisso capite cornix ſtat: πρὸ ἠῶθεν πρηχθὲν χείμερ & ἐρχομένην, χέρσον ὑπέρκυφα παρέων. Virg. *Et sola in sicca secum spatiatur arena.* Theophrastus, παρῶν ἐπὶ πέτρας καθῆμένη, (alij, παρωκεανίαν, crocitans) ἢ πῆμα παταγεῖδες, ὕδωρ σημαίνει: in scopulo, vel saxo, quod vndæ circumuerberant, cornix sedens, pluuiam nuntiat.

q De Querquedula id Varro in Sartano:
Aut frigidos nimbos aquæ cadentes mentis
Præmunere aquatiles querquedulæ natantes. Scalig. apud Nonium.

r Vt miluus. Varro in Sesquiulysse. *Lugere volitans miluos visus, aquam è nubibus tortam indicat fore, vt tegillum sibi sumat pastor.* Nonius. Virg. de Ardea *--notásque paludes.*
Deseruit, atque altum super ardea volat. Ardea nubem.

s Arist. cap. 21. lib. 6. histor. animal.

t Theophr. καὶ τὰν πρωτικὰν ἐπαλὶν λείχας, & anteriorem vngulam pedis lingens: sententia valde diuersa.

v Plutarchus De animal. prud. τὰς δὲ τῶν σπερμάτων ἐκβυσεις καὶ διαφθείρεις ἐνίοτε νοεῖν παρέχει σαφέστερον ἅπαντα.
Καὶ πέπλους μύρμηκας ἐχεῖς ἐξ ὅλων πεσόντα Θέσιον ἀνυσίγκαιλο &c. καὶ τίνες δὲ ὅλως γράφουσι, ἀλλὰ ἤδη, τὴν ἀποπειρώσας πλεῖστας ὅταν ἀνορῶσι σπουδάζοντας ἀεδωλίας, καὶ φοβηθῶσι φθείρειν καὶ σῦψιν ἀνεκτέρων. Idem & Theo Arati interpres. Leopardus cap. 26. lib. 7. Virgil.
Sepius & tectis penetralibus extulit ova
Angustum formica terens iter. Politianus.
Progeris ova canis parsens formica laborem.

x Aratus, σπαίρουσι πάγοι τὰν πελάσαι μεμαῶτες ὑπὲρ γαίης.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ LIBER XIX.

PROOEMIVM.

SIDERVM quoque tempestatumq; ratio, vel imperitis facili, atque indubitato modo [1] monstrata est: vereque intelligentibus non minus conferunt rura deprehendēdo cęlo, quàm sideralis scientia agro [2] colendo. Proximam multi hortorum curam fecere. Nobis non protinus transire ad ista tempestiuum videtur. Miramurque quosdam [3] scientiæ gratia, eruditionis suæ gloriam ex his petentes tam multa præterijsse, nulla mentione habita tot rerum sponte curáve prouenientium, præsertim cùm plerisque earum pretio vsuque vitę maior etiam, quàm frugibus, perhibeatur autoritas. Atque vt à confessis ordiamur vtilitatibus, quæque non solùm terras omnes, verùm etiam maria repleuere: seritur, ac dici neque inter fruges, neque inter hortensia potest, linū. Sed in qua non occurret vitę parte, quódve miraculum maius, herbam esse quæ admoueat Ægyptum Italiæ: in tantum, vt Galerius à freto Siciliæ Alexandriam septima die peruenerit, Babilius sexta, ambo præfecti: æstate verò proxima Valerius Marianus ex Prætorijs Senatoribus, à Puteolis nono die leniſsimo flatu: herbam esse, quę Gadeis ad Herculis columnas septimo die Ostiam afferat, & citeriorem Hispaniam quarto, prouinciam Narbonensem tertio, Africam altero: quod etiam mollissimo flatu contingit C. Flacco legato Vibij Crispi Proconsulis: Audax vita, [4] scelerum plena, aliquid seri, vt ventos procellásque recipiat: & parùm esse flu ctibus solis vehi. Iam verò nec vela satis esse maiora nauigijs. Sed quamuis amplitudini antennarum singulæ arbores sufficiant, super eas tamen addi velorum alia vela: prætérque alia in proris, & alia in puppibus pandi, ac tot modis prouocari mortem. Denique tam paruo semine nasci, quod orbem terrarum vltrò citróque portet, tam gracili auena, tam non altè à terra tolli: neque id viribus suis necti, sed passum tusumque & in mollitiem lanæ coactum, iniuria naturę, ac summa audacia, & quò peruenire nulla execratio sufficit, contra inuentorem dictum suo loco à nobis: cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret & insepultus. At nos priore libro imbres & flatus cauendos, frugum causa victusq;, præmonebamus. Ecce seritur hominis manu, metitur eiusdē hominis ingenio, quod ventos in mari optet. Prætereà vt sciamus fauisse pœnas, nihil gignitur faciliùs: [5] vt sentiamus nolente id fieri natura: vrit agrum, deterioremq; etiam [6] terram facit.

1 monstrata: verùm quia inrel. Vet.

2 colendo, proximū. Vet.

3 scietia graues. Vet. scientia gratos. Alij Vet.

4 scelerumque plena. Vet.

5 & vt sent. Vet.
6 ipsum. Vet.

De

De lini satione, & generibus eius, & quomodo perficiatur, & de mappis, & lino non ardente, & quando primùm in theatris vela.

CAP. I.

SEritur [a] sabulosis maximè, vnoq; sulco: nec magis festinat aliud. Vêre satum ęstate vellitur: & [1] hanc quoque terræ [b] iniuriam facit. Ignoscat tamen aliquis Ægypto, serenti vt Arabiæ Indiæq; merces importet: itáne & Galliæ censentur hoc reditu, montesq; [2] mari oppositos esse [c] non est satis, & à latere Oceani obstare ipsum quod vocant [d] inane? Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, vltimíque hominum existimati Morini, imò verò Galliæ vniuersæ [3] vela texunt. Iam quidem & transrhenani hostes: nec pulchriorem aliam vestem eorum fœminæ nouere. Qua admonitione succurrit, quod M. Varro tradit, in Serranorum familia gentilitiū esse, fœminas [4] linea veste non vti. In Germania autem defossi [5] atque sub terra id opus agunt. Similiter [6] & in Italia [7] ratione alia inter Padum Ticinumq; amnes, vbi à [e] Setabi tertia in Europa lino palma: secundam enim in vicino Allianis capessunt Retouina, & in Æmilia via Fauentina. Candore Allianis semper crudis Fauentina præferuntur: Retouinis tenuitas summa densitasque, candor æquè vt Fauentinis, sed lanugo nulla: quod apud alios gratiā, apud alios offensionem habet. Neruositas filo æqualior penè quàm araneis, tinnitusq;, cùm [f] dente libeat experiri: ideo duplex, quàm cæteris, pretium. Et Hispania citerior habet splendorem lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas [8] mira, ibi primùm g carbasis repertis. [9] Non dudum ex eadem Hispania Zoelicum venit in Italiam, plagis vtilissimum. Ciuitas ea [10] Callęcię & Oceano [11] propinqua. Est sua gloria & Cumano in Campania, ad piscium & alitum [12] capturam. Eadem & plagis materia. Neque enim minores cunctis animalibus insidias, quá [h] nobis metipsis lino tendimus. [14] Sed Cumanę plagæ concidunt apros, & [15] hæ cassésve ferri aciem vincunt. Vidimusque iam tantę tenuitatis, vt anulum hominis cum [i] epidromis transirent, vno portante multitudinem qua saltus cingerentur. Nec id maximè mirum, sed singula earū stamina centeno quinquageno filo constare, sicut paulò antè Iulio, Lupo, qui in præfectura Ægypti obijt. Mirentur hoc, ignorātes in Aegyptij quondam regis, quem Amasim vocant, [k] thorace in Rhodiorum insula ostendi in tēplo Mineruę cccIxv. filis singula fila constare. [16] Quod se expertum nuper Romę prodidit Mutianus ter Consul, paruasq; iam reliquias eius supereſse hac experientium iniuria. Italia [17] & [18] Peliginis etiamnum linis honorem habet, sed [l] fullonum tantùm in vsu. Nullum est candidius, lanæve similius: sicut in [19] culcitris pręcipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarū hoc & [20] tomenta pariter inuentum. Italiæ quidem mos etiam nunc durat in appellatione [m] stramenti. [n] Aegyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera: Taniticum, ac Peluſiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus, in quibus nascūtur. Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Paruus est, similémque barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur [21]. Nec vlla sunt eis candore mollitiáve prędferenda. [o] Vestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimæ. [p] Quartum genus Orchomenium appellant. [22] Fit è paluſtri velut harundine, duntaxat pannicula eius. Asia è geniſta facit lina ad retia [23] præcipua, in piscando [24] durantia, frutice madefacto x. diebus. Aethiopes Indíque è [q] malis, Arabes cucurbitis, in arboribus, vt [r] diximus, genitis. Apud nos maturitas eius duobus argumentis intelligitur, intumescente semine, aut colore flauescente. Tum euulsum, & in fasciculos manuales colligatum, siccatur in Sole pendens conuersis supernè radicibus vno die, mox quinque alijs, [25] in contrarium inter se versis fascium cacuminibus, vt semen in medium cadat. Inter medicamina huic vis, & in quodam rustico ac prædulci Italiæ transpadanæ

1 & magnam quoq;. Alij. hinc quoque. Alij. expuncto, &.

2 terris. Dal.

3 telas ex eo texunt. Vet.

4 lintea. CH.
5 &. M.
6 etiam. M.
7 regione Alliana. Turn. in Italię ratione aliena.

8 magna. M.

9 Nam. Vet.
10 Galliciæ. CH.
11 ꝓpinqua est. Sus. M.
12 capturas. CH.
13 maiores. M.
14 Sed ad Cumanas plagas concidunt apri. Vet.
15 hi casses ferri aciē conuincunt. Vet.

16 Quod per exemplū nuper. M. & CH. Quod exemplū per se expertum nuper. Vet.
17 ex. Vet.
18 Pelignis. CH.
19 culcitis. CH.
20 tormenta. CH.

21 Nec lina sunt ei. Vet.

22 Fit è paluſtris foliys arundinis, vel dū taxat panic. ci⁹. Dal.
23 præcipuè in. CH.
24 duritia. Dal.

25 in contrarijs in se fitc. CH.

cibo,ſed iam pridem ſacrorum tãtum gratia.Deinde poſt meſſem triticeam virgæ ipſæ merguntur in aquam ſolibus tepefactam,pondere aliquo depreſſę.Nulli enim leuitas maior.Maceratas indicio eſt membrana [26] laxatior. Iterumque inuerſæ, vt priùs,Sole ſiccantur.Mox arefactæ in ſaxo tunduntur ſtupario malleo. Quod proximum cortici fuit,ſtupa appellatur,deterioris lini,lucernarum ferè luminibus aptior.Et ipſa tamen pectitur ferreis [27] hamis,donec omnis membrana decorticetur. Medullæ numeroſior [28] diſtinctio,candore,mollitia.Linumque nere & viris decorum eſt.Cortices quoque decuſſi clibanis & furnis prębent vſum. [29] Ars depectẽdi digerendiq;:Iuſtùm è quinquagenis faſcium libris quinas denas [30] carminari. Iterũ deinde in filo politur,illiſum crebro in ſilice ex aqua:textumq; rurſus tunditur[s] clauis,ſemper iniuria melius.Inuentum iam eſt etiam,quod [t] ignibus non abſumeretur. Viuum id vocant, ardentéſque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis,quàm poſſent aquis.Regum inde funebres tunicæ,corporis fauillam ab reliquo ſeparant cinere.Naſcitur in deſertis aduſtiſque Sole Indiæ,vbi non cadunt imbres,inter diras ſerpentes: aſſueſcítque viuere ardendo,rarum inuentu,difficile textu propter breuitatem.Rufus de cætero colos,ſplendeſcit igni.Cùm inuẽtum eſt,æquat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem à Græcis[u] asbeſtinum ex argumẽto naturæ.Anaxilaus autor eſt,linteo eo circundatam arborem,ſurdis ictibus,& qui non exaudiãtur,cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe. Proximus[x] byſſino,mulierum maximè delicijs circa Elim in Achaia genito : quaternis denarijs ſcripula eius permutata quondam, vt auri, reperio. [y] Linteorum lanugo, è [z] velis nauium maritimarum maximè, in magno vſu medicinæ eſt : & cinis ſpodij vim habet. Eſt & inter papauera [z] genus quoddam,quo candorem lintea præcipuum trahunt.Tẽtatum eſt tingi linum quoque, & veſtium inſaniam accipere, in Alexandri Magni primùm claſsibus, Indo amne nauigantis,cum duces eius ac præfecti [a] in certamine quodam variaſſent inſignia nauium:ſtupuerúntque litora flatu [3] verſicoloria implente. Velo [A] purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemq; effugit. Hoc fuit imperatoriæ nauis inſigne.Poſteà in theatris tantùm vmbram fecere: quod primus omniũ inuenit Q.Catulus,cùm Capitolium dedicaret. Carbaſina deinde [B] vela primus in [4] theatro duxiſſe traditur Lentulus Spinter Apollinaribus ludis. Mox Cæſar Dictator totum forum Romanum intexit, [C] viámque ſacram ab domo ſua [5] ad cliuum vſque Capitolinum:quod [D] munere ipſo gladiatorio mirabilius viſum tradunt.Deinde & ſine ludis Marcellus Octauia ſorore Auguſti genitus,in Ædilitate ſua,auunculo x i. Conſule [6] Calend. Auguſti, velis forum inumbrauit, vt ſalubriùs litigantes conſiſterent:quantùm mutatis moribus Catonis Cenſorij,qui ſternendum quoque [E] forum muricibus cenſuerat. Vela [7] nuper colore cæli ſtellata [F] per rudentes, terra etiam in amphitheatris principis Neronis rubente:in [G] cauis ędium,& muſcũ à ſole defendunt. [8] Cæterò manſit [9] candori pertinax gratia. Honor etiam & Troiano bello. Cur enim nõ & prælijs interſit,vt naufragijs? [H] Thoracibus lineis paucos tamen pugnaſſe,teſtis eſt Homerus.Hinc fuiſſe & nauium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores : [I] quoniam cùm ſparta dixit,ſignificauerit fata.

26 Iatior. Dal.
27 nenis.CH.
28 deſtinatio.M.
29 Ars eſt dep.
30 carmin.iterũ.Deinde.CH.
s villis.CH.
t in,M.d.
3 verſicolorias pellẽte.CH.
4 theatrũ. Ver. Lego, amphitheatrum.
5 & clium vſque in Capitolium.CH.
6 ad Idus.M,
7 nuper & col.(ſic & CH.)cæli diſtenta per rud terræ &c.rubent.M.
8 Cæterum.M.
9 candore.CH.

ANNOTATIONES.

a Pingui & læto ſolo,humidiore, non ſitiente, Colum. cap.10. lib.2.pinguiſſimo loco,& modicè humido,Pallad.cap.1.lib.11.
b Quod tam citò & properè ſuccum terræ eripiat.
c Nili & mari nauigando linum ferat Gallia.
d Inane & de mari & de aëre dici,vide apud Turn.cap.9.lib.11. tomi 1.Aduerſat.
e Serabis oppidum Hiſpaniæ in edito monte ſitum, laudatiſſimi lini prouentu nobile,quamuis Strabo &alij quidam fluuium eſſe dicant.Gratius in Cynigeticis,

Hiſpanique alto ſpectantur Serabes vſu. Sillius lib.2.
Serabis & telas Arabum ſtreuiſſe ſuperba,
Et Peluſiaco ſtamen componere lino.

Catullus ob ſudaria Serabea per illiberalem iocum ſurrepta Aſinio hendecaſyllabos minatur. Had.Iun.cap.28.lib.4.
f Vel oris,quod magis probo:vel pectinis,vt quidam exponũt.
g Carbaſus lini genus tenuiſſimi in Hiſpania repertum, quo texebatur veſtis magni pretij,antiquis in delitijs habita, vt ſericea nobis.Virg.11.Æneid.

-tum croceam chlamydémque,ſinúſque crepantes
Carbaſeos,fuluo in nodum collegerat auro. Qu.Curtio lib.8.Carbaſo Indi corpora vſque ad pedes velant : eorumque rex aureo lectica, margaritis circumpendentibus recubat, diſtinctis auro & purpura carbaſis,quæ indutus eſt.Guilland. Quidam id genus linei panni eſſe putant,quod telam Baptiſtæ, & telam Hollandicam,

dicam, & telam Cameracenſem vocant. Hæc poſtrema aduehitur ex Hiſpania. Apud Ciceronem Verres æſtate ſumma tabernacula carbaſeis intexta velis in littore collocari iubet,vbi totos dies cum impudicis mulieribus perpotaret.
h Cum lineis velis fili,maris periculis nos obijcimus.
i Imis ſummiſque funibus,quibus tenduntur retia. Turn. cap. 9.lib.5.Aduerſar.vulgò, *les couraunts:*
k Thoraces militum lineos olim fuiſſe probat hic Alcei verſus apud Athenæum pag.310.linea 49. *θώρηκας τενιώσαντι*,ex nouoque lino thoraces.
l Vel quòd ſullones qui ferè nudi,& ſubucula linea tantùm tecti,pannos terunt & calcant pedibus,eo lino ſoli ad induſia conficienda vterentur,vel quòd ex eo lino veſtes textæ in fullonijs officinis ſolæ purgarentur & polirentur.
m Stramentum, quod homini & animalibus quieturis & dormituris ſubſternitur,nempe fœnum,vel palea. Nam quod ait ea. 10 3.lib.18.priſcis Romanis quies ſomnuſque in ſtramentis erat.
n Gratius in Cyneget.

Vix operata ſuo ſacra ad Bubaſtia lino
Velatur ſonipes aſtini turba Canopi. Sic autem Iſiacos ſacerdotes vocat Saliorum modo per Bubaſton vrbẽ ſaltantes, & ſiſtris perſonantes:de quibus Plutarch,ὅτι φιλοσόφως πομπεύουσι περὶ τῶν μυθοποιίας ποιοῦσιν,ἀλλ' ἱστορικὸν ἀπολογούμενοι περὶ ἑαυτῶν. Ion poëta in Phœnice Ægyptum *λίνινην* vocat.Had.Iun.cap.29.lib.4.
o Apuleius Apologia prima de lineo texto.Puriſſimum eſt rebus diuinis velamentum.quippe lana ſegniſſimi corporis excrementum pecori detracta, iam inde Orphei & Pythagoræ ſcitis, prophanus veſtitus eſt:ſed enim mundiſſima lini ſeges,inter optimas fruges terra exorta, non modò indutui & amictui ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus,ſed operturi quoque inde rebus ſacris vſurpatur.
p Lego,Stramenti genus Orchomenium &c. Arũdinis quidem panicula, vt gluma, & acere, farcíri culcitra poteſt, perinde ac ſtramento ſiue palea,veſtes autem texi non poſſunt.Ex arundinũ 20 conciſis foliis tomentum factum Circenſe,quod in Circo pauperibus ſternebatur,indicant hi verſus Martialis,

Tomentum conciſa palus Circenſe vocatur:
Hæc pro Leuconio ſtramina pauper habet.

q Arboribus lanigeris,in quarũ foliis conuoluris lanugo naſcitur.Theophr.cap.9.4.hiſtor.
r Cap.10.lib.12.
ſ Capitatis fuſtibus,clauæ ſimilibus.
t Rhodig.cap.31.18.quo Indorum leges ac mores fuſè narrat, ſcribit illos veſtibus ex eo lino textis indui : quod parùm credibile eſt,cùm in tantam longitudinem trahi nequeat,vt veſtes ex eo conficiantur.
v Tale fuit in aurea lucerna,quam Athenis Callimachus fecit, oleo non niſi poſt exactum annum diſſipato, licèt ſemper arderet.Pauſanias in Atticis.Plutarchus libr.de oracul.defectu,in Caryſtia rupe linum id gigni tradit,molli & lapideo filo,è quo mãtilia,retia,& reticula capitis tegumenta conficerentur.
x Byſſus Suidę &Theocriti interpreti coloris genus, vnde byſſina veſtis, byſſo infecta. Byſſus quibuſdam pretioſiſſima lana, colore nitoreque auri. Byſſus Philoſtrato,linum, quod Indi ex arbore legunt,trunco populis ſimili, foliis ſalici, etiam Arriano autore,Apollonioque oculato teſte. Rhodig. cap.8.23. Eſt & Amorgis lini ſpecies,vnde Amorgina veſtis memorata Æſchini contra Timarchum,Ariſtophani in Lyſiſtrate, Eupolidi.Cannabis,lini,byſſi,Eleorum agrum feracem eſſe tradit Pauſanias in Eliacis.
y *Ἀετίνων ἱστίων*:vnde fiunt *ἐτεσίαι μασχάλαι* Galeno 3.*περὶ ἀλεξιφ.* in remedijs Heraclidæ,quæ ſanguinem fluentem è naribus ſiſtunt.
z Heracleũ,ſiue *ἀερσῶδες* eſſe putant,quod & radiculæ ſiue ſtruthio ſimile eſt,& ſemen valde catharticum habet.Eius facultatis non meminit Dioſcorides.
A Alia ſunt vela Regia purpurea, gemmis & auro intertexta, quibus reges & ſummi principes in ſuis palatijs vtuntur ſuſpenſis,vt & Attalicis aulæis.Rœuardus cap.11.lib.5.Variorum.
B Inde velaria theatra Iuuenali. De theatralibus velis Lucretius lib.4.
C Sacra quidem ea dicta eſt,quòd fœdus in ea inter Romulum & Tatium ictum fuiſſet : vel quòd per eam ſacra in arcem quot menſibus deferrentur:vel quòd augurium in ea captabatur. Per eam in Capitolium frequẽs iter fuit,triumphorum pompa, ſubactis gentibus,domitiſq; nationibus,cum præda captiua,& ſpolijs hoſtium ſolemni apparatu procedebat. Vicorum Romanæ vrbis nomina,& nominum cauſſas declarat Alex.ab Alex.cn.18.2.
D Eius mentio ſit ſuprà cap.18.vltimo,lib.15. & apud Suetonium in Iulio,cap.10.
E Nam Plutarchus lib. de Fœnore, forum eſſe ſcribit *ἀσσαρίων χόρτου*:Anacharſis,locum deſtinatum explendæ auaritię,& ad fallendum.Rhodig.cap.9. lib.28. Forum triplex Romæ fuit.Mart.

Atque erit in triplici par mihi nemo foro. Idem,

Et fora tot numeras Iane quot ora geris. Seneca,

Adiice nunc publica per inuia gentium, circumſcriptiones, fraudes,iuſticitiones,quibus trina fora non ſufficiunt. Quartum Traianus addidit.Fuit & forum Domitiani tranſitorium,quod à uetonio Methodium dictum volunt. Idem cap.10.28.Vide caS.1.lib.5.Vitru. & in id Comment.Philandri.Vide & annotata in cap.15.lib.36.
F Lego,per rudentes tracta in amphitheatris principis Neronis terra etiam rubente.Nempe rubricæ aſpectu picturata, quẽadmodum autor ſcribit cap.5.lib.33.in ſpectaculis eiuſdem principis harenam Circi chryſocolla ſtratam fuiſſe, cùm ipſe concolori panno aurigaturus eſſet.
G Cauædium,ſeu Cauum ædium, ſeu Caua ædium (tot enim modis proferunt)quaſi ædium Cauea,Varroni libr.4. de lingua Lat.locus tectus & patulus intra parietes, ad omnium communẽ vſum.Vt in theatro Cauea locus fuit,è quo ſedẽs populus ludos & publica munera ſpectabat, ſic Cauędiũ ambulatio & porticus, monachorum periſtylijs ſimilis,è qua,qui ſpatiantur, prodituſi dominum expectantes,impluuium,id eſt,areã in quam impluit, aſpiciunt.Græci *μίσσωνον* vocant:& rectè quidẽ,quoniam in medio eſt totius ædificij,nempe cœnaculorum,cellarum,& cubiculorũ,vt apertè Varro indicat.Quidam pro muſeo hic legũt muſeacũ,id eſt,amuſſeatum,ſiue,vt inPeſcennio Spartianus dixit,muſiuum opus,nempe lithoſtraton & teſſellatum pauimentum. Verũm an id ſub dio fieret,& ſolis vapore offenderetur, aut corrũperetur,legiſſe non memini.Egò quendam Græcè doctũ in margine codicis ſcripſiſſe arbitror Cauædium *μίσσωνον* etiam vt & *μίσσωνα* dici,ex eaq; dictione factum vocabulum muſeũ, irrepſiſſe in Plinij ſcripturam, eoque vt otioſo & ſuperuacuo deleto,ſenſum apertiſſimum fore.
H Iliad.β. *λαοῖσιν δ' ἀγαλλόμενον ἰτὸν ταχὺς ἔλασε*
μίσων· ἐστὶ τόξον γε ἐὸν πεπαμένῳ ἔλασε,
ἀλλὰ πολὺ μείων ἐστὶν ἢ ἄνδρες λιπαρόδερμοι. Rursum eodem libro *ἔθνεα δ' ἔξεσαν μέσοι ἄνδρες λιπαρόδερμοι.* Herodot.in Polyhym. Theocr.Eidyll.14.Athen.lib.14.Strabo lib.3. Suetonius in Galba cap.19.Virg.3.Æneid.

Loricam conſertam hamis,auróque trilicem,τρίμιτον. Et lib.12.
--rumpítque iniſsa bilicem, δίμιτον. Mitalerius.

I Ab eadem verbi notione Pacuuius in Niptris apud Feſtũ ſerillia ſpartea funes è ſparto dixit.

*Nec illa ſubſcns,*inquit,*colubet compagem alnei:*
Sed ſuta liuo & ſparteis ferlibus.

De ſparti natura,& quando primùm vſus eius,& quomodo perficiatur, & quæ ſine radice naſcantur,& viuant.
CAP. II.

40 SParti quidem vſus multa poſt ſecula cœptus eſt : nec ante Pœnorum arma, quæ primùm Hiſpaniæ intulerunt. [a] Herba [1] & hæc ſponte naſcens, & quæ nõ queat ſeri, iuncúſque propriè aridi ſoli, [b] vni terræ dato [2] vitio.Nanque id malum telluris eſt:nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt.In Africa exiguum & inutile gignitur.Carthaginienſis Hiſpaniæ citerioris [c] portio,nec hæc tota,ſed quatenus parit,mõtes quoque ſparto operit.Hinc ſtrata ruſticis eorum,hinc ignes faceſq;,hinc calceamina,& paſtorum veſtis,animalibus noxium,prętęrquàm cacuminum teneritate. Ad reliquos vſus laboriosè [3] euellitur,ocreatis cruribus,[4] manibuſq; tectis manicis,conuolutum oſſeis [5] ligneíſve conamentis.Nunc [6] iam in hyemem [7] vix.Facillimè tamen 50 ab Idibus Maijs in Iunias:hoc maturitatis tempus. [d] Vulſum faſcibus in [8] aceruo animatum biduo,tertio reſolutum,ſpargitur in ſole,ſiccaturq; , & turſus in faſcibus

1 eſt hæc.Dal.
2 hoc vitio.Dal.
3 vellitur.CH
4 manu textiſq; manicis.CH.
5 ligniſque.CH.
6 iam hyeme vix. Ver.
7 iuxta.CH.
8 acerno adunatũ. Vet.

redit ſub tecta. Poſteà maceratur aqua marina optimè, ſed & dulci ſi marina deſit. Siccatumq; Sole iterum rigatur. Si repentè vrgeat deſiderium, perfuſum calida in ſolio, ac ſiccatum ſtans compendium operæ fatetur. Hoc autem tunditur, vt fiat e vitile, 9 præcipuè in aquis mariq́ue inuictum. In ſicco præferunt è cannabi funes. At ſpartum alitur etiam demerſum, veluti natalium ſitim penſans. Eſt quidem eius natura interpollis: rurſuſq́ue 10 quàm libeat veruſtum nouo miſcetur. Veruntamen 11 complectetur animo, qui volet miraculum æſtimare, quanto ſit in vſu omnibus terris nauium armamentis, machinis ædificationũ, alijſq́ue deſiderijs vitæ. Ad hos omnes vſus quæ ſufficiant, minus xxx. M. paſ. in latitudinẽ à litore Carthaginis nouæ, minuſq́ue in longitudinem eſſe reperientur. Longiùs vehi impendia prohibẽt. Iunco Græcos ad funes vſos f nomini credamus, quo herbam eam appellant: poſteà palmarum ſolijs philuráque, manifeſtũ eſt: 12 & inde tranſlatũ à Pœnis ſparti vſum, perquàm ſimile 13 veri eſt. Theophraſtus autor eſt, eſſe bulbi genus circa ripas amnium naſcens, cuius inter ſummum corticem eámque partem qua veſcuntur, eſſe laneam naturam ex qua 14 mapalia veſteſq́; quædam 15 conficiantur. Sed neque regionem, in qua id fiat, neque quicquam diligentius, prẽterquàm eriophoron id appellari, in exemplaribus, quæ 16 quidem inuenerim, tradit: neque omnino vllã mentionem g habet ſparti, cuncta cura magna perſecutus c c c c x c. annis ante nos, 17 vt iam & alio loco diximus. quo apparet, poſt id temporis ſpatium in vſum veniſſe ſpartum. Et quoniam à miraculis rerum cœpimus, ſequemur eorum ordinem, in quibus vel maximum eſt, aliquid naſci aut viuere ſine vlla radice. Tubera hęc vocãtur, vndique terra circundata, nulliſq́ue fibris nixa, aut ſaltem capillamentis, nec vtique extuberante loco in quo gignuntur, aut rimas agente: neque ipſa terræ cohærent. Cortice etiam includuntur, vt planè nec terram eſſe poſſimus dicere, nec aliud 18 quàm terræ callum. Siccis hęc ferè & fabuloſis locis frutectoſiſq́; naſcuntur. Excedunt ſæpe magnitudinem mali coronei, etiam librali pondere. Duo eorũ genera, harenoſa dentibus inimica, 19 & altera ſyncera. Diſtinguuntur & colore, ruſſo 20 nigróque, & intus candido, laudatiſſima Africæ. Creſcant, anne vitium id terræ (neque enim aliud intelligi poteſt) ea protinus globetur magnitudine, qua futurũ eſt: & viuántne, an non, haud facilè arbitror intelligi poſſe. Putreſcendi enim ratio communis eſt ijs cum ligno. Lartio Licinio Prętorio viro iura reddenti in 21 Hiſpania Carthagine, paucis his annis ſcimus accidiſſe, mordenti tuber, vt 22 deprehẽſus intus denarius primos dentes inflecteret. Quo manifeſtum erit, terrę naturam in ſe 23 globari: quod certum eſt ex ijs quæ naſcantur, & ſeri non poſſint.

9 præcipuè aquis. M.
10 quamlibet. Dal.
11 complectatur. Vet. & CH.
12 &, in M.d.
13 eſt veri. M.
14 impõlia. M. & CH. & Turn. Sic reſtituit Peliſſerius. ædiũ. Theophr. ſocutilla nei ſiue vdones Dal.
15 conficiant. CH.
16 equidem. CH.
17 vt alio iam loco. M.
18 terræ quàm. M.
19 ſunt altera. Vet.
20 nigroque intus & candido.
21 Hiſpaniæ. Vet.
22 deprehenſi intus denarijs. M.
23 globari. Quod certum eſt ex ijs quæ naſcuntur, & ſeri non poſſunt. M.

ANNOTATIONES.

a Spartum duplex eſt: alterũ iuncus Ibericus, ſiue Hiſpanicus, ἀνάβυβος, ἄκαρφος, ἄγυιος, ad nexus tantum vtilis: alterum Geniſta, quam Græci τὸν σπάρτον καλοῦσι, & τὸ σπάρτιον dixerunt. Et hæc duplex: altera ſylueſtris, ſine ſolijs, in agro Monſpeſſulano frequens, qua olim Aſiatici ἱδρώσαντες τὰς ἀμπέλους vites veligabant, vnde & ἀμπελοδεσμὸν nomenclatura, & mulis, bobus, camelis, in attritu pedum ſubluuie, & alijs id genus morbis calceos & ſoleas nectebant, quas Carbatinas Ariſtoteles videtur appellare cap. 1. lib. 2. Hiſt. Animal. Altera foliоſa. & hæc rurſum duplex: prior in hortis ſata, eiuſdem prorſus generis & vſus cum ſuprà ſcripta, ſed cultus magnitio veſtita ſolijs paucis & exiguis, quæ deſunt alteri, in aridis & ſqualentibus locis natæ, floris odore iucundiſſimo gratiſſimoque apibus: quamobrem & propè aluearia plantatur, melle nõnunquam eius odorem referente cap. 8. lib. 11. Genitam Florentinam vocat Gallia, alij Hiſpanam. Poſterior ſylueſtris, in macris & arenoſis vbiuis luxurians, ſolijs multis & denſius congeſtis operta, ramulis vietis, præterea nibus, grauiter olentibus, quibus etiam ad vinciendum vti licear. Guillandinus non ſatis diligenter has ſpecies diſtinxit. Ibericos funes ſparteos Flaccus vocat: *Ibericis peruſte funibus latus*: quamuis ineptum & ridiculum oratorem fuiſſe ſcribat, qui pro Sparto herbas Ibericas dixiſſet. Turnebus cap. 9. lib. 14.

b Hiſpanię. Præcedenti tamen capite autor ſcripſit è geniſta, id eſt, ſparto, Aſiam præcipua lina facere &c. Autor cap. 9. lib. 24. an geniſta ſpartum ſit dubitat. Vide locum.

c Campum amplum & ἱππόδρομον Strabo lib. 6. vocat nunc *hyppódro*, iuncarium Latino vocabulo, nunc *vulgò ſycamino*, vnde ἀναγυιοῦν, Marathonio à fœniculi copia dicto proximum.

d Lego, Vulſum, & examinatum, faſcibus in aceruo biduo, tertio &c. Examinabant, vt integrum & minimè vitiarum ad rextilia, putre, arroſum, corruptum ad ignes ſeponerent. Manuſcriptũ vtrumque habet, vmmatum. Animatum quidam exponunt, vbi ἐμπυρισμὸν ſit, non emedullatum, quaſi verò tam exilis ficus emedullari poſſit. Vide Turn. cap. 20. lib. 11. Aduerſar. Alij legunt, Vulſum & faſcibus manualibus aceruatũ biduo, &c. vt ſuperiorẽ proximo capite, illis verbis, Tum euulſum, & in faſciculos manuales colligatum &c. quod valde probo.

e Quod ob eum vſum σχοινοκοπικὸν dicunt.

f σχοῖνος & funem ſignificat & iuncum: quomodo & ſpartum nunc reſtem, nunc plantam è qua reſtes fiunt.

g Theophraſtus cap. 8. lib. 1. Hiſt. Lino ſparti meminit inter ea quibus cortex multis tunicis conſtat. Id autem aliud eſſe nõ poteſt quàm Spartum pro lino vſurpatum ad varios vſus vitæ. Quidam eo loco diuiſim legunt linum, Spartum, In hac ergo re memoria lapſus Plinius eſt.

De

De miſy, & tuberibus: de fungis pezicis, laſerpitio & magydari, & rubia, & radicula. CAP. III.

a Simile eſt & quod in Cyrenaica prouincia 1 vocant b miſy, c præcipuum 2 ſuauitate odoris ac ſaporis, ſed carnoſius: & quod in Thracia 3 d ceraunium. De tuberibus hęc traduntur peculiariter: Cùm fuerint imbres autumnales, ac e tonitrua crebra, tunc naſci, & maximè 4 è tonitribus: nec vltrà annum durare: f tenerrima autem verno eſſe. Quibuſdam locis 5 accepta riguis feruntur: ſicut Mitylenis negãt 6 naſci, niſi 8 exaudatione fluminum inuecto ſemine ab Tiaris. Eſt autem is locus, in quo plurima naſcuntur. Aſiæ nobiliſſima circa Lampſacum 7 & Alopeconneſum, Græciæ verò circa Elin. Sunt & in fungorum genere à Græcis 8 dicti h pezicæ, qui ſine radice 9 aut pediculo naſcuntur. Ab his proximum dicetur autoritate clariſſimũ laſerpitium, quod Græci ſilphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: i cuius ſuccum vocant laſer, magnificum in vſu medicamẽtiſque, & k ad pondus argentei denarij penſum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur: quoniam publicani, qui paſcua conducunt, maius ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis noſtra repertus memoria, Neroni principi miſſus eſt. Si quando incidit pecus in ſpem naſcentis, hoc deprehenditur ſigno: oue, cùm comederit, dormiente protinus, capra 12 ſternuẽte. Diúque iam non aliud ad nos inuehitur laſer, quàm quod in Perſide aut Media & Armenia naſcitur largè, ſed multo infra Cyrenaicum: 11 id quoque adulteratum gũmi, aut ſagapeno, aut faba fracta. quo minus omittendum videtur, C. Valerio, M. Herennio Coss. Cyrenis aduecta Romã publicè 12 laſerpitij pondo x x x. Cæſarem verò Dictatorem initio belli ciuilis, inter aurum argentúmq; protuliſſe ex ærario 13 laſerpitij põdo c x j. Id apud autores Græciæ euidẽtiſſimos inuenimus natũ imbre m piceo repentè madefacta tellure, 14 circa Heſperidum hortos Syrtinq́ue maiorem, ſeptem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum eſt vrbis noſtræ anno c x l i j. Vim autem illam per quatuor millia 15 ſtadium Africæ valuiſſe. In ea laſerpitium gigni ſolitum, rem feram ac contumacem: & ſi coleretur, n in deſerta fugientem, radice multa craſſáque, 16 caule ferulaceo, * haud ſimili craſſitudine, Huius folia maſpetum vocabãt, apio maximè ſimilia. Semen erat foliaceum, foliũ ipſum 17 vêre deciduum. Veſci pecora ſolita, primóq; purgari, mox pingueſcere, carne mirabilẽ in modũ iucunda. Poſt ſolia 18 amiſſa, caule ipſo & homines veſcebantur decocto, 19 aſſo, elixóque: eorum quoq; corpora xl. primis diebus purgante à vitijs omnibus. Succus duobus modis capiebatur, è radice atque caule. Et hæc duo erant nomina, rhizias, atque caulias vilior 20 ille ac putreſcens. Radici o cortex niger & ad mercis adulteria. Succum ipſum in vaſa coniectum, 21 admiſto furfure, ſubinde concutiendo p ad maturitatem perducebant: ni ita feciſſent, putreſcentem. Argumentum erat maturitatis, 22 color, ſiccitáſque q ſudore finito. Alij tradunt laſerpitij radicem fuiſſe maiorem cubitali, r tubérque in ea 23 ſuper terram. Hoc inciſo, profluere ſolitum ſuccum, ceu lactis, 24 ſupernato caule, quẽ magydarin vocarunt. Folia aurei coloris pro ſemine fuiſſe s cadẽtia à Canis ortu, Auſtro flante. Ex his laſerpitiũ naſci ſolitũ, annuo ſpatio & radice & caule 25 conſummãtibus ſeſe. Hoc & circunfodi ſolitũ prodidere. Nec purgari pecora, ſed ægra ſanari, aut protinus mori, quod in paucis 26 accidere. Perſico ſilphio t prior opinio cõgruit. Alterũ 27 genus eſt quod magydaris vocatur, tenerius & minus vehemens, ſine ſucco: quod circa Syriã naſcitur, nõ proueniens in Cyrenaica regione. Gignitur & in Parnaſſo monte 28 copioſius, quibuſdã laſerpitiũ vocantibus: 29 per quę omnia adulteratur rei ſaluberrimę vtiliſſimęq; autoritas. Probatio ſynceri prima, in colore modicè ruſſo, & cùm 30 frangitur, cãdido intus, mox v trãſlucente: gutta 31 aqua ſaluuáq; liqueſcit. Vſus in multis medicaminibus. Sunt 32 etiamnũ duo genera, non niſi ſordido nota vulgo, cùm quęſtu 33 multũ polleant. In primis rubia, tingẽdis lanis & corijs neceſſaria. Laudatiſſima Italica, & maximè ſuburbana: 34 & omnes penè pro-

1 vocãt miſon. Turn.
2 ſuauitate ſaporis, carnióque odore: & quod &c. Ex Athen. eo. ſuauitate, odore, ſapore M.
3 iſtan. Turn. ceraunio. CH.
4 à Dal.
5 acceptantur riguis & ſeruntur. Alij.
6 naſci in litore. Ex Athen.
7 in Acarnide. Ex Athen.
8 dicti pezitæ. Turn. cap. 20. lib. 11. Aduer.
9 &. M.
10 ſternurante. M.
11 idque. M.
12 laſeris. Dal.
13 laſeris. Dal.
14 erga. CH.
15 ſtadiorum in Africa. M.
16 magnitudine ferulæ par. Theophr.
* aut M. & CH.
17 vêre naſcitur. Theophr. verò deciduum. CH.
18 emiſſa caulis ipſe, (ſub. prodit) quo & hom. Theophr.
19 aſſóque elixo. CH.
20 illo. CH.
21 admixta farina. Theophr.
22 colos. CH.
23 ſupra. CH.
24 ſupernaſci caulem. Vet.
25 conſummatibus. CH.
26 accidit. Vet.
27 genus eius eſt. CH.
28 copioſum. Mſ
29 per quod omnino. Vet.
30 frangitur. CH.
31 aquæ. Vet.
32 etiamnunc duo rudicum genera. M.
33 multo. M.
34 etſi omnes pe. prouinciæ. Vet.

uinciæ ſcatent ea. Sponte prouenit, feritúrque [x] ſimilitudine [y] eruiliæ. [z] Verùm ſpinoſus 35 ei caulis: geniculatus hic eſt, quinis circa articulos in orbe folijs. [A] Semen eius 36 rubrum eſt. Quos in medicina vſus habeat, [B] ſuo dicemus loco. At quæ vocatur radicula, lauandis demum lanis ſuccum 37 habet: mirum, quantùm conferens candori mollitiæque. Naſcitur ſatiua vbique, ſed ſponte præcipua in Aſia Syriáque, ſaxoſis & aſperis locis. Trans Euphratem tamen laudatiſſima, caule ferulaceo tenui, & ipſo cibis indigenarum expetito, & tingenti quicquid ſit, cum quo decoquatur, folio oleæ, Strution Græci vocant, floret æſtate, grata aſpectu: verùm ſine odore, ſpinoſa, & caule lanuginoſo. Semen ei [C] nullum, radix magna, quæ conciditur ad quem dictum eſt vſum.

35 ac geniculatus huic caulis eſt. M. & caule genic. CH.
36 rubia. CH.
37 habet mirum, multum conf. Vet. vide cap. 11. lib. 24.

ANNOTATIONES.

a Totum hunc locum de tuberibus, miſo, ceraunio, lege apud Athenæum lib. 2. & cum hac Plinij oratione confer.
b Athenæo μέσον ὁ Τῶν ὑγροτέρων τόνων γένεσις (inquit) ἥκιστα πρὸς φύσιν εἶναι τοῦτοι ὕδωρ, πρὸς τὸ φυτεύειν πυρὶ πυρίκαυτον, ὁ μακᾶσι μάλιστα. Theophraſtum Athenæus citat. Ioan. Leo lib. 9. Aphric. hiſtor. cap. de Tarfez, Miſon in Numidiæ deſertis reperiri ait, indigenisq; vocari Terfez, medicis Gamha. Idem lib. 5. cap. de Capes Thraſos deſcribit frequentes in regno Tunicenſi, ab Arabibus que vocari Habbazis. Vide eius deſcriptiones.
c Athenæus é Theoph. hæc citat ἐν φυτικοῖς λειθρεῖα καλάκαρα ὕδνον, μάνας, πίτρε, πραύσιον. vbi legendum, πύτινες, πραύσιον. Hęc autem omnia & plęraque alia in noſtris exemplaribus Theophraſti non leguntur: vnde colligere licet, quàm ea mutila ſint.
d Theophr. cap. 9. lib. 1. Hiſt. πράσιον Athæneo ἰσχὺν pro ὄτον. δοκεῖ δέ, (inquit) ὁδὺ σφοδρὰ τοῦτο ὄπται, πρὸς τὴν ἰσχὺν ἔχειν χρώδη, πρὸς τὴν τῆ θράκη γινόμενον ὀτῶδ. Turneb. cap. 14. lib. 11. Aduerſariorum. Apud Athenæum bis pro πράσιον, legitur corruptè γράσιον.
e Iuuenal. Sat. 5. —poſt hunc radunitur eubera, ſi ver
Tunc erit, & ſacient optata tonitrua cunas.
Aduiores. Vide Plutarch. Quæſt. 2. lib. 4. Symp. Martialis.
Rumpimus altricem ſummo de vertice terram,
Tubera boletus poma ſecunda ſinus.
f τὸν δ' χρέαν σφόδρα τὸν ἀκμὴν ἔχοντα τὸ ὄρος. Verno autè maximè vigent, atque tempeſtiua ſunt. Ex Athenæo.
g γαυλώδης ὑπομβρίσας, poſt copioſum imbrem. Theophr.
h πήγνυται, inquit Athenæus, ἄβρεχοι πρὸς ἄκαυσιν ὄντες συγχώνται (nó vt legitur, πρὸς αὐτοὶ συγχέονται) nec caulem habent, nec radicem: fungus verò ortus ſui principium habet in longum porrectum cauſem, & in ſummo eius veluti crure diſtenditur. Pezitas Itali vocant *Prugnoli*, Galli *Mouſſerons*, terrę ſemper incumbente ac inſtrato globoſo capitulo, nec in caulem aliorum modo ſe attollente: ſtatim primis vèris imbribus erumpentes, & toto genere ſalubres ac innoxios. Quidam pezitas eſſe volunt ruſtos fungos, caſtaneis potiſsimũ adnaſcentes, quos auriculas Galli vocãt.
i Theophr. ca. 3. lib. 6. hiſtor. & lib. 3. cap. 2. & cap. 18. lib. 6. Cauſſ.
k Apud Macrob. ca. 4. lib. 2. Saturnal. Auguſtus per iocum Mecœnatem vocat, mel gentium, meleulum ſuum, eburex Hethruria, laſer, (non lacer, vt legitur,) Aretinum, quòd Hethruriæ populis chariſſimus, in eo pretio eſſet, quo laſer apud omnes.
l C. Valerio Flacco, de quo Valer. Max. cap. 9. lib. 6.
m Craſſo & nigro picis modo.
n ἐξαυαινόμενον, euaneſcentem, exareſcentem deſerta derelictaque ſua ſede. Theophr.
o Eum detrahi ſolitum ſcribit Theophr. quapropter eo relicto mercem ab impoſtoribus adulteratam interdum fuiſſe.
p Sic & ſuum colorem accipere, & maturarum (ἐγκαθίστα) putredini reſiſtere ſcribit Theophraſtus.
q Cùm halituoſus vapor omnino diſcuſſus manare ceſſaſſet.
r Aliter Theophr. cubitaliciuſque medium extans altiſſimè ac propemodum extra terram, in caput extuberare, é quo lacteus ſuccus fluit, deinde & caulis naſcitur, quem magydarim vocant.
ſ In ſilphij planta φύλλον ſignificat nunc foliorum comã, quæ aureo colore eſt: nunc foliaceũ ſemẽ, τὸ σπέρμα, quod Auſtro poſt Canicułam flante decuſſum nouellas ſilphij plantas gignit. Ea ſignificationis varietas Plinium decepit.
t Lego, poſterior. Nam priorem narrationem conuenire Libyco, ſiue Cyrenaico, aperriſſimè Theoph. indicat. Perſicum vocat, quod in Armenia & Media Perſarum imperio ſubditis naſcitur.
v Myrrhæ ſimilis mon porracei: odore valenti: guſtu ſuaui: & cùm guſtatur, facilè diluti in album colorem. Dioſcor.
x Caulibus humi ſtratis, & iacentibus, eruiliæ modo. Dioſcor.
y Theophraſto folio eſt ciſſi, id eſt, hederę, humi ſtrata gramini mod o, radice rubra.
z Licenter Plinius aſperũ caulem ſpinoſum vocat. Spinis Erythrodanon carere, Theophraſtus apertè ſcribit cap. 1. lib. 6. Hiſt.
A Fructus eius principio viret, deinde rubet, & cùm maturus eſt nigreſcit. Dioſc.
B Cap. 11. lib. 24.
C Plinio repugnat hic Columellæ verſus, —*à Syriáq; venit*
quæ ſemine radix.

De hortorum cura, & digeſtio terræ naſcentium, præter fruges & frutices. CAP. IIII.

AB his ſupereſt reuerti ad hortorum curam, & ſuapte natura memorandum, & quoniam antiquitas nihil priùs mirata eſt, quàm Heſperidum hortos, ac regũ Adonis & Alcinoi, itemque penſiles, ſiue illos Semiramis, ſiue Aſſyriæ rex Cyrus fecit, de quorum opere alio volumine dicemus. Romani quidem reges ipſi coluere. Quippe etiam Superbus Tarquinius [a] nuntium illum ſæuum atque ſanguinarium filio remiſit ex horto. In x i j. tabulis legum noſtrarum nuſquam nominatur villa, ſemper in ſignificatione ea hortus: in horti verò [1] hęredium. [2] Quam rem comitata eſt & religio quædam: [3] hortóſque [b] & fores tantùm contra inuidentium effaſcinationes dicari videmus. In remedio [c] ſatyrica ſigna, quanquàm hortos tutelæ [d] Veneris aſſignante Plauto. Iam [4] quidem hortorũ nomine in ipſa vrbe delicias, agros, villaſque poſsident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus otij magiſter. Vſque ad eum, moris nõ fuerat in oppidis [5] [e] habitari rura. Romæ quidem per ſe hortus ager pauperis erat. [f] Ex horto plebei macellum, quanto innocentiore victu! Mergi enim, credo, in profunda ſatius eſt, & oſtrearũ genera naufragio exquiri, aues vltra [6] Phaſidem amnem peti, & fabuloſo quidem terrore tutas, imò ſic [g] pretioſiores, alias in [7] Numidiam atque Æthiopiæ ſepulcra: aut pugnare cum feris, [7] mandiq; capientem quod

1 prædium. Vet. Var. ro cap. 10. lib. 1.
2 Quamobrem. CH.
3 hortoque & foco. CH.
4 quidem. Dal.
5 haberi. Vet.
6 Phaſim am, & eas fish qui ter. tur. imò & ſic. Vet.
7 Idereque cupiẽtes quod mandit. M.

quod mandat alius. At hercule quàm vilia hæc, quàm parata voluptati ſatietatique, niſi eadem quæ vbique indignatio occurreret! Ferendum ſanè fuerit exquiſita naſci poma, alia ſapore, alia magnitudine, alia monſtro, pauperibus interdicta: inueterari vina, [h] facciſque [8] caſt rari: nec cuiquam adeò longam eſſe vitam, vt non ante ſe genita poteat: è frugibus quoque [9] quoddam alimẽtum ſibi excogitaſſe luxuriam, ac medullam tãtùm earũ, [10] ſuperq; piſtrinarũ operibus & [i] cælaturis viuere, alio pane procerũ, alio vulgi, tot generibus vſq; ad [11] infimã plebẽ deſcendẽte annona. Etiámne in herbis diſcrimen inuentum eſt, [12] opéſq; differentiam fecere in cibo, etiã vno aſſe vænali? In his quoque aliqua ſibi naſci [13] tribus negãt, caule in tantum [14] ſaginato, vt pauperis menſa non capiat. Syluęſtres fecerat natura corrudas, vt quiſque demeteret paſsim. Ecce altilẽs ſpectantur aſparagi. Et Rauenna ternos libris rependit. Heu prodigia ventris. Mirum eſſet non licere pecori carduis veſci: non licet plebei. Aquæ quoque ſeparantur: & ipſa naturæ elementa [15] vi pecuniæ diſcreta ſunt. Hi niues, illi glaciem potant, pœnaſque montium in voluptatem gulæ vertunt. Seruatur [16] algor æſtibus, excogitaturq; vt alienis menſibus nix algeat. Decoquunt alij aquas: mox & illas hyemant. Nihil [17] itaque homini ſic, quomodo rerum naturæ placet. Etiámne herba aliqua diuitijs tantùm [18] naſcitur? Nemo Sacros Auentinoſq; montes, & iratæ plebis ſeceſſus circunſpexerit. Mors enim certè æquabit, quos pecùnia ſeparauerit. Itaque hercule nullum macelli vectigal maius fuit Romæ, clamore plebis incuſantis apud omnes principes, donec remiſſum eſt portorium mercis huius: compertúmque non aliter quæſtuoſiùs cenſum haberi aut tutiùs, ac minore fortunæ iure, cùm credatur penſio ea pauperum. Is in ſolo [k] ſponſor eſt, & ſub dio reditus, ſuperficiéſque cælo quocũque gaudens. Hortorum [l] Cato prædicat caules. Hinc primùm agricolæ [19] æſtimabantur priſci, & ſic ſtatim faciebant iudicium, nequam eſſe in domo matrem familiãs (etenim hęc cura fœminę [20] dicebatur) vbi [21] indiligẽs eſſet hortus. Quippe è carnario aut macello viuendum [22] eſſe. Nec caules, vt nunc, maximè probabant, damnantes pulmentaria quæ egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam gari deſideria etiam in exprobratione erant. Horti maximè placebant, quia non egerent igni, parceréntque ligno, expedita res & parata ſemper: vnde & [m] acetaria appellantur, facilia concoqui, nec oneratura ſenſum cibo, & quæ minimè accenderent deſiderium panis. Pars eorum ad condimenta pertinens, fatetur [n] domi verſuram fieri ſolitam. atque non Indicum piper quæſitum, quæque trans maria petimus. Iam in feneſtris ſuis plebs vrbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant, antequàm præfigi proſpectus [23] omnis coëgit multitudinis [24] innumeratæ ſæua [o] latrocinatio. Quam ob rem ſit aliquis & his honos, néve autoritatẽ rebus [25] vtilitas adimat, cùm præſertim etiam cognomina procerũ inde nata videamus: Lactucinóſque in Valeria [26] familia non puduiſſe appellari: & contingat aliqua gratia [27] operæ curæque noſtræ, Virgilio quoque confeſſo, quàm ſit difficile verborum honorem tam paruis perhibere. [p] Hortos villæ iungendos nõ eſt dubium, riguóſque maximè habendos, ſi contingat [28] profluo amnẽ: [29] ſi minus, è puteo pertica, organiſſve [30] neumaticis, vel [31] tollenonum hauſtu rigandos. Solum proſcindendum à Fauonio: in autumnum prępărandum eſt poſt x i i i j. dies, iterandúmq; ante brumam. Octo iugerum operis palari iuſtum eſt, ſimum tres pedes altè cùm terra miſceri, areis diſtingui, eáſque reſupinis puluinorum toris, ambiri ſingulas tramitum ſulcis, quà detur acceſſus homini, ſcatebríſque decurſus. In hortis naſcentium alia bulbo commẽdantur, alia capite, alia caule, alia folio, alia vtroque, alia ſemine, alia [r] cortice, alia cute, aut cartilagine, alia carne, alia tunicis carnoſis. Aliorum fructus in terrà eſt, [33] aliorum & extrà, aliorum nõ niſi extrà. Quædam iacent creſcúntque, vt cucurbitę & cucumis. Eadem pendent, quanquã grauiora multò etiam ijs quæ in arboribus gignũtur. [34] Sed cucumis cartilagine. Cortex huic vni maturitate tranſit in lignum. Terra conduntur rhaphani, napiq́ue, & rapa, atq; alio

8 caſtigari. Alij.
9 quondam alium. CH.
10 inſuperq; piſtrin. opera, & cælaturas: viuere alios pane proc. alios vulgi Ver.
11 intimam. CH.
12 opuſque diff. facere. M.
13 pauperioribus. Turn.
14 ſignato. M. & CH.
15 in pecunia. M. in pecuniæ decretum ſunt. CH.
16 Ligur. M.
17 vtique. CH.
18 paſcitur. M. diuitia tantùm paſcitur. CH.
19 æſtimabant. M. & CH.
20 dicebatur. Alij.
21 indulgens. CH.
22 eſſe: & nec caules. M.
23 omneis. Dal.
24 innumeræ. CH.
25 vilitas. M. vilitas eximat. CH.
26 prouincia. Alij. Iego, profapia. Dal.
27 operi. M.
28 præfluo. Alij. perfluo. Ver.
29 ſi minus è puteo rota. Turn.
30 pneumaticis. Vet. Turn. cap. 20. lib. 11.
31 tollonum. Ver.
32 Fauonio in aut. properantibus, & poſt. M.
33 Hæc verba, aliorum & extrà, in M. deſunt.
34 Placet. Ver.

modo inulæ, siser, pastinacæ. Quædam vocabimus ferulacea, vt anethum, maluas. Nanque tradunt autores, in Arabia 35 s maluas septimo mense arborescere, 36 baculorũ vsum 37 præbere extemplo. Sed & arbor est malua in Mauritania Lixi oppidi æstuario, vbi Hesperidum horti fuisse produntur cc. pass. ab Oceano, iuxta delubrũ Herculis, antiquius Gaditano, vt ferũt. Ipsa altitudinis pedum x x. crassitudinis quã circumplecti nemo possit. In simili genere habebitur & cãnabis. Necnon & carnosa 38 aliqua appellabimus, vt t spongias in humore pratorum enascentes. Fungorum enim callum, in ligni arborumq; natura diximus, & alio genere tuberũ paulò antè.

35 eas. Dal.
36 baculorumqi. CH.
37 præbentes. Ver.
38 alia. Dal.

ANNOTATIONES.

a Valer. Max. cap. 4. lib. 7. Liuius lib. 1. Infrà lib. 20. cap. 8. vltim.
b Vide Turn. cap. 28. lib. 9. Aduers.
c Quidam legunt Saturnia, præsertim Scaliger in 5. lib. Varr. de Ling. Lat. id quod nõnulli exposuerunt, Priapi; quoniam is Deus Saturni modo pingeretur cum falce. Tumebus suis adnot. in Varronem legit Satyrica, eaque similia fuisse putat Phallis, & Ithyphallis, quos in pompa Bacchi ferebant: vniuersaq; hęc omnia oscilla Virgilio vocata fuisse hoc versu,

Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu.

Sic inauspicatas aues foribus affixas fascinum depellere vetustas credidit, & alia quædam turpia, vt asinæ cranium. Vide quæ adnotata sunt in cap. 9. lib. 25. & Lilium Gyraldum in Priapo.
d Rustica Vinalia mense Augusto Veneri dicata sunt: illi eadem die consecrata fuit ædes, iumenta, olitores, omnes horti in eius tutela sunt. Itaque iumenta coronata ab opere cessabãt. Consulibus, quæ sequenti, ac proximo die celebrabantur. Scalig. in Festum pag. 161. Vide & eundem in voce Vinalia.
e Romani veteres etiam in hortis habitarunt. Apud Tacitum 16. Thraseas in hortis agebat, cùm adueniens ei centurio denunciaret, Consulis quæstor ad eum missus. Apud Suet. Claudius, abiecta spe dignitatis, ad otium concessit, modò in hortis & suburbano, modò in Campanię secessu delitescens. Horrorum ædificia voluptaria, & amœnitatis gratia extructa, in quæ sui colligendi caussa secedebant, Romani dicta vocarunt, Græci zetas, vt constat ex Lampridio in Heliogabalo, ἀπὸ τοῦ ζῆν, nisi fallor. Brissonius ca. 13. li. 3.
f Ex hortis & oleribus fercula venustissimè apud Plautum in Pseud. coquus memorat.

Non item cœnam condio, vt alij coqui.
Qui mihi condita prata in patinis proferunt:
Boues qui cunninus facerunt, herbas sine aggerunt:
Eas herbas herbis aliis porrò condiunt.
Ludunt corianadrum, sisimbrium, allium, atrum olus;
Apponunt ruminem, brassicam, betum, bistum &c.

g Iuuenal 4. *Interea gustus elementa per omnia quærunt*
Nunquam animo pretijs obstantibus, aternus si.
Arcendus, magis illa iuuant, quæ pluris emuntur.

Seneca sub finem lib. 4. *Nobis dolet, quòd spiritum, quòd Solem emere non possumus: adeo nihil potest luxuriæ placere.*
h Vina olim tum sacco per colaturam, tum niue frangebantur & castigabantur, vt mitiora leniorãque, defecata & liquida foret. atque ideò plus biberetur. σακκίζειν & σακκοῦσθαι Græci vocant. Martial. *--vt liquidum potet Alauda merum,*
Turbida sollicito transfundere cuncha sacco.
Idem *Setinos, moneo, nostra nate frange trientes:*
Pauperiore mero tingere lina potes. Lucillius apud Ciceronem 2. de Finibus,
Cui nil dempsit nix, & faeculus abstulerit nil. dempsit pro dempserit, ἀορίστως.
i Scalpturis. nam in lautis illis panificijs, vt à multis etiam hodie fit, pistores varias omnium rerum imagines cælabant.
k Nam prædia quasi prędes sunt & sponsores dominorum. Vide Turn. cap. 12. lib. 4. Aduersar.
l Cap. 156. & 157.
m Accedaria, quòd exiguam vel nullã curam poscerent. Sic mel quod sponte fluxit, nec curatoris diligentia expressum est, accedon dicitur suprà cap. 15. lib. 11.
n Vt in vertura mutatur creditor, pecunia verò semper debetur, sic, cũ oleribus vtimur aromatũ loco, quod delectat diuersum est, voluptas eadem. Obligat se qui aromata magno comparat: versuram facit qui eorum loco in cibis adhibet olera vilia.
o Nam derectarij malis artibus in aliena cœnacula se dirigentes, & scandentes furandi animo, fenestras vncinis & hamis aperiebant, ideò apertularij vocati, Græcis θυρατοκοπίδαι, ἀνοιγοκλεῖδες, κλεπτοκάμινοι. Lis similes sunt forium parietumque effractores, τοιχωρύχοι. Cuiacius ca. 27. 20. obseruat nocturni fures quasi omnes Plauto in Trinummo, Dormitatores, ὑπναιμάλλαι, non interdiarij, ὑπαιμάλλαι: de quibus in 12. tabulis. *Si nox furtum faxit, si im alii quis occisit, iure cæsus esto.* Idem Cuiacius cap. 27. 11.
p Cassianus cap. 2. & 3. lib. 12. Geopon.
q τὰ πνευματικὰ, τὰ ἀντλητήρια, haustra, quales nostræ fistulæ aquariæ, aquis exhauriendis aptæ & inuentæ. vulgò *Pompes*. Tollenones, siue tollones, τὰ κηλώνεια. Aristophan. apud Polluc. ἔστι κηλώνειον ἀνακύπτων, ὑφὲ ὃ κατακύπτων. Plautus in Pœnulo. *Sunt Græca ea lenocinia, sed tolli solent.* Sunt & huius generis anclia & ciconiæ.
r Cortice & chartilagine raphanus, quod idem ait alibi. Theophr. cap. 20. lib. 1. cap. 24. lib. 3. Causs. & cap. 1. & 2. lib. 7. hist. carne pepo, tunicis carnosis cepa.
f Theophr. cap. 5. lib. 8. hist. cultura id fieri autor est, nulla priuatum facta Arabiæ mentione.
t Conferuam descriptam cap. 8. lib. 27.

Natura, & genera, & historia nascentium in hortis rerum. CAP. V.

1 a Cartilaginum. CH.

1 a CArtilaginei generis, extráque terram est b cucumis, mira voluptate Tiberio principi expetitus. Nullo quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos promouentibus in Solem rotis olitoribus: c rursusq; hybernis diebus intra specularium munimenta reuocantibus. Quin & d lacte mulso semine eorum biduo macerato, e apud antiquos Græciæ autores scriptum est seri oportere, vt dulciores fiant. Crescũt qua cogũtur forma. In Italia f virides, & quàm minimi: in prouincijs quàm maximi: 2 & g citrini, aut nigri. Placent copiosissimi Africæ, grãdissimi Mœsię: cùm 3 magnitudine excessere, pepones vocantur. Viuunt h hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici 4 queunt in cibis, non insalubres i tamen plurimùm. Natura k oleum odere mirè: nec minus aquas diligunt. 5 Defecti quoque, ad eas modicè distantes adrepunt: 6 contrà oleũ refugiunt: aut si quid obstet, 7 vel si pendeant, 8 curuantur: idque vel vna nocte deprehenditur, si vas cum aqua subijciatur à quatuor digitorum interuallo l descendẽtibus ante posterum diem: at si oleum eodem modo 9 sit, in hamos curuatis. Iidẽ in fistula 10 flore demisso, mira lõgitudine crescunt. Ecce cũ maximè noua m forma eorũ in Campania 11 prouenit, mali cotonei effigie. Fortè

2 & citrini. M. vtrumque cerini. CH. Vide Annot.
3 longitudine. Dal.
4 queunt: in cibis nõ insalubres: tamen plurimum natant. oleũ. Vet.
5 Defecti. M. Deiecti. Alij.
5 Hęc clausula in M. deest.
7 versi pendeant (lego, versi pãdãtur) curuantúrq; id vel. v. n. deprehendetur. M.
8 curuantutique vel. CH.
9 subiectum sit. Dal.
10 fructu. Casianus. cap. 19. 12. flore. Palladius cap. 9 Martij.
11 proueneret. Dal.

Fortè primò natum ita audio vnum: mox semine ex illo genus factum, melopeponas vocant. Non pendẽt hi, sed humi rotundantur. Mirum in his, præter figurã coloremq;, & odorem, quòd maturitatem adepti, quanquam non n pendentes, statim à pediculo recedunt. Columella suum tradit cõmentum, vt toto anno contingant. Fruticem rubi quàm vastissimum in apricum locum trãsferre, & recidere, duum digitorum relicta stirpe, circa vernum æquinoctium: ita in medulla rubi semine cucumeris insito, terra minuta fimoq; circumaggeratas resistere frigori radices. Cucumerum Greci tria genera fecere: 12 Laconicũ, o Scytalicum, Bœoticum. Ex his tantũ Laconicum aqua gaudere. Sunt qui herba, quæ vocatur culix nomine, trita, semen eorum p maceratũ seri iubeant, vt sine semine nascantur. q Similis & cucurbitis natura, dũtaxat in nascendo. Æquè hy emem odere. Amant rigua ac fimum. Seruntur ambo semine in terra sesquipedali fossura, inter æquinoctium vernum & solstitiũ: r Parilibus tamen aptissimè. Aliqui malum ex Calend. Martij cucurbitas, & Nonis cucumeres, & per s Quinquatrus serere, simili modo reptantibus flagellis, scandentes 13 parietum aspera in tectum vsque, natura sublimitatis auida. Vires sine admini culo stãdi non sunt, velocitas pernix 14, leui vmbra cameras ac pergulas operiens. Inde hæc duo prima genera: Camerarium, & plebeium, quod humi repit. In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. u Cucurbita quoq; omni modo 15 x fastigiatur, vaginis maximè vitilibus, cõiecta in eas postquã defloruit. 16 Crescit qua cogitur forma, plerunque & draconis intorti figura. Libertate verò pensili, concessa, iam visa est 17 nouem pedũ longitudinis. Particulatim y cucumis floret, sibiipse superflorescSs, & sicciores locos patitur, cãdida lanugine obductus, magisq; cũ crescit. Cucurbitarũ numerosior vsus. Et primus caulis in cibo. Atque ex eo 18 totum natura diuersa. Nuper in balinearum vsum venêre vrceorum vice, iam pridem verò etiam cadorum ad vina condẽda. Cortex viridi tenet. Deraditur nihilominus in cibis. 19 Cibus saluber ac lenis pluribus modis existimatur, qui perfici humano võtre non queant, sed nõ intumescant. Semina quę proxima collo 20 fuerint, proceras pariunt: itẽ ab imis, sed non cõparandas suprà dictis: quæ in medio rotundas: quæ in lateribus, crassas breuioresq;. Siccantur in vmbra, & cũ libeat serere, in aqua macerã 21 tur. Cibis, quò lõgiores tenuioréſq;, eò gratiores. Et ob id salubriores, quę pendẽdo creuere: minimumq; seminis tales habent, duritia z eius in cibis gratiã terminante. Eas quæ semini seruentur, ante hy emem præcidi nõ est mos. Posteà fumo siccãtur, condendis hortensiorum seminibus 22 rusticæ supellectili. Inuenta est ratio, qua cibis quoque seruarentur: eodémq; modo 23 cucuminis, vsque ad alios penè prouẽtus: & id quidem in muria fit. Sed & scrobe, opaco in loco harena substrato, fœnoq; sicco opertos, ac deinde terra, virides seruari tradunt. Sunt & A syluestres in vtroq; genere, 24 & omnibus ferè hortensijs. Sed & his medica tantùm natura est. Quam obrem differentur in sua volumina. Reliqua cartilaginũ naturę terra occultantur omnia. In quib. de B rapis abundè dixisse poteramus videri, nisi medici masculini sexus facerẽt in his rotunda: latiora verò 25 concaua & fœminini, præstãtiora suauitate, & ad 26 condiendũ faciliora: quę sæpius sata trãseunt in marẽ. Iidẽ 27 naporum C quinque genera fecere: Corinthium, Cleonæũ, 28 Liothasium, Bœoticũ, D & quod 29 per se viride dixerũt. Ex ijs in amplitudinem adolescit Corinthiũ, nuda ferè radice. Solum enim hoc genus supernè tendit, nõ vt cætera in terrã. Liothasiũ quidã 30 Thraciũ appellant, frigorum patientissimũ. Ab eo Bœoticum dulce est, rotunditate etiã breui notabile, neque vt Cleonæũ prælongũ. In totum quidem, quorum 31 tenuiora folia, ipsi quoq; dulciores: 32 quorũ scabra & anguloſa & horrida amariores. Est prętereà genus E syluestre, cui 9 folia sunt erucæ similia. Palma Romę Amiterninis datur, inde 33 Nursinis, tertia nostratib 9. Cæterade satu eorũ in rapis dicta sunt. Cortice & cartilagine constant rhaphani: multisq; eorum cortex crassior etiam, quã quibusdam arborum. Amaritudo plurima 34 illi est, & pro crassitudine corticis. Cætera quoque

12 Laconicam. Constantinus. Scytalicã, Bœotica. Turn. lib. 28. gen.
13 per arteeum. CH.
14 leni. Ver.
15 figuratur. Ver. fastigatur CH.
16 Crescitque. CH.
17 ternorum pedum. Alij. vnij. pedes. CH.
18 in toto. M. & CH. Lego, At corticis in totum
19 Cibo salubres ac lenes pluribus modis existimatur. Ver. Cibos &c. vt in Ver. existimare. M.
20 fuerunt CH.
21 &. CH.
22 & rusticę Ver. rustica supellectile. Dal.
23 cucumis. CH.
24 ex. CH.
25 & conc. CH.
26 condendum CH.
27 raphanorũ. Theo.
28 leinch. Iouum. Theophr. scriptorum. CH.
29 semper Alij.
30 Threicium. Dal.
31 latiora. Theo. [illegible]
33 Martis. M.
34 illis Ver. Dal. CH.

quoq; aliquando lignosa. Et vis mira colligendi spiritum, laxandiq; ructum. Ob id cibus illiberalis, vtique si proximè olus mādatur: [35] si verò cum oliuis drupis, rarior ructus fit, minusq; fœtidus. Ægypto mirè celebratur propter olei fertilitatem, quod è semine eius faciunt. Hoc maximè cupiunt serere, si liceat: quoniã & quæstus plus quàm [36] à frumento, & minus tributi est, nullumq; copiosius oleum. Genera [F] rhaphani Græci fecêre tria foliorum differẽtia, crispi, atque læuis, & tertium syluestre. Atque huic læuia quidem, sed breuiora ac rotunda, copiosaque [37] atque fruticosa: sapor autem asper, & medicamenti instar ad eliciendas aluos. Et in prioribus tamen differentia [38] seminis est, quoniam aliqua peius, aliqua [39] admodum exiguum ferunt. Hæc vitia non cadunt, nisi in crispa folia. [G] Nostri alia fecêre genera: [H] Algidense à loco longum atque translucidum. [I] Alterum rapi figura, [40] quod vocant Syriacum, suauissimum ferè ac tenerrimum, hyemisque patiens. Præcipuum tamen est, quod è Syria non pridem aduectum apparet, quoniam apud autores nõ reperitur: id autem tota hyeme durat: Etiamnum vnum syluestre Græci [41] [K] agrion vocant, Pontici armon, alij leucen, nostri armoraciam, frõde copiosius quàm corpore. In omnibus autem probandis maximè spectãtur caules. Immitium enim rotundiores crassioresque, ac longis canalibus. Folia ipsa tristiora, & angulis horrida. Seri vult rhaphanus terra soluta, humida. Fimum odit, palea contentus. Frigore adeò gaudet, vt in Germania infantium puerorum magnitudinem æquet. Seritur post Idus Febr. vt vernus sit: iterumq; [L] circa Vulcanalia, quæ satio melior. Multi & Martio & Aprili serunt & Septembri. Incipiente incremento, confert alterna folia circumobruere, ipsos verò accumulare. Nam qui extra terram emersit, durus fit atque fungosus. [M] Aristomachus detrahi folia per hyemem iubet, & ne lacunæ stagnent [42] accumulare: ita in æstatem grandescere. Quidam prodidere, si palo adacto cauerna palea insternatur sex digitorum altitudine, [43] deinde in semen fimumque & terra congeratur, ad magnitudinem scrobis crescere. Præcipuè tamen [N] salsis aluntur. Itaque etiam talibus aquis irrigantur, & in Ægypto nitro sparguntur, vbi sunt suauitate præcipui. In totum quoque salsugine amaritudo eorũ eximitur, fiũtq; coctis similes. Nanque & cocti dulcescunt, & in naporum vicem trãseunt. Crudos medici suadent ad colligenda [44] acria viscerum [45] dandos cum [O] sale ieiunis [46] esse, atque ita vomitionibus [47] præparant meatum. Tradunt & præcordijs necessarium hunc succum: quando phthisin cordi intus inhærentem, non alio potuisse depelli compertum sit in Ægypto, regibus corpora mortuorũ ad scrutãdos morbos [48] insecantibus. Atque vt est Græca uanitas, fertur in templo Apollinis Delphis adeò cæteris cibis prælatus rhaphanus, vt ex auro [49] dicaretur, beta ex argento, rapum è plumbo. Scires nõ ibi genirum Manium Curium Imperatorem, [P] quẽ [50] Samnitium legatis aurum repudiaturo afferentibus, rapum torrentem in foco inuentum Annales nostri prodidere. Scripsit & Moschion Græcus vnum de rhaphano volumen. Vtilissimi in cibis hyberno tempore existimantur: ijdemque dentibus semper inimici, quoniam atterant. Ebora certè poliunt. [Q] Odium his cum vite maximum, [40] refugitq; iuxta satos. Lignosiora sunt reliqua, in cartilaginũ genere à nobis posita. Mirũque, omnib. vehementiã saporis inesse. [R] Ex ijs pastinacę vnum genus agreste sponte prouenit: [S] staphylinos Græcè dicitur. Alterũ seritur radice vel semine, primo vêre vel autũno, vt Hygino placet Februario, Augusto, Septẽbri, Octobri, solo quã altissimè refosso. Annicula vtilis esse incipit, bima vtilior, gratior autũno, [51] patiniq; maximè. & sic quoque [52] virus illi intractabile est. Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnarum in cibis, sed medicinæ vtile. [53] Est & quartũ genus in eadem similitudine pastinacæ, quã nostri Gallicã vocant. Græci verò [54] daucon: cuius genera etiam quatuor fecêre. Inter medica dicendum siser: & ipsum Tiberius princeps nobilitauit, flagitans omnib. annis [55] à Germania. [T] Gelduba appellatur castellum Rheno impositum, vbi generositas præcipua. Ex quo apparet frigidis locis cõuenire.

35 si verò ipse cum. CH.
36 à. CH.
37 ac. CH.
38 semine. CH.
39 nullũ. Theophr.
40 & quod. Dal.
41 cherã. M. & GH.
42 accumulari. M. & CH. terram accumulare. Theo.
43 deinde semẽ &c. M. deinde semen fimoq; & terra congeratur. Alij. deindeq; semen fimo &. Dal.
44 excrementa. Ver.
45 dandos, in M. & CH. deest. edendos. Alij.
46 edere. M.
47 præparandũ Ver.
48 illiecãtibus. Ver.
49 duceretur. CH.
50 hospitium. CH.
51 patinis quàm. M.
52 vis illi intractabilis. M.
53 est autem quartũ.
54 Dauci genera etiam. M.
55 à. CH.

nenire. Ineſt longitudine neruus, qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta: quæ mulſo in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur. Neruus idem & paſtinacæ maiori, duntaxat anniculæ. [56] Siſeris ſatus menſibus Februario, Martio, Aprili, Auguſto, Septembri, Octobri. Breuior his eſt, [57] ſed toroſior amariórque, inula, per ſe ſtomacho inimiciſſima: eadem dulcibus miſtis ſaluberrima. Pluribus modis auſteritate victa gratiam inuenit. Nanq; & in pollinem tunditur arida, liquidóque dulci temperatur: & decocta poſca, [59] aut aſſeruata, vel macerata pluribus modis, & tunc miſta defruto, aut ſubacta melle, vuiſve paſsis, aut pinguib. [60] cariotis. Alio rurſus modo cotoneis malis, vel ſorbis, aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata, defectus præcipuè ſtomachi excitat, illuſtrata maximè Iuliæ Auguſtæ quotidiano cibo. Superuacuum eius ſemen, quoniam oculis ex radice exciſis, vt harundo ſeritur. Et hæc autem [61] ſeritur, & ſiſer, & paſtinaca vtroque tempore, vêre & autumno magnis ſeminum interuallis, [62] nullâve minus [63] quàm ternorum pedum, quoniam ſpatioſè fruticat. Siſer autem trãsferre melius. [V] Proxima his eſt bulborum natura, quos Cato in primis ſerendos [64] præcepit, celebrans [X] Megaricos. Verùm nobiliſſima eſt ſcilla, quanquàm medicamini nata, [65] acetoq; exacuendo. Nec vlli amplitudo maior, ſicut nec vis aſperior. Duo genera [66] medica: maſculus albis foliis, fœmina nigris. Et tertium genus eſt cibis gratum [67Y]: Epimenidium vocatur, anguſtius folio, ac minus aſpero. Seminis plurimum omnibus. Cé [20] leriùs tamen proueniunt ſatæ bulbis circa latera natis. Et vt creſcãt, [Z] folia quæ ſunt his ampla, deflexa circa obruuntur. Ita ſuccum omnem in ſe trahunt capita. Sponte naſcuntur [68] copioſiſſimè in Balearibus Ebuſóque inſulis, ac per Hiſpanias. [aa] Vnum de ijs volumen condidit Pythagoras philoſophus, colligens medicas vires, quas [bb] proximo reddemus libro. Reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, ſuauitate. Quippe cùm quidam crudi mandantur, vt in Cherroneſo Taurica. Poſt hos [cc] in Africa nati maximè laudantur, mox Apuli. Genera Græci hæc fecere. [dd] Bulbinen, ſetanion, pythion, acrocorion, ægilopa, ſiſyrinchion. In hoc mirum, imas eius radices creſcere hyeme: verno autem, cùm apparuerit viola, minui & contrahi, tum deinde bulbum pingueſcere. Eſt inter [69] genera & quod in [30] Ægypto aron vocant, ſcillæ proximum amplitudine, folijs lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi craſsitudine, radice mollioris naturæ, quę [70] edatur & cruda. Effodiũtur [ee] bulbi ante ver, aut deteriores illico [71] fiunt. Signum [72] maturitatis, folia [73] inareſcentia ab imo. Vetuſtiores improbant: item paruos & longos. Contrà rubicundis rotundioribúſque laus, & grandiſsimis. Amaritudo pleriſq; in vertice eſt. Media eorum dulcia. Bulbos non naſci, niſi [74] ex ſemine, priores tradiderunt. Sed [75] & Prænestinis cãpis ſponte naſcuntur, ac ſine modo etiam in Rhemorum aruis.

56 Siſer his ſeritur. M.
57 &. M.
58 nullâve. Alij. in nulla. CH.
59 aut aſſeruata defruto. M. quæ interiacent, deſideritur.
60 cariciis. Vet. cereolis. CH.
61 ſeritur, in CH. deeſt.
62 inula ve. M. Tur. & CH.
63 quaternorũ. CH.
64 præcipit. CH.
65 exacuendóq; aceto. CH.
66 medicę. M. & CH.
67 Epimenidu: CH.
68 copioſiſſimæ. M.
69 hæc genera. Ver.
70 eſtur. CH.
71 fiunt, ſi findunt. M. Lego, & findunt. Signum.
72 matura eſt. CH.
73 marceſcẽtia. Ver.
74 è CH.
75 & in Præn. CH.

ANNOTATIONES.

a Nam radices quædam chartilaginoſæ ſunt, vt raphani, betæ. Vide cap. 1. & 2. lib. 20.
b Varroni à curuore, quaſi curuimer. Probabilius eſt à Græca dictione vocabulum id tractum, qui & κυνὸν, & κυνὸν vocarunt. Scalig. in Priapeis, *cucumeres humi fuſos*. Plinius cucumeris nomine noſtros melopepones, vulgo *Melons*, cucumeres *concombres*, angurias *batheccas*, complectitur: & de ijs diuerſa tradit, cuiq; ſuo generi tribuenda, vt adnotatur. Citrinos adhuc vocant *Sucrades blanches*, nigros *Sucrades rouges*.
c Eadem ferè Theophr. cap. 6. lib. 5. Cauſſ. memorat, quo loco docet hyeme cucumeris ſemẽ in caniſtris ſerere, vt celeriùs fructus prouenìat.
d Theophr. cap. 12. lib. 3. Cauſſ. Caſſianus cap. 20. lib. 12. Palladius cap. 9. Martij.
e Hoc ſit & hodie in ſatu noſtrorum peponum.
f De peponibus id. Melones minimos, & malo cydonio non ampliores, adhuc habet Hiſpania.
g Lego, cerini. Hac voce autor quoque vſus eſt cap. 13. lib. 15. Apud Marcellum ex Plauti Aulularia, in voce Flammeus, Hadrianus Iunius pro cacinarij, legit cerinarij. Alibi Plautus cerinum & melinum colores memorat.
h De cucumere id Dioſcor.
i De melone, idem.
k De cucumere & anguria, idem.
l De cucumere, idem.
m De melonibus, idem.
n De melonibus, idem.
o *σικυὸς*, habena flagellumq; ſcuticæ. Vocatum inde cucumeris hoc genus, aut quòd ex eius ſarmentis fierent habenæ, loraq; ſcuticarum, vel quòd ijs ſarmenta ſimilia eſſent. Galli fortaſſis inde *courgees* nominarunt. Eſt & inde ſumptum nomen ſcytales ſerpentis, cuius infrà mentio fit cap. 5. lib. 32. & *τὸν σικυὸν λέλικε* Theoph. cap. 5. 4. Hiſt. quæ ſcuticæ baculum ſignificat.
p Aut oleo ſeſamino perunctum. Caſſ. cap. 19. lib. 12. Geopon.
q Theo. cap. 4. lib. 7. hiſt. & ca. 6. li. 5. Cauſſ. Colume. ca. 3. lib. 11.
r Ad XI. Calend. Mai. ſeu 21. Aprilis.
s Ad XII. Calend. Iuni. quinto die poſt Idus Mai.
t Pergulas eas, vmbellas & vmbracula priſci vocauerũt: Theocritus in Syracuſijs, *σκιάδεσσι*. Columella & autor Copæ, Trichila, quaſi *τρίχωνα*, ſpiſſa vmbracula, & *δασύφυλλα*. Colum. *Atque ſub trichila manuntem repit ad vndam*. Autor Copæ. *Et trichila vmbriferis frigida arundinibus*. Cæſar lib. 3. Belli Ciuilis, Trichilæ menſis inſtratæ. Inde fortaſſis vox Gallica *Treille*. Scal.
v Autor Moreti: *Et grauis in latum demiſſa cucurbita ventrem*. In Priapeis, Epigr. 51. *Nec ſeminoſæ ad cucurbitas quem jusſum*. In eſdem, *Pallentéſque cucurbitæ, & ſuaue olentia mala*. Cucurbitæ caput Apuleio lib. 1. Aſini *παροιμιωδῶς* de re vili & deſpecta, *Nos*, inquit, *cucurbitæ caput non habemus, vt pro te moriamur*. Vide proverbium

bium Cucurbita salubrius.
x De cucumere Theoph.cap.3.lib.7.histor.
y *σικύη*,pepo.Idem ibid.
z Seminis.nam duro semine iam edulis cucurbita n on est.
A Cucumer syluestris,colocynthis.
B Varroni sic dicuntur,quòd eruantur è terra,quasi Ruapa.At Græcum *βάπυς*,vnde potius nomen iã sumptum videtur . Glaucus in obsartyco *βάφῳ* appellat.Scaliger.
C Quatuor,Theoph.ex quo hæc cap.4.lib.7.hist.sumpta sunt. vbi ramen is agit *περὶ βοτανικῆς*, id est, de radiculis . Obscurior admodum Plinius hæc vertit.
D Huius generis apud Theophr.nulla fit omnino mentio.Lego,Bœoticum.q uod & per se(*ἁπλῶς*,simpliciter)viride dixerunt.
E Genus quidem hoc Theophr.memo rat:sed agreste vel esse, vel appellari,minimè scribit.
F Brassicæ Theophr.cap.4.lib. 7. histor. Negligenter hoc Plinius.Vide infrà cap.8.huius lib.& cap.9.lib.20.
G Hæc iam de raphano,non de brassica,
H Ab Algido oppido, à quo probatum est & rapum suprà. Algidus mons Romæ vicinus est, & in eius cacumine arx , quam vocant *Rocca del Papa*.
I Theophrastus *βοτανικὸν* perpetuò vocat nostram radiculam: *βάφανον* verò brassicam,suo Atticismo. quod Plinium multis locis fefellit.Idem auctor cap.4.lib.7.histor. Bœotiam raphanida esse dulcissimã, figura rotundam , nec Cleoneæ modo oblongã scribit,quæ conueniunt cum Syriaco raphano Plinij.
K Cheram.Manuscr.Turnebus Armoraciam ca.7.li.24.Aduersf. Isidorus hanc lapsanam esse interpretatur . Conuenit quod Cæsar scribit lib.3. belli ciuil . Est etiam genus radicis inuentum ab ijs,qui fuerunt cum Valerio , quod appellatur chara , quod admixtum lacte, multùm inopiam leuat . Id similitudinẽ panis efficiebat. Eius erat magna copia.
L Alijs ortum caniculæ,alijs Calendis Augusti.
M Theophr.cap.5.lib.5.Caus.
N De brassica hoc Theophr.cap.7.lib.2.Caus.
O Dioscorides vomituris dat ante cibum:à cibo verò vt roboret ventriculum,& cibi distributionem adiuuet. Autor obliuiosè vomituris imperat summo cibo,cap.4.lib.20.
P In exercitu duos tantùm caules pro seruis, famulis , ministris,ei fuisse scribit Alex.ab Alex.cap.11.lib.3.
Q Hoc de brassica audiendum est,quam *βάφανον* Theophr. & Atticorum vocauerunt.Vide suprà cap.24.vltimum lib.17.
R Plinius pastinacæ nomine Latinis significari ait plãtas quatuor:primam quidem pastinacam satiuam,Lugdunenses vocant *Panets*:alteram agrestem , in pratis nascentem, quam hibiscum hic vocat,malachen agriam cap.4.lib.20. pratensem cap.15.lib.21. Lugdunenses *Panets sauuages*:tertiam daucum staphylinum, altilem & hortensem , memoratum Galeno libr. 6. simpl. vulgo *Carotes*: quartam daucum staphylinum syluestrem , officinis notissimum. Et quoniam hæc Romano more tractauerat, subiungit statim Græcos quatuor etiam genera dauci statuere , nẽpe tria descripta à Dioscoride , & quartum daucum staphylinũ, quem post ligusticum Dioscorides explicat,syluestrem scilicet, nulla vsquam facta mentione satiui,aut pastinacæ vel satiuæ,vel agrestis, quasi ignotæ Græcis illæ plantæ fuerint, quamuis staphylinum apud Dioscorid. interpretes vertant pastinacam.Vide infrà cap. 9. libr. 25. Staphylinum tamen suum Dioscorides epithero peculiari *ὄργιον* vocat,id est,erraticum,tanquam h & s. *μαγον* satiuum cognouisset.Pastinacam Romani Gallicam vocabant,quòd,vt etiam nunc fit,in Gallia tum passim diligentissimè colerentur.
S Officinis Staphylinus agrestis . Pingitur & describitur à Donzeo, cap. 87. lib.2.& cap.38.lib.5.
T Hodie *Gelb*. pagus iuxta arcem limen archiepiscopi Colonienſis.
V Vide infrà cap.9.lib.20.paulo ante finem.
X Columel. —*quæq; veros acuunt,armantq; puellas,*
Iam Megaris veniunt genitalia semina bulbi .
Y Theophr.cap.11.lib.7.histor.
Z De Aro tantùm id idem ibidem.
aa Eius mentio fit apud Laërtium in Pythagora,quo loco peræm legitur *περὶ τῶν κῆπων* cum scripsisse, non *περὶ τῶν σικύων*, Muretus cap.20.lib.9.Variar.
bb Libro 20.cap.9.
cc Adeo dulces nascuntur.Theophr.cap.11.lib.7.hist.
dd *Dannius,an Libycis bulbus tibi missus ab oris,*
An Megaris veniat,maximus omnis erit. Martialis.
ee Theophr.cap.13.lib.7.hist.hæc sic recitat.Leucoion, bulbinen,opilionẽ,cyicem, & sisyrinchium. Pro leucoio scribitur hic setamion, pro opitione pythion, pro cyice acrocorion . Ægilops vel irrepsit,vel eius loco legendum,hemerocalles,aut quidpiam aliud eiusmodi.
ff Bulbis falaciores fieri ostendunt Martialis versus:
Cùm sit anus toniose,cùm sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quàm fatur esse potes.
Ex ijs cum nucleis pineis,eruca,pipere,in nuptiali cœna sponsi ferculũ parati solitum scribit Alex.ab Alex.ca.5. 2.vt apud quosdã è papaueris semine cũ lacte & melle,& apud Athenienses,ipsæ, priusquàm marti thalamũ adiret, cydonium malum gustare morem fuisse , vt halitu animaq; suauiori virum oscularetur.

De hortensium herbarum radicibus,foliis,floribus, coloribus. CAP. VI.

1 Hortensijs omnibus ferè singulæ radices,vt raphano,betæ,apio, 2 maluæ. Amplissima autem lapatho,vt quæ descendat ad tria cubita . Syluestri 3 minores, tumidæ.Effossa quoque diu viuit . Quibusdã tamen capillatæ,vt apio,maluę.Quibusdam surculosæ,vt ocimo.Alijs carnosæ,vt betæ, aut magis etiam num 4 croco-Aliquibus ex cortice & carne constant,vt raphano , rapis.Quorundam geniculatę sunt,vt graminis. Quę rectam non habent radicem statim 5 plurimis nascuntur capillamentis,vt atriplex,& blitum.Scilla autem,& bulbi, 6 & cæpe,& allium,nõ nisi in rectum radicantur. 7 Sponte nascentium quædam numerosiora sunt radice,quã folio,vt aspalax,perdicium,crocum.Florent 7 cum fraxino serpyllum,abrotanum, napi,rhaphani,menta,ruta,& cætera quidem cum cœpere, 8 defloreſcunt. Ocimũ autem parcùlatim & ab imo incipit: qua de causa diutissimè floret.Hoc 9 & in heliotropio herba euenit.Flos alijs cãdidus,alijs luteus , alijs purpureus. Folia cadunt à cacuminibus,origano,inulæ,& aliquãdo rutę iniuria læsæ. Maximè concaua sunt cæpe, gethio . Allium cæpasq; inter Deos in b iureiurando habet Ægyptus. Cæpæ genera apud Græcos, 10 Sardia,Samothracia, 11 alsidena,setania,schista,Ascalonia, ab oppido Iudææ nominata. Omnibus etiam c odor lacrymosus, & præcipuè Cyprijs,minimè Gnidijs. 12 Omnibus corpus 13 totum pinguitudinis earum cartilagine.Et cunctis setania minima,excepta Tusculana,sed dulcis.Schista autem & Ascalonia condiũntur.Schistam hyeme cum coma sua relinquunt, vêre folia detrahũt, & alia subnascuntur ijsdem diuisuris:vnde & nomen. Hoc exemplo reliquis quoq; generibus detrahi iubent,vt in capita crescant potiùs,quàm in 14 semina.Ascalonia 30 rum propria natura.Etenim velut steriles sunt ab radice, & ob id semine seri illas, non de-

1 Hortensibus.M.
2 Iapatho.Theophr.
3 minor,humida.Vet.
4 aro,asphodelo, Theophr.
5 pluribus nituntur. M.& CH.
6 & cæpæ, & arum, in acutum non radicantur.Dal.ex Theo.
7 confertim.Theo. *Aptior.*
8 statim efflorescũt. Dal.
9 & faba.Theo.
10 Sarda.CH.
11 Cnidia Theo.
12 Omnibus radicũ corpus tectum pinguicartilagine. Dal.
13 tuțum.Alij.

non deponi,iussere Græci.Præterea seriùs circaver, cùm 14 germinant, transferri:ita crassescere,& tunc properare præteriti temporis pensitatione . Festinãdum autem in his est, quoniam maturæ celeriter putrescunt. Si deponantur, 15 & caulem emittunt & 16 semen,ipsæq; euanescunt.Est & colorum differentia. 17 Samo enim & Sardibus candidissimæ proueniunt.Sunt in honore & Creticæ,de quibus dubitant,an eædem sint,quæ Ascaloniæ:quoniam 18 satis capita crassescũt:depositis, 19 caules & semina.Distant sapore tãtùm dulci.Apud nos duo prima genera.Vnum condimẽtarię,quam illi gethyon,nostri pallacanam vocant.Seritur mẽsibus,Martio,Aprili, Maio.Alterum capitatæ,quæ ab æquinoctio autũni,vel à Fauonio. Genera eius austeritatis ordine,Africana,Gallica, 20 Tusculana,Amiternina . Optima autem,quæ rotundissima.Item rufa acrior,quàm candida:sicca,quàm viridis:& cruda,quã cocta:sicca,quã condita.Seritur Amiternina frigidis & humidis locis,& sola allij modo capite,reliquæ semine. 21 Proximaq; æstate nullũ semen emittunt, sed caput tãtùm,quod 22 inarescit.Sequenti autem anno permutata ratione semẽ gignitur, caput ipsum corrumpitur. Ergo omnibus annis separatim semen cæpę causa seritur, separatim cæpe seminis.Seruantur autem optimè in paleis.Gethyum penè sine capite est ceruicis tantùm longæ,& ideò totum in frõde:sæpiúsque resecatur,vt porrum.Ideo & illud serunt,non deponunt.Cæterò cæpas ter fosso solo seri iubent, extirpatis radicibus herbarum in iugera denas libras.Intermiscerí satureiam, quoniã melius proueniat.Runcari præterea,& sarriri,si non sæpius, quater. Ascaloniã mẽse Februario serunt nostri.Semen cæparum nigrescere incipiens,antequàm 23 marcescat,metunt.Et d de porro in hac cognatione dici cõueniat, præsertim cũ sectiuo nuper autoritatẽ dederit princeps Nero, e vocis gratia,ex oleo statis mensium omnium diebus,nihilque aliud,ac ne pane quidem vescendo.Seritur semine ab æquinoctio autumno:si sectiuum facere libuit,dẽsius. In eadem area secatur , donec deficiat,stercoraturq; semper:nutritur in capita,antequàm secetur.Cùm increuit in aliam aream transfertur,summis folijs leuiter recisis ante medullã:& capitibus 24 retractis,tunicisve extremis.Antiqui silice vel tegula subiecta f capita dilatabãt . Hoc item in bulbis.Nunc sarculo leuiter conuelluntur radices,vt delumbatæ alant , neque 25 distrahãt. Insigne,quòd cũ fimo lætóque solo gaudeat , rigua odit, 26 & tamẽ proprietate quadam soli constant. 27 Laudatissimus in Ægypto,mox 28 Orthiæ atque Aricię.Sectiui duo genera:Herbaceum folio incisuris eius euidẽtibus,quo vtũtur medicamẽtarij.Alterum genus 29 suauioris folij,rotundiorísque, 30 incisuris leuioribus.Fama est,Melam equestris ordinis reum ex procuratione à Tiberio principe accersitum,in summa desperatione succo porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto,confestim expirasse sine cruciatu.Ampliorem modum negant noxium esse.Allium ad multa 31 ruris præcipuè medicamenta prodesse creditur.Tenuissimis & quę separantur, 32 in vniuersum velatur mẽbranis:mox pluribus coagmentatur g nucleis , & his separatim vestitis. Asperi saporis:quo plures nuclei fuere,hoc est asperius.Tædium huic quoque 33 halitu,vt cæpis,nullum tamẽ coctis. Generum differentia in 34 tempore.Præcox matureſcit sexaginta diebus. 35 Tum in magnitudine. h Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellauere allium Cypriũ, alij i antiscorodon,præcipuè Africæ celebratum inter k pulmentaria ruris, grãdius allio. 36 Tritum in oleo & aceto,mirum quãtum increscat l spuma. Quidam vlpicũ & allium in plano seri vetant,castellatimque grumulis 37 imponi, distantibus inter se pedes ternos.Inter grana 38 digiti interesse debent,simulatq; tria folia eruperint, sarriri.Grandescunt,quò sæpius sarriuntur. Matureſcentium caules depressi in terram obruuntur:ita cauetur ne in frondem luxurient.In frigidis vtilius vêre seri,quã autumno. 39 Cæterùm m vt odore careant , omnia hæc iubentur seri cùm luna sub terra sit, colligi cùm in coitu. Sine his Menander è Græcis autor est , allium edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint , odorem extingui. Sunt

14 germinent. CH. germinauerint. Th.
15 caulem mittunt, CH. neque legitur, &,in M.
16 sementarit. Vet.
17 amisso. CH.
18 sæpe radices agũt. CH.
19 caulis & semen. CH.
20 Tusculana, Ascalonia,Amitern. CH.
21 Proxima quę &c. emittit.Dal
22 increscit.vt mox, Cũ increuit &c.Dal.
23 marcescant.CH.
24 detractis tunicis extremis,Dal. vt de allio & cæpa, Theo. scripsit ca.4.1 Caus.
25 distrahantur.Vet.
26 hæc Vet.
27 Laudatissimum. Vet qi squam apud Palladium porrus legitur
28 othiæ.CH.
29 suauioris . M. fortassẽ , Hauidioris. Dal suauidoris. CH.
30 leuioribus incisuris.CH.
31 rusticis.Dal.
32 in,M.d.
33 halitus Vet.
34 tempore & coitu. TH.
35 Tamen.CH.
36 Trito. Vet.
37 imponi iubẽt. Vet.
38 digiti quatuor inter.ne. M.
39 Cæterò. Ch.

qui & allium & vlpicum inter Compitalia ac Saturnalia ſeri aptiſſimè putent. Allium & ſemine prouenit, ſed tardè. Primo enim anno porri [40] craſſitudine caput efficitur: ſequenti diuiditur, tertio cõſummatur: [n] pulchriuſq; tale [41] exiſtimant quidam. In ſemen exire non debet, ſed intorqueri caulis [42] ſationis gratia, vti caput validius fiat. Quod ſi diutius allium cæpamque [43] inueterari libeat, aqua ſalſa tepida capita [44] intingẽda ſunt. Ita diuturniora fient, melioraq; vſui, ſed in ſatu ſterilia. Alij contenti ſunt [45] primò ſuper prunas ſuſpendiſſe, abundéque ita profici arbitrantur ne germinent. Quod facere allium cępamq; extra terram quoque certum eſt, & cauliculo acto euaneſcere. Aliqui & allium palea [46] optimè ſeruari putant. Alliũ eſt & in aruis ſponte naſcens, [o] alum hoc vocant: quod aduerſus improbitatem alitũ depaſcentium ſemina coctum, ne renaſci poſsit, abijcitur: ſtatimq; quæ deuorauere aues, ſtupentes manu capiuntur, & ſi paulũ [47] commorauere, ſopitæ. Eſt & ſylueſtre, [48] quod vrſinum vocant, odore [49] molli, capite prætenui, foliis grandibus.

40 craſsitudinẽ capite efficit. CH.
41 exiſtimatur à quibuſdam M.
42 ſatus gratia, vt CH.
43 inueterare. CH.
44 vnguenda. CH.
45 fumo. Vet.
46 ſeruare optimè. CH.
47 cõmouẽre reſopitæ. M. commorẽre ſopitę. CH.
48 & quod. CH.
49 miti. M. lego, odore ſimili.

ANNOTATIONES.

a Theophraſto cap. 11. lib. 1. hiſtor. τῶν πωλοδῶν. carum quę herbæ vulgari ſim. le folium, id eſt, longum & anguſtum habent, quales ſunt crocus, perdicium, aſpalax. Tamen de perdicio tantùm hoc idem ſcribit, non de croco, aut aſpalace. Sed & ſunt qui eiuſdem perdicion eſſe volunt ornithogalon Dioſcoridis, & pro aſpalace aſphodelum legunt. Vtrumque certè πωλοδες eſt.

b Zeno Stoicus per capparim iurabat, Teleclides per braſſicã. Plutar. lib. de Iſid. & Oſir. Cæpam quidem Ægyptij ſacerdotes auerſabantur, quòd lacrymas eliciendo, feſtos dies celebrantib. moleſta ſit, & excitata ſiti incommoda ſit ijs qui religionis cauſa potu ciboſque abſtinent. Plutar. ibid. præterea quia Luna decreſcente viget & augeſcit.

c Inde Græcis κρόμμυον, ὅτι κάρας συμμύειν ποιῖ. Ariſtophan. τί δῆτα πλαίσεις; Α. κρομμύου ὀσφραίνομαι. Bias à rege Alyatte accerſitus, regia fortuna ſpreta, illũ iuſſit κρόμμυα ἐσθίειν, τοὺτου ἡμιῶσθαι. Rho. cap. 4. 12. Lucilius lib. 5. Sat.

Flebile cæpe ſimul, lachrymoſeq; ordine tallæ.

Sic enim Feſtus vocat interiores cæparum tunicas. Varro in Bimargo, *Atti & auus noſtri cùm allium & cæpe verba eorum olerent, tamen optimè animati erant.* Tunicatum cæpe Perſius eleganter vocat Satyr. 4. *— tunicatum cum fale mordens cæpe.* Lucil. lib. 6.

— lippus inducis
Acerbus aſſiduè fiunt cæpis lacrymoſi. In Priapeis,
Acreſq; cæpas, allioq; ſibra tuus.

Apud Homerum Iliad. ἀνὰ δῖξαν ἴωχα διώκων. Neſtori & Machaoni pro obſonio apponit cæpam & mel flauum, χλωρὸν.

d Pallad. cap. 24. Februar.

e Cui ſplendorem affert. inſtrà cap. 6. lib. 20.

f Inde περικολλῆν πράσοις. Autor Moreti,

Hic ſiſer, & capiti nomen debouita porra. In Priapeis,
Creſcẽsque ſemper in ſinum caput porrum.

g ὀνῶνας vocat Aëtius lib. 11. cap. 11. σκολύμους Paulus Ægineta cap. 33. lib. 4. γίγγρας Theophraſtus, ἀγριδας Galenus.

h Quidam eſſe volunt allium Ægyptium Dioſcoridis, quod, vt porrum, ſingulari capite conſtat, idemque molyzam Hippocratis, lib. de mulieribus.

i Aphroſcorodon, vt indicẽt quæ proximè ſequũtur. Sic & Columella vocauit, itemq; alliũ Punicũ. Quidã à ſpuma, alij ab Aphrica Aphroſcorodon dici volunt. Vide Columellã cap. 3. li. 11.

k Ea pulmẽtaria μυσότωτος Theo. vocat cap. 4. li. 7. Hiſt. Polluci autẽ μυσότωτος eſt κρόμμυα ἐν σπορίδων ἡμῖν: Dioſcoridi intritum ex allio & nigra oliua. Hoc loco Plinius parare id videtur ex oleo, allio & aceto. Parant alij ex allio, ouo, caſeo: Lugdunenſes ex allio & nuce iuglandi recenti, aut ahoqui tandiu in aqua macerata, vt recenti ſimilis videatur. Excitat hoc appetentiam, & contra venenum fungorum pro antidoto eſt. Vide Cæliũ & ſcholiaſtem Ariſtophanis.

l Tuſum, inquit Theophr. cap. 4. lib. 7. hiſtor. ac inflatum verſum mirabilem tumorem excitat, nulla facta mentione ſpumæ.

m Columella lib. 12.

n κάλλιον, Theophr. præſtantius.

o Ophioſcorodon. Alioquin Alus Græcorum eſt Symphyton petræum. In Vet. legitur allium. Vide num legendum, ſylueſtre hoc allium &c. vel, anguinum hoc vocant.

Quoto die quæque herba naſcuntur: ſeminum natura: quomodo quæque ſerantur, & quorum ſingula genera ſint, & quorum plura. CAP. VII.

IN horto ſatorum celerrimè naſcuntur ocimum, blitum, [1] napus, eruca, tertio enim die erumpũt: anethum quarto [2], lactuca [3] quinto, rhaphanus ſexto, cucumis & cucurbitæ [4] ſeptimo, prior cucumis: naſturtium ac ſinapi quinto, beta æſtate ſexto, hyeme decimo, atriplex octauo, cæpe xix. aut xx. gethyum x. aut xij. Cõtumacius coriandrum. Cunicula quidem & origanum poſt xxx. diem. Omnium autem difficillimè apium: quadrageſimo enim die cùm celerrimè, quinquageſimo maiore ex parte [a] emergit. Aliquid & ſeminum ætas confert, quoniã recentiora maturius gignuntur, in porro, gethyo, [5] cucumere, cucurbita: ex vetere autẽ celerius proueniũt apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum. Mirum in betæ ſemine nõ enim [6] totum eodem anno gignit, ſed aliquid ſequẽte, aliquid tertio. Itaque ex copia ſeminis, modicè naſcitur. Quædam anno tãtum [7] ſuo pariunt, quędam ſæpius, ſicut apium, porrum, gethyum. Hæc enim ſemel ſata pluribus annis reſtibili fertilitate proueniunt. Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea & lata, vt atriplici. Quibuſdam anguſta & canaliculata, vt cumino. Differũt & colore, nigro candidoq; [b]: item [8] duritie. Surculacea in folliculo ſunt rhaphano, ſinapi, rapo [c]. Nudum ſemen apij, coriãdri, anethi, fœniculi, cumini. Cortice obducta bliti, betæ, atriplicis, ocimi. At lactucis in lanugine. Nihil [9] ocimo fœcundius: cum [d] maledictis ac probris ſerendum [10] præcipiunt, vt lætius proueniat: ſato pauitur terra. [e] Et cuminum qui ſerunt, precantur ne exeat. Quæ in cortice ſunt, difficillimè inareſcunt,

1 βλίτον. TH.
2 lactucaque. CH.
3 vel quarto. Th.
4 quinto, ſexto, vel ſeptimo. Th.
5 cucumi. CH.
6 tota. M. & CH.
7 ſuo, in M. d. Lego, tantum ſemel.
8 durities ſurculacea. In & e. M. durute, mollitie. In &c. Dal.
9 cumino. Th.
10 præcipiunt Læti, proueniat. Sato. M.

reſcunt, maximéque ocimũ [11] & gith. ſiccantur omnia, ac ſunt fœcunda. Vtique meliora naſcuntur aceruatim ſato ſemine, quàm ſparſo. Ita certè porrum & allium ſerunt in lacinijs colligatum. [f] Apium etiã paxillo cauerna facta, ac ſimo ingeſto. Naſcuntur autem omnia aut ſemine, aut auulſione. Quædam ſemine & ſurculo, vt ruta, origanum, ocimum: præcidunt [12] enim & hoc cùm peruẽnit [13] ad palmum altitudinis. Quædam & radice & ſemine, vt cæpa, allium, bulbi, & ſi quorum radicẽ [g] anniferorum relinquunt. Eorum verò quæ à radice naſcuntur, radix diuturna & frutico ſa eſt, vt bulbi, gethyi, ſcillæ. [14] [h] Fruticant [15] alia & non capite, vt apium & beta. Caule reciſo ferè quidem omnia regerminant, exceptis [i] quæ non ſcabrum caulem habent: [16] & in vſum verò ocimum, rhaphanus, lactuca. Hanc etiam ſuauiorem putant à regerminatione. Raphanus vtique iucundior detractis foliis antequàm [17] decauleſcat. [k] Hoc & in rapis. Nã & eadem [18] direptis foliis cooperta terra creſcunt, durantq; in [19] eſtate. Singula genera ſunt ocimo, lapatho, blito, naſturtio, erucę, atriplici, coriandro, anetho. Hæc enim vbique eadem ſunt, neque aliud alio melius vſquam. [l] Rutam furtiuam tantùm prouenire fertilius putant, ſicut apes furtiuas peſſimè. Naſcuntur [20] etiam non ſata, mentaſtrum, nepeta, intubum, pulegium. Cõtrà plura genera ſunt eorum quæ diximus dicemuſque, & in primis [21] apio.

11 & gith. Siccata omnia ſunt. Dal. ex Theoph.
12 etiam. Dal.
13 ad palmæ altitudinem. Vet.
14 Fruticẽt. CH.
15 & alia non capitata. Dal.
16 ſed ob vſum euidentiſſima ocimum. Theophr.
17 πρὶν ἂν διακαυλίσαι. caulis grandeſcat.
18 derepris. M & CH.
19 æſtatem. Vet.
20 autem etiam.
21 de apio. M.

ANNOTATIONES.

a Idque omnibus ſementibus. In omnibus enim quidam denſus ſerunt. Theoph.

b Apud Theophr. eſt, κρόμμυον ἐμείνω, τὰ δὲ μέλανα, τὰ δὲ ξανθά, τὰ δὲ λευκὰ ξανθόδες, ligno ſum, Theoph. refert ad colorem. Plinius ad duritiem. Apud Theophr. rectius legetur pro ξανθὰ, ὑγρὰ δὲ, qualis color eſt ſeminis naſturtij, & raphani. Exemplar manuſcriptum habet, item duritia ſurculacea. In folliculo ſunt, &c. Pro ſiliqua folliculum Plinius vſurpat. θλάσπα Theoph. vocat.

c γυμνόσπερμα Theophr. cap. 18. lib. 1. hiſtor.

d De ruta idem ſcribit Palladius cap. 9. Martij.

e Contrà qui rapum, raphanum, napum religioſi agricolæ ſerunt, antiqua cõſuetudine precantur, vt ſibi naſcatur, & vicinis.

f Ad incrementum locus confert. Ideò cùm apium transfertur, adigi paxillum tam altè præcipiunt, quàm apium fieri magnum placet. Quin etiam & apij ſemen exceptum panniculo ſtercore terráque pleno, in cauernam paxillo iam antea reclusam demitti. Theophr. cap. 3. lib. 7. hiſt.

g Anniferа vocat τὰ ἐνιαύσια, quorum annuus caulis eſt. appoſitè quidem, ſed ſignificatu minus proprio, cùm anniferа etiam intelligere poſſimus, quæ fructum aut florem quotannis ferunt. Naſcuntur etiam radice, inquit Theophr. quorum radices viuunt diutius, quamuis annuus caulis ſit. Talis eſt beta & oxalis. Legen. & ſi quæ radicem annifera.

h Coma ſecta, nouam pariunt.

i Apud Theophr. eſt, πλὴν τῶν ἀκαυλούντων. Legendum puto, μονοκαύλων. Exceptis ijs, quæ vnico caule ſurgunt, vt cuminum.

k Non quidem de rapis id ſcribit Theophr. ſed, quod ſequitur, ea pariter, ac radiculas direptis foliis, &c.

l Palladius cap. 9. Mart.

Natura, & genera, & hiſtoria ad condimenta in horto ſatarum rerum. XXXVI. CAP. VIII.

ID enim quod ſponte in humidis naſcitur, heleoſelinum vocatur, [a] vno folio, nec hirſutum. Rurſus in ſiccis hippoſelinum, pluribus foliis, ſimile heleoſelino. Tertium eſt oreoſelinum, cicutæ foliis, radice tenui, ſemine [1] anethi, minutiore tantũ. [2] Et ſatiui autẽ differẽtię in folio, dẽſo, criſpo, aut rariore & [3] leuiore. Itẽ caule tenuiore aut craſſiore. & caulis aliorũ candidus eſt, aliorũ purpureus, aliorũ varius. Lactucę Græci tria fecere genera: vnum lati caulis, adeò vt [4] hoſtiola olitoria ex his factitari prodiderint. Foliũ his paulo maius herbaceo & anguſtiſſimũ, vt alibi conſumpto [5] incremento. Alterũ rotundi caulis: tertiũ ſeſſile, quod Laconicon vocãt. Alij colore & tempore ſatus genera diſcreuere. Eſſe enim nigras, quarum ſemen menſe Ianuario ſeratur: albas, quarum Martio: rubentes, quarum Aprili. [6] Et omnium earum plantas poſt binos meſes differri. Diligentiores plura genera faciunt, purpureas, criſpas, [7] Cappadocas, Græcas. [8] Lõgioris has folij, cauliſq; lati, præterea lõgi & anguſti, intubi ſimilis. Peſſimum autem genus cũ exprobratione amaritudinis appellauere [b] picrida. Eſt etiamnũ alia diſtinctio atrę, quę [c] meconis vocatur, à copia lactis ſoporiferi, quanquam omnes ſomnum parere creduntur. Apud antiquos Italiq; hoc ſolum genus earum fuit, & ideò lactucæ nomen adeptæ. Purpureã [10] maximæ radicis, [11] Cæcilianam vocant. Rotundam verò ac minima radice, latis foliis, [d] aſtylidam: quidámque eunuchion, quoniam hæc maximè refrigetur Veneri. Eſt quidem natura omnibus [e] refrigeratrix, & ideò æſtate gratæ ſtomacho faſtidium auferunt, cibíque appetentiam faciunt. [f] Diuus certè Auguſtus lactuca conſeruatus in ęgritudine fertur, [12] prudentia Muſæ medici. Cùm priores [13] cauerẽt, religione nunc omni caret, in tantum recepta commendatione, vt ſeruari etiam in alienos menſes eas

1 cymini. Dioſcor.
2 Eſt autem ſatiui differentia. M.
3 latiore Theo.
4 vrceoa. M.
5 nutrimento. Vet.
6 At. M.
7 Cappadocicas. CH.
8 Long. has latiſque caulis: præterea foliũ longi. Vet. retẽ Longiora his folia, cauleſque lati, &c. ſimilis. M.
9 crediderunt. M.
10 maximè radicibus. CH.
11 Cæcilia. a.
12 prouidentia. M. Sueton.
13 Cauẽt: religionem omnium die manducarent. M. Turn. cmeli. Religio nimiè omni caret. Ch.

14 oxymelite repertum sit. Sanguinem quoque augere creditur. Est etiam num quæ vocatur 15 caprina lactuca, de qua dicemus g inter medicas. 16 Ecce cũ maximè cœpit irrepere satiuis admodum probata, quę Cilicia vocatur, folio 17 Cappadocæ, nisi crispum latiúsque h esset. 18 Nec ex eodem genere 19 possunt dici neque ex alio inuenta. Nec ex eodem genere 19 possunt dici neque ex alio inuenta. Nec ex eodem genere 19 possunt dici neque ex alio inuenta.

Poterant videri dicta omnia quę in pretio ſunt, niſi reſtaret res maximi quæſtus, nõ ſine pudore dicenda. Certum eſt quippe carduos apud Carthaginem magnã, Cordubámque præcipuè, ſeſtertia ſena millia, [63] vt parcius, reddere: quoniam portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupedes conſciæ. Carduos ergo duobus modis ſeruntautumno planta, & ſemine ante Nonas Martias: plantæque ex eo diſponuntur ante Idus Nouembris, aut in locis frigidis circa Fauonium. Stercorantur etiam, ſi dijs placet, lætiúſque proueniunt: condiunturque aceto, melle diluto, addita laſeris radice, & cumini, ne quis dies ſine carduo ſit. Cætera in tranſcurſu dici poſſunt. Ocimũ Parilibus optimè ſeri ferunt. Quidam & autumno: iubéntq;, cùm hyeme ſeratur, aceto ſemen perfundi. Eruca quoque & naſturtium, vel æſtate vel hyeme facillimè naſcuntur.[F] Eruca pręcipuè frigorum contemptrix, diuerſæ eſt, quàm lactuca, naturæ, concitatrix Veneris: idcirco iungitur illi ferè in cibis, vt nimio frigori par feruor immixtus tẽperamentũ æquet. Naſturtium nomen accepit à narium[G] torméto. Et inde vigoris [64] ſignificatio prouerbio [65] id vocabulum vſurpauit, veluti [H] torporem excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. [I] Ruta quoque ſeritur Fauonio, & ab æquinoctio autumni: odit hyemem & humorem ac ſimum. Apricis gaudet & ſiccis [66] terra quàm maximè lateraria. Cinere vult nutriri. hic & ſemini miſcetur, vt careat erucis. Autoritas etiam peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio muſtum rutatum populo datum à Cornelio Cethego, in Coſulatu collega Quintij Flaminini, comitijs peractis. Amicitia eſt ei & cum [K] fico, in tantum, vt nuſquam lætior proueniat, quàm ſub hac arbore. Seritur & ſurculo, melius in perforatam fabam indito, quæ ſucco nutrit comprehendendo ſurculum. Seritur & à ſeipſa. Nanq; incuruato cacumine alicuius rami, cùm attigerit terram, ſtatim radicatur. Eadem & ocimo natura, niſi quòd difficilius creſcit. Sed durata runcatur non ſine difficultate, [67] prouenientibus hulceribus, ni munitis manibus id fiat, oleóve defenſis. Conduntur autem & eius folia, ſeruantúrque faſciculis. Ab æquinoctio verno ſeritur apium, ſemine [68] paululum in pila [69] pulſato. [L] Criſpius ſic putant fieri, aut ſi ſatum calcetur cylindro pedibúſve. Proprium ei, quòd colorem mutat. Honos ipſi in Achaia, coronare victores ſacri certaminis [M] Nemeæ. Eodem tempore ſeritur menta planta: vel ſi nondum germinat, ſpongia. Minus hæc humido gaudet. Æſtate viret, hyeme flaueſcit. Genus eius ſylueſtre, mentaſtrum eſt. Et hoc propagatur, vt vitis, vel ſi inuerſi rami ſerantur. [N] Mentæ nomen ſuauitas odoris apud Græcos mutauit, cùm alioqui mintha vocaretur: vnde veteres noſtri nomen declinauerunt. Grato menta menſas odore percurrit in ruſticis dapibus. Semel ſata, diutina ætate durat. Congruit pulegio, cuius natura in carnarijs reflores cens ſæpius dicta eſt. Hæc quoque ſeruantur ſimili genere, mentam dico pulegiúmque & [70] nepitam. Condimentorum tamen omnium faſtidijs cuminum amiciſsimum. Naſcitur in ſumma tellure vix hærens, & in ſublime tendens. In putridis & calidis maximè locis, medio ſerẽdum vêre. Alterum eius genus ſylueſtre, quod ruſticum vocant, alij Thebaicum: ſi tritum ex aqua potetur, in dolore ſtomachi prodeſt. In Carpetania noſtri orbis maximè laudatur: alioqui Æthiopico Africóque palma eſt. Quidam huic Ægyptium præferũt. Sed pręcipuè oluſatrum miræ naturæ eſt.[O] Hippoſelinum Græci vocant, alij ſmyrneum. E lacryma caulis ſui naſcitur. Seritur & radice. Succum eius qui colligunt, [71] myrrhæ ſaporem habere dicunt. Autorque eſt Theophraſtus, [72] myrra ſata natum. Hippoſelinũ veteres præceperant in locis incultis, lapidoſis, iuxta maceriam ſeri: nunc & repaſtinato ſeritur, & à Fauonio poſt æquinoctium autumni. Quippe cum capparis quoque ſeratur ſiccis maximè, area in defoſſu cauata, ripiſque vndique circunſtructis lapide: aliâs euagatur per agros, & cogit ſolum ſterileſcere. Floret æſtate. Viret vſque ad Vergiliarum occaſum, fabuloſis [73] familiariſsimũ. Vitia eius, [74] quòd trans maria naſcitur, diximus inter peregrinos frutices. Peregrinum & Careum, gentis [75] ſui nomine

63 ex aruis. Vet. à partis reddere cls. CH.

64 significatione pro uerbium. Vet.
65 eius eſum. Cornarius.

66 terraq; quam. M.

67 prorituus vlceribus. M. vtrumque. & CH. pruritus & vlceribus. Colum.
68 paulum. M. paulũ in pilato. CH.
69 pinſito. Colum.

70 nepitam in condimento ſumpta. In omnia (lego, ad omnia) quę faſtidio ſunt, cuminum amiciſsimum. M. vtrumque. Nepitam. Condimentariorum tamen omnium ſtomachi faſtidijs. Vet. omniumque faſtudijs. Vet.

71 murrhæ. M.

72 murrha. M.

73 familiariſsima. Dal. Vide ca. 23. li. 13.
74 quæ Dal.
75 ſuæ. Vet.

mine appellatum, culinis principale. In quacunque terra ſeri vult, ratione eadem, qua oluſatrum. Laudatiſsimum tamen in Caria, proximum Phrygia. Ligusticum ſylueſtre eſt in Liguriæ ſuæ montibus: ſeritur vbique: ſuauius ſatiuum, ſed ſine viribus. Panacem aliqui vocant. [P] Crateuas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat. Cæteri ferè [76] conyzoides, cunilaginem: thymbram verò, quæ ſit cunila. Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, ſatureia dicta in condimentario genere. Seritur menſe Februario, [77] origano æmula. Nuſquam vtrunque additur, quippe ſimilis effectus. Sed cunilæ Ægyptium origanum tantùm præfertur. Peregrinum fuit & lepidium. Seritur à Fauonio: dein cùm fruticauit, iuxta terram præciditur: tunc runcatur, ſtercoratúrque: per biennium hoc. Poſteà ijſdem fruticibus vtuntur, ſi nõ ſæuitia hyemis ingrauat, quand o impatientiſsimum eſt frigorum. Exit & in cubitalem altitudinem, folijs laurinis, mollibus: [78] vſuſque eius [Q] non ſine lacte. Gith piſtrinis, aniſum & anethum culinis & medicis naſcuntur. Sacopenium & ipſum in hortis quidem, ſed medicinæ tantùm. Sunt quædam comitantia aliorum ſatus, vt papauer. Nanque cum braſsica ſeritur, [79] ac portulaca, & eruca [80] cum lactuca. [R] Papaueris ſatiui tria genera: Candidum, cuius ſemen toſtum [S] in ſecunda menſa cum melle apud antiquos [81] dabatur. Hoc & panis ruſtici cruſtæ [82] inſpergitur affuſo ouo inhærens, vbi [T] inferiorem cruſtam [83] apium githque cereali ſapore condiunt. Alterũ genus eſt papaueris nigrum, cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus excipitur. v Tertium genus [84] rhœam vocant Græci, id noſtri erraticum. Sponte quidem, [85] ſed in aruis cum hordeo maximè naſcitur, erucæ ſimile, cubitali altitudine, flore rufo & protinus diciduo: vnde & [X] nomen à Grẽcis accepit. De reliquis generibus papaueris, ſponte naſcentis dicemus in medicinę loco. Fuiſſe autem [Y] in honore apud Romanos ſemper, indicio eſt Tarquinius Superbus, qui [Z] legatis à filio miſsis decutiẽdo papauera in horto altiſsima, ſanguinarium illud reſponſum hac facti ambage reddidit. Rurſus alio comitatu æquinoctio autumni ſeruntur coriandrũ, anethum, atriplex, malua, lapathum, cærefolium, quod pærerota Græci vocant: & [aa] acerrimum ſapore, ignei effectus ac ſaluberrimum corpori, ſinapi, nulla cultura, melius tamen planta tralata. Quin è diuerſo vix eſt ſato ſemel eo liberare locum, quoniam ſemen cadens protinus viret. Vſus eius etiam pro pulmentario in patellis [86] decocto, citra intellectum acrimoniæ. Coquuntur & folia, ſicut reliquorum olerũ. Sunt autem trium generum: Vnum gracile, alterum ſimile rapi folijs, tertium erucæ. Semen optimum Ægyptium. Athenienſes napy appellauerunt, alij thapſi, alij ſaurió. Serpyllo & ſiſymbrio montes [87] plerique ſcatent, ſicut in Thracia, [88] vbi aquæ deferunt ex [89] ijs auulſos ramos ſeruntque. Item Sicyone ex ſuis montibus, & Athenis ex Hymetto. [bb] Simili modo & ſiſymbrium ſerunt. Lætiſsimum naſcitur in puteorum parietibus, & circa piſcinas ac ſtagna.

76 Cunizã idẽ cunilaginem &c. Vet. Lego, conyzam, cunilaginem, ſidem verò thymbram, quę ſit.
77 thymo. Diosc.

78 vſus eius. M.

79 at. Ver.
80 & cum lact. Alij.

81 edebatur. M.
82 inſpergunt. Dal.
83 ammi vel aniſum. Dal. apium inſpergi, nuſquã alibi legitur.

84 rhœada.
85 ſed maturius cum. M.

86 decocto. Citra int. acrimoniæ coquuntur eius folia.

87 planaque. Theo.
88 vbi quidem. Th.
89 his. CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 6. libr. 7. *μανόφυλλον*, ratis folijs, pro quo legit Plinius *μονόφυλλον*, vno folio.
b Eſt & pieris cichorij genus infrà cap. 17. lib. 21. & ca. 22. li. 22. necnon Theophr. cap. 11. lib. 7. hiſtor.
c Vide poſthac cap. 7. lib. 20.
d *ἀτυλάξιφ*, ciulare. Apud Athenęum lib. 2. legitur aſtylida, quaſi vrbanam & ciuilem dicas.
e Ea de cauſſa veteribus poſtrema menſa ſumebatur, vt ebrietatem & capitis grauitatem arceret frigiditate. Martialis.
Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat amorum,
Dic mihi, cur noſtras inchoat illa dapes? Rhodig. cap. 20. & 26. lib. 27. Apud Athenæum Ariſtoxenus cùm veſperi lactucas cœnomelite perfudiſſet, virides placentas à terra ſummiſſas ſe habere, manè iactabat. In lactuca occultatum Adonin è Venere Callimachus, Phaona Cratinus ſcribit. Pythagorei lactucam vocant *ἀνυδρον*, Eubulus mortuorum cibũ, mulieres *ἀφύλλιδα*, quia *τὴν φύλλον*, id eſt, penẽ, arrigere prohibeat. Rhodig. ca. vlt. 27. Autor Moreti, *Gratáque nobilium requies lactuca ciborum.*
f Sueton. in Auguſto, cap. 81.
g Cap. 7. lib. 20.
h Theophr. cap. 7. & 11. lib. 7. hiſtor. & cap. 7. lib. 2. Cauſſ.
i Condiebant olim vino & pipere, vnde Martialis,
Vt ſapiant fatuæ, fabrorum prandia, betæ,
O quàm ſæpe petet vna pipẽque cocus. Fabris betas parari ſolitas oſtendit & hic Columellæ verſus.
Vtque aquæq; habilis beta eſt fabribus eſcis.
k Religioſum eſt: velut quadam religione obſeruatum, vt appoſitam quiuis deguſtet, quamuis ea ſatientur validiores tãtùm.
l Lego, & capite ipſo exiliente, bulbi. Nam cùm ſolijs humi primùm ſparſis, ex illorum medio caulis prodire incipit, eius caput, & calloſa quadam ſoliditate bulbo ſimile eſt, & guſtu.
m In Priapeis, Epigr. 51. *Nec hortus educat latas meus betas.*
n Cap. 157. 158. Grauidis apud Athenienſes braſſicam dari ſolitam, quòd parturientibus commodiſſima ſit, ſcribit Alex. ab Alex. cap. 25. lib. 2.
o De raphano id ſuprà, huius libri cap. 5. Genera raphani Græci fecêre tria &c. Infrà verò cap. 9. libr. 20. In tria genera diuiſere eam (braſſicam) Græci antiquiſſimi.
p A ſimilitudine apij, *σιλαιοειδὲς*, Cato: Eudemus apud Athenęum lib. 9. vocat *σιλαινοειδὲς*.
q Cymas vocat fœminino genere, quas Græci neutro *κύμαλα*, quaſi *κυήματα*, vt inquit Galenus lib. 2. aliment. & Columel. hoc verſu,
Frigoribus caules, & veri cymata mittit.

Cymas primæ sectionis inter remedia nephritica Galenus lib.10. κατὰ τόπους ex Anthioco vocat πρωτοτόμους κυμβάλους: vt & Martialis,

Et fibi fabrorum protofomis; rudes, Et *Protofomis, pudet heu, fermo cauliculis.* Marcellus ca.20. Haplosiles caules vocat, nimirum ἁπαλὰς. Vide cap.9.lib.20.

r Cauliculos edules professt. Id genus esse volūt, quod in Geoponicis Constantinus vocat ἀκροκαύλιον κράμβιον.

s Vulgò, capitata siue sessilis brassica. *Chous cabus.*

t Eorum meminit Eudemus apud Athenæum, gigniq́ue tradit Eretriæ, Cumis, Rhodi, Cnidi, Ephesi.

Deceptus est Plinius, siue potius eius libertus scriba, voce τριφύλλου, quod patet ex hoc loco Constantini cap.17.lib. 12. δύναται χρὴ ἐπὶ τοῦ περίβλου ἢ ἀλωμῆς τόπου σπόρον προεῖ πολλὰ γὰρ τριφύλλου τοῦτο γινόμενον σπέρμα ἢ ἀκαμψίδας χλόην λύει πασῶν καταπεσθῆναι πάσσον, ὡς δυνεῖν αὐτὴν πικραίνεσθαι. τοῦτο γὰρ τὸ τρόπον περὶ ἰσφαιρώρια γίνεται. Pro τριφύλλου κράμβης Plinius triphylli semen immiscuit. Idem error Pallad. cap.24. Februar. Martial.

Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

x Id Græci vocant ἐπισπείρειν, vt in arboribus ἐμφυτεύειν, & ἐνφελαμίζειν, in seminare Gellio. Vide Lexic. Constant.

y Sueton. in Iulio, cap. 68.

z Brassica Lapsanam cap.9.lib.20. syluestris brassicæ genus esse scribit. At suprà cap.5. Charan, siue Cheran, Cæsari lapsanam dici adnotaui.

A Lib.16.cap.36.

B Cap.48.

C Asparago hoc spinoso vt sponsæ coronarentur, apud Bœotios in more fuisse, sicut apud cæteros Græcos sisymbrio, tradit Alex.ab Alex.cap.5.lib.2.

D περίβλου Theophr. vocat cap.3.lib.6.histor. nempe thyrsum in acutum fastigium desinentem.

E Fabulosum vanumque id sibi videri scribit Dioscorides.

F In Priapeis, *Nam quamuis videar satis paratus,*
*Erucarum opus est decem manipli*s
Fossas inguinis vt teram. Quin & eruca sacra Priapo est, atque ideò propter eum feritur. Colum. in horto,
Et quæ frugifero seritur vicina Priapo,
Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.
In Priapeis: *Et ipse longa nocte dormiat solus,*
Libidinosis incitatus erucis. Autor Moreti,
Intybáque & Venerem reuocans eruca morantem.
Quid in Amor. *—ex horto quæ venit herba falax.*
Idem, *Nec minus erucas aptum est nitam falaces.*
Martial. *Concitat ad venerem tardos eruca maritos.*
Vide suprà cap.43.lib.10.sub fine.

G πεφθαμένου, πεφθάμενον, quia caput acri calore suo tentat. Vnde ia pigros ignauos & desides Græcis est prouerbium, πεφθαμένου ὕσσον, Nasturtium comede.

H Varro in Pappo, *Nasturtium nomen vides ab eo dici quòd nasum torqueat, vestigium, quòd vestem spoliat?* Nonius. Autor Moreti
Quæq; trahunt acri multus nasturtia morsu. Vide quæ adnotata sunt cap.13.20.

I Iolaus in rebus Peloponesiacis πάντων in Peloponneso φυτῶν vocari scribit, vnde fortassis Latinum rutæ nomen. Rhodig.ca.23. lib.28. Scalig. in Varronem. In Priapeis,
Mentháque olentem cum salubribus rutis.

K In fico rutam miseri Theophr. refert cap.7.lib.5. Causs. itemque Plutarchus Sympos.5.quæst.9.

L Theophr.cap.5.lib.1.Histor.& cap.6.lib.5.Causs.

M Illic vitidi viuoq; apio coronantur, in Isthmijs verò arido, reiecta pinu, Herculis instituto. Callimachus apud Plutarchum in Sympo.

ἠδὲ μὰν ἀλωτίδα πολὺ χλοεῖσθε μᾶλλον
τῶδε παρ' εἰναλίῃσι θέῳ τελέουσι ἀγῶνα
θήσεσιν οἷσιν ἐπιβολὴν ἐσχαλέῃ,
βάλῳ τῶν Νεμέης, κότινῳ δ' ἀποτιμήσεσι
ἢ πρὸν ἀγωνιστὰς ἐσεφάνωσε ἰφέρης.

Had. Iun. cap. 21. 4. Vide quod adnotatum est cap. 11. libr. 20. Olympicos ludos Hercules in honorem Pelopis instituit. Coronam in his fuit ex oleastro, vel olea callistephano. Pythios Delphis Diomedes in honorem Apollinis, qui Pythonem serpentem interemisset. Corona, Laurus. Isthmios in Isthmo, & Megarensium sinu, iuxta Corinthum, ad Neptuni delubrum, inter Ægeum & Ionium mare, Theseus, æmulatione Herculis. Corona principio ex apio, deinde ex pinu, ac tandem victori præmium centum drachmæ, vt Olympionicis quingentæ. Nemeosin honorem Archemori Lycurgi filij, à serpente necati, cum super apium repta ret, celebrarunt. Corona apium. Alex.ab Alex.ca.8.15.

N κυνὸς ἐδὲ νύμφῃσιν Opianus 3. ἁλωτιτιδῶν vocat, quòd Mintham Cocyti filiam, Plutonis amicam aduentanti Proserpinæ infensam & minitantem, Ceres in πανλυ βοτάνην mutauit. Eadem ferè legitur apud Strabonem lib.8. de monte Minthe. Improbâ herbâ vocat Oppiani interpres, quòd ante coitum appolita mulierum genitalibus, conceptum impedit, vulnera, si inferatur, curari prohibet, lacti mixta ante coagulum, desiari non patitur, quæ florentinus lib.12. Geoponicôn tradit. Rhodig. cap.22.10.

O Theophr.cap.6.lib.7.histor. Smyrnium Dioscor. m ceronũ officinarum; à macerijs dictum, idemq; Hipposelinum Theophr. Hipposelinon Dioscoridis, vulgare libysticum.

P Crateuas putauit falsò ligusticum appellari nomine cunilæ bubulæ, cùm hæc sit origanum syluestre. Vide cap.15.26. sub fine.

Q Colum. in horti poemate. Dioscoridi in muria seruatũ cum lacte estur. Lepidio iniecto oxygala fieri scribit Columel. cap.8. libr.12.

R Apud Theocritum interpres τριφύλλου, vel πλατυφύλλου, vel πλατυφύλλου interpretatur papaueris aut anemones folium, ἀπὸ τὸ πλατύνεσθαι, ὑγιεινὸν ὄχαν, quoniam eo indici pollicisq; impositio, ac collisio, si crepuisset, aut rubefeceret, amari se putabant, ruborem τὰ ῥόδια vocantes, sin minus despici se arbitrabantur. Versus Theocriti sunt hæc de re.

Ἐγνων πρὸς ὕπνον μᾶλλον μεμηκότα τὰ φάλαινα μὴ
ὕπνῳ τὸ πλατύφυλλον ποτὶ μεδώμενον πλατάγημεν:
ἀλλ' ὦ τύτως ἀπεκὰς ποτὶ πάχυν ἐξαμαχόθην. Quidam legunt, δολίφιλον, ab amoris indicio & augurio. Rhodig. cap.4.19. Eius lusus meminit Pollux lib.9. περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν. Sic quoq; vocauit Iosephus in hyoscyami descriptione.

S Cocetum id bellarium vocat Festus. Tertull. contra Valentin. *Pandoram Hesiodi, Accipatrum, Nestoris cocetum, miscellaneam Ptolemæi.* Petronius in Satyra ridens affectarum studium eloquentiæ in declamatorum exercitationibus, eos mellitos verborum globulos fundere ait, & omnia dicta factaque quasi papauere & sesamo sparsa.

T Polluci, ψωθίον inferior panis crusta quæ furnum attingit & ψώθιον crusta verò superior, magna ex parte vesicis bullata, & pustulata ἀτλάγωσις, siue ἀτλάγων. Legendum vero puto, crustam ammi githĝue, vt legitur ca. 14. i. 20. vel crustam anisum githĝ, vt cap.17. ciusdem libri. Apium crustæ panis inferiori subdit, nusquam legitur.

V Satiui tertium genus non quidem est rhœas, perpetuò syluestre, & erraticum, sed nigrum secundum, albo, quod thyastrin vocant, & priore nigro, quod pithitin, magis syluestre, magis medicarum, minus capite oblongo, colo tamen solitum in hortis cũ suprà dictis. Plinius hæc non satis distinxit.

X Placet id ὑγρὸν Plinij. Dioscoridi sic vocatur; quòd ex eo fluat lacteus succus. Cæterum omnibus generibus papaueris id commune est.

Y Cereale papauer Virgilius appellat, vel quòd Cereris effigies in templis id manu gestaret, vel quòd in segetibus agricolæ fererent vt deæ offerretur. Brodæus cap.29.lib.2.

Z Tale fuit consilium Thrasybulo datum à Periandro, nimirũ, ἢ τὸν ὑπερέχοντα πάντας λαμβάνειν: quod vt exequeretur, ostracismũ instituit, quibus, vt ait Aristot. in Politicis, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἀποκόπτειν τοὺς ἐπιφανεστάτους, καὶ φυγαδεύειν. Victorius cap.5.4.

aa Plaut. in Pseudolo, sceleratum vocat,

Teritur sinapis scelerata, cum illis qui terunt:
Nam prius istam trinerint, oculi vt exsilient facit. Vsu seminis tristes fieri olim credidêrunt. Plaut. in Trucul.
Si ecastor hic homo sinapi vĭcĭm et, non censeam
Tam esse tristem posse.

bb E ramo, non è semine. Thophr. cap.22.lib.2.Causs. 48

De fœniculo & cannabe. CAP. IX.

RElIqua sunt ferulacei generis, ceu [a] fœniculum, anguibus (vt diximus) gratissimum, ad condienda plurima, cum [1] inaruit. Eique perquàm similis thapsia, de qua diximus inter externos frutices. Deinde vtilissima funibus cannabis seritur à Fauonio. Quò densior est, eò tenerior. [b] Semen eius cùm est maturum, ab æquinoctio autumni [2] distringitur, & Sole, aut vento, aut fumo siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optima Alabandica, plagarum præcipuè vsibus. Tria eius ibi genera. Improbatur cortici [3] proximum, aut medullæ; laudatissimũ est è medio, quæ mesa vocatur. Secunda Mylasea. Quod ad proceritatem quidem attinet, Rosea agri Sabini arborum altitudinẽ æquat. Ferulæ

1 inaruerit. M.

2 destringitur. CH.

3 proxima, aut med. laudatissima. Vet. legitur &, laudatissima, in CH.

rulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus. 4 Semen eius in Italia cibus est. Conditur quippe durátq; in vrceis, vel anni spatio. Duo eius genera: caules, & [c] racemi. [d] Corymbiam hanc vocant, corymbósque quos condiunt. 4 Germen.

ANNOTATIONES.

a Rhodi.cap.12.lib.6. notauit fœniculum potius inter σίμφυτα: id est olera quotidiani vsus numerari, quàm inter pharmaca.

b Prima germinatione etiamnũ pastores in Hetruria maritimis cerebrũ eximunt, ouí luteo durato simile, idq; linteo vel charta inuolarum & sub cineribus assatum, ex pipere & sale comedunt. Non sólum gustui cibus is gratissim' est, sed, vt aiunt, ad excitandam Venerem efficax.

c Vmbellæ adhuc compressæ. & nondum explicatę. Corymbos paulò pòst vocat.

d Corymbiam ferulam, quam in caulem surgere permittebãt, vt corymbos siue vmbellas nascentes ad condituram colligerẽt. Nã alioqui caulem glescentem, tenellum, & adhuc conuolutum demerebant, vt vel recentẽ comederẽt, vel in cõdimẽto seruarẽt.

De morbis hortorum, & remedia circa formicas, erucas, & culices. CAP. X.

MOrbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua [1] terræ sata. Nanque & ocimũ senecta degenerat in serpyllum, & sisymbrium in [a] calamintham. Et ex semine brassicæ veteris rapa fiunt, atque inuicem. [2] Et necatur cuminum ab [3] imo dorso, nisi repurgetur. Est autem [b] vnicaule, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascẽs. Aliàs priuatim cumini morbus scabies. Et ocimum sub Canis ortu pallescit. Omnia verò accessu mulieris mẽstrualis flauescunt. Bestiolarum quoq; genera innascuntur. 4 Napis culices, 5 rhaphano erucæ, & vermiculi: item [6] lactucis & oleri: vtrisq; hoc amplius limaces & cochleæ. Porro verò priuatim animalia, quæ facillimè stercore iniecto capiuntur, condentia in id se. Ferro quoque non expedire tãgi rutam, cunilam, mentam, ocimum, autor est 7 Sabinus Tyro in libro Cepuricôn, quem Mecœnati dicauit. Idem contra formicas, non minimum hortorum exitiũ, si non sint rigui, remedium monstrauit, limum marinum aut cinerem obturandis earum foraminibus. Sed efficacissime heliotropio herba necãtur. Quidam & aquã diluto latere crudo inimicam eis putant. [c] Naporum medicina est, [d] siliquas vnà seri, sicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quo si omisso iam natæ sint, remedium est absinthii succus decocti insperssus, & sedi quam aizoum vocant: genus hoc herbæ diximus. Semen olerum si succo eius madefactum seratur, olera nulli animaliũ obnoxia futura tradunt. In totum verò [8] nec erucas, si palo imponãtur in hortis ossa capitis ex equino genere fœminæ duntaxat. Aduersus erucas & cancrum fluuiatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui [e] sanguineis virgis [9] tãgunt ea, quę [10] nolunt his obnoxia esse. Infestant & culices hortos riguos præcipuè, si sint arbusculæ aliquæ. Hi galbano accenso fugantur.

1 terra. CH.

2 Enecatur. Ver.

3 hæmodero. Th.

4 Radiculis pulices. Th.

5 brassicæ. Th.

6 lactucis, porris, & alijs pluribus animalia &c. in id se: & hoc amplius limaces seu cochleæ. Ferro. The.

7 Sabinius. CH.

8 necari. Vet. nec erucis. Dal.

9 tangant. CH.

10 nolint infestari. Infestant. M.

ANNOTATIONES.

a Theophrasto.cap.5.lib.2.hist.& cap.22.lib.2.Causs. & cap. 8. lib.5. sisymbrium in mintham degenerat, non calamintham.

1 Hæmodero. Theophr.lib.& cap.8.hist.& cap.22.lib.5.Causs. Hæmoderon quasi αἱμώδερον, quòd cutem tanquam cruentã habeat. Est autem Dioscoridis robanche.

c Ne pulices radiculis noceant, interferendum erruũ. Theoph.

d ὄροβον, Theophr. eruum. Plinius legit λάθυρ.

e Eius fruticis mentio fit cap.10.lib.24.& cap.18 & 37. libr. 16

Quæ magis sint fortia vel minùs, & quibus salsæ aquæ prosint. CAP. XI.

NAm quod ad [a] permutationũ seminum attinet, quibusdam ex ijs firmitas maior est, vt coriandro, betæ, porro, nasturtio, sinapi, erucæ, cunilæ, & ferè acribus. Infirmiora autem [1] sunt atriplici, ocimo, cucurbitæ, cucumi: & æstiua omnia hybernis magis durãt, minimè autẽ gethyum. Sed ex his quæ sunt fortissima, nullũ vltra quadrimatum vtile est, duntaxat serendo. Cunilis & vltrà tẽpestiua sunt. Peculiaris medicina [b] rhaphano, betæ, rutę, cunilæ, in salsis aquis, qurę [2] & alioqui plurimum suauitati & fertilitati conferunt. Cæteris dulcium aquarum rigua prosunt. Vtilissimæ ex ijs, quæ frigidissimæ, & quæ potu suauissimę. [c] Minus vtiles è stagno, & quas [3] elices inducunt, quoniam herbarum semina inuehũt. Præcipuè tamen imbres alunt. Nam & [4] bestiolæ innascentes [5] necantur.

1 sunt gethyo, atriplici. Th.

2 & alioqui, in M. deest.

3 ilices. CH.

4 bestiæ. Ver.

5 necatur. Ver.

ANNOTATIONES.

a Ita vocat τὴν ἀλλοίωσιν, ætatis curʼum, quo durant, & integram naturam, nec permutatam seruant.

b Brassicæ, Theophr. cap.7.lib.2.Causs.

c Pessimæ salsæ, & quæ difficilè rarescunt, καὶ δυσμαχεῖ. Theophr. Plinius legit, καὶ τὴν λίμνην. Legitur & apud Theophr. vtiles esse, σὺν γε, quæ canalibus ducuntur, quoniam herbarum semina inuehunt. Plinius legit ἄχνην: aut fortassis id vocabulum mutauit, quòd alienas herbas videret hortis esse noxias, vt id quidem in pratis sit optandum, fugiendũ in horto. At Theophrasti mens fuit, aquas illas terram etiam nudam herbis vestire inuecto earum semine: quod si præstant, multo magis sperãdum in horto culto & consito gemmales fore: & alioqui quæuis aqua, dum cruda non sit, etiam pluuia, tantopere laudata Theophrasto, herbas vbiuis gignit.

Ratio

Ratio a rigandorum hortorum, & quæ transiata meliora fiant, & de succis hortensium & saporibus. CAP. XII.

HIs horæ rigandi [1] matutina atque vespera, ne inferuescat aqua Sole. Ocimo tãtùm & meridiana: etiam satum celerrimè erumpere putant, inter initia feruẽti aqua aspersum. Omnia autem translata meliora grandioraque fiũt, maximè porri [2] napiq; In translatione & medicina est, desinuntq; sentire iniurias, vt gethyum, porrum, [3] rhaphani, apium, lactucæ, [4] rapæ, cucumis. Omnia autem syluestria ferè sunt & folijs minora & caulibus [5], succo acriora, sicut cunicula, origanum, ruta. Solum verò ex omnibus lapathum syluestre melius: hoc in satiuis [b] rumex vocatur, nascituráq; fortissimum: traditur certè semel satum durare. [6] nec vinci vnquã à terra, maximè iuxta aquam. Vsus eius [c] cũ ptisana tãtùm in cibis leuiorem gratioremque saporem præstat. Syluestre ad multa [7] medicamina vtile est. Adeoq; nihil omisit cura, vt carmine quoque comprehensum reperiam, in [8] fabis caprini fimi singulis cauatis, si porri, erucæ, lactucæ, apij, intubi, nasturtij semina inclusa serantur, mirè prouenire. Quæ sunt [9] & syluestria, [10] eadem in satiuis sicciora intelligũtur & [11] acriora. Nanque & succorum saporumq; dicenda differẽtia est, vel maior in his, quã pomis. Sunt autem acres cuniculæ, origani, nasturtij, sinapis. Amari, absinthij, centaurei. Aquatiles, cucumeris, cucurbitæ, lactucæ. Acuti [12] tantùm cunilę. Acuti & odorati, apij, anethi, fœniculi. Salsus tantùm è saporibus non nascitur: aliquando extrà [d] insidit pulueris modo, [13] & [e] circulis tantùm aquę: vt intelligatur vana, ceu plerunq;, vitæ persuasio [f]. Panax piperis saporem reddit, & magis etiam siliquastrũ, ob id piperitidis nomine accepto. [g] Libanotis odorem thuris, [14] murrha myrrhæ. De panace abundè dictum est. Libanotis locis [15] putribus & macris ac roscidis seritur semine. Radicem habet olusatri, nihil à thure differentem. Vsus eius post annũ stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosmarinũ appellãt: Et smyrnium olus seritur ijsdem locis, myrrhamq; radice resipit. Eadem & siliquastro satio. Reliqua à cæteris & odore & sapore differunt, vt anethum. Tantaq; est diuersitas atque vis, vt non solùm [16] aliud alio mutetur, sed etiam in totum auferatur. Apio eximũt, coqui obsonijs acetum, eodem cellarij in saccis odorem vino grauem. Et hactenus hortensia dicta sint, ciborum gratia duntaxat. Maximum quidem opus in ijsdẽ naturæ restat, quoniam prouentus tantùm adhuc, summaq; quasdam tractauimus. Vera autem cuiusque natura non nisi medico [17] effectu pernosci potest, opus ingẽs occultumq; diuinitatis, & quo nullum reperiri possit maius. Ne singulis id [18] rebus contexeremus iusta fecit ratio, cùm ad alios medendi desideria pertinerent, longis vtriusq; dilationibus futuris, si miscuissemus. Nunc suis quęque partibus constabit, poteruntq; à volentibus iungi.

a matutino.CH.
2 radiculæ.Th.
3 raphanidas.Th. radiculæ. 4 rapa.CH. 5 succoque.Vet.
6 nec vnquam vitiari terra.M.
7 medicamenta.M.
8 globis.Vet.
9 &, in M. deest. 10 ijsdẽ satiuis.Vet. 11 acutiora.Vet.
12 tami.M. vtrunq;, & CH. Lego, tani. de quo cap. 15. lib. 21. sic & Turn.
13 & cuniculis. Vet.
14 myrris.
15 putridis.Vet.
16 alius. subaudi, sapor.Dal.
17 effecto.CH.
18 herbis attexeremus.Vet.

ANNOTATIONES.

a Theophr.cap.5.lib.7.hist.Columel.sub finem lib.10.
b Infrà cap.21.lib.20. sola oxalis syluestris, rumex dicitur.
c Quoniam Hippocrates lapathum cum ptisana dari vetuit, hæc tria vocabula, Cum ptisana tantùm, Conarius delet. Malim legere, Vsus nisi cum ptisana tantùm, in cibis.
d Hanc comparationem velut insidentis pulueris Plinius suo sensu excogitauit. Ea nusquam Th. vtitur: quamuis multis locis scribat, in ceteris superficie quandam fallugine colligi, qua pluuijs ablata dum floret, & fructũ gerit, planta statim emoritur.
e Quod ait aquarum circulis, primùm est ex opinione inter philosophos recepta, saporẽ fieri ex aquęæ humidæq; substãtiæ permixtione cũ crassa & terrea, vi caloris ingeniti. Alterũ è Democriti sententia, qui putabat figurarũ varietate existere saporũ differentiã. Itaq; circulari figura, quæ ob rotunditatẽ volubilem nec altius subire potest, nec firmiter cõsistere, fieri salsum, qui fluxus & caducus summam tantùm partem obsidet. Scalenis' verò & alijs figuris angulosis, quæ angulorũ suorum acumine profundius immerguntur ac penitius descendunt, alios sapores penẽtres, ac constantiores, qui totã materiã succo suo imbuũt ac perfundunt. Vide Theoph. cap. 14. lib. 6. Causs. & cap. 9. libr. eiusdem.
f Heraclei semen Dioscoridi πυρωτικὸν ἐστι, igneum & feruens: aliorum ὀξυρὸν, acre.
g Libanotis Dioscoridi quadruplex: prima folio fœniculi, semine, quod cachrin vocant, & radice candidis: secunda folio similis, semine & radice nigris: tertia folio similis, sed absque caule, flore, semine, ἄκαρφον: quarta Theop. folio lactucæ. Præter has Libanotis est coronaria siue Rosmarinus, quã Plinius confundit cũ superioribus. Theophr. tantùm duo genera statuit fructiferam, folio helioscolini, semine & radice candidis: & sterilem, folio lactucæ.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ LIBER XX.

PROOEMIVM.

MAXIMVM hinc opus naturæ ordiemur, & cibos suos homini narrabimus, fateríque cogemus ignota esse, per quæ [1] viuat. Nemo id paruum ac modicum existimauerit, nominũ vilitate deceptus. Pax [2] simul in his aut bellum naturæ dicetur, odia [3] amicitiæque rerum surdarum ac sensu carentium. Et quò magis miremur, omnia ea hominum causa (quod Græci sympathiam appellauere) [a] quibus cuncta constant, [b] ignes aquis restinguentibus, aquam Sole deuorante, Luna pariente, altero alterius iniuria deficiẽte sidere. Atque vt à sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente magnete lapide, & [c] alio rursus abigente [4] à sese: adamantem opum gaudium, infragilem omni cætera vi & inuictum, sanguine hircino rumpẽte, quęque alia in suis dicemus locis, paria vel maiora [5] mira. Tantùm venia [6] sit, à minimis, sed à salutaribus ordienti, primumque ab [7] hortensibus.

1 viuat, ne id paruũ. CH.
2 secum.CH.
3 amicitiáque.CH.
4 à sese adamatarũ. CH.
5 mirácula.Dal.
6 sit.si à min. sed à sal. ordiemur. Vet.
7 hortensijs.M.

ANNOTATIONES.

a Id est quod apud Plutarchum libro de Homero, & de placitis Philosophorum, Empedocles principia duo rerum esse tradit, litẽ & concordiam.
b Æschylus apud Plutarchum lib. de primo frigido, aquã vocat ignis supplicium.
c Theamede, infrà cap. 16. vltimo, lib. 36.

De cucumere syluestri & elaterio. CAP. I.

CVcumim syluestrem esse diximus, multo infra magnitudinem satiui. Ex eo fit medicamentũ, quod vocatur elaterium, succo expresso [a] è [1] semine. Cuius causa nisi [2] maturius incidatur, semen exilit, [b] oculorum etiam periculo. Seruatur autem decerptus vna nocte: postero die inciditur harundine. [c] Semen quoque cinere conspergitur, ad coërcendam succi abundantiã: qui expressus suscipitur [d] aqua cælesti, atque subsidit, deinde Sole cogitur in pastillos, ad magnos mortalium vsus. Obscuritates & vitia oculorum sanat, genarumque hulcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus vitium, nõ attingi vuas ab auibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur, succoque dentium dolori medetur. Arida cum resina impetiginem & scabiem, [3] quæ psoram & lichenas vocãt, parotidas & [e] panos sanat, & cicatricibus colorem reddit. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur. [4] Elateriũ tempestiuum est [f] autumno. [g] Nec vllum ex medicamentis longiore quo durat. Incipit [h] à trimatu. Si quis recentiore vti velit, pastillos in nouo fictili igne lento in aceto domet. Melius, quò [5] vetustius: fuitque iam ducentis annis seruatũ, vt autor est Theophrastus.

1 fructu. sicque toto capite. Ex Dioscor.
2 maturus.CH.
3 quęque.CH.
4 Elaterio tempestiuus est.CH.
5 vetustius erit. iamque.M.

Theophraſtus. Et vſque ad quinquageſimum[1] lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimẽtum eſt, ſi admotum priùs quàm extinguat, ſcintillare ſurſum ac deorſum [6] cogat.[k] Pallidum ac læue herbaceo ac ſcabro melius, ac leniter amarum. Putant conceptus adalligato ſemine adiuuari, ſi terram non attigerit. partus verò, ſi in arietis lana alligatum inſcientis lumbis fuerit, ita vt protinus [7] ab exitu rapiatur extra domum. Ipſum cucumin qui magnificant, naſci præcipuum in Arabia, [8] mox Cyrenis, alij in Arcadia tradunt, ſimilem [l] heliotropio, cuius inter folia & ramos prouenire magnitudine nucis iuglandis [9] ſemen. Eſſe autem ad ſpeciem ſcorpionis cauda reflexa, ſed candida. Aliqui etiam ab eo ſcorpionium cucumin vocant, efficaciſſimũ contra ſcorpionũ ictus & ſemine & elaterio, & ad purgãdũ vterũ aluoſq;. [10] Mod[a] portione viriũ ab dimidio obolo ad ſolidũ. Copioſi[9] necat. Sic & cõtra phthiriaſin bibitur & [10] hydropiſes. Illitũ [m] anginas & arterias cũ elle & oleo vetere ſanat.

1 ſ cogit.M.
7 ab ea eximatur & rapiatur.M.
8 mox in Arcadia. Cyrenis alij tradũt. CH.
9 ſemen autẽ eſſe ad ſpeciẽ ſcorpionum cauda replexa.CH.
10 hydropicis.M.

ANNOTATIONES.

a E fructu, καρπὸν hîc Plinius ſemen intempeſtiuè reddit.
b Nam cum exilit à pediculo, acrem ſuccum emittit, qui oculos contactu lædit.
c Ad hauriendam protinus ſucci abundãtiam, quidã, ait Dioſcorides, cribratos cineres humi inſpergunt, & medium cauantes triplicatum linteum obtendunt, per quod elaterium cum humore ſuo diffunditur. Id autem ſiccatum in pila conterunt. Longè aliter hæc Plinius.
d Dioſcorides ſegmina cribro iam illiſa, aqua dulci perfundit, & rurſum exprimit, totieſq; poſtea lauat, quoad innatans aqua pura maneat.
e τὰ φύματα, τὰ πολυποδῶδη, tumores pani ſimiles, ſub faucib[9] & auribus ac inguinibus. Nonius in Optione,
Qui me miſerum miſeriorem reddidit, quàm panus puerum.
f Nam plata Auguſto floret, fructus autẽ Septembri perficitur.
g Theophr. cap. 14. lib. 9. Hiſtor.
h Dioſcorides in prologo præter veratrum nigrum & album alia medicamenta ſcribit, inutilia eſſe à trimatu: elaterium verò à bimatu ad decennium vtile eſſe deiectionibus.
i Dioſcoridi lucernatũ luminibus obiectum, facilè flagrat, & ardeſcit.
k Cum candore nonnihil humidum.
l Herbarij omnes comparant cum ſatiuo. Suſpicor in autore Græco, vnde Plinius hæc ſumpſit, ſcriptum fuiſſe ἄγριον εἶναι ἥλιον τρόπον, alteri cucumeri ſimilem eſſe, Plinium[q] legiſſe ἡλιοκρηπίῳ. Quidam Heliotropio ſimilem eſſe colore foliorũ interpretantur.
m Morbum faucium grauiſſimum. Plaut. in Moſtell.
In anginam ego nunc me velim verti, vt venefica illi
Fauces prehendam, atque enicem ſceleſtam ſtimulatricem. Lucilius
apud Nonium,
Inſperato abiit, quem vna anginæ abſtulit hora.

De anguino cucumere, ſiue erratico, & de ſatiuo, & de pepone. CAP. II.

1 vocatur.CH.
2 arbitrantur, cuius decocto. Vet.
3 Hæc, de eius medicina, ſuperuacua videntur.
4 Idem.M.
5 & Vet.
6 articuli.CH.
7 ſole ſiccato, dein trito (ſic & CH.) ex. M. trium. Vet.
8 coniectum cum lacte. Dioſc.

MVlti hunc eſſe apud nos qui anguinus [1] vocatur, ab alijs erraticus, [2] arbitrãtur. Quo decocto ſparſa mures [3] de eius medicina non attingunt. [4] Idem podagris ſcum [6] articulorum morbis decoctum in aceto, illinunt præſentaneo remedio. Lumborum verò dolori ſemine ſolo ſiccato, dein trito triginta denariorum pondere in hemina dato aquæ. Sanat & tumores ſubitos illitum cum lacte mulierum. Purgat eas elaterium. Sed grauidis abortum facit. Suſpirioſis prodeſt. Morbo verò regio in nares coniectum. Lentigines ac maculas è facie tollit in Sole illitum. Multi eadem omnia ſatiuis attribuunt. Magnum etiam in eis momentum. Nanque & eorum ſemen, quantùm tres digiti apprehenderint, cum cumino tritum, potumq; in vino tuſſientibus auxiliatur. Sed & [9] phreniticis in lacte mulieris. Et dyſentericis acetabuli menſura. Purulenta autem expuentibus cum cumino pari pondere, & ioci neris vitijs in aqua mulſa. Vrinam mouet ex vino dulci, & in renum dolore clyſteribus ſimul cum cumino infunditur. Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. [a] Caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Radix ſanat hulcera concreta in modum faui, quæ ceria vocant. [10] Eadem cõtra vomitiones ſiccatur, & in farinam tuſa datur quatuor obolis in aqua mulſa, ita vt qui biberit, quingentos poſteà paſſus ambulet. Hęc farina & in ſmegmata adijcitur. Cortex quoque vomitionem mouet, faciem purgat. Hoc & folia cuiuſcunque [11] ſatiui illita. Eadem cum melle [12] epinyctidas ſanant: cum vino, canis morſus. Item millepedæ, [13] ſpea Græci vocant, oblongam, piloſis pedibus, pecori præcipuè [14] nociuam. Morſum tumor inſequitur, & putreſcit [15] locus. Ipſe cucumis odore defectũ [16] animi. Coctos deraſo cortice, ex oleo, aceto, & melle, iucundiores eſſe certum eſt.

9 nephriticis.Vet.
10 Eadem ad cicatr. Cornu. Ex Dioſc.
11 ſatiui. Illitæ eadẽ. M.
12 & epin. CH.
13 ſepa Lucano, *tabifici ſepes*, multipedæ ſepe. CH.
14 noxiam. Vet.
15 locus ipſe. Cucumis. M. locus. Reficit cucumis odore defectũ animo. Vet.
16 animi reuocat. Deraſo. Vet.

ANNOTATIO.

a Dioſcoridi τὸ βρύωμα, infuſum: Ruellius legit, τὸ ἔκφυμα, ramẽti pro anacollemate, oculorum fluxiones cohibet. contra infantium ſyriaſin imponitur ſincipiti: & admotum fron-

De cucurbita ſyluestri, & rapo. CAP. III.

CVcurbita quoq; ſyluestris inuenitur, [a] ſomphos à Græcis appellata, inanis, (vnde & nomen) digitali craſſitudine, non niſi in ſaxoſis naſcens. Huius commãducare

ducatæ ſuccus ſtomacho admodum prodeſt. Colocynthis vocatur alia, ipſa plena, ſed minor quàm ſatiua. Vtilior pallida, quando eius ſunt medicinæ. Herbacea arefacta per ſe inanit aluum. Infuſa quoque clyſteribus, inteſtinorum [1] omnium vitijs medetur & renum, & lumborum, & paralyſi. [b] eiecto ſemine, aqua mulſa in ea decoquitur ad dimidias: ſic tuſsienti [2] infunditur obolis quatuor. [c] Prodeſt & ſtomacho, farinæ aridæ [3] pilulis cum decocto melle ſumptis. In morbo regio vtiliter ſemina eius ſumuntur, & protinus aqua mulſa. Carnes eius cum abſinthio & ſale dentiũ dolorem tollunt. Succus verò cum aceto calefactus mobiles ſiſtit. Item ſpinæ & lũborum ac coxendicum dolores, cum oleo ſi infricetur. Prętereà, mirum dictu, ſemina eius, ſi fuerint pari numero adalligata [4] febribus, ſanare dicũtur quas Græci periodicas vocant. Satiuæ quoquæ raſę ſuccus tepefactus auribus medetur. Caro eius interior ſine ſemine, clauis pedum, & ſuppurationibus [5] quæ Græci vocant apoſtemata. Decoctæ autem vniuerſę ſuccus, dentium motus ſtabilit, & dolores inhibet. Vinum cum ea feruefactum, oculorum etiam impetus. Folia eius cum recentibus cupreſſi, contuſa, & impoſita: ipſa quoque toſta in argilla, ac trita cum adipe anſeris vulneribus [6] medetur. Necnon ramentis corticis [7] recentes podagras refrigerat, & [d] ardores capitis, infantium maximè. Et [8] ignes ſacros deſtrigmentis, vel his impoſitis, vel ſeminibus. Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto, [e] febrium ardores refrigerat. Aridæ cinis impoſitus mirè cõbuſta ſanat. Chryſippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium conſenſu ſtomacho vtiliſsimę iudicantur, & interaneorum veſicarumq; exhulcerationibus. Eſt & rapo vis medica. [f] Perniones feruens impoſitum ſanat. Item frigus pellit è pedibus aqua decoctum. Et ius feruens podagris etiam frigidis medetur: & crudum tuſum cum ſale, [g] cuicunque vitio pedum. Semen illitum & potum in vino, contra ſerpentes & toxica ſalutare eſſe proditur. A multis verò antidoti vim habere in vino & oleo. Democritus in totum ea abdicauit in cibis, propter inflationes. Diocles magnis laudibus [9] tulit, etiam Venerem ſtimulari ab eis profeſſus: Item Dionyſius: magiſque, ſi eruca condiretur. [10] Coſta quoque articulorum dolori cum adipe [11] prodeſſe. Syluestre rapum in aruis maximè naſcitur, fruticoſum, ſemine candido, duplo maiore, quã papaueris. Hoc [12] ad læuigandam cutem in facie, totoq; corpore, vtuntur, miſta vrina pari meſura. Erui, hordei, tritici, & lupini radix ad omnia inutilis.

1 omnibus.CH.
2 Vide num legendũ bibitur. Dal. ſic tutiſſimo infunduntur oboli quat. CH.
3 pulueres cũ de. mel. ſumptus. Vet.
4 febres ſanare. Vet.
5 quas. Vet.
6 medentur. M.
7 recens. CH.
8 ſacros vel ſtrigmẽtis impoſitis.
9 extulit. Vet. M.
10 Toſta. M. & CH. Cocta. Ver.
11 prodeſt. CH.
12 ad albicandũ. M. verumque. Lego potius, dealbandã. Dal. ad leuigandum. CH.

ANNOTATIONES.

a Vulgò, momordica.
b Aetius ſæpam, aut vinũ dulce vetus ſeminib. exẽptis infundit, & colatũ per pannũ vinũ, cãlfactumq; bibendũ dat: Paulus paſſũ. Dioſcorides muſſum aut paſſum incoquit, & ſub dio refrigeratũ bibi præcipit.
c Lego ex Dioſcor. Obeſt ſtomacho. Farinæ aridæ pilulæ cum decocto melle ſumuntur. Medulla fructus, inquit Dioſcor. purgatoriam vim habet quatuor obolis ſumptis cum mulſa. Quin etiã ſi & cum nitro, myrrha, melle cocto in catapotium coacta.
d τῶν ἀκάτων ἐκφύσεων. Paulus cap. 13. lib. 1. Ardores capitis, aduſtionem infantium vocat cap. 15. lib. 30. infantium deſtillationes cap. 21. lib. 22.
e Adultionem cutis in ardenti febre Ruell. apud Dioſcoridem. Ego verò ambuſtam igni ſummã cutẽ, μᾶλλον κατασυμμένων ἐπιφάσεων. Strigmenta vocat τὰ ξυρήματα, ramenta.
f Excauatæ radici ſi ceratũ roſaceum immiſceatur, & cinere feruenti coquatur, ſic vt ceratum eliqueſcat, vlceratis pernionibus proficit Dioſcor. Perniones Moreti autor eleganter deſcribit hoc verſu, *Contumis rimis calcaneæ ſciſſa rigebunt.*
g Clauis, pernionib. tumoribus. frigore excitaris, & alijs hoc genꝰ.

De naporum differentijs, & rhaphano ſyluestri, & de rhaphano ſatiuo, & paſtinaca. CAP. IIII.

NAporum [a] duas differentias & in medicina Græci ſeruant. [1] Anguloſis foliorũ caulibus florentis, quod bunion vocant, purgationibus fœminarum, & veſicæ & vrinę vtile decoctũ, potum ex aqua mulſa, vel ſucci drachma. Semen dyſentericis toſtum, tritumq; in aqua calida, è cyathis quatuor. Sed vrinam inhibet, ſi non lini ſemen vnà bibatur. Alterũ genus buniada appellant, & rhaphano & rapo ſimile: ſeminis præclari contra venena: ob id & in antidotis vtuntur illo. Rhaphanum & ſyluestrem eſſe [2] diximus. Laudatiſſimum in Arcadia, quanquam & alibi naſcitur, vtilior vrinę dũtaxat ciendæ. Cęterò bilę [3] detrahunt. Prætereà cortices in vino. Pręter ea, quæ circa eos dicta ſunt, ſtomachum purgant, pituitam extenuant, vrinam concitant. Eſt & [4] ſatiui vſus in Italia, & armoraciam vocant. [5] Et ſatiui verò decocti manè poti ad ternos cyathos, cõminuunt & eijciunt calculos. Iidẽ in poſca decocti

1 Anguloſis caulib. folio apij, flore anethi, quod. Ex Dioſc. Dal. alterum angulo ſis caulibus florentẽ &c. Cornarius.
2 diximus, laudatiſſimũ in Arcadia. Quę alibi M.
3 detrahit cortex in vino. Prætereà. Vet.
4 legẽdum prorſus ſyluestris vſus. In Italia.
5 Et, in M.d.

contra serpentium morsus illinuntur. Ad tussim etiam manè ieiunis rhaphanus [6] prodest cum melle: Semen eorum tostum ipsumque commanducatum, ad[b] lagonoponō: Aquam solijs eius decoctis bibere, vel succum ipsius cyathis binis contra phthiriasēs: [7] phlegmoni ipsos illinere tusos, liuori verò recenti corticem cū melle: [c] veternosis autem quàm acerrimos mandere, semenq; tostum, dein contritum cū melle, suspirijosis. Iidem & contra venena prosunt. Cęterò & scorpionibus [8] aduersatur: [9] vel ipso, vel semine infectis manibus impunè [10] tractabis: impositoq; rhaphano scorpiones moriuntur. Salutares & cōtra fungorū aut hyoscyami venena ęquè, vt Nicander tradit. Et contra viscum quoq; dari Apollodori duo [11] iubent, sed [12] Citieus semen ex aqua tritum, Tarentinus succum. Lienē item extēuant: iocineri prosunt, & lumborum doloribus. Hydropicis quoque ex aceto aut sinapi [13] sumpti, & lethargicis. Praxagoras & ilijosis dandos censet, Plistonicus [14] & [d] cœliacis. Intestinorum [e] hulcera sanant: at purulenta præcordiorum, si cum melle edantur. Quidā ad hæc coquere eos in luto [15] illitos malunt: sic & fœminas purgari. Ex aceto & melle sumpti, intestinorum animalia detrahunt. Item ad tertias decocto eorum poto cum vino, enterocelis prosunt, sanguinem quoque [f] inutilē sic extrahūt. Medius ad hæc & sanguinem excreantibus coctos dari iubet: & puerperis ad lactis copiam augendam. Hippocrates [16] capitis mulierum defluuia fricari rhaphanis: & super vmbilicum imponi, contra tormenta vuluę. Reducunt & cicatricē ad colorem. Semen quoque ex aqua impositum, sistit hulcera quæ phagedænas vocant. Democritus [17] Venerē hoc cibo stimulari putat: ob id fortassis voci nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis duntaxat nascuntur, excitare oculorū aciem dicuntur. Vbi verò acrior rhaphani medicina admota sit, hyssopum dari protinus imperant. Hæc antipathia est. At aurium grauitati succum rhaphani instillant. Nam vomituris [17] summo cibo [g] esse eos, vtilissimum est. Pastinacę simile [h] hibiscū, quod molochen agriā vocant, & aliqui pistolochiam, [18] hulceribus cartilaginis & ossibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota aluum soluunt, serpentes abigūt. Apum, vesparum, crabronum ictibus illita medentur. Radicem eius ante Solis ortum erutam inuoluūt *lanā* coloris, quē [i] natiuū vocant, præterea ouis quæ fœminā peperit, strumisq; vel *sup*puratis alligant. Quidam ad hunc vsum auro effodiendā censent, cauendumq; ne terram attingat. [19] Celsus & podagris quæ sine [20] tumore sint, radicem eius [21] ex vino decoctam imponi [22] iubet.

6 prodest Cū melle semen. M.

7 phlegmonis. Dal.

8 aduersantur M.

9 vel, in M.d.
10 tractabilibus: impositoraph. scorpionibus. M.
11 iubent, Scilleus & Tarentinus. Scilleus semen M.
12 Cillus. CH.
13 exsumpti. M. Lego, præsumpti.
14 & coliacis. Vet. & cœliacis. CH.

15 illitos, in M.d Lego, eos luto obitos. M.

16 capillos mul. defluos. M.

17 primo Dios. supra cap. 5. lib. 19. tetunis dandos.

18 sheribus, chartilagini. M.

19 Celsus, in M.d.
20 humore. M.
21 in CH.
22 iubent. M.

ANNOTATIONES.

a Bunij & buniadis, quæ negligentiùs confundit Plinius.
b Ilium cruciatus è flatu, & calculo.
c Veternum, siue animi, siue corporis stupiditatē & ignauiā vocant: stolidū Catullus, graue ac funestū Horat. appellat. Catullus,
Nascetur nobis de tuo fonte mollities pramm,
Si potest illorum vt fontis excitare veternū. Victorius cap. 11. lib. 13.
d Stomacho tamen aduersari Dioscorides testatur. Verum cœliacis prodest, quoniam vrinas ciet.
e Illa detergendo: alioquin irritant.
f In vesica concretum & intestinis: ex mariscis, & vetro.
g Ieiunis, cap. 5. lib. 19.
h Elaphoboscum Officinarum. Pastinaca pratēsis, cap. 13. lib. 21. Hibiscum, cap. 5. lib. 19.
i Is aut niger est, aut fuscus, *quidā.*

De staphylino siue pastinaca, & gingidio, & sisere, & seseli, & inula, & de cepe. CAP. V.

r erraticam, in M.d.

a prodest. M.

3 prosit CH.
4 aut ex. Dal.

5 vel aridi eius farina insperta. Radicem Dioscor. Ver. vel aridæ farinam insperg. CH.
6 dysenteras. Vet.

7 ac qui an gust laesis. Vet.

A Lterum genus est staphylinos, quod pastinacam [r] erraticam vocant. Eius semen contritum & in vino potum, tumentem aluū, & suffocationes mulierum doloresq; lenit, in tantum vt vuluas corrigat, illitum quoque è passo ventri earum [2] prosit: viris verò [3] prodest, cum panis portione æqua tritū, [4] ex vino potum contra ventris dolores. Pellit & vrinam & phagedænas hulcerum sistit recens cum melle impositum, [5] vel aridum farina insperſum. Radicem eius Dieuches contra iocineris ac lienis, ilium, lumborum, & renum vitia, ex aqua mulsa dari iubet. Cleophātus & [6] dysentericis veterib. Philistio in lacte coquit, & ad stranguriā dat radicis vncias quatuor: Ex aqua hydropicis, similiter & opisthotonicis, & pleuriticis, & comitialibus. Habentes eam, feriri à serpentibus negātur: [7] aut qui antè gustauerint, nō lædi. Percussis imponitur cū axungia. Folia cōtra cruditates mandūtur. Orpheus amatorium inesse staphylino dixit, fortassis quoniam [a] Venerem stimulari hoc cibo certū est: ideo

est: ideo conceptus, [8] adiuuare aliqui prodiderūt. Ad reliqua & satiua pollet. Efficacior tamen syluestris, magisq; in petrosis nata. Semen satiuæ quoque contra [9] scorpionum ictus, ex vino aut posca, salutare est. Radice eius circūscalpi dentes, dolore liberantur. Syria in hortis operosissima est. Indeq; prouerbiū Græcis: Multa Syrorū olera. Simillimam staphilino herbam ferit, quam alij [b] gingidiō vocant, tenuius tāmen & amarius, eiusdemq; effectus. Estur coctū [10] crudumq; stomachi magna vtilitate. Siccat enim [11] ex alto omnes eius humores. Siser erraticum satiuo simile est & effectu: [c] stomachum excitat, fastidium [12] absterget. Ex aceto laserpitiato sumptum, aut ex pipere & mulso, vel ex garo, vrinam ciet, vt [13] Opion credit, & Venerem. In eadem sententia est & Diocles. Prætereà cordi conuenire conualescentium, [14] aut post multas vomitiones [15] perquàm vtile. Heraclides cōtra argentum viuum dedit, & Veneri subinde offensanti, ægrisq; se recolligentibus. Hicesius ideo stomacho vtile videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret: esse tamen [16] vtile conualescentibus ad vinum transeuntibus. Satiui priuatim succus cum lacte caprino potus sistit aluum. Et quoniam plerosque similitudo nominum [17] Græcorum confundit, contexemus & de [18] sili: sed hoc est [19] vulgaris notitiæ. Optimum Massiliense: lato enim grano & fluuo est. Secundum Æthiopicum, nigrius. [d] Creticum odoratissimum omnium. Radix iucundi odoris est. Semen [20] eius esse & vultures dicuntur. Prodest homini ad tussim veterem, rupta, conuulsa, in vino albo potum. Itē opisthotonicis, & iocinerum vitijs, & torminibus, & stranguriæ, duarum aut trium [21] ligularum mensura. Sunt & folia vtilia, vt [e] quę partus adiuuent etiam quadrupedum. Hoc maximè pasci dicūtur ceruæ pariturę. [22] Illinitur & [f] igni sacro. Multumque in summo cibo concoctionibus confert, vel folio vel semine. Quadrupedum quoque aluum sistit, siue tritum potui infusum, siue [23] mandendo commanducatū è sale. Boum morbis [24] tritum infunditur. Inula quoque à ieiunis commanducata, dentes confirmat, si vt etuta est, terram non attingat: condita tussim emendat. Radicis verò decoctæ succus tineas pellit: siccatæ autem in vmbra farina tussi, & conuulsis, & inflationibus, & arterijs medetur. Venenatorū morsus abigit. Folia ex vino [25] lumborum dolori illinuntur. Cæpæ syluestres non sunt. Satiuæ olfactu ipso & lacrymatione caligini medentur, magis verò succi inunctione. [26] Somnum etiā facere traduntur, & hulcera oris sanare, commanducatæ cum pane. Et canis morsus, virides ex aceto [27] illitæ, aut siccæ cum melle & vino, ita vt post diem tertiū soluantur. Sic [28] & tritæ sanant. Coctam in cinere & epiphoris multi imposuere cū farina hordeacea, & genitalium hulceribus. Succo & [29] cicatrices oculorū, & albugines, & argema inunxere: & serpentium morsus, & omnia [30] hulcera cum melle. Item auricularum cum lacte mulierum: & in ijsdem sonitum ac grauitatem emendātes, cum adipe anserino, aut cum melle [31] stillauere. Et ex aqua bibendum dedēre repētè obmutescentibus. In dolore quoque ad dentes colluendos instillauere, & plagis bestiarum omnium, priuatim scorpionum. Alopecias fricuere & psoras tusis cœpis. Coctas [g] dysentericis vescendas dedēre, & contra lumborum dolores, purgamenta quoque earum cremata in cinerem illinentes ex aceto serpentiū morsibus [32] ipsasque [33] multipedæ ex aceto. Reliqua inter medicos mira diuersitas. Proximi [34] inutilia esse pcordijs & concoctioni, inflationemq; & sitim facere dixerūt. Asclepiadis [35] schola, ad colorē quoq; [36] validum profici hoc cibo. Et si ieiuni quotidie edāt, firmitatē valetudinis custodiri: stomacho [37] vtilia esse, [h] spiritū agitatione: vētrē molire, hęmorrhoidas pellere subditas [i] balanis: succū cū succo fœniculi cōtra incipientes hydropises mirè pficere. Itē cōtra anginas, cū ruta & melle. Excitari [39] eisdē lethargicos. [i] Varro, quę [40] sale, & aceto pista est arefactaq;, vermiculis nō infestari, auror est.

8 adiuuari. CH.

9 serpentium. M.

10 & condīti. Dios.
11 exactor.

12 tergit. M.

13 Opinion. CH.

14 & post. Vet.

15 esse perquā. Vet.

16 inutile. Vet.

17 Græcorū, in M.d.

18 Seseli. Dios.
19 vulgatæ: CH.

20 eius, in M.d.

21 lingnarū. M. & CH.
22 Illinitur & igne. CH.

23 edendo manducatum cum sale. M.
24 & contritum. M. medetur, vel si cōtritum. Vet.

25 ischiadi. Dioscor.
26 Somnium. CH.

27 illitæ cum aceto, rutæ, melle. Dios.
28 & atritæ sanant. Tosti in cinere. Vet.
29 μυῤῥίναι, nubeculas.
30 vulnera. CH.

31 instillauere. Dal.

32 ipsas quoque. M.

33 sepis. Supra cap. 2.
34 inutiles. Vet.
35 scholæ. M.
36 viridi. Vet. pallidum. Aliud.
37 vtiles esse ac cogitationi, ventrē mollire. M. vti esse spiritus agogiatiōe. CH.
38 hydropes M. hypochyses Dios.
39 eadem. CH.
40 si e pisto cum aceto madefacta est. Vet.

ANNOTATIONES.

a Quæ id præstant medicamenta, Græci ἰνδικὰ vocant, vtilia quòd, inquit Ægineta, ἰσχυρὰ ὑπὲρ ἀκράτων μείων. African[s] in Astrosophistis, citante Fulgentio Placiade, vocat *ψυσίδας*, ἀπὸ τῦ ψύειν, id est, *inrōtvew*: ad quod verbum alluſit, qui apud Comicum ὀψυάνακλα se vocauit: ἔστι ψύειν ἐπὶ διάκλα, & qui apud Athenæum dixit, Dianam μισεῖν τὰ φθέγματα, nimirum pudēdi distensionem, ac Venerem. Had. Iun. cap. 13. lib. 4.
b Vulgo, *Bisnaga*.
c Radix ori suauis est, vtilis stomacho, vrinam ciet, appetentiā inuitat, Dioscorid. sed de vulgari ac satiuo hæc omnia.

d Tordylium Dioscorid.qui & quod nox sequitur,Radix inc. &c. de Massilienſi scribit.
e De semine id Dioscorides.
f Cùm in scirrhum transiit.
g Galenus cap.1.lib.2. Method. Themiſon apud Celſum cap. 15.lib.4.Mercurialis cap.4.lib.1.Var.
h Concitato ructu.nam ructus ventris exercitatio eſt.
i In Varronis Geoponicis,q̃ ad nos peruenerũt, hoc nõ legitur.

De porro ſectiuo,& capitato,& de allio. CAP. VI.

[a]POrrum ſectiuum profluuia ſanguinis ſiſtit in naribus,contrito eo obturatis,vel gallæ miſto,aut mentæ:Item ex abortu profluuia, poto ſucco cum lacte mulierum.Tuſſi etiam veteri ac pectoris & pulmonis vitijs medetur. Illitis folijs ſanãtur & ambuſta,& epinyctides:ita vocatur [1] hulcus,quæ & ſyce,in angulo oculi [2] perpetuo humore manans.Quidam eodem nomine appellant puſtulas liuentes, ac noctibus inquietantes.Et alia hulcera cum melle trito.Vel beſtiarum morſus ex aceto: item ſerpentium. [3] Auriũ verò vitia cũ felle caprino,vel pari menſura mulſi:ſtridores cum lacte mulieris:capitis dolores,ſi in nare fundatur: dormituríſve, in aurem duobus ſucci cochlearibus,vno mellis.Succus & ad ſerpentium ſcorpionumq; [4] ictus bibitur cum mero,& ad lumborum dolores cum vini hemina potus.Sanguinẽ verò excreantibus & phthiſicis,diſtillationibus longis, vel ſuccus, vel ex ipſo cibus prodeſt.Item morbo regio,vel hydropicis.Et ad renum dolores, cũ ptiſanæ ſucco acetabuli menſura.Idem modus cũ melle,vuluas purgat. [5] Eſtur verò & contra fungorum venena:imponitur & vulneribus.Venerem ſtimulat: [b]ſitim ſedat:ebrietates diſcutit.Sed oculorum acie hebetare traditur:inflationẽ quoque facere,quę tamen ſtomacho non noceat,ventremq; [6] molliat. [7] Voci ſplẽdorem affert. Capitato maior eſt ad eadem effectus.Sanguinem reijcientibus ſuccus eius cum [8] gallæ aut thuris farina,vel acacia datur.Hippocrates & ſine alia miſtura dari iubet:vuluaſq; [9] cõtractas aperire putat:fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo [10] augeri. Contritum ex melle hulcera purgat.Tuſſim & diſtillationes thoracis, pulmonis & arteriæ vitia ſanat,datum in ſorbitione ptiſanę vel crudum, [11] præter capita, ſine pane, ita vt alternis diebus ſumatur : vel ſi [12] purulenta excreentur. Sic & voci vel Veneri, [c] ſomnoque multùm confert.Capita bis aqua mutata cocta,aluum ſiſtunt, & [13] fluxiones veteres.Cortex decoctus illituſque inficit canos.Allio magna vis,magnæ vtilitates contra aquarum & locorum mutationes.Serpentes abigit,& ſcorpiones odore:atque,vt aliqui tradidere,& beſtiarum omnium ictibus medetur,potu vel cibo,vel illitu:priuatim contra hæmorrhoidas prodeſt,cum vino redditum vomitu. Ac ne contrà aranearum murium venenatum morſum valere miremur, aconitum,quod alio nomine pardalianches vocatur,debellat:item hyoſcyamum:canum morſus, [14] in quę vulnera cum melle imponitur.Ad ſerpentium quidem ictus potũ cum [d] reſtibus ſuis,efficaciſſimè ex oleo illinitur:attritiſque corporum partibus, [15] vel ſi in veſicas intumuerint. Quin & ſuffitu eo, [16] ſecundas partus euocari exiſtimauit Hippocrates:cinere eorum cum oleo, capitis hulcera manantia ſanitati reſtituens.Suſpirioſis coctum, aliqui crudum [17] id dedêre. Diocles hydropicis cum centaurio,aut in [e] fico duplici ad euacuãdam aluum: quod efficacius præſtat viride cum coriandro in mero potum.Suſpirioſis aliqui & tritum in lacte dederunt. Praxagoras & contra morbum regium vino miſcuit:& cõtra ileum in oleo & pulte, ſic illinens ſtrumis quoque. Antiqui & inſanientibus dabant crudum. Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi,& [18] gargarizare prodeſt. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis [19] imminuit,vel ſi decocti aqua colluantur, addaturq́ ipſum in caua dẽtium. Auribus etiam inſtillatur ſuccus cum adipe anſerino:phthiriaſes & [20] prurigines potum,tuſum item cum aceto & nitro compeſcit:diſtillationes cum lacte coctum,vel tritum [21] permiſtúm vè caſeo.molli:quo genere & raucitatẽ extenuat:Vel phthiſin,in fabę ſorbitione.In totũ autẽ coctum vtilius [22] eſt crudo,elixumque toſto : ſic & voci confert. [23] Tineas & reliqua animalia interaneorum pellit,in aceto mulſo coctum. Teneſmo in pulte medetur : Temporum doloribus illitum elixum, & puſtulis coctum cum melle, deinde tritum:

Tuſſi

1 hulcus acié hebetans & in ang. Alij. Certé in M.hæc verba, quæ & ſyce, deſunt.
2 perpetim.M.
3 Aliorum.CH.
4 potus.CH.
5 Eſtur verò & contra fungorum venena:imponitur & vulneribus. Ver.
6 mollire. *δυναται.* Dioſcor.
7 vocis.CH.
8 galla,aut.Ver.
9 contractis aperire ſe putat.CH.
10 augere.CH.
11 præter capita, ſine pane, ita vt alternis diebus ſumantur.Ver.
12 pura.CH.
13 inflationes.Ver.
14 inque.M.
15 vel ſi veſica intumuerit.M.
16 ſecundas & partus. Ver. ſecundas à partu.Aliud.Ego,ſecundos partus, vt infrà cap.11.
17 id critum dedêre. M.
18 gargariſſare.CH.
19 minuit.CH.
20 porrigines. Ver. &CH. *πτυρια.* Dioſcor.furfures.
21 permiſtumq;.Ver.
22 eſt,in M.d.
23 Tænias Alij.

Tuſſi cum adipe vetuſto decoctum, vel cum lacte: Aut ſi ſanguis etiam excreetur, vel [24] purulenta,ſub pruna coctum,& cum mellis pari modo ſumptum: Conuulſis ruptis cum ſale & oleo.Nam cum adipe tumores [25] ſuſpectos ſanat. Extrahit fiſtulis vitia cum ſulphure & reſina,etiam [f] harundines cum pice.Lepras,lichenas,lentigines exhulcerat,ſanátque cum origano,vel cinis eius ex oleo & garo illitus. Sic & ſacros ignes.Suggillata aut liuentia ad colorem reducit,combuſtum ex melle.Credũt & comitialem morbum [26] ſanare,ſi quis eo in cibo vtatur ac potione. Quartanas quoque excutere potum caput vnum cum lacerpitij obolo in vino auſtero. Tuſsim & alio modo ac pectorum ſuppurationes quantaſlibet ſanat, [27] fractæ incoctum fabæ,atque ita in [28] cibo ſumptum,donec ſanitatem reſtituat. Facit & ſomnos,atq; in totum rubicundiora corpora. Venerem quoque ſtimulat cum coriandro viridi tritum, potumque è mero. Vitia eius ſunt, quod oculos hebetat, inflationes facit, ſtomachum lædit copioſius ſumptum, [g] ſitim gignit. Cæterò contra pituitam, & gallinis & gallinaceis prodeſt miſtum farre in cibo. Iumenta vrinam redere, atque non torqueri tradunt,[29] ſi trito natura tangatur.

24 pura.CH.
25 ne in abſceſſum, vel gangrænam tranſeant. Alij. cãcerоſus. Alij.peſtilentes, aut venenatos Alij.
26 ſanari.M.& CH.
27 fractæ.CH.
28 cibus.CH.
29 ſi eo trito.M.

ANNOTATIONES.

a De capitato ſolùm Dioſcorides tractauit. Plinius ex autoribus varijs hæc omnia confuſè miſcet ac conſarcinat.
b Hoc parùm credibile,quoniam calidum & ſiccum eſt.
c Dioſcoridi *ἐοικεναρκῶν*,tumultuoſum ſomnum parit.
d Radiculis bulbo ſubadnexis. Alij, veſtibus, id eſt, membranoſis corticibus.
e Inter duas ficos exceptum:vel,fico portione dupla addito.
f Harundinum infixas aſſulas. nam ex harundine ſagittæ fiebant.
g Galeno cap.vlt.lib.12.methodi,alliũ ſitim prorſus nullã facit

De lactuca ſyluatica,ſiue caprina,& eſopo,& iſari,& lactuca ſatiua. CAP. VII.

LActucę ſponte naſcentis primum eſt genus eius,[1] quam [a] caprinam vocant,qua piſces in mare deiecta protinus necantur,qui ſunt in proximo. Huius lac ſpiſſatum,mox in aceto pondere obolorum duũm, adiecto aquæ vno cyatho, hydropicis datur.Caule & folijs contuſis,aſperſo ſale,nerui [b] inciſi ſanantur. Eadem trita ex aceto, colluta matutinis bis menſe,dentium dolorem prohibet.Alterum eſt genus, [c] quod Græci eſopon vocant.Huius folia trita,& cum polenta illita,hulceribus medentur.[3] Hæc in aruis naſcitur. [d] Tertium genus eſt in ſyluis naſcens, iſatin vocant. [e] Huius folia trita cum polenta, vulneribus proſunt. Quarto infectores lanarũ vtũtur,[4] quod glaſtum vocãt:ſimile erat lapatho ſyluestri foliis,[5] niſi quòd [6] plura habet & nigriora.Sanguinem ſiſtit.Phagedænas & putreſcentia hulcera,[7] quæ ſerpũt, ſanat:item tumores ante ſuppurationem. Cõtra ignem ſacrum radice vel foliis prodeſt,vel [f] ad lienes.[8] Hęc propria ſingulis.Cõmunia autẽ [8]ſponte naſcẽtibus,candor, caulis interdum cubitali longitudine,& [9] ipſo,& foliis ſcabritia. Ex his rotũda folia & breuia habentem ſunt [10] qui [h] hieraciam vocent: quoniã accipitres ſcalpendo eã ſuccoq; oculos [11] tingendo,obſcuritatem,cùm ſenſere, diſcutiant. Succus omnibus candidus,viribus [12] quoq; papaueri ſimilis : carpitur per meſſes inciſo caule : conditur in fictili nouo, ad multa præclarus. Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum.[13] Arcet nubeculas,cicatrices [i] aduſtionéſq; omnes,præcipuè caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Idem ſuccus aluum purgat,in poſca põtus ad duos obolos.[14] Serpentium ictibus medetur in vino potus. Et folia [15] toſta thyſiq; triti ex aceto bibuntur. Vulneri illinũtur maximè cõtra ſcorpionum ictus. Verùm contrà phalangia,cõmiſto vino [16]ex aceto. Alijs quoq; venenis reſiſtunt,ex ceptis quæ ſtrangulando necant,aut ijs quæ veſicæ nocent: item pſimmythio excepto.Imponuntur & ventri ex melle atque aceto,ad detrahenda vitia alui.Vrinę difficultates, ſuccus emendat. Crateuas eum & hydropicis obolis duobus in aceto & cyatho vini dari iubet. Quidam & è ſatiuis colligunt [17] ſuccũ minus efficacem. Peculiares earum vires [18] partim iam dictæ ſunt,ſomnum faciendi,Venerémque inhibendi,æſtum refrigerandi,ſtomachũ [k] purgandi,ſanguinem augendi.[19] Non paucę reſtant:quoniam & inflationes diſcutiunt,ructúſque lenes faciunt, [20] concoctiones adiuuant. Cruditatem ipſæ [21] nequaquã faciunt. Nec vlla res in cibis auiditatem incitat

1 quam marinũ.Celſus.
2 cæſpon.CH.
3 Hæc in aruis ſanaſcuntur.M.
4 hæc vltima nõ leguntur in CH.
5 niſi plura haberet &.CH.
6 pinguiora.Dioſc.
7 & quæ.Ver.
8 potu.Ver.
9 thyrſo. M. in ipſo Ver.
10 qui heraciã.CH. qui hieracium.Dal.
11 vngendo.M.
12 quibus papauer. M.
13 arcemq nubiculas. CH.
14 Scorpionum & phalãgiorum. Dioſc.
15 toſta,in M.d.arita. Ver.
16 &.M.
17 ſuccо minus efficaci M.
18 particulatim.Ver.
19 Nunc non.M.
20 hæc vltima clauſula, & tota proxima ſequens,deſunt in M. concoctionem.CH.
21 nunquam.CH.

citat inhibetq́; eadem: in cauſa [22] alterutraq; modus eſt. Sic & aluũ copioſiores ſoluunt, modicæ ſiſtunt. Lentitiam pituitæ digerunt, atq; vt aliqui tradiderunt, ſenſus purgant. [23] Stomachi diſſoluti vtiliſsimè [24] adiuuãtur: in eo vſu [25] & oxypori obolis aſperitatẽ addito dulci ad [26] intinctũ aceti tẽperantes, ſi craſsior pituita ſit, [27] ſcillite aut vino abſinthite, ſi & tuſsis ſentiatur, hyſſopite admiſto. Dantur cœliacis cum intubo erratico, & ad duritiam [l] præcordiorum. Dantur & melancholicis candidæ copioſiores, & ad veſicæ vitia. Praxagoras & dyſentericis dedit. Ambuſtis quoque proſunt recentibus, priuſquàm puſtulæ fiant, cum [28] ſale illitæ. Hulcera etiã, quæ ſerpunt, coercent, initio cùm [29] aphronitro, mox in vino. Tritæ igni ſacro illinuntur. Conuulſa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum, ex vino & polenta. In cholera quoq; coctas [30] patinis dederunt: ad quod vtiliſsimæ quàm [31] maximi caulis & amaræ. Quidam [32] lacte infundunt. Deferuefacti hi caules & ſtomacho vtiliſsimi tradũtur, ſicut ſummo [33] ſatiua maximè lactuca, & amara lactéſq;, quã [m] meconidem vocauimus. Hoc lac & oculorũ claritati cum muliebri lacte vtiliſsimum eſſe [34] præcipitur, [35] dum tempeſtiuè capiti inunguntur. Oculorum quoque vitijs, quæ frigore in ijs facta ſunt. Miras & alias inuenio laudes: Thoracis, etiã vitijs prodeſſe, nõ ſecùs quàm abrotonũ, cũ melle Attico. Purgari & [n] fœminas hoc cibo. Semẽ ſatiuarũ cõtra ſcorpiones, dari. Semine trito ex vino poto & libidinũ imaginationes in ſomno cõpeſci. Tentãtes aquas nõ nocere lactucam edentibus. Quidã tamen frequẽtiores in cibo officere claritati oculorũ tradiderũt.

22 alterutrimque. M. vtraque. Vet.

23 Stomachos diſſolutos vtil adiuuãt. M.
24 adiuuant, vti ne eo vſu abhũtur. Oxyporopolæ &c. Vet. Aqueus in vulgata lectione legit oxyporopolæ.
25 & oxyporo lactucæ &c. & aceto temperant. Vet. & oxyporo oloris. Aliud.
26 intinctum temperantes: ſi cr. pit. ſit, & acoto ſcillate aut. &c.
27 ſcillite vino aut. Vet.
28 Lacte muliebri. Dioſc.
29 aſſo nitro. M.
30 patinis in M. d.
31 maximo caule. M.
32 lacti M. & CH.
33 æſtiua. M & CH.

34 percipitur. M.
35 & cum tempora capitis inunguntur, aſplorũ quoq;. Vet.

ANNOTATIONES.

a Matrinam, ex Corn. Celſo, ca. 12. li. 2. Eam autem tithymallum eſſe idem Celſus exponit cap. 7. li. 5. Sed cùm ex tithymalli generibus platyphyllos verbaſco ſimile foliũ habeat, quod à lactucæ figura non admodum diuerſum eſt, platyphyllon lactucam matinam dictum priuatim fuiſſe docti putant. Dioſcorid. ſucco lactucæ ſylueſtris poto ex poſca ad duos obolos, aquã per aluum elici tradit. Lactucas in vniuerſum herbas omnes, quæ lacteum ſuccũ amarum fundunt, Plinius hic appellaſſe videtur imprudenter.
b At potius puncti. Lac enim tithymalli cum fermento mixtum neruorum puncturis confert. Eo ſe vſum fuiſſe in quodam ruſtico Galenus refert lib. 3. de. ῥιζῶν.
c Quòd Græci cæpon, θέρσιτον, vocant. Nimirum ſucco turgente ἀπὸ τῦ θέους τὴν ἐπὶν. Alij, ἀπὸ τῦ τὰς ὀσμὰς ἐπὶ ἐπὶ, θέρσιτον dictam volũt, quòd ſucco ſit ob amaroremingratoid quod mihi placet. Alij à verbo ἔσαι implere, aſopon, quaſi ſucco lacteo plenam, dictam malũt. Lactuca ἔσαι &, ideſt, ἐπιθέλω, ſiue ἐπὶ μαγὴ, Endiuia ſylueſtris officinarum, quæ folia habet profundiſſimè laciniata & inciſa. Pro lactuca ſyluestri pingit Dodonæus.
d Quoniam Dioſcorides glaſti ſyluestris folia, Lactucæ ſimilia eſſe prodidit, ignoranter Plinius cum lactucis eam plantam confudit: terroremque illum altero cumulat, cùm poſt glaſtum ſyluestre, ſatiuum etiam lactucis adungit.
e De ſatiuo id Dioſcorides, nulla facta mentione polentæ.
f De ſyluestri id Dioſcor.
g Syluestri lactucæ. Dioſcor.
h Hieracium: Plinius hieracium cum lactuca oſcitanter cõfundit, nec alibi vſquã Hieracij naturã explicat. Dioſcoridis de hieracio hæc verba ſunt: ἱέρακας ἔχει τὰ διαφυλλότερα, ὑπογεγραμμένα ἀφαῦρα, σύγχυσιν μικρὰ τῶν περιφερειῶν. Plinius deceptus ſignificatione vocis περιφερὴς, pro ambitu rotunditatem vertit.
i ὑπωπιάσεις Dioſc. Anthropologiæ Æginetæ. nempe vlcera ſordida, cruſta tecta, qua exempta oculi humor ſæpe effluit.
k Roborandi. Stomachicis ſatiuam lactucam eandem prodeſſe tradit Dioſcorides.
l Hypochondriorum, lienis, & hepatis.
m μηκωνὶς, vera ſyluestris eſt depicta & deſcripta à me in Botanico. Amaro guſtu, & papaueri viribus eſſe proximus ſimilem Dioſcorides ait, ideoque nonnullos ſuccum eius lacteum Meconio permiſcere. Inde meconis cognominata eſt. Vide ſuprà cap. 8. 19.

De generibus betæ, & intubis, & cichorio, & ſeri, genera duo. CAP. VIII.

NEc beta ſine remedio eſt vtraque. Siue candidę, ſiue nigrę, radix recens, & madefacta, ſuſpenſa funiculo, contra ſerpentium morſus efficax eſſe dicitur. Candida beta cocta, & cum allio crudo ſumpta, contra [1] tineas. Nigræ radices ita in aqua coctæ, [a] porriginem tollunt: atque in totũ efficacior eſſe traditur nigra. Succus eius capitis dolores veteres & [2] vertigines, item ſonitum aurium ſedat, inſuſus ijs: [3] ciet vrinam. Medetur dyſentericis iniecta, & morbo regio. Dolores quoq; dẽtium ſedat illitus ſuccus. Et contra ſerpentium ictus valet, [4] ſed huius radici dũtaxat expreſſus. Ipſa verò decocta, pernionibus occurrit. [5] Albę ſuccus epiphoras ſedat, fronte illita: [6] aluminis pauco admiſto, ignem ſacrum. Sine oleo [7] trita licet, aduſtis medetur. Et contra eruptiones papularum, coctáque eadem contra hulcera quæ ſerpunt, illinitur: & [c] alopecijs cruda, & hulceribus quæ in capite manant. Succus eius cum melle naribus inditus caput purgat. Coquitur & cum [d] lenticula addito aceto, [e] vt ventrem molliat. Validius [8] cocto fluxiones ſtomachi ſiſtit & ventris. Eſt & beta ſyluestris, quã limonion [9] vocãt, alij neuroides, [10] multũ minoribus tenuioribuſq; ac denſioribus folijs, vndecim ſæpe caulium. Huius folia ambuſtis vtilia, [11] guttantia aſtringunt. Semen acetabuli meſura dyſentericis prodeſt. Aqua & [12] è radicè coctæ maculas veſtium elui dicunt, item membranarum. Intubi quoq; non extra remedia ſunt.

1 tæniis. Dal.

2 vertigines inſuſus naribus. ité ſon. aur. ſedat reiect vrin. Vet.
3 cit. M.
4 ſed is radice. Vet.
5 Alba epiphoræ M.
6 alumine. Vet.
7 trita ſcilicet. Vet. trita illitu aduſtis. Alij Vet.
8 cocta fluctuationes. Vet. legitur &, cocta, in CH.
9 limonium. CH.
10 multò. Dal.
11 guttatu Vet.
12 cum radice, nempe ſtruthio. Dal.

Succus

Succus eorũ cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit. [13] Idem cũ vino potus, [14] iocinoribus & veſicæ, & epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam [15] ambugiam appellauere. In Ægypto cichorium vocant, quod ſyluestre ſit. Satiuum autem [f] ſerin, quod eſt minus & venoſius. Cichorium refrigerat. In cibo ſumptum & illitũ collectiones, [16] ſuccuſq́ue decocti ventrem ſoluit. Iocinori & renibus, & ſtomacho prodeſt. Item ſi in aceto decoquatur, vrinæ tormina diſcutit. Item morbum regium è mulſo, ſi ſine febre ſit. Veſicam adiuuat. Mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeò prodeſt, vt emortuos partus trahat. Adijciunt Magi, ſucco [17] totius cũ oleo perunctos fauorabiliores fieri, &, quę velint, faciliùs impetrare. [18] Quod quidem propter ſingularem ſalubritatẽ aliqui [19] chreſton appellant, alij pãcration. Et ſyluestre genus, [20] alij [g] hedypnoida vocant, latioris folij. Stomachum diſſolutũ aſtringit cocta: crudaq́ue ſiſtit aluum. Et dyſentericis prodeſt, magis cum lente. Rupta & conuulſa vtroque genere iuuantur. Item quibus genitura valerudinis morbo effluat. Seris & ipſa lactucæ ſimillima, duorum generum eſt: ſyluestris melior. Nigra [21] iſta, & æſtiua. Deterior hyberna, & candidior. Vtraque [22] tamen [h] ſtomacho vtiliſſima, præcipuè quem humor vexat. Cum aceto in cibo refrigerant vel illitæ, diſcutiuntq́; & [23] alios, quàm ſtomachi. Cùm polenta ſyluestriũ radices [24] ſtomachi cauſa ſorbentur: & cardiacis illinuntur ſuper ſiniſtram mammam [25] ex aceto. Omnes hę & podagricis vtiles, & ſanguinem reijcientibus: Item quibus genitura [26] fluit, alterno dierum potu. Petronius Diodotus, qui [27] antilegomena ſcripſit, in totum damnauit [28] ſerin multis modis arguens. Sed aliorum omnium opinio reſiſtit.

13 Idemque. CH.
14 iocineris. CH.
15 ambubeiã ex Celſo. anbubulam. CH.
16 ſuccus decocti. Vet.
17 intybi. Vet.
18 Hoc. Vet.
19 chreceſton. CH.
20 aliud. Vet.
21 eſt. M.
22 amara ſtom. vtiliſſimè, præc. quẽ vror. CH.
23 aliàs aquam. Vet.
24 ſtomachicis. Vet.
25 & ex aceto. CH.
26 fluat, altero. CH.
27 anthologoumena. CH.
28 ſerian. CH.

ANNOTATIONES.

a Furfures & lendes. πίτυρα καὶ κονίδες. Dioſc.
b De vtraque id Dioſc.
c Scalpello prius vellicatis.
d Cibum cum veteres πικρολαφάνῳ dixerunt.
e Vt ventrem ſiſtat, Dioſc. Hic Plinius in medicinæ præcepta parum exercitatus.
f Hoc loco Ægyptiorum cõſuetudine Seris tantùm ſatiua eſt: paulo pòſt verò & ſatiua & ſyluestris, quam etiam cichorium & picrida vocari Dioſcorides ſcribit.
g Quòd in cibo ſumpta iucundiorem animam & ſuauiorem faciat.
h Imbecillo & ardore æſtuanti, πανσταλῶν Dioſcor.

De braſſica, & lapſana, & de braſſica marina, & ſcilla, & de bulbis, & bulbine. CAP. IX.

BRaſsicæ laudes longum eſt exequi, cùm & Chryſippus medicus priuatim volumen ei dicauerit per ſingula membra hominis digeſtum, & Dieuches: ante omnes autem Pythagoras & Cato non parcius celebrarint. Cuius ſententiam vel eò diligentius perſequi par eſt, vt noſcatur qua medicina vſus ſit annis d c. Ro. populus. [a] In tres ſpecies diuiſere eam Græci antiquiſsimi. Criſpam, quam [1] ſelinada vocauerunt, à ſimilitudine apii foliorum, ſtomacho vtilem, aluum modicè mollientem. Alteram leam, latis folijs [2] è caule exeuntibus. Vnde caulodem quidam vocauere, nullius in medicina momenti. Tertia eſt propriè appellata [b] crambe, tenuioribus folijs, & ſimplicibus denſiſsimiſque, amarior, ſed efficaciſsima. [c] Cato criſpam maximè probat, dein [3] leuem grandibus folijs, caule magno. [d] Prodeſſe tradit capitis doloribus, oculorum caligini [4] ſcintillationibuſq́ue, [5] vel ſtomacho, præcordijs, crudam ex aceto & melle, [6] coriandro, ruta, mentha, laſeris radicula ſumptam acetabulis duobus maturinò: tantamq́ue eſſe vim, vt qui terat hæc, validiorem fieri ſe ſentiat. Ergo vel cum his tritam, ſorbendam, vel ex hoc intinctu ſumendam. Podagræ autem, morbiſque articularijs illini cum rutæ, coriandri, & ſalis mica, hordei farina. Aqua quoq; eius decocta, neruos articulóſque mirè [7] iuuari. Si foueantur vulnera, & recentia & vetera, etiam carcinomata, quæ nullis alijs medicamentis ſanari poſsint. Foueri prius aqua calida iubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam [8] fiſtulas eluxatas, & tumores euocari, quæque diſcuti opus ſit. Inſomnia etiã, vigiliaſq́ue tollere [9] decoctam, ſi ieiuni [10] edant quamplurimam ex oleo & ſale. Tormina ſi decocta iterum decoquatur, addito oleo, ſale, cumino, polenta. Si ira ſumatur ſine pane, magis profuturam. [e] Inter reliqua bilem [11] detrahi per vinum nigrum pota. Quin & vrinam eius qui braſsicam eſitauerit, [12] aſſeruari, [f] calefactamq́; neruis

1 Legẽdum videtur, ſelinoidem, ſiue ſelinoidẽ, ex Catone ca. 157. de Re ruſt. vnde hæc omnia ſunt deſumpta.
2 è magno caule. Cato.
3 læuem. Dal.
4 ſcintillationique. CH.
5 lieni, ſtomacho, præcordijs
6 ruta, coriandro, ſalis mica, & hordei. Vet.
7 iuuari ſi foueatur. Item vulnera.
8 fiſtulas ſanare & luxata. Ex Catone.
9 vnctam & caldam. Cato.
10 edant. CH.
11 detrahit. CH.
12 adimari inbet. CH.

neruis remedio esse. Verba ipsius subijciam, ad exprimendam sententiam: Pueros pusillos si laues ea vrina, nunquam debiles fieri. Auribus quoq; ex vino succũ brassicæ tepidum instillari suadet. Idque etiam tarditati audientium prodesse asseuerat.

13 Poreæ perigines, Cato. Tum adest vitiatæ.

13 Et g impetigines eadem sanari sine hulcere. Græcorum quoque opiniones iam & Catonis causa poni conuenit, in ijs duntaxat, quæ ille prætermiserit. Biles detrahere non percoctam putant. Item aluum soluere, eandemq; bis coctam sistere. Vino aduersari, vt inimicam vitibus. Antecedente in cibis h caueri ebrietatem: posteà sumpta crapulam discuti. Hunc cibum & oculorum claritati conferre multùm: succum verò 14 crudæ vel angulis tantùm tactis cum Attico melle, plurimùm. Facillimè cõcoqui, cibóque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat, nihil esse vtilius stomacho neruísque, ideo & paralyticis & tremulis dari iubet, & sanguinem excreãtibus.

14 crudæ vngulis vel tantum tactis. M.

Hippocrates cœliacis & dysentericis bis coctam cum sale. Item ad 15 tenesmon & renum causa, lactis quoque vbertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans, & i purgationem fœminis. 16 Crudus quidem caulis si mandatur, k partus quoque emortuos pellit. Apollodorus aduersus fungorum venena semen aut succum bibendum censet. Philistion opisthotonicis succum ex lacte caprino cũ sale & melle. Inuenio & à podagra liberatos edendo eam, decoctæque ius bibendo. Hoc & cardiacis 17 datum & comitialibus morbis addito sale. 18 Item 19 spleneticis in vino albo per dies xl. Ictericis, necnon & phreneticis 20 radicis crudę succum gargarizandum bibendumque demonstrat. Contra verò singultus cum coriandro & anetho, & melle ac pipere, ex aceto. Illiram quoque prodesse inflationibus stomachi. Item serpentium ictibus, & sordidis hulceribus, ac vetustis, vel ipsam aquam cum hordeacea 22 farina: succũ ex aceto, vel cum fœno Græco. Sic aliqui & articulis, podagrísque imponunt. Epinyctidas 23 ac quicquid aliud serpit in corpore, imposita leuat. Item repentinas caligines: has & si mãditur ex aceto. Suggillata verò & alios liuores 24 pura illita. Lepras, & psoras cum alumine rotundo ex aceto. Sic 25 & fluentes capillos retinet. Epicharmus testium & genitalium malis hanc vtilissimè imponi asserit. Efficacius eandem cum faba trita. Item conuulsis cum ruta. Contra ardorem febrium & stomachi 26 vitia cum rutæ semine: & ad secundas. Et muris aranei morsus, foliorum aridorum farina 27 alterutra parte exinanit. Ex omnibus brassicę generibus suauissima est l cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Illud quoque non est omittendum, aquam decoctæ ad tot vsus laudatam fœtere humi effusam. Stirpium brassicæ aridorum cinis, inter caustica intelligitur. Ad coxendicum dolores cum adipe 28 peruetusto. At cum lasere & aceto in vicem psilothri euulsis illitus pilis: nasci alios prohibet. Bibitur & cum oleo subferue factus, vel per se elixus ad cõuulsa & rupta intus, lapsumque ex alto. Nulla ergo sunt crimina brassicæ? imò verò apud eosdem animæ grauitatem facere, dentibus & gingiuis nocere: & in Ægypto propter amaritudinem non 29 estur. Syluestris, siue erraticæ, immenso plus effectus laudat Cato, adeò vt aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel 30 odore tãtum naribus rapto, vitia earum graueolentiámque sanare affirmet. Hanc alij m petræam vocant, inimicissimam vino, quàm præcipuè vitis fugiat: aut si non possit fugere, moriatur. n Folia habet bina, parua, rotunda, læuia, plantis oleris similior, candidior satiua & hirsutior. Hanc inflationibus mederi, melancholicis quoque ac, vulneribus recentibus, cum melle, ita ne soluantur ante diem septimum: strumis, fistulis, in aqua contritam, Chrysippus autor est. Et alij verò compescere mala corporis quæ serpant: o nomas vocant. Item excrescentia absumere. Cicatrices ad planum redigere. Oris hulcera & tonsillas manducatam & coctma succo gargarizato cum melle tollere. Item psoras & lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus satis esse eam contra canis rabiosi morsum imponi. Melius, si cum lasere, & aceto acri. Necari quoq; canes ea, si detur, ex carne. Semen eius tostum auxiliatur contra serpentes, 31 fungorumq; venena,

17 datur. Vet.

18 Idem. Vet.
19 splenicis. CH.
20 rrucis. CH.

21 inflãmationibus. Vet.
22 farina. Succum ex aceto & fœnogræco aliqui. Dioscor.

23 &. CH.

24 cũ sulphure. Ver.

25 effluentes. CH.

26 vitia cum aceto. cum rutæ semine ad secundas & muris aranei Vet.
27 altius tumentes partes. Vet.

28 vetusto. Ac. CH.

29 edi. Ver.

30 pituere. Cato.

31 fungos, tauri fung. CH.

venena, tauri sanguinem. Folia cocta 32 splenèticis in cibo data, & cruda illita cũ sulphure & nitro prosunt. Item mammarum duritiæ. Radicum cinis vuæ in faucibus tumenti tactu medetur: & parotidas cum melle illitus reprimit: serpentium morsus sanat. Virium brassicæ vnum & magnum argumentum addemus & mirabile. Crustæ si occupent intus vasa omnia in quibus aquæ feruent, in tantum, vt nõ sit eas auellere, si brassica in 33 ijs decoquatur abscedũt. Inter p syluestres brassicas & lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis folijs, napi simillimis, nisi cãdidior esset flore. Coquitur in cibo. Aluum 34 leniter emollit. Marina brassica vehementissimè ex omnibus aluum ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima. Scillarum in medicina alba est quæ masculus, fœmina nigra. Quæ candidissima fuerit, q vtilissima erit. Huic aridis tunicis direptis, quod reliquũ è viuo est, cõfectum r suspenditur lino s modicis interuallis. Posteà r arida frusta in cadum aceti quàm asperrimi pendentia 35 immerguntur, ita ne vlla parte vas contingant. 36 Hoc fit ante solstitium diebus x l v i i j. Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis, totius diei Solem accipientibus. Post eum numerũ dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum trãsfunditur. Hoc clariorem oculorũ aciem facit. Salutare est stomachi laterumq; dolorib⁹, 37 parũ sumptũ binis diebus. Sed tãta vis est, vt auidius haustum tinctæ animæ momento aliquo speciẽ præbeat. Prodest & gingiuis & dentibus, vel per se cõmanducata. 38 Tineas & reliqua vẽtris animalia pellit ex aceto & melle sumpta. Linguę quoq; recens subiecta pręstat, ne hydropici 39 sitim sentiant. Coquitur 40 plurimis modis: in olla, quæ cõijciatur in clibanũ aut furnũ, vel u adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur, deinde cõciditur, çoquiturq; in aceto, tũ serpẽtium ictib. imponitur. Tosta quoq; purgatur, & mediũ eius iterũ in aqua çoquitur. Vsus sic coctæ ad hydropicos. Ad vrinã ciendã tribus obolis cũ melle & aceto potæ. Itẽ ad 41 splenèticos & stomachicos, x si nõ sentiant hulcus, quibus 42 innatet cibus. Ad tormina, regios morbos, tussim veterẽ cũ suspirio. Discutit & folijs, 43 strumas, quadrinis 44 diebus soluta. Furfures capitis, & hulcera manantia illita 45 ex eo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia, maxime vti coctionẽ facias. Sic & y interiora purgat. Rimas pedũ sanat in oleo cocta, & mista resinæ. Semen eius lumborũ dolori ex melle imponitur. Pythagoras z scillam in limine quoq; ianuę suspẽsam malorũ medica mentorũ introitũ pellere tradit. Cęterũ bulbi ex aceto & sulphure vulnerib. in facie medentur. Per se verò triti neruorum contractioni, & ex vino porrigini: cũ melle canum morsibus. 46 Erasistrato placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alij si è naribus fluat, coriandrum & farinam adijciunt. Theodorus & lichenas ex aceto bulbis curat, & erumpentia in capite cum vino austero aut ouo. Et bulbos epiphoris idem illinit, & sic lippitudini medetur. Æquè vitia quæ sunt in facie, eorum A rubentes maximè, in solè illiti, cum melle & nitro emendant: lentiginem cum vino, 47 aut cucumi cocto. Vulneribus quoque mirè prosunt per se, aut (vt Damion) ex mulso, si quinto die soluantur. Iisdem & auriculas fractas curat, & testium B pituitas. In articulorum doloribus miscent farinam. In vino cocti 48 illiti ventri, 49 duritiem præcordiorum emolliunt. Dysentericis in vino ex aqua cælesti temperato dantur. Ad conuulsa intus, cum silphio pilulis fabæ magnitudine. Ad sudorem tusi illinuntur. Neruis vtiles: ideo & paralyticis dantur. Luxata in pedibus, qui sunt rufi ex his, citissimè sanant cum melle & sale. Venerem maximè Megarici stimulant. 50 Hortensij partum cum sapa aut passo sumpti. Syluestres interaneorum plagas & vitia cum silphio pilulis deuoratis sedant. Et satiuorũ semen contra phalangia bibitur in vino. Ipsi ex aceto illinũtur cõtra serpentiũ ictus. Semẽ antiqui bibendũ insanientib. dabãt. Flos bulborũ tritus crurum maculas varietatesq; igne factas emendat. Diocles oculos hebetari ab ijs putat. Elixos asilis minus vtiles esse adijcit, & difficile concoqui ex vi vniuscuiusque naturæ. Bulbinem Græci vocant herbã porraceis folijs, rubicundo bulbo. Hæc traditur vulneribus

32 splenicis. CH.

33 his. CH.

34 lenit & mollit. CH.

35 merguntur. CH.
36 In CH. hæc clausula sequitur eũ cui hic præponitur, hoc modo, Gypso deinde &c. Hoc fit &c.

37 paucum. Vet.

38 Tænias. Ver.

39 sitiant. Ch.
40 pluribus. CH.

41 splenicos. CH.
42 innatat. Dal.
43 strumas: quadrinis diebus furfures capitis. M.
44 diebus sola. Furfures. Vet.
45 ex oleo cocta. Alij. & CH.

46 vt Eras. Dal.

47 aut cymino cocti. Ver. aut cum cucumi. CH.

48 & illiti Vet.
49 duritiam. CH.

50 Esculenti. Dioscor.

vulneribus mirè vtilis, duntaxat recentibus. Bulbus, quem vomitoriũ vocant ab effectu, folia habet nigra, cæteris longiora.

ANNOTATIONES.

a De raphano id scripsit suprà cap.5.lib.19.
b Vulgatum est Græcis adagium, *Δὶς πράσῳ βάπτειν σε*: quod expressit poëta,
Occidit miseros crambe repetita magistros.
Vide Polit.cap.33.Miscellan.
c Catoni lenis acerrima, & vehementissimæ pòst apiana: & vltimo loco læuis.
d Athenis puerperis in cibum dabant, veluti *τῶν ἀδίνων* antipharmacum. Nicander brassicam veluti sacram, *μάντιν* vocauit. Apud Anaxium, Teleclidem, Epicharmum, Eupolin in Baptis, iusiurandum per brassicam cõcipitur, quo modo Zeno per capparin iurabat. Rhodig. cap. vlt. 27. Athenæus lib. 9.
e In torminibus, citra febrem, post sumptam brassicam vinum atrum statim Cato dat, & ægrum ita citò sanum fieri asserit. Negligenter hæc Plinius.
f Locus hic monstrat legendum apud Catonem: Et hoc, si quãdo vsu venerit, qui neruis debilis erit, hæc res sanum facere potest, &c.
g Deperiginem vocat Lucillius lib.30.
Illuuies, scabies, oculos hinc dẽque pedesq́
consciendere. Cato, *deperigini porcæ brassicam apponito, sanã faciet.*
h Abeo effectu Græci *ἀμυγδαλαῖον* vocant, vt & amygdalas amaras. Aristot. Problem. sect.3. Plutarc. in Sympos. In Georgicis Cassiani traditur Lycurgi lachrymis, quæ Libet pater vitibus alligauerat, natam Brassicam, eamq́ propterea vino aduersari. Galenus lib.2. *περὶ τῶν τόπων*, ex Apollonio, succum brassicæ laudat cum rosaceo: & folium eiusdem aqua calida maceratum, & capiti circumpositum, in capitis dolore ex temulentia. Vide suprà cap.24.vlt.lib.17.infrà cap.1.lib.24.
i Decoctum potu menses & aluum ciet. Succus cum lolij farina inditus menses trahit. Dioscor.
k Flos in pesso subditus abortum facit. Idem.
l Dioscoridi lib.2.cap.146. *τὸ πράσῳδες κόμμι χολήματον μὲν, ὑγιεινὸν δ', καὶ ἐυφυτικώτερον*: cyma vultior stomacho, sed actior, & ad vrinã ciendam efficacior. *κόμμι* Græci dicũt, quasi *κύπριν*. In fœminino tamen genere Plinius vtitur. Cymas etiam *πρασόμμια καυλὰς* vocant. Vide cap.8.lib.19. Decoctum prototomi caulis *ἐνφυσήσεις* nephriticos sanare ex Antiocho Galenus testatur li.10. *π. τόπων*.
m Quia in maritimis præruptis nascitur. Dioscor.
n Plinius hic marinæ & syluestris historiam confundit. Folia, rotunda, parua, læuia marinæ sunt. Nemo bina esse tradit. Res ipsa falsum esse hoc monstrat. Similitudo cum brassicæ horrenti, folia candidiora & hirsutiora quàm in satiua, & (quod ait Dioscorides) amara syluestris brassicæ sunt.
o Alijs multis locis sic red didit *ἑρπητας* Dioscoridis.
p Syluestria olera, Dioscor. Lampsanam siue Ceram, brassicã quoque syluestrẽ ab Arcadibus vocatam fuisse scribit Theophr. cap.15.lib.9.histor. Vide suprà cap.8.lib.19.
q Ad parandum acetum scillinum.
r Et siccatur in vmbra. Dioscor.
s 40. diebus. Idem.
t Mina in sextarios duodecim. Idem.
v Apud Dioscorid. est, *τῷ στέατι*, quod eo loco significat, non *τῷ πιμελεῖ* nempe aut seuum, aut adipẽ, sed farinæ aqua subactæ massam paratam ad panificium. Vulgus pastã vocat. Hesychius *ζύμῃ*, quasi fermentum dicas. Eadem incuria Plinius lapsus est cap.6.lib.33.
x Cauendus scillę vsus ijs, quibus vlcerata sunt interanea. Dioscor.
y Crassa, *γλοιὦδη* per aluum educit.
z Veneficia solitos arcere, expiareq́ue noxios, prisceos homines scilla, ostendunt hi versus Hipponactis,
βάλλουσι τῷ χειμῶνι καὶ βασκίνῳ σκίλλῃ
ἀγροίκους καὶ σκιλλαποιμένας, οὐκ ἀστικούς.
Proiectas etiam statuas, & simulacra, per contemptum insultantes scilla imperebant. Theocritus in Thalysijs,
κ'ἐλὼ μὲν τοιοῦτ' ἔμβαν ὦ πάτερ φίλε, μέτι τυ παῖδες
ἀγραυλέοντι σκίλλασιν ὑπὸ πλευράτιν κρὶ ὤμως
τερπνὸν μαρίσκεσθαι, ὅτι κἤνοι τοιοῦτ' ἀοιδεῖ.
Scillas prope sepulchra etiam olim serebant. Vide prouerbiũ, Scillas sepulchro euellere, de amente & furioso. Theocr.
σκίλλας ἰὼν γρεῖας ἀπὸ σήματος ἀντίον ἕλκοις.
A Syluestres, quibus radicis cortex rubet. Infrà cap.10. lib.25. hoc genus pericarpum vocat.
B Oedematosos, & flatuosos, scirrosósve tumores.

De asparagis & corruda, & Libyco, & [a] orminio. CAP. X.

VTilissimus stomacho cibus asparagi, vt traditur. Cumino quidem addito inflationes stomachi colíque discutiunt, [3] ijdem oculis claritatẽ afferũt. Ventrẽ leniter molliũt. Pectoris & spinę doloribus intestinorumq́; vitijs prosunt, vino [4] cũ coquuntur addito. Ad lumborum & renum dolores, semen trium obolorum pondere, [5] pari cumini bibitur. Venerem stimulãt. Vrinam cient vtilissimè [6] præterquã quod [b] vesicam exhulcerant. Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & ex vino albo pota, calculos quoq; exturbat, lumborum & renum dolores sedat. Quidã & ad vuluæ dolorem radicem cum vino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra [7] elephãtiasin proficit. Asparago trito [8] cum oleo perunctum pungi ab apibus negant. Syluestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum vocant, Attici [9] orminium. Huius ad suprà dicta omnia efficacior vis, & [c] candidiori maior. Regium morbum extenuat. Veneris causa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam. Ad idem & semen valet cum anetho, ternis [10] vtrunque obolis. Datur & ad serpentium ictus succus decoctus. Radix miscetur radici marathri inter efficacissima auxilia. Si sanguis per vrinam reddatur, semen [11] asparagi, & apij, & cumini ternis obolis in vini cyathis duobus, quinis diebus Chrysippus dari iubet. [12] Sic & hydropicis contrarium esse, quamuis vrinam moueat, docet: Item Veneri: Vesicę quoque, nisi decoctum: quæ aqua si canibus detur, [d] occidi eos. In vino [13] decoctæ radicis succum, si ore contineatur, dentibus mederi.

2 & hormenia Vet.
3 Inter vtilissimos stomachi cibos asparagi traduntur. CH.
3 Hæc clausula vltima in M.d.
4 cum coquãtur addecto. CH.
5 parte. CH.
6 præter quod. M.
7 elephantiam. M.
8 ex. CH.
9 hormenium. Vet.
10 vtriusque. CH.
11 & aspar. CH.
12 Is &.
13 decoctum aqua. Si canibus. M.

ANNOTATIONES.

a Hormenio, *ἑρμιόνι, ἀπὸ τῆ ἑρμῆς*, quia Venerem excitat, *ἀφροδισιακῶτατον* vel. Vide suprà cap.8.lib.19.& Athenæum lib.2. apud quẽ scribitur perpetuo cum *ἑρμάνου* & *ἑρμάκτορ*. Porrò apud Iuuenal. Satyr.7. Aphrorum hormenia legendum est, vbi vulgò epimenia, vel epimendia legitur. Hormenium Auenionenses hodie vocãt *Romiocomin*, vocabulo ad Græcum nomen alludente.
b Præsertim corrudæ.
c Candidiores nascuntur locis aridioribus.
d Dioscorides id tantum fama hominumque seruationibus vulgatum affi.

De

De apio, & apiastro, & heleoselino, & oreoselino. CAP. XI.

APio gratia vulgò est. Nãque rami largis portionibus per iura innatant, & in cõdimentis peculiarem gratiam habẽt. Præterea [a] oculis illitum cum melle, ita vt subinde foueãtur feruenti succo decocti alijsq́; membrorum epiphoris, per se tritũ, aut cum pane, vel polenta impositum, mirè auxiliatur. Pisces quoque si ægrotent in piscinis, apio viridi [1] recreãtur. Verùm apud eruditos non aliud erutũ terra in maiore sententiarum [2b] varietate est. Distinguitur sexu. Chrysippus fœminam esse dicit crispioribus foliis & duris, crasso caule, sapore acri & feruido. Dionysius nigriorem, breuioris radicis, vermiculos gignentem. Ambo neutrum ad cibos admittendum, [c] imò omnino nefas: [d] nam id defunctorum epulis feralibus dicatũ [3] esse, visus quoque claritati inimicũ. Caule fœminę vermiculos gigni. Ideoq; eos qui ederint sterile fore, [4] mares fœminasq;. In [5] puerperijs verò ab eo cibo [e] comitiales fieri qui vbera hauriunt. Innocentiorem tamẽ esse marem. Eáque causa est, ne inter nefastos [6] frutices damnetur. [f] Mammarum duritiã impositis folijs emollit. Suauiores aquas potui incoctum præstat. Succo maximè radicis cum vino lumborum dolores mitigat. Eodem iure instillato grauitatem aurium. Semine vrinam ciet, [7] menstrua ac secũdos partus. Et si foueantur semine decocto, fugillata reddit [8] colori. Cum oui albo illitum, aut ex aqua coctum potumq́ue renibus medetur. In frigida tritum oris hulceribus. Semen cum vino, vel radix cum veteri vino vesicæ calculos frangunt. Semẽ datur & arquatis ex vino albo. [g] Apiastrum Hyginus quidẽ melissophyllon appellat. [9] Sed in confessa damnatione est venenatum in Sardinia. Contexẽda enim sunt omnia, ex eodem nomine apud Græcos [10] pendentia. Olusatrum quod Hipposelinum vocant, aduersatur scorpionibus. Poto semine torminibus [11] interaneis medetur. Itémque [h] difficultatibus vrinæ semen eius decoctum ex mulso potum. Radix eius in vino decocta calculos pellit, & lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus porum & illitum medetur. Succus eius algẽtes calefacit potus. Quartum genus ex eodem faciunt aliqui oreoselinon, palmum alto frutice ac recto, semine [i] cumino simile, vrinæ & menstruis efficax. Heleoselino vis priuata contra araneos. Sed & oreoselino fœminæ purgantur è vino.

1 creatum. Vet.
2 autoritate. M.
3 esse, in M.d.
4 Hæc duo verba in M. desinũt mares fœminasque. CH.
5 puerperis. M. & CH.
6 frutex. CH.
7 menstrua, secũdas, ac puerus. Vet. menstrua ac secũdas, partus. CH.
8 colorem. Vet.
9 Sed confessa. Vet.
10 splendentia. M.
11 interaneorũ Vet. & interaneis. CH.

ANNOTATIONES.

a Inflammatis. Dioscor.
b Noxium sit, an innoxium.
c Arnobius lib.5. aduersus gentes. Obliuioni etiam sacra Corybantia donentur in quibus sanctum mysterium illud traditur. Frater trucidatur à fratribus, interempti ex sanguine apium nascitur. prohibitum mensis olus illud apponi, ne à manibus mortui inexpiabilis contraheretur offensio.
d Apud Plutarchum Timoleuntis milites ad pugnã castris educti, mulis apium ferentibus obuijs infaustum augurium putauêre, quoniã apij coronæ sepulchris imponerentur, vnde prouerbij specie apio egere dicitur, qui periculosiùs ægrotat. Magius cap.17.2. Vide quod notatum in cap.8.19. & Alexand. ab Alex.cap.7.2. explicantem Ciceronis dictum, prætextam sibi texi apio. vbi quidam legunt Appio: & cap.26.5.
e Galenus in consilio pro epileptico, apium in comitialibus & laudat, & imperat.
f Lacte concreto turgidarum, *κατασταζόντων* Dioscor.
g Apiastrum Hyginus melissophyllon appellat, nõ quòd quicquam cognationis habeat cũ apij generibus, sed ab apibus, quia gratissimum illis sit. Apiastrum verò tanquam apium syluestre, hic ranunculum secundum, siue sardinium vocatum fuisse Plinius, quod equidem sciam, solus tradit: negligenter sanè & perturbatè diuersa hæc confundens.
h Stabilito, *στραγγουρίαις*. Dioscor.
i Anetho, Theophrastus cap.6.lib.7.histor. folijs & ramulis cicutæ. Dioscor. apud quem pro *περὶ κικεάλεως*, legendum *περὶ φοίνικος*.

De petroselino & ocimo. CAP. XII.

ALio genere petroselinon quidam appellant in saxis natum, præcipuum ad vomicas, cochlearibus binis succi additis in cyathum marrubij succi, atque [1] ita [2] aquæ calidę tribus cyathis. Addidere quidã [3] buselinon, differens breuitate caulis à satiuo & radicis colore ruffo, eiusdem effectus. [4] Prævalere contra serpẽtes potu & [5] linitu. Ocimum quoque Chrysippus grauiter increpuit, inutile stomacho, vrinæ, [a] oculorum quoque claritati. Prętereà insaniam facere & lethargos & [6] iocinoris vitia: ideóque capras id aspernari. Hominibus quoque fugiendum [7] censet. Addunt quidam, tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere: commãducatum & in sole positum, vermes afferre. [8] [b] Afri verò, si eo die feriatur quispiam à scorpione, quo ederit [9] ocimum, seruari non posse. Quinimo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis vel fluuiatilibus trito, conuenire ad id scorpiones [10] à proximo om-

1 ita, in Vet.d.
2 caldæ aquæ. CH.
3 & oposelinon. M.
4 Prævaler. Vet. Peculiare &c. potum & litum. Alij Vet. linitum M.
6 iocineris. CH.
7 censens. CH.
8 Afij. M.
9 ocimum, sanati. Quinimo. M.
10 ex. CH.

mo omnes. [11] Diodorus in empiricis, etiam pediculos facere ocimi cibum. Secuta ætas acriter defendit: [12] nam id esse [13] capras. Nec cuiquam mentem [14] motam: & scorpionum terrestrium ictibus, [15] marinorúmque venenis mederi ex vino, addito [16] aceto exiguo. Vsu quoque compertum deficiẽtibus ex aceto odoratu salutare esse. Item lethargicis & inflammatis [17] refrigerationi. Illitum capitis doloribus cũ rosaceo, aut myrteo, aut aceto: Item oculorum [c] epiphoris impositum ex vino. Stomacho quoq; vtile [18], inflationes & ructum ex aceto dissoluere sumptum. Aluũ sistere impositum, vrinam ciere. Sic & morbo regio & hydropicis [19] prodesse. Choleras eo & distillationes stomachi inhiberi. Ergo etiam cœliacis Philistio dedit: & coctum, dysentericis, [20] & colicis Plistonicus. Aliqui & in tenasmo & sanguinẽ excreãtibus in vino, duritia quoq; præcordiorum. Illinitur mãmis, [d] extinguitq; lactis prouentum. Auribus vtilissimum infantium, præcipuè cum adipe anserino. Semen tritum & haustum naribus, sternutamenta mouet, & [e] distillationes [21] quoque capiti illitum. Vuluas purgat in cibo ex aceto. Verrucas misto, [22] atramento sutorio tollit. Venerem stimulat. Ideo etiam equis asinisque admissuræ tempore fingeritur.

11 Diodorus. M. & CH.
12 nam, in Vet.d.
13 capras, nec minus quàm menthã aut rutam. Scorpionum. Vet.
14 mutari. M.
15 draconúmque marinorũ. Ex Dioscor.
16 aceti. CH.
17 refrigerãdis. Vet.
18 inflationis ructũ. M.
19 prodesse etiã cholericis. Eo distillationes M. prodesse, etiã cholericis. Destillationes. &c. CH.
20 & contra plistonicum. CH.
21 siccat capiti. Ex Dioscor.
22 ceramento. CH.

ANNOTATIONES.

a Copiosiore cibo ἀμβλυωπίᾳ in Dioscoridi.
b Contrà Dioscorides air, Aphros credere, si feriatur scorpione qui ocimum ederit, nullo dolore conflictari.
c Doloribus, ex vino Chio. Dioscor.
d Sumptum, lac enocat. Dioscor.
e De succo id Dioscor. tradit.
f Præter hæc Plinij, Plutarcho ocimum ab electro non trahitur, vt nec quæ oleo sunt illita. In sympos. iac.

De sylvestri ocimo, & eruca, & nasturtio, & ruta. CAP. XIII.

SYluestri [a] ocimo vis efficacior ad eadem omnia, peculiaris ad [b] vitia, quæ vomitionibus crebris contrahuntur. [1] Vomicisq; [2] vuluæ, contraque bestiarum morsus radix in vino est efficacissima. Erucæ semen scorpionum venenis & muris aranei medetur. Bestiolas omnes innascẽtes [3] corpori arcet. Vitia cutis in facie cũ melle illitum. Lentigines ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. Aiunt verbera [4] subituris potum ex vino, duritiam quandam contra sensum inducere. In condiendis obsonijs tanta est suauitas, vt Græci euzomon appellauerint. Putãt subtrita eruca si foueantur oculi, claritatem restitui. Tussim infantiũ [5] sedari. Radix eius in aqua decocta fracta ossa extrahit. Nã de Venere stimulãda diximus: tria folia sylvestris erucæ sinistra manu decerpta, & trita in aqua mulsa si bibantur. E contrario nasturtium [c] Venerem inhibet, animum [6] exacuit. Vt diximus, [d] duo eius genera. Alvum purgat, detrahit bilem [7] potum in aqua x. pondere. Cũ lomento strumis illitum opertumq; brassica præclarè medetur. Alterum est nigrius, quod [e] capitis vitia purgat. Visum [8] compurgat. Commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Lienem ex vino potum, vel cum [9] fico. Tussim ex melle, si quotidie ieiuni sumant. Semen ex vino omnia intestinorũ animalia pelli, efficacius addito mentastro. Prodest & contra suspiria & tussim cum origano & vino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos discutit cum pice, extrahitque [10] corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adijcitur ouorum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus verò è melle vtilissimè. Sextius adijcit, vstũ serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis dolores contrito & alopecias emẽdari addito sinapi, grauitatem aurium [11] trito imposito auribus cum fico. Dentium dolores infuso in aures succo. Porriginem & [f] hulcera capitis cum adipe anserino. Furunculos concoquit [g] cum fermento. Carbunculos ad suppurationem perducit, & rumpit. Phagedænas hulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cum polenta ex aceto illinitur: Item licheni: Item vnguibus scabris: quippe natura eius caustica est. Optimum autem Babylonium. Sylvestri verò ad omnia ea effectus maior. In præcipuis autem medicaminibus ruta est. Latiora satiuæ folia, rami fruticosiores. Sylvestris [12] horrida ad effectum est, & ad omnia acrior.

1 vomicis. Vet.
2 vuluæ, bestiarum morsui radice efficacissima. M. vuluæ contra bestiarum morsus è vino radice efficacissima. CH.
3 corpore. CH.
4 subituros poto &c. induere. Vet. legitur &, induere, in CH.
5 sedare. CH.
6 exacuit, vt diximus. Duo eius genera. Album. Vet.
7 potum x. pondere in aquæ vrt. CH.
8 quoque. Commotas. Vet. clarificat. Comm. Alij Vet.
9 fico sumptũ. CH.
10 corpore. Vet.
11 Tejto & imp. Alij.
12 feruida. Vet.

Succus

Succus exprimitur, tusa & aspersa modicè aqua, & in pyxide [h] Cypria asseruatur. Hic copiosior datus [i] veneni [13] noxiam obtinet, in Macedonia maximè iuxta flumẽ [14] Aliacmonem. Mirumque, cicutæ succo extinguitur: adeò etiam venenorum venena sunt, quando cicutæ succus prodest [k] manibus colligẽtium rutam. Cæterò inter prima miscetur antidotis, præcipuéque [l] Galatica. Quæcũque autem ruta & per se pro antidoto valet, [m] folijs tritis, & ex vino sumptis. Contra aconitum maximè & viscum. Item fungos, siue in potu detur, siue in cibo. Simili modo contra serpentium ictus, vtpote cùm muscelæ dimicaturæ cum his, rutam prius edendo se muniant. [15] Valent & contra [16] scorpionum ictus, & araneorum, apum, crabronum, vesparum aculeos, & cantharidas, ac salamandras, canisve rabiosi morsus: acetabuli mensura succus è vino bibitur, & folia trita vel commanducata imponuntur cum melle & sale, vel cum aceto & pice decocta. Succo verò perunctos aut eam habentes, negant feriri ab his maleficijs. Serpentesque, si vratur ruta, nidorem fugere. Efficacissima tamen est sylvestris radix cum vino sumpta. Eãdem adijciunt efficaciorem esse sub dio potam. Pythagoras & in hac marem minoribus herbaceisque coloris folijs à fœmina discreuit: eam lætioribus folijs & colore. Idem oculis noxiam putauit falsò, quoniam scalptores & pictores hoc cibo vtuntur oculorum causa. Cum pane quoque vel nasturtio satiuæ atque [17] sylvestris propter visum. Vt aiunt, multi succo eius cum melle Attico inuncti discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris puerum enixę, vel puro succo angulis oculorum tactis. Epiphoras cum polenta impositio. Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalea, cum farina hordeacea, & aceto. Eadẽ cruditates discutit, mox inflationes, [18] dolores stomachi veteres. Vuluas aperit, corrigitq; conuersas [19] illita in melle toto vẽtre & pectore. Hydropicis cum [20] ficu, & decocta ad dimidias partes, potaq; ex vino. Sic bibitur & ad pectoris dolores, laterumq; & lumborũ, tusses, suspiria: pulmonũ, iocinerum, renum vitia, [o] horrores frigidos. Ad [21] crapulę grauedines, decoquũtur folia poturis. Et in cibo vel cruda, vel decocta cõditáve prodest. Item torminibus in hyssopo decocta, & cum vino. Sic & sanguinem sistit [22] interiorem, & nariũ indita, sic & collutis dentibus prodest. Auribus quoque in dolore succus infunditur, custodito, vt diximus, modo. E sylvestri verò [23] contra tarditatem & sonitum cum rosaceo, vel cum laureo oleo, aut cumino & melle. Succus & phreneticis ex aceto tritæ instillatur in tempora & cerebrum. Adiecerunt aliqui & serpyllum, & laurum, illinentes capita, & colla. Dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendum. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ [24] succũ in cyathis quatuor ante accessiones, quarum frigus intolerabile est: alsioside crudam in cibo. Vrinã quoque vel cruẽtam pellit. Fœminarum etiam purgationes, secundasque, etiam emortuos partus, vt Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Itaque [25] illitam & vulvarum causa etiam suffire iubet. Diocles & cardiacis imponit ex aceto & melle cũ farina hordeacea. Et cõtra ileum decocta farina in oleo, & velleribus collecta. Multi verò & contra purulentas excreationes siccæ drachmas duas, sulphuris vnam & dimidiam sumi censent: Et contra cruentas, ramos tres in vino decoctos. Datur & dysentericis cum caseo in vino contrita. Dederunt & cum bitumine infriatam potioni propter anhelitum. Ex alto lapsis [p] seminis tres [26] vncias. Olei libra, viniq; sextario illinitur cum oleo coctis folijs [27] partibus quas frigus [q] adusserit. Si vrinã mouet (vt Hippocrati videtur) mirum est quosdam dare velut inhibentẽ [28] potui contra incontinentiam vrinæ. Pforas & lepras cum melle & alumine illita emendat. Item vitiligines, verrucas, strumas, & similia, cum strychno [29] & adipe suillo ac taurino seuo. Item ignem sacrum ex aceto & oleo, vel psimmythio: carbunculum ex aceto. Nonnulli laserpitium vnà illini iubent, sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponunt & mammis turgentibus decoctam, & pituitæ [r] eruptionibus cum cera. Testium verò epiphoris cum ramis laureę [30] teneris, adeò peculiari in visceribus his

13 noxam. M.
14 Anacimum. CH.
15 Valet. Vet.
16 scorpionũ, & contra araneorum &c. ictus, expuncto. CH.
17 sylvestris succo, multi, vt aiunt, propter visum cum melle. Vet.
18 & dolores. Dal.
19 illito cum. Vet.
20 fico. CH.
21 crapulam & grauedines. Vet.
22 interioribus indita. Alij. Aiij ex Dioscoride sistit, trita & naribus indita.
23 contra tarditatem vorò sonũque. Ch.
24 succum cyathis quatuor & ante. Vet.
25 illini & vul cauet. suffiri. Vet.
26 drachmas. Vet. octo. Alij Vet.
27 aretibus quos. M.
28 potui. Vet.
29 cum adipe suillo, hircino, ac taurino. Vet.
30 teneris. Adeo peculiaris est in viscer. his effectus. M.

effectu, vt syluestri ruta cum axungia veteri illitos [s] ramices sanari prodant. Fracta quoque membra semine trito cum cera impositio. Radix rutę sanguinem oculis suffusum, & toto corpore cicatrices aut maculas illita emẽdat. Ex [31] reliquis quę tradũtur, mirum est, cùm feruentem rutæ naturam esse conueniat, fasciculum eius in rosaceo decoctum addita vncia aloes, perunctis sudorem reprimere. Itemque [32 t] generationes impediri hoc cibo, ideo [33] profluuio genitali datur, & venerem crebrò per somnia imaginantibus. Præcauendum est grauidis, abstineant hoc cibo: necari enim partus inuenio. Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoq; morbis in maximo vsu est, siue difficilè spirantibus, siue cõtra maleficorum animalium ictus, infusa per nares ex vino: aut si [34] sanguisuga exhauserit, ex aceto: & [35] quocunque in simili morborum genere, vt in homine [36] temperato.

31 reliquis quoque quæ. M.

32 generationem impedire. CH.
33 in profl. CH.

34 sanguisugam hauserint.
35 in quoc simili. Vet.
36 temperata. Vet.

ANNOTATIONES.

a Sic Plinius appellare videtur ocymoides Dioscoridis: quanquam facultates à Plinio memoratas Dioscorides multas tacet.
b Ventriculi imbecillitatem.
c Dioscoridi Nasturtij semen σωσυσίαιον παραμιᾶ. Cassianus in Geoponicis cap. 27. lib. 12. πάρδαλιαγχον φασὶ πάρδαλιν ἐρεθισθεῖσαν ἀναπηδᾶν, sicut & Plinius. πάρδαλιαγχον Græci vocant ἀπὸ τῆς παρδάλεως, quòd cordatos & prudẽtes facit. Aiunt enim τὰς ἰδιοτίδας παρδάλεως διεγείρας τὴν λιβιδινικὴν γίνεσθαι. Sputũ & vrinam inhibere iidem tradunt, ob validam siccandi vim: ideoq; Persis in vsu frequenti esse, qui meiere, spuere, mungi coram alijs turpissimum putant. Rhodig. cap. 24. 26. Vide suprà ca. 8. lib. 19. Itaq; Ammianus Marcel. scribit Persarum cadauera ob victus parsimoniam durescere stipitum more, nec in saniem liquari, nostra verò mox cæsa tabescere, ac putrescere, vt mortui nullius facies post quatriduum agnoscatur.
d Nempe syluestre & hortense, quod indicant quæ inox sequũtur. Syluestri verò &c. Syluestris nullam Dioscorides mentionẽ facit, nec albi & nigri seminis.
e Sternutatione prouocata.
f Dioscoridi fauos purgat, τὰ κήρια.
g Illitum cum muria. Dioscor.
h Aeris Cyprij.
i De herba id Dioscor. non de succo.
k Nam quod ait Colum. ca. vlt. li. 11. nisi velata & tecta manu ruta tractetur, prurigo & tumor incessit perniciosáque vlcera nascuntur. Dioscoridi verò, dum colligitur ad muriam, præsertim montana, cutem inflat cum rubore, prurieu, & inflãmatione vehementi.
l Syluestrem tantùm rutam è Galatia Dioscor. laudat.
m De rutæ semine id Dioscor. non de herba.
n Graues oculorum dolores, ὀφθαλμίας.
o Febrium, circuitu repetentes. Dioscor.
p Vt fundatur ac liquetur sanguis, qui concretus est.
q Adurere frigus dicitur, quoniã quę eius vehementia moriuntur, extincto suo calore, nigrescant perinde ac igne exusta. Virg. 1. Georg. *---aut Boreæ penetrabile frigus adurat.* Lucanus,

Prebant montana nines.

Tacitus. *13. Ambusti multorum artus vi frigoris, & quidam inter exercitias examinati sunt.*

Quod penetrabile frigus dixit Virgil. id Lucretius nũc penetrale vocat, nunc manale. Magius cap. 17. lib. 1.
r τῶν ἐξωθουμένων, eruptionibus papularum, cum myrto & cerato. Dioscor.
f Sic herniam carnosam testium τῶν σαρκωδῶν vocat. Ramices autem, pulmonis venas Plautus vocat in Mercatore,

Tua cassa rupi ramices: iamdudum sputo sanguinem.

Char. *Refinum ex melle Aegyptium torato salsum fecerit.*

In Pœnulo, *Tua e cussa nemo nostrum est ruptarus ramices.*

Herniam ἀπὸ τῆ ἥρνης, & ramicem à ramo, per lasciuiam appellarunt, quòd intestinum, cùm in scrotum descendit, ramum facere videatur. Scaliger.
t Inde πάγκαυρον ea dicitur, ἐπὶ παγκύλῃ τῶν γονῶν, quoniam genituræ densat & spissat.

De mentastro, & menta, & pulegio, & nepeta, & de cumino. CAP. XIIII.

MEntastrum syluestris menta est, differẽs specie foliorũ quasi figura ocimi [a] pulegij [1] colore. Propter quod quidam syluestre pulegium vocant. [b] Iis commãducatis & impositis sanari elephãtiasin, Magni Pompeij ętate, fortuito cuiusdã experimento propter [2] pudorem facie illita compertum est. Eadem illinuntur bibunturq; aduersus scolopendras, & serpentium ictus, drachmis duabus in vini cyathis duobus. Aduersus scorpionum ictus cum sale, oleo, & aceto. Item aduersus scolopẽdras ius decocti. [3] Aduersusque omnia venena seruãtur folia arida, ad farinæ modũ. Substratum vel accensum [4] fugat scorpiones. Potum fœminas purgat à partu: sed partus [5] necat. Orthopnoicis, torminibus [6] cholericis efficacissimum: Item lumbis, podagris impositum. Succus auribus verminosis instillatur. In regio morbo bibitur. Strumis illinitur. Somnia Veneris inhibet. Tineas pellit [7] ex aceto potum. Contra porriginem ex aceto infunditur capiti in Sole. Mẽtæ ipsius odor animum excitat, & sapor auiditatem in cibis, ideò embammatum misturæ familiaris. Ipsa acescere [c] aut coire [8] densereque lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur. [9] Datur in aqua aut mulso: eadem vi [d] resistere & generationi creditur, [10] cohibẽdo [11] genitalia densari. Æquè maribus ac fœminis sistit sanguinem: & purgationes [12] fœminarum inhibet. Cum amylo ex aqua pota, cœliacorũ impetus. Syriation & vomicas vuluæ curauit. Ille & iocinerum vitia ternis obolis ex mulso datis. Irẽ sanguinem excreantibus in sorbitionem. Hulcera in capite infantiũ mirè sanat. Arterias humidas siccat, siccas astringit. Pituitas corruptas purgat in mulso & aqua. Voci succus [e] sub certamine vtilis duntaxat, qui & [13] gargarizatur vua tumente,

a odore. Dioscor.

2 putorem. M.

3 Aduersus omnia. M.

4 fugat etiam. CH.

5 necat. Ruptis, conuulsis, sed parcius orthopnoicis. M.
6 choleris. CH.
7 cum sale & melle. Dioscor.

8 densatrique. Dal. vt paulo post. deseriquę. CH.
9 Data. M. & CH.
10 prohibẽdo genitalia densari æquè maribus ac fœminis. Sillic. sang. Vet.
11 genitalij. CH.
12 fœminarum. Inhibet cum am. M.

13 gargaridiatur CH.

tumente, adiecta ruta & coriãdro ex lacte. Vtilis & cõtra tonsillas cum alumine, linguæ asperæ cum melle. Ad cõuulsa intus per se vitijsq; pulmonis. Singultus [14] & vomitiones sistit [f] cum succo granati, vt Democritus monstrat. Recentis succus nariũ vitia spiritu [15] subductus emendat. Ipsa trita choleras, in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Illeum etiam imposita cum polenta: & si mammæ tendantur. Illinitur & temporibus in capitis dolore. Sumitur & contra scolopendras, & scorpiones marinos, & ad serpentes. Epiphoris [16] illinitur, & omnibus in capite eruptionibus: item sedis vitijs. Intertrigines quoque, vel si teneatur tãtùm, prohibet. Auribus cum [17] mulso instillatur. Aiũt & lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne vellatur: si is qui mordeat, dicat se lieni mederi, per dies ix. Aridæ quoq; farinam tribus digitis apprehensam & stomachi dolorem sedare in aqua: & similiter [18] aspersam in potionem, ventris animalia expellere. Magna societas cum hac ad recreãdos defectos animo pulegio [19], cum surculis suis in ampullas vitreas aceti [20] vtriusq; delectis. Qua de causa dignior è pulegio corona [21] vertigini, quàm è rosis, cubiculis nostris pronũtiata est. Nam & capitis dolores imposita dicitur leuare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorum æstusq; iniuriam, & ab siti traditur: neque æstuare eos, qui duos è pulegio surculos impositos auribus in Sole habeant. Illinitur etiam in doloribus cũ polenta & aceto. [22 g] Fœmina efficacior. Est autem hæc flore purpureo. Mas candidum habet. Nauseas cum sale & poleta in frigida aqua pota inhibet. Sic & pectoris ac vẽtris dolorem. Stomachi autem ex aqua [23] item rosiones sistit, & vomitiones cũ aceto & polenta. Intestinorum vitia melle decocta & nitro sanat. Vrinam pellit ex vino: & si ammineum sit, & calculos, & interiores omnes dolores. Ex melle & aceto sedat [24] menstrua, & secundas. Vuluas conuersas corrigit. [25] Defunctos partus eijcit. Semen obmutescentibus [26] olfactu admouetur. Comitialibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquæ [h] insalubres bibendæ sint, tritum aspergitur. [i] Salsirudines corporis, si [27] cum vino tradatur, minuit. Neruorum causa & in contractione cum sale & aceto & melle [28] confricatur [29] opisthotono. Bibitur ad serpẽtium ictus decoctum: ad scorpionum in vino tritum, maximè quod in siccis nascitur. Ad oris exhulcerationes, ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus, [30] pulices necat odore. Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessionem olfactãdum dari, aut stragulis subijci, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit. Syluestri ad eadem vis efficaior est, quod simile est [31] origano, minoribus folijs, quã satiuum: & à quibusdam [32] dictamnus vocatur. Gustatum à pecore capriscque, balatum concitat. Vnde quidam Græci literas mutantes [33 k] blechon vocauerunt. Natura tam feruens est, vt illitas partes exhulceret. [34] In tussi ex perfrictione fricari ante balnea conuenit, & ante accessionum [35] horrorem conuulsis & torminibus. Podagris mirè prodest. [36] Hepaticis cum melle [l] & sale bibendum datur: pulmonum vitia excreabilia facit. Ad lienẽ cum sale vtile est, & vesicæ, & suspirijs, & inflationibus, [37] decoctum succo æqualiter: & vuluas corrigit: & contra scolopendram terrestrẽ vel marinam, itẽ [38] scorpiones: priuatimq; valet contra hominis morsum. Radix cõtra [m] increscentia hulcera recens potentissima. Arida verò cicatricibus decorẽ affert. Item pulegio est nepetæq; societas. Decocta enim in aqua ad tertias discutiunt [n] frigora, mulierumq; menstruis prosunt. Et æstate sedant calores. Nepeta quoque vires contra serpentes habet. Fumum ex ea nidoremq; fugiunt, quam & substernere in metu [39] obdormituris vtile est. Tusa ægilopis imponitur, & capitis doloribus recens cum tertia parte panis tẽperata aceto illinitur. Succus eius instillatus narib. supinis, profluuium sanguinis sistit. Item radix, [40] quæ cum myrti semine in passo tepido gargarizata anginis medetur. Cuminum syluestre est prętenue, quaternis aut quinis folijs veluti serratis. Sed & satiuo magnus vsus, in stomachi præcipuè remedijs. Discutit [o] pituitas & inflationes, tritum & cum pane sumptum, vel potum ex aqua vinoque: tormina quoque & intestinorum dolores. Veruntamen omne [p] pallorem bibenti-

14 vt. CH.

15 subducto. Ver.

16 linitur. CH.

17 mulso. Dioscor.

18 aspera potione. CH.

19 surculis in amp. Vet.
20 vtrisque. M.
21 Varroni, quã è rosa. CH.

22 Fœminæ efficacius. CH.

23 interciſiones sistit. M.

24 menstrua. Secundas & vuluas. Vet.
25 defunctis. CH.
26 olfactum. CH.

27 omnino tractetur.
28 infricatur CH.
29 & in opisth. Ver. in op. CH.

30 culices. Vet.

31 pulegio, sed folio maiore. Dioscor.
32 dictamnum. Vet. dictamnos CH.
33 blechona. M. litera mutata biechonen. CH.
34 Tussi inter frictiones fric. an. balinea. CH.
35 horrorem Conuul. torm. & podag Dal.
36 pasticis CH.
37 decoctum. Succus æqualiter & vul. Dul.

38 scorpiones valet, priuatimque contra. Dal.

39 eo dormituris. CH.

40 quæ cum semine in balneo garg. M.

bus gignit. Ita certè ferunt Porcij Latronis clari inter magistros dicendi adsectatores similitudinẽ [41] coloris studijs contracti imitatos: & paulò antè Iulium Vindicẽ q adsertorem illum à Nerone libertatis, [r] captatione [42] testamenti sic lenocinatum. Narium sanguinem pastillis inditum, vel ex aceto recens sistit. [43] Et oculorum epiphoris per se impositum, [s] tumentibus cũ melle prodest. Infantibus imponi in [44] vẽtre satis est. Morbo regio in vino albo à balineis datur.

41 palloris.
42 testamentis. CH.
43 Testiculorũ. Dios.
44 ventrali. Dal.

ANNOTATIONES.

a Dictamni, Rond. Nam dictamno, vt menthastro folia lomẽtosa, cana, alba: pulegio verò minimè talia. At cùm Dioscorides hæc de se cundo calaminthes genere ad verbum scripserit, & de trium calaminthes specierum facultate in vniuersum tradiderit, quæ Plinius de menthastri viribus prodit, rerũ ignoratione mẽthastrum cum primo calaminthes genere, quòd folijs est ocymi, & cum secundo, quod folijs est pulegij, confudisse arbitror Plinium, vocibus μίνθῃ & καλαμίνθῃ deceptum.
b Dioscoridi calaminthe esitata prodest elephanticis, si lactis setum postea bibatur.
c Cassiano cap. 24. lib. 12. Geoponicõn, iniecta mentha lacti, spissari prohibet, etiamsi coagulum immixtum sit. Idem rebus Venereis incommodam esse tradit, quemadmodum & Hippocrates lib. 2. τῶν διαίτων, & Aristor. Problemate 2. sect. 20. contra quàm Dioscorides scripsit τὰ ἀφροδίσια ἐμβάλλειν.
d Vuluæ ante coitum admota conceptum impedit, Dioscor. Idipsum scripsit & Hippocrates lib. 2. de diæta.
e Musicorum & φωνάσκων. Iuuat autem, quia fluxionem sistit in fauces euntem, & raucedines efficientem.
f Ternis ramulis potis cum succo granati acidi. Dioscor.
g De hac maris & fœminæ distinctione nihil Dioscorides.
h Præsertim si pigræ & stagnantes.
i Pruritus à falsa pituita cõcitatos. Suspicor in exemplari Græco fuisse ἀλόπεκας, id est, anxietates, quas Hippocrates Aphoris. 56. lib. 7. discuti ait vino, pari aquæ portione diluto, eamque vocem inepte à Plinio falsitudinem versam fuisse.
k βλέχωρ pro γλέχωνι.
l Inepte apud Dioscoridem, μετ' ἀλόης τοῖς μάλιστος πεθῶσι ἀπάγει τὰ ἐν πτόμασιν: legendum enim μετὰ κόλλης. Corn.
m In quibus caro supra modum excrescit.
n Quæ accessionum febrilium principijs inuadunt.
o Vaporosos & crassos spiritus è pituita genitos.
p Horat. epist. 3. lib. 1. — *quòd si*
Pallerem casu, biberent exangue cuminum.
Pallens cyminum vocat & Persius Saty. 5.
q Is cùm Gallias pro prætore regeret, à Nerone primus omniũ qui exercitibus præerant, defecit. Sueton. in Nerone cap. 40.
r In captatione testamenti (cùm eius testamentum, ac hæreditatẽ Nero captaret) sic lenocinatum fuisse, Neronis cupiditati & voluntati obsecutum, vt eius amicitia & beneuolentia summos honorum gradus consequeretur, dum pallido colore simularet aduersa valetudine se premi, qua breui periret.
s Hernia præsertim aquosa, vel flatuosa.

De cumino AEthiopico, quod vrinam stringit, & de cappari, & de ligustico siue panace, & cunila bubula. CAP. XV.

1 celeigmate. Vet.
2 acriorũ vrina. CH.

a AEthiopicum maximè in posca, & in [1] ligmate cum melle. Africano priuatim vrinæ [b] incontinentiam cohiberi putant. Satiuum datur ad iocineris vitia tostum, tritum in aceto. Item ad vertiginem. Iis verò, quos [2] acriore vi vrina mordeat, in [c] dulci tritum vino. Ad vuluarum vitia [d] in vino: præterq; impositis vellere folijs: [e] testium tumoribus, tostum, tritumq; cum melle, aut cum rosaceo & cera. Syluestre ad omnia eadem efficacius. Præterea ad serpentes cum oleo, ad scorpiones, ad scolopendras. Sistit & [f] vomitionem nauseasq; ex vino, quantum apprehenderint tres digiti. Propter colum quoque bibitur, illinitúrque, vel penicillis feruens [3] adprimitur fascijs. Strãgulationes vulq; potum in vino aperit, tribus drachmis in tribus cyathis vini. Auribus instillatur ad sonitus arq; tinnitus cum [4] seuo vitulino, vel melle. Suggillatis illinitur cũ melle, & vua passa, & aceto. Lentigini nigrę ex aceto. Est cumino similimum, quod Græci vocant ammi. Quidam verò Æthiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates [g] regium appellat, videlicet, quia efficacius in Ægypto iudicauit. Plerique alterius naturæ in totum putant, quoniam sit exilius & candidius. Similis autem & huic vsus. Nãque & panibus Alexandrinis [5] subditur, & [6] cõdimentis interponitur. Inflationes & tormina discutit. [7] Vrinam & menstrua ciet. Suggillata & oculorum epiphoras mitigat. Cũ lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus: priuatimque cerastarum, cum pari portione [8] myrrhæ. Colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum vua passa aut resina, [9] vuluas purgat. Tradunt facilius cõcipere eas, quæ odorẽtur id per coitũ. De cappari satis diximus inter peregrinos frutices. Non vtendum transmarino: innocẽtius Italicũ est. Ferunt, eos qui quotidie id edũt, paralysi nõ periclitari, nec lienis doloribus. Radix eius vitiligines albas tollit, si [10] trita in Sole fricẽtur. [11] Spleneticis prodest in vino potu radicis cortex duabus drachmis, [h] dempto balinearũ vsu. Feruntq; [i] xxxv. diebus per vrinam & aluum totum lienem emitti. Bibitur in lumborum doloribus ac paralysi. Dentium dolores sedat tritum ex aceto semen [12] decoctum, vel manducata radix. Infunditur & aurium dolori decoctum oleo. Hulcera quę phagedænas vocant, folia & radix recens cum melle sanãt. Sic [k] & strumas discutit radix: parotidas

3 adstringitur. M.
4 sebo. CH.
5 subigitur. Vet.
6 alimentis. M.
7 vrina as. CH.
8 myrnæ. CH.
9 vuluam. CH.
10 tritæ. CH.
11 Splenitis. CH.
12 vel decoctum. CH.

parotidas [13] vermiculósque cocta in aqua. [14] Iocineris quoque malis medetur. Dant & ad [15] tineas in aceto & melle. Oris exhulcerationes in aceto decocta tollit, stomacho [16] inutiles esse inter autores conuenit. Ligusticum (aliqui [l] panacem vocant) stomacho [17] inutile est. Item cõuulsionibus & inflationibus. [m] Sunt & qui cunilam bubulam appellauerint, vt diximus, falsò.

13 auriumque vermiculos. Ver.
14 Iocineris dolori tusa cum farina hordeacea imponitur. Vesicæ quoque &c. CH.
15 tæmias. CH.
16 inutilem. Ver.
17 vtile. Ver. & ex Dios. nam cochleæ iuuat. Legitur &, vtile, in CH.

ANNOTATIONES.

a Hodie etiamnum è Melita cumini genera duo afferunt: alterum acrimoniæ vehementioris, subnigrum, quod vocant *cuminum fontis*: alterum candicans, gustus lenioris, subdulce, quod appellant *cuminum dontes* (ab Hippocrate regium hoc vocari ait Dioscorides:) ea diuersitate quæ in fœniculo dulci fatuo, & acri syluestri spectatur.
b ἀκρόλιθον. Nec de hac facultate Dioscorides quicquam prodidit, nec de cumino Africano.
c τῷ γλυκεῖ, vino passo.
d Ore sumptum.
e Dioscoridi cyminum satiuum prodest collectionibus testiculorum admotum cum vua passa, aut lolij farina, & cerato. Syluestre verò eidem morbo cum melle & vua passa.
f Singultui & stomacho fluctuantis humoris copia exoluto confert. Dioscor.
g Quæ regum imperio paret. Probabilius est sic dictum per ἀντιφρασιν, quòd regia mensa dignum esset.
h Ne splenetici medicamẽti vim ab interioribus visceribus ad externas partes euocent, & sic impediant.
i Quadraginta diebus lienem abstumi, crementaſque vrinas reddi, & alui purgamenta. Dioscor.
k Et duritias, σκληρίας. Dioscor.
l Nec abs re, quia panaci Heracleotico, radice, caule, viribus, simile est. Dioscor.
m Crateuas ligusticum nomine cunilæ bubulæ vocandũ censuit, & falsò, quoniam cunila bubula origanum syluestre est.

Item de cunila bubula, gallinacea siue origano heracleotico, cunilagine molli, libanotide, cunila satiua & montana. CAP. XVI.

1 Et, in Ver. d.

a CVnilæ præter satiuam plura sunt in medicina genera. Quæ bubula appellatur, semen pulegij habet, vtile ad vulnera commanducatum impositumque, vt quinto post die soluatur. [1] Et contra serpentes in vino bibitur, ac tritum plagæ imponitur. Vulnera ab ijs facta perfricantur. Item [b] testudines cum serpẽtibus pugnaturæ hac se muniunt: quidámq; in hunc vsum [3] panacem vocant. Sedat & tumores, & virilium mala sicca, vel folijs tritis, in omni vsu mirè congruens ex vino. Est alia cunila, gallinacea appellata nostris, Græcis [4] origanum heracleoticum. Prodest oculis trita addito sale. Tussim quoque emendat & iocinerum vitia. Laterum dolores cum [5] farina, oleo & aceto in forbitionem temperata. Præcipuè verò serpentiũ morsus. Tertium genus est eius, quæ à Græcis mascula, à nostris cunilago vocatur, odoris fœdi, radicis [6] lignosæ, folio aspero. Vires eius vehementissimas in omnibus [7] generibus earum tradunt. Manipulo quoq; eius abiecto, omnes è tota domo [c] blattas conuenire ad eam. Priuatim aduersus scorpiones ex posca pollere. Tribus folijs ex oleo perunctо homine, fugari serpentes. Econtrario quæ mollis vocatur, pilosioribus folijs ac ramis & aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis [8] tractu eius cohærescentibus. Altera thuris, [d] quàm [9] libanotidem appellamus. Medetur vtraq; cõtra serpentes ex vino vel aceto. Pulices etiam contritæ cum aqua sparsæ necant. Satiua quoque suos vsus habet. Succus eius cum rosaceo auriculas iuuat. Ipsa ad ictus bibitur. [10] [e] Fit ex ea montana, serpillo similis, efficax contra serpentes. Vrinam mouet: purgat & à partu mulieres. Concoctionem mirè adiuuat, & ad cibos [11] auiditatem. Vtraque vel in cruditate ieiunis in potione aspersa. Luxatis quoq; vtilis. Contra vesparum & similes ictus, ex farina hordeacea & posca, vtilissima. Libanotidis alia genera [f] suis dicentur locis.

2 ob hunc. Vet.
3 panaceam. CH.
4 originũ syluestre & panax heracleus. Ex Dios.
5 farre. CH.
6 linosæ. CH.
7 his gener. CH.
8 tactu. M. & CH.
9 libanotidam appellauerimus. CH.
10 est & altera mõr. Vet.
11 auiditatem vtraque. Dal.

ANNOTATIONES.

a Cunila satiua, satureia hortensis. Cunila montana, satureia syluestris. Cunila Gallicana, origanum Heracleoticũ. Cunila bubula, origanum syluestre. Cunilago, conyza. Crateuas ligusticũ, quod & panaces dicunt, falsò cunilam bubulam vocauit suprà cap. 8. 19. circa finem. Hæ sic distinguẽdæ sunt appellationes. Cũ historia cunilę bubulæ polycnemi descriptionem autor confundit, quã fusiùs deinde repetit cap. 14. lib. 26. Cunila capitata ca. 10. lib. 32. Polycnemum, Sereno cephalote.
b Plutarchus lib. de solertia animal. Arist. lib. 9. hist. animal.
c Culices abigit, pulices necat. Dioscor.
d Nihil horum Dioscor. in historia tertiæ Conyzæ. Plinius inscienter miscet hæc omnia.
e De Heracleotico id Dioscorides.
f De libanotide iam tractauit cap. 12. & vlt. lib. 19.

De piperiti & origano, & oriti prasio, & tragorigano, & heraclio, & lepidio, & de gith, siue melanthio, & aniso. CAP. XVII.

1 Castor taliter. M.

a PIperitis, quam & siliquastrum appellauimus, cõtra morbos comitiales bibitur. [1] Castor & aliter demonstrabat, caule rubro & longo, [1] densis geniculis, folijs lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, vtilem gingiuis, dentibus, oris suauitati & ructibus.

ructibus.c Origanum [2] quod in ſapore cunilæ æmulatur, vt diximus, plura genera in medicina, habet: onitin vel praſion appellant, non diſsimile hyſſopo. Priuatim eius vſus contra [3] roſiones ſtomachi in tepida aqua, [4] & cruditates: cõtra [5] araneas ſcorpionéſque in vino albo: luxata & incuſſa in aceto, & oleo, & lana. Tragoriganum ſimilius eſt ſerpillo ſyluestri. Vrinam ciet, tumores diſcutit, contra viſcum potum viperæque ictum efficaciſsimum, ſtomachóque acida ructanti & [d] pręcordijs. Tuſsiẽtibus quoq; cum melle datur, & pleuriticis, [6] & peripneumonicis. [7] e Heracliũ quoq; tria genera habet, nigrius latioribus folijs, glutinoſum. Alterũ exilioribus, mollius, [f] ſampſucho non diſsimile, quod [8] aliqui, praſion vocare malũt. Tertium eſt [h] inter hæc medium, minus quàm cętera [9] efficax. Optimum autem Creticũ. Nam & iucũdè olet. Proximum Smyrnęũ. [10] Deinde [i] Heracleoticũ, ad potũ vtilius, quod onitin vocant. [k] Cõmunis autem vſus ſerpẽtes fugare, percuſsis eſui dare decoctum, potu vrinam ciere, ruptis, conuulſis [11] mederi cum panacis radice, hydropicis cũ fico, aut cum hyſſopo, acetabuli menſuris decoctũ ad ſextam. Item ad ſcabiem, pruriginem, pſoras [l] in [12] deſcẽſione balinearum. Succus auribus infunditur cum lacte. Tonſillis quoq; & vuis medetur, & capitis hulceribus. [m] Venena opij & gypſi extinguit decoctum, ſi cum [n] cinere in vino bibatur. Aluum mollit acetabuli menſura. Suggillatis illinitur. Item dentium dolori, quibus etiam & candorẽ facit, cũ melle & nitro. Sanguinem narium ſiſtit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias aſperas cum galla & melle teritur: ad lienem folia cũ melle & ſale. Craſsiores pituitas & [13] nigras extenuat coctum cum aceto & ſale, ſumptum paulatim. Regio [14] morbo tritum cũ oleo in nares infunditur. Laſsi perunguntur ex eo, ita vt ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice ſanat. Furũculos aperit cũ fico trita. Strumas cũ oleo & aceto & farina hordeacea. Lateris dolores cũ fico illitum. Fluxiones ſanguinis in genitalibus tuſum, ex aceto illitum. Reliquias purgationum à partu. [o] Lepidiũ inter vrentia intelligitur. Sic & in facie cutem emendat exhulcerando, vt tamen, cera & roſaceo facilè ſanetur. Sic & lepras & pſoras tollit ſemper facilè, & [15] cicatricũ hulcera. Tradunt in dolore dentium [p] ad alligatum brachio quà doleat, [16] [q] compeſcere dolorẽ. Gith ex Græcis, alij melanthion, alij [17] melaſpermon vocant. Optimũ, quàm excitatiſsimi odoris, & quàm nigerrimũ. Medetur ſerpentium plagis & ſcorpionũ. Illini ex aceto ac melle reperio, incẽſoq; ſerpentes fugari. Bibitur drachma vna [18] cõtra araneos. Diſtillationem narium diſcutit tuſum in linteolo olfactum. Capitis dolores illitum ex aceto & infuſum naribus. Cum irino oculorum epiphoras & tumores. Dentium dolores coctum [r] cum aceto. Hulcera oris tritum aut commãducatũ. Item lepras & lentigines ex aceto. Difficultates ſpirandi addito [19] nitro potum. Duritias tumoréſque veteres & ſuppurationes illitum. [20] Lac mulierum auget cõtinuis diebus ſumptum. Colligitur ſuccus eius, vt hyoſcyami. Similiterq; [21] largior venenũ eſt, quod miremur: [s] cùm ſemen gratiſsimè panes etiam cõdiat. Oculos quoq; purgat: vrinã & menſes ciet. Quinimo linteolo [22] [t] alligaris tantùm granis xxx. ſecundas trahi reperio. Aiunt & [v] clauis in pedibus mederi tritum in vrina: culices ſuffitu necare: item muſcas. Et aniſum aduerſus ſcorpiones ex vino bibitur, Pythagoræ inter pauca laudatũ, ſiue crudum, ſiue decoctũ. Item viride aridúmve, omnibus quę condiuntur, quæq; intingũtur deſideratũ. [x] Panis etiã cruſtis inferioribus ſubditũ. [y] Saccis quoq; additur. Cũ amaris nucibus vina cõmendat. Quin ipſum oris halitũ iucũdiorẽ facit, fœtoremq; tollit mãducatũ maturinis cũ ſmyrnio, & melle exiguo, mox vino collutũ. Vultum iuniorẽ præſtat. Inſomnia leuat ſuſpenſum in puluino, vt dormiẽtes olfaciant. Appetentiã ciborũ præſtat, quando id quoq; inter artificia deliciæ fecere, ex quo labor deſijt cibos poſcere. Ob has cauſas quidã [z] anicetũ id vocauere. Laudatiſsimũ eſt Creticũ, proximũ Ægyptiũ. Hoc [A] liguſtici vicẽ præſtat in condimentis. Dolores capitis leuat ſuffitũ naribus. Epiphoris oculorũ [24] è vino radicẽ eius tuſam imponit Iollas: Ipſum cũ croco pari modo & vino, & per ſe tritum cum polenta

2 quod ſapore cunilam æmulatur. Vet.

3 torſiones M.
4 & cõtra crud CH.
5 araneos. M. ſic & hoc ipſo capite poſt paulò.

6 & peripneumonicis, in M. d. peripleumeticis CH.
7 Origanũ quo. tria gen. habet, Heracleoticũ nigrius. Ex Dioſcor.
8 aliqui onitem. Ex Dioſcor.
9 efficax autẽ. Optimum Creticum. M.
10 Dorius. CH.

11 medetur. Vet.

12 deceſsione. M.

13 nigra. Vet.
14 mortuo prodeſt. Tritum. Vet. & ex Dioſc.

15 hulcerum cicatrices. Vet.
16 conuertere. CH.
17 melãſpermõ. Dal.

18 & contra. CH.

19 vino. Vet.
20 Lacte. CH.
21 largius. Vet.

22 illigatis. M.

23 colluti. Vet.

24 Eucnemadeꝰ tuſ. imponit Iollas ipſi. M. legitur & in CH. Eucneros &c. vt in vulg.

lenta ad magnas fluxiones, [25] extrahendíſque ſi qua in oculos inciderint. Narium quoq; [26] [B] carcinodes conſumit illitum ex aqua. Sedat anginas cum melle & hyſſopo ex aceto gargarizatum. [27] Auribus infunditur cum roſaceo. Thoracis [C] pituitas purgat toſtum: cum melle ſumptum melius. Cum acetabulo aniſi nuces amaras L. purgatas tere in melle ad tuſsim. [D] Facillimè verò aniſi drachmæ tres, papaueris duæ miſcentur melle ad fabæ magnitudinem, & ternis diebus ſumuntur. Præcipuũ autem eſt [E] ad ructus, ideo inflationibus ſtomachi, & inteſtinorum torminibus, & cœliacis medetur. Singultus & olfactum decoctum potúmque inhibet. Folijs decoctis digerit cruditates. Succus decocti cum apio olfactus ſternutamenta inhibet. Potum ſumnum [29] concitat: calculos pellit: vomitiones cohibet, & [f] prækordiorum tumores. Et pectorum vitijs, [G] neruis quoque, quibus ſuccinctum eſt corpus, vtiliſsimum. Prodeſt eius & capitis doloribus inſtillari ſuccum cũ oleo decocti. Non aliud vtilius ventri & inteſtinis putant, ideo dyſentericis & [30] in teneſmo datur toſtum. Aliqui addunt & opium, pilulis [31] in die ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches & ad lumborum dolores ſucco vſus eſt. Semen hydropicis & cœliacis dedit tritum cum menta è vino, radicem [32] ad renes. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum apio: item vuluarum dolori: deditque bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis quoque [33] illinunt vel recens cum polenta. Sic & infantibus comitiale vitium aut [H] contractiones ſentientibus. Pythagoras quidem negat corripi vitio comitiali in manu habentes. Ideóque quam plurimum domi ſerendum. Parere quoque facilius olfactantes. Et ſtatim à partu dadum potui polenta aſperſa. Soſimenes contra omnes duritias ex aceto vſus eſt eo: & contra laſsitudines, in oleo decoquens addito nitro. Semine eius poto, laſsitudinis auxilium viatoribus ſpopondit. Heraclides ad inflationes ſtomachi ſemen tribus digitis cum caſtorei obolis duobus ex mulſo dedit. Similiter ad ventris aut inteſtinorum inflationes. Et orthopnoicis, quòd ternis digitis [34] prehenderit ſeminis, tantũdem hyoſcyami cũ lacte aſinino. Multi [I] vomituris [35] acetabula eius & folia lauri decẽ trita in aqua, bibẽda inter cœnã ſuadent. [36] Strangulationes vuluę, ſi mãducetur & linatur calidũ, vel ſi bibatur cũ caſtoreo [37] in aceto & melle, ſedat. Vertigines à partu cũ ſemine cumeris & lini pari menſura ternũm digitorũ, vini albi tribus cyathis diſcutit. Tlepolemus ad quartanas ternis digitis ſeminis aniſi & fœniculi vſus eſt, in aceto & mellis cyatho vno. Lenit articulares morbos, cũ amaris nucib[y] illitũ. Sũt qui & aſpidum venenis aduerſari naturã eius putent. Vrinã ciet. Sitim cohibet. Venerẽ ſtimulat. Cum vino ſudorem leniter præſtat. Veſtes quoque à tineis defendit. Efficacius ſemper recẽs, & quò nigrius. Stomacho tamen inutile eſt, præterquàm inflato.

25 extrahẽdáq;. Vet.
26 cardines. CH.

27 fractis. Dioſc.

28 &, in Vet. d.

29 conciliat. Vet.

30 in teneſmos. CH.

31 inde. Vet.

32 & ad renes. Dalio CH.

33 illeuit recens. M.

34 prenderis. CH.

35 acetabulum. Vet.

36 Strãgulatus. CH.

37 in, M. d.

ANNOTATIONES.

a Vulgò piper Indicum, aut capſicon, trium generum.
b Hæc eſt lepidium.
c Origanũ, vt diximus, plura genera in medicina habet: onitin, quod ſapore cunilam æmulatur, non diſsimile hyſſopo, & quod praſſion appellant. Priuatim &c. Ex Dioſc. Plinius praſſion, quod eſt ſecundũ tragorigani genus cõfundit cum origani ſpeciebus.
d Æſtuantibus à marina iactatione. Dioſcor.
e Origanum quidem tria genera habet: Heracleoticũ nigrius &c. Hæc quæ ex diuerſis autoribus Græcis Plinius vel eius liberti colligebant, nullo ordine & proſsus indigeſta transferibuntur.
f Hyſſopo, Dioſcor.
g Onites, Idem.
h Syluestre, Idem.
i Ex Heraclea Cretæ.
k Hæc omnia de Heracleotico Dioſcor.
l ἐφθαυγές, in balnearum ſolio. Dioſc.
m Dantur ijs qui cicutam aut opium biberunt, ex paſſo: qui gypſum aut Ephemeron, ex oxymelite Dioſcor.
n Cinerem hic lixiuium appellat. Sic Columella cap. 22. lib. 12. *cinis autem odorem picis auferet, & eluit ſpurcitiam.*
o Lepidium *ἀπὸ τὸ λεπίζειν*, id eſt, *ſquigare* dictum, quòd vrenti acrimonia ſua vlceret, excoriet, decorticet, eaque facultate, vel ſorto notas fronti ſeruorũ inuſtas (*τὰ στίγματα*) deleat. Columella,

Atque oleris pulli radix, lachryma moſtique cepæ
Ponitur: & lactis guſtum quæ condiat herba,
Deleſtura (alij, *Deletura*) *quidem fronti data ſigna fugarum:* (alij *focorum: Vtriq; ſuam ideir eo profitetur nomine Græco.*

p Dioſcorides eo lo appendit.
q Excitata puſtula, quę humoris impetum dentem vexantis ad brachium reuocet. Sic quidam in eo morbo, aurium radici medicamenta, quæ puſtulas gignunt, admouent.
r Et teda, ac collutum. Dioſc.
ſ Vide ſuprà cap. 8. vltimum, lib. 19.
t Er in peſſo ſubditis.
v Circumſcarificatis, mederi tritum in vrina vetere. Dioſc.
x Vt amni & melanthium fœniculum.
y Quibus vina colantur & transfundũtur. Vina enim per ſaccũ olim trãſmittebãt, no tantũ vt liquidiora, & caſtigatiora biberẽt, ſed vt peregrinis odori⁹ us in ſaccum contectis, & odore & ſapore magis placerent, qua ratione Hippocraticũ vinum hodie nobis paratur. Theophraſtus ca. 9. lib. 6. Cauſ. vide ſuprà ca. vlt. lib. 14.
z Omnibus alijs medicamentis præcellens.
A Sattui, de quo capite 8. vltimo, lib. 19.
B Canceroſum vleus, aut polypum.
C Craſſos & pituitoſos ſuccos pulmonib⁹ infarctos, & thoraci.
D Iucundiſſimo & vtiliſſimo remedio.
E Quæ ſequũtur omnia ex varijs autorib. Plinius coaceruat, ijſdem facultatibus ſæpius etiam repetitis. Horum nihil apud Dioſcor.
F Potiſſimum è flatu natos.
G Membranis flatu craſſo diſtentis, vel aeri lancinatis, quæ viſcera & corporis muſculos ambiunt.
H Neruorum *σπασμῶν*.
I Vt robuſtior ſit ad vomitionem perficiendam ventriculus.

De anetho, ſacopenio, & ſagapeno, & de papauere albo & nigro, & quomodo ſuccus herbarum colligendus eſt, & de opio. CAP. XVIII.

ANethum quoq; ructus mouet, & tormina ſedat. Aluũ ſiſtit. Epiphoris radices illinuntur ex aqua vel vino. Singultus cohibet ſemen feruens, olfactum. Sumptum ex aqua, ſedat cruditates. Cinis eius [b] vuam in faucibus leuat: oculos & genituram hebetat. [1 a] Sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum trãſmarino alienatur. Illud enim Hammoniaci lacrymæ ſimile, ſagapenon vocatur. Prodeſt laterum & pectoris doloribus, conuulſis, tuſsibus vetuſtis [2] excreationibuſque, præcordiorũ tumoribus. Sanat & vertigines, tremulos, opiſthotonicos, lienes, lũbos, perfrictiones. Datur & olfactandum ex aceto in ſtrangulatu vuluæ. Cæteris & potui datur, & cum oleo infricatur. Prodeſt & contra mala medicamenta. Papaueris ſatiui [3] diximus genera: & ſponte naſcentis alia [4] promiſimus. Sed ſatiui albi calix ipſe teritur, & è vino bibitur ſomni cauſa. Semen elephãtiaſi medetur. [d] E nigro papauere [5 e] ſapor gignitur [6] ſcapo inciſo, vt Diagoras ſuadet, cùm [f] turgeſcit: vt Iollas, cùm defloreſcit hora diei ſereni, hoc eſt, [g] cùm ros in eo exaruerit. Incidi iubẽt [h] ſub capite [7] & calice. Nec in alio genere ipſum inciditur caput. Succus & [8] hic, & herbæ cuiuſcunque, lana excipitur: aut ſi exiguus eſt, vngue pollicis, [9 i] vt lactucis, & poſtero die magis quod inaruit. Papaueris verò [10] largus denſatur, & in paſtillos tritus in vmbra ſiccatur, non [k] vi ſoporifera modò, verùm ſi copioſior hauriatur, etiam mortifera per ſomnum: opion vocant. Sic ſcimus interẽptum [11] Licinij Cecinnæ Prætorij viri patrem in Hiſpania [12] Batili, cùm valetudo impatibilis odiũ vitæ feciſſet: item pleroſque alios. Qua de cauſa magna concertatio extitit. [13] Diagoras & Eraſiſtratus in totum damnauere, vt mortiferum, infundi vetantes. Prætereà quoniam viſui noceret. Addidit Andreas, ideo non protinus excæcari eo, quoniam adulteraretur Alexandriæ. [l] Sed poſtea vſus eius non improbatus eſt medicamento nobili, quod diacodion vocant. Semine quoque [m] eius trito in [14] paſtillos, è lacte vtuntur [n] ad ſomnum: item [o] ad capitis dolores cum roſaceo. [p] Cum hoc & aurium dolori inſtillatur. Podagris illinitur cum lacte mulierũ. Sic & folijs ipſis vtuntur. Item ad ſacros ignes & vulnera ex aceto. Ego tamen damnauerim collyrijs addi: multóque [15] magis quas vocant lexipyretas, quáſque pepticas & cœliacas. [16] Nigrum tamen cœliacis in vino datur. Satiuum omne magis [q] rotundat [17] capita. At ſyluestri [18] longum ac puſillum, & ad omnes effectus valentius. Decoquitur & bibitur contra vigilias, eademq; aqua [19] fouent ora. Optimum in ſiccis, & vbi rarò [20] pluit. Cùm capita ipſa & folia [r] decoquuntur, ſuccus meconium vocatur, multùm opio ignauior. Experimẽtum opij eſt primùm [21] odore: ſyncerum enim [ſ] perpeti non eſt, mox in lucernis, vt pura luceat flamma, [22] aut extinctum demum oleat: quæ in fucato non eueniunt. Accenditur quoque difficiliùs, & crebrò extinguitur. Eſt ſyneeri experimentum & in aqua, quia nebula innatat: fictum in puſtulas coit. Sed maximè mirum, ęſtiuo Sole deprehendi. Syncerum enim ſudat, & ſe diluit, donec ſucco recẽti ſimile fiat. Mneſicles optimè ſeruari putat hyoſcyami ſemine adiecto: alij in faba.

1 Sacopenio, quod &c. tranſmarinũ. Dal.

2 Excreationibus præcordiorúmque tũ moribus. Vet.

3 ita dix. CH.

4 proximè. M.

5 opium. Vet. opos. Alij ſopor. CH.

6 capite. Dal.

7 aut. Dal.

8 huius. Dal.

9 aut cochulis. Dioſcor.

10 largior. Vet.

11 P. Licinij. CH.

12 Bilbili Dal.

13 Diagoras, vt ſcribit Eraſiſtratus, vſum eius in totum damnauit, oculorum lippitudini & auriũ vitijs infundi vetans, quoniam vrũi &c. Ex Dioſcor.

14 paſtillo electo vtuntur ad ſomnium. CH.

15 magis confectionibus quas. Vet.

16 Nigri ſemẽ. Dioſcor.

17 capute. Vet.

18 longa & puſilla, & ad om. eſ. valentiora. CH.

19 fouentur. Vet.

20 pluat. CH.

21 in odore. CH.

22 & vt. CH.

ANNOTATIONES.

a Rhodiginus cap. 26. lib. 27. notat ἀνηθώδη Græcis florem quẽuis dici ἀπὸ τῆ ἄνω τείνεσθαι. Anethi comę & ſeminis decoctũ inflationes diſcutit Dioſcoridi.

b Condyloma: a. Dioſcor. Plinius legiſſe videtur σταφίδας.

c Sagapenum noſtrãs, quod Sacopenũ Plinius vocat, vt nomine à tranſmarino diuidatur, ſuccus eſt ferulæ noſtratis, qui caule ad radicem vulnerato fluit. Dioſc. vide ſuprà cap. 8. lib. 19.

d E nigro potiùs, quàm albo papauere, opium fieri nuſquam Dioſcorides ſcribit. Valentius à nigro colligi veri ſimile eſt, imbecillius ex albo.

e Saporis vocabulo τὴν χυλὸν Græcorum Plinius voluit exprimere, duplici errore: altero, quòd liquor is ἐπὶ ſit, id eſt, manans ſponte lachryma, non autẽ χυλὸς, id eſt, ſuccus herba trita expreſſus: altero, quòd ad id papaueris albi, non nigri, ſcapus inciditur.

f Grandeſcit, & ad florem properat.

g Circa meridiem.

h Sub capite, ante florem: & calice, poſt florem.

i Conſtãtinus legit, aut conchis, in dictione ἐπὶ. Ego nihil muto. Glaucio enim & ſyluestribus lactucis ſuccum detrahi ſolitum Dioſcorides prodit, quo verum opium adulteraretur.

k Virgilius 4. Æneid.

Hesperidum templi cuſtos, epulâſq; draconi
Quę dabat, & ſacros ſeruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella ſoporiferúmque papauer.

Idẽ 6. cùm ait, *Mella ſoporatum & medicatis frugibus offam*, medicatas fruges papauere conditas intellexiſſe videtur. Victorius cap. 3. 4.

l Mneſidemus vſum duntaxat olfactandi probauit, conciliando ſomno. Dioſcor.

m Nigri, Dioſcor.

n Illito ex aqua fronti & temporibus.

o Hoc de opio Dioſcorides.

p Cum amygdalino, croco, mirrha. Dioſcor.

q Satiuo caput oblongum. Dioſcoridi.

r Tunduntur, prælo exprimuntur, & in mortario trita digeruntur in puſtillos. Dioſcor.

ſ Quia ſoporiferum, & caput grauans.

De

De erratico & ceratiti, & glaucio ſiue paralio, & heraclio ſiue aphro, & de diacodio, & tithymalo. CAP. XIX.

INter ſatiua & ſyluestria medium genus, [b] quoniam in aruis, ſed ſponte naſcerẽtur, [c] rhœã vocauimus & [1] erraticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calice mandunt. Aluum exinaniunt capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, & ſomnum faciunt. Syluestrium vnũ genus, ceratitin [2] vocãt, nigrum, cubitali altitudine, radice craſſa & corticoſa, caliculo inflexo, vt cornicula. Folia minora & tenuiora, quàm cæteris ſyluestribus. Semen exile, tempeſtiuũ eſt meſſibus: aluum purgat dimidio acetabulo in mulſo. Folia trita cum oleo, argema iumentorum ſanant. Radix acetabuli menſura cocta in duobus ſextarijs ad dimidias, datur ad lumborum vitia & iocineris. Carbunculis medentur ex melle folia. Quidam hoc genus [d] glaucion vocant, alij paralion. Naſcitur enim [e] in afflatu maris, aut nitroſo loco. Alterum è ſyluestribus genus heraclion vocatur, ab alijs [3] aphron, folijs (ſi procul intuearis) ſpeciem [f] paſſerum [4] præſentantibus, [g] radice in ſumma terræ cute, ſemine ſpumeo. [h] Ex hoc lina ſplendorem trahunt æſtate. Tũditur in pila comitialibus morbis, acetabuli menſura in [i] vino albo. [5] vomitiones [6] enim facit. Medicamento, quod diacodion & arteriace vocatur, vtiliſſimum. [k] Fit autem huius papaueris aut cuiuſcunque ſyluestris capitibus c x x. in aquæ cæleſtis ſextarijs tribus biduo maceratis, in eademq; [7] diſcoctis: deinde [l] ſaccatis, iterumq; cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Addidere poſtea drachmas ſenas [m] croci, hypociſthidis, thuris, acaciæ, & paſſi Cretici ſextarium. Hæc oſtentatione, ſimplex quidem & antiqua illa ſalubritas papauere & melle conſtat. Tertium genus eſt [8] tithymalon, mecona vocant, alij [9] paralion, folio, [10] læui, albo, [n] capite magnitudinis fabæ. Colligitur vua florente. Siccatur in vmbra. Semen potum purgat aluum, dimidio acetabulo in mulſo: Cuiuſcunque autem papaueris caput viride, vel ſiccum, illitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex vino meraculo ſi protinus detur, ſcorpionum ictibus reſiſtit. Aliqui hoc tantùm nigro tribuunt, ſi capita eius vel folia terantur.

1 Empraticum. CH.

2 vocant, ſiue nigrã. Th.

3 aphrodes. Dioſc.

4 repræſentantibus. Vet.

5 vomitionem. CH.

6 autem. Vet.

7 decoctis: deinde ſiccatis. Vet. legitur &, ſiccato, in CH. & mox, decocto ad dimid.

8 tithymalos. Dal.

9 arthalion. CH.

10 lini. Dioſc.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 13. lib. 9. hiſtor.

b Ratio illa eſt, quòd medium genus cẽſeatur, nõ quòd rhœas vocetur. Vide cap. 8. lib. 19.

c Rhœadem, ῥοιὰδα malum Punicum eſt, ῥοιὰδες papauer.

d Quidam falſi cognatione ſolitum, ex hoc glaucion fieri arbitrati ſunt. Dioſcor.

e Sponte vbique ſatum prouenit.

f Struthio ſimilibus. Dioſcor. Ineptiſſimus hic Plinius.

g Radice perquam tenui. Herbula tota candida & ſpumoſa eſt: fructu inter folia candido Dioſcor. Pro ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπολάιον, Plinius legit ἐπιπολάζουσαν.

h Suſpicor Plinium, cùm apud autorem, vnde hæc ſumpſit, legiſſet papauer hoc folijs partualis eſſe, ſimilibus ſtruthio, quo æſtate lanæ purgantur ab erioplytis, & candorem trahunt, nec aſſecutus τὸ ἐρυθρὸν ſignificatum eſſet, incogitanter vim purgandi lina tribuiſſe huic plantæ. Dioſcorides eius facultatis nuſquam meminit.

i Mulſa, Dioſcor. vino mulſo, Theophr.

k Dioſcoridi diacodion tantùm fit ex ſatiui papaueris capitibus. Fallitur Plinius.

l Colatis. Hac voce poſthac vtitur cap. 2. lib. 29. Vide Turn. ca. 14. lib. 13. Aduerſar.

m Heras apud Galenum lib. 7. κ. τέτρ. harum rerum tantum vnã drachmam miſcet. Ineptiſſimum eſt, quòd papaueris generibus ob nominis ſimilitudinem tithymalum Plinius interponit.

n Capite in caulis ſummo rotundo, in quo fructus erui magnitudine, colore varius: flos albus.

De portulaca ſiue peplio, coriandro, & atriplici. CAP. XX.

EST & portulaca quam [a] peplion vocant, [1 b] non multùm ſatiua efficacior. Cuius memorabiles vſus traduntur. Sagittarum venena, & ſerpentium hæmorrhoidũ & preſterum [2] reſtingui, pro cibo ſumpta, & plagis impoſita extrahi. Item hyoſcyami, pota è paſſo expreſſo ſucco. Cùm ipſa non eſt, ſemen eius ſimili effectu prodeſt. Reſiſtit & [c] aquarum vitiis, capitis dolori, hulceribuſq; in vino tuſa & impoſita. Reliqua hulcera commanducata cum melle ſanat. [d] Sic & infantium [e] cerebro imponitur, vmbilicoque prociduo. In epiphoris verò omnium, [3] fronte temporibuſque cum polenta. Sed ipſis oculis, è lacte & melle. Eadẽ, [f] ſi [4] procidẽt, prodeſt, folijs tritis cum corticibus fabę. Puſtulis [g] cum polenta & ſale, & aceto. Hulcera oris, tumoremque gingiuarum cõmanducata cruda ſedat: item dentiũ [h] dolores. Tonſillarum hulcera, ſuccus decoctę. Quidam adiecere paulum murræ. Nam [5] & mobiles dentes ſtabilit [6] cõmanducata. Cruditates ſedat, vocemq; firmat, & ſitim arcet. Ceruicis dolores, cum galla & lini [7] ſemine pari mẽſura ſedat. Mammarum vitia, cum melle [8] & Cimolia creta. Salutaris & ſuſpirioſis, ſemine cũ melle hauſto.

1 non, in Vet. d.

2 reſtringi. Vet.

3 fronti. Dal.

4 procedant. CH.

5 &, in M. d. & CH.

6 manducata. Cruda. CH.

7 ſemine & melle pari. CH.

8 aut. CH.

hausto. [i] Stomachũ [9] in acetarijs sumpta corroborat. Ardẽtibus febribus [k] imponitur cum polenta. Et aliâs manducata refrigerat etiam intestina. Vomitiones sistit. Dysenterię & [l] vomicis estur ex aceto, vel bibitur cum cumino. [m] Tenesmis autem cocta, & comitialibus cibo vel potu prodest. [n] Purgationibus mulierum, acetabuli mensura in sapa. Podagris calidis, cum sale illita, & sacro igni. Succus eius potus renes iuuat, ac vesicas. Vetris animalia pellit. Ad vulnerum dolores, ex oleo cum polenta imponitur. Neruorum duritias emollit. Metrodorus, qui ἐπιτομὴν τῶν ῥιζοτομικῶν scripsit, purgationibus à partu dandam censuit. Venerem inhibet, Veneriscque somnia. Prætorij viri pater est, Hispaniæ princeps, quem scio propter impatibiles vuæ morbos, radicem eius filo suspensam è collo gerere, præterquam in balineis, [10] & ita liberatum incommodo omni. Quinetiam inueni apud autores, caput illitum ea distillationem anno toto non sentire. Oculos tamen hebetare putatur. Coriandrum [o] inter syluestria nõ inuenitur. Præcipuum tamẽ esse constat Ægyptium. Valet contra serpentium genus vnum, quod amphisbænas vocãt, potum impositumque. Sanat & alia vulnera. Epinyctidas, pustulas tritum. Sic & omnes tumores collectioneſque, cum melle aut vua passa. [p] Panos verò ex aceto tritum. Seminis grana tria in tertianis deuorari iubent aliqui ante accessionem: vel plura illini fronti. Sunt qui & ante Solis ortum ceruicalibus subijci efficaciter putent. Vis magna ad refrigerandos ardores viridi. Hulcera quoque, [q] quæ serpunt, sanat cum melle, vel vua passa: item testes, [r] ambusta, carbunculos, aures: cum lacte mulieris epiphoras oculorum: ventris & intestinorum fluxiones semen ex aqua potum. Bibitur & in choleris cum ruta. Pellit animalia interaneorum, cum mali Punici succo & oleo semen potum. Xenocrates tradit [11] rem, si vera est: menstrua contineri vno die, si vnũ granum biberint fœminæ: biduo, si duo: & totidem dieb. quot grana sumpserint. Marcus Varro, coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptam æstate seruari putat. Atriplex & syluestre est, [12] accusatum à Pythagora, tanquam faceret hydropicos, morbosq; regios & pallorem, coqueretur difficillimè: ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quicquam, nisi languidum, [13] culpauit. Addidere Dionysius & Diocles, plurimos gigni ex eo morbos. Nec nisi mutata [14] sępius aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere. Miror, quare difficulter in Italia id nasci tradiderit Solon Smyrnæus. Hippocrates vuluarum [s] vitijs id infundit cũ beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos, furunculos incipientes, duritias omnes, vel cocto, vel crudo vtiliter illini putauit. Item ignem sacrum, cum [t] melle, [15] aceto, nitroq;: similiter podagras. Vngues scabros detrahere dicitur sine hulcere. Sunt qui & morbo regio dent semen eius [16] cum melle, [u] arterias & tonsillas nitro addito perfricent, aluum moueant, cocto [17] vel per se, vel cum malua aut lenticula, concitantes vomitiones. Syluestri capillos tingunt, & ad suprà dicta vtuntur.

9 in, CH.d.

10 &, in CH.d.

11 rem miram, si vera est. M. & CH.

12 & satiuum accus. M. Vet.

13 putauit. Ver.

14 sæpe. CH.

15 aceto que nigro. M. aceto nigro. CH.

16 cum mulsa. Dioſc.

17 vel, in Ver. d.

18 scripta. Vet. & CH.

ANNOTATIONES.

a Ineptè Plinᵗ syluestrem portulacam eiusdem generis ac naturæ cum satiua, nisi quòd sponte prouenit, confundit cũ Peplio herba diuersissima, ideò tantùm, quòd peplion agreſtem portulacam nonnulli vocauerunt. Quidam legunt, quã telephion, quoniam sedum tertium acre, & vlcerans Dioscorides, & agreſtẽ portulacam nominati scribat, & telephium.
b Ob magnam acrimoniam & feruorem.
c Peplion bilem, pituitam, aquas educit.
d Ad satiuam iam hæc pertinent.
e Inflammate scirias morbo.
f Oculi. Hoc vitium nunc πτέρυγιον Græci vocãt, nũc ὑπόχυσιν.
g Eruptionibus papularum in capite, cum vino. Dioſc.
h Stupores, Dioſcor.
i Stomachi & intestinorum ardores, & æstum placat. Dioſc.
k Ventri & hypochondrijs. Dioſc.
l Cruentis excreationibus. Dioſcor.
m Hæmorrhoidibus, Dioſc.
n Immodicis, & nimis effusis. sic & mox.
o Satu tantùm, non sponte, nascitur. Nuper tamen syluestre repertum in Hiſpania.
p Et ſtrumas. Dioſcor.
q Herperas & ignes sacros sanat cum pane aut polenta: ité testes inflammatos. Dioſcor.
r Igneas summæ cutis inflammationes. Dioſcor. πυρώδεις φλεγμονὰς πανὰ τὸν ὑπόφανεαν.
ſ Inflammationibus.
t Mulſa. Dioſc.
v Acri fluxione exasperatas.

De malua, [1] malope, & althæa, & [2] lapatho, & oxylapatho, & hydrolapatho, & hippolapatho, & bulapatho. CAP. XXI.

FCõtrario in magnis laudibus malua est vtraque, & satiua & syluestris. Duo genera earum amplitudine folij discernuntur. Maiorem Græci [2] malopen vocant in

1 moloche.

2 molochen. Ex Athiopen. CH.

satiuis. Alteram ab emolliendo [3] ventre, dictam putant malachẽ. E syluestribus, cui grande folium & radices albę, althæa vocatur, ab excellentia [b] effectus à quibusdam [4] aristalthæa. Omne solum, in quo serantur, pinguius faciunt. Huic contra omnes aculeatos ictus [5] efficacior vis, præcipuè scorpionum, vesparum, similiumq;, & muris aranei. Quin & trita cum oleo qualibet earum peruncti antè, vel habentes eas, non feriuntur. Folium impositum scorpionibus torporem affert. [c] Valent & [6] contra venena. Aculeos omnes extrahunt illitæ crudæ [7] cum nitro, potæ verò decoctæ cum radice sua, leporis marini [8] venena [9] restringunt: & vt quidam dicunt, si vomatur. De eisdem mira & alia traduntur. Sed maximè, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis carituram. Hulcera manantia in capite sanant in vrina putrefactæ, lichenas & hulcera oris cum melle. Radix decocta, furfures capitis & dentium mobilitates. Eius, quæ vnum caulem habet radice circa dentem qui [10] doleat [11] punge, donec desinat dolor. Eadem strumas & parotidas panósque, addita hominis saliua, [12] purgat citra vulnus. Semen in vino nigro potum à pituita & nauseis liberat. Radix mammarum vitijs occurrit, adalligata in lana nigra. Tussim in lacte cocta, & sorbitionis modo sumpta, quinis dieb. emendat. Stomacho [13] inutiles Sextius Niger dicit. Olympias Thebana, abortiuas esse cũ adipe anseris. aliqui purgari fœminas, folijs earum manus plenę mensura, in oleo & vino sumptis. Vtique constat parturientes folijs substratis celerius [14] solui, protinus à partu reuocandum, ne vulua sequatur. Dant & succum bibendum parturientibus ieiunis, in vino [15] decocta hemina. Quin & semen [16] tritum adalligant brachio, genitale non continentium. Adeoq; eæ Veneri nascuntur, vt semen vnicaulis aspersum genitali, fœminarum auiditates augere ad infinitum, Xenocrates tradat. [17] Itẽ tres radices iuxta adalligatas. Tenesmo & dysentericis vtilissimè infundi. Item sedis vitijs, vel si foueantur. Melancholicis quoque succus datur cyathis ternis tepidus, & insanientibus [18] quaternis. Decoctæ comitialibus heminæ succi. [19] His & calculosis, & inflatione & torminibus, aut [20] opisthotonico laborantibus, tepidus illinitur. Et sacris ignibus, & ambustis, decocta in [21] oleũ folia imponuntur: & ad vulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ neruis prodest, & vesicæ, & intestinorũ rosionibus. Vuluas & cibo & [22] infusione emollit in oleo: succus decoctę [23] pori meatus suaues facit. Althææ in omnibus suprà dictis efficacior radix: præcipuè conuulsis ruptisq;. Cocta in aqua aluum sistit. [d] Ex vino albo strumas & parotidas, & mammarum [24] inflammationes, & [e] panos in vino folia decocta & illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta, quamlibet pernicioſę tussi citissimè medentur. Hippocrates vulneratis, [25] sitientibusq; [f] defectu sanguinis, radicis decoctæ succum bibendũ dedit: & ipsam vulneribus cum melle & resina, item [26] contusis, luxatis, tumentibus, [27] & musculis, neruis, articulis imposuit: [28] & asthmaticis ac dysentericis in vino bibendum dedit. Mirum, aquam radice ea [29] addita addẽsari sub [30] dio, atque [31] lactescere. [g] Efficacior autẽ, quo recentior. Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autẽ [32] & syluestre, quod alij oxalidẽ appellant, [33] satiuo proximũ; folijs acutis, colore beræ cãdidę, radice minima: nostri verò [h] rumicem, alij lapathũ [i] cantherinũ, ad strumas cum axungia efficacissimũ. Est & alterũ [34] genus, ferè oxylapathõ vocãr, satiuo [35] item similius, & acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustrib. nascẽs. [k] Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natũ. Est & aliud hippolapathõ, maius satiuo, candidiusq; ac spissius. Syluestria scorpionum ictibus medentur, & [36] ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta [37] si coletur, succus dentibus auxiliatur: si verò bibatur, morbo regio. Semen [l] stomachi inextricabilia vitia sanat. Hippolapathi radices priuatim vngues scabros detrahunt. Dysentericos semen duabus drachmis in vino [38] potum liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua cælesti, sanguinem reijcientib. adiecta acacia lentis magnitudine prodest. [m] Præstantissimos pastillos faciunt ex folijs & radice, addito nitro & [39] iure exiguo. In vsu aceto diluunt.

2 ventrem. CH.

4 plicolicia. CH.

5 efficax. Vet. & CH.

6 contra præterũ venena. M. contra phytium venena. CH.

7 cũ anetho. M. Vet. cum anitro. CH.

8 venenũ. M. cum radice succo, lep. mar. venenum restinguitur. CH.

9 restinguunt. Ver.

10 dolet. M.

11 perunge. Vet pũgie. CH. Lego, punge to.

12 pungunt. CH.

13 vtiles. M.

14 soluit: sed id protinus. Vet. soluit, sed protinus à partu reuocanda Vet. alij.

15 decoctæ. CH.

16 tritum, in CH. d.

17 Itemque. CH.

18 quaternis, in M.d.

19 Is. Ver.

20 opisthotono. Vet.

21 oleo. Vet.

22 infessione. Vet.

23 vrinæ. Vet. decoctæ potus halitus suantes. Alij Vet. orisqi meatus suaues. Alij per meatus. CH.

24 inflationes. CH. inflammationes tollit. Panos in vi. fol. dee & illita. Eadem. Vet.

25 siccescentibusque. Vet.

26 conuulsis. M.

27 & in Ver. d.

28 vt suprà spastica dysᵗ CH.

29 addita. in M.d.

30 dino. CH.

31 lactescere. Vet lactescere. Quidã id est, in lacticem vertit.

32 & in Ver. d.

33 sapore. CH.

34 genus seri. Vet.

35 idẽ M. id est Ver. satiuo. id quod in simulus, sed. Alij Ver.

36 feriri. Vet.

37 si colluatur sucus. Ver.

38 optimo. CH.

39 thure. Cornarius.

40 fronti & temporibus.Vet.
41 Semine poto è vino.Cornarius.
42 lienes inlira cœliacos.CH.
43 quod.Vet.

diluunt.Sed ſatiuum in epiphoris oculorum illinunt [40] frontibus. Radice meliceridas & lepras curant.In vino verò decocta,ſtrumas & parotidas & calculos : [41] [n] Poto vino & [42] lienes,cœliacos æquè & dyſentericos,& teneſmos.Ad eademque omnia efficacius ius lapathi: [43] & ructus facit, [o] & vrinam ciet, & caliginem oculorum diſcutit:Item pruritum corporis,in ſolia balinearum additum,aut prius ipſum illitum ſine oleo.Firmat & commanducata radix dẽtes.Eadem decocta cum vino, ſiſtit aluum:folia [44] ſoluunt.Adiecit [45] Solon(ne quid omittamus)bulapathon, radicis tantum altitudine differens,& erga dyſentericos [46] effectu, potum ex vino.

44 ſoluunt adiecto ſale. Neque hic omittemus.M.
45 Solo.CH.
46 efficatius.M.

ANNOTATIONES.

a Lapathi Dioſcoridi 4.genera:oxylapathum ſylueſtre: oxylapathum ſatiuum:oxalis rotunda ſylueſtris, nos & ſatiuam habemus:oxalis,ſiue anaxyris. Quatuor his generibus idẽ addit hippolapathon,nulla facta mentione aut hydrolapathi, aut bulapathi.Hydrolapathum autoris,eſt Dioſcoridis hippolapathũ in paludibus naſcẽs.Hippolapathum autoris,lapathi ſylueſtris genus, amplo & lato folio,deſcriptum à Dodonæo pro tertia ſpecie lapathi.Bulapathum verò,planta,quã Totãbonam officinę vocant.

b ἐκθλίβεται,mederi eſt Græcis.

c Si ius decoctarum à bibentibus continuò reuomatur. Dioſc.

d Aut cum mulſa.Dioſcor.

e Abſceſſus.Dioſc.

f Atrophia.

g Nam peptica & malactica vis ſpatio temporis elangueſcit.

h Suprà cap. 12.lib.19.lapathum ſatiuũ rumex dicitur, non ſylueſtre.

i Vt Columella lib.1.cap.9. hexaſtichon hordeum cantheriaũ vocari ait,quòd cantherijs,id eſt,equis pabulum detur , ſic lapathum cantherinũ hoc rumicis genus vocari probabile eſt,quòd eo valde cantherij delectentur.In equis cantherij,quod in porcis maiales,in ouium genere verueces. Lucillus,

Penula,ſi quæris,cantherius,ſernus:ſegeſtre
Vtilior mihi, quàm ſapiens. Rumicem fœcundum , epitheto peculiari,autor Moreti vocat.

k Integra & nihil mutata lectione, quidam à Plinio ſignificari volunt lapathi aquatici genus,quarto loco deſcriptum à Dodonæo,in noſtris ſtagnis frequens.

l Stomachi faſtidia,τὸν ὦκλον.Dioſcor. & cœliacos affectus. Idẽ.

m Ad ſcabiem,lepras,impetigines.

n Cùm aceto,Dioſc.Legit Cornarius,Semine poto è vino lienes &c.Dioſcorides verò habet:ſylueſtris (nempe mollis)& oxylapathi, oxalidis ſemen ex aqua aut vino bibitur contra dyſenterias,cœliacos affectus , ſtomachi faſtidia &c. nulla lienis facta mentione.

o Menſes.Dioſcor.

De ſinapis tribus generibus,& marrubio,& ſerpyllo,& ſiſymbrio,ſiue thymbræo,& de lini ſemine,& blito. CAP. XXII.

1 in ſublime.Vet.

SInapi,cuius[a] in ſatiuis tria genera diximus:Pythagoras principatũ habere ex his, quorum [1] ſublimè vis feratur,iudicauit, quoniam nõ aliud magis in nares & cerebrum penetret. Ad ſerpentium ictus & ſcorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum venena diſcutit.Contra pituitam [b] tenetur in ore,donec liqueſcat, aut gargarizatur cum aqua mulſa.Ad dentium dolorem manditur. [c] Ad vuam gargarizatur cum aceto & melle.Stomacho vtiliſſimum contra omnia vitia,pulmonibuſque.Excreationes faciles facit in cibo ſumptum:datur & ſuſpirioſis.Item comitialibus tepidum cum ſucco cucumerum. Senſus , atque ſternutamentis caput purgat, aluum mollit,menſtrua & vrinam ciet.Hydropicis [2] imponitur:cum fico & cumino tuſum ternis partibus comitiali morbo.[3] Et vuluarum [d] conuerſione ſuffocatas excitat odore,aceto miſto:item lethargicos.Adijcitur tordilion. [e] Eſt autẽ id ſemẽ ex ſeſeli. Et ſi vehementior ſomnus lethargicos premat,cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico ex aceto.Veteres dolores,thoracis,lumborum,coxendicum,humerorum,& in quacunque [4] corporis ex alto vitia extrahenda ſunt, illitum cauſtica vi emendat,puſtulas faciendo.[5] At in magna duritia ſine fico impoſitum : vel ſi vehementior [6] vrigo timeatur, [f] per duplices pannos. Vtuntur ad alopecias cũ rubrica, pſoras,lepras,phthiriaſes[7] lithanicos,opiſthotonicos.Inungunt quoque ſcabras genas,aut [8] caligantes oculos cum melle.Succuſq; tribus modis exprimitur in fictili,caleſcitq; in eo in Sole modicè.[g] Exit & è cauliculo ſuccus lacteus , qui ita cũ induruit,dentium dolori medetur.Semen ac radix,cum immaduere muſto,conteruntur,manuſq; plenæ menſura ſorbentur ad [9] firmandas fauces,ſtomachum,oculos,caput,ſenſuſq; omnes:mulierum etiam laſſitudines,[10] ſaluberrimo genere medicinæ.Calculos quoque diſcutit potum [11] ex aceto.Illinitur & liuoribus ſuggillatiſque cum melle & adipe anſerino,aut cera Cypria.Fit & oleum [12] ex ſemine madefacto in oleo expreſſoq;,quo vtuntur ad neruorum rigores,lumborumq; & coxendicum perfrictiones. Sinapis naturam effectuſq; eoſdem habere traditur adarca,[h] inter ſyluas tacta in cortice calamorum ſub ipſa coma naſcens. Marrubium pleriq; inter primas herbas commendauere,quod Græci praſion vocant,alij linoſtrophõ, nonnulli philopœda,aut philochares,notius quàm vt indicandum ſit. Huius folia ſemenq;

2 imponitur cum ficocumino &c.
3 Ex.Vet.
4 parte corp.CH.
5 Ad magnam duritiem.M.
6 vitio.CH.
7 tetanicos.
8 calig. ocul. ſuccop cũ melle , qui tribus modijs(ſub.ſeminis) exprimitur,& in fictili,deinde ſole modicè craſceſcit.Exit & è caul. tuc. lacteſcens, qui ita &c.partem ex Manſe.partim è conjectura Mẽſer habẽt, oculos melle, ſuccoque trib.modijs &c. deinde,ſuccus latens ei ne cui ita &c.
9 cõfirmandus.CH.
10 ſaluberrimæ.CH
11 in.CH.
12 ex eo ſem.CH.

ſemenq; contrita proſunt contra ſerpentes,pectorum & lateris dolores,tuſſim veterem.Et ijs [i] qui ſanguinem [13] reiecerint, eximiè vtile, [k] ſcopis eius cum panico aqua decoctis,vt aſperitas ſucci mitigetur.Imponitur ſtrumis cum adipe. Sunt qui viridis ſemen quantùm duobus digitis capiant,cum farris pugillo decoctum,addito exiguo olei & ſalis,[14] ſorbere ieiunos ad tuſſim iubeant. Alij nihil comparant in eadem cauſa marrubij & fœniculi ſuccis ad ſextarios ternos expreſſis, decoctiſque ad ſextarios duos, [15] cum addito mellis ſextario,rurſus decocto ad ſextarios duos, ſi cochlearij menſura in die ſorbeatur [16] in aquæ cyatho [l].Et virilium vitijs tuſum cum melle mirè prodeſt.Lichenas purgat ex aceto.Ruptis,conuulſis, ſpaſticis neruis ſalutare.Potum aluum ſoluit cum ſale & aceto.Item menſtrua & ſecundas mulierum.Arida farina cum melle ad tuſſim ſiccam [m] efficaciſſima eſt.Item ad [n] gangrænas & pterygia.Succus verò auriculis,& naribus,& [o] morbo regio,minuendæq; bili cũ melle prodeſt.Item cõtra venena inter pauca põtens.Ipſa herba ſtomachum & excreationes pectoris purgat. Cum iride & melle vrinam ciet. Cauenda tamen exulceratæ veſicæ,& renum vitiis.Dicitur ſuccus[17] claritatem oculorum adiuuare. Caſtor marrubij duo genera tradit:nigrum,& quod magis probat,candidum.In ouum inane ſuccum addit is , [18] ipſumque ouum infundit melle æquis portionibus tepefactum, [p] vomicas rumpere,purgare,perſanare promittens:illitis etiam vulneribus àcane factis [19] tuſo cum axungia veteri.Serpyllum [q] à ſerpendo putant [20] dictum.Quod in ſylueſtri euenit,in petris maximè. Satiuum non ſerpit,ſed ad [r] palmi altitudinem increſcit. Pinguius voluntarium, & candidioribus folijs ramiſque aduerſus ſerpentes efficax,maximè cenchrin & ſcolopendras terreſtres ac marinas, & ſcorpiones,decoctis [21] in vino ramis foliiſq;. Fugat & odore omnes , ſi [22] vratur. Et contra [s] marinorum venena præcipuè valet.Capitis doloribus decoctum in aceto [t] illinitur temporibus ac fronti cum roſaceo.Item phreneticis, lethargicis : cõtra tormina,& vrinæ [23] difficultatem,anginas,vomitiones drachmis quatuor datur.Ex aqua bibitur & ad iocinerũ[24] deſideria.Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto.[x] Ad cruẽtas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis.[y] Siſymbriũ ſylueſtre à quibuſdam [25] thymbræum appellatum , pedali non amplius altitudine. Quod in riguis naſcitur, [z] ſimile naſturtio eſt. [A] Vtrunque efficax aduerſus aculeata animalia,vt crabones & ſimilia. [B] Quod in ſicco ortum odoratum eſt , & inſeritur coronis anguſtiore folio.Sedant [C] vtraque capitis dolorem. Item [26] epiphoras. Alij panem addunt:alij per ſe decoquunt in vino.Sanat & epinyctidas, [D] cutiſq; vitia in facie mulierum intra quartũ diem noctib. impoſitũ,diebuſq; detractũ.Vomitiones,ſingultus,tormina,ſtomachi diſſolutiones cohibet ſiue in cibo ſumptũ,ſiue ſucco potum.Non edendũ grauidis,niſi mortuo cõceptu. Quippe etiã impoſitum eijcit. [E] Mouet vrinam cum vino potum,ſylueſtre [27] & calculos. [F] Quos vigilare opus ſit,excitat infuſum capiti cum aceto.Lini ſemen cum alijs quidem in vſu eſt:& per ſe mulierum [G] cutis vitia emendat in facie.Oculorum actẽ ſucco adiuuat. [H] Epiphoras cum thure & aqua,aut cum myrrha ac vino ſedat:parotidas cũ melle aut adipe,aut cera:ſtomachi [28] ſolutiones inſperſum polentæ modo:anginas in aqua & oleo decoctum,& cum aniſo illitum.Torretur,vt aluum ſiſtat.Cœliacis,& dyſentericis imponitur ex aceto.Ad iocineris dolores eſtur cum vua paſſa.Ad phthiſin vtiliſſimè è ſemine fiunt ecligmata.Muſculorum,neruorum,articulorum,[29] ceruicum duritias,cerebri [I] membranas mitigat farina ſeminis,nitro aut ſale,aut cinere additis.Eadem cum fico [30] idem concoquit ac maturat.Cum radice verò cucumeris ſylueſtris extrahit quæcunque corpori inhæreant.Sic [31] & fracta oſſa.Serpere huleus in vino decocta prohibet,eruptiones pituitę cum melle.Emendat vngues ſcabros cũ pari modo naſturtij:[32] & teſtiũ vitia & ramices cum reſina & murrha,& gangrænas ex aqua.Stomachi dolores cum fœno Græco ſextariis vtriuſq; decoctis in aqua [K] paulſa.Inteſtinorum & thoracis pernicioſa vitia,clyſtere in oleo [33] & melle.Blitum[K] in-

13 reijciunt.M.
14 ſorbeãt ieiunis.M. & CH.
15 tum.CH.
16 cum.Dal.
17 & clar.CH.
18 ipſumque infuſo melle &c. perſanare promittit:illinit etiã vulnera à cane facta tuſo.Vet.
19 tuſum cum ax.vetere.CH.
20 dictum, quod in ſatiuo euenit , in petris maximè. Sylueſtre ac voluntarium nõ ſerpit, ſed ad palm. alt. incr. Satiuũ origano ſimile folijs ramiſque, ſed candidioribus, aduerſus ſerpentes &c. Sic leg. hæc ex Dioſc.
21 ex.CH.
22 vretur.CH.
23 difficultates.CH.
24 ardore s.phlegmonas.Dioſco. dolores. Vet.deſiderium.CH.
25 ſerpyllum.Dioſc.
26 epiphoras,vt Philinus tradit.Vet.epiph.vt Plinius tradit. CH.corruptã, ſed ex qua lectione illa Veteris confirmetur.
27 eijcit.Vet.
28 diſſolutiones.Dã. vt paulo antè.
29 ceruicis.Vet.
30 & idem.M.totidẽ. Vet.item.Dal.
31 cẽfracta.CH.
32 &,in M.d.
33 aut.CH.

ers videtur ac ſine ſapore, aut acrimonia vlla. Vnde [L] cõuicium fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile eſt. [M] Ventrem adeò turbat, vt cholerã faciat aliquibus. Dicitur tamen aduerſus ſcorpiones potum è vino prodeſſe & clauis pedum illini: item lienibus & temporum dolori ex oleo. Hippocrates mẽſtrua
34 ſiſti eo cibo putat.

§4 ceteri. Ex Hipp. lib. 2. de diæta. Chiſſl.

ANNOTATIONES.

a Lib. 19. cap. 8.
b Mauſum capitis pituitam elicit, ἀπόφλεγμαντίζει. Dioſcor.
c Ad tonſillas, diuturnaſq; & calloſas arteriæ ſcabritias ſuccus mixtus cum mulſa gargarizatur.
d Strangulatu. Dioſcorides.
e Tordylium quidam Creticum ſeſeli vocant. Dioſcor.
f Inter duplicatum pannum.
g Falſum hoc. non enim planta hæc lacteum ſuccum fundit.
h Lib. 16. cap. 36. quo tractantur arbores in ſyluis naſcentes. Incepte Plinius & illic & hîc adarcen inter plantas memorat. Vide ſuprà cap. 36. lib. 16. & infrà cap. 10. lib. 32. circa finem.
i Tabidis, Dioſcor.
k Faſciculis manualibus.
l Folia cum melle illita, ſordida vlcera purgant, nomas ſiſtunt. Dioſc.
m Ob humoris craſſitiem.
n Cancrum eſſe gangrænam putat Nonius, quamuis eas ægritudines medici diſtinguant. Lucil. lib. 1. Sat.

– ſerpere vti gangræna malum atque
Herpes ita poſſet.

Varro *περὶ ἑφημέρων*, *Non vituperamus, cùm ſciamus digitum præcidi oportere, ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium ventura.* Idem libr. 2. De vita Pop. Rom. metaphoricè: *Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam ſanguinolentam permeaſſe, nempe morum labem & corruptionem.*
o Naribus morbum regium purgat. Dioſcor.
p Internos abſceſſus.
q A ſerpendo putant dictũ, quod in ſatiuo euenit, in petris maximè. (à macerijs demiſſum prolixius creſcit. D.) ſylueſtre ac voluntarium non ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Satiuũ origano ſimile foliis ramiſque, ſed candidioribus. Dioſc.
r Paruicinimirũ ad quatuor digitorũ, ſiue triũ pollicũ altitudinẽ.
s Leporis, draconis, paſtinacæ. &c.
t *κοπτοβρίχεται* Dioſcor. affunditur.
v Ardores, phlegmonas. Dioſcor.
x Dioſcoridi cruentos vomitus ſedat eius ſuccus, ad drachmas quatuor potus ex aceto.
y Siſymbrium à quibuſdam appellatum ſylueſtre ſerpyllum. Dioſc. Apud Ariſtophanẽ ſiſymbrio ſponſi coronantur, hilares alioqui, & nuptiarum expectatione læti, vnde *νυμφίων βίος*, ſolutè & voluptarius. *ὑμᾶς μὲν ἅρπε ἔχει νυμφίων βίος.* Rhodig. cap. 24. lib. 28.
z Guſtu, Dioſcor.
A Prius, Dioſcor.
B Quod in ſicco ortum menthæ hortenſi ſimile eſt, odoratius, latiore folio, & coronis inſcritur. Dioſcor.
C Prius, Dioſc. idque folio fronti & temporibus illito.
D Ephelidas, maculas ſolæ contractas, & lentigines in facie. Dioſcor. mulierum, non addit, atque id de poſteriore.
E Vtrumque & mox, ſyluestre, prius Dioſcor.
F Somnolentos, veternoſos, lethargicos.
G Ephelidas, & varos, crudum illitum cum nitro & fico. Dioſc.
H Omnem inflammationem cum aqua, melle, exiguo oleo, aut cum melle cocto. Dioſc.
I Inflammatas.
K *ἀνυβρίς, ὑβριστὴς, μωρὸν λέγουσιν.*
L *βλιτάκη* ex dicuntur, *ὑβριστὴς*. Plauto lutea, & blitea, à luto & blito. Catullus.

Non aſſis ſitei, ſi blitum lupanar, id eſt, meretrix fatua. Scalig. in Varr. Plautus in Trucul.

Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ in vino ſapit, ad rem ſitam. Lutea, contemptiſſima, nullius pretij, è luto facta. *βλὰξ* ſtolidus, ineptus, inſulſus. *βλιτάκη γύνη* Suidæ, iners, ſtupida, fatua. *βλιτεμάνης* Ariſtophani, ſtolidus more puellulorum. Inde vox Gallica, *Beſtre.*
M Theopompus comicus apud Athæneum 14. *πτῶσα καὶ ὑβρὶς μεγάλων, ἡφὶ τοῖς βλίτοις διαχεῖ τὸ λοιπὸν, καὶ λαν σπληνὸς ἰσχνότητα νέμεται τὰ πλεῖστα τῶν ἰχθύων ἀπόδοτε.* Victorius cap. 13. lib. 3.

De meu, & fœniculo, & hippomarathro vel [1] *myrſineo, & cannabi, & de ferula, & carduis.* CAP. XXIII.

1 murchineo, vel murrhino. Dal.

2 Meon. M. Menm. CH.

3 anetho. Dioſcor. & Vyt.
4 bipedali. CH.
5 obſcuris, nigris. M.
6 potum. Radice tr. vel decocta inflationes. Vet.
7 art. cũ melle prodeſt. Infant. Vet. articulis dolentibus prodeſt: thoracis itẽ fluxionib. cũ melle. Infant. Alij Vet.
8 hominem &c, leuare. CH.
9 releuari. M.

10 Laud. tamen in lib. Vet.
11 & è. CH.

12 murrhineũ, quod murrhã oleat radix: vel, murrhinũ. Dal.

13 inſitiuo. CH.

14 excitat, & tor. mit. totũ dec. Vet. ad tormina totum decoctũ. CH.
15 mãmas replet radice cũ ptiſ. ſumpta. Renes. Vet.
16 decocti. CH.

MEu in Italia non niſi à medicis ſeritur, & ijs admodum paucis. [a] Duo genera eius. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamãte inuentum, hi quoniam laudatiſſimum in [b] Athamante reperiatur, folijs [3] aniſo ſimile, & caule aliquando [4] bicubitali, radicibus multis [5] & obnigris, quibuſdam altiſſimis. Minus ruſſum, quàm illud alterum. Ciet vrinam in aqua [6] potum, radice trita vel decocta. Inflationes ſtomachi mirè diſcutit. Item tormina & [d] veſicæ vitia: vuluarumq; [7] articulis cũ melle, infantibus cum apio illitum imo ventri vrinas mouet. Fœniculum nobilitauere ſerpentes, guſtatu, vt diximus, ſenectam exuendo, oculorumq; aciem ſucco eius reficiendo. [e] Vnde intellectũ eſt, [8] hominũ quoq; caliginẽ præcipuè eo [9] leuari. Colligitur hic caule [f] turgeſcente. In Sole ſiccatur, inũgiturq; ex melle. Vbiq; hoc eſt. [10] Laudatiſſimus [g] in Iberia è [h] lacrymis fit, & ex ſemine recenti. Fit [11] etiã è radicibus, prima germinatione inciſis. Eſt & in hoc genere ſyluestre, quod alij hippomarathron, alij [12] myrſineum vocant, folijs maioribus, guſtu acriore, procerius, brachiali craſſitudine, radice candida. Naſcitur in calidis, ſed ſaxoſis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & anguſto folio, ſemine coriandri. Medicinæ [13] in ſatiuo, ad ſcorpionum ictus & ſerpentium, ſemine in vino poto. Succus & auribus inſtillatur, vermiculoſq; in his necat. Ipſum condimentis propè omnibus inſeritur: oxyporis etiam aptiſſimè. Quin & panis cruſtis [i] ſubditur. Semen [k] ſtomachum diſſolutum aſtringit, vel in febribus ſumptum. Nauſeam [l] ex aqua tritum ſedat. Pulmonibus & iocineribus laudatiſſimum. [m] Ventrem ſiſtit, cùm modicè ſumitur, vrinam [14] exciet, & tormina mitigat decoctum, lactiſq; defectu potum [15] mãmas [n] replet. Radix cũ ptiſana ſumpta [o] renes purgat, ſiue [16] decocto ſucco, ſiue ſemine ſumpto. Prodeſt & hydropicis radix ex vino cocta: Item conuulſis. Illinuntur folia

folia tumoribus [P] ardentibus ex aceto. [q] Calculos veſicæ pellunt. Genituræ abundãtiã quoquo modo hauſtum facit. [r] Verendis amiciſſimũ, ſiue ad fouẽdum radice cũ vino cocta, ſiue contrita in oleo illitum. Multi tumoribus & ſuggillatis cum cera illinunt. Et [17] radice in ſuccõ vel cum melle contra canis morſum vtuntur, [18] & cõtra multipedam ex vino. Hippomarathron ad omnia vehementius. Calculos præcipuè pellit. Prodeſt [s] veſicæ cum vino leni, & fœminarum menſtruis hærentibus. Efficacius in eo ſemen, quàm radix. Modus in vtroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. [19] Petridius qui ophiaca ſcripſit, & [20] Miction qui rhizotomumena, aduerſus ſerpentes nihil hippomarathro efficacius putauere. Sanè & Nicander
10 non in nouiſſimis poſuit. [t] Cannabis in ſyluis primùm nata eſt, [21] nigriore folio & aſperiore. Semen eius extinguere genituram virorum dicitur. Succus ex eo [u] vermiculos aurium, & quodcunque animal intrauerit, eijcit, ſed cũ dolore capitis. [x] Tantaque vis ei eſt, vt aquæ infuſa, coagulare eam dicatur. Et ideo iumentorum [y] aluo ſuccurrit pota in aqua. Radix contractos articulos emollit in aqua cocta: item podagras & [z] ſimiles impetus. Ambuſtis cruda illinitur, ſed ſæpiùs mutatur priuſquam [22] areſcat. Ferula ſemen anetho ſimile habet. Quæ ab vno caule diuiditur in cacumine, fœmina putatur. Caules eduntur decocti, [23] commendaturque muſto ac melle, ſtomacho vtiles. [24] Sin plures ſumpti, capitis [25] dolores faciunt. [A] Radix denarij põdere in vini cyathis duobus, bibitur aduerſus ſerpentes. Et ipſa radix imponitur. [26]
20 Sic & torminibus medetur. [B] Ex oleo autem & aceto, contra ſudores immodicos, vel in febribus proficit. Succus ferulæ aluum [27] ſoluit, fabæ magnitudine deuoratus. Et viridi [28] ferula ramuſculus, vtilis eſt ad omnia ea vitia. [C] Ad ſanguinem ſiſtendũ decem grana ſeminis bibuntur, in vino trita, vel medulla. Sunt qui comitialibus [29] morbis dandum putant Luna quarta, ſexta, ſeptima, [30] ligulę menſura. Natura ferularum murænis infeſtiſſima eſt: tactę ſiquidem ea moriuntur. Caſtor radicis [D] ſuccũ & oculorum claritati conferre multùm putauit. Et de carduorum ſatu inter hortẽſia diximus: quapropter & medicinam exijs non differamus. Syluestriũ genera ſunt duo: [E] vnum fruticoſius à terra ſtatim: [F] alterum vnicaule craſſius. Vtriq; folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureũ mittit inter medios
30 aculeos, celeriter [G] caneſcentem, & abeuntem cum aura: ſcolymon Græci vocant. Hic antequam floreat contuſus atque expreſſus, illito ſucco alopecias replet. Radix cuiuſcunque ex aqua decocta, [31] potoribus ſitim facere narratur. Stomachũ corroborat: & vuluis [32] (ſi credimus) etiam conferre aliquid traditur, vt [H] mares gignãtur. Ita enim Chæreas Athenienſis ſcripſit, & Glaucias, qui circa carduos diligẽtiſſimus videtur. Manducatus carduus, [I] odorem commendat oris.

17 radicis ſucco. Vet.
18 vel. Vet.

19 Petrichus. CH.
20 Myecon. CH.

21 nigrior foliis & aſperior. CH.

22 inareſcat. Vet.

23 condiuntur. Vet.
24 ſed. Vet.
25 dolorem. CH.
26 Semen tor. Dioſc.

27 ſiſtit. Vet.
28 medulla vultui vtilis eſt, & ad omnia eius. M. Et viridi me rulla vultuis vtile eſt &c. CH.
29 bis dãdum putẽt. CH.
30 linguæ. CH.

31 potionibus. M. potioribus. CH.
32 ſic. CH.

ANNOTATIONES.

a Macedonicum ſcilicet & Hiſpanicum. Non quidem ea duo diuerſa genera ſunt: cæterum ijs in locis plurimum gignitur.
b Monte Phthiotidis Theſſaliæ, ſuprà cap. 8. lib. 4.
c Citra coctionem. Dioſcor.
d Farctæ ac præcluſæ. Dioſc.
e Nicander in Thetiacis,

μαρκάθου ὠμόιστα πολὺ κάλλιστα τέθηνεν.
βοσκηθὲὶς ὠμόιστα πολὺ κάλλιστα τέθηνεν.

f Scapo, foliis, viridi ſemine, ramulis, & radicibus prima germinatione. Dioſcor.
g In Iberia caulem medium, dum floret, ruſtici demetunt, & igni admouẽt. Calfactus is ſuccum lacteum (*ἰὼρὸν*) exudat, gummi ſimilem, altero ſucco efficaciorem ad oxydercica & ocularia medicamenta. Dioſcor. confuſè & perturbatè hoc Plinius.
h Gũmoſo liquore, quę igni vicinus caulis veluti lacrymatur.
i Vtammi, melanthium, aniſum.
k Stomachi feruorem extinguit.
l Frigida potum. Dioſcor.
m Hippomarathron radice aut ſemine poto. Dioſcor.
n Si ſatiuti coma, vel ſemen cum ptiſana ſumatur, aut ſi hippomarathri foliorum decoctum hauriatur. Dioſc.
o Renum doloribus prodeſt. Idem.
p Ex incendio factis: vel carbunculis.
q De hippomarathro id Dioſcor.
r Tumentibus, vlceratis, pruriginoſis.
f Stranguriæ. Dioſc.
t In veteſta inſcriptione ſepulchri Patauini legitur Canabetum ſimplici, n. Ea ſic habet: Inferendi, in area humandi, ſepeliendiq; ius poteſtaſq; eſto: vt huic areæ, quã ego definij, & à fronte maceriam duxi, & titulum poſui, vltra eam aream & maceriam in fronte in agro verſus latè P. X. retrò vſq; ad Canabetũ huic areę cederin qua pedatura neq; humari, neq; tumulum fieri volo, vt habeat ea area & à latere acceſſum ſuum. Briſſonius cap. 16. lib. 1.
v Cannabis recentis decoctum expreſſa vaſidę herba, piſcatores terreſtrium lumbricorum cauernulis effundentes eos ſtatim euocant. Eiuſdẽ ſuccus, aut decoctum, tineas equorum ventri inhærentes eijcit & necat.
x Cùm Plinius legiſſet cannabis ſyluestris virgas eſſe althææ ſimiles, oſcitanter & incogitanter Cannabi tribuit, quod althęæ proprium eſt, vt aquam ſpiſſet, quod antea traditum eſt cap. 21.
y Concitatæ. Dioſc.
z Inflammationes mulcet illita, & tumores diſcutit. Dioſc.
A Medulla. Dioſc.
B Sudores ciet, cum oleo perũcto corpore. Dioſc.
C Ad cruentas excreationes medulla pota confert: naribus indita ſanguinem erumpentem ſiſtit. Dioſcor.
D Sagapenum, quod imo caule ad radicẽ vulnerato fluit. Dioſc.
E Scolymus Theophraſti, qui infrà deſcribitur lib. & cap. 22. Frutex eſt nunquam cubitali altior &c.
F Scolymus Dioſcoridis.

G Marcore candicantem.ob id γήρας, γηράσκω & γηράσματα Græci, vt pappos Latini vocant. Rhodiginus cap.7.6.
H Medicorum vulgus Chamæleontæ, id est, sylvestris cardui florem, ad conceptus efficacissimum esse putat.
I Radix illita: & decocta, in vinoque pota, totius corporis & alarum graueolentiam emendat.

Theriacæ compositio, medicaminis Antiochi.
CAP. XXIIII.

a Sed discessuri, in CH. non legitur.

1 SEd discessuri ab hortensibus, vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus, aduersus venenata animalia, incisam lapide versibus in limine ædis Æsculapij. Serpylli duûm denariorum pondus: opopanacis & a milij tantûdem singulorum, trifolij pondus denarij: anethi & fœniculi seminis, & anisi, & ammij, & apij, denariorum senûm singulis generib. erui farinæ duodecim. Hęc tusa cribrataq; vino 2 quàm possit excellenti, digeruntur in pastillos, victoriati pondere. Ex his singuli dantur ex vini misti cyathis ternis. Hac theriaca magnus Antiochus rex aduersus omnia 3 venena vsus traditur.

a quantum M.

3 venenata. CH.

ANNOTATIO.

a Mei. ex Galeno lib.2. de Antidotis. Huius remedij alia descriptio est apud Plinium medicum lib.3. cap. penult. Chiffletius.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ

LIBER XXI.

PROOEMIVM.

a De natura florum & coronamentorum.

De mira florum varietate. *CAP. I.*

IN HORTIS seri & coronamenta iussit b Cato, inenarrabili florum maximè subtilitate: quando nulli potest facilius esse loqui, quàm rerum naturæ c pingere, lasciuienti præsertim & in magno gaudio fertilitatis tam 1 variè ludenti. Quippe reliqua, vsus alimentiq; gratia genuit: ideoq; secula annosq; tribuit iis. Flores verò odoresque in diē gignit: magna (vt palàm est) admonitione hominum, quæ spectatissimè floreant, 2 celerrimè marcescere. Sed ne pictura quidem 3 sufficiente imagini colorum reddendæ, 4 misturarum varietati, siue alterni atque multiplices inter se nectantur, siue priuatis generum funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum, quædam coronę per coronas currunt.

1 variæ. CH.

2 celerius. CH.

3 sufficit Vet.
4 misturárumque. Vet.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap.6. lib.6. & cap.3. lib.7. histor. Plutar. lib.3. conuiu. quæst. Athen. lib.15.
b Cap.8.
c *Tot fuerant illic, quot habet natura colores;*
Pictaq; distimili flore nitebat humus,
De campis Ætnæis in quibus rapta Proserpina est.

De

De strophiolo serto, & qui primùm flores miscere cœperint, & a quando primùm corolla inuenta est vel appellata, & quare.
CAP. II.

TEnuioribus vtebantur antiqui, 1 b strophia appellantes: vnde nata strophiola. Quin & vocabulum ipsum 2 tardè communicatum est, inter c sacra tantùm & bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Cùm verò d è floribus fierēt serta, à serendo 4 seruiæ appellabantur: quod apud Græcos quoque non adeò antiquitus placuit. Arborum enim ramis coronari in e sacris certaminibus, mos erat primùm. Posteà 5 variari cœptum mistura 6 versicolori. Florumque inuicem odores colorésque accendēre f Sicyonij, ex ingenio Pausiæ pictoris atque Glyceræ 8 coronariæ, dilectæ admodum illi, cùm opera eius pictura imitaretur, & illa prouocans variaret, essetque certamen artis ac naturæ: quales etiam nunc extant artificis illius tabellæ, atque in primis appellata Stephanoplocos, qua pinxit ipsam. Idq; factum est post 7 Olympiadem centesimam. Sic coronis è floribus receptis, paulò mox subiere, quæ vocantur Ægyptiæ, ac deinde hybernæ, cùm terra floros negat, gramento è cornibus h tincto. Paulatímque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & 8 corollarijs, postquàm è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

1 strophos. Turn strophos. CH.
2 tardè inde com.
3 seriuæ M. & CH.
4 fierent, ferta à serendo appell. Turn.
5 variare.
6 versicolori florum, quæ in hd. col. accēderet, Sicyone. Turn. & CH.
7 Olympiada. CH.
8 corollaris, postquā è lamna. CH.

ANNOTATIONES.

a Ianum omnium primum nummum percussisse, rates & naues inuenisse, coronas reperisse; illisque fuisse vsum tradit Athenæus lib.15. ac ideò multas ciuitates Italiæ ac Siciliæ in sua pecunia, altera parte bicipitem eum cudere, altera vel nauem, vel ratem, vel coronam. Victor. cap.16. lib.36.
b Strophium nunc corona est: Virgil. in Copa.
Et grauidum roseo nectit caput strophio.
Nunc fascia pectoralis, quæ tumorē papillarum cohibet, Nonio: Turpilius, *Me miseram quid agam? inter vias epistola excidit mihi, infelix inter tuniculam & strophium quam collocauerat.* Plaut. in Aulul.
Pro illis crocatis strophiis simpulatim vocivo. Brod. a.p.11.4.
Strupos, verus. Strupum & strophum antiquitas coronā dixit. Festus. Turn. cap.1. libr.29. Strophia ἀπὸ τῆ στρέφειν, à contorquendis floribus dum conseruntur & connectuntur.
c Quæ coronari peragebant.
d Apud Apul.10. Asini, Gratiæ & Horæ Venerem Deam suam propitiant iaculis floris serti, & soluti. Coronas ex floribus στεφάνους ἐξ ἀνθέων Philoxenus vocat apud Athenæum lib. 9. pa.203. vers.
e Apud eundem στεφανῖτις Dromon vocat, quæ singulis conuiuis dispertiebantur.
c τίνα γὰρ εἶσιν ἀγῶνες ἄν' Ἑλλάδ', ἢ σταφανῖται ἄρχοι,
ἢ δὴ ἀγὼν ἔσται, εἰ μὴ ἐν Δελφοῖσιν;
flores, quem libet, coronemque sumpsisse.
ἆθλα δ' ἦν τῶν πέντε, στέφανος, σπονδαί. Ludi ij & sacra certamina fuerunt; Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia.
f Strabo in Brutijs, circa Vibonem, agrum scripsit tanta florum copia scatere, vt eò collectura Proserpinæ è Sicilia diuerterit: & coronæ è floribus illic primùm textæ sint. Ennius in Satidico apud Varronem, *Ibant malo, cum vere, Veneriam corollam*; nempe è floribus. Est & Græcum simile apud Hephæstionem, πρῶτος τῶν ἀνθέων μαλάκων μαλάκων. Scalig. in Varr.
g Strophiarios vocat Plautus strophiorum, id est, coronarij artifices.
h Idem fit hodie pennis gallinarum albis, cuiusq; floris & colorem & figuram imitantibus: idem fit charta picta ac concisa, singulos flores representante. Idem fit & à vestalibus præsertim Italicis, fericeis filis germanum floris colorem, natiuamque figuram exprimentibus.

Quis primùm coronā foliis aureis & argenteis dedit, & de honore coronarum apud antiquos, & de Scipionis honore, & de pactilibus coronis, & Cleopatræ reginæ facto. *CAP. III.*

CRassus a diues, primus argento auróque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesserúntq; & b lemnisci, quos adijci ipsarum coronarū honos erat propter c Hetruscas, quibus iungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ij. Cæsare eos primus instituit P. Claudius Pulcher, 1 d bracteáque etiam phiłyræ dedit. Semper tamē autoritas vel ludicro quæsitarum fuit. Nanque ad certamina in Circum e per ludos & ipsi descendebant, & seruos suos quisque mittebant. Inde illa x i j. tabularum lex. f Qui coronam g parit, ipse pecuniáve eius, virtutis ergò arguitur. Quam serui equíve meruissent, pecunia partam lege dici, nemo dubitauit. Quis ergo honos? h vt ipsi mortuo, parentibúsque eius, dum 3 intus i positus esset, foríve 4 ferretur, sine fraude esset imposita. Aliàs in vsu promiscuo ne 5 ludicræ quidem erat. Ingénsque & 6 hinc seueritas. L. Fuluius argētarius, bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu è pergula sua in forum prospexisse dictus, ex autoritate Senatus in carcerem 7 adductus, non ante finem belli emissus est. P. Munatius, cùm demptam k Marsyæ coronā è floribus capiti suo imposuisset, atq; ob id duci eū in vincula Triumuiri iussissent, appellauit Trib. Pleb. Nec l intercessere illi, aliter quàm Athenis, vbi 8 comęssabundi

1 bracteárúmque etiā phiłyras. Vet.

2 arduitor. Lipsius. virtutis iuæ ergò ditior ei Turn. virtutive ergo dim litor ei. Vet. virtutive ergo ditior ei. CH.
3 impositus. CH.
4 efferretur. Vet.
5 ludiæ. Turn. ex Vet. cod.
6 his. M. hic. Ver.
7 abductus. CH.

8 comissabundi. CH.

Yy 3 di iuue

di iuuenes ante meridiem 9 conuentus sapientium quoq; doctrinæ frequentabant. Apud nos exemplum licentiæ huius nõ est aliud, quàm filia Diui Augusti, cuius luxuria noctibus coronarum Marsyam, literæ illius dei gemunt. Florum quidem Popul. Romanus honorem Scipioni tantùm 10 habuit. Serapio cognomi nabatur, propter simili itudinem 11 suarij cuiusdam negotiatoris. Ob id erat in Tribunatu plebei admodum gratus, dignusque Africanorum familia.12 Nec erat in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus, ac funus elocauit, 13 quáque præferebatur, m flores è prospectu omni sparsit. Et iam tunc coronæ Deorum honos erãt, & n Larium publicorũ priuatorúmq;, ac o sepulcrorũ & Manium. Summáque autoritas, 14 P pactili 15 coronæ. Sut iles 9 aliorum sacris inuenimus, & solennes cœnis. Trãsiere deinde ad q rosaria: eóque luxuria processit, vt non esset gratia nisi f mero folio: futilibus mox petitis ab India, aut vltra Indos. Lautissimũ quippe habetur è nardi folio eas dari, aut veste serica versicolores vnguẽtis madidas. Hũc habet nouissimè exitũ luxuria fœminarũ. Et apud Græcos quidẽ de coronis priuatim scripsere 16 Mnestheus atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti: quoniam & in hoc est aliqua valetudinis portio, r in potu atque hilaritate præcipuè, odorum vi surrepente fallaciter, 17 scelerata Cleopatræ solertia. Nanque 18 apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pauore eius lusisse, extremis coronę florib. veneno illitis ipsáq; capiti imposita, mox procedente hilaritate inuitauit Antonium vt coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concepta in scyphum incipienti haurire opposita manu: En ego sum inquit, illa, chare Antoni, quam tu noua prægustantiũ diligentia caues: 19 adeò mihi, si possim sine te viuere, occasio aut ratio 20 deest. Inde eductum custodia bibere iussit, illico expirante. De floribus extra 21 suprà dictos scripsit Theophrastus apud Græcos. Ex nostris autem inscripsere aliqui libros Anthologicõn: flores verò 22 persecutus est nemo, quod equidem inueniã. Nec nos nunc scilicet coronas nectemus: id enim friuolum est: sed de floribus, quæ videbuntur digna, memorabimus. Pauciſsima nostri genera coronamentorum inter hortensia nouere, ac penè viola rosásque tantùm.

9 conuentus quoque sapientium doctrinæ causſa &c. Dal.

10 adhibuit.e.M.

11 mãcipij suarij. Supra cap 12. lib. 7.

12 Defuit in M.

13 & qua parte ferebatur. M.

14 fictili. CH.

15 coronæ vt in Saliorum sacris inuenimus solennes & cœnis. Turn.

16 Mneſitheus. CH. & Turn.

17 scelerate. CH.

18 in app. CH.

19 ideò M At mihi si possim sine te viuere, occidendi ratio adest. Vet.

20 adest. Inde ductũ in custodiã bibere iussit, illico expirantem. M. deest. Inde eductã custodiam &c. Turn Induxiam custodiam &c. expirantem. CH.

21 suprà dictis CH.

22 prosecutus. M.

30

ANNOTATIONES.

a Eum creditoribus suis decoxisse posthac tradit cap. 10. lib. 33. quemadmodum & Valer. cap. 11. lib. 6.

b Magius cap. 17. 2. Lanisios legi vult, quòd vrnarum & sepulchrorum serta lanis colorijs, & tæniis ornarentur, vt antiquissimum coronarum genus lanearum fuit, quas in sepulchris tænias multas sculptas videmus, interdum striatas. Cæcilius in Androgyno: Sepulchrum plenum tæniarum Plutarch. in Philopoemene defunctorum vrnas tæniis cingi & redimiri docet. Supra ca. 2. lib. 18. spiceam coronam alba vitta Acca Laurentia colligauit. Varroni lib. 6. de Ling. Lat. insulæ dicuntur, quasi insilæ, quòd intra hostiarum cornua velamenta è lana adderentur. Itaque nunc, inquit, cum ad sepulchrum frondes & flores ferunt, lanas addunt. Hæc quidem Magius πιθανῶς καὶ ἀξιοπίστως: verùm si è lana lẽnisci forent, quod ait Plinius, celari non possent, nisi quis sic existimet, quod e lana principio fuit, ex ære postea, auro, argentóue factum. Apud Germanos coronæ sponsarum lemniscos etiam nunc habent, nempe vndique pendentia foliola aurea, nunc cælata, nunc rudia, quæ Galli vocant *paillettes*, veluti paleolas. Festo, Lemnisci fasciolæ colorisatæ dependentes ex coronis: sic dictæ quòd antiquissimæ fuerint laneæ coronæ.

c Tertullianus Herrusceas duas ex auro, quæ in triumphis ferebantur describit, alteram ciuicam quernam, alteram victricem lauream. *Coronati*, inquit, *& publicos ordines laureis publicæ causſæ: magistratus verò insuper aureis, vt Athenis & Romæ. Præferuntur etiam illis Herrusceæ. Hoc vocabulum est coronarum, quæ gemmis & solis ex auro quercinis ob Iouem insignes ad deducendas tensas cum palmatis togis sumunt.* Ac rursum, *Triumphi laureæ foliis struuntur: hæc adumbratur lemniscis, & inauratis lamnulis, vnguentis delibuitur &c.*

d Id est, exiguos appendices squamulis similes cælatos. Intelligendum P. Claudium Pulchrum, no tantùm coronis addidisse lẽniscos, sed etiam pro phitiris pendulis quibusdam velut remijs ac fascijs adexuisse, adnexuisseque bracteas aureas, vel argenteas. Legendum puto, bracteatumque etiam phityras dedit.

e Ludos Consuales significat à Romulo institutos in honorem Neptuni equestris, qui artem equitandi docuit. Illis equi ac muli, tum iuncti, tum soluti, magno spectatorum studio, per Circum decurrebant, mululq; pro victima sacrificabatur. Alij Equitia intelligunt ab eodem reperta, quę in Martio campo celebrabantur. Vide Alex. ab Alex. cap. 26. lib. 5.

f Hic duplicis coronæ mentio fit. Prioris, virtute partæ de qua Cicero libris de Legibus, *tamilla significatio est laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, & ei qui peperisset, & eius pareuit fine fraude esse lex imposiam iubet.* &c. Posteriorisq; pecunia comparasset, nimirum vel equus vel seruus, superiore minus honorata & laudata. Imperator Alexander ciuilium munerum vacationem ijs non permisit, qui æmulis corruptis & redemptis coronati fuerant. Reguardus cap. 15. in leg. 12. tabul. qui sic inter pretatur, eum argui, vituperari ac reprehendi, qui pactione coronam sit adeptus, virtutis ergò, ne id fraudi sit ijs, qui virtute citra dolum quærunt. Quod autem pertinet ad mortuorum coronas, Seruius adnotauit, olim cadaueta per dies septem domi seruari solita, togo dari octauo die, sepeliri nono. Turn. cap. 1. 29. legit, diuiditor, id est, derrabitor, adimitor, si pactione adeptus sit, non virtute. Veteribus diuidia tædium fuit. Diuidus Actio apud Nonium, separatus.

g Pacis, pactione acquisiuerit. Ræuard. cap. 15. in leg. 12. tabul. Plinium tamen legisse, parit, ostendunt sequentia verba, Pecunia partam, nisi pactam legas.

h Græcis mos etiam fuit coronatos mortuos efferre. Cicero in orat. pro L. Flacco, Smyrnæorum plebiscito decretum fuisse narrat, vt mortuus Castricius in oppidum inferretur, quod aliis non concedebatur: deinde vt ferrent ephebi: postremò vt aurea corona imponeretur mortuo. Apud Aristophanem ὁ ἀνὴρ κοσμεῖσθαι ἐκέλευε maritus vxorem increpans, quòd se in lectulo dormientem, veluti cadauer reliquisset. ἔπειτ' ἀποκλαύσεσθ' ἀσπασάμενοι προσκαμοῦσι μετὰ τοῦ στεφάνου, δεῖ γὰρ ἐκφέρειν ταχύ.

i Græcis est ἀγερθῆναι, de cuius verbi notione & prisca cõsuetudine vide quæ notata sunt supra ad cap. 11. lib. 13.

k Marsias Liberi patris minister in ciuitatibus libertatis fuit indicium.

1 Sensus est,

1 Sensus est, Tribunos non interessisse, sed castigandum censuisse Munatium, seueriore & fuge alia disciplina Romanorum, quàm Atheniensium, apud quos iuuenes commeabundi, poti, vino madidi licenter ac insolẽter Philosophorũ scholas adeunt, illos auditurí. Nam corruptissimi & perditissimi fuerunt Atheniensium mores, vt inquit Theopompus apud Athenæum lib. 12. iuuenibus apud tibicinas & scorta versantibus: aliquanto grandioribus occupatis in tesserarum lusu & eius modi petularia: vniuersóque populo plus sumptus facière in publicas epulas ac visceraciones, quàm in gubernãda ciuitate. Eo verò crimen probrosius, quòd Philosophis operam darent, quorum monitis ac præceptis reuocari debuerant ab ea intemperantia, cùm Romæ Philosophi nulli essent, qui iuuenes ad virtutem & probitatem erudirent. Putat Cuiacius hic significari Polemonem, qui eum, autore Laërtio, comitatus sodalib⁹ aliquãdo ebrius ac coronatus scholam di putantis de temperãta Xenocratis ingressus fuisset, ab eo nihil deterrito, sed acrius & animosius rem quam cœperat tractanti, sic est castigatus & ad taniorem mentem reductus, vt eam vitæ impuritatem perosus, philosophiæ se totum tradiderit, & vita functo Xenocrate eius scholæ præfuerit. Horat. Serm. 2.

---Quero, faciſsue quod olim
Mutatus Polemon: ponta insignia morbi
Fastidiat, cubitale focalia: potus vt ille
Dicitur ex collo furtim capſsisse coronas.

Athenien sium iuuenum, faces vibrantium, Eryminúmque cultu pauorem incutientium proteruiam in Socratem, multa iam nocte à cœna domum redeũtem, narrat Rhodig. cap. 40. 21.

m Rosa, myrto apud Euripidem in Electra & Plutarchum in Aristide potho apud Theophrast. 6. Hist. & alijs omne genus floribus ornata coronatáq; sepulchra olim fuisse, è multis scriptorum locis cognoscimus. Anacreon oda in Rosam: τὸν καὶ θεοὶ στέφουσι καὶ βροτοὶ τιθέμενοι ἄμβροτον. Sophocles in Electra, καὶ δὴ νέαν σοὶ πᾶσι ἐσεῖχ' ὁπλὴν ἔτ' οὖσαν ἐκ δόμων ἄτερ, ὅπως κατάρξῃ τῶν ἐμῶν ἐφαγνίσμων τ' ἐπὶ τύμβῳ πατρὸς, ἐμοῦ κασιγνήτου τε· ἥκει γὰρ ἐκ χθονὸς πολλῶν ἀγαθὸς ἡγεμὼν ἐμοὶ τε καὶ σοὶ καὶ πατρὶ τῷδε κοινὸς ἐν δόμοις τε καὶ μάχῃ ξυνωφελὴς. ἡ περιστερὰ κύκλον πτεροῖσι ποιήσασα, δεῦρ' ἐπανέβη πάλιν. Serta illa, vt videre est in vrnis ac sepulchris antiquis, tæniis laneis colorijs, id est, suo tantùm & nativo colore tinctis, simplicabantur & nectebantur. Magius cap. 17. lib. 2.

n Lar apud Plautum in Aulularia,

Hunc ſilua vna est: ea quotidie mihi
Aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat:
Dat mihi coronas.

o Decemviri olim fustulerunt sumptuosam respersionem, id est, murænam potionem: longas coronas, quibus ornabantur busta, sepulchra, sellæ curules, theatra, currus triumphantium: nã rotundis homines vsuntur: & acerras de quibus adnotatum suprà cap. 17. lib. 12.

p Plectilis meminit Plautus in Bacchidibus,

Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis. *mauult* Xenophani Colophonio apud Athenæum, *meretr.* Eubulo comico. Apud Græcos sponsæ, quæ ad virum ituræ erant, ex obuijs floribus coronam sibi texebãt, quam sub flammeo capiti imponerẽt. Probrosum enim fuisset emptam gestare. Alex. ab Alex. cap. 5. 2.

q Leg. Saliorum. De horũ institutione, ritu, saltationibus, carmine, ancyliis & conuiuijs sumptuosis abunde multa Alex. ab Alex. cap. 26. lib. 1. Salius Arcas Æneæ comes, Saliorũ Marti Gradiuo sacrorum saltationem instituit. Ab eo dicti Salij. Varro. In denarijs Romanis Salius effingitur amictus veste longa, dextra manu caduceum tenens, sinistra clypeũ, capite galea tecto, prominenti ad veramque aurem apice oblongo & acuto. Vrsinus 23.

r Coronas é solis rdlis.

s Merum folium dicit aroma Indicum, non autem floris rosæ folia.

t In epulis coronatos accubuisse ostendunt Aristophanes in Equitibus. Plautus in Pseudolo, Ouid.

Ebrius incuſsit philtyracomina capillis
Saltat & imprudens vritur arte mero.

Martialis, *Pinguescat minimo madidus nitidi crinis amomo.*

Lassentirque rosis tempora sutilibus. Rodiginus cap. 26. & 28. lib. 27. Huc spectat quæstio apud Plutarchum in Sympos. 3. An inter pocula coronis & sertis vtendum sit.

De rosa in coronis, & de generibus eius, & vbi seratur.
CAP. IIII.

ROsa nascitur spina veriùs, quàm frutice, in a rubo quoque proueniens, illic etiã iucundi odoris, quamuis b angusti. Germinat omnis primò inclusa c granoso cortice. Quo mox intumescente, & in virides d alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit, in calicis medio sui 1 stantis cõplexa luteos apices. Vsus eius in coronis propè 2 minimus est. Oleo maceratur, idque iam à Troianis temporibus, e Homero teste. Præterea in vnguenta transit, vt diximus. Per se medicas artes præbet. Emplastris atque collyrijs inferitur mordaci 3 subtilitate. f Mensarum etiam delicijs 4 inungendis minimè noxia. Genera eius nostri fecere celeberrima Prænestinam & Campanam. Addidere alij Milesiam, 5 cuius sit ardentissimus colos, non 6 excedentis duodena folia. Proximam ei Trachiniam minus rubentem. Mox Alabandicam, viliorem albicãtibus folijs. 7 Vtilissimã verò plurimis, sed minutissimis spineolam. g Differunt enim multitudine foliorum, asperitate, lævore, colore, odore. Pauciſsima quina folia, ac deinde numerosiora: cùm sit genus eius, quã centifoliam vocant: quæ est in Cãpania Italiæ, 8 Græciæ verò circa Philippos: sed ibi nõ suæ terræ prouentu. Pãgęus 9 mõs in vicino fert, numerosis folijs ac 10 parcis: vnde accolæ transferentes cõserunt, 11 ipsaq; plãtatione proficiunt. Non autẽ talis odoratissima est, 12 nec cui latissimum maximumq; foliũ. Breuiterq; indiciũ est odoris, h scabritia corticis. Cepio Tiberij Cęsaris principatu, negauit centifoliã in coronas addi, præterquã extremos velut ad 13 cardines, nec odore, nec specie probabilẽ & quæ Græcà appellatur à nostris, à Græcis i lychnis, non nisi in humidis locis prouenięs, nec vnquã excedens quinq; folia, 14 violæ magnitudine, odore nullo. Est & alia Græcula appellata, conuolutis foliorũ paniculis nec dehiscens nisi manu coacta, semperq; nascenti similis, latissimis folijs. Alia funditur è caule maluaceo, folia 15 oleæ habente, 16 moscuton vocant. Atq; inter has media magnitudine autũnalis, quã coroneolã 17 vocant. Omnes sine odore, præter coroneolã & in rubo natã: tot modis adulterantur. Et aliàs vera 18 quoque plurimùm solo præualet. Cyrenis odoratissima est, ideóque ibi vnguentum pulcherrimum. Carthagine Hispa-

1 stãteis. Vet.

2 nimius. Vet.

3 vetilitate. Alij.

4 integẽdis. Vet. perunguendis. CH.

5 cui. CH.

6 excedentein. Vet.

7 Vilissimã. M. & CH.

8 Græcia verò. Vet.

9 namque mons. M.

10 parnis. Inde. Vet.

11 ipsæque. Vet.

12 sed. Th.

13 margines. Vet.

14 violaq; (sic CH) magnitudinem. M.

15 vlmi Ver.

16 aceton. M. Lego, moscheuton.

17 appellant. CH.

18 quæque. Vet.

niæ,hyeme tota præcox. Refert & cæli temperies. Quibuſdam enim annis minùs odorata prouenit. Prætereà locis omnis ſiccis quàm humidis odoratior. Seri [19] nec pinguibus vult,nec argilloſis locis,nec riguis,contenta raris:proprieque ruderatum agrum amat.Præcox Campana,[20] ſera Mileſia. Nouiſſimè tamen deſinit Prænestina.Fodiuntur altiùs quàm fruges, leuiùs quàm vites. Tardiſſimè proueniunt ſemine, quod in ipſo cortice eſt ſub ipſo [21] flore opertum lanugine: ob id potiùs [k] caule conciſo inſeruntur. [22] [l] Et ocellis radicis, vt harundo, vnum genus inſeritur pallidæ ſpinoſæ,longiſſimis virgis quinquefoliæ, [23] quæ è Græcis altera eſt. Omnis autē reciſione atque vſtione proficit:tranſlatione quoque,[24] vitis optimè ocyſsimeq; prouenit,ſurculis quaternûm digitorum longitudine, aut ampliore, poſt Vergiliarum occaſum ſata:dein per Fauonium tranſlata, pedalibus interuallis,crebróque circunfoſſa.Qui præcocem faciunt, pedali circa radicem ſcrobe aquā calidam iufundunt, germinare incipiente calice.

19 neque ping. neq; arg.CH.

20 eſt,ſera.M.

21 ferè.M.Lego,quod ſub ipſo cortice eſt, ferè opertum.M.

22 At.Vet.

23 quæ. Græcula.M. Lego, à Græculis altera eſt.Dal.

24 vt vites optima. CH.

ANNOTATIONES.

a Cynoſbato.
b Latè ſe non ſpargentis.
c Veluti graniſ aſperſo & ſcabro.
d Papillaros corymbos vocat Hieronymus. Dehiſcētem in calathū fundi aiūt.Rhodi.ca.16.17. Cohiuū & coniuū Gloſſarij autor vocat *πάννυκα ἐκ συμπέτα*. Vide Scalig. in Feſtū,voce Coniuola.
e Iliados *ϕ. ἐριθιστι ἴσαίσ*.
f Solebant Romani non ſolùm menſas ad conuiuia ſtructas, vt nunc fit,roſarum foliis cōtexere, ſed etiam epularum ſertculis ea inſpergere,tura & minimè noxia voluptate.Quidam exponunt menſas citreas in ſummis delitijs habitas inungi roſarum ſucco, qui ob amarorem intactas & Iliacas eas ſeruaret à carie & tineis.Heliogabalus in recumbentes conuiuas per laquearia, veluti per impluuium, roſas effundi iubebat. Quidam & puluinos triclinares accubitorios roſis farciebant.
g Hæc ex Theophr.cap.6.lib.6.hiſtor.
h Eius quod infra roſam eſt aſperitas. Theophr.Corticem vocat corticoſum alabaſtrum,qui ſemen continet,vtpaulò poſt ſequitur.
i Quidam inodoratam & puſillam roſam rubram indicari volunt,vēre & autumno prodeuntem, quām vulgo vocamus *Damaſcenge*. Alij lychnidem Dioſcoridis coronariam herbam, flore violæ, purpuraſcente, à Plinio intempeſtiuè recenſeri putant inter roſarum genera.Noſtrates certè ob ſimilitudinem, quam flos habet cum roſa,lychnidem vocant,*Paſſe roſe*.
k Malleolis ex caule deciſis.
l De Lilio id Theophr.cap.2.lib.2.hiſtor.

De lilio tria genera, & ratione ea inſerendi. CAP. V.

1 Appoſitum.Vet.

2 caule interdū. Vet.

LIlium roſæ nobilitate proximum eſt, & quadam cognatione vnguenti oleique, quod lirinon appellatur. [1] Et impoſitum etiam maximè roſas decet, medio prouentu earum incipiens. Nec vlli florum excelſitas maior, [2] interdiu cubitorum trium, languido ſemper collo, & non ſufficiente capitis oneri. Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtijs in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi, reſupinis per ambitum labris,tenuíque [3] filo & [4] ſemine, ſtantibus in medio crocis.Ita odor colórque duplex. & alius calicis, alius ſtaminis, differentia anguſta. In vnguenti verò oleique vſu,& folia non ſpernuntur. Eſt flos non diſsimilis illi in herba quam conuoluulum [5] vocant, [a] naſcens per frutecta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantùm referens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiſcentis. Alba lilia ijſdem omnibus modis ſeruntur, quibus roſa: & hoc ampliùs lacryma ſua, [b] vt hippoſelinum: nihilque eſt fœcundius, vna radice quinquagenos ſæpe emittente bulbos. Eſt & rubens lilium, quod Græci [6] crinon vocat. Alij florem eius [7] cynorrhodon. Laudatiſsimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaſelide. Quartum locum obtinet in Italia naſcens. Sunt & [8] purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnoſiore tantùm radice,maioriſque bulbi, ſed vnius: narciſſum vocant. Huius alterum genus flore candido, calice purpureo. Differentia à lilijs eſt & hæc, quòd narciſsis folia [c] in radice ſunt, probatiſsimis in Lyciæ montibus. [9] [d] Tertio generi cætera eadem, calix herbaceus. [e] Omnes ſerotini. Poſt Arcturum enim florent,ac per æquinoctium [10] autumnum. Inuenta eſt & in his ratio [11] inſerendi, monſtrificis hominum ingenijs. Colliguntur nanque menſe Iulio [12] ſcapi areſcentes, liliaque ſuſpenduntur in fumo. Dein nudantibus ſe [f] nodulis, in fœce nigri vini vel Græci menſe Martio macerantur, vt colorem [13] percipiant:atque ita in ſcrobiculis ſeruntur,heminis fœcis circunfuſis.Sic fiunt purpurea lilia:mirúmque,ita tingi aliquid,vt naſcatur infectum.

3 filo.CH.
4 ſtaminis. Vet.& ſtaminum.Alij.

5 vocant. Naſcitur. Vet.

6 crinon agrion.Vet.
7 crinorrhodon.Vet.

8 prætereà leiria.Ex Theophr.

9 Alteri &c croceus. Ex Dioſc. Vide Ann.
10 autumni.Vet.

11 inficiendi Vet.

12 bulbique Vet ſcapi floreſcentes iliiaqi. ſic Caſſiano.

13 accipiant.Vet.

ANNOT-

ANNOTATIONES.

a Ea eſt,quæ Iaſione à Theophraſto, & ab authore dicitur poſthac cap.17.& cap.22.lib.22.
b Theophraſtus cap. 4. 1. Cauſſ. lilio & hippoſelino addit & alia quædam quæ tamen non recenſet nominatim. *ἐπώνυμα* vocat has plantas autor lib rorum de Plantis, qui Ariſtotelis aſcribūtur,cuius vocis loco in exemplari deprauato legitur,opigaïs.
c In caule nulla.
d Lego,Alteri generi. Nam tantùm duo genera Narciſſi ſunt, alterum quod florem in medio purpureum habet, *πορφυρανθές*: alterum,quod croceū, *ἠρινάνθες*. Plinius legiſſe videtur *πολύανθες*. Idem, quod in medio floris extat,calicem vocat,nullius Græci autoris exemplo.
e Vterque Narciſſus nobis floret Martio & Aprili. Theoph.ca. vlt.lib.6. hiſtor. alterum genus leirij per autumnum cum croco & ſyluestri & ſatiuo floret.
f Nodulos vocat radiculas bulbis ſimiles, quas, vt Caſſianus prodit, caules in fumo ſuſpenſi emittunt.

De violis & de caltha,& de bacchare,combreto,aſaro & croco. CAP. VI.

1 Earumque.CH.
2 plantæ.Vet.

VIolis honos proximus. [1] Earum [a] plura genera.Purpureæ,luteæ, albæ: [2b] plantis omnes,vt olus,ſatæ.Ex ijs verò,quæ ſponte apricis & macris locis proueniunt, purpureæ,latiore folio ſtatim ab radice [3] carnoſa exeunt,ſolaque [4] Græco nomine à cæteris diſcernuntur, [5] appellata [c] Ia, [6] vt ab his Ianthina veſtis.Sed [7] ſatiuis maxima autoritas luteis.Genera [8] ijs Tuſculana,& quæ marina appellatur, [9] folio aliquātò latiore,ſed minùs odorato. In totum verò ſine odore, minutoque folio [d] calathiana, munus autūni,cæteræ vêris.Proxima ei caltha eſt cōcolori [10] amplitudine.Vincit numero foliorū marinā, [11] quinque nō excedētem.Eadē odore ſuperatur.Eſt enim grauis [12] caltha.Non leuior ei, quam [e] ſcopam regiam appellant: quanquam folia eius olent,non flores. [13] Bacchar quoque radicis tantùm odoratæ [14] eſt,à quibuſdam nardum ruſticum appellatum.Vnguenta ex ea radice nec ſolita apud antiquos, Ariſtophanes priſcæ Comœdiæ Poëta teſtis eſt. Vnde quidam errore falſo barbaricam eā [15] appellabant.Odor eſt [16] ei cinnamomo proximus. Gracili ſolo nec humido prouenit.Simillimum ei,combretum appellatur, foliorum exilitate vſque in fila attenuata,& procerius quàm bacchar.Nec hæc ſunt tantùm,ſed eorum quoque error [17] corrigendus eſt, qui bacchar,ruſticum nardum appellauere. Eſt enim alia herba ſic cognominata,quam Græci aſaron vocant, cuius ſpeciem figurámque diximus in nardi generibus.Quinimo aſaron inuenio vocitari, [f] quoniam in [18] coronis non addatur. [19] Crocum [g] ſyluestre optimum:ſerere in Italia minimè expedit,ad [h] ſcrupula vſque ſingula areis decoquentibus.Seritur radicis bulbo.Satiuum latius, maiuſque & nitidius,ſed multò leuius degenerans.Sed nec vbique fœcundū, etiam Cyrenis, vbi ſemper flores laudatiſſimi Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco mōte:dein Lycio,monte Olympo:mox Centuripino Siciliæ.Aliqui [20] [i] Phlegræo ſecundum locū dedēre.Adulteratur nihil æquè.Probatio ſynceri, [k] ſi impoſita manu [21] crepat, [l] veluti fragile. Humidum enim,quod euenit adulteratione, [22] cedit. Altera probatio:ſi manu prolata ad ora,leniter faciem oculóſque mordeat. Eſt per ſe genus ſatiui blādiſſimum vulgò, [23] cùm ſit [m] medio candidū, dialeucon vocant. Contrà Cyrenaico vitium, quòd omni croco nigrius eſt,& celerrimè marceſcit. Optimum vbicunque quod pinguiſſimum,& [24] breuibus capillis:peſſimum verò,quod ſitum redolet.Mutianus autor eſt,in Lycia anno ſeptimo aut octauo [n] transferri in locum ſubactum, atque ita degenerans renouari. Vſus eius in coronis nuſquam. Herba enim eſt folio angusto penè in capillamenti modum. Sed vino mirè congruit, præcipuè dulci, tritum [o] ad theatra replenda. Floret Vergiliarum occaſu paucis diebus, folióque florē expellit: Viret [25] bruma & colligitur.Siccatur vmbra, melius etiam hyberna.Carnoſa & illi radix,viuaciórque quàm cæteris. [p] Gaudet calcari & [26] & atteri, pereundoq; melius prouenit.Ideo iuxta ſemitas [q] ac fontes lætiſſimum.

3 carnoſo.Vet.
4 Græco, in CH. d.
5 appellatæ. Vet. & M.
6 & ab.M. & ab his ia cinthina CH.
7 ſatiuarum.Vet.
8 autem CH
9 flore.Dal
10 ſimilitudine.Vet.
11 quinque ſo ia nō. M.
12 calchæ.M.
13 Baccharis Ex Dioſcor
14 eſt, quæ à &c appellatur.cap.20.ii.21.

15 appellant.M.
16 radicis.Ex Dioſc.

17 regendus.CH.

18 coronas.M.

19 Crocum & ſyluestre eſt.Serere &c.Satiuum latius optiūū, maiuſque &c.Vet.

20 Aegæo.Turn. hereo CH.
21 crepitat. Alij crepit.CH.
22 ſiler.Turn.

23 quod ſit.Dal.

24 breuis capilli.CH.

25 bruma.Collectum ſiccatur &c.eſt i.li.M.
26 atteri pede, quo melius. M. atteri pede,pereundoque melius.Vet.

ANNOTATIONES.

a Nicander in Georgicis duo tantùm genera facit, *ὠχρὴν* & *κυανῆν* pallidum & luteum.

Ἀλλὰ τὰ μὲν σκαίρουσι, τὰ δ' ἠμὲν ὠχρὰ φυτεύειν
Ἄλλα δὲ κυανέην, γίνυ γλυφὲ ἶδιν Ἀθήνῃ·
Σὺ γὰρ χρυσείῃ τε φύσιν εἰς ὄπτε ἰδυῖα
Σπύσσεις· ἰοπλοκάμοις νόμφαι φίλον ἄγκεϊ ἴόνι
Παιπαλόεν περιθρῶσκα ἰνὶ κολώνεσιν, ἔρρεον
Ἠ νύσσ' ἀγρὸν χλοάοντα, μετὰ δ' ἰκνυμένοις, σπαλάμῃσιν
Ἀμφεὶς ἠμὲ λάθρῃ τὸν ἐπαίσσετε γῆμαι
Ἐσπέρῃσι, γάμῳ ἀμφὶ τ' ἀναιδέα νυχίοιμι. Scaliger.

b Luteas & albas ſemine nos ſerimus,purpureas planta.

c *μηλάνθιον*,Theophr.

d Calathianam alij eſſe volunt thylacitidem,à Dodoneo pictā calathianæ titulo:alij eiuſdem campanulam.Atverāque coerulea eſt,calathiana verò lutea,ſi calthæ concolor eſt. Nā caltham luteam eſſe monſtrant hi verſus Virgilij & Columellæ.

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Preſſāque ſtammeola rumpatur ſcilla caltha.

Calathianā ego puto eſſe digitalē luteā, flore luteo, calatho ſimili: calthā verò noſtrā calenduli. Dioſcoridi caltha chryſanthemum,ſiue buphthalmos dicitur.

e Sideritim

e Sideritim quidem esse puto, sed Achilleam, cuius folia odorem multum spirant, non insuauem, verum medicatum, autore Dioscoride vt pro latissimo folio cap. 5. lib. 25. legendum sit tenuissimo, vel, quod magis placet, latissimo. nisi latissimum foliũ intelligamus totius plantæ comam latissimè se spargentem. Nã multis virgis multumque spatij occupantibus ea planta subrigitur. Coronis autem experitur flos ex albo aureus. Quamobrẽ inter luteos flores hic à Plinio recẽsetur.

f Quoniam coronas non ornet. σαίειν, ornare, verrere, mundare. γῦ σαιρωθέν Plutarcho in Catone, floribus ornatus ager: vt σαίεσθαι, pascuus: σαιρόμενον, sationalis, vel seminalis, aruũ: ἐαρωμένον, riguus.

g Non quidem sponte nascens, agreste, inurbanum, sed exoticum aliunde inuectum. Italicum enim fructuosum & quæstuosum non est.

h Areæ singulæ vigesima quarta parte minus fructus reddunt quàm impensæ factum est. Scrupulum vigesimaquarta vnciæ pars est. Quod si ad drachmam id exigas, cuius scrupulum tertia pars est, sensus est, tertia parte minus fructus percipi, quàm impensa constiterit.

i Phlegma oppidum Macedoniæ maritimum. Phlegræus ager Campanus, siue Laboriensis, Puteolis vicinus, fertilissimus panici, farris, rosarum. Ex ijs duobus locis, vel alterutro fortassis, crocus nobilis & excellens fuit. Quidã hîc legunt, Heræo: alij, Thræo: Turn. Æggo: vt id consentiat cum Dioscoridis verbis, ἄνυσμα νῆσος ἡ ἐξ αἰγίλωπος πρὸς ἀετωλίαν.

k Hoc mediæ ætatis indicium est.

l Nam fragile Dioscorides improbat.

m Dioscoridi Corycium, quod optimum est, in oblõgo calice paululum candidi monstrat.

n Idem sit & passim in Gallia.

o Seneca epistola 91. *Hodie verum tandem sapientiorem putas, qui immensis quemadmodum in immensum altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat &c.* Martialis,

Et Cilices nimbis qui madescere suis,

nempe Cilicio croco. Spartianus in Hadriano, *Et honorem Veneris balsama & crocum per gradus theatri fluere iussit.* Brod. ca. 6. 5. Theophr. lib. De odoribus, ἀλλὰ συμβάινει τῷ ὕστι καθάπερ ἤδη ἄνυδρα γίνεσθαι τῷ πάθει τὸν ὁμοῖον, τῷ μὲν γὰ γλυκεῖ πρὸ μάλιστα διαμένειν διὰ τὸ μᾶλλον ἔχειν. Seneca cap. 9. lib. 2. Quæst. natur. id sparsione vocat. Poëta, *Pulpita solennes non oliuere crocos.*

p Nam foliis attritu & calcatu corruptis, & necatis, totum alimentum in radicem absumitur, quæ anno sequenti plenior, flores plures & meliores edit adde & quòd radix alimento turgida quod in folia exhaustum non est, diutius viuit & tardius flaccescit. Aliter tamen rusticis videtur, qui studiosissimè tum pecus arcent, tum homines à locis croco consitis. Vide Victorium cap. 8. 14.

q Plinius in Theophrasto legit, ὑπὸ τῶν κρωσῶν, non, vt legimus, ὑπὸ τῶν κροκυτῶν. Legit quoque, κατατρίβομένης πάντῃ (non κάτω) τῆς ῥίζης. Turnebus.

De floribus antiquis, & de odoramentorum diuersitate, saliunca, & polio. CAP. VII.

TRoianis tẽporibus iam erat honos ei. Hos certè flores Homerus treis laudat, loton, crocon, hyacinthum. Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia est in colore, & odore, & succo. Odorato sapor rarò vlli nõ amarus: è contrario dulcia rarò odorata. Itaque & vina mustis odoratiora, & syluestria magis omnia satiuis. Quorundam odor suauior è lõginquo, propiùs admotus hebetatur, vt violæ. Rosa recẽs à longinquo olet, sicca propius. Omnis autem verno [1] tempore acrior, & matutinis: quicquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Nouella quoque vetustis minus odorata. Acerrimus tamẽ odor omnium æstate media. Rosa & crocum odoratiora, cùm serenis diebus leguntur: & omnia in calidis, quàm in frigidis. In Ægypto tamẽ minimè odorati flores, [a] quia nebulosus & roscidus aër est à Nilo flumine. Quorundam suauitati grauitas inest. Quædam, [2] cùm virent, nõ olent, propter humorem nimium: vt buceros, quod est fœnum Græcum. Acutus odor non omnium sine succo est, vt violæ, rosæ, croco. Quæ verò ex acutis succo carent, eorum [3] omnium odor grauis, vt [b] in lilio vtriusque generis. [c] Abrotonum & amaracus acres habent odores. Quorundam flos tantùm iucundus, reliquæ partes ignauæ, vt holę ac rosæ. Hortensium odoratissima quę sicca, vt ruta, menta, apium, & quæ in siccis nascãtur. Quædam vetustate odoratiora, vt cotonea: eademq; decerpta, quàm in suis radicibus. Quædam non nisi defracta, aut ex attritu olent: alia non nisi detracto cortice: quædã verò non nisi vsta: sicut thura [4] myrrhæque. Flores [5] triti omnes amariores, quàm intacti. Aliqua arida diutius odorem continent, vt melilotos. Quædam locum ipsum odoratiorem faciunt, vt iris: quin & arborẽ [d] totam cuiuscunque radices attingit. Hesperis noctu magis olet, inde nomine inuento. Ani malium nullum odoratum, nisi si de pãtheris quod [e] dictum est, credimus. Illa quoque non omittenda differentia est, [6] odoramentorum multa nihil pertinere ad coronam enta, vt irin atque saliuncam, quanquam nobilissimi odoris vtranque. Sed iris radice tantùm commendatur, vnguentis & medicinæ nascens. Laudatissima in Illyrico. Et ibi quoq; non in maritimis, sed in syluestribus Drilonis & [7] Naronę. Proxima in [8] Macedonia, longissima hæc & candicans, & exilis. Tertium locũ habet Africana, amplissima inter omnes, gustuq; amarissima. Illyrica quoque duorum generum est, [f] Rhaphanitis à similitudine, quę & melior: Rhizotomos subrufa. Optima, quę sternutamẽta [10] tactu mouet. Caulẽ habet cubitalẽ, [11] erectũ. Floret diuersi coloris [50] specie, sicut arquus cælestis, vnde & nomẽ. Nõ improbatur & Pisidica. [12] g Et fossuri tribus

1 repore. Chiffletius.

2 dum. CH.

3 omnibus. Ver. omnino. Alij Vet.

4 myrrháque. Vet.

5 tritu. CH.

6 odoratorum mul. ad. attinere. M. legitur & adtinere, in CH.

7 Naronis. Vet.

8 Macedonia. Laudatissima hæc candicãs. Ex illis tertium. M. 9 qui melior rhizoto mos. Cap. 20. lib. 21. 10 tractatu. Ver.

11 & rectum. Ver.

12 Effossuri & c. mulsam aquã circunfundũt hoc vel. plac. ter. blandientes circũferi præ. Vet.

trib. ante mensib. mulsa aqua circunfusa, hoc veluti placamẽto terrę blãdiuntur, circunscripta mucrone gladij orbe triplici: & cùm legerint eam, protinus in cælum attollunt. [h] Natura est feruens, tractataq; pustulas ambusti modo facit. Præcipitur ante omnia, vt casti legant. Teredines nõ sicca modò, verũ & in terra celerrimè sentit. Optimũ antea irinum Leucade & Elide [13] ferebaturi: ampridem enim [14] & [i] feritur: nunc è Pamphylia: sed Cilicium maximè [15] laudatur atque Septentrionale. Saliunca foliosa quidem est, sed breuis, & quæ necti non possit. [16] Radici numerosæ cohæret, herba verius quàm flos, densa veluti manu pressa, breuiterq; cæspes sui generis. Pannonia hanc gignit & Norici, Alpiumq; aprica: vrbium Eporrhedia, tantę suauitatis, vt [k] metallum esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimũ. Sic & apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi & [l] Hesiodi [17] laudibus, ad omniã vtilem prædicãtium, superq; cætera ad famam [18] etiam ac dignitates, prosusq; miram, si modò (vt tradunt) [m] folia eius manè candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur. Duo genera eius, campestre maius, syluestre quod minus est. Quidam teuthrion vocant. [19] Folia canis hominis similia, à radice protinus, nunquam [n] palmo altiora. Et de odoratis floribus satis [20] dictum.

13 afferebatur. Ver.

14 iris. Vet.

15 laudatur. At Septẽtrionalis saliũca. Ver.

16 Radice numerosa. Vet.

17 laudibus. Ad omnia vtilem prædicantium, superque. M.

18 etiam dignitatis. M.

19 Capitula. ex Dios.

20 dictum, in quibus vnguenta vicisse naturam gaudens luxuria, vestibus quoque prouocauit eos flores qui colore commendantur. Hos animaduerto tres esse principales: vnũ in cocco, qui in rosis micat. Gratius [1] nihil traditur aspectu, & in purpuras Tyrias, dibaphásque ac Laconicas. Alium in amethysto, qui in [2] viola: & ipse in purpureũ, quémque [3] ianthinum appellauimus. Genera enim tractamus, in species multas sese spargentia. Tertius est, qui propriè conchylij intelligitur, multis modis: vnus in heliotropio, [4] & in aliquo ex his plerunque saturatior: alius in malua, ad purpuram inclinans: alius in viola [5] a serotina, conchyliorum [6] b vegetissima. Paria nunc componuntur, [7] & natura atque luxuria depugnant. Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus [8] c flammeis totum fœminis concessum: & fortassis ideo non [9] numerari inter principales, hoc est, cõmunes maribus ac fœminis, quoniã societas [d] principatum dedit. Amaranto non dubiè vincimur. Est autem spica purpurea verius, quã flos aliquis, & ipse sine odore. Mirũ in eo, gaudere decerpi & lętius renasci. Prouenit Augusto mense: durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus asseruatur. [10] Mirumque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit, & hybernas coronas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescat. In nomine & cyani colos: itẽ [11] holochrysi. Omnes autẽ hi flores nõ fuere in vsu Alexandri Magni ætate, quoniã proximi à morte eius autores siluere de illis: quo ma

1 nihil aspectu. Trahitur is in purp. Ver. & in purpura Tyria, dibaphásque ac Laconica Bayfius.

2 viola. Trahitur & ipsa. Vet viola, & ipsũ purpureum Bayf. ego verò lego, qui ipse & in viola purpurea. Dal.

3 iacinthinum. CH.

4 aliquando exilior pleriq. Ver.

5 Serrana. Vet. & Colum.

6 vegetissimus. CH.

7 natura atque lux. depugnante Ver.

8 flameis Ex Verrio.

9 numeratum. Vet.

10 Miréque. CH.

11 Elichrysi. Dios. o.

ANNOTATIONES.

a Non consentit hæc ratio cum eo quod scripsit cap. 9. 5. Nilũ, vnum omnium nullas auras exprirare, quod & Lipsius animaduertit lib. 2. Variarum, Plinium excusare conatus, sed æquiore animo, quam iusta caussa. Locus hic è Theophrasto petitus est ca. 17. 6. Causs. Cuius verba hæc sunt: *ἰν αἰγύπτῳ γὰρ χείρισα τὰ εὐθέα, καὶ τὰ συρωνύμως ὡς εἰπεῖν ἐστὶ ὁ ἀὴρ ὁμιχλώδης καὶ δροσώδης &c.* i. Nam in Ægypto deterrimi flores & vt summatim dicam, coronamenta, quoniam aër caliginosus est, multumque roris affundit &c. nulla facta Nili mentione: quibus reddendis verbis negligens profectò ac incuriosus Plinius fuit. Ad hoc pertinere videtur quod Aphrodisæus Probl. 1. quærit, Cur in Ægypto æstuosissima regione *φυχρὸν οἶνος γινόται.*

b Lilio & leirio. Theophr. cap. 21. lib. 6. Causs.

c Hunc locum Theophr. è cap. 22. lib. 6. Causs. Plinius integrũ nõ vertit, sed truncũ ac mutilum, vt ex collati one indicare licet.

d Contra Theophrasti iudicium, à quo hæc omnia sumpta sunt, hæc Plinius scribit. Locus est cap. 28. lib. 6. Causs. Odores autem, inquit, ab inuicem nullus fructus, neq; pars vlla arboris excipit, ita vt manifestum id sit, Interdum tamen iuxta odoratas plantas [30] actia seruntur, vt cæpa, & allium iuxta coronarias &c.

e Cap. 10. lib. 8. Plinio nori nõ erant cercopitheci odorati, qui museum olent. Idem Alexandri non meminerat, cuius corpus odorem suauem expirabat.

f Ea fortassis est, quam Actius in emplastro venatorum astragalitim nũcupat, & cuius sub eodem nomine Galenus meminit lib. 1. *κατὰ τόπους* in remedijs, quę faciunt ad caluefcentes præter æquum. Astragalitim verò nuncupant, quòd astragali radix vel lut raphanus grandis sit, & teres.

g Idem ferè Theophrastus de panace Asclepio. cap. 9. li. 9. hist.

h Theophrastus libro *περὶ ὀσμῶν. θερμὰ ἢ ψυχρὰ ἢ ποῖά ἐστιν· καθ' ὑπερβολὴν ἢ πικρὰ νίτρα ἔσται, ἢ τὴν χρόαν τῶν ἐργαζομένων ἀποτελεῖ ἀφίλωτα.*

i In Elide, Leucade, & alijs locis, vbi paratur vnguentum Irinũ, vt ex Illyrico tantùm syluestris pecenda non sit.

k In vectigali & reditu publico censeri non aliter, quàm metalli fodina.

l Vide posthac cap. 20. Theophr. cap. 21. lib. 9. histor.

m Hoc Dioscor. de tripo. ij flore prodidit, cum quo Plinius magno errore polium confundit.

n Frutex dodrantalis. Dioscor.

De vestium amulatione cum floribus, & amaranto, & chrysocome, siue chrysiti. CAP. VIII.

IN quibus vnguẽto vicisse naturam gaudens luxuria, vestibus quoque prouocauit eos flores qui colore commendantur. Hos animaduerto tres esse principales: vnũ in cocco, qui in rosis micat. Gratius [1] nihil traditur aspectu, & in purpuras Tyrias, dibaphásque ac Laconicas. Alium in amethysto, qui in [2] viola: & ipse in purpureũ, quémque [3] ianthinum appellauimus. Genera enim tractamus, in species multas sese spargentia. Tertius est, qui propriè conchylij intelligitur, multis modis: vnus in he-
40 liotropio, [4] & in aliquo ex his plerunque saturatior: alius in malua, ad purpuram inclinans: alius in viola [5] a serotina, conchyliorum [6] b vegetissima. Paria nunc componuntur, [7] & natura atque luxuria depugnant. Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus [8] c flammeis totum fœminis concessum: & fortassis ideo non [9] numerari inter principales, hoc est, cõmunes maribus ac fœminis, quoniã societas [d] principatum dedit. Amaranto non dubiè vincimur. Est autem spica purpurea verius, quã flos aliquis, & ipse sine odore. Mirũ in eo, gaudere decerpi & lętius renasci. Prouenit Augusto mense: durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus asseruatur. [10] Mirumque, postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit, &
50 hybernas coronas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescat. In nomine & cyani colos: itẽ [11] holochrysi. Omnes autẽ hi flores nõ fuere in vsu Alexandri Magni ætate, quoniã proximi à morte eius autores siluere de illis: quo ma

quo manifestum est posteà placuisse. A Græcis tamen repertos quis dubitet, non aliter Italia vsurpante nomina illorum? At Hercules [12] [c] petilio ipsa nomen imposuit autumnali, circaque vepres nascenti, & tantùm colore commendato, qui est rosæ syluestris. Folia parua, quina. Mirumque in eo flore, inflecti cacumen, [13] & non nisi retorto folia nasci, paruo calice, ac versicolori, luteum semen includente. Luteus & [14] bellio [f] pastillicantibus quinquageniquinis [15] barbulis coronatur. Pratenses hi flores, ac sine vsu plerique, & ideo sine nominibus. Quin & his ipsis alia alij vocabula imponũt. Chrysocome siue chrysitis, non habet Latinam appellationem. Palmi altitudine est, comantibus fulgore [16] auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opaciſque nascens.

12 petellio ipsa nomẽ posuit. CH.

13 & nodis intorto. CH.

14 bellis Vet.
15 foliolis. Vet.

16 aureis. Veti

ANNOTATIONES.

a Leucoio purpureo; quod admodum serò florere perseuerat.
b Vegetissimus, id est, viuidissimus ac nitidissimus, color subaudi, qui ex conchylijs exprimi ac elici potest.
c Flaminem Varrius nuptã amiculum vocat, quo caput tegebat non à flammæ colore flammeum, sed quia Flaminica, cui diuortium facere non licebat; eo assiduè vteretur. Eodem modo regebatur & nupta vt perpetuò esset viro maneret. Nec hoc tãtũ, ve. um etiam in soccis luteo colore vtebantur nouæ nuptæ, quod his verbis demonstrat Seneca.

Crura distincto religauit auro,
Luteo plantas cohibente socco:

Fascias autem priore versu crurales significat, auro intertextas, quibus tibias & fœmora obligabant. Magius cap. 3. lib. 3. Vide Alexan. ab Alex. cap. 5. 2. Reticulis etiam luteis vsas fuisse virgines pridie nuptiarum adnotatum est cap. 9. lib. 28.
Tibullus; *Flauáque conuigio mucida portet amor.*
Turneb. cap. 32. 29. Adversi.
d Nobilioribus alijs, vt purpureo, ianthino, cæruleo.
e Petilium dictum quidam volunt à Petilia oppido Magnæ Græciæ, cuius mentio sit cap. 10. lib. 3.
f Pastilli rotundam figuram effingentibus.

De honore coronarum, & cyclamino, & meliloto, & trifolio, tria genera eius. CAP. IX.

ET ferè peractis colorum quoq; celeberrimis, transeat [1] ratio ad eas coronas, quæ varietate sola placent. Duo earum genera, quando aliæ flore constant, aliæ folio. Florem esse dixerim genistas: (nanque [1] & ijs decerpitur luteus) item rhododendron: item zizipha, quæ [2] & [a] Cappadocia vocãtur: his odoratus similis olearum floribus. In vepribus nascitur cyclaminum, de quo plura aliàs. Flos eius [b] colosſinus in coronas admittitur. Folia in coronamentis [3] [c] smilacis & ederæ, corymbiq; earũ obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus. Sunt & alia genera, nominibus Græcis indicanda, quia nostris maiore ex parte [4] huius nomenclaturæ defuit cura. Et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamẽ [5] consectãda, quoniam de natura sermo, non de Italia est. [d] Ergo in coronamenta folio venêre [e] melothron, [6] [f] spireon, trigonon, [g] cneoron, quod casiã Hyginus vocat: [7] & quod cunilaginem, quæ conyza, melissophyllon quod apiastrum, meliloton quod sertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiæ laudatissima. Græcis in Sunio: mox [8] Chalcidica & Cretica, vbicunque verò asperis & syluestribus nata. Coronas [9] ex hac antiquitus factitatas, indicio est nomẽ sertulæ, quod occupauit. [10] Odor eius croco vicinus est, & flos, ipsa cana. Placet maximè foliis breuissimis atque pinguissimis. [11] Folio coronat & trifolium. Tria eius genera. Minyanthes vocant Græci, alij asphaltion, [h] maiore folio, [12] quo vtũtur coronarij. Alterum [i] acuto, oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutissimum. [13] Inter hæc neruosi cauliculi quibusdam, vt marathro, hippomarathro, myophono. Vtuntur [14] è ferulis & corymbis, & ederę flore purpureo. Est & in alio genere earum [k] syluestribus rosis similis. Et in ijs quoque colos tantùm delectat, odor autem abest. Et cneori duo genera, nigri atque cãdidi. Hoc & odoratum: ramosa ambo. Florent post æquinoctium [15] autumnum.

1 oratio. Alij.

1 ex. Vet.

2 &, in Vet. d.

3 smilacis & ederæ in coronamenta ſe dedẽre, coronq́ue, Vet.

4 his nomen dare. M.

5 consectata. M.

6 spirea. M. & CH origanum. Ex Th. thrygnnum. CH.
7 & conyza, quam cunilaginem, nel quod ap. meliliotos, quam. Vet.
8 Chalcedonica & è Cyzico. Dioscor.
9 ea. M.
10 Color. Dioscor.

11 Folia coronant & trifolij. M.
12 quo non vtuntur. Dal.
13 Præter hæc. Vet.

14 & ferulis, & ederæ corymbis, & flore. Vet.

15 autumni. Vet.

ANNOTATIONES.

a Alba vocat Columel. cap. 4. lib. 9. distinguitque à rutilis.
b Colossinum Plinius vocat, non quidem vastum & inusitatæ magnitudini, vt Beroaldus exponit; sed purpureũ, à Colossis vrbe Troadis, vbi pigmentum tale parabatur. Philander in ca. vltimum libri tertij Vitruuij.
c Coronas è similace infaustas esse; vide cap. 35. lib. 16.
d Hæc Theophr. vt suffruticum genera, τῶν φρυγανωδῶν recenset, non vt plantas ad coronamenta expetitas, cap. 1. lib. 6. histor.
e Vitis alba cap. 1. lib. 23. milii potius glycypicron Dodonæi.
f σπάρτιον frutex lętus & vitilis vt in spiras torqueri possit. Matthioli viburnum.
g Cneorum album Anguillaræ lauendula nostra vtraque, mas & fœmina: Cneorum nigrum libanotis coronaria, siue rosmarinus, cuius nusquã sub alio nomine Theophrastus meminit.
h Columella cap. 17. 6. Simonianum trifolium vocat inueniriq́ue tradit in contagolis locis efficacissimum, odoris grauis neque absimilis bitumini, & ideirco à Græcis asphaltion vocari, à Romanis propter figuram acutum trifolium: quoniam longis & hirsutis foliis viret, ac caulem robustiorem facit quã pratense.
i Imò potius, vt volunt, acido.

k De cisto

ε De cisto id accipiendum. Cisson enim cisto hìc Plinius confundit, vt & in aliis quibusdam locis: iraque sic castigandus hic locus ex Theophrasto & Dioscoride. Vtuntur & ferulis, & ferulagine, & cisti flore purpureo. Nam est & in alio genere candicans. Vtrique tamen eatum syluestribus Rosis similis.

De origano, & thymo, & melle Attico, & conyza, & Iouis flore, & helenio, & abrotono, & leucanthemo. CAP. X.

TOtidem & origani in coronamentis species. [a] Alterius enim nullum semen. Id, cui [1] odor est, Creticum vocatur. [b] Totidem & thymi: candidum, ac nigricans. Floret autem circa solstitia, cùm & apes decerpunt, & augurium mellis est. Prouentum enim speIO rant apiarij largè florescente eo. Læditur imbribus amittitque florem. Semen thymi [c] non potest deprehendi, cùm origani per quàm minutum, non tamen fallat. Sed quid interest occultasse id naturam? In flore ipso [2] intelligitur, satóque eo nascitur. Quid non tentauere homines? Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur. [d] Ergo translatum est ex Attica thymum, & vix flore (vti [3] docemus) satum. Sed alia ratio naturæ obstitit, non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris. Erat quidem hæc opinio antiqua in omni thymo, ideóque non nasci in Arcadia. Tunc oleam non putabant gigni, nisi intra ccc. stadia à mari. [e] Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in prouincia Narbonensi refertos scimus: hoc penè solo reditu, è longinquis regionibus pecudum millibus conuenientibus, vt thymo vescantur. Et conyzæ duo genera [f] in coronamentis, mas ac fœmina. Differentia in folio. Tenuius fœminæ & constrictius angustiúsque, [4] imbricatũ maris & ramosius. Flos quoque magis splendet eius, serotinus vtrique post Arcturum. Mas odore grauior, fœmina [5] acrior, & ideo contra bestiarum morsus aptior. Folia fœminæ [6] mellis odorem habent. Masculæ radix à quibusdam [g] libanotis appellatur, de qua diximus. [h] Et tantùm folio coronãt [i] Iouis flos, amaracus, hemerocalles, abrotonum, helenium, sisymbrium, serpyllum, omnia surculosa [7] [k] rosæ modo. [l] Colore tantùm placet Iouis flos, odor abest: sicut & illi, qui Græcè phlox vocatur. Et ramis autem & folio odorata sunt, [8] excepto serpyllo. [m] Helenium è lacrymis Helenæ dicitur natum, & ideo in [9] Helena insula laudatissimum. Est autem frutex humi se spargẽs [n] dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo. Abrotonum odore iucundè graui floret æstate. Flos aurei coloIO ris. [o] Vacuum sponte prouenit. [p] Cacumine suo se propagat. [q] Seritur autem [10] semine melius, quàm radice aut surculo: semine quoque non sine negotio: plantaria [11] transferuntur. Sic & adonium. Vtrunque æstate. Allioſa enim admodum sunt: & Sole tamen nimio læduntur. Sed vbi conualuere, [12] ritu vitis fruticant. Abrotono simile odore [r] leucanthemum est, flore albo [13] [s] foliosum.

1 candor. ex Theo.

2 integitur. Vet. ὑπὸ τῶν ὄψεων ἀναμάσσεται. Theo.

3 diximus. Vet. docemur. Alij Vet. dicimus. Alij Vet.

4 imbricatus mas, & ramosior. Flos eius quoque. M.

5 acutior. CH.

6 meliorem. Alij. suauiorem. Dioſc.

7 thymi: vel, rutæ.

8 helenium, ſisymbrium, ſ. rpyllu. The.
9 Helen æ. CH.
10 viuiradice ac surculo melius, quàm semine: & semine quoque &c. Ex Theoph.
11 transferuntur in Adonidis hortos ablate. Alſioſum enim adm. est: & so. ta ni læditur Sed vbi conualuit, rutæ vice fruticat. Ex Theoph.
12 rutæ vice CH.
13 foliosa. Vet.

ANNOTATIONES.

a Hoc ex Theophrasto cap. 2. lib. 6. Hist. Dioscoridi tria genera origani, Heracleoticum, onites, syluestre, atque adeò tragoriganum. Fruticosa omnia sunt.
40 b Hoc ex Theophrasto loco suprà citato. Album tantum Dioscorides agnoscit & describit. Philochorus thymi lignum propriè ὑφάλιον vocari tradit, eoque veteres primùm vsos in sacris quæ accenso igne fiebant, vt ἀπὸ τῶν θυμιάσεων ἡδέων τῶν θυόντων appellatum sit. Rhodig. cap. 3. 23.
c Flore ipso intelligitur, ὑπὸ τῶν ὄψεων ἀναμάσσεται. Theophr.
d Qui tamen asportare ex Attica cupiunt, quærunt & inueniunt. Idem.
e Nigris, sed non albis: serpyllo zygis Dioscoridis: vulgo *Serpollet* & *Farigoule*. Rubra vocat Aristot. cap. 40. li. 9. hist.
f Theophrastus in coronas experti nusquam ait.
g Falsum id, nec à veteribus proditum.
h Theophrastus scribit simpliciter, has esse coronarias, non autem solo folio coronare, cap. 1. lib. 6. hist.
i Dios anthos & hemerocalles flore tantùm coronant, reliqua foliis. Delenda itaque illa, Iouis flos.
k Vt rosa, viola, ἰωνιὰ, ῥοδωνιὰ. Alter hæc Plinius recitat, quàm legantur apud Theophrastum.
50 l Nicander in Georgicis,

ἢ ῥόδα καὶ λευκὰ ἠδὲ κράναια, καὶ σκανδὲς ἰοῦσσα
ἀνθεσι τ' ἀμφιόλοις, καὶ ὑφ' ἡδέσι μίμνε μέλισσα

Sic ferè Petronius, *Eincuere rosæ, violæque, & molle cyperum,*
Albáque de viridi riserant lilia prato.

m Ægyptium Dioscoridis.
n Cubitalibus ramulis, serpylli modo humi iacentibus, foliis lenticulæ circa ramos, longioribus, crebris. Dioscor.
o Lego, Vacuis sponte prouenit: id est, incultis, neglectisque locis, quo loquendi modo prædia vacua scripsit ac dixit Cicero.
p Quoniam summis ſtos surculi exit, quo perueniente semen ſuccedit, & vertice plantæ delapſum, terraque exceptum, plantam ſuam propagat.
q Abrotonum radice, vel aulſo ſurculo (σκορσωνέλλου) potius, quàm ſemine germinat. Semine verò difficulter exit. Surculi autem in teſtis & ſictilibus pangunt ur, quemadmodum conſerunt Adonidis hortos. Seritur æſtate: eſt enim admodum alhoſum, atque morbis obnoxium, etiam vbi ſol multùm lucet: ſed vbi cõualuerit, accreueritque, magnum ac robuſtum arboreſcit rutæ modo &c. Theophraſtus cap. 7. lib. 6. Hiſt.
r Anthemis alba, Dioſcor.
s Lego, foliоſo, ideſt, foliolis per ambitum extrinſecus multis, orbiculatim eingentibus quod in ſtoris medio luteum eſt. Hæc Dioſcorides magnitudine cum rutæ foliis comparat.

De amaraco vel ſampſucho, & nyctegreto, & meliloto, & viola alba, & codiamino, & de ſyluestribus bulbis, & heliochryſo, & lychni, & de herbis citra mare. CAP. XI.

AMaracum Diocles me dicus & Sicula gens [a] appellauere, quod Ægyptus & Syria ſampſuchum. Seritur vtroque genere, & ſemine & ramo, [1] viuacius [2] prædictis, & odore [3] melius. Copioſum amaraco æquè, quàm abrotono, ſemen. Sed abrotono radix vna & altè deſcendens: cæteris in [4] ſummo terræ leuiter hærens. Reliquorum ſatio autumno ferè incipiente, necnon & vêre quibuſdam [5] locis quæ vmbra gaudent, & aqua ac ſimo. Nyctegretum inter pauca miratus eſt Democritus, coloris ignei, foliis ſpinæ, necà terra ſe attollentem, præcipuam in Gedroſia narrat. Erui poſt æquinoctium vernum radicitus, ſiccaríque ad Lunam xxx. diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorúmque reges vti hac herba ad vota ſuſcipienda. Eandem vocari [6] chenomychon, quoniam anſeres à primo conſpectu eius expaueſcant: ab aliis [7] nyctilopa, quoniam è longinquo noctibus fulgeat. Melilotos vbique naſcitur: laudatiſſima tamen in Attica: vbicunque verò recens, [8] nec candicans, & croco quàm ſimillima: quanquam in Italia odoratior & candida. Florum prima ver nuntiantium, [b] viola alba. Tepidioribus verò locis etiam hyeme emicat. Poſteà quæ appellatur purpurea. Proximè flammea, quæ & [9] phlox vocatur, ſyluestris duntaxat. [10] Codiaminon bis anno, vêre & autumno: æſtates hyemeſque fugit. [11] Seriores ſuprà dictis aliquanto narciſſus & [12] lilium trans maria: in Italia quidem, vt diximus, poſt roſam. [13 c] Nam in Græcia tardius etiamnum anemone. Eſt autem hæc ſyluestrium bulborum flos, aliáque quàm quæ dicetur in [14] medicinis. Sequitur œnanthe, melanion, ex ſyluestribus [15] heliochryſos. [d] Deinde alterum genus anemones, quæ limonia vocatur. Poſt hanc gladiolus comitatus hyacinthis. [16] Nouiſſima roſa. Eadémque prima deficit, excepta ſatiua: è cæteris hyacinthus maximè durat, & viola alba, & œnanthe: ſed hæc ita, ſi deuulſa crebrò prohibeatur in ſemen abire. [e] Naſcitur locis tepidis. Odor idem ei, qui germinantibus vuis, atque inde nomen. Hyacinthum comitatur fabula duplex, [17] luctum præferens eius quem Apollo dilexerat, aut ex [f] Aiacis cruore editi, ita diſcurrentibus [18 g] venis, vt Græcarum literarum figura AI legatur [19] inſcripta. Heliochryſos florem habet auro ſimilem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, ſed durum. Hoc [20] coronare ſe Magi, [h] ſi & vnguenta ſumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque [21] vitæ gloriámque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi ſunt. Succedunt illis æſtiui, lychnis, & Iouis flos, [22] & [i] alterum genus lilij. Item [23] tiphyon, & amaracus, quem Phrygium cognominant. Sed maximè ſpectabilis pothos. [k] Duo genera huius: vnum, cui flos hyacinthi eſt: alterum [24] candidius, [l] qui ferè naſcitur in tumulis, [25] quoniam fortius durat. Et iris æſtate [26] floret. Abeunt & hi, marceſcúntque. Alij rurſus ſubeunt autumno. [27] Tertium genus lilij & crocum, in vtroque genere vnum hebes, alterum odoratum: primis omnia imbribus emicantia. Coronarij quidem [m] & ſpinæ flore vtuntur: quippe cùm [n] ſpinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ quoque condiantur. Hic eſt tranſmaria ordo florum. In Italia violis ſuccedit roſa: huic interuenit lilium: roſam cyanus excipit, cianum amarantus. Nam vinca peruinca ſemper viret, [o] in modum lineæ foliis geniculatim circundata. [p] Topiaria herba: inopiam tamen florum aliquando ſupplet. Hæc à Græcis chamædaphne vocatur. Vita longiſſima violæ albæ eſt [28] trimatu. Ab eo tempore degenerat. Roſa & quinquennium perfert, nec reciſa, nec aduſta. Illo enim modo iuueneſcit. Diximus & terram referre plurimùm. Nam & in Ægypto ſine odore hæc omnia: tantúmque myrtis odor præcipuus. Alicubi etiam binis menſibus antecedit germinatio omnium. Roſaria à Fauonio foſſa oportet eſſe, iterúmque ſolſtitio. Et id agendum, vt intra id tempus purgata ac pura ſint.

ANNO

1 feracius. Ex The.
2 ſuprадictis. CH.
3 mollius. CH.
4 ſumma terra. CH.
5 locis, omnia vmbra &c. Theo.
6 chenomyon. Ver, cheramhycen. CH.
7 nyctianupada. Ver. nyctalopa. CH.
8 & Dal. nam causa eſt.
9 phloginon. Theo.
10 Bulbi codion. Th. vulgo Porrion. Cliciaminum. CH.
11 Serior Theo
12 leirium. Theo.
13 In Græcia verò tardius. M
14 medicis. CH.
15 elichryſos. Vet.
16 Nouiſſimè. CH.
17 vel luctum. Dal.
18 notis Ver.
19 inſcriptum. CH.
20 coronãt ſe Magi, & ſi. Alij.
21 & vitæ gloriã pertinere.
22 & cerinthus. Th.
23 iphyon. Th.
24 decolor. ἄχροον, Theo.
25 quodque.
26 flores abeunt. CH.
27 Alterũ genus leirij. Theo.
28 trimatus. M.

ANNOTATIONES.

a Apud Athenæum Charemon Perſicum vocat his verbis:
πάντες ὑ βασιλεῖς ἐπίμηκες ὀλυμπιάκαμαι
κεκμῆκι μεκβασιάει τάπυρ αὐχένα.
b Leucoion, Theophr. nempe bulboſum.
c Nam in Græcia tardius etiamnum anemone, quę leimonia vocatur, alia quàm quæ dicetur in medicinis. Poſtea viola, quæ appellatur purpurea. Sequitur œnanthe, melanion, ex ſyluestribus elichryſos: deinde alterum genus anemones. Poſt hanc gladiolus. &c. Omnino ſic legendum.
d Inepte Plinius βολβοῦ κώδιον anemonem eſſe interpretatur. Ineptius idem inter flores vernos recenſet duas anemonas, cùm vni eam tantùm Theophraſtus referat, quam λειμωνίαν cognominauit. Ea porrò eſt pulſatilla noſtra. Cætera quidem anemonarum genera æſtatis principio florent.
e Hoc è Theophr. male citat Plinius. Is cap. vlt. lib. 6. hiſt. & cap. 14. li. 1. Cauſſ. ſcribit œnanthen in apricis, & à noxio frigidoque afflatu con ectis locis ſatam, & quod ait Plinius tepidis, diutiſſimè florere, ſi crebro deuulſus flos in ſemen abire prohibeatur. Id eſt quod Plinius citat.
f Autore Pauſania lib. 1. Salaminij tradunt, poſt Aiacis interitũ, apud ſe primùm florem enatum candidum, modicè rubentem, lilio & foliis, & aliis partibus minorem, inſcriptum iiſdem literis quibus & hyacinthum. Coſmoſandalon Arhenæi eſſe puto.
g Imò potiùs maculoſis notis.
h Theophr. cap. 21. lib. 9. hiſtor.
i Theophraſtus ſtatim poſt Iouis florem (hic vulgò aquilegia dicitur) cerinthum & iphyon, vt pro cerintho videatur alterum genus lilij vertiſſe.
k Pothos albus, iaſminum noſtrum: pothos cœruleus, clematis ſecunda Dodonæi.
l Quo vtuntur circa ſepulchra: is autem χρονιώτερος eſt diuturnior: vel, diutius floret, vel, diutius viuit. Theophr.
m Et acutæ ſpinæ fructu, & ſimilacis flore. Theophr.
n De ſcolymo id Dioſcorides, ἡ ὑ πᾶσι ἀγριηνὴς σῦσα λαχανίσασα ἐσθὴ ὅσων ἀσῶ ἀβάκχος. Plinius non animaduertit Theophraſtum de oxyacantha id ſcripſiſſe quod citat: & intempeſtiuè addit de cauliculis ſpinæ albæ, quod Dioſcorides de tenellis germinibus ſcolymi prodidit.
o Exprimere voluit quod ait Dioſcorides, κλήματα δ' ἔχει μακρὰ ὅσον πῆχυν πάχος: viticulas, ſeu virgulas habet iunci craſſitie præterquam virgulam lineam vocauit.
p Topiarium opus, cùm arbuſcularum virgulæ ductiles facili flexu in varias formas hominum, turrium, ædium, cubiculorum, modò humi, modò per hortorum & viridiariorum ſpatia fingunturque topiarij eius operis artifices Vlpiano. Alex. ab Alex. ca. 25.3.

De cura apum, pabulo, & morbis earum, & remedijs. CAP. XII.

VErùm hortis coronamentiſque maximè aluearia & apes conueniunt, res præcipui quæſtus compendiíque, cùm [1] fauit. Harum ergo cauſa oportet ſerere thymum, apiaſtrum, roſam, violas, lilium, cytiſum, fabam, [2 a] eruialam, cunilam, papauer, conyzam, [b] caſiam, melilotum, meliſſophyllum, cerinthen. Eſt autem cerinthe folio candido, incuruo, cubitalis, capite concauo, mellis ſuccum habente. Horum floris auidiſſimæ ſunt, atq; etiam ſinapis, quod miremur, [c] cùm oliuæ florem ab his non attingi conſtet. Ideóque hanc arborem procul eſſe melius ſit: [d] cùm aliquas quàm proximè ſeri conueniat, quæ & euolantium examina inuitent, nec longius abire patiantur. [e] Cornum quoque arborẽ caueri oportet. Nam flore eius deguſtato, aluo [4] concita moriuntur. Remedium, ſorba contuſa è melle præbere his, vel vrinam [f] hominum, vel boum, aut grana punici mali, ammineo vino conſperſa. At geniſtas [5] circunſeri aluearijs gratiſſimum. Mirum eſt dignúmque memoratu, de alimentis quod comperi. Hoſtilia vicus alluitur Pado. Huius inquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus [6] alueos, noctibúſque quina millia paſſuum [7] contrario amne naues ſubuehunt. Egreſſæ luce apes paſtæque, ad naues quotidie [8] remeant, [9] mutantes locum, donec pondere ipſo [10] preſſis nauibus, [11] pleni aluei intelligantur, reuectíſque eximantur mella.

1 fauet. M. compendio cùm fauet. CH.
2 eruillam. Alij. & M. eruillam. CH.
3 florum. M.
4 cita. CH.
5 conſeri. CH.
6 aluearia. M.
7 contra ortum. M.
8 remanent. CH.
9 Mutant ij locum. Vet.
10 preſsis, in M d.
11 plena aluearia intelligantur reu. eximuntur. M.

ANNOTATIONES.

a Cunilam, thymbram, vel ſatureiam vocat Columella cap. 4. lib. 9.
b Cneorum vtrumque: album, ſiue lauendulam, ac ſpicam noſtram: & nigrum, ſiue roſmarinum coronarium. Vide eundem loco citato.
c Vanum falſumque id eſſe tradit cap. 8. lib. 11.
d Virgil. *Palmáque neſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret,*
Vt cùm prima noui ducent examina reges
Vêre ſuo, ſudéique ſuis emiſſa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiáque hoſpitijs teneat frondentibus arbos.
e De vlmorum ſamera & tichymalli flore id Columella. Amygdali quoque florem caueri oportere, ſcribit Varro.
f. Hyginus apud Columel.

De venenato melle, & de remedijs mellis venenati, & mellis inſani. CAP. XIII.

ET in Hiſpania mũlis prouehunt, ſimili de cauſa. Tantúmque pabulum refert, vt mella quoque [a] venenata fiant. Heracleæ in Ponto, quibuſdam annis perniciоſiſſima exiſtunt, ab iiſdem apibus facta. Nec dixere autores, è quibus floribus ea fierent. Nos trademus, quæ comperimus. Herba eſt ab exitio & iumentorum quidem, ſed præcipuè [b] caprarum, appellata ægolethron. Huius flores concipiunt noxium virus aquoſo vêre marceſcentes. Ira fit, vt non omnibus annis ſentiatur hoc malum. Venenati ſigna ſunt, quòd omnino non denſatur, quòd color magis rutilus eſt, odor alienus, ſternutamenta protinus mouens, quòd ponderoſius innoxio. Qui edêre, abiiciunt ſe humi, refrigerationem quærentes: nam & ſudore diffluunt. Remedia ſunt multa, quæ ſuis locis dicemus. Sed quoniam ſtatim repreſentari aliqua in tãtis inſidiis oportet, multum vetus è melle optimo & ruta: ſalſamenta etiam ſi reiiciantur ſumpta crebrò. Certúmque

est id malum [1] per [c] excrementa ad canes etiam perúenire, similitérque torqueri eos. Mulsum tamen ex eo inueteratum, innocuum esse constat: & fœminarum cutem nullo melius emendari cum costo, suggillata cum [2] aloë. Aliud [3] genus in eodem [4] Ponto gente Sannorum mellis, quod ab insania, quam gignit, mœnomenon vocant. Id existimatur contrahi flore rhododendri, quo scatent syluæ. Gensque ea, cùm ceram in tributa Romanis præstet, mel (quoniam exitiale est) non vendit. Et in Perside, & in [5] Mauritaniæ Cæsariensis Getulia, contermina [6] Massæsulis, venenati faui gignuntur: quidamq; à parte, quo nihil esse fallacius potest, nisi quòd liuore deprehenduntur. Quid sibi voluisse naturam iis arbitremur insidiis, vt ab iisdem apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis fauis? Parum enim erat genuisse rem, in qua venenum facillimè daretur, etiámne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? Quid sibi voluit, nisi vt cautiorem minusq; auidum faceret hominem? Nō enim ipsi melli, sed apibus iam cuspides dederat, & quidem venenatas, remedio aduersus has vtique non differendo. Ergo maluæ succo, aut foliorū ederæ [7] perungi salutare est, vel percussos eas bibere. Mirum tamen est, venena portantes ore, fingentésque ipsas non mori: nisi quòd illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus: sicut contra serpentes Psyllis Marsísque inter homines.

1 per excrementa. CH.
2 sale. Vet.
3 genus mellis in. Dal.
4 Ponti situ. CH.
5 Mauritania Cæsariensis, Gentliæ ac Massæsulis contermina. M
6 Massyllis. CH.
7 vngui. CH.

ANNOTATIONES.

a In Heptacomerarum arboribus venenati genus mellis nascitur, quod hausturn stupefacit, & mentem consternat. Eo tres Pompeij cohortes in potum dato ab ea gente interemptas fuisse memoriæ traditum est, Rhodig. cap. 30. 18. Populos eos in Ponto Stephanus collocat, & Scythicum montem incolere scribit. Apud Trapezuntem in Ponto mel ex buxo defluit grauis odoris, quo insaniunt & amentes fiunt. Rhodig. cap. 35. 23.
b De euonymo id Theophr. cap. vlt. lib. 3. histor. de rhododendro Dioscor. ob Aconitum venenatum esse idem autor prodit lib. 6.
c Quæ sumpto eo melle reiiciunt ægri, sputo, vomitu, aluo.

De melle quod musca non attingunt, & aluearijs, & cura eorum si famem sentiiunt apes, & quomodo cera fiat.
CAP. XIIII.

1 Carma VIII. CH.
2 exigitur. CH.

ALiud in Creta miraculum mellis. Mons est [1] Carina ix. M. pass. ambitu: intra quod spatium muscæ non reperiuntur, natúmque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimento singulare medicamentis [2] eligitur. Aluearia [a] orientem æquinoctialem spectare conuenit. Aquilonem euitent: nec Fauonium minus. Aluearia optima è [b] cortice, secunda [c] ferula, tertia vimine. Multi ea & speculari lapide fecere, vt operantes intus spectarēt. [d] Circunlini alueos fimo bubulo vtilissimum, operculum à tergo esse [e] ambulatorium, vt proferatur intus, [3] si [f] magnus sit alueus, aut sterilis operatio, ne desperatione curam abiiciant: [4] id paulatim reduci, fallente operis incremento. Aluearia hyeme stramento operiri, crebrò suffiri, maximè [g] fimo bubulo. [h] Cognatum hoc iis, innascentes bestiolas necat, araneos, papiliones, teredines: apésque ipsas excitat. Et araneorum quidem exitiū facilius est: [5] papilionum maior pestis. Tollitur verò, [6] cùm [7] matureścit malua noctu, interlunio, cælo sereno, accensis lucernis ante alueos. In eam flammam sese ingerunt. Si cibus deesse censeatur apibus, uuas passas siccásve, ficósque tusas, ad fores [7] earum posuisse [8] conueniet. Item lanas [k] tractas madentes passo, aut defruto, aut aqua mulsa. Gallinarum etiam [9] [l] crudas carnes. Quibusdam etiam æstatibus iidem cibi præstandi, cùm siccitas continua florum alimentum [10] abstulit. Alueorum, cùm mel [11] eximitur, illini oportet exitus, melissophyllo aut genista tritis: aut [12] medios alba vite præcingere, ne apes diffugiant. Vasa [m] mellaria [13] aut fauos lauari aqua præcipiunt: hac decocta, fieri saluberrimū acetum. Cera fit expressis fauis, sed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili, aqua fauos tegente, tunc [n] sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturq; alia frigida, vasis melle circunlitis. Optima, quæ [o] Punica vocatur. Proxima, quàm maximè fulua, odoríq; mellei, pura, natione autē Pontica, quam cōstare equidem miror inter venenata mella. Deinde Cretica. Plurimum enim ex propoli habet, de qua diximus in natura apū. Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putatur. [p] Punica fit hoc modo: Vētilatur sub dio sæpius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita, addito

3 si magna sint aluearia. Vt, si magna sit alueus. CH.
4 ac paulatim reducantur. Vet. in paul. reduci. Dal.
5 papilio pestis maior. CH.
6 cum floreścit. Colum. cummatureścat. CH.
7 alueorum. Vet.
8 conueniat. CH.
9 nudas. CH.
10 negat. Vet.
11 eximatur. CH.
12 medias al. vi. præcingi, ne ap. desugiant. CH.
13 &. CH.

addito nitro. Inde [14] ligulis [15] hauriunt florem, id est candidissima quæq;, transfundúntque in vas, quod exiguum [16] frigidæ habeat. Et rursus marina decoquūt separatim: deinvas ipsum refrigerant. Et cùm hęc ter fecere, iuncea crate sub dio siccant Sole, Lunáque: hæc enim candorem facit. Siccantes, ne [17] liquefaciant, protegunt tenui linteo. Candidissima verò fit, post insolationem etiamnum recocta. Punica [18] medicis vtilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admista rubet. Variósque in colores q pigmentis trahitur, ad [19] reddendas [r] similitudines, & innumeros mortalium vsus, parietúmque etiam & armorum tutelam. Cætera de melle apibúsque in natura earum dicta sunt. Et hortorum quidem omnis ferè ratio peracta est.

14 lingulis. CH.
15 eligunt. M.
16 marinæ frigidæ. M.
17 liquesiat. Vet.
18 medicinis. CH.
19 edendas. CH.

ANNOTATIONES.

a Brumalem meridiem, Columel. solem hybernum, Pallad.
b Suberis præcipuè. Colum.
c Addit Colum. è ligno cauatæ arboris, & in tabulas dissectæ, è fimo, è latere.
d Et intus, & extrà. Varro.
e Mobile, vt attolli & demitti possit. Varro lib. 3.
f Maior quàm pro numero apum.
g Columel. cap. 14. lib 9.
h Ex iuuenco cæso, sepulto, putrescente apes nascuntur. Archelstratus in Epigrammatibus de Apibus. βοὸς φθιτομένης πανταυχέα τέκνα. & rursum ἐκ νεκρῶν μέλισσα γενὰς μέτοχον ἔ μέλιτος. Varro.
i Florescit, Columella.
k Carminatas, pexas, vt quasi per siphonem succum apes euocent. Colum.
l Exemptis interaneis. Colum.
m μελιτηρὸς Galenus vocat lib. de documento pro epileptico: eáque idem exponit ἐξ ὄξους καὶ μέλι. Acetum ex melle fieri probabile Rondeletio non est, sed potius ex propoli quę acidum olet.
n Per iuncos, aut stramenta. Columel.
o Omnium candidissima.
p Candidam ceram ἀνεγκλητοτάτην Varro in Prometheo apud Nonium his verbis significat: Chrysofandalos locat sibi, & amiculā de lacte (quidam lacteam à cera, legunt) ac cera Tarentina, quam apes Milesiæ coegerint, ex omnibus floribus libantes, sine osse & neruis, sine pelle, sine pilis, puram, putam, pro ceram, candidam, teneram, formosam.
q Fucorum tinctoris, ad ὑγιεινοτάτὼ & ἀκεστικώτατον.
r Eo artificio nostra memoria quidam imitantur in pensilibus hortis arborum & herbarum omne genus, folia, flores, fructus.

De herbis sponte nascentibus & aculeatis.
CAP. XV.

SEquuntur herbæ sponte nascentes, quibus pleræque gentium vtunturin cibis, maximéque Ægyptus, frugum quidem fertilissima, sed vt propè sola iis carere possit: tāta est ciborum ex herbis abundantia. In Italia pauciśimas nouimus, fraga, [1] [a] tanum, ruscū, batin marinam, [2] batin hortensianam, quam aliqui asparagum Gallicum vocant. Præterhas pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaq; veriùs oblectamēta, quàm cibos. In Ægypto nobilissima est [b] colocasia, quam [c] cyamon aliqui vocant. Hanc è Nilo metūt, caule, cùm coctus est, [d] araneoso in mandendo, thyrso autem, qui inter folia emicat, spectabili, foliis [e] latissimis, etiam si arboreis comparentur, ad similitudinem eorū quæ [f] personata in nostris amnibus vocamus. Adeoq; Nili sui dotibus gaudent, vt implexis colocasiæ foliis [g] in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant. Seritur iam hæc in Italia. In Aegypto proxima autoritas cichorio est, quā diximus intubú erraticū. [h] Nascitur post Vergilias. Floret particulatim. [3] [i] Radix ei lenta, quare etiam ad vincula vtuntur illa. [k] Anthaliū [4] à flumine nascitur, mespili magnitudine & rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. Mandunt [5] [l] igni paratum. Mandunt & [m] œtum, cui pauca folia minima q;, verū radix magna. [6] [n] Aracidna quidē & aracos, cū habeant radices ramosas ac multiplices, nec folium, nec herbá vllam, aut quicquam aliud supra terrā habent. Reliqua vulgarium [o] in cibis apud eos herbarum nomina, [p] condrylla, hypochœris, & caucalis, [q] anthriscum, [7] scādix, quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis: parthenium, strychnum, corchorus, [8] & æquinoctio nascens aphace, [r] acinos, [9] quam epipetron vocant, quæ nunquàm floret. [s] At è contrario aphace subinde marcescente flore emittit alium, tota hyeme totóque vêre vsque in æstatem. Multas præterea ignobiles habent: sed maximè celebrant [t] cnicon Italiæ ignotam, ipsis autem oleo, non cibo, gratam. Hoc faciunt è semine eius. Differentia prima, sylvestris & satiuæ. Sylvestrium duæ species: Vna mitior est, simili caule, tamen [10] rigido: itaque & [u] colu antiquæ mulieres vtebantur ex illis: quare quidam atractylida vocant. Semen eius [11] candidum, & grande, amarum. Altera hirsutior, [x] torosiore caule, & qui penè humi [12] serpat, minuto semine.

1 tamū. Vet. & Tarn. tamnum. CH.
2 batin hortensiam. CH.
3 Rami ei lenti &c. illis. Malmathalla ex Theophr.
4 haud procul. Th.
5 igne comparatum. CH.
6 Arachidna quidem & Arachoides. Th.
7 scandix, & come, quæ. Ex Dioscor.
8 & ab æquin. na. ap. achinopos CH.
9 & quam. Dal.
10 rectiore. Theoph.
11 nigrum. Theo.
12 procumbat. Theo.

Aculeatarum generis hæc est: quoniam distinguenda sunt & genera. Ergo quædam herbarum spinosæ sunt, quædam sine spinis. Spinosarum multæ species.[y] In totum spina est asparagus, scorpio: nullum enim folium habet.[z] Quædam[13] spinosa foliata sunt, vt carduus, eryngiõ,[14] [A] glycyrrhizon, vrtica. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua & secundum spinam [B] habent folium, vt tribulus, & ononis. Quædam in[15] folio habent & in caule, vt [c] phleos, quod aliqui stœben appellauere. Hippophaes spinis [D] geniculatum: tributa proprietas, quòd & fructum spinosum habet. Ex omnibus his generibus vrtica maximè noscitur, acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus, sæpe altior binis cubitis. [E] Plures eius differentiæ. Syluestris,[16] quam fœminam vocant, mitior. Et in syluestri quæ dicitur[17] cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. Quæ verò etiam odorem fundit, Herculanea vocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum, sine vllis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam: & tactu tantùm leni pruritum,[18] [F] pustulásque confestim adusto similes existere. Notum est & remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci vêre, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellendos totius anni morbos. Syluestrium quoque radix, omnem carnem [G] teneriorem facit simul cocta. Quæ[19] innoxia, morsu[20] carens, lamium vocatur. De scorpione dicemus inter medicas.

03 spinoso folio. Vet.
24 glycyrrhiza. CH.
25 folio non habent, & in caule habent. CH.
26 quæ & fœm. CH.
27 canina. Cornarius. & CH.
28 pustulæ. M.
29 noxia est. CH.
30 caret. M.

ANNOTATIONES.

a Alij legũt tamnum, alij tamum. Cyclaminum secundã, quam pro vite nigra Matthiolus pingit, Itali etiam hodie *Tamaro* vocãt, cuiusque teneros cauliculos & viticulas vere primùm erumpentes asparagorum more decoctas mandunt, ac in fasciculos digestas vænales circunferunt. Eius fructus vua Taminia vocabatur, *iam Tami sponte virescunt*, apud Columellam legit Pomponius.

b Colocasia, vel, vt Athenæus, Nicander, Virgilius. Colocasion, Dioscoridi non integra planta est, sed eius tantùm radix.

c De hac Nicander in Georgicis.

Καὶ κάκιμον σπείρειε ἀγρώστιδι θύρσα θερίσσαι,
Α'νθεσι μὲν πορφύρου ἀγρώστιδι πάλλ' ἀκανθαι
Ἀκμάδιν πυκνοῖσι πιδήκεα δαιομένοῖσιν
Ε'ρχάζαι· ὑθίεσσι πάλαι πωλέεσθαι ἐρίφοις·
Πίσσα δ' ἰὼ βολίοιο κεφυλάσσεο πρεσίοντι. Iun. Had. 10. 1.

d Filis neruosa.

Niliacum videbis olus, tenáſque sequaces,
Improba cùm morſu fila manúque trahes. Martialis.

Diphilus apud Athenæum lib. 3. radicem probat, quæ minimè lanosa sit.

e Petasi magnitudine. Dioscor. pilei Thessalici, Theophr.

f Personatæ. Dioscorides folium nymphææ comparat cum folio cyborij, siue Ægyptiæ fabæ.

g Inde scilicet factum est, vt *κύαμος*, autore Hesychio, poculi genus sit, id eorum similitudinem constructum, quæ ex colocasiæ foliis Ægyptij parabant. Ob eãdem causſam id quoque poculum & *κυβώριον* & *κυβόριον* dicebatur. Sic enim fabam Ægyptiam nominant. Eadem industria rusticos in Allobrogum montibus vidi ex Gentianæ folijs implexis pocula fingere, quibus é gelidis fontium scaturiginibus aquam hauriebant. *κυβόριον* sic dicta interpretatur Athen. *διὰ τὸ κὰν ὕδωρ ἐν αὐτῷ σωθῆναι. ὁ τὰ λιμνάζοντα κυβόριον.*

h De plantis omnibus, quas *κιχωρειόδεας* vocat id Theophr. scribit cap. 11. lib. 7. histor. non de cichorio solo.

i De cichorij caule id Theophrastus, non de radice, *ὃ καυλὸς*, inquit, *κιχωρίου μίγνυται, καὶ ἀσαφούσας ἔχειν ποιεῖται, ἐπεὶ ὁ χλωρὸς, καὶ ἀναβιβρώσκεται & διὰ καὶ λαγῷα χρῶνται.* Caulis cichorij magnus multis enascentibus surculis, lentus, fractu contumax, quamobrem pro vinculo vtuntur.

k Theophrasto melinathella, cap. 10. lib. 4. histor. nobis thrasi: an ctort librorum de plantis, qui editi sunt nomine Aristotelis, cap. 5. lib. 1. margaritæ Ægyptiæ.

l Elixant in hordeaceo zytho. Theophr.

m Vingum vocat Theophr. cap. 11. lib. 1. histor. malè Plinius exposuit. Eorum Indi & Æthiopes, apud quos plurimum prouenit, adhuc vocant *Hetich*.

p Arachidna & aracoeides non minus fructuosa sunt supradictis Carnosum vtrumque radicem vnam crassam habet, in altum descendẽtem, aliàs verò, quibus fructus insidet, tenuiores, in summa telluris facie, multifariam diuisas. Arenosis gaudent. Neutrum aut folium, aut folio simile quicquam gignit, vtrunque potius velut *ἀμπέλῳπον* est, hoc est, infrà supraque terram fructum edit: quod mirum est. Theophr. cap. 11. lib. 1. hist.

o Hæc è Theophr. cap. & lib. 7. histor.

p Chondrylla. Falsò apud Theophr. legitur andryala.

q In exemplaribus Theophr. pro anthrisco Turnebus legit *ἰδουσιὴν*.

r Turnebus cap. 9. lib. 16. Aduersſ. legendum putat cynops. Lego acinos, & quam epipétron. In Theophr. legitur cynops cap. 8. lib. 7. histor.

s Non de aphaca id Theophrastus cap. 8. lib. 7. hist. scripsit, sed de quibusdam herbis statim cum flore fructum armitentibus.

t Turnebus loco citato legendum putat cici, nempe ricinum. Ot pheus in Argonauticis cnicon *σχεδὸν* vocat, veluti scissilem, quòd eius flos in multos apices diuidatur.

v Fusis. *πλωίσις*, non *σπαλωίσις*.

x Sonchi caule. Theophr. cap. 4. lib. 9. histor. Pro *ασγχόλη*, Plinius legit *σφυρίδα*.

y Ineptè putauit Hermolaus asparagum & scorpionem vnicam esse plantam, quod apparet ex theophrasto cap. 3. lib. 6. Hist. vide & 1. eiusdem.

z Hæc ex theophrasto cap. 16. lib. 1. & cap. 1. lib. 6. hist. vbi *φυλλάνθεα* vocat, quæ Plinius hic spinosa foliata dicit.

A Inter spinosas theophrastus non recenset. Huic autem fructus tantùm echinatus est.

B Lego ex theophrasto: habent folium, vt tribulus, ononis, phleos, quod aliqui stoeben vocauerunt, hippophaes spinis angulosis. Quædam in folio habent & in caule, vt capparis. tributo proprietas &c.

C Falsò id Plinius. Stœbe theophr. cap. 3. lib. 6. histor. folio minimè pungit, sed præter folium exactum, spinosum fructum gignit tribuli alterius modo.

D *γονυπαδὲς ἀκάνθας* Dioscor. ait, angulosas. Plinius legit *γονατώδεις*.

E Vide cap. 13. lib. sequentis.

F Turnebus cap. 2. lib. 24. Aduersſ. legit pusulas: sic dictas, quia pus continent. Columellæ pusula ignis sacer. vnde pusilosa vel pusulosa ouis. Sic autem vocat, quia sacer ignis, qua depascitur pustullas attollit.

G Pisces, quadrupedes, aues recens captas venatores & aucupes vrticæ foliis inuoluunt, vt minus & tardius corrumpantur.

De carduo, & [1] helxine, & tribulo, & anchusa. CAP. XVI.

1 ixine. Dal.
2 folia & caules spinosæ lanuginis. CH.
3 cnicos. CH. & Tur.
4 ixine. Theo.
5 cnicos. Tur. & CH.
6 ixine. Theo.
7 Scolymos. CH.

CArduus & [2] folio & caule spinosas lanugines habet. [3] Item acorna, leucacanthos, chalcos, [3] cnicos, polyacanthos, onopyxos, [4b] helxine, scolymos. [c] Chamæleon, in foliis nõ habet aculeos. Est & illa differentia, quòd quædam in iis multicaulia ramosáq; sunt, vt carduus. Vno autem caule, nec ramosum, [5] cuicos. Quædam cacumine tantùm spinosa sunt, vt eryngium. Quædam æstate florent, vt tetralix, & [6] helxine. [7] Scolymus quoque floret serò & diu. Acorna colore tantùm [c] rufo distinguitur, & pinguiore succo.

Idem

Idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset, & nisi sanguineum succum [f] funderet. Qua de causa phonos vocatur à quibusdam, odore etiam [8] grauis, serò matureſcente semine, nec ante autumnum: quanquam id de omnibus spinosis dici potest. Verùm omnia hæc & semine & radice nasci possunt. Scolymus carduorum generis ab iis distat, quòd radix eius vescendo est [g] decocta. Mirum, quòd sine interuallo tota æstate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit. Aculei arescente folio desinunt pungere. [9] Helxine rara visu est, neque in omnibus terris [10 h] est, radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum sua fronde. Huius vertex summus lacrymam continet iucundi saporis, acanthicem [i] mastichen appellatam. Et cactos quoque in Sicilia tantùm nascitur, suæ proprietatis & ipsa, cuius in terra serpunt caules, à radice emissi, lato folio & spinoso. Caules vocant cactos: nec fastidiunt in cibis inueteratos quoque. [11] Vnum caulem rectum habent, quem vocant pternica, eiusdem suauitatis, sed vetustatis impatientem. Semen ei [12] lanuginis, [13] quam pappon vocant: quo detracto & cortice, teneritas similis cerebro palmæ est: vocant [k] ascaliam. Tribulus non nisi in paluſtribus nascitur, dira res [14] alibi, iuxta Nilum & Strymonem [15] amnes excipitur in cibis, inclinatus in vadum, [l] folio ad effigiem vlmi, pediculo longo. At in reliquo orbe genera duo: vni [16 m] cicerculæ fólia, alteri aculeata. Hic & serius [17] floret, magísque sepia obsidet villarum. Semen ei rotundius, nigrum in siliqua. Alteri [n] harenaceum. Spinosorum etiamnum aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet [18] appositio folio rutæ simili, toto caule [19] foliatum in modum coronæ: [20] sequitur à frugibus, aratro inimica, viuáxque præcipuè. [o] Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, vt eius quam [P] coronopum vocant. E diuerso stant, anchusa inficiendo ligno [21] cerísque radice apta, & è mitioribus anthemis, & [22] phyllanthes, & anemone, & aphace. Caule foliato est & crepis, & apate. Differentia foliorum & hîc quæ in arboribus, breuitate pediculi ac longitudine, angustiis ipsius foliis, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, vt ocimo, heliotropio [q] aphacæ, [23] onocichlæ.

8 grauis. Vet.
9 Ixine non rara visu est, neque in omnibus terris nascitur, à radice foliosa. Theo
10 est à radice. Dios.
11 Alium præterea caulem. Dal.
12 lanugine obuolutum quam. ex Theo.
13 quam, in Ver. d.
14 alibi. Iuxta. Vet. alicubi. Iuxta. Alij Vet.
15 amnes recipitur in cibos. inclinatur. Vet
16 ciceris. Theo.
17 germinat. Theo.
18 appositas. Theoph.
19 foliato. CH & M.
20 secatur aratro, frugibus inimica. M. Sequitur arata, frugib⁹ inimica. Tura. & Cit.
21 cæterisque. M. sed nil mutandum ostendit vltimũ caput 14. huius libri
22 aphyllanthes. Th.
23 onochite CH. onocheili. Dioſc.

ANNOTATIONES.

a Hæc ex Theophr. cap. 16. lib. 1. & cap. 1. lib. 6. histor. vbi *φυλλάνθεα* vocat, quæ hic Plinius spinosa foliata dicit.

b Ixine. Hoc vitium esse auctoris, non exemplaris, mõstrat quod is scribit cap. 17. lib. 22. Sed nos qualis vera esset heixine, diximus superiori libro. &c.

c In Theoph. cap. 3. lib. 6. Hist. legendum: *πολλὰ οὖσαι φυλλάνθη & ἀκανθώδη*. Cæterùm cùm spinosis hic sit foliis, acano caret. Vitiosus codex, qualis ad nos peruenit, fefellit Plinium. Chamæleon quidem niger, vt alij cardui, spinosis foliis est, verum aliorum modo *ἄκανθα*, id est, spinosum capiculum non habet, sed florem in vmbella, quod ei peculiare est.

d Theophrasto, eryngium adnata & caules in cacumine tantùm habet, non autem spinas, vt inquit Plinius.

e *ἐκτείνεται* Theophr. flauescente, cap. 4. lib. 6. Hist.

f Carni admota. Theophr.

g Et cruda. Theophr.

h Est, à radice foliosa. Apud Theophr. cuius exemplari depravato falsus est Plinius, legendum, Ixine omnibus locis æquè nascitur.

i Sic Theophr. Dioscorides verò quibusdam in locis, Viscum circa radicem inueniri, quo mulieres vtuntur pro mastiche.

k Apud Athenæum ascaleron, apud Theophr. scalian. Appuli circa Hydruntum etiam hodie vocant *scalera*.

l *φύλλα πλατία*. Dioscor. legit *φύλλα πλάτεα*.

m *Cicerin*. Theophr.

n *σταιμώδης*, sesamaceum. Theophr. cap. 5. lib. 6. hist. Plinius legit *ἐρεβώδη*.

o Ex Theoph. cap. 9. lib. 7. hæc Plinius corruptissimè citat. Theophrasti verba sunt: Differunt inter se herbaceæ, (*πολλὰ*) quòd alia terræ insternata folia edunt alia in caules alia vtrobique. Insternata terræ folia gignunt, (*ὑπογεόφυλλα*) coronopus, anthemon, anchusa, gramen, anemone, Aphyllantes, apargia, (argemone) plantago, apate. In caule folia mittunt, crepis, anthemum foliosum, lotos, loucoion. Vtrobique, cichorium &c. Miré hunc locum deprauat autor, vt & quæ sequuntur de herbarum comparatione cum arboribus.

p Dioscorides coronopum non serpere ait, sed terræ insterni, siue humi procumberè *κατὰ τὸ ἐδάφος τρέφονσθαι*: folia verò non quidem spinosa esse, verùm in longum sissa *κατατετμῆσθαι*. Sic paulo antè cacti caules in terra dixit serpere, cùm ij tantùm humi iaceant.

q Has duas postremas addit Plinius præter orationem Theophrasti cap. 9. li. 7. Illarum autem loco cichorium adscribit Theophr. Capite verò 10. eiusdem libri aphacam, onocheiles, plantaginem, cichorium prouentum floris sui prorogare tradit.

Differentia herbarum per folia, & quæ herbæ toto anno floreant, & de haſtula regia, & piſtana, & gladiolo. CAP. XVII.

1 heliotropio, polio, adiantho. Theo.
2 stelephuros & plantago, quàm quidam ortyga vocãt, de qua &c. ex Theophr. correcto cap 10. 7 hist.
3 orygem, CH.
4 infra dic. M.
5 Proxime est & CH.

MVltis inter hæc æterna folia, sicut quibusdam arborum: in primísque [1] heliotropio, adianto. Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est cynops, alopecuros, [2] stelephuros, (quam quidam [3] ortyga vocant, alij plantaginem, de qua plura [4] dicemus inter medicas,) thryallis. Ex iis alopecuros spicam habet mollem & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis, vnde ei & nomen. [5] Proxima est ei & stelephuros, nisi quòd illa

particulatim floret. Cichorion & similia, circa terram folia habent, [6] germinantibus ab radice post Vergilias. [7 a] Perdicium & aliæ gentes, quàm Aegyptij, edunt: nomen dedit auis, id maximè eruens. Crassas, plurimásque habet radices. Item ornithogale, caule tenero, candido, [8] semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis. Coquitur in pulte. Mirum, loton herbam & ægilopa, non nisi post annum è semine suo nasci. mira & anthemidis natura, quòd à summo [9] florere incipit, cùm cæteræ omnes, quæ particulatim florent, a b ima sui parte incipiant. Notabile & in lappa, [10] quæ adhærescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non euidens, sed intus occultus, & intra se germinat, velut animalia quæ [12] in se pariunt. Item [13] circa Opuntem Opuntia est herba, etiam homini dulcis. Mirúmque, è folio eus radicem fieri, ac sic eam nasci. Iasione vnum folium habet, sed ita implicatum, vt plura videantur. Condrylla amara est, & [14] acri in radice succo. Amara & aphace, & quæ picris nominatur, & ipsa toto anno florens: nomen ei amaritudo [15] imposuit. [b] Notabilis & scillæ crocíque natura, quòd cùm omnes herbæ folium primum emittant, mox in caulem [16] rotundentur, in iis caulis prior intelligitur, quàm folium. Et in croco quidem flos impellitur caule: in scilla verò caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Eadémque ter floret (vt diximus) tria tempora [17] sationum ostendens. Bulborum generi quidam adnumerant & [c] cypiri, hoc est gladioli, radicem. Dulcis ea est, & quæ decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderosiorémque simul subacta. [18 d] Non dissimilis est & quæ thesion vocatur, gustu aspera. Cæteræ eiusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum & angustum habet, scilla latum & tractabile, gladiolus simile nomini. Asphodelus [e] manditur, & semine [19] toto, & bulbo. sed hoc in cinere tosto, dein sale & oleo addito: præterea tuso cum ficis, præcipua voluptate, [f] vt videtur Hesiodo. [20] Traditur & ante portas villarum satum, remedio esse contra veneficiorum [21] noxiam. Asphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix eius [g] napis modicis similis est: neque alia numerosior, l x x x. simul aceruatis sæpe bulbis. Theophrastus & ferè Græci, princépsque Pythagoras, caulem eius cubitalem, & sæpe duûm cubitorum, foliis porri syluestris, [h] anthericon vocauere: radicem verò, id est bulbos, [22] asphodelon. Nostri [23] illud albucum vocant, & asphodelum hastulam regiam. [24] Ea est & caulis acinosi. [25] Eius [i] duo genera faciunt. Albuco est scapus cubitalis, amplus, purus, læuis. De quo Mago præcipit, exitu mensis Martij, & initio Aprilis, cùm floruerit, nondum semine eius intumescente, demetendum: findendósque scapos, & quarto die in Solem proferendos: ita siccatis [k] manipulos faciendos. Item pistanam dicit à Græcis vocari, quam inter vluas sagittam appellamus. Hanc ab Idibus Maij vsque ab finem Octobris mensis decorticari, atque leni Sole siccari iubet. Idem & gladiolum alterum, quem cypiron vocant, & ipsum [l] palustrem, Iulio mense [26] toto secari iubet ad radicem, tertióque [27] die in Sole siccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante Solé occidentem in tectum referri, quoniam palustribus desectis nocturni rores noceant.

6 germinant. Vet.

7 Perdicio, quam & Aeoliæ gentes, & Aegyptij. Vet.

8 semipedali. Dioscor.

9 florc. CH.

10 quæ vestibus adhærescit. Vet.
11 seminat. M. & intra seminat. CH.
12 intra se. Vet.
13 Hæc duo verba, circa Opuntem, non leg. in M.
14 acris in rad. succi. CH.

15 imposuit. Similis & quæ Thesion vocatur, gustu &c. quæ infrà leguntur post pauIo. vide Annot. ad eũ locum.
16 attollantur, in iis caul. pr. detegitur. Vet. protruditur &c. impellitur. Alij Vet.
17 arationum. Vet. & CH. aratri. Virgil. arationis. Theo.
18 Similis est. M. similis & quæ Thesion vocatur, gustu &c. Ex Theoph. vide Annot.
19 tosto. M.

20 Tradunt. CH.

21 noxam. Dal.

22 asphodelon. Hastula regia est caulis acinosi. M.
23 illos albucum vocat, & caulem hastulam regiam.
24 Hæc tria verba, ea est &, in CH. d.
25 Ae duo. CH.

26 toto, in M. d.

27 dein sole. CH.

ANNOTATIONES.

a Theophrastus non quidem in vsum cibi venire scribit, sed esse grandi & carnosa radice, vt crocum & aspalacem, vel, vt alij legunt, asphodelum. Addit & crassas & plures habere radices, quàm folia.

b Hæc ex Theophrasto cap. 12. lib. 7. histor. quod tamen de croco illic Theophrastus de narcisso tradit vitioso exemplari.

c Phasgani, Theophr. xiphij, Dioscor. Inepté hoc Plinius.

d Thesij radix gustu amara est. aluum tusa purgat. Hæc tantùm urheophrastus de thesio cap. 11. lib. 7. Hist. Plinius inconsyderate thesion plantam amatoris ingratissimi cum gladioli radice, suauí & esu iucunda, comparat. Quare arbitror hunc locum confusum sic esse reponendum, vt post illa, Ei amaritudo imposuit, hæc legantur: vt & infrà cap. 22. lib. 22.

e Manditur, & caule igni blando cocto, & tosto semine, & bulbo tuso cum ficis, præcipua vtilitate, vt videtur &c. Theophr.

f νήστοι, ἢδ' ἰσχάσι δοῦ πολὺ ἥμισυ παντὸς:
ἢδ' ὅσσυ ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνησε.
Plato tertio De legibus Epimenidem vilissimo cibo confecto ex malua & asphodelo contentum fuisse tradit, qui illum seruaret ἄπεπτον καὶ ἄδαπτον. Rhodig. cap. 8. 7.

g Glandibus, Dioscorides.

h ἀνθερικὸν & pro tota planta vsurpat Theophr. cap. 7. lib. 1. histor.

i Marem, & fœminam, infrà lib. 22. cap. eod. in principio.

n Vel ad pabulum pecorum, vel ad ædificiorum tecta, vt in multis locis Galliæ.

l Sic à Magone vocari puto buromon Theophr. & acorum officinarum: vel iuncum triangulum à me descriptum.

De iunco genera sex, & de cypero, & odorata iunco. CAP. XVIII.

1 marisc. CH.

2 ante. M.

SImilia præcipit & de [a] iunco, quem [1] marisc on appelant, ad texendas tegetes, & ipsum [50] Iunio mense eximi [2] ad Iulium medium præcipiens. Cætera de siccando, eadem quæ de vlua

de vlua suo loco diximus. [b] Alterum genus iuncorum [3] facit, quod [4] marinum, & à Græcis σχοινόκαινον vocari inuenio. Tria genera eius: acuti, sterilis, quẽ marem, & oxyn Græci vocant: reliqua fœminini, ferentis semen nigrum, quem [6] melancranin vocant. Crassior hic & fruticosior. [7] Magísque etiamnum tertius, qui vocatur holoschœnos. Ex his melancranis sine aliis generibus nascitur. Oxys autem & holoschœnos eodem cæspite. Vtilissimus ad vitilia holoschœnos, quia mollis & carnosus est. Fert fructum [8] ouorum cohærentium modo. [c] Nascitur autem is, quem [d] marem [9] appellamus, ex semetipso, cacumine in terram defixo: melancranis autem suo semine. Alioquin omnium radices omnibus annis intermoriuntur. Vsus ad nassas marinas, [10] vitilium elegantiam, lucernarum lumina, [11] præcipua medulla, amplitudine iuxta maritimas Alpes tanta, vt inciso ventre [12] impleant pene [e] vnciarum latitudinem, in Aegypto verò cribrorum longitudinem, non aliàs [13] vtiliorem. Quidam etiamnum vnum genus faciunt iunci trianguli, cyperon vocant. Multi verò non discernũt à cypiro vicinitate nominis. Nos distinguemus vtrũque. [14] Cypirus est gladiolus, vt diximus, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, & posteà in Phœnice. Cretico [15] candor odórq; vicinus nardo, Naxio acrior, Phœnicio exiguum spirans, nullus Aegyptio. Nam & ibi nascitur. Discutit [f] duritias corporum. Iam enim remedia dicemus: quoniam & florum odorúmque generi est magnus vsus in medicina. Quod ad cypiron attinet, Appollodorum quidem [16] sequar, qui negabat bibendum: quanquam professus efficacissimum esse [17] aduersus calculosos, [18] eo fouet. Fœminis quidem [g] abortus facere non dubitat. Mirúmque tradit, barbaros suffitum huius herbæ excipientes ore, lienes consumere: & non egredi [19] domibus, nisi ab hoc suffitu. Vegetiores enim firmioréque sic [20] etiam fieri. Intertriginum & alarum vitiis, perfrictionibúsque cum oleo illitum, non dubiè mederi. [h] Cyperos iuncus est, qualiter diximus, angulosus, iuxta terram candidus, [21] cacumine niger, pinguísq;. Folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quæ est semen. Radix oliuæ nigræ similis, quam, cùm oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina vsus. Laus cypero prima [22] [i] Hammoniaco, secũda Rhodio, tertia Thracio, nouissima Aegyptio, [23] quod & [k] confundit intellectum, quoniam & cypiros ibi nascitur. Sed cyperos [l] durissima, vixq; spirans. Cæteris odor [24] & ipsis nardum imitans. Est & per se Indica [25] herba, quæ [26] cyperis vocatur, zingiberis effigie: commanducata croci vim reddit. [27] Cypero vis in medicina psilothri. [28] Illinitur pterygiis, hulceribúsque genitalium, & quæ in [29] humore sunt omnibus, sicut oris hulceribus. Radix aduersus serpentium [30] ictus, scorpionum præsertim, remedio est. Vuluas aperit pota. Largiori tanta vis, vt expellat eas. Vrinam ciet, & calculos, ob id vtilissima hydropicis. Illinitur & hulceribus, quæ serpunt, sed his [31] præcipuè quæ in stomacho sunt, ex vino vel aceto illita. Iunci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias, tussi medetur. Semen tostum, & in aqua potum, sistit aluum & fœminarum menses, capitísque dolores facit. [32] At qui vocatur holoschœnos, eius quæ proxima sunt radicis, commanducantur aduersus araneorum morsus. Inuenio etiamnum vnum iunci genus, quod [33] euripicen vocant. Huius semine [m] somnum allici, sed modum seruandum, ne sopor fiat. Ob id & odorati iunci medicinæ dicentur, quoniam & in Sirya cœle (vt suo loco retulimus) nascitur. Laudatissimus ex Nabataea, cognomine teuchites, [34] proximus Babylonius, pessimus ex Africa, ac sine odore. Est autem rotundus, [35 n] vinosæ mordacitatis ad linguam. Syncerus in confricando odorem rosæ emittit, [36] rubentibus fragmentis. Discutit inflationes, ob id [o] stomacho vtilis, bilémque & sanguinem reiicientibus. Singultus sedat, ructus mouet, vrinam ciet, vesicæ medetur. [p] Ad muliebres vsus decoquitur. Opisthotonicis cum resina arida imponitur. Excalfactoria [37] & rosa. Vteros astringit, [38] refrigerat. Vsus eius diuiditur in folia & flores. Capita foliorum partésque candidæ, [q] vngues vocantur. In flore aliud est semen, aliud [r] capillus in capite, aliud cortex, aliud [s] calix. Folium siccatur, aut tribus modis exprimitur. Per se, cùm vngues nõ detrahuntur: ibi enim humoris plurimum. Aut cùm detractis vnguibus, reliqua pars aut [t] oleo aut vino maceratur in Sole vasis vitreis. Quidam & salem admiscent,

3 faciunt. Dal.
4 a nati um. Theo.
5 oxyte tunon Dios.

6 melacrantam appellant. CH.
7 Magis magisque. CH.

8 ὄφ. Alij. forborii.

9 appellamus CH.

10 vitilium elegantium nexus. Vet.
11 præcipuè. Vet.
12 impleat. Vet. sub. medulla.

13 villiores. Vet.

14 Cyperus. CH.

15 color. Rondeletius.

16 sequimur. Vet.

17 aduersus calculos. Ali.
18 eo quidem fœtus fœminas abortus fieri. M.
19 omni die. M.

20 etiam in die fieri. CH.

21 cacumine caulis min. Dioscr.

22 Armenio. Vet. Armeniaco.

23 quæ. M.

24 est ipsam. Vet.
25 radix Dio c.
26 cypira. CH.
27 lib. M. d. Cyperidis. Dal.
28 Cyperus illin. Vet.
29 in tumore &c. Sic & oris. M.
30 ictus & scorp. (sic & CH) præsenti. M.
31 præcipua. M.

32 At eius qui. Dal.

33 Aethiopicũ. Dios.

34 proximus Arabicus, quem aliqui Babyonium cognominant, alij Teuchuim: pessimus. Dioscr.
35 ignæa. Rond. ex Dioscr.
36 purpurescens, fragilis. Dioscr.

37 vt. CH.
38 refrigerates, vt aiunt. Diuiditur in folia, & flores, & capita. In flore partes candidæ vngues vocantur. Aliud est &c. Alij.

scent, & anchusam nonnulli, aut aspalathum, aut iuncum odoratum: quia talis maximè prodest vuluæ ac dysentericis. Exprimuntur eadem folia detractis vnguibus, trita per linteum spissum in æreum vas, leniqueᵘ igni succus coquitur, donec fiat crassitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratissima quæque folia.

ANNOTATIONES.

a Iuncus Isidoro, quòd iunctis radicibus hæreat. Mariscum, scirpum & holoschœnon eundem iuncum esse volunt. Scirpum Festus & Isidorus ad texendas regetes commendant, Mago hic mariscum: ad id. ergò quouis alio iunco aptiorem esse holoschœnon, ex eius procerirate cognoscimus. Sic idem vsus eandem plantam ostendit.

b Lego, Alterum genus iuncorum aquaticum faciunt, quòd & à Græcis schœnon vocari inuenio. Theophrastus ἕτερον ἄρειον vocat. Galenus ἄρειον palustre, pro quo apud Dioscoridem legitur λεῖον, læue. Diuiditur in holoschœnō & oxyschœnon. oxyschœnos rursus in sterilem, renuiorem, & fœcundum crassiorem. Quidam legunt, Alterum genus iuncorum præter marinū faciunt, quòd & à Græcis schœnon &c. Nam est & marinus iuncus æquè ac palustris.

c Theophrastus cap. 13. lib. 4. Histor. ἐν τῷ περὶ φυτῶν, id est, radicis bulbuloso capite radiculas quotannis renasci tradit, & quæ natæ sunt quotannis, emori. Deceptus Plinius περὶ ῥιζῶν cacumen vertit, & vt errore suo hallucinans, imaginatus est cacumen in terra defigi, & sic iuncum propagari tradidit rubi modo.

d Theophrasto holoschœnos, nó oxyschœnos mas, tamersi probetur magis mihi hæc Plinij lectio, quàm vulgati exemplaris Theophrasti. Nam cum oxyschœnos mas semen non ferat, ex radicis bulbuloso capite is quotannis vt renascereturᵃ, natura constituit.

e Pollicis. Librę partes vsurpantur etiam de pedis partibus, vt & cap. 8. lib. 31. quo loco tractat de cortcura. Pes autem pollices 12. vt libra totidem vncias continet.

f Dioscoridi rad. x gladioli panos discutit.

g Menses pellit Dioscoridi, perfrictionibus vuluæ, & præclusionibus medetur.

h Inepissimè Plinius cypirum à cypero distinguit.

i Armeniaco: quamuis cap. 23. lib. 12. Hammoniacum vocari scribat, quoniam iuxta oraculum Hammonis fercula ea nascitur, quod & de cypero nos existimare possumus, quoniam is maximè gaudet fontibus in arenoso loco scaturientibus, qualis est Iouis Hammonis fons, suprà cap. 5. lib. 5.

k Errorem suum Plinius olfacit.

l Idem paulo antea de cypiro scripsit.

m ὕπνωτικὸν somnum vocat, ναρκωτικὸν soporem. Sic Galenus de semine papaueris, ὑπνωτικὸν δ' ἰσχὺν, ὡ δὴ καὶ τὴν πλησίον ἀναφέρουσι, ναρκωτικὴν ἀμυδρῶς.

n Igneæ. Rondeletius ex Dioscor.

o De flore id Dioscor.

p Decoctum ad inflammationes vuluæ insidentibus fœminis vtile. Dioscor.

q Dioscor. δρυόψεις vocat. Asclepiades lib. 4. περὶ κόπων, in ocularibus medicamentis τὸν λεβέτα.

r Capillum autor suprà cap. 4. lureos apices vocat: Dioscorides τὸν ἄκρον βότρυν ὑφιεμένην ἄνθος, florem qui in mediis rosis inuenitur. Idem vocat φύλλα non fruticis folium, quod caules & ramo vestit, vt hic Plinius, sed floris veluti laminas, qua significatione sæpius vsus est Plinius suprà citato loco, & paulo pòst hic ipso capite.

s Calix, id quod flore lapso papposam lanuginem & semen continet: cortex, vt suprà è cap. 4. huius lib. constat, floris, priusquam in alabastros fastigietur, & tumescens dehiscat, muoluerum.

t Oleo in confectionem vnguenti rosacei, apud Dioscoridem cap. 54. lib. 1. quamuis confectio ab eo describitur operosior, vino, ad confectionem vini rhoditis, cuius descriptio est apud Dioscoridem cap. 35. lib. 5.

v Dioscor. in vmbra terit, & cogit absque igne, nec in æreum excipit.

Ex rosa medicinæ, & de lilio, & de narcisso, & ex viola, & de baccharе, & combreto, & asaro.

CAP. XIX.

VInum quomodo fieret è rosa, diximus inter genera vini. Vsus [2] succi ad aures, oris hulcera, gingiuas, tonsillas, gargarizatus, stomachum, vuluas, sedis vitia, capitis dolores. In febre per se, vel cum aceto ad somnos, nauseas. Folia vruntur in [1] calliblepharum. [2] Et siccis [b] fœmina asperguntur. Epiphoras quoque arida leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum, maximè albas, in posca potus: & sanguinis excreationes. Stomachi quoque [c] dolores, [3] quantum in vini cyathis tribus. [d] Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius: & in vmbra [4] siccatur. Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Vrinam ciet. Stomacho imponitur. Item igni sacro non veteri. Naribus subductum caput purgat. Capita pota ventrem & [e] sanguinem sistunt. Vngues rosæ epiphoris salubres sunt. Hulcera enim oculorum [f] rosa fordescunt, præterquàm initiis epiphoræ, ita vt arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis stomachi, rosionibus & vitiis ventris, & intestinorum, & [g] præcordiis vtilissima vel illita. Cibo quoque lapathi modo condiuntur. [h] Cauendus in his situs celeriter [5] insidens. Et aridis [6] & [i] expressis aliquis vsus. Diapasmata inde fiunt [k] ad sudores coercendos, ita vt à balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. [7] Syluestris cum adipe vrsino [l] alopecias mirificè emendat. Lilij radices multis modis florem suum [8] nobilitauere, [m] contra serpentium ictus ex vino potæ, & contra fungorum venena. Propter clauos pedum in vino decoquuntur, triduóque non soluuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ, pilos quoque adustis reddunt. E mulso potæ inutilem sanguinem cum aluo trahunt: [9] lenique & ruptis vulsis prosunt & mensibus fœminarum. In vino verò decoctæ, impositæq; cum melle neruis præcisis medentur. [10] Lichenas & lepras, & furfures in facie emendant. [n] Erugant corpora. Folia in aceto cocta, vulneribus imponuntur; [11] epiphoris testium in melle cum hyoscyamo & farina tritici. Semen illinitur igni sacro: flos & folia hulcerum vetustati. Succus, qui flore expressus est, ab aliis mel vocatur, ab aliis [12] syrium, ad [13] emo-

1 calliblephara. Vet.

2 Sicca vnguctis asp. Dioscor.

3 potus. Vet. tantum. CH.

4 siccatū. Vet. & CH.

5 insidens, & aridizas. At expressis. M.

6 aut. CH.

7 Syl. pilulæ cum ad. vrſi alopecias emendant. M & CH.

8 nobilitant. CH.

9 lenique, ruptis, & vulsis prosunt, & mẽstruis fœm. M.

10 Contra lichenas. CH.

11 si tostium meliùs cum hyosc. CH.

12 syrium Dal. quasi sapa. Vide Ann. ca. 4. lib. 24.

[13] emoliendas vuluas sudoréſque faciendos, & suppurationes [14] coquendas. Narcissi duo genera in [15] vsu medici recipiunt. Vnum purpureo flore, & alterum [16] herbaceum. [17] Hunc stomacho inutilem, & ideo vomitorium, aluósque soluentem, neruis inimicum, caput grauantem, & à narce narcissum dictum, non à fabuloso puero. Vtriusque radix mulsei saporis est. Ambustis prodest cum exiguo melle. Sic & vulneribus & luxatis. Panis verò cum melle & [18] auenæ farina. Sic & infixa corpori extrahit. In polenta [19] tritus oleóque, contusis medetur & lapide percussis. Purgat vulnera permistus farinæ. Nigras vitiligines emaculat. Ex hoc flore fit narcissinum [20] oleum ad emolliendas duritias, [21] calfacienda quæ alserint. Auribus [22] est vtilissimus: sed capitis dolores facit. Violæ 10 sylueſtres sunt, & satiuæ. Purpureæ refrigerant. Contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur & capiti in fronte. Oculorum priuatim epiphoris, & sede [23] procidente vuluáve: & contra suppurationes. Crapulam & grauedines capitis impositis coronis [24] olfactúve discutiunt. Anginas ex aqua potæ. [o] Id quod purpureum est ex iis, comitialibus medetur, maximè pueris in aqua potum. Semen violæ scorpionibus aduersatur. Contra [p] flos albæ suppurata aperit: [25] ipsa discutit. Et alba autem & lutea [26] extenuant [27] menstrua, vrinam cient. Minor vis est recentibus: ideóque [28] aridis post annum vtendum. Lutea dimidio cyatho in [29] aquæ tribus, menses trahit. Radices eius cum aceto illitæ sedant lienem: item podagram: oculorum autem inflammationes cum myrrha & croco. Folia cum melle [30] purgant capitis [31] hulcera: cum cerato rimas 20 sedis, & quæ in humidis sunt. Ex aceto verò collectiones sanant. [32] Bacchar in medicinæ vsu aliqui ex nostris [33] perpensam vocant. Auxiliatur contra serpentes, capitis dolores feruoréſque: item epiphoras. Imponitur mammis tumentibus à partu & [34] ægilopis incipientibus & ignibus sacris. Odor somnum gignit. Radicem decoctam bibere spasticis, conuulsis, suspiriosis, salutare est. [35] In tusli vetere [36] radices eius tres quatuórve decoquuntur [37] ad tertias partes. Hæc potio mulieres [r] ex abortu purgat. Laterum [38] punctiones tollit, & vesicæ calculos. Conditur [39] cum diapasmate. Vestibus odoris gratia inseritur. Conbretum, quod simile ei diximus, tritum cum axungia, vulnera mirè sanat. Asarum iocinerum vitiis salutare esse traditur, vncia [40] sumptum in hemina mulsi misti. Aluum [s] purgat ellebori modo. Hydropicis prodest & præcordiis vuluísque 30 ac morbo regio. In mustum si addatur, facit vinum vrinis ciendis. Effoditur cum folia [41] emittit. Siccatur in vmbra. Situm celerrimè sentit.

13 emolliendas CH.

14 concoquendas. CH.

15 vsum Vet & CH.

16 herbaceo. Vet. croco Dioſc.

17 vtrunque ſtom. Dioſc.

18 ærinea. Vet. lolij, scilicet.

19 trita. Dal.

20 vnguentum Dioſcor.

21 & calf. quæ alſerint, auribus vtiliſſimum. Vet.

22 vtiliſsimum, ſed &. CH.

23 procedente. M. ſedi procidenti. Vet.

24 olfactáque. CH.

25 ipſáque. Vet.

26 expellunt Dioſc.

27 menſes. CH.

28 atteritis. M.

29 aqua trita. M.

30 ſanant oris hulcera. Dioſc.

31 hulcera, & quæ in humidis ſuntexcm de cerato rimas ſedis ex aceto &c.

32 Baccharis. Dioſc. Bacchar & in medicinæ vſu eſt. Aliqui ex noſtris &c.

33 perpenſam. CH.

34 ægilopis, incipien tibuſque ignibus. Vet.

35 Item ſi vetere vino radices eius tres quat. decoquantur ad ter. partes, hęc. &c. M.

36 rami. CH.

37 à parte. Vet.

38 cõpunctiones. &c. Tunditur cum M.

39 in diapaſmata. Vet.

40 ſumpta. CH.

41 mittit. M.

ANNOTATIONES.

a Dioscorides hæc omnia de liquore expresso ex aridis rosis in vino decoctis.

b ἔχρηδὲ αἱ λᾶαι τοῖς μίγμασι τῶν φαρμάκων. Dioscorides. Sicca & trita vnguentis asperguntur. Plinius legit τοῖς μύροις.

c Ex acri humore.

d παρὰ τὸν semen reddit, vt aliis multis locis. Legendum puto, Fructus his optimus crocinus, nec anniculo vetustior, & in vmbra siccatus.

e Sanguinis per os reiectiones. Dioscor.

f Succo è rosæ foliis expresso.

g Inflammatis. Dioscor.

h Rosarum folia, dum siccantur, assiduè versanda sunt, ἵνα μὴ ὑγροτέρᾳ, ne situm contrahant, & vermiculis erodantur. Dioscorides. Nostri ne eo vitio corrũpantur, aceto quàm accerrimo conspergunt.

i Tritis. Dioscorides. ἀδόντι. De pastillis roseis Dioscor. in tradit, non de rosæ foliis.

k Sudoris obtundendam grauedinem. Dioscor.

l Syluestris rosæ spongiausta, plurimum ad id valet.

m De foliis & semine hoc Dioscor.

n Titinio apud Festum medicamentum hoc tentipellium vocatur, τενάκυθρον, vt exponit Glossarium vetus, φάρμακον πρὸς ῥυτίδας. Verba poëtæ sunt, *Tentipellium inducis rugæ in ore extenduntur.*

o De Asteris flore id Dioscorides scribit: ac quamuis rursum ad finem capitis de viola purpurea in exemplari Græco repertatur, Ruellius tamen nec agnoscit, nec vertit.

p Flos τὸ ἄνθος, cuiuscunque coloris sit præter purpureum.

q ψιλῶσαι, ex alto præcipitatis.

r Ex teneris radicibus apposita vna partum extrahit, & ad puerperarum incessus additur.

s Radice drachmis sex ex aqua mulsa pota. Dioscor.

De nardo Gallico, & de croco medicina, & crocomagmate, & saliunca, & polio, & iri, & holochryso, & chrysocome, & melliloto.

CAP. XX.

ET quoniam quidam, vt diximus, nardum rusticum nominauere radicem baccharis, contexemus & Gallici nardi remedia in hunc locum [1] dilata in peregrinis arboribus. Ergo aduersus serpentes duabus drachmis in vino succurrit. [2] Inflammationibus coli, vel ex aqua, vel ex vino. Item iocineris & renum, suffusisq; [3] felle. Et hydropicis per se, vel cum absinthio. Sistit purgationum [4] mulierum impetus. Eius verò quod phu eodem loco appellauimus, radix datur potui trita, vel decocta ad strangulationes, vel pectoris dolores,

1 dilata cèm disputarem de peregr. M.

2 Inflationibus. CH.

3 felle, & hydropicis. Per se, vel cum absinthio sistit. M.

4 mulieb rium. Vet. & CH.

dolores vel laterum. Menſes quoq; ciet. Bibitur cum vino. Crocum melle non ſoluitur, [2]nullóq; dulci: facillimè autẽ vino, aut aqua, vtiliſſimum in medicina. Adſeruatur [b]cornea pyxide. [c] Diſcutit inflammationes omnes quidem, ſed oculorum maximè [5] ex [6] ouo illitum. Vuluarum quoque ſtrangulatus, ſtomachi exhulcerationes, pectoris & renum, iocinerum, pulmonum, veſicarúmque, peculiariter inflammationi earum vehementer vtile. Item tuſſi & pleuriticis. Tollit & pruritus. [7] Vrinam ciet. Qui crocum prius biberint, crapulam non ſentiũt. Ebrietati eo reſiſtunt. Coronæ quoque ex eo mulcent ebrietatem. Somnum facit. Caput leniter [d] mouet. Venerem ſtimulat. Flos eius igni ſacro illinitur cum creta Cimolia, ipſum plurimis medicaminibus miſcetur. [e] Collyrio vni etiam nomen [8] dedit, ex eo quoque [9] expreſſo vnguento crocino, quod crocomagma appellant. Habet ſuas vtilitates contra ſuffuſiones oculorum. Vrinas magis [10] excalfacit, quàm crocum ipſum. Oprimum, quod [11] guſtatum [12] ſaliuam dentéſque inficit. Iris rufa melior, quàm candida: infantibus eam circumligari ſalutare eſt, [13] dentientibus præcipuè & tuſſientibus, [14f] tineárúmve vitio laborantibus inſtillari. Cæteri effectus eius non multũ à melle differunt. Hulcera purgat capitis præcipuè, [15] ſuppurationes veteres. Aluum ſoluit duabus drachmis cùm melle. Tuſſim, tormina, inflationes pota. Lienes ex aceto. Contra ſerpentium & araneorum morſus, ex poſca valet. Contra ſcorpiones, duarum drachmarum pondere in pane vel aqua ſumitur. Contra canũm morſus, ex oleo imponitur: & contra perfrictiones. Sic & neruorum doloribus. Lumbis verò & coxendicibus cum reſina illinitur. Vis ei [16] concalfactoria. Naribus ſubducta, ſternutamenta mouet, capútque purgat. Dolori capitis cum cotoneis malis aut ſtrutheis illinitur. Crapulas quoque & orthopnœas diſcutit. Vomitiones ciet, duobus obolis ſumpta. Oſſa fracta extrahit, impoſita cum melle. Ad paronychias farina eius vtuntur: [17] cum vino, ad clauos, vel verrucas: triduóque non ſoluitur. Halitus oris commanducata abolet, alarúmque vitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum conciliat, ſed [g] genituram conſumit. Sedis rimas & condylomata, omniáque in corpore excreſcentia ſanat. Sunt qui ſylueſtrem xyrin vocent. Strumas hæc, vel panos, vel inguina diſcutit. Præcipitur, vt ſiniſtra manu [18] lecta ad hos vſus [19] eruatur, colligentéſque dicant cuius hominis vtique cauſa eximant. Scelus herbariorum [20] aperitur in hac mentione. [21] Partem eius ſeruant, & [h] quarundam aliarum herbarum, ſicut plantaginis: & ſi parum mercedis tuliſſe ſe arbitrantur, [22] [i] rurſuſq; opus quærunt, partem eam quam ſeruauere, eodem loco infodiunt: credo, vt vitia quæ ſanauerint, faciant rebellare. Saliuncæ radix in vino decocta ſiſtit vomitiones, corroborat ſtomachum. [23] Polio Muſæus & Heſiodus perungi iubent dignationis gratia, gloriæque [24] auidos polium tractare, colere. Polium contra ſerpentes [25] ſubſternitur vel portatur. Medici in vino decoquunt recens, vel aridum, illinúntque, vel ſplenoticis propinant ex aceto: morbo regio in vino: & hydropicis incipientibus in vino decoctum. Vulneribus quoque [26] ſic illinunt. Secundas mulierũ, partúſque emortuos [27] repellit: item dolores corporis. Veſicas inanit: & epiphoris illinitur. Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod alexipharmacon vocant. Stomacho tamen [k] inutile eſſe, caputque eo impleri, & abortum fieri poto, aliqui [l] negant. [28] Ad religionem addunt, vbi inuentum ſit, protinus [29] adalligandum contra oculorum ſuffuſiones, cauendúmque ne terram attingat. Hi & folia eius thymo ſimilia tradunt, niſi quod molliora ſunt, & lanatiore canitie. Cum ruta ſyluestri, & ſi teratur ex aqua cæleſti, aſpidas mitigare dicitur: & non ſecus atque cytinus [m] aſtringit & cohibet vulnera, prohibétque ſerpere. [30] Holochryſos medetur ſtranguriæ in vino pota, & oculorum epiphoris illita. Cum fæce verò vini cremata & polenta, lichenas emendat. Chryſocomes radix calfacit, & [31] ſtringit. Datur potui ad iocinerum vitia: item pulmonum: vuluæ dolores in aqua mulſa decocta. Ciet menſtrua: & ſi cruda detur, hydropicorum aquam. Meliſſophyllo ſiue [32] melittide ſi perungantur aluearia, non fugient apes. Nullo enim magis gaudent flore. [33] Copia iſtius examina facillimè continentur. Idem præſentiſſimum eſt contra ictus earum, veſparúmque, & araneorum, item ſcorpionum. Item contra [34] [n] vuluarum ſtran-

[1] cum humano lacte, Dioſco
[6] Ouo. In vuluarum &c. CH.
[7] Vrinas. CH.
[8] dedit. Eſt quoque vis expreſſi vnguenti crocini, quod. M. dedit, & quoque expreſſi. CH.
[9] ſi: expreſſo. Vet.
[10] ciet. Vet.
[11] guſtatu. CH.
[12] linguam. Dioſco.
[13] dentibus. CH.
[14] dentium. Dal.
[15] & ſuppur. Vet.
[16] calfactoria. M.
[17] teruntur in vino. CH.
[18] lecta, in M.d.
[19] feruetur. M.
[20] aperitur. M. & CH.
[21] Partes CH.
[22] rurſus vt plus opũ adquirant. M.
[23] Pollio. CH.
[24] auidos polium tractari. Coli. M. & CH.
[25] ſubſterni, vel portari. M.
[26] ſic, in M.d.
[27] expelli. Vet. mortuos petit. Cæl.
[28] Et. CH.
[29] alligandum. CH.
[30] Elichryſos Dioſc.
[31] adſtringit. Vet.
[32] Melittæna. Dioſc. & CH
[33] Scopis eius. CH.
[34] fungorum. Dioſc.

ſtrangulationes, addito nitro. Contra tormina, è vino. Folia eius ſtrumis illinuntur, & ſcdis vitiis, cum ſale [35] decocta. Succus fœminas purgat, & [36] inflationes diſcutit, & hulcera ſanat. Articularios morbos ſedat, caniſque morſus. Prodeſt dyſentericis veteribus & cœliacis, & orthopnoicis, lienibus, hulceribus thoracis. Caligines oculorum ſucco cum melle inungi eximium habetur. Meliloros quoque oculis medetur cum [37] lacte, aut cum lini ſemine. Maxillarum quoque dolores lenit: & capitis cum roſaceo: item aurium è paſſo, quæque in manibus [38] intumeſcunt, vel erumpunt. Stomachi dolores in vino decocta, vel cruda tritáque. Idem effectus [39] & ad vuluas. Teſtes verò & ſedem prociduam, quæque ibi ſint [40] vitia recens ex aqua decocta, vel ex paſſo. Adiecto roſaceo illinitur ad carcinomata. Deferueſcit in [o] vino dulci. Peculiariter & contra [p] meliceridas efficax.

[35] decoctæ ſucceus. CH.
[36] inflammationes. CH.
[37] oui luteo. Dioſco. cum luteo oui. CH.
[38] intumeſcant, vel rumpant. CH.
[39] eſt ad. Vet.
[40] vitia. Recenti &c. paſſo, adiecto roſ. illinuntur carcin. M.

ANNOTATIONES.

a Cap. tamen 6. lib. 21. legimus, crocum mirè vino congruere, præcipuè dulci, ad theatra replenda.
b Noſtris mercatoribus plumbea magis.
c Imò potius coquit. Habet enim vim maximè πυπλωτὴν, & ſubaſtringentem.
d Grauat, replet, afficit, tentat. Idem Galenus multis locis.
e Collyrio διὰ κρόκου à Paulo deſcripto, atque etiam parte aliqua collyrio διὰ ῥόδων crocino eiuſdem authoris.
f Tineas Plinius Latinè reddit Græcocum ἰλμινθας (lumbricos) quod & multis locis in Dioſcoridis verſione Ruellius imitatur, vt capite de Thymo.
g Prodeſt ijs, quibus genitura effluit. Dioſcor. τὸν γονὸν, τὸ σπέρμα. Græci præterea & θύμον vocant, quaſi vim & impetum quendam: nam etiam θυμὸς, βιαίως.) id quod ſignificauit Arnobius lib. 5. cùm ſcribit, ſancta & feruentia numina vim vomuiſſe Lucillij. Heſychius & κὼτομάχτλα nominat, præſertim cùm cogitatione aut memoria Veneris erumpit ſponte, qualem his verſibus Nonnus oſtẽdit:

ὀτέρην ἰμείρων ὑπαλύσκετο νυκτερινὴν,
ἣν πόθιν ἀνίκητα, γονὴν ὑπεκφυγὸν ἀφρῷ,
θυμὸν ἀκοντίσσαν αὐτοτύτου ἀφρὸν ἰάψας.

Feſtus notat ſic effuſam in terram genituram Aphris dici Bilbit, quod vocabulum fœditatem ſignificat & confuſionem. Scaliger.
h Vt ranunculi.
i Ab ægro rurſum aduocati.
k Non ſolùm quòd vtilitatis nihil affert, ſed etiam quòd noxiũ eſt, vt inimicus, non ſolùm qui amicus & beneuolus non eſt, ſed qui etiam maleuolus. Horat.

Namque pila lippis inimicum & ludere crudis.

Duarenus cap. 11. 1. Ann.
l Quod Dioſcorides ſcriptum reliquit.
m Falſum hoc, & præter medicinæ rationem, vndecumque Plinius citauerit.
n Fungorum, μυκήτων. Dioſc. Plinius legit, σκιλλῶν.
o Paſſo ad morbos ſuprà recitaros.
p Recentes per ſe cum aqua. Dioſcor.

De trifolio, & thymo, & hemerocalle, & de helenio, & abrotono. CAP. XXI.

TRifolium ſcio credi præualere contra ſerpentium ictus & ſcorpionum, ex vino aut poſca, ſeminis granis viginti potis: vel foliis, & tota herba decocta: ſerpenteſq; nunquam in trifolio aſpici. Prætereà [1] celebratis autoribus, contra omnia venena pro antidoto ſufficere [2] xxv. grana eius, [3] quod [a] mynianthes ex eo appellauimus, tradi. Multa alia prætereà in remediis eius adſcribi. Sed me contra ſententias eorum grauiſſimi viri autoritas mouet. Sophocles enim Poëta venenatum id dicit. [b] Simus quoque [4] medicus decocti, aut contriti ſuccum infuſum corpori, eaſdem [5] vredines facere, [6] quas ſi percuſſis à ſerpente imponatur. Ergo non aliter vtendum eo, quàm contra venena, [7] cenſuerim. Fortaſſis enim & his venenis inter ſe contraria ſit natura, ſicut multis aliis. Item animaduerto, ſemen eius, cuius minima ſint folia, vtile eſſe ad cuſtodiendam mulierum cutis gratiam, in facie illitum. Thymum colligi oportet in flore, & in vmbra ſiccari. [c] Duo autem ſunt genera eius: candidum, radice lignoſa, in collibus naſcens, quod & præfertur: alterum nigrius, floríſque nigri. [d] Vtraque oculorum claritati multùm conferre exiſtimantur, & in cibo, & in medicamentis. Item [8] diutinæ tuſsi ecligmate faciles excreationes [9] facere [e] cum aceto & ſale. Sanguinem concreſcere non pati è melle: Longas faucium diſtillationes extrà illita cum ſinapi, extenuare: item ſtomachi & ventris vitia. Modicè hiſtamen vtendum eſt, quoniam excalfaciunt, quamuis ſiſtunt aluum: quę ſi exhulcerata ſit, denarij pondus in ſextarium aceti & mellis addi oportet. Item [10] ſi [f] lateralis dolor ſit, aut inter ſcapulas, aut in thorace. Præcordiis medentur ex aceto cũ melle: quæ potio datur & in [11] alienatione mentis ac melancholicis. Datur & comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. Aiunt & dormire eos oportere in molli thymo. Prodeſt & orthopnoicis & anhelationi, mulierúmque menſibus [12] retardatis. Vel ſi emortui ſint in vtero partus, decoctum in aqua ad tertias. [13] Et viris verò [g] contra inflationes, cum melle & aceto. Et ſi venter [14] turgeat, teſtéſve [15] aut veſicę dolor exigat. Et vino

[1] celebr. Vet.
[2] xxxv. CH.
[3] quod menianthes appell. Ver.
[4] ex medicis. M. è medicis. CH.
[5] ægritudines facere quaſi percuſsis. M.
[6] quaſi. CH.
[7] cenſuerunt. M.
[8] diutina tuſsi in ecligm. Vet.
[9] facere. Cum aceto & ſale ſang. concr. nõ patitur. Et melle longas &c. extenuat. Vet.
[10] ſi lateris. CH.
[11] elationem. CH.
[12] retardatis vel ſi. &c.
[13] Et, in M. d.
[14] tumeat. Vet. vrgueat. CH.
[15] aut ſi veſ. CH.

tumores & [h] impetus tollit impositum. Item cum aceto callum & verrucas. Coxendicibus imponitur,[16] & articularibus morbis, & luxatis tritum ac lanæ insperſum ex [17] oleo. Dant & potionem articularibus morbis trium obolorum pondere in [18] tribus aceti & mellis. Et in faſtidio, tritum cum ſale. Hemerocalles pallidum è viridi, & molle folium habet,[19] radice [i] odorata atque bulboſa: quæ cum melle impoſita ventri,[20] aquam pellit & ſanguinem etiam inutilem. Folia epiphoris oculorum, mammarúmque poſt partum doloribus illinuntur. Helenium [21] ab Helena, vt diximus, natum, fauere creditur formę: cutem mulierum in facie reliquóque corpore nutrire incorruptam. Præterea putant vſu eius quandam [22] gratiam iis venerémque conciliari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino, eúmque quem habuerit nepenthes illud prædicatum [k] ab Homero [23] quòd triſtitia omnis aboleatur. Eſt autem [l] ſucci prædulcis. Prodeſt & orthopnoicis radix eius in aqua ieiunis pota. Eſt autem candida intus [m] & dulcis. Bibitur [n] & contra ſerpentium ictus ex vino, Mures quóque contrita dicitur necare. Abrotonum duorum traditur generum, campeſtre ac montanum: hoc fœminam, illud marem [24] intelligi volumus. Amaritudo abſinthij [o] in vtroque. Siculum laudatiſſimum, dein Galaticum. Vſus eſt & foliis, ſed maior ſemini ad excalfaciendum: ideo neruis vtile, tuſſi, orthopnoicis, conuulſis ruptis, lumbis, vrinæ anguſtiis. Datur bibendum manualibus faſciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur & ſemen tuſum in aqua drachmæ pondere. Prodeſt & [p] vuluæ. Concoquit panos cum farina hordeacea, & oculorum [25] inflammationibus illinitur,[26] cotoneo malo concocto. Serpentes fugat. Contra ictus earum bibitur cum vino, illiniturq;. Efficaciſſimum contra ea, quorum veneno tremores & frigus accidunt, [27] vt ſcorpionum & phalangiorum: & contra venena alia pota prodeſt, & quoquo modo algentibus, & ad extrahenda ea quę [28] inhærent corporibus. Pellit & interaneorum mala. Ramo eius, ſi ſubiiciatur puluino, Venerem ſtimulari aiunt: efficaciſſimámq; eſſe herbam contra omnia veneficia, quibus coitus inhibeatur.

16 cum vino art. CH.
17 oleo: ambuſtis eſt adipe ſuillo. Dant. CH.
18 tribus aceti cyathis & melle. Vet. tribus cyathis aceti, & mellis. CH.
19 radice odoratam atque bulboſam. M.
20 aquas. CH.
21 ab Helena, vt diximus, lachrymis natum. Vet. & ſuprà ca. 10. huius libri.
22 ita gratiã his. CH.
23 quo. Vet. quod eo. Alij Vet.
24 intelligẽtibus vo-lunt. CH.
25 inflãmationi. CH.
26 cũ cotoneo' malo co-cto. Vet. cotoneo malo cocto. CH.
27 &. CH.
28 inhæreant. CH.

ANNOTATIONES.

a Menianthes quidam ideo dictum volunt, quòd integro menſe floreat: quidam quòd ad Lunæ radios florem mittat: alij quòd floris foliola veluti lunata & falcata ſint. Vide ſuprà cap. 9. huius libri.
b Tradunt quidam (ait Dioſcorides) totius frũticis decoctum dolores ſinite illorum, quos ſerpentes percuſſerunt. At ſi eodem decocto cuiuſpiam alius foueantur vlcera, perinde affici, ac ſi ſerpens momorderit. Miraculi nouitatem non ſatis Plinius explicat. Vide Gal. lib. de Theriaca ad Piſonem. Idem ferè narrat Ælianus de phalangiorum morſu cap. 11. lib. 17. de animalib.
c Plinius ſuo iudicio, & non veterum ſcriptorum, hæc ſtatuit. Dioſcoridi & Theophraſto vnicum eſt thymi genus, foliis albis, quod in capitulo florem habet. Nigrum vero zygis eſt. Inconſideratè Plinius eius thymi florem nigrum eſſe putat, quod nigrũ à Græcis vocari, præcipuè à Theophraſto, legerat. Flos quidem in eo genere thymi ſubpurpureus eſt.
d De thymo tantùm alſo id Dioſcorides.
e Dioſcoridi cum ſale & aceto potum pituitam per aluum detrahit: cum melle in ecligmate faciles excreationes facit.
f E flatu melancholico. Dioſcor.
g De epithymo hoc Dioſcorides.
h Humorum fluentium & breui phlegmonem excitaturorum irruptiones & epiphoras.
i ὀμμάδιε, magna. Plinius legit ὀνώδη, odorata.
k Locus eſt Odyſſ. δ.
αὐτὰρ ἐπὶ βῶλον βάλε φάρμακον ὕπνου ἐπάγοντα
νηπενθὲς τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
l Hoc falſum, ſi de inula Plinius ſcripſit. Suſpicor Plinium, aut libertum eius ſcribam, reddere voluiſſe quod Dioſcorides ait, Helenium paſſo conditum ſtomacho vtile eſſe, ac ſalgamatios radicem parum ſiccatam, decoctam, refrigeratam, in ſapam concoctam recondere. Inulas in horto Columella vocat triſtes, ideſt, ingratas & in ſuaues: Horat. Sat. 6. amaras, -inulas ego primus amaras &c.
m Hoc falſum.
n Dioſcorides id de Helenio ſecundo.
o In fœmina candorem foliorum cum ſcriphio Dioſcor. comparat: in mare ramorum gracilitatem cum abſinthio.
p Menſibus & ſuppreſſis & remorantibus. Dioſc.

Ex leucanthemo & ſampſucho medicinæ.
CAP. XXII.

LEucanthemum ſuſpirioſis medetur, duabus partibus aceti permiſtum. Sampſuchum ſiue amaracum,[a] in Cypro laudatiſſimum & odoratiſſimum, ſcorpionibus aduerſatur, ex aceto ac ſale illitum. [b] Menſtruis quoque multùm confert impoſitum. Minor eſt eidem poto vis. Cohibet & oculorum epiphoras cum polenta. Succus decocti tormina diſcutit. Et vrinis & hydropicis [1] vtile. Mouet & aridum ſternutamenta. Fit ex eo [2] oleum, quod [c] ſampſuchinum vocatur aut amaracinum, ad excalfaciendos [3] emolliendóſque neruos: & vuluas [4] calfacit. Et folia ſuggillatis cum melle, & luxatis cum cera profunt.

1 vtilis. Vet.
2 & oleum. CH.
3 molliẽdoſque. CH.
4 calfacit, in Vet. d.

ANNOTATIONES.

a Et Cyzico. Dioſc.
b Trahendis, in peſſo ſubditum. Dioſc.
c Et amaracini & ſampſuchini deſcriptio extat apud Dioſcoridem.

De

De anemona medicinæ. *CAP. XXIII.*

[a] ANemonas coronarias tantùm diximus: nunc reddemus & medicas. Sunt qui [1] phenion vocent. Duo eius genera, Syluestris prima, altera [2] in cultis naſcens, vtraque ſabuloſis. [3] Huiuſque plures ſpecies. Aut enim phœniceum florem habet, quæ & copioſiſſima eſt, aut purpureum, aut lacteum. Harum trium folia [4] apio ſimilia ſunt. Nec temere ſemipedem altitudine excedunt, cacumine aſparagi. Flos nunquam ſe aperit, niſi vento ſpirante: vnde & nomen accepit. Syluestri amplitudo maior, [5] latioribus foliis, flore phœniceo. Hanc, errore ducti, argemonẽ putant multi: alij rurſus papauer, quod rhœan [6] appellauimus. Sed diſtinctio magna, quòd vtraque hæc [7] poſtea floret. Nec aut [b] ſuccum illarum anemonæ reddunt, aut calices habent,[8] nec niſi [c] aſparagi cacumen. Proſunt anemonę [d] capitis doloribus & inflammationibus, vuluis mulierum, [e] lacti quoque. Et menſtrua cient cum ptiſana ſumptæ, aut vellere appoſitæ. Radix commanducata pituitam trahit, dentes ſanat, decocta oculorum [9] epiphoras. Magi multùm [10] quidem iis tribuêre, quam primùm aſpiciatur eo anno tolli iubentes: diciq;, colligi eam tertianis & quartanis remedio. Poſteà alligari florem panno [11] roſeo, & in vmbra aſſeruari, ita cùm opus ſit [12] adalligari. Quæ ex his phœniceum florem habet, radice contrita, cuicunque animalium impoſita, [13] hulcus facit ſeptica vi. Et ideo expurgandis hulceribus adhibetur.

1 phœnion Vet. frẽmion CH.
2 in. CH d.
3 Huius. CH.
4 coriandro. Dioſc.
5 latioribuſque. CH. latiora folia, flos phœniceus. Vet.
6 vocauimus CH.
7 eſt poſtea florens. CH.
8 ſed quaſi. Vet.
9 epiphoras & cicatrices. CH.
10 quidam iis. trib. quam primam aſpiciunt. Vet. cum primum aſpiciuntur. Alij Vet.
11 ruſſeo CH.
12 alligari. Vet.
13 vlcerum facit ſyptica vi. CH.

ANNOTATIONES.

a Anemonem Ouid. Metamorphoſeon 10. Adonidis florem his verbis appellare videtur:
-ſic fata cruõrem
Nectare odorato ſpumſit, qui tactus ab illo
Intumuit, ſicut fuluo pellucida cœlo
Surgere bulla ſolet, nec plena longior hora
Facta mora eſt, cùm flos de ſanguine concolor ortus,
Qualem quæ lento celant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent, breuis eſt tamen vſus in illis:
Nãmque male hærentem & nimia leuitate caducum
Excutiunt idem qui perflant omnia venti.
b Croceum, vt argemonen candidum, vt papauer.
c Tale cacumen ſpectatur in planta, quam pro eranthemo Dodonæus pingit cap. 21. lib. 1. & in ea, quam pro buphthalmo idem monſtrat cap. 12. libri eiuſdem.
d Succo nacibus infuſo purgant caput. Dioſcor.
e Folia & caules in cibo cum ptiſanæ ſumpti copiam lactis præbent. Dioſc.

De œnanthe medicinæ. *CAP. XXIIII.*

[a] OEnanthe herba naſcitur in petris, folio [1] [b] paſtinacæ, radice magna, [c] numeroſa. Caulis eius & folia cum melle ac vino [2] nigro pota, facilitatem pariendi præſtant, ſecundáſq; purgant. Tuſſim è melle tollunt: vrinã cient. Radix & [c] veſicæ vitiis medetur.

1 ſtaphylini. Dioſc.
2 mulſo. Dioſc.

ANNOTATIONES.

a Apud Athenæum lib. 10. canes inebriantur eſu τῶν οἰνάνθων. Lego, τῶν ὀινάνθων. Eo tamen nomine fortaſſis τὸν ὀνάγραν Dioſcoridis ſignificat.
b Staphylini, Dioſcor.
c Dioſcoridi radix non eſt numeroſa, ſed in numeroſa rotunda capitula extuberat. Alia eſt œnanthe coronaria Theophraſti ſuprà memorata cap. 11. huius, flore albo, racemoſo, labruſcæ ſimili. Obſeruandum œnanthen ſignificare nunc herbam hic deſcriptã: nunc coronarium florem modò memoratum, quem noſtrum illum conuallium eſſe puto: nunc labruſcæ florem.
d Mulſo, Dioſcor.
e Strangurijs, Dioſc.

De heliochryſo medicinæ. *CAP. XXV.*

HEliochryſum, quod [a] alij chryſanthemon vocant, ramulos habet candidos, folia ſub albida, abrotono ſimilia: ad Solis repercuſſum, aureæ lucis in orbem veluti [3] corymbis dependentibus, qui nunquam marceſcunt, qua de cauſa [a] Deos coronant illo, quod diligentiſſimè ſeruauit Ptolemæus rex Ægypti. Naſcitur in [b] fruticetis. Ciet vrinas è vino pota, & menſes. Duritias & inflammationes diſcutit. [c] Ambuſtis cum melle imponitur. Contra ſerpentium ictus & lumborum vitia bibitur. Sanguinem concretum ventris [3] aut veſicæ abſumit cum mulſo. [4] Folia eius trium obolorum pondere ſiſtunt profluuia mulierum in vino albo. Veſtes tuetur odore non ineleganti.

1 Heliochryſum, alij chryſanthum. CH.
2 alij amaranthum. Dioſc.
3 corymbis ad ſolis repercuſſum veluti aureæ lucis in orbem dependentibus. Vet. jac. Dal.
4 Folio. CH.

ANNOTATIONES.

a Hoc ſit etiam hodie àruſticis noſtris.
b Aſperis, & torrentium alueis. Dioſcor. Plinius legit ἐρυμάδιον.
c Ex Theophr. χρῶνται δ' αὐτῷ πρὸς τὰ δοκοῦντα ὑφ' ὕδατος, μᾶλλον πρὸς τὰ συμπαύσεα, καταπαύουσι γὰρ μᾶλιστα.

Ex hyacintho medicinæ, & [1] lychnide. *CAP. XXVI.*

[a] HYacinthus in Gallia [2] eximiè prouenit. [3] Hoc ibi pro cocco hyſginum tingitur. Radix eſt bulbacea, [4] mãgonicis venalitiis pulchrè nota: quę è vino [b] dulci illita, puber-

1 lychniti. CH.
2 maximè CH.
3 Hoc ibi loco hyginum tingunt. CH. in de quidam, Hoc ibi locorum hyſginum tingunt.
4 mangoniis venalitiorum. Ver.

tatem coercet,& non patitur erumpere. Torminibus & araneorum morsibus resistit. Vrinam impellit. Contra serpentes & scorpiones,[5] morbúmque regium,semen eius[6] cum [c] abrotono datur. Lychnis quoque flammea illa aduersus serpentes,[7] scorpiones,crabrones,similiáque bibitur[8] è vino,semine trito. Syluestris eadem stomacho inutilis. Aluum soluit. Ad detrahendam bilem efficacissima duabus drachmis. Scorpionibus[9] adeò contraria,vt omnino visa ea torpescant.[10] Radicem eius Asiani boliten vocant:qua alligata oculo,albugines tolli dicuntur.

5 morborúque. CH.
6 cum vino Dioſco.
7 & ſcorp. & crabr.
8 lini ſemine. CH. vnde quidam, cum lini ſemine &c.
9 --tam. CH.
10 Hæc dimidia elauſa in CH. d.

ANNOTATIONES.

2 Plinius ineptè hîc appellat hyacinthum arborem, quam cap. 18. lib. 16. Vaccinium nominauit, è cuius fructus succo purpura tingitur. Vide quæ infrà adnotata sunt cap. 5. lib. 36. Legendum: Hoc ibi, é rubia pro cocco, hysginum tingitur, nempe color similis hysgino vero, quod sit primùm è cocco, deinde è Tyria purpura. Suprà lib. 9. cap. 41. Quin & Vaccinium ipsum etiam hysginum vocatur.
b Albo, Dioscor.
c Vino, Dioscor. Legit Plinius ἀβρεχίνῳ, prò οἴνῳ.

Ex vincaperuinca medicinæ,ruſco,bati,& acino. CAP. XXVII.

ET vincaperuinca,[1] siue [a] chamædaphne,arida tusa [b] hydropicis datur in aqua,[2] cochleari mensura,celerriméque reddunt aquam. Eadem decocta in cinere, sparsa vino,tumores siccat. Auribus succo medetur. Aluinis imposita multùm prodesse dicitur. Ruſci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, & [c] tortuosiore vrina vel cruenta. Radicem pridie erui oportet,postero mane decoqui:[3] ex ea sextarium vini cyathis duobus misceri. Sunt qui & crudam radicem tritam ex aqua bibant:& in totum[4] ad [d] virilia,cauliculis [e] eius in vino & aceto tritis,nihil vtilius putant. Batis quoque[10] [e] aluum mollit. Illinitur podagricis[6] tosta & contusa. Acinon & coronarum causa & ciborum Ægyptij serunt. Eadémque erat,quæ ocimum,nisi hirsutior ramis ac foliis esset & admodum odorata. [f] Ciet[7] menses & vrinas.

1 siue daphneoides. Dioſco.
2 cochlearis. CH.
3 & decocti ſextarium. Vet. & ex eo ſext. CH.
4 ad vrinam difficilem. Vet.
5 eius ex aceto. CH.
6 cruda. CH.
7 & menſes. CH.

ANNOTATIONES.

a Vincamperuincam nos quidem apud Dioscoridem etiam dahnocides vocari legimus, sed non chamædaphnen. Fallitur hic Plinius.
b De chamædaphne carhartica, non autem clematide, cuius adstringens facultas dysenterias & diarrhœas cohibet, verum ideſt. Plinius hæc ignorauerat confundit.
c Molesta, torquente. Sic στραγγουρίαν reddit. Tortuosiore igitur, quę velut tortuosa exit, ob crassum humorem impactum vrinario meatui, vel ob hypersarcosin in vrinæ via extumescentem, lotiij meatum impedientem.
d Virilium morbos, præsertim vrinæ difficultates & calculos.
e Imò potiùs vrinam ciet.
f Dioscoridi verò menses & aluum pota sistit.

Ex colocaſia medicinæ. CAP. XXVIII.

COlocasia Glaucias [a] acria corporis leniri putauit,& stomachum iuuari.

ANNOTATIO.

a Dioscorides commendat ad dysentericos & cœliacos.

Ex anthalio medicinæ. CAP. XXIX.

1 [a] ANthalij,quod Ægyptij edunt, nullum alium reperi vsum.[2] Est & herba[3] anthyllion,quam alij[4] anticellion vocant,duorum generum,[5] foliis & ramis lenticulæ similis,[6] palmi altitudine,[7] [b] fabulosis apricis nascens,subsalsa gustanti. Altera chamæpityi similis,breuior & [c] hirsutior, purpurei floris, odore grauis, in saxosis nascens. Prior [d] vuluis aptissima,[8] & ex rosaceo ac lacte imposita & vulneribus. Bibitur in stranguria renúmque[9] [e] doloribus,[10] tribus[11] drachmis. Altera bibitur in duritia vuluarum, & in torminibus,& in comitiali morbo,cum melle & aceto,quatuor drachmis.

1 Malinathallæ, quæ. Ex Th oph.
2 Sed eſt herba. CH.
3 anthyllis,quam alij anthyllion. Alij.
4 anthillum, CH,
5 Altera ſolis. Dal.
6 palmæ. CH.
7 ſubſalſis. Dioſc.
8 &, in CH. d.
9 anſeris. CH. vnde quidam, vlceribus.
10 quatuor. Dioſc.
11 drachmis. Bibitur item in. Vet.

ANNOTATIONES.

a Malinathallæ, Theophr. cap. 10. lib. 4. histor. de qua suprà. Ea est nostris, Thrasi.
b ὑφαλμύρης, Dioscor. subsalsis.
c Densior, δασυτέρα.
d Vtraque inflammatis vuluis. Dioscor.
e Nephriticis. Dioscor.

De parthenio medicinæ. CAP. XXX.

PArthenium, alij[1] leucanthen,alij tamnacum vocant. [a] Celsus apud nos, perdicium & [2] muralium. Nascitur in hortorum sepibus,[b] flore albo,odore[3] mali, sapore amaro. Ad insidendum[4] decoctæ in duritia vuluarum,& inflammationibus. Sicca[c] cũ melle, & aceto[5] impositæ,[d] bilem detrahit atram. Ob hoc contra[e] vertigines vtilis,& calculosis. Illinitur

1 leucanthes,alij amnacum. CH. leucanthemum, alij amaracum. Dioſc.
2 muralem. CH. & Celſus multis locis.
3 malo. Vet.
4 decoquitur. Vet.
5 pota, Dioſc.

Illinitur & sacro igni:item strumis,[f] cum axungia inueterata. Magi contra tertianas sinistra manu euelli eam iubent,dicíq; cuius causa vellatur,nec respicere. Dein eius folium ægri linguæ subiicere,vt mox in cyatho aquæ deuoretur.

ANNOTATIONES.

a Perdicium siue muralium etiam parthenium vocari,cum Celso Dioscoride: sentur. Verum parthenium,quod hîc describitur, & amaracum,siue leucanthemum nominari Plinius ait,nusquam perdicij,vel muralij nomen habet.
b Flore per ambitum candido, intus melino, odore subuiroso. Dioscor.
c Cum oxymelite,vel sale pota epithymi modo. Dioscor.
d Bilem & pituitam. Dioscor.
e Asthmata, Dioscor.
f Inflammationibus cum flore. Dioscor. Plinius legit pro ἐωὸ τοῖς ἕλκεσι, ἐωὸ φλεγμ.

De ſtrychno medicinæ. CAP. XXXI.

10 [1] STrychno,quam quidam[2] trychnon scripsere, vtinam nec [a] coronarij in Ægypto vterentur,quos inuitat ederæ[3] florum similitudo,in duobus eius generibus. Quorũ alterum,cui acini coccinei,granosi folliculi,halicacabum vocant,alij callion. Nostri autem vesicariam,[4] [b] quoniam vesicæ & calculis prosit. Frutex est surculosus verius, quàm herba,folliculis magnis[7] latisque,& turbinatis,grandi intus acino, qui matureſcit Nouembri mense.[8] Tertio folia sunt[9] [c] ocimi, minimè diligenter demonstranda,remedia non venena[10] tractanti:quippe insaniam facit paruo quoque [d] succo. Quanquam & Græci autores in iocum vertêre. Drachmæ enim pondere[11] [e] lusum pudoris gigni dixerunt,species vanas imaginésque conspicuas obuersari demonstrantes. Duplicatum hũc modum,legitimam insaniam facere. Quicquid verò adiiciatur ponderi, repræsentari mortem. Hoc est venenum,quod innocentissimi autores simpliciter [f] dorycnion appellauere,[12] ab eo,quòd cuspides in[13] prælijs tingerentur illo[8] passim nascente. Qui parcius[14] spectauerant, [h] manicon cognominauere: qui nequiter occultabant,erythron,aut [15] neurida:vt nonnulli,perisson:[16] ne cauendi quidem causa curiosius dicendum. Quin & alterum genus,[17] quod halicacabon vocant,soporiferum est,atque etiam [i] opio velocius ad mortẽ:ab aliis[k] morion,ab aliis moly appellatũ. Laudatũ verò à Diocle & Eueno re,à Timaristo quidẽ etiã carmine,[18] [l] mira obliuione innocentiæ: quippe præsentaneũ remedium ad dentium mobiles firmandos,si colluerentur:halicacabo vni exceptionem [m] addidere,ne diutius id fieret. Delirationem enim gigni eo. Nec demonstranda remedia,quorum medicina maioris mali periculum afferat.[n] Commendatur[19] & in cibis tertium genus,licet præferatur hortensis[20] saporibus.[21] Et nihil esse corporis malorum,cui non salutare sit strychnos, Xenocrates prædicat. Non tamen auxilia eorum tanti sunt,[22] vt vel pleturica dele iis commemorare fas putem, præsertim tanta copia innoxiorum medicaminum. Helicacabi radicem bibunt,qui sunt[23] vaticinandi callentes, quòd furere ad confirmandas superstitiones aspici se volunt. Remedio est (id enim libentius retulerim) aqua copiosa mulsa calida[24] potui data. Nec illud præteribo, aspidum naturæ halicacabum in tantum aduersam,vt radice eius propius admota soporetur illa sopore enecans vis earum. Ergo trita ex oleo percussis auxiliatur.

1 Trychno. CH.
2 ſtrychnon. CH.
3 ſolionum. CH.
4 Præter illa tertiũ cui acini. Vet.
5 quod. CH.
7 laxiſque. CH.
8 Thryo. Thryon. θρύον vocat Theophrastus.
9 acimi. CH. vnde quidam, acini.
10 tractantibus. CH.
11 luſum cigni dixerunt. CH. expuncto, pudoris.
12 quod eo cuſpides. Vet.
13 prælijs. CH.
14 inſpectabãt, mannominantere. CH.
15 neurada. CH.
16 in cauendi cauſſa cur. CH.
17 quod & halicac. Dioſcor.
18 mira obliuionis innocentia. Alij. minorũ obliuionem inducens. Vet.
19 ergo cibis. CH.
20 ſapor. Vet. ſapore. Alij Vet.
21 Et nil ſit corp. mal. cui non ſalutare ſtry. Xen. prædicet. CH.
22 vt id pleturæ nos de his. CH. Leg. vt ideo plura de iis.
23 valiginare gallantes. CH. vnde quidã, qui vaticinari callentes.
24 potu. Nec. CH.

ANNOTATIONES.

a Solo fructu Halicacabi coronarios vti, & eum coronis interquere,non autem horrensis vtriusque vel folio, vel flore, vel fructu, Dioscorides ait.
b Vesicariam, φυσαλίδα: potius quoniam inflatæ vesicæ folliculus similis est,qui fructum amplectitur.
c ὀψίμου, non ὀπώρου, eruca. Dioscor. cap. 74. lib. 4.
d De radice id Dioscor.
e Nam qui drachmæ pondere sumunt, inter dormiendum cum formosis puellis viri, cum pulchris adolescentibus fœminæ, rem habere exercereéque se Venerem somniant. Theophrastus haber, ὅτους ὧσι πάλεμον, ἢ δυνᾶν ἰσχυρῶ πάλλιστον ἄνεα. Vt lasciuiat qui sumpsit,& sibi videatur formosissimus. Vide Lacunam in Dioscor. cap. de Solano.
f Vide Plutarch. opusculo περὶ ἀδηγυείας. Aliud est dorycnium Dioscoridis.
g Ineptè hoc Plinius. Rarissima planta est, & hoc seculo nulli cognita.
h ἀπὸ τῆς μανίας, ab insania furiosa sic dicta, vel ἀπὸ τῆ μίνυμ, quòd pertinax difficillimè curetur: vel ἀπὸ τῆ μωνᾶδος, quòd ægri solitudinem capiant: vel ἀπὸ τῆ μωρᾶ, quòd mentem laxet atque remittat. Had. Iunius cap. 7. 4.
i Somnificam vim habet, opio mitiorem. Dioscor.
k Aliud est morion Theophr. descriptum à Dodonæo ca. 90. li. 3.
l Mira obliuionis innocentia. Obliuionem enim affert iis qui sumpserunt, sed citra noxam valetudinis.
m Corymbi duodecim, inquit Dioscorides hydropicis dantur: si quid numero adiiciatur, alienationem mentis faciunt. Longè aliter hæc Plinius refert.
n Hæc si accipiantur de halicacabo, vt reuera accipienda sunt, dissentit Plinius à Dioscoride, qui halicacabum ait ὑποῤῥέπτειν. Tertium genus vocat, quoniam hortense duplex est, alterum baccis nigris, alterum flauis.

De corchoro,& cnico. CAP. XXXII.

50 [1] [a] COrchorum Alexandrini cibi herba est, conuolutis foliis ad similitudinem mori, præcordiis (vt ferunt) vtilis, alopeciisque & lentigini. Boum quoque scabiem

1 Corchorus Al. ei. her. eſt, coctus, foliis oeymi, ex Theophr.

celerrimè ſanari ea inuenio, apud Nicandrum quidem & ſerpentium morſus antequam floreat. Nec de cnico [b] ſiue atractylide verboſius dici par eſſet, Ægyptia herba, ni magnum contra [c] venenata animalia præberet auxilium: item aduerſus fungos. Conſtat à ſcorpione percuſſos, quandiu teneant eam herbam, [d] non ſentire cruciatum.

ANNOTATIONES.

a Diuerſum hoc olus eſt ab anagallide, quam etiam corchoron vocari ait cap.13.lib.25. Corchorus ob amarorem in prouerbium abiit, foliis ocymum æmulatur, coctus eſtur. Theophr. cap.7.lib.7.hiſt. Auricula muris, Tragi.

b Ineptè cum cnico atractylidem confundit, vt & ſuprà capite vocari ait cap.13.lib.25. Corchorus ob amarorem in prouerbium abiit, foliis ocymum æmulatur, coctus eſtur. Theophr. cap.7.lib.7.hiſt. Auricula muris, Tragi.

c Scorpionum ictus. Dioſcor.

d Poſita verò ſtatim recrudeſcere. Dioſcor.

De [a] perſoluta. CAP. XXXIII.

3 perſolatam. Vet.

ET [1] perſolutam Ægyptus in hortis ſerit, coronarum gratia. Duo genera eius, fœmina ac mas. Vtraque ſubdita Venerem inhiberi, virorum maximè, tradunt.

ANNOTATIO.

a Officinarum petaſites, vt quidam cenſent Iphyum Theophraſti, coronaria planta, quæ florem edit ante folia. Vide infrà cap.9.lib.25. Petaſitis certè alterum genus, quod marem vocant, florem edit rubrum & odorarum: alterum quod fœminam appellant, candidum & inodorum.

De menſuris & ponderibus. CAP. XXXIIII.

ET quoniam in menſuris quoque ac ponderibus crebrò Græcis nominibus vtendum eſt, interpretationem eorum ſemel in hoc loco ponemus. Drachma Attica (ferè enim [a] Attica obſeruatione medici vtuntur) denarij argentei habet pondus. Eadem ſex obolos pondere efficit. Obolus x. chalcos. Cyathus pendet per ſe drachmas x. Cùm acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem, ideſt, drachmas xv. Mna, quam noſtri minam vocant, [2] pendet drachmas Atticas centum.

1 Eademque. CH.

2 pendit. Dal.

ANNOTATIO.

a Ex Celſo cap.17. lib. 5. & Scribonio Largo conſtat drachmas argenteas, quæ Romani denarij ſunt, ſeptem vnciam feciſſe. Quare in libra quæ 12. vnciis conſtat, 84. drachmæ numerantur. At vero drachmæ Atticæ, ſiue medicæ, octo vnciam efficiunt: quarum ne in libra drachmæ ſunt 96. Incogitanter Plinius has drachmas confundit.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXII.

PROOEMIVM.

x Impleſſe. CH.

[x] COMPLESSE poterant miraculum ſui natura atque tellus, reputantium vel prioris tantùm voluminis dotes, tótque genera herbarum, vtilitatibus hominum, aut voluptatibus genita. Sed quanto plura reſtant? quantóque mirabiliora inuenta? Illa enim maiore in parte cibi aut odoris decoríſve commendatio ad numeroſa experimenta duxit. Reliquarum potentia approbat, nihil à rerum natura ſine aliqua occultiore cauſa gigni.

De

De gentibus, herbis formæ gratia vtentibus. CAP. I.

EQuidem & formæ gratia [1] ritúſque perpetui, in corporibus ſuis aliquas exterarum gentium vti herbis quibuſdam, aduerto [2] animum. Illinunt certè aliis aliæ faciem in populis Barbarorum fœminæ, maréſque etiam apud Dacos & Sarmatas corpora ſua inſcribunt. Simile plantagini [a] glaſtum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges nurúſque toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris & nudæ incedunt, Ægthiopum colorem imitantes.

1 ritu perpetuo. Vet.

2 animo. CH.

ANNOTATIO.

a Cæſar lib.5.belli Gallici. Victorius cap.5.lib.19. putauit eſſe luteum Vitruuij, ſed falſò. Britannos dimicaturos glaſto quoque infectos fuiſſe, vt eſſent formidabiliores, ſcribit Alex.ab Alex.cap.20. lib.1.

Quòd herbis veſtes inficiantur. CAP. II.

IAm verò infici veſtes ſcimus admirabili fuco. Atque vt ſileamus, Galatiæ, Africæ, Luſitaniæ [1] granis, coccum Imperatoriis dicatum paludamentis, tranſalpina Gallia herbis [2] Tyrium atque conchylium [a] tingit, omneſque alios colores. Nec quærit in profundis murices, [3] ſeſéque [4] obiiciendo eſcam, dum præripit belluis [5] marinis, intacta etiam ancoris ſcrutatur vada, vt inueniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor inſidietur nuptæ. Stans & in ſicco carpit, quod frugi [6] mundos exſculpat. His alioqui fulgentibus inſtrui poterat luxuria, certè innocentius. Nunc propoſitum iſta conſectari non eſt: nec committemus, vt ſubiiciendo [7] vtiliora, luxuriam [8] vtilitate circumſcribamus, dicturi & alias herbis tingi lapides parietéſque pingi. Nec tingendi tamen rationem omiſiſſemus, ſi vnquam ea liberalium artium fuiſſet. Interim [9] fortius augetur autoritas: quæ quanta debeatur etiam ſurdis, hoc eſt ignobilibus herbis perhibebitur. Siquidem autores imperij Romani conditoreſq; immenſum quiddam & hinc ſumpſere, quoniam non aliunde [b] [10] ſagmina in [c] remediis publicis fuere, & in [d] ſacris [e] legationibuſq; [f] verbenæ. Certè vtroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt, gramen [11] ex arce cum ſua terra euulſum: ac ſemper & [g] legati cùm ad hoſtes clarigatúmque mitterentur, id eſt, [12] res raptas clarè repetitum, vnus vtique [h] Verbenarius vocabatur.

1 cocci granum. Vet.

2 Tyria atque conchylia tingit, & omnes. CH.

3 ſeque. CH.

4 obiiciendo, dum eſcam præcipit. Vet.

5 maris. CH.

6 ac mundus non exſculpet. Vet. quæ frugi ac mundus non exſculpet, vſu alioqui fulgētia. Inſtrui. Alij Vet. qui frugi modo ſint culpa nō ablui vſu alioqui fulgētius &c. CH. vnde quidam: quod frugi ac mūdus non exſulpet, aut abiiciat: & his alioqui inſtrui luxuria poterat, ſi nō fulgentius, certè innocentius. vel, non culper, aut ableger in vſu.

7 viliora. Vet.

8 vtilitate. CH.

9 partibus Vet. potius agetur. Alij Vet. fortius agetur. CH. Leg. portibus augetur, nempe litoribus in quibus purpuras & cochylia piſcabantur.

10 ſegmina. Vet.

11 ex area. Vet.

12 fores raptas clarere pipitum. CH. vnde quidam, ob res raptas clarè pipitum.

ANNOTATIONES.

a Id vaccinio fieri tradit cap.18.lib.16.

b Segmina. Vet. à ſecando. Verrius tamen ſagmina, à ſanciando. Feſtus etiam interpretatur dici poſſe, quòd ex loco ſancto arcerentur, vel à conſule, vel à prætore, darenturque legatis proficiſcentibus ad indicendum bellum, fœdúſve faciendum.

c Vel ornandis aris deorum, quos propitiatos & placatos volebant, vel luſtrandis ac purgandis domibus.

d Verrendæ menſæ Iouis.

e Nam, vt ait Marcellus in Pandectis, Romanorum legati, ne violarentur, herbam ferebant, ſicut Græcorum legati τὰ περρηνάϊα, nempe caduceum: vel, vt alij legunt, τὰ ἱκετήρια.

f Liuio, Neuio, Seruio, Turnebo verbenæ non herbæ priuatorum genus dicuntur, ſed rami, virgæ, frondes omnium ſacrarum arborum, vt lauri, oliuæ, myrti: quinetiam herbas ex puro loco decerptas, quibus feſtis diebus aræ coronantur. Terent. in And.

Ex ara hinc ſume verbenas tibi.

Myrtum apud Menandrum fuiſſe, ex quo illa Comicus tranſtulit conſtat. Virg.

Verbenaſq; adole pingues, & maſcula thura.

Verbenas, quaſi herbenas dictas volunt, illáſque facilè accendi, & flammam concipere ob pinguitudinem. Apud Tranquillum in Veſpaſiano, in Serapidis templo verbenæ, coronæ & panificia fuerunt. Guilland.

g Fœciales, cum eorum principe patre patrato, à faciendo & patrando dictos, quaſi belli & pacis autores, ſignificat. Fuerunt ij oratores quatuor, qui ſancto legatorum officio, ad eosqui rapinis, vel iniuriis hoſtili mente bellum commouerant, ac pacem violauerant, aut ſocios læſerant, res repetitum mittebantur: ac niſi redditæ fuiſſent, iacta vibratáque in eorum fines haſta, bellum pium indicebant. Nonius.

h Qui herbam putam ex arce Capitolij ſumptam præferebat & oſtentabat.

De corona graminea. CAP. III.

COrona quidem nulla fuit graminea nobilior, in maieſtate populi terrarum principis, præmiiſque gloriæ. Gemmatæ & aureæ, vallares, murales, roſtratæ, ciuicæ, triumphales, poſt hanc fuere, ſúntque cunctæ magno interuallo, magnáque differentia. Cæteras omnes ſinguli, & duces ipſi, Imperatoréſque militibus, aut aliquando collegis dedêre.

De raritate eius. CAP. IIII.

DEcreuit in triumphis Senatus, cura belli ſolutus, & populus otioſus: graminea nunquam niſi in deſperatione ſuprema contigit, nulli niſi ab vniuerſo exercitu ſeruato decreta. Cæteras Imperatores dedêre, hanc ſolam miles Imperatori. Eadem vocatur obſidionalis, liberatis obſidione abominandoq; [2] exitio totis caſtris. Quòd ſi ciuicæ honos vno aliquo ac vel humillimo ciue ſeruato, præclarus facérque habetur, quid tádem

1 In CH. hoc caput à ſuperioribus non diſtinguitur: & certè ſeparandum non eſt.

2 exitu. CH.

existimari debet, vnius virtute seruatus vniuersus exercitus. Dabatur hæc[3] viridi è gramine, decerpto inde vbi obsessos seruasset aliquis. Nanque summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.

3 viridis. CH.

Qui soli corona ea donati. CAP. V.

DOnatus est ea L.[a] Siccius Dentatus semel, cùm ciuicas quatuordecim meruisset, depugnasséque c x x. præliis semper victor. Tanto rarius est seruatorem vnum à seruatis donari. Quidam Imperatores & sæpius donati sunt, veluti P. Decius Mus, Tribunus[2] militum ab exercitu, altera ab his, qui in præsidio obsessi fuerant, quanta esset eius honoris autoritas, confessus religione, siquidem donatus bouem album Marti immolauit, & centum suluos, qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab obsessis. Hic Decius posteà se Consul, [b] Imperioso collega, pro victoria deuouit. Data est & à Senatu populóque Romano, qua claritate nihil equidem in rebus humanis sublimius duco, Fabio illi, qui rem omnem Romanam restituit non pugnando. Nec data, cùm [c] Magistrum equitum & exercitum eius seruasset: tunc satius fuit nomine nouo coronari, appellatum patrem ab his quos seruauerat: sed quo dictum est consensu honoratus est, Annibale ex Italia pulso. Quæ corona adhuc sola ipsius imperij manibus imposita est, & quod peculiare ei est, sola à tota Italia data.

a Sicinnius. Alij.

2 militum: vna ab. Ver.

ANNOTATIONES.

a Præter hos, quos memorat autor, data est & Q. Cicinnato à Minutio & toto exercitu, M. Valerio consuli bello gesto contra Sãnites, & Iulio Cæsari in expugnatione Mytilenarũ. Rostratam primus accepit Marcus Varro bello piratico, donante Pompeio, deinde Agrippa bello Siculo ab Augusto. Primus Aul. Posthum. Dictator ad lacum Regillum, castris hostium expugnatis, auream dedit. Alex. ab Alex. cap. 18. 22.

b Tito Manlio, qui filium secuti percuti iussit, quòd contra edictum Consulum extra ordinem pugnasset cum Geminio Melio. Liuius l. b. 8. decad. 1.

c M. Minutium, fusum fugatumque ab Annibale. Idem lib. 1. dec. 3.

Qui solus centurio coronatus. CAP. VI.

PRæter hos contigit eius coronæ honos M.[1] Calphurnio Flammæ, Tribuno militum in Sicilia: Centurioni verò vni ad hoc tempus Cn.[2] Perrcio Atinati, Cimbrico bello. Primum pilum is capessens sub Catulo, [a] exclusam[3] ab hoc legionem suam hortatus, Tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionémque eduxit. Inuenio apud autores, eundem præter hunc honorem, adstantibus Mario & Catulo coss. prætexcatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit & Sylla dictator, ab exercitu se quoque donatum apud Nolam, legatum bello Marsico. Idq; etiam in villa sua Tusculana, quæ fuit postea Ciceronis, pinxit. Quod si verum est, hoc execrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo proscriptione[4] ipse detraxit, tanto paucioribus ciuium seruatis, quàm postea occisis. Addat etiamnum huic gloriæ superbum cognomen Felicem, ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis, hac corona Sertorio cessit. Æmilianum quoque Scipionem Varro autor est donatum obsidionali in Africa,[5] Manlio coss. tribus cohortibus seruatis, totidémque ad seruandas eas eductis: quod & statuæ eius in foro suo Diuus Augustus[6] adscripsit. Ipsum Augustum[7] cum M. Cicerone filio Consulem Idibus[8] Septembribus Senatus obsidionali donauit. Adeò[9] ciui ca non satis videbatur. Nec prætereà quenquam hac inuenimus donatum. Nullæ ergo herbæ fuere certè in hoc honore: sed quæcunque fuerant in periculi sede, quamuis ignobiles ignotæq;, honorem nobilem faciebant: quod latêre apud nos minus quidem miror, cernens negligi ea quoque, quæ ad valetudinem conseruandam, cruciarúsque corporis propulsandos, & mortem arcendã pertinent. Sed quis non mores iure castiget? [b] Addidere viuẽdi[10] pretio delicię, luxúsq;. Nunquam fuit cupido vitę maior, nec minor cura. Aliorum hanc[11] operæ credimus, ac nec mandato quidem nostro alios id agere, [12] medicíque prouisum esse.[13] Proh, bonis ipsi fruimur voluptatis, & (quod nihil equidem probrosius duco) viuimus aliena fiducia. Imò verò[14] pleríque vltro etiam irrisui sumus ista commentantes, atque friuoli operis arguimur. Magna, quanquam immensi laboris, solatia sperni cum rerum natura, quam certe non defuisse nobis docebimus, & inuisis

1 Calpurnio. CH.
2 Perrcio. CH.
3 ab hoste. CH.
4 sua ipse. CH.
5 Manlio cos. cohortibus. CH.
6 scripsit CH.
7 cum, in CH. d. & cos. non, coniurem, scribitur.
8 Septembris CH.
9 ciuitas. CH.
10 pretia. CH.
11 operæ esse credimus Cri.
12 & à medicis prouisum est Ver.
13 Pro bonis ipsi fruimur voluptatibus, & quo nihil CH.
14 plerique vltra etiã in risum iu usi ta cõmentatis quæ. CH.

inuisis quoque herbis inseruisse remedia: quippe cùm medicinas dederit etiam aculeatis.[15] Hæc enim proximè restant ex his, quas[16] priori libro nominauimus, in quibus ipsis prouidentiam naturæ satis admirari amplectíque non est. Dederat, quas diximus, molles, cibísque gratas. Pinxerat remedia in floribus, visuq; ipso animos inuitauerat, etiam deliciis auxilia permiscẽs. Inde excogitauit aliquas aspectu hispidas, tactu truces, vt tantùm non vocem ipsius fingentis illas, rationémque reddentis exaudire videamur, ne se depascat auida quadrupes, ne procaces manus rapiant, ne[17] neglecta vestigia obterant, ne insidens ales infringat: his muniendo aculeis, telísque armando, remediis vt[18] tuta ac salua sint. Ita hoc quoque, quod in[19] iis odimus, hominum causa excogitatum est.

15 Hæ. Vet.
16 priore CH.
17 neglectas. Vet.
18 tutæ ac saluæ. Ver.
19 his. CH.

ANNOTATIONES.

a Exclusam à castris, subitò aduenientium & irrumpentium hostium timore, clausis repentè castrorum portis.

b Vita maiore in pretio est, ob id tantùm, vt delitiis frui, luxuiq; indulgere liceat.

Medicinæ ex reliquis coronamentis, & eryngc. CAP. VII.

ET clara in primis aculeatarum eryngc est, siue eryngion, [a] contra serpentes & [1] venenata omnia nascens. Aduersus ictus morsúsque radix eius bibitur drachmæ pondere in vino: aut si [2] plerumque tales [3] iniurias comitatur & febris, ex aqua. Illinitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas. Omnibus verò contra toxica & aconita efficaciorem Heraclides medicus, in iure anseris decoctam, arbitratur. Apollodorus aduersus toxica cum rana decoquit, cæteri in aqua. Ipsa dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali & maiore aliquando, alia albicans, alia nigra, radice odorata, & satiua quidem est. Sed & spõte nascitur in asperis & saxosis: & in litoribus maris, durior, nigriórque, folio apij.

1 venena. CH.
2 vt plerumque. Ver.
3 miserias comitetur. CH.

ANNOTATIO.

a Salamandras aquaticas eryngij montani contactu, quod cœrulea capita gignit, statim mori deprehensum est, eodem, vel propè tantùm admoto, tanquam moribundas iactari, contremiscere, supinas euerti.

De herba, quam centum capita vocant. CAP. VIII.

EX his candidam nostri centum capita vocant. Omnes eiusdem effectus, caule & radice[a] in cibos Græcorum receptis vtroque modo, siue coquere libeat, siue[1] cruda vesci. Portentosum est, quod de ea traditur. Radicem eius alterutrius sexus similitudinem referre, [2] raram inuentu: sed si viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem [3] Lesbium dilectum à Sappho. [4] Multæ circa hoc non Magorum solùm vanitates, sed etiam Pythagoricorum. Sed in medico vsu præter suprà dicta auxiliatur [5] inflationibus, [b] torminibus, cordis vitiis, stomacho, iocineri, præcordiis in aqua mulsa, lieni in posca. Item ex mulsa renibus, stranguriæ, [6] opisthotonicis, spasmis, lumbis, hydropicis, comitialibus, mulierum mensibus, siue[7] subsidant, [c] siue abundent, vuluarúmque omnibus vitiis. Extrahit infixa corpori cum melle. Strumas, parotidas, panos, recedentes ab ossibus carnes sanat cum axungia salsa, & cerato: item fracturas. Crapulam præsumptã arcet, aluum sistit. Aliqui è nostris sub[8] solstitio colligi eam iussere. Ex aqua cælesti imponi omnibus ceruicis vitiis. Oculorum quoque albugines sanare adalligatam tradiderunt.

1 crudis. Vet.
2 raro inuentu. CH.
3 & Lesbiũ dilectos CH.
4 Multa cir. hoc non Mag. sol. vanitate. CH.
5 inflammationibus. CH.
6 opisthotonis. CH.
7 subsistant. Ver.
8 solstitio. CH.

ANNOTATIONES.

a De foliis tenellis tantùm id Dioscor.

b τρίφυλλον. De suo eryngio syluestri hæc Dioscor.

c Hoc falsum est, nisi quis interpretetur, hoc casu accidere cùm vrina mouetur.

De acano & glycyrrhiza. CAP. IX.

SVnt qui & acanon eryngio adscribant, spinosam breuémque, ac latam herbam, spinísque latioribus. Hanc impositam, sanguinem mirè sistere. Alij eryngen falsò eandem putauerunt esse & [a] glycyrrhizam, quare subiungi eam protinus refert. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est, foliis [b] echinatis, pinguibus, tactúque gummosis, fruticosa, binũm cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum platani [c] magnitudinis. Præstantissima [1] in [d] Cilicia, secunda Ponto, radice dulci, &[2] hac tantùm in vsu.[3] Capitur ea Vergiliarum occasu, longa[e] ceu viti, coloris buxei. Meliórque nigra, quæq; lenta, quàm

1 in Cappadocia. Dioscor.
2 hæc. CH.
3 Carpitur. Ver.

quàm quæ fragilis. [f]Vsus [4] in subditis decocta ad tertias, cæterò ad mellis crassitudinem, aliquando & tusæ: quo genere & vulneribus imponitur, & faucium vitiis omnibus. Item voci vtilissimo succo, sic vt spissatus est, [5] linguæ subdito. Item thoraci, iocineri. Hac diximus sitim famémque sedari. Ob id quidam adipson appellauere eam, & hydropicis dedêre, ne sitirent. Ideo & commanducata stomatice est, & hulceribus oris [6] inspersa sæpe, & pterygiis. Sanat & vesicæ scabiem, renum dolores, condylomata, hulcera genitalium. Dedêre eam quidam potui in quartanis, drachmarũ duarum pondere, & [7] pipere, hemina aquæ. Commanducata sanguinem ex vulnere sistit. Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt.

4 in linguæ subditis decoctæ. Vet. in subditis decoctæ CH.
5 in lingua. CH.
6 inspergitur. Vet.
7 piperis vna, heminæ. Vet.

ANNOTATIONES.

a Vel à radicis gustu, qui subdulcis & odoratus est, vel quòd echinatus spinosúsque glycyrrhizæ fructus sit instar eryngij.
b ὀχίνη, non ἰχίνη, lentisci.
c Asperiore, qui siliquas habet lenticulæ pares, russas, paruas. Dioscor.
d Cappadocia, Dioscor.
e Ceu Gentianæ, Dioscor.
f Vsus linguæ subditis: vel, in linguæ. Sic vocat hypoglottida, nempe remedia quæ linguæ supponuntur, & eius contactu liquescunt.

De tribulo & generibus eius, & medicinis. CAP. X.

TRibuli vnum genus [a] in [1] hortis nascitur, alterum in fluminibus tantùm. Succus et his colligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis naturæ, & ideo vtilis contrà inflammationes collectionésque. Hulcera per se erumpentia, & precipuè in ore, cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thraces, qui ad Strymona habitant, [2] foliis tribuli equos saginant: ipsi nucleo viuunt, panem facientes prædulcem, & qui contrahat ventrem. Radix castè puréque collecta, discutit strumas. Semen adalligatum, varicum dolores sedat: tritum verò, & in aquam sparsum, pulices necat.

1 areis. Dioscor.
2 à foliis. CH.

ANNOTATIO.

a Iuxta amnes, & in ruderibus. Dioscor.

De stœbe, & medicinis eius. CAP. XI.

STœbe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, præcipuè auribus purulentis medetur: item oculis ictu [a] cruentatis: hæmorrhagiæ quoque & dysenteriæ infusa.

ANNOTATIONES.

a Cónstitis, συγχέσεως ἰδέαν ἔχουσαν τὴν κατὰ τὸ ὄμμα. Dioscor. Est autem is morbus oculi perturbatio, cum coloris mutatione, pupillę vel dilatatione, vel diminutione, ac interdum diuulsione.

De hippophye & hippope, & medicinis earum. CAP. XII.

HIppophyes in fabulosis maritimísque nascitur, spinis albis. Ederæ modo racemosa est, candidis, & ex parte rubentibus acinis. Radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis [3] farinæ. Hæc bilem detrahit obolo ponderis, saluberrimè cum [4] mulso. Est altera [5] hippope, sine caule, sine flore, foliis tantùm minutis. Huius quoque succus hydropicis mirè prodest. Debent accommodatæ [6] esse equorum naturæ, neque ex alia causa nomen accepisse. Quippe quædam animalium remediis nascuntur, locupleti diuinitate ad [7] gerenda præsidia: vt non sit mirari satis ingenium eius, disponentis auxilia in genera, in causas, in tempora, vt [8] aliis prosit atque aliis horis, diésque nullus propè sine præsidiis reperiatur.

1 hippophaë & hippophæsto. Dal.
2 Hippopes. CH. Hippophaes. Dal.
3 cum erui farina. Hic Dioscor.
4 mulsa. Dioscor.
5 hippophæston. Dioscor.
6 esse & equorũ. CH.
7 gignenda. Vet. generanda. CH.
8 aliis prosit ab horis. CH.

De vrtica, & medicinis eius. CAP. XIII.

VRtica quid esse inuisius potest? At illa præter oleum, quod in Ægypto ex ea fieri diximus, vel plurimis scatet remediis. Semen eius cicutæ contrarium esse Nicander affirmat: item fungis [1] & argento viuo. Apollodorus & salamandris cum iure decoctæ testudinis. Item aduersari hyoscyamo, & serpentibus, & [2] scorpionibus. Quin [3] illa ipsa amaritudo mordax, vuas in ore, procidentésque vuluas, & infantium sedes, tactu resilire cogit: lethargicos [4] expergisci tactis cruribus, magísque fronte. Eadem canis morsibus addito sale medetur. Sanguinem trita naribus indita sistit, & magis radice. Carcinomata &

ta & sordida hulcera, sale admisto: item luxata sanat, & panos, parotidas, [a] carnésque ab ossibus recedentes. Semen potum cum sapa, [5] vuluas strangulantes aperit, & profluuia narium sistit impositum. Vomitiones in aqua mulsa sumptum à cœna faciles præstat, duobus obolis: vno autem in vino poto lassitudines recreat. Vuluæ vitiis tostum, acetabuli mensura: potum in sapa resistit stomachi [6] inflationibus. Orthopnoicis pro dest cum melle: & thoracem purgat eodem ecligmate. Et lateri medetur cum semine lini. Addunt hyssopum & piperis aliquid. [b] Illinitur lieni. Difficilem ventrem tostum cibo emollit. Hippocrates vuluam purgari poto eo pronuntiat. Dolore leuari tosto acetabuli [7] mensura [c] dulci poto, & impositio cum succo maluæ. Intestinorum animalia pelli cum hydromelite & sale. Defluuia capitis, semine illito cohonestari. Articularibus morbis & podagricis plurimi cum oleo vetere, aut folia cum vrsino adipe trita imponunt. Ad eadem radix tusa cum aceto non minus vtilis: item lieni. Et cocta in vino discutit panos, cum axungia vetere salsa. Eadem psilothrum est sicca. Condidit laudes eius Phanias physicus, vtilissimam cibis [8] coctam conditámve professus arteriæ, tussi, ventris [9] distillationi, stomacho, panis, parotidibus, pernionibus: cum oleo sudorem, coctam cum conchyliis ciere aluum, cum ptisana pectus purgare, mulierúmque menses cum sale hulcera quæ serpant cohibere. [10] Succus quoque in vsu est. Expressus illitúsq; fronti, sanguinem narium sistit: potus vrinam ciet, calculos rumpit: vuam [11] gargarizatus reprimit. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinũ maximè laudatur. Ad omnia hęc & mitiores quidem teneræq; efficaces, sed præcipuè sylvestris [12] illa, & amplius lepras è facie tollit, in vino pota. Si quadrupes fœtum non admittat, vrtica naturam fricandam monstrant.

5 vuluam strangulantis. CH.
6 inflammationibus. CH.
7 mensura cum dulci. Vet.
8 conditam coctámve. CH.
9 destillationi. CH.
10 Succo. CH.
11 gargarizatu. CH.
12 illa, & hoc amplius. CH. illa in vino pota, quæ & amplius lepras è facie tollit. Si quadrupes initiũ non adm. Vet.

ANNOTATIONES.

a Ita videtur reddere vocem Græcam Dioscoridis ἀποσήματα, & inscitè quidem. Abscessus commodiùs ille verterit. Ni forte illum hoc loquendi genere, quo aliis multis locis vtitur, cutem detritam, pannosam, lacerosam intelligit, quæ abscessu tardius aperto, vel ægri metu, vel imperitia medici, immodicè, rodente pure, attenuata & reticcata est, ideoque subiectis partibus agglutinari nequit. ἑκατὸν ἄλλα ἀποσήματα ψαρικὰ ἔχει. Galenus vocat lib. 2. ad Glaucon. & ad eum morbum valde mel laudat, de quo Dioscor. suo capite scripsit, τὰ ἀφιστῶτα σήματα ψαρικὰ ἔχει.
b De foliis id Dioscorid. cum cerato.
c Sic vertit τὸ γλυκὺ: quod paulo antè passum reddiderat, & aptius.

De lamio, & medicinis eius. CAP. XIIII.

EA quoque num, quam lamium inter genera earum appellauimus, mitissima, & foliis non mordentibus, medetur cum mica salis contusis incussísque, inustis & strumis, tumoribus, podagris, vulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur. Quidam è nostris tempore discreuere genera. Autumnalis vrticæ radice alligata in tertianis, ita vt ægri nuncupentur, cùm eruitur ea radix, & dicatur quæ, & cui, & quorum filio eximatur, liberari morbo tradiderunt. Hoc [2] idem cõtra quartanas pollere. Iidem vrticæ radice addito sale, infixa corpori extrahi. Foliis cum axungia strumas discuti: vel si suppurauerint, erodi compleríque.

1 Ea quoque, quam nos lamium. Vet. ea quoque quam lamiũ. CH.
2 idem & cõtra. CH.

De scorpione, generibúsque, ac medicinis eius. CAP. XV.

EX argumento nomen accepit [1] [a] scorpius herba. [b] Semen enim habet ad similitudinem caudæ scorpionis, folia pauca. Valet & aduersus animal nominis sui. Est & [c] alia eiusdem nominis effectúsque sine foliis, asparagi [d] caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomem.

1 scorpio. CH.

ANNOTATIONES.

a Scorpioeides, Dioscor.
b Vt scorpiuros florem.
c Tragos Dioscor. quam & tragonon vocari, & scorpium is tradit.
d Caulis lævis est, & absque foliis.

De leucacantha, & medicinis eius. CAP. XVI.

LEucacantham alij [2] phyllon, alij ischiada, alij polygonaton appellant, radice [2] cyperi, quæ commanducata dentium [3] dolorem sedat. Item laterum & lumborum, vt Hicesius tradit, semine poto drachmis octo, aut succo. Eadémque ruptis [4] conuulsis medetur.

1 Phimum. CH.
2 Cypiri. CH.
3 dolores. CH.
4 & conuulsis. Vet.

De

De helxine, perdicio, parthenio, sideriti, & medicinis eius. CAP. XVI.

[a] HElxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea præcipuè vescantur. Alij [1] sideritin, nonnulli parthenium. Folia habet mistæ similitudinis [b] plantagini & marrubio, cauliculos densos, leuiter rubentes, semina in capitibus lappaceis [2] adhærentia vestibus: vnde & helxinem dictam volunt. Sed nos [3] qualis vera esset helxine, [c] diximus priori libro. [d] Hæc autem inficit lanas, sanat ignes sacros & tumores, collectionesq; [c] omnes, & adusta. Panos succus eius cum psimmythio, ignes sacros, tumores, collectionesq;, & guttura incipientia turgescere. Item veterem tussim cyatho hausto, & omnia [4] in humido: sicut tonsillas & varices cum rosaceo. Imponitur & podagris cum [f] caprino seuo ceráque Cypria. Perdicium siue Parthenium (nam sideritis alia est (5) à nostris herba [g] vrceolaris vocatur, [6] ab aliis [h] astericum, folio similis ocimo, nigrior tantùm, nascens in tegulis, parietinísque. Medetur cum mica salis trita iisdem omnibus, quibus lamium, & eodem modo: item vomicæ calfacto succo [7] pota. Et contra hulcera, rupta, lapsúsque & præcipitia, aut vehiculorum euersiones singularis. [8] [i] Vernula charus Pericli Atheniensium principi, cùm is in arce templum [k] ædificaret, repsisséque super altitudinem fastigij, & inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstrata Pericli somnio à Minerua. Quare Parthenium vocari cœpta est, assignaturq; ei Deæ. Hic est vernula, cuius effigies ex ære fusa est, & nobilis [9] ille Splanchnoptes.

1 sideritem.CH.
2 adhærescentia.CH.
3 qualis esset ixine. Vet.
4 vt in humido.CH.
5 ab nostris.CH.
6 ab aliis altercum, folio similis ocimis. CH.
7 potu. Sed contra volsa, rupta.CH.
8 Verna. CH.
9 iluæ spacchinoptes. CH.

ANNOTATIONES.

a Nicander in Theriacis vocat καλίβατιν ψυχρὸν ἐπ' ἔξιν, τὴν δὲ καλουμένην καλίνην. Addit interpres, dici & καλυβάντιν, σιδηρίτιν, παρθένιον, πυρέλινον.
b Mercurialis. Dioscor. Ex sideritidis Heracleæ historia Plinius id videtur auellere.
c Cap. 16. lib. 21. quo loco Plinius ignoranter & inconsideratè, pro ixine, nempe chamæleone albo. helxinen ter scribit.
d Δύναται δ' ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν, συντικὴν, πεπτικὴν, πυρετλινῶν. folia refrigerandi & spissandi vim habent. Legit Plinius βεκτικὴν. Quidam hunc locum sic interpretantur, ad infecturam lanarum esse vtilem, quòd abstersoria sua vi, radiculæ, siue struthij modo, sordes auferat & eluat, impedituras alioqui ne succum suum lanæ bibant. Cæterùm an ad id parietaria veteres vsi fuerint, à nemine, quòd equidem sciam, proditum est.
e Adusta & panos succus eius cum psimmythio, & gutturaincipientia turgescere &c. Cornarius, qui repetita ex superiore periodo temerè alia censet. E quo equidem verba hæc, tumores collectionesque, irrepsisse puto. ar Dioscorides nominatim scripsit ignibus sacris, & vlceribus, quæ serpunt, auxiliari.
f Hircino seuo, & cerato Cyprino. Dioscor.
g Ocymoeides minus herbariorum.
h Ob florem stellatim diuisum.
i Plutarchus in vita Periclis.
k Ictino architecto operi præfecto. Strabo & Virtuuius.
l Sic vocatus est quòd exta torreret, & oris pleni spiritu ignem accenderet opus vnicum Stypacis Cyprij.

De chamæleone, generibúsque, & medicinis eius. CAP. XVIII.

[a] CHamæleonem aliqui ixiam vocant. Duo genera eius. [1] Candidior asperiora folia habet: serpit in terra echini modo spinas erigens, radice dulci, odore [2] grauissimo. Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maximè circa Canis ortum, quo modo thura nasci dicuntur: vnde & ixia appellatur. [3] Hoc, vt mastiche, vruntur mulieres. Quare & chamæleon vocetur, [b] varietate foliorum euenit. Mutat enim cum terra colores, hîc niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus, atque aliis coloribus. Ex his candidus hydropicos sanat succo radicis decoctæ. Bibitur [4] drachma in passo. Pellit & interaneorum animalia acetabuli mensura succi eiusdem in vino austero cum origani scopis. Facit [5] ad difficultatem vrinæ. [6] Hic succus occidit [7] [c] canes suésque in polenta. Addita aqua & oleo contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. Radicem eius aliqui concisam seruari iubent funiculis pendentem, decoquúntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant. Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset, & fœminam cui violaceus. [8] Vno nascuntur caule cubitali, crasitudine digitali. Radicibus earum lichenes curantur, cum sulphure & bitumine vnà coctis: commanducatis verò dentes mobiles, aut in aceto decóctis. Succo scabiem etiam quadrupedum [9] sanant. Et ricinos canum necant: [10] iuuencas quoque anginæ modo. Quare à quibusdam [11] vlophonon vocatur, & [12] cynozolon, propter grauitatem odoris. Ferunt & [13] hæc viscum hulceribus vtilissimum. Omnium autem generum eorum radices scorpionibus abuersantur.

1 Candidus silybo aut carduo asperiora. Dioscor. spargitur in terra. Quidam. Reuera chamæleo non serpit, sed humi iacet.
2 graui. CH.
3 Hac mastiche. CH.
4 & drachma. Vet.
5 ad, in CH. d.
6 Radix. Dioscor.
7 & canes. CH.
8 Et vnà. CH.
9 sanant, in iuuenesque anginę morbum & ricinos canum necant. Quare. Vet.
10 iuuencos. CH.
11 vlophitum. CH.
12 cynossalon. CH. cynosozon. Quidam.
13 hæ, Dal.

ANNOTATIONES.

a Album tantùm. Dioscor. Lego, Chamæleonis duo genera. Candidior, quem ixiam vocant, asperiora folia habet &c. Chamæleon est aliqui. CH. Chamæleonem & aliqui &c.
b De nigro Chamæleone id Dioscor.
c Canes suesque in polenta, aut addita aqua & oleo; Contrahit &c. ex Dioscor. Theophr. c. 13. lib. 9. histor. id aliter refert. Occidit, inquit, canes & sues: canes quidem subacta cum polenta & hydrelæo: sues verò cum brassica, μετὰ χορδόνων.] mixta. viscum hulce. Fallitur Plinius: albi chamæleonis id peculiare est.

De coronopo, & medicinis eius. CAP. XIX.

COronopus oblonga herba est cum fissuris. Seritur interim, quoniam radix [1] cœliacis præclarè facit in cinere tosta. 2 colicis. Paulus.

De anchusa, & pseudanchusa, & medicinis earum. CAP. XX.

ET anchusæ radix in vsu est, digitali crassitudine. Finditur papyri modo: [a] manúsque inficit sanguineo colore: præparat lanas pretiosis coloribus. Sanat hulcera in cerato, præcipuè [b] senum, item adusta. Liquari non potest in aqua: oleo dissoluitur: idque synceræ experimentum est. Datur & ad renum dolores drachma eius potui in vino: aut si febris sit, [1] in decocto balani. Itē in iocinerum vitiis, & lienis, & bile suffusis. Lepris & lentigini illinitur ex aceto. Folia trita cum melle & farina, luxatis imponuntur: & pota drachmis duabus in mulso aluum sistunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur. Est & alia similis, [c] pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam verò [2] enchusa, aut [3] doris, & multis aliis nominibus, lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix [4] oleum non fundit, sed rubentem succum: & hoc ab anchusa discernitur. Contra serpentes efficacissima potu foliorum, vel seminis. Folia ictibus imponuntur. Virus serpentium fugat. Bibitur & propter [5] spinam. Folium eius sinistra decerpi iubent Magi, & cuius causa sumatur dici, tertianísque febribus [6] alligari. 1 cum musta Dioscor.
2 Echis. CH.
3 Aris Dioscor.
4 in oleum non fundit rubentem CH. in oleo non fundi rubentem sicc Vet.
5 dolores lumborum. Dioscor.
6 adalligari. CH.

ANNOTATIONES.

a Dioscorides τὸν χρῶτα ὁρᾶσθαι ἐν τῷ ὕδατι γινόμενον, non vt vulgò legitur, γινόμενον: per æstatem colore rubescens, καὶ βάπτεται τὰς χεῖρας ac manus inficiens. Legit Plinius, aut eius scriba, τῶν χρόνων ὁρᾶσθαι, ὃς ἐπ' ἄκρῳ ἀχίβυλον, καὶ βάπτεσθαι τὰς χεῖρας inconsyderatè ac negligenter. Orpheus in Argon. ἄγχουσαν ἰοβόλον vocat.
b Dioscoridi vlcera πανκαλωμβῶσι, inueterata, sanat in cera & oleo decocta.
c Hæc est Dioscoridis echium, quam & axida vocari & alcibiadium tradit.

De onochile, anthemi, loto, & lotometra, heliotropio, tricocco, & adianto siue callitricho. CAP. XXI.

EST & alia herba proprio nomine [1] onochiles, quam aliqui anchusam vocant, alij [2] arcebion, alij onochelim, aliqui rhexiam, multi [3] enchusam, paruo frutice, flore purpureo, asperis foliis & ramis, radice messibus sanguinea, cæteró nigra, in sabulosis nascens, efficax contra serpentes, maximéque viperas, & radice & foliis, æque cibo ac potu. Vires habet messibus. Folia trita [b] odorem cucumeris reddunt. Datur in cyathis tribus vulua procidente. [c] Pellit & [4] tineas cum hyssopo. Et in dolore [5] renum aut iocineris ex aquâ mulsa, si febris sit: sin aliter, [6] ex vino bibitur. [7] Lentigini ac lepris radix illinitur. Habentes eam, à serpentibus feriri negantur. [d] Est & alia huic similis [8] flore rubro, minor, & ipsa ad eosdem vsus. Tradúntque commanducata ea, si inspuatur, mori serpentem. Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alij leucanthemum, alij [9] eranthemon, quoniam vêre floreat: alij chamæmelon, quoniam odorem mali habeat. Nonnulli [10] melanthemon vocant. Genera eius tria [11] flore tantùm distant, palmum non excedentia, [12] paruisq; floribus, vt rutæ, candidis, aut melinis, aut purpureis. In macro solo, aut iuxtà semitas colligitur vêre, & in coronamenta reponitur. Eodem tempore & medici folia tusa in pastillos [e] digerunt: item florem & radicem. Dantur omnia mista drachmæ vnius pondere, contra serpentium omnium ictus. Pellit mortuos partus: item menstrua in potu, & vrinam, calculósque. Inflationes, iocinerum vitia, bilem suffusam, ægilopia commanducata, hulcerum eruptiones [f] manantes sanat. Ex omnibu 1 onochilon CH.
2 archinel ion, alij onaclean. Alij arcebion, alij onochelies. Dioscor. arcebion, alij onochelin. CH.
3 enichrisam. CH.
4 tænias. CH.
5 plenium. CH.
6 & CH.
7 Vitiligini Dioscor.
8 semine puniceo, minore. Dioscor.
9 arathemida CH.
10 melanthion. CH.
11 fronde. CH.
12 paruis foliis, rutæ, candidis, aut melinis. CH.

nibus his generibus ad calculos efficaciſſima eſt, quæ florem purpureum habet: cuius & foliorum & fruticis amplitudo maiuſcula eſt. Hanc propriè quidam [13] eranthemon vocant. Loton qui arborem putant tantùm eſſe, vel Homero autore coargui poſſunt. [g] Is enim inter herbas ſubnaſcentes Deorum voluptati, loton primam nominauit. [h] Folia eius cum melle, oculorum cicatrices, argema, nubeculas diſcutiunt. Eſt & lotometra, quę fit ex loto ſata, ex cuius ſemine [14] ſimili milio, fiunt panes in Ægypto à paſtoribus, maximè [i] aqua vel lacte ſubacto. Negatur quicquam illo pane ſalubrius eſſe, aut leuius, dum caleat: refrigeratus difficilius concoquitur, ſítque ponderoſus. Conſtat, eos qui illo viuant, nec dyſenteria nec teneſmo, neque aliis morbis ventris infeſtari. Itaque inter remedia eorum habetur. Heliotropij miraculum ſæpius diximus, cum Sole ſe circum agentis, etiam nubilo die: [15] tantus ſideris amor eſt. [16] Noctu velut deſiderio [17] contrahi [k] cæruleum florem. Genera eius duo: [l] tricoccum, & [m] helioſcopium. [n] Hoc altius (quanquam vtrumque ſemipedalem altitudinem non [18] excedat) ab ima radice ramoſum. Semen in folliculo meſſibus colligitur. Naſcitur non niſi in pingui ſolo, cultóque maximè: tricoccum vbique. Si decoquatur, inuenio cibis placere: & in lacte iucundius aluum moliri: & ſi decocti ſuccus bibatur, efficaciſſimè exinaniri. Maioris ſuccus excipitur æſtate, hora ſexta: miſcetur cum vino, ſic firmior. Capitis dolores ſedat, roſaceo admiſto. Verrucas cum ſale tollit ſuccus è folio: vnde noſtri verrucariam herbam appellauere, aliis cognominari effectibus digniorem. Nanque & ſerpentibus, & ſcorpionibus reſiſtit, ex vino aut aqua mulſa, vt Apollophanes & Apollodorus tradunt. Folia infantium deſtillationibus, quod [o] ſiriaſin vocant, illita medentur. Item contractionibus, etiá ſi id comitialiter accidat. Decocto quoque foueri [19] eos, ſaluberrimum eſt. Potum id pellit [20] tineas, & renum harenas. Si cuminũ adiiciatur, calculos frangit. [p] Decoqui cum radice oportet, quæ cum foliis & hircino [21] ſeuo podagris illinitur. Alterum [22] genus, quod tricoccum appellauimus, & alio nomine ſcorpiuron vocatur, foliis non ſolùm minoribus, ſed etiam in terram vergentibus. Semen ei eſt effigie ſcorpionis caudæ: quare eí nomen. Vis ad omnia venenata & phalangia, [23] & contra ſcorpiones præcipuè illita. Non feriuntur habentes. Et ſi terram ſurculo heliotropij circunſcribat aliquis, negant ſcorpionem egredi. Impoſita verò herba, aut vda omnino reſperſum, protinus mori. [q] Seminis grana quatuor pota, quartanis prodeſſe dicuntur, tria verò tertianis: vel ſi herba ipſa ter circunlata ſubiiciatur capiti. Semen & Venerem ſtimulat. Cum melle panos diſcutit. Et verrucas hoc vtique heliotropium radicitus extrahit, & excreſcentia in ſedibus. [r] Spinæ quoque ac lumborum ſanguinem corruptum trahit, illitum ſemen & potum in iure gallinacei decoctum, aut cum beta & lente. Cortex [24] verò liuentibus colorem reddit. Magi heliotropium quartanis quater, in tertianis ter alligari iubent ab ipſo ægro, precaríque eum, ſoluturum ſe nodos liberatum, & ita facere non exempta herba. Aliud adianto miraculum: æſtate viret, bruma non marceſcit: aquas reſpuit, perfuſum merſúmve ſicco ſimile eſt: tanta diſſociatio deprehenditur: vnde & nomen à Græcis, alio quin [s] frutici topiario. Quidam calitrichon vocant, alij polytrichon, vtrunque [25] ab effectu. Tingit enim capillum: & ad hoc decoquitur in vino cum ſemine apij, adiecto oleo copioſè, vt criſpum denſúmque faciat defluere autem prohibet. Duo eius genera, candidius, & nigrum breuiúſque. Id quod maius eſt, politrichon: [26] aliud, trichomanes vocant. Vtrique ramuli nigro colore nitent [27] foliis filicis: [28] ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt: [29] omnia autem contrariis pediculis denſa inter ſe ex aduerſo: radix [30] nulla. Vmbroſas petras, parietúmque aſpergines: ac fontium maximè ſpecus [31] ſequitur: & ſaxa manantia, quod miremur, cùm a quas non [32] ſentiat. Calculos è corpore mirè pellit, frangítque, vtique nigrum. Qua de cauſa potiùs quàm quòd in ſaxis naſceretur, à noſtris ſaxifragum appellatum crediderim. Bibitur è vino, quantum terni decerpſere digiti. Vrinam cient. Serpentium & araneorum venenis reſiſtunt. In vino [33] decocti aluum ſiſtunt. Capitis dolores corona ex his ſedat. Contra ſcolopendræ morſus illinuntur, crebrò [34] auferendi ne pereãt: hoc & in alopeciis. Strumas diſcutiunt, furfuréſque in facie, & capitis

13 eranthemim. CH.

14 ſimillimo porri. CH.

15 tantum CH.
16 Noctu vero velut ſiris d. ſid. Vet.
17 contrahit CH.
18 Excedit) ab vna CH.

19 ex. Dal.
20 tenias. Alii. & CH.
21 ſ. bo CH.
22 genus eſt, quod tricoccii appellauimus: aliud verò, quod ſcorpioides nomine vocatur. Dioſc.

23 ſed. CH.

24 ſeminis liuẽtibus. CH.

25 Eſt ab eff. CH.

26 aliqui CH.
27 foliis coriandri, aut ſolicis Dioſc.
28 in quibus. Dal.
29 trichomani. Dal.
30 inutilis. Dioſc.
31 ſequuntur Dal.
32 ſentiant. Dal.

33 decocta. Dal.
34 auferenda ne pereãnt. Vet.

& capitis manantia hulcera. Decoctum ex his prodeſt ſuſpirioſis, & iocineri, & lieni, & félle ſuffuſis, & hydropicis. Stranguriæ illinuntur, & renibus cum abſinthio. Secundas cient & menſtrua. Sanguinem ſiſtunt ex aceto, aut rubi ſucco [35] poti. Infantes quoque ex hulceratí perunguntur ex [36] iis cum roſaceo & vino priùs. Folium in vrina pueri impubis, tritum quidem cum aphronitro, & illitum ventri mulierum, ne rugoſus fiat, præſtare dicitur. [t] Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis: pecoríque eſſe [37] [u] vtiliſſimos.

35 pota. Dal.
36 his. CH.

37 vtiliſſima. Dal.

ANNOTATIONES.

a Anchuſa ſecunda Dioſcor.
b De alſines foliis id Dioſc.
c De radice anchuſæ tertiæ, quæ poſthac deſcribitur, id Dioſc. tradit.
d Anchuſa tertia Dioſc.
e Vide apud Dioſcor. longè aliter hoc explicatum, quàm à Plinio citatur.
nio citatur.
f De leucanthemo & chryſanthemo id Dioſcor. vt legendum ſit, ſánant.
g Iliad. ſ. de Ioue & Iunone loquens,
τῶν δ' ὑπὸ χθὼν ἀπὸ φῦλα πολυπίδακα πόντῳ,
ποιήσω δ' ἴχμαντα, ἵνὰ κράσσῃ, καὶ ὀάσσωμαι.
Apud eundem Odyſſ. δ. Telemachus ſic Menelaum alloquitur:
ἀνδρῶν πτόλιεθρα δίοχα ναίουσι, βαθεῖ δ' ὑπὸ λωτὸς ἔηται ἄγρωστίς τε.
h Hæc eſt lotus vrbana (λωτὸς ἥμερος) triphyllos, Dioſcor.
i Horum omnium nihil Theophr. nihil Dioſcor.
k De cichorij flore, qui etiam ſolem ſemper aſpicit, hoc audiendum. Heliotropij flos, vel candidus eſt, vel ſubfuluus Dio. coridi.
l Paruum.
m Magnum.
n Magnum potius dictum quàm ab amplitudine foliorum, quàm à proceritate ramulorum.
o σταφυλοκοκκὸς ardor capitis, adustio, ὑστύλατιο, eſt cerebri & membranarum eius inflammatio, (τὸ καῦμα) cum oculorum & ſyncipitis caſuitate, tórius corporis ariditate, febre ardente, pallore, appetẽtia dejecta & nonnunquam diarrhoea. Vide ſupra cap. 3. lib. 20.
p Dioſcoridi tenuis & inutilis radix eſt.
q De ſemine heliotropij maioris Dioſcorides.
r Qualem morbum ſignificet obſcurum eſt, niſi forte ſanguinem impurum, ſeculentum, craſſum, intelligat, renibus impactum & dolores excitantem: quo in morbo prodeſt vrinas mouere turbidas, ſcrutentis ſimiles, & tanquam iniecta permixtáque fuligine nigras. Alibi ſanguinem inutilem vocat, vt cap. 4. lib. 20.
s Excenrer hoc Plinius & affectare. Primùm quidem, quia frutex non eſt, ſed herbula: deinde quia hominum induſtria eo non vtitur ad ornandos tegendóſque horrorum parietes, vt aliis topiariis plantis, ſed veluti naturæ quodam artificio muros veſtit, è quibus prorumpit.
t Coturnices Dioſc.
v Sata circa ouilia. Dioſc.

De picride, theſio, aſphodelo, alimo, acantho, bupreſti, elaphoboſco, ſcandice, iaſione, & de caucalide, ſio, ſillibo, ſcolymo ſiue limonio, ſoncho, chondrillo ſiue chodrille, & boletis. CAP. XXII.

PIcris ab inſigni amaritudine cognominatur, vt diximus: [a] rotundo folio. Tollit eximiè [b] verrucas. Theſiũ quoque non diſſimili amaritudine eſt: ſed purgat aluũ, in quẽ vſum teritur ex aqua. Aſphodelũ de clariſſimis herbarum, quam heroion aliqui appellauerunt. Heſiodus & in ſyluis naſci dixit: Dionyſius, marem ac fœminam eſſe. Defectis corporibus & phthiſicis conſtat bulbos eius cum ptiſana decoctos apriſſimè dari: panémque ex his cum farina ſubactis, ſaluberrimum eſſe. Nicander & contra ſerpentes ac ſcorpiones, vel caulem, quem antherícõ vocauimus, vel ſemen, vel bulbos dedit in vino tribus drachmis: ſubſtrauítque ſomno contra hos metus. Datur & contra venenata marina, & contra ſcolopẽdras terreſtres. Cochleæ mirè in Campania caulem eum perſequuntur, & fugendo arefaciunt. Folia quoque illinuntur venenatorum vulneribus ex vino. Bulbi neruis articuliſque cum polenta tuſi illinuntur. Prodeſt & conciſis ex aceto lichenas fricare: item hulceribus putreſcentibus ex aqua imponere: mammarum quoque & teſtium [1] inflammationibus. Decocti in fæce vini, oculorum epiphoris ſuppoſito linteolo medentur. [2] Ferè in quacunque morbo decoctis magis medici vtuntur. Item ad tibiarum tetra hulcera, rimáſque corporum quacunque in parte farina arefactorum. Autumno autem colliguntur, cùm plurimùm valent. Succus quoque [3] tuſis expreſſus aut decoctis, vtilis fit [c] corporis dolori, cum melle: idem odorem corporis [d] iucundum affectantibus, cum iri arida & ſalis exiguo. Folia etiam ſuprà dictis medentur, & ſtrumis, panis, hulceribus in facie, decocta in vino. Cinis è radice alopecias emendat, & rimas pedum. Decoctæ radicis in oleo ſuccus, perniones & ambuſta. Et ad [e] grauitatem aurium infunditur: [4] à contraria aure in dolore dentium. Prodeſt & vrinæ pota modicè radix, & menſtruis & lateris doloribus: item ruptis conuulſis, tuſſibus, drachmæ pondere in vino pota. Eadem & vomitiones adiuuat commanducata. Semine ſumpto turbatur venter. Chryſermus & parotidas in vino decocta radice curauit: item ſtrumas, admiſta cachry ex vino. Quidam aiunt, ſi impoſita radice pars eius in fumo ſuſpendatur, [5] & quarta die ſoluatur, vnà cũ radice areſcere ſtrumam. [6] Sophocles ad podagras vtroque modo, cocta crudáque vſus eſt. Ad perniones decoctã ex oleo dedit & ſuffuſis felle in

1 inflãmationi. CH.
2 Foliis in. M.
3 thirſis. M.
4 & à contr. Dal.
5 quartoque. CH.
6 Socles. CH.

vino, & hydropicis. Venerem quoque concitari cum vino & melle [F] perunctis, auc bibentibus,[7] tradiderunt. Xenocrates & lichenas & pſoras, radice in aceto decocta, tolli dicit. Item ſi cocta ſit cum hyoſcyamo & pice liquida; alarum quoque & feminum vitia. & capillum criſpiorem fieri, raſo prius capite, ſi radice ea fricetur.[8] Simus lapides rotundos in vino decocta atque pota eximit. Hippocrates[9] ſemen eius ad impetus lienis dari cenſet. Iumentorum quoque [g] hulcera ac ſcabiem, radix illita, aut decoctæ ſuccus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur, cauerna præcluſa moriuntur. Aſphodelon ab Heſiodo quidam[10] [h] alimon appellari exiſtimauere, quod falſum arbitror. Eſt enim ſuo nomine alimon, nõ parui & ipſum erroris inter autores. Alij enim fruticem eſſe dicunt denſum, candidum, ſine ſpina, foliis oleæ, ſed mollioribus.[12] Coquitur autem hoc ciborum gratia.[13] Radix tormina diſcutit, drachmæ pondere in aqua mulſa pota: item [14] conuulſa & rupta. Alij olus maritimum eſſe dixere falſum, & inde nomen, foliis in rotunditate longis, laudatum in cibis. Duorum præterea generum, [i] ſylueſtre, & mitius: vtrunque prodeſſe dyſentericis etiam exhulceratis cum pane, ſtomacho verò ex aceto. Hulceribus veteſtis[15] illini crudum, & vulnerum recentium impetus[16] lenire, & [17] luxatorum pedum ac veſicæ dolores. Sylueſtri tenuiora folia, ſed in eiſdem remediis effectus maiores, & in ſananda hominum ac pecorum ſcabie. Præterea nitorem corpori fieri dentibúſque candorem, ſi fricentur radice[18] ea. Semine linguæ ſubdito ſitim non ſentiri. Hoc quoque mandi, & vtraque etiam condiri. Crateuas tertium quoque genus tradidit, longioribus foliis & hirſutioribus, odore cupreſſi: naſci ſub edera maximè, prodeſſe [19o-20] piſthotonicis, cõtractionibus neruorum, tribus obolis in[20] ſextarium aquæ.[21] [k] Achanthos eſt [l] topiaria & vrbana herba, elato [m] longóque folio, crepidines marginum, adſurgentiúmque puluinorum toros veſtiens. Duo genera eius ſunt, [n] aculeatum & criſpum, quod breuius: alterum læue, quod aliqui [o] pæderota vocant, alij melamphyllum. Huius radices vſtis luxatiſque mirè proſunt: item ruptis conuulſis & [p] phthiſin metuentibus in coctæ cibo, maximè ptiſana. Podagris quoque illinuntur tritæ & calefactæ calidis. Bupleuron in ſponte [q] naſcentium olerum numero Græci habent, caule[23] cubitali, foliis multis longiſque, capite [r] anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate: in medicina à Glycone & [s] Nicandro. Semen contra ſerpentes valet. Folia ad ſecundas fœminarum, vel ſuccum ex vino illinunt: & ſtrumis folia cum ſale & vino. Radix[24] contra ſerpentes datur in vino, & vrinæ[25] ciendæ. [t] Bupreſtim magna inconſtantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere: iidémque remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipſum nomen[26] indicio eſt boum certè venenum eſſe, [u] quos diſſilire[28] deguſtata fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus.[29] Eſt verò cauſa,[30] quare venena monſtremus inter gramineas coronas, niſi libidinis cauſa expetenda alicui videtur, quam non aliter magis accendi putant,[31] [x] quàm potu. Elaphoboſcon ferulaceum eſt, geniculatum digiti craſſitudine,[32] ſemine corymbis dependentibus ſimili effigie, ſed non amaris, foliis oluſatri: & hoc laudatum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad vrinam ciendam, lateris dolores ſedandos, rupta conuulſa ſananda, inflationes diſcutiendas,[33] coli quoque tormenta.[34] Contra ſerpentium omniúmque aculeatorum ictus. Quippe fama eſt, hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpentibus. Fiſtulas quoque radix nitro addito illita ſanat. Siccanda autem in eos vſus prius eſt, ne ſucco ſuo madeat, qui contra ſerpentium ictus non facit eam deteriorem. Scandix quoque [y] in olere ſylueſtri à Græcis ponitur, vt [35] Opion & Eraſiſtratus tradunt.[36] Item decocta aluum ſiſtit. Semine ſingultus confeſtim ex aceto ſedat. Illinitur ambuſtis, vrinas ciet. Decoctæ [z] ſuccus prodeſt ſtomacho, iocineri, renibus, veſicæ. Hæc eſt, quã Ariſtophanes Euripidi poetæ obiicit ioculariter, [A] matrem eius ne olus quidem legitimum vendita ſe, ſed ſcandicem. Eadem erat [B] anthriſcus [37] ſi tenuiora folia & odoratiora haberet. Peculiaris laus[38] eius, quòd fatigato Venere [39] corpori ſuccurrit, marcentéſque ſenio iam coitus excitat. Siſtit profluuia alba fœminarum. Et [C] iaſione olus ſylueſtre habetur, in terra repens, cum lacte multo: florem fert candidum: concilium vocant. Et huius eadem commendatio ad ſtimulandos coitus. Cruda

ex ace

7 tradidêre.CH.
8 Timon.CH.
9 ſemine ad.CH.
10 & cauerna Dal.
11 halimon. CH. & hic, & mox.
12 Coqui hoc.CH.
13 Radice tor. diſcutit.CH.
14 rupta conuulſa. CH.
15 illinitur.M.
16 lenire perhibentur, &c.M.
17 laxatorum.CH.
18 eius Dal.
19 ſextario.
20 opiſthotonis.CH.
21 Acanthi topiariæ & vrbanæ herbæ elato lõginquè fol. crep. &c. veſtientis duo genera ſunt aculeati. &c. CH.
22 ptiſanæ.Dal.
23 cubitale.CH.
24 & contra.CH.
25 eiiciendæ.CH.
26 indicium eſt. CH.
27 boum eſſe venenum.M.
28 guſtata.CH.
29 Nec verò cauſſa eſt.Vet.
30 quapropter.M.
31 quam eius potu. M.
32 ſeminis Alij, ſemine in corymbis depẽdentibus ſitis effigie. Vet, & CH.
33 coliq́ue torm.CH.
34 Et contra ſerpent. morſus omniumque. Dal.
35 Opinion.CH.
36 ka.Dal.
37 ſi teneriora.CH.
38 ei.CH.
39 corpore.CH.

exaceto in cibo ſumpta, mulieribus lactis vbertatem præſtat. Salutaris eſt phthiſim ſentientibus. Infantium capiti illita, nutrit capillum, tenaciorémque eius cutẽ efficit. Eſtur & caucalis, fœniculo ſimilis,[40] breui caule, flore cãdido, cordi vtilis. [D] Succus quoq; eius bibitur, ſtomacho perquàm commodatus & vrinæ, calculiſque & arenis pellendis, & veſicæ pruritibus. Extenuat & lienis, iocineris, renúmque [E] pituitas. Semen menſes fœminarum adiuuat[41] [F], bilémq; à partu ſiccat. Datur & contra profluuia genituræ viris. Chryſippus & conceptionibus eam putat cõferre multùm: bibitur in vino ieiunis. Illinitur & contra uenena marinorum, ſicut[42]. Petricus in carmine ſuo ſignificat. His adnumerant [43] ſion, latius apio, in aqua naſcens, pinguius, nigriúſq;, copioſum ſemine, ſapore naſturtij. Prodeſt vrinis, renibus, lienibus, mulierumq; menſibus ſiue[44] ipſum in cibo ſumptũ, ſiue ius decocti, ſiue[45] ſemẽ è vino drachmis duabus. Calculos rũpit, aquoſq; quę gignũt eos, reſiſtit. Dyſentericis prodeſt infuſum. Item lentigini illitum & mulierum vitiis in facie noctu illitum, momentóq; cutem emendat, & ramices lenit, & ſcabiem equorum. Silybum, chamæleonti albo ſimilem, æquè ſpinoſam, ne in Cilicia quidem, aut Syria, aut Phœnice, vbi naſcitur, coquere tãti eſt: ita operoſa eius culina traditur. In medicina nullum vſum habet. [G] Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine [45 H] limonion appellat. Frutex eſt nunquã cubitali altior,[47] criſtiſq; foliorum ac radice nigra, ſed dulci: Eratoſtheni quoque laudata in pauperis cœna. Vrinam ciere præcipuè traditur: ſanare lichenas & lepras ex aceto: Venerem ſtimulare in vino, Heſiodo & Alcæo teſtibus: qui florente ea cicadas [I] acerrimi cantus eſſe, & mulieres libidinis auidiſſimas, virósque in coitum pigerrimos ſcripſere, velut prouidentia naturæ hoc adiumento tunc valentiſſimo.[48] Item graueolentiam alarum emendat radicis emedullatæ vncià, in vini Falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balineo ieiuno, itémque poſt cibum cyathis ſingulis pota. Mirum eſt, quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per vrinã effluere. Eſtur & ſonchos, vt quem Theſeo apud Callimachum apponat [K] Hecale, vterque albus & niger, lactucæ ſimiles ambo, niſi ſpinoſi eſſent, caule cubitali, anguloſo, intus cauo, ſed qui fractus copioſo lacte manet. Albus,[49] qui è lacte nitor, vtilis orthopnoicis lactucarum [50] modo. Eraſiſtratus calculos per vrinam pelli eo monſtrat, & oris [L] graueolentiam commanducato corrigi. Succus trium cyathorum menſura, in vino albo & oleo calefactus, adiuuat partus, ita vt à [51] partu ambulent grauidæ. Datur & in ſorbitione. Ipſe caulis decoctus facit lactis abundantiam nutricibus, colorémque meliorem infantium: vtiliſſimus his, quæ lac ſibi [M] coire [52] ſentiant. Inſtillatur auribus ſuccus, calidúſque in ſtranguria bibitur cyathi menſura, & in [N] ſtomachi roſionibus cum ſemine cucumeris nucleiſq; pineis. Illinitur & ſedis collectionibus. Bibitur contra ſerpentes ſcorpionéſque, radix verò illinitur. Eadem [53] decocto in oleo Punici mali calice, aurium morbis præſidium eſt. Hæc omnia [54] ex albo. Cleemporus nigro prohibet veſci, vt morbos faciente, de albo conſentiens. Agathocles etiam contra ſanguinem tauri demonſtrat [55] ſuccum eius. Refrigeratoriam tamen vim eſſe conuenit nigro, & hac cauſa imponendum cum polenta. Zenon [56] radice albi ſtranguriã docet ſanari. [O] Chondrillon ſiue chondrille, folia habet intubi circumroſis ſimilia, caulem minùs [57] pedalem, ſucco madentem amaro,[58] [P] radice fabæ ſimili, aliquando numeroſa. Habet proximam terræ maſtichen [Q] tuberculo fabæ, quæ appoſita fœminarum menſes trahere dicitur. Tuſa cum radicibus tota, diuiditur in paſtillos, contra ſerpentes argumento probabili. Siquidem mures agreſtes læſi ab his, hanc eſſe dicuntur. Succus ex vino coctæ, aluum ſiſtit. Eadem palpebrarum pilos[59] inordinatiſſimos, pro gummi efficaciſſimè regit. Dorotheus ſtomacho & concoctionibus vtilem earminibus ſuis pronuntiauit.[60] Aliqui [61] fœminis & oculis, generationíque virorum contrariam putauere. Inter ea quæ temere manduntur,[62] boletos meritò [63] poſuerim, optimi quidem [64] hos cibi, ſed immenſo exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio [R] Claudio principi per hanc occaſionem à coniuge Agrippina dato: quo facto illa terris venenum alterum, ſibíque ante omnes, Neronem ſuum dedit. Quorundam ex his facilè noſcuntur venena, diluto ru-

40 breue. CH.
41 Ioc heioneque partu prouocat. Vet. iuuat, bii. à partu. Sic ea datur. CH.
42 Perreius. Alij.
43 & Sion. M. eſium. CH.
44 ipſo. CH.
45 ſemine in. CH.
46 limoniam. M. & CH.
47 thyrſúſque. M.
48 Idem. M. Id eſt. CH. Lego, Idem.
49 cui eſt factis nitor. Dal.
50 modo ex embammate. Eraſiſtr. Corn. ex Vet. Sic &. CH.
51 potu. Dal.
52 ſentiunt. Dal.
53 decocta (ſic & CH.) cum oleo in Punici Dal.
54 de. Dal.
55 ſucco eius vti. Vet.
56 radicem albi ſtrãguria ſuadet. Condrion. CH. legitur & ſuadet, pro, docet, in M.
57 pedale. CH. pro, pedali.
58 radicem fabæ ſimilem, aliquando numeroſam. Alij. numeroſam habet. Proxi. CH.
59 inordinatos pro Dal.
60 Alioqui. CH.
61 fœminarum oculis. Alij.
62 & boletos CH.
63 poſuerim. Optimus quidem eſt & in cib⁹ ſcd im. ex in er. adductus. Vet. Optimus quidem his cibus &c. adductus. CH.
64 omnes. M.

bore, rancido aſpectu, liuido intus colore, rimoſa ſtria, pallido per ambitum labro. Non ſunt hæc in quibuſdam, ſiccíque & nitri ſimiles veluti [s] guttas[65] in vertice albas ex tunica ſua gerunt. [66] Voluam enim terra ob hoc priùs gignit, ipſum poſteà in volua, ceu in ouo eſt luteum. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. Rumpitur hæc primò naſcente:[67] mox in pediculo corpus abſumitur, raróque vnquam geminis ex vno pede. Origo prima cauſáque è limo, &[68] aceſcente ſucco madentis terræ, aut radicis ferè glandiferæ: initióque ſpuma lentior, dein corpus membranæ ſimile, mox partus. [69] Vt diximus, illa pernicialia, prorſus improbanda. Si enim [T] caligaris clauus ferríve aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit naſcenti, omnem illicò ſuccum alienum ſaporémque in venenum [70] concoquit: deprehendiſſéque niſi agreſtes poſſunt, atque qui colligunt. Dueunt ipſi alia vitia, [71] nunc quidem ſi ſerpentis cauerna iuxtà fuerit, [72] ſi [73] pateſcentes primò adhalauerit, [74] capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum. Itaque caueri conueniet, priùs quàm ſe cõdant ſerpentes. Signa erunt tot herbæ, tot arbores fruticéſque, ab emerſu earum ad latebram vſque vernantes: & vel fraxini tantùm folia, nec poſteà naſcentia, nec antè decidentia. Et boletis quidem ortus occaſúſque omnis intra dies ſeptem eſt.

65 guttas vertice albas in tun. Vet.
66 Voluam. CH.
67 mox increſcente pedic. CH. mox creſcente in pediculo, ratò vnquam gemini ex vno pede, Vet.
68 accreſcente. Vet.
69 Quæ diximus per nicialia, illa prorſus ableganda. Si enim &c. omnem illico ſuccum in alienum ſaporem atque venenum concoquit. Ver. mox partus, vt diximus. Illa pernicialia: ſi caligaris &c. Etenim illic &c. M.
70 concoquit. Quin deprehenditſe agreſtes ipſi dicunt alia vitia. Vet.
71 ne. CH.
72 aut ſi. Dal.
73 pateſcentem. CH.
74 rapaci. Vet.

ANNOTATIONES.

a Falſum id. Nulli generi κιχωριωδὲς rotundum folium eſt, ſed oblongum. Theophraſtus cap. 11. lib. 7. Hiſt. figuræ foliorum nullam mentionem facit, ſed eam ſolùm hyeme tota, vereſq; toto florere tradit. Quòd ſi rotundum teres intelligamus, minima certè κιχωριώδης ſpecies, quã picrida eſſe putamus, foliis eſt propemodum tereribus.

b Matthiolus verrucarium ci chorium depingit, facultatis præſtantiſſimæ ad verrucas delendas.

c Coli tormentis, aut laſſitudini.

d Quia terrum odorem corporis, alarum præcipuè, fœminum, pedum emendat.

e πῶν βαρυωπίων. Dioſcorides verò ὠταλγίων, aurium dolorem.

f Illitis genitalibus tam maris quàm fœminæ.

g Feſtus priſco vocabulo ea vocat, petimina: præſertim quæ humeros obſident. Lucillius,

Vt petimen naſo, aut lumbos ceruicibus tangat.

h Halmyrin Aëtius vocat.

i Hoc eſt, ſylueſtre & ſatiuum. Satiuum halimum Tholoſæ in quibuſdam hortis habent, idq; vocant, *l'herbe du Machlon*, id eſt, herbam colicam, quòd doloribus colicis valdè proſit. Sylueſtre haud procul Tholoſa in quibuſdam ſepibus naſcitur.

k Græci ἀκάνθιον fœminino genere dicunt, Latini verò maſculino acanthum.

l Sylueſtris & agreſtis vbiuis Monſpeſſuli naſcitur.

m Latiore & longiore quàm lactucã, erucæ diuiſura.

n Hoc eſt ſylueſtre, & cardui ſpecies.

o Apud Athenæum lib. 12. Demetrius Phalereus comã flauo colore tingebat, & pæderote illinebat faciem: apud eundem lib. 15. λευκόχρωτα λίαν τὰ ὑπὸ γῆν, καὶ ἀκαλήφητα ὑπερβάλλοντα. Inde cognoſcimus acanthi folia trita & illita faciem dealbare, maculas & ſordes abſtergere, eam lentore ſuo veluti læuigare, quamuis nonnulli pæderota fuci genus eſſe velint.

p τὰ φθινοπωρῖτα, Ruellius apud Dioſcoridem commodiùs vertit, tabem ſentientibus. Omittit Plinius vtinam ciere, aluum ſiſtere.

q Quibuſdam ami vulgare.

r Vel ymbellæ tantùm figura, vel etiamnum floris colore.

s Nicander in Theriacis,

σπέρματα βατραλίχου τε καὶ ἰδαίης πυρεθροῖο.

t Bupreſtis oleris mentionem Theophr. facit cap. 8. lib. 7. Hiſt. Gal. in Gloſſis. Heſychius βούπρηστις, cum accentu acuto in antepenultima, olus: βουπρῆστις cum circumflexo in penultima, inſectum venenatum. Quidam eſſe volunt auriculam leporis deſcriptam à Dodonæo nomine bupleuri.

v De bupreſti herba id non traditur, ſed de bupreſti inſecto, Scarabæo longipedi non diſſimili, infrà deſcripto cap. 4. lib. 30. Ignoranter hæc Plinius.

x Vt & canthatidis.

y Inter olera, quę in cibis ſumuntur, præſertim apud Aegyptios, & ſcandicem & anthriſcum ſuprà recenſuit.

z τὸ ἀφίδνιμον. Dioſcor.

A Quidam, vt Theopompus, & Val. Maximus cap. 4. 3. hoc narrant. Conſtat tamen Mneſarchi, ſiue Mneſarchidæ, & nobiliſſimæ fœminæ Cliûs filium fuiſſe, quamuis & cum quidam σπαρδικωτὸν λέγειν vocauerint. De illo perquàm multa Rhodig. cap. 10. 24.

B Chærephyllum noſtrorum & Columellæ lib. 11. Enchuſicon apud Theophr. cap. 7. lib. 7. hiſtor.

C Voluulus maior: ſimilax læuis. Dioſcor. cuius mentio ſit cap. 10. vlt. lib. 24. vt & conuoluuli cap. 5. lib. 21.

D Hæc omnia in Dioſcoride non leguntur. Ex Petrico Plinium ſumpſiſſe coniector.

E Obſtructiones à pituita factas.

F Bilioſam purgationem, pronocato locheio.

G Hæc de ſcolymo Theophraſti audienda ſunt, non Dioſcoridis. Vtriuſque mentio fit cap. 23. vltimo, lib. 20.

H Leimoniam quaſi pratenſem carduum. de quo cap. 9. lib. 25. vel λιμώνιον, quòd eius eſu λιμὸν, id eſt, fames expleatur. Theophr. cap. 3. lib. 6. hiſt. apertiſſimè diſtinguit σκόλυμον à λειμωνίᾳ. Plinius legiſſe videtur, σκόλυμος ἢ καὶ λειμωνία.

I Nempe τῷ καύματι γινόμενα, æſtu vehementiſſimo: quamobrem cicadas ἀτεττιγόμητρας vocãt, παρὰ τὸ τίκτειν τὰ ᾠὰ τὸ ὑπὸ τῆ γῆ. Vide quæ notata ſunt in cap. 63. lib. 10.

K Hecale anicula pauperrima Theſeum adoleſcentem comitẽ hoſpitio excepit, vnde ſacrum Hecaleſion per pagos celebre Hecalo Ioui, cum Hecales ſummis honoribus. Ouid.

Cur nemo eſt Hecalem, nulla eſt quæ ceperit iram?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

Plautus in Ciſtellaria,

Ecaſtor haud me pœnitet, ſi, vt dicis, ita futura es.
Nam ſi quidem ita erit vt volo, nunquam Hecale fiet.

Petronius,

Qualis in Attaa quondam fuit hoſpita terra,
Digna ſacris Hecale, quam Muſa loquentibus annis
Battiadæ watis riuendo tradidit æuo.

Autor Priapeorum,

Æ qualis tibi quàm domum reuertens
Theſeus vepperit in vogo iacentem.

Suidas Herodæ fuiſſe tradit, ſic dictam, ὅτι φῶτα ἐκάνθιζεν ἐνδεῆ. Fuit enim illi τὸ πάχος ἀκάνθινον. Rhodig. cap. 11. 30. Vide infrà cap. 8. lib. 28. Notus eſt verſiculus ille veteris Epigrammatis: μίλτωσόν μ' ἡγαπᾶτο τῷ φιλοξένῳ τρίποδι. Vide Politianum cap. 24. Miſcell.

L A vitioſo & putrido humore, vapore, genitam: ſiccat enim acre refrigerat ſonchus, ideoque putredini obſiſtit.

M Præ calida intemperie hepatis, venarum, mammarum, ſiccati, minui, ſpiſſari. Sonchus cum farre coctus mammas vberiores facit, cap. vltimo, lib. 26.

N Aeſtuanti ſtomacho & inflammato illinitur, ſtomachi roſiones ſorbitione mitigat.

O Plinius oſcitanter confundit duas chondrillæ ſpecies.

P Dioſcorides chondrillæ ſecundæ radicem eſſe ait, tenuem, leuem, ſubſtauam, ſuccoſam, rotundam, ἐναφαῖον, id eſt, vegetam. Plinius legiſſe videtur, πυκνήν.

Q Maſtichen quæ in Chondrilla reperitur, κυαμοειδῆ μαστίχα ἔχει, Dioſcorides tradit, fabæ magnitudinem æquare, ſed non radicem fabæ ſimilem eſſe.

R Illo euentu Nero boletos appellabat βρῶμα θεῶν. Sueton. Dion hiſtor. 58. qui etiam ſcribit poſt obitum à Seneca editam fuiſſe illius ἀποκολοκύντωσιν, quaſi ἀποθέωσιν & ἀναβατήριον, quæ etiamnum exat. Had. Iun. cap. 27. 1.

S Concreteam pituitam, γλοιώδης ἐπίπαγμα. Dioſc.

T Caliga, militare calceamentum, clauis ſuffixum ferreis, argenteis, aureis, vtquiſque luxu & opibus diffluebat, commune tam gregario, vili, & obſcuro militi, quàm duci & centurioni. Inde caligati milites Suetonio in Auguſto & Vitellio. Inde nomen Caligulæ Imperatoris. Suprà cap. 43. lib. 7. P. Ventidius iuuentam inopem tolerauit in caliga militari. capit. 3. 33. Agnon Teius crepidas aureis clauis ſuffigebat, quibus etiam vrbana mulierum calceamenta ornabantur, auctore Feſto in voce, clauata: acid eſt quod autor loco proximè citato queritur & indignatur, ab equitum vxoribus aurum pedibus indui & geſtari. Briſſonius cap. 5. 2.

De

De fungis, & ſilphio, & de laſere. CAP. XXIII.

[a] Vngorum lentior natura, & numeroſa genera, ſed origo non niſi ex pituita arborum. Turiſſimi, [1] qui rubent callo, minùs diluto rubore, quàm boleti. Mox candidi, velut [b] apice Flaminis [2] inſignibus pediculis. Tertium genus [c] ſuilli, venenis [3] accommodatiſſimum. Familias nuper interemere, & tota conuiuia, [d] Anneum Serenum præfectũ Neronis vigilum, & tribunos, [4] & centuriones. Quæ voluptas! tanta ancipitis cibi! Quidam diſcreuere arborum generibus, fico, [6 e] ferula, & gummiferentibus: nos item fago, aut robore, aut cupreſſo, vt diximus. Sed iſta quis ſpondet in venalibus? Omnium colos liuidus. [7] His aberit veneni argumentum, [8] quo ſimilior fuerit arborum fici. Aduerſus hæc diximus remedia, dicemúſque: interim ſunt aliqua & in his. Glaucias ſtomacho vtiles putas boletos. Siccantur pendentes ſuilli, iunco transfixi, quales è Bithynia veniunt. Hi fluxionibus alui, quas rheumatiſmos vocant, medentur, excreſcentibúſque in ſede carnibus: minuunt enim eas, & tempore abſumunt. Item [9] lentigines, & mulierum vitia in facie. [10 f] Lauantur etiam vt plumbum, in oculorum medicamenta. Sordidis hulceribus & capitis eruptionibus, canum morſibus ex aqua illinuntur. Libet & coquendi dare aliquas communes in omni eo genere obſeruationes, quando ipſæ ſuis manibus deliciæ præparant hunc cibum ſolùm, & cogitatione antè paſcuntur, ſuccineis nouaculis aut [11] argenteo apparatu comitante. Noxij erunt fungi, qui in coquendo duriores fient: innocentiores qui nitro addito coquentur, ſi vtique percoquantur. Tutiores [12] fient ſ cũ carne cocti, aut cum pediculo pyri. Proſunt & pyra confeſtim ſumpta. Debellat eos & aceti natura, contraria iis. Imbribus proueniunt omnia hæc. Imbre & ſilphion. Venit primò è Cyrenis, vt dictum eſt. Ex Syria nunc maximè importatur, deterius Parthico, ſed Medico melius, extincto omni Cyrenaico, vt diximus. Vſus ſilphij in medicina. Nam folia ad expurgandas vuluas pellendóſque emortuos partus decoquuntur in vino albo [13] odorato, vt bibatur menſura [14] acetabuli à balincis. Radix prodeſt arteriis exaſperatis: & collectionibus ſanguinis illinitur. Sed in cibis concoquitur ægrè. Inflationes facit & ructus. Vrinę quoque noxia. Suggillatis cum vino & oleo amiciſſima, & cum cera ſtrumis. Verrucæ ſedis crebriore eius ſuffitu cadunt. Laſer è ſilphio profluens quo diximus modo, inter eximia naturæ dona numeratum, [15] pluribus compoſitionibus inſeritur. Per ſe autem algores excalfacit. Potum neruorum vitia extenuat. Fœminis datur in vino. Et lanis mollibus admouetur vuluæ ad menſes ciendos. Pedum clauos circunſcarificatos ferro, miſtum ceræ extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andreas ſpondet, copioſius ſumptum nec inflationes, facere, & concoctioni plurimùm conferre ſenibus & fœminis: item hyeme, quàm æſtate, vtilius, & tum aquam bibentibus: cauendúmque nequa intus ſit [h] exhulceratio. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Tempeſtiuè enim datum, [i] cauterij vim obtinet: aſſuetis etiam vtilius, quàm expertibus. Ad extera corporum indubitatas confeſſiones habet. Venena telorum & ſerpentium extinguit potum: ex aqua vulneribus his circumlinitur: ſcorpionum ſtantùm plagis ex oleo: hulceribus verò nõ matureſcentibus cum farina hordeacea vel fico ſicca. Carbunculis cum [16] ruta, vel cum melle, vel per ſe viſco ſuperlitum vt hæreat: [17] ſic & ad canis morſus. Excreſcentibus circa ſedẽ, cum [18] tegmine Punici mali ex aceto decoctum. Cluis [19] pedum, [k] qui vulgò morticini appellantur, nitro [20] miſto, antè ſubactum. [l] Carnes replet cum vino & croco, aut pipere, [21] aut muriũ fimo & aceto. Perniones ex vino [22] fouet, & ex oleo coctum imponitur: ſic [23] & callo. Clauis pedum ſuperraſis præcipuæ [24] vtilitatis. Contra aquas malas, peſtilentes tractus, vel dies. In tuſsi, vua, fellis veteri ſuffuſione, [25] hydropiſi, raucitatibus: confeſtim enim purgat fauces, vocémque reddit. Podagras in ſpongia dilutum poſca lenit. Pleuriticis in ſorbitione vinum poturis datur, contractionibus, opiſthotonicis, ciceris magnitudine cera circunlitum. In angina gargarizatur. Anhelatoribus & in tuſsi vetuſta cum porro ex aceto datur: æquè ex aceto his [m] qui [26] coagulum lactis ſorbuerint. Præcordiorũ vitiis, ſyntecticis, comitialibus [27] in vi-

1 quibus rubet carõ, magis. Vet.
2 inſignitis. Vet.
3 accommodatiſſimi. CH.
4 centurioneſq;. CH.
5 ram. Alij.
6 berula. Dal.
7 Hic habebit. CH.
8 quo fungi ſimilior arborum fuerit.
9 lentiginem. CH.
10 Linuntur etiam ad plumbum, & oculi. Alij.
11 & argent. Alij.
12 fiunt. CH.
13 & od. CH.
14 acetabuli. Ad lienas radix. M.
15 plurimis. CH. pluribus cõpoſitionibus infertur. M.
16 ruta. nitro, & melle. Dioſc.
17 ſicut ad. CH.
18 germine. M. germine Punici &c. CH.
19 pedum, in. CH. d.
20 miſto. Alopecias nitro ante ſubactas replet &c. CH.
21 ac. CH.
22 fouent. Dal.
23 & callo & clauis. Dal.
24 vtilitatis & contra. Dal.
25 hydrope. Dal.
26 coagulatum lac ſorbuerunt. Vet. qui coleſtra lactis ſorbuerint. Vet. alij.
27 in cibo. CH.

no, in aqua mulsa linguæ paralysi. Coxendicibus & lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non censuerim, quod autores suadent, [n] cauernis dentium in dolore inditum cera includi, magno experimento hominis, qui se [28] ea de causa præcipitauit ex alto. Quippe tauros inflammat naribus illitis: serpentes auidissimas vini admistum rumpit. Ideò nec inungi suaserim cum Attico melle, licèt præcipiant. Quas habeat vtilitates admistum aliis, immensum est referre: & nos simplicia tractamus: quoniam in his naturam esse apparet, in illis coniecturam sæpius fallacem, nulli satis custodita in misturis concordia naturæ ac repugnantia. Qua de re mox [29] plura.

28 eadem causa. CH.

29 plura dicemus. Vet.

ANNOTATIONES.

a Fungus Plauto in Bacchidib. stupidus, stolidus, inconsideratus.
Adeon' me fuisse fungum, vt qui illi crederem?
Et aliquantò pòst.
Tanti est, quanti est fungus putidus. Idem lepidè,
Pol hic quidem fungino genere est, capite sc totum operit.
b Sic albogalerum & pileum Flaminis vocat, cuius effigies in multi vetustis nummis spectatur, præcipuè Iulij Cæsaris.
c Suilli etiamnum Italis vocantur *Porcini*.
d Eius meminere Seneca Epist 64. & Tacitus lib. 13. Annal.
e Betula. Ferula arbor non est.
f Linuntur etiam ad plúbum & oculorum &c. Plumbum, oculorum vitium, coloris plumbei suffusio, cuius mètio fit cap. 13. lib. 25.
g Ob carnis pingue. Eadem ratione cum oleo vel butyro multo coquunt.
h Quam acrimonia sua cum tenuitate partium iuncta irritet.
i Cauterium licenter vocare Plinius hic videtur medicamentum Græcis dictum *μαυσυγματικὸν*, & *μαυσητηριωτικὸν*, quod habitum, & structuram corporis ac fabricam mutat: nempe quod admotum sua caliditate & insigni tenuitate humores euocat ex alto, cutisque poros aperit, quemadmodum de thapsia Dioscorides scribit; & intrò sumptum sanguinem ac humores potenter in habitum corporis diffundit, & dispergit. Eorum medicamentorum in longis valetudinibus, ægro conualescente vsus fuit. Itaque apud Paulum lib. 3. cap. 72. *ἀναπληρωτικὰ ἰσχνασίας*, quæ ægros iam meliusculè habentes reficit, *μαυσυγματικὸν* pars est.
k Morticinum per contùmeliam & commeliam Plautus in Persa vocat exanguem, terrum, pallidum, *νεκρώδη*. *Cadere hodie te restibus, PAEG. tua quidem euenille causso! Non herele, si os præciderim tibi, matuti, morticine.* Ter autem hunc morbum memorat: quod argumento est, variis ex auctoribus collecta hæc fuisse absque iudicio, & hinc illinc sparsim.
l Vel vlcera caua expler, vel corpus obesum reddit, &, vt alibi ait, pingue facit.
m Quibus lac potum coagulatum est.
n Cauernis Dioscorides indit, aut cum thure in linteo circumligat.

De natura mellis, & aqua mulsa, & quare genere ciborum mores immutentur, & de melitite & cera: & contra compositiones medicorum. CAP. XXIIII.

[1] minore. Vet.

NOn esset mellis autoritas in pretio [1] minor, quàm laseris, ni vbique nasceretur. Illud ipsa fabricata sit natura, sed huic gignendo animal, vt diximus, innumeros ad vsus, si quoties misceatur, æstimemus. Prima propolis alueorum (de qua diximus) aculeos & omnia infixa corpori extrahit, [2] tubera discutit, dura concoquit, dolores neruorum mulcet, hulceráque iam [3] desperantia cicatrice includit. Mellis quidem ipsius natura talis est, [a] vt putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque non aspero, alia quàm salis natura. Faucibus, tonsillis, anginæ, omnibúsque oris desideriis vtilissimum, [b] arescentique in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis, [4] pleuriticis decoctum. Item vulneribus à serpente percussis. Et contra venena [c] fungorum. Paralyticis in mulso: quanquam suæ, mulso dotes constant. Mel [c] auribus instillatur cum rosaceo: lendes & fœda capitis animalia necat. Vsus despumati semper aptior: stomachum tamen inflat, bilem auget, fastidium creat, & oculis per se inutile aliqui arbitrantur. Rursus quidam angulos exulceratos melle tangi suadent. Mellis causas atque differentias nationésque & indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus, cùm ratio operis diuidi cogeret miscenda rursus naturam rerum pernoscere volentibus. In mellis operibus & aqua mulsa tractari debet. Duo genera eius: subitæ ac recentis, alterum [d] inueteratæ. Repentina despumato melle præclaram vtilitatem habet in cibo ægrotantium leui, hoc est alicæ eluræ, viribus recreandis, [7] ore stomachóque mulcendo, [8] ardore refrigerando. Frigidam [9] enim vtiliùs dari ventri molliendo, inuenio apud autores. Hunc potum bibendum alsiosis: item [e] animi humilis & præparci, quos illi dixere [10] micropsychos. Est & ratio subtilitatis immensæ à Platone descendens: corpusculis rerum læuibus, scabris, angulosis, rotundis, magis aut minùs [11] ad aliorum naturam accedentibus: ideò non eadē omnibus amara aut dulcia esse. Sic & in lassitudine proniores esse ad iracundiam, [f] & in siti. [g] Ergo, & hæc animi asperitas, seu potiùs animæ, dulciore succo mitigatur. [12] Lenit transitum spiritus, [13] & molliores facit meatus, ne scindant euntem redeuntémque. Experimenta in se cuique: nullius non ira luctúsque, tristitia & omnis animi impetus cibo mollitur. Ideóq; obseruanda sunt, quæ non solùm corporum medicinam, sed & morum habent. Aqua mulsa

2 tubercula. Vet.

3 desperata. Vet. disparantia. CH.

4 & pleur. dec. Ie. vul. & 1 serp. Dal.
5 decoctura. CH.
6 fungos. CH.

7 ori. Dal.
8 ardori. Dal.
9 autem. Vet.

10 microsphyctos. Vet.

11 aliorum naturas accipientibus. CH.

12 Lenit is trāſ. Vet.

13 & molliore facto meatu. CH.

mulsa & tussientibus vtilis traditur, calefacta inuitat vomitiones. Cõtra venenum psimmythij salutaris, addito oleo. Item contra hyoscyamum, cum lacte maximè asinino, & contra halicacabum, vt diximus. Infunditur & auribus & genitalium [14] fistulis. [i] Vulnis imponitur cum pane molli, [15] subitis tumoribus, luxatis, leniendísque omnibus. Inueteratæ [k] vsum damnauere posteri, minus innocentem aqua, minúsque vino firmum. Longa tamen vetustate transit in vinum, vt constat inter omnes. [l] stomacho [16] inutilissimum, neruísque contrarium. Semper mulsum ex vetere vino vtilissimum, [17] faciliméque cum melle [18] concorporatur, quod in [m] dulci nunquam euenit. Ex austero factum non [19] implet stomachum, neque ex decocto melle, minúsque [20] inflat, quod ferè euenit. Appetendi quoque reuocat auiditatem cibi. Aluum mollit frigido potu pluribus, calido sistit. Corpora auget. Multi senectam longam mulsi tantùm [21] nutritu tolerauere, neque alio vllo cibo, celebri Pollionis [22] Romuli exemplo. Centesimum annum excedentem eum Diuus Augustus hospes interrogauit, quánam maximè ratione vigorem illum animi [n] corporísque custodisset. At ille respondit: intus mulso, foris oleo. Varro regium cognominatum [23] morbum arquatum tradit, quoniam mulso curetur. Melitites quo fieret modo ex musto & melle, docuimus in ratione vini. Seculis iam fieri non arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium. Solebat tamen inueteratum alui causa dari in febre: item articulario morbo, & neruorum infirmitate laborantibus, & mulieribus vini abstemiis. Mellis naturæ adnexa cera est: de cuius origine, bonitate, nationibus, suis diximus locis. Omnis autem mollit, calefacit, [o] explet corpora: recens melior. Datur in sorbitione dysentericis, fauíque ipsi, in pulte alicę prius tostæ. Aduersatur [24] lactis naturę: ac milij magnitudine x. grana ceræ hausta, non patiuntur coagulari lac in stomacho. Si inguē tumeat, albam ceram in pube fixisse remedio est. Nec huius vsus, quos mista aliis præstat, enumerare medicina possit, sicuti nec cæterorum, quæ cum aliis prosunt. Ista, vt diximus, ingeniis constant. Non fecit [25] cerata, malagmata, emplastra, collyria, antidota, parés illa ac diuina rerum artifex: officinarum hæc, imò verius auaritiæ commenta sunt. Naturæ quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur: paucis ex causa non ex coniectura rebus assumptis, vt succo aliquo sicca temperentur [p] ad meatus, aut corpore alio humentia [q] ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miscere vires, non coniecturæ humanæ opus, sed impudentiæ est. Nos nec Indicarum Arabicarúmque mercium, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remediis tam longè [26] nascentia: non nobis gignuntur: imò ne illis quidem, alioquin non venderent. Odorum causa vnguentorúmque & deliciarum, si placet, etiam superstitionis [27] gratia emantur, quoniam thure supplicamus & costo. Salutem quidem sine [28] his posse constare, vel ob id probabimus, vt tanto magis sui delicias pudeat. Sed medicinas è floribus coronamentísque & hortensiis, quæq; [29] manduntur herbis prosecuti, quonam modo frugum [30] omittemus? Nimirum & has indicare [31] conuenit.

14 fistulæ. CH.
15 in subitis. Dal.

16 vtilem. Dioſc.

17 quod facillimè cõ.
18 concorporat. CH.

19 inflat. CH.
20 implet. CH.

21 intrita M. & CH.
22 Romili. CH.

23 arquatorum morbum. CH.

24 lacti, ac milij. M.

25 cerata. CH.

16 nascuntur. CH.

27 gratiæ emantur. CH.
28 istis. CH.

29 manduntur herbę persecuti. CH.
30 omittimus? CH.
31 conuenit. CH.

ANNOTATIONES.

40 a Alexandri corpus melle oblitum incorruptum perduraſſe mõstrant hi Papinij versus è Syluis:
Dic & ad Æmathios manes, vbi belliger vrbis
Conditor, Hyblæo perfusus nectare durat.
Xenophon Commentariorum 5. Agesipolin Lacedæmoniorum regem vita functum, & melle conditum scribit Spartam relatum, & regio funere sepultum fuisse. Gemistus Plethon Agesilaum mortuum, inopia mellis cera circũlitum, Lacedæmonem reportatum fuisse tradit. Itaque mel, eorum qui vita excesserunt symbolum est, veteribus creditum, sicut fel, viuorum. Rhodig. cap. 27. 28. Apud Nonium Varro *περὶ τρυφῆς*. *Quare Heraclides worsus plus sapit, qui præcepit vt comburerent, quàm Democritus, qui vt in melle seruarent: quẽ si vulgus scimus esset, peream si centum denarii calicem mulsi emere possimus.* Victorius cap. 1. lib.
b Ad id potius vtile fuerit saccharum, quod Galen. libro methodi, nec sitim facit, nec in bilem vertitur.
c Sonantibus, & dolore affectis. Dioscor
d *σκυκεὼν & ἀκράτου*, conditiuæ. Dioſc. hanc proprie *ὑδρόμελι* vocant.
e Iis qui immodico sudore digeruntur, & quibus languidus pulsus est: *τοῖς διαφορουμένοις, καὶ μικροῖς σφύγμοις*. Dioscor.
f Quod per inediam accidere solet, eleganter his verſibus memorat Plaut. in Curculione,
Tenebræ oberrantur, genina inedia succidunt. PH. Viden' vt expalluit?
ac paulò pòst,
Perij, prosticio parum, os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame,
Ita cibi vacuitate venio lasis lactibus.
g Horat.
Ad mare cùm veni generosum, & lene requiro,
Quod curas abigat, quod spe cum diuite manet
In venas animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.
h Nox Ioui consilium dat, vt Saturno melle (deſt. mulsa, vel mulso) ebrio, vertiginoso, obdormiscenti, virilitatem amputet.
ὣστ' ἤν δὴ αὖτ' ἐπὶ Κρόνῳ ἀφυσὶν ὑδρομέλιτος εἶναι
ἐρύσασα μήδεα μητιόεντα τιβέβριμεν,
αὐτὰρ σὺν &c. Had. Iun. cap. 12. 2.
i Tumentibus, & inflatis. Dioſc.
k In inflammationibus & obstructionibus viscerum. Dioscor.
ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων καὶ σκιρρῶν.

Medici-

l Bilioso.

m Vel in passo, πρὸ γευσεως vel in vino dulcis saporis. Mulsum enim exaustero optimè fit.

n Democritus rogatus, πῶς ἂν ἄνοσοι ἡμῖν μακρόβιοι γίγνοιντο ἐν τῷ χρόνῳ, intus vino, foris oleo, respondit: eadem propemodum sententia, qua Pollio. Vide Rhodig. cap. & lib. 6. Athen. 2. Alij respondisse ferunt, intus melle, foris oleo. Corticos cerè μακροβίους & πολυγήρους esse tradunt, quòd melle assiduè vtantur, in eorum buxis, vt Diodorus ait, copiosè nascenti. Aristoxenus scribit, Pythagoræ discipulis mensam pane tantùm & melle instructam fuisse. Quin & Democritus mortuam destinata, rogatus dies aliquot differre, ne proximis Thesmophoriis luctuosa, funestáque domus esset, compluscultum temporis vitam sustinuit solo mellis, vel, vt alij narrant, cpli di panis odoratu. Rhodig. cap. 3. 11.

o In cauis ylceribus carnem gignit.

p Vt in altum corpus subire & permeare possint.

q Iustam crassitiem, &, vt loquuntur vulgò, consistentiam.

Medicinæ ex frugibus. CAP. XXV.

IN primis sapientissima animalium esse constat, [a] quæ fruge vescanur. Siliginis grana combusta & trita in vino ammineo, oculis illita epiphoras sedant: tritici verò [b] ferro combusta iis, quæ frigus yserit, præsentaneo sunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta, neruorum cotractionibus, [c] cum rosaceo verò & fico sicca myxísque decoctis furfures tonsillis faucibúsque gargarizatione [2] prosunt. Sextus Pomponius Prætorij viri pater, Hispaniæ citerioris princeps, cùm horreis suis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in triticum sese super genua: leuatúsque siccatis pedibus mirabilem in modum, hoc posteà remedio vsus est. Vis tanta est, vt [c] cados plenos siccet. Paleam quoque tritici vel hordei calidam imponi ramicum incommodis experti iubent, quáque decoctæ [3] sunt aqua foueri. Est in farre vermiculus teredini similis: quo cauis dentium [4] cera incluso, cadere vitiati dicuntur, etiam si [5] fricentur. Olyram arincam diximus vocari. Hac decocta fit [6] medicamentum, quod Ægyptij [7] atharam vocant, infantibus vtilissimum: sed & adultos [d] illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta collectiones [e] impetúsque discutit, lenit, [8] & concoquit. Decoquitur aliàs in mulsa aqua, aut fico sicca. [9] Ad iocineris dolores eam cum posca concoqui opus est, aut cum vino. Cùm verò inter coquendum discutiendúmque cura est, tunc in aceto melius, aut in face aceti, [10] aut in coroneis pyrísve decoctis. Ad [f] multipedarum morsus cum melle, ad serpentium in aceto, & contra suppurantia, ad [g] extrahendas suppurationes ex posca, addita [11] resina & galla. Ad concoctiones verò & hulcera vetera, cum resina. Ad duritias cum fimo columbarum, aut fico sicca, aut cinere. Ad neruorum inflammationes aut intestinorum [12] vel laterum, vel virilium dolores, cum papauere aut meliloto, & quoties ab ossibus caro recedit. Ad strumas cum pice & impubis pueri vrina. Cum oleo [13] & fœnogræco contra tumores præcordiorum, vel in febribus cum melle vel adipe vetusto. Suppuratis triticea farina multo [h] lenior. Neruis cum hyoscyami succo illinitur: ex aceto & melle lentigini. Zeæ, ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacea videtur, trimestris [14] mollior. Ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida, & sanguinem excreantibus: item arteriæ. Tussi cum caprino [15] seuo, aut [16] butyro. Ex fœnogræco mollissima omnium. Hulcera manantia sanat, & furfures corporis, stomachi dolores, pedes & mammas cum vino & nitro cocta. Ærina magis cæteris purgat hulcera vetera & [17] gangrænas: cum rhaphano & sale & aceto lichenas: lepras cum sulphure viuo: & capitis dolores cum adipe anserino imposita fronti. Strumas & panos concoquit cum fimo columbino, & lini semine decocta in vino. De polentæ generibus in frugum loco satis diximus, [18] [k] locorum ratione. [l] A farina hordei distat eo quòd torretur, ob id stomacho vtilis. Aluum sistit, impetúsque rubicundi tumoris. Et oculis illinitur, & capitis dolori cum [19] menta, aut alia refrigerante herba. Item pernionibus & serpentium plagis: item ambustis ex vino. Inhibet quoque [20] pustulas. Farina in pollinem [21] subacta, vim extrahendi humoris habet: ideo & [m] cruore suffusis in fascias vsque sanguinem [22] perducit: efficacius in sapa. Imponitur & pedum callo clauísque. Nam cum oleo vetere ac pice decocto [23] polline, condylomata & alia omnia sedis vitia quàm maximè calido mirabilem in modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina, qua chartę glutinantur, sanguinem excreantibus datur tepida sorbenda efficaciter. Alica res Romana est, & non

a cum rosa verò. Dal.

a prosunt. Suppuratis neruis farina cũ hyoscyami succo illinitur, ex aceto & melle lentigini. Vet.

2 sint, aqua foueri. CH.

4 cera incluso, & den eiũ cauis indito Dal.

5 refrigerentur. CH.

6 pimentum. Dal.

7 atheram. CH.

8 concoquiéque. CH.

9 Iocineris doloribus cum pol. CH.

10 aut cum coroneis, pyrísve. Adiunxit.

11 resina Gallica. CH.

12 vel aurium dol. CH.

13 cum græco fœno. CH.

14 melior ex vino. M.

15 sebo. CH.

16 butyro, vel fœnogr. Dal.

17 gangrænas & nomas. Dioscor.

18 medicorum. CH.

19 melle, aut aliqua refr. Ex Colum.

20 pustulas. M. Inhibetque pustulas. CH.

21 redacta. Vet.

22 prolicit. Ver.

23 polline quàm max. calido cond. & al. om. se. vitia mirab.

non pridem excogitata: alioquin non ptisanæ potius laudes [n] scripsissent Græci. Nondum arbitror Pompeij Magni ætate in vsu fuisse, & ideo vix quicquam de ea scriptum ab Asclepiadis schola. Esse quidem eximiè vtilem nemo dubitat, siue eluta detur ex aqua mulsa, siue in sorbitiones decocta, siue in [24] pultem. Eadem in aluo sistenda torretur: dein fauorum cera coquitur, vt suprà diximus. Peculiariter tamen longo morbo [o] ad [25] habitudinem redactis subuenit, ternis eius cyathis in [26] sextarium aquæ sensim decoctis, donec omnis aqua consumatur. Posteà sextario lactis ouilli aut caprini addito per continuos dies, mox [p] adiecto melle. Tali sorbitionis genere emendantur syntexes. Milio sistitur aluus, discutiuntur tormina, in quem vsum [q] torretur antè. Neruorum doloribus & aliis feruens in sacco imponitur: neque aliud vtilius: quoniam [r] leuissimum mollissimúmque est, & caloris capacissimum. Itaque talis vsus eius est ad omnia, quibus calor profuturus est. Farina eius cum pice liquida, serpentium & multipedæ plagis imponitur. Panicum Diocles medicus [s] mel frugum appellauit. Effectus habet, quos milium. In vino potum prodest dysentericis. Similiter his, quæ [t] vaporanda sunt, excalfactum imponitur. Sistit aluum in lacte caprino decoctum, & bis die haustum: sic prodest & ad tormina. Sesama trita in [27] vino sumpta, inhibet vomitiones. Aurium inflammationi illinitur, & ambustis. Eadem efficit [28] & dum in herba est. Hoc amplius oculis imponitur decocta in [29] vino. [u] Stomacho inutilis cibus, & animæ grauitatem [x] facit: stellionum morsibus resistit: item hulceribus, quę cacoethe vocant. Et auribus oleum, quod ex ea fit, pro desse diximus. Sesamoides à similitudine nomen accepit, grano amaro, [30] folio minore. Nascitur in glareosis. Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro: discutit panos. Est etiamnum aliud sesamoides Anticyræ nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant: cætera simile erigeronti herbæ, de qua suo dicemus loco. Granum [31] sesamę datur in vino dulci ad [y] detractiones, quantum tribus digitis capitur, [32] miscéntque elleborialbi vnum & dimidium obolum, purgationem eam adhibentes, maximè insaniæ melancholicæ, comitialibus, podagricis. Et per se drachmæ pondere exinanit. Hordeum optimum, quod candidissimum. Succus decocti in aqua cælesti digeritur in pastillos, vt infundatur exhulceratis interancis & vuluis. Cinis eius ambustis illinitur, & carnibus quæ recedunt ab ossibus, & eruptionibus pituitæ, muris aranei morsibus. Idem asperso sale ac melle, candorem dentibus, & suauitatem oris facit. Eos qui pane hordeaceo vtuntur, morbo pedum tentari negant. [33] Nouémque granis si furunculum quis [34] circumducat, singulis ter, manu sinistra, & omnia in ignem abiiciat, confestim sanari aiũt. Est & herba [35] Phœnicea appellata Græcis, nostris verò hordeũ murinũ. Hæc trita è vino pota præclarè [z] ciet menses. Ptisanæ quæ ex hordeo fit, laudes [A] vno volumine [36] condidit Hippocrates: quæ nunc omnes in alicam transeunt. [37] Contrà quanto innocentior est alica. Hippocrates tantùm sorbitionis gratia laudauit, quoniá lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim [38] arceret, quoniá in aluo [B] non intumesceret, quoniam facilè redderetur, & assuetis hic solus cibus in febri bis die possit dari: tantùm remotus ab istis, qui medicinam fame exercent. Sorbitionem tamen dari [39] totam vetuit, aliúdve quàm succũ ptisanæ. Item [C] quamdiu pedes frigidi essent, [40] tunc quidem nec potionem dandam. Fit & ex [D] tritico glutinosior, arteriæq; exhulceratæ vtilior. Amylon hebetat oculos, [41] & gulæ inutile, contrà quàm creditur. Item sistit aluum, epiphoras oculorum inhibet, & hulcera sanat: item pustulas & fluxiones sanguinis. Genas duras emollit. Datur cum [42] ouo his qui sanguinem reiecerint. In vesicæ verò dolore, semuncia amyli cum ouo & passi [E] tribus [43] ouis sufferuefacta, à balineo. Quin & [44] auenacea farina decocta in aceto nęuos tollit. [F] Panis [45] hic ipse, quo viuitur, innumeras penè continet medicinas. Ex aqua & oleo aut rosaceo mollit collectiones: ex aqua mulsa duritias valde mitigat. Datur & ex vino [46] ad discutienda quæ præstringi opus sit, & si magis etiamnũ, ex aceto: aduersus [47] acutas pituitæ fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant: item ad percussa, luxata. Ad omnia autem hæc [G] fermentatus, qui vocatur autopyros, vtilior. Illinitur & paronychiis, & callo pedum in aceto. Vetus aut [H] nauticus panis tusus atque iterum coctus, sistit aluũ.

I Vocis

24 polte. CH.

25 tabitudinem. M.

26 sextario Dal.

27 ouo. CH.

28 & eiusdem herba. Hæc. Vet. Corn.

29 ouo. Vet. Corn.

30 folio Coronopi hirsutiore, minore. Dios.

31 huius sesamoeidis, Dioscor.

32 Miscetur & elleboris albis vnus & dimidius obolus Purg. cũ adhibent, max. insaniæ, melãcholiæ. Vet.

33 Nouem. Dal.

34 circumagat. Dal.

35 Phœnix Dioscophynice appellatur à Gr. CH.

36 edidit. Ver.

37 Eeenimmu to Ver. in CH. deest, Contrà &, est.

38 arcet. CH.

39 in totum. M.

40 & tunc. Ver.

41 &, vacat. Dal.

42 opio. Vet. opto. CH.

43 vncijs Ver.

44 auenæ CH.

45 hic, in Vet. d.

46 ad discutiendum. Valet ad ea quæ præstr op sit, & si magis, etiamnum ex. Vet. ad discutienda, aut quæ &: vt in vulg. CH.

47 accultat. CH.

[1]Vocis[47] ſtudioſos, & contra diſtillationes, ſiccum eſſe primo cibo, vtiliſſimum eſt. Sitanius (hoc eſt è trimeſtri) in cuſſa in facie, aut deſquamata cum melle aptiſſimè curat. Candidus ægris, aqua calida frigidáve madefactus, leuiſſimum[N] cibum præbet. Oculorum tumori ex vino imponitur. Sic & puſtulis capitis, [48] aut adiecta arida myrto. Tremulis panem ex aqua eſſe ieiunis ſtatim à balineis demonſtrant. Quin & grauitatem odorum in cubiculis vſtus emendat, & [49] vini, in [50] ſaccos additus. Auxiliatur [51] & faba. Nanque ſoli da fricta, feruénſque in acre acetum cõiecta, torminibus medetur. In cibo freta, & cum allio cocta, contra deploratas tuſſes ſuppurationéſque pectorum, quotidiano cibo ſumitur: & commanducata ieiuno ore, etiam ad furunculos maturandos diſcutiendóſve imponitur: & in vino decocta, ad teſtium tumores [52] & genitalium. [L] Lomento quoque ex aceto decocto, tumores maturat atque aperit. Item liuoribus, combuſtis medetur. [M] Voci eam prodeſſe, autor eſt M. Varro. [N] Fabalium etiam ſiliquarúmque cinis, ad coxendices, & ad neruorum veteres dolores, [53] cum adipis ſuilli vetuſtate prodeſt. [O] Et per ſe corticeſ decocti ad tertias ſiſtunt aluum. Lens optima, quæ facillimè coquitur, [54] eáque quæ maximè aquam abſorbet. Aciem quidem oculorum obtundit, & ſtomachum inflat: ſed aluum ſiſtit in cibo, magiſque diſcocta cæleſti aqua: eadem ſoluit, minus percocta, [55] [P] Cruſtulas hulcerum rumpit, eáque quæ intra os ſunt, purgat & [56] adſtringit. Collectiones omnes impoſita ſedat maximéque exhulceratas & rimoſas. Oculorum autem epiphoras cum meliloto aut cotoneo. [Q] Contra ſuppurantia cum polenta imponitur. De coctæ ſuccus ad oris exhulcerationes & genitalium adhibetur: ad [R] ſedem, cum roſaceo aut cotoneo. [57] In iis, quæ acrius remedium exigunt, cum putamine Punici, melle modico adiecto. Ad id demum ne celeriter inareſcat, adiiciunt & betæ folia. Imponitur & ſtrumis paniſque, vel maturis vel matureſcentibus, ex aceto diſcocta. Rimis ex aqua mulſa: & gangrænis cum Punici tegmine. Item podagris cum polenta, & vuluis & renibus, pernionibus, hulceribus difficilè cicatricem trahẽtibus. Propter [S] diſſolutionem ſtomachi triginta grana lentis deuorantur. In choleris quoque & dyſenteria efficacior eſt in tribus aquis cocta: [58] in quo vſu melius ſemper eam torrere [59] aut tundere, vt quàm tenuiſſima detur, vel per ſe, vel cum cotoneo malo, aut pyris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni eſt inutilis, & capitis dolori, nerúoſiſque omnibus, & felli: nec ſomno facilis: ad puſtulas vtilis, igníque ſacro & [V] mammis in aqua marina decocta, in aceto autem duritias & ſtrumas diſcutit. Stomachi quidem cauſa, polentæ modo potionibus inſpergitur. Quæ ſunt ambuſta, aqua ſemicocta curat, poſteà trita, & per cribrum effuſo furfure, mox procedente curatione addito melle. Ex poſca coquitur ad [X] guttura. Eſt & paluſtris lens per ſe naſcens in aqua non [60] fluente, refrigeratoriæ naturæ: propter quod [Y] collectionibus illinitur, & maximè podagris, & per ſe & cum polenta: glutinat & [61] interanea procidentia. [Z] Eſt & ſylueſtris elelíſphacos dicta à Græcis, [62] ab aliis [63] phacos. Eſt ea ſatiua lente leuior, & folio minore, atque ſiciore & odoratiore. Eſt & alterum genus eius ſylueſtris, odore graui: hæc mitior. [aa] Folia habet cotonei mali effigie, ſed minora & candida, quæ cum ramis decoquuntur. Menſes ciet & vrinas, & paſtinacę marinæ ictus ſanat. [bb] Torporem autẽ obducit percuſſo loco. Bibitur cum abſinthio [64] ad dyſenteriam. Cum vino eadem commorantes menſes trahit: abundantes ſiſtit decocto eius poto. Per ſe impoſita herba, vulnerum ſanguinem cohibet. [65] Sanat & ſerpentium morſus. Et ſi in vino decoquatur, pruritus teſtium ſedat. Noſtri, qui nunc ſunt, herbarij elelíſphacon Græcè, Latinè ſaluiam vocant, mentæ ſimilem, canam, odoratam. Partus [66] emortuos ea appoſita [67] extrahunt: item vermes aurium hulcerúmque. Cicer & ſylueſtre eſt, foliis ſatiuo ſimile, odore [68] graui. Si largius ſumatur, aluus ſoluitur, & inflatio contrahitur, & tormina. Toſtum ſalubrius habetur. [69] [cc] Cicercula etiamnum magis in aluo proficit. Farina vtriuſque hulcera manantia capitis ſanat, efficacius ſylueſtris. Item comitiales & iocinerum tumores, & ſerpentium ictus. Ciet menſes & vrinas, grano maximè. Emendat & lichenas, & teſtium inflammationes, regium morbum, hydropicos. Lædunt omnia hæc genera exhulceratam veſicam & renes.

47 ſtudioſis. Vet. & CH.
48 aut, in CH. d.
49 iuri. CH.
50 faccis Vet.
51 morbis & faba. Vet.
52 ad genitalia. CH.
53 cum adipe ſuillo vetuſto Dal.
54 & ea quæ. CH.
55 Puſtulas. M. & CH.
56 abſtergit. CH.
57 In his, quæ acr. rẽ. exigãt. CH.
58 in vſum. CH.
59 & CH.
60 profluenti. CH.
61 puerorum enterocelas. Dioſc.
62 ab, in CH. d.
63 aphaca. Dal.
64 & dyſenteriç. CH:
65 Purgat. CH.
66 mortuos. CH.
67 Extrahit. Vet.
68 acri Dioſc.
69 Cicer ſatiuum etiãnum. Ex Dioſc.

nes. [70] Gangrænis vtiliora cum melle, & his quæ cacoethe vocantur. Verrucarum in omni genere prima Luna ſingulis granis ſingulas tangunt, eáque grana in linteolo deligata poſt ſe abiiciunt, ita fugari vitium arbitrantes. Noſtri præcipiunt arietinum in aqua [71] cum ſale diſcoquere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus vrinæ. Sic & calculos pellit, morbúmque regium. Eiuſdem foliis ſarmentíſque decoctis aqua quàm maximè calida morbos pedum [72] mollit, & ipſum calidum tritúmque illitum. Columbini decocti aqua, horrorem tertianæ & quartanæ minuere creditur. Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum, oculorum hulceribus ex paſſo [73] medetur. De eruo [74] quædam in mentione eius diximus: nec potentiam ei minorem veteres, quàm braſſicæ, tribuêre. Contra ſerpentium ictus ex aceto, [75] ad [76] crocodilorum hominúmque morſum. Si quis eruum quotidie ieiunus [77] edat, lienem eius abſumi certiſſimi autores affirmant. Farina [78] eius (vt ait Varro) maculas [79] toto corpore emendat. Serpere hulcera non patitur: in mammis efficaciſſimum. Carbunculos rumpit ex vino. Vrinæ difficultates, inflationem, vitia iocineris, teneſmon, & quæ cibum non ſentiunt, [dd] atropha appellata, toſtum, & in nucis auellanæ magnitudinem melle collectam deuoratúmque corrigit: item impetigines, ex aceto coctum, & quarto die ſolutum. Panos [80] in melle impoſitum ſuppurare prohibet. Aqua decocti pernionẽs & pruritus ſanat fouendo. Quin & vniuerſo corpori, ſi quis quotidie ieiunus biberit, meliorem fieri colorem exiſtimant. Cibis idem hominis alienum. Vomitiones mouet, aluum turbat, capiti & ſtomacho oneroſum. [ee] Genua quoque degrauat. Sed madefactum pluribus diebus, [ff] miteſcit, bubus iumentíſque vtiliſſimum. Siliquæ eius viridis, priùs quàm indureſcant, [81] cum ſuo caule foliíſque contritæ, capillos nigro colore inficiunt. [hh] Lupini quoque ſyluestres ſunt, omni modo minores ſatiuis, præterquàm amaritudine. Ex omnibus quæ eduntur, ſicco nulli minus ponderis eſt, nec plus vtilitatis. Miteſcunt cinere aut aqua [82] calidis. [83] Colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant: amari contra aſpidas valent. Hulcera [84] atra, aridi decorticatíque triti, ſuppoſito linteolo, ad viuum corpus redigunt. Strumas, parotidas in aceto cocti diſcutiunt. Succus decoctorum cum rutâ & pipere, vel in [85] febri datur ad ventris animalia pellenda, minoribus triginta annorum: pueris verò impoſiti in ventrem ieiunis proſunt. Et alio genere toſti, & in defruto poti, vel ex melle ſumpti. Iidem auiditatem cibi faciunt, faſtidium detrahunt. Farina eorum aceto ſubacti, papulas pruritúſque in balineis illita cohibet, & per ſe ſiccat hulcera. Liuores emendat. Inflammationes cum polenta ſedat. Syluestrium efficacior vis eſt contra coxendicum & lumborum debilitatem. Ex iiſdem decocta lentigines & fouentium cutem [86] corrigunt: ſi verò ad mellis craſſitudinẽ decoquantur vel ſatiui, vitiligines nigras & lepras emendant. Satiui quoque tumpunt carbunculos impoſiti: panos & ſtrumas minuunt, aut maturant. Cocti ex aceto, cicatricibus candidum colorem reddunt. Si verò cæleſti aqua diſcoquãtur, ſuccus ille ſinegma fit: [87] quo fouere gangrænas, eruptiones pituitæ, [88] hulcera manantia, vtiliſſimum. Expedit ad lienem bibere, & cum [89] melle menſtruis hærentibus. Lienicrudi [90] cum fico ſicca triti ex aceto imponuntur. Radix quoque in aqua decocta, vrinas pellit. Medentur pecori cum [91] chamæleonte herba decocti aqua in potum [92] collata. Sanant & ſcabiem quadrupedum omnium, in amurca decocti, vel [ii] vtroque liquore poſteà miſto. Fumus crematorum culices necat. Irionem inter fruges ſeſamæ ſimilem eſſe diximus, & à Græcis [kk] eryſimon vocari: Galli [93] velarum appellant. Eſt autem fruticoſum, foliis erucæ anguſtioribus paulò, ſemine naſturtij. Vtiliſſimum tuſſientibus cum melle, & in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo, & lumborum vitiis, pleuriticis torminibus, cœliacis. Illinitur verò parotidum & [ll] carcinomatum malis. Teſtium ardoribus ex aqua, aliàs cum melle. Infantibus quoque vtiliſsimum. Item ſedis vitiis & articularíis morbis, cum melle & fico. Contra venena etiam efficax [94] potum. Medetur & ſuſpirioſis: item fiſtulis, cum axungia veteri, ita ne intus addatur. Horminum ſemine (vt diximus) [mm] cumino ſimile eſt, cætero [nn] porro, dodrantali altitudine.

70 Carcinomatibus. Dioſc.
71 cum ſale, in M. d.
72 tollit. M. lenit. CH.
73 miſcetur. CH.
74 quidem. Vet.
75 & ad Dal.
76 eorum Dioſc.
77 edit. CH.
78 eius varos & maculas cutis in toto &c. Vet. & CH.
79 ex toto corp. emẽdat. M.
80 cum. Dal.
81 cum ſuſco. CH.
82 calida Vet. M.
83 Dicolores homines. M.
84 terra. Vet.
85 febritu. CH.
86 abſtergunt. Dioſc.
87 quo ſo'ẽt fou. &c. manãtia. Expedit. M.
88 hulcerum manantia expediut ad CH.
89 myrrha. Dioſc.
90 cum ficu cicatricẽ ex. CH.
91 chamæleontis radice decocti, aqua poſtea abluto. Ex Dioſc.
92 colata. M. collecta. CH.
93 velam. M velum. CH. L go. Velam alterum. Dal.
94 potu. CH.

tudine. Duorum generum alteri ſemen nigrius, & oblongum. Hoc ad Venerem [95] ſtimulandam, & ad oculorum argema & albugines. Alteri candidius ſemen & rotundius. Vtroque tuſo extrahuntur aculei ex [96] corpore: per ſe illitum ex aqua, folia ex aceto impoſita, panos per ſe, vel cum melle diſcutiunt: item furúculos, priuſquàm capita faciant, omnéſque acrimonias. Quin & ipſæ frugum peſtes in aliquo ſunt vſu. Infelix dictum eſt à Virgilio[oo] lolium. Hoc tamen molitum, ex aceto coctum, impoſitúmque ſanat impetigines, celerius, quò ſæpius mutatum eſt. Medetur & podagris, aliiſque doloribus ex oxymelite. [pp] Curatio hæc à cæteris differt. Aceti ſextario vno dilui mellis vncias duas iuſtum eſt: ita temperatis ſextariis tribus, decocta farina lolij ſextariis duobus vſq; ad craſſitudinem, calidúmque ipſum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit oſſa fracta. Miliaria appellatur herba, quæ necat milium. Hæc trita, & cornu cum vino infuſa, podagras iumentorum dicitur ſanare. Bromos ſemen eſt ſpicam ferentis herbæ: [97] naſcitur inter vitia ſegetis [98] [qq] auenæ genere: [99] folio & ſtipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes, [100] paruulas velut locuſtas habet. Semen vtile ad cataplaſmata, [101] atque hordeum & ſimilia. Prodeſt tuſſientibus ſuccus. Orobanchen appellauimus necantem eruum & leguminà: alij cynomorion eam appellant, à ſimilitudine canini genitalis: Cauliculus [102] eſt ſine foliis, pinguis, rubens. Eſtur & [103] per ſe, in patinis cùm tenera eſt decocta. Et leguminibus innaſcuntur beſtiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, [104] [rr] ſolifugarum generis. Aduerſus has omnia eadem medentur, quæ contra araneos & phalangia demonſtrantur. Et frugum quidem hęc ſunt in vſu medico. Ex iiſdem fiunt & potus, [ss] zythum in Ægypto, cælia & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura genera in Gallia, aliiſque prouinciis: quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipſum attinet, [105] præſtat ad vini tranſire mentionem, atque à vite ordiri medicinas arborum.

95 ſtimul. vtuntur. Vet. ſtimul. valet. Alij Vet
96 corpore, per ſe illito. Vet. per ſe, vel illito. Alij Vet.
97 cenſetur. Dal.
98 auenę genus. Dal.
99 folia & ſtip. trit. imitantur. CH.
100 bipedes. Dioſc.
101 ad quæ. Vet. æquè vt hordeũ. Ver.
102 eſt folio ſubpingui. Dioſc.
103 per ſe cruda & in. Dioſc.
104 ſolpugarum. vt cap 4.29.
105 præſtet. CH.

ANNOTATIONES.

a Formicas, cornices, equos, ceruos, elephantos &c.
b Ea induſtria conficitur oleum è tritico à medicamentariis.
c Aceruis tritici defoſſos & ſepultos: quas aſturia ruſticos triticum furari ſolitos Gal. ſcribit cap. 14. 1. de Nat. facult.
d Vel vt atidiora corpora humectent, vel vt eorum ſordes abſtergant.
e Humorum fluentium impreſſiones & incurſus.
f Scolopendrarum. Vide cap. 1. vltimum lib. 23. & cap. 6. vltimo lib. 29.
g Galenus lib. 2. ad Glauc. cataplaſmate ex hordeacea farina paraco diſcuti poſſe tumores ſuppuratos pollicetur, ſi exiguum pus eſt, ſi cuti vicinum, ſi tenue.
h Ad coquendum humorem, & dolorem mitigandum aptior.
i Humidior, ad ficcandum minus efficax. Quale ſit triticeſtre frumentorum, vide cap. 7. lib. 18.
k Quoniam eo loco de hordeo tractaretur, & eodem loco etiam conueniebat de iis quæ fiunt ex hordeo ſermonem haberi.
l ἄλυρον (legit Plinius ἄλφιτον) inquit Dioſcorid. ποιλίας φαπτικὸν καὶ φλεγμονὰς πραϋντικὸν, farina aluum ſiſtit & inflammationes mitigat. ὁμὴ λύσις, vel vno vocabulo ὁμάλυσις, cruda farina hordei, toſta verò ἄλφιτον, id eſt, polenta.
m In ecchymomate.
n Et Hippocrates præcipuè qui de ea librum compoſuit.
o Legiſſe viderur Plinius πρὸς τὸν ἕξιν ἀφισταμένοις, cum legendum eſſet πρὸς ὑπτιάσιν (ſub. διάθεσιν) ad tabem, quam poſtea σύντηξιν vocat: vel, πρὸς τὸν ἕξιν.
p Id præcipuè conuenit in tabe, quæ morbis pulmonis ſuccedit.
q Etiam ſacco feruens apponitur. Dioſc.
r Hoc eſt, quod Hippocrates lib. περὶ διαίτης ὀξέων, inquit: πρὸ μὲν πεπτέων πρὸ προσιόντος ὁ πυρὸς.
s μαλίνη εἶνος autore Theophraſto cap. vlt. lib. 7. vt & lotus, vna voce multa ſignificat, diuerſa viribus, locis naralibus, & vſu cibario. Nunc enim priſcis μαλίνη, ἔνομος eſt, autore etiam Gal. lib. de Aliment. & de cibis boni ac mali ſucci. Nunc verò ſemen aliud eſt quàm panicum, & milium, vtrique tamen ſimile, à colore nigro, ἀπὸ τῆ μέλανος, ſic vocatum, non à melleo ſapore ἀπὸ τὸ μέλιτος, ſuadente γλύκος, quemadmodum Plinius tradiderit, qui me l frugum vocat: niſi legamus, Panicum Dioclesmedicus melian frugem appellauit. Quidam milium nigrum eſſe putant, haud præter rationem. Quidam verò granum in Melita frequens, incolis *Cumeno* dictum, Canaritis iuſtus familiare, Maſſiliæ notum, nigrum, oblongum, milio ſimile, quo Canarios paſſeres canendi ſuauitate & aſſiduitate nobiles præcipue nutriunt. Granum id cum ſeuiſſem, prodiit phalaris: vt probabile ſit, alterum melian Theophraſti, à panico diuerſum, phalarim eſſe, cuius nuſquam alibi meminit idem autor.
t Sicco ſotu calfaciendas: ἐπὶ μὲν ἀνιμάδων δὲ.
v Seſamo olim in bellariis vſi ſunt, veluti re ſuauiſſima & delicatiſſima, quod etiamnum ſic à Lucenſibus. Plaut. in Pœnulo,

Obſecro hercle, vt muſſa loquitur. Mil.
Nil niſi laſerculos, ſeſimum, papauerémque, triticum, & fractas nuces.

x Dum manditur, commiſſuris dentium inhærens.
y καθάρσεις litis & pituitæ dejectiones. Dioſc.
z Legendum, cohibet: aut hæc prorſus diuerſa eſt à phœnice Dioſcoridis, quæ in auſtero vino pota manantem vulua ſanguinem ſiſtit, & alui profluuium.
A Olim περὶ πλοιάνης inſcriptum fuit id opus, nunc verò de ratione victus in morbis acutis vocatur.
B Præſertim ſi diu cocta ſit.
C Paroxyſmorum initio.
D πρίμον vocat Dioſcor. craſſiorem tritici farinam, aliæ prope modum ſimilem.
E Quantum vacuo trium nucum putamine capitur.
F Panis facultates Dioſcorides attigit lib. 2. cap. 107.
G Non quidem fermentatum (ζυμίτην) autopyron dici vult Plinius, ſed αὐτόπυρον, id eſt confectum è farina minimè caſtrata, ſimul & fermentatum ad ea remedia commendat.
H Ammianus Marcellinus ad vſus diuturnitatem excoctum vocat buccellatum. Brod. cap. 11. 4. σκυτινὸν ὀψάριον Lucianus.
I Aut φωνάσκους, aut eos qui claram & aſſam vocem cuſtodire volunt, ne aſpera & rauca fiat: aut συμφωνιακὸν, qui canoram, ſuauem, plenam, lenem vocem ſuis modulationibus adhibere maximè nituntur & ſtudent.
K Intritam panis vocat Celſus lib. 1.
L ἐρέμβη, propriè freſa faba, in faba eſt, quod χένδρος & πλοιάνη in frumentis. Dicitur tamen de iride & priſſana Pauſo lib. 3. ca. 25. Hippocrati lib. περὶ γυναικείων, de hordeo. Gal. lib. 1. de alimentis, de cicere. Lomentum verò πυκτὸν ἄλυρον. idem & λινοῦ & dicebatur, quamuis & λίκυθον de Orobo Pauſus cap. 80. lib. 3. de priſſana Hippocrat. dicto loco vſurpatine. Gal. lib. περὶ ὑγροῦ &c. Ἔλυς dici vult cibum paratum ex leguminibus freſis: λίκυθον verò ex iiſdem in farinam tritis, in aqua coctis, pingui conditis. Inde λικυθᾶν, qui ea vendunt pulmenta.
M Probabile id, quoniam tuſſi medetur.
N Fabalia Plinius hic vocat, quos ſabarii culmos Columel. dicit.
O Longè plures ad varios morbos & fabæ, & eius farinæ, ex corticis facultates Dioſcorides memorat.
P Quæ inuſtis ferro candenti aut cauſtico partibus fiunt.

Q Diſcu

Q Diſcutiendis tumoribus, qui ad ſuppurationem vertuntur, neſu, putrent.
R Inflammatam. Dioſcor.
S Subuerſionem, ἀνατροπὴν. Dioſcor.
T Somnia tumultuoſa facit.
V τοῖς μικτοῖς χυμοῖς, πρὸς συστροφὰς ἐπιτήδειον grumoſo & concreto lacte duris, & nimia copia lac profundentibus. Dioſcor.
X Bronchocelas.
Y τοῖς φλεγμονικοῖς, inflammationibus. Dioſcor.
Z Eſt & ſylueſtris phacos Græcis dictus, ab aliis Aphace. Ea eſt ſatiua lente altior, folio tenui. Eleliſphacos folia habet coronæ mali effigie, ſed minora, cădida, longiora, aſperiora, odorata. Hæc mitior. Eſt & alterum genus eius ſylueſtre, odore graui. Folia cum ramis decoquuntur. Corruptiſſimus hic locus ex Dioſcoride ſic eſt reſtituendus. Quam ſylueſtrem vocat, σφάκελον Theophraſti eſſe puto.
aa Hæc eſt apud Dioſcoridem hiſtoria ſaluiæ, quam cum phaco & aphaca ineptè confundit.
bb Hoc de ictu paſtinacæ intelligi poteſt, quod magis placet, & de ſaluiæ remedio. Dioſcorides radium paſtinacæ mitigare dentium dolorem tradit, illoſque frangere & eiicere.
cc Lathyrus Græcorum.
dd Atrophos idem lib. 28. ca. 9. ab imbecillitate vires recolligentes exponit.
ee Graues genuum dolores excitar. In Æno mulieres quę ac viri qui leguminibus victitarunt, eruum impotentia vexati ſunt, nec ab eo morbo ſanati. Qui autem eruum eſitarunt, genuum dolor afflixit. Hipp. 6. Epid. Sect. 4.
ff Erui grana vberiora & candidiora aqua permiſcenda macerantur Dioſcoridi, & vbi ſatis aquæ combiberint torrentur, quo ad rumpatur hians cortex: moluntur: inde farina fit.
gg Color in capillis niger non tantùm à viris cauęſcentibus expetebatur, vt ſenectutis vitium diſſimularent, ſed etiam à mulieribus, quòd matronæ ſpectatæ pudicitiæ nigro capillo, toga longè ac late fuſa, & ad talos demiſſa, ſtola, flammeo, vittis & reticulo ſe ornarent: meretrices verò flauo capillo, togáque ſubducta, ſtola pulla abſque vittis & flammeo inter noſcerentur. Alex. ab. Alex. cap. 18. lib. 5.
hh Galenus lupinos ſylueſtres ſatiuis eſſe πικρότερους ſcribit Dioſcorides vero μικροτέρους.
ii Amurcæ & decocti chamæleontis.
kk Plinius admodum inconſideratè eryſimon herbam deſcriptam à Dioſcoride, confundit cùm eryſimo fruge à Theophraſto memorato cap. 17. lib. 2. & cap. 19. lib. 6. de Cauſſis plantarum item cap. 7. lib. 8. hiſt.
ll Cæcorum, occultorum: de quibus aphor. 38. lib. 6. ἀφορίζων. Dioſcor.
mm Satiuum ſemen edit nigrum & oblongum: ſylueſtre verò fuſcum & rotundum. Dioſc. Theophraſtus ſatiui ſemen cum cumino comparat.
nn Plinius pro πρασίου legit πράσου.
oo *Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.*
Lolum pani admixtum vertiginem capitis facit & grauedinem: vnde prouerbium, lolio victitare. In balnea cùm frequentior turba concurreret, quàm vt balneatores ſufficerẽt, vt ingruentę vim hominum ſummouerent, lolium carbonibus iniiciebant, cuius odore populus vexatus diffugeret. Alex. ab. Alex. cap. 20. 4. Plaut. in Milite,

Mirum eſt lolio te victitare, tam vili tritico! Pa. *quid iam?* Sc. *quia lætificoſus.* Ouid. 1. Faſt.

Et careant lolijs oculos vitiantibus ægri.

Polit. cap. 68. Miſcell.
pp Ratio hæc. Aceti ſextario vno diluuntur mellis vnciæ duæ. (ſic & CH. cætera vt in vulg. niſi quod, calidúque imponi, expuncto τῷ, ipſum, habet.) Iuſtum eſt ita temperatis ſextariis tribus decoctæ farinæ, lolij addere vſque ad craſſitudinem, calidumque ipſum (alij calidamque ipſam) &c. Cornarius ex vetuſto.
qq Ægilopem quidem auenæ perſimilem, certum eſt ſegetis hordeacęæ vitium eſſe, quoniam in eam nimia vligine hordeum degenerat, non alterer quàm triticum in lolium. At auena peculiare genus habet, ſuoque ſemine prouenit & vtiliſſimam agricolis frugem præber.
rr Solpugæ venenatæ formicæ cap. 4. lib. 29. quarum veneno & ſcorpionum clade gens cynamolgis Æthiopiæ vicina ſublata eſt, cap. 19. lib. 8. Georgio Agricolæ poſt Solinum ſolifuga animal eſt perexiguum, aranei forma, in metallis argentariis plurimùm occultè reptans, & iis quibus prudentes ſuper ſedent, exitium afferẽs. Nominis ratio eſt quòd ſolem fugiat.
ss Sabaia in Illyricos, ex hordeo, vel tritico in liquorem verſo potio vilis Marcellino lib. 26. 1 quo Valens Imperator in obſidione Chalcedonis Sabaiarius per ludibrium vocatus eſt. Parabaia apud Pœonas. Curmi apud Barbaros quosdam. Ala Britannis à voce Danica cælatiuis Ariſtoteli, vel à bibendo vel à fordibus: βρύτον Hellanico, πίνομεν γὰρ βρύτον ἐκ τῶν βίβλων, καθάπερ οἱ βάρβαροι ἐκ τῶν κεράτων. Hecatæo, Archilocho, ὥσπερ ἀνὼρ ἄνωθε βρύτου ἢ θρᾴξ ἄνωθε ὁ φρυξ ὕδατος. Æſchylo, κἀκ τῶν ὀπίσω βρότου ἰσχναίνων χρόνῳ. Zythi meminerunt Gal. 6. Simpl. Comment. in lib. Hippocratis de ptiſſana, Ægineta, Suidas, Diodorus, qui ſcribit Bacchum ὑγρὸν τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πῶμα τὸ καλούμενον ζῦθον: Strabo lib. 17. Iſidorus. Ceruiſiam dictam volunt à Cerere: Ceriam Hiſpanicum eſſe vocabulum, niſi à cereo colore nomen impoſitum eredamus. Celiam à calfaciendo Iſidorus nuncupatam cenſet: quod parum credibile eſt. Eius meminit Florus, quo loco refert, Numantinos ſeſe prius epulis, tanquã inferiis, impleuiſſe, carnis ſemicrudæ, & cælia. Had. Iun. c. 11. 2. Apud Iureconſultos 1. 8. ff. de tritico, vino, vel oleo leg. in quibuſdam prouinciis zythum fieri ex tritico vel hordeo, vel panico, non, vt vulgò legunt, pane. Ibidem pro curmi & camum perperam legitur. Cuiacius cap. 30. lib. 11. Obſeruat.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXIII.

PROOEMIVM.

PERACTA cerealiũ in medendo quoq; natura est, omniũ que quæ ciborum aut florum odorúmque gratia proueniunt supina tellure. Non cessit his Pomona, partésq; medicas pendentibus quoque dedit, non contenta protegere, arborúmq; alere vmbra quæ diximus, imò velut indignata plus auxilij inesse his quæ longius à cælo abessent, quæque posteà cœpissent. Primũ enim [1]homini cibum fuisse inde, & sic inductos cælum [2]spectare, pascíque & nunc ex se posse sine frugibus. Ergo hercule [3]has in primis dedit vitibus, non contẽta delicias etiam & odores atque vnguenta omphacio & cœnanthe ac [a] massari (quæ suis locis diximus) nobiliter instruxisse: Plurimum, inquit, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno. Ego palmas & poma, tótque varietates: neque, vt tellus, omnia per labores, aranda tauris, terenda areis, deinde saxis, vt quando quantóve opere cibi fiant. [4] At ex me parata omnia, nec curuo [5] adoranda aratro, [6] nec cura laboranda, sed sese porrigentia vltrò: & si pigeat attingere, etiam cadentia. Certauit ipsa secum, plúsque vtilitatis causa genuit etiam, quàm voluptatis. [7] Folia vitium & pampini capitis dolores, inflammationésque corporum mitigant cum polenta. Folia per se ardores stomachi ex aqua frigida: cum farina verò hordei, articularios morbos. [8] Pampini triti & impositi, tumorem omnem siccant. Succus eorum dysentericis infusus medetur. Lacryma vitium, quæ veluti gummi est, lepras & lichenas, & psoras nitro antè præparatas sanat. Eadem cum oleo sæpius pilis illitis, psilothri effectum habet, maximéque aqua, quam virides accensæ vites exudant: qua & verrucæ tolluntur. Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectioni diluti potu prosunt. Cortex vitium & folia arida, vulnerum sanguinem sistunt, ipsúmque vulnus conglutinant. [9] Vitis albæ viridis tusæ succo & thure impetigines tolluntur. Cinis sarmentorum vitiúmque & vinaceorum condylomatis & sedis vitiis medetur ex aceto: item luxatis & ambustis, & lienis tumori, cum rosaceo & ruta & aceto. Item igni sacro ex vino citra oleum aspergitur: & intertrigines & pilos absumit. Dant & bibendum cinerem sarmentorum ad lienis remedia aceto conspersum, ita vt bini cyathi in tepida aqua bibantur, vtq; qui biberit, in lienem iaceat. Clauiculæ ipsæ, quibus repunt vites, tritæ, & ex aqua potæ, sistunt vomitionum consuetudinem. Cinis vitium cum axungia vetere contra tumores proficit, fistulas purgat, mox & persanat: item neruorum dolores frigore ortos, contractionésque: contusas verò partes [10] cum oleo: carnes excrescentes in ossibus cum aceto & nitro: scorpionum & canum plagas cum oleo. Corticis per se cinis combustis pilos reddit.

Ompha

1 hominibus. Vet.
2 spectasse. Vet.
3 has partes in M. Ergo hercule artes in, CH.
4 At, in M.d.
5 adaranda Ver. exorauda Dal. ideſt, impetranda.
6 Hęc tria verba, nec cura laboranda, in M. desiunt. Et videntur adiecta à quodã, qui pro, curuo, cura, & pro, adoranda, laborãda reponere voluit.
7 Folio vitium & pãpino. M.
8 caprioli. Dioſc.
9 Hęc clauſula in M. ſi.
10 vel cum. CH.

Omphacium qua fieret ratione incipientis vuæ pubertate, in vnguentorum loco docuimus. Nunc ad medicinam de eo pertinentia indicabimus. Sanat ea, quæ in [11] humido sunt, hulcera, vteris, tonsillarum, genitalium. Oculorum claritati plurimum cõfert. Scabritiæ genarum, hulceribúsque angulorum, nũbeculis, hulceribus quacunque in parte manantibus, cicatricibus marcidis, ossibus [12] purulentè limosis. [13] Frangitur vehementia eius melle aut passo. Prodest & dysentericis, sanguinem excreantibus, [14] anginis. Omphacio cohæret cœnanthe, quam vites syluestres ferunt, dicta à nobis in vnguenti ratione. Laudatissima in Syria, maximè circa Antiochiæ & Laodiceæ [15] montes: & ex alba vite refrigerat, adstringit, vulneribus inspergitur, stomacho illinitur, vtilis [16] vrinæ iocineri, capitis doloribus, dysentericis, [17] cœliacis, cholericis. Contra [18] fastidia obolo [b] ex aceto pota. Siccat manantes capitis eruptiones, efficacissima ad vitia quæ sunt in humidis: [19] ideóque & oris hulceribus, & verendis, ac sedi. Cum melle & croco aluum sistit. Genarum [20] scabiem emendat, oculorúmque lacrymationes: ex vino stomachi dissolutionem: ex aqua frigida pota sanguinis [21] excreationem. Cinis eius ad collyria, & ad hulcera purganda, & paronychia, & pterygia probatur. Vritur in furno, donec panis percoquatur. Massaris [c] odoribus tantùm gignitur, omniáque ea auiditas humani ingenij nobilitauit, rapere [d] festinando.

11 humidis. Dal. vt mox. humore sint. CH.
12 purulentis & lim. Ver.
13 Mitigatur. CH.
14 anginis, in M.d.
15 montes, & ex alba vite. Refrigerat. Ver.
16 ciędæ vrinæ. Dioſcor. vrinæ, iocineris, capitis dolori. CH.
17 hæc duo verba in M.d.
18 fastidia & acorem ſtomachi obolo pota. Dioſc.
19 ideo &. CH.
20 ſcabriciem. M.
21 excreationes. CH.

ANNOTATIONES.

a Oenanthe Aphricana. Vide cap. vlt. lib. 12.
b Et acorem ſtomachi. Dioſcor. Voce ἰξιώνια Plinius deceptus est.
c Eam tamen ad medicos tantùm pertinere ſcribit ca. 28. li. 12.
d Priusquam flos in fructum transeat.

De medicinis vuarum recentium, & ſarmentis vuarum, & vinaceis, & de vua theriace, & de vua paſta, & aſtaphide, & aſtaphide agria, pituitaria, & labruſca, & de vite alba & nigra, & de muſtis, & vini generibus, & aceto.

CAP. I.

MAturescentium autem [1] vuæ vehementiores nigræ, ideóque vinum ex his minus iucundum: suauiores albæ, quoniam [2] è translucido facilius accipitur aër. Recentes stomachum [3] & spiritum [4] inflant, aluúmque turbant: itaq; in febri damnantur vtiq; largiores. Grauedinem enim [5] capiti, morbúmque [6] lethargicum faciunt. Innocentiores, quæ decerptæ diu pependere: qua ventilatione etiam vtiles fiunt stomacho, ægríq;. Nam & refrigerant leuiter, & fastidium auferunt. Quæ autem in [7] vino dulci cõditę fuere, caput tentant. Proximæ [8] sunt pensilibus [a] in palea seruatę. Nam in vinaceis seruatę, & caput & vesicam & stomachum infestant. Sistunt tamen aluum, sanguinem excreãtibus vtilissimæ. Quæ verò in musto fuere, peiorem vim etiamnum habent, quàm quę in vinaceis. Sapa quoque stomacho inutiles facit: saluberrimas putant medici in cęlesti aqua seruãtas, etiamsi minimè iucundas: sed voluptatem earum in [b] stomachi ardore sentiri, & in [9] amaritudine iecoris fellísque vomitione in choleris, hydropicis, cum ardore febrium ægrotantibus. At in ollis seruatæ, & os & stomachum & auiditatem excitant. Paulò tamen grauiores existimantur fieri vinaceorum halitu. Vuæ florem in cibis si edêre gallinacei, vuas non attingunt. Sarmenta earum in quibus acini fuere, adstringendi vim habent, efficaciora ex ollis. Nuclei acinorum eandem vim obtinent. Hi sunt, qui in vino [10] capitis dolorem faciunt. Tosti tritíque stomacho vtiles sunt. Inspergitur farina eorum polentæ modo [11] potionis dysentericis, & cœliacis, [12] & dissolutis stomacho. Decocto etiã eorum fouere psoras & pruritum, vtile est. Vinacei per se, minus capiti aut vesicæ nocent; quàm nuclei: mammarum [c] inflammationi triti cum sale vtiles. Decoctum eorum veteres dysentericos [d] & cœliacos iuuat & potione, & fotu. Vua theriace, de qua suo loco diximus, contra serpentium ictus estur. Pampinos quoque eius edendos censent, imponendosq;, vinúmque & acetum ex his factum auxiliarem contra eadem vim [13] habent. Vua passa, quam astaphida vocant, stomachum, vẽtrem, [14] interanea [e] tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis exemptis, vesicæ vtilis habetur, [15] & tussi

1 vuarum. Vet.
2 à lucido. M.
3 spiritu. Alij.
4 inflatione aluum turbant. CH.
5 capitis. Ver.
6 lethargum. CH.
7 vino, & dulci. Ver.
8 à. CH.
9 amaritudine oris fellisque. Ver.
10 capiti dol. faciunt. CH.
11 potioni, in dyſ. Dal. potionis, & dyſ. CH.
12 & dissoluto. CH.
13 habet. M. & CH.
14 & int. CH.
15 sed Dal.

alba vtilior. Vtilis & arteriæ & renibus, ſicut ex his paſſum priuatim è ſerpentibus contra[16] hæmorrhoida potens. Teſtium inflammationi cum farina cumini aut[17] coriandri imponuntur: item carbunculis, articularibus morbis, ſine nucleis tritæ cum ruta: fouere antè vino hulcera oportet.[18] Sanant epinyctidas & dyſenteriam cum ſuis nucleis. Et in oleo coctæ gangrænis illinuntur cum cortice rhaphani & melle. Podagris & vnguium mobilibus cum panace, & perſe ad purgandum os capútque, cum pipere commanducantur. Aſtaphis agria ſiue ſtaphis, quam vuam[f] taminiam aliqui vocant falsò, (ſuum enim genus habet, cauliculis nigris rectis, foliis labruſcæ) fert folliculos verius, quàm acinos, virides, ſimiles ciceri: in his nucleum triangulum. Matureſcit cum vindemia nigreſcítque, cùm taminiæ rubentes[g] norimus acinos: ſciamúſque illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis. His nucleis ad purgationem vti non cenſuerim propter ancipitem ſtrangulationem: nec ad pituitam oris[19] ſiccandam:[20] fauces enim lædunt. Phthiriaſi caput & reliquum corpus liberant triti, facilius admiſta ſandaracha: item pruritu & pſoris. Ad dentium dolores decoquuntur in aceto: ad aurium vitia,[21] rheumatiſmum[h] cicatricum,[22] hulcerum manantia. Flos tritus in vino contra ſerpentes bibitur: ſemen[23] enim abdicauerim, propter nimiam vim ardoris. Quidam eam[24] pituitariam vocant, & plagis ſerpentium vtique illinunt. Labruſca quoque œnanthen fert, ſatis[25] dictam, quæ à Græcis ampelos agria appellatur, ſpiſſis & candicantibus foliis, geniculata, rimoſo cortice: fert vuas rubentes cocci modo, quæ cutem in facie mulierum purgant,[26] & variis coxendicum & lumborum vitiis tuſæ cum foliis & ſucco proſunt. Radix decocta in aqua, pota in vini Coi cyathis duobus,[27] humorem alui ciet: ideo hydropicis datur. Hanc potius crediderim eſſe, quam vulgus vuam taminiam vocat. Vtuntur ea pro amuleto: & ad[i] expuitionem[28] ſanguinis quoque adhibent,[29] non vltra gargarizationes, & ne quid deuoretur, addito ſale, thymo, aceto mulſo.[30] Ideo & purgationibus ancipitem putant. [k] Eſt huic ſimilis, ſed in ſalictis naſcens: ideo diſtinguitur nomine, cùm eoſdem vſus habeat, & ſalicaſtrum vocatur. Scabiem & pruriginem hominum quadrupedúmque aceto mulſo trita hæc efficaciùs tollit. Vitis alba eſt, quam Græci ampeloleucen, alij[31] ophioſtaphylon, alij melothron, alij pſilothrum, alij archezoſtin, alij cedroſtin, alij madon appellant. Huius ſarmenta longis & exilibus internodiis geniculata ſcandunt. Folia pampinoſa ad magnitudinem ederæ, diuiduntur vt vitium. Radix alba, grandis, rhaphano ſimilis initio: ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt.[32] Hi decocti in cibo alium & vrinam cient. Folia & caules exhulcerant corpus: vtique hulcerum phagedænis & gangrænis, tibiarúmque[33] rædio cum ſale illinuntur.[34] Semen in vua raris acinis dependet, ſucco rubente, poſteà croci. Nouere id qui coria perficiunt: illo enim vtuntur. Pſoris & lepris illinitur. Lactis abundantiam facit coctum cum tritico, porúmque. Radix numeroſis vtilitatibus nobilis, contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie, varóſque & lentigines, & ſuggillata emendat, & cicatrices. Eadémque præſtat decocta in[35] oleo. Decoctæ datur & comitialibus potus: item mente commotis,[36] & vertigine laborantibus, drachmæ pondere quotidie anno toto. Etipſa autem largior aliquanto, ſenſus[37] purgat. Illa vis præclara, quòd oſſa infracta[38] extrahit in aqua impoſita, vt bryonia: quare quidam hanc albam[39] bryoniam vocant.[40] Alia verò nigra efficacior in eodem vſu cum melle & thure. Suppurationes incipientes diſcutit, veteres maturat & purgat. Ciet menſes & vrinam. Ecligma ex ea fit ſuſpirioſis, & contra lateris dolores, vulſis,[41] ruptis. Splenem ternis obolis pota triginta diebus conſumit. Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum. Ex vino ſecundas fœminarum appoſita trahit: & pituitam, drachma pota in aqua[42] mulſa. Succus radicis colligi debet ante maturitatem ſeminis: qui illitus per ſe & cum eruo, lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora:[43] ſerpentes fugat. Tunditur ipſa radix cum pingui fico, erugátque corpus ſi ſtatim bina ſtadia ambulentur: aliàs vrit, niſi[44] frigida abluatur. Iucundius hoc idem præſtat nigra vitis: quoniam alba pruritum affert. Eſt ergo & nigra, quam propriè bryoniam vocant, alij Chironiam, alij gynecanthen, aut apro-

niam

16 hæmorrhoidam.
17 fabarum. Dioſco.
18 Sic ſanãt &. Dioſ.
19 ciendam, Vet. eiiandam.
20 quæ fauces lædit. CH. vrunt. Dioſ.
21 rheumatiſmũ gingiuarum, & vicerã oris depaſcentia Dioſ.
22 hulcer: Vet.
23 enim, in M. d. leg. etiam.
24 pedicularem. Vet.
25 dictã. Quæ à Vet.
26 & varos: coxendicum. Vet.
27 aquoſa purgat. Dioſco.
28 ſanis. Vet.
29 & vitra ad garg. Dal.
30 Idem. M. Eandẽ.
31 ſtaphylen. CH.
32 Idem coẽi. CH.
33 putridis. Dioſc.
34 Fructus. Dal.
35 oleo. Datur & comi in poti.
36 aut. CH.
37 turbat Ex Dioſc.
38 extrahit trita in aqua & impoſita. Dioſcor.
39 vt & bryon Vet.
40 Alba verò &c. Vet Aliam verò nigrim. efficaciorem in eodem vſu Cum melle & thure iuppurationes Vet.
41 corruptis. CH.
42 mulſa ſuccus radicis. Colligi debet vereſqui. &c. Dioſco.
43 Hæc duo verba ſit peruncta ſunt, nec in M legnntur.
44 frigida ſtatim abluatur. Vet.

niam,[45] ſimilem priori, præterquàm colore. Huius enim nigrum eſſe diximus. Aſparagos eius Diocles prætulit veris aſparagis in cibo vrinæ ciendæ, lienſque minuendo. In frutectis & harundinetis maximè naſcitur. Radix foris nigra, intus buxeo colore, oſſa infracta vel[46] efficacius extrahit, quàm ſuprà dicta. Cæterùm eidem peculiare eſt, quòd iumentorum ceruicibus vnicè medetur. Aiunt ſi quis[47] villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutáſque fieri villaticas alites. Eadem in iumento hominéque phlegma, aut ſanguinem, qui ſe[l] ad talos deiecerit, circunligata ſanat. Et hactenus de vitium generibus. Muſta differentias habent naturales has, quòd ſunt candida, aut nigra, aut inter vtrunque: aliáque, ex quibus vinum fiat, alia ex quibus paſſum: cura differentias innumerabiles facit. In plenum ergo hæc dixiſſe conueniat. Muſtum omne ſtomacho inutile, venis iucundum. A balineis raptim & ſine interſpiratione potum, necat. Cantharidum naturæ aduerſatur. Item ſerpentibus, maximè hæmorrhoidi & ſalamandræ. Capitis dolores facit, & gutturi inutile. Prodeſt renibus, iocineri, & interaneis veſicæ: colleuat enim ea. Priuatim contra bupreſtin valet. Contra meconium, lactis coagulationem, cicutam, toxica, dorycnium, ex oleo potum, reddiúmque vomitionibus. Ad omnia infirmius album, iucundius paſſi muſtum, & quòd minorem capitis dolorem afferat. Vini genera differentiáſque perquàm multas expoſuimus, & ferè cuiuſque proprietates. Neque eſt vlla pars difficilior tractatu, aut numeroſior: quippe cùm ſit tardum dictu, pluribus proſit an noceat: præterea quàm ancipiti euentu potu ſtatim auxilium ſit, aut venenum. Etenim de natura[48] ad remedia tantùm pertinente nunc loquimur. Vnum de dando eo volumen Aſclepiades condidit, ab eo cognominatum: qui verò poſteà de volumine illo diſſeruere,[49] innumera. Nos iſta Romana grauitate, artiúmque liberalium appetentia, non vt medici, ſed vt[50] iudices ſalutis humanæ, diligenter diſtinguemus. De generibus ſingulis differere immenſum & inexplicabile eſt, diſcordibus medicorum ſententiis Surrentinum veteres maximè probauere: ſequens ætas Albanum aut Falernum.[51] Deinde alia alij, iniquiſſimo genere decreti, quod cuiq; gratiſſimum cæteris omnibus[52] pronuntiando. Quin vt[54] conſtarent ſententiæ, quota portio tamen mortalium[53] iis generibus poſſet vti? Iam verò nec proceres[55] vſquam ſynceris. Eò venêre mores,[m] vt nomina modò cellarum væneant, ſtatímque in lacubus vindemiæ adulterentur. Ergo hercle, mirum dictu, innocentius iam eſt quodcunque & ingnobilius. Hæc tamen facere conſtantiſſimè videntur ſententiæ[56] victoriam, quorum mentionem fecimus, ſi quis hoc quoque diſcrimen[57] exigat. Falernum nec in nouitate, nec in nimia vetuſtate corpori ſalubre eſt. Media eius ætas à quintodecimo anno incipit.[58] Hoc non rigido potu ſtomacho vtile, nõ ietm in calido. Et in diutina tuſſi ſorbetur merum vtiliter à ieiunis: item in quartanis. Nullo æquè venæ excitantur. Aluum ſiſtit, corpus alit. Creditum eſt obſcuritatem viſus facere:[59] nec prodeſſe neruis, aut veſicæ. Albana neruis vtiliora. Stomacho minus, quæ ſunt dulcia: auſtera vel Falerno vtiliora. Concoctionem minus adiuuant: ſtomachum modicè implent. At Surrentina nullo modo,[60] nec caput tentant: ſtomachi & inteſtinorũ rheumatiſmos cohibent.[61] Cæcuba iam non gignuntur. At quæ ſuperſunt Setina, cibos concoqui cogunt. Vitium plus Surrentino, auſteritatis Albano, vehementiæ[62] minus Falerno. Ab his Statana nõ longo interuallo abfuerint. Aluo citæ Signinum maximè conducere indubitatum eſt. Reliqua in commune dicentur. Vino aluntur vires, ſanguis colóſque hominum. Hoc quoque diſtat orbis medius, & mitior plaga à[63] circumiectis: quantùm illis feritas facit roboris, tantùm nobis hic ſuccus.[64] Lactis potus oſſa alit, frugum neruos,[65] aquæ carnes. Ideo minus roboris eſt in corporibus illis, & minus roboris, contraq; labores patientiæ. Vino modico nerui iuuantur, copioſiore læduntur: ſic & oculi. Stomachus recreatur:[66] apperentia cibo rum inuitatur: triſtitia & cura hebetatur: vrina & algor expellitur: ſomnus conciliatur. Præterea vomitiones ſiſtit: collectiones extrà lanis humidis impoſitis mitigat. Aſclepiades vtilitatem vini æquari vix Deorũ potentia poſſe pronuntiauit. Vetus copioſiore aqua miſcetur, magíſque vrinam expellit: minus ſiti reſiſtit. Dulce minus inebriat, ſed ſtoma-

45 ſimili ut. præt. aci ni colore. Dal.
46 inefficacius. Dioſ.
47 in villa extruxerit. M. villam ea cinxerit. Alij.
48 quæ ad rem. tan. pertinet. M.
49 innumeri. Vet.
50 indices. Chiffl.
51 Et deinde. CH.
52 præferendo. Vet. præponendo. Alij Vet.
53 his. CH.
54 conſtent. Vet.
55 vnquam. M.
56 victoriã, in CH. d.
57 exigit. M. & CH.
58 Hoc non frigido ſtomacho potu inutile: non idem. M.
59 necnon. CH.
60 nec, in Vet. d.
61 Cæcubum iam nõ gignitur.
62 minus quàm Falerno. Vet. minus Falerno habent. CH.
63 circumiectis. CH.
64 lactus. CH. fortaſſis, lactens
65 aqua. CH.
66 & appet. CH.

cho innatat:austerum facilius concoquitur. Leuissimum est, quod celerrimè inueteratur. Minus infestat neruos, quod vetustate dulcescit. Stomacho minus vtile est pingue, [n] nigrum, sed corpora magis alit. Tenue & austerum minus alit, magis stomachum nutrit. Celeriùs per vrinam transit, [67] tantóque magis capita tentat: hoc & in omni alio succo semel dictum sit. [68] Vinum si sit [o] fumo inueteratum, insaluberrimum est. Mangones ista in apothecis excogitauere. Iam & patresfamilias ætatem [69] ademere his, quæ per se [p] cariem traxere. Quo certè vocabulo satis [q] consilij dedere prisci: [70] quoniam & in materiis cariem fumus erodit. at nos è diuerso fumi amaritudine vetustatem [71] indui persuasum habemus. Quæ sunt admodum exalbida, hæc vetustate [72] salubria fiunt. Quò generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit, & in amaritudinem corpori minimè vtilem coit. Condire eo aliud minus annosum, insalubre est. [73] Sua cuique vino [r] salua innocentissima, sua cuique ætas gratissima, hoc est, media. Corpus augere [s] volentibus, aut mollire aluum, conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus aluúmque cohibentibus, sitire in edendo, posteà parum bibere. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento, [t] inutilissimum est. Curas vigorémque animi impendit, ad procinctum tendentibus: somno [74] verò ac securitatibus iamdudum hoc [75] fuit, quod Homerica illa Helena ante cibum ministrauit. Sic quoq; in prouerbium cessit, [u] sapientiâ vino obumbrari. Vino [76] debemus homines, quod soli animalium non sitientes bibimus. Aquæ potum interponere vtilissimum: Itémque [77] iugi superbibere ebrietati: quam quidem frigidæ potus extemplo discutit. Meracis potionibus per viginti dies ante canis ortum, [x] totidémque posteà, suadet Hesiodus vti. Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum viuum, apes, vespas, crabrones, phalangia, serpentium scorpionúmque ictus, contráque omnia quæ refrigerando [78] nocent. Priuatim contra hæmorrhoidas, præsteras, fungos. Item contra inflationes rosionésque præcordiorum, & quorum stomachus in vomitiones effunditur: & si venter aut interanea rheumatismú sentiant. Dysentericis, sudatoribus, [79] in longa tussi, in epiphoris, [y] meracum. At verò cardiacis, in mamma læua merum in spongia imponi prodest. Ad omnia autem maximè album [80] inueterascens. Vtiliter etiam fouetur vino calido virilitas [81] iumentis: quo etiam infuso cornu lassitudinem auferri aiunt. Simias, quadrupedésque quibus digiti sunt, negant crescere assuetas meri [82] potu. Nunc circa ægritudines sermo de vinis erit. Saluberrimum [z] liberaliter genitis, Campaniæ quodcunque tenuissimum: vulgo verò, quod quenque maximè [83] iuuerit validum. Vtilissimum omnibus sacco viribus [A] fractis. Meminerimus succum esse, qui feruendo vires [84] è musto sibi fecerit. Misceri plura genera, omnibus inutile. Saluberrimum, cui nihil in musto additum est: meliúsque, si nec vasis pix affuit. Marmore enim & gypso aut calce condita, quis non etiam validus expauerit? In primis igitur vinum marina aqua [85] factum, inutile est stomacho, neruis, uesicæ. Resina condita, frigidis stomachis vtilia [86] existimantur. Non expedire [87] vomitoribus, sicut neque mustum, neque [88] sapa, neque passum. Nouitium resinatum nulli conducit. Capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta [B] crapula est. Tussientibus & in rheumatismo [89] nominata prosunt. Item cœliacis & dysentericis, mulierum mensibus. In hoc genere rubrum nigrúm ve magis constringit, magísque calfacit. Innocentius pice sola conditum. Sed & picem meminisse debemus, non aliud esse, quàm combustæ resinæ fluxum. Hoc genus vini excalfacit, concoquit, purgat: pectori, ventri vtile: item vuluarum dolori, si sine febre sint, veteri rheumtismo: [C] exhulcerationi, ruptis conuulsis, vomicis, neruorum infirmitati, inflationibus, tussi, anhelationibus, luxatis, in succida lana impositum. Ad omnia hæc vtilius id, quod sponte naturæ suæ [90] picem resipit, [D] picatúmque appellatur. [E] Heluenanco quoque tamen nimio caput tentari conuenit. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in [91] febre, nisi [F] veteribus ægris, [92] vinum: nec nisi declinante morbo. In acutis verò periculis, nullis nisi qui manifestas remissiones habeant, & has noctu potius. [G] dimidia enim pars periculi [93] est noctu, hoc est spe somni, bibentibus: nec à partu abortúve, nec [H] à libidine ægrotantibus, nec in capitis

67 tanto magis. CH.
68 Vinum Situinum fumo. CH. & in lemmate hic apposito, De vino Situino med
69 addunt his quæ per se ea trahût CH.
70 Cæterum in mat. Ver.
71 induci. Vet.
72 insalubria. CH.
73 Hæc prima dimidiata clausula deest in. CH.
74 verò accommodatiam ac securicati. Iamdudum, Erasmus.
75 profuit. Vet.
76 demus. CH.
77 iugiter. Vet, iuge superbibere Ebrietatem quidem frigidæ. CH.
78 necant. Dioscor.
79 à longa. CH.
80 inueterescẽs. CH.
81 iumentis: infusa cornus lassitudinem auferunt. CH.
82 potui. Vet.
83 iuuerit. Validum vtilissimũ omnibus. Vet.
84 in musto sibi facit. Vet.
85 fractum. Vet.
86 existimantur, sed non. Vet.
87 vomitionibus. CH.
88 sapam. Vet.
89 resinata. Dioscor.
90 plotum. CH.
91 febri. CH.
92 vinum, in CH. d.
93 abest. Vet.

in capitis doloribus, nec quorum accessiones cum frigore extremitatum fiant, nec in febri tussientibus, nec [94] in [I] tremore neruorúmque doloribus vel faucium, aut si vis morbi circa [95] illa intetlligatur, nec in duritia præcordiorum [96] [K] venarum vehementia, neque in opisthotono, tetano nec [L] singultientibus nec si cum [97] febre dyspnœa sit. Minimę verò oculis rigentibus, & genis stantibus, aut defectis grauibúsque: nec quorum conniuentium [M] perlucebunt oculi, neu [98] palpebris nõ coëuntibus, vel si dormientibus hoc idem [99] euenit: aut si cruore suffundũtur oculi, vel si lemæ in oculis erunt. Minimè lingua fungosa, [100] nec graui, & subinde imperfecta loquentibus: nec si vrina difficilè reddetur, neque expauescentibus repentè, nec spasticis, aut rursus torpentibus, nec si per somnos genitura [101] effundetur. Cardiacorum morbo vnicam spem [102] in vino esse certum est. Sed id dandum quidam non nisi in accessione censent, [103] alij non nisi in remissione. Illi, vt sudorem coerceant: hi, quia tutius putant, minuente se morbo: quam plurium sententiam esse video. Dari vtique non nisi in cibo debet [N] nec à somno, nec præcedente alio potu: hoc est, [104] vtique sitienti, nec nisi in desperatione [105] supremа: & viro facilius quàm fœminæ: seni, quàm iuueni: iuueni, quàm puero: hyeme, quàm æstate: assuetis potius, quàm expertibus. Modus dãdi pro vehementia vini: item [106] mistura. Atque vulgò satis putant vnum vini cyathum duobus aquæ miscери. Si dissolutio sit stomachi, [107] dandum: [108] & si cibus non descendat. Inter vini genera, quæ fingi docuimus, nec fieri iam arbitror, & superuacaneum eorum [109] vsum, cùm ipsis rebus, ex quibus finguntur, doceamus vti. Et aliâs modum excesserat medicorum in his ostentatio, veluti è napis vinum vtile [*] esse ab armorum equitandíve lassitudine præcipientium, atque vt reliqua omittamus, etiam è iunipero. Et quis satius censeat, absinthite vino vtendum potius, quàm absinthio ipso? In reliquis omittetur & [O] palmeum, capiti noxium, ventríque tantùm molliendo, & sanguinem [110] excreantibus non inutile. Fictitium non potest videri, quod bion appellauimus, cùm sit in eo sola pro arte festinatio. Prodest stomacho dissoluto, aut cibos nõ perficienti, [P] prægnantibus, defectis, paralyticis, tremulis, vertigini, tõminibus, ischiadicis. In [Q] pestilentia quoque ac peregrinationibus, vim magnam auxiliandi habere dicitur. Vini etiam vitium transit in remedia. Aceto summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutiendo: ita fit vt [111] infusum terræ spumet. Dictum est sæpius, dicetúrque [112] quoties cum aliis prosit. Per se hausturn fastidia discutit, singultus [113] cohibet, sternutamenta olfactu. Vim in balineis æstus arcet, si contineatur ore. Quin & cum aqua [114] bibitur. Multorum stomacho vtiliter gargarizatur: cum eadem [R] conualescentium & à Solis ardoribus. [S] Oculis quoque illo modo [115] saluberrimũ. Plurimũ fotu medetur [116] post [T] vredines. Item lepris, furfuribus, hulceribus manantibus, canis morsibus, scorpionum ictibus, scolopendrarum, muris aranei: contráque omnium [117] aculeatorum venena & pruritus. Item contra [V] multipedæ [118] morsum. Calidum in spongia [119] appositum, adiecto sulphuris sextante sextariis tribus aceti, aut hyssopi [120] fasciculo, medetur sedis vitiis. In sanguinis fluxione [121] post excisos calculos, [122] & omni alia, foris in spongia [X] impositum, intus potum cyathis binis quàm acerrimum. Conglobatum vtique sanguinẽ discutit. Contra lichenas & bibitur, & imponitur. Sistit [123] aluos, & rheumatismos interaneorum infusum: item procidẽtia sedis [124] vuluæq; [Y] Tussim veterem [125] inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœá, dẽtium labefactationem. Vesicæ nocet, neruorúmque infirmitatibus. Nescière medici, quantum cõtra aspidas polleret. Nuper ab aspide calcata percussus vtrem aceti ferẽs, quoties deposuisset, sentiebat ictum, aliâs illæso similis. Intellectum ibi remedium est, potuq; succursum. Neque [126] altero os colluunt venena exugentes. In totum domitrix vis hæc non ciborum modò est, verùm & rerum plurimarum. [Z] Saxa rumpit infusum, quæ non ruperit ignis antecedens. Cibos quidem & sapores non alius magis succus commendat aut excitat: in quo vsu mitigatur [127] tosto pane aut [128] vino: vel accenditur pipere ac lasere: vtique sale cõpescitur. Non est prætereundum in eo exemplum ingens. Siquidem M. Agrippa [aa] supremis suis annis conflictatus graui morbo pedum, cùm dolorem eum perpeti nequiret, vnius medicorum portentosa scientia, ignorante Diuo Augusto,

94 in tremore neruorum vel doloribus. CH.
95 illa Vet.
96 vrinarum. Vet.
97 febri. CH.
98 palpebris. CH.
99 euenit CH.
100 vel. Vet.
101 effundatur. CH.
102 hanc vino. CH.
103 alij in remiſ. CH.
104 vtique nisi sitienti. Dal.
105 summa. Ver.
106 misturæ aquæ. Vulgo Vet.
107 largius dandum. Vet.
108 &, in CH. d.
109 vsum docere, cùm &c. possimus vti Ver.
110 excreantibus. N5 inutile fictitiũ potest vid. Vet.
111 infuso terra. Ver.
112 quotiescunque alias prosit per se haustum. Fastidia CH.
113 prohibet CH.
114 bibitur multis. Cum stomachicis vtiliter gargarizatur. Cuiterum non vetatam tuetur à solis. Vet
115 Si ub. rrimum potu medetur. CH.
116 prodest contra hirudines. M. post hirudines CH
117 oculorum. CH.
118 morsum, calidũ. Vet.
119 appositũ, in M. d.
120 fasciculo. Medetur &. CH.
121 per. CH.
122 & omnes alias rosiones Vet.
123 aluum. CH.
124 vuæque. Dioscor.
125 & recentem lacescit. Idem.
126 aliter. CH.
127 visto pane, aut cũ vino. CH.
128 cumino. Vet.

gusto,[129] tanti putauit vsu pedum sensúque omni carere, dummodo & dolore illo careret, demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi.

ANNOTATIONES.

a Paleales vocat Aurelianus cap.21. lib.3. chronion. Vide Columellam cap.43.lib.12. Vide suprà cap.7.lib.14.& cap.17.lib.15.
b Siticulosis,ardentibus,& longis febribus.
c Duritiæ & lactis plenitudini, τῇ στοιμαχώσει. Dioscor.
d Et fœminas veteri fluxione vexatas. Dioscor.
e Ob dulcedinem,quâ laxat, & mollit, obstructionésque parit.
f Festus,ridicula,nisi fallor,interpretatione,vuam caminiam exponit,quæ tam mira sit,quàm est minium. Tacitè hic reprehenditur Celsus,qui caminiam vocauit lib.3.cap.de hydrope.
g Eam Plinius innuit, quam syluestrem vitem Dioscorides vocat,& quæ paulò pòst describitur, & ampelos agtia nominatur, & quæ Theophrasto athragena vocatur.
h Apud Dioscoridem est, ὑγιαζει τὰ ῥευματισμενα φλεγματα, καὶ ἀφτας τοὺς ἐν στόματι ἐμφαινόμενους μετὰ μέλιτος. Rheumatismum gingiuarum sistit,vlcera oris manantia cum melle sanat. Sic Ruellius cum Plinio.Mallem vertere,vlcera oris depascentia. Deceptus est Plinius in vocibus ὑγιαζω & ὑγιαινω.
i Cùm is crassus,& viscida pituita permixtus,faucibus adhæret, & strangulationis periculum adfert.
k Hæc est glycypicron Dodonæi, &, vt quidam volunt, melothron Theophr. Vide quod adnotatum est ad cap.7.lib.27.
l In podagra,& articulari morbo.
m Pendebat enim é doliis, vinatiisque vasis tabula, in qua vini solum natale,& ætas scribebatur,ac quo tempore,quibúsve consulibus esset condicum.Iuuenal.Satyr.5.

...cuius patrium titulumq; senectus
Deleuit,multa veteris fuligine testæ. Brod.cap.3.lib.1.

n Quale melampsithium Dioscor.vocat cap.9.lib.5.
o Quod scribit Columella cap.6.lib.1. Apothecæ superponuntur locis,vnde plerumque fumus exoritur,quoniam vina fumo celerius vetustescunt,eius tenore præcocem maturitatem trahunt.
Horat. *Hic dies anno redeunte festus*
Corticem astrictum pice dimouebit,
Amphoræ fumum bibere institutæ.
Consule Tullo. Brod.cap.13.1.
p Saporem,qui nimia vetustate contrahitur.
q Non esse vina ad extremam senectutem recondenda, quæ cariosa est.
r Suus humor,si dolia implenda sunt,cùm vinum deferbuerit.
s Non sitire,& cibos modicè proluere, optimè præceptū Dioscoridis.
t Galenus commentar.aphor.28.lib.6.
v Eò pertinent Græcorum illæ sententiæ; ὑπερ ἀνθρωπον πολιτεια, πάντων ἥδιστον χαλκὸν ὁρᾶν, ἄνευ δὲ πλοῦ. Ac rursum hoc Xenophontis in Symposio: τὴν ἄνευ μετὰ τῶν τοῦ σώματος ψυχὰς, ὥσπερ μανδραγόραν, τοὺς ἀνθρώπους καμπτειν, τοὺς δὲ φιλοφρονέστατα ἐγείρειν, ὥσπερ ὕπνου φάρμακα. Lepidè hoc Aristophanes, τὸ δὲ πῖνειν, ἂν μὲν γένηται; Β. τὸ πῖνειν, ἐμὲ ἐγώ. Idem & perquàm venustè, vinum ἀφροδίτης ἄνευ χάριτος scribit.
x Exoriente fidere id á se fieri gloriatur Anacreon.
y Parum dilutum.Prorsus meracum in iis ægritudinum generibus noxium fuerit.
z Bona corporis natura prædiris.
A Saccabant olim vinum,cùm mustum,priusquam ferbuisset,per saccum toties colabant,vt defæcaretur.Sic adempta fece,quæ vini vini alit & auget, vinū lenius & imbecillius bibebatur. Fecis vini tiam necantem vim autor describit sequenti capite. Vide cap.19. lib.20. & 22.29.
B πεπόνιον Græcis.Vini condimentum sic dictum,quòd πεπαίνειν, id est,capitis grauitatem affert. fit è resinæ crudo flore.
C Profundatum,& abditarum partum.Dioscor.
D Celsus Allobrogicum vocat cap.5.lib.4.
E Heluico. Vitis agri Viennensis quæ vinum præbet sponte naturæ picem olens,generibus Aruerno,Sequano. Heluico constabat.cap.1.lib.14.
F Vel ætate senibus,vel inueterato morbo.
G Leuius, ac minus periculum est, cùm remissa febre alliciendi somni caussa bibitur.
H Vinum enim debilitatos iam immodica Venere neruos grauius offendit.
I Vt nec caduco morbo, licet vtraque ægritudo frigida sit.
K Vrinarum:si venarum legas,intellige vehementem, magnum, & concitatum pulsum.
L Ab aeri humore stomachum lancinante.
M Aut scintillis micabunt,aut rubore nitebunt.
N Ne calfacta somno viscera,vino etiamnum magis incalescant.
O E palmulis chydæis,maturis. Dioscorides aluum sistere ait,nō mollire,propterea{que} cœliacis dat,& dysentericis.
P Quæ pica & malacia vexantur.
Q Apud Festum pestastas pestilentiam vocabant imprecatores, cùm fundum lustrantes abigi poscebant & auerti morbum, mortem,labem,nebulam, imperiginem.
R Iis qui á sole vsti capite doluerunt,& iam melius habent, aut qui in diarriam febrem ea ratione inciderunt.
S Inflammatis,fluxione tentatis.
T Ignis, aut feruentis aquæ.
V Autor cap. 2. lib. 20. millepedam à Græcis sepa vocari ait, oblongam,pilosis pedibus, pecori præcipuè noxiam : eius mortu tumorem insequi, & locum putrescere: quæ de scolopendra audienda sunt.Vide infra quæ notata sunt in cap.6.lib.29.
X Aut ægro in eo desidere iusso,adiecto salis tantillo.Celsus li.3.
Y Et recentem lacessit.Dioscorid.
Z Alpes exercitui suo, ciusque impedimentis peruias Annibal fecit ea industria & diligentia.
aa Idem ferè de Seruio Clodio narratur cap.3. lib.25.

De aceto scillino, & oxymelite, & sapa, & face vini, aceti, & sapæ.
CAP. II.

ACetum scillinum inueteratum magis probatur:prodest,super ea quæ diximus,[2] ascentibus cibis:[1] gustatum enim discutit pœnam eam.Et his qui iciuni vomunt: callum enim faucium facit, ac stomachi :[2] odorem oris tollit,gingiuas astringit,dentes firmat, colorem meliorem præstat.Tarditatem quoque aurium gargarizatione purgat,& transitum auditus aperit. Oculorum aciem obiter exacuit.Comitialibus, melancholicis, vertiginosis, vuluarum strangulationibus, percussis aut præcipitatis, & ob id sanguine conglobato,neruis infirmis, renum vitiis perquàm vtile.Cauendum exhulceratis.Oxymeli antiqui(vt Dieuches tradit)hoc modo temperabant:mellis minas decem,aceti veteris heminas quinque,salis marini pondo,[3] rhymbræ quadrantem, aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies defruescente cortina, atque ita diffundebant inueterabántque. Sustulit totum id Asclepiades,coarguítque. Nam etiam in febribus [4] dabant.Profuisse tamen fatentur contra serpentes, quas sepas vocant,& contra meconium,ac viscum [5] & anginas,calidum gargarizatum,& auribus,& oris gutturísque desideriis,quæ nunc omnia oxalme contingunt:[6] id sale & aceto recente [b] efficacius est.Vino cognata res sapa est,musto decocto, donec tertia pars supersit.Ex albo [7] hoc[c] melius. Vsus contra cantharidas, bupréstin, pinorum erucas, quas pityocampas vocant, salamandras, & contra mordentia venenata. Secundas partúsque [8] emortuos trahit cum bulbis [9] potum.Fabianus autor est, venenum esse, si quis iciunus à balineis [10] id bibat. Consequens horum est vini fex, [11] sui cuiusque generis. Ergo vini [12] fæci tanta vis est,vt descen-

2 gustatu.CH.
2 dolorem. CH.
3 liberam. CH. pondo libram quadrantem aquæ pluuiæ. Dioscor.
4 dabant.CH.
5 & anginis caldum garg. CH.
6 Et sale & aceto recente efficacior est. Ver. Fit sale, aqua,& aceto. Recent efficacior est.Alij Vet.
7 hæc melior.Vet.
8 mortuos,M.
9 pota. Ver. potu. CH.
10 eam.Vet.
11 sui,in M.d.
12 fecibus. CH.

descendentes in cupas enecet.Experimentum demissa [13] præbet lucerna,quandiu extinguatur, periculum denuntians.Illota miscetur medicamentis. Cum iridis verò pari pondere, eruptionibus pituitæ illinitur. Et sicca vel madida contra phalangia, & testium mammarúmque[14] inflammationes,vel in quacunque parte corporis.Item cum hordeacea farina,& thuris polline in vino[15] decocta crematur & siccatur.Experimentum est legitimè coctæ,vt refrigerata linguam tactu videatur vrere.Celerrimè exanimatur[16] loco nō incluso condita. Crematio ei multum virium adiicit.Vtilissima est ad compescendas lichenas furfuréque cum fico decocta. Sic & lepris & hulceribus manantibus imponitur.Fungorum naturæ contraria est pota,sed magis cruda. Oculorum medicamentis cocta & lota miscetur. Medetur illita & testibus, & genitalibus.In vino autem aduersus strangurias bibitur.Cùm [17] expirauerit quoque, lauandis corporibus & [d] vestibusvtilis: túncque[e] vsum acaciæ habet. Fæx aceti pro materia acrior sit necesse est, multóque magis exhulceret. Resistit suppurationum incrementis:stomachum,interanea,ventrem illita adiuuat. Sistit earum partium rheumatismos, & mulierum menses. Panos[f] discutit nondum exhulceratos,& anginas: sacros ignes cum cera. Mammas lactis sui impatientes eadem [g] extinguit. Vngues scabros aufert. E serpentibus contra cerastas validissima cum polenta. Cum meanthio autem contra crocodili morsus, & canis. Et hæc cremata ampliat vires. Tunc addito lentiscino oleo illita vna nocte [h] rufat capillum. Eadem ex aqua in linteolo apposita, vuluas purgat. [18] Sæpe fæce ambusta sanantur, melius addita lanugine harundinis. Eadem fæce decocta potáque tusses veteres. Decoquitur in patinis cum sale & adipe adtumorem quoque maxillarum & ceruicum.

13 trahitur.M.
14 inflationi.CH.
15 decocta. Siccatur, & crematur. Vet cocta crematur & ficcata.CH.
16 non incluſa condita Cel.
17 expirauit CH.
18 Sæpe fæce. Alij reponunt.

ANNOTATIONES

a Ventriculo acida pituita farcto,vel melancholico succo.
b Multas & insignes acidæ muriæ,τῆς ἁλὸς μιᾶς, facultates à Dioscoride proditas auctor silentio præterit.
c Melior,leg.nisi ad Græcam vocem ὄξυμελι referas, vel Latinam defrutum.
d Lixiuiis.Parisienses vulgo id miscent.
e Summa vi adstringendi.
f Hæc de fece vini Dioscorides,non aceti.
g ἐκτρεπλαγία extinguit mammas, pro extinguit lac. Dioscorid.
στοιμαχῶντας μαψὺς,γάλα τι ῥέοντας ἀποξηροῦσι, vbera distenta,tumida,lactéque manantia extinguit.
h Serenus, vt quidam exponunt, eam compositionem vnguentum cineris vocat.

Ad rutilam speciem nigros flauescere crines,
Vnguento cineris præcinxit Plinius autor.

Caro. *Mulieres nostræ cinere capillū vnguitabant,vt rutilus esset crinis.*
Seruius in Georg.immundum cinerem exponit, quo puellæ non vtuntur russandis crinibus.

De oleis, & foliis olea, & flore, & cinere, & de oliua alba & nigra, & de amurca. *CAP. III.*

OLearum proxima autoritas intelligitur.Folia earum vehemētissimè adstringūt,purgant,sistunt. Itaque commanducata imposita hulceribus medentur,& capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle his quæ medici vsserint, gingiuarum inflammationibus,[1] paronychiis,sordidísque hulceribus excrescentibus. Cū melle profluuium sanguinis è neruosis partibus cohibet.Succus eorum carbunculantibus circa oculos hulceribus,& pustulis,procidentíque [2] pupillæ efficax: quapropter in collyria additur. Nam & veteres lacrymationes sanat,& genarum erosiones. Exprimitur autem succus tusis,affuso[3] vino & aqua cælesti,siccatúsque in pastillos digeritur.Sistit menses in lana admotus vuluæ.Vtilis &[4] sanies emanantibus. Item condylomatis,ignibus sacris, quæque serpunt hulcera, epinyctidi. Eosdem & flos earum habet effectus. Vruntur & [5] cauliculi florescentes,vt spodij vicem cinis præstet:vinóque infuso iterum vritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo, vel foliis tusis cum melle, oculos verò cum polenta.Succus fruticis recentis accensi distillans sanat lichenas,furfures,manātia hulcera. [6] Nam & lacryma quæ ex arbore ipsa distillat, Aethiopicæ maximè oleæ,mirari[7] satis est repertos, qui dentium dolores illinendos censerent, [8] venenum esse prædicantes,atque etiam in oleastro[9] quærendam. Eradice oleæ quàm tenerrimæ cortex derasus,in melle crebro gustatu medetur sanguinem reiicientibus, & suppurata extussientibus. Ipsius oleæ cinis cum axungia tumores sanat:extrahítque fistulis vitia, & ipsas sanat.Oliuæ albæ stomacho vtiliores, ventri minus. Præclarum habent, antequàm condiantur, vsum, recentes per se cibi modo deuoratæ. Medentur enim arenosæ vrinæ, item dentibus,[10] aut attritis,aut[11] conuulsis.Nigra oliua stomacho inutilior, ventri facilior,capiti & oculis

1 & paron.ford. vlc. & putrescētibus,CH.
2 pupillæ. CH.
3 vino aut aqua.Dioscorid.
4 sanie manantibus. CH.
5 folia cum floribus. Dioscor.
6 Nam lachrymam. M.
7 satis non est. Reperti sunt qui.M.
8 venenum tamen esse. Dal.
9 quærendum. CH.
10 carnem audenda attritis. CH.
11 percultis. Vet.

oculis non conuenit. Vtraque ambustis prodest trita & illita. Sed nigra commanducatur, & protinus ex ore imposita, [12] pustulas gigni prohibet. Colymbades sordida hulcera purgant, inutiles difficultatibus vrinæ. De amurca poteramus videri satis dixisse, Catonem secuti: [13] sed reddenda medicinæ quoque est. Gingiuis & oris hulceribus, dētium [14] stabilitati efficacissimè subuenit. Item ignibus sacris infusa, & his quæ serpunt. Pernionibus nigræ oliuæ amurca vtilior: item infantibus fouendis. Albæ verò mulierum vuluæ in lana admouetur. Multò autem omnis amurca decocta efficacior. Coquitur in [15] cupreo vase ad crassitudinem mellis. Vsus eius cum aceto, aut vino vetere, aut mulso, vt quæque causa exigat in [16] curatione oris, dētium, aurium, hulcerum manantium, genitalium, thagadum. Vulneribus in linteolis imponitur, luxatis in lana: ingens hic vsus, vtique inueterato medicamento. Tale enim fistulas sanat. Infunditur sedis, gēitalium, vuluæ exhulcerationi. Illinitur verò podagris incipientibus: item articularibus morbis. Si verò cum [17] omphacio recoquatur ad mellis crassitudinem, [18] casuros dentes extrahit. Item iumentorum scabiem, cum decocto lupinorum & chamæleonte herba, mirè sanat. Cruda amurca [19] podagris foueri vtilissimum.

12 pustulas. CH.

13 Sed reddenda medicinæ quoque ratio est. Alij.

14 instabilitati. Alij.

15 cyprio. M. & infrà cap 5. lib. 33.

16 curationem. CH.

17 omphacino. Dios. 18 cantarios. Corn. ex Vet. hic & CH.

19 podagros. CH.

De fo'ijs oleastri, & œnanthino oleo, & cicino, & amygdalino, & laurino, & myrteo, chamæmyrsino, & cupressino, & cytreo, & caryino.

CAP. IIII.

OLeastri foliorum eadem natura. Spodium è cauliculis vehementius inhibet rheumatismos. Sedat & inflammationes oculorum, purgat hulcera, alienata explet, excrescentia leniter erodit, [1] siccat, & ad cicatricem perducit: cætera, vt in [2] oleis. Peculiare autem, quòd folia decoquuntur ex melle, [3] dantúrque cochlearibus contra sanguinis excreationes. Oleum [4] tamen acrius atque efficacius: & os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem. Imponuntur folia & paronychiis, & carbunculis, & contra omnem collectionem cum vino: iis verò quæ purganda [5] sunt, cum melle. Miscentur oculorum medicamentis, & decoctum foliorum, & succus oleastri. Vtiliter etiam auribus instillatur cum melle, vel si pus effluat. Flore oleastri condylomata illinuntur & epinyctides. Item cum farina hordeacea venter: in rheumatismo cum [a] oleo [6] capitis dolores. Cutem in capite ab ossibus recedentem cauliculi decocti, & cum melle impositi comprimunt. Ex oleastro maturi in cibo sumpti sistunt aluum. Torti autem & cum melle triti, nomas repurgant, carbunculos rumpunt. Olei naturam causásque abundè diximus. Ad medicinam ex oleis generibus hæc pertinent. Vtilissimum [7] est [b] omphacinum, proximè viride. Prætereà quàm maximè [8] recens, nisi cùm vetustissimum quæritur, tenue, odoratum, quódque non mordeat, è diuerso quàm in cibos eligitur. Omphacinum prodest gingiuis. Si contineatur in ore, colorem dentium custodit magis, quàm aliud: sudores [9] cohibet. [b] Oenanthino idem est effectus, qui rosaceo. Omni autem oleo mollitur corpus, vigorem & robur accipit. Stomacho contrarium. Auget hulcerum [10] incrementa. Fauces exasperat, & venena omnia hebetat, præcipuè plumbythij & gypsi in aqua mulsa, aut ficorum siccarum decocto potum: contra meconium ex aqua: contra cantharidas, buprestin, salamandras, pityocampas per se potum, redditúmque vomitionibus, contra [11] omnia suprà dicta laudatissimum. Et lassitudinum perfrictionúmque [12] refectio est. Formina calidum potum cyathis sex, magísque ruta simul [13] decocta pellit. Item ventris animalia. Soluit aluum heminæ mensura, cum vino & calida aqua potum, aut ptisanæ succo. Vulnerariis emplastris vtile. Faciem purgat. Bubus infusum per nares, donec ructent: inflationem sedat. Vetus autem magis excalfacit corpora, magísque [14] discutit sudores. Duritias magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare, [15] & inclinato morbo. Oculorum claritati confert aliquid, cum pari portione mellis [d] acapni. Capitis doloribus remedium est. Item ardoribus in febri cum aqua: & si vetusti non

1 siccatque. CH. 2 oleis. In hoc autem peculiare. Ver. 3 & dantur CH. 4 tantum acrius efficaciusque CH.

5 sint.

6 in capitis dolore.

7 esse omphacium. CH. 8 recens. At si. Vet.

9 corrigit. Vet.

10 purgamenta. Vet. excrementa. Alij Vet.

11 marina. Vet.

12 remedio.

13 decoctæ fedat pellit item. Vet.

14 discutit. Sudores & duritias. Vet. 15 sed.

non sit occasio, decoquitur, vt vetustatem repræsentet. Oleum cicinum bibitur ad prugationes ventris cum paricaldæ mensura. Priuatim dicitur purgare præcordia. Prodest & articulorum morbis, duritiis omnibus, vuluis, auribus, ambustis. Cum cinere verò muricum, sedis inflammationibus, item psoræ. Colorem cutis commendat, capillúmque fertili natura euocat. Semen, ex quo fit, [16] nulla animans attingit. Ellychnia ex vua fiunt, claritatis præcipuæ. Ex oleo lumen obscurum propter nimiam pinguitudinem. Folia igni sacro illinuntur ex aceto: per se autem recentia mammis & epiphoris. Eadem decocta in vino inflammationibus cum polenta & croco: per se autem triduo imposita faciem purgant. Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit è facie. Prodest & auribus, cum rosaceo & melle & mali Punici [17] germine decoctum, vermiculósque in his necat, & grauitatem auditus discutit, [18] sonos incertos & tinnitus, obiter capitis dolores [19] & oculorum. Medetur furunculis, & à Sole vstis cum cera. Hulcera manantia & furfures cum vino expurgat: condylomata cum meliloto. Per se verò capiti illitum, somnum allicit. Oleum laurinum vtilius quo recentius, quóque viridius colore. Vis eius excalfactoria, & ideò paralyticis, spasticis, ischiadicis, suggillatis, capitis doloribus, inueteratis distillationibus, auribus, in calice Punici calfactum illinitur. Similis & myrtei olei ratio, astringit, indurat, medetur gingiuis, dentium dolori, dysenteriæ, vuluæ exhulceratæ, vesicis, hulceribus vetustis vel manantibus, cum squama æris & cera. Item [20] eruptionibus ambustionibus. Attrita sanat & furfures, & rhagadas, condylomata, articulos [21] luxatos, odorem grauem corporis. Aduersatur cantharidi, bupresti, aliísque malis medicamentis, quæ exhulcerando nocent. Chamæmyrsinæ [e] siue oxymyrsinæ eadem natura. Cupressinum oleū eosdem effectus habet, quos myrteum. Item citreum. E nuce verò iuglande, quod [22] caryinum appellauimus, alopeciis vtile est, & tarditati aurium infusum. Item capitis [23] doloribus illitum. Cæterùm iners & graui sapore. Enimuero si quid in nucleo putridi fuerit, [24] totus modus deperit. Ex Gnidio grano factū, eandem vim habet, quam [25] cicinū. Lentisco factum, vtilissimum acopo est. Idémque proficeret æquè vt rosaceum, ni [f] durius paulò intelligeretur. Vtuntur eo & contra nimios sudores, papulásque sudorum. Scabiem iumentorum efficacissimè sanat. Balaninum oleum repurgat, varos, furunculos, lentigines, gingiuas. Cypros qualis esset, & quemadmodum ex ea fieret oleum, docuimus. Natura eius excalfacit, [26] mollit neruos. Folia stomacho illinuntur: & vuluæ [g] concitatæ succus quoque eorum apponitur. Folia recentia commanducata, hulceribus in capite manantibus, item oris medentur, & collectionibus, condylomatis. Decoctum foliorum ambustis & luxatis prodest. Ipsa rufant capillum tusa, adiecto [27] struthei mali succo. Flos capitis dolores sedat cum aceto illitus. Idem combustus in cruda olla nomas sanat, & putrescentia hulcera per se, vel cum melle. Odor floris [28] olet, qui somnum facit. [h] Astringit [29] gleucinum, & refrigerat, eadem ratione qua & œnanthinum. [i] Balsaminum longè pretiosissimum omnium, vt in vnguentis diximus, contra omnes serpentes efficax. Oculorum claritati plurimùm confert, caliginem discutit. Item dyspnœas, collectiones omnes duritiásque lenit. Sanguinem densari prohibet, hulcera purgat: auribus, capitis doloribus, tremulis, spasticis, ruptis perquàm vtile. Aduersatur aconito ex lacte potum. Febres cum [30] horrore venientes perunctis leuiores facit. Vtendum tamen [31] modicè, quoniam adurit, augétque vitia non seruato temperamento. Malobathri quoque naturam & genera exposuimus. Vrinam ciet. Oculorum epiphoris vino expressum vtilissimè imponitur. Item [32] frontibus dormire volentibus: efficacius, si & nares illinantur: aut si ex aqua bibatur. Oris & halitus suauitatem commendat linguæ subditum folium, sicut & [k] vestium odorem interpositum. Hyoscyaminum [33] emolliendo vtilius, neruis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminum è lupinis emollit, proximū rosaceo [34] effectū habens. Narcissinū dictum est cum suo flore. Rhaphaninum phthiriases longa valetudine contractas tollit, scabritiásque cutis in facie emendat. Sesaminum aurium dolores sanat, & hulcera quæ serpunt, &

16 nullum animal. Vet.

17 tegmine. Vet.

18 sonosque. Vet. 19 & oculorum hebetudines. Medetur. Ex Dioscor.

20 erupt. papularū. Dioscor. 21 luxatos, sudorem compescit. Dioscor.

22 caryum. CH.

23 dolori. CH.

24 tostis modiis. M. totus modius. M. aliud.

25 cicinum. Dioscor.

26 emollit. CH.

27 struthij herbæ. Dioscor.

28 suauiter olet, & somn. Ex Dioscor. Lego, Odor floris suauis, & qui somnum faciat. Dal.

29 meliaum. Vet.

30 horrores illicu discutit. Dioscor. 31 modico. CH.

32 fronti. Vet.

33 emoliendo vtile est. CH

34 effectu. Narcissinum. M.

quæ cacoëthe vocant.[35m] Lirinon,[36] quod & phaſelinum & Syrium vocauimus, renibus vtiliſſimum eſt, ſudoribúſque euocandis, [n] vuluæ molliendæ,[37] concoquendóque intus.[38] Selgiticum neruis vtile eſſe diximus, ſicut herbaceum quoque, quod[39] Iguini circa Flaminiam viam vendunt.[o] Elæomeli, quod in Syria ex ipſis oleis manare diximus, ſapore melleo nõ ſine nauſea, aluum[40] emollit: bilem præcipuè detrahit, duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibêre torpeſcũt, excitantúrque crebrò.[41] Potores certaturi præſumunt ex eo cyathum vnum.[43] Piſſino oleo vſus & paſſim ad quadupedum[42] ſcabiem eſt. A vitibus oleíſque proxima nobilitas palmis: inebriant recentes: capitis dolorem afferunt minùs ſiccæ: nec, quantùm videtur, vtiles ſtomacho: tuſim exaſperant, corpus augent. Succum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant ægris ad vires recreandas,[44] ſitim ſedandam,[45] in quem vſum præferebant Thebaicas. Sanguinem quoque excreantibus[46] vtiles, in cibo maximè. Illinuntur caryotæ ſtomacho, veſicæ, ventri,[47] inteſtinis. Cum cotoneis & cera & croco ſuggillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili[48] nouo, cinere loto ſpodij vicem efficiunt, miſcentúrque collyriis, & calliblephara faciunt addito nardo.

35 Lilinum.CH.
36 quod & mellinũ, & ſeiracn vocamus, renibus &c.
37 concoquendiſque vitijs. Vet. concoquũ diſque intus. CH.
38 Selgitium. CH.
39 Enguini. Alij. Eguini. M. Egouini. CH.
40 ſoluit. Vet. & CH.
41 Pugnatores. Alij.
42 ſcabiem. Eſt autẽ à vitibus. M.
43 Piſino ol. vſ. ad tuſim &.CH.
44 & ſitim.
45 in quo vſu.CH.
46 ſiccę vt̃es Dioſc.
47 inteſtinis, cum cotoneis, & cerato nenanthino. Suggillata. Ex Dioſc.
48 & vino reſtinctj. Ex eod.

ANNOTATIONES.

a Oleo in capitis dolore. alioqui fuerit ἀνωδυνοτέρα. non enim dolor illinitur, ſed affecta dolore pars.
b Omphacinum oleum ſit ex oliuis acerbis & immaturis: Viride ex olea druppa, nempe cibo nondum matura, iam tamen colorem mutante. Vide cap. 27. lib. 12. Viride alij interpretantur quod ex oliuis mola fractis ſponte fluit, non ignis vi elicitur, vulgò *Huille Vierge*.
c Eius mentio ſit cap. 7. lib. 13. De œnanthino non oleo, ſed vnguento, Dioſcorides tradit quòd hic Plinius ſcribit.
d Quod apes fecerunt, nunquam ad opus fumo excitatæ.
e Ignoranter Plinius errat nominum ſimilitudinibus deceptus. oxymyrſines enim ac myrti natura prorſus diuerſa eſt: præterea ex oxymyrſine oleum fieri nullus auctor prodit. Idem error annotatus eſt cap. 7. lib. 15.
f Adſtringendi vi potentiore & paulo calidius.
g Sanguinem emittenti, vel procidenti.
h Calfacit, emollit, relaxat Dioſcoridi. Adſtringere quidem verum eſt, refrigerare falſum, niſi citra aromata ſimpliciter ex oleo omphacino & muſto paratum fuerit. Quidam legunt, Adſtringit & melinum.
i Obliuioſè Plinius hic oleum vocat, quod apertiſſimè & clariſſimè cap. 25. lib. 12. ſuccum eſſe ſcripſerat, vt re vera eſt.
k Quas & ab eroſione tuetur.
l Falſum hoc eſſe ſtatim iudicabit, cui lupini vis & natura perſpecta fuerit.
m Lilinum, quod & melinum, & ſeiracm vocamus, renibus &c. c. 19. li. 21. ſuccus è flore lilij expreſſus, ab aliis mel, ab aliis Syriũſſego ſeiracũ, quaſi ſapa) vocatur. Lirinum Narciſſus eſt, quem veluti congenerem liliis Plinius adnumerat cap. 5. lib. 21. quo loco rubrum lilium præſtantiſſimum eſſe ait in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaſelide, vt ſuſpicari quiſpiam poſſit inde ſumpta Phaſelini & Syrij epitheta, leirinúmque oleum hic audiendum quod è rubro lilio fit: verùm ex eo genere lilij parari nemo tradit.
n Hæc omnia citantur ex Dioſcor. nimis preſſè.
o Aurelianus cap. 1. lib. 2. χροπάγ oleum Syriacum vocat, laudatque in paralyſi vt mordicans, accendens, emollicns. Vide ſupra cap. 7. vltimum, lib. 15.

De myrobalano palma, & de palma elate. CAP. V.

Pa Alma quæ[1] fert myrobalanum, probatiſſima in Aegypto,[b] oſſa non habet reliquarum modo in balanis. Aluum & menſes[2] ſiſtit in vino auſtero, & vulnera conglutinat.[3] Palma, ſiue elate, ſiue ſpathe, medicinæ cõfert germina, folia, corticem. Folia imponuntur præcordiis, ſtomacho, iocineri, hulceribus quæ ſerpunt cicatrici repugnantia. Pſoras cortex eius tener cum reſina & cera ſanat diebus xx. Decoquitur & ad teſtium vitia. Capillum denigrat[4] ſuffitu, partus extrahit. Datur bibẽdus renum vitiis & veſicæ, & præcordiorum, & capiti & neruis inimicus. Vuluæ ac ventris[5] fluxionem ſiſtit decoctum eius. Item cinis ad tormina potus in vino albo,[6] in[c] vuluarum vitiis efficaciſsimus.

1 præſefert myr pr. in Aegypto Oſſa non habet rel. modo balanus. Vet.
a cier CH.
3 Palma Elate. (ſic Chi.) medicinæ confert. M.
4 illitu. Dioſc.
5 fluxiones. CH.
6 & in. Dal.

ANNOTATIONES.

a Dioſcoridi palmula immatura Arabicæ myrobalano ſimilis eſt.
b Colliguntur enim virides & immaturæ balani, pomo carne ſua tantùm obtecto, nondum genito intus nucleo. Suprà cap. 22. lib. 12. & cap. 4. lib. 13.
c Leg. vuarum: columellarum, gurgulionis. Vuam enim iacentem & laxiorem eximia vi ſiccandi, quàm habet, reprimit & adſtringit.

Medicinæ ex ſingulorum generum flore, foliis, fructu, ramis, cortice, ligno, ſucco, radice, cinere. CAP. VI.

PRoximæ varietates generum medicinarúmque, quæ mala habent. Ex his[a] verna, acerba, ſtomacho inutilia ſunt:[1] aluum,[2] veſicam circumagunt: neruos lædunt. Cocta meliora. Cotonea cocta ſuauiora. Cruda[3] tamen duntaxat matura, proſunt ſanguinem excreantibus ac dyſentericis, cholericis, cœliacis. Non idem[4] poſſunt decocta, quoniã amittunt conſtringentem illam vim ſucci. Imponuntur & pectori in febris ardoribus: & tamen decoquuntur in aqua cæleſti, ad eadẽ quæ ſuprà ſcripta ſunt. Ad ſtomachi autem

1 aluum cogunt & ver. CVet.
2 bilem gignũt, inflationes parũt. Dioſc.
3 tamen natura proſunt. M.
4 proſunt. CH.

autem dolores cruda decoctáve cerati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos ſanat, cocta in vino, & illita cum cera. Alopeciis capillum[5] reddunt. Quę ex his cruda in melle condiuntur, aluum mouent. Mellis autem ſuauitati multùm adiiciunt, ſtomachóque vtilius id faciunt. Quę verò in melle condiuntur cocta, quidam ad ſtomachi vitia trita cum roſæ foliis decoctis dant pro cibo. Succus crudorum lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodeſt. Item mammis, condylomatis, varicibus. Flos & viridis & ſiccus inflammationibus oculorum, excreationibus ſanguinis, menſibus mulierum. Fit & ſuccus ex his mitis, cum vino dulci tuſis, vtilis & cœliacis & iocineri. Decocto quoque eorum fouentur, ſi procidant vuluæ & interanea. Fit & oleum ex his, quod melinum vocauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideò vtiliſſima, quæ ex Sicilia veniunt.

10 Minùs vtilia ſtruthia, quamuis cognata. Radix eorum circunſcripta terra manu ſiniſtra capitur, ita vt[6] qui facit, dicat quæ capiat, & cuius cauſa: ſic adalligata ſtrumis medetur. Melimela & reliqua dulcia, ſtomachum[7] & ventrem ſoluunt, ſiticuloſa, æſtuoſa, ſed neruos non lædunt. Orbiculata ſiſtunt aluum & vomitiones, vrinas cient. Sylueſtria mala ſimilia ſunt vernis acerbis, aluúmque[8] ſiſtunt. Sanè in hunc vſum immatura opus ſunt. Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipſa vel ſemen. Faciunt oris ſuauitatem, decocto[9] eorum colluto, aut ſucco expreſſo.[b] Horum ſemen edẽdum præcipiunt in malacia prægnantibus: ipſa verò contra infirmitatem ſtomachi, ſed non niſi ex aceto facilè manduntur.[c] Punici mali[10] nouem genera nunc[11] iterare ſuperuacuum. Ex his dulcia,

20 quæ[d] apyrina alio nomine[12] appellauimus, ſtomacho[e] inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingiuáſque lædunt. Quæ verò ab his ſapore proxima vinoſa diximus, paruum nucleum habentia, vtiliora paulò intelliguntur. Aluum[13] ſiſtunt, & ſtomacho proſunt, duntaxat pauca citráque ſatietatem.[14] Sed hæc minimè danda: quanquam omnino nulla in febri, nec carne acinorum vtili nec ſucco.[f] Cauentur æquè vomitionibus, ac bilem reiicientibus. Vuam in his, ac ne muſtum quidem, ſed protinus vinum aperuit natura. Vtrunque aſperiore cortice. Hic ex acerbis in magno vſu. Vulgus coria maximè perficere illo nouit: g ob id malicorium appellant medici.[h] Vrinam cieri eodem monſtrant: miſtáque galla in aceto[15] decocto, mobiles dentes ſtabilire. Expetitur grauidarum

30 malaciæ, quoniam guſtatu moueat[16] infantem.[i] Diuiditur malum, cæleſtíque aqua madeſcit ternis ferè diebus. Hæc bibitur frigida cœliacis, & ſanguinem excreantibus.[k] Ex[17] acerbo fit medicamentum, quod ſtomatice vocatur, vtiliſſimum oris vitiis, narium, aurium, oculorum caligini: pterygiis, genitalibus, & his quas nomas vocant, & quæ in hulceribus excreſcũt.[18] Cõtra leporem marinum hoc modo: Acinis detracto cortice tuſis, ſuccóque decocto ad[19] tertias, cum croci, & aluminis ſciſſi, myrrhæ, mellis Attici ſelibris. Alij & hoc modo faciunt: Punica acida multa tunduntur: ſuccus in cacabo nouo coquitur mellis craſſitudine, ad virilitatis & ſedis vitia, & omnia quæ[20] Lycio curantur, aures purulentas, epiphoras incipientes, rubras maculas. In manibus rami Punicorum

40 ſerpentes fugant. Cortice Punici ex vino[21] decocti & impoſiti, perniones ſanantur. Contuſum malum ex tribus heminis vini, decoctum ad heminam,[22] tormina &[23] tineas pellit. Punicum in olla noua,[24] operculo indito, in furno[25] toſtum & contritum, potúmque in vino, ſiſtit aluum: difcutit tormina. Primus pomi huius partus florere incipientis,[l] cytinus vocatur[26] Græcis, miræ obſeruationis multorum experimento. Si quis vnum ex his, ſolutus vinculo[m] omni cinctus & calceatus, atque etiam anuli, decerpſerit duobus digitis, pollice & quarto ſiniſtræ manus, atque ita luſtratis leui tactu oculis, mox in os[27] additum deuorauerit, ne dente contingat, affirmatur nullam oculorum imbecillitatem[28] paſſurum eo anno. Iidem cytini ſiccati tritique, carnes excreſcentes cohibent: gingiuis & dentibus[29] medentur: vel ſi mobiles ſint, decocto ſucco. Ipſa[30] corpuſcula trita, hulceribus quæ ſerpunt putreſcúntve, illinuntur. Item oculorum inflammationi inteſtinorúmque: & ferè ad omnia,[31] quæ cortices malorum. Aduerſatur

50 ſcorpionibus. Non eſt ſatis mirari curam diligentiámque priſcorum, qui omnia ſcrutati, nihil intentatum reliquere. In hoc ipſo cytino floſculi ſunt, antequàm ſcilicet malum

5 reddit. Dal.
6 quid facit. CH. lego. quid id facit.
7 vexant, &. Dioſc.
8 & adſtringunt. Idẽ.
9 oro. Vet.
10 quinque. cap. 19. lib 13.
11 iterarj. CH.
12 appellamus. CH.
13 ſiſtunt acida, & Dioſc. ſiſtunt & ſtomachum dum. CH.
14 Sed alimenti dulcia minimum dant, atque omnino nulla & vtilia nec ſucco. Medentur acinj vomit. Ex Dioſc.
15 decoctum. Vet. & CH.
16 ſamem. Vet.
17 acinis Dioſc.
18 Et contra. Dal.
19 ternas. CH.
20 hypociſtidis. Dioſc.
21 decocto & impoſito. Dal.
22 tormina ſedat, & tænias pellit Dioſc.
23 tænias. CH
24 coperculo inlito. CH.
25 exuſtum. CH.
26 à Græcis. CH.
27 inditum. Vet.
28 paſſurus eodem. CH.
29 medentur ſi mobiles ſint, decocto, aut ſucco. Vet. ut ex Dioſc.
30 vaſcula. Vet.
31 ad quæ. Vet.

ipſum prodeat, erumpentes, quos[11] balauſtium vocari diximus. Hos quoque ergo experti inuenerunt ſcorpionibus aduerſari. Siſtunt potu mẽſes fœminarum: ſanant oris[32] hulcera, tonſillas, vuam, ſanguinis excreationes, ventris & ſtomachi ſolutiones, genitalia, hulcera quacunque in parte manantia. Siccauere etiam, vt ſic quoque experirentur, inuenerúntque tuſorum farina dyſentericos à morte reuocari, aluum ſiſti. Quin & nucleos ipſos acinorum experiri non piguit. Toſti tuſiq; ſtomachum iuuant, cibo aut[33] potioni inſperſi. Bibuntur ex aqua cæleſti, ad ſiſtendum aluum. Radix decocta ſuccum remittit, qui[34] tineas necat, Victoriati pondere. Eadem diſcocta in aquâ, quas[35] Lycium, præſtat vtilitates.° Eſt & ſylueſtre Punicum, à ſimilitudine appellatum. Eius radices rubro cortice denarij pondere ex vino potæ ſomnos faciunt. Semine poto, Paqua quę ſubierit cutem, ſiccatur. Mali Punici corticis fumo culices fugantur.

32 hulcera capitis. Dioſco. κεχῶσμα.

33 potionibus per ſe. CH.
34 tænias. M. & CH.
35 hypociſtis, Dioſc.

ANNOTATIONES.

a ὄψιμα ἀκμάζοντα: vêre vigentia, matura, tempeſtiua, Dioſcor. talia ſunt ceraſa, pruna, mora, fraga.
b De mali ſucco, aut cortice potiùs id audiendum, quàm de ſemine, apud Dioſcoridem.
c Punici mali nouem genera &c. Hoc loco vocabulum Nouem aut omnino ſuperuacuum eſt, aut eius loco legendum eſt, quinque, vt ſupra cap. 19. lib. 13.
d Apyrena. Supra cap. 19. lib. 13. ἀπύρηνα vocat, non quidem dulcia, ſed quibus nucleus minimè lignoſus eſt, verùm candidiore & molliore natura.
e Dioſcoridi punica omnia ſtomacho vtilia: atque adeò dulcia vinoſis & acidis ſtomacho vtiliora.
f Medentur acini vomitionibus. In Dioſcoride eſt, κατάλυει, ἢ γαστρὸς χυμὸν πυρῶδη ἐνεγκεῖν.
g Imò verò quòd mali putamen & tanquam corium ſit cortice durius, nucis inuolucro tenerius. Malicorium Græci nunc σιδιόν, nunc τὸ τῦ μηλέας λέπυρον, ἀπὸ τῦ λέπειν. Marcellus medicus calculos punici vocat.
h Hoc falſum. Dioſcorides acida magis vtinã ciere tradit, quàm dulcia.
i De acinis acidi punici id Dioſcor.
k Exacinis fit &c. Id fieri tradit Dioſcor. ex acinorum ſucco cum melle cocto, præſertim acidorum.
l Dioſcoridi & Gal. lib. 6. Simpl. Cytinus flos eſt mali punicæ ſatiuæ. At Gal. 6. κατὰ τὸ ἔνατον, cytinos eſſe ait πεπυρωμένα μέλανα κεφάλαια χρόνου ἀνθῶν πάνυ κατὰ τὸ ἄκμαζον, μικρὰς ἐπιτηδὲς σχηματισθείσας εἰς ἰδέαν μήλου. His verbis Gal. Cytinum ait fructus eſſe rudimentum, quod deciduo flore primum apparet, & formatur. Inde legendum hic videtur, florere deſinentis. Capitula mali punici Celſus cytinos vocauit lib. 5. in deſcriptione emplaſtri rhypõdis. Nec illud tacendum, cytinos, quanquam proprie mali ſunt punicæ, dicitamen & de aliis. Sic hioſcyami cytinos dixit Dioſcorides.
m Hoc Plinius paulo ſuperſtitioſiùs, quàm Dioſcorides. Vide verùm ſuſque auctoris dictionem, & confer.
n Incogitanter hæc Plinius. Cytinus flos eſt ſatiuæ punicæ, balauſtium ſylueſtris.
o μήλου Græci malum punicum vocant: μηλέαν μόνον papauer erraticum, ſic dictum quòd protinus flos decidat. Horum vocabulorum affinitate deceptus Plinius, papauer cum punico oſcitanter confundit.
p Dioſcor. erratici ſemen ὑπνίου κοκκίων μανδάλεον, aluum leniter mollire: corniculati verò, κερατίτου κοκκίων καθάρσιον, clementer aluum purgare inquit, ſed non aquam ſubter cutem educere.

De pyris & eorum obſeruationibus, & de ficorum obſeruatione, & caprifico, & erineo, & aliorum generibus medicina.

CAP. VII.

PYrorum omnium cibus etiam valentibus oneroſus, ægris quoque vini modo negatur. Decocta eadem mirè ſalubria & grata, præcipuè Cruſtumina. Quæcunque verò cum melle decocta, ſtomachum adiuuant. Fiunt cataplaſmata è pyris, [1] ad diſcutienda corporum vitia: & [2] decocto eorum ad duritias vtuntur. Ipſa aduerſantur boletis atque fungis, pellúntque pondere & pugnante ſucco. Pyrum ſylueſtre tardiſſimè matureſcit. Conciditur, ſuſpenſúmque ſiccatur ad ſiſtendam aluum: quod & decoctum eius [3] potum præſtat. Decoquuntur & folia cum pomo ad eoſdem vſus. Pyrorum ligni cinis contra fungos etiamnum efficaciùs proficit. Mala pyráque portatu iumentis mirè grauia ſunt vel pauca. Remedio aiunt eſſe, ſi priùs edenda dentur aliqua, aut vtique oſtendantur. Fici ſuccus lacteus, [a] aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, & in vmbra ſiccatur ad aperienda hulcera, cienda menſtrua [4] appoſito cum luteo oui, aut potu cum [5] amylo. Podagris illinitur cum farina [6] fœnigræci & aceto. Pilos quoque detrahit, palpebrarúmque ſcabiem emendat: item lichenas & pſoras. Alutum ſoluit. Lactis ſiculni natura aduerſatur crabronum veſparúmque & ſimilium venenis, priuatim ſcorpionum. Idem cum axungia verrucas tollit. Folia, & quæ non maturuere fici, ſtrumis illinuntur, [b] omnibuſq; quæ emollienda [7] ſunt diſcutiendáve. Præſtant [8] hæc & per ſe folia. Et [9] alij vſus eorum, tanquam in fricando lichene, & alopeciis, & quæcunque exhulcerari opus ſit. Et aduerſus canis morſus, ramorum teneri cauliculi cuti imponuntur. Idem cum melle hulceribus, quæ ceria vocantur, illinuntur.

1 ad repellenda. Dioſc. adcocta. CH.

3 potu. CH.

4 appoſitum. CH. appoſitus cibi aut potus cum. Ver.
5 amygdala. Dioſc.
6 græci fœni. CH.

7 ſint. CH.
8 hoc. CH.
9 alius vſus & alius eorum. CH.

Extra-

Extrahunt infracta oſſa cum papaueris ſylueſtris foliis. Canum rabioſorum morſus, folio trito ex aceto reſtringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis, [10] muris aranei morſibus cum cera. Cinis earum è foliis gangrænis, conſumendíſque quæ excreſcunt. Fici maturæ vrinam ciunt: aluum [11] ſoluunt: ſudorem mouent, papuláſque. Ob id autumno inſalubres, quoniam ſudátia huius cibi opera corpora perfrigeſcunt. [12] Nec ſtomacho vtiles: ſed ad breue tempus, & voci contrariæ intelliguntur. Nouiſſimæ ſalubriores, quàm primæ: [c] medicatæ verò nunquam. Iuuenum vires augent: ſenibus melio rem valetudinem faciunt, minúſq; rugarum. Sitim ſedant: calorem refrigerant. Ob id non negandæ in febribus conſtrictis, quas [d] ſtegnas vocant. Siccæ fici ſtomachũ lędunt: gutturi & faucibus magnificè vtiles. Natura his excalfaciendi. Sitim adferunt. Aluum molliunt, rheumatiſmis eius & ſtomacho contrariæ. Veſicæ temper vtiles, & anhelatoribus, ac ſuſpirioſis. Item iocinerum, renum, lienum vitiis. Corpus & vires adiuuant: ob id antè athletæ hoc cibo paſcebantur: Pythagoras exercitator, primus [f] ad carnes eos tranſtulit. [13] Recolligentibus ſe à longa valetudine vtiliſſimæ. Item [14] comitialibus, & hydropicis: omnibúſque, quæ maturanda aut diſcutienda ſunt, imponũtur: efficacius [15] calce aut [16] nitro admiſto, Coctæ cũ hyſſopo pectus purgát, [g] pituitam, tuſſim veteré. Cum vino autem ad ſedem & [17] tumorem maxillarum, & furunculos, panos, parotidas decoctæ illinuntur. Vtile & decocto earum fouere fœminas. Decoctæ quoque eædem cum fœnogræco vtiles ſunt pleuriticis [18] & peripneumonicis. Cum ruta coctæ torminibus proſunt. Tibiarum hulceribus cum æris [19] flore. Pterigiis cum [20] Punico malo. Ambuſtis, pernionibus cum cera. Hydropicis coctę in vino, & cum abſinthio & farina [21] hordeacea, nitro addito. [h] Aluum ſiſtunt manducatæ. Scorpionum ictibus cum ſale tritæ illinuntur Carbunculos extrahũt in vino coctæ & impoſitæ. Carcinomati, ſi ſine hulcere eſt, quàm pinguiſſimam ficum imponi, penè ſingulare remediũ eſt: item phagedænæ. [i] Cinis non ex alia [22] arbore [k] aciem purgat [l] acrior, conglutinat, replet, adſtringit. Bibitur & ad diſcutiendum ſanguinem concretum. Item percuſſis, præcipitatis, conuulſis, [23] ruptis, cyathis ſingulis aquæ [24] & olei. Datur tetanicis & ſpaſticis: item potus vel infuſus cœliacis, [25] dyſentericis. Et ſi quis eo cum oleo perungatur, excalfacit. [26] Item cum cera & roſaceo ſubactus, ambuſtis cicatricem tenuiſſimam obducit. Luſcioſos ex oleo illitus emendat, dentiúmque vitia crebro fricatu. Produnt etiam, ſiquis inclinata arbore, ſupino ore aliquem nodum eius morſu abſtulerit nullo vidente, atque [27] in aluta illigatum licio è collo ſuſpenderit, ſtrumas & parotidas diſcuti. Cortex tritus cum oleo, ventris [28] hulcera ſanat. [29] Crudæ groſſi verrucas & thymos, nitro farináque additis, tollũt. Spodij vicem exhibet fruticum à radice exeuntium cinis. Bis [30] toſtus adiecto [31] pſimmythio digeritur in paſtillos, ad hulcera oculorum & ſcabritiam. Caprificus etiamnum multo efficacior fico. Lactis minùs habet: [32] [m] ſurculo quoque eius [33] lac coagulatur in caſeum. Exceptũ id coactúmque in duritiam, ſuauitatem carnibus [34] affert. Fricatur diluto ex aceto. Miſcetur exhulceratoriis medicamentis. Aluum ſoluit: vuluam cum amylo aperit. [35] Pota menſes ciet cum luteo oui. [36] Podagris cum farina fœnigręci illinitur. Lepras, pſoras, lichenas lentigines ex purgat: itẽm venenatorum ictus, & canis morſus. Dentium quoque dolori hic ſuccus appoſitus in lana prodeſt, aut [37] in cauis eorum additus. Cauliculi & folia, admiſto eruo, contra marinorum venena proſunt. [38] Adiiciunt & vinum. Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. Groſſi illitæ ſtrumas, & [39] omnium collectionem emolliunt, & diſcutiunt. Aliquatenus & folia. Quæ molliſſima ſunt ex his, cum aceto hulcera manantia & epinyctidas & furfures ſanant. Cum melle item [40] & foliis ceria ſanant, & canis morſus. Recentes cum vino, phagedænas. Cum papaueris foliis oſſa extrahunt. Groſſi caprifici [41] inflammationes diſcutiunt ſuffitu. Reſiſtunt & ſanguini taurino poto, & pſimmythio, & lacti coagulato potæ. Item in aqua decoctæ atque illitæ parotidas ſanant. Cauliculi aut groſſi eius quàm minutiſsimæ, ad ſcorpionum ictus è vino bibuntur. Lac quoque inſtillatur plagæ, & folia imponuntur. Item aduerſus murem araneum. Cauliculorum cinis vuam faucium ſedat. Arboris ipſius ci-

10 & muris. Dal.

11 ſoluunt, ſed ad breue tempus ſudorem. Ex Dioſc.
12 Nec ſtomacho cõtrariæ intell. Dal.

13 Decoloratis. Dioſ.
14 in comit. CH.
15 calce, aut iride, aut. Dioſc.
16 nitro, aut ſinapi adm. Corn. ex Ver ni tro, aut ſi admiſto, CH.
17 tumores. CH.

18 ſc. CH.
19 flore, & parotidi, ac pterygiis. Ver. & ſpaſticis Alij Vet. flore, & parotidi. Pter. CH.
20 malicorio. Dioſc.
21 hordeacea Nitro addito aluum cient. Dioſco. cient Paulo antè hoc capite, ideſt molliunt. Manducatæ aluũ ſoluunt. CH.
22 arbore acrior vlce ra purgat. conglutinat. Vet.
23 ruptis cinis cyathis M. raptis connul ſis cineris. CH.
24 & olei exiguo. Datur. Dioſc.
25 & dyſ. CH.
26 Idem. CH.

27 cum. CH.

28 vulnera. CH.
29 Coctæ. Dioſc.

30 coctus. CH.
31 hyoſcyamo. M.

32 ſurculis. M.
33 lacte. CH.
34 affert. Alopeciæ fil cantur. Vt ſupra hoc ipſo capite.
35 Pota, in CH. d.
36 Podagricis. CH.

37 in cauis eorum additus. Ver. aut cauis &c. Alij Ver.
38 Adiicitur. CH.
39 omnem. Ver.

40 & nigræ foliis. Dioſc.
41 inflationes. CH.

nis ex melle, rhagadia. Radix deferuefacta in vino, dentium dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita, impetigines tollit. Illinuntur ramẽta[42] rami ſine cortice quàm minutiſſima ad ſcobis modum. Caprifico quoque medicinæ vnius miraculum additur. Corticem eius[43] impubeſcentem puer impubis ſi defracto ramo detrahat dentibus, medullam ipſam ad alligatam ante Solis ortum, prohibere ſtrumas. Caprificus[44] tauros quamlibet feroces, collo eorum circundata, in tantum mirabili natura compeſcit, vt im mobiles præſtet. Herba quoque, quam Græci[45] erineon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem. Palmum alta eſt, cauliculis quinis[46] ferè, ocimi ſimilitudine, flos candidus, ſemen nigrum, paruum: tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris[47] medetur: vtcunq; autẽ decerpta manat lacte multo & dulci. Herba perquàm vtilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia reſiſtunt venenis. Pruni folia[48] decocta tonſillis, gingiuis, vuæ proſunt in vino decocta, & ſubinde ore colluto. Ipſa pruna aluum molliunt, ſtomacho[49] verò vtiliſſima, ſed breui momento. Vtiliora Perſica, ſuccuſq;[50] eorum, etiamnum in vino aut in aceto expreſſus. Nec eſt alius[51] eis pomis innocẽtior cibus. Nuſquam minus odoris, ſucci plus, qui tamen ſitim ſtimulet. Folia eius trita illita, hæmorrhagiam ſiſtunt.[n] Nuclei Perſicorum[52] in aceto & oleo, capitis doloribus illinuntur. Sylueſtrium quidem prunorum baccæ, vel è radice cortex, in vino auſtero ſi decoquantur, ita vt triẽs ex hemina ſuperſit, aluum & tormina ſiſtunt. Satis eſt ſingulos cyathos decocti ſumi. Et in iis, & ſatiuis prunis eſt limus arborum,[53] quem Græci lichena appellant, rhagadiis & condylomatis mirè vtilis.[54] Mora in Aegypto & [o] Cypro ſui generis, vt diximus, largo ſucco abundant, ſummo cortice deſquamato: altiore plaga,[55] ſiccantur, mirabili natura. Succus aduerſatur venenis ſerpentium, prodeſt dyſentericis, diſcutit[p] panos, omnéſque collectiones: vulnera conglutinat, capitis dolores ſedat, item aurium:[56] ſpleneticis[57] bibitur. Illinitur & contra [q] perfrictiones. Celerrimè teredinem ſentit.[58] Nec apud nos ſucco vſus minor. Aduerſatur aconito & araneis, in vino potus. Aluum ſoluit,[59] pituitaſq; ac tineas & ſimilia ventris animalia extrahit. Hoc idem præſtat & cortex tritus. Folia tingunt capillum cum fici nigræ & vitis[60] corticibus ſimul coctis in aqua cæleſti. Pomi ipſius ſuccus aluum ſoluit protinus. Ipſa poma ad præſens ſtomacho[61] vtilia, refrigerant, ſitim faciunt. [r] Si non ſuperueniat alius cibus, intumeſcunt. [s] Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluum: veluti animalis alicuius, in hac arbore[t] obſeruandis miraculis, quæ in natura eius diximus. Fit ex pomo panchreſtos ſtomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo: Sextarij tres ſucci è pomo,[62] leui vapore ad craſſitudinẽ mellis redigũtur.[63] [u] Pòſt additur omphacij aridi pondus x. duorum, aut myrrhæ x. vnius, croci x. vnius. Hęc ſimul trita[64] miſcentur decocto. Neque eſt aliud oris, arteriæ, vuæ, ſtomachi, iucundius remedium. Fit & alio modo: Succi ſextarij duo, mellis Attici ſextarius, decoquuntur, vt ſuprà diximus. Mira ſunt præterea, quæ produntur. Mori germinatione, priùs[65] quam in folia exeant, ſi iſtra decerpi iubentur futura poma:[66] ricinos Græci vocant. Hi terram ſi non attigere, ſanguinẽ ſiſtunt adalligati, ſiue ex vulnere fluat, ſiue ore, ſiue naribus, ſiue[67] hæmorrhoidis: ad hoc ſeruantur repoſiti. Idem præſtare & ramus dicitur, Luna plena defractus, incipiens fructum[68] habere. Si terrã non attigerit, priuatim mulieribus adalligatus lacerto contra abundantiam menſium. Hoc & quocunque tempore ab ipſis decerptum ita vt terram non attingat, adalligatumq; exiſtimant præſtare. Folia mori trita, aut arida decocta, ſerpentium ictibus imponuntur. Ad idemq; potu proficitur. Scorpionibus aduerſatur è radice corticis ſuccus, ex vino aut poſca potus. Reddenda eſt & antiquorum compoſitio: Succum expreſſum pomi maturi immaturiq; miſtum,[69] coquebant in vaſe æreo ad mellis craſſitudinem. Aliqui myrrha adiecta[70] & cupreſſo præduratum vas Sole torrebant, permiſcentes ſpatha ter die. Hæc erat ſtomatice,[71] qua & vulnera ad cicatricem perducebant. [x] Alia ratio: ſuccum ſiccato exprimebant pomo, multùm ſapori obſoniorũ conferente. In medicina verò contra nomas & pectoris pituitas, & vbicunq; opus eſſet aſtringi viſcera. Dentes quoq; colluebant eo. Tertium genus ſucci foliis & radice decoctis ad ambuſta ex oleo illinenda. Imponuntur & per ſe folia. Radix per meſſes inciſa

42 ramorum. Vet.

43 iam pubeſcẽtem. Vet.

44 taurorum quamlibet ferocium col. cor. cic. in tam rabidam naturam. M.

45 Erinon. Dioſc.

46 ferè, aut ſenis, foliis ocymi. Dioſcor.

47 medetur duabus dr. achmis, cum cyathis mellis Attici quatuor. Cumulatim decerpta &c. Cornarius ex Vet.

48 decocta, in M.d.

49 verò, in M.d.

50 eorum etiam expreſſus cum vino aut aceto. Dal.

51 eius. CH.

52 cum. M. cum oleo & aceto. CH.

53 quem gummi Græci appellant, lichenibus, rhagadiis. Ex Dioſco.

54 Sycomori. Dioſc.

55 ficea. M.

56 ſplenicis. CH.

57 bibitur, atque illinitur, & contra. M. & CH.

58 Neque &c. minor vſus. CH.

59 pituitas', tæniaſque. CH.

60 cortice. M. foliis. Dioſco.

61 inutilia. Dioſco.

62 leni. M. & CH.

63 Poſtea omphacid. pondus XII. croci VI; aut murrhæ XI. Hæc ſimul &c. CH.

64 & mixta. M.

65 quàm folia. CH.

66 cytinos Hermolaus

67 hæmorrhoidibus, vel hemorrhoide. Dal.

68 habere, ſi. Dal.

69 coquebant vaſe. CH. coquebantur in vaſe. Alij.

70 & paſſo. Quidã.

71 quæ & vul. ad cic. perducebat. M.

ſes inciſa ſuccum dat aptiſſimum dentium dolori, collectionibúſque & ſuppurationibus. Aluum purgat. Folia mori in vrina madefacta, pilum coriis detrahunt. Ceraſa aluum molliunt, ſtomacho inutilia. Eadem ſiccata aluum ſiſtunt, vrinam cient.[72] Inuenio apud autores, ſi quis matutinò roſcida cum ſuis nucleis deuoret, in tantum leuari aluum, vt pedes morbo liberentur. Meſpila, exceptis [y] ſeraniis, quæ malo propiorem vim habent, reliqua aſtringunt ſtomachum, ſiſtúntque aluum. Item ſorba ſiccata nam recentia ſtomacho & aluo citæ proſunt.

72 Inuenio autores. M.

ANNOTATIONES.

a Coaguli modo lac contrahit, concrecumque diſſoluit, vt accetum. Dioſcor.

b πόσεως συνεχοῦς. Dioſcor. omnibus neruorum nodis.

c Medicatas vocat, quarum maturitas, vt ſint præcociores, captificatione accelceratur. Qua ratione id fiat, vide ſuprà c. 19. li. 15.

d Hæ fiunt adſtricta cute, præcluſis eius ſpiraculis, impeditóque humorum & vaporum tranſpiratu, aëris frigore, gelida lauatione & ſimilibus cauſis.

e Galenus libris de alimentis, vulpium corpus ficuum & vuarũ eſu maximè pingueſcere tradit, ſed carne laxa & fluida.

f Illarum eſu carnem & habitum corporis augeri docuit.

g Pituitoſum humorem, in pulmonem delapſum.

h Secum pugnat Paulo antè aluum mollire dixit. Legendum ex Dioſc. Aluo vtile ſunt, κοιλιοπλανήσιν, vel Aluum cient.

i De lixiuio ficulneo Dioſcorides id prodit his verbis. καθαίρει γὰρ ἡ ποιαθῆ, καὶ σκωλὰ, καὶ συμφύτα.

k Plinius, niſi pro acie vlcera legamus, de oculis intellexit, quod de vlceribus Dioſcorides ſcripſerat.

i Acrius. Theophraſto, Ariſtophanique in Veſpis, ἐπῶδὸς συκῆς πάντα δεξιώτατα ἰᾶται. Plutarchus in Sympoſiacis quærit, cur ficus πίνων καὶ γαμοῦντας μαχρὸν, naſcitur in Ἄνθρῳ πυροτάτη? Fumum moleſtiſſimum eſſe & acerrimum tradit Brod. cap. 2 1.3.

m Hæc fermè omnia de fici lacte hoc ipſo capite paulò ante recitata ſunt, quæ Plinius, quamuis ſenſu codẽ, ex diuerſis autoribus nullo iudicio in vnum congeſſit.

n μηκάλφαν vocat Archigenes lib. 5. περὶ τέτρου, in deſcriptione medicamentorum, quæ faciunt ad gingiuas cruentas. quoniam inſtar gladij mucronati ſunt.

o Sycomorus Dioſcoridi in Rhodo & Caria plurima naſcitur. Cypria ficus ab ea diuerſa eſt, ex vlmorum genere, folio ſycomori, fructu pruni magnitudine, meo iudicio arbor quæ myxa fert.

p Galenus lib. 14. meth. cap. 7. in curatione tumoris ex craſſo vaporoſoq; ſpiritu geniti mirum in modum laudat emplaſtrum διὰ σωμφίκων, cuius deſcriptio eſt apud Æ gineram.

q Horrores, τὰς φρίκας. Dioſcor.

r Alia fuit Horatij ſententia his verſibus,

--ille ſalubres
Æſtates peragat, ingrũ qui prandia morꝭ
Finiet, ante grauem quæ legerit arbore Solem.

s Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluum, corticis, qui veluti animalium cutis eſt in hac arbore &c. Suprà cap. 38. lib. 16. Pro cute cortex. Mirum, hic in moro &c. cutis, in alicuius, corruptum eſt.

t Videlicet, quòd niſi exacto frigore germinet, vniuerſa germinatione tantùm erumpente, vt vna nocte peragat, etiam cum ſtrepitu. Vide ſuprà cap. 25. lib. 16.

v Cornarius, additur &, aut, in vetuſto codice non legit, & ſic emendat hunc locum: Poſt omphacij aridi pondus x. duorum, myrrhæ x. vnius, croci vnius ſimul trita &c.

x Leg. Alia ratio immaturi ſuccum exprimebant, ſiccato pomo multum &c. Id eſt quod ait Dioſcorides, immatura mora ſiccari, & ita rhoẽ miſceri collacorum e bis.

y Inepté Plinius. Sitamos ab epimelide diuerſa eſt. Nec ſitanios ſed epimelis foliis malo comparatur, non autem facultate, quæ multum differt.

De pineis & amygdalis, & nuce auellana, & de nuce iuglande, & de piſtacijs & caſtaneis, ſiliquis, cornu, & vnedone, & lauro.

CAP. VIII.

NVces pineæ, quæ reſinam habent, contuſæ leuiter, additis[1] in ſingulis ſextariis aquæ ad dimidium decoctæ,[a] ſanguinis excreationi medentur, ita vt cyathi bini bibantur ex eo. Corticis è[2] pino in vino decoctum cotra tormina datur. Nuclei nucis pineæ ſitim ſedant, & acrimoniam ſtomachi roſionéſque, & [b] contrarios humores conſiſtentes ibi, & infirmitatem virium roborant, renibus & veſicæ vtiles. Fauces videntur[3] exaſperare, & tuſſim. Bilem pellunt potiex aqua, aut vino, aut paſſo, aut[4] balanorũ decocto. Miſcetur his contra vehementiores ſtomachi roſiones cucumeris ſemen, & ſuccus[5] portulacæ. Item ad veſicæ hulcera & [6] renum, quoniam & vrinam cient. Amygdalæ amaræ radicum decoctum cutem in facie[7] corrigit, colorémq; hilariorem facit. Nuces ipſę ſom-
num faciunt & auiditatem. Vrinam & menſes cient. Capitis dolori illinuntur, maximéq; in febri: ſi ab ebrietate, ex aceto & roſaceo & aquæ ſextario. Et ſanguinem[8] ſiſtunt. Cum amylo & menta[9] lethargicis comitialibúſq; proſunt. Capite peruncto epinyctidas ſanant: è vino[10] veteri hulcera putreſcentia. Canũ morſus cum melle. Et furfures[11] ex facie, antè fotu præparata. Itẽ iocineris & renum dolores ex aqua potæ: [12] & ſæpe ex ecligmate cum reſina terebinthina. Calculoſis & difficili vrinæ in paſſo, & ad purgandam cutem in aqua muſſa tritæ, ſunt efficaces. Proſunt ecligmate iocineri, tuſſi & colo, [13] cum elelifphaco modicè addito. In melle ſumitur nucis auellanæ magnitudo. [c] Aiunt,[14] quinis ferè præſumptis ebrietatem non ſentire potores: vulpéſque, ſi ederint eas, nec contingat è vicino aquam lambere, mori. Minus valent in remediis dulces, & hæ tamen purgant, & vrinam cient. Recentes ſtomachum implent. Nucibus Græcis cum abſinthij ſemine ex aceto ſumptis, morbus regius ſanari dicitur: item illitis per ſe vitia ſedis, & priuatim

1 in ſingulas ſingulis. Vet.

2 pinu. CH.

3 exaſperatas lenire. Vet.

4 phœnicobalanorum. Vet.

5 porcillacæ. CH.

6 renes. CH.

7 erugat. Vet.

8 ſiſtunt cum amylo & menta. Lethargicis com. proſunt capite peruncto. Epinyctidas. Vet.

9 lethargis & comitialibus. CH.

10 veteri. CH.

11 in Vet.

12 & ſumpte in ecligm. Vet.

13 cum melle aut paſſo modice addito. Sumitur nucis &c. M. & Ver. cum melle & lacte Dioſc.

14 ſeptenisve. Dioſc.

condylomata. Idem tussi & sanguinis reiectioni prodest. Nuces iuglandes Græci à capitis grauedine appellauere. Etenim arborum ipsarum foliorúmque [15] vires, in cerebrum penetrant: hócque minore momento, sed in cibis, nuclei faciunt. Sunt autem recentes iucundiores, siccæ vnguinosiores, & stomacho inutiles, difficiles [16] concoctu, dolorem capitis inferentes, [d] tussientibus inimicæ, & [e] vomituris [17] ieiunis: aptæ in [f] tenesmo solo: trahunt enim pituitam. Eædem præsumptæ venena hebetant: [18] item anginam cum ruta & oleo. Item aduersantur [19] cæpis, leniúntque carum saporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Item cum ruta mammis, & luxatis. Cum cæpa autem & sale & melle, canis hominisque morsui. Putamine nucis iuglandis, dens cauus inuritur. Putamen combustum tritúmque in oleo aut vino, infantium capite perunctо, nutrit capillum: & ad alopecias eo sic vtuntur. Quò plures nuces quis ederit, hoc faciliùs [20] tineas pellit. Quæ peruereres sunt nuces, gangrænis & carbunculis medentur: item suggillatis. Cortex iuglandium, lichenum vitio, & dysentericis prodest. Folia trita cum aceto, aurium dolori. In sanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti, & è duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ foliis viginti simul tritis, addito salis grano: & qui hoc ieiunus sumat, nullum venenum nociturum illo die. Contra rabiosi quoque canis [21] morsus, nuclei è ieiuno homine commanducati illitíque præsenti remedio esse dicuntur. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi, [22] & pinguedini corporis conferunt, plus quàm sit verisimile. Tostæ & destillationi medentur. Tussi quoque veteri tritæ, & in aqua mulsa potæ. Quidam adiiciunt grana pineris, alij è passo bibunt. Pistacia eosdem vsus & effectus habent, quos pinei nuclei, prætérque ad serpentium ictus; siue edantur, siue bibantur. Castaneæ vehementer sistunt stomachi & ventris fluxiones, [23 h] aluum cient, sanguinem excreantibus prosunt, carnes alunt. Siliquæ [i] recentes, stomacho inutiles, aluum soluũt. Eædem siccatæ sistunt, stomachóque vtiliores fiunt. Vrinam cient. [k] Syriacas in dolore stomachi ternas in aquæ sextariis decoquunt quidam ad dimidium, eúmque succum bibunt. Sudor virgæ corni arboris [24] lamina ferrea candente exceptus, non contingente ligno, illitáque in de ferrugo incipientes lichenas sanat. Arbutus [l] siue vnedo, fructum fert difficilem concoctioni, & stomacho inutilem. Laurus excalfactoriam naturam habet, & foliis, & cortice, & baccis. [25] Itaque decoctum ex his, maximè è foliis, prodesse vuluis & vesicis conuenit. Illita verò vesparum crabronúmque & apium, item serpentium venenis resistunt, maximè sepis [m] dipsadis, & viperæ. Prosunt & mensibus fœminarum cum oleo cocta. Cum polenta autem quæ tenera sunt trita, ad [26] inflammationes oculorum, cum ruta testium, cum rosaceo [27] capitis dolores, aut cum irino. [28] Quin & commanducata atque deuorata per triduum terna, liberant à tussi. Eadem prosunt suspiriis trita cum melle. Cortex radicis cauendus grauidis. Ipsa radix calculos rumpit, iocineri prodest tribus obolis in vino odorato pota. Folia pota vomitiones mouent. Baccæ menses trahunt appositæ tritæ, vel potæ. Tussim veterem & orthopnœam sanant binæ, detracto cortice in vino potæ. Si & febris sit, ex aqua, aut eclegmate ex aqua mulsa, aut ex passo decoctæ. Prosunt & phthisicis eodem modo, & omnibus thoracis rheumatismis. Nam & concoquunt pituitam, & extrahunt. Aduersus scorpiones quaternæ ex vino bibuntur. Epinyctidas [29] ex oleo illitæ & lentigines, & hulcera manantia, [30] & hulcera oris, & furfures. Cutis [31] prurigine succus baccarum emendat, & phthiriasin. Aurium dolori & grauitati instillatur, cum vino vetere & rosaceo. Perunctos eo fugiunt venenata omnia. Prodest contra ictus & potus, maximè autem eius laurus, quæ tenuiora habet folia. Baccæ cum vino serpentibus, & scorpionibus, & aranеis resistunt. Ex oleo & aceto illinuntur & lieni & iocineri: gágrænis cum melle. Et in fatigatione etiam aut perfrictione succo eo perungi, nitro adiecto, prodest. Sunt qui celeritati partus multùm conferre putent radicem, acetabuli mensura in aqua potam, efficaciùs recẽtem, quàm aridam. Quidam aduersus scorpionum ictus, decem baccas dari iubent potui. Item & in remedio vuæ [n] iacentis, quadrantẽ pondo baccarum

15 virus CH. virus in cer. penetrat, hocque min. tormento. Idem in cibis. Vet.
16 concoctu, bilioſæ. dol. Dioſc.
17 ieiunis aptæ, vt & in tenesmo solo Vet.
18 Hæc vltima clausula in M.d.
19 aliiis. Dioſc.
20 taenias. Vet.
21 morsum CH.
22 & pinguitudini. CH.
23 aluo citæ & sang. Vet.
24 lamna. CH.
25 Itemque. CH.
26 inflationes. M. inflammationes omnes, cum & c Dioſc.
27 ad cap dol. Vet.
28 Quin manducata, Dal.
29 sanant ex ol. Vet.
30 & vlcera oris, in CH d.
31 porrigines. CH.

carum [32] foliorúmque decoqui in aquæ sextariis tribus ad tertias, eámque calidam gargarizare: & in capitis dolore, impari numero baccas cum oleo conterere, [33] & calefacere. Laurus Delphicæ folia trita olfactáque subinde, pestilentiæ contagia prohibent, tanto magis si & vrantur. Oleum ex Delphica ad cerata [34] acopúmque, ad perfrictiones discutiendas, neruos laxandos, lateris dolores, [o] febréque frigidas vtile est. Item ad aurium dolorem, in mali Punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquæ, vuam cohibent gargarizatione: potu alui dolores, intestinorúmque. Tenerrima ex his trita in vino, papulas pruritúsque, illita noctibus. Proximè valent cætera lauri genera. Laurus Alexandrina siue Idæa, partus celeres facit, radice pota [35] trium denariorum pondere, in vini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit, menséque eodem modo pota. [p] Daphnoides ([36] siue his nominibus quæ diximus) syluestris [37] laurus prodest, aluum soluit, vel recenti folio vel arido drachmis tribus cum sale in [38] hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium & vomitus, stomacho inutile. Sic & baccæ quinæ denæue, purgationis causa sumuntur.

32 foliorúmve. M. & CH.
33 & calido illinere. Vet. & calfacere. CH.
34 acopa. Vet.
35 sex drachmarum. Dioſc.
36 siue, omissis iis. Vet.
37 laurus ad eadem prodest. Dioſc.
38 hydromelite. Manducata pituitas. Vet.

ANNOTATIONES.

a In Aesculapij templo, quòd olim fuit in insula Tyberina, reperta marmorea tabula Græcis literis exarata, pini nucleos reiicientibus sanguinem ex pectore mederi testatur. Antiquitatis monumentum illud singulare ex libris de arte gymnastica Mercuria lis medici doctissimi sumptum adscribere placuit: quod illi clarissimo viro me debere tacitum nolui. Scriptura hæc est. αἶμα ἀναφερομένῳ ἰατικῶν, χαρακτηριζόντων τὸν ἄνθρωπον, ἐχρηματίσατο ἐκ τῶν ἐλθόντων, ἢ ἐκ τοῦ τριβόμενα ἄφαι κίνησιν σχεδιάζει, ἢ φαγεῖν μετὰ ἐλαίου τοῦ τρίτου ἡμέρας, ἢ ἐκθεῖν, ἢ λοῦσθαι ἀπεχομένου ἐμπροσθεν τὰ δέκα μιλ. Id aũt est: Sanguine Iuliano reijcienti ex pectore, desperato ab omnibus, ex oraculo Deus respondit, veniret, & ex aris tribus (vel, è templo, vbi tres aræ sunt, nucleos pini tolleret, & cum melle comederet per triduum. Hoc remedio ille seruatus est, ac profectus in templum gratias egit publicè, populo præsente.

b Putres & corruptos, τὰς τοῦ ὑγροῦ διαφθορὰς. Dioſcor.

c Athenæus lib. 2. ex Plutarcho.

d Tussiculosis, tussi obnoxiis: quoniam impleto vaporoso halitu capitè fluxionem concitant.

e Laxarum enim ac emollitum oleoso suo vnguine ventriculi os, ad vomitionem imbecillum reddunt. Varro cap. 9. lib. 2. scribit nucibus Græcis in aqua tritis canum aures perunctas, & quæ inter digitos sunt, musculis, ricinis, pulicibus non exulcerari. Idem c. 16. 3. flore nucis Græcæ & corni apes vêre pastas cœliacas fieri, & vrinæ potu resici.

f Cõueniunt in tenesmo, non quia trahunt pituitam, sed quia flatus crassos recti intestini extremam oram distendentes discutiunt, & viscidam pituitam ibi tenacius inhærentem absterguunt.

g Serenus cap. 8. de venenis prohibendis,

Bis denum ruta folium, salis & brene granum,
Euginteſque duas, totidem cum corpore ſicus,
Hæc oriente die parco conſperſa lyæo:
Sumebat, metuens deterat quæ pocula tutor.

h Hoc falsum. nihil Dioscorides. Lego, aluo citæ & sanguiné &c.

i παραστάδες παχεῖς, vulgo Carrubiæ.

k περσικὸς παχὺς, vulgo Cassiam fistulam.

l Cum arbuto, quę πόμαρος est. Plinius hìc negligenter, vt & cap. 24. lib. 13. vnedonem confundit, quæ fructus est epimelidis.

m πρωτόγαλα, μαίνουρα, μαλακόστεον, ἀμμοβάστην, πυτιρίδα, siue πυτιρίδιον etiam vocant Libyæ alumnam, minorem vipera, sed perniciosiorem, corpore, vt ait Sostratus, albicante, cauda nigris lineis duabus distincta. Rhodig. cap. vlt. lib. 25.

n Gargareonis demissi & laxioris.

o Vel rigores febriles, vel hepialas, & lypirias, in quibus ardent simul ægri & algent.

p Laureola officinarum. Vide quæ de chamædaphne ũ notata sunt cap. vlt. lib. 15. & cap. 15. lib. 24.

De myrto ſatiua, & myrtidano, & de myrto ſyluestri. CAP. IX.

MYrtus satiua candida, minùs vtilis est medicinæ, quàm nigra. [1] Semen eius medetur sanguinem excreantibus. Item contra fungos in vino potum. Odorem oris commendat vel pridie commanducatum. [2] Item apud Menandrum Synaristusæ hoc edunt. Datur & dysentericis [3] denarij pondere in vino. Hulcera difficilia in extremitatibus corporis sanat, cum vino subfrueſactum. Imponitur lippitudini cum polenta, & cardiacis in mamma sinistra: & contra scorpionis [4] ictus in mero, & ad vesicæ vitia, capitis dolores, & ægilopas, antequàm suppurent: item tumoribus, exemptísque nucleis in vino vetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus [5] seminis aluum sistit, vrinam ciet. Ad eruptiones pustularum pituitæq; cum cerato illinitur: & contra phalangia. Capillum denigrat. Lenius succo oleum est ex eadem myrto: lenius & vinum, quo nunquam [6] inebriatur. Inueteratum sistit aluum & stomachum: tormina sanat, fastidium abigit. Foliorum arentium farina sudores cohibet inspersa, vel in febri. Vtilis & cœliacis & procidentiæ vuluarum, sedis vitiis, hulceribus manantibus, igni sacro fotu, capillis fluentibus, furfuribus: item [7] aliis eruptionibus, ambustis. Additur quoque [8] in medicamento, quod [a] liparas vocant, [9] eadem de causa qua oleum ex his, efficacissimum ad ea quæ in humore sunt, tanquam in ore & vulua. Folia ipsa fungis aduersantur trita ex vino, cum cera verò articularibus morbis & collectionibus. Eadem in vino decocta dysentericis & hydropicis potui dantur. Siccantur in farinam, quæ inspergitur hulceribus, aut hæmorrhagiæ. [10] Purgant & lentigines, pterygia & [11] paronychia & epinyctidas, condylo-

1 Fructus. Dioſc.
2 Idem, in Vet. d.
3 idem denarij. CH.
4 ictum. CH.
5 fructus. Dioſc.
6 inebriantur. Vet & CH. quod nunquam inebriat.
7 papularum. Vet.
8 in medicamẽta (ſic & CH.) quæ liparas Vet.
9 eademque de cauſa oleum. M.
10 Purgat. Vet.
11 paronychias. Dal.

condylomata, testes, tetra hulcera: item ambusta cum cerato. Ad aures purulentas & foliis crematis vtuntur & succo & decocto. Comburuntur & in antidota. Item cauliculi [12] flore decerpti, [13] in nouo fictili operto [14] cremati in furno, dein triti ex vino. Et ambustis foliorum cinis medetur. Inguen ne intumescat ex hulcere, satis est furculum tantùm myrti habere secum, non ferro nec terra contactum. Myrtidanum [b] diximus quomodo fieret. Vuluæ prodest appositum fotu, & illitu. Multo efficacius & cortice, & folio, & semine. Exprimitur [15] & foliis succus mollissimis in pila tusis, affuso paulatim vino austero, aliàs aqua cælesti: atque ita expresso vtuntur ad oris sedísque hulcera, vuluæ & ventris: capillorum nigritiam, [16 c] malarum perfusiones, purgationes lentiginum, & vbi constringendum aliquid est. [d] Myrtus syluestris, siue oxymyrsine, siue chamæmyrsine, baccis rubentibus & breuitate à satiua distat. Radix eius in honore est, decocta vino, ad renum dolores pota, & difficili vrinæ, præcipuéque crassæ, & [17] graue olenti morbo regio, & vuluarum purgationi trita cum vino. Cauliculi quoque incipientes asparagorum modo in cibo sumpti, & in cinere cocti: semen cum vino potum, aut oleo aut aceto, calculos frangit. [18] Item in aceto & rosaceo tritum, capitis dolores sedat & potum morbum regium. Castor [e] oxymyrsinen [19] myrti foliis acutis, ex qua fiunt turi scopæ, ruscum vocauit, ad eosdem [20] vsus. Et hactenus habent [21] se medicinæ urbanarum arborum. Transeamus ad syluestres.

12 florentes decerpti. Ver.
13 & in. CH.
14 cremantur in fur. de. terruntur. Alij.
15 & succus ex foliis.
16 alarum. Dioscor.
17 grauiter. Vet.
18 Idem. Dal.
19 hanc myrtj. Dal.
20 vsus commendãs: vel, & ad eosdem vsus commendauit. Dal.
21 ita se. Dal.

ANNOTATIONES.

a τὰ λιπαρὰ, lenia emplastra Celso lib. 5. vel, vt aliis placet, ex vnguinosis tacta, vt oleo, butyro, adipe &c. Quæ horum nihil, aut omnino parùm habent, ἀλίπαντα dicuntur.
b Cap. 16. lib. 14. Vide quod illic adnotatum est de Plinij errore.
Alatum κεκθυγῶς μαχάνης. Dioscor. Sic vertit Ruellius.
c
d Myrtus syluestris, nunc vera myrtus est sponte nascens, nunc ruscus. Hæc Plinius non distinguit.
e Ignoranter Plinius ruscum Latinorum ab oxymyrsine Græcorum diuersum esse putat.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXIIII.

PROOEMIVM.

Medicinæ ex arboribus syluestribus. CAP. I.

NE syluæ quidem, horridiórque naturæ facies, medicinis carent, sacra illa parente rerum omnium, nusquam non remedia [1] disponente homini, vt [2] medicina fieret etiam solitudo ipsa, sed ad singula illius discordiæ atque concordiæ miraculis occursantibus. Quercus & olea tam pertinaci odio dissident, vt altera in alterius scrobe [3] depactæ moriantur: quercus verò & iuxta nucem iuglandem. Pernicialia & brassicæ cum vite odia: [4] ipsúmque olus, quo vitis fugatur, aduersum cyclamino & origano arescit. Quin & annosas

1 opponente. Ver.
2 medicinæ vicaret. Vet.
3 depacta moriatur.
4 ipsum olus. CH.

annosas iam, & quæ [5] sternuntur arbores, difficiliùs cædi, ac celeriùs [6] inarescere tradunt, si priùs manu, quàm ferro, attingantur. Pomorum onera à iumentis statim sentiri: ac nisi priùs ostendantur his, quamuis pauca portent, sudare illicò. Ferulæ affinis [7] gratissimæ sunt in pabulo, cæteris verò iumentis præsentaneo veneno: qua de causa id animal Libero patri [8] assignatur, cui & ferula. Surdis etiam rerum sua cuique sunt venena, ac minimis quoque. [a] Philyra coci & polline nimium salem cibis eximunt. Præ dulcium fastidiũ sal temperat. Nitrosæ aut amaræ aquæ, [b] polenta addita mitigantur, vt intra duas horas bibi possint. Qua de causa & in saccos vinarios additur polenta. Similis vis Rhodiæ cretæ, & argillæ nostratis. Concordia [9] valent, cùm [c] pix oleo extrahitur, quando vtrunque pinguis naturæ est. Oleum solum calci miscetur, quando vtrunque aquas odit. [10] Gummi [d] aceto faciliùs eluitur, atramentum aqua. Innumera præterea alia, quæ suis locis dicentur assiduè. Hinc nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia parata vulgo, inuentu facilia, ac sine impendio, [11] ex quibus viuimus. Posteà fraudes hominum & ingeniorum capturæ officinas inuenere istas, in quibus sua cuique homini vænalis promittitur vita. Statim compositiones & misturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in [12] medio æstimantur, hulcerísque paruo medicina à Rubro mari [13] imputatur, cùm remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. Nam si ex horto petantur, [14] aut herba vel frutex quæratur, nulla artium vilior fiat. Ita est profectò, [e] magnitudo populi Romani perdidit ritus, [15] vincendo victi sumus. Paremus externis, & vna artium Imperatoribus quoque imperat. Verùm de his aliàs plura.

5 sternantur. CH.
6 inarescere. CH.
7 gratissimo. CH.
8 assignant, cui & ferulam. Ver.
9 valet. Vet.
10 Commi. CH.
11 &. CH.
12 medendo. Vet. in Media. CH.
13 imponitur. Ver. impẽditur. Alij Ver.
14 aut petatur herba. Vet.
15 vincẽdoque. CH.

ANNOTATIONES.

a Recentibus tæniis, membranis, fasciis tiliæ, minutim concisis, & cibo insperfis, quæ veluti salem exsugunt, & ebibunt.
b Vt citius vinum defecetur.
c Vt & emplastrum quoduis.
d Ob summam quam habet vim attenuandi. Verum id quidem est & de nostro Arabico, & de gummosis aliis, vt opopanace &c.
e Idem argumentum fusiùs tractatur cap. 1. lib. 29.

Lotos. CAP. II.

LOton herbam, itémque Ægyptiam eodem nomine, aliàs & Syrticam arborem, diximus suis locis. Hæc lotos, quæ faba Græca appellatur à nostris, aluum baccis sistit. Ramenta ligni decocta in vino prosunt dysentericis, menstruis, vertigini, comitialibus. [b 1] Cohibent & capillum. [c] Mirum, his ramentis nihil esse amarius, fructúque dulcius. Fit & è scobe eius medicamentum, ex aqua myrti decocta, subacta, & diuisa in pastillos, dysentericis vtilissimum, pondere Victoriati cum aquæ cyathis tribus.

1 Ruffant. Dioscor.

ANNOTATIONES.

a Lotos arbor triplex est, prima diospyros Græcorum, faba Græca Latinorum, *vna d'Indie* Italorum, guaiacana quorũdam, quam impropriè loton vocant ob fructus dulcedinem, cerasо similis arbore Theophrasto cap. 13. lib. 3. nucleo duro. Describitur prolixè cap. 30. lib. 16. Secunda Dioscoridis, ptior Theophrasti, celtis Plinij cap. 17. lib. 13. magnitudine pyri, folio ilicis, fructu dulci, nunc exosse, nunc durum nucleum ambiente, colorem vuæ modo mutante, cùm maturescit, è quo vinum exprimitur. Monpessulanis *Micocoulier*. Tertia quæ Theophrasto secunda est, lauroceraſus quibusdam, quòd folium lauro simile sit, fructus cerasо, fruticosa, ramosa, caudice firmo, semine nuce incluso, externa fructus parte minimè carnosa, vt in amygdala, sed cutis modo tenera, vt in cerasо, sapore non tàm dulci, quàm gustu grato, è quo vinum exprimitur, in biduum aut triduum durans, post acescens, lotus Polybij apud Athenæum lib. 14. arbor non magna, aspera, spinosa: folio herbaceo, rhamno simili, paulò latiore, & spissiore: fructu initio myrtis albis perfectis colore, & magnitudine simili, sed dum augescit phœniceo, magnitudine oliuę teretis: nucleo prorsus exiguo, vt arbitror paliurus Theophrasti est. Nemo enim alius spinosas esse lotos scripsit, nostra verò zizyphus.
b Rufant, *fœrbisse*. Dioscor.
c Quæ hinc ad finem capitis sequuntur, in Dioscoride non extant: facultates verò aliæ ex Dioscoride citatæ non ad lotum diospyrum, siue fabam Græcam, pertinent, sed ad calicam siue Syrticam, quam *Micocoulier* vocant, qua in re Plinius falsus est.

Glans. CAP. III.

GLans intrita duritias, quas [1] cacoethe vocant, cum salsa axungia sanat. Vehementiora sunt ligna & in omnibus cortex ipse, corticíque tunica subiecta. Hæc decocta iuuat cœliacos. Dysentericis etiam illinitur, vel ipsa glans. Eadémque resistit serpentiũ ictibus, rheũatilmis [a] suppurationibus. Folia & [b] baccæ, vel cortex, vel succus decocti prosunt [c] contra toxica. Cortex illinitur decoctus lacte vaccino, serpentis plagæ. Datur & ex vino dysentericis. Eadem & ilici vis.

1 cacoethes &c. sanat, vehementioresq; lichenas. In omnibus. Vet.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a Fluxionibus, quæ excitatæ phlegmone suppurationes tandem efficiunt.
b Vel glandes, vel baccæ, quæ baccarum modo adnascuntur.
c Glandes in cibo sumptæ resistunt venenatorum ictibus. Decoctum earum & corticis, cum lacte vaccino potum, prodest contra toxica. Dioscor. Plinius hæc omnia peruertit.

De tocco ilicis, & galla, & visco, pilulis, glande, & de cerri radice, & subere.
CAP. IIII.

COccum ilicis, vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua, & oculis suffusis sanguine instillatur. Est autem genus ex eo in Attica ferè & Asia nascens, celerrimè in vermiculum se mutans, quod ideò scolecion vocant: improbántque. Principalia eius genera diximus. Nec pauciora gallæ genera fecimus, solidam, perforatam: item albam, nigram, maiorem minorem. Vis omnium similis. Optima [1] Comagena. Excrescentia in corpore [2] tollit. Prosunt gingiuis, vuæ, oris exhulcerationi. Crematæ & in vino extinctæ, cœliacis. Dysentericis illinuntur. Paronychiis ex melle, & vnguibus scabris, pterygiis, hulceribus manantibus, condylomatis, [3] vulneribus quæ phagedænica vocantur. In vino autem decoctæ auribus instillantur, oculis illinuntur: [4] aduersus eruptiones & panos cum aceto. [a] Nucleus commanducatus dentium dolorem sedat: item intertrigines, & ambustа. Immaturæ ex his ex aceto potæ, lienem consumunt. Eædem crematæ, [5] & aceto salso extinctæ, menses sistunt, vuluásque procidentes fotu. [6] Omnes* capillos denigrant. Viscum è robore præcipuum diximus haberi, & quo [7] conficeretur modo. Quidam contusum in aqua decoquunt, [8] donec innatet. Quidam commánducantes acinos, expuunt cortices. Optimum est, quod sine cortice est, quódque [b] leuissimum, extrà fuluum, intus porraceum, quo nihil est glutinosius. Emollit, discutit tumores, siccat strumas. Cum resina & cera panos mitigat omnis generis. Quidam & galbanum adiiciunt, pari pondere singulorum: eóque modo & ad vulnera vtuntur. Vnguium scabritias expolit, si septenis diebus [9] soluantur, nitróque colluantur. Quidam id religione efficacius fieri putant, prima Luna [10] collectum è robore sine ferro. Si terram non [11] attigit, comitialibus mederi. Cõceptum fœminarũ adiuuare, si omnino secum habeant. [c] Hulcera commanducato impositóque efficacissimè sanari. Roboris pilulæ ex [12] adipe vrsino alopecias capillo replent. Cerri folia & cortex, & glás, siccat collectiones suppurationésque: fluxiones sistit. Torpentes membrorum partes [d] corroborat decoctum eius fotu: cui & insidere expedit, siccandis astringendísve partibus. Radix cerri aduersatur scorpionibus. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem [13] ex vtralibet parte sistit. Eiusdem cinis ex vino calido, sanguinem excreantibus magnopere laudatur.

1 omphacitis. Tritæ excrescentia tollunt. Dioscor.
2 tollunt. CH.
3 vlceribus. M.
4 aduersus pituitæ erupt. Vet.
5 & aceto, aut vino, aut oxalme extinctæ men sist. vulti procidentes decoctum earum fotu. Vet. ex Dioscor.
6 Omnis cap. denigrat. M.
* capillum. CH.
7 conficeretur. M.
8 donec nihil innatet. CH.
9 non sol. Vet.
10 collecto. Vet.
11 attingat. CH.
12 adipe vero vrs. CH.
13 ex vtralibus ex parte. CH.

ANNOTATIONES.

a Gallæ rotundus globus. Hac voce sic quoque vsus est cap. 7. lib. 16.
b Læuissimum. Intermixtis corticibus minimè asperum, aut furosum.
c Vlcera vetera, & malignos abscessus ex thure mollit. Dioscor.
d Post vsum calfacientium & desiccantium.

De fago & cupresso, & cedro magna, & de cedride, galbano.
CAP. V.

FAgi folia manducantur in gingiuarum labiorúmque vitiis. [1] Calculis glandis fagineæ cinis illinitur: item cum melle alopeciis. Cupressi folia trita, [2] serpentium ictibus imponuntur: & capiti cum polenta, si à Sole doleat: item ramici: qua de causa & bibuntur. Testium quoque tumori cum cera illinuntur. Capillum denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus [a] panis mollis, & è vino [3] ammineo subacta, pedum ac neruorum dolores sedant. Pilulæ aduersus serpentium ictus bibuntur, aut si eiiciatur sanguis. Collectionibus illinuntur. Ramici quoque teneræ tusæ cum axungia & lomento, prosunt. Bibuntur ex eadem causa. Parotidi & strumæ cum farina imponuntur. Exprimitur succus tusis cum semine, qui [4] mistus oleo caliginem oculorum aufert. Item Victoriati pondere in vino potus illitúsque, cum fico sicca pingui, exemptis granis, vitia testium sanat, tumores discutit, & cum fermento strumas. Radix cum foliis trita potáque,

1 Genis. M. Callis. Guill.
2 serpentibus impon. CH.
3 ammineo. CH.
4 mistо. M.

potáque, vesicæ & strangurиæ medetur: & contra phalangia. Ramenta pota menses cient: scorpionum ictibus aduersantur. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quæ cedria vocatur, dentium doloribus vtilissimam. Frangit enim eos & extrahit: dolores sedat. Cedri [b] succus ex ea quomodo fieret, diximus, magni ad lumina vsus, ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora incorrupta æuis seruat, viuentia corrumpit: mira differentia, cùm vitam auferat spirantibus, [6] defunctis pro vita sit. Vestes quoque corrumpit, & [c] animalia necat. Ob hoc non censeam in anginis hoc remedio vtendum, neque in cruditatibus, quod suasere aliqui, [7] gustu. Dentes quoque colluere ex aceto in dolore timuerim, vel grauitati aut vermibus aurium instillare. Portentum est, quod tradunt, [d] abortiuum fieri in Venere, antè perfusa virilitate. Phthiriases perungere eo non dubitauerim, itémque porrigines. Suadent & contra venenum leporis marini bibere in passo. Facilius in elephantiasi [8] illinatur. Et hulcera sordida & excrescentia in iis autores quidam, & oculorum albugines caliginésque inunxere eo: & contra pulmonis hulcera cyathum eius [9] sorbere iusserunt: item aduersus [10] tineas. Fit [11] ex eo & oleum, quod [12] pissélæon vocant, vehementioris ad omnia eadem vsus. Cedri scobe serpentes fugari certum est: item baccis tritis cum oleo, si qui perungantur. Cedrides, hoc est, fructus [13] cedri, tussim sanant, vrinam cient, aluum sistunt, vtiles ruptis conuulsis, spasticis, strangurиæ, vuluis, [14] admoti. Contra lepores marinos, eadémque quæ suprà, collectionibus, [15] inflammationibúsque. De galbano diximus. Neque humidum neque aridum probatur, sed quale docuimus. Per se bibitur ad tussim veterem, suspiria, rupta conuulsa. Imponitur ischiadicis, lateris doloribus, panis, furunculis, corpori [16] [e] ab ossibus recedenti, strumis, articulorum nodis, dentium quoque doloribus. Illinitur & cum melle capitis hulceribus. Purulentis infunditur auribus cum rosaceo, aut nardo. Odore [f] comitialibus subuenit, & vulua strangulante, [17] & in stomachi defectu. [g] Abortus non exeuntes trahit appositu vel suffitu: [18] item [h] ramis ellebori circunlitum atque subiectum. Serpentes nidore [19] vtentium fugari diximus. Fugiunt & peruncti os galbano. Medetur & à scorpione percussis. Bibitur & in difficili partu fabæ magnitudine in vini cyatho: vuluásque conuersas corrigit. Cum myrrha autem & in vino mortuos partus extrahit. Aduersatur & venenis, maximè toxicis, cum myrrha [20] & in vino. Serpentes oleo & spondylio misto tactu necat. [21] [i] Nocere vrinæ existimatur.

6 defunctisque. CH.
7 gustandum. Vet.
8 illinant. M. & CH.
9 sorberi. CH.
10 tænias. CH. lumbricos & ascaridas. Dioscor.
11 ex ea (sub. cedria) Vet.
12 cedrelæon. Vet. oleum vt & quod pissélæon vocant. Alij. Vet ex Dioscor.
13 oxycedri.
14 poti M.
15 inflam. admoti. Vet.
16 & ossibus recedẽtibus. M.
17 vel stomachi. M. vel in stom. CH.
18 item ramo. M.
19 vtili. Vet.
20 & aceto. Dioscor.
21 Prodesse. Dioscor.

ANNOTATIONES.

a Panem mollem vocat, aut adhuc è furno calentem, aut Græcorum τὸ φυεῖν, nempe farinam aqua subactam, nondum coctam: vel quod in medio panis molle est, siue micam.
b Serosus liquor, qui primus fluit, dum cedri ad picem conficiendam vruntur, & à Syris cedrium dicitur, cap. 11. lib. 16.
c Serpentes, lendes, pediculos, lumbricos, ascaridas. Dioscor.
d Sic Plinius Latinè reddit Græcorum φθείρειν, &, vt quidam volunt, ἀτίτειν: quanquam sic potiùs dicatur, quòd impedito concepti affert sterilitatem. Rhodiginus cap. 9. 8.
e Ab ossibus recedit caro, cùm ea putrescente ossa nudantur, in vlceribus phagædenicis & cancrosis.
f Eos, vt & vertiginosos, excitat.
g Immaturos partus.
h Radiculis.
i Vrinæ difficultati prodesse existimant. Dioscor.

De Hammoniaco, & styrace, & spondylio, & sphagno, & terebintho, & chamæpity, & pityusa, & resinis, & picea, & lentisco.
CAP. VI.

SImilis Hammoniaci natura atque lacrymæ [1] probandæ, vt diximus, mollit, calefacit, discutit, dissoluit. Claritati visus in collyriis conuenit. Pruritum, cicatrices, albugines oculorum tollit. Dentium dolores sedat, efficacius accensum. Prodest dyspnoicis, pleuriticis, pulmonibus, vesicis, vrinæ cruentæ, lieni, ischiadicis potum. Sic & aluum soluit. Articulis & podagræ cum pari pondere picis aut ceræ & rosaceo coctum. Maturat panos, extrahit clauos cum melle. Sic & duritias emollit. Lieni cum aceto & cera Cypria, vel rosaceo efficacissimè imponitur. Lassitudines perungi cum [2] aceto & oleo exiguóque nitro, vtile est. Et styracis naturam in peregrinis arboribus exposuimus. Placet præter illa quæ diximus, maximè pinguis, purus, albicantibus fragmentis. Medetur tussi, faucibus, pectoris vitiis, vuluæ præclusæ, [3] duritiéve laboranti. Ciet menses

1 pr. ratio, vt dix. Vet.
2 nitro & cyprino oleo vtile est. Dioscor.
3 duritiæve. CH.

potu, appositúve, aluum mollit. Inuenio potu modico tristitiam animi resolui, largiore contrahi. Sonitus aurium emendat [4] infusum: strumas illitum, neruorúmque nodos. Aduersatur venenis, quæ frigore nocent: ideò & cicutæ. Spondylion vnà demonstratum, infunditur capitibus phreneticorum, & lethargicorum: item capitis doloribus longis. Cum oleo vetere bibitur, & in iocinerum vitiis, morbo regio, comitialibus, orthopnoicis, vuluarum strangulatione: quibus & suffitu prodest. Aluum mollit. Illinitur hulceribus [5] serpentibus cum ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infunditur. Sed succus, cùm exprimitur, integendus est, quoniam mirè appetitur à muscis & similibus. Radix derasa, & in fistulas coniecta, callum earum erodit. Auribus quoque instillatur cum succo. Datur & ipsa contra morbum regium, & in iocineris vitio & vuluarum. Capillòs crispos facit perunctо capite. [6] Sphagnos, siue [a] sphacos, siue bryon, & in Gallia, vt indicauimus, nascitur, vuluis decocto insidentium vtilis: item genibus & feminum tumoribus, mistus nasturtio, & aqua salsa tritus. Cum [7] vino ac resina sicca potus, vrinam pellit celerrimè. Hydropicos inanit, cum vino & [8] iunipero tritus & potus. Terebinthi folia & radix collectionibus imponuntur. Decoctum eorum stomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in vino, & contra difficultatem vrinæ. Ventrem leniter emollit. Venerem excitat. [9] [b] Piceæ, & laricis folia trita, & in aceto decocta, dentium dolori prosunt. [10] Cinis corticum interrigini & ambustis. Potus aluum sistit, vrinam mouet. Suffitu vuluas corrigit. [11] Piceæ folia priuatim iocineri vtilia sunt, drachmæ pondere in [12] aqua mulsa pota. Syluas, eas duntaxat quæ picis resinæque gratia [13] radantur, vtilissimas esse phthisicis, aut qui longa ægritudine non [14] recolligant vires, satis constat: & illum cæli aera plus ita, [c] quàm nauigationem Ægyptiam, proficere, plus quàm [15] lactis [d] herbidos per montium æstiua potus. Chamæpitys Latinè abiga vocatur propter abortus, ab aliis thus terræ: cubitalibus ramis, [16] flore pinus & odore. Altera [17] breuior, & incuruæ similis. Tertia eodem odore, & ideò nomine quoque, [18] paruulo cauliculo, crassitudine digitali, foliis scabris, exilibus, albis, in petris nascens. Omnes herbæ, sed propter cognationem nominis non differendæ. Prosunt aduersus scorpionum ictus. Item iocineri illitæ cum palmis aut cotoneis. Renibus & vesicæ, decoctum earum cum farina hordeacea. Morbo quoque regio, & vrinæ difficultatibus, ex aqua decoctæ bibuntur. Nouissima contra serpentes valet cum melle. Sic & apposita vuluas purgat. Sanguinem densatum extrahit pota. Sudores facit perunctis ea, peculiariter renibus vtilis. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ, cum [19] ficu aluum trahentes. Lumborum [20] quoque dolorem Victoriati pondere in vino finit, & tussim recentem. Mortuos partus, ex aceto cocta [21] potáque, eiicere protinus dicitur. Cum honore & pityusa simili de causa dicetur, quam quidam in tithymali genere numerant. Frutex est [22] similis piceæ, flore paruo [23] purpureo. Bilem & pituitam per aluum detrahit radix, decocti hemina: aut seminis [24] ligula [25] in balanis. Folia in aceto decocta, furfures [26] cutis emendant: mammas quoque misto rutæ decocto & tormina, & serpentium ictus, & in totum collectiones incipientes. Resinam è suprà dictis arboribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione vini, ac postea in arboribus. Summæ species duæ, sicca, & liquida. Sicca è pinu & picea fit, liquida è terebintho, [27] larice, lentisco, cupresso. [28] Nam [e] eæ ferunt in Asia & Syria. Falluntur, qui eandem putant esse è picea atque larice. Picea enim pinguem, & thuris [29] modo succosam fundit: larix gracilem, ac mellei [30] liquoris, virus redolentem. Medici liquida ratò vtuntur, & in [31] ouo ferè: è larice propter tussim hulceráque vlcerum. Nec pinea magnopere in vsu: cæteris non nisi coctis. Et coquendi genera satis [32] [f] demonstrauimus. In [33] arborum differentia placet terebinthina, odoratissima atque leuissima: nationum Cypria & Syriaca, vtraque mellis Attici colore, sed Cypria carnosior sicciórque. In sicco genere quærunt vt sit candida, pura, perlucida. In omni autem, vt montana potiùs, quàm campestris: item Aquilonia potiùs, quàm ab alio vento. Resoluitur resina ad vulnerum vsus & malagmata oleo, in potiones amygdalis amaris. Natura in medendo contrahe

4 infusus: strumas illitus. Vet.

5 quæ serpunt. CH.

6 Splachnos. Dioscor.

7 vino autem ac. M. & CH.
8 iuniperis tritus ac potus. CH.

9 Pini & piceæ fol. Ex Dioscor.
10 Cortex tritus & inspersus Dioscor.
11 Pini. Dioscor.

12 aqua, vel mulsa. Dioscor.

13 raduntur. Dal.

14 recolligunt. Dal.

15 lactis per herbidorum montium. Vet.

16 flore tenui, candido, vel luteo, & pinus odore. Dioscor.
17 læuior. Vet.
18 paruula, caul. crass. Dioscor. parnula, colliculo digitali. CH.

19 fico. CH.
20 quoque, in CH. d.

21 & pota. CH.

22 foliis piceæ. Dios.
23 veluti purp. Dios.

24 drachma Succi farina excepti cochlear in catapotio datur. Dioscor.
25 in balneis. Vet. cũ phœnicobalanis. Vet. alij.
26 capitis. Dioscor.

27 larice. Nam lentiscus & cupressus in Asia ferunt, ac Syria. Vet.
28 Nam & hæ. CH.
29 odore Dioscor.
30 coloris Idem.
31 ouo, ferè è larice, propter. Dal.
32 demonstrauimus in arb. differẽtia. Placet. Dioscor.
33 resinarum. Vet.

contrahere vulnera, purgare, discutere collectiones: [34] item pectoris vitia. Terebinthina illinitur: & eadem calida membrorum doloribus [35] spasticísque illinitur in Sole, totísque corporibus, mangonum maximè cura, ad gracilitatem emendandam, spatiis ita laxantium cutem [g] per singula membra, capacioráque ciborum facienda corpora. Proximum locum obtinet è lentisco. Inest ei vis astringendi. Mouet & ante cæteras vrinam. Reliquę ventrem molliunt, cruda concoquunt, tussim veterem sedant, vuluę onera extrahunt etiam suffitæ. Priuatim aduersantur visco. Panos & similia, cum seuo taurino & melle sanant. [h] Palpebras lentiscina commodissimè replicat. Fractis quoque vtilissima, & auribus purulentis: item in pruritu genitalium. Pinea capitis vulneribus optimè medetur.

34 contra pect. vitia terebinthina illinitur Vet.
35 spasticísque in Sole. Eucliuntur & totis corporibus M. & quod habet, euellitur.

ANNOTATIONES.

a Phascos ex Phauorino, cui sphacos fœni genus est pecori ad modum gratum. Sic legitur & apud Theoph. cap. 9. lib. 3. Hist. Vide cap. 23. & 28. lib. 12. Plutarchum Quæst. 1. lib. 4. Sympos. inter ea quibus capræ vescuntur, phascon recensetur, ex Eupolide.
b Plinius *νίτυλα* piceam vertit, quæ pinus est: *νίτυα* laricem, quæ picea est.
c Celsus de rabidorum curatione cap. 22. li. 3. Opus est, si vires patiuntur, longa nauigatione, cœli mutatione, sic vt densius quam id est ex quo discedit æger, petatur: ideóque aptissimè Alexandriam ex Italia itur. Vide infrà cap. 6. lib. 31.
d Ex herbis virentibus & vegetis geniti.
e Lentiscus & cupressus ferunt: de larice hoc intelligi non potest, quæ nusquam in Asia & Syria nascitur.
f Cap. 11. lib. 16.
g Hoc medicinæ genus picationem medici vocant; de qua Galenus lib. 14. method. & libris de tuenda valetudine.
h Pilos in oculis sublatos glutinat. Dioscor.

De pice spissa, & liquida: & palimpissa, & pissasphalto, & zopissa, & teda, & lentisco.
CAP. VII.

PIx quoque vnde & quibus conficeretur modis, indicauimus: & eius duo genera, spissum, liquidúmque. Spissarum vtilissima medicinæ est Brutia, quoniam pinguissima & resinosissima [b] vtraq; præbet vtilitates: [1] ob id magis rutila, quàm cæteræ. Id enim quod in hoc adiiciunt, è mascula arbore meliorem esse, [c] non arbitror posse intelligi. Picis natura excalfacit, explet. Aduersatur priuatim cerastæ morsibus cum polenta: item anginæ cum melle, distillationibus & sternutamentis. [2] Purulentis auribus infunditur cum rosaceo: illinitur cum cera. Sanat lichenas, aluum soluit, excreationes pectoris adiuuat ecligmate, aut illita tonsillis cum melle. Sic & hulcera [3] purgat: explet cum vua passa & axungia. Carbunculos purgat, & putrescentia hulcera: quæ verò serpunt, cum pineo cortice, aut [4] sulphure. Phthisicis etiam cyathi mensura quidam dederunt, & contra veterem tussim. Rhagadas sedis & pedum, panósque & vngues scabros emendat: vuluæ duritias & conuersiones, odore: item lethargicos. Strumas item cum farina hordeacea, & pueri impubis vrina decocta ad suppurationem perducit. Et ad alopecias sicca pice vtuntur. Ad mulierum mammas Brutia, ex vino subferuefacta cum polline farraceo, quàm calidissimis impositis. [d] Liquida pix, oleúmque quod pissélæon vocant, quemadmodum fieret, diximus. Quidam iterum decoquunt, & vocant palimpissam. Liquida angině perunguntur intus, & vua. Ad aurium dolores, claritatem oculorum, oris circunlitiones, [5] suspiriosos, vuluas, tussim veterem, & crebras excreationes pectoris, spasmos, tremores, opisthotonos, paralyses, neruorum [6] dolores. Præstantissimum ad canum & iumẽtorũ scabiem. Est & [7] pissasphaltos, [e] mista bitumini pice, naturaliter ex [8] Apollioniatarum agro. Quidam ipsi miscent, præcipuum ad scabiem pecorum remedium, [f] aut si fœtus mammas [8] læserit. Maturum optimũ ex eo, quod [9] cùm feruet, innatat. [g] Zopissam eradi nauibus diximus, cera marino sale macerata. Optima hæc à tyrocinio nauium. Additur autem in malagmata [10] ad discutiendas collectiones. [11] Tedæ decoctæ in aceto, dentium dolores efficaciter colluunt. [12] Lentisci, & arbores, & semen, & cortex, & lacryma vrinam cient, aluum sistunt. Decoctum eorum hulcera quæ serpunt, fotu. Illinitur in humidis, & igni [13] sacro, gingiuas colluit. Folia dentibus in dolore [h] adteruntur; mobiles decocto colluuntur. Capillum [14] tingunt. Lacryma sedis vitiis pro-

1 ad idque magis. Vet.

2 Pituitis auriũ. Vet. & sternutamentis à pituita auribus. CH.

3 purgat & explet. Cum vua pas. & axungia (melle. Dioscor.) carbunc.
4 furfure illita. Dioscor.

5 suspiriosas vuluas. CH.
6 dolores præstantissima, & ad canum iumentorúmque. Vet.
7 pissasphaltos. Dioscor.
8 Apolloniatarum CH.
8 læserit matrem. Optimum. Vet.
9 aquæ feruenti. Vet.

10 & ad discu. Vet.
11 Teda decocta. M.
12 Lentisci ex arbore. M.

13 sacro. Eo gingiuas colluunt. M.
14 tingit lacryma. Sedis. M.

deſt,cùm quid ſiccari excalfieríve opus ſit. Decoctum [15] & è lacryma ſtomacho vtile,ructum & vrinam mouens: quod & capitis [16] dolori cum polenta [17] illinitur. Folia tenera oculis inflammatis illinuntur. Item maſtiche lentiſci [i] replicandis palpebris, & ad [18] extendendam cutem in facie, & ſmegmata adhibetur, & ſanguinem reiicientibus, tuſſi veteri: [19] & ad omnia quæ [20] Hammoniaci vis. Medetur & [21] attritis partibus, ſiue oleo è ſemine eius facto ceræque miſto, ſiue foliis ex oleo decoctis, ſiue cum aqua [22] [k] virilia foueantur. Scio Democratem medicum [l] in valetudine Conſidiæ M. Seruilij Conſularis filiæ, omnem curationem auſteram recuſantis, diu efficaciter vſum lacte caprarum, quas lentiſco [23] paſcebat.

16 doloribus. CH.
17 linitur.CH.
18 extergẽdam. Vet. exterendam.M.
19 & ad omnia quæ-uis.Med.M. & ad ſiu xione quaſuis.' Quidam legunt.& ad omnia quæ eius medetur.CH.
20 acacię, vel hypociſtidis Dioſc.
21 adſtringendis. Dioſc.
22 naturalis,Ex cod.
23 paſcebant.CH.

ANNOTATIONES.

a Obliuioſus & immemor Plinius cap.11.lib.16. ſcripſit Brutiam doliis duntaxat,cæteriſque vaſis vtilem eſſe.
b Et medicinæ,& picandis illinendiſque doliis.
c Quoniam in arboribus è quarum tæda pix coquitur, mas & fœmina non agnoſcuntur.
d Hæc ſunt ex alto autore ſcripta, & rurſum congeſta, repetitis multis quæ anteà recitauerat.
e Ariſtot. *περὶ θαυμασ. ἀκουσ.* Falſum tamen. Picem enim factitiam à natura cum bitumine miſceri credibile non eſt. Piſſaſphalton verò bitumen eſt Sole & ventis reſiccatum,& denſatum ad picis craſſitiem. Sic dictum vult Dioſcorides, quòd picem ſimul & bitumen oleat,& id perperàm. *ὑγραίνω* verum, quòd cùm natiuum bitumen ſit,picem ſua craſſitie æmulatur.
d Aut ſi fœtus mammas læſerit matrum. Optimum &c. Quod dum feruet,innatat, ideò præſtantiſſimum eſt, quia purum bituminis modo ſupra aquam fertur,nec terram lapidéſve mixtos habet,à quibus demergatur.
g Zopiſſa ſiue apochyma non tantùm cera eſt naubus deraſa,ſed cera cum re ſina mixta, qua naues oblinuntur, cum vt facilior & magis lubricus per vndas earum ſit curſus,tum vt eo velut tectorio defenſæ nauium tabulæ, maris edaci falſugine minùs corrum pantur. Northmani ſua nauigia hodie pice & axungia ſuis ſimul liquatis vngunt,idque linimentum vocant *Bré*. Melior ζopiſſa ad diſcutiendum ex naue tum primùm fluctus experta,quopiam præter ſuam & ſalis vim reſiccantem, ligni quoque adhuc integram facultatem habet,quæ nauigationibus continuatis euaneſcit.
h Itaque ex eius furculis cuſpidatim conſectis ac mucronatis, autore Dioſcoride *ἰδωτέχναφον* ſiue dentiſcalpia fiunt, purgandis ſcalpendiſque dentibus, vt attritu, quæ inhærent extergantur,& detrahantur. Martialis,

Lentiſcum melius,ſed ſi tibi frondea cuſpis
Deſuerit,dentes penna leuare poteſt.

Vtebantur ad id & Myrti ramulo, Clemens Alexandrinus 3. Pædag. ἐρυθᾶς ὀδόντας ἔσχω,ἢ ἐνάγχυσε, δὶ ὑγιεῖαν θυώδειαν δι παφόντι τὸ σῶμα ὦ θεὶ μυρσίνου φορᾶλαμ ὑμὶ χαίρε γαλῶσα,διατετιλᾶ τῶν ὀμάλων βολίφιον μυρσίνινε ἔχασε κατήρυψ τοῖς χείλεσιν ὥσπερ ἐπὶ χρόνῳ ἐνεπεμψε, ἄνθι μὺ. Victorius cap.12.6.
i Oculorum pilis ſuperne agglutinandis. Dioſcor.
k Lego,naturalia,nempe vuluæ, quarum ſanguinem erumpentem reprimit.Dioſcor.
l Morbum eum fuiſſe vlcus pulmonis renúmve credibile eſt, aut immodicas ſanguinis profuſiones.

De platano,& fraxino,& acere,& alba populo,& vlmo, & tilia,& ſambuco,& iunipero.

CAP. VIII.

1 ſcorpionibus.Vet.
2 & ſcorpionum, in Vet.d.& CH.
3 ſcillino.M.
4 malandriáſque veteres.CH.
5 Folia autem &. M.
6 Hæc,& dec.eor.vacant.Dal.
7 Cortex au. in accoctus dent.
8 foliorum cen. CH.
9 reſtringit.M.
10 quæ.CH.
11 dentur.Vet.
12 quinis.CH.
13 ac quib.M.à quib. CH.
14 è vino ioc.CH.
15 vtiliſsimè.M.
16 metuitur.Dal.
17 ex attrita odoratas. CH. & attritu odoratus tollit. M.attritus odoratus tollit Alij.nempe narißi.
18 & in fol.M.& CH.

PLatani aduerſantur [1] veſpertilionibus. Pilulæ earum in vino potæ x. quatuor pondere,omnibus ſerpentium [2] & ſcorpionum venenis medentur:item ambuſtis. Tuſæ autem cum aceto acri,magíſque [3] ſcillite,ſanguinem omnem ſiſtunt. Et lentiginem & carcinomata, [4] melanias quoque veteres, addito melle emendant. [5] Folia & cortex illinuntur collectionibus & ſuppurationibus, [6] & decoctum eorum. [7] Corticis autem in aceto dentium remedium eſt: [8] folia eorum tenerrima in vino albo decocta,oculorum. Lanugo foliorum, & auribus & oculis inutilis. Cinis pilularum ſanat ambuſta igni vel frigore. Cortex è vino ſcorpionum ictus [9] reſtinguit. Fraxinus quam vim aduerſus ſerpentes haberet,indicauimus. Semen [a] foliis eius ineſt, [10] [b] quo medentur iocineris & lateris doloribus in vino. Aquam quæ ſubit cutem, extrahunt. Corpus obeſum leuant onere, ſenſim ad maciem reducentes,iiſdem foliis cum vino tritis ad virium portionem, ita vt puero quinque folia tribus cyathis [11] diluantur, robuſtioribus ſeptem folia [12] quinque cyathis vini. Non omittendum,ramenta eius & ſcobem [13] quibuſdam cauenda prædici. Acceris radix contuſa [14] iocineris doloribus [15] efficaciſſimè imponitur. Populi albæ [c] vuarum in vnguentis vſum expoſuimus. Cortex potus iſchiadicis & ſtranguriæ prodeſt. Foliorum ſuccus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo nó [16] metuatur. Populus nigra efficaciſſima habetur, quæ in Creta naſcitur. Comitialibus [d] ſemen ex aceto vtile. Fundit illa & reſinam exiguam, qua vtuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor è cauis populi nigræ [e] effluens, verrucas, papuláſque, [17] & arita corporis tollit. Populi ferunt [18] & foliis guttam, [f] ex qua

qua apes propolin [19] faciunt. Gutta quoque aquæ propolis ex aqua remedium quàm efficax eſt. Vlmi & folia & cortex & rami vim habent ſpiſſandi, & vulnera contrahendi. Corticis vtique interior tilia lepras ſedat,& folia ex aceto illita. ℥ Corticis denarij pondus potum in hemina aquę frigidæ aluum purgat,pituitáſque & aquas priuatim trahit. Imponitur & collectionibus [h] lacryma,& vulneribus,& ambuſtis, quæ decocto fouere prodeſt. Humor in folliculis arboris huius naſcens,cuti nitorem inducit,faciémque gratiorem præſtat. Cauliculi foliorum [20] primi vino decocti tumores ſanant,extrahúntque [21] per fiſtulas. Idem præſtant & [22] tiliæ cortices. Multi corticem commanducatum vulneribus vtiliſſimum putant: folia trita aqua [23] aſperſa pedum tumori. Humor quoq; è medulla,vti diximus,caſtratæ arboris effluens, [24] capillum reddit capiti illitus, defluenteſq; continet. Arbor [i] tilia [25] leniter tuſa ad eadẽ ferè vtilis eſt, [26] atque oleaſter. Folia autem tantùm in vſu, & ad infantium hulcera in ore commanducata: decocta vrinam cient: menſes ſiſtunt illita: [27] ſanguinem pota detrahunt. Sambucus habet alterum genus magis ſylueſtre,quod Græci chamæacten, alij [k] helion vocant, multò breuius. Vtriuſque decoctum in vino veteri foliorum,vel ſeminis,vel radicis ad cyathos binos potum, ſtomacho inutile eſt,aluo detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationem, maximè recentis ambuſti: & canis morſum cum polenta molliſſimis foliorum illitis. Succus cerebri collectiones, priuatímque membranæ, quæ circa cerebrum eſt,lenit infuſus. Acini eius infirmiores,quàm reliqua,tingunt capillum. Poti acetabuli menſura, vrinam mouent. Foliorum molliſſima ex oleo & ſale eduntur,ad pituitam bilémque detrahendam. Ad omnia efficacior,quæ minor. Radicis eius in vino decoctæ duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt: [28] vuluas emolliunt,has & foliorum [29] decoctum inſidentium. Caules teneri mitioris ſambuci, in patinis cocti, aluum ſoluunt. Reſiſtunt folia & ſerpentium ictibus in vino pota. Podagricis cum ſeuo hircino vehementer proſunt cauliculi illiti. Iidémque in aqua macerantur, vt ea ſparſa pulices necentur. Foliorum decocto ſi locus ſpargatur,muſcæ necantur. [l] Boa [30] appellatur morbus papularum, cùm rubent corpora, ſambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus, aluum ſoluit. Iuniperus vel ante cætera omnia excalfacit,extenuat,cedro [31] aſſimilis. Et eius duo genera: altera maior,altera minor. Vraque accenſa ſerpentes fugat. [32] Semen ſtomachi, pectoris,lateris doloribus vtile. Inflationes algoréſque diſcutit: tuſſes concoquit & duritias. Illitum tumores ſiſtit: item aluum, baccis ex vino nigro potis: item ventris tumores illitis. Miſcetur & antidotis [33] oxyporis. Vrinas ciet. Illinitur & oculis in epiphoris. Datur conuulſis ruptis, torminibus, vuluis, iſchiadicis cum vino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis viginti in vino. Sunt qui & perungant corpus [34] è ſemine eius in ſerpentium [35] metu.

19 faciunt,ad mulcę remedium quàm efficax.Vlmi. Vet. ficiũt Propolis impetiginis ex aqua remedium. Vet.alij.Ex Dioſc.
20 primo vini decocto.CH.
21 pus fiſtulis. Vet. pus fiſtularum.Alij.
22 tiliæ corticis.Vet. ideſt, membranæ interiorescorticis vlmi, ſeu phlyręæ. Legitur &,corticis,in.CH.
23 adaſperſa.CH.
24 capillos.Dal.
25 lenius ad eod.CH.
26 ad quæ.Ver.
27 ſanguinem menſtruum pota.Dioſc.
28 vuluas emollit, & foliis inſidentium decocta
29 decocta.CH.
30 ſic appel. Vet.Boa appellantur.CH.
31 alias ſimilis.Et huius.CH.
32 Fructus.Dal.
33 & oxyp.Vet.
34 oleo è ſem.
35 ictur.CH.

ANNOTATIONES.

a Hoc perperàm. Non enim in eius foliis ſemen eſt, ſed ἐν λέβητι, ideſt,in iliquis,Theophraſto cap. 17. lib. 8. Hiſt. Quidam hic legunt,Semen folliculis eius ineſt &c.
b Galenus lib.8.π. πότητ ex Aſclepiade ſub finem libri, hepaticũ medicamentum deſcribit hoc titulo: ἄλλο ἐντερικὸν μεθύσ. ποιεῖ πρὸς πάσας ἄλγας τῶν ὑπὸν διαθέσεως χωλὸς βοηθὲ. In eius compoſitione admittitur & fraxini & betonicæ ſemen.
e Muſci, *βρύα*. Errorem hunc Plinij animaduerſum & caſtigatum vide cap.28.lib.13.
d *καρπὸς*, Dioſc. fructus: nempe vua denſis & rotundis acinis cõſtans,qui in lanuginem abeunt.
e Dum accenſa vritur,vel dum caſtratur,quod magis placet.
f Cap.7.lib.11.è gummi populorum ac vitium piſſoceros fit,non propolis.
g Folia trita ex aceto lepris,medentur: eadem vulnera glutinant, ſed magis corticis tilia, faſciæ loco adoluta: nam lori modo facilè flectitur. Dioſc. Hæc Plinius peruertit,& perturbat.
h Quæ præciſis ramis fluit è medulla dum arbor caſtratur.
i Hæc de phillyrea Dioſcorides à tilia diuerſa.
k Paluſtre: quoniam in pinguibus,& vliginoſis naſcitur.
l Hiſpani,morbi Gallici papulas adhuc vocant boas.

De ſalice,& amerina,& vitilibus,& erice. CAP. IX.

SAlicis fructus ante maturitatem in araneam abit: ſed ſi priùs colligatur, ſanguinem reiicientibus prodeſt. Corticis è ramis primis cinis, clauum & callum [1] aqua miſta ſanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admiſto ſucco ſuo. Eſt autem hic trium generum. Vnum arbor ipſa exudat [2] gummi modo. Alterum manat [3] in plaga, cùm floret, exciſo cortice trium digitorum magnitudine. [4] Hic ad expurganda, quę obſtent oculis: item ad ſpiſſanda quæ opus ſunt, ciendámque vrinam, & ad omnes collectiones [5] intus extrahendas. Tertius ſuccus eſt detruncatione ramorum à [6] falce diſtillans.

1 aceto mixto.Dioſc.
2 cummium CH.
3 è plagis.Vet.
4 Hic valet ad purgq; obſtant.M.
5 illitus.Vet.-iuteriores Alij.
6 falice.Dal.

Ex his ergo aliquis cum roſaceo in calice[7] Punici calfactus, auribus infunditur: vel folia cocta, & cum cera trita imponuntur: item podagricis. Cortice & foliis in vino decoctis foueri neruos vtiliſſimum. Flos tritus cum foliis furfures purgat in facie. Folia cõtrita & pota intemperantiam libidinis coërcent, atque in totum auferunt vſum ſæpius ſumpta. Amerinæ nigræ[8] ſemen cum ſpuma argenti pari pondere, à[9] balneo illitum, pſilothrum eſt. Non multùm à ſalice vitilium vſu diſtat vitex, foliorum quoque aſpectu, niſi odore gratior eſſet. Græci lygon vocant, alij agnon: quoniam matronæ theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, his foliis cubitus ſibi ſternunt. Duo genera eius. Maior in arborem ſalicis modo aſſurgit: minor ramoſa, foliis candidioribus lanuginoſis. Prima album florem mittit cum[10] purpureo, quæ & candida vocatur: nigra, quæ tantùm purpureum. Naſcuntur in paluſtribus campis. Semen potum vini quendam ſaporem habet, & dicitur febres ſoluere: & cùm[11] vngantur, oleo admiſtum ſudorem facere: ſic & laſſitudines diſſoluere. Vrinam cient & menſes. Caput tentant vini modo: nam & odor[12] ſimilis eſt. Inflationes pellunt in inferiora. Aluum ſiſtunt, hydropicis & lienibus perquàm vtiles. Lactis vbertatem faciunt. Aduerſantur venenis ſerpentium[13] maximè quæ frigus inferunt. Minor efficacior ad ſerpentes: bibitur ſeminis drachma in vino vel poſca, aut[14] duabus foliorum tenerrimorum. Et illinuntur vtraque aduerſus aranearum[15] morſus: vel peruncti tantùm, ſuffitu quoque aut ſubſtratu fugant venenata.[15] [a] Ad Venerem impetus inhibent: eóque maximè phalangiis aduerſantur, quorum morſus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate ſedant cum roſaceo flos teneríque cauliculi. Seminis decoctum vehementiorem capitis dolorem diſſoluit[16] fotu: & vuluam etiam ſuffitu vel[17] appoſitu purgat: aluum cum pulegio & melle potum. Vomicas panóſque[18] difficile concoquentes, cum farina hordeacea[19] mollit. Lichenas & lentigines cum aphronitro & aceto ſemen ſanat, & oris hulcera &[20] eruptiones cum melle: [21] teſtium cum butyro & foliis vitium: rhagadas ſedis cum aqua illitũ luxata cum ſale & nitro, & cera. Et ſemen, & folium additur in malagmata neruorum & podagras. Semen inſtillatur in [22] oleo decoctum capiti in [23] lethargia & phreneſi. Virgam qui in manu habeant aut [24] cinctu, negantur intertriginem ſentire. Ericen Græci vocant fruticem non multùm à myrice differentem, colore roriſmarini, & penè folio. Hoc aduerſari ſerpentibus tradunt. Geniſta quoque vinculi vſum præſtat. Flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit, quam Græci autores ſparton appellauere, cùm ex ea lina piſcatoria apud eos factitari [b] docuerim: & nunquid hanc deſignauerit [c] Homerus cùm dixit nauium ſparta diſſoluta. Nondum enim fuiſſe [25] Africanum vel Hiſpanum ſpartum in vſu, certum eſt: & cùm ſutiles fierent naues, lino[26] tamen, non ſparto, vnquam ſutas. Semen eius, quod Græci [d] eodem nomine appellant, in folliculis phaſeolorum modo naſcens, purgat ellebori vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quatuor ieiunis. Rami ſimiliter [e] cum fronde in aceto macerati pluribus diebus, & tuſi, ſuccum dant iſchiadicis vtilem, cyathi vnius potu. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere clyſtere. Perunguntur eodem ſucco iſchiadici addito oleo Quidam [27] ad ſtranguriam vtuntur ſemine. Geniſta tuſa cum axungia, genua dolentia ſanat. Myricen, [28] quam & tamaricen vocat, Lenæus [f] ſimilem ſcopis [29] amerinis dicit. Sanari ea carcinomata in vino decocta tritáque cum melle illita. [30] Arbitrantur quidam hanc eſſe tamaricem: ſed ad lienem præcipua eſt, ſi ſuccus eius expreſſus in vino bibatur. Adeóque mirabilem eius antipathiam contra ſolum hoc viſcerum faciunt, vt affirment, ſi ex ea alueis factis bibant ſues, ſine liene inueniri. Et ideò homini quoque [31] ſplenetico cibum potúmque dant in vaſis ex ea factis. [32] Grauis autor in medicina, virgam [33] ex ea defractam, vt neque terram neque ferrum attingeret, ſedare ventris dolores aſſeuerauit impoſitam, ita vt tunica cinctúque corpori apprimeretur. Vulgus infelicem arborem eam appellat, vt diximus, quoniam nihil ferat, & nec ſeratur vnquam. Corinthus, & quæ circà eſt [34] regio, [h] bryoniam vocat, ciúſque duo genera facit. Sylueſtrem planè ſterilem: alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto Syriáque

7 Punico CH.

8 fructus. Dioſc.
9 balneo. CH.

10 purpuraſcente. Dioſco.

11 vnguntur, oleo admiſto.

12 ſimilis, & inflationes. CH.

13 maximeque frigus. CH.
14 duæ. Vet.

15 morſus: vtili remedio vel peréctis. Vet.
15 At Venereq; rei M.

16 potu. CH.
17 adpoſita. CH.
18 facile concoquit tuſum cum. M. Sic & Dioſc.
19 & mollit. M.
20 eruptionum. CH.
21 teſtium duritias cum. Dioſc.

22 oleo & aceto decoctum Dioſc
23 lethargo. CH.
24 in cinctu. CH.

25 Hiſpanum Africanúmre. CH.
26 tamen, & nunquã ſparto ſutas. Vet.

27 & ad. CH.

28 camericam vocat. CH.
29 & amerinis Vet.
30 Eandem eſſe arbitrantur quidam tamaricen. CH.

31 ſplenico. CH.
32 Grauis autem author. CH.
33 ex eadem factam. CH.

34 Græcia, bryan vocant. CH.

riáque etiam abundanter lignoſum fructum, maiorem galla,[35] aſperum guſtu, quo medici vtuntur vice gallæ,[35] & in compoſitionibus, quas antheras vocant. Et lignum autem & flos, & folia, & cortex in eoſdem vſus adhibentur, quanquam[37] remiſſiora.[i] Datur ſanguinem reiicientibus cortex tritus, & contra profluuia fœminarum, cœliacis quoque. Idem tuſus impoſitúſque collectiones omnes inhibet. Foliis exprimitur ſuccus ad hæc eadem. Et in vino[38] decoquuntur: ipſa verò adiecto melle gangrænis[39] illinuntur. Decoctum eorum in vino potum. vel impoſita cum roſaceo & cera ſedant. Sic & epinyctidas ſanant.[40] Ad dentium dolorem auriúmque, decoctum eorum ſalutare eſt: radix [41] ad eadem: ſimiliter & folia. Hæc amplius ad ea quæ ſerpunt, imponuntur cum polenta.[42] Semen drachmæ pondere aduerſus phalangia & araneos bibitur. Cum altilium verò pingui furunculis imponitur. Efficax & contra ſerpentium ictus, præreruàm aſpidum. Necnon morbo regio, phthiriaſi, lendibúſq; [43] decoctum infuſum prodeſt, abundantiámque mulierum ſiſtit. Cinis arboris ad omnia eadem prodeſt. Aiunt, ſi [44] boutis caſtrati vrinæ immiſceatur, [45] vel in potu vel in cibo, Venerem ſiniri.[46] Carbóque ex eo genere vrina ea reſtinctus in vmbra conditur: idem cùm libeat accendere,[47] reſoluitur. Magi [48] & id ex ſpadonis vrina fieri tradiderunt.

35 auſterum Vet.
36 &, in M.d.

37 remiſſiora. CH.

38 decoquuntur Ipſa adiecto verò melle. Vet.
39 illinuntur, vel imponuntur cum roſaceo & cera Sedat & decoctum eorum in vino potum. Sic & ep. Vet.
40 dentium dolore. CH.
41 ad eadem ſimiliter. Folia hoc amplius M.
42 Fructus. Dal.
43 decoctum foliorũ infuſum Dioſc.
44 hominis. M.
45 & vel in potu, vel in cibo datur M.
46 Carbo extincta Venere vrina. Vet.
47 rurſum vrinæ. Vet.
48 id & ſpad. CH.

ANNOTATIONES.

a Ideò matronæ Athenienſes in Theſmophoriis, quæ caſtiſſimè celebrabantur, eius ſolùs cubile ſubſternebant. Eodem conſilio quidam è ſacerdotibus Iœnibus ac non ſquamoſis vtebantur: Hierophantę verò pontificatum adepti cicuta ſe caſtrabant. Sacra enim maxima caſtimonia tractanda eſſe oſtendunt Myſi & Eſſeni ἅβιοι καὶ ἀνυμφοι, Galli matris ſacerdotes qui vtilitatem ſibi adimunt, Gymnoſophiſtę pomis, oryza, farina contenti: Indorum magi carnibus abſtinentes, Iouis in Creta ſacrifici in cibum mihil admittentes quod coctum ſit, & quod ture pontificio cautum erat. Ad diuos caſtè adeunto pietatem adhibento: opes amouento: qui ſecùs faxit, Deus vindex erit. lex ab Alex. cap. 17. lib. 4.

b Suprà cap. 1. lib. 19. Vide & cap. 2. lib. eiuſd.

c Locus eſt Iliad. β. καὶ δὴ ὅρμαινον πῶς, καὶ σπάρτα λύσωνται. de quo Varro apud Gellium, *Ego*, inquit, *apud Homerum ſparta non plus ſpartum ſignificare puto, quàm σπαρτὸν qui dicuntur in agro Thebano nati. In Græcia ſparti copia modò capiti eſſe ex Hiſpania. Neque ea ipſa facultate vſi Liburni, ſed hi plerique lorin naues ſuebant, Græci magis è rubo & ſtupa, ceteriſque ſatiuis rebus, à quibus σπαρτὰ appellabant.* Euſthatius funes è ſparto, id eſt, geniſta compactos interpretatur, de quibus prouerbium vetus iactatum eſt, πλεῖόν που τοῦ σπάρτου δεῖ. Guilland. cap. 9. in Plin. Quod Varro σπαρτὸν in agro Thebano genitos memorat, ſerpentis dentibus à Cadmo diſſeminatis, ὀφιόβλητα vocat Ariſtoteles primo πανταχοῦ, σπαρτὸν γίνεσθαι. Æſchylus in Tragedia Ἱππεῖς ἐπὶ θήβας. Et familiæ ſignum affixum nauium quę fuiſſe lanceæ figuram tradit Plutarchus libro De iis qui ſeras pœnas luunt. Dion 4. ſermone de regno. Idem Ariſtoteles citato loco, Victorius cap. 16 8. Apollodorus id fuſe narrauit, Ouid. quoque tertio Metamorph. Cantetur cap. 5. 1.

d Fallitur Plinius Græci non σπάρτον vocant, ſed σπάρτον.

e Ineptum hoc, cùm foliis carere authores teſtentur.

f Eundem vſum præbere ad domos conuerrendas, & inquinamenta purgandas.

g Apud nos, ſed in Ægypto & Syria tantùm.

h Beyan, vt cap. 21. lib. 13. quoniam, vt Dioſcor. ait, & florem & fructum gignit βρυόδη, muſcoſum.

i Hæc de fructu Dioſcor. cui tamen facultate ſimilem eſſe corticem mox ſubiungit.

30 *De virga ſanguinea, & ſilere, & liguſtro, & alno, & edera, & ciſtho, & ciſſo, & erythrano, & chamæciſſo, & ſimilace, & de clematide.*

CAP. X.

NEc[a] virga ſanguinea felicior habetur. Cortex eius interior [1] cicatrices, quæ [c] præſanauere, aperit.[c] Sileris folia illita fronti, capitis dolores ſedant. Eiuſdem ſemen tritum, in oleo phthiriaſes coërcet. Serpentes & hunc fruticem refugiunt: baculumq; ruſtici ob id ex eo gerunt. Liguſtrum eadem arbor eſt, quæ in Oriente cypros. Suos in Europa vſus habet. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia [2] vbique veteri hulceri cum ſalis mica, & oris [3] exulcerationibus proſunt. Acini contra phthiriaſin, item contra intertrigines, foliáve. Sanant & gallinaceorum pituitas acini. Folia alni ex feruenti aqua certiſſimo remedio ſunt tumori. Ederæ genera xx. demonſtrauimus. Natura omnium in medicina anceps. Mentem turbat, & caput [4] purgat largiùs pota. Neruis intus nocet. Iiſdem neruis adhibita foris prodeſt. Eadem natura, quæ aceto, ei eſt. Omnia genera eius [5] refrigerant. Vrinam cient potu: capitis dolorem ſedant, præcipuè cerebro continentíque cerebrum membranæ vtiliter mollibus impoſitis foliis, cum aceto [6] & roſaceo tritis & decoctis, addito poſteà roſaceo oleo. Illinuntur autem fronti: & decocto eorum foueturos, capútque perungitur. Lieni & pota & illita proſunt. Decoquuntur & contra horrores febrium eruptionéſque pituitæ, aut in vino teruntur. Corymbi quoque poti vel illiti, lienem ſanant: iocinera autem illiti. Trabunt & menſes appoſiti. Succus ederæ tædia narium graueolentiámque emendat, præcipuè albæ ſatiuæ. Idem infuſus naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam purulẽtis auribus, aut dolentibus

1 cicatrices vlcerum, quæ conſtuere. Vet. cicatrices vlcerum, quæ præſanauere. Alij Vet.

2 vtique. Vet.

3 exulcerationes. CH.

4 purgat Largius pota neruis. M.

5 acria ſunt & adſtringentia Dioſc.
6 Hinc, & roſaceo, vſi cant. Dal.

cum oleo. Cicatricibus quoque decorem facit. Ad liencs efficacior albæ eſt, ferro calefactus: ſatiſque eſt acinos ſex in vini cyathis duobus ſumi. Acini quoque ex eadem alba terni, in aceto mulſo poti,[7] tineas pellunt: in qua curatione ventri quoq; impoſuiſſe eos vtile eſt. Ederæ, quam [8] chryſocarpon appellauimus, baccis aurei coloris viginti, in vini ſextario tritis, ita vt terni cyathi potentur, aquam quæ cutem ſubierit,[9] per vrinam educit. Eraſiſtratus. Eiuſdem acinos quinque tritos in roſaceo oleo, calefactóſque in cortice [10] Punici, inſtillauit dentium dolori à contraria aure. Acini, qui croci ſuccum habét, prę-ſumpti potu, à crapula tutos præſtant: item ſanguinem excrcantes, aut torminibus laborantes. Ederę [11] nigræ candidiores corymbi poti, ſteriles etiam viros faciunt. Illinitur decocta [12] in vino omnium hulcerum generi, etiamſi cacoethe ſint. Lacryma ederæ pſilothrum eſt, phthiriaſinque tollit. Flos cuiuſcunque generis trium digitorum captu, dyſentericos & aluum citam emendat, in vino auſtero bis die potus. Et ambuſtis illinitur vtiliter cum cera. Denigrant capillum corymbi. Radicis ſuccus in aceto potus, contra phalangia prodeſt. Huius quoque ligni [13] vaſe ſpleneticos bibentes ſanari inuenio. Et acinos terunt, móxque comburunt, & ita illinunt ambuſta, priùs perfuſa aqua calida. Sunt qui & incídant ſucci gratia, eóque vtantur ad dentes eroſos, frangíque [14] tradunt, proximis cera munitis, ne lædantur. Gummi etiam in edera quærunt, [15] quod ex aceto vtiliſſimum dentibus promittunt. Græci vicino vocabulo ciſthon appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi. Duo eius genera. Flos maſculo roſaceus, fœminæ albus. Ambo proſunt dyſentericis & ſolutionibus ventris, in vino auſtero [16] ternis digitis flore captо, & ſimiliter bis die poto: hulceribus veteribus & ambuſtis cum [17] cera, & per ſe oris hulceribus. Sub his maximè naſcitur hypociſthis, [d] quam inter ederas diximus. [18] [c] Ciſſos erythranos ab iiſdem appellatur ſimilis [19] ederæ, coxendicibus vtilis è vino potus: item lumbis. [20] Tantámque vim accipiunt, vt ſanguinem vrina detrahant. [f] Item chamæciſſon appellant ederam, non attollentem ſe à terra. Et hæc contuſa in vino acetabuli menſura, lieni medetur. Folia ambuſtis cum axungia. Smilax quoque, qui & [21] nicophoros cognominatur, ſimilitudinem ederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera ſmilacis dixere. Alterum immortalitati proximum, in conuallibus opacis,[22] ſcandentem arbores, [g] comantibus acinorum corymbis, contra venenata omnia efficaciſſimis, in tantùm, vt acinorum ſucco infantibus ſæpe inſtillato, nulla poſteà venena nocitura ſint. Alterum genus culta [23] amare, & in his gigni, nullius effectus. [24] Illam eſſe ſimilacem priorem, cuius lignum ad aures ſonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellauerunt, repentem per arbores, geniculatam & ipſam. Folia eius [25] lepram purgant. Semen aluum ſoluit acetabuli menſura, in aquæ hemina, aut aqua mulſa. Datur ex eadem cauſa & decoctum eius.

7 tænias. Dal.

8 chryſalarion vocant alij eſtauimus. CH.
9 vrina. CH.

10 Punico. CH.

11 candidioris nigri. M.
12 quæcunque in vino. CH.

13 vaſo ſplenicos. CH.

14 tradant. Dal.

15 quam ex ac. vtiliſſimam. CH.

16 trinis dig. ſi. carpto. Ver & M.
17 cerato. Diaſc.

18 Ciſſos erythrodanon. Dal. erytianos. CH.
19 ciſſo. Th.

20 Tantam eius vim eſſe aiunt, vt ſanguinem cum vrina. Ver.

21 athophoros. CH.

22 ſcandentis in arboris Ver. ſcandentem arborum. CH.

23 amat & in his gignitur. Ver.
24 Illa eſt ſimilax prior. Ver.
25 lepras. CH.

ANNOTATIONES.

a Modeſtinus in l. penult. ff. ad leg. Pomp. de parricid. ante quàm ſacco parricidæ inderentur, oſtendit in more fuiſſe poſitum, vt virgis ſanguineis cæderentur: nempe ex hac arbore ſumptis, non, vt quidam legunt, ſagmineis, aut, vt alij interpretãtur, ſanguine rubentibus, ac roràntibus; quoniam hoc lignum infœliciſſimum haberetur, ac maximè infame. Magnus ca. 8. 4. Sanguineum fruticem vocat auctor cap. 18. lib. 16.

b Celeriùs quàm opus eſſet, ſanatæ ſunt.

c Siler Aloiſius eſſe putat ſaliceм latifoliam, candido folio, è cuius cinere, ſal *plaure*, & aphrohitro fit puluis excutiendis machinis bellicis vtilis. Vide ſuprà cap. 18. lib. 16.

d Obliuioſè ciſat hoc Plinius. Nullam enim hypociſtidis prorſus mentionem fecit in ederarum hiſtoria & deſcriptione cap. 44. lib. 16.

e Legendum, Ciſtos erythrodanon. Hæc ex Theophraſto ca. 14. lib. 9. Hiſt. quo tamen loco non ait Theophraſtus erythrodanon Ciſtum aut eſſe, aut vocari, ſed folium habere Ciſto ſimile, rotundius. Vide ſuprà ca. 34. lib. 16.

f Error hic Plinij animaduerſus & caſtigatus eſt cap. 34. vltimo, lib. 16. Alia eſt chamæciſſos deſcripta infrà cap. 15. huius libri.

g Obſerua, comare, quod foliorum & frondis proprium eſt, dictum de racemo: præterea corymbum de acino.

De harundine, & papyro, & ebeno, & rhododendro, de rhue erythro, & de erythrodano, aliſſo & radicula, & apocyno & rore marino, & cachry, & ſabina, & ſelagine, & ſamulo, & gummi medicinis.

CAP. XI.

1 xxix. CH.
2 natura vt. CH. Lego, naturæ vi.

HArundinis genera [1] xxix. demonſtrauimus, non aliter euidentiore illa [2] natura, quàm continuis his voluminibus tractamus. Siquidem harundinis radix contrita & impoſita,

poſita, filicis ſtirpem corpore extrahit: item harundinem filicis radix. Et quoniam plura genera fecimus, illa quæ in [3] India Syriáque naſcitur odorum vnguentorúmque cauſa, vrinam mouet cum gramine aut apij ſemine decocta. [4] Ciet menſtrua admota. Medetur conuulſis duobus obolis pota, iocineri, renibus, hydropi, tuſſi etiam ſuffitu, magíſq; cum reſina. Furfuribus hulcerúmque manantibus [5] cum myrrha decocta. Excipitur [a] & ſuccus eius, fitq; [6] elaterio ſimilis. Efficaciſſima autem in omni harundine, quæ proxima [7] radici. Efficacia & genicula. Harundo Cypria, quæ donax vocatur, corticis cinere alopecias emendat: item putreſcentia hulcera. Foliis eius ad extrahendos aculeos vtuntur. [8] Efficacius & contra ignes ſacros collectionéſque omnes. Vulgaris harundo extractoriam vim habet, [9] & recens tuſa, non in radice tantùm. Multùm enim & ipſam harúdinem valere tradunt. Medetur & luxatis, & ſpinę doloribus radix in aceto illita. Eadem recens trita in vino pota, Venerem concitat. Harundinum lanugo illita auribus, obtũdit auditum. [10] Cognata in Ægypto res eſt harundini papyrus, præcipuæ vtilitatis, [b] cùm [11] inaruit, ad laxandas ſiccãdáſque fiſtulas, & intumeſcendo ad introitum medicamentorum aperiendas. [c] Charta quæ fit ex ea, cremata inter cauſtica eſt. Cinis eius ex vino potus ſomnum facit: ipſa ex aqua impoſita callum ſanat. Ne in Ægypto quidem naſcitur ebenus, vt docuimus: nec tractamus in medicina alienos orbes: non omittetur tamen propter miraculum. Scobem eius oculis vnicè mederi dicunt: lignóque ad cotem trito cum paſſo, caliginem diſcutit. Ex aqua verò radice, albugines oculorum. Item tuſſim pari modo dracunculi radicis adiecto cum melle. Ebenum medici & inter erodentia aſſumunt. Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit Latinum: rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia eius quadrupedum venenum eſſe, homini verò contra ſerpentes præſidium, ruta addita è vino pota. Pecus etiam, & capræ, ſi aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. Nec rhus Latinum nomen habet, cùm in vſum pluribus modis veniat. Nam & herba eſt ſylueſtris, [d] foliis myrti, cauliculis breuibus, [12] quæ venena & tineas pellit: & frutex coriarius appellatur, ſubrutilus, cubitalis, craſſitudine digitali, cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Medici autem rhoicis vtuntur ad contuſa: item cœliacos & ſedis [13] hulcera, aut quæ phagedænas vocant, [14] trita cum melle, & [15] illita cum aceto. Decoctum eorum inſtillatur auribus purulentis. Fit & ſtomatice decoctis ramis ad eadem, quæ ex moris, ſed efficacior admiſto alumine. [16] Illinitúrque eadem hydropicorum [17] tumoribus. [e] Rhus, [18] quæ erythros appellatur, [19] frutex eſt: & huius fruticis ſemen vim habet aſtringendi refrigerandíque. Aſpergitur [20] pro ſale [21] obſoniis. Aluos ſoluit, omnéſque carnes cum ſilphio ſuaviores facit. Hulceribus medetur manantibus cum melle: aſperitati linguæ, percuſſis, liuidis, deſquamatis eodem modo. Capitis [22] hulcera ad cicatricem celerrimè perducit: & fœminarum abundantiam ſiſtit cibo. [23] Alia eſt erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pelléſque perficiuntur: in medicina vrinam ciet: morbum regium ſanat ex aqua mulſa, & lichenas ex aceto illita: & iſchiadicos & paralyticos, ita vt bibentes lauentur quotidie. Radix ſeménque trahunt menſes, aluum ſiſtunt, & collectiones diſcutiunt. Contra ſerpentes [f] rami cum foliis imponuntur. Folia & capillum [24] tingunt. Inuenio apud quoſdam morbum regium ſanari hoc frutice, etiamſi adalligatus ſpectetur tantùm. Diſtat ab eo, qui alyſſon vocatur, foliis tantùm & ramis minoribus: nomen accepit, quòd à cane [25] commorſos rabiem ſentire non patitur, potus ex aceto adalligatúſque. [g] Mirum eſt quod [26] additur, [27] ſaniem conſpecto omnino frutice eo ſiccari. Tingentibus & radicula lanas præparat, quam ſtruthion à Græcis vocari diximus. Medetur morbo regio [28] & ipſa decocti eius potu: item pectoris vitiis. Vrinam ciet, aluum ſoluit, & vuluas purgat. Quamobrem aureum [29] poculũ medici vocant. Ea & ex melle prodeſt magnificè ad tuſſim, [30] orthopnœæ cochlearis mẽſura. Cum polenta verò & aceto lepras tollit. Eadem cum panace & capparis radice calculos frangit, pellitq; [31] Panos diſcutit, cũ farina hordeacea & vino decocta. Miſcetur & malagmatis & collyriis, claritatis cauſa. [30] Ad ſternutamenta vtilis inter pauca: lieni quoque ac iocineri.

3 Iudæa. CH. Iudæa Syr. naſc. odore vnguentorum, vrinam mouet. M.
4 Ciet & men. CH.

5 cũ vino radix dec. M.
6 alteri. M. porerio, Vet.
7 radice. Efficaciora gen. CH.

8 efficacibus. CH.
9 &, in M. d.

10 Cognita Arg. res har ipſarum. CH.
11 inaruerit. M.

12 quæ tænias. CH.

13 hulcera. At quæ phag. vocant, folia trita &c. cum aceto ſanant. Decoctum Vet.
14 tritis cum melle, & illitis Alij Vet.
15 intrira. CH.
16 Illinitur. CH.
17 tumori. CH.
18 qui. CH.
19 huius fruticis ſemen eſt. Vim. Vet.
20 cum ſale. Vet.
21 obſoniis aluo ſolut ea. Corn & CH.
22 vulnera CH.
23 alia res erythrod. CH.

24 inficiunt. CH.

25 morſos. CH.
26 traditur. M.
27 inſantam conſp. om. fr. eo ſanari. Ver.

28 & ipſa decocta, & ius porum Vet. & ipſa decocto eius poto. CH.
29 petition CH.
30 & orthopnoeam. Ver.

1 Phymata. Dioſc.
32 Sternutamento. M. Sternutamentum. CH.

cinci.

cineri. Eadem pota denarij vnius pondere ex mulsa aqua, suspiriosos sanat. Sic & pleuriticos, & omnes lateris [33] dolores, apocyni semen ex aqua. Frutex est folio edera, molliore tamen, & minùs longis viticulis, semine acuto, diuiso, [h] lanuginoso, graui odore. Canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum. Est & rosmarinum. Duo genera eius. Alterum sterile, alterum cui & caulis, & semen resinaceum, quod cachrys vocatur. [34] Foliis odor thuris. [35] Radix vulnera sanat viridis imposita, & sedis procidentia, condylomata & hæmorrhoidas. Succus & fruticis & radicis morbum regium, & ea quæ repurganda sunt. Oculorum aciem exacuit. Semen ad vetera pectoris vitia datur potui. Et ad vuluas cum vino & pipere. Menses adiuuat. Podagris illinitur cum [36] ærina farina. Purgat [37] & [38] lentigines, [39] & quæ excalfacienda [40] sunt, aut cùm sudor quærendus, illitum: item cõ uulsis. Auget & [41] lac in vino potum: item radix. Ipsa herba strumis cum aceto illinitur: ad tussim cum melle prodest. Cachrys multa genera habet, vt diximus. Sed hæc, quæ ex [42] rore suprà dicto nascitur, si fricetur, resinosa est. A duersatur venenis & venenatis, præterquàm anguibus. [43] Sudorem mouet, tormina discutit, lactis vbertatem facit. Herba Sabina, bratby appellata à Græcis, duorum generum est: altera tamarici similis folio, altera cupresso. [44] Quare quidam Creticam cupressum dixerunt. A multis in suffitus [i] pro thure assumitur. In medicamẽtis verò duplicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Collectiones minuit, & nomas compescit. Illita hulcera purgat. Partus emortuos apposita extrahit & [45] suffitu. Illinitur igni sacro & carbunculis. Cum melle & vino pota, regio morbo medetur. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbæ sanari tradunt. Similis herbæ huic Sabinæ est selago appellata. Legitur sine ferro dextra manu per tunicam, [46] qua sinistra exuitur velut à furante, candida veste vestito, [47] puréque [48] lotis nudis pedibus, sacro facto priùs quàm legatur, [49] pane vinóque. Fertur in mappa noua. Hanc contra omnem perniciem habẽdam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum eius prodesse. Iidem [50] [k] famolum herbam nominauere nascentẽ in humidis: & hanc sinistra manu legi à ieiunis contra morbos suum boúmque, nec respicere legentem, [51] nec alibi, quàm in canali, deponere, ibique [52] conterere poturis. [53] Gummium genera diximus. [54] Ex his maiores effectus melioris cuiusque erunt. Dentibus [55] inutiles sunt. [56] Sanguinem coagulant, & ideò [57] reiicientibus sanguinem prosunt: item ambustis, [58] arteriæ vitiis. [59] Inutilem vrinam cient, [l] amaritudines hebetant astrictis cæteris. Quæ ex amygdala amara est, [60] spissandique viribus efficacior, habet excalfactorias vires. Præponuntur [61] aut prunorum, & ceraforum, ac vitium. Siccant [62] illitæ & astringunt: ex aceto verò infantium lichenas sanant. Prosunt & tussi veteri, quatuor obolis in [63] misto potis. Creduntur & colorem gratiorem facere, ciborumq; appetentiam, & calculosis prodesse cum passo potæ. Oculorum & vulnerum vtilitatibus maximè conueniunt [64] è Spina Ægyptia.

33 dolores semen ex aqua. Apocynon siue tex est. Vet.

34 Radici. Dioſc.

35 Herba. Dioſc.

36 erina. M.
37 etiam. CH.
38 vitiligines. Dioſc.
39 Prodeſt iis quæ. Ver.
40 ſint. CH.
41 lacte. CH.
42 Roſmarino.

43 Sudores. CH.

44 Qua ex re quidã. Vet.

45 ſuffita. CH.

46 quæ. M.
47 puraque. Dal. ſub. aqua.
48 lautis CH.
49 ex pane. Dal.

50 famoſum. CH.

51 neque quàm in. CH.
52 congerere Vet. ibi continere CH.
53 Gummi. M.
54 In CH.
55 inutilia. Dal.
56 Hæc, Sang coag. & ideo, in M. d.
57 eicientibus. CH.
58 & arteriæ. CH.
59 Inutiles vrinas. CH.
60 adſtringendi. Dioſc.
61 autem. M Proponuntur prunorum aureta. CH.
62 illita Vet.
63 muſto. Vet.
64 In M. d. hæc vltima.

ANNOTATIONES.

a Absurdum hoc, nescio è quo peritum.
b Ad eum vsum papyri caulem adarctum Ægypto, iam exsuccum & aridum aqua mergebant, maleficiumq; & in obiongam cylindri formam arctè vinculo ligatum siccari permittebant, deinde cùm opus esset exolutum fibrillis indebant, vt intumescẽs earum os apteret: qua ratione cheirurgi nostra tempestate modullam Indici milij, Gentianæ radicem, spongiam cera imbutam immittunt. Alexandro problemate 93. lib. 1. papyrus κραναμάλεκα adeo suppressa, balani modo subiicitur in fodem, vt deductis foliis musculis, fæces exeant. σπαθάκεια ad recludendas fistulas Dioscoridis poscit, id est, qua industria diximus, paratam, quo loco Marcellus & Cornarius legendum putant, σπαθωτὰ κανᾶ, arcellam & sic catam ex σπάθη. Guilland.
c Apud Galenum & Paulum pastillus διὰ χαράκων describitur: ad oris nomas & naturalium infigitur.
d His verbis describere Plinius videtur Rhun Monspessulanam, cuius historia traditur in sylua vniuersæ historiæ plantarum.
e Ineptè Plinius Rhun erythron differre putat ac distinguit à thoë cornariorum.
f Succus cum foliis sibitur. ὑφεῖται δὲ καὶ ὁ χυλὸς μετὰ τῶν φύλλων αὐτῆς. Plinius legisse videtur, μετὰ τῶν κοινῶν, pro ἐκ φυλλωμάτων interdùm. Cornarius.
g Plutarchus tertio Symposiacõn scribit alysson, si manu teneatur, vel omnino aspiciatur, fugam capere: quo loco pro λαγῶ quidam legendum putant λόγον. Est apud Pausaniam in Arcadicis alyssontis fons, oppido Cinæthensium vicinus, cuius aqua potu sanat à cane rabioso contumorsos. Alysson hoc Plinij, Dioscoridis historiæ nihil conuenit, vt ij prorsus verè dicendi non sint, qui alysson Plinij, herbariorum aspectum esse putant. Alysson Galeno est folio prasij, flore cyaneo. lib. 2. de antidotis.
h Siliqua folliculari conclusio, quæ lanugine plena est.
i Virgilius in Culice,
Turbine quo medios Hyperes proſiliuimata salmax.
k Samolum Pulsatillam esse puto, quam etiamnum hodie Bononienses vocant *samole*, vt ait Anguillara lib. 11.
l Medicamentorum acrimoniam hebetat, quibus admiscetur. Dioscor. de gummi Ægyptiæ spinæ.

De ſpina Arabica, & ſpina alba, & acanthio, & acacia. CAP. XII.

a SPinæ Arabicæ laudes in odorum loco [1] diximus: & ipsa [2] spissat stringitq; dissillationes omnes, & sanguinis excreationes, mensiúmque abundãtiam, etiamnum radice valentior.

1 diximus. Arabica ſpiſſat &c.
2 ſtringit ſpiſſatque. CH.

valentior. Spinæ albæ semen contra scorpiones auxiliatur. Corona ex ea imposita, capitis dolores minuit. Huic similis est spina illa, quam Græci acanthion vocant, minoribus multò foliis, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis: qua collecta, etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt in Oriente. Ipsa folia vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur. [3] Est & acaciæ spina. Fit in Ægypto alba nigráque arbore: item viridi, sed longè melior è prioribus. Fit & in [4] Galatia [5] tenerrima spinosiore arbore. Semen [6] omnium lenticulæ simile: minore est tantùm & grano & folliculo. Colligitur autumno: antè collectum [b] nimio [7] validius. Spissatur succus ex folliculis aqua cælesti perfusis: mox in pila tusis exprimitur organis: tunc densatur in Sole mortariis in pastillos. Fit & ex foliis minùs efficax. Ad coria perficienda semine pro galla vtuntur. Foliorum succus & [8] Galatiacæ acaciæ nigerrimus improbatur: item qui [c] valde rufus. Purpurea aut leucophæa, & quæ facillimè diluitur, vi summa ad spissandum refrigerádúmque est, oculorum medicamentis ante [9] alias [10] vtiles. Lauantur in eos [11] vsus pastilli ab aliis, torrentur ab aliis. Capillum tingunt. Sanant ignem sacrum, hulcera quæ serpunt, & humida vitia corporis, collectiones, articulos contusos, perniones, pterygia. Abundantiam mensium [12] fœminis sistunt, vuluámque & sedem procidentes. Item oculos, oris [13] vitia & genitalium.

3 Eſt & acacia ſpinæ ſuccus. Fit in Aegypto ex alba. Vet.
4 Ponto & Cappadocia. Dioſc.
5 tererrima. M. dae rima. Vet. & CH. teneriore ſpinoſaque. Dioſc.
6 huius. Dioſc. nam Aegyptiæ lupino ſimile.
7 Validius ſpiſſat. Succus Vet.
8 Galaticæ. CH.

9 alia. CH.
10 vtilis. Dal.
11 vſus ab aliis & paſtilli fiunt: torrentur. Vet.

12 in fœminis. CH.
13 vlcera. M.

ANNOTATIONES.

a De Ægyptia spina tractatum est cap. 9. & 11. lib. 13. De Arabica nusquam. Incogitanter & obliuiosè hoc Plinius. Lego, Spinæ Ægyptiæ laudes in odorum loco diximus. Arabica spissat &c.
b Quia æstate fructus immaturus acerbissimus est.
c Quoniam acerbior fructus, è quo extrahitur.

De vulgari ſpina, & ſylueſtri, & de eryſiſceptro, & de appendice ſpina, & pyxacantho, & paliuro, aquifolia, & taxo, & rubis medicinæ. CAP. XIII.

a VVlgaris quoque hæc spina, ex qua cortinæ fulloniæ implentur, [b] radicis vsus habet. Per Hispanias quidem multi, & inter odores, & ad vnguenta vtuntur [1] illa, [c] aspalathum vocantes. Est sine dubio hoc nomine spina sylueſtris in Oriente (vt diximus) candida, magnitudine arboris iustæ. Sed & frutex humilior [2] æquè spinosus [3] in Nisyro, & Rhodiorum [4] insulis, quem alij eryſiſceptrum, alij adipsatheon, [5] siue dipsacon, siue diacheton vocant. Optimus, qui minimè ferulaceus, rubens, [6] & in purpuram vergens, detracto cortice. Nascitur pluribus locis, sed non vbique odoratus. Quam vim haberet cælesti arcu in eum innixo, diximus. Sanat tetra oris hulcera & ozænas, genitalia exhulcerata aut carbunculantia, item [7] rhagadia, inflationes potu. Discutit & strangurias cortex. Sanguinem reddentibus medetur decoctum eius. Aluum sistit cortex. Similia præstare sylueſtrem quoque putant. Spina est [d] appendix appellata, quoniam [e] baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Hæ crudæ per se, & aridæ in vino coctæ, aluum [8] citam, ac tormina compescunt. Pyxacanthi baccæ contra serpentium ictus bibuntur. Paliurus quoque spinæ genus est. Semen eius Afri [9] zuram vocant, contra scorpiones efficacissimum: item calculosis & tussi. Folia astrictoriam vim habent. Radix discutit panos, collectiones, vomicas: vrinas trahit pota. Decoctum eius potum in vino aluum sistit: serpentibus aduersatur. Radix præcipuè datur in vino. Aliqui folia contusa addito sale, articulorum morbis imponunt. Prosunt baccæ [f] purgationi fœminarum, cœliacis, dysentericis, accholericis. In vino potæ aluum sistunt. Radix decocta & illita extrahit infixa corpori. Vtilissima est & luxatis, tumoribúsque. Aquifolia arbor in domo aut villa sata, veneficia arcet. [10] Flore eius aquam [g] glaciari Pythagoras tradit: [11] itémque baculum ex ea factum, in quoduis [12] animal emissum, etiamsi citrà ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese recubitu propiùs adlabi: tam præcipuam naturã inesse arbori. Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia tantùm genuit natura: ideoq; ex eis [13] mora vel hominibus cibos dedit. Vim habent siccãdi, astringendiq;, gingiuis, tõsillis, genitalibus [14] accommodatissimi. Aduersantur serpentiũ sceleratissimis [15] hæmorrhoidi & presteri flos aut mora. Scorpionum vulnera sine collectionum periculo [16] inungũt: vrinam

1 alia. Vet.

2 atque. M.
3 in Iſtro, Niſyro, Syriaque. Dioſc.
4 inſula. Vet.
5 Syri diarieon (leg. diarieton) vocant. M. Sirin diauron. M. alterum.
6 aut. Dioſc.

7 rhagadia. Inflationes potu diſcutit. Dal.

8 citant. CH.

9 zuiron. M. aprizuram. CH.

10 Florem eius aqua. 11 ræm. CH.

12 animale miſſum. CH.
13 mora heſtiis vel. M.
14 accommodatiſſimam Vet.
15 mora ſcorpionibus. Vulnera ſine bl. hæmorrhoidi. praeteri, & ſcorpionu. Flos & mora vulnera. Aliq.
16 iungunt. Vet.

vrinam cient. Caules eorum tundũtur teneri, exprimitúrque ſuccus, mox Sole cogitur in craſſitudinem mellis, ſingulari remedio cõtra mala oris oculorúmque, ſanguinem excreantes, anginas, vuluas, ſedes, cœliacos [17] potus aut illitus. Oris quidem vitiis etiam folia commanducata proſunt: & hulceribus manantibus, aut quibuſcunque in capite illinuntur. Cardiacis vel ſic [18] per ſe imponuntur [19] à mamma ſiniſtra: item [20] ſtomachi doloribus, oculíſque procidentibus. Inſtillatur ſuccus eorum & auribus. Sanat condylomata cum roſacco cerato. Cauliculorum ex vino decoctum, vel præſentaneum remedium eſt. Iidem per ſe in cibo ſumpti cymæ modo, aut decocti in vino auſtero, labantes dentes firmant. Aluum ſiſtunt & profluuia ſanguinis: dyſentericis proſunt. Siccantur in vmbra, vt cinis crematorum vuam reprimat. Folia quoque arefacta & contuſa, iumentorum hulceribus vtilia traduntur. Mora, quæ in his naſcuntur, vel cùm efficaciorem ſtomatichen præbuerint, quàm [21] ſatiua morus. [22] Eadémque compoſitione, vel cum hypociſthide tantùm & melle bibuntur in cholera, & à cardiacis, & contra araneos. Inter medicamenta, quæ ſtyptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias partes, vt colluantur eo oris hulcera, [23] & ſedis foueantur: tantáque vis eſt, vt ſpongiæ ipſæ lapideſcant. [h] Alterum genus rubi eſt, in quo roſa [24] naſcitur. Gignit [i] pilulam caſtaneæ ſimilem, præcipuo remedio calculoſis. Alia eſt cynorrhoda, quam proximo dicemus volumine. Fert & chamæbatos vuam nigram. Ver.

17 intelligitur potus. CH.

18 vel per. Ver.
19 ſuper mamma. Ver.
20 ſtomacho in doloribus. CH.

21 ſatiuæ morꝰ. Ver.
22 Eadem. M.
23 & ſedes foueantur. Ver. ſedes foueantur. Alij Ver. & ſedis, foueanturque. CH.
24 naſcitur. Cynosbaton vocant; alij Cynoſpaſton. Folium habet veſtigio hominis ſimile. Gignit pilulam caſt. ſim. pr. rem. calculoſis. Alia eſt cynorrhodos, quã prox. dic. volumine. Fert & chamæbatos vuam nigram. Ver.

ANNOTATIONES.

a Spinam ſulloniam hic intelligo hippophæſton, quemadmodum & cap. vlt. lib. 16. Dioſcorides certè & Hippophaës & Hippophæſton ſpinas eſſe ſullonias tradidit. Vide infrà cap. 10. lib. 27.
b Struthij, ad lauas purgandas, molliciémque ac candorem conciliandum.
c Oſcitanter Plinius aſpalathum orientalem alium eſſe putat, quàm Rhodium.
d Vulgo *Berberis*.
e Oxyacanthæ, de qua intelligenda quæ ſequuntur.
f Siſtendæ.
g Ex eius certè cortice viſcum fit.
h Alterum genus rubi eſt, in quo roſa naſcitur. Cynosbaton, vocant alij cynoſpaſton. Folium habet veſtigio hominis ſimile. Gignit pilulam caſtaneæ (eius echino) ſimilem, præcipuo remedio calculoſis. Alia eſt cynorrhodos, quam proximo dicemus volumine. Fert & chamæbatos vuam nigram &c. Hęc omninoſic emolienda ac reſtituenda ſunt.
i Eam in roſa ſylueſtri ſpongiolam vocat cap. 2. lib. proxim.

De cynosbato, & Idæo rubo, & rhamno, & Lycio, & ſarcocolla, & de oporice medicina. CAP. XIIII.

a neruus habetur. M.
2 dicitur tota. CH.
3 cynosbaton quoque appellauerunt. Ver.

CYnoſbaton, alij cynoſpaſton, alij neuroſpaſton vocánt: folium habet [a] veſtigio hominis ſimile. [b] Fert & vuam nigram, in cuius acino [1] neruum habet, vnde neuroſpaſtos [2] dicitur. Alia eſt à cappari, quam medici [3] cynoſbaton appellauerunt. Huius thyrſus ad remedia ſplenis & inflationes conditus ex aceto manditur. Neruus eius cum maſtiche Chia commanducatus os purgat. Ruborum roſa alopecias cum axungia emendat. Mora capillum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori [4] per meſſes colligitur. Candidus pleuriticis præcipuus ex vino potus, item cœliacis. Radix ad tertias decocta, aluũ ſiſtit & ſanguinem: item dentes collutos decocto. Eodem ſucco fouentur ſedis atque genitalium hulcera. Cinis è radice [5] deprimit vuam. [c] Idæus rubus appellatus eſt, quoniam in Ida, non [6] aliàs, naſcitur. Eſt autem tenerior ac minor, rarioribus [7] calamis innocentioribúſque, ſub arborum vmbra naſcens. Huius flos cum melle epiphoris illinitur & ignibus ſacris: [8] ſtomaticíſque ex aqua bibendus datur. Cætera eadem præſtat, quæ ſuprà [9] dicta. Inter [d] genera ruborum [e] rhamnos appellatur à Græcis candidior & fruticoſior. Is floret, ramos ſpargens rectis aculeis, non vt cæteri aduncis, foliis maioribus. Alterum genus eſt ſyluęſtre, nigrius, & quadantenus rubens. Fert veluti folliculos. Huius radice decocta in aqua fit medicamentum, [f] quod vocatur Lycium. Semen ſecũdas trahit. Alter ille candidior aſtringit magis, refrigerat, collectionibus & vulneribus accommodatior. Folia vtriuſque & cruda & decocta illinuntur cũ oleo. [g] Lycium præſtantius è ſpina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiá vocát, [10] quales in Indicis arboribus [11] diximus, quoniam longè præſtantiſſimum exiſtimatur Indicum. Coquuntur in aqua tuſi rami, radicésque, ſummæ amaritudinis, æreo vaſe ferè per [12] triduum, iterúmque exempto [13] ligno, donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratur amaris ſuccis, etiam amurca ac felle bubulo. Spuma eius ac flos [14] quidam oculorum medicamentis additur

4 meſſe. CH.

5 reprimit. Ver. & CH.
6 aliis. CH.
7 hamis. Ex Dioſc.

8 ſtomachiciſque. M. & Dioſc. idem, aluinis, cœliacis.
9 dicta genera ruborum. Inter ſpinoſis rhamnus app. à Græcis. Candidior alter & fruticoſior in ſpinis virat, ramos. Ver.

10 qualem. Ver.

11 diximus. Omnium longè. Ver.
12 triduum macerati. Ver. & Dioſc.
13 ligno liquor. Ver. & Dioſc.

14 quidem. M.

additur. Reliquo ſucco faciem purgat, & pſoras ſanat, eroſos angulos oculorum, veteréſque fluxiones, aures purulentas, tonſillas, gingiuas, tuſſim, ſanguinis excreationes, fabæ magnitudine [15] deuoratum. Aut ſi ex hulceribus fluat, illitum, [16] rhagadas, genitalium hulcera, attritus, hulcera recentia, & ſerpentia, ac [17] putreſcentia. In naribus clauos, ſuppurationes. Bibitur & à mulieribus in lacte contra profluuia. [h] Indici differentia, glebis extrinſecus nigris, intus rufis, cùm fregeris, citò nigreſcentibus. Aſtringit vehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia vtile eſt, ſed præcipuè ad genitalia. Sunt qui & [18] ſacocollam [i] ſpinæ lacrymam putent, pollini thuris ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem. Cum vino tuſa ſiſtit fluxiones: illinitur infantibus. Veruſtate & hæc maximè nigreſcit, melior, quò candidior. Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant. Fit ad dyſentericos ſtomachíque vitia, in congio muſti albi, lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum ſuis ſeminibus, Punicis totidem, ſorborum ſextario, & pari menſura eius, quod [19] rhus Syriacon vocant, croci ſemuncia. Coquitur vſque ad craſſitudinem mellis. His ſubtexemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, ánne [20] arborum eſſent.

15 deuoratum, aut ſi. Dal.
16 rhagadia. CH.
17 putreſcentia in naribus.

18 ſarcocollam. Alij. CH.

19 rhus Syriacum. Alij. Rhus Syriacum. CH.

20 arbores. Vet. amborum. CH.

ANNOTATIONES.

a ἀγριάδες Theophraſt. cap. 18. lib. 3. Hiſt. Plinius legiſſe videtur ἡμέρους. Athenæus legit ἀγλαοδάς: Hermolaus γλεῦκος: Milletus ἀγριῶδες. Plinium rectè legiſſe arbitror.
b Plinius Cynosbati hiſtoriam, cuius fructus ſubruber eſt, ſolúmque ἡμέρους, miſcet ac cõfundit cum chamæbato, quod vuam nigram fert, ſiue morũ vuæ ſimile, eius rubi modo, quę erectum, ac procerum ὄρθουρὸν vocat Theophr. Legendum porrò ſic eſt: Fert Chamæbatos, & vuam nigram in cuius acino &c. vt diximus ſuperiori capite.
c Rubus 1. qui morum fert, 1. excelſus, βάτος: 2. humi ſtratus, χαμαίβατος, ποιόσπατος. 2. qui roſam gignit, 1. cynosbatos, ſiue cynoſpaſtos, *Eglantier*: 2. cynorrhodos. *Roſier ſauuage*. 3. Idæus, *Framboiſier*, 1. ſpinoſus: 2. non ſpinoſus.
d Dioſcorides Idæum dictum vult, non quòd in Ida tantùm naſcatur, ſed quòd ibi copioſiſſimè proueniat.
e Rhamnum ἀλαΐφαγον Nicander vocat, quia nocturnos incubos, lemures, ſtriges auertit efficaci amuleto: quo argumento in parentationibus ante fores ſuſpendebatur. Meminit & Lycophrõ, & Euphorion his verbis ἀλαΐφαγον φύτὸν ἄλσεος. Spinam ſanalem hũc eſſe volunt celebratam ab Ouid. in Faſtis: non autem ſpinam nuptiarum facibus auſpicatam, cuius mentio ſit cap. 18. lib. 16.

Sic ſcitus ſpinam, qua triſtes pellere poſſet
Aſſiribus noxas, hęc erat alba, docet.

Et rurſum,

Virgáque Ianalis de ſpina ſumitur alba,
Quę lucem thalamis parna feneſtra dabat.

Rhodig. cap. 31. 22.
f Hoc falſum, & à nemine proditum.
g Lycium Indi vocant, Græci quoniam Indicum nomen non ſatis nouerant, pro care, principio quidem acanthon nominarunt: & quia in Lycia & Cappadocia ea arbuſcula buxi folio eſt, pyxacanthum appellarunt, arboris Indicę figuram ignorantes, quæ tamariſci folium habet, aliàs ſpinoſiſſima.
h Optimi Dioſcor. non Indici.
i Arboris in Perſide naſcentis. Dioſcor.

De chamædrye, & chamædaphne, & chamelæa, & chamæſyce, & chamæciſſo, & chamæleuce, & charnæcypariſſo, & ampelopraſo, & ſtachye, & clinopodio, & centunculo, & clematide Ægyptia medicina. CAP. XV.

1 trixago. CH.

CHamædrys herba eſt, quæ Latinè [1] triſſago dicitur. Aliqui eam chamædropem, alij Teucrion appellauere. Folia habet magnitudine mentæ, colore & diuiſura quercus. Alij ſerratam, & ab ea ſerram inuentam eſſe dixere, flore penè purpureo. [2] Carpitur prægnans ſucco in petroſis, aduerſus ſerpentium venena potu illitúque efficaciſſima: item ſtomacho, tuſſi vetuſtæ, pituitæ in gula cohæreſcenti, ruptis conuulſis, lateris doloribus. Lienen conſumit, vrinam & menſes ciet. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis vſque ad tertias. Faciunt [3] & paſtillos, terentes eam ex aqua. Ad ſuprà dicta ſanat & vomicas, & vetera hulcera, vel ſordida cum melle. Fit & vinum ex ea pectoris vitiis. Foliorum ſuccus cum oleo [4] caliginem oculorum diſcutit. Ad ſplenem ex aceto ſumitur. Excalfacit [5] peruncto ne. Chamædaphne vnico ramulo eſt cubitali ferè, [6] folio tenui, lauri ſimilitudine. Semen rubens [7] admiſtum foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardores refrigerat: ad tormina cum vino bibitur. Menſes ſuccus eius, & vrinam ciet potu, partúſque difficiles in lana appoſitus. [a] Chamelæa ſimilitudinem foliorum oleæ habet. Sunt autem amara, [8] odorata, in petroſis, [9] palmum altitudine non excedente. Aluum purgat: detrahit pituitam bilémque, foliis [10] in duabus abſinthij partibus decoctis, ſuccóque eo cum melle poto. Foliis impoſitis & hulcera purgantur. Aiunt, ſi quis ante Solis ortum eam capiat, dicátque ad albugines

2 Capitur. CH.

3 & ea paſt. teret ex aqua ad ſupra dicta. Sanat. Ver.

4 caligines. CH.

5 & perun&. CH.

6 folio lauri ſimilitudine, pallidiore, leuiore. Semen rotundum, rubens, adnexum foliis. Dioſco.
7 adnexum. CH.
8 odorata. In petroſis naſcitur palmum, Ver. Ex Dioſco.
9 palmi altitudinem non excedens. Alij Ver.
10 cum. Ver.

albugines oculorum ſe capere, [11] adalligata diſcuti id vitium. Quoquo [12] modo collectam iumentorum pecorúmque oculis ſalutarem eſſe. Chamæſyce lentis folia habet, nihil ſe attollentia, in aridis petroſíſque naſcens. Claritati oculorum, & contra ſuffuſiones vtiliſſima, & cicatrices, caligines, nubeculas in vino cocta, inuncta. Vuluæ dolores ſedat appoſita in linteolo. Tollit & verrucas omnium generum illita. Prodeſt & orthopnoicis. [b] Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramulis quinis ferè, [13] folioſa: cùm floret, exiſtimari poteſt, alba viola, radice [14] tenui, cuius bibunt iſchiadici folia tribus obolis, in vini cyathis duobus [c] v i i. diebus, admodum amara potione. Chamæleucen apud nos [d] farranum ſiue farfugium vocant. Naſcitur ſecũdum fluuios, folio populi, ſed ampliore. Radix eius imponitur carbonibus cupreſſi, atque is nidor per [15] infurnibulum [16] imbibitur in vetere tuſſi. [e] Chamæpeuce larici foliis ſimilis, lumborum & ſpinæ doloribus propria eſt. Chamæcyparíſſos herba ex vino pota contra venena ſerpentium omnium ſcorpionúmq; pollet. Ampelopraſon in vinetis naſcitur, foliis porri, ructu grauis. Contra ſerpentium ictus efficax. Vrinam & menſes ciet: eruptiones ſanguinis per genitale inhibet potum impoſitúmque. Datur & à partu mulieribus, & contra canis morſum. Ea quoque quæ ſtachys vocatur, [17] [f] porri ſimilitudinem habet, longioribus foliis pluribúſque, & odoris iucundi, coloríſque in luteum [18] inclinati. Pellit menſtrua. Clinopodion, alij cleonicion, alij zopyron, alij ocymoides appellãt, ſerpyllo [19] ſimilem, ſurculoſam, palmi altitudine: naſcitur in petroſis, orbiculato [20] florum ambitu, ſpeciem lecti pedum [21] præbens. Bibitur ad conuulſa rupta, ſtrãgurias, ſerpentium ictus. Itẽ [22] decoctæ ſuccus. Nũc ſubtexemus herbas mirabiles quidẽ, ſed minùs claras, nobilibus in ſequentia volumina dilatis. Italiꝫ centunculũ vocant [23] roſtratis foliis, ad ſimilitudinem capitis penularũ [24] iacentem in aruis: Græci autem clematidem. [25] Eſt eius egregius effectus ad ſiſtendã aluum in vino auſtero. Idem ſanguinem ſiſtit tritus cum oxymelitis aut aquæ calidæ cyathis quinque denarij vnius pondere: ſic & ad ſecundas mulierum efficax. Sed Græci [26] clematidas & alias habent, vnam [h] quam aliqui echiten vocant, [27] alij laginem, nonnulli tenuem ſcammoniam: [28] & pedales, folioſos, non diſſimiles ſcammonię ramos habet, niſi quòd nigriora minoráque ſunt folia. Inuenitur in vineis aruíſque. Eſtur, vt olus, cum oleo ac ſale: aluum ciet. Eadem à dyſentericis cum lini ſemine [29] in vino auſtero ſorbetur. Folia epiphoris imponuntur cũ polenta, [30] ſuppoſito vdo linteolo. Strumas impoſita ad ſuppurationem perducũt, deinde axungia adiecta percurant. Itẽ [31] hęmorroidas cum oleo viridi, phthiſicos iuuant cum melle. Lactis quoque vbertatem faciunt in cibis ſumpta. Eſt infantibus illita capillum alunt. Ex aceto dentium dolores ſedãt. Venerem ſtimulãt. Et & alia clematis, [i] Ægyptia cognomine, [k] quæ ab aliis [32] daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur, folio [l] lauri, longa tenuíſque, aduerſus ſerpentes [33] ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax. Ægyptus hanc maximè gignit.

11 adalligatis. Vet. 12 modo verò coll. CH.

13 folioſa. Dioſc.

14 tenui. Eius. Dioſc.

15 infundibulum. Vet. & CH. 16 bibitur. M. bibitur inueteratæ tuſsi. CH.

17 marrubij. Dioſc. Vet. pratij. Rondel. 18 inclinantis. Vet.

19 ſimile, ſurculoſum. Dal. 20 foliorum. CH.

21 præbente. M. præbenti. CH. 22 decocti. Vet. decocta & CH. 23 noſtri. CH.

24 naſcentem. Vet. 25 Eſt ei effectus ad. M. Egregij effectus. CH.

26 clematidem habent vnam. M. 27 alteram quam lygon. Alij. 28 Ea viticulas folias non diſsimiles ſimilacis ramis habet. Alij. 29 Ex. CH. 30 ſuperpoſito.

31 hæmorrhoidam. CH.

32 myrſinoides. Gal. 33 & priuatim aſpidas. CH.

ANNOTATIONES.

a De chamelææ ſucco vide cap. 7. vltimum, lib. 25. & cap. 7. primum, lib. 15.
b Alia eſt chamæciſsos deſcripta cap. 10. vltimo, hoc libro.
c Tricenis aut quadragenis diebus, Dioſcor.
d Farfarum Plautus vocat in Poenulo. Verſus eſt. Eo proſternebam folia farfari, ne ſcilicet viſcus adhæreſceret.
e Quidam aliam eſſe non putant chamæpityn.
f Rondelet. legit, praſij. Pro voce Græca πράσιον, Plinius legit πράσον.
g Aloiſio herba quam Dodonæus pingit pro helxine ciſſampelo: ſed vires non conueniũt. Placet magis Dodonei iudicium, qui herbæ impiæ genus centunculum vocat cap. 60. lib. 1.
h Clematiden priorem. Echiten ſiue echion, vt legitur cap. 9. libri ſequentis, ideò vocarunt, quòd impoſita ſerpentium & viperarum morſibus inuamentum præſtet, autore Dioſcoride.
i Prior Dioſcoridis, qui huius cognominis nuſquam meminit.
k Et myrſinoides Galeno lib. 6. ſimplic.
l Colore, & figura, multo minore. Dioſcor. Hæc omnia Plinius mirè confundit & perturbat.

De aro & dracunculo, & dracontio, & ari, & millefolio, & herba eiuſdem nominis, & pſeudobunio, & myrrhi, & onobrichi medicinæ. CAP. XVI.

1 Eſt & aron, M.

Q[1] Væ & aron, de qua inter bulbos diximus, magnæ cum dracontio litis. Quidam enim eandem eſſe [2] dixerunt. Glaucias ſatu diſcreuit, dracontium ſylueſtrem arum pronuntiando. Aliqui radicem aron [3] appellauerunt, caulem verò dracontium, in totum aliũ, ſi modò hic eſt, qui apud nos dracunculus vocatur. Nãque aros [a] radicem nigram

2 dixere. CH.

3 appellarunt. CH.

nigram in latitudinem rotundam habet multóque maiorem, [4] & qua manus impleatur. Dracunculus ſubrutilam, & draconis conuoluti modo: [b] vnde & ei nomen. Quin & ipſi Græci immenſam poſuere differentiã, ſemen dracunculi feruens mordáxque tradẽdo: tantúmque ineſſe ei virus, vt olfactũ grauidis abortũ inferat. Aron miris laudibus extulere, primùm in cibis fœminam præferentes, quoniam [5] mas durior eſſet, & in coquendo lentior. [c] Pectoris vitia purgare, & [6] aridum in potione inſperſum, aut ecligmate vrinam & menſes ciere. Sic & in oxymelite potum ſtomacho, interaneíſque exhulceratis ex lacte ouillo bibendum, ad tuſſim in cinere coctum ex oleo dedẽre. Alij coxẽre in lacte, vt decoctum biberetur. Epiphoris elixum impoſuere: item ſuggillatis, tonſillis. Ex oleo hæmorrhoidum vitio infudere, lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleophantus & pro antidoto contra venena: pleuriticis, peripneumonicis, quo tuſſientibus modo: ſemen intritum cum oleo aut roſaceo infundens autium dolori. Dieuches tuſſientibus aut ſuſpitioſis & orthopnoicis & [7] purulenta excreantibus farina permiſtum in pane cocto dedit. Diodotus phthiſicis è melle ecligmate, & pulmonis vitiis, oſſibus etiam fractis impoſuit. Partus omnium animalium extrahit, naturæ circunlitũ. Succus radicis cum melle Attico, oculorum caligines, ac ſtomachi vitia diſcutit, tuſſim decocti ius cũ melle. Hulcera omnium generũ, ſiue phagedęnę ſint, ſiue carcinomata, ſiue ſerpant, ſiue polypi in naribus, ſuccus mirè ſanat. Folia ambuſtis proſunt ex vino & oleo cocta. [d] Aluũ inaniunt [8] ex ſale & aceto ſumpta. [9] Etiam luxatis cocta cum melle proſunt: item articulis prodagricis cum ſale, recentia vel ſicca. Hippocrates [10] quaſlibet ad collectiones cum melle impoſuit. Ad menſes trahendos ſeminis vel radicis drachmæ duæ in vini cyathis duobus ſufficiunt. Eadem potio, ſi à partu non [11] purgantur, & ſecundas trahit. Hippocrates & radicem ipſam appoſuit. Dicunt & in peſtilentia ſalutarem [12] eſſe in cibis. Ebrietatẽ diſcutit. Serpentes nidore, cùm crematur, [13] priuatímque aſpides fugat, aut inebriat, ita vt torpentes inueniantur. Peruncto quoque aro è laureo oleo fugiunt. Ideo & contra ictus dari potu in vino nigro putant vtile. In foliis ari caſeus optimè ſeruari traditur. Dracunculus, quem dixi, hordeo matureſcente effoditur Luna creſcente. Omnino habentem ſerpentes fugiunt. Ideò percuſſis prodeſſe in potu aiunt [e] maiorem: [14] [f] vt & menſes, ſi ferro non attingatur, [15] ſiſtat. Succus eius & aurium dolori prodeſt. Id autem, quod Græci dracontion vocant, triplici effigie demonſtratum mihi eſt, foliis [g] betæ non ſine thyrſo, flore purpureo. Hoc eſt ſimile aro. Alij radice [h] longa, veluti ſignata articuloſáque, monſtrauere tribus omnino cauliculis, folia eius ex aceto decoqui contra ſerpentium ictus iubentes. Tertia demonſtratio fuit, [i] folio maiore, quàm [16] cornus, radice harundinea, totidem, vt affirmabant, [17] geniculata nodis, quot haberet annos, totidémque eſſe folia. [18] Hi ea ex vino vel aqua contra ſerpentes dabant. Eſt & [k] aris, quæ in eadem Ægypto naſcitur, ſimilis aro, minor tantùm minoribúſque foliis, & vtique radice, quæ tamen oliuæ grandis magnitudinem implet: alba geminum caulem, altera vnum tantùm emittens. Medetur vtraque hulceribus manantibus: item [19] combuſtis ac [20] fiſtulis. Collyrio immiſſo nomas ſiſtunt, decoctarum in aqua, & poſteà tritarum roſaceo addito. Sed vnum miraculum ingens, contacto genitali cuiuſque fœminini ſexus, animal in perniciem agi. Myriophyllon, quod noſtri millefolium vocant, caulis eſt tener, ſimilis fœniculo, plurimis foliis: vnde & nomen accepit. Naſcitur in paluſtribus, magnifici vſus ad vulnera. Cum [21] aceto bibitur ad difficultates vrinæ & veſicæ, & ſuſpiria, præcipitatíſque ex alto. Efficaciſſima eadem ad dentium dolores. Hetruria hoc nomine appellat [l] herbam in pratis tenuem à lateribus capillamenti modo folioſam, eximij vſus ad vulnera: boum neruos abſciſſos vomere ſolidari ea, rurſúſque iungi addita axungia affirmans. Pſeudobunion [22] napi folia habet, fruticans palmi altitudine. [23] Laudatiſſima in Creta. Contra tormina atque ſtranguriam, laterum præcordiorúmque dolores bibuntur rami eius quini ſeníve. Myrrhis, quam alij [24] ſmyrrhizam, alij myrrham vocant, ſimillima eſt cicutæ, caule foliíſque & flore, minor tantùm & exilior, cibo non inſuauis. Ciet menſtrua & partus cum vino. Aiunt [25] quoque eandem potam in

4 quàm qua. Alij.

5 mare dulcior. M.

6 aridum potioni inſp. Vet.

7 pura excr. farina. CH.

8 in. CH. 9 Et. CH. 10 vtraliben. CH.

11 purgentur. CH.

12 eſſe. In cibis ebrietatem. M. 13 priuatim aſpidas. CH.

14 & ad menſes. M. 15 ſiſtat, in M. d.

16 corni, radicis harundineæ. M. cornu, radicis. CH. 17 geniculatæ notis, M. 18 Hi ex vino &c. dantur. M.

19 arabuſtis. CH. 20 ſiſtulis collyrio immiſſo. Nomas ſiſtunt decocta folia in aqua, poſtea trita roſaceo addito. Vet.

21 aqua & ſale. Dioſ.

22 bunij folia habet, frutex. M. 23 Laudatiſsimum. Vet. 24 ſmyrnizaſam Dal.

25 quoque, in M. d.

pestilentia salutarem esse. Subuenit & phthisicis in [26] sorbitione. Auiditatem cibi facit. Phalangiorũ morsus[27] restringit. Hulcera quoque in facie aut capite succus eius in aqua triduo maceratæ sanat. Onobrychis folia habet lentis, longiora paulò, florem rubentem, radicem exiguam & gracilem. Nascitur circa fontes. Siccata in farinæ modum & insperſa vino albo, strangurias finit. Aluum sistit. Succus eius peruncti cum oleo sudores mouet.

[26] sorb. data CH.
[27] restinguit. CH.

ANNOTATIONES.

a Talis est ari Aegyptij, non nostratis.
b Fallitur Plinius. Dracunculum herbarij vocant, aut quòd veluti serpentium maculis picturatum caulem habeat, aut quòd venenis angunum resistat.
c Hæc omnia quæ sequuntur de dracontio, nõ aro, Dioſc. scribit, quãuis radicem ari & folia dracunculi vires easdẽ habere tradat.
d Vrsi cùm latebris exeunt, id deuorant laxandis intestinis, alioquí concretis. cap. 36. lib. 8.
e Nam & minor quidam est, in Sardinia, Corsica, & Maiorica frequens, de quo vide cap. alterum vltimum, lib. 25.
f Parum credibile, ab herba ram acri sisti menses.
g Hoc primum est à Matthiolo depictum.
h Hoc est dracontium palustre pictum à Dodonæo.
i Hoc est dracontium maius vulgare.
k Aristaron. Dioſco. Calicem ille vocat cap. 8. lib. 27.
l Stratioten myriophyllon intelligit.

De coriaceſia, & callicia, & menaide, & aliis[1] c x i i i. & medicinis earum, quas quidam Magicas eſſe dicunt, & de conſidia, & de aproxi, & de recidiuis. CAP. XVII.

IN promiſſo herbarum mirabilium, occurrit aliqua dicere & de Magicis. Quæ enim mirabiliores sunt? Primi eas in nostro orbe celebrauere Pythagoras atque Democritus, cõsectati[1] Magos. [b] Coriaceſia & callicia Pythagoras aquam [c] glaciari tradit: quarum mentionem apud alios non reperio, nec apud eum [2] alia de his. Idem[3] menaidem appellat, & nomine alio[4] corinthidem, cuius decocto in aqua succo, protinus sanari ictus serpentium, si foueantur, dicit. Eundem effusum in herba qui vestigio contigerint, aut fortè respersi fuerint, [6] insanabiles perire, monstrifica prorsus natura veneni, præterquàm contra venena. Ab eodem Pythagora [d] aproxis appellatur herba, cuius radix è longinquo concipiat ignes, vt naphtha, de qua in terræ miraculis diximus. Idem tradit: si qui morbi humano corpori [7] acciderint florente aproxi, quamuis sanatos, admonitionem eorum sentire, quoties[8] florere eam contigerit: & frumentum, & cicutam, & violam similem conditionem habere. Nec me fallit, hoc volumen eius à quibusdam[9] Cleemporo medico adscribi: [10] Pythagoræ pertinax fama antiquitásque vindicat. Et idipsum autoritatem voluminibus affert, si quis alius curæ suæ opus, illo viro dignum iudicauit: quod feciſſe Cleemporum, cùm alia suo & nomine ederet, quis [11] credat? Democriti certè [e] chirocineta esse constat. At in his ille post Pythagoram Magorum studioſissimus, quantò portẽtoſiora tradit: [f] Aglaophotin[g] herbam, quæ[12] admiratione hominũ propter[ff] eximium colorem acceperit nomẽ, in marmoribus Arabię nascentem Persico[13] latere. Quã de causã [14] & [gg] marmaritin vocari. Magos vtique ea vti, cùm velint Deos euocare. [15] Achæmenidon, colore electri sine folio, nasci in [16] Tardistilis Indiæ, cuius radice in pastillos digesta, in dieq; pota[17] in vino, noxij per cruciatus nocte confiteantur omnia per varias numinum imaginationes. Eandem[18] hippophouada appellat, quoniam equę præcipuè caueant eã. Theombrotion x x x. schœnis à Choaspe nasci, pauonis picturis simile, odore eximio. Hanc autem à regibus Persarum comedi aut bibi cõtra omnia corporum incõmoda, [h] instabilitatémque mentis: eandem semnion à potẽtiæ[19] maiestate appellari. Aliam deinde[20] adamãtida, Armeniæ Cappadociæq; alumnam. Hac admota, leones resupinari cum hiatu[21] laxo. Nominis causam esse, quòd conteri nequeat. [22] Arianidem in Arianis gigni ignẽa colore: colligi, cùm Sol in Leone sit. Huius tactu perũcta oleo ligna accendi. [i] Therionarca in Cappadocia & Mysia nascẽte, omnes feras torpescere, nec nisi hyænæ vrinæ aspersu recreari. Æthiopida in Meroë nasci. Ob id & [23] Meroidem appellari, [k] folio lactucæ, hydropicis vtilissimã è mulso potam. [l] Ophiusam in Elephantine eiusdem Æthiopiæ, liuidam, difficilémque aspectu, qua pota terrorem minásque serpẽtium obuersari, ita[m] vt mortem sibi eo metu consciscant: ob id cogi sacrilegos illã bibere. Aduersari autem ei palmeum vinum. Thalassegle circa Indum amnem inueniri, quæ ob id nomine

[1] Magos, Coriaceſiam & Callicium Pythagoræ quæ aquam glaciari tradit. Harum. Vet. magos. Coriaceſia & Callicia. M.
[2] alium M
[3] Mimaidem. M. mœnaiden. ἀπὸ τῆς μανίας. Dal.
[4] Corisidium. M.
[5] decocta Vet.
[6] insanos Vet fortè respersos insanabili letho CH.
[7] inciderint florente bra sica CH.
[8] florem eum retigerint. id.
[9] etiam Cleemp. M. Cleemporo. CH.
[10] verò esse pere. fa. an. indicant. M.
[11] credet? M.
[12] ob admirationem, M
[13] littore. Vet.
[14] & Marmaritiden. M.
[15] Achæmepiden. Vet. & cap 4. lib 26. Achæmenida. CH.
[16] Tradaſtilis. CH.
[17] ò. Vet.
[18] hippophorbada. CH.
[19] & iuſtitiæ maieſt. M.
[20] adamantidem. Alij admantida. CH
[21] laſſus M.
[22] Arianida. CH.
[23] meroida. CH.

nomine alio[24] potamautis appellatur: hac pota lymphari homines, obseruantibus miraculis. Theangelida in Libano Syriæ, [25] Dictæ Creræ montibus, & Babylone, & Susis Persidis nasci, qua pota Magi diuinent. Gelotophyllida in Bactris & circa Borysthenem. Hæc si bibatur cum myrrha & vino, varias obuersari species, ridendíque finem non fieri, ni potis nucleis pineæ nucis cum pipere & melle in vino palmeo. [26] Sysitictetida à cõuictu in Perside nominari, quoniam hilarentur illa. Eandem protomediam, [27] qua primatum apud reges obtineant. [28] [n] Casigneten, quoniam secum ipſa nascatur, nec cum vllis aliis herbis. Eandem Dionysonymphadem, quoniam vino mirè conueniat. [29] Helianthen vocat in [30] Themiscyra regione & Ciliciæ mõtibus maritimis, folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta, addito croco & palmeo vino, perungi Magos & Persarum reges, vt fiat corpus aspectu iucundum. [31] Ideo eandem heliocallidem nominari. Hermeſias ab eodem vocatur, ad liberos generandos pulchros bonósque: non herba, sed compoſitio è nucleis pineæ nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, postèà admiſto theombrotio & lacte: bibere generaturos iubet, & à cõceptu [32] puerperas partum nutrientes: ita fieri excellentes [33] animo & forma, atque bonos. Harum omnium [o] Magica quoque vocabula ponit. Adiecit his [34] Appollodorus assectator eius [35] herbam Pæschynomenen, quoniam appropinquante manu folia contraheret. Aliam[36] crocidem, cuius tactu phalangia morerentur. Crateuas[37] œnotheridem, cuius aspersu è vino, seritas omnium animalium mitigaretur. Anacampserotem [p] celeber arte Grammatica paulò ante, cuius omnino tactu redirent amores, vel cum odio depoſiti. Et abundè sit hactenus attigisse[38] insignia Magorum[39] in his herbis, alio de his aptiore dicturis loco.

[24] potamuer. de potam ancis. CH.
[25] Dictæis. Vet.
[26] Heſtitaterida. CH.
[27] quæ prim. ap. reg. obtineat. Cæſig. CH.
[28] Acaſigneten. Vet.
[29] Helianthidem. Vet. helianthes. CH.
[30] Themiſcyrena. CH.
[31] Ideo autem eandem heliocallida nom. CH.
[32] & puerp. Dal.
[33] animi & formę honis. Atque harũ. CH.
[34] Apollodorus. CH.
[35] arborem. Ex Th.
[36] crocida. CH.
[37] œnotheran. Dioſc. & onagram. onothorinem. CH.
[38] somnia. Vet.
[39] in herbis, alia de his apt. dicturi loco. CH.

ANNOTATIONES.

a In his recensendis prætermisit latacen memoratam c. 4. lib. 26.
b Cotiaceſiam ἀπὸ τῶν κοριῶν, à virginibus, Calliciam verò ἀπὸ τῆς κάλλους, id est, à pulchritudine.
c In muccoſum lentorem spissari, vt & tragacantho, & aquifolię flore suprà cap. 13. huius libri.
d προσίσχει, accedere. ἀπρόσιτος, quòd metu & pauore accedere propiùs non auderent.
e. Libri nomen, ideò sic dicti, quòd assiduè manibus tractari debeat.
f De Aglaophotide, quam & cynoſpaſtum vocat, vide miram historiam apud Aelianum. cap. 27. & 24. lib. 14. de animalibus.
g Hanc baharas nomine describi volunt à Iosepho lib. 7. belli Iudaici, vocarique Æliano cynoſpaſtum terrestre, Democrito marmarida, cynocephalian, & Ositritin Appioni, Homero Moly, Pæoniam Galeno. Guillandinus in Plinium cap. 3. 13.
ff Imò potiùs ob lucidum splendorem.
gg Vel potiùs, splendentem, & nitentem, ἀπὸ τῦ μαρμαίρειν.
h Amentiæ fatuitatísve periculum.
i Alia est therionarca, nobis familiaris, roseo flore, descripta c. 19. lib. 25.
k Genus fortassis aliquod tithymali.
l Draconcij genus aliquod.
m Alexand. ab Alex. cap. 5. 3. quo loco varia pœnarum genera fontibus & noxiis apud diuersas gentes constituta memorat.
n Acaſigneten, quòd nec fratrem, nec sororem habeat, è terra secum prodeuntes. Etenim sola nascitur.
o Et non tantùm Græca, magna ex parte ab effectu sumpta.
p Herbam viuam Lusitani vocant, octo pedes altam, folio polypodij, flore luteo, quæ contacta refugit, & ad terram velut indignabunda folia deiicit, accessu hominum se contrahens, discessu pandens. Eius meminit Theoph. cap. 3. 4. Hist. ſtatim post prunum Aegyptiam. Describit & Garcias ab Horto cap. 22. lib. 2. aromatum Indicorum, Quiedus in Americæ historia, & Iulius Cæsar Scaliger. Eius mentio fit & cap. 10. lib. 13. sed aliis verbis. Æquè mirabilis planta in insula Cimbubon reperta, Burneo propinqua: cuius delapſa folia tanquam animata repunt, moro similia, pedibus vtrinque binis, pusillis, cùm tauguntur fugientia. Guilland.
q Sic fortassis vulgus appellauit lathyrida, voce à Græco detorta, & à lacteo succo.
r Appionem signifficat, artis grammaticæ peritissimum, Pleiſtonicen cognominatũ quòd eruditione plurimos superasset, quemadmodum *περφυνίκου* Thessalus se appellabat, cuius mentio fit in præfatione totius operis, cap. 2. 30. cap. 5. 37. & cap. 10. 35. Nisi quis intelligi malit Apollodorum paulò antè dictum, Grammaticæ scientia tam clarum, vt honorem Amphictyones ei habuerint, cap. 37. lib. 7.

De eriphia, & lanaria, & ſtratioti medicinæ. CAP. XVIII.

ERiphiam multi prodidere. [1] Scarabæum hæc in auena habet, sursum deorsum decurrentem cum sono hœdi, vnde & nomen accepit. Hac ad vocem nihil præſtantius esse tradunt. Herba lanaria ouibus [2] ieiunis data, lactis abundantiam facit. Æquè nota lactoris vulgo est, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat. Eandem hanc[a] aliqui esse dicunt, alij similem illi, quam militarem vocant, quoniam vulnus ferro factum, nullum non intra dies quinque sanat, ex oleo impoſita. Celebratur autem & [b] à Græcis[3] stratiotis, [4] sed ea in Ægypto[c] tãtùm & inundatione Nili nascitur, aeizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mirè, & vulnera sanat ex aceto illita: item ignes sacros, ac suppurationes. Sanguinem quoque qui defluit à renibus, pota cum thure masculo mirificè sistit.

[1] scarapheam. CH.
[2] ieiuniis. CH.
[3] ſtratiotes. CH.
[4] Est & ea. M.

ANNOTATIONES.

a Hallucinantur ij. Stratiotes enim lacte non turget.
b Theophr. cap. 9. lib. 4. histor.
c Hoc Plinio minimè credunt herbarij. Nullius quidem scriptoris testimonio id scribit. Dioscorides ea de re tacet.

De herba quæ naſcitur in capite ſtatuæ, & de herba è fluminibus, & de herba lingua, & cribro, & ſimetis, & rhodora, & impia, & Veneris pectine, & nodia, & philanthropo, & canaria lappa, & tordile, & de gramine, & dactylo, & fœno græco medicinæ.

CAP. XIX.

HErba in capite ſtatuæ nata, collectáque alicuius in veſtis panno, &[2]alligata in lino rufo, capitis dolorem cõfeſtim ſedare traditur. Herba quæcunque à riuis aut fluminibus ante Solis ortum collecta, ita vt nemo colligentem videat, contra tertianas adalligata læuo brachio, ita vt æger quid ſit illud ignoret, tertianas arcere traditur. Lingua herba naſcitur circa fontes. Radix eius combuſta & trita cum adipe ſuis (adiiciunt vt nigra ſit & ſterilis) alopecias emendat vngentium in Sole. Cribro[3] in limite adiecto herbæ intus extantes decerptæ adalligatæq; grauidis, partus accelerant. Herba quæ gignitur [4]ſupra fimeta ruris, contra anginas efficaciſſimè pollet ex aqua pota. Herba, iuxta quam canes vrinam fundunt, euulſa nec ferro attingatur, luxatis celerrimè medetur.[5a] Rombotinum arborem demonſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hanc viduam vite naſcitur herba, quam Galli[6] rhodoram vocant: caulem habet virgæ ficulneæ modo geniculatum, folia vrticæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argẽteum, præcipua contra tumores feruoréſque & collectiones cum axungia[7] veteri tuſa, ita vt ferro non attingatur: [8] qui perunctus eſt deſpuit ad ſuam dexteram [9] ter. Efficacius remedium eſſe aiunt, ſi tres quoque trium nationum homines perungant dextrorſus. Herba impia vocatur incana, roriſmarini aſpectu, thyrſi modo veſtita atque capitata. Inde alij ramuli exurgunt ſua[10] capitella gerentes: ob id impiam appellauere, quoniam liberi ſuper parentem excellant. Alij potiùs ita appellatam, [11] quòd nullum animal eam attingat, exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet, præcipuo aduerſus anginas ſucco, lacte & vino admiſto. Mirum traditur, nunquàm ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaque & ſuibus dari: quæq; medicamentum id noluerint haurire, eo morbo [12]interimi. Sunt qui & in auium nidis[13] inſeri aliquid ex ea putent, atque ita non ſtrangulari pullos auidiùs deuorantes. Veneris pectinem appellant à ſimilitudine pectinum, cuius radix cum malua tuſa, omnia corpori infixa extrahit. [14] Veternoſa curat, quæ[b] exedum vocatur. Nodia herba coriariorum officinis nota: ea mularis [15] dicitur, aliíſque nominibus. Nomas curat: efficaciſſimámque aduerſus ſcorpiones eſſe potam in vino aut poſca reperio. Philanthropon herbam Græci appellant hirſutam, quoniam veſtibus adhæreſcat. Ex hac[c] corona impoſita capitis dolores[16] ſedantur. Nam quæ canaria appellatur lappa, cum plantagine & milleſolio trita ex vino carcinomata ſanat, [17] ternis diebus ſoluta. Medetur &[18] ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in [d] colluuiem poturis, vel ex lacte ac vino. Quidam adiiciunt [19] & fodientem dicere oportere. Hæc eſt herba argemon, quam Minerua reperit [20] ſuibus remedium, qui de illa guſtauerint. [21] Tordilen alij ſemen [22] [e] ſilis eſſe dixerunt: alij herbam per ſe, quam & ſyreon vocauerunt. Neque aliud de ea proditum inuenio, quàm[f] in montibus naſci: [23] combuſtam potu ciere menſes, & pectoris excreationes, efficaciore etiam num radice: ſucco eius ternis obolis hauſto renes ſanari: addi radicem eius & in malagmata. Gramen ipſum [24] eſt inter herbas vulgatiſſimum. Geniculatis ſerpit internodiis, crebróque ab his, [25] & ex cacumine nouas radices ſpargit. Folia eius [26] in reliquo orbe in exilitatem [27] faſtigiantur. In Parnaſſo tantùm ederacea ſpecie [28] denſiùs, quàm vſquam, [29] fruticant, flore odorato candidóque. Iumentis herba non alia gratior, ſiue viridis, [30] ſiue in fœno ſiccata, [31] cùm detur aſperſa aqua. [32] Succum quoque eius in Parnaſſo excipi tradunt propter vbertatem. [33] Dulcis hic eſt. In vicem eius in reliqua parte terrarum ſuccedit decoctum [g] ad vulnera cõglutinanda, quod & ipſa herba tuſa præſtat, tuetúrque ab [34] inflammationibus plagas. [h] Decocto adiicitur vinum ac mel: ab aliquibus & thuris, & piperis, mirrhæq; tertiæ portiones. Rurſúſque coquitur in [i] æreo vaſe ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in vino

2 collecta in veſtis alicuius pannum & inlig ita in lino rufi capitis dolores adpoſita confeſtim CH.
2 illigata lino. M.

3 in limitè proiecto. Vet. in limite abiecto. M.

4 ſuper. CH.

5 Rumbotinum. M. Rompotinũ. Colum. & CH.

6 rodarum. CH.

7 vero vetere. CH.

8 & qui per. eſt deſpuat. M.
9 ter. Efficacius. M.

10 capitula. CH.

11 quoniam nul. animal quod eam attingat, exiſtimatur viuere. M.

12 interire. Vet.
13 inferendum. Vet.

14 Veterno liberat, quæ. CH.
15 eſt aliis aliiſve. CH.

26 ſedat. CH.

17 trinis. Vet.

18 ſubus effoſſa. CH.

19 effodientem. CH.

20 ſuibus iis. Vet. ſubus rem. quæ de CH.
21 Tordin. CH. Tordylium.
22 ſeſeleos Vet.
23 decoctam. Dioſc.

24 eſt, in M.d.

25 velut ex Dal eacumen vocat radicis caput.
26 in, vacat Dal.
27 ſtiligiantur CH.
28 decurtatur. M.
29 fruticat. Vet.
30 ſiue pro fœno: vel, ſiue in fœnum Dal.
31 cum datur. Dal.
32 Succumque eius. CH.
33 Dulcis enim hic. Dal.
34 inflationibus placata. CH.

vino torminibus medetur & vrinæ difficultatibus, [35] hulceribus veſicæ. Calculos frangit. Semen vehementiùs vrinam impellit. Aluum vomitionéſque ſiſtit. Priuatim autem draconum morſibus auxiliatur. Sunt qui genicula nouem vel vnius, vel è duabus tribúſve herbis, ad hunc articulorum[k] numerum inuolui lana ſuccida nigra iubeant, ad remedia ſtrumæ panorúmve. Ieiunum debere eſſe qui colligat: ita in domum abſentis cui medeatur, ſuperueniéntique ter dicere, ieiuno ieiunum medicamentum dare, atque ita adalligare, triduóque id facere. [l] Quod è graminum genere ſeptem internodia habet, efficaciſſimè capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter veſicę cruciatus decoctum ex vino gramen ad dimidias à balineis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen vocent trium generum: [36] cùm in cacumine aculei ſunt plurimùm quini, [37] dactylon appellant: hos cõuolutos naribus inſerunt, extrahúntque ſanguinis ciendi gratia. [m] Altero quod eſt aeizoo ſimile, ad paronychia & pterygia vnguium, & cùm caro vnguibus increuit, vtuntur cum axungia, ideò dactylon appellantes, quia digitis medeatur. [n] Tertium genus dactyli, ſed tenuis, naſcitur in parietinis, aut tegulis. Huic cauſtica vis eſt. Siſtit hulcera quæ ſerpunt. Gramen capiti circundatum, ſanguinis è naribus fluxiones ſiſtit. [38] Camelos necare traditur in Babylonis regione id, quod[o] iuxta vias naſcitur. Nec fœnogræco minor autoritas, quod telin vocant, alij carphos: aliqui buceras, alij ægoceras, [p] quoniã corniculis ſemen eſt ſimile, nos [39] ſiliciá: quod quomodo ſereretur, ſuo loco docuimus. Vis eius ſiccare, mollire, diſſoluere. Succus decocti fœminarum pluribus malis ſubuenit, ſiue duritia, ſiue tumor, ſiue [q] contractio ſit vuluæ, fouentur, [40] inſidunt: infuſum quoque prodeſt. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impoſitum medetur. Item ex aceto. Sic & iocineri decoctum. Diocles difficile[r] parientibus ſemen eius dedit acetabuli menſura tritum in nouem cyathis ſapæ, vt cùm tertias partes biberint, [41] calida lauarentur: & in balneo ſudantibus dimidium ex relicto iterum dedit, mox [42] à balneo reliquum, pro ſummo auxilio. Farinam [43] fœnigręci cum hordeo, aut lini ſemine decoctam aqua mulſa contra vuluæ cruciatus [44] ſubiecit. [45] Item impoſuit imo ventri. Lepras, lentigines, ſulphuris pari portione miſta farina curauit, nitro antè præparata cute, ſæpius die illinens, perungíque [46] præcipiens. Theodorus [47] fœnogræco miſcuit quartam partem purgati naſturtij acerrimo aceto ad lepras. [48] Damiõ fœnigræci ſemen acetabuli dimidia menſura cum ſapæ & aquæ nouem cyathis ad menſes ciendos dedit [49] potu. Nec dubitatur, quin decoctum eius vtiliſſimum ſit vuluis interaneíſque exulceratis, ſicuti ſemen articulis atque præcordiis. Si verò cum malua decoquatur, poſteà addito mulſo [50] potus ante cætera vuluis interaneíſque laudatur. Quippe cùm vapor quoque decocti plurimùm proſit. Alarúmque etiam graueolentiam decoctum [51] fœnigræci ſemen emendat. Farina porrigines capitis furfuréſque cum vino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axungia[s] genitalibus medetur: item pano, parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, carnibúſque quæ recedunt ab oſſibus: aceto verò ſubacta luxatis. Illinitur & lieni decocta in aceto & melle tantùm. Carcinomata ſubacta ex vino purgat: mox addito melle perſanat. Sumitur & ſorbitio è farina ad pectus exhulceratum, longámque tuſſim. Diu decoquitur, donec amaritudo deſinat. Poſteà mel additur. Nunc ipſa claritas herbarum dicetur.

35 hulceribus Dal. hulceribúſque. CH.

36 primum cui in cacumine aculei ſunt quini: dactylos appellant. Dal.
37 pẽtadactylon. Alij.

38 ὑπωὰ, iumenta. Dioſc.

39 ſiliquam. Colum. c. 11. lib. 2. ſiliſtam. CH.

40 & inſident. Vet.

41 dein cal. lau. & in balneo. CH.
42 à balneo. CH.
43 fœni. CH.
44 obiecit item impoſuitque. CH.
45 item que. M.

46 prohibens. M.
47 fœno miſcuit. CH.
48 Timon ſemen fœni. CH.

49 potui. CH.

50 potus. Vet.

51 fœni. CH.

ANNOTATIONES.

a Rumpotinum arbuſtum Gallicum arboribus humilioribus & minimè frondoſis conſtitum, eáque re ab arbuſto Italico differẽs. Suprà cap. 1. lib. 14. rumpotinus in arbuſto opulus dicitur.
b Exedum acris herba videtur fuiſſe ab exedendo dicta.
c στέφαμμα. Vide quæ adnotata ſunt c. 11. lib. 27. Hoc remedium ex Archigene Galenus citat lib. 2. κατὰ τόπους.
d Impuram & ſordidam aquam cum ſero lactis, furfure, conciſis oleribus mixtam, quam bibendam ſuibus offerunt: vulgo, *lauaille*.
e Seſeleos. Imò verò Creticum ſeſeli vocant.
f Amano. Dioſc.
g Graminis vulgaris, non Parnaſſi. Dioſcor.
h Succo Parnaſſi. Dioſc.
i Aereæ pyxide reconditur ad oculorum medicamenta. Dioſc.
k Nempe tot caules, radicéſve, vt is genicularum numerus habeatur.
l Serenus in medicamentis, quæ capitis doloribus medentur,

Vel quæ ſeptenis conſentur gramina nodis
Viliter nectis.

m Aloiſius paronychian Dioſcoridis eſſe putat, quam is peplo ſimilem eſſe foliis tradit.
n Aloiſius eſſe putat ſemperuiui tertium genus, quod ἀνδράχνην ἀγρίαν, & τιθύμαλλον Græci vocant, Romani illecebram.
o καλαμαγρόστιν Dioſc. vocat, id eſt, arundinaceum gramen.
p Imò potiùs quòd ſemen longis ſiliquis veluti corniculis includitur.
q μύσις, Dioſc. aditus & oſculi vteri veluti cõuenientis præcluſio.
r Inſtante partus tempore.
s Tumentibus, inflammatis.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXV.

PROOEMIVM.

Naturæ herbarum sponte nascentium. CAP. I.

IPSA quæ nunc dicetur herbarum claritas, medicinæ tantùm gignente eas tellure, in admirationem curæ priscorum diligentiæq; animum agit. Nihil ergo intentatum inexpertúmque illis fuit: nihil deinde occultatum,[1] quod non prodesse posteris vellent. At nos elaborata[2] iis abscondere atque supprimere cupimus & fraudare vitam etiam alienis bonis? Ita certè recondunt, qui pauca aliqua nouere, inuidentes aliis: & neminem docere, in autoritatem scientiæ est. Tantùm ab excogitandis nouis,[3] ac iuuãda vita mores absunt: summúmque opus ingeniorum diu iam hoc fuit, vt intra vnumquenque rectè facta veterum perirent. At hercule[4] singula quosdam inuenta Deorum numero addidere,[5] omnium vtique vitam clariorem fecere cognominibus herbarum, tam benignè gratiam memoria referente. Non æquè hæc cura eorum mira esset in his, quæ fatu blandiuntur, aut cibo inuitant: sed culmina quoque montium inuia & solitudines abditas,[6] omnísque terræ fibras scrutari inuenere, quid quæque radix polleret, ad quos vsus herbarũ folia pertinerent, etiam quadrupedum pabulo intacta ad salutis vsus vertentes.

1 quóque.CH.
2 his.CH.
3 sed adiuuandam vitam.M.
4 singulares quidam quos.
5 omnium in M.d.
6 omneis.Alij.

Qui Latinè vsus herbarum scripserint, & quando ad Romanos notitia earum peruenerit, & qui primi Græcorum de his composuerint, & de herbarum inuentione, & antiqua medicina, & quare minùs exerceantur earum remedia, & de cynorrhodo, & de dracunculo medicinæ.

CAP. II.

MInùs hoc, quàm par erat, nostri celebrauere, omnium vtilitatum & virtutum rapacissimi. Primúsque & diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis duntaxat attigit, boum etiam medicina non omissa. Post eum vnus illustrium tentauit C. Valgius eruditione spectatus,[1] imperfecto volumine ad Diuum Augustum, inchoata etiam præfatione religiosa, vt omnibus malis humanis illius potissimùm principis[2] semper[3] medicetur maiestas. Antea condiderat solus apud nos, quod equidem

1 in perfecto.CH.
2 semper.in M.d.
3 medetur.CH.

equidem inueni, Pompeius Lenæus, Magni libertus: quo primùm tempore hanc scientiam ad nostros peruenisse[4] animaduerto. Nanque Mithridates, maximus sua ætate regum, quem debellauit Pompeius, omnium ante se genitorum diligentissimus vitæ fuisse argumentis,[5] præterquàm fama, intelligitur. Vni ei excogitatum, quotidie venenum bibere præsumptis remediis, vt consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti, ex quibus vnum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant, [a] sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis, quoniam veneno viuerent. Ad illum Asclepiadis medendi arte clari, volumina composita extant, cùm solicitatus ex vrbe Roma, præcepta pro se mitteret. Illum solum mortalium [b] vigintiduabus linguis locutum certum est, nec de subiectis gentibus vllum hominem per interpretem appellatum ab eo annis[6] lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenij magnitudine medicinę peculiariter curiosus, & ab[7] hominibus subiectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, scrinium commentationum harum & exemplaria, effectúsque in arcanis suis reliquit. [c] Pompeius autem omni regia præda potitus, trãsferre ea sermone nostro libertum suum Lenæum, Grammaticæ artis[8] doctissimum, iussit: vitæq; ita profuit non minùs, quàm reipub. victoria illa. Præter hos Græci autores[9] medicinę prodidere, quos suis locis diximus. [10] Ex his Euax rex Arabum, qui de simplicium effectibus ad Neronẽ scripsit: Crateuas, Dionysius, Metrodorus, ratione blandissima, sed qua nihil penè aliud, quàm rei difficultas, intelligatur. Pinxere nanque effigies herbarũ, atque ita subscripsere effectus. Verùm & pictura fallax est,[11] & coloribus tam numerosis, præsertim in[12] æmulatione naturæ, multùm degenerat transcribentium[13] sors varia. Præterea parùm est singulas earum ætates pingi, cùm[14] quadripartitis varietatibus anni faciem mutẽt. Quare cæteri sermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem[15] indicata, & nudis plerunque nominibus[16] defuncti, quoniam satis videbatur, potestates vímque demonstrare quærere volentibus. Nec est[17] difficile cognitu. Nobis certè, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari scientia Antonij Castoris, cui summa autoritas erat in ea arte nostro æuo, viséndo hortulo eius, in quo plurimas alebat, centesimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigore concussis. [18] Nec aliud mirata magis antiquitas reperietur. Inuenta iampridem ratio est prænuntiãs horas, non modò dies ac noctes, Solis Lunæq; defectuum. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi, [19] eámque num fœminarum scientiam præualere. Certè quid non repleuere fabulis Colchis Medea, aliæq;, [20] in primis Itala Circe, Diis etiam adscripta? vnde arbitror natum, vt [d] Aeschylus è vetustissimis in [21] Poëtica refertam Italiam herbarum potentia proderet, multíque Circeios, vbi habitauit illa, magno argumento etiamnum durante in Marsis à filio eius [22] orta gente, quos esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens, multus aliâs in admiratione [23] Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit, [24] cùm etiam, quæ rigatur, Aegyptus illa non esset, posteà fluminis limo inuecta. Herbas certè Aegyptias à regis vxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, [e] ac nobile illud Nepenthes, obliuionem tristitiæ veniámque afferens, & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum. Primus autem omnium, quos memoria nouit, Orpheus de herbis curiosiùs aliqua prodidit. Post eum Musæus & Hesiodus polion herbam in quantum mirati sunt, diximus. Orpheus & Hesiodus [25] suffitiones commendauere. Homerus & alias nominatim herbas celebrat, quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus sapientia, primus volumen de earum effectu composuit, Apollini, Aesculapióque, & in totum Diis immortalibus inuentione & origine assignata. Composuit & Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiæ, Aethiopiæ, Aegyptíque Magis. Adeóque ad hæc attonita antiquitas fuit, vt [26] affirmaret etiam incredibilia dictu. Xanthus historiarũ autor, in prima carũ [27] tradit, occisum draconis catulum reuocatum ad vitam à parente herba, quam balin nominat: eadémque Thylonẽ, quem draco occiderat, restituturum saluti. Et Iuba in Arabia herba reuocatum ad vitam hominem tradit. Dixit [f] Democritus, credidit Theophrastus,

4 animo aduerto. CH.
5 præréque M.
6 olv.. CH. fortasis, xlvi.
7 omnibus. CH.d.
8 doctissimum, in CH.d.
9 medicinæ, in CH.d.
10 Ex his Crateuas, Dionys. &c. CH. interiecta de Euace desiderantur.
11 &, in CH.d.
12 æmulationem nat. multúmque. CH.
13 sorte varia. Alij.
14 quadripertitis. CH.
15 indicta. CH.
16 contenti. Vet.
17 difficilis cognitio. CH.
18 Neque. CH.
19 in nónque fœmina. Vet. eámque vnam. fœm. CH.
20 & in primis. Vet.
21 poëtica re referta. Alij.
22 illorum. Vet.
23 Circæ. CH.
24 cùm etiam tum, quæ. CH.
25 ad fuff.

Theophraſtus, eſſe herbam, cuius cõtactu illatæ ab alite, quã, retulimus, exiliret cuneus à paſtoribus arbori adactus: quæ etiamſi fide carent, admirationem tamen implent: cogũntque confiteri, multum [28] eſſe quod vero ſuperſit. [29] Inde pleroſque ita video exiſtimare, nihil non herbarum vi effici poſſe, ſed plurimarum vires eſſe incognitas: quorum in numero fuit Herophilus clarus medicina, à quo ferunt dictum, quaſdã fortaſſis etiam calcatas prodeſſe. Obſeruatum certè eſt, inflammari vulnera ac morbos ſuperuentu eorum, qui pedibus iter confecerint. Hæc erat antiqua medicina, quæ tota migrabat in Græciæ linguas. Sed [30] quare non plures noſcãtur, cauſa eſt quòd eas agreſtes literarúmque ignari experiuntur: [31] vt qui ſoli inter illas viuant: præterea ſecuritas quærendi, obuia Medicorum turba. Multis etiam inuentis nomina deſunt, ſicut illi, quam retulimus in frugum cura, ſcimúſque deſoſſam in angulis ſegetis præſtare, ne qua [32] ales intret. Turpiſſima cauſa raritatis, quòd etiam qui ſciunt, demonſtrare nolunt, tanquam ipſis periturum ſit quod tradiderint aliis. Accedit ratio inuentionis anceps. Quippe etiam in repertis, alias inuênit caſus, alias (vt verè dixerim) Deus. [33] Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus, pauorem aquæ, potúſque omnis afferens odium. [8] Nuper cuiuſdam militantis in Prętorio mater vidit in quiete, vt radicem ſyluestris roſæ, quam cynorrhodon vocant, [34] blanditam ſibi aſpectu pridie in frutecto, [35] mitteret filio bibendam: in [36] Lacetania res gerebatur, Hiſpaniæ proxima parte: caſúque accidit, vt milite à morſu canis incipiente aquas expaueſcere, ſuperueniret epiſtola orãtis vt parêret religioni: ſeruatúſque eſt ex inſperato, & poſteà quiſquis auxilium ſimile tentauit. Aliâs apud autores cynorrhodi vna medicina erat, [h] ſpongiolæ, quæ in mediis [37] ſpinis eius naſcitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadem prouincia cognoui in agro hoſpitis nuper ibi repertum dracunculum appellatum [i] caulem, pollicari craſſitudine verſicoloribus viperarum maculis, quem ferebant [38] contra omnium morſus eſſe remedium. Alius eſt, quàm quos in priori volumine eiuſdẽ nominis diximus, [k] ſed huic alia figura, aliúdque miraculum [39] exerentis ſe terra ad primas ſerpentium vernationes bipedali ferè altitudine, rurſúſque cum iiſdem in terram condentis: nec omnino occultato eo apparet ſerpens, vel hoc per ſe ſatis officioſo naturæ munere, ſi tantùm præmoneret, tempúſque formidinis demonſtraret.

28 eſſe. Quod verò ſuperſit, inde. Vet.
29 Inde & pler. CH.
30 quare nunc nom. M.
31 vt pote qui.
32 auis. Vet.
33 Inſanabile. CH.
34 blanditæ. Vet.
35 mitteret vt filio bibenda in lacte daretur. Talia gerebantur in Hiſpaniæ M.
36 Luſitania. Vet.
37 ramis. Vet.
38 contra ſerpentium omnium. Vet.
39 exeuntis è terra. M.
40 ſe condentis. Dal.

ANNOTATIONES. 30

a Inde nata eſt ac inuenta medicis confectio *Αἰ κίμάτων.*
b Valerius lib. 9. Gellius lib. 17.
c *Antidotus verò multis Mithridatica fertur*
Conſociata modis: ſed Magnus ſeruiia Regis
Cum raperet victor, vilem deprendit in illis
Syntheſin, & vulgata fatis medicamina riſit.
Serenus cap. de venenis. Vide ſuprà cap. 8. lib. 24.
d In elegis, hoc verſu: *τυφλῶν γανιὰν φαρμακοπωλίων ὕβρ.* Theophr.
e Hinc apud Philoſtratum *κρατὴρ ἑλλὰνων*, de eo quod animi curam & mœrorem lenit. *τὸδὲ ῥᾳθυμίας τόνου*, inquit, *ἄφρονι δώσατε τὸ ἄχθος ἐκ ποφιεῖ τὴς γνώμης, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τοῖς ἑλλησι τοῖς ἀεὶ μεθυσκομένοις.* Idẽ autor Antiphontem, quem ob excellentem eloquentiam Neſtoré cognominarunt, ſcribit promittere ſolitum *τὰς τῶ πονηρῶ ἀκμὰς*: id quod Plutarchus ſenſit, ab Antiphonte excogitatam *τὴς ἀλυπίας τέχνην.* Rhodig. cap. 3. 19.
f Petronius in Satyra. Itaque hercule herbarum omnium ſuccos Democritus expreſſit, & ne lapidum virgultorúmque vis lateret, ætatem inter experimenta conſumpſit.
g Citatur & hæc hiſtoria cap. 41. lib. 8.
h Eam in cynosbato vocat pilulam cap. 13. libri ſuperioris.
i Caulis is eſt dracontiũ minus frequẽs in Corſica & Maiorica.
k Plinius cùm auditione tantùm id cognouiſſet, facilè narranti quiduis credidit. Cæterùm dracontium id, tantùm à vulgari magnitudine diſcrepat. Itaque folia lapathi non ſunt, ſed potiùs arifallio vrſino ſimiliamnec caulis baculi craſſitudine eſt, ſed pollicis: florere aiunt Octobri & Nouembri. Quòd autẽ ſcribit naſci prodeuntibus vêre ſerpentibus, areſcere cum ſeſe condunt, in vulgati noſtro etiam ſpectatur, & mihi credibile nõ eſt, cùm, vt aiunt, ſeris anni menſibus floreat, quibus latent angues.

De quodam peſtifero fonte Germaniæ, & de Britannica, & maximis morborum doloribus. CAP. III.

NEc beſtiarum ſolùm ad nocendum ſcelera ſunt, ſed interim aquarum quoque ac locorum. In Germania trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſare promotis, maritimo tracta fons erat aquæ, dulcis ſolus, qua pota [a] intra biennium dentes deciderent, compagéſque in genibus ſoluerentur. [b] Stomacacen Medici vocabant, & ſceleryrben ea mala. Reperta auxilio eſt herba, quæ [1] vocatur Britannica, non neruis modò & oris malis ſalutaris, ſed contra anginas quoque [2] & ſerpentes. Folia habet oblonga nigra, radicem nigram. Succus eius exprimitur & [3] ex radice. Florem vibones vocant: qui collectus priùs, quàm tonitrua audiantur, & deuoratus, ſecuros in totum reddit. [4] Friſij, quà caſtra erant, noſtris demõſtrauere illam. mirórque nominis cauſam, niſi forteſcõfines Oceano Britanniæ,

a appellatur. CH.
2 & contra ſerp. CH.
3 è. C. [1] ex foliis, & ex radice. Thoſe.
4 Friſii ir qua caſtra erant, monſtrauere illam CH.
5 confines Oceano,

Britanniæ, velut propinquæ, dicauere. Non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima naſceretur, certum eſt, etiamnum Britannia libera. Fuit quidem & hic quondam ambitus, nominibus ſuis eas adoptandi, [6] vt docebimus feciſſe reges, vt res tanta [7] debeatur, herbam inuenire, vitam iuuare, nunc fortaſſis aliquibus curam noſtram friuolam quoque exiſtimaturis: adeò deliciis ſordent etiam quæ ad ſalute m pertinent. Autores tamen quarum inueniuntur, in primis [8] celebrare par eſt, effectu earum digeſto in genera morborum. Qua quidem in reputatione miſereri ſortis humanæ ſubit, præter fortuita caſúſque, & nomina quæ omnis hora excogitat ad millia morborum, ſingulis mortalium timenda. Qui grauiſſimi ex his ſint, diſcernere [9] ſtultitia propè videri poteſt, cùm ſuus cuique ad præſens quiſque atrociſſimus videatur. Et de hoc tamen iudicauere [10] aui experimento, aſperrimos cruciatus eſſe calculorum [11] à ſtillicidio veſicæ. Proximum ſtomachi, tertium eorum [12] quæ in capite doleant, non ob alios ferè morte [13] concita. A Græcis & noxias herbas demonſtratas miror equidem. Nec venenorum tantùm: quoniam ea vitæ conditio eſt, vt mori plerunque etiam [14] optimi portus ſit: [15] tradátque M. Varro, Seruium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum, [d] veneno crura perunxiſſe, & poſteà caruiſſe ſenſu omni æquè quàm dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit venia monſtrandi, qua mentes ſoluerentur, partus eliderentur, multáque ſimilia: Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem, memor Lucullum Imperatorem clariſſimum amatorio periiſſe: nec alia Magica portenta, niſi vbi cauenda ſunt aut coarguenda in primis fide eorum damnata. Satis operæ fuit abundéque [16] præſtitum vitæ, ſalutares dixiſſe, ac [17] poſteà inuentas.

6 quod. Vet. ſicut. Alij.
7 iis deb. Vet.
8 celebrari. CH.
9 ſtultitiæ. CH.
10 vſi. M. & hoc tamen ſind. aut experimenta. CH.
11 ac ſtillicidium. M. calculorum veſicæ cum ſtillicidio. Vet.
12 qui capite dolent. M.
13 conſcita. CH.
14 optimus. Vet. optimis. CH.
15 tradítque. CH.
16 præſtatum. CH.
17 poſteris. Vet.

ANNOTATIONES.

a Talem fontis naturam narrat Vitruuius lib. 8. in Suſis.
b Cornarius eos morbos ad Oceanum magnum orientalem & occidentalem adhuc durare tradit, cõſque ferè ſimul ingruere, & ab incolis vocari, *ſchobuk*: alij *ſchorbuck*. Strabo lib. 16. in expeditione Aelij Galli hos morbos Arabibus *ὑπηκόοις* popularibus eſſe refert ob aquarũ & herbarum vſum, ac *σπανίως ῥᾴδιον* eſſe *τὸν ἐπιόντων παῦλαν ποιεῖν.* Vide locum. Sceleryrbes naturam conatus eſt explicare Rhodiginus cap. 8. lib. 6. ſed parùm feliciter.
c Cæſar apud Salluſtium. *In luctu, atque miſeriis, mortem, ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe. Eam cuncta mortalium mala diſſoluere: vltrà neque curæ, neque gaudio locum eſſe.* Theſeus apud Euripidem: *τοιγὰρ τὸ θνῆσκειν, φάσκοντ' ἀνὴρ ὄνησιν.* Victorius cap. 8. 12.
d Frigido, vt cicutæ, opij, alterci.

De moly, & dodecatheo, & pæonia, vel pentorobo, vel glycyside, & panace, vel aſclepio, & heraclio, & panace Chironio, & panace centaureo, vel pharnaceo, & heraclio ſiderio, & hyoſcyamo, vel apollinari, ſiue altercangeno. CAP. IIII.

LAudatiſſima herbarum eſt Homero, [a] quam vocari à Diis putat moly, [1] & inuentionem eius Mercurio aſſignat, contráque ſumma veneficia demõſtrat. Naſci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda nigráque magnitudine cæpæ, folio ſcillæ: [2] effodi autem [b] difficulter. Græci autores [c] flo rem eius luteum pinxere, cùm Homerus candidum ſcripſerit. Inueni è peritis herbarum Medicis, qui & in Italia naſci eam diceret, [3] afferríque Campania mihi aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas, radicis x x x. pedes longæ, ac ne ſic quidem ſolidæ, ſed abruptæ. Ab ea maxima autoritas herbæ eſt, quam dodecatheon vocant, [4] [d] omnium Deorum maieſtatem [5] commendantes. In aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. Folia eius ſeptẽ, lactucis ſimillima, exeunt à lutea radice. Vetuſtiſſima inuentu pęonia eſt, noménque autoris retinet, quam quidam [6] pentorobon appellant, alij glycyſidẽ. Hæc quoque difficultas eſt, quòd eadem aliter alibi nuncupantur. Naſcitur opacis montibus, caule inter folia [7] digitorũ quatuor, ferente in cacumine veluti Græcas nuces quatuor aut quinque. Ineſt iis ſemen [e] copioſum, rubrum nigrúmque. Hæc medetur & Faunorũ inf[e]quietę ludibriis. Præcipiunt eruere noctu, quoniam ſi picus Martius videat, tuendo in oculos impetũ faciat. Panaces ipſo nomine omniũ morborum remedia promittit, [8] numeroſum & Diis inuentoribus aſcriptum. Vnum quippe Aſclepion cognominatur,

1 aũ. Alij.
2 non tamen effodi. Theoph. effodi autem non diff. Vet.
3 afferrétque. Vet.
4 numinum. Vet.
5 commendantis. M.
6 penteron app. alij cycloden. Nam hæc. CH.
7 ſeſquipedali. Dioſ.

minatur, quoniam [8] is filiam Panaceam appellauit.[h] Succus [9] est coactus ferulæ, qualem diximus,[10] radice multi corticis & salsi. Hac cuulsa scrobē [1] repleri vario genere frugum religio est,[11] ac terræ piamentum. Vbi, & quo fieret modo, [12] & quale maximè probaretur, inter peregrina docuimus. Id quod è Macedonia affertur, bucolicon vocāt, armentariis sponte erumpentem succum excipientibus: hoc celerrimè euanescit. Et in aliis autem generibus [13] improbatur maximè nigrum ac molle. Id enim [14] argumētum est cera adulterati. Alterum genus [k] heraclion vocant, & ab Hercule inuētum [15] tradunt: alij origanum heracleoticum syluestre, quoniam est origano simile, radice inutili: de quo origano diximus. Tertiū panaces Chironion cognominatur ab inuentore. Folium eius lapatho simile, maius tamē & [16] hirsutius. Flos aureus, radix [17] parua. Nascitur pinguibus locis. Huius flos efficacissimus, eóque amplius, quàm suprà dicta, prodest. Quartum genus panacis ab eodem Chirone repertum, centaurion cognominatur: sed & Pharnaceon, in controuersiam inuentionis à Pharnace rege deductum. [18] Scitur hoc lōgioribus, quàm cætera, foliis, & serratis. Radix odorata in vmbra siccatur, [m] vinóque gratiam adiicit. [19] Huius genera duo fecere, alterum [20] leuioris folij, alterum tenuioris. Heracleō sideriton [n] & ipsum ab Hercule inuētum est, [21] caule tenui digitorum quatuor altitudine, flore Punniceo, foliis coriandri. Iuxta lacus & amnes inuenitur, [22] omniáque vulnera ferro illata efficacissimè sanat. Est Chironis inuentum ampelos quæ vocatur Chironia, de qua diximus [o] inter vites, sicuti [p] de herba, cuius inuentio assignatur Mineruæ. Herculi cā quoque ascribunt, quæ Apollinaris, apud [23] Arabas altercum siue altercangenon, apud Græcos [q] verò hyoscyamus appellatur. Plura eius genera: vnum nigro semine, floribus penè purpureis, spinosum. Talis nascitur in Galatia. [q] Vulgare autem candidius est & fruticolius, altius papauere. [24] Tertij semen irionis semini simile: & omnia insaniam gignentia, capitisque vertigines. [25] Quartum genus molle, lanuginosum, pinguius cæteris, candidi [26] seminis, in maritimis nascens, hoc recepere Medici. Item rufi seminis. Nonnunquam antè candidum rufescit, si non ematuruit, improbatúrque. Et alioqui nullum, nisi cū inanit, legitur. Natura [27] vini, ideóque mentē capútque infestans. Vsus seminis & per se, & succo expresso. Exprimitur separatim, & caulibus foliisque vtuntur & radice, temeraria in totū (vt arbitror) medicina. Quippe etiam foliis constat mentem corrumpi, si plura quá quatuor [28] bibantur. Etiam antiqui in vino [29] [r] febrem depelli arbitrabantur. Et oleum sit ex [30] semine, vt diximus, quod ipsum auribus infusum tentat mentem. [30] Miréque vt contra venenum remedia prodidere his qui id bibissent, & ipsum pro remediis, adeò nullo omnia experiendi fine, vt cogerentur etiam venena prodesse.

8 Asclepius. Vet.
9 ex eo cogitur, vt & ferula. Vet.
10 radicis cortice macte (crasso) & salso Theophr.
11 ad terræ. Vet.
12 aut. CH,
13 probatur. CH:
14 argumento. CH.
15 traditur. Alij origanum syluestre Panaces Heracleum vocant, quod est origano. Dioſc.
16 densius. δασύτερον. Th.
17 longa. μακρὰ. Th. nisi legendum sit, παχεῖα.
18 Scribitur. Vet.
19 Huius præterea genera ex Dioſc.
20 crassioris. Th. παχυφυλλον.
21 caulibus multis duodrantalibus. Dioſc.
22 quamuis recenti vulnere sanguinem supprimit. Dioſc.
23 alios. M.
24 Alterius. Dioſc.
25 Tertium. Dioſco. & flores. Dioſc.
27 veneni. Alij.
28 bibantur, tantisper. Vet. bibant. Etiam. CH.
29 febrim. CH.
30 Miráque. Vet.

ANNOTATIONES.

a Versus Homeri sunt hi Odyss. 10.

οὐδ' ἔρχ' ἐνοησάμην, ὅτε νῆα κάμομεν Ἀργείους,
ἐκ γαίης ἐξοῦσαι, ἠδὲ μὴν φύλλ' ἀνὰ θέσθαι.
ἐκ δέ μοὶ μῶλυ ἔπορε, κακὸν φάρμακον ἐσθλὸν ὀνῆσαι,
μοῦνον ἐμοὶ πολέεσσι, χαλεπὸν δ' ἐν ἰφιανόωσι
δώσειν γὰρ θεὸς ἐσθλὰ, διὶ γὰρ τάδε πάντα δύναται.

Autor Priapeorum aureum esse putat.

Hinc legitur radix, cuius flos aureus exit:
Quem cum moly vocat, mentula moly fuit.

Quidā eo loco aureum καλὸν ἠδὲ ἀγαθὸν interpretantur, quòd pulchra omnia aurea soliti sint poētæ vocare. Sic χρυσῆν ἀφροδίτην Horatio, Cygni purpurei: Albinouano, nix purpurea. Illud quidem est moly Homericum: Dioscoridis verò moly, molon à Plinio vocatur descriptitiisque cap. 7. lib. 26. Vide Theophr. cap. 15. hb. 9. hist.

b Ob saxa inter quæ nascitur.

c Dioscoridi is est γαλαξιόφυτον, lacteus, in suo moly.

d Non omnium quidem, sed præcipuorum duodecim, de quibus vide quod adnotatum est lib. 26.

e Plura vide cap. 16. lib. 27.

f Sic ephultē vocat, quòd opinione veterum Fauni hæc visa dormientibus immittere crederentur. Dioscorides, κατ' ὄψιν τοῖς ἐφιαλτῶν πνεύμασι. Themison in epistola appellat καταβάσεις, alij ἀναγλύφους, medici incubum: sit autem ἀπὸ τοῦ ἐπενδύεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ ἢ ἐπιπηδᾶν κατὰ ἐγκοιλίαν ἢ κατὰ στῆθος ἀνεπτέρωσιν.

g Theophrastus sex describit Panacis genera lib. 9. Hist. Primum Syrium c. 10 cuius radix trimo vnguento additur ob suaueolentiā, spectur per messem, validiore tamen semine. Ego ex spatha, myrrha, oleo, iride tātùm vnguentum id parari repetio. Quinque alia genera c. 12. referuntur, tria suis nominibus Cheironium, Asclepium, Heracleum: duo nulla certa appellatione, præterquā panacis, his verbis. Sunt autem aliæ quædam panaces, vna folio tenui, altera lato. Vires eędē ad ciendos menses, cū farina illitis, & vlcera tam putrida, quàm alia. Syriacum ego smyrniū esse puto, quod in Amano monte plurimum gignitur, & pro myrrha, quæ in confectionem irint vngueti requiritur, substitui potest autore Dioscoride: alia verò duo, quæ nomine suo non appellauit, ligusticum, & origanum syluestre cap. sequenti achillæam sideritin etiam vocatam fuisse panacē heracleon Plinius scribit. Ligusticū panacem etiam dictum fuisse, & origanum syluestre Dioscorides testatur.

h Succus ex eo cogitur, vt & ferula, qualē diximus &c. Ex incisso ferulæ caule sagapenum fieri Dioscorides monstrat lib. 3. Potest etiam lectio retineri, quandoquidem c. 26. lib. 12. panacem esse ferulam sui generis tradit, si legamus, appellant. Opopanax succus est coactus ferulæ &c. notando tamē errore Plinij, qui ex Asclepij panace fieri tradat opopanacem, cùm is fiat ex heracleo.

i Placenta mellita ex omni genere frugum. Theoph. cap. 9. lib. 9. histor. τῷ πανσπερμίᾳ μαλάττειν.

k Plutarchus medicinæ peritum fuisse Herculem tradit. Itaque quod apud Euripidem legitur, Alcestin, quæ pro Admeto mortem obierat, ab eo cum morte luctato per vim ereptam, & ad maritum reductam fuisse, sic intelligendum, cùm grauiter ægrotans, & ferme desperata illa esset, medendi arte, qua excellebat, ab Hercule curatam, reddita pristina valetudine. Muretus Var. cap. 23. 8.

l Centaurij magni radicem panacē vocari Dioscorides inquit, quoniam omnibus fere morbis succurrit.

m Apud

m Apud Dioscoridem de centaurij radice hæc leguntur, ῥίζαι πανάκους, ἐχίδνης, βαρβάκης, πηγὶ πόλεως ἐν ὄξει δύο μυῶν κυάθοις πόσις· σύμφυτος ἡ γλυκυτέρα, ἀγριόμηλος δέ. Anagnostas & prælectores Plinij suspicor legisse, μετὰ μυόβου, aut μυτοῦ, non animaduersis quæ sequuntur, & inde natam erroris occasionem, vt vino gratiam adiicere interpretarentur.

n Hæc est sideritis heraclea posterior, Crateuæ, non prior quæ folium querens habet.

o Vitis nigra, cap. 1. lib. 23.

p Argemo, cap. 19. libr. 24. vel parthenio secundo, cap. 17. lib. 22.

q Dodonæus legit, Vulgare autem fruticosius est, & altius papauere &c. Ego nihil deleo, candidiusque dici puto quòd semen minus nigrum sit.

r Hepialon, tribus vel quatuor potis.

De linozoste, parthenio, Hermupoa, siue potiùs Mercuriali, & Achilleo, & panace heracleo, sideriti, millefolio, & de scopa regia, & hemionio, teucrio, splenio, & melampodio siue elleboro, quótve eorum genera, & de nigro elleboro & albo medicinæ, & quando detur, & quomodo sumendum, & quibus non dandum, & quòd mures necet. CAP. V.

LInozostis siue parthenion Mercurij inuentum est, ideò apud Græcos [a] Hermupoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem. Duo eius genera, masculus & fœmina, quæ efficacior, [1] caule cubitali, interdum ramoso in cacumine, ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cauis multis, semine [2] in geniculis dependente fœminæ copioso, mari iuxta [3] genicula stante rariori ac breui [b] contortóque, fœminæ soluto & candido. Folia maribus nigriora, fœminis candidiora, radix superuacua, prætenuis. Nascuntur in campestribus cultis. Mirum est, quod de vtroque eorum genere proditur: vt mares gignantur, hunc facere, vt fœminæ, illam. Hoc contingere, si à conceptu succus protinus bibatur in passo, edantúrve folia decocta ex oleo & sale, vel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo fictili cum heliotropio, & duabus aut [4] tribus spicis, donec decoquatur. Decoctum dari iubent, & herbam ipsam in cibo, altero die purgationis, [5] mulieribus per triduum, [6] quarto die à balneo coire eas. [c] Hippocrates miris laudibus in mulierum vsu prædicauit has: [7] ad hunc modum [d] Medicorum nemo nouit. Ille eas [e] vuluæ cum melle, vel rosaceo, vel itino, vel lirino admouit: item ad ciendos menses secundásque. Hoc idem præstare potu fortúque [8] dixit. Instillauit auribus olidis succum, inunxítque cum vino vetere. Aluo folia imposuit, [f] epiphoris, strangu-
riæ, & [9] vesicæ. Decoctum eius dedit cum myrrha & thure. Aluo quidem soluendæ, vel in febri, decoquitur quantùm manus capiat, in duobus sextariis aquæ ad dimidias: bibitur sale & melle admisto, necnon cum [g] vngula suis, aut [h] gallinaceo [10] decoctum salubrius. Purgationis causa putauere aliqui vtranque dandam, [11] siue cum malua decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed stomachum lædunt. Reliquos vsus dicemus suis locis. Inuenit & Achilles discipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quę ob id [12] Achilleos vocatur. Hac sanasse Telephum dicitur. Alij primum æruginem inuenisse, vtilissimam emplastris, ideóque pingitur [13] ex cuspide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alij vtroque vsum medicamento volunt. [i] Aliqui & hanc panacem [14] heracleon, alij sideritin, & apud nos millefoliam vocant, cubitali scapo, ramosam, minutio-
ribus quàm [15] fœniculi foliis vestitam ab imo. Alij fatentur quidem illam vulneribus vtilem, sed veram achilleon esse scapo cæruleo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter vestitam. Alij quadrato caule, capitibus marrubij, [16] folio quercus. Hanc etiam præcisos neruos glutinare [17] faciunt. Alij sideritin in maceriis nascentem, cùm teratur, fœdi odoris. Etiamnum aliam similem huic, sed candidioribus foliis & pinguioribus, [18] tenerioribus cauliculis, in vineis nascentem. Aliam verò binûm cubitorum, [19] ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo longo, betæ semine, omnes vulneribus præcipuas. [20] Nostri eam, quæ est [21] latissimo folio, [22] scopas regias vocant. Medetur anginis suum. Inuenit & Teucer eadem ætate [k] Teucrion, [23] quam quidā [24] hemionion vocant, spargentem iuncos tenues, folia [25] parua, asperis locis nascentē, austero
sapore, nunquam [26] florentē: neque semen gignit. Medetur lienibus. Constatq; sic inuētam: Cùm extra super eam proiecta essent, adhæsisse lieni, eúmq; exinaniisse. Ob id à qui-

1 frutice fœdiore, alij, aut maiore. Dioſc.
2 ex. Vet.
3 folia iacentæ. Dioſc.
4 tribus allij spicis, donec percoquatur. Vet.
5 muliebris Vet.
6 quarto verò die. Dall
7 Ad hunc. Vet.
8 dicit. Vet.
9 vesicis. M.
10 decocta. Vet. decocta Salubrius purgationis. Dal.
11 per se, siue cum malua decoctā. Vet.
12 Achillea Sideritis. Dioſc.
13 æ. CH.
14 herodem, alij sideriten, & an. nos mille folium. CH.
15 fœniculis vestitā. CH.
16 foliis quercus. Hanc CH.
17 ferunt. M.
18 teneris. Dioſc. teneriorem. CH.
19 ramis bicubitalibus Dioſc.
20 Nostri, in M.d.
21 latissimo Ver.
22 scopā regiam. M.
23 & quam. Ver.
24 hermian Alij hermion Alij.
25 cornua. Ver.
26 floret. Vet.

buſdam[27] ſplenion vocatur. Narrant ſues, qui radicem eius[28] ederint, ſine ſplene inueniri. Quidam ramis[29] hyſſopi ſurculoſam, folio[30] fabæ, eodem nomine appellant, & colligi[31] florentem adhuc iubent: adeò florere non dubitant: maximéque ex Ciliciis & Piſidiæ montibus laudant. Melampodis fama, diuinationis artibus nota eſt. Ab hoc appellatur vnum ellebori genus Melampodion. Aliqui paſtorem eodem nomine inueniſſe tradunt, capras purgari[32] paſto illo[l] animaduertentem, datóque lacte earum ſanaſſe[m] Prœtidas furentes. Quamobrem de omnibus eius generibus dici ſimul conuenit. Prima duo ſunt, candidum[33] & nigrum. Hoc radicibus tantùm intelligi tradunt plerique. Alij folia[34] nigri platani ſimilia, ſed minora nigrioráque, & pluribus diuiſuris ſciſſa: albi, betæ[35] incipientis. Hæc quoque nigriora, & canalium dorſo rubeſcentia. Vtraque caule[36] palmi ferulaceo, bulborum tunicis conuoluto, radice[37] fibrata cæparum modo. Nigro equi, boues, ſues necantur, itaque cauent id,[38] cùm candido veſcantur. Tempeſtiuum eſſe tradunt meſſibus. Plurimum autem naſcitur in Oeta monte: & optimũ[39] vno eius loco circa[n] Pyram. Nigrum vbique prouenit, ſed melius in Helicone, qui mons & aliis[40] laudatur herbis. Candidum probatur Oetæum: ſecundum Ponticum: tertio loco Eleaticum, quod in vitibus naſci ferunt: quarto[o] Parnaſſium, quod adulteratur Aetolico[41] ex vicino. Nigrum ex his Melampodion vocant,[p] quo & domos[42] ſuffiunt purgantque ſpargentes,[43] & pecora, cum precatione ſolenni: hoc & religioſiùs colligitur. Primũ enim gladio circunſcribitur. Dein qui ſucciſurus eſt, Ortum ſpectat: & precatur, vt id liceat ſibi concedentibus Diis facere, obſeruátq; aquilæ volatus: ferè enim ſecantibus intereſt: & ſi propè[44] aduolauit, moriturum illo anno qui[45] ſuccidat, augurium eſt. Nec[46] album facilè colligitur, caput aggrauans, maximè niſi præſumatur alium: & ſubinde vinum ſorbeatur, celeritérque[47] fodiatur. Nigrum alij[48] entomon vocant, alij polyrrhizon: purgat per inferna. Candidum autem vomitione, cauſáſque morborum extrahit, quondam terribile, poſteà tam promiſcuum, vt plerique ſtudiorum gratia ad peruidenda acriùs, quæ commentabantur, ſæpius[49] ſumptitauerint.[q] Carneadem reſponſurum Zenonis libris, Druſum quoque apud nos, Tribunorum popularium clariſſimum, cui ante omnes plebs ſtans plauſit, optimates verò bellum Marſicum imputauere, conſtat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Anticyra inſula. Ibi enim tutiſſimè ſumitur, quoniam (vt diximus) ſeſamoides admiſcent. Italia veratrum vocat. Farina eorum per ſe, & miſta[50] radicula, qua lanas diximus lauari, ſternutamentum facit, ambóque[51] [r] ſomnum. Leguntur autem tenuiſſimæ radices breuéſque,[s] ac velut decurtatæ[52] etiam hæ. Nam ſumma, quæ eſt craſſiſſima, cæpis ſimilis, canibus tãtùm datur purgationis cauſa. Antiqui radicem cortice[53] quàm carnoſiſſimo ſeligebant,[54] quò tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis ſpongiis opertam, turgeſcentémque acu in longitudinem findebant. Deinde fila in vmbra ſiccabant, iis vtentes: nunc[t] ramulos ipſos ab radice quàm grauiſſimi corticis ita[55] dant. Optimum,[56] quod acre guſtu feruénſque in frangendo[u] puluerem emittit. Durare vim eius xxx. annis ferunt. Nigrum medetur paralyticis, inſanientibus, hydropicis, dum citra febrim, podagris veteribus, articulariis morbis. Trahit[57] aluum, & bilem, pituitáſque. Ex aqua datur ad leniter molliendam aluum, plurimùm[59] drachma, modicè quatuor obolis. Miſcuere aliqui & [60] ſcammoneam, ſed tutiùs ſalè. In dulcibus datum copioſiùs periculum infert, oculorum caliginem fotu diſcutit: ob id quidam & inunxere trito.[61] Strumas, ſuppurata, duritias concoquit & purgat: item fiſtulas, tertia die[62] exemptũ. Verrucas tollit cum[63] ſquamis æris & ſandaracha. Hydropicorum ventri imponitur cum farina hordeacea & vino. Pecorum & iumentorum pituitas ſanat,[x] ſurculo per aurem traiecto, & [64] poſtero die eadem hora exempto. Scabiem quadrupedum cum thure aut cera, ac pice, vel cum piſſelæo. Album optimum, quod celerrimè mouet ſternutamenta, ſed multùm terribilius nigro, præcipuè ſi quis apparatum poturorum apud antiquos legat, contra horrores, ſtrangulatus, intempeſtiuas ſomni vires, ſingultus infinitos[65] aut [66] ſternutamenta, ſtomachi diſſolutiones, tardiores vomitus aut longiores, exiguos aut nimios. Quippe alia dare ſoliti, quæ concitarent vomitiones, ipſum

27 aſplenon. Dioſc.
28 ederint CH.
29 chamædryos. Dioſ.
30 ciceris Idem.
31 cùm floreat iubẽt. CH.
32 paſtore. M.
33 ac CH.
34 nigro platano. CH.
35 ſyluestris. Dioſc.
36 quadrantis altitudine. Dioſc.
37 fimbriata. M. & CH.
38 cum oues candido Theo. & mox, autumno, pro meſsibus.
39 optimum. CH.
40 aliis. CH.
41 ex, in Vet. d.
42 ſues. Theophr. domos. Dioſc. vt hic.
43 aſpergentes ſe &, M.
44 aduolauerit. M.
45 ſuccidit. M.
46 atrum. Dioſc.
47 effodiatur. Vet.
48 ecſtomon. Dioſc.
49 ſumitauerint. CH.
50 radiculæ. CH.
51 ſomnũ diſcutiunt. Vet.
52 & imæ. CH.
53 quàm craſsiſsimã ſelig. M.
54 quã tenuior. M. quã interior. Dioſc.
55 dantes. CH.
56 quod non valde acre. Dioſc.
57 per aluum. Alij ex aluo bilem. CH.
59 drachma vna CH.
60 Scammonium. M. & CH.
61 Strumas ſuppurat. Dal.
62 eximium. CH.
63 ſquama. Vet & CH.
64 poſtera. CH.
65 &. Vet.
66 ſternumenta. CH.

ipſumq; elleborum extraherent medicamentis, aut clyſteribus, ſæpe etiam ſanguine venis emiſſo. Iam verò & cùm proſperè cedat,[66] terribili viſu variis coloribus vomitionũ, & poſt vomitiones obſeruatione alui,[y] balinearum diſpenſatione, totius corporis cura, antecedente omnia hæc[67] magno terrore famæ. Nanque tradunt abſumi[68] carnem, ſi coquatur vnà. Sed antiquorum vitium erat, quòd propter hos metus parciùs dabant: cùm celeriùs erumpat, quò largiùs ſumitur.[69] Themiſon binas non ampliùs drachmas[70] dari uit: ſequentes & quaternas dedêre, claro Herophili præconio, qui elleborum fortiſſimi ducis ſimilitudini æquabat. Concitatis enim intus omnibus, ipſum in primis exire. Præterea mirum inuentum eſt, quòd [z] inciſum forficulis, vt diximus, cribrant: cortex remanet,[71] hoc [72] inaniunt: medulla cadit, hæc in nimia purgatione data vomitiones ſiſtit. Cauendum eſt felici quoque cura, ne nubilo die detur:[73] quippe impatibiles cruciatus exiſtunt. Nam æſtate potiùs, quàm hyeme [A] dandum, non eſt in dubio. Corpus ſeptem diebus antè præparandum [B] cibis acribus, abſtinentia vini, quarto & tertio die [c] vomitionibus, pridie cœnæ abſtinentia. Album & in[74] dulci datur, aptiſſimè verò in [75] lacte aut pulte. Nuper inuenere, [D] diſſectis rhaphanis inſerere elleborum, rurſúſq; comprimere [E] rhaphanos, vt tranſeat vis,[76] atq; eo lenimento dare. Reddi poſt quatuor ferè horas incipit. Totum opus ſeptenis peragitur horis. Medetur ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini, melancholicis, inſanientibus, lymphaticis,[77] elephantiæ [F] albæ, lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis, incipientibúſque tympanicis,[78] ſtomachicis, ſpaſticis,[79] clinicis, iſchiadicis, quartanis quæ aliter non deſinant, tuſſi veteri,[80] inflãmationibus, torminibus redeuntibus. Vetant dari ſenibus & pueris: item mollis ac fœminei corporis animíve, exilibus aut [G] teneris, & fœminis minùs, quàm viris. Item timidis, aut ſi exhulcerata ſint [H] præcordia, vel tumeant, miniméve ſanguinem excreantibus, cauſariis vel latere, vel faucibus. Medetur extrà[81] corporis eruptionibus pituitæ cum axungia ſalſa illitum: item ſuppurationi veteri. Mures[82] polenta admiſtum necat. Galli ſagittas in venatu [I] elleboro tingunt, circunciſoq; vulnere teneriorem ſentiri carnem affirmant. Muſcæ quoque necantur albo trito, & cum lacte ſparſo. Eodem & phthiriaſis emendatur.

66 terribilibus & variis. M. terribilibus variis. Vet. terribilis viſu. CH.
67 magna. CH.
68 carnes. CH.
69 Thebiſon. CH.
70 donauit. Vet. M.
71 hunc. Vet.
72 inanito medulla. M.
73 quoniam M. impetibiles quippe. CH.
74 vino dulci. Dal.
75 lente. Vet. & CH.
76 atque linimento dare. CH.
77 elephantiæ, lepræ, lepris. Dioſc. elephantiaſi. &c. CH.
78 ſtomaticis. CH.
79 cynicis. M.
80 inflationibus. M. & CH.
81 corpus. Vet.
82 polenta. CH.

ANNOTATIONES.

30

a ἰχαιὸν βοτάνιον. Dioſcor.
b Paruo, rotundo, duorum teſticulorum figura.
c Libris de natura mulierum, de mulierum morbis, & de ſterilibus.
d Plinius hac in re ſe parùm medicinæ peritum oſtendit, qui peſſorum ad eiuſmodi mala vtilium confectionem ignorauerit.
e Mulierem ſuffocanti.
f Fluxionibus in ventrem.
g Pede ſuis falſo, qui ſua falſugine aluum irritat.
h Nempe veteri, cuius iuſculum aluum ſubducit.
i Prima achillea Plinij, eadem eſt Dioſcor. Secunda, myriophyllon Dioſc. Tertia, ſideritis heraclea prima Dioſc. Quarta & quinta, ſideritis heraclea Crateuæ, & tertia Dioſcoridis. Sexta, ſideritis ſecunda Dioſcor.
k Tenerion, chamædryn quoque vocari Dioſcor. ait: aſplenon verò hemioniam.

40 l Theophraſtus id animaduerſum tradit in ouibus quæ veratrum guſtaſſent.
m Atra bili percitas. Vide cap. 37. lib. 11. Apud Sextum Empiricum lib. 4. Pyrrhonion Polyanthus Cyrenæus ab Æſculapio curatas fuiſſe ait, non à Melampode, vt Eudoxus apud Stephanum ſcribit. Vide Ouid. vlt. Metam. Vitruuium 3. 8. Politian. cap. 50. Miſcell.
n Pyra, ſiue Rogus, locus eſt in montis vertice, in quo ſacrificantem Herculem arſiſſe ferunt, cùm impatientia doloris victus in accenſam lignorum ſtruem ſe proiecit.
o Parnaſicus & Ætolicus, quos vendentes & ementes multi diſcernere neſciunt, duri ſunt, perquàm rugoſi, & flaccidi. Theoph.
p κυβεύουσι ὑ ὅτι αὐτῷ, καὶ πρόβατα σωιεν ἐλλεβορίσαι ἰνὰ ἐκκαθάρωσι. Theoph. Eo purgant & ſues, & oues, carmen quoddam occinentes.
q Valer. cap. 7. lib. 8. De Chryſippo idem ſcribit Petronius in Satyra. *Chryſippus*, inquit, *ve ad inuentionem ſufficeret, ter elleboro animum deterſit.*
r Nec verum id, nec veriſimile. Lego, ſomnum diſcutiunt.

50 s Id eſt quod Antylus & Poſidonius apud Actium præcipiunt, veratri deligendas eſſe radices paruas, ſiue tenues, ſed plenas, non rugoſas, nec in acutum inſtar caudæ muris deſinentes.
t Radicum fibras.
v Fumoſum vaporem. Aetius ex Antylo. Puluis euanidam veruſtatem indicat, quamuis Dioſcorides tale probet.
x Idem de radice conſiliginis traditur cap. 7. lib. 26.
y Aphoriſm. 13. 14. 15. lib. 4. Hippocr. humectari priùs corpora eorum iubet, qui veratro non facilè purgantur: quod optimè fit balneo, quiete, pleniore cibo. Balneum etiam prodeſt in conuulſione ab elleboro excitata, cuius meminit Hip. aph. 1. lib. 5. Balneum etiã ſumpto veratro tardiorem vomitum accelerat. Paulus.
z Tot modis ſumitur veratrum album. 1. radicula tota nocte confixa eius feſtucis ad 3. vj. poſtridie ſumitur ex oxymelite. 2. Infuſum in hemina aquæ pluuiæ 3. vj. citra decoctionem, poſt triduum bibitur. 3. decoctum lib. j. in duobus ſextariis aquæ additis mellis lib. ij. percoctum, ad cochlear magnum lingitur. 4. ſegmenta minutim forfice conciſa, furfuris magnitudine, ad 3. ij. dantur cum alica, piſſana, hydromelite calidis. 5. Puluis craſſiuſculus ſorbetur cum cremore Piſſanæ, ad 3. j. 6. Puluis tenuiſſimus ad ℈ iiij. cum melle formatis cataportiis deuoratur. Antylus & Poſidonius apud Aetium.
A Aphoriſ. 4. lib. 4.
B Eſu radiculæ cum oxymelite.
C Leuioribus. Calen. comment. aphor. 13. lib. 4.
D Arundine compunctis Aetius.
E Antylus apud Paulum raphanos comedendos ex oxymelite dat.
F Elephanto, leucæ, lepris &c. Plinius omonymia vocis ἀπατηθεὶς deceptus eſt.
G Molli habitu corporis prædictis, qui cauſarum violentia facilè offenduntur.
H Præſtina, vel renes, aut aliæ partes ſub hypochondriis ſitæ, vt ventriculus.
I Iidem & limeo, cap. 11. lib. 27.

De Mithridatio & scordotis siue scordio, & polemonia, & philetæria, vel chiliodynama, & eupatoria, & centaurea siue chironia, & de lepto centaureo libadio, felle terræ, & triorche medicinæ. CAP. VI.

IPsi Mithridati Crateuas adscripsit vnam [1a] Mithridation vocatam. Huic folia duo à radice acantho similia. Caulis inter vtraque sustinens roseum florem. Alteram Lençus, scordotin siue scordion, ipsius manu adscriptam, magnitudine cubitali, [2] quadrangulo caule, ramosam [3] quernæ similitudine, foliis lanuginosis. Reperitur in Ponto campis pinguibus humidisque, gustus amari. Est & [b] alterius generis, latioribus foliis, mentastro similis, plurimósque vtraq; ad vsus per se & inter alia in antidotis. Polemoniam, alij [4] philetæriam, à certamine regum inuentionis appellant. Cappadoces autem [5] chiliodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis [6] corymbi dependent, nigro semine: [7] cætero rutæ similis, nascitur in montosis. Eupatoria quoque regiam autoritatem habet, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis, & [8] aliquantò amplioris, foliis per interualla quinquefolij, aut cannabis, per ambitum incisis [9 c] quinquepartitò, nigris & ipsis plumosisque: radice superuacua. Semen dysentericis in vino potum auxiliatur vnicè. [10] Centaurea curatus dicitur Chiron, cùm Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem: quare aliqui Chironion vocant. Folia sunt lata & oblonga, serrato ambitu, densa ab radice, caules ternûm cubitorum, [d] geniculati. In his capita ceu [e] papauerum. Radix vasta rubescens, tenera fragilisque, ad bina cubita, madida succo, amara cum quadam dulcedine. Nascitur in collibus pingui solo. Laudatissima in Arcadia, Elide, Messenia, Pholoe, & Lycæo, & in Alpibus verò, plurimísque aliis locis. [11] Quidam & ex ea [12] Lycium faciunt. Vis in vulneribus tanta, vt [13] cohærescere etiam carnes tradant, si coquantur simul. In vsu radix tantùm duabus drachmis bibenda, quibus dicetur, si febris sit, in aqua trita, cæteris in vino. Medetur & [14] ouium morbis decoctæ succus. Est alterum [15] centaureon cognomine lepton, minutis foliis, quod aliqui [16] libadion vocant, quoniam secundum fontes nascitur, [17] origano simile, angustioribus & longioribus foliis, anguloso caule [19] paululum alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui & [19] superuacua, succo efficax. Ipsa herba autumno legitur, succus [f] è fronde. Quidam caules concisos madefaciunt diebus [20] xviii. atque ita exprimunt. Hoc centaurion nostri fel terræ vocant, propter amaritudinem summam: [21] Galli & exacon, quoniam omnia mala medicamenta potum è corpore exigat per aluum. [h] Tertia est centauris, cognomine [22] triorches. Qui eam secat, rarum est vt non vulneret sese. [i] Hæc succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam, impugnaríque colligentes [23] tradidit à triorche accipitrum [24] genere, à quo & nomen [25] accepit. Imperiti confundunt hæc omnia, & primo generi assignant.

1 Mithridatium vocant. CH.
2 quadriangulo. CH.
3 querneæ. Ver. chamædryos. Dios.
4 philetærion. Dioscor.
5 chiliodynamin. Ver.
6 veluti corym. Dios.
7 foliis rutæ &c. Idē.
8 aliquando. M. & CH.
9 quinq; partitis, sub nigris. Dios. quinquepertito. CH.
10 Centaurio. CH.
11 In Lycia quidem ex ea. CH.
12 sucum exprimūt, quo pro Lycio vtuntur. Dios.
13 concrescere. M. concalescere. Ver.
14 omnium. Ver.
15 centaurion. CH.
16 limnæon. Dios.
17 rutæ. Dios. vbi pro πυγάνε, legendum λεπτάνε.
18 palmum. Dios. paulum. CH.
19 superuacua. Succo efficax ipsa. M.
20 V. Dios.
21 Galli Acream. M. exacum. CH.
22 triorchis. CH.
23 tradit. CH.
24 generis. Ver.
25 accipit. CH.

ANNOTATIONES.

a Hanc à se repertam describit Anguillara lib. II.
b Gallicrichum Officinarum.
c Vel amplius. Dioscor. Diligentiores & doctiores herbarij in Dioscoridis Plinijque historia non abs re hærent, quonam pacto in agrimonia vulgari folium obseruari possit, vt monstrat historia, cannabi, vel pentaphyllo simile, & pariter vt in illa vtraque planta, in quinque partes vel etiam plures diffisum, cùm agrimoniæ folium vnicum sit, ac simpliciter porrectum, nisi forte existimemus in Græcia plantam hanc folia mittere illo modo diuisa, vt multarum speciem figuramque videmus pro loci diuersitate mutari.
d Falsum id est, nec ab aliis auctoribus proditum.
e Non quidem iis natura similia, sed magnitudine pari.
f Succus fit ex herba frondosa, idest, virenti, & semine grauida, ante autumnum.
g ἀπὸ τῦ ἀνιᾶθαι, à medendo.
h Hanc Plinius somniauit, & ineptè triorchen vocauit, iis tributis quæ de magno scripsit Theophrastus.
i Quidam centaurida esse volunt plantam quam officinæ vocant sanguinem Draconis, sanguineo succo turgentem. Alij centaurium magnum à Theophrasto significari putant, quoniam radix natura rubescens mansa & trita, rubrum succum, aut potius phœniceum reddit. In hac opinione fuit Gesnerus lib. de auibus cap. de Triorche.

De clymeno, & gentiana, & lysimachia, & partheride, & artemisia, & ambrosia, & nymphæa, & heraclio, & euphorbia medicinæ. CAP. VII.

[1] CLymenos à rege herba appellata est, ederæ foliis, ramosa, caule inani, articulis præcincta, odore graui, & semine ederæ, syluestribus & [2] montosis nascēs. Quibus morbis

1 Periclymenon. Dioscor.
2 montuosis. CH.

bis pota [3] medeatur, dicemus. Sed hic indicandum est, dum medeatur, sterilitatem [4] pota etiam viris fieri. Græci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis [5] cum semine inter se [6] implexis, [7] velut in polyporum cirris. Et succus autem in vsu, vi summa in refrigerando. Gentianam inuenit Gentius rex Illyriorum, vbique nascentem in Illyrico tamen præstantissimam, folio fraxini: sed magnitudine lactucæ, caule tenero pollicis crassitudine cauo & inani, ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus subalpinis plurima. Vsus in radice & succo. Radicis natura est excalfactoria, sed prægnantibus non [8] bibenda. Inuenit & Lysimachus herbam Lysimachiam, quæ ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. Folia habet salicis viridia, florem [9] purpureum, fruticosa, ramulis erectis, [10] odore [a] acri: gignitur in aquosis. Vis eius tanta est, vt iumentis discordantibus iugo imposita, asperitatem cohibeat. Mulieres quoque hanc gloriam affectauere, in quibus Artemisia vxor Mausoli, adoptata herba quæ anteà parthenis vocabatur. Sunt qui ab Artemide Ilithya cognominatam putent, quoniam priuatim medeatur fœminarum malis. Est autem absinthij modo fruticosa, maioribus foliis pinguibúsque. Ipsius duo genera. [11] Altera latioribus foliis, altera tenera tenuioribus, & non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine [12] appellent, simplici caule, minimis foliis, floris copiosi, erūpentis, cùm vua matureſcit, odore non iniucundo, [13] quam quidam [b] botryn, alij ambrosiā vocant. Talis in Cappadocia nascitur. Nymphæa nata traditur Nympha zelotypia erga Herculē mortua. Quare [14] heraclion vocāt aliqui, alij rhopalon, à radice clauæ simili. Ideóq; eos, qui biberint eam, duodecim diebus coitu genituraq; priuari. Laudatissima in Orchomeno & Marathone. Bœoti [15] madon vocant, qui & semen edunt. Nascitur in aquosis, foliis magnis, in summa aqua, & aliis ex radice prodeuntibus, flore lilio simili, & cùm [16] defloruit, [17] capiti [18] papaueris. In caule secatur autumno. Radix nigra in Sole siccatur, aduersatúrque aluinis. Est & alia nymphæa in Thessalia, amne Peneo, radice alba, [19] capite luteo, rosæ magnitudine. Inuenit & patrum nostrorum ætate rex Iuba, quam appellauit Euphorbiam medici sui nomine & fratris Musæ, à quo Diuum Augustum conseruatum indicauimus. Iidem fratres instituêre à balineis [c] frigida multa corpora [20] adstringi. Anteà non erat mos, nisi calida tantùm lauari, sicut apud Homerum etiam inuenimus. Sed lubæ volumen quoque extat de ea herba, & clarum præconium. Inuenit eam in monte [21] Atlante: spectatur foliis acanthinis. Vis tanta est, vt è longinquo succus excipiatur: incisæ conto subditur [22] excipulus ventriculo hœdino: humor lactis videtur effluere, siccatus cùm coit, thuris effigiem habet. Qui colligūt, clarius vident. Contra serpentes medetur, [23] quacunque parte percussa, vertice inciso, & medicamento addito. Ibi Getuli, qui legunt, hœdino lacte adulterant: sed discernitur [d] igni. Id enim, quod syncerum non est, fastidiendum odorem habet. Multùm infrà hunc succum est, qui in Gallia fit ex [24] herba [e] chamelæa, granum cocci ferente. Fractus Hammoniaco similis est, etiam leui gustu os accensum diu detinens, & magis ex interuallo, donec fauces quoque siccet.

3 medetur. Dal. + potu. M.
5 in. CH.
6 complexis. M.
7 veluti polyporum. Vet.
8 bibendum. CH.
9 aureum. Ver.
10 odore graui. M.
11 Altior. CH.
12 appellant. M.
13 quem quidam botryon. CH.
14 heracleon. CH.
15 madonain. Th. mallon. CH.
16 defloruerit. M.
17 capite. Ver.
18 papaueris in caule. Secatur autumno, radix ni. in sole siccatur, atque ex vino meletur aluinis. Dioscor. Lego, defloruit, capite papaueris, tenui caule. Secatur &c.
19 flore. Dios.
20 adstringere. CH.
21 Atlante, specie ferulæ, foliis. Dios. Atlante, specie tunsi foliis & c. CH.
22 excipula ventriculi hœdini. Ver. conto, suscipitur expulso vētriculo hœdino. M. excipulis ventriculus hœdinus. Ver.
23 cuicunque parti percussa, etiam vertici. Ver.
24 herba thymelæa. Dios.

ANNOTATIONES.

a Falsum id est, nec ab alio proditum. Dioscorides acerrimum nidorem sufficu reddere scribit, qui ideò muscas interficiat, & serpentes fuget.
b Cum artemisia botryn Plinius confundit, quoniam apud Græcos, vt Dioscoridem, legerat botryn à Cappadocibus etiam vocari tum ambrosiam, tum artemisiam.
c Aquæ frigidæ lotione, Marcellum adoptatum à Cæsare, Musam, cùm curare vellet, occidisse, scribit Dion: non sine vulgi opinione, Liuiam muliebriter ac imporenter infensam quòd eius filiis anteferretur, eo genere mortis necandum curasse.
d πυρόεσα, Dioscoridi, ignea & vrente acrimonia, diuique durante, adeò vt quicquid in os sumitur, euphorbium respiret. Eum locum ineptissimè vertit Plinius.
e Ex chamelææ foliis recentibus rusis succus exprimi potest, quemadmodum & ex aliis permultis, sicut Dioscorides monstrat cap. de centaurio paruo: aut ex iisdem maceratis in aqua & decoctis: verùm, quòd legerim, præter Plinium alius nullus autor id prodidit. Eum existimo voluisse id vertere quod Dioscorides scribit. Thymelææ farinam vuæ acerbæ succo excipi & in pastillos digeri.

De plantagine,& bugloſſo,& cynogloſſo,& buphthalmo,& Scythica,& hippice,& iſchæmone,& vettonica,& Cantabrica,& conſiligine,& hiberide,& chelidonia,& canaria,& elaphoboſco,& dictamno,& ariſtolochia,& quòd eius delectatione aduolant piſces,& ſtatim capiuntur,& medicina contra ſerpentium ictus ex herbis, quas ſuperiùs nominauit.

CAP. VIII.

CElebrauit &[1] Themiſon Medicus vulgarem herbam plantaginem,tanquam inuentor,volumine de ea edito. Duo eius genera. Minor anguſtioribus foliis & nigrioribus [2] linguæ pecorum [2] ſimillimis,caule anguloſo,in terram inclinato,in pratis naſcens. Altera maior, foliis, [3] laterum modo [4] incluſa : [5] quæ quia ſeptena ſunt,quidam eam heptapleuron vocauere. Huius & caulis cubitalis eſt, [6] & [b] napi ſimilis. Naſcitur in humidis multò efficacior. Vis mira in ſiccando denſandóque corpore, cauterij vicem obtinens. Nulla res æquè ſiſtit fluxiones, quas Græci rheumatiſmos vocant. Iungitur huic bugloſſos, boum linguæ ſimilis : cui præcipuum, quòd in vinum deiecta, animi voluptates auget: & vocatur euphroſynum. Iungitur & cynogloſſos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratiſſima. Aiúntque quæ [c] tres thyrſos ſeminis [7] emittat, eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodeſſe:quæ quatuor,ad quartanas. [d] Eſt alia ſimilis ei, quæ [8] ferat lappas minutas: eius radix pota ex aqua, ranis & ſerpentibus aduerſatur. Eſt & buphthalmos [9] ſimilis boum oculis folio fœniculi, circa oppida naſcens, fruticoſa caulibus, qui & manduntur decocti. Quidam [10] cachlam vocant. Hæc cum cera [11] ſcirrhomata diſcutit. Inuenere herbas & vniuerſæ gentes. Scythia primùm eam, quæ [e] Scythice vocatur,circa [12] Bœotiã naſcens, [13] prædulcis. [f] Aliam vtiliſſimam ad ea quæ ſpaſmata vocant. Magna & ea commendatio, quòd in ore eam habentes, famem ſitímque non ſentiunt. Idem præſtat apud eoſdem hippice dicta, quòd in equis quoque eundem effectum habeat. Tradúntque his duabus herbis Scythas [14] etiam in duodenos dies durare in fame ſitíque. Iſchæmonem Thracia inuenit, qua ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modò vena, ſed etiam præciſa. Serpit è terra milio ſimilis, foliis aſperis & lanuginoſis,farcitur in nares. Quæ in Italia naſcitur, & ſanguinem eadem adalligata ſiſtit. Vettones in Hiſpania eam, quæ Vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem ſerratula, à Græcis [15] ceſtron aut pſychotrophon, ante cunctas laudatiſſima. Exit anguloſo caule, cubitorum duum, [16] à radice ſpargens folia ferè lapathi, ſerrata, [17] & ſemine purpureo. [h] Folia ſiccantur in farinam plurimos ad vſus. Fit vinum ex ea & acetum ſtomacho & claritati oculorum. Tantúmque gloriæ habet, vt domus in qua [18] ſata ſit,tuta exiſtimetur à piaculis omnibus.In eadem Hiſpania inuenta [19] eſt [i] Cantabrica,per diui Auguſti tempora à Cantabris reperta.Naſcitur vbiq;,caule iunceo pedali,in quo ſunt floſculi oblongi,[20] velut calathiin his ſemen per quàm minutũ. Nec aliàs defuere Hiſpaniæ herbis exquirendis,[21] vt in quibus etiamnum hodie [22] in numeroſo & lætiore conuictu,potionem è centum herbis mulſo additis [23] credidere ſaluberrimam ſuauiſſimamq; : nec quiſquam genera earum iam nouit [24] aut multitudinem : numerus tamen conſtat in nomine.Noſtra ætas meminit herbam in Marſis reperiri.Naſcitur & in Æquicolis circa vicum Neruesiæ, vocatur conſiligo. Prodeſt, vt [25] demonſtrabimus ſuo loco,deploratis in phthiſi. Inuenit nuper & Seruilius [26] Damocrates è primis medẽtium,quam appellauit hiberida, quanquam ficto nomine, [27] inuentioni eius aſſignato carmine. Naſcitur maximè circa vetera monumenta parietinaſq; , & inculta itinerum. Floret [28] ſemper folio naſturtij,caule cubitali,ſemine tam paruo,vt vix aſpici poſſit. Radici odor naſturtij. Vſus æſtate efficacior,[29] & recenti tantùm. Tunditur difficulter. Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia [30] [k] modica vtiliſſima, viris plurimùm quaternis horis, fœminis minùs dimidio adalligata, vt deinde in balineis deſcendatur in ea

1 Themiſo.CH.

2 ſimilis.CH.
3 coſtatũ πλαγίων. Dioſc.
4 incluſis.Dioſc.
5 quæque quod.CH.
6 & anguloſus.Com. ex Vet.

7 emittit.Alij.mittat. CH.

8 fert.Vet. & CH.

9 flore ſimilis.Dioſc.

10 calcham.CH.
11 ſteatomata.Vet.

12 Mœotin.Th.
13 pr.Al.quo que vtiliſſimam, quam Spartaniam vocat. M. prædulcis,alias vtiliſſima ad ea quæ. Vet. prædulcem aliàs,vtiliſſimamque ad ea. CH.
14 redam.CH.

15 ceſtros.CH.
16 è.CH.
17 flore.Dioſc.

18 ſita.M.
19 ſic.CH.

20 veluti.CH.

21 vt quæ.Vet.
22 in more ſic lætiore.CH.
23 credant. Vet.
24 eius multitudinis. Vet.

25 demonſtrauimus. CH.
26 Democrites.CH.

27 inuentioni eius aſſignata.CH.

28 æſtate. Dioſc.
29 & recentis.Vet.

30 falſa Dioſc.

in calidam, & poſteà oleo ac [31] vino corpus perungatur: diebúſque vicenis interpoſitis idem fiat,ſiqua admonitio doloris ſuperſit.Hoc modo rheumatiſmos omnes ſanat occultos.Imponitur non in ipſa inflammatione, ſed imminuta. Animalia quoque inuenere herbas,in primíſque chelidoniam. [l] Hac enim hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt viſum, vt quidam volunt, etiam erutis oculis.Genera eius duo : Maior [32] fruticoſa caule,folio [33] paſtinacæ erraticæ ampliore, ipſa altitudine duũm cubitorum.Colos [m] albicans, flos luteus. [33] Minori folia ederæ rotundiora, minùs candida. Succus croci mordax,ſemen papaueris.Florent aduentu hirundinum, diſceſſu marceſcunt.Florentibus ſuccus exprimitur, & in æreo vaſe cum melle Attico leniter cinere feruenti decoquitur, ſingulari remedio contra caligines oculorum. Vtuntur & per ſe ſucco in collyriis,quæ chelidonia appellantur ab ea.[34] Inuenerunt & canes canariam,qua faſtidium deducunt, eámque in noſtro [n] conſpectu mandunt,ſed ita vt nunquam intelligatur quæ ſit:etenim depaſta cernitur.Notata eſt [35] hæc animalis huius malignitas in alia herba maior.Percuſſus enim à ſerpente mederi quadam ſibi dicitur: ſed illam homine inſpectante non decerpit. Simplicius ceruæ monſtrauere elaphoboſcon, de qua diximus. [36] Item [o] ſeſeli,enixæ à partu.[p] Dictamnum oſtendêre(vt indicauimus) vulneratæ [37] paſtæ, ſtatim decidentibus telis.Non eſt alibi,quàm in Creta, ramis prætenue,pulegio ſimile,feruens & acre guſtu: foliis tantùm vtuntur.[q] Flos nullus ei,aut ſemen,aut caulis.Radix tenuis ac [r] ſuperuacua.Et in Creta autem non [38] ſpatiosè naſcitur:miréque capris expetitur.Pro eo eſt & pſeudodictamnum,multis in terris naſcens,folio [39] ſimili,ramulis minoribus,à quibuſdam chondris vocatum. Minoris effectus [40] ſtatim intelligitur. Dictamnum enim minima portione accendit os. Qui legêre [41] eam,in ferula vel harundine condunt, præligántque,ne potentia euaneſcat.Sunt qui dicant,vtranque naſci multifariàm,ſed deteriores in agris pinguibus, veram [42] quidem dictamnum non niſi in aſperis. Eſt & tertium genus dictamnum vocatum, ſed neque [43] facie neque effectu ſimile, folio ſiſymbrij, ramis maioribus: [44] procedente perſuaſione illa, quicquid in Creta naſcitur, infinito præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis. Proximè quod in Parnaſſo. Alioquin herbiferum eſſe & Pelium montem in Theſſalia, & Telethrium in Eubœa, & totam Arcadiam ac Laconicam tradunt. Arcades quidem [45] non mediaminibus vti, ſed lacte circa ver, quoniam tunc maximè ſuccis herbæ turgeant, medicentúrque vbera paſcuis. Bibunt autem [46] vaccinum, quoniam boues omniuoræ ferè ſunt in herbis. Potentia earum per quadrupedes etiamnum duobus claris exemplis manifeſta fit. Circa Abderam, & limitem qui Diomedis vocatur, equi paſti inflammantur rabie: circa Potnias verò [47] aſini. Inter nobiliſſimas ariſtolochiæ [s] nomen dediſſe grauidæ videntur, quoniam eſſe ἀφλογη λεχώσας. Noſtri malum terræ vocant. & quatuor genera eius [48] ſeruant. Vnum tuberibus [49] radicum rotundis, foliis inter maluam & ederam,nigrioribus mollioribúſque. Alterum maſculæ,radice longa quatuor digitorum longitudine, baculi craſſitudine. Tertium longiſſimæ tenuitatis, [50] vitis nouellæ, [51] cui ſit præcipua vis, quæ clematis vocatur, ab aliis Cretica.Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo.Ferunt bacculas paruas, vt [52] capparis. Valent radice tantùm . Eſt & quæ piſtolochia vocatur, quarti generis, tenuior, quàm proximè dicta,denſis radicis capillamentis,iunci plenioris craſſitudine. Hanc quidam polyrrhizon cognominant. Odor omnium medicatus, ſed oblongæ radici tenuioríque gratior. Carnoſi enim eſt corticis, vnguentis quoque nardinis conueniens. Naſcuntur pinguibus locis & campeſtribus. Effodere eas meſſibus tempeſtiuum : ita [t] deſquamato terreno ſeruantur. Maximè tamen laudatur Pontica : & in quocunque genere ponderoſiſſima quæque, medicinis aptior. Rotunda contra ſerpentes. Oblonga tamen in ſumma gloria eſt, [53] ſi modò à conceptu admota vuluis in carne bubula, [u] mares figurat, vt traditur. Piſcatores Campaniæ radicem eam quæ rotunda eſt, venenum terræ vocant, corámque nobis contuſam immiſta calce, in [54] mari ſparſere : aduolant piſces cupiditate mira, ſtatímque exanimati fluitant.Quæ polyrrhizos cognominatur, conuulſis, contuſis, ex alto præcipi-

31 lana. Dioſc.

32 fruticoſo.M.

33 ranunculi. Dioſc.

33 Hæc clauſula poſt, marceſcunt,proximè ante, Florentibus,poni debet ex Dioſc.

34 Inueniunt & canes qua faſtidiũ vincunt.CH.

35 & Vet.autem.Alij Vet.

36 Item helſine à partu dictam oſtendêre (vt indicauimus) dictamnum vuln. &c. CH.
37 paſtu ſtatim.Vet.

38 ſpatioſa.CH.

39 ſimile.CH.

40 guſtatum.Vet.

40 ea.Dal.

42 quidam. CH.

43 cauſe.M.

44 præcedente.CH.

45 non in med. CH.

46 lac vaccinum.M.

48 obſeruant Dal.
49 radicis.CH.

50 radice vitis. Vet.
51 cunus. M. & CH.

52 pyres. Dioſc. cap pari.CH.

53 etiã modo A conceptu. M. & ſi modo &c.CH.

54 mare.CH.

tatis, radice pota ex aqua, vtilissima esse traditur. Semine pleuriticos & neruos confirmare, excalfacere. [x] Eadem [55] satyrion est. [56] Verùm & effectus eatum vsúsque dicendi sunt: ordiendúmque à malorum omnium pessimo, id est serpentium ictu. Medentur ergo Britannica herba, panacísque generum omnium radix è vino, Chironij flos & semen potum, illitúmve ex vino & oleo: priuatímq;, quæ cũila bubula appellatur, polemonia vel philetęria radicis drachmis quatuor ex mero: [52] teucria, sideritis, scordotis ex vino, priuatim ad angues, [58] potæ & illitæ, siue succo, siue folio, siue decocto: centaurij maioris radix drachma in vini albi cyathis tribus: gentiana præcipuè aduersus angues, duabus drachmis cum pipere & ruta, vini cyathis sex, siue viridis, siue sicca. Et lysimachiæ odorem [59] fugiunt. Datur ex vino percussis chelidonia. Morsibus imponitur Vettonica præcipuè, cui vis tanta perhibetur, [y] vt inclusæ circulo eius serpentes, ipsæ sese interimant flagellando. Datur ad ictus semen eius denarij pondere cum tribus cyathis vini: vel farina drachmis tribus sextario aquæ imponitur. [60] Cantabrica, dictamnum, aristolochia radicis drachma in vini hemina [61] sæpius bibenda. Prodest & illita ex aceto: similiter pistolochia. Quin & omnino suspensa supra focum fugat è domibus serpentes.

55 satirion. Vet. 56 verum effectus vsusq. CH.
57 tenerion. Vet.
58 pota & inlita. CH.
59 fugiunt serpentes. Vet.
60 Cãtabricæ, dictamnj, aristolochiæ. Vet.
61 sed sæpius. CH.

ANNOTATIONES.

a Vnde nomen ἀργεμωλάκων.
b Apud Dioscoridem est, καυλὸς δ' ἐπὶ τόπῳ γωνιώδης &c. Suspicor autoris scribas quatum in his colligendis opera vtebatur, legisse καυλὸς δὲ πάντως τούτῳ γωνιώδης. Fortassis & apud herbarium Græcum, ex quo hæc sumpta sunt, legebatur καυλὸς δ' ἀπὸ τόπου, caulis huius procerus.
c Tres radices cum tribus vini cyathis, & aquæ totidem, tertianis auxiliati, quatuor, quartanis &c. Hæc omnia, quæ Dioscorides scripsit περὶ ἀργεμωλάκων, ideſt, plantagine, Plinius transtulit ad cynoglossum.
d Cynoglossos Officinarum.
e Quę Scythica vocatur, & circa Mæotin nascitur, ea glycyrrhiza Dioscoridis, echinata siliqua, in Græcia, Illyrico, Macedonia frequens. At obliuiosus Pfidem hippicen pro hippace scripsit: immemor hippacem caseum esse, ab equis sic dictum, quòd ex equarum lacte fiat, non quòd in equis vim vllam habeat. Theoph. à Plinio malè citatur. Is enim ait Scythas cum radice dulci & hippace absque alio cibo duodecim dies tolerare, quòd à Plinij sensu est longè diuersum.
f De qua infrà cap. 4. vlcimo, lib. 27.
g Semine in summis caulibus thymbræ modo spicatis, flore purpureo. Apud Dioscoridem ὑπερκωμάζουσι καυλῶν, non ὑπερκωμαζούσης ἀνθέμου.
h Plinius in farinam siccari folia dixit, cùm farina sit leguminũ & cerealium tantùm. Dioscorides simpliciter ait ξηράναντα.
i Vulgo Cantabrorum, seu Nauarrorum, hodie Eſparzonera.
k Salsa, Dioscor. Hæc omniæ Plinius ad verbum transcripsit è Damocrate. Damocratis iambici versus extant apud Galen. li. 10. κατὰ τόπους.
l Id rider Celsus cap. 6. lib. 6. Aristoteles verò cap. 6. lib. 4. de ortu animalium causſam reddit: nempe eos renasci si pungantur ac euellantur, cùm adhuc sint, non autem vbi perfecti fuerint.
m Cæsius, κατὰ γόνυ. Dioscor.
n Fabulosum id nimis credulus Plinius refert. Licet enim quotidie videre gramen à canibus rosum, & vomitu cum pituita reiectum.
o Seseli, Romani vereres Sili vocauerunt: hinc silatum Festo iocatum, quòd ieiuni vinum Sili conditum ante meridiem abhorrebant.
p Δικτὺν etiam vocat Nicander, vt interpretatur Zenodotus Mallorcs. Partum mirè adiuuat, ἰσχυόκαυστον. Quamobrem Eileithyiæ corona ex eo texebatur. Euphorion, στεφανίσιν διαλεχθεῖσι συνάπτει ἐλατήριον. Rhodig. cap. 24. lib. 18. Orpheus ψιλοφερὲς vocat, id est, cano velut situ obductum.
b Apud Dioscoridem legendum, ἀστοιβῆς, ὅτου καρπὸς σπερμία. Nullis morbis flos prodest, nullis semen. Florere ostendunt hi versus Virgilij 12. Æneid.

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo volucres hæsere sagittæ.

r Partus accelerat Dioscoridi. Hæc ferè omnia Theophr. cap. 16. lib. 9. histor.
s Victorius cap. 3. 6. quærit, nec absre, quid sibi velit Cicero lib. 1. de Diuinatione, cùm ait, Aristolochiam ad morsus serpentum posse, quæ ex inuentore nomen reperit, inuentor rem ipsam ex somnio. Canterus cap. 14. 1. tradit ex scholiaste Nicandri, Aristotelem scripsisse, herbam illam à muliere inuentam. Idem & Brod. cap. & lib. 2.
t Derasa terra, qua sordidæ & obuolutæ extrahuntur.
v Mirum & præstigiosum. Arrhenogonon potu id præstat.
x Ineptè hoc Plinius. Quidam legunt, Eadem Gaurion quasi tenue & oblongum iaculum. Alij satyrion esse interpretantur, Venerem concitare. Alij legendum putant, eadem satyriasmo mederi.
y Nihil Dioscor. Mirum tamen id & adnotandum.

De argemonia, & agarico, & echio, & hyoſciyamo, & hierabotane, & blattaria, & lemonia, & quinquefolio, & dauco, & perſolata, & arcio, & cyclamino, & peucedano, omnia ad ſerpentium ictus. CAP. IX.

ARgemonia [1] quoque radice eius denarij pondere in vini cyathis tribus potatur. Plura de ea conuenit dici, cæteríſque quæ primùm nominabuntur: in eo autem genere medendi [2] primùm nominari quamque, in quo maximè valebit. [3] Folia habet, qualia anemone, diuiſa apij modo, caput in cauliculo papaueris ſyluestris, item radicem. Succum croci colore acrem & acutum. Nascitur & in aruis apud nos. [4] Noſtri [a] tria genera eius faciunt, & id demum probant, cuius radix thus redoleat. Agaricon vt fungus nascitur in arboribus circa Bosphorum, colore candido. [5] Datur obolis quatuor cõtritum cum binis cyathis aceti mulsi. Id quod [16] in [b] Gallia nascitur, infirmius habetur. Prætereà mas spissior, [7] amariórque. Hic & capitis dolores facit. Fœmina ſolutior, initio guſtu dulcis, mox in amaritudinem transit. [c] Echios vtriusque generis pulegio similis foliis

1 quoque. Radix. Ver,
2 primum conuenit nominari Alij.
3 Folia habet diuiſa, anemone ſimilia, vt & caulem: ſloré puniceum: caput papaueris ſyl. rotundam radicem. Ex Dioſc. correcto.
4 Noſtri, in CH d.
5 Datur oboli quatuor contriti. CH.
6 in Galatia. Dioſc.
7 maiorq;. M. rotundior. Dioſc.
β cornuaria. Vet. carnata. CH.

foliis [8] coronata, drachmis duabus ex vini cyathis quatuor datur. Item altera, quæ lanugine distinguitur ſpinoſa, [9] cui & capitula viperæ ſimilia ſunt: hæc ex vino & aceto. Quidam [10] arcion perſonatam vocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Huius radicem decoctam ex aceto dant potui. Hyoſcyamum contuſum cum foliis ex vino datur peculiariter contra aſpidas. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quàm hierabotane. Aliqui periſtereon, noſtri verbenacam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hoſtes [d] indicauimus. Hac [e] Iouis mensa verritur, domus purgantur luſtrantúrque. Genera eius duo ſunt: folioſa, quam fœminam putant: mas rarioribus foliis. Ramuli vtriuſque plures, tenues, cubitales, anguloſi. Folia minora, quàm quercus, anguſtióraque, diuiſuris maioribus, flos [11] glaucus, radix longa, tenuis. Naſcitur vbique in planis aquoſis. Quidam non diſtinguunt, [12] ſed vnum omnino genus faciunt, quoniam eoſdem effectus habeat. Vtraque [f] fortiuntur Galli, & præcinunt reſponſa. Sed Magi vtique circa hanc inſaniunt. Hac perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nulliſque non morbo mederi. Colligi circa Canis ortum debere, ita vt ne Luna aut Sol conſpiciat, fauis antè & melle terræ ad piamentum datis. Circunſcriptam ferro effodi ſiniſtra manu & in ſublime tolli. Siccari in vmbra, ſeparatim folia, caulem, radicem. Aiúntque, ſi aqua ſpargatur triclinium, [13] qua maduerit, [g] lætiores conuictus fieri. Aduerſus ſerpentes conteritur ex vino. Eſt ſimilis verbaſco herba, quæ ſæpe fallit pro ea cápta, foliis minùs candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abiecta [h] blattas in ſe contrahit: ideóque Romæ [14] blattariam vocant. [15] i Lemonium ſuccum lacteum mittit, concreſcentem gummi modo humidis locis. Datur denarij pondus in vino. Quinque folium nulli ignotum eſt, cùm etiam [k] fraga gignendo commendetur. Græci vocant pentapetes, ſiue [16] chamæzelon, ſiue pentaphyllon. Cùm effoditur, rubram habet radicem. Hæc inareſcens nigreſcit, & [17] anguloſa fit. Nomen à numero foliorum [18] habet. Et ipſa herba incipit & deſinit cum vite. Adhibetur & purgandis domibus. Aduerſus ſerpentes bibitur & eius radix, quæ ſparganion vocatur, ex vino albo. Dauci genera [l] quatuor fecit Petronius Diodotus, quæ perſequi nihil attinet, cùm ſint differentiæ duæ. [19] Probatiſſimæ [m] in Creta, mox in Achaia, & in ſiccis vbicunque nati, fœniculi ſimilitudine, cádidioribus foliis & minoribus hirſutiſque. Caule pedali recto, radice ſuauiſſimi guſtus & odoris. Hoc in ſaxoſis naſcitur meridianis. Reliqua genera vbique naſcuntur terrenis collibus limitibúſque, nec niſi pingui ſolo, foliis coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, ſæpe pluribus quàm ternis, radice lignoſa, [20] ſed cùm inaruit, ſuperuacua. Semen huius cumino ſimile, prioris milio, album, acre, odoratum omnibus & feruens. Secundùm priore vehementius eſt, ideóque parcè ſumi debet. Si iam maximè [21] [n] tertium genus facere libeat, eſt ſimile ſtaphylino, quod paſtinacam erraticam appellant, ſemine oblõgo, radice dulci. Omnia hæc & hyeme & [o] æſtate ſunt intacta quadrupedi, niſi [p] poſt abortus. Ex aliis vſus ſeminis: [22] ex Creta radicis dulcis, & magis ad ſerpentes eſt. Bibitur è vino drachma vna. Datur & quadrupedibus percuſſis. Therionarca alia quã Magica, & in noſtro orbe naſcitur, fruticoſa, foliis ſubuiridibus, flore roſeo: ſerpentes [23] necat: cuicunque admota feræ [24] & hæc torporem affert. [q] [25] Perſolata, quam nemo ignorat, Græci verò arcion vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis & hirſutiora, nigrióraque & craſſiora, radicem albam & grandem. Hæc ex vino bibitur denariorum duũm pondere. Item cyclamini radix contra ſerpentes omnes. Folia habet minorá, quàm edera, nigrióraque & tenuiora, ſine angulis: in quibus albicant maculę. Caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, vt rapum videri poſſit, cortice nigro. Naſcitur in vmbroſis: [26] noſtris tuber terræ vocatur: in omnibus ſerenda domibus, ſi verum eſt, vbi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta: [r] amuletum vocant: [27] narrántque & ebrietatẽ repræſentari, addita in vinum. Radix ſiccata ſcillæ modo conciſa reponitur: decoquitur eadem ad craſſitudinem mellis. Suum tamen venenum [28] ei eſt: tradúntque ſi præ gnans [29] radicem tranſgrediatur, abortum fieri. Eſt & altera cyclaminos cognomine [30] ciſſanthemos, geniculatis caulibus, [31] ſuperuacuis, à priore diſtans, circa arbores ſe volu-

8 coronaria. Vet. carinata. CH.
9 cui & ſemina capiti viperæ ſimilia ſunt.
10 eclium. CH.
11 purpureus Dioſc.
12 &. CH.
13 qua madefacta fuerit. Alij.
14 blataria vocatur. CH.
15 Leimonia. Vet.
16 chamæmelõ. Ver. aut camelen. CH.
17 quadrangula. Th.
18 habet, in CH. d.
19 Probatiſſimũ &c. natum. Ver.
20 &. CH.
21 quartum. Dioſc.
22 ex Cretico & radicis & ſucci. Vet. ex Cretico radicis & magis ad ſerp. CH.
23 necat cuicumque admota fuerit. Et hæc. Vet. necat & cuicumque admota feræ torporem adfert &c. Vet. alij.
24 & huic. Vet. alij.
25 Perſolatam &c. Græci arcion. Vet.
26 à noſtris. CH.
27 narrant &. M.
28 ineſt ei. M.
29 radicem eam tráſgr. CH.
30 περίφυλλα. Dioſc.

uens,

uens, [32] acinis ederæ, sed mollibus, flore candido, speciosо, radice superuacua. Acini tantùm in vsu, gustu acri, sed [30] lenti. Siccantur [s] in vmbra, tusíq; diuiduntur in pastillos. Mihi & tertia cyclaminos demonstrata est, cognomine chamæcissos, vno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necantur. Sed inter primas celebratur peucedanum laudatissimum in [34] Arcadia, mox Samothrace. Caulis est ei tenuis, longus, fœniculo similis, iuxta terram [35] foliosus, radice nigra, crassa, graui odore, succosa. [36] Gignitur in montibus opacis. Foditur exitu autumni. Placent tenerrimæ & altissimæ radices. Hæ concidúntur in quaternos digitos [37] osseis cultellis, fundúntque succum [38] in vmbra, capite priùs & naribus rosacco perunctis, ne [39] vertigo sentiatur. Et alius succus inuenitur caulibus adhærens incisísq; manat. Probatur [40] crassitudine mellea, colore rufo, odore suauiter graui, feruens gustu. Et hic in vsu, & radix, & decoctum eius [41] pluribus medicamentis. Succo tamen efficacissimo, qui resoluitur amaris amygdalis aut ruta, bibitúrque contra serpentes, & ex oleo perunctos tuctur.

31 acinis vuæ similibus, ac ederæ, mollibus. Th.
33 lento. Dioſc.
34 Sardinia. Dioſc.
35 foliosum. Dal. sub. peucedanum
36 Colligitur. M.
36 ossensis. CH.
38 in vmbra seruandum. Dioſc.
39 & capitis dolor. Dioſc.
40 è crass. CH.
41 plurimis. CH.

ANNOTATIONES.

a Dioscorides vnicũ tantùm facit. Plinius suprà anemonem dixit & argemonem vocari, quamuis falsò, cap. 23. lib. 21. Secundum genus hoc est. Idem cap. 19. lib. 24. lappam canariam, cuius radix iucundum odorem thuri similem spirat, argemonem quoque nuncupari tradit. Hoc est tertium genus. Idem cap. 9. lib. 26. inguinariam etiam argemonem appellari testatur. Quartum id genus statui potest.

b Galaria, Dioscor. Plurimum certè in Alpibus Galliam ab Italia diuidentibus nascitur.

c Cap. 15. lib. 24. clematis echites dicitur, quòd vtilis sit viperarum & serpentium morsibus. At cùm ea duplex sit, altera daphnoides, & ea rursum duplex, hæc floris purpurei, illa candidi, vel punicei, vtraque folio coronis experita, altera acerrimi gustus, per sepes & arbores repens, de duplici daphnoide intelligenda sunt hæc Plinij verba, non de altera, quam flammulam officinæ vocant. Potest & non absurdè intelligi echios vtriusque generis, clematis daphnoides satiua, & syluestris. Vtraque enim passim reperitur.

d Cap. 2. lib. 22. Vide quæ ibi notata sunt. Dioscorides ad amuleta & purificationes siue expiationes adhiberi solenne fuisse tradit.

e Iouis Dapalis, τὸ δαπανητικόν, cui cubanti in lectulo, cum funone & Minerua sedentibus in sellis, Septemuiri epulones sacram mensam extruebant in Capitolio, & apparatum continij splendidum ac magnificum apponebant. Arnobius lib. 2. Iouis Dapalis meminit etiam Cato lib. de re rust.

f Vel sortes & oracula reddunt, vel indicia instituunt. Virgil.

Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.

g Id est quod Plutarchus scribit initio συμποσιακῶν. ἐι μὲν οὖν τὰ βόλωσι καὶ μαγγανείοις ἐις τὸν ὕπνον, ἢ τοῖς ἀποθύμασι παρηγορήσουσι, πρὸς ἀδικίαν ἢ πονηρίαν, &c.

h Idem scribit Dioscor. de verbasco syluestri.

i Vide suprà cap. 2. 22. Plinius scolymum leimoniam vocari putauit, ac ideò de leimonio id scripsit. Vide quæ notata sunt cap. 7. sequentis libri de silybo. Scolymum, cuius radix lacteo succo manat, & in cibos cruda coctáque recipitur, describit Anguillara lib. 8.

k Incogitanter foliorum similitudine deceptus Plinius, cum pentaphyllo, quod eduleam fructum nullum gignit, miscet herbam fraga ferentem, folio tamè diuersam à pentaphyllo, cùm huic typi x tamùm sit, pentaphyllo verò quinquiplex.

l Tria Dioscorides. Diocles verò libro de salubribus quartum addidit, nempe staphylinum.

m Theophrasto cap. 15. lib. 9. histor. in agro Patrensiat cap. 21. in agro Spartano Achaiæ.

n Imò quartum. Vide cap. 5. lib. 19.

o Cùm cœli feruor ad pabula viridia quadrupedes inuitat.

p Tum enim dantem edunt, vt fœcundas efficiant.

q Officinarum Petasites Mathiolo: tamen hæc descriptio prorsus eadem est cùm historia personatæ apud Dioscoridem. Hæc ipsò capite de hac iam Plinius tractauerat. Vide cap. 33. lib. 21.

r Græcis παρέωνες, siue φυλακτήρια & ἀμυντήρια. Amuleta Varroni 6. de lingua Latina, & Festo, proebia, vel, vt Scaliger acutè correxit, proebra dicuntur, quemadmodum inebras aues nominarunt: quòd prohibeant ne quid noceat. Amuletum fascinus pueris fuit, turpicula res, vt ait Varro, nempe imago pudendi virilis appensa collo: vnde Plauto præfiscini, bono omine, βασκάνιον. In Aulul. *--sequere hac ergo*
Præfiscini, &c.
bonis auibus. Titinnius in Setina,
Paula mea, am. ibo, pal tu ad laudem addito præfiscini,
Ne puellis fiscinetur.
Græci amuleta etiam βασκάνια nominarunt, & ἀλεξήρια. Pro amuleto Satyrica signa in hortis ponuntur suprà cap. 4. lib. 19. Vide cap. 4. 28. vlt. 36. 49. lib. 11. 2. 7.

s Seruandum: nam in sole euanescit. Dioscor.

De ebulo, & verbasco, & thelyphono, & contra scorpionum ictus, & rubetarum & canum morsus, & generaliter contra omne venenum. CAP. X.

EBuli quoque, quem nemo ignorat, fumo fugantur serpentes. Priuatim aduersatur scorpionibus polemoniæ radix, vel [1] alligata tantùm: item phalangio, ac cæteris minoribus venenatis. Scorpionibus aristolochia: agaricum obolis quatuor in vini misti cyathis totidem. Verbenaca & phalangio cum vino aut posca: item quinquefolium, daucum. Verbasum Græci phlomon vocant. Genera habet prima duo: album, in quo mas [2] intelligitur: alterum nigrum, in quo fœmina. Tertium genus non nisi in syluis inuenitur. Sunt folia brassicæ latiora, pilosa, caulis erectus, cubitali amplior. Semen nigrum inutile. Radix vna crassitudine digiti. Nascuntur & in campestribus. Syluestri folia elelisphaci, [3] alta, ramis lignosis. Sunt & phlomides duæ hirsutæ, rotundis foliis, humiles. Tertia lychnitis vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis, aut cùm plurimùm quaternis, crassis, pinguibúsque, ad lucernarum lumina aptis. Aiunt in foliis eius, quam fœminam diximus, ficus omnino non putrescere. Distingui genera hæc penè superuacuum est, cùm sint omnia eiusdem effectus. Contra scorpiones bibitur radix cum ruta

1 adalligata. CH.
2 intelligitur & fœmina: alterum nigrũ. Dioſc.
3 altis ramis. Dioſc.

ruta ex aqua, magna amaritudine, sed effectu pari. [a] Thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur scorpiones. Itaque contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum si quis elleboro candido linat, reuiuiscere aiunt. Thelyphonon omnem [b] quadrupedem necat, imposita verendis radice: folio quidem intra eundem diem, quod est simile [4] cyclamino. Ipsa geniculata nascitur in opacis. Scorpionibus aduersatur & Vettonicæ succus, ac plantaginis. Sunt & rannis venena, rubetis maximè: vidimúsque psyllos in certamine patinis candefactas admittentes, ocyore etiam quàm aspidum pernicie. Auxiliatur eis [5] phrynion in vino pota. [c] Aliqui neurada appellant, alij poterion, floribus [6] paruis, radicibus multis, neruosis, [d] bene olentibus. Item alisma, quam alij [7] damasonion, alij lyron appellant. Folia [8] erant plantaginis, nisi angustiora essent, & magis laciniosa, cõuexáque in terram, aliàs etiam venosa similiter, caule [9] simplici & tenui, cubitali, capite thyrsi, radicibus, densis, tenuibus, vt veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Nascitur in aquosis. Alterum genus eiusdem in syluis, nigrius, maioribus foliis. Vsus in radice vtriusque aduersus ranas & lepores marinos, drachmæ pondere in vini [10] potu. Lepori marino aduersatur & cyclaminos. Veneni vim canis quoque rabidi morsus habent, contra quos erit cynorrhodum, de quo diximus. Plantago [11] ad omnes bestiarum morsus pota atque illita prodest: Vettonica ex mero [12] veteri. Peristereos vocatur, [13] caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris, vnde & nomen. Hanc habentes negant latrari à canibus. Proxima ab his malis, venena sunt, quæ sibimetipsi homines excogitant. Contra hæc omnia Magicásque artes erit primum illud Homericum moly, dein Mithridation, & scordotis, & centaurium. Potu omnia mala medicamenta exigit per aluum Vettonicæ semen in mulso aut passo, vel farinæ drachma in vini veteris cyathis iiii. Vomere cogendi, atque iterum bibere. Iis qui quotidie gustent eam, nulla nocitura mala medicamenta tradunt. Poto veneno aristolochia subuenit eadem mensura, qua contra serpentes. Quinquefolij succus: Agaricum, postquàm vomuerint, denarij pondere ex aquæ mulsæ cyathis tribus. Antirrhinon vocatur siue anarrhinon, siue lychnis agria, similis lino, [c] radice [14] nulla, flore hyacinthi, semine vituli narij. Et hoc perunctos venustiores fieri, nec vllo malolo medicamento lædi posse, aut veneno, si quis in brachiali habeat, arbitrantur Magi. [f] Similiter [15] ea, quam eupleam vocant, [16] tradúntque ea perunctas commendationis esse famæ. Artemisiam quoque secum habentibus negant nocere mala medicamenta bestiámve vllam, ne Solem quidem. Bibitur & hæc ex vino aduersus opium. Alligata priuatim potens traditur, potáve aduersus ranas. [g] Pericarpum [17] bulbi genus est. Duæ eius species: [h] cortice rubro alterum, alterum nigro [i] papaueri simile. Sed vis maior, quàm priori: vtrique autem excalfaciendi. Ideò contra cicutam dantur, contra quàm & thus & panaces, Chironium præcipuè. Hoc & contra fungos.

4 cyclamino, vide geniculata. Ver. sed bi folio Theophr. describit.
5 phrynion CH.
6 paruum. CH.
7 damasonium.
8 erant. CH. ei. Ver.
9 simpliciter Ver.
10 potu. Ver.
11 & ad omnes.
12 vetere. CH
13 caule dodrantali alto.
14 nihil apud Theo.
15 ea cõtingere quã eucleian vocant. Th. ea, quam eucleam vocant, tradi. Namque ea. Ver.
16 tradunt, eaque. Ver. alij.
17 bulbi syluestris genus. Dioſc.

ANNOTATIONES.

a Aconitum pardalianches. Vide cap. alterum lib. 27.
b Fœminam, atque adeò mulieres. Idem de Aride cap. 16. lib. 24.
c Vide eiusdem luculentam historiam cap. 12. lib. 27.
d Fructus quidem bene olet, non radix.
e Apud Theophr. cap. 21. lib. 9. histor. legitur βίζα δ' ἐστὶ θυώδης. Alij, βίζα ἡ μικρὰ θυώδης. Gaza, Radix nulla vel minima subest; quasi legendum putasset, βίζα δ' ὀ πόα. quod probo.
f Similiter ea, quam eucleam vocant, tradi. Namque ea &c. ex Theoph. ἰνωλείαν, Plinius, si corruptus locus non est, pro ἰνωλείαν legit. Est autem ἰνωλεία fœlix & prospera nauigatio. Homerus Iliad. 9.

διοτρεφὲς ἰνωλείῃ οἴκαδε πλοῦτον ἰνησόμεσθα,
ἢ μετ' ἐμὸν πατέρ' ἠὲ φίλους ἐβίοτον ἠνοπάοντας.

de quibus Homeria verbis Victorius cap. 9. 6. & Muret. Var. cap. 6. 9.
g Pericarpum ob id dicitur, quòd fructus vndique caulem cingat & ambiat.
h Panctarium Officinarum.
i Meo iudicio, vomitorium, radicis nigro cortice. Dioscor. De rubris siue ruffis vide cap. 9. lib. 20.

Remedia ad capitis vitia. CAP. XI.

VErùm & generatim membratímque singulis corporum morbis remedia subtexemus, orsi à capite. Alopecias emendat nymphææ [1] & cicutæ radix, si vna tritæ illinantur. [2] Polytricha distat à callitricha, quòd iuncos albos habet, & folia plura maioráque.

1 Iacitæ radix. CH.
2 Polytricho distat à callitricho. Dal. callitriche, quidem legit CH.

ráque. Frutice quoque maior est: defluentem capillum confirmat & densat. Item lingulaca circa fontes nascens, [3] cuius radix admista combusta teritur cum adipe suis nitgræ. Id quoque excipitur, vt eius sit suis quæ nunquàm peperit. Sol [4] deinde plurimùm confert illitæ. Similis vsus est cyclamini radicis. [5] Porriginem [a] veratri radix tollit in oleo decocta, vel in aqua. Capitis dolori medetur panacis omnium generum radix in oleo contrita: aristolochia, & iberis adalligata hora, vel diutius, si pari possit, comitante balinei vsu. Medetur & daucum. Purgat autem cyclaminos cum melle inarnares addita: & hulcera capitis sanat illita. Medetur & peristereos. [6] Cacalia siue leontice vocatur, semen margaritis [b] minutis simile, dependens inter folia grandia, in montibus ferè. Huius grana xv. in oleo macerantur, atque ita aduerso capillo caput [10] vngitur. Fit & ex [c] callitriche [7] sternutamentum. Folia sunt lenticulæ similia. Caules iuncis tenuissimis, radice minima. Nascitur in opacis & humidis, gustatu feruens. Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite. Est autem optimum Cilicium è Tauro monte, dein Pamphylium ac Smyrnæum: stomacho contrarium. Purgat cum fico sumptum per inferna, cum melle vomitionibus. Putant & serpentium ictibus aduersari, tritum cum melle & sale & cumino. Lonchitis non (vt plerique existimauerunt) eadem est quæ xiphion, aut [8] phasganion, quanquam cuspidi similis semine. [d] Habet [9] enim folia porri, rubentia ad radicem, & [10] plura, quàm in caule, capitula, personis Comicis similia, paruam exerentibus linguam, radicibus prælongis. Nascitur in sitientibus. E diuerso xiphion, & phasganion in humidis, cùm [11] primùm exit, gladij præbet speciem, caule duûm cubitorum, [12] radicis ad nucis auellanæ figuram [13 e] simbriatæ, quam effodi ante messes oportet, siccari in vmbra. Superior pars eius cum thure trita, æquo pondere admisto vino, ossa fracta è capite extrahit, autsi quid in corpore suppurat, vel si calcata sunt [14] ossa [f] serpentis, eadem contra venena efficax. Caput in dolore veratro, vel oleo, vel rosaceo decocto tritóque vngi conuenit: peucedano ex oleo vel rosaceo & aceto. Tepidum hoc prodest & doloribus, qui plerunque ex dimidia parte capitis sentiuntur, & vertigini. Perungunt & radice eius sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est. [15] Psyllion alij cynoides, alij chrysstallion, alij sicelion, alij cynomyiam appellant, radice tenui, superuacua, sarmentosum fabæ granis in cacuminibus, [16] foliis [g] canino capiti non dissimilibus, semine autem pulici, vnde & nomen: hoc in baccis, ipsa herba in vineis inuenitur. Vis ei adrefrigerandum & discutiendum ingens. Semen in vsu. Fronti imponitur [17] in dolore & temporibus, ex aceto & rosaceo aut posca. [h] Ad cætera illinitur acetabuli mensura sextario [18] aquæ, densat ac contrahit. [19] Tunc terere & [i] crassitudinem illinire oportet cuicunque dolori & collectioni inflammationique. Et vulneribus capitis medetur aristolochia fracta extrahens ossa, & in alia quidem parte corporis sed maximè capite: similiter pistolochia. [k] Thysselium est non dissimile apio. Huius radix commanducata purgat capitis pituitas.

3 cuius rad. comb ter. cum admisto adipe. Vet.
4 subinde. Vet.
5 lepram & impetiginem. Dios.
6 Cacalia siue leontice. CH.
9 sternumētum. CH.
8 sparganion. CH.
9 autem. Vet.
10 paucа in caule. Dios.
11 primum folium exit. Dios.
12 radicis nucis auellanæ figura.
13 simbriatæ. V. t.
14 ossa carpētis. Vet. ossa. Serpētis eadem. Vet.
15 Spyllion alij cinoida, alij chrysalion, alij sicilicon, alij eilompa. app. CH.
16 foliis coronopo non. Dios.
17 in capitis dolore. Vet.
18 aquæ maceratum. Vet
19 Hoc. Dal.

ANNOTATIONES.

a Verare, vera dicere. Ennius,
--sitiri' vates verant' ætate in agunda.
Inde veratos & veratrix. Apud Suet. in Vitellio, veraculus, pro quo legitur perperàm vernaculus. *Nullis tamen infestior, quàm veraculis*, inquit, *& mathematicis.* Alij legunt, vericolis, qua forma Iuuenal. *calculus* Iudæos appellat, quia *nil præter nubes & cæli numen adorant.* Et quoniam veratores pro insanis habuerunt, veratrum inde dictum quòd insaniam & amentiam curet. Scalig.
b Aliter hæc Plinius recitat, quàm Dioscor.
c Hæc omnia de trichomane Dioscorides, præter saporis feruorem. Fortassis Plinius vt aliquando ὑγρὸν vertit aceibum, sic πυρῶδες acre & feruens reddidit inconsideratè. Genus tenuissimum nasturtij aquatici esse volunt, nascentis in humidis & vmbrosis sepibus.
d Apud Dioscoridem legendum λογχίτις φύλλα ἐχει πράσου πάχος ἡσσον, πλατύτερα ἢ ἐκεῖνα τὰ τοῦ γήπεδου, καὶ κατὰ ῥίζαν, non πλάτανα. Sunt enim, vt in arundine, polygonato, & porro, circa eandem in orbem aduoluta, sed numero pauca: quod etiam monstrant hæc quæ sequuntur verba, ἔχει δ' ἐκεῖ περὶ τὸν παυλὸν ὀλίγα.
e Gethyi modo fibratæ, Theophr. cap. 11. lib. 7. histor.
f Leg. carpentis, si agitati currus pondere obtrita sint ossa.
g Coronopo, Dioscor. Plinius fortassis legit, *κόνυζα*. Orpheus in Argonauticis *ψύλλιον ἀκάκτε* vocat, tanquam herbam turpem & deformem a'pectu.
h Ad cætera illinitur. Acetabuli mensura in sextario aquæ densat se ac contrahit. Tunc terere, &c. Cornarius. Ego verò lego, Ad cætera cùm illinitur, acetabuli mensura sextario aquæ macerarum densatur, ac contrahitur. Tunc terere &c.
i Aquam quæ concreuit. Dioscor. vulgo, muccillaginem.
k Eam describit Dodonæus cap. 46. lib. 6. nomine hydroselini.

De

De centaureo, & chelidonia, & panace, & hyoscyamo, & euphorbio, ad oculorum vitia.

CAP. XII.

OCulorum aciem centaureo maiore putant adiuuari, si addita aqua foueantur. Succo verò minoris cum melle [1 a] culices, nubeculas, obscuritatem discuti, cicatrices extenuari. Albugines quidem etiam iumētorum [2] si deriti. Iam chelidonia suprà dictis omnibus mirè medetur. Panacis [3] radix cum polenta epiphoris imponitur. Hyoscyami semen bibunt obolo, tantundem meconij adiicientes vinúmque, ad epiphoras inhibendas. Adiungunt & gentianæ succum, quem [4] collyriis acrioribus [5 b] pro meconio miscent. Facit claritatem & euphorbium inunctis. Instillatur plantaginis succus lippitudini. Caligines aristolochia discutit. Iberis adalligata capiti cum quinquefolio, epiphoras, & siqua in oculis vitia sunt, emendat. Verbascum epiphoris imponitur. Peristereos ex rosaceo vel aceto. Ad hypochysin & caliginem, cyclaminon [6] in pastillos diluunt. Peucedani succum, vt diximus, ad claritatem & caligines, cum meconio & rosaceo. Psyllion illitum fronti epiphoras suspendit.

1 caligines. Dioſc.
2 si detur rite. M. si deritide Nam. CH.
3 radicem &c. imponunt CH.
4 collyriis quoque acrioribus. CH.
5 cum. Vet.
6 digestum in. Vet.
7 Spilion. CH.

ANNOTATIONES.

a Visa suffusionis incipientis, cùm ægri putant oculis muscas & culices obuolitare.
b Lege, cum meconio. Apud Dioscoridem quoque legendum, μετὰ μηκωνίου, non ἀπὸ μηκωνίου.

De anagallide siue corchoro, & mandragora siue circeio, & cicuta, & crethmo agrio, & molybdæna, & capno, & acoro, & iride, & cotyledone, & aeizoo, & andrachne, & erigero, & de ephemero, & de labro Veneris, & de ranunculo, ad oculorum, aurium, narium, dentium, oris- que vitia medicinæ.

CAP. XIII.

ANagallida [1] aliqui [a] corchoron vocant. Duo genera eius: mas flore phœniceo, fœmina cæruleo, non altiores palmo, frutice tenero, foliis pusillis, rotundis, in terra [2] iacentibus: nascuntur in hortis & aquosis. Prior floret cærulea. Vtriusque succus oculorum caliginem discutit cum melle, & ex ictu cruorem [3] & argema rubens, magis cum Attico melle inunctis. Pupillas dilatat: & ideò [4] hoc inunguntur antè, quibus paracentesis fit. Iumentorum quoque oculis medentur. Succus caput purgat per nares infusus, ita vt deinde vino [5] colluatur. Bibitur & contra angues succi drachma in vino. Mirum, quòd pecora fœminam vitant. At si decepta similitudine (flore enim tantùm distant) [6] degustauere, statim eam quæ asyla appellatur, in remedio quærunt: ea à nostris ferus oculus vocatur. Præcipiunt aliqui effossuris, ante Solis ortum, priusquàm quicquam aliud [7] loquantur, ter salutare eam, tum sublatam exprimere: ita præcipuas esse vires. De [8] euphorbio satis dictum [9] est, cuius succus lippitudini, si tumor erit, item absinthium cum melle tritum, itémque Vettonicæ farina [10] cõueniet. Aegilopas sanat herba eodẽ nomine, quæ in hordeo nascitur, tritici folio, semine contrito cum farina [11] permista impositáque, vel succo. Exprimitur hic è caule foliísque prægnantibus, dempta spica, [12] & in trimestri farina digeritur in pastillos. Aliqui & mandragoræ vrebantur: posteà abdicatus in hac curatione est. Epiphoris (quod certum est) medetur, & oculorum dolori, radix tusa cum rosaceo & vino. Nam succus multis oculorum medicamentis miscetur. [13] Mandragoram, alij Circeium vocant. Duo eius genera: candidus, qui & ma[14]niger, [14] quæ fœmina existimatur, angustioribus foliis, quàm lactucæ, [b] hirsutis [15] & caulibus, radicibus binis terníve rufulis, intus albis, carnosis teneríque, penè cubitalibus. [16] Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine, [17] & iis semen ceu pyrorum. Album hoc alij arsen, alij morion, alij [18] hypophlomon vocant. Huius folia alba, quàm alterius, latiora, vt [19] lapathi satiuæ. Cauẽt effossuri contrarium ventum, & tribus circulis antè gladio circunscribunt: posteà fodiunt ad occasum

1 aliqui acaron. M. acorum. CH.
2 iacentibus caulibus. M.
3 & argema, rubentis magis &c. inunctus. Vet.
4 hac. CH.
5 colluantur. Vet. vino os colluatur. Alij.
6 marem degustauere. Vet.
7 agant. M. fortassis, aiant.
8 euphorbio succo satis M. euphorbeę succo satis. CH.
9 est: lippitudini si tumor est, detur: aut absinthium. M. Hh. lip. si tum. erit, abs. cum. mel. tr. item cum Vet. CH.
10 conuehit. M.
11 permisto impositoque. Vet.
12 & cum trimestris. Vet.
13 Mandrag. alij Antimelum, alij Circ. Dioſc.
14 qui. Vet. & CH.
15 sine caulibus. Dioſco. æqualibus. Vet.
16 Fert. Dioſc.
17 & in iis. Vet. & in his. CH.
18 hippomoron M.
19 betæ. Dioſco.

occasum spectantes. Succus fit & è malis & [20] caule, decisò cacumine & radice punctis aperta, aut decocta: vtilis hæc [21] vel furculo.[c] Concisa quoque in orbiculos seruatur in vino. Succus non vbique inuenitur, sed vbi potest, circa vindemias quæritur. Odor grauis [22] eius, sed[d] radicis & mali grauior. Ex albo mala matura in vmbra siccantur. Succus ex iis Sole densatur: item [23] radicis tusæ, vel in vino nigro ad tertias decoctæ. Folia seruantur in muria efficaciùs, aliàs recentium succus pestis est: sic quoque noxiæ vires. Grauedinem afferunt etiam olfactu: quanquam mala in aliquibus terris [24] mandantur, nimio tamen odore obmutescunt ignari. Potu quidem largiore etiam moriuntur.[e] Vis somnifica pro viribus bibentium. Media potio cyathi vnius. Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones [25] punctionésque ne sentiantur. Ob hæc satis est aliquibus somnum odore quæsisse.[f] Bibitur & pro elleboro duobus obolis in [26] mulso. Efficacius elleborum, ad vomitiones, & ad bilem nigram extrahẽdam. Cicuta quoque venenum est, publica Athenienſium pœna inuisa, ad multa tamen vsus non omittendi. Semen habet noxiũ. Caulis autem & viridis[h] estur à plerisque & in patinis. Leuis hic & geniculatus vt calami, nigricans, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibus ramosus: folia coriandri teneriora, graui odoratu: semen anisi crassius: [27] radix concaua, nullius vsus. Semini & foliis refrigeratoria vis, quæ [28] si enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquã [29] perueniatur ad vitalia, vini natura excalfactoria. Sed in vino pota, irremediabilis [30] existimatur. Succus exprimitur foliis floribúsque: tunc enim maximè tempestiuus [31] est. Semine trito expressus, & Sole densatus in pastillos, necat [32] sanguine spissando. Hæc[i] altera vis. Et ideò sic necatorum maculæ in corporibus apparent.[k] Ad [33] resoluenda medicamenta vtuntur illo [34] pro aqua. Fit ex eo [35] ad refrigerãdum stomachum malagma. Præcipuus tamen est ad cohibendas epiphoras [36] æstiuas, oculorúmque dolores sedandos circumlitus. Miscetur[l] collyriis, & alios omnes rheumatismos cohibet. Folia quoque tumorem omnem dolorémque & [37] epiphoras sedãt. Anaxilaus autor est, mammas [38] à virginitate illitas, semper staturas. Quod certum est, lac puerperarum mammis imposita extinguit, Venerémque testibus [39] circa pubertatem illita. Remedia liberationi, quibus bibenda censetur, non equidem præceperimus.[m] Maxima vis natæ Susis Parthorũ, mox Laconicæ, Creticæ, Asiaticæ. In Græcia verò Megaricæ, deinde Atticæ. Crethmos agrios [40] on gramias tollit oculorum impositus, tumorem quoque polenta addita. Nascitur vulgo [o] molybdęna, id est plumbago, etiam in aruo, folio lapathi, crassa radice, hispida. Hæc cõmanducata si [41] oculus subinde elingatur, plumbum (quod est genus vitij) ex oculo tollitur. P Capnos prima, quam pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis & sepibus, ramis tenuissimis, sparsísque, flore purpureo, viridis, succo caliginem discutit: itaque in medicamenta oculorum additur. Similis & nomine & effectu, sed alia est capnos frutticosa, prætenera, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. Nascitur in hortis & segetibus hordeaceis. Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationémque, ceu fumus: vnde [42] nomen. Eadem cuulsas palpebras renasci prohibet. [43] Acoros iridis folia habet, angustiora [44] tantùm & longiore pediculo, radices nigras minúsque venosas, cætero & has similes [45] iridis, gustu acres, odore non ingratas, [46] ructu faciles. Optimę Pontice, dein Galaticæ, mox Creticæ. Sed [47] primæ in Colchide iuxta Phasin amnem, & vbicunque in aquosis. Recentibus virus [48] maius, quàm vetustis. Creticæ candidiores Ponticis. Siccantur vtribus in vmbra digitalibus frustis. Necnon inueniuntur, qui oxymyrsinæ radicem [49] acaron vocant: ideóque quidam hanc acaron agrium vocare malunt. Vis ei ad calfaciendum extenuandúmque efficax, contra suffusiones & caligines oculorum succo eiusdem poto, contráque serpentes. Cotyledon paruula herba, cauliculo tenero, pusillo, pingui [50] folio & concauo, [51] vt [q] coxendices, nascitur in maritimis petrosísque, viridis, radice oliuæ modo rotunda.[t] Oculis medetur succo. Est aliud genus eiusdem, [s] sordidis foliis, latioribus densioribúsque circa radicẽ velut oculum cingentibus, asperrimi gustus, longiore caule, sed pergracili. Vsus eius ad eadem, quæ [52] iris. Acizoi duo genera. Maius in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui buphthalmum vocant, alij zoophthal

20 foliis præciso. Ver.
21 veluti furcus. Cornar.
22 ei. M.
23 radice tusa. & decocta. Ver.
24 mandantur. CH.
25 vt ciondsque Dios.
26 multo, efficaciúsque est quàm elleborum. Ver.
27 radice. M.
28 cito nocet. Incipiunt. M.
29 perueniat. CH. & & M.
30 exitiale CH.
31 est melior. CH.
32 est melior. CH.
33 sanguinem. M.
33 dissoluendis. M.
34 cum. Ver.
35 ad CH.
36 æstuosas. Ver.
37 epiphoram. CH.
38 in. Ver.
39 & circa pubem. Ver.
40 gremias. CH.
41 oculis subinde relinquatur. M. forcassis vel, illinatur, vel, aligetur.
42 nomen accepit. M.
43 Acoron. CH.
44 tamen. Ver.
45 ederis. CH.
46 ruptu. Ver. eructu. Ver. alij.
47 plurimæ. CH.
48 magis. M. forrassis, vires magis.
49 acaron. M. & CH. & sic mox.
50 folio &, in CH. d.
51 vt coxendicis acetabulum. Ver.
52 iridis. M.

zoophthalmon, alij stergethron, quòd amatoriis cõueniat, alij hypogeson, quoniam in subgrundiis ferè nascitur. Sunt qui ambrosiam potiùs vocant, & qui amerimnon: [53] Itali [r] sedum magnum, aut [54] oculum, aut digitellum. Alterum minusculum, quod erithales vocant, alij trithales, quia ter floreat, alij [55] chrysothales, aliqui [56] isoetes: sed aeizoũ vtrunque, [57] quoniam viret semper: aliqui semperuiuum. Maius cubiti altitudinem excedit, crassitudine plusquàm pollicari. Folia [58] cacumine linguæ similia, carnosa, pinguia, [59] largo succo, latitudine pollicari, alia in terram conuexa, alia stantia, ita vt ambitu effigiem imitentur oculi. Quod minus est, in muris parietinísque nascitur & tegulis, fruticosum à radice, [60] & sursum vsque ad cacumen: foliis angustis, mucronatis, succosis, palmo alto caule: radix inutilis. Huic similis est, quam Græci andrachnen agriam vocant, Itali illecebram, pusillis latioribus foliis, [61] breuiori cacumine. Nascitur in petris & colligitur cibi causa.[z] Omnium harum vis eadem, [62] perfrigerare & astringere. Medentur epiphoris folia imposita, vel succus [63] inunctis. [64] Purgant [65] enim hulcera oculorum, explentque & ad cicatricem perducunt, palpebras deglutinant. Eædem capitis doloribus medentur, succo vel folio temporibus illitis. Aduersantur phalãgiorum ictibus: aconito verò maius aeizoum præcipuè. A scorpionibus quoque habentem id feriri negant. Medentur & aurium dolori.[66] Item succus inunctus hyoscyami modicè: item Achilleæ, & minoris centaurei, & plantaginis, peucedani cum rosaceo & meconio: acori succus cum rosa. Omnis autem [x] strigili calefactus infunditur. Cotyledon etiam purulentis, & cum medulla ceruina calefacta. Ebuli radicis tritæ succus [67] linteolo colatus, mox in Sole densatus, [68] cùm opus est, rosaceo dilutus & calefactus, parotidas sanat. Verbenaca quoque: item plantago: item sideritis cum axungia vetere. Narium ozænas emendat aristolochia cum cypero. Dentibus remedio sunt panacis radix commanducata, præcipuè Chironiæ, item succus [69] collutis: radix hyoscyami ex aceto manducata, item polemoniæ. Commanducantur & plantaginis radices, aut colluuntur in aceto decoctæ succo. Et folia sunt vtilia, [70] vel si sanguine gingiuæ putrescant, [71] vel sanguinis sit reiectio. Semen eiusdem apostemata, & collectiones gingiuarum sanat. Et aristolochia gingiuas [72] dentésve confirmat. [73] Verbenaca cum radice [74] manducata, & decocta ex vino aut aceto succus [75] collutus: Itẽ quinquefolij radices, decoctę ad tertias [76] vino aut aceto. Priùs verò quàm decoquãtur, aqua marina aut salsa lauantur. Decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere quinquefolij fricare malunt. Et verbasci radix decoquitur in vino ad colluendos dentes. Et hyssopo colluuntur, & peucedani succo, cum meconio: vel radicũ anagallidis magis fœminæ succo, ab altera nare, quàm doleat, infuso. [77] Erigerõ à nostris vocatur senecio. Hanc si ferro circunscriptam effodiat aliquis, tangátque ea dentem, & alternis ter despuat, ac reponat in eundem locũ, ita vt viuat herba, aiunt dentem eum posteà non doliturum. Herba est trixaginis [78] specie & mollitia, cauliculis subrubicundis: nascitur [79] & in tegulis, & in muris. Nomen hoc Græci dederunt, quia vêre canescit.[y] Caput eius [80] numerosa diuiditur lanugine (qualis est [z] spinæ) inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alij [81] pappum. Nec deinde Græcis de ea constat. Alij erucæ foliis esse dixerunt, [A] alij roboris, sed minoribus multò. Radice alij superuacua, alij neruis vtili, alij potu strangulante. E diuerso quidam regio morbo cum vino dederunt, & contra omnia vesicæ vitia: item cordis & iocineris. Renibus extrahere harenam dixere. Ischiadicis drachmam cũ oxymelite ab ambulatione propinauere: torminibus quoque [82] in passo vtilissimam, præcordiis etiam cibo ex aceto eam prædicantes, ferentésque in hortis. Nec defuere, qui & alterum [B] genus facerent. Nec quale esset, [83] demonstrarunt, contrà serpentes in aqua bibendam, edendámque comitialibus dantes. Nos eam Romanis experimentis per vsus digeremus. Lanugo eius cum croco & exiguo aquæ frigidæ trita illinitur epiphoris: [84] tosta cum mica salis strumis. Ephemeron folia habet lilij, sed minora, caulem parem, florem [85] cæruleum, semen superuacuum, radicem vnam digitali crassitudine, dentibus præcipuam [86] concisam in aceto, decoctámque vt tepido colluantur. Et ipsa etiam radix mobiles sistit. Cauis & exesis [87] imprimitur. Chelidoniæ

53 Id alij. M.
54 oculorum. CH.
55 erysithales. CH.
56 isoetes, alij fedum. M.
57 quia vireat. M.
58 in cacumine. Ver.
59 larga. CH.
60 & foliosum vsque ad cacumen. CH. & Dios.
61 & breui caule. M. & breuior cac. CH.
62 refrigerare. CH.
63 inunctus. Ver.
64 Purgat &c. numero singulari tota clausula. CH.
65 etiam. Ver.
66 Item succus hyoscyamus modicus. CH.
67 linteo. M. & CH.
68 & cùm opus fit. CH.
69 colluens. Ver. collutibus. CH.
70 vel si sanguineæ. Ver. vel si gingiuæ. Alij Ver. expuncto, sanguine.
71 vel si sang. Ver.
72 dentésque. CH.
73 Verbenaceæ cum rad. comm. & decoctæ. Ver.
74 commanducata. CH.
75 collutu. Ver.
76 cum vino. Ver.
77 Erigeron à Græcis, quæ à nostris. M.
78 specie, mollis. Ver.
79 & in M.d.
80 numerosè diuiditur, lanugine &c. Corn. in Dioſc.
81 pappodeu. Ver.
82 & in. CH.
83 demonstrarent. CH.
84 tosta. Ver.
85 album. Dioſc.
86 concisam in aceto eamque decoctam, vt. Alij.
87 imponitur. Ver.

radix ex aceto trita continetur ore. Eroſis veratrum nigrum imponitur: mobiles[88] vtralibet decocta in aceto firmantur. Labrum Venerem vocant[C] in flumine[89] naſcentem. Eſt ei vermiculus, qui circa dentes[90] necatur, aut cauis dentium [91] cera includitur. Cauendum, ne aulſa herba terram tangat. Ranunculum vocamus, quem Græci batrachion. Genera eius quatuor. Vnum pinguioribus, quàm coriandri, foliis, & ad latitudinẽ maluę accedentibus, colore liuido, caule albo, gracili, & radice alba. Naſcitur in limitibus humidis & opacis. Alterum folioſius, pluribus foliorum inciſuris, altis caulibus. Tertium minimum eſt, graui odore, flore aureo. Quartum ſimile huic, flore[92] luteo. Omnibus vis [93] cauſtica, ſi cruda folia imponantur, puſtuláſque, vt ignis, faciunt. Idcò ad[D] lepras & pſoras cis vtuntur, & ad tollenda ſtigmata: cauſticíſque[94 E] omnibus miſcent. Alopeciis imponunt, celeriter remouentes. Radix in dolore[F] commanducata diutius, rumpit dentes. Eadem ſicca conciſa, [95] ſternutamentum[96] eſt. Noſtri herbarij [97] ſtrumeam vocant, quoniam medetur ſtrumis & panis, [98] parte in fumo ſuſpenſa. [G] Credúntque ea rurſus ſata rebellare, quæ[99] curauerint, vitia: quo ſcelere [100] & plantagine vtuntur. Oris hulcera intus ſuccus plantaginis emendat, & folia radicéſque [101] commanducata, vel ſi rheumatiſmo laboret os. Hulcera fœtorémque quinquefolium. Hulcera pſyllium. Compoſita quoque [102] ad fœtorem, vel maximè pudendum vitium trademus. Ergo folia myrti & lentiſci pari pondere, gallæ Syriacæ dimidium pondus, ſimul terere & vino vetuſto ſparſa mandere matutinò, [103] optimum eſt. Vel ederæ baccas cum caſia & myrrha, pari pondere ex vino. [H] Naribus vtiliſſimum eſt dracontij ſemen contritum ex melle, etiamſi carcinomata in his ſint. Suggillata hyſſopo emendantur. Stigmata in facie, [104] mandragora [I] illita delet.

88 vtralibet decocto. CH.
89 naſcens. Vet.
90 ligatur. Vet. verſatur. M.
91 cum cera. Vet.
92 lacteo. Dioſc.
93 cauſtica. Si cruda fol. imp. puſtulas vt ignis Vet.
94 medicaminibus. Vet.
95 ſternumentum eſt. CH. ſternutamentum eſt. Alij.
96 ciet. Vet. facit. Alij Vet.
97 ſtrumam eam. CH.
98 poſtea. Vet.
99 curata fierint. Vet.
100 & in plant. Dal.
101 commanducatæ. Alij.
102 contra fœtores. CH.
103 opus eſt. M. ex vſu eſt. CH.
104 mandragora illiniatur. CH.

ANNOTATIONES.

a Aliud eſt corchorus, Alexandrinum olus, deſcriptum cap. 32. lib. 21.
b Denſis, δασέσι, ſine caulibus. Dioſcor. æqualibus. Neutra mandragora caulem habet.
c Conciſam in paſtillos, τροχίσκους, muſto excipi imioluſque ac in fumo ſuſpendi ſcribit Theophraſtus. Plinius apud Dioſcoridem ſiue Crateuam legit, πρὸ διοδεῖν ὕψους: non γε in exemplaribus Dioſcoridis, διεξιοῦσιν λίνῳ.
d De radicis odore nihil Dioſcor. At veriuſque mala ὠιώδη eſſe ſcribit, odorata ſuauia cum quadam grauitate.
e Inde prouerbium Luciano, ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδειν. Demoſthenes Philippica quarta, ἀλλ' ὅτι ἀνυγιβλίτου διωρύχου, ἀλλὰ μανδραγόρου πεπωκότες, ἢ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον νήπενθες ἀνθρώποις. Rhodig. cap. 24. lib. 17.
f Succus duobus obolis ex muſſo potus, vt veratrum, vomitione atram bilem pituitámque educit: largiore potu interficit. Dioſco. Vide Theophraſt. cap. 10. lib. 9. Hiſt.
g Apud Maſſilienſes & Ceos, venenum cicuta temperatum publicè cuſtoditur, idque datur iis qui iuſtas cauſſas exhibent, propter quas mors ſit expetenda. Sunt autem ferè nimis aduerſæ fortunæ ærumnæ, vel proſperæ blanditiæ: ſique ne vel illa perſequeretur, vel hæc deſtituat. Valerius cap. 6. lib. 2. Menander apud Strabonem lib. 9. κακὸν κύων τὸ νόμιμον ἐφ' ἑαυτοῦ φανέν, ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν πεπεῖν, ἔξεστι πιεῖν. Brod. cap. 27. lib. 2.
h Eſu cicutæ, quæ apij hortenſis ſpecie incautum fefellerat, ego quendam noui ad extremum vſque vitæ dementem factum.
i Eadem prorſus vis eſt, quam ſuprà dixit refrigeratoriam.
k Id eſt, ad exoluendam medicamentorum acrium vim, vſus eſt illius aqua diſſoluti, vt opij.
l Quæ dolorem leniunt. Dioſcor.
m Cornarius legendum putat, Maxima vis natæ finibus Parthorum: quoniam Suſa fuerit vrbs non Parthiæ, ſed media inter Perſiam & Babyloniam. Theophraſtus tamen: c. 17. 9. Hiſt. Thraſyam Mantinenſem ex Suſis cicutam prætuliſſe omnibus tradit ad venenum conficiendum, atque Homeri teſtimonio Suſis, & in locis frigidis optimam eſſe.
n τὰς λήμνους glamas Feſtus vocat.
o Vulgo diplacus ſecundus, capite rotundo.
p Ariſtolochia rotunda Fuchſij.
q Acetabulum oxybaphon. Dioſcor.
r φύμους, non ἐφθαλμοὺς. Dioſco.
s Pinguibus. Dioſc. ἀπαχέσι, non ῥπαχέσι.
t Sedum, inquit Feſtus, alij ſadum appellant, herbam quã Opillius Aurelius ſeſamiſi vocari ait, eámque in tegulis ſeri, nec quamobrem id fiat indicat.
v Priorum quidem duarum, ſed non tertiæ, quæ calfacit, acris eſt, exulcerat.
x τῷ ὀπτυχίδῃ.
y Flos luteus celeriter diuiſus in pappos abit. Dioſc. Locumeum Plinius infœliciter expreſſit.
z Acanthi vocabulo polyſemo deceptus eſt Plinius.
A Ex illorum iudicio ſuprà cum trixagine ſiue chamædry compacauit.
B Maius id eſt toto habitu, latioribus foliis, nigrioribus, cótactu pinguibus, perinde ac ſi melle oblita forent: frequens naſcitur in Allobrogum planitie ſubiecta caſtro dominorum de Brixieu.
C Falſum hoc, & à nemine proditum. Herba quidem alarum cauo ſinu aquam pluuiam continet, ſed in fluuiis minimè gignitur.
D ὄνυχας λεπρῶν, Dioſcor. ſcabros vngues.
E Hoc falſum. nihil Dioſc. quidam legunt, medicaminibus.
F Apud Dioſcoridem προσαπλωμένων appenſa. Ex hoc loco reſtituenda litera Dioſcoridis, & legendum προσμασσομένων, quod eſt longè aptius.
G Idem proditur de iride cap. 20. lib. 21. de ſiderite & artemiſia cap. 5. lib. 26.
H Polypo, vel ozæna vexatis, & obſeſſis.
I Si principio ſtatim imponatur.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXVI.

PROOEMIVM.

Reliquæ per membrorum genera medicina, & de nouis morbis, & lichenes quid ſint, & quando primùm in Italia cœperint, & de carbunculo, & de elephantiaſi, & colo.

CAP. I.

SENSIT & facies hominum nouos, omníque æuo priore incognitos, non Italiæ modò, verumetiam vniuerſæ propè Europæ, morbos: tunc quoque[1] nec tota Italia, nec per Illyricum Galliáſve aut Hiſpanias [2] magnopere vagatos, aut alibi, quàm Romæ circáque, ſine dolore quidem illos, ac ſine pernicie vitæ: ſed tanta fœditate, vt quæcunque mors præferenda eſſet. Grauiſſimum ex his lichenas appellauere Græco nomine, Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, ioculari primùm laſciuia (vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis) mox & vſurpato vocabulo mentagram, occupantem in [3] multis totos vtrique vultus, oculis tantùm immunibus, deſcendentem verò & in colla pectúſque ac manus, fœdo cutis furfure. Non fuerat hæc lues apud maiores patréſque noſtros. Et primùm Tiberij Claudij Cæſaris principatu medio irrepſit in Italiam, quodam Perufino equite Romano Quæſtorio ſcriba, cùm in Aſia apparuiſſet, inde contagionem eius importante. Nec ſenſere id malum fœminæ, aut ſeruitia, plebéſque humilis, aut media, ſed proceres veloci tranſitu oſculi maximè, fœdiore multorum, qui perpeti medici- nam tolerauerant, cicatrice, quàm morbo. Cauſticis nanque curabatur, ni vſque[4] in oſſa corpus exuſtum eſſet, rebellãte tædio. Aduenerúntque ex Ægypto genitrice talium vitiorum medici, hanc ſolam operam afferentes, magna ſua præda. Siquidem certum eſt, Manilium Cornutum[5] ex Prætoriis legatum Aquitanicę prouincię, H-S C C. elocaſſe in eo morbo curandum ſeſe. Accidítque ſæpius, vt noua contra genera morborum [6] gregatim ſentirentur. Quo mirabilius quid poteſt reperiri? aliqua gigni repentè vitia terrarũ in parte certa, membríſque hominum certis, vel ætatibus, aut etiam fortunis, tanquam [7] malo eligente, hæc in pueris graſſari, illa in adultis: hæc proceres ſentire, illa pauperes. L. Paulo, Q. Marcio Cenſoribus, primùm in Italiam carbunculum veniſſe, Annalibus [8] conſcriptum eſt, peculiare Narbonenſis prouinciæ malum: quo duo Conſulares obiere condentibus hæc nobis eodem anno, Iulius Rufus, & Q. [a] Lecanius Baſſus, ille medicorum [9] [b] inſcitia ſectus, hic verò [10] pollice læuæ manus [11] euulſo acu ab ſemetipſo, tam

1 non. CH.
2 magno opere. CH.
3 multis & intaitus, totoque vtrique. M. multis & intus totos. CH.
4 ad oſſa. CH.
5 è. CH.
6 generatim. Alij.
7 mala eligẽte. M.
8 notatum. CH.
9 inſcientia. CH.
10 polléi læ. manuſta. M. forteaſis, impulſa.
11 euulſo. Vet.

parvo vulnere, vt vix cerni posset. Nascitur in [c]occultissimis corporum partibus, & plerũque sub lingua, duritia rubens[12] varicis modo, sed nigricans capite, alias liuida, corpus intendens, neque intumescens, [d]sine dolore, sine pruritu, sine alio quàm somni indicio, quo grauatos in triduo aufert, aliquando & horrorẽ afferens, [c]circáque pustulas paruas, rariùs febrem, stomachũ faucésque cùm inuasit, ocyssimè exanimans. Diximus elephantiasin ante Pompeij Magni ætatẽ non accidisse in Italia, & ipsam à facie sæpius incipientem, in nare[13] prima veluti lenticula: mox[14] inualescente per totũ corpus, maculosa, variis coloribus & inæquali cute, alibi crassa, alibi tenui, [15] dura, ceu scabie aspera: ad postremũ verò [f]nigrescente, & ad ossa carnes apprimente, intumescentibus digitis in pedibus manibusq;. Ægypti peculiare hoc malum: & cùm in reges incidisset, populis funebre. Quippe in balineis solia temperabátur humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia[16] restinctus est: sicut & ille, [17] quem [g]gemursam appellauere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato. Idipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios durare, sicuti colum. Tiberij Cæsaris principatu irrepsit id malũ. Nec quisquam[18] prior Imperatore ipso sensit, magna ciuitatis ambage, cum edicto eius excusantis valetudinem, legeret nomen incognitum. Quid hoc esse dicamus, aut quas Deorum[19] iras? Parùm enim erant homini certa mortalium genera, cùm[20] supra ccc. essent, nisi etiam noua timerentur? Neque ipsi autem homines pauciora sibi [21] opera sua negotia important. Hæc apud priscos erant, quæ memoramus, remedia, medicinam ipsa quodammodo rerum natura faciente, & diu fuere.

12 aut varicis modo nigricans capite, sed & aliquando liuidum corpus intendens, neque valde intum. Dal. ex M.

13 primum. Vet.
14 inualescentem. Vet.
15 dura alibi. CH.

16 restrictus CH.
17 quem gemuria. CH.

18 id prior. CH.

19 minas. M.
20 super CH.
21 aut opere suo. M.

ANNOTATIONES.

a Huius mentionem facit Dioscorides in præfatione. *ὁ τὸ ηματίσμα τοιοῦτον βάσκων πρὸς σὲ διάθεσιν, ὑφ' ἑτοιμότητι σωθεὶς ἀγόντως ὑφίῤῥιν, δάγμασι ὁ σπασμῶν τὸν ἐν σοὶ πικρασχεθέντα.* Hinc colligunt quidam non potuisse Plinium è Dioscoride suas de plantis historias describere: cùm eodem sæculo vterque floruerit, & ingenij sui monumenta reliquerit. Hæc Ioannes Baptista Persij interpres.

b Vel exacta parte corporis aliqua, cui malum successit, meo iudicio gangræna: vel malo iam orto ab ignaro medico discissa parte ægra, cum tanta profusione sanguinis, vel ob dolorem cum humoris affluxu tanto vt pars emortua sit.

c Cancrum hæc potiùs ostendunt, quàm carbunculum.

d Hoc parùm credibile, nisi venenata materia extincto statim nativo calore, sensum quoque eius extingueret, & gangrenam afferret: gangrænam enim *σφακελὸν* hæc signa declarãt, nõ *ἄνθρακα*.

e Hoc vnum de carbunculo potest intelligi, repugnantibus aliis omnibus cõmemoratis signis, excepto horrore, qui nonnunquam sentitur in carbunculo.

f Marcellus medicus cap. 19. legisse videtur increscente: at Celsus lib. 3. cap. 25. nigrescere scribit, vt & Plinius.

g Ea phlegmone fuit carbunculosa. Malum id inter manus digitos nascens vocant Lugdunenses vn *Fourchon*.

Laus Hippocratis. CAP. II.

HIppocratis certè, qui primus medendi præcepta clarissimè condidit, referta herbarum mentione inuenimus volumina: nec minùs Dioclis Carystij, qui secundus ætate famáque extitit: itemque Praxagoræ & Chrysippi, ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem, quanquam subtilioris sectæ conditori, ante omnes celebratam rationem eam, paulatim vsu, efficacissimo rerum omnium magistro, peculiariter vtique medicinæ, ad verba garrulitatémque descendente. Sedere nanque [1] in his scholis auditioni [2] operatos gratius erat, quàm ire per solitudines, & quærere herbas alias aliis diebus anni.

1 in scholis. Dal.
2 occupatum. M.

De noua medicina, & Asclepiade medico, & qua ratione veterem medicinam mutauerit. CAP. III.

DVrabat tamen antiquitas firma, magnásque confessæ rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades ætate Magni Pompeij [1] orandi magister, [2] nec satis in arte ea quæ fluosus, [3] vt ad alia sagacis ingenij, huic se repentè conuertit: atque (vt necesse erat homini qui nec id egisset, nec remedia nosset, [4] oculis vsúque percipienda) torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicauit: totámque medicinam ad [5] causam reuocando, [6] coniecturam fecit, quinque res maximè communium auxiliorum professus, abstinẽtiam cibi, [7] aliàs vini, frictionem corporis, ambulationem, gestationes: quæ cùm vnusquisque semetipsum sibi præstare posse intelligeret, fauentibus cunctis vt essent vera quæ facillima erant, vniuersum propè humanum genus circumegit in se, nõ alio modo, quàm si cælo emissus aduenisset. Trahebat præterea mentes artificio mirabili, [8] vinum promittendo ægris, dandóque tempestiuè, [9] tum frigidam aquam. Et quoniam causas morborum scrutari prior Herophilus instituerat, vini rationem illustrauerat Cleophan

1 rhetoricen. M.
2 imon satis arte ea quæ fluosa, vir ad. Vet.
3 vt ad alia quàm forum sagacis. CH.
4 oculis vique. CH.
5 eatium. M. causis. CH.
6 coniecturæ. Vet. & CH. coniecturalem. Alij. Vet.
7 Mirretus delet hæc duo verba, aliàs vini. Ego lego, aliquando vini, vt sint quinque ab eo commendata, quæ fuisse dixit.
8 vino M.
9 iam. CH.

Cleophantus[10] apud priscos, ipse cognominari se [11] frigida danda præferens, vt autor est M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, iam suspendendo lectulos, quorum [12] iactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret, iam balineas quidissima hominũ cupidine instituendo, & alia multa dictu grata atque iucũda: magna autoritate: nec minore fama, cùm occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo atque seruato, ne quis leuibus momentis tantam conuersionem factam existimet. Id solùm possumus indignari, vnum hominem è leuissima gente, sine opibus vllis orsum, vectigalis sui causa, repentè leges salutis humano generi dedisse, quas tamen posteà abrogauere multi. Asclepiadem adiuuere multa, quorum cura nimis anxia & rudis, vt obruendi ægros veste, sudoréque omni modo ciendi, nunc corpora[a] ad ignes[13] torrendi soléfve assiduò quærendi, in vrbe[14] vmbrosa: imò verò[15] tota Italia imperatrice, tum primùm[16b] pensili balinearũ vsu ad infinitum blandientem. Prætereà in quibusdam morbis medendi cruciatus detraxit, vt in anginis, quas[17] curabant in fauces organo demisso. Damnauit meritò & [c] vomitiones, tunc supra modum frequentes. Arguit & medicamentorum potus stomacho inimicos, quod est magna ex parte[18] verisimum. Itaque nos in primis quæ sunt stomacho vtilia[19] signamus.

10 Dusipsychros ipse cogn. Cornarius.
11 frigidam dando. M.
12 iactatura. CH.

13 torrendo sol. asi. quærendo. Vet.
14 nimbosa. M. & CH.
15 toti Italiæ. Alij.
16 pensilium bal. vs. ad inf. blandiente. Vet.
17 curabat. Alij.

18 verum. Vet. CH. Celsus præf. lib. 5.
19 signemus. Vet.

ANNOTATIONES.

a *ἑστίασιν* veteres, vt & solis apricatum *ἡλιακμὸν* vocauerunt.

b Pensiles balneas vocat, extructas ac ædificatas aquis corriuatis ac deductis, in quibus arte parabatur caldarium, tepidarium, frigidarium, laconicum. Harum assiduus vsus corpus effœminat, vt naturalium corroborat, in quibus sponte aquæ medicatæ scaturiunt.

c Celsus cap. 3. lib. 1. cap. 12. lib. 2. Plutarchus lib. de sanitate tuenda.

Irrisio Magicæ artis, & de lichene, eiúsque remedio, & faucium. CAP. IIII.

SVper omnia adiuuere eum Magicæ vanitates, in tantum euectæ, vt abrogare herbis fidem cunctis possent. [1] Æthiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Achæmenide coniecta in aciem hostium, trepidare agmina, ac terga [2] vertere. Latacen dari solitam à Persarum rege legatis, vt quocunque venissent, omnium rerum copia abundarent, ac multa similia. Vbinam istæ fuere, cùm Cimbri [3] Teutoníque terribili Marte vlularent, aut cùm Lucullus tot reges Magorum paucis legionibus sterneret? Cúrve Romani duces primam semper in bellis[4] [a]commerciorum habuere curam? Cur hercule Cæsaris miles ad Pharsaliam famem sensit, si abundantia omnis contingere vnius herbæ felicitate poterat? Non satius fuit Æmilianum Scipionem Carthaginis portas herba parefacere, quàm machinis claustra per tot annos quatere? Siccentur hodie [5] Æthiopide [b] Pontinæ paludes, tantúmque agri suburbanæ reddatur Italiæ. Nam quæ apud eundem Democritum inuenitur compositio medicamenti, quo pulchri boníque & fortunati gignantur liberi, [6] cur nunquam Persarum regi [7] tales dedit? Mirum esset profectò, hucusque prouectam credulitatem antiquorum, saluberrimis ortam initiis, si in vlla re modum humana ingenia nouissent, [8] atque non hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam, suo loco [9] probaturi essemus euectam vltra Magos etiam. Sed hæc est omni in re animorum cõditio, vt à necessariis orsa[10] primò, cuncta peruenerint ad nimium. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus reddemus: [11] adiiciemus, vt quasque ratio [12] dictauerit. Sed in lichenis remediis, atque tam fœdo malo, plura vndique aceruabimus, quanquam non paucis iam demonstratis. Medetur ergo plantago trita, quinquefolium, radix albuci ex aceto, [13] ficulnei caules aceto decocti, hibisci radix cum glutino & aceto acri decocta ad [14] quartas. Defricantur etiam [15] pumice, vt rumicis radix trita ex aceto illinatur, & flos visci cum calce subactus. Laudatur & [16] tithymali cum resina decoctum. Lichen verò herba omnibus his præfertur, inde nomine inuento. Nascitur in saxosis, [17] [c]folio vno ad radicem lato, caule vno, [18] paruo, longis foliis dependentibus. Hæc delet & stigmata. Teritur cum melle. Est aliud genus lichenis, petris [19] totum inhærens, vt muscus, qui & ipse illinitur. Hic & sanguinem sistit vulneribus instillatus, & collectiones illitus.

1 Aethiopidis herbæ. Vet.
2 verti. Dal.
3 Teutonésque. Vet.
4 commeatuum. Vet.

5 merodie Pompeianæ. CH.
6 cui vnquam. CH.
7 talis est dedita. M. fortasis, data.
8 atqui nos. Vet.
9 probaturi sumus. Vet.
10 primum, aucta. M.

11 adiiciemúsque quas ratio. M. adiicientes. CH.
12 dictabit. CH.
13 ficulni. CH.
14 quartanas. CH.
15 pumice & rumicis & illinitur, & flos hibisci. Vet.
16 tithymalum M.
17 foliis inus ad radicem latis. Vet
18 longo paruis CH.
19 tantum adhærens. M. in totum inhærens. Vet. totum adhærens. CH.

illitus. Morbum quoque regium cum melle sanat ore illito & lingua. Qui ita curantur, aqua salsa lauari iubentur, vngi oleo amygdalino, [20]hortensiis abstinere. Ad lichenas & thapsiæ radice vruntur trita cum melle. Anginæ [21]argemonia medetur sumpta ex vino: hyssopum cum[22]vino decoctum & gargarizatum: peucedanũ cum coagulo vituli marini æquis partibus. Proserpinaca cum muria ex mœnis & oleo trita, vel sub lingua habita. Item succus de quinquefolio, potus cyathis tribus. Hic & omnibus faucium vitiis [23]medetur gargarizatus: verbascum priuatim tonsillis in aqua potum.

20 hortensiibus. Vet.
21 argemone. Vet.
22 fico. CH.
23 medetur. Gargarizatur verbascum. M.

ANNOTATIONES.

a Ne militi commeatus deesset, cùm lataceu habere possent à Persis.
b Circeis vicinæ in agro Latino, quas viginti trium vrbiũ fuisse Mutianus prodidit suprà cap. 5. lib. 3. Eas siccare Iulius Cæsar decreuerat sub id tempus quo interemptus est, autore Suetonio. A Cornelio Cethego illæ anteà siccatæ fuerant agérque factus. Liuius lib. 46. Theodoricus posteà rex fossas, per incuriam & neglectum obstructas, & terra limóque adobrutas, rursum purgauit.
c Pugnant hæc, vnum foliũm latum esse, & longa dependere. Lego, foliis imis ad radicem latis, caule vno &c. Quænam hæc sit, nondum compertum. Britannicum tamen de herbis volumen, Coryledona minorem montanam vocat, & depingit.

Ad strumas, & ad digitos, & ad pectus, & ad tussim medicinæ.
CAP. V.

STrumis plantago: chelidonia cum melle & axungia: quinquefolium: radix persolatæ item cum axungia, operitur folio suo imposita. Item artemisia: radix mandragoræ ex aqua. Sideritis[1] lata folia, clauo sinistra manu circunfossa adalligantur, custodienda sanatis, ne rursus fata diro herbariorum scelere (vt in[2]quibusdã) rebellet: quod & in his, quos artemisia sanauerit, [3]prædici reperio: item in his, quos plantago. [4] Damasoniõ, quæ & alcea vocatur, sub solstitio collecta, imponitur ex aqua cælesti, [5]folium tritum, vel radix cum axungia tusa, ita vt imposita folio suo operiatur. Sic & ad omnes cruciis dolores, tumoréque quacunque in parte. Bellis in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus rubente. Hanc cum artemisia illitam, efficaciorem esse produnt. Condurdum [6] herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas: item verbenaca cum plantagine. Digitorum vitiis omnibus, & priuatim pterygiis, quinquefolium medetur. In pectoris vitiis vel grauissimũ est tussis: huic medetur panacis radix in vino dulci. Succus hyoscyami etiam sanguinem excreantibus: nidor quoque accensi tussientibus. Item scordotis misto nasturtio, & resina, [7] cũ melle tusa arida. Facit & per se faciles ex creationes. Persolatæ radix [9] drachmæ ponderis, cum pineis nucleis vndecim. Peucedani succus, pectoris doloribus, [10] & acorum subuenit, & ideò antidotis miscetur: tussi daucũ: item Scythica herba. Ea demum omnibus pectoris vitiis, tussi & purulenta excreantibus, obolis tribus in passo.

1 latifolia &c. adalligatur. Vet. & CH.
2 quibusdam morbus rebellet. Vet. quibusdam diximus, reb. CH.
3 edici. Dal.
4 Damasonium a, quod aliisma vocant, sub. Vet.
5 nempe folium &c. Vet. folio trito, vel radice. Alij Vet.
6 quoque herba. CH.
7 & cum. Vet. & melle. CH.
8 &. M.
9 didrachmæ. M.
10 vt &. Vet.

De verbasco, & cacalia, tussilagine, vel bechio, & saluia, ad tussim. *CAP. VI.*

TOtidem verbascum, [2]cuius flos aureus. [3]Tanta huic vis est, vt iumentis etiá non tussientibus modò, sed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu: quod & de gentiana reperio. Radix [4] cacaliæ cõmanducata, & in vino madefacta, non tussi tantùm, sed & faucibus prodest. Hyssopi quoque quinque rami cum duobus rutæ & [5] ficis tribus decocti thoracem purgant. Tussim sedat bechion, quę & tussilago dicitur. Duo eius genera. Syluestris vbi nascitur, subesse aquas credunt: & hoc habent signũ aquileges. Folia sunt maiuscula, quàm ederæ, quinque aut septem, subalbida à terra, supernè pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. Quidam eandem esse [6] bechion, & alio nomine chamæleucen putant. Huius aridæ cum radice fumus per harundinem haustus & deuoratus, veterem sanare dicitur tussim: sed in singulos haustus passum gustandum est. Altera à quibusdam [a] saluia appellatur, similis verbasco: conteritur ea, & colata [7] calefit, atque ita ad tussim latersque dolores bibitur: contra scorpiones eadem & dracones marinos efficax.

1 Totidem obolis bibitur verb. M.
2 cuius est flos. CH.
3 Huic tanta vis, vt. M.
4 chamæleuces, quæ tussilago dicitur, com manducata. M. cacaliæ, quæ & Ieonticæ vocatur, comm. M.
5 ficubus. Vet.
6 Arcion. M. & CH.
7 calfacit. CH.

cax. Contra serpentes quoque ex oleo perungi ea prodest. Hyssopi fasciculus [8] cum quadrante mellis decoquitur ad tussim.

8 & cum. CH.

ANNOTATIONES.

a Quidam volunt hîc describi sphacelon Theophrasti: quidam leo: quidam Æthiopida, pectoris morbis vtilissimam. nostrum stachym vulgarem. talij, ormanum vulgare, flore coeru-

Ad lateris dolores, & pectoris, ad orthopnœas, ad iocineris dolorem, cordis dolori, pulmoni, vrinæ, tussi, pectori, hulceribus, renibus, hepaticis, ad vomitiones, & ad singultus, pleuriticis, lateri.
CAP. VII.

1 LAteris & pectoris dolores verbascum cum ruta ex aqua, Vettonicæ farina bibitur ex aqua calida. Stomachum corroborat scordotis succus, centaureum, gentiana, ex aqua potæ. Plantago aut per se sumpta in cibo, aut cum lente alicæve sorbitione. Vettonica aliàs grauis stomacho, vitia tamen sanat pota, vel foliis commãducata. Item aristolochia pota: agaricum manducatum siccum, vt ex interuallo merum sorbeatur: nymphæa heraclia illita: peucedani succus. Psyllion ardoribus imponitur, vel cotyledon trita cum polenta, vel aeizoum. [a] Molon [b] scapo est [2] striato, foliis mollibus paruis, [3] radice iiii. digitorum, in qua extrema allij caput est. Vocatur à quibusdam syron. Ex vino stomacho, & dyspnœæ medetur: centaurium maius ecligmate: plantago succo vel cibo: Vettonicæ tusæ [4] pondo libra mellis Attici [5] semuncia ex aqua calida quotidie bibentibus. Aristolochia vel agaricon, obolis ternis ex aqua calida, aut lacte asini pota. [c] Cissanthemos ad orthopnœas bibitur: item hyssopum & asthmaticis. Peucedani succus in iocineris doloribus, & pectoris lateríque, si febres non sint. Sanguinem quoque expuentibus subuenit agaricum, Victoriati pondere tritum & in mulsi v. cyathis datum. Idem & amomon facit. Iocineri priuatim [6] Teucria bibitur recens, drachmis iii i. in poscæ hemina. Vettonicæ drachma vna in [7] aqua calida cyathis i i i. ad cordis vitia, in frigida cyathis i i. Quinquefolij succus iocineris & pulmonis vitiis, sanguinémque reiicientibus, & cuicunque sanguinis vitio intus occurrit. Iocineri anagallides mirè prosunt. Capnon herbam qui edêre, bilem per vrinam [8] reddunt. Acoron iocineri medetur, thoraci quoque & præcordiis. [9] Caucon, quæ & [d] ephedra, ab aliis anabasis [10] vocata, nascitur ventoso ferè tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Datur ex vino nigro austero trita ad tussim, suspiria, tormina, & sorbitione facta, in quam vinum addi conuenit. Item gentiana madefacta pridie contrita denarij pondere in vini cyathis tribus. Geum radiculas tenues habet, nigras, bene olentes. Medetur non modò pectoris doloribus aut lateris, sed & cruditates discutit iucũdo sapore. Verbenaca verò omnibus visceribus medetur, lateribus, pulmonibus, iocineribus, thoraci. Peculiariter autem pulmonibus, & quos ab his phthisis tẽtat. Radix herbæ consiliginis, quam nuper inuentam [e] diximus, suum quidem & pecoris omnis remedium præsens est pulmonum vitio, vel traiecta tantùm in auricula. Bibi debet ex aqua, haberíque in ore assiduè sub lingua. Superficies eius herbæ an sit in aliquo vsu, adhuc incertum est. Rẽnibus prodest plantaginis cibus, Vettonicæ potus, agaricum potum, vt in tussi. [11] Tripolium in maritimis nascitur saxis, vbi [12] alludit vnda, neque in mari, neque in sicco, folio isatis [13] crassiore, palmo alto, in mucrone diuiso, radice alba, odorata, crassa, calidi gustus. Datur hepaticis in farre [14] decocta. Hæc herba eadem videtur quibusdam, quę polium, de qua suo loco diximus. Symphonia, vel gromphena, [15] alternis viridibus roseísque per caulem foliis, in posca sanguinem reiicientibus medetur. Iocineri autem herba [16] melandryum, nascens in segete ac pratis, flore albo odorata. Eius cauliculus conteritur ex vino vetere. Item herba chalcetum è vineis contrita imponitur. Faciles præstat vomitiones radix Vettonicæ, ellebori modo iiii. drachmis in passo aut mulso. Hyssopum tritum cum melle vtilius, præsumpto nasturtio aut irione: [17] molemonium denarij pondere. [h] Est & silybo lacteus succus, qui densatus in gummi, sumitur

1 Ad lateris &. Vet.
2 stricto. Vet.
3 caule. Dioſco.
4 pondo, cum libra mellis Attici semuncia. Vet.
5 hemina. M.
6 Teuerion. Vet.
7 aquę calidę &c. frigidæ. Vet.
8 trahunt. M.
9 ephedra ab aliis. Mc
10 vocatur. Vet.
11 Tripholion. CH.
12 alludit. M. allidi-tur. Vet. alluit. Alij Vet. abludit. CH.
13 crassiore caule, palmum alto Dioſc.
14 cocta CH.
15 alternatim. Vet.
16 malundrum. CH.
17 polemonium. Vet. molemum, vel, molem CH.

sumitur cum melle suprà dicto pondere: præcipuéque bilem trahit. Rursus sistunt vomitionem cuminum syluestre, Vettonicę farina: sumuntur ex aqua. Absterg ent fastidia, cruditatésque digerunt, daucum, Vettonicæ farina ex aqua mulsa, plantago decocta caulium modo. Singultus[17] hemioniũ sedat: item aristolochia. Suspiria clymenos. Pleuriticis & peripneumonicis[18] centaureum maius: item hyssopum bibitur. Pleuriticis peucedani succus. Halus autem, quam Galli sic vocant, Veneti [1] cotoneam, medetur lateri: item renibus conuulsísque & ruptis. Similis est cunilę bubulę, cacuminibus thymo, dulcis, & sitim sedás, raræ radicis, alibi albæ, alibi nigræ. Eosdem effectus[19] lateris doloribus habet chamærops, myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus Græculæ rosæ, ex vino pota. Ischiadicos dolores & spinæ leuat agaricum potum, vt in tussi. Item stœchadis, aut Vettonicæ farina ex aqua mulsa.

17 hermonium.CH.
18 centaurium.CH.
19 in lateris.CH.

ANNOTATIONES.

a Moly Dioscoridis folium graminis habet, latius, humi sparsa, caule quatuor cubitorum, siue, vt quidam legunt, digitorum, in cuius summo est quidpiam allio simile. Illa fuit molo Plinius tribuit, sed vel mutata, vel depranata. Aliud moly suprà describitur cap. 4. lib. 25. nempe Homericum.

b Lego, Scapo est stricto, id est tenui & exili, quemadmodum Oribasius legit, *καυλὸν λεπτὸν ἰχει*.

c Hedera terrestris officinarum.

d Iisdem quoque nominibus appellatur hippouris cap. 13. huius libri.

e Cap. 8. lib. 25. In bouũ pestilentia Columella cap. 5. 6. auriculæ partem latissimam ænea fubula circunscribit, ita vt mananti sanguine circulus appareat tanquam ductus literæ, o: deinde intrinsecus ex superiore parte medium orbis describi transiunt, & foramini facto radiculam lanæ manu effossam, ante solis ortum inserit: quæ cùm à recenti plaga comprehensa est, ita continetur vt elabi non possit, & in pertusam auriculam omnem morbi vim & pestilens virus elicit, donec quod subula circunscriptum est demortuum excidat.

f Dioscorides, crassiore, caule palmum alto (palmum magnum siue dodrantem intellige, nimirum pollices nouem) flore mane albo, meridie purpureo, vesperi puniceo. Duabus drachmis potu aquas per aluum ducit, & vrinas mouet, misceturque alexipharmacis. Vide cap. 7. & 20. lib. 21.

g Ignoranter hoc Plinius.

h De silybo nemo id scripsit. Cum apud Theophrastum cap. 4. libri 6. Hist. de scolymo id Plinius legisset, quemadmodum & suprà cap. 22. lib. 22. retulit, obliuioso ac oscitanter hoc loco de silybo recitauit. Verum id esse monstrat, quòd rotidem ferè verbis de leimonia id refert cap. 9. libri 25. quam scolymum esse credidit.

i Cydoniæ herbæ meminit Galenus lib. 1. *περὶ τέχνης*, in eorum catalogo quæ pilos attenuant. Cydoniam vocarunt, quòd cydonij mali odorem spiret.

De omnibus vitiis ventris & remediis, & eorum quæ circà vel intrà sunt, & de aluo sistenda vel soluenda.

CAP. VIII.

2 humano generi M.

PLurimùm tamen[1] homini negotij aluus exhibet, cuius causa maior pars mortalium viuit. Aliàs enim cibos non transmittit, aliàs non continet, aliàs non capit, aliàs non conficit. Eóque mores venêre, vt homo maximè cibo pereat. Pessimum corporum vas instat vt creditor, & sæpius die appellat. Huius gratia præcipuè auaritia expetitur: huic luxuria conditur: huic nauigatur ad Phasin: huic [2] profundi vada exquiruntur. Et nemo vilitatem eius æstimat, consummationis fœditate. Ergo [a] numerosissima est circa hanc medicinæ opera. Sistit eam scordotis [3] recentis drachma cum vino trita, vel decocta [4] potu. Polemonia quoque & dysentericis ex vino datur: verbasci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine: nymphææ heracliæ semen cum vino potum: radix superior è xiphio, drachmæ pondere ex aceto. Semen plantaginis in vino tritum, vel ipsa ex aceto cocta, aut alica ex succo eius sumpta. Item cum lenticula cocta, vel aridę farina insperſa potioni cum papauere tosto & trito, vel succus [5] infusus, aut succus Vettonicæ, in vino ferro calefacto. Eadem cœliacis in vino austero datur: his & iberis imponitur, vt dictum est. Tenesmo radix nymphææ heracliæ è vino bibitur: psyllium in aqua: acori radicis decoctum. Aeizoi succus aluum sistit & dysenterias, & [6] tineas rotundas pellit. Symphyti [7] radix dysenteriam sistit: item dauci. Aeizoum foliis contritis ex vino torminibus resistit. Alceæ siccæ farina torminibus pota cum vino. Astragalus folia habet longa incisuris multis, obliqua circa [8] radices, caules i i i. aut i i i i. foliorum plenos, florem hyacinthi, radices [9] villosas, implicatas, rubras, præduras. Nascitur in petrosis, apricis, & iisdem niualibus, sicut Phenco Arcadiæ. Vis ei ad spissanda corpora. Aluum sistit radix in vino pota: quò fit vt moueat vrinam [b] repercusso liquore, sicut pleraque quæ aluum sistunt. Sanat & dysentericos in vino rubro tusa. Difficilè autem tunditur. Eadem gingiuarum suppurationi vtilissima est fotu. Colligitur exitu autumni, cùm folia amisit: siccatur in vmbra. Et ladano sistitur aluus vtroque, quod in segetibus nascitur,

2 profunda.Vet.
3 recens CH.
4 potui CH.
5 infusus aut potus: & Vettonicæ.Vet.
6 tænias.CH.
7 radix pota in vino aluum & dyt Crt.
8 radicem.Vet.
9 pilosas.CH.

nascitur, contuso & cribrato: bibitur ex aqua mulsa: [10] item nobili è vino. [11] Lada appellatur herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhærescẽs. Nobilius in Arabia. Fit iam & in Syria atque Africa, quod toxicon vocant. Neruos enim [12] in arcu circundatos lanis trahunt, adhærescente roscida [13] lanugine. Plura de eo diximus inter vnguenta. Hoc grauissimum [14] odore est, durissimúmque tactu. Plurimùm enim [c] terræ colligit, cùm probetur maximè purum, odoratum, molle, viride, resinosum. Natura ei molliendi, siccandi, concoquendi, somnum alliciendi. Capillum fluentem cohibet, nigritiámque custodit. Auribus cum hydromelite aut rosaceo infunditur. Furfures cutis & manantia hulcera sale addito sanat. Tussim veterem cum styrace sumptum. Efficacissimum ad ructus. Aluum sistit & chondris, siue pseudodictamnum: hypocisthis, [15] orobathion quibusdá dicta, malogranato immaturo similis. Nascitur, vt diximus, sub cisttho, vnde nomen. Hæc arefacta in vmbra sistit aluum ex vino austero nigróque vtraquẽ. Duo enim genera eius, candida & ruffa. Vsus in succo: spissat, siccat: & rusa magis stomachi reumatismos emendat. Pota tribus obolis, sanguinis excreationes. Cum amylo dysenterias pota & infusa. Item verbenaca ex aqua data, aut carentibus febre ex vino ammineo: cochlearibus quinque additis in cyathos tres vini. Lauer quoque nascens in riuis condita & cocta torminibus medetur. Potamogeton verò ex vino dysentericis etiam & cœliacis, similis betæ foliis, [16] minoribus tantùm hirsutioribúsque, [17] paulatim superemineus extra [18] aquam, peculiariter refrigerat, spissat. Vsus in foliis, cruribus vitiosis [19] vtilia, & contra hulcerum nomas, cum melle vel aceto. Castor hanc aliter nouerat, tenui folio velut [d] equinis setis, thyrso longo & læui, in aquosis nascentem. Radice sanabat strumas & duritias. Potamogeton aduersatur [20] & crocodilis, itaque secum habent eam, qui venantur [21] illos. Aluum sistit & Achillea. Eosdem effectus præstat & statice v i i. caulibus, veluti rosæ capita sustinens. [e] Ceratia vno folio, radice nodosa & magna, in cibo cœliacis & dysentericis medetur. Leontopodion, alij [22] leuceoron, alij dorypetron, alij thorybetron vocant, cuius radix [f] aluum sistit, purgátque bilem, in aquâ mulsam addito pondere denariorum [23] duũm. Nascitur in campestri & gracili solo. Semen eius potum, lymphatica somnia facere dicitur. Lagopus [24] sistit aluum è vino pota, aut in febri ex aqua. Eadem inguini adalligatur in tumore. Nascitur in segetibus. Multi super omnia laudant ad deploratos dysentericos quinquefolium, decoctis in lacte radicibus potis: & aristolochiam Victoriati pondere in cyathis vini tribus. Quæ ex suprà dictis calida [25] sumentur, hæc [g] candente ferro temperari aptius erit. Ediuerso purgat aluum succus centaurei minoris, drachma in hemina aquæ cum exiguo salis & aceti, bilémque detrahit. Maiore tormina discutiuntur. Vettonica aluum soluit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis nouem. Item euphorbium vel agaricum drachmis duabus cum sale modico potum ex aqua, aut in mulso obolis tribus. Soluit & cyclaminos ex aqua pota, aut balanis subditis: item chamæcissi balanus. Hyssopi manipulus decoctus ad tertias cum sale, [26] pituitas trahit illitus, vel contritus cum oxymelite & sale: pellítque ventris animalia. Pituitam & bilem detrahit peucedani radix. Aluum [27] purgat anagallis ex aqua mulsa: item [28] epithymon, qui est flos è thymo, satureiæ simili. Differentia, [h] quòd hic herbaceus est, alterius thymi albus: quidam hippophæon vocant: stomacho minùs vtilis, vomitiones minùs mouet: [29] sed tormina & inflationes discutit. Sumitur & ecligmate ad pectoris vitia cum melle, & aliquando iride. Aluum soluit, à quatuor drachmis ad sex, [30] cum mellis exiguo salísque & aceti. Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci [31] tenui similitudine pallioli, rubens: siccari in vmbra, bibi ex aqua acetabuli [32] parte dimidia, detrahere pituitam bilemq; [33] Aluum leniter [i] soluit & nymphæa in vino austero. Soluit & pycnocomon, erucę foliis crassioribus & rarioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente, caule [34] quadrãgulo, modico, tenui, flore ocimi. Inuenitur in saxosis locis. Radix eius in aqua mulsa denariorũ duũm põdere, [35] & aluum, & bilem, & pituitam exinauit. Semẽ somnia tumultuosa facit, vna drachma in vino potum. [36] Et capnos strumam discutit. Detrahit bilem polypodion, quam nostri [37] filiculam

10 Lego, item ad hanc tid est, cholera. e vino Dal.
11 Ledon.M. Dioscor. & CH.
12 in arcu M.
13 lanugine. vt supra.
14 onere M.
15 orobethron. Dioscor. & CH.
16 minor eandem hir furióque paulùm semper emittens. CH.
17 paulum. M.
18 aquam. Refrigerant, spissant, cruribus. M.
19 rissibus. Vet.
20 &, in M. d.
21 illos, in M. d. Dioscor. CH.
22 letheoron. M.
23 duorum. CH.
24 ciet. Vet.
25 sumuntur. M.
26 pituitam. Vet.
27 purgat anagallides. CH.
28 epithymum. Id flos est &c. Dal.
29 sedat. M.
30 cum melle, & exiguo salis atque aceti. CH.
31 tenue, simil. pili, Vet.
32 mensura M.
33 Aluo leniter soluta CH.
34 quadrangulo. CH.
35 per aluum. Dal.
36 Panos & dranas. Dioscor.
37 filiculam CH.

vocant:similis enim est filici. Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa, ceu polyporum[38] cirri, subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis. Exprimitur succus aqua madefacta: &[39] ipsa concisa inspergitur oleri vel betæ, vel maluæ, vel salsamento:[40] vel cum pulticula coquitur ad aluum vel in febri[41] leniter soluendam. Detrahit bilem & pituitam, stomachum offendit. Aridæ farina indita naribus[k] polypum consumit.[42] [l] Floret, & semen non fert. Scammonium quoque[43] dissolutionem stomachi[44] facit, bilem detrahit, aluum soluit, præterquàm si adiiciantur aloes drachmæ duę obolis eius duobus. Est autem succus herbę ab radice ramosæ, pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa. Nascitur pingui & albo solo. Radix circa Canis ortum excauatur,[45] vt in ipsa confluat succus: qui Sole siccatus, digeritur in pastillos. Siccatur & ipsa, vel cortex. Laudatur natione Colophonium, Mysium, Prienense: specie autem nitidum, & quàm simillimum taurino glutini, fungosum tenuissimis fistulis, citò[46] liquescens, virus[47] redolens,[48] gummosum, [m] linguæ tactu lactescens, quàm leuissimum, cùm[49] diluitur, albescens. Hoc euenit & adulterino, quod fit erui farina & tithymali marini succo, in Iudæa ferè: quod etiam strangulat sumptum. Deprehenditur gustu. Tithymalus enim linguam excalfacit[50] n bulbi more, nec antè, nec posteà vtile.[51] Dedêre & per se ex aqua mulsa & sale quaternis obolis. Sed vtilissimè cum aloe, ita vt incipiente purgatione mulsum bibatur. Fit & decoctum radicis in aceto ad crassitudinem mellis, quo lepræ illinuntur: & caput vngitur in dolore cum oleo. Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alij lactucam[52] °caprinã: narrántque lacte eius inscripto corpore, cùm inaruerit, si cinis inspergatur, apparere literas, & ita quidã adulteras alloqui maluere, quàm codicillis. Genera eius multa. Primus cognominatur characias, qui & masculus existimatur,[53] ramis digitali crassitudine, rubris,[54] rugosis, quinque aut sex, cubitali longitudine, à radice foliis[55] pẽdulis, in cacuminibus coma iunci. Nascitur in asperis maritimis. Legitur semen autumno[56] cum coma: siccatum sole tunditur & reponitur. Succus verò incipiente[p] pomorũ lanugine defractis[57] ramulis excipitur farina erui, aut ficis, vt cũ iis[58] aresćat. [q] Quinas autẽ guttas singulis excipi satis est. Tradúntque etiam toties purgari hydropicos fico sumpta, quot guttas lactis exceperit. Succus cum colligitur,[59] ne attingat oculos cauendũ est. Fit & è foliis tusis priore minùs efficax. Fit & decoctum è ramis. Est & semen in vsu cum melle[60] decoctum ad catapotia soluẽdæ aluijo gratia. Semen & [r] dentium cauis cera includitur. Colluũtur & radicis decocto è vino aut oleo. Illinunt & lichenas succo: bibúntque eũ,[61] vt purgẽt vomitione, & aluo soluta, aliàs stomacho inutilem. Trahit pituitam sale[62] adiecto in potu, bilem aphronitro. Si per aluũ purgari libeat, in posca: si vomitione, in passo[s] aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis datur. Ficos à cibo sumpsisse melius est. Fauces vtit leniter.[63] Est enim tam feruẽtis naturæ, vt per se extrà corpori impositũ, pustulas ignium modo faciat, & pro causticoin vsu sit. Alterum genus tithymali[64] myrsiniten vocãt, alij caryiten, foliis myrti acutis & pungentibus, sed mollioribus, & ipsum in asperis nascens. Colliguntur comæ eius hordeo turgescente, siccataq; in vmbra diebus nouem in Sole inarescunt. Fructus non pariter matureścit, sed pars anno sequente, & nux vocatur. Inde cognomen Græci dedêre. Demetitur cum messium maturitate,[65] lauatúrque, dein siccatur, & datur cum papaueris nigri duabus partibus, ita vt sit totũ acetabuli[66] modus: minus hic vomitionibus, quàm superior, cæteri item. Aliqui sic & folium eius dedêre, nucem verò ipsam in mulso, aut passo, vel cum sesama. Trahit bilem & pituitam per aluum. Oris hulcera sanat. Ad nomas oris folium cum melle estur. Tertium genus tithymali[67] paralias vocatur siue tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo, quod colligitur incipiente[68] vua, & siccatum teritur, sumitúrque acetabuli mensura ad purgationes. Quartum genus helioscopion appellant, foliis[69] portulacæ, ramulis stantibus à radice quatuor aut quinque, rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Hoc circa oppida nascitur, semine albo, columbis gratissimo,[70] quod colligitur incipiente vua. Nomen[71] accipit, quoniam capita cum Sole circumagit. Trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio

38 cirrhus, τῦ πολύποδ. Th.
39 ipsa minuta concisa CH.
40 aut cum. CH.
41 leniter. CH,
42 Nec floret, nec semen fert. Vet Florem & semen &c. M.
43 dissolutiones. CH.
44 fecit, præterquàm si &c. duobus. Bilem detrahit, aluum soluit. Est autem succus. Vet.
45 vt ex ipsa. Vet. vt in ipsam. Alij Vet. & CH.
46 liquescit. CH.
47 redolens, sub lingua clatescens, quam &c M.
48 gummosum. CH.
49 diluatur. CH.
50 bimatu, nec antè, nec post, vtile. Vetissimo vsus: nec ante &c. Alij Vet. vsus bimone, nec ante. CH.
51 Dedere per se ex aqua, vel mulsa. Ver. & CH.
52 marinam. Celsus. Colum. caprinam. Narrant lacte. Vet.
53 caulibus. Dioſc.
54 succosis. Dioſco. & CH.
55 oleæ. Dioſc. peneleæ. CH. Lege, penè oleæ.
56 vt & coma. Dioſc.
57 ramis. CH.
58 arescat. CH.
59 ne manus attingat. Dioſco.
60 decocto. CH.
61 vt purget. M.
62 addito. CH.
63 Est & aliàs eam. Vet.
64 myrriten. M. myrsiten. CH.
65 lotum deinde. M. lauatúmque deinde. CH.
66 modo: minus hic non vom. aptus, quàm. M.
67 paralium. CH.
68 vua nigrescere. Th.
69 porcilacæ. CH.
70 Hæc superuacua sunt, & repetita ex superioribus periodis.
71 accepit. Vet.

dimidio acetabulo: cæteri vsus, qui characiæ. Quintum cypariſſian vocant propter foliorum ſimilitudinem, caule gemino aut triplici naſcentem in campeſtribus: cui eadem vis, quæ helioſcopio, aut characiæ. Sextum platyphyllon vocant: alij corymbiten, alij amygdaliten à ſimilitudine. Nec vllius latiora ſunt folia. Piſces [t] necat, aluum ſoluit, radice vel foliis vel ſucco in mulſo aut aqua mulſa drachmis quatuor. Detrahit priuatim aquas. Septimum dendroides cognominant, alij[72] cobion, alij leptophyllon, in petris naſcens, comoſiſſimum ex omnibus[73] maximè cauliculis rubentibus, & ſemine copioſiſſimum, eiuſdem effectus, cuius characias. Apios iſchas, ſiue rhaphanoſagria, iuncos [u] duos, ſiue tres ſpargit in terra rubentes, foliis [x] rutæ: radix cæpæ, ſed amplior: quare quidam rhaphanum ſylueſtrem vocant. Intus habet[74] mammam candidam, extrà corticesnigros. Naſcitur in montoſis aſperis, aliquando & in [y] herboſis. Effoditur vêre, tuſáque in fictili mergitur: deiectóque quod ſupernatat,[75] reliquus ſuccus purgat vtraque parte, ſeſquiobolo in aqua mulſa. Sic & hydropicis datur acetabuli menſura. Inſpergitur & aridæ radicis farina potioni: aiúntque ſuperiorem partem eius vomitione[76] biles extrahere, inferiorem per[77] aluum. Tormina diſcutit quodcunque panaces & vettonica,[78] præterquàm à cruditate: peucedani ſuccus & inflationes, ructus gignens: item acori radix daucúmve, ſi [z] lactucæ modo ſumatur. Ladanum Cyprium potum interaneorum vitiis occurrit: item gentianæ farina, ex aqua tepida fabæ magnitudine. Plantago manè ſumpta duabus[79] linguis, & tertia papaueris in vini[80] non veteris cyathis iiii. Datur & in ſomnum euntibus, [A] addito nitro vel polenta, ſi multò poſt cibum detur. Colo infunditur hemina ſucci, vel in febri. Agaricum potum obolis tribus in vini veteris cyatho vno, lieni medetur: & panacis omnium generum radix[81] in mulſo. Sed Teucria præcipuè, pota arida & decocta, quantùm manus capiat, in aceti heminis tribus. Ad[82] vulnus illinitur eadem cum aceto: aut ſi tolerari non poſſit, ex ficu vel aqua. Polemonia bibitur ex vino. Vettonica drachma in oxymelitis cyathis tribus. Ariſtolochia, vt contra ſerpentes.[83] Argemonia vii. diebus in cibo ſumpta, lienem conſumere dicitur: agaricum in aceto mulſo obolis duobus. Nymphææ heracliæ radix[84] è vino pota, & ipſa conſumit. Ciſſanthemus, drachma bis die ſumpta, in vini albi cyathis ii. per dies xl. lienem dicitur paulatim emittere per vrinam. Prodeſt & hyſſopum cum fico decoctum. Lonchitidis radix decocta, priuſquàm ſemen[85] emittat. Peucedani quoque radix decocta, & lieni & renibus. Lien[86] acori potu conſumitur. Præcordiis & ilibus vtiliſſimæ radices. Clymeni ſemen potum diebus xxx. pondere denarij in vino albo. Vettonicæ farina ex melle & aceto[87] ſcillite pota. Radix lonchitidis in aqua, & Teucrium illinitur. Item ſcordium cum cera, agaricum cum farina fœnigræci, veſicæ malis, [B] contráque calculos[88] grauiſſimis cruciatibus, vt diximus, auxilio eſt. Polemonia ex vino pota: item agaricum. Plantago radice vel foliis potis ex paſſo. Et Vettonica, vt in iocinere diximus. Item ramici, pota atque illita. Eadem ad ſtrangurias efficaciſſima. Ad calculos quidam vettonicam & verbenacam & millefolium æquis portionibus ex aqua, pro ſingulari remedio bibere ſuadent. Strangurias diſcuti & dictamno cerium eſt. Item quinquefolio decocto ad tertias in vino: hoc & enterocelicis dari atque illini, vtiliſſimum eſt. Xiphij quoque radix ſuperior vrinam ciet infantibus.[89] Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur veſicæ vitiis. Peucedani ſuccus[90] infantium ramici: & vmbilicis eminentibus pſyllion illinitur. Vrinam cient anagallides, acoríque radicis decoctum, vel ipſa trita[91] potáque, &[92] omnia veſicæ vitia ſanat. Et calculos herba & radix cotyledonis. Itémque [C] genitalium inflãmationem omnem, pari[93] põdere caulis & ſeminis & myrrhæ. Ebulum[94] teneris cum foliis tritum, ex vino potum, calculos pellit: impoſitũ [D] teſtes ſanat. Etigeron quoque cum farina thuris & vino dulci, teſtium inflammationes ſanat. Symphyti radix illita enterocelas cohibet: genitalium nomas hypociſthis alba. Artemiſia quoq; datur cõtra calculos ex vino dulci, & ad ſtranguriam. Dolores veſicæ ſedat ex vino nymphææ heracliæ radix. Eadem vis [E] crethmo, ab Hippocrate admodũ[95] laudata. Eſt autem inter eas quæ eduntur ſyluestrium herbarum. Hãc certè apud Callimachum

72 cubion. CH. in emend.
73 maximis. M. & CH.
74 carnem. Vet.
75 relictus succus colligitur, purgat. Vet.
76 bilem & pituitam. Dioſc.
77 aluum aqua. CH.
78 prætereaque cruditatem. Vet.
79 linguis, seu cochlearibus. M. lingulis. CH.
80 nõ veteris, in CH. d.
81 in aceto mulso. Ver.
82 vulnera. Vet. hiemigam. CH.
83 Argemone. Vet.
84 in. CH.
85 demittat. CH.
86 acoro poro. M.
87 scillito. CH.
88 in grauiss. Vet.
89 Ictericis. M.
90 infantibus. CH.
91 potaque etiam veſicæ. M.
92 omnem, in M. d.
93 pondere feminis caulis. Vet.
94 tenerum. CH.
95 laudato. Dal.

apponit ruſtica illa Hecale: [96] ſpeciéſque eſt batis [97] hortenſis. Caulis vnus palmum altus, ſemen [F] feruens, odoratum, ceu libanotidis, rotundum, ſiccatum rumpitur: habet intus nucleum candidum, quem aliqui cachryn vocant. [98] Folia pinguia, albicant veluti oliuæ, craſſiora, & ſalſa guſtu: radices digiti craſſitudine tres aut quatuor. Naſcitur in maritimis [99] petroſis. Eſtur crudum coctúmve cum olere, [100] odorati ſaporis & iucundi. Seruatur etiam in muria: [101] præcipui vſus ad ſtranguriam, folio, vel caule, vel radice ex vino. Colorem quoque corporis gratiorem facit, [102] verùm æquo largior inflationes. Alium ſoluit decocto vrinámque, & à renibus humorem trahit. Sic & althææ ſiccæ farina in vino pota, ſtranguriam tollit, efficaciùs addito dauco. Lieni quoque vtilis. Aduerſus ſerpentes bibitur. Iumentis quoque in pituita, aut ſtranguria hordeo inſperſa ſuccurrit. [10] Anthyllion eſt lenti [103] ſimillima, quæ in vino pota veſicas vitiis liberat, ſanguinem ſiſtit. Altera eſt anthyllis, chamæpityos ſimilis, flore purpureo, odore graui, radice intubi. [104] Vel magis cepæa, ſimilis portulacæ, nigriore radice, ſed inutili, naſcens in litoribus harenoſis, guſtu amara. In vino cum aſparagi radice veſicæ plurimùm prodeſt. Eadem præſtat hypericon, quam alij chamępytin, alij [105] corion appellant, [106] oleraceo frutice, tenui cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, ſemine in ſiliqua nigro, matureſcente cum hordeo. [G] Natura [107] ſemini ſpiſſandi, aluum ſiſtit: vrinam ciet: [108] ad calculos veſicæ cum vino bibitur. Eſt aliud hypericon, quod alij [109] corin appellant, folio [110] tamaricis, & ſub ea naſcitur, ſed pinguioribus foliis [111] & minùs rubentibus, odoratum, palmo [112] altius, leniter ſuaue, [113] aculeatum. Vis ſemini excalfactoria, [114] & ideò inflationem facit enterocelis: ſed ſtomacho non inutile, præcipuum ad ſtranguriam, ſi exhulcerata non ſit veſica. [20] Medetur & pleuriticis ex vino potum. Veſicæ autem [115] callitrichon trita ſimul cum cumino, & data ex vino albo. Verbenaca quoque [116] foliis decocta ad tertias, vel radix eius è multo [117] calido calculos eiicit. Item perpreſſa, quę Aretij & in Illyrico naſcitur, in aqua decocta è tribus heminis ad vnam, & pota. Trifolium ex vino ſumptum, [118] & chryſanthemum [119] [H] primum. Anthemum quoque calculos eiicit, paruis à radice foliis quinis, caulibus longis duobus, flore roſeo: radices tritæ per ſe, ceu [I] lauer crudum. Silaus naſcitur [120] glareoſis & perennibus riuis, cubitalis, apij ſimilitudine. Coquitur, vt [K] olus [121] acidum, magna vtilitate veſicæ: quæ ſi ſcabiem ſentiat, panacis radice [122] ſanatur, aliterinutile veſicis. Calculos pellit [L] malum erraticum, radicis libra in vini congio decocta ad [30] dimidias: inde heminæ ſumuntur per triduum. Reliquum ex vino [123] cum ſio, & vrtica marina, & daucum, & plantaginis ſemen ex vino. Et [M] herba Fuluiana trita ex vino: & hæc nomen inuentoris habet, nota tractantibus, vrinas ciet. Scordion teſtium tumores ſedat. Hyoſcyamum genitalibus medetur: peucedani ſuccus ex melle, & ſemen, ſtranguriæ: agaricum obolis tribus in vini veteris cyatho vno: trifolij radix drachmis duabus in [124] vino: dauci vna drachma, vel ſeminis. Iſchiadici & ſemine & foliis erythrodani tritis ſanantur, panace [125] pota: & infricata polemonia, ariſtolochiæ decocto folij. Agarico quidem & neruus, [126] qui [N] platys appellatur, & humerorum dolor ſanatur, obolis tribus in vini veteris cyatho vno [127] poto. Quinquefolium iſchiadicis & bibitur & imponitur. Ité ſcammonia decocta [128] cum hordei farina. Semen hyperici vtriuſque bibitur ex vino. Sedis vitia & attritus celerrimè ſanat plantago: condylomata quinquefolium: ſedē [129] conuerſam cyclamini radix ex aceto. [130] Anagallis cærulea [131] procidentia ſedis retro agit: è diuerſo rubens proritat. Cotyledon condylomata & hæmorrhoidas mirè curat. Teſtium tumores acori radix decocta in vino [132] tritáque & illita. Intertrigines negat fieri Cato, abſinthium Ponticum [133] ſecum habentibus.

96 ſpecieſque eius eſt. Vet.
97 hortenſiæ. CH.
98 Folio pinguí, albi cántefie & CH) veluti oliuæ, craſſiore, & ſalſo. M.
99 & petroſis. Dioſc.
100 odoratum, ſaporiſque. Vet.
101 præcipúſque vſus eius. Vet.
102 verùm largior in flationes alui ſoluit. Decocta vrinam & à ren. M inflationes facit. Alium &c. Alij Vet. verùm largior quoque inflationem. Alium. Vet.
103 ſimillima, naſcēs in litoribus arenoſis; guſtu amara (ſubſalſa. Dioſc.) quæ in vino &c. intubi. Sed id magis cepæa &c. inutili. In vino &c. Dioſc.
104 Veſicæ malis ea prę medentur, ſimilis. Ver. vel magis medetur. Cepææ ſimilis. CH.
105 coriſſum. CH.
106 ſurculaceo. Dioſ. & Vet.
107 ſemini, in M. d.
108 ad calculos, in CH. d.
109 caro. CH.
110 ericæ. Dioſc.
111 & minoribus, ac rubentibus Vet.
112 nō altius Dioſc. altius, ſuaue, & ideò inflationem facit, & ſtomacho non inutile, præ M.
113 acutum. Dioſc.
114 & ideò ad inflationem facit, ted ſtomacho non inutile. Vet. & ideo inſl. facit, ſanat in enterocelis. Alij Vet.
115 callitriche. Vet. callitrix. CH.
116 cum foliis. Vet. & CH.
117 caldo. CH.
118 & chryſanthemū. Antemis quoque. CH.
119 potum. Vet.
120 glabrioſis. CH.
121 atrum. Vet.
122 ſanatur, aliter inutili. Veſicę calculos. M.
123 ſicat & ſion. Vet. cum conyza. Vet.
124 vino dulci: vna dr. M. vino dulci, vel vna drachma ſeminis. Vet.
125 poto. M.
126 qui platus. CH.
127 potus. Vet.
128 & cum. CH.
129 euerſam. Vet.
130 Anagallidum. M. & CH.
131 procidentū. Vet. & CH.
132 triticque illita. CH.
133 ſic cum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Plurima, occupatiſſima.
b Cauſſam cur vrinam moueat, de ſuo reddit Plinius.
c Ob id terrenum ſuprà vocatur.
d Myriophyllon aquaticum Dodonæi.
e Dodonæi ophioglofſon.
f Hoc quidem valde alienum, bilem purgare, & aluum ſiſtere. Mirum verò, quòd hiſtoriam huius plantæ à Dioſcoride prolixè tractatam ne Plinius quidem attigerit. Vide cap. 12. libri 27.
g Nam præter adſtringentem vim plantarum ſuprà memoratarum, ferrum candens, in eo liquore extinctum qui bibitur, aluum potentiùs cohibet.
h Lego, quòd hoc herbaceum eſt, alterum verò thymū album. Quidam &c. vtile &c. id eſt quod ca. 10. lib. 21. tradidit, thymi eſſe duo genera: alterum candidum, quod ſolū nomine thymi Dioſcorides deſcribit: alterum nigricans, quod hic vocat herbaceum. Serpyllū zygin vocat Dioſcorides, Theophraſtus ἕρπυλλον ὑγρόδες.
i Imò potiùs retinet. Plinius negligenter id prodit.
k Collo ſuſpenſa prohibet, vt aiunt, ne polypus in natibus gignatur. Theophr.
l Nec floret, nec ſemen fert.

m Hoc ſignum fallax & incertum eſſe Dioſcorides tradit.
n Bulbi more, nec ante cibos, nec poſtea vtile &c. Purgans medicamentum dari etiam ſolitum poſt cibos, oſtendit mox. Bulbi autem omnes Dioſcoridi acres ſunt.
o Columella & Celſus marinam.
p Vindemiarum tempore. Dioſcor. Auctor, ex quo Plinius tranſcripſit, tempus intellexit, quo μᾶλα, ideſt, cydonia, lanuginoſa eſſe incipiunt, nempe Auguſtum menſem.
q Septem etiam, ſi pueris detur. Hippocrates lib. 4. de rat. vict. in mor. acut. ad finem.
r Eroſionibus dentium imponitur, lac, doloremq; mitigat, dentibus aliis cera munitis, ne defluens fauces & linguam offendat. Dioſc.
s Nam dulcia ventriculum euertunt, & vomitiones concitant.
t Tuſus & aquæ inſperſus. Dioſc.
v Tres, aut quatuor. Theophr.
x Longioribus, anguſtioribus, pallidis.
y μαγδαλιάδη, Theophr. cap. 9. lib. 10. hiſtor. ſilice ſaxoſis. Plinius legit χλοάδη.
z Ex aceto & oleo.
A Vt eius frigiditas temperetur. Additur autem nitrum ſi cauſſa eſt doloris impeditique ſomni craſſus & flatuoſus vapor: polenta verò, ſi acer & bilioſus humor.
B Vtroque eo remedio calculi franguntur, & viæ aperiuntur, per quas fracti exeant.
C τὸν ὠὸδεσιν αἰδοίων φύσιν καλᾶ. Dioſcorides, pudendorum præcluſiones & capiſtrationes laxat. Sed myrrhæ nullam mentionem facit.
D Duros, herniоſos, tumentes.
E Crithmum, vulgò portulacam marinam, autor confundit cum empetro, quod Narbonenſes vocant *Bacilles*, quaſi Baridas, & Normanni *Percepierre*, ob id puto, quòd iiſdem locis naſcuntur, & pariter eduntur in acetariis.
F In Dioſcoride eſt, crithmi fructum libanotidi ſimilem, odoratum, mollem, rotundum, ſiccum diſrumpi, & intus habere ὡς πυρῆδα σπέρμα, ſemen veluti tuffum: autor legiſſe videtur ὡς πυρῆδες.
G Hoc falſum, & à Dioſcoride non memoratum.
H Lego, potum. Dioſcoridi, & reliquis herbariis vnicum tantùm genus chryſanthemi eſt. Chryſanthum vocat Virgilius in Culice, *chryſanthiſque, ederaque nitor pallente corymbo*. Quidam & buphthalmum chryſanthemum eſſe volunt.
I Præcipuè quod Galli vocant *creſſon*.
K Oxylapathum.
L Sic vocari puto ariſtolochiam, præcipuè rotundam, quam malum terræ, & venenum terræ ſuprà nominauit cap. 8. lib. 25.
M Vrticam Græcam eſſe volunt: alij ſaxifragiam albam.
N Sic tendinem latum vocari puto, qui in calcem inſeritur.

De pulegio, & argemone. CAP. IX.

ALij adiiciunt & pulegium: quod ieiunus qui legerit, ſi poſt ſe alliget, inguinis dolores prohibet aut ſedat cœptos. [1 a] Inguinaria (quam quidam argemonem vocant) paſſim in vepribus naſcens, vt profit inguinibus, in manu tantùm habenda eſt. Panos ſanat panaces cum melle: plantago cum ſale: quinquefolium: perſolatæ radix, [2] vt in ſtru-
20 mis: item damaſonium: verba ſcum cum ſua radice tuſum, vino aſperſum, folióque inuolutum, & ita in cinere calfactum, vt imponatur calidum. Experti affirmauere, plurimū referre ſi virgo imponat nuda, ieiuna [3] ieiuno, & manu ſupina tangens dicat: Negat Apollo peſtem poſſe creſcere, quam nuda virgo reſtinguat: atque ita [4] retrorſa manu ter dicat, totiéſque deſpuant ambo. Medetur & radix mandragoræ ex aqua: radicis ſcammoniæ decoctum cum melle: ſideritis [5] cum adipe veteri: vel Chryſippea cum ficis pinguibus, & hæc ab inuentore habet nomen.

1 Inguinalis, quam quidam argemonio. CH.
2 vt & ſtrumas. Ver.
3 ieiuno, in CH. d.
4 retorſa. M. ſpreta. retorta.
5 cum adipe. contuſa: marib. cum axungia Vet. vel Chryſippus cum. CH.

ANNOTATIO.

a Alia hæc quàm bubonium deſcriptum cap. 5. lib. 27. Quibuſdam cruciata deſcripta Dodonæo cap. 78. lib. 4.

De nymphæa, & abſtinentia & appetentia Veneris, & de ſatyrio erythraico, & crategi, & ſideriti. CAP. X.

30 VEnerem in totum adimit, vt diximus, nymphæa [a] heraclia, [1] eadem ſemel pota, in xl. dies. Inſomnia quoque Veneris à ieiuno pota, & in cibo ſumpta. Illita quoque radix genitalibus, inhibet non ſolùm Venerem, ſed & affluentiam genituræ: ob id [b] corpus [2] alere vocémque dicitur. Appetentiam Veneris facit radix è xiphio ſuperior, data potu in vino. Item quam [3] crethmon agrion appellant: & [4] horminos agrios, cum polenta contrita. Sed inter pauca mirabilis [c] eſt orchis herba, ſiue ſerapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice, teſticulis ſimili, [d] ita vt maior, ſiue (vt aliqui
40 dicunt) [5] durior, ex [6] aqua pota excitet libidinem: minor ſiue mollior, [7] è lacte caprino inhibeat. [e] Quidam folio ſcillæ eſſe dicunt [8] læuiori ac minori, caule ſpinoſo. [9] Eiúſque radices ſanant oris hulcera, [f 10] thoracis pituitas, aluum ſiſtunt è vino potæ. [8] Concitatricem vim habet [11] ſatyrion. Duo eius genera: vna longioribus foliis, quàm oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina ad formam hominis teſtium, alternis annis intumeſcente ac reſidente. Altera [12] ſatyrion orchis cognominatur, & [13] fœmina eſſe creditur. [h] Diſtinguitur internodiis & ramoſiore frutice, [14 i] radice faſcinis vtili. Naſcitur ferè iuxta mare. Hæc [15] tumores & vitia partium earum [16] erumpentia cū polenta illita ſedat, vel per ſe trita. Superioris [17] radix [18] in lacte ouis colonicæ data, neruos intendit: eadē ex aqua remittit. Græci ſatyrion, foliis lilij [19] rubri, minoribus, & tribus non ampliùs è ter-
50 ra exeuntibus tradunt, caule læui, cubitali, nudo, [20] radice gemina: cuius inferior pars & maior mares gignat, ſuperior ac minor fœminas. [21] Et aliud genus ſatyrij (erythraicon appel

1 τὴ, eadem, vna Dal.
2 habere. CH.
3 ereumon
4 hormion cum pol
Vet. orminū cum pol
CH.
5 tenuior. CH.
6 lacte caprino. Dioſc.
7 ex aqua. Dioſc. ſic paulo poſt.
8 læuiore ac minore. CH.
9 Eiuſque, in M. & CH. d.
10 & thor. Vet.
11 vt ſatyr. Vet.
12 ſatyrios. CH.
13 fœminam. CH.
14 ſemine aeri, radice inutili. Alij radice faſcini. Naſc. CH.
15 tumores diſcutit, & vitia corporis ſerpentia. Dioſc.
16 erumpētia, in CH. d.
17 quoque radix. Dal.
18 in lacte ouino data. M.
19 rubris, &c. in terram vergentibus tra dunt &c. Dioſc.
20 magnitudine mali. Dioſc.
21 Eſt aliud. CH.

appellant) semine[k] viticis maiore, læui:[22] durę radicis cortice [23]rubro intus album includi, sapore [24] subdulce:[25] ferè in [26] montosis inueniri. Venerem, etiam si omnino manu teneatur radix, [27] stimulari, [28] adeò si bibatur in vino austero. Arietibus quoque & hircis segnioribus in potu dari. Et à Sarmatis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium prosedamum vocant. Vim eius restinguit aqua mulsa aut lactuca sumpta. In totum quidem Græci, cùm concitationem hanc volunt [29] significare, satyrion appellant,[l] sic & crategin cognominantes, & [30] thelygonon, quarum semẽ testium similitudinem est. Tithymali quoque ramorum medullam habentes, ad Venerem proniores fieri dicuntur. Prodigiosa sunt, quæ circa hoc [31] tradidit [m] Theophrastus, autor alioqui grauis, septuageno coitu durasse libidinem contactu herbę cuiusdam, cuius nomen[32] speciemq; nõ posuit. Sideritis adalligata varices minuit, & sine dolore[33] præstat.[34] Podagræ morbus rarior solebat esse, nõ modò patrum auorúmq; memoria, verumetiam nostra, peregrinus & ipse. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen inuenisset. Insanabilis non est credendus: quippe quoniam [35] & sponte[36] desiit, & in pluribus cura. Medentur panacis radices cum vua passa: succus hyoscyami cum[37] farina vel semen, scordion ex aceto: iberis, vti dictum est. Verbenaca cum axungia trita, cyclamini radix, cuius decoctum[38] & pernionibus prodest. Podagras refrigerat radix [39] è xiphio, semen è psyllio, cicuta cum lithargyro aut axungia, aeizoum in primo impetu podagræ rubentis, hoc est, calidæ. Vtrilibet verò conuenit erigeron cum axungia, plantaginis folia trita addito sale modico, [40] argemonia tusa ex melle. Medetur & verbenaca [41] illita, aut si pedes macerentur [42] in eius decocto. Et lappago, similis [43] anagallidi, nisi esset ramosior ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris: quæ [44] talis est, mollugo vocatur: similis, sed asperioribus foliis, asperugo. Superioris succus expressus pondere xi. denariorum [45] in vini cyathis duobus quotidie sumitur. Præcipuè verò liberat eo malo physcos thalassion, idest, fucus marinus, lactucæ similis, qui [46] conchyliis substernitur: non podagræ modò, sed omnibus articulorum morbis impositus, priùs quàm exaresiat. Tria autem genera eius: latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes [47] tinguntur, omnia eiusdem vsus. Nicander ea & aduersus serpentes in vino dedit. Salutare est & semen eius herbæ, quam psyllion [48] appellauimus, madefactum aqua, admistis in heminam seminis, resinæ Colophoniæ cochlearibus duobus, thuris vno. Laudantur & mandragoræ folia cum polenta tusa.

22 duro. Vet.
23 russo. Dioſc. & CH.
24 dulce. Dioſc.
25 ferunt M.
26 montuosis. M.
27 stimulat M.
28 magis adeo. Vet.
29 significari. M.
30 thelygonon & arregonõ. CH. leg. thel. & arrhenogonon.
31 tradit. M. & CH.
32 genusque. CH.
33 persanat. CH.
34 Hinc est alterius capitis initiũ in Vet. CH.
35 & in multis sponte. CH.
36 desinit, & in pl cu ratur Vet.
37 farina sesamę Vet.
38 & in pern CH.
39 ex pirio. CH.
40 argemone. Ver. & M.
41 illita ad pedes in aqua decocta. M. illita pedibus in aqua decocta Ver. & M. Italia.
42 in aqua in qua decocta sit. CH.
43 gallio. Dodon.
44 mollis est Dodon.
45 in vino. CH.
46 conchis insternitur. Th idest, innascitur.
47 tinguntur. CH.
48 nominauimus. CH.

ANNOTATIONES.

a Heracliam vocat, quòd radix, vt ait Dioscorides, *ῥοπαλοειδὴς* sit, idest, clauæ similis, nempe Herculis: aut quòd natam fabulentur nympha zelotypia erga Herculem mortua. Vide cap. 7. lib. 25.

b Quoniam habiliores sunt, & voce magis canora, qui Venere non vtuntur.

c Hæc reponenda ita sunt. Est orchis herba. Duo eius genera. Vna &c. ac residente. Nascitur ferè circa mare. Altera serapias orchis cognominatur &c. creditur, foliis porri, &c. habet vt satyrion. Hæc & tumores & vitia &c. trita.

d Hæc de primo orchi Dioscorides, non de serapiade.

e Ex Theophrasto legendum, Quidam folio scillæ esse dicunt, læuiori, ac minori, caule cuius tritici generi simili, aut acantho, & hoc recte. Nam caulis læuis, gracilis vt tritici, enodis vt acanthi, nullis vel paucis foliis vestitus, spicam elegantem, congestis floribus densam profert. Lege & apud Theoph. *τὸν δ' καυλὸν ὁμαλώτερον ἐκφὺς μᾶλλον οἷον πυρὸν ἢ ἀκάνθην.* Sic enim vocat Dioscorides quod nos acanthum dicimus.

f Hoc in Dioscoride non legitur, nec verisimile est, cùm adstringat.

g Arbiter in Satyra, *Ita est, inquit Quartilla. Quicquid Satyrij fuit, Encolpius ebibit.* Ac rursum, *Illine puella penicillo, quod & ipsum Satyrio tinxerat, Asyltos opprimebat.*

h Hæc negligenter à libertо Plinij ex historia cratæogoni orcheon ac satyriorum descriptioni inserta sunt.

i Radice bulbota, mali magnitudine, fulua, intus oui modo candida, sapore dulci & ori iucundo. Dioscor. Plinius hæc valde perturbat, miscens orcheon satyriorumque descriptiones, quæ Venerem concitant, tum etiam cratæogoni, quod ad mares gignendos valet, atque phylli thelygoni, & arrhenogoni, quorum historia diuersa est Theophrasto & Dioscoridi. Repetitur historia cynosorcheos & cratæogoni infrà cap. 8. 27. libr.

k *λίνα*, non *ἄγρα*, lini. Dioscor.

l Lego, Sic & cratæogonon cognominantes, quod distinguitur internodiis numerosiore frutice, semine acri, radice inutili, & arrhenogonum, cuius semẽ &c. Sic restituendus hic locus soloecismi periodorum corruptissimus.

m Cap. 20. lib. 9. histor. Ioannes Leo in Africa sua radicis Surnach meminit, in occidentali parte Atlantis crebræ; quæ in eclegmate sumpta penem inflat, & roborat: Venerem auget, vel si quis in eam tantùm casu miuxerit, credentibus incolis cùm eam virgines perminxissent incautæ, sine virorum concubitu grauidatas fuisse. Satyrij radicem hanc esse puto.

Medicina

Medicinæ generales de pedibus, talis, articulis, neruis, & remedia contra morbos qui totum corpus occupant, & de mirthryda, & vigiliis, & paralysi, & de febribus frigidis, & febre tumentorum, & phreneticis, & chamæacte, & aeizoo, & de igne sacro. CAP. XI.

TAlis verò tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mirè prodest. Articulis succus è centaureo minore. Idem neruis vtilissimus. Item centauris. Vettonica neruis discurrentibus per scapulas, humeris, spinæ, lumbis [1] pota, [2] vt in iocinere. Articulis quinquefolium impositum. Mandragoræ folia cum polenta, vel radix recens tusa cum cucumere syluestri, vel decocta in aqua. [3] Cubitorum ac pedum rimis polypodij radix. Articulis succus hyoscyami cum axungia. Amomi succus cum decocto: item centumculus decocta, vel muscus recens ex aqua [4] obligatur, donec inarescat: item lappæ boariæ radix è vino pota. Cyclaminos decocta in aqua perniunculos curat, omniáque alia frigoris vitia. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia: folia ex batrachio: epithymi succus. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo: verbenaca ex vino. Nunc peractis malis, quæ membratim sentiuntur, dicemus de his, quæ totis corporibus grassantur. Remedia autem hæc communia [5] inuenio. Ante omnes [6] potam [a] dodecatheum, de qua diximus. Deinde panacis omnium generum radices, peculiariter longinquis morbis, & semen interaneorum [b] vitiis. Ad omnes verò corporis dolores succum è scordio: item Vettonicæ, quæ pota colorem plumbeum corporis priuatim emendat, gratioremq; [7] reducit. Geranion aliqui myrrhin, [8] alij merthryda appellant. Similis est cicutæ, [c] foliis minutioribus, & caule [9] breuiori, rotundo, saporis & odoris iucundi. Nostri sic eam tradunt. [d] Græci foliis candidioribus paulò quàm maluæ, caulibus tenuibus, pilosis, ramosam ex interuallis [10] binûm palmorum, & [11] in his foliis, inter quæ in cacuminibus capitula [12] sint gruum. Alterum genus foliis anemones, diuisuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci, reficientibus se ab imbecillitate vtilissima: & ferè talis [13] vera est. Bibitur contra phthisin drachma in vini cyathis tribus bis die. Item contra [14] inflationes: & cruda idem præstat. Succus radicis auribus medetur. [15] Opisthotonicis semen drachmis quatuor cum pipere & myrrha potum. Phthisin sanat & plantaginis succus, si bibatur, & ipsa [16] decocta. In cibo cum sale & oleo, & à somno matutino refrigerat. Eadem datur his, quos atrophos vocant, interpositis diebus. [17] Vettonica phthisicis ecligmate cum melle fabæ magnitudine: Agaricum potum duobus obolis in passo, vel daucon cum [18] centaureo maiore in vino. Phagedænis (quod nomen [19] sine modo [20] exedentium est, & aliâs hulcerum) tithymali medentur cum [21] sesamis sumpti. Inter mala [22] vniuersi corporis vigiliæ sunt plerisq;. Harum remedio monstratur panaces, clymenos, aristolochia, & odore, & peruncto capite: aeizoum, siue sedum, si inuolutum panno nigro, ignorantis puluinõ [23] subiiciatur: [24] & œnothera siue onuris hilaritatem [25] afferens in vino, [26] amygdalaceo folio, flore [27] rosaceo, fruticosa, longa radice, & cùm siccata est, vinum olente. Hęc in potu data feras quoque mitigat. Cruditates, quæ nauseam faciunt, digerit Vettonica. Eadem pota à cœna concoctionem facit, in oxymelitis cyathis tribus drachmæ pondere, & crapulam discutit. Item agaricum post [28] cibos in aqua calida potum. Paralysin Vettonica sanare dicitur: item iberis, vt dictum est. Eadem & torpentibus membris prodest: item argemonia, omnia quæ [e] periclitentur secari, discutiendo. Comitiales sanant panacis, quam [29] heraciam diximus, radices potæ cum coagulo vituli marini, ita vt sint panacis tres partes: plantago pota: [30] Vettonicæ in [31] oxymelite drachma, vel agaricum obolis tribus: folia quinquefolij ex aqua. Sanat & archezostis, sed cum ammineo pota. Sanat & baccharis radix arida in puluerem contrita, cyathis tribus cum coriandro in aqua calida. Et centunculus trita in aceto, aut melle, aut in aqua calida: verbenaca ex vino pota: hyssopi [f] baccæ ternæ contritæ, & in aqua potæ diebus sedecim: peucedanum cum coagulo vituli marini æquis portionibus potum: quinquefolij contrita folia [32] ex vino pota dic-

1 posita. M. fortasis, imposita.
2 & iocineri. Vet.
3 Digitorum in pedibus rimis. Vet. Sic & Cornar. rimis τῶν μυοδακτύλων. Dioſc. Digitorum in depedibus rimis. CH.
4 obligatus. M. & CH.
5 inueniunt. CH.
6 potandam. M.
7 reddit. Ver.
8 alij myrrhida. Ver. aut myrchidam. CH.
9 breuior, rotunda. CH.
10 trium. M.
11 his foliosis. Vet.
12 sunt. Vet.
13 rara. Vet.
14 insl. valuæ. Dioſc.
15 Opisthotonis. CH.
16 decocta cibo sumpta cum sale & oleo à somno. Vet. decocta in vino cum sale. Vet.
17 Vett. verò phth. CH.
18 centaurio. CH.
19 sinuum. Ver.
20 esurientium est & alia. CH.
21 sesamio. M. fortasis, sesamino.
22 vniuersa. M.
23 subiiciatur. Onothera. Dal.
24 Onagra, siue onothera. Dioſc.
25 affert. Vet.
26 amygdalino est folio. M.
27 roseo. CH.
28 cibum. CH.
29 heracleam. Dal.
30 Vettonicæ. Dal.
31 oxymeliti, de. vel agarico. CH.
32 ex vino, & sumpta diebus xxx. CH.

xxxi. Vettonicæ farina pondere x. iii. cum [33] aceti ſcillitici cyatho, mellis Attici vncia: ſcammonium obolis duobus cum caſtorei drachmis quatuor. Febres frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua: tertianas ſideritis cum oleo: item ladanum, quod in ſegetibus naſcitur, contuſum: plantago ex aqua mulſa, duabus horis [34] ante acceſſionem pota binis drachmis: vel ſuccus radicis madefactæ vel tuſæ: vel ipſa radix trita in aqua ferro calefacta. Quidam ternas radices in tribus cyathis aquæ dedêre. [35] Iidem in quartanis quaternas [36] fecerunt. Bugloſſo inareſcente, ſi quis medullam è caule eximat, dicátque ad quem liberandum febre id faciat, & alliget ei ſeptem folia ante acceſſionem, aiunt à febre liberari. Item Vettonicæ [37] drachmam, in aquæ mulſæ cyathis tribus, vel agaricum, maximè in his febribus, quæ cum horrore [38] veniunt. Quinquefolij folia quidam terna tertianis dedêre, quaterna quartanis, [39] plura cæteris: alij omnibus [40] obolis tribus cum pipere ex aqua mulſa. Verbenaca quidem & iumentorum febribus in vino medetur: ſed in tertianis à tertio geniculo inciſa, quartanis à quarto. Bibitur & ſemẽ hyperici vtriuſque in quartanis, & horroribus Vettonicæ [g] farina, quæ omnes horrores coercet. Item panaces, adeò excalfactoria natura, vt per niuem ituris bibere id, [41] ac perungi eo præcipiant. Et ariſtolochia perfrictionibus reſiſtit. Phreneticos ſomnus ſanat, qui contingit peucedano ex aceto capiti infuſo, [42] anagallidum ſucco. E diuerſo lethargicos [43] excitari labor eſt, hoc præſtante (vt perhibent) ex aceto naribus tactis peucedani ſucco. Contra inſanias [44] Vettonica bibitur. Carbunculos rumpit panaces. Sanat Vettonicæ farina ex aqua, aut braſſica cum thure, frequenti potu calidæ: vel è carbone in conſpectu extincto fauilla, digito ſublata & illita, vel plantago tuſa. Tithymalus characites hydropicos ſanat. Panaces, plantago in cibo, cùm priùs panem [45] ſuccum ederint ſine potu: Vettonica drachmis duabus in duobus cyathis vini aut mulſi: vel agaricum, vel ſemen lonchitidis, duabus [46] lingulis ex aqua potum: [47] pſyllium ex vino: anagallidũ ſuccus: cotyledonis radix è mulſo: ebuli recentis radix, excuſſa tantùm, nec colluta, [48] quantùm duo digiti comprehendant, ex vini veteris [49] calidi hemina: trifolij radix drachmis duabus [50] ex vino: tithymalum, platyphyllon cognomine, ſemen hyperici, quod [51] coris appellatur: [52] acte, quam quidam eſſe ebulum putant, radice contrita in vini cyathis tribus, ſi febris abſit, vel ſemine ex vino nigro. Item verbenaca, faſciculo manus plenæ decocta in aqua ad dimidias. Præcipuè tamen [53] chamæactæ ſuccus aptiſſimus creditur. Eruptiones pituitæ emendant plantago, cyclamini radix [54] cum melle: ebuli folia [55] contrita, & è vetere vino impoſita etiam boam ſanant, id eſt, rubentes papulas. Pruriginem ſuccus ſtrychni illitus. Igni ſacro medetur acizoum: folia trita cicutæ: mandragoræ radix. Siccatur [56] in aere, vt cucumis: [57] primóque ſuper muſtum ſuſpenditur, mox in fumo: dein tunditur [58] in vino aut aceto. Prodeſt & vino [59] myrteo fouere: Mentæ ſextans, viui ſulphuris vncia, ex aceto ſimul trita: fuligo ex aceto. Ignis ſacri plura ſunt genera, inter quæ medium hominem ambiens, qui [h] zoſter [60] appellatur, & enecat, ſi cinxerit. Medetur plantago cum creta Cimolia, & periſtereos per ſe: radix perſolatæ. Aliis quę ſerpunt, cotyledonis radix cum mulſo, acizoum, ſuccus [61] linozoſtis ex aceto.

33 aceto ſcilliti.CH.
34 acceſsione.CH.
35 Iidemque. M. Eadem in quart. quaterna fec CH.
36 dederunt. Vet.
37 drachma &c. vel agarico. Vet.
38 veniant. CH.
39 ceu plura. M.
40 tres obolos. CH.
41 perunguique. CH.
42 & anag. Dal.
43 excitare labor eſt, hoc præſtant euphorbeum ex aceto &c. CH.
44 betonica. CH.
45 ſiccum comederint. M. ſiccum ederint. CH.
46 ligulis. Dal.
47 pſyllion. CH.
48 quod. CH.
49 caldi. CH.
50 in. CH.
51 caros. CH.
52 chamæacte, quam quidem, Vet.
53 chamæactes. CH.
54 è. CH.
55 trita. CH.
56 in aſſes. CH. in has res. M. in hanc rẽ & cucumis. Vet. in aere, vt & cucumis. Alij Vet. in aſſes, vt cuc. Alij Vet.
57 primumque. CH.
58 è vino, aut aceto. CH.
59 myrtico. CH.
60 vocatur. M. vocaturi, & necat. CH.
61 è linozoſti. CH.

ANNOTATIONES.

a Dodecatheos vocatur hæc herba à duodecim diis maiorum gentium, ſiue Conſentibus, primæ autoritatis & dignitatis inter numina, qui ſimul in concilium veniunt, præſide & principe ex iis Ioue. Ennius his duobus verſibus complexus eſt.

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

b Obſtructionibus.
c Prima ſpecies Dodonæi.
d Hoc eſt ſecundum genus Dioſcor. vulgo, pes columbinus.
e Mala tam grauia, vt vel expectanda ſit ſuppuratio, quam ſecare oporteat: vel vt amputandum membrum ſit.
f Suſpectus hic locus, quoniam & baccas hyſſopus non habet, & eam facultatem hyſſopo Dioſcorides non tribuit. Quid ſi legamus, hederæ, aut aliquid eiuſmodi? Repetitur tamen hæc vox ſequenti capite hyſſopi baccæ cum aqua potæ &c. Quidam legunt iſopyri, alij chryſocarpi, alij hippogloſſi, quod mihi placet. At ſuprà cap. 6. hyſſopi quoque quinque rami, cum duobus rutæ, & ficis tribus decocti, thoracem purgant. Ego prorſus legendum puto, hyſſopi faſces cerni contriti & in aqua poti.
g De affectata huius vocis innouatione vide quod adnotatũ eſt cap. 8. lib. 25. Sic Plinius vocat aridæ herbæ tenuem puluiſculum.
h Scribonius Largus zonam vocat cap. 62.

Ad

Ad luxata membra, & contra morbum regium, & contra furunculos, & fiſtulas, & inflationes, & ambuſtionem, & contra alios morbos, ad neruos, ad ſanguinem. CAP. XII.

RAdix polypodij illita luxatis medetur. Dolorémque & tumores tollunt ſemẽ pſyllij, folia plantaginis [1] tuſa, ſale modico addito: verbaſci ſemen ex vino decoctum & contritum: cicuta cum axungia. Folia ephemeri [2] tuberibus atque tumoribus [3] illinuntur, quæ etiamdum diſcuti poſſunt. Morbum regium in oculis [4] præcipuè mirari eſt, tenuitatem illam denſitatémque tunicularum felle ſubeunte. [a] Hippocrates à ſeptimo die in [6] febre, mortiferum ſignum eſſe [7] docuit. Nos ſcimus vixiſſe aliquos etiam ab hac deſperatione. Fit verò [8] & citra febres impugnatúrque centaureo maiore (vt diximus) poto, Vettonica, agarici obolis tribus ex vini veteris cyatho: item verbenacæ folio, obolis tribus ex vini calidi hemina quatriduo. Sed celerrimè quinquefolij ſuccus medetur tribus cyathis potus cum ſale & melle. Cyclamini radix drachmis tribus bibitur in loco calido, & à perfrictionibus tuto: ſudores enim felleos mouet. Folia tuſſilaginis ex aqua: ſemen linozoſtis vtriuſque inſperſum potioni, vel cum abſinthio, aut cicere decoctum: [9] hyſſopi [b] baccæ cum aqua potæ: lichen herba, ſi cùm fumitur, cætero olere abſtineatur: polytrix in vino data, ſtruthion in mulſo. Paſſim & in quacunque [10] parte ac maximo incommodo naſcuntur, qui furunculi vocantur, mortiferũ aliquando malum [11] confectis corporibus. Remedio ſunt pycnocomi folia trita cum polenta, ſi nondum [c] caput fecerint. Diſcutiunt & folia ephedri illita. Fiſtulæ quoque in omni parte ſerpunt, medicorum vitio malè fectis corporibus. Auxilio eſt centaureum minus collyriis cum melle decocto [12] additis: plantaginis ſuccus infuſus: quinquefolium cum ſale & melle: ladanum cum caſtoreo: cotyledon cum medulla ceruina calefacta, [13] impoſita: Verbaſci radicis medulla collyrij tenuitate in fiſtulam [14] additur: vel ariſtolochiæ radix, vel ſuccus tithymali. Collectiones inflammationéſque ſanant [15] argemoniæ folia illita. Duritias & collectiones omnes verbenaca, vel quinquefolium, decoctum in aceto: verbaſci folia vel radix: hyſſopum è vino impoſitũ: acori radix, decocto eius herbæ fouentibus: acizoum. Item quæ contuſa ſint, duritiáſque & ſinus [16] corporis. Illecebræ omnia infixa corpori extrahunt, folia tuſſilaginis, daucum, ſemen leontopodij tritum in aqua cum polenta. Suppurationibus imponuntur pycnocomi folia trita cum polenta, vel ſemen: item orchis. Vitia, quæ ſint in oſſibus, ſatyrij radice impoſita, efficaciſſimè ſanari dicũtur. Nomę & collectiones omnes, fuco maris, priuſquàm inareſcat: Et [17] alceæ radix collectiones diſcutit. Ambuſta ſanantur plantagine, arcio, ita vt cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta, & contrita illinuntur: radices cyclamini cum acizoo: herba ipſa hyperici, quod [18] corion appellauimus. Neruis & articulis conuenit plantago trita cum ſale: [19] argemonia tuſa ex melle. Peucedani ſucco perunguntur ſpaſtici, tetanici. Neruorum duritiæ [20] ægilopis ſucco dolorib [9] erigeron ex aceto illinitur. Epithymo ſpaſticis [21] opiſthotonicis perungi, [22] ſemine hyperici, quod [23] coris vocatur, [24] idémque bibere prodeſt. Phrynion dicitur etiam abſciſſos ſanare neruos, ſi confeſtim imponatur trita vel manſa. Spaſticis tremulis, opiſthotonicis alceæ radix bibitur ex aqua mulſa. Sic & rigores excalfacit. Sãguinis [25] profluuium ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum. Eadem & in radice vis. [26] [c] Cyclaminos verò, ſi ore ſanguis reiiciatur, ſiue è naribus, ſiue aluo fluat, ſiue fœminarum vtero, item lyſimachia pota vel illita, vel naribus indita: item plantaginis ſemen: quinquefolium porum & illitum: cicutæ ſemen in nares, ſi in defluat, tritum ex aqua inditum aeizoum, aſtragali radix: ſiſtit & iſchæmon, & [27] Achillea.

1 trita, ſale modicè additto. CH.
2 vberum tumoribus. M.
3 illinuntor, quæ & tantum diſc. CH.
4 præcipuè, in CH. d.
5 etiam. CH.
6 febri. CH.
7 dicit. CH.
8 circa & febres impugnatúrque centaurio maiori. CH.
9 hyſſopus cum ficis in aqua pota. Dioſc.
10 parte maxima incommoda M. parte ſed maximè incommoda. CH.
11 confectis. CH.
12 additis. Vet.
13 & impoſita. CH.
14 additur. Vet.
15 argemones. Dal.
16 corporis, & tela omnia inf. Vet.
17 alceæ. CH.
17 chorylſum. CH.
19 argemone. Dal.
20 ægilops. CH.
21 & opiſth. M. & CH.
22 ac ſemine. Vet.
23 caris. CH.
24 itemque. CH.
25 profluuia. CH.
26 Clymenus vero ſiue ore. CH.
27 Achillia. CH.

ANNOTATIONES.

a Imò verò ante diem ſeptimum pernicioſum: at ſeptimo, nonò, vndecimo vtilem, niſi dextrum hypochondrium dureſcat. Aphor. 62. & 64. lib. 4.
b Sic ſuperiori proximo capite locutus eſt. Ita vocat fortaſſis Plinius calices exiguos qui flori delapſo ſuccedunt, & ſemen continent.
c Si nondum in acutum faſtigium ſublati fuerint, ſi nondum in acuminatum verticem extuberauerint.
d Caries, teredo, ſcabrities, ἰ᾽ξόφωτις.
e Hæc duo verba, cyclaminos verò, delenda puto, quoniam falſum docent, & quæ ſequuntur referenda ad pæoniæ radicem.

De herba equiseto, nymphæa, peucedano, sideriti, aliisque pluribus ad sanguinem sistendum vtilibus, & stephanomeli, & erisithale, & contra vermes.

CAP. XIII.

[a] EQuisetum, hippuris, à Græcis dicta,[1] & pratis [b] vituperata nobis, (est autem pilus terræ, equinæ setæ [2] similis)[3] lienem cursorum extinguit decocta fictili nouo ad tertias, quantùm vas capiat, & per triduum heminis pota. [c] Vnctis esculentis ante diem vnum interdicitur. Græcorum varia circa hanc opinio. [d] Alij [4] pini foliis similem, nigricantem, eodem nomine appellant, vim eius admirabilem tradentes, quod etiam sanguinis profluuia vel tacto ea tantùm homine sistat. Alij hippurin,[c] alij [5] ephedron, alij anabasin vocant. Tradúntque iuxta arbores nasci, & scandentem eas dependêre comis iunceis multis nigris, vt est equorum cauda,[6] geniculatis ramulis folia habere pauca, tenuia, exigua. Semen rotundum, simile coriandro, radice lignosa: nasci in arbustis maximè. Vis eius spissare [7] corpora. Succus sanguinem è naribus fluentem [8] inclusus sistit: item aluum. Medetur dysentericis in vino [g] dulci potus cyathis tribus. Vrinam ciet; tussim, orthopnœam sanat: item rupta, & quæ serpunt. Intestinis & vesicæ folia bibuntur. Enterocelem cohibet. Faciunt & aliam hippurin, [h] breuioribus & mollioribus comis candidioribúsque, perquàm vtilem ischiadicis, & vulneribus ex aceto impositam, propter sanguinem sistendum. Et nymphæa trita plagis imponitur. Peucedanum cum semine cupressi bibitur, si sanguis per os redditus est,[9] fluxítque ab infernis. Sideritis tantam vim habet, vt quamuis recenti gladiatoris vulneri [10] illigata, sanguinem claudat [10] quod facit & ferulæ cinis, vel carbo: fungus verò etiam efficaciùs, qui secundum radicem eius nascitur. Per nares autem fluẽti, & cicutæ semen tritum ex aqua [11] inditúmque, efficax habetur: item [i] stephanomelis ex aqua. Vettonicæ farina è lacte caprino pota, sistit [k] ex [12] vbere fluentem: plantagóque contusa. Eiusdem succus vomentibus sanguinem datur. Ad [l] erraticum autem [13] radix persolatæ cum axungia vetere [14] illita probatur. Ruptis cõuulsísque,[15] ex alto deiectis centaureum maius, gentianæ radix trita vel decocta, vel succus Vettonicæ, & hoc [m] ampliùs à vocis aut lateris contentionibus: panaces, scordion, aristolochia, [16] pota: agaricum. Item contusis & euersis potum duobus obolis in mulsi cyathis tribus, aut si febris sit, in aqua mulsa: verbascum, cuius flos similis auro est, acori radix, acizoum omne, [17] sed è maiori succus efficacissimè: [18] item symphyti radicis decoctum: daucum crudum. Erisithales est flore luteo, foliis acanthi: bibitur è vino: item chamærops: & in sorbitione irio, vel plantago omnibus modis. Item phthiriasi, qua Sylla Dictator consumptus est: [19] nascuntúrque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. [n] Resistitur vuæ taminiæ succo, aut veratri, cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta, etiam vestes eo tædio liberat.

1 & in pratis. Vet. & C.H.
2 similis, dolorem lienis cursorum. Vet.
3 lienes. CH.
4 pino. M. pinus. CH. iunci. Dioscor.
5 ephydron, Vet.
6 geniculis. CH.
7 corporea. CH.
8 infusus. Vet.
9 fluit ęt. Vet. fluxitue. CH.
10 inlitu. CH.
11 additumq;. CH.
12 vtero, Vet.
13 radix herbæ persolatæ. CH.
14 illita. Potatur à ruptis. M.
15 & ex alto. Vet.
16 pota. Agaricum item. Dal.
17 sed maioris succus, CH.
18 item foliorum symphiti, vel radices, vel decoctum. Vet.
19 nascuntur enim in sang. Vet.

ANNOTATIONES.

a Suprà cap. 28. lib. 18. dicta est equisetis, & equiselis, quoniam littera r, faciè in l, mutatur, vt Thetis Thelis: quemadmodum d, in l. vt medica, & melica. Varro cap. 9. 3. Sic *δάκρυον*, lachryma: *ἔλακτα*, alactis. Ab hac planta veteres codeta, quasi caudeta nominarunt trans Tiberim loca obsita caudis equinis apud Festum.
b Quoniam vliginosius pratum est, vbi nascitur. Vide cap. 28. lib. 18.
c In balneo lotis: vel, vnctis esculentis, cibis pinguibus.
d Hæc est hippuris minima, à Dioscoride non descripta, semper in aquis nascens, præcipuè cœnosis, & in iis sæpius demersa, interdum emergens: grauis odoris, & lutulenti. Lugdunenses *Chara* vocãt, vt alia duo genera *Prellen chara* verò quasi *χαραλοῖδα*, i. *λιμναίαν*, paiustrem.
e Eædem quoque sunt appellationes cauci plantæ ab hac diuersæ, suprà cap. 7. lib. 26.
f Nihil Dioscor. Præterea falsum id est. Nullum enim semen edit.
g Malim, austero.
h Hæc secunda est Dioscor.
i Quibusdam argentina, sic dicta, quòd melino flore in coronis placeat.
k Nobili cuidam fœminæ statò temporis interuallo memini sanguinem è sinistra mamma fluere guttatim solitum, & cùm imprudenter medicus adstringentibus remediis inhibuisset ac retinuisset, enatum cancrum, quo periit.
l Sanguinem, nempe erysipelas huc illuc irruens ac decurrens.
m Ruptis vasis pulmonis.
n Hoc de staphisagria Galenus, Dioscorides, & alij scribunt, quam Plinius cap. 1. lib. 23. falsò vuam taminiam vocari tradit, vt Plinium accusare meritò liceat & obliuionis & inconstantiæ.

Ad hulcera, plagas, & ad verrucas tollendas, & de polycnemo. *CAP. XIIII.*

HVlcera multorum sunt generum, ac multis modis curantur. Panacis omnium generum radix, ex vino calido illinitur manantibus. Siccat priuatim, quam Chironiam diximus.

diximus. Cum melle trita [1] tubera aperit: hulceribúsque, quæ serpunt, deploratis auxilio est cum æris flore, vino temperatá omnibus modis, vel flore, vel semine, vel radice. Eadem cum polenta vetustis vulneribus prodest. Heraclion quoque siderion, apollinaris, psyllium, [2] tragacantha, scordotis cum melle purgat. Farina eius carnes excrescentes per se [3] insparsa consumit. Polemonia hulcera, quæ cacoethe vocant, sanat: centaureum maius insparsum vel illitum: item minoris coma decocta vel trita, vetera quoque hulcera purgat & persanat. [4] Folliculi clymeni recentibus plagis imponuntur. Illinitur autem gentiana hulceribus, quæ serpunt, radice tusa, vel decocta in aqua ad mellis [a] crassitudinem, vel succo: vulneribus, ex ea factum lycium. Lysimachia recentibus plagis medetur. Plantago omnium generum hulceribus, peculiariter fœminarum, senum & infantium. [5] Igne mollita melior, & cum [6] cerato crassa hulcerum labra purgat, nomas sistit. Tritam suis foliis integere oportet. Suppurationes, collectiones, sinus hulcerum chelidonia quoque siccantur: vulnera adeò, vt etiam pro spodio vtantur. Eadem iam desperatis cum axungia imponitur. [7] Dictamnum pota sagittas pellit, & alia tela extrahit illita. Bibitur ex aquæ cyatho foliorum [8] obolo. Proximè pseudodictamnum. Vtraq; etiam suppurationes discutit. Aristolochia quoq; putria hulcera exest: sordida expurgat cum melle, verméque extrahit: item [b] clauos in [9] hulceribus natos: & infixa corpori omnia, præcipuè sagittas, & ossa fracta, cum resina. Caua verò hulcera explet per se. Et cum iride recentia vulnera ex aceto. Vetera hulcera verbenaca, quinquefolium cum sale & melle. Radices persolatæ, vulneribus ferro illatis recentibus imponuntur: folia [10] veteribus. Cum axungia vtrunque: & suo folio operitur. Damasonium, [11] vt in struma: folia vrbasci ex aceto aut vino. Peristereos ad omnia genera, vel callosorum putrescentium q; hulcerum facit. Manantia nymphææ heracliæ radix sanat. Item cyclamini radix vel per se, vel ex aceto, [12] vel cum melle. Eadem & contra steatomata efficax, [13] sicut ad hulcera manantia [14] hyssopum: item peucedanum, cui ad recentia vulnera vis tanta est, vt [15] saniem ossibus extrahat. Præstant hoc & anagallides, cohibéntque quas vocant nomas, & reumathismos. Vtiles & recentibus plagis, sed præcipuè senum corpori. Cum [16] cerato apostemata & hulcera tetra, folia mandragoræ recentia: radix vulnera cum melle aut oleo: cicúta cum siligine mista mero: aeizoum herpetas quoque & nomas, ac putrescentia: sicut erigeron verminosa: recentia autem vulnera astragali radix: & vetera quoque hulcera purgat hypocisthis vtraque. Leontopodij semen tritum in aqua, & cum polenta illitum, spicula sagittarum extrahit: item pycnocomi semen. Tithymalus characias succo gangrænas, phagedænas, putria, vel decocto ramorum cum polenta & oleo: orchis radices, hoc ampliùs & [c] cacoethe ex aceto cum melle siccæ & recentes: per se [17] œnothera [18] d efferentia sese hulcera [19] sanat. Scythica vulnera curant. Ad carcinomata, [20] argemonia ex melle efficacissima est. [21] Vulneribus [e] præsanatis asphodeli radix decocta, vt diximus, trita cum polenta & illita: quibuscunque verò apollinaris. Astragali radix in puluerem trita, humidis hulceribus prodest: item callithrix decocta in aqua. Priuatim verò iis quæ calceamento facta sint verbenaca, necnon & lysimachia contrita, ac nymphæa arida [22] infriata. Polythrix inueteratis iisdem [23] vtilior. [f] Polycnemon cunilæ bubulæ similis est, [24] semine pulegij surculosa, multis geniculis, corymbo odorato, acri & dulci odore, quæ ferro factis vulneribus [25] commanducata imponitur, [26] quinto die soluitur. Symphyton ad cicatricem celerrimè perducit: item sideritis. Hæc imponitur ex melle. Verbasci semine ac foliis ex vino decoctis ac tritis omnia corporis infixa extrahuntur: item mandragoræ foliis cum polenta: cyclamini radicibus cum melle. [27] Trissaginis folia in oleo contrita iis maximè adhibentur hulceribus, quæ serpunt: & alga in melle trita. Vettonica ad carcinomata, & [g] melanias veteres addito sale. Verrucas tollit [28] argemonia ex aceto, vel batrachij radix, quæ & vngues scabros aufert. Linozostidis vtriusque folia, vel succus illitus. Tithymali omnes, genera verrucarum [29] omnium: item omnia pterygia, varósque tollunt. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.

1 tubercula. Vt capite superiore proximo.
2 traganthos. CH.
3 insparsum. CH.
4 Colliculi. Vet.
5 Igni emollita. CH.
6 cerato. Crassa. M:
7 Dictamnos. Dal.
8 obolus. Vet.
9 vlcere. CH.
10 veteribus cum axungia. Vtrunque &, M.
11 autem & in struma. Vet.
12 & cum. Vet.
13 sic & ad. CH.
14 œsypum. Vet.
15 squamam. M. & CH.
16 cerato. Dal.
17 onothera. CH.
18 efferantia. Vet.
19 sanat. Scythæ vulnera Scythica. M. & CH. *τὰ θηριώδη ἕλκη*. Dioscor. id est, *κακοήθη*, *ἀγριόμορφα*.
20 argemone. Vet.
21 ulceribus persanatis. CH.
22 infricata. Vet.
23 vtilior est. CH.
24 caule pul. surculoso. Dioscor.
25 cum aqua. Dioscor.
26 & quinto. Vet.
27 Trixagenis. CH.
28 argemone.
29 omnia: item pterygia, varos tollit. CH.

ANNO-

a Crassitiem: at succo vulneribus auxilio est, veluti lycium. Dioscor. ἰφὶ ἧς τραυματισμὸς ἰᾶται τὸ λύκιον.
b Callosam duritiem longam & teretem.
c Nescit Plinius phagedænas, gangrænas, putria cacoethe ulcera esse.
d τὰ θηριώδη ἕλκη, Dioscor. Itaque legendum, efferantia: nempe quæ fera & maligna exacerbantur.
e Ne cicatrix exuberet, & immodicè assurgat.
f De cunila bubula obliuiosè Plinius id scribit cap. 8. huius libri.
g μελανώματα, nigras maculas.

De pluribus experimentis ad mulierum menses, & vuluæ morbos, & partus eiiciendos, & continendos, & cutis in facie vitia, & capillum tingendum & tollendum, & quadrupedum scabiem.
CAP. XV.

ARtemisiam & elelisphacum alligatas qui habeat viator, negatur lassitudinem sentire. Muliebribus[a] morbis medetur maximè in vniuersum pæoniæ herbæ semen nigrum ex aqua mulsa. Eadem & in radice vis menses ciet: panacis semen cum absinthio menses & sudores: scordotis potu & illitu. Vettonica drachma in vini cyathis tribus bibitur contra omnia vuluarum vitia, aut[b] quæ à partu fiunt. Menses nimios sistit Achillea imposita, & decoctum eius insidentibus. Mammis imponitur hyoscyami semen ex vino: locis radix[1] è cataplasmate: & mammis[2] etiam chelidonia. Secundas morantes, vel partus emortuos, radices panacis appositæ extrahunt. Ipsum panaces[3] in vino potum vuluas[4] purgat, appositúmque cum melle. Polemonia pota ex vino, secundas pellit: [5] nidore purgat vuluas. Centaurei minoris succus potu, fotúque menses ciet. Item maioris radix, in vuluæ doloribus iisdem modis prodest. Derasa verò & apposita, extrahit partus emortuos. Plantago apponitur in lana in dolore vuluæ: instrangulatu bibitur. Sed præcipua dictamno vis est. Menses ciet, partus emortuos vel transuersos ciicit: bibitur ex aqua foliorum[6] obolo, adeò ad hæc efficax, vt nec in cubiculum quidem prægnantium inferatur. Nec[7] potu tantùm, sed & illitu & suffitu valet. Proximè pseudodictamnum. [8] Sed menses ciet cum mero decoctum pondere denarij. [9] Plurimis tamen modis aristolochia prodest: nam & menses & secundas ciet, & emortuos partus extrahit, myrrha & pipere additis, pota, vel subdita. Vuluas quoque procidentes inhibet fotu vel suffitu, vel subiectu, maximè tenuis. Strangulatum ab his, mensiúmque difficultatem agaricum tribus obolis in vini veteris cyatho potum, emendat: peristereos appositа in adipe suillo recenti: antirrhinon cum rosaceo & melle. Item appositа nymphææ[c] thessalæ radix, dolori medetur. In vino nigro pota profluuia inhibet. E diuerso ciet cyclamini radix pota & appositа. Et veficæ insidentium decocto medetur. Secundas pota cissanthemos pellit, vuluam sanat. [10] Et xiphij radix superior menses ciet, drachma ex aceto pota. Peucedanum strangulatus vuluæ nidore vstum recreat. Menses aluósque præcipuè [11] psyllium, drachma in cyathis tribus aquæ mulsæ ciet: semen mandragoræ potum vuluam purgat. Menses ciet succus appositus, & [12] emortuos partus. Nimia rursus profluuia sistit semen cum vino & sulphure. Alui profluuia sistit & cóntrahit batrachion potu vel cibo, ardens aliâs (vt diximus) cruda. Sed cocta commendatur[13] sale & oleo, & cumino. Daucum & menses & secundas potu facillimè pellit. Ladanum suffitu corrigit[d] vuluas: dolori earum exulceratísque imponitur. Emortua scammonium pellit, potum vel appositum. Menses ciet hypericum vtrunque, appositum. Ante alia verò (vt Hippocrati videtur) crethmos è vino semine[14] vel radice: cortice trahit & secundas: [15] succurrit & strangulationibus ex aqua pota: item radix è geranio, peculiariter secundis[16] inflammationibúsque vuluarum conueniens. Purgat hippuris pota & appositа vuluas. Polygonus pota menses[17] ciet & althææ radix. Folia plantaginis pellunt, item agaricum ex aqua mulsa. Artemisia vuluæ medetur trita, ex oleo irino[18] aut fico, aut cum myrrha appositа. Eiusdem radix pota in tantum purgat, vt partus enectos extrahat. Menses & secundas ciet ramorum decoctum insidentibus: item folia pota drachma. Ad eadem omnia prosunt vel impositа ventri[19] imo cum farina hordeacea. Acoron quoque vtile est interioribus fœminarum morbis, & coniza

1 in.CH.
2 &.CH.
3 é.CH.
4 corrigit.CH.
5 nidoreque. Vet.
6 obolus.Vet.
7 pota.CH.
8 Sed, in Vet. d. Sed tardius menses. Dal. vt mox infrà hoc ipso capite.
9 Pluribus.M.Vet.
10 Xiphio. CH.
11 psyllio sistit.Vet.
12 mortuos.M.
13 cum sale.Vet.
14 vel radicis cortice. Ver. vel radice cortice trahit & secundas: succurrit, &c. f. 11.
15 succurrit strangulationibus ea ex aqua.M.
16 inflationibusque. CH.
17 sistit.Dioscor.
18 siue cum fico, Dal.
19 vne cum.M.

vtraque, & crethmos. Et anthyllides duæ vuluis vtilissimæ, torminibúsque, & secundarum moræ, in vino potæ. [20] Callitrix fotu locis medetur, [e] albugines in capite tollit, capillos inficit oleo trita. Geranion in vino albo potum, hypocisthis in rubro, profluuium sistunt. Hyssopum suffocationes laxat. Radix verbenacæ pota ex aqua, ad omnia in partu aut ex partu mala, præstantissima est. Peucedano quidam miscent in vino nigro semen cupressi contritum. Nam semen psyllij deferuefactum in aqua, cùm intepuit, epiphoras omnes veteri lenit. Symphyton tritum in vino nigro [21] euocat menses. Partus accelerat scordotis pota, drachma succi in [22] aqua mulsa cyathis quatuor: dictamni folia præclarè dantur ex aqua. Constat, vnius oboli pondere, vel si mortui sint in vtero infantes, protinus reddi sine vexatione puerperæ. Similiter prodest pseudodictamnum, sed tardiùs: cyclaminos adalligata: cissanthemos pota: [23] vettonicæ farina ex aqua mulsa. Arsenogonion & thelygonon [f] herbæ sunt habentes vuas floribus olcæ [24] similes, pallidiores tamen, semen album papaueris modo. [g] Thelygoni potu fœminam concipi narrant. Arsenogonon ab ea semine oleæ, nec alio distat. Huius potu mares generari perhibentur, si credimus. Alij [h] vtranque ocimo similem tradunt. Arsenogoni autem semen geminum esse testibus simile. Mammarum vitiis aeizoum, quod digitellum appellauimus, vnicè medetur. Erigeron ex passo mammas vberiores facit: [25] sonchum in farre coctum. [26] Quæ verò mastos vocatur, [i] indita, pilos mammarum è partu nascentium aufert, & [27] tineas in facie: aliáque cutis vitia emendat. Gentiana, nymphæa Heraclia illita, cyclamini radix, maculas omnes. [28] Cacaliæ grana mista ceræ liquidæ, extendunt cutem in facie, crugántque: [29] vitia omnia acori radix emendat. Capillum [30] lysimachia flauum facit: denigrat hypericon, [31] quod & corion vocatur: item ophrys [32] herba [k] denticulato oleri similis, foliis duobus. Nigritiam dat & polemonia, in oleo decocta. Psilothrum nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus: verùm [33] iam & viris est in vsu. Efficacissimum autem habetur archezostis. Item tithymali [34] succo, vel in Sole, cum oleo illito crebro, vel euulsis pilis. Quadrupedum scabiem sanat [35] hyssopum ex oleo, suum anginas peculiariter sideritis. Verùm & reliqua genera herbarum reddamus.

20 Callitrix. Dal. Sic forratile vocat πανδιοσκορον.
21 reuocat. Dal.
22 aquæ mulsæ. Vet. & CH.
23 Item vett. CH.
24 similibus, pallidioribus. M.
25 sonchus cum farre coctus. Quæ vita humaitos vocatur, il lica, pilos mammarū à partu nascentes aufert. Vet.
26 Quæ verò Mados. Alij Vet.
27 testas. CH.
28 Cacaliæ. CH.
29 vitia cutis omnia. Dal.
30 & lysimace. CH.
31 & quæ coris, Alij. Nihil muto.
32 herba plantagini folio similis. Dal. ex ingenio & cōiectura.
33 etiam viris. M.
34 succus &c. illitus. Vet.
35 œsypum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Vteri suffocationibus.
b Purgationes à partu suppressas, aut secundas morantes.
c Eius quæ florem luteum gignit, & in Thessaliæ Peneo fluuio plurima nascitur.
d Distortas, & in alterutrum latus inclinatas.
e τὸν ἀκροχορδόνα, cutis & pilorum vitiosam albedinem. Alij furfures & porriginem exponunt.
f Herbæ sunt musci modo nascentes (ἄσκιαι βρύου.) Thelygonon oleæ folio, palhidiore tamen, flore albo, semine papaueris modo. Dioscor.
g Alia est thelygonos, nempe melampyron Dioscoridis, infrà cap. 8. lib. 27.
h Hoc Theophrastus cap. 19. lib. 9. Hist. Alia phylli historia Dioscoridis est. Mirum, Plinium, quæ à Theophrasto de thelygono scripta sunt, hic tacuisse. Vide suprà cap. 10.
i Pilorum in mammis fit mentio & cap. 10. lib. 32. nempe illos tolli appositо cancro fluuiatili, vel carne muricis. Morbus is ab Aristot. cap. 11. lib. 7. de Hist. τριχίασις dicitur. Fit pilo casu hausto in poculo. Dolor grauis cum febre, & mammas & caput vexat. nec desinit priusquā pilus manu & digitis pressus exeat, vel cum lacte exugatur. Meminit & huius morbi Alpharabius medicus Arabs in ægritudinum censu quæ mammis infestæ sunt. Rondeletius cap. 23. lib. 18. com. 1. vermiculum capillarem esse putat ex pituitoso & putrido lacte in mamma genitam: talémque se aliquando vidisse ait in vbere nobilis fœminæ natum. Vide locum.
k Alij multò probabilius & commodiùs legunt, Siculo oleri, nempe beræ nascenti.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXVII.

PROOEMIVM.

Reliqua herbarum genera. CAP. I.

RESCIT profectò apud me certè,[1] tractatu ipso admiratio antiquitatis: quantóque maior copia herbarum dicendare-ſtat, tantò magis adorare priſcorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem ſubit. Nec dubiè ſuperata hoc modo poſſet videri etiam rerum naturæ ipſius munificentia, ſi humani operis eſſet inuentio. Nunc verò Deorum fuiſſe eam apparet, aut certè diuinam, etiam cùm homo inuenit: eandémque omnium parentem & genuiſſe hæc, & oſten diſſe, nullo vitæ miraculo maiore, ſi verum fateri volumus. Scythicam herbam à[2] Mæotidis paludibus, & euphorbiam è monte Atlante, vltráque Herculis columnas,[3] & ipſo rerum naturæ defectu, parte alia Britannicam ex Oceani inſulis extra terras poſitis: itémque Aethiopidem ab exuſto ſideribus axe: alias præterea aliunde vltro citróque humanæ ſaluti in[4] toto orbe portari, immenſa Romanæ pacis maieſtate non homines modò[5] diuerſis inter ſe terris gentibúſque, verùm etiam[6] montes, & excedentia[7] in nubes iuga, partúſque eorum & herbas quoque inuicem oſtentante. Aeternum quæſo Deorum ſit munus iſtud. Adeò Romanos, velut alteram lucem, dediſſe rebus humanis videntur.

1 tractu.CH.

2 Maotis.CH.

3 & ipſum rer. nat. defectum. Vet. ab ipſo. Alij.

4 totum orbem.Vet.

5 diuerſos.Ver.

6 montis exced.CH.

7 in nubibus iuga, paſtuſque pecorũ.M.

De aconito, & panthera, quæ extinguitur aconito. CAP. II.

SEd antiquorum curam diligentiámque quis poſſit ſatis[1] venerari, cùm conſtet omnium venenorum ocyſſimum eſſe[a] aconitum: & tactis quoque[b] genitalibus fœminini ſexus animalium, eodem die inferre mortem? Hoc fuit venenum, quo interemptas[2] dormientes à Calphurnio Beſtia vxores M. Cæcilius accuſator obiecit. Hinc illa atrox[3] peroratio, eius[4] in digito mortuas. Fabulæ[5] narrauere,[6] à ſpumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, idcóque apud Heracleam Ponticam, vbi monſtratur is ad inferos aditus, gigni. Hoc quoque tamen in vſus[c] humanæ ſalutis vertêre, ſcorpionum ictibus aduerſari experiendo datum in vino calido. Ea eſt natura vt hominem occidat, niſi[7] inuenerit quod in homine perimat. Cum eo ſolo colluctatur, velut pari intus inuento. Sola hæc pugna eſt, cùm venenum in viſceribus[8] reperit: mirúmque, exitialia

1 venerari. Conſtat. CH.

2 dormientes, in CH.d.

3 peroratio eius, in digito eas mor. Vet.

4 in digitum.CH.

5 natum tradidêre. Vet.

6 é.CH.

7 inuenerit in homine quod perimat. Vet.

8 reperyrit, Vet.

exitialia per ſe ambo cùm ſint, duo venena in homine commoriuntur, vt homo ſuperſit. Imò verò etiam ferarum remedia antiqui prodiderunt, demonſtrando quomodo venenata quoque ipſa ſanarentur. Torpeſcunt ſcorpiones[9] aconiti tactu, ſtupéntque pallentes, & vinci ſe confitentur. Auxiliatur[10] eis elleborum album, tactu reſoluente: cedítque aconitum duobus[11] malis, ſuo & omnium.[12] Quòd ſi quis illa fortè ab homine excogitari potuiſſe credit, ingratè Deorum munera intelligit.[13] Tangunt[d] carnes aconito,[14] necántque guſtatu earum pantheras, niſi hoc fieret, repleturas illos ſitus. Ob id quidam pardalianches appellauere. At illas ſtatim liberari morte, excrementorum hominis guſtu, demonſtratum. Quod certè caſu repertum quis[15] dubitet? & quoties fiat etiam nunc vt nouum naſci, quoniam feris ratio & vſus inter ſe tradi non poſſit.

9 aconi.CH.

10 his.CH.

11 modis.Dal.

12 ſi quis illa certè ab.M.

13 Tangunt.Vet.

14 negántque viuere guſtatu.M.

15 dubitat.CH.

ANNOTATIONES.

a In inſula Ceo Menander ſcribit lege ſancitum fuiſſe, ne turpiter viuerent, qui bene viuere non poſſent: nempe, vt effoeti capularéſque ſenes aconito vitam finirent, ne reliquis alimentum deeſſet. Rhod. cap. 26. 18.

b Vel aliis corporis partibus accipiendo veneno opportunis. Cicero pro Scauro: *Libertus patronũ non occidit, ſed duobus digitulis gulam obleuit.* Rhodig. c. 13. 23. Vide ſuprà c. 10. lib. 25. Præſertim autẽ mulierum genitalibus eo tactis cùm menſes fluunt, infert mortem. Nam gladio eius ſucco tincto, é corpore ſi ſanguis elicitur, lechale vulnus eſt.

c Lycoctoni duo genera, non pardalianchis.

d Imò verò trium aconitum cum carne tuſa miſcent, inde globulos formantes, quos deuorandos feris obiiciant. *Iuuãtur ærumnæ ægritudine*, inquit Dioſcorides.

Quòd omnium creaturarum conditor ſit Deus. CAP. III.

HIc ergo[1] caſus, hic eſt ille, qui plurima in vita inuenit Deus. Hoc habet nomen, per[2] quem intelligitur eadem & parens rerum omnium & magiſtra natura, vtraque cõiectura pari, ſiue iſta quotidie feras inuenire, ſiue ſemper ſcire iudicemus. Pudẽdúmque rurſus, omnia animalia, quæ ſint ſalutaria ipſis, noſſe, præter hominẽ. Sed maiores, oculorum quoque medicamẽtis aconitum miſceri, ſaluberrimè[3] promulgauere, aperta profeſſione malum quidem nullum eſſe ſine aliquo bono. Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus venena, mõſtrare quale ſit aconitum, vel deprehẽdendi gratia. Folia habet cyclamini aut[4] cucumeris, non plura quatuor, ab radice[a] leniter hirſuta. Radicẽ modicá[b] cammaro ſimilem marino. Quare quidam[5] cammaron appellauere, alij thelyphonõ, ex qua diximus cauſa. Radix incuruatur[c] paulum ſcorpionum modo, quare & ſcorpion aliqui[7] appellauere. Nec defuere, qui[c] myoctonõ appellare mallent, quoniam procul & è longinquo odore mures necat. Naſcitur in[d] nudis cautibus, quas aconas nominant. Et ideò aconitum aliqui dixere, nullo iuxta, ne puluere quidem nutriente. Hanc aliquirationem nominis attulere. Alij, quoniam vis eadem in morte eſſet, quæ cotibus[8] ad ferri aciẽ deterendam, ſtatímque admota velocitas ſe ntiretur.

1 caſus, qui plurima in vita inuenit, Dei nomen habet, per quem. Ver.

2 quod.M.

3 promulgauere. CH.

4 cichorij. Th.

5 cammaron. Dioſc.

6 caudæ. Dioſc.

7 vocauere. CH.

8 in ferri acie deterenda. CH.

ANNOTATIONES.

a Subaſpera, *ὑπόλειαίνα*. Plinius legiſſe videtur, *ὑπόλειαινα*.

b Idem cenſet & Galenus in linguis. Verùm ſi ita eſſet, *κάμμαρον* legendum fuerit, & non *κάμμαρον*. Ego potius *κάμμαρον* dictum puto, quaſi *καυλάμαρον*, vt & apud Homerum, pernicioſum.

c *μυοφόνιον*, Dioſcor.

d Theophraſtus cap. 16. lib. 9. Hiſt. ab Aconis vico Peryandinorum vbi plurimum naſcitur, nomẽ id impoſitum putat. *Κόνις*, puluis: *ἀκόνας* ſaxa ne puluere quidem tecta, *ἀκόνας* cotes.

De æthiopide, & agerato, & aloe, & aloea, & alypo, & alſina, & androſace, & androſamo, & ambroſia, & anoni, & anagyro, & anonymo. CAP. IIII.

AEthiopis folia habet phlomo ſimilia,[1] magna & multa, & hirſuta ab radice. Caulem quadrangulum, ſcabrum, ſimilem[2] arcio, multis concauum alis: ſemen eruo ſimile, candidum, geminum: radices numeroſas, longas, plenas, molles, glutinoſas guſtu. Siccæ nigreſcunt,[3] durantúrque, vt cornua videri poſſint.[a] Præter Aethiopiam naſcuntur, & in Ida monte Troadis, & in Meſſenia. Colliguntur autumno, ſiccantur in Sole[4] aliquot diebus, ne ſitum ſentiant. Medentur vuluis, potæ in vino albo, iſchiadicis, pleuriticis, faucibus ſcabris, decoctæ potu dantur. Sed quæ ex Aethiopia[5] venit eximia eſt, atque illico prodeſt. Ageraton ferulacea eſt, duorum palmorum altitudine, origano ſimilis,[6] flore bullis aureis. [b] Huius vſtæ nidor vrinam ciet,[7] vuluámque purgat, tanto magis inſidentibus. Cauſa[8] nominis non hæc, ſed quoniam diutiſſimè nõ marceſcit.[c] Aloë ſcillæ ſimi-

1 magna, hirſuta, & multa ab radice. Dioſc.

2 arctio. Dioſ. & CH.

3 indureſcúntque. CH.

4 aliquibus. CH.

5 veniunt eximiè atque illico proſunt. Vet. Corn.

6 floris. Vet.

7 vuluáſque. CH.

8 nominis hæc quoniam. Ver.

litudinem habet, [9] maior, & pinguioribus foliis ex obliquo ſtriata. Caulis e ius tener eſt, rubens medius, non diſſimilis [10] antherico: radice vna, ceu palo in terram demiſſa, [11] graui odore, guſtu amara. Laudatiſſima ex India affertur, ſed naſcitur & in Aſia: non tamen ea vtuntur, niſi ad vulnera recentibus foliis: mirificè enim conglutinat, [d] vel ſucco. Ob id in turbinibus cadorum eam ſerunt, vt aeizoum maius. Quidam & caulem ante maturitatem ſeminis incidunt ſuccigratia, aliqui & folia. Inuenitur & per ſe lacryma adhærens. Ergo pauimentandum, vbi ſata ſit, cenſent, vt lacryma non abſorbeatur. [e] Fuere, qui traderent in Iudæa ſuper Hieroſolymam metallicam eius naturam: ſed nulla magis improba eſt, neque alia nigrior eſt, aut humidior. Erit ergo optima pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis, ac iocineris modo coacta, facilè liqueſcens. Improbanda nigra & dura, harenoſa [13] quoque quæ & guſtu intelligitur. Gummi adulteratur & acacia. Natura eius ſpiſſare, denſare, & [14] leuiter calfacere. [15] Vſus in multis, ſed principalis aluum ſoluere, cùm penè ſola medicamentorum quæ id præſtant confirmet etiam ſtomachum, adeò non infeſtet vlla vi cõtraria. Bibitur drachma: ad ſtomachi verò diſſolutionem, in duobus cyathis aquæ tepidæ vel frigidæ, [f] cochlearis menſura, bis térve in die ex interuallis, vt res exigit. Purgationis [16] etiam cauſa plurimùm tribus drachmis. Efficacior, ſi pota ea ſumatur cibus. Capillum fluentem continet cum vino auſtero, [17] capite in Sole contra capillum peruncto. Dolorem capitis ſedat temporibus & fronti impoſita ex aceto & roſaceo, [g] dilutiórque infuſa. Oculorum vitia omnia ſanari ea conuenit, priuatim prurigines & ſcabiem genarum: item [h] inſi-gnita ac liuida, illita cum melle, maximè Pontico. Tonſillas, gingiuas, & omnia oris hulcera. Sanguinis excreationes, ſi modicæ ſint, [18] drachmæ pondere ex a.qua: ſi minùs, ex aceto pota. Vulnerum quoque ſanguinem, & vndecunque fluentem ſiſtit per ſe, vel ex aceto. Aliâs etiam eſt [19] vulneribus vtiliſſima, ad cicatricem perducens. Eadem inſpergitur exhulceratis genitalibus virorum, condylomatis, rimiſque ſedis aliâs ex vino, aliâs ex paſſo, aliâs ſicca per ſe, vt exigit mitiganda curatio, aut coërcenda. Hæmorrhoidum quoque abundantiam leniter ſiſtit. Dyſenteriæ infunditur. Et ſi difficiliùs concoquantur cibi, bibitur à cœna modico interuallo. Et in regio morbo tribus obolis ex aqua. Deuorantur & piluleæ cum [20] mellis decocto, aut reſina terebinthina, ad purganda interiora. Digitorum [21] pterygia tollit. Oculorum medicamentis lauatur, [30] vt quod ſit harenoſiſſimum, ſubſidat. Aut torretur in teſta, pennáque ſubinde verſatur, vt poſſit æqualiter torreri. Alcea folia habet ſimilia verbenacæ, [22] qui & periſtereon cognominatur, caules [23] tres aut quatuor, foliorum plenos, florem roſæ, radices albas, cùm plurimùm ſex, cubitales, [24] obliquas. Naſcitur in pingui ſolo, nec ſicco. Vſus radicis ex vino vel ex aqua dyſentericis, aluo citæ, & ruptis conuulſis. [i] Alypon cauliculus eſt molli capite, non [25] diſſimilis betæ, aere [26] guſtatu ac lentum, mordénſque vehementer & accendens. Aluum ſoluit in aqua mulſa, addito ſale modico. Minima potio duarum drachmarum, media quatuor, maxima [27] ſex, ea purgatione quibus datur è gallinaceo iure. Alſine, quam quidam [28] myoſoton appellant, naſcitur in lucis, vnde & alſine dicta eſt. Incipit à media hyeme, areſcit æſtate media: cùm prorepit, muſculorum aures imitatur foliis. Sed aliam docebimus eſſe, quæ iuſtiùs myoſotis vocetur. Hæc eadem erat quæ helxine, niſi [k] minor [29] minúſque hirſuta eſſet. Naſcitur in hortis, & maximè in parietibus. Cùm teritur, odorẽ cucumeris reddit. Vſus eius ad collectiones inflammationéſque: [30] & in eadem omnia, quæ helxine, ſed infirmiùs. Epiphoris peculiariter imponitur: item [l] verẽ dis hulceribúſque, cum farina hordeacea. Succus eius auribus infunditur. Androſaces herba eſt [31] alba, amara, ſine foliis, folliculos [32] in cirris habens, & in his ſemen: naſcitur in maritimis [33] Syrię maximè. Datur hydropicis drachmis duabus tuſa aut decocta in aqua, vel aceto, vel vino. Vehementer enim vrinas ciet. Datur & podagricis illinitúrque. Idem [34] effectus eſt & ſemini. Androſæmon, ſiue (vt alij appellauere) [n] aſcyrõ, non abſimile eſt hyperico, de qua diximus, cauliculis maioribus, dẽſioribúſque, & magis rubentibus. [o] Folia alba rutæ figura: ſemen papaueris nigri. [35] Comæ tritæ ſanguineo ſucco manant.

9 maioribus & Vet.
10 antherici. CH.
11 Radix. Vet.
12 grauis. CH.
13 quoque. Quod & guſtu intelligitur, gummi. Vet.
14 leniter. M. & CH.
15 Vſus multus. M.
16 autem. CH.
17 capitis contra ſolem capitilo peruncto. CH.
18 drachma ex aquæ ſi minus. M.
19 vlceribus. Dioſc.
20 mello. M.
21 pterida. CH.
22 quæ & M. quę peri-ſteron CH.
23 quinque aut ſex. Dioſc.
24 latas, πλατείας. Dioſco. Plinius legit, πλαγίους.
25 diſsimile. CH.
26 guſtu. CH.
27 ſex. Ea purgatio quibuſdã datur. Vet.
28 myoſotin. Vet. myoſotis Dioſc. muris aures.
29 nihilque. Dioſco.
30 quin ad eadem omnia M. quin eadẽ omnia. Vet.
31 λευκὴ πικρὰ, tenuibus iuncis Dioſc. Plinius legit. λευκὴ πικρά.
32 incuruos M. in capite Dioſc.
33 Vbriæ maximè M. Hiſtrię maximè. CH.
34 effectus & ſemini. CH.
35 Folia trita vinoſo ſucco manant. Dioſ.

manant. Odor ei reſinoſus. Gignitur [36] in vineis. Ferè medio autumno [37] effoditur, ſuſpenditúrque. Vſus ad purgandam aluum tuſæ cum ſemine, potæq́; matutinò, vel à cœna duabus drachmis, in aqua mulſa, vel vino, vel aqua pura, totius potionis ſextario. Trahit bilem: prodeſt [38] iſchiadicis maximè. Sed poſtera die capparis radicem reſinę permiſtam deuorare oportet drachmæ pondere, iterúmque quatridui interuallo eadem facere: à purgatione autem ipſa robuſtiores vinum bibere, infirmiores aquam. Imponitur & podagris & ambuſtis, & vulneribus, [39] Pcohibens ſanguinem. Ambroſia vagi nominis eſt, & circa alias herbas [40] fluctuati: fruticem vnum habet denſum, ramoſum, tenuem, trium ferè palmorum, tertia parte [41] radice breuiorem, foliis [42] rutæ. Circa imum caulem in ramulis ſemen eſt vuis dependẽtibus, odore vinoſo: qua de cauſa botrys à quibuſdam vocatur, ab aliis artemiſia. Coronantur illa Cappadoces. Vſus eius ad ea quæ [43] diſcuti opus ſit. Anonin quidam ononida malunt vocare, ramoſam, ſimilem fœnogræco, niſi fruticoſior hirſutiórque eſſet, odore [44] iucũdo, [q] poſt ver ſpinoſa. Eſtur etiam muria condita. Recens verò margines hulcerum erodit. Radix decoquitur in poſca dolori dentiũ. Eadem [45] cum melle pota, calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias. Anagyros, quam aliqui [46] acopon vocant, fruticoſa eſt, grauis odore, flore foleris: ſemen in corniculis non breuibus gignit, ſimile renibus, quod dureſcit [47] per meſſes. Folia collectionibus imponuntur, difficultérque parientibus adalligantur, ita vt à partu ſtatim auferantur. Quod [48] ſi emortuus hæreat, & ſecundæ menſéſque morẽtur, [49] drachmæ pondere bibuntur in paſſo folia. Sic & ſuſpiriоſis dantur: & in vino vetere [s] ad phalangiorum morſus. Radix diſcutiendis concoquendíſque adhibetur. Semen [50] commanducatum [51] vomitiones facit. [t] Anonymos non inueniendo nomen inuenit. Affertur [52] è Scythia, celebrata Hiceſio, non paruæ autoritatis Medico, item [53] Ariſtogitoni, in vulneribus præclara, ex aqua tuſa & impoſita: pota verò, mãmis præcordiíſque percuſſis: item ſanguinem excreantibus. [54] Putauerunt & bibendam vulneratis. Fabuloſa arbitror, quæ adiiciuntur: recente ea, ſi vratur, ferrum aut æs [u] ferruminari.

36 in vineis ferè. Medio. M.
37 effunditur. CH.
38 iſchiadi. CH.
39 cohibet. Vet.
40 fluctuantis. Vet.
41 radicem. Vet.
42 rutæ circa imum caulem. In ramulis. Dioſc.
43 reprimi. Dioſc.
44 iucunda. CH.
45 cum vino. Dioſc.
46 acorion. M.
47 vua matureſcẽte. Dioſc.
48 ſi fœtus mortuus hæreat, aut ſec. Vet.
49 drachma bibitur in paſſo, Alij.
50 manducatum. CH.
51 vomitiones vehementes facit. Dioſco.
52 & Scythico. CH.
53 ariſtogiton. CH.
54 Putauẽre. CH.

ANNOTATIONES.

a Ex etymo dictionis Plinius id putauit cap. 1. huius libri. Nemo tamen veterum ab eo tractu ſic dictam fuiſſe proditit.
b Quidam ſic legunt, Huius vſtæ nidor vrinam ciet, vulnámque purgat, tantò magis inſidentibus. Cauſſa nominis hæc, quoniam diutiſſimè.
c Aloe folium habet ſcillæ ſimile, craſſum, pingue, nonnihil latum, nec prorſus teres, rectorſum pandum: folia ex obliquo verinaque ſpinas gignunt, raras, eminentes, retuſas. Dioſcorides.
d Si trita illinatur, non autem eliciendo ſucco vtilis. Dioſco.
e Niger herbarius ſatis celebris id ſcriptis ſuis prodiderat, vel potiùs nugatus erat, autore Dioſcoride in præfatione.
f Binorum cochlearium. Dioſcò.
g Liquidior, ex alto inſtillata κατὰ τῶν ὑμβρῶν.
h' τὰ στικτώματα, genarum ſuggillationes.
i Alypon ſurculoſa herba eſt, ſubrubra, gracilibus ramulis, folio tenui, flore molli & leui plena: radice betæ, tenui, acri ſucco referta: ſemine epithymi. Diſcor.
k Hic locus oſtendit, Plinium apud Dioſcoridem, ſiue Andream, ſiue Crateuam, pro μακροφυλλότερα legiſſe μικροφυλλότερα.
l Nihil Dioſco. Hæc penè omnia ſumpta ſunt è cap. de helxine.
m Plinius fortaſſis pro λευκὴ πικρά, tenuibus iuncis, legit λευκὴ πλατεῖα.
n Hoc ab androſæmo diſtinguit Dioſco.
o Androſæmi. Dioſcor.
p In Dioſcor. cod. vet. κομᾶν ἐπέχει.
q Theophraſto cap. 5. lib. 6. hiſtor. Anonis ἄρχεται τῦ βλαστάνειν ἤρεμ, γηλοῦται ἢ μετοπώρῳ. Lego, iucundo ſpinoſam. Eſtur etiam muria poſt ver condita &c. nempe quo tempore adhuc tenella eſt aptáque condituræ. Quidam ſic diſtinguere malunt. hirſutiórque eſſet ac ſpinoſa: odore iucundo. Eſtur etiam &c. Matthiolus Plinium reprehendit quòd hæc ſcripſerit contra Theophraſti ſententiam, & auctoritatem.
r Braſſicæ, κατ' ἐξοχὴν. Varro cap. 16. 1. De re ruſt. quod vſque eò eſt contrarium natura, vt arbores non ſolùm minus ferant, ſed etiam fugiant, vt introrſum in fundum ſe reclinent, vt vitis adſita ad olus facere ſolet.
s πρὸς παραλυσίαν, Dioſcor. Plinius legit, πρὸς φαλάγγια.
t Quidam eſſe volunt buglam officinarum, alij cõſolidam mediam. Vtraque ſanè planta vulneribus ſanandis efficaciſſima eſt. Huius mentio fit ſuprà cap. 8. lib. 25.
v Inde coniectura ſumitur, ſymphiti ſiue conſolidæ genus eſſe.

De aparine, & arctio, & aſpleno, & aſclepiade, & aſtere vel bubonio, & aſcyro vel aſcyroide, & aphace, & de alcibio, & alectorolopho. CAP. V.

Aparinen aliqui [1] omphacocarpon, alij philanthropon vocant, ramoſam, hirſutam, quinis ſeniſve in orbem circa ramos foliis [2] per interualla. Semen rotundum, durum, concauum, ſubdulce. Naſcitur in frumentario agro, aut hortis pratíſve, aſperitate etiam veſtium tenaci. Efficax contra ſerpentes, ſemine poto ex vino drachma: & contra phalangia. Sanguinis abundantiam ex vulneribus reprimunt folia impoſita: ſuccus auribus infunditur. Arction aliqui [3] arcturum vocant: ſimilis eſt verbaſco foliis, niſi quòd hirſutiora ſunt, caule longo, molli, ſemine cumini. Naſcitur in petroſis, radice tenera, alba, dulcíque. Decoquitur in vino ad dentium [4] dolorem, ita vt contineatur

1 omphalocarpon. Vet. & Dioſc.
2 ex interuallis. M. Vet.
3 potius arcturum. CH.
4 dolores. CH.

ore[5] decoctum. Bibitur propter iſchiada & ſtranguriam[6] è vino: ambuſtis [a] imponitur, & pernionibus. Fouentur eadem cum radice ſemine trito in vino. Aſplenum ſunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, [b] radice limoſa, cauernoſa, ſicut filicis, candida, hirſuta: nec caulem, nec florem, nec ſemen habet. Naſcitur[7] in petris, parietibúſque opacis, humidis, laudatiſſima in Creta. Huius foliorum[8] iure in aceto[9] decocto, per dies [10] x l. poto lienem abſumi aiunt:[11] & illinûtur autem, eadem ſedante ſingultus. Non danda fœminis, quoniam ſterilitatem facit. Aſclepias folia ederæ habet, ramos longos, radices numeroſas, tenues, odoratas: floris virus graue, ſemen[12] ſecuridacæ. Naſcitur in montibus. Radices torminibus medentur, & contra ſerpentium ictus, non ſolùm potu, ſed [10] etiam[13] illitu. Aſter ab aliquibus [c] bubonion appellatur, quoniam inguinum præſentaneum remedium eſt. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus: in cacumine capitula ſtellæ modo radiata. Bibitur & aduerſus ſerpentes. Sed ad inguinum medicinam, ſiniſtra manu decerpi iubent, & iuxta cinctus[14] alligari. Prodeſt & coxendicis dolori adalligata. Aſcyron [15] & aſcyroides, ſimilia ſunt inter ſe, & hyperico: [16] maiores habet ramos, quod aſcyroides vocatur,[17] ferulaceos, omnino rubentes, capitulis paruis, luteis. Semen in caliculis puſillum, nigrum, reſinoſum. Comæ tritæ velut cruentant. Qua de cauſa quidam hanc androſæmon vocauere. Vſus ſeminis ad iſchiadicos, poti duabus drachmis in hydromelitis ſextario. Aluum ſoluit, bilem detrahit. Illinitur & ambuſtis.[18] Aphacæ tenuia admodum folia [19] habet: puſillo altior lenticula eſt. Siliquas maiores fert, in quibus terna aut quaterna ſemina ſunt nigriora, & madidiora[20] & minora lenticula. Naſcitur in aruis. Natura [21] ei ad ſpiſſandum efficacior, quàm lenti: [22] reliquo vſu eoſdem effectus habet. Stomachi aluíque fluxiones ſiſtit ſemen decoctum. [d] Alcibion [23] qualis eſſet herba, apud autores non reperi. Sed radicem eius & folia trita, ad ſerpentis morſum imponi & bibi iubent: folia, quantùm manus capiat, trita cum vini meri cyathis tribus, aut radicem drachmarum trium ponderè cum vini eadem menſura. [e] Alectorolophos, quæ apud nos[24] criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtæ, plura, caulem tenuem, ſemen nigrum in ſiliquis. Vtilis tuſſientibus cocta cum faba freſa, melle addito, & caligini oculorum. Solidum ſemen[25] coniicitur in oculum, nec turbat, ſed in ſe caliginem contrahit. Mutat colorem, [26] ſed ex nigro albicare incipit, & intumeſcit, ac per ſe exit.

5 decoctum quod bibitur & propter. Vet. 6 ex. CH.
7 in parietibus opacis M. 8 iure, in CH. d. 9 decocto. Vet. decoctorum. Vet. alii. 10 xxx M. & CH. 11 Illinuntur eadem, ſedántque ſingultus. Vet. & illin eadem, ſedant & ſing Alij. Vet. & linuntur. CH. 12 ſecuricelatum. CH. 13 illitum. CH.
14 adalligari. CH. 15 ſiue atcyr, hyperici genus eſt: maiores &c. Dioſco. 16 ſed maiores. CH. 17 ſurculoſos. Dioſc.
18 Aphaca. CH.
19 habet, puſilla: altior. M. 20 & minora, in M. d.
21 ei, in M. d. 22 reliquos vſus eoſdem habet. CH.
23 qualis eſſet herba, in M. d.
24 criſta galli dicitur. Vet.
25 iniicitur. M.
26 & ex. Vet. & CH.

ANNOTATIONES.

a imponitur. Fouentur perniones eiuſdem radice cum ſemine decocta in vino. Dioſco. quanquam is & perniones & ambuſta foueri præcipiat.
b Folia polypodij ceu filiculæ modo diuiduntur, ſubtùs flaua, hirſuráque, ſuperné viridia. Dioſco. Hunc locum Plinius omnino corrupit.
c Alia hæc quàm inguinaria deſcripta cap. 9. lib. 26. Plinius multa & inſignia tacet, quæ à Dioſcoride de hac planta traduntur.
d Supra cap. 21. lib. 22. onocherles ſecundum anchuſæ genus alcibiadion vocatur, vt & Dioſcoridi. Echion Dioſcoridi vocatur & doris & alcibiadion: Nicandro verò alcibium, in Theriacis ὁ δ' ἀλκιβίη ἰχθὺς πυρρὸς ἀλφιβίοιο. At mirum eſt quòd aiit Plinius apud autores non reperiri qualis ſit herba, cùm eadem de foliis & radice tradat, quæ Dioſcorides de alcea anchuſa, & echio.
e Quorundam opinione alliaria: aliorum verò cauda lupi: aliorum gallichrieum, cuius ſemen eodem effectu, & eadem cauſſa vulgus etiam oculis iniicit, præſertim cùm culex illapſus eſt.

De alo. CAP. VI.

ALum nos vocamus, Græci ſymphyton petræum, ſimile cunilæ bubulæ, foliis paruis, ramis tribus aut quatuor à radice, cacuminibus thymi, ſurculoſum, odoratum, guſtu dulce, ſaliuam ciens, radice longa rutila. Naſcitur in petris, ideò petræum cognominatum: vtiliſſimũ lateribus,[1] lienibus, renibus,[2] torminibus pectoris, pulmonibus ſanguinem reiicientibus, faucibus aſperis. Bibitur radix trita, & in vino decocta, & aliquando ſuperlinitur. Quin & commanducata ſitim ſedat, præcipuéque pulmonem refrigerat. Luxatis quoque imponitur &[3] conuulſis, lieni, [a] interaneis. Aluum ſiſtit cocta in cinere: detractíſque folliculis trita cum piperis nouem granis, & ex aqua pota. Vulneribus ſanandis tanta præſtantia eſt, vt carnes quoque, dum coquuntur, conglutinet addita: vnde & Græci nomen impoſuere. Oſſibus quoque fractis medetur.

1 lienibus, in CH. d. 2 torminibus, pectoris. CH.
3 conuulſis CH.

ANNOTATIONES.

a In ſcrotum delabentibus: enterocelis. Dioſc.

De

De alga, & acta, & de ampelo agria, & abſinthio.

CAP. VII.

ALga[1a] rubra & ſcorpionum ictibus. Acta graui foliorum odore, caulibus[2] aſperis geniculatis, ſemine nigro, vt ederæ, baccis mollibus, naſcitur in opacis & aſperis, aquoſiſq;. Datur acetabulo pleno [b] interioribus fœminarum morbis. Ampelos agria vocatur herba, foliis duris cineracei coloris,[3] qualem in ſatis diximus, [c] viticulis longis, calloſis, [4] rubentibus, [d] qualiter flos, [5] quem Iouis flammam appellauimus in violis, fert ſemẽ Punici mali ſimile acinis. Radix eius decocta in aquæ cyathis ternis, additis vini Coi cyathis duobus, aluum ſoluit leniter: ideóque hydropicis datur. [6] Vuluæ vitia & cutis in facie mulierum emendat. Iſchiadicos quoque [7] vti hac herba prodeſt, tuſa cum foliis, & illita cum ſucco ſuo. Abſinthij genera ſunt plura: Santonicum appellatur à Galliæ [8] ciuitate: [e] Ponticum à Ponto, vbi pecora pingueſcunt illo, & ob id ſine ſelle reperiuntur: neque aliud præſtantius, [9] multóque Italico amarius, ſed medulla Pontici dulcis. De vſu eius conuenit dicere herbæ facillimæ, atque inter paucas vtiliſſimæ, prætereà ſacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem [f] Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, victórque [g] abſinthium bibit: credo, ſanitatem[10] præmio dari honorificè arbitratis maioribus. Stomachum corroborat, & ob hoc ſapor eius [h] in vina transfertur, vt diximus. Bibitur & decoctum aqua, ac poſteà nocte & die refrigeratum ſub dio, decoctis ſex drachmis foliorum cum ramis ſuis in cæleſtis aquæ ſextariis tribus: oportet & ſalem addi.[11] Vetuſtiſſimè in vſu eſt. Bibitur & madefacti dilutum: ita enim[12] appellatur hoc genus. Diluti ratio, vt (quiſquis fuerit modus aquę) tegatur per triduum. Tritum rarò in vſu eſt, ſicut & ſuccus [13] expreſſi. Exprimitur autem, cùm primùm ſemen turgeſcit, madefactum aqua triduò recens, aut ſiccum ſeptem diebus. Deinde coctum in æneo vaſe ad tertias x. heminis in aquæ ſextariis x l v. iterúmque percolatum[14] herbalentè coquitur ad craſſitudinem mellis, qualiter exminore centaureo quæritur ſuccus. Sed hic [15] abſinthij, inutilis ſtomacho capitíque eſt, cùm ſit ille[16] decocti ſaluberrimus. Náque aſtringit [i] ſtomachum, bilémque detrahit, vrinam ciet, aluum emollit, & in dolore ſanat: ventris animalia pellit, malaciam ſtomachi & [17] inflationes diſcutit cũ [18] ſili & nardo Gallico, [19] aceto exiguo addito. Faſtidia[20] abſterget, cõcoctiones adiuuat. Cruditates detrahit cum ruta, & pipere & ſale. Antiqui purgationis cauſa [21] dabant, cum marinę aquæ [22] veteris ſextario, ſeminis ſex [23] drachmis, cum tribus ſalis, & mellis cyatho. Efficaciùs purgat duplicato ſale. Diligenter autem teri debet, propter difficultatem. Quidam & in polenta dedêre ſuprà dictum pondus, addito pulegio: [24] alij contra paralyſin: alij pueris folia in fico, [25] ſic vt amaritudinem fallerent. Thoracem purgat cum iride ſumptum. In regio morbo crudum bibitur cum [26] opio, aut adianto. Aduerſus [27] inflationes calidum paulatim ſorbetur ex aqua: iocineris cauſa cum Gallico nardo: lienis, cum aceto, aut pulte, aut fico ſumitur. Aduerſatur fungis ex aceto: itẽ [k] viſco: cicutæ ex vino, & muris aranei morſibus, draconi marino, ſcorpionibus. Oculorum claritati multùm confert. Epiphoris cum paſſo impositum. [29] Anginis ſubuenit cũ melle & nitro. Epinyctidas ex aqua ſanat: vulnera recentia, priùs quàm aqua tangantur, impoſitum: præterea capitis hulcera. Peculiariter ilibus imponitur, cum [30] Cypria cera, aut cum fico. Sanat & pruritus. Non eſt dandũ in febri. [31] Nauſeas maris arcet in nauigationibus potum: inguinum tumorem in ventrali habitũ. Somnos allicit olfactum, aut inſcio ſub capite poſitum. Veſtibus [32] inſertum tineas arcet. Culices [33] ex oleo perunctis abigit, & fumo, ſi vratur. Atramentum librarium ex diluto eius temperatum, literas à [34] muſculis tuetur: capillum denigrat abſinthij cinis, vnguẽto [35] roſaceóque permiſtus. Eſt & abſinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatiſſimum in [l] Taposiri Ægypti. Huius ramum Ilia ci [m] præferre ſolemne habent: angu-

1a rufa. CH. 2 angulosis. Vet.
3 de qua nos ſatis. Vet. 4 rubentibus. Flos qualis eius quem Iouis flammam. Vet. 5 quam Io. fl appellamus. CH. 6 Vuę vitia cutis &c. emendant. Dioſ. Vapos & cutis vitia in facie. Vet. 7 heuri. M. forraſcit, exuri. vri, Vet. & CH. 8 regione. Dioſc.
9 multúmque. M.
10 in præmio. CH.
11 Vetus ſine vſu eſt. CH.
12 appellatur. CH.
13 expreſſus. CH.
14 herba, in Vet. d.
15 abſinthij, vox ſupra nacta eſt. 16 decoctus. M.
17 inflammationes. CH. 18 ſale. M. 19 aceti. CH. 20 abſtergit. Alij. 21 dabant. Cæt. 22 veteris, in M. d. 23 drachmas, Vet.
24 Hæc clauſula in CH. d. 25 vt fic. Vet.
26 apio. Vet. & CH. 27 inflammationes calidum CH.
29 Anginæ. CH.
30 cerato cyprino. Dioſco
31 Nauſeam. CH.
32 inſpertum. Dioſc. 33 ex aceto permixtus CH.
34 muſcis. CH. 35 roſaceo. Vet.

ſtius priore, minúſque amarum, ſtomacho inimicum, aluum mollit, pellítque animalia interaneorum. Bibitur cum oleo & ſale, aut in[h] farinæ trimeſtris ſorbitione dilutum. Coquitur, quantùm manus capiat, in aquæ ſextario ad dimidias.

ANNOTATIONES.

a Cretica tinctoria, quæ purpuræ colore inficit. Vide cap.25.lib. 13.& cap.6.lib.32.& cap.ſequens.

b Veteri doloribus & ſuffocationi, menſibus prouocandis.

c Sarmentis longis, duris, rimoſo cortice veſtitis: flore capillaceo: fructu exiguus uuis ſimili, poſt maturitatem rubente: grauis figura roſtdis. Dio c. κάνναβις Plinius ad punici ſemina retulit oſcitanter, & aliàs totam hiſtoriam corrupit.

d Ex omnibus plantis, quæ in vicina ſcandũt, etes nouimus, quarum flos cœruleus, ſiue purpureus, Iouis flori, nempe aquilegiæ, colore ſimilis ſit primam quidem, quam granum Nil vocãt: alteram, quam dulcamaram: tertiam, quam pro clematide ſecunda pinxit Dodonæus, & quam pothon ęgraleum eſſe quidam putant. Quæ de vite ſylueſtri tradit hic Plinius, magis conuenire videntur dulcamaræ, quam ſalicaſtrum ſuprà vocauit c.1.23. & viti ſyluestri ſimilem eſſe dixit, coſdémque effectus habere.

e Apud Plautum in Trinummo,

S T C. Omnium primum per pontum aduecti ad Arabiam terrã ſumus.
C H. Eho, an Arabia etiam eſt in Ponto? S T C. eſt: non illa vbi thus gignitur,
Sed vbi abſinthium ſit, atque cunicula gallinacea.

f Quibus in Albano monte Romanis ſimul & Latinis viſceratio dabatur. Vide Alex. ab Alex. cap.7.lib.5.

g Potionis τετραψύχου meminit Varro in Quinquatribus, *Abſinthium vti hibam graue & cyperum, leucimque vobur* (minuam vires corporis) apud Nonium.

h Vino ex eo facto, quod abſinthites vocant.

i Stomachique bilem detrahit, Dioſco. bilem purgat, quæ ſtomacho & ventri inhæret.

k τρίγλιον, venenato chamæleontis ſucco.

l Taphoſiri, Stephanus. Sic ea dicta, quòd Oſiridis ſepulchrum ibi eſſet, quaſi Oſiridos τάφος.

m Pro oliuæ raimo Dioſco. quæ in Ægypto viuere non poteſt: quamuis Theophraſtus libris de cauſſis olearum quoddam genus Ægyptium vocet. Cæterum in agro Cyrenenſi Ægypto contermino id prouenit.

n σὺν ὕδατι, ὃ φασὶ. Dioſcor. cum ſapa, aut lenticula Plinius, quia ὕδωρ etiam pultem aqua decoctam ſignificat, ſorbitionem farinæ trimeſtris vertit. Ego magis ſapam intelligo, quæ ſua dulcedine amatorem abſinthij & ingratum ſaporem obſcurat & temperat.

De ballote, & botrye fruticoſa, & brabyla, & bryo, & bupleuro, & catanance, & calla, & circæa, & cirſio, & cratæogono, & thelygono, & crocodilio, & cynoſorchi, & chryſolachano, & cucubalo, & conſerua.

CAP. VIII.

BAlloten alio nomine[1] melampraſion Græci vocant, herbam fruticoſam, angulosis caulibus nigris, hirſutis foliis veſtientibus, maioribus quàm[2] porri, & nigrioribus, grauè olentibus. Vis eius efficax aduerſus canis morſus, ex ſale foliis tritis[3] impoſita: item ad condylomata, coctis cinere, in folio oleris. Purgat & ſordida hulcera cum melle. Botrys fruticoſa herba eſt, luteis ramulis. Semen circa torum naſcitur: folia cichorio ſimilia. Inuenitur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. [4] Hoc Cappadoces ambroſiam vocant, alij artemiſiam. [a] Brabyla ſpiſſandi vim [5] habet cotonei mali modo: nec amplius [6] de ea tradunt authores. [7b] Bryon, marina herba ſine dubitatione eſt, lactucę foliis ſimilis, rugoſa veluti contracta, ſine caule, [c] ab[8] ima radice exeuntibus foliis. Naſcitur in ſcopulis maximè, teſtíſque terra comprehenſis. Prȩcipua ſiccandi ci ſpiſſandíque vis, & collectiones omnes inflammationéſque[9] cohibendi, præcipuè podagræ, & quicquid[d] refrigerare[10] opus ſit. Bupleuri ſemen ad ictus ſerpentium dari reperio, foueríque plagas decocta ea herba, adiectis foliis mori aut origani. Catanancen Theſſalam herbam, qualis ſit, à nobis deſcribi ſuperuacuum eſt, cùm ſit vſus eius ad amatoria tantùm. Illud non abre eſt dixiſſe ad deregendas Magicas vanitates, electam ad hunc vſum coniectura, [e] quoniam areſcens contraheret ſe ad ſpeciem vnguium milui exanimati. Eadem ex cauſa[11] & [f] cemos ſilebitur à nobis.[12] [g] Calla duorum generum eſt. Vna ſimilis aro. Naſcitur in arationibus. Colligitur[h] antequam inareſcat, vſúſque eoſdem habet, quos[13] arum. Bibitur quoque radix huius ad exinaniendas aluos, menſéſque mulierum: item[14] caules cum foliis in leguminibus decocti, ſanant teneſmon. Alterum genus eius quidam anchuſam vocant, alij[15] hinochiſtiam. Folia lactucæ longiora, plumoſa, radice rubra, quæ ignes ſacros cum[i] flore polentæ ſanat impoſita: cocinoris autem vitia, in vino albo pota. Circæa [16] trychno ſatiuo ſimilis eſt, flore nigro, puſillo, paruo ſemine, vt milij, naſcente in quibuſdam [17] corniculis, radice ſemipedali, triplici [18] fermè aut quadruplici, alba, odorata, guſtus calidi. Naſcitur in apricis ſaxis. Diluitur in vino, bibitúrque ad dolorem vuluæ & vitia. Macerari oportet in ſextarijs tribus quadrantem radicis tuſæ, [19] noctem & diem. Trahit eadem [20] potio & ſecundas: ſeu ine[k]lae [21] minuitur, in vino aut mulſa aqua poto. Cirſion cauliculus eſt tener duûm cubitorum, triangulo ſimilis, [22] oliis ſpinoſis circundatus. Spinæ molles ſunt. Folia bouis linguæ ſimilia, [23] minora, ſubcãdida, & in cacumine

cap. tula

1 porrum nigrum. CH.
2 marrhubij, πρασοίου, non πράσου.
3 impoſitæ. CH.
4 Hanc Vet.
5 habent. Alij.
6 de iis. Alij.
7 Bryon marinum. CH
8 vna Th.
9 inhibendi. CH.
10 poſſit. CH.
11 cecemos ſilebitur nobis. CH
12 Calix. Dioſc. Calſa. CH.
13 arũ CH.
14 caulis &c. ſanat. CH.
15 Portaſiis, vt apud Dioſc. ἱπποδωρίδα.
16 trychno. CH.
17 veluti corn. Dioſ.
18 ſæpè CH.
19 nocte & die CH.
20 potione ſecundas Vet.
21 minuet. Vet.
22 foliis in extremo ſpin. Dioſc
23 oblongiora, modicè virſuta Dioſc.

capitula[24] purpurea, quæ ſoluuntur in lanugines. Hanc herbam radicémve eius adalligatam, dolores varicum ſanare[l] tradunt. Cratæogonon[25] ſpicę tritici ſimile eſt, multis calamis ex vna radice emicantibus, multorúmque geniculorum. Naſcitur in opacis, ſemine milij, vehementer aſpero guſtu: quòd ſi bibant ex vino ante cœnam, tribus obolis in cyathis aquæ totidem, mulier ac vir, ante conceptum[26] diebus x l. virilis ſexus partum futurum aiunt. Eſt & alia[27m] cratæogonos, quæ thelygonos vocatur. Differẽtia intelligitur lenitate guſtus. Sunt qui florem cratæogoni bibentes mulieres, intra x l. diem concipere tradant. [n] Eadem ſanant hulcera vetera nigra cum melle: [28] explent ſinus hulcerũ, & atropha carnoſiora faciunt: purulenta expurgant: panos diſcutiũt: podagras, colelctionéſque omnes leniunt, peculiariter mammarum. Theophraſtus[o] arboris genus intelligi[29] voluit cratæogonon ſiue[30] cratæogona, quam Itali aquifoliã vocant. Crocodilion chamæleontis herbæ nigræ figuram habet radice longa, æqualiter craſſa, odoris aſperi. Naſcitur in ſabuletis. Pota ſanguinem per nares pellit copioſum craſſúmque, atque ita lienem conſumere dicitur. Cynoſorchin aliqui orchin vocant, foliis oleę, mollibus, ternis, per ſemipedẽ longitudinis in terra ſtratis, radice bulboſa, oblonga duplici ordine, ſuperiore quę durior eſt, & inferiore quæ mollior. Eduntur[31] vt bulbi cocti, Pin vineis[32] ferè inuenti. Ex his radicibus ſi maiorem edant viri, mares generari dicunt: ſi minorem fœminę, alterum ſexum. In Theſſalia[33] molliorem in lacte caprino[q] viri bibunt ad ſtimulãdos coitus, [34] duriorem verò ad inhibendos. [35] Aduerſatur [36] alter alteri. Chryſolachanum in[37] pineto, lactucę ſimile naſcitur. Sanat neruos inciſos, ſi confeſtim imponatur. Et aliud genus chryſolachani traditur, flore aureo, foliis oleris. Coctum eſtur, [38] vt olus molle. Herba[39] hac adalligata morbum regium habentibus, ita vt ſpectari ab his poſſit, [40] ſanari id malum traditur. De chryſolachano nec ſatis dici ſcio, nec plura reperio. Nanque & hoc vitio laborauere proximi vtrique herbarij noſtri, quòd ipſi notas, velut vulgares, ſtrictim & nominibus tantùm indicauere: tanquam coagulo terrę aluum ſiſti, ſtranguriam diſſolui, ſi bibatur ex vino aut aqua. [41] Cucubali folia trita cum aceto, ſerpentium ictibus & ſcorpionum mederi. Quidam hanc alio nomine ſtrumum appellant, alij Græcè ſtrychnon: Acinos habet nigros. Ex his cyathus ſucci cum mulſi duobus, medetur[r] lumbis: item capitis [42] doloribus cum roſaceo infuſus. Ipſa ſtrumis illita. Peculiaris eſt Alpinis maximè fluminibus conſerua, appellata à[43] conferruminando, ſpongia aquarum dulcium verius, quàm muſcus aut herba, villoſæ denſitatis atque fiſtuloſæ. Curatum ea ſcio, omnibus ferè oſſibus confractis, prolapſum ex arbore alta putatorem circundata vniuerſo corpori, aquam ſuam[44] inſpergentibus, quoties inareſceret, raróque nec niſi [45] deficientem herbam mutationis cauſa reſoluentibus, conualuiſſe vix credibili celeritate.

24 in ſummo purpurea. Dioſco.
25 melampyro. Vet. Dioſco.
26 & coitum, ter in die Dioſco.
27 cratægonos. CH. & ſic vbique mox.
28 & explent. CH.
29 voluit cratægum. Vet. hæc vltima omnia in M.d.
30 cratægon. CH.
31 vt bulbi, coctæ. Dioſco. vt bulbi cocti, in vi ſe. interm. æ. CH
32 ferè M.
33 duriorem. Th.
34 moniorem Th.
35 Aduertantur. CH.
36 altera. Vet.
37 pineto. Vet.
38 vt olus, aluum mollit. Dioſc.
39 hæc. Vet.
40 ſanare. Vet.
41 Cuſiculi. CH.
42 dolori. CH.
43 conferruminando. M.
44 adſpergentibus. CH.
45 deficiente herba. Vet.

ANNOTATIONES.

a Brabyla memorata Galeno cap.38.lib.2.de alimentis, & lib.6. περὶ τέχνης in medicamentis ſtomaticis, fructus pruni ſyluestris, ſpinoſæ, ſiue ſpodiadis, vulgo *Prunelles*. ἀγριοκοκκυμηλίδων verò fructus pruni ſyluestris non ſpinoſæ, matureſcens ſerò admodum, nempe Auguſto & Septembri. Interpres Theocriti cõmunia pruna ſiue Damaſcena interpretatur Eidyllio 7. hoc verſu,

-τοὶ δ' ἰσίχνωτο.

ἕρπουσι βραβύλοισι κατὰ βάθεος ὀρόφοιο.

Et Eidyllio 11. ἀσφάδιαι χαμαὶ ἕρπον, ἄνερ μάκαρ, βραβύλοισι ἄδειαι.

Seleucus apud Athenæum βλαι, βράβυλαι, μάδρυα, κοκκυμηλαι eadem eſſe tradit, dicíque βλαι quaſi μῶλαι: μάδρυα quaſi μακέδρυα: βράβυλαι quaſi πάνυ βαρὺ ἐκβάλλουσα, nempe ὑποπλαῖα. Barbilos Conſtantino lib.10. γεωπονίκων, arbos ex oſſe perſici natantes à brabylo diuerſa.

b Bryon Theophraſto nuda herba marina priuatim traditur, ſed inter genera τῶ βρύου θαλαττίου, ſiue τῶ φύκους, lactucaceum hoc is deſcribit. Vide cap.7.lib.4.Hiſto.& ſuprà cap.vlt.lib.13.& 6.32. & 10. 28.& præcedens.

c Ab vna radice, ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς. Theophr. cap.7.lib.4.

d ῥυψίας δυναμένας. Plinius legit ῥυσίας. Hæc ex cap.Dioſc. de muſco marino, quo tantam agitur de alga fœniculacea, vulgo corallina, non autem de hac lactucacea.

e Quod qui ea vtuntur, amatas mulieres rapiant, etiam inuitas, & veluti contractis vnguibus retineant.

f κημὸς, capiſtrum, frenum, lupatum. Quidam caſſu thã noſtram eſſe putant: alij leontopodion ad amatoria vtile. Marcellus apud Dioſcoridem ſcribit in optimis Græcis codicibus, quos in poteſtate habuit, & in Latino ſcripto literis Longobardis, capitii de leontopodio præfixum titulum fuiſſe de Cemo: vt inde conſtet cemon Plinij eſſe Dioſcoridis leontopodion. Cætera leontopodion Plinij multùm diſcrepare à leontopodio Dioſcoridis, quod oſtendunt vtriuſque ires collatæ.

g Lego, Calix duorum generum eſt &c. Caliea Plinius alicubi legerat arum ſiue aruaron vocari: & quoniã anchuſa quoque calix dicitur, calicis duo genera Plinius ſtatuit. Caileen aruaron vocatum fuiſſe arbitror, quòd eius fructus caliee obuoluatur membranoſo.

h In aro, vt tempeſtiuè colligatur, ſignum maturitatis eſt ab imo folium inareſcens cap.5.vlt.lib.19.

i Conſtantinus legendum putat apud Dioſcoridem, vnde hæc ſumpta ſunt, ἄνθη μήλινα, id eſt, flores, vt interpretatur, ex viridi cereos. Oribaſij tamen deſcriptio cum litera Dioſcoridis conſentit, nec apud herbariorum veterum quempiam extat in eius hiſtoria, quam integram proponit Dioſcorides, mutandum quicquam eſſe.

k Dioſcoridi, γάλακτα ἀποσπᾷ, confert ad lactis generationem, lacte mammas implet.

l Andreas tradit. Dioſcor.

m Vulgo Perſicaria. Melampyros Dioſco. cap.de cratræogono. Alia eſt thelygonos ſuprà cap.15.vlt.lib.26.

n Hæc omnia quæ apud Dioſcoridem legi & extare notauimus, capite de ſecundo orchi reperiuntur ſcripta, cap.10.lib.26.

o Fatetur Plinius. Aquifolia Latinorum, Græcorum agria eſt: cratægus verò Theophraſti, quem ineptè cratægonon hinc cratægona vocat herbariorum molitri ſæculi torminalis ſortitus. Vide ſuprà cap.20.lib.15.

p Naſcitur in petroſis & ſabuloſis. Dioſcor.

q Mulieres

q Mulieres bibendum dant. Dioſc.
r A calida cauſa vexatis.
s Deficiente herba, id eſt, dificta, diſſipata, conſumpta, vt facilè ob mollitiem exteritur.

De cocco Gnidio, & dipſaco, & dryopteri, & dryophono, & elatine, & empetro ſiue calcifraga, & epipactide ſiue elleborine, & epimedio, & enneaphyllo, & filice, & de femore bubulo, & galeopſide ſiue galeobdolo, & glauce ſiue eugalacto.

CAP. IX.

COcco Gnidio color cocci, magnitudo grano piperis maior, vis ardens. Itaque in pane deuoratur, ne adurat, cùm [1] gulam tranſit. Huic vis præſentanea contra cicutam. [a 2] Siſtit aluum. [3] Diſpacos folia habet lactucæ, [4] bullaſque ſpinoſas in dorſi medio, cauleм duûm cubitorum, iiſdem ſpinis horridum, genicula eius binis foliis amplectentibus, concauo alarum ſinu, in quo [5] ſubſiſtit [b] ros ſalſus. In cacumine capitula ſunt [c] echinata [6] ſpinis. Naſcitur in aquoſis. Sanat rimas ſedis. Item [7] fiſtulas decocta in vino radice, vſque dum ſit craſſitudo ceræ, vt poſſit in fiſtula collyrium mitti. Item verrucas omnium generum. Quidam & alarum, quas ſuprà diximus, ſuccum illinunt his. Dryopteris filici ſimilis, in arboribus naſcitur, tenui foliorum ſubdulcium inciſura, radice hirſuta. Viſci cauſtica eſt. Ideò pſilothrum [8] eſt radix tuſa. [d] Illinitur enim, vſque dum ſudores euocet: [9] iterúmque & tertiò, ita ne ſudor abluatur. [e] Dryophonon ſimilis herba eſt, caulibus tenuibus, cubitalibus, circundatis vtrinque foliis, pollicari [f] amplitudine, qualia oxymyrſines, ſed candidioribus mollioribúſque, flore candido ſambuci. Edunt cauliculos decoctos. Semine verò eius pro pipere vtuntur. Elatine folia habet [11] helxinæ, puſilla, ſpiloſa, rotunda, ſemipedalibus ramulis quinis [12] ſeníſve à radice ſtatim folioſis. Naſcitur in ſegetibus, acerba guſtu, & ideò oculorum fluxionibus efficax, foliis cum polenta tritis & impoſitis, ſubdito linteolo. Eadem cum lini ſemine cocta ſorbitionis [13] vſu dyſenteria liberat. [14] Empetron, quam noſtri calcifragam vocant, naſcitur in montibus maritimis, ferè in ſaxo: quò propiùs mari fuerit, [15 h] minùs ſalſa eſt, potáque bilem trahit ac pituitas: quò longiùs magiſque terrena, amarior ſentitur. Trahit [16] aquam. Sumitur autem in iure aliquo, [17] aut in hydromelite. Veruſtate vires perdit. Recés [i] vrinas ciet decoctum in aqua vel tritum, calculóſque frangit. Qui fidem promiſſo huic quærunt, affirmant lapillos, qui ſubſeruefiant vnà, rumpi. Epipactis, ab aliis elleborine vocatur, parua herba, exiguis foliis, iocineris vitiis vtiliſſima, & contra venena pota. [18] Epimenidion cauliſ eſt non magnus, ederæ foliis denis [19] atque duodenis, nunquam florens, radice tenui, nigra, graui odore. Naſcitur in humidis, & huic ſpiſſandi refrigerandíque natura, [k] fœminis cauenda. Folia in vino trita virginum mammas cohibent. [l] Enneaphyllon, longa folia nouena habet, cauſticæ naturæ. Imponitur lana circundatum, [m] ne vrat [20] latus: continuò enim [21] puſtulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum vtiliſſimum. Filicis duo genera nec florem habent, nec ſemen. Pterin Græci vocant, [22] alij [n] blechnon, cuius ex vna radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, [23] non graues odore. Hanc marem exiſtimant. Alterum genus thelypterin Græci vocant, alij nymphæam pterin. Eſt autem [24] ſingularis atque non fruticoſa, breuior, molliórque & denſior, foliis ad radicẽ canaliculata. Vtriuſque radice [o] ſues pingueſcunt. Folia vtriuſque lateribus [p] pinnata, vnde nomen Græci impoſuere. Radices [25] vtrique longæ in [26] obliquum, nigræ, præcipuè cùm inaruere. Siccari autem eas Sole oportet. Naſcuntur vbique, ſed maximè frigido ſolo. Effodi debent Vergiliis occidentibus. Vſus radicis in trimatu tantùm, neque anteà, neque poſteà. Pellunt interanea corum animalia, ex his tænias cum melle: cætera ex vino dulci triduò potæ. Vtraque ſtomacho inutiliſſima. Aluum ſoluit: primò bilem trahens, mox aquam: meliùs tænias cum ſcammonij pari pondere. Radix eius duûm obolorum pondere ex aqua, poſt vnius dici abſtinentiam bibitur, melle præguſtato contra rheumatiſmos. Neutra [q] danda mulieribus, quoniam grauidis abortum, cæteris ſterilitatem facit. Farina earum hulceribus tetris inſpergitur: iumentorum quoque

1 gulæ tranſitu. CH.
a Cicut. Vet.
2 Dipſacon. CH.
3 & veluti bullas. Dioſco.
4 ſubſiſtit. CH.
5 ſpinis, in M.d.
6 fiſtulas. CH. fiſtulam collyrium immitti. Vet.
7 cum radice tuſa. Dioſc.
8 euocentur. Vet.
9 iterum & tertium. CH.
10 helxines. Vet. caſſia. CH.
11 ſeníſque. CH.
12 vſu à dyſ. Alij.
13 Empetros CH.
14 magis. Vet. Dioſc.
15 & aquam. Alij, bilem, & ſ. putrã Dioſc.
16 vt hydr. CH.
17 Epimedium. M. Epimedion. CH. Legebatur & anteà, Epimedium: atque ita repomendum ex Dioſc. Epimenidium, tiliæ genus eſt.
18 aut. Vet.
19 lacus CH.
20 puſulas. M.
21 alij blachnon. Dioſc. CH.
22 ſubgraues Dioſc. ſubgraui. Alij.
23 non ſingularis, ſed fruticoſa Dal.
24 vtriuſque long. CH.
25 obliquum acæ, nigræ Dioſc.

que [27] in ceruicibus. Folia cimicem necant: ſerpentem non recipiunt. Ideò ſubſterni vtile eſt in locis ſuſpectis: vſtæ etiam fugant nidore. Fecere Medici huius quoque herbæ diſcrimen. Optima [28] Macedonica eſt, ſecunda Caſſiopica. [r] Femur bubulum appellatur herba, neruis & ipſa vtilis, recens in aceto ac ſale trita. Galeopſis, aut, vt alij, galeobdolon [s] vel galion, caulem & folia habet vrticæ læuiora, & quæ grauem odorem trita reddant: flore purpureo. Naſcitur circa ſepes ac ſemitas vbique. Folia cauléſque duritias & carcinomata ſanant ex aceto trita & impoſita: item ſtrumas. Panos & parotidas diſcutiunt. Ex vſu eſt [29] & decocto [30] ſucco fouere. Putreſcentia quoque & gangrænas ſanat cum ſale. Glaux antiquitus eugalacton vocabatur, cytiſo & lenticulæ foliis ſimilis: auerſa candidiora. Rami in terram ſerpunt quini ſeníve, admodum tenues ab radice. Floſculi purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in ſorbitione ſimilaginis, ad excitandã vbertatem lactis. Eam [31] qui hauſerint, balneis vti [t] conuenit.

27 in, M.d.
28 Macedonia. CH.
29 & decoctæ. CH.
30 & ſucco. Vet.
31 quæ. Vet.

ANNOTATIONES.

a Imò verò ducit copioſè, bilémque, pituitam, & aquas detrahit. Plinius hic fœdè lapſus eſt. legò, ciet.
b Apud Dioſcoridem eſt, imber, autros, vnde nomen traxit. Et quoniam ſalſa maximè ſitim excitant, plantáque dipſacus tanquam ſitibunda vocata eſt, leui coniectura humorem in eius foliis collectum Plinius ſalſum eſſe putauit, cùm ſalſugine prorſus careat.
c Omittit Plinius, ea ſicca candida ſpectari, & diſſecta medulla tenus, vermiculos intus habere, qui brachio, vel collo alligati quartanãs medentur. In Gallia fullones ἐριοκάπας, nèpe inſtrumẽta, ex iis conficiunt, tractandis rudioribus pannis excitandíſque lanarum villis, quæ Græci τὸν τριβέων appellant.
d Oportet autem priùs vulſis pilis, poſteaquàm calidæ vapore madefacta cutis fuerit, recentem imponere. Dioſcor.
e Dryophonon Cordus eſſe putat Creticum thlaſpi; quod pro draba Dioſcoridis quidam monſtrant: alij filicem floreſcentem.
f Vel latitudine, vel longitudine. Latitudinem potiùs intelligo.
g δασέα, quod verti etiam poteſt denſa.
h Magis ſalſa eſt. Dioſc. Hãc deſcribit Aloiſius in Græcia viſam.
i Hæc de ſaxifrago audienda ſunt, quod empetron nonnulli vocauerunt, ſicut & Matthiolus adnotauit.
k Quoniam & radix conceptum adimit, & folia trita quinis drachmis per quinque dies à menſtrua purgatione pota, mulieribus præſtat ne concipiant.
l Quidam genus barrachij eſſe volunt, quod folia ferrumicis ferè ſimilia, & à quibuſdam hydropiper vocatur: alij dentellariam Mompeſſulanorum eſſe putant: alij pſeudoelleborum herbariorũ vbique in ſaxoſis naſcens, quod quidam conſiliginem, Allobroges vocant. Βλαστίτης, enneaphyllum dictum quoniam cauliculi ſummi in nouem folia diſpeſcuntur: alij elleborum adulterinum in hortis naſcens, quod Nouembri florem herbaceum mittit, & folia in nouem lacinias diuiſa.
m Qui in lumbagine & iſchiade admouent, lana obuoluunt, vt diſcutiat quidem humores qui eos morbos gignunt, non autem exurat.
n Nicander βλάβεμ. Ἐν ἢ πολυφυλλὲς, βλάβεν περιβάλλει χόρτον. Interpres βλάχνον. Sic & Dioſcorides. Phanias apud Athenæum lib. 2. filicam βλάχνον vocari ſcripſit.
o Extremi Northmaniæ populi, vt Abrincates, ex iis panem conficiunt.
p Pinnis, ποῖς πτεροῖς auium ſimilia, vnde πτέριδα Græci vocarunt, & Celſus in ſuis Geoponicis apud Columellam cap. 14. 6. auiam. Ad iumentorum collum in opere contuſum, auiam cum ſale tri[illegible] & impoſitam, remedium eſſe præſentiſſimum is ſcripſit, ad quem vſum filicem fœminam Dioſcorides commendat, λέγων τὴν θηλυτέραν πτέριν.
q Apud Dioſcoridem legitur, πρὸ ἕνδεκα διεσῶν ἐκτρόπων. Emendat Lacuna ex fide veruſti exemplaris, πρὸ ἕνδεκα λάβδων. id quod confirmat hic locus.
r Oportuit hanc herbam dictam fuiſſe βούμηρον. Eam ſic dictam puto, quòd fracta boum femora, & crura ſolidet efficaciùs. Quidam cardiacam eſſe volunt.
s Hoc ineptè.
t Lego, conuenit. Lactis quoque vbertas intermiſſa ea reſtituitur. Sumitur eius rei cauſſa ex aqua. Hæc in ſuum hunc locum ſic reponenda, perperàm inſerta capiti ſequenti.

De glaucio, & glycyſide, & gnaphalio, ſiue chamæzelo, & galedrago, & holco, & hyoſiri, & holoſteo, & hippophæſto.

CAP. X.

GLaucio in [a] Syria & Parthia naſcitur, [b] humilis herba, denſis foliis, ferè papaueris, minoribus tamen ſordidioribúſque, odoris tetri, guſtus amari cum aſtrictione. [1] Granum habet crocci coloris. [2] Hoc in olla fictili luto circunlitum, in clibanis calefaciunt: deinde exempto ſuccum exprimunt eiuſdem nominis. [c] Vſus eſt & ſucci, & foliorum, ſi terantur, aduerſus epiphoras, quæ vniuerſæ vno impetu [3] cadunt. Hinc temperatur collyrium, quod Medici [4] diaglaucion vocant. [d] Lactis quoque vbertas intermiſſa reſtituitur. Sumitur eius rei cauſa ex aqua. Glycyſide, quam aliqui pæoniam, aut pentorobon vocant, caulem habet duûm [6] cubitorum, comitantibus duobus aut tribus, ſubrutilum, cute lauri: folia qualia [7] iſatis, pinguiora, rotundioráque, & minora: ſemẽ in ſiliquis, aliud grano rubente, aliud nigro. Duo [8] autem genera ſunt. Fœmina exiſtimatur, cuius radicibus [9] ſeu balani longiores circiter octo aut ſex adhærent. Mas plures [10] habet, quoniam non vna radice nixus eſt, palmi altitudine, candidáque. Ea guſtu aſtringit. Fœminæ folia myrrham redolent, & denſiora ſunt. Naſcuntur in ſyluis. Tradunt [11] noctu effodiendas, quoniam pico Martio impetum in oculos faciente, interdiu periculoſum ſit. Radix verò cùm effodiatur, periculum eſſe ne ſedes procidat. Magna id vanitate ad oſtentationem rei fictum arbitror. Vſus in his diuerſus. Rubra enim grana [12] rubentis menſes ſiſtunt, [13 e] x v. ferè pota in vino nigro. Nigra grana [14 f] vuluis medentur, ex paſſo aut vino totidem

1 Succum. Dioſc.
2 Folia in olla &c. in clibanis ſemifrigidis calefaciunt quoad flaccefcant: deinde contuſis ſuccum. Dioſc.
3 cadant. CH.
4 Dia Glaucion. Dal. diaglaucia. CH.
5 huius. CH.
6 palmorum. CH.
7 ſiligans. Dioſc. ſiliquis Vet
8 enim. CH.
9 ceu. Dal.
10 non habet, quoniam vna rad. Ex Dioſc
11 nocte. CH.
12 rubentes. Alij.
13 x vel x ii. Dioſcor.
14 vuleis. CH. ſuccis vuluis.

totidem pota. [15] Radix omnes ventris dolores ſedat in vino, [g] aluúmque purgat: ſanat opiſthotonum, morbum regium, renes, veſicam: [16] matricem autem & [h] ſtomachum decocta in vino: aluúmque ſiſtit: eſtur etiam [17] contra [i] malum mentis: ſed in medendo quatuor drachmæ ſatis ſunt. Grana nigra auxiliantur [18] & [k] ſuppreſſionibus nocturnis, in vino pota, quo dictum eſt numero. [19] Stomachi verò eroſionibus, [20] & eſſe ea & illinire prodeſt. Suppurationes quoque diſcutiuntur: recentes nigro ſemine, veteres rubro. Vtrunque auxiliatur à ſerpente percuſſis: & pueris contra calculos, [l] incipiente ſtranguria. Gnaphalion alij chamæzelon vocant, cuius foliis albis mollibúſque pro tormento vtuntur: ſanè [21] & ſimilia ſunt. Datur in vino auſtero ad dyſenteriam: ventris ſolutiones, menſéſque mulierum ſiſtit. Infunditur autem teneſmo. Illinitur & putreſcentibus hulcerum. [22] Galedragon vocat Xenocrates [23] leucacantho ſimilem, paluſtrem & ſpinoſam, caule ferulaceo, alto, cui ſummo capite inhæret ſimile ouo. In hoc creſcente ætate vermiculos naſci [24] tradunt, quos pyxide conditos adalligari cum [25] pane brachio ad eam partem, qua dens dolcat, miréque illicò dolorem tolli. Valere non diutius anno, & ita ſi terram non [26] attigerit. Holcus in ſaxis naſcitur ſiccis. Ariſtas habet in cacumine [27] tenues, culmo quale hordeũ reſtibile. Hæc circa caput alligata, vel circa lacertũ, [m] educit è corpore ariſtas. [28] Quidam ob id ariſtidam vocant. Hyoſiris intubo ſimilis, ſed minor, & tacta aſperior: vulneribus contuſa præclarè medetur. Holoſteon ſine duritia eſt herba, ex aduerſo appellata à Græcis, ſicut fel [o] dulce, tenuis vſque in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen, foliis anguſtis, aſtringens guſtu. Naſcitur in collibus terrenis. Vſus eius ad conuulſa rupta, in vino [29] pota. [30] Vulnera quoque cõglutinat. Nam & carnes [31] coguntur, addita. Hippophæſton naſcitur [p] in ſpinis, ex quibus fiunt [32] æneæ fulloniæ, ſine cauliculo, ſine flore, capitulis tãtùm inanibus, & foliis paruis, multis, herbacei coloris, radiculas habens albas, molles. Succus [33] carum exprimitur æſtate, ad ſoluendam aluum, tribus obolis, maximè in comitialibus morbis, & tremulis [34] hydropicis. Contra vertigines, orthopnœas, paralyſeis incipientes.

15 Radix ſanat opiſth. Vet. Interricta deſiderantur.
16 & matricem. Com. ex Vet.
17 cum a'imentis.
18 Grana ex Vet. alumen ca. CH.
19 & compreſſionibus. Vet.
20 Stomacho verò & eroſionibus. Vet. Stomacho verò & roſionibus. CH.
20 & eſſe eam ea &. M.
21 ei. Vet.
22 Galli dragam CH.
23 leucacanthe. Vet.
24 tradit CH.
25 panno. Vet.
26 attigerint Vet.
27 tenui culmo CH.
28 Hanc quidam. Dal.
29 coca. Vet.
30 Et vuln. quoque. CH.
31 dum coguntur. M. cum eo coguntur. CH. Cogunt eam coquentes. Sic & Cornu ex Vet.
32 æneæ Vet.
33 carum. Dioſc.
34 hydropicis, & cõtra. Dal.

ANNOTATIONES.

a Syriæ Hierapoli. Dioſcor.
b Humilem eſſe herbam Dioſco. non ait, ſed habere folia χαμαίδαφνης, in terram ſparſa.
c Hæc aliter Plinius, quàm Dioſco.
d De glauce hæc Dioſcor. non de glaucio.
e Decem, vel duodecim. Dioſcor.
f Strangulantibus. Dioſcor.
g Verum, fœminis à partu non purgatis. Dioſc.
h Acri humore commoſſum. Dioſc. qui id tamen de granis, non de radice.
i ἄνοιαν, & μελαγχολίαν, amentiam, melancholiam.
k Oppreſſionibus, ὑφ' ἑφιαλτῶν πνιγμοῖς, incuborum ſuffocationibus, Faunorum in quiete ludibrijs. cap. 4. lib. 25.
l ἀρχὴν οὐθιάσεως καρτερᾶς. Dioſcor.
m Cùm à trahendo ſic dicta fuerit, vim attractri cem & epiſpaſticam conuenienter ei tribuunt.
n Quibuſdam facea ignea.
o τὰ χολώδη Græci fella vocant, vt etiam Lugdunenſes hodie fel vocant, *le doux*. Aurelianus c. 1. lib. 3. Chronion. Multa enim contrariæ interpretationis vocabulum ſumpſerunt, vt fella, quæ χολώδη vocant, quaſi dulcia, cùm ſint amariſſima.
p In ſpinis, quibus veruntur cortinæ fullonicæ. Vet. ſed incommodè. Cortinæ, nempe vaſa in quibus feruens & coquuntur pannorũ pigmenta, tinctorum & infectorum ſunt, non fullonum: ἁφρίῳ δὲ γεώφιον. Lego, Hippophæſton ſpina in maritimis naſcitur. Hæc implentur cortinæ fullonicæ: ſine caule &c. Ex Dioſco. Vide initium cap. 13. lib. 24.

De hypogloſſa, & hypecoo, Idæa, iſopyro, lathyri, leontopetalo, lycopſide, lithoſpermo, lapide vulgari, de limeo, leuce, & leucographi. CAP. XI.

HYpogloſſa folia habet figura ſylueſtris myrti, [2] cõcaua, ſpinoſa, & in his ceu linguas folio paruo [3] exeunte de foliis. Capitis dolorem [a] corona ex [4] his impoſita minuit. Hypecoon in ſegetibus naſcitur, foliis rutæ. Natura eius eadem quæ papaueris ſucco. Idæa [5] herbæ folia ſunt, quæ oxymyrſines: adhærent his velut pampini, in quibus [6] flos. Aluum, menſéſque, & omnem abundantiam ſanguinis ſiſtit. Spiſſandi cohibendíque naturam habet. Iſopyron aliqui [7] phaſelion [b] vocant, quoniam folium, quod eſt aniſo ſimile, [8] in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena [c] ſeminis melanthij. Contra tuſſim & cætera pectoris vitia, [9] ex melle aut aqua muſſa, item iocineri vtiliſſima. Lathyris folia habet multa, [10] lactucæ ſimilia, tenuiora, germina multa, in quibus ſemen tuniculis continetur, vt capparis, quæ cùm inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, duleia, [d] facilia purgatu. Hæc vicena in aqua pura aut muſſa pota,

1 Hypogloſſon. Vet. Dioſc.
2 tenuis, in ſummo non ſpinoſa, & iuxta hæc ceu linguas. Dioſc.
3 Hæc male Plinius, nutuam Dioſcoridis. Lauro taxæ foliis parium exit de foliis: quod in alio nullo genere lauri videtur.
4 comis. Dioſc.
5 radici. Dioſc.
6 flos ipſe. M. flos ipſa aluum. CH.
7 phaſiolum. Alij. Dioſc. Gal.
8 in paſſeoli pampineo. CH.
9 cum melle. CH.
10 ambigulare. Dioſc.

pota, hydropicos ſanant. Trahunt & bilem. Qui vehementiùs purgari volunt, cum folliculis ipſi ſumunt ea: nam ſtomachum lædunt. Itaque inuentum eſt, vt cum piſce [c] aut iure gallinacei ſumerentur. Leontopetalon alij [11] rhapeion vocant, folio braſſicę, caule ſemipedali: alæ multæ, ſemen in cacumine in ſiliquis ciceris modo: radix [12] rapo ſimilis, grandis, nigra. Naſcitur in aruis. Radix aduerſatur omnium ſerpentium [13] generibus ex vino pota: nec alia res celeriùs proficit. Datur & iſchiadicis. Lycopſis longioribus, quàm lactuca, eſt foliis, craſſioribúſque. Caule longo, hirſuto, adnatis multis cubitalibus, flore paruo, purpureo. Naſcitur in campeſtribus. Illinitur cum farina hordeacea igni ſacro. [14] Sudorem in febribus mouet, ſucco aquæ [15] calidæ admiſto. Inter omnes herbas lithoſpermo nihil eſt mirabilius. Aliqui [16] ægonychon vocãt, alij Dios pyron, alij [17] Heracleos. Herba [18] quincuncialis ferè, foliis duplo maioribus, quàm [19] rutæ, ramulis ſurculoſis, craſſitudine iunci: gerit iuxta folia ſingulas veluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos candore & rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia verò lapidea. Ipſi, quà pediculis [20] adhæreant, [f] cauernulas habent, & intus ſemẽ. Naſcitur & in Italia, ſed laudatiſſimum in Creta. Nec quicquam inter herbas maiore quidem miraculo aſpexi. Tantus eſt decor, velut [21] aurificum arte alternis inter folia candicãtibus margaritis: tam exquiſita difficultas lapidis ex herba naſcentis. Iacere atque humi ſerpere authores tradunt. Ego vulſam, non hærentem vidi. Iis lapillis drachmæ pondere potis in vino albo calculos frangi, pelliſque conſtat, & ſtranguriam diſcuti. Neque in alia herbarum fides eſt [22] viſus ſtatim, ad quam medicinam nata ſit. Eſt [23] autem eius ſpecies, vt etiam ſine autore viſu ſtatim noſci poſſit. Lapis vulgaris iuxta flumina fert muſcum ſiccum, canum. Hic fricatur altero lapide, addita homi is ſaliua: illo lapide tangitur [h] impetigo. Qui tangit, dicit, φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος [24] ὕμμε διώκει. [i] Limeum herba appellatur à Gallis, qua ſagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant. Ex hac in tres modios [25] [k] ſaliuati additur, quãtum in [26] vna ſagitta addi ſolet: ita offa demittitur boum faucibus in morbis. Alligari poſteà ad præſepia oportet, donec purgẽtur (inſanire enim ſolent) ſi ſudor inſequitur, aqua frigida perfundi. [l] Leuce Mercuriali ſimilis, nomen ex cauſa accepit, per medium folium candida linea tranſcurrente: quare [27] meſoleucon quidam vocant. Succus eius fiſtulas ſanat: ipſa cõtrita, carcinomata. Fortaſſis eadem ſit, quæ [m] leucas appellatur, contra omnia marina venena efficax. Speciem eius autores non tradunt, nec aliud, quàm ſylueſtrem latioribus foliis eſſe efficaciorem, hanc ſemine [28] acriorem. Leucographis qualis eſſet, ſcriptum nõ reperi: quod eò magis miror, quoniam vtilis proditur ſanguinem excreantibus, tribus obolis cum croco: item cœliacis, trita ex aqua & appoſita: profluuio fœminarum, oculorum quoque medicamẽtis, & explendis hulceribus, quæ fiunt in teneris partibus corporis.

11 raphodion. M. grapadion. CH.
12 napo. CH.
13 ictibus ex vino. Vet.
14 ſudores. CH.
15 caldæ. CH.
16 Aetonychon. Aegineta exonticon. M. duplum. CH.
17 Heracleon. Vet & Aeg.
18 quinque caulibus. M.
19 oleæ. Dioſc.
20 adhærent. Dal.
21 aurum emicans. M. fortaſſis, auro emicante, & alternis.
22 viſus ſtatim, ad quæ neſque med. M.
23 enim eiuſmodi. Vet.
24 hemadioci. CH. hæma dioci Vet fortaſſis, αἷμα διώκει.
25 ſaliuata, in M. d.
26 vnam ſagitta q. CH.
27 meſopeleucon. CH.
28 acriore. Vet.

ANNOTATIONES.

a Coronam vertit, quod περίαμμα Dioſcorides dixit his verbis, ἐπειδὴ ἡ κόμη περίαμμα χρῆσιμον ἔσται περιαλγοῦσι. Quidam appenſa & alligata ea remedia vocant etiam περίαπτα & ἀποτρόπαια.
b Quia phaſiolo ſimile eſt. Nam in extremo foliorum clauiculam ferit: folium aniſo ſimile. Capitula &c. ex Dioſco. κατ' ἄκρον τὸ πίτυλον πλείονα φύρει. πίτυλον dici puto pediculum multa folia ſuſtinentem, vt in piſo, ordine collocata, in cuius ſummo clauiculæ prodeunt.
c Melanthij guſtum imitantis. Dioſcor.
d Aut corpus facilè purgant, aut à ſuo cortice facilè purganter.
e Grana ſex, aut ſeptem, in carapotio aut cum ficu, aut cum palmula ſumpta, aluum purgant: ſed frigida poſtea ſorbenda, cum gallina aut oleribus folia decoquuntur ad eundem vſum. Dioſcorides.
f Hæc poſtrema verba herbarius Anglus intelligenda putat de lithoſpermo arundineo, quod, lachrymam Iob, oſſicinæ vocant.
g Lithoſpermum ſecundum deſcribi hîc volunt.
h Cantharidem, ſcarabæi genus, impetiginem vocat, ideò quòd membra corporis erodat, vt frumenta cantharis. Suprà c. 17. lib. 18. Chiffletius.
i Lœmæum, ἀπὸ τοῦ λοιμοῦ. Eandem & belenium vocarunt, ſiue ἀπὸ τῶν βιλῶν, ſiue quòd Apollo Belis apud eos vocaretur. Eo ſeculo Galli potiſſimùm venerati ſunt Belin: cuius mẽtio fit apud Herodianum in Maximinis, Heſum, Taranem, Onnauã, Abellionem, de quo elogium extat in Conuenis Nouempopulaniæ, DEO ABELLIONI MINICIA IVSTA. V. S. L. M. Scaliger in Auſonium. Vide ſuprà cap. 24. lib. 13. Autor librorum de plantis, qui Ariſtorelis nomen præ ſe ferunt, Perſeam in Perſide venenatam belenium vocat, ſiue à ſagittis nomine ducto, ſiue ab Apolline. Si à ſagittis, τοξικὸν Græcum fuerit. Ariſtoteles venenum id à Celtis parari ſolitum ξυσπὸν vocat. Gal. lib. de Ther. ad Piſon. βάλιον (pro quo lego βιάλιον) à Barbariſque vocari tradit ninum vel nicon. Idem ſcribit, Dalmatis & Dacis plantam eſſe, cuius ſucco ſagittas ſuas efficiant lethales. Tingunt & Galli ſagittas ſuas elleboro, ſuprà c. 5. lib. 25. In Æthiopia radicem iis viribus præditam naſci Theophraſtus ſcribit cap. 15. 9. Hiſt.
k Saliuatum medicata potio, quam boum faucibus infundunt; aut ſalubritatis cuſtodiendæ gratia, aut virium conſeruandarum, aut morbi pellendi. A ſale dictum putant quidam, quoniam is pabulo mixtus bobus vtiliſſimus eſt: quidam à ſaliua. quam largam & copioſam indita ori eiuſmodi medicamenta euocant. Colum. cap. 5. lib. 5. medicamine ſaliuare pecus ægrotum ait, id eſt, tractare, ſanare, curare, medicari. Inde quidam panem vino merſum eũ aſperſo ſale, quem recreandis feſſis equis manducandum offerunt, *Salade* vocant, quaſi ſaluiarum. Saliuati potione veruntur veterinarij ac medici, σιτεῖν vocantes.
l Mentha Sarracenica.
m Chamædrys montana.

De

De medio, & myosota, & myagro, & natrice, & othone, & onosma, & onopordo, & osyri, & oxye, & batrachio, & polygono, & leucanthemo, & phyteuma, & phyllo, & phellandrio, & phalari, & polyrrhyzo, & proserpinaca, & de rhacoma, de reseda, & stœchade.

CAP. XII.

MEdion folia habet[1] iridis satiuæ, caulem[2] tripedalem, & in eo florem grandem, purpureum, rotundum,[3] semine minuto, radicem semipedalẽ. In saxis[4] opacis nascitur. Radix drachmis duabus cum melle mẽses fœminarum sistit ecligmate per aliquot dies[10] sumpto. Semen quoque in vino, tritum, contra abundãtiam fœminarum datur. Myosota siue myosotis, læuis herba, caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus[5] rubẽtibus, concauis, ab imo foliis angustis, oblongis, dorso acuto, nigris, per interualla assiduè geminatis,[6] tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus, flore cæruleo. Radix digitali crassitudine, multis capillamentis[7] fibrata. Vis[8] ei[a] septica & exhulceratrix, ideóque ægilopas sanat. Tradunt Ægyptij, mensis quẽ[9] Thiatin vocant die[10] x x v i i. ferè in Augustum mensem incurrente, si quis huius herbæ succo inungatur manè priusquàm loquatur, non lippiturum eo anno. Myagros herba ferulacea est foliis similis rubiæ, tripedanea. Semen oleosum,[11] quod & fit ex eo. Medetur oris hulceribus perunctis hoc succo. Herba, quæ vocatur[12] nigina,[13] tribus foliis longis intubaceis, illita cicatrices ad colorem reducit. Natrix vocatur herba, cuius radix euulsa virus hirci redolet. Hac in Piceno à fœminis[10] abigunt, quos mira persuasione[14] Fatuos vocant: ego species lymphantium hoc modo animorum esse crediderim, qui tali medicamento iuuentur. Odontitis inter fœni genera est, cauliculis densis ab eadem radice, geniculatis, triangulis, nigris. In geniculis folia parua habet, longiora tamen quàm polygonon. Semẽ in alis hordeo simile, florem purpureum, pusillum. Nascitur in pratis. Decoctum cauliculorum eius in vino austero, quátùm manus capiat, dentium dolori medetur, ita vt contineatur ore.[15] Othonne[16] in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebrò foliis, flore[17] croci: quare quidam anemonem vocauerunt. Succus eius oculorum medicamentis conuenit. Mordet enim[18] leuiter & excalfacit, astringítque siccando. Purgat cicatrices & nubeculas, & quicquid[19] obstat. Quidam tradunt lauari, atque ita siccatam digeri in pastillos. Onosma longa folia habet ferè ad[20] tres digitos in terra iacentia, [b]tria, ad similitudinem anchusæ incisa, sine caule, sine flore, sine semine. Prægnans si[21] edat eam, aut supergradiatur, abortum facere dicitur. Onopordon si comederint asini, crepitus reddere dicũtur. Trahit vrinas & menses, aluũ sistit, suppurationes & collectiones discutit.[22] Osyris ramulos fert nigros, tenues, lentos,[23] & in iis[24] folia nigra ceu lini: seménque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens. [c]Smegmata mulieribus faciunt ex his.[25] Radicum decoctum potum, sanát arquatos. Eædem, priusquàm matureſcat semen concisæ, & Sole siccatæ, aluum sistunt. Post maturitatem verò collectæ, & in sorbitione decoctæ, rheumatismis ventris medentur, & per se tritæ ex aqua cælesti bibuntur. Oxys folia terna habet. Datur ad stomachum[d] dissolutum. Edunt & qui enterocelen habent. Polyanthemum, quam quidam batrachion appellant, causticа vi exhulcerat cicatrices, & ad [e]colorem reducit. Eadémque vitiligines[f] concorporat. Polygonon Græci vocant, quam nos sanguinariam: non attollitur à terra, foliis rutæ,[26] semine graminis. Succus eius infusus naribus supprimit sanguinem: & potus cum vino, cuiuslibet partis profluuium, excretionésque cruentas inhibet. Quiẽplura genera polygoni faciunt, hanc marem intelligi volunt, appellaríque [h] à multitudine seminis, aut densitate fruticis calligonon. Alij polygonaton à frequentia geniculorum: alij theuthalida, alij[27] carcinetrõ, alij clema, multi myrtoperalon. Necnon inueniuntur, qui hanc fœminam esse dicunt: marem autem[28] maiorem, minúsque nigrám, & geniculis densiorem, semine sub omnibus foliis[29] turgescẽtem. Quocunque hæc modo se habeant, vis earum est spissare ac refrigerare.[30] Semina aluum soluunt, largiùs sumpta vrinam cient, rheumatismos cohibent: qui si non fuere, nõ prosunt. Stomachi

1 feridis Dioſc.
2 Quidã apud Dioſcoridem legunt, tricubitalem.
3 semine enici. Dioſ.
4 & opacis. Dioſc.
5 ab imo rub. conc. fol. ang. ex Dioſc.
6 & tenuibus. CH.
7 fimbriata. CH.
8 ei ſlyptica. Vet.
9 toti. CH.
10 x x x v i i i. CH.
11 Fit & oleum ex eo. Vet.
12 nyma. CH.
13 pluribus. Vet.
14 Fatuos. Alij.
15 Othonna. Vet. & CH.
16 in Arabia Dioſc.
17 cocci. CH.
18 leuiter, & calfacit. CH.
19 oculis obſtat. Vet.
20 quatuor. Dioſco.
21 edit. CH.
22 Oſyris. CH.
23 & his folia. CH.
24 falta, ceu lini, nigra initio, deinde colore mutato rubeſcẽtia. Semen in ramulis. Smegmata. Dioſc.
25 eius decoctum. Dioſco. nulla radicis mentione.
26 ſimilis graminis. Vet.
27 carcinothron. Vet & CH.
28 minorem. Vet.
29 turgeſcente. Dal.
30 Succus al. ſiſtit lar. ſumptus, vr. eiect. rh. cohibet, &c. non prodeſt. Dioſco.

machi feruori folia imponuntur: veſicæ dolori illinuntur, & ignibus sacris. Succus & auribus purulentis instillatur & oculorum dolori per se.[31] Dabatur & in febribus ante accessiones duobus cyathis in tertianis,[32] quartanísve præcipuè: item cholericis, dysentericis, &[33] in solutione stomachi. Tertium genus[34] oreon vocatur,[35] in montibus nascens, harundini teneræ simile, vno caule, densis geniculis, &[36] in se fractis, foliis autem piceæ, radicis superuacuæ, inefficacius quàm superiora. Peculiare ischiadicis. Quartum genus syluestre appellatur, penè arboris modo frutex, radice lignosa, stirpe cedri rubicundo: ramis sparti, binũm palmorum, nigris geniculorum ternis quaternísve articulis. Huic quoque spissandi natura, sapor mali cotonei. Decoquitur in aqua ad tertias, aut aridi farina inspergitur & oris hulceribus, & attritis partibus. Propter gingiuarum verò vitia ipsa commanducatur. Nomas sistit, omniáque quæ serpunt, aut difficilem cicatricem habẽt. Priuatim verò sanat à niue facta hulcera. Herbarij & ad anginas vtuntur illa: & in capitis dolore coronam ex ea imponunt: & contrã epiphoras collo circundant. In tertianis quidam sinistra manu euulsam adalligant:[37] adeò contra[38] profluuia sanguinis, nec vllam magis aridam quàm polygonum, seruant. Pancration aliqui [k] scillam pusillam appellare malunt,[39] foliis albi lilij longioribus crassioribúsque, radice bulbi magni, colore rufo. Aluum soluit, succo, cum farina erui sumpto: hulcera purgat. Hydropicis splenetícisque cum melle datur. Alij decoquunt eam, donec aqua dulcis fiat: eáque effusa, radicem terentes digerunt in pastillos Sole siccatos: & posteà vtuntur ad capitis hulcera, & cætera quæ repurganda[40] sunt. Item ad tussim, quantùm tribus digitis apprehenderint, in vino dátes, & ad lateris dolores, aut peripneumonicis[41] ecligmate. Propter ischiada in vino[42] bibendũ, & propter tormina menséſque ciendos.[43] Peplos, quam aliqui sycen, alij meconion aphrodes vocant, ex vna radice[44] tenui fruticat, foliis rutæ paulò latioribus, semine sub foliis rotundo,[45] minore quàm candidi papaueris. Inter vites ferè colligitur messibus: siccatúrque cum fructu suo,[46] subiectis aquis, in quas excidat. Hoc poto aluus soluitur, bilis ac pituita detrahitur. Media potio est acetabuli mensura, in aquæ mulsæ heminis tribus. Et cibis inspergitur obsoniísque ad[47] molliendam aluum. Periclymenos fruticat & ipsa,[48] ex interuallo duo folia habens, subcandida, mollia. In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile[49] euellatur. Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se adminiculis quibuscunque. Semen eius in vmbra siccatum tunditur & in pastillos digeritur. Hi resoluti dantur in vini albi cyathis[50] tribus, tricenis diebus ad lienem: eúmque vrina[51] cruenta, aut per aluum absumit: quod intelligitur à decimo statim die. Vrinam cient & folia decocta: quæ & orthopnoicis prosunt. Partum quoque adiuuant, secundásque pellunt pota simili modo. Pelecinum in segetibus diximus nasci, fruticosam cauliculis, foliis ciceris. Semen in siliquis fert, corniculorum modo adũcis, ternis quaternísve, quale gith nouimus, amarum, stomacho vtile. Additur in[52] antidotis. Polygala[53] palmi altitudinem petit, in caule summo foliis lenticulę, gustu astricto, quæ pota lactis abundantiam facit.[54] Poterion, aut (vt alij vocant) phrynion, vel neurada, largè fruticat, spinis[55] retorrida, lanugine[56] spissa, foliis paruis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo, herbacei coloris: seminis[57] nulli vsus, sed gustu acuto & odorato. Inuenitur [m] in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres,[58] binũm cubitorum[59] in altitudine, neruosas, candidas, firmas. Circunfoditur autumno, & præciso frutice dat succum gummi similem. Radix mira vulneribus sanandis traditur, præcipuéque neruis vel præcisis illita. Decoctum quoque eius cum melle potum dissolutiones neruorum, & infirmitates, & incisuras iuuat. Phalangites, à quibusdam phalangiõ vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (vt in quibusdam exemplaribus inuenio) leucacatha. Ramuli sunt ei nunquàm pauciores duobus, in diuersa tendentes: flos candidus, lilio rubro similis,[n] semine nigro, lato, ad lenticulę dimidiæ figurã, multò tenuiore, radice herbacei coloris. Huius[61] folio vel flore vel semine auxiliantur cõtra scorpionum, phalangiorúmque, & serpentium ictus: itẽ cõtra tormina. Phyteuma[62] qualis sit, describere superuacuũ habeo, cùm sit vsus eius tantùm ad amatoria. Phyllon à Græcis vocatur herba in saxosis

31 Datur. Vet.
32 quartaníſque. CH.
33 in exolutione. Vet.
34 horeum, *ſpecies.* pulchrum. Vet. oureon. Quidam. qui hic dictum putant, quòd folia, vt & hippuridis, ſimilia ſint caudarum ſetis. orion vocant. CH.
35 in aquoſis. Dioſc.
36 in ſe infractis. CH. in ſe farctis. Dal.
37 atque adeò. Vet.
38 profluuias. CH.
39 foliis lilij. Dioſc. *legitur.*
40 ſint. CH.
41 in ecligmate. Vet. eclig ma dante. CH. Lego, ecligmate. Dante & propter. &c.
42 bibend dant. Vet.
43 Peplis. CH.
44 tenui, in Vet. d.
45 minùs candido quàm papaueris Vet.
46 ſubiectis in quæ excidat. Vet ſubiectis in qua excidant CH.
47 moliendam aluũ. Pericymenon. CH.
48 ex interuallis. Vet.
49 vellatur. CH.
50 ternis. CH.
51 cruentata. CH.
52 antidota. CH.
51 palmo altit. impẽ. CH. lego, implet.
54 Poterion (alij vocant phrynion vel neurada) largè fruticat. Vet.
55 horrida Vet.
56 tenui. Dioſc.
57 nullus. Vet.
58 vel trium. Dioſc.
59 in, Vet. d. altitudinem. CH.
60 vt apud autores inuenio. Ramuli. M.
61 folio cum vino poto. Dioſc.
62 quale ſit. Vet. & CH.

montibus,fœmina magis herbacei coloris, caule tenui,radice parua [63] semine rotundo, papaueri simili.Hæc sui sexus facit partus:mares[64]autem semine tantùm differens,quod est incipientis oliuæ.Vtrunque bibitur in vino. Phellandrion nascitur in palustribus,folio apij.Bibitur semen eius propter calculos & vesicæ incommoda. [65] Phalaris thyrsum habet longum,tenuem,ceu calamum , in summo [66] florem inclinatum : semen simile [67] sesamæ. Et hoc calculos frangit, potum ex vino vel aceto vel cum melle [68] & lacte. Idem & vitia vesicæ sanat. Polyrrhizon folia habet myrti, radices multas. Hæ tusæ dantur [69] in vino contra serpentes : prosunt & quadrupedibus. Proserpinaca herba vulgaris est,eximij aduersus scorpiones remedij. Eâdem contrita,addita [o] muria & oleo,[70]anginam eximiè curari tradunt. Præterea[71]in quantalibet lassitudine recreari defessos,etiam cùm [p] obmutuerint , si subiiciatur linguæ. Si deuoretur , vomitionem sequi salurarem. [72]Rhacoma affertur ex his,quæ supra Pontum sunt,regionibus.Radix costo nigro similis,minor & rufior paulò,sine odore,calfaciens gustu & astringens. Eadem trita vini colorem reddit, [73] ad crocum inclinantem. Illita collectiones inflammationésque sedat: vulnera sanat:epiphoras oculorum sedat ex passo illita:[q]insignita cum melle, & alia[74]liuentia ex aceto. Farina eius inspergitur contra [75] cacoethe , & sanguinem reicientibus drachmæ pondere in aqua. Dysentericis [76] etiam & cœliacis, si febri carent, in vino: sin aliter , ex aqua. Faciliùs teritur, nocte antecedente madefacta. Datur & decoctum eius bibendũ duplici mensura ad rupta conuulsa, contusis, ex sublimi deuolutis. Si pectoris [77]sint dolores,additur piperis aliquid & myrrhæ : si dissolutio stomachi,ex frigida aqua sumitur:siue intus,siue extrà,purulẽtis excreationibus:item hepaticis, [78]splencticis,ischiadicis:ad renum vitia,suspiria,orthopnœas. Arteriæ scabritias sanat ex passo,tribus obolis [79]potis trita,aut decoctum eius. Lichenas quoque ex aceto imposita purgat. Bibitur contra inflationes & perfrictiones,febres frigidas,singultus,tormina,asperitates,capitis grauitates, melancholicas vertigines, lassitudinum dolores & conuulsiones. Circa Ariminum nota est herba,quam resedam vocant. Discutit collectiones, inflámationésque omnes. Qui curant ea, addunt hæc verba, Reseda [80]morbos reseda , scísne [81] scísne quis hic pullos egerit? radices nec caput , nec pedes habeant. Hæc ter dicunt, totiésque despuũt.Stœchas in insulis tantùm ciusdẽ nominis gignitur,odorata herba, [82] coma [83]hyssopi,amara gustu. Menses ciet potu:pectoris dolores leuat. Antidotis quoque miscetur.

63 semen papaueri rotundo simile. CH.
64 autem arrhenogo non semine. Vet.
65 Phaleri. CH.
66 flore. CH.
67 milio. Dioscor. Vet.
68 & aceto. Item. CH.
69 e. CH.
70 hominis angină. CH.
71 &. CH.
72 Recoma. CH.
73 ac ad crocum. M.
74 liuentia. Ex aceto farina. CH.
75 cacoethe : Datur fang.
76 autem &. CH.
77 fit dolor. Vet.
78 splenticis. CH.
79 tritis pota. Vet.
80 morbis. CH.
81 scis nec in aquisfuic pullus egerit radices. Nec caput &c. habeat. CH.
82 comam hyssamaa gustum. CH.
83, thymi. Dal.

ANNOTATIONES.

a Ignoranter Plinius septicam esse tradit. Est enim frigida & humida,vt helxine.
b In Dioscoridis historia nec tria legitur,nec incisa. Hippocrates eam *βίζαν* vocat. Galenus in Linguis eam describit , & habere tria folia tradit,non animaduertens eandem esse cum onosmate Dioscorides vocari etiam *ὀνειλέδα* , *ὄνωνιν* & *φασιόπυρ* , non , vt vulgò legitur,*φλονίτιν*, autor est.
c Ex ostride *περίμματα* fieri Galenus tradit,lib.8.simp. quæ alij interpretantur : smegmata, vt Plinius. alij scopas , alij *πόσματα ἢ κελλωπίσματα*.Nam *περίμμη*,*πόσμη* & *κελλωπίζειν* significat.
d Affluxu bilis auersum.
e Ac æqualitatem si nimis emineant.
f Delet,& cutem corpori reliquo similem facit.
g Primum genus,est sanguinaria:secundum,herniaria:tertium, polygonon fœmina Dioscoridis;quartum,vt quidam volunt, cassia lignea marina Mompessulanorũ.Plinius *ὀρείαν* idest,pulchrum &venustum,montanum reddit,quasi legisset *ὄρειον*,vel *ὀρεινὸν*.*ὀρειοφυὲς* vocatum fuisse ab eleganti foliorum ambientium circuitu arbitror. Quidam legunt *ἐυρεῖον* , & sic dictum volunt quòd eius folia,quemadmodum & hippuridis,caudarum setis similia sint.
h Scribonius cap.47.quia multa est,& vbique nascitur.
i Vulgò herniariam dicunt. Mirum in modum has historias Plinius confundit.
k Apud Dioscoridem, *εἰ ὁ περὶ τοῦτο σπόρος ἐνομάζεται*. Plinius legit *σπόρος μικρὸς ἐνομάζεται*.
l Vide eiusdem poterij historiam suprà cap.10.lib.25.
m In aquosis & collibus,Dioscor. *ἐν ὑγροῖς καὶ χωλώδεσι*.
n *ὅσσῳ φακοῦ μείζων* : semine nigro,crasso, lenticulæ,vel maiore. Ex Vet.codice.
o Ex mænis cap.4.lib.26.
p Præ nimia lassitudine vocem amiserint.
q *ἐγχυμώσεις* & *ὑγρώσεις*. Apud Gellium cap.3. lib.10. Cato in vetberatis à Q.Minutio Thermo recensetur insignita,iniurias , plagas, verbera,vibices,dolores,carnificinas.

De solano, & smyrnio,& telephio,& trichomane,& thalictro,& [1]thlaspe,& [2]tragonia,& tragoni,& tragi,& tragopogo, & spondyli. Et quòd quidam morbi in quibusdam non sunt gentibus.

CAP. XIII.

1 thlaspi & trachinia. Alij.
2 trachynia. Dal.

3 circa caulem flol. Vet.
4 subpinguia ad terr. infr. robusta , odore cum acrimonia mediocri,medicata. Dioscor.

[a] Solanum Græci strychnon vocant,vt tradit Cornelius Celsus. Huic vis reprimendi refrigerandíque. Smyrnion caulem habet apij,folia latiora,& maximè [3] circà stolones multos,quorum à sinu exiliunt [4] pinguia,ad terram infracta,odore medicato,& cum quadam

quadam acrimonia iucundo,colore in luteum languescente,scapitibus caulium orbiculatis,vt [6] anethi semine rotundo, nigro, quod arescit incipiente æstate. Radix quoque odorata,gustu acri mordet,succosa,mollis. Cortex eius foris niger,intus pallidus. Odor myrrhæ habet qualitatem:vnde & nomen. Nascitur & in saxosis collibus, & in terrenis. Vsus eius excalfacere, extenuare. Vrinam & menses cient folia & radix. [7] Semen aluum sistit. Radix collectiones & suppurationes non veteres, item duritias discutit illita. Prodest & contra phalangia ac serpentes , admisto cachry aut polio , aut melissophyllo , in vino pota,sed particulatim, quoniam vniuersa vomitionem mouet. Qua de causa aliquando cum ruta datur. Medetur tussi & orthopnœæ semen, vel radix:item thoracis,aut lienis, aut renum , aut vesicæ vitiis. Radix autem ruptis conuulsis. Partus quoque adiuuat,& secundas pellit. Datur & ischiadicis cum crethmo in vino. Sudores ciet & ructus: ideò inflationem stomachi discutit. Vulnera ad cicatricem perducit. Exprimitur & succus [8] radici , vtilis fœminis & thoracis præcordiorúmque [b] desideriis : calfacit enim & concoquit, & purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potu , quibus & succus illinitur , & [9] malagmate è cortice arido. Et ad obsonia vtuntur cum mulso & oleo,& garo, maximè [10] in elixis carnibus simul. Concoctiones facit , sapore [11] simillima piperi. Eadem in dolore stomachi efficax. Telephion portulacæ similis est & caule & foliis. Rami à radice septeni octoníve fruticant , foliis crassis, carnosis. Nascitur in [12] cultis, & maximè inter vites. Illinitur [13] lentigini,& cùm inaruit, teritur. Illinitur & [14] vitiligini, ternis ferè mensibus, senis horis noctis aut diei : posteà farina hordeacea illinitur. Medetur & vulneribus & fistulis. Trichomanes [c] adianto [15] similis est , exilius modò,nigriúsque, foliis lenticulæ densis,amaris,aduersis inter se. Decoctum eius strangurias sanat in vino albo potum , addito cumino rustico. [16] Succus cohibet capillos defluentes,aut si effluxerint,reparat. Alopeciásque densat tritum,[17]& in oleo illitum. [18]Sternutamenta quoque gustatu mouet. [19]Thalictrum folia coriandri habet, pinguiora paulò,caulem papaueris.Nascitur vbique,præcipuè in campestribus. Medentur hulceribus folia cum melle.[20]Thlaspe duorum generum est, angustis foliis digitali longitudine, & latitudine in terram versis,in cacumine diuisis,cauliculo semipedali,nõ sine ramis,[21]pelatarum specie,semine incluso lenticulæ effigie, nisi quòd infringitur , vnde nomen. Flos albicat. Nascitur in semitis & sepibus.Semen [23] asperi gustus,bilem & pituitam vtrinque extrahit.Modus sumendi,acetabuli mensura.Prodest & ischiadicis infusum, donec sanguinem trahat.Menses quoque ciet,sed partus necat.Alterum [24] thlaspe, aliqui [25] Persicum napi vocant,latis foliis,radicibus magnis , & ipsum vtile ischiadicorum infusioni. Prodest & inguinibus vtrunque.Præcipitur,vt qui colligit,dicat sumere se contra inguina & cõtra omnes collectiones,& contra vulnera,vnáque manu tollat.[26]Trachinia herba qualis sit,non traditur.Credo & falsum esse promissum Democriti.Portẽtosum enim est, adalligatam triduo absumere lienes.Tragonis,siue tragiõ,nascitur in Cretę tantùm insulæ maritimis , [27] iunipero similis & semine , & folio , & ramis. Succus eius lacteus in gummi spissatus, [28] vel semel , impositione spicula è corpore eiicit. Tunditur recens , & cum vino illinitur , aut siccæ farina cum melle. Eadem lactis abundantiam facit : mammísque vnicè medetur.Est & alia herba tragos, quam aliqui scorpion vocant,semipedẽ alta, fruticosa,sine foliis,pusillis racemis rubentibus,grano tritici acuto cacumine,& ipsa in maritimis nascens. Huius [d] ramorum x. aut xii. cacumina trita ex vino pota cœliacis,dysentericis,sanguinem excreantibus,mensiúmque abundantiæ auxiliantur. Est & tragopogon,quem alij comen vocant, caule paruo,foliis croci,radice longa, dulci, super caulem calice lato, [29] nigro. Nascitur in [e] asperis , sine [30] vsu. Et de herbis quidem [31] memoria digna hactenus aut accepimus , aut comperimus. In fine earum admonere non ab re iudicamus, aliis alias virium ætates esse.Longissimo tempore durat elaterium, vt diximus:chamæleon niger xl.annis : centaureum non [32] vltra [f] xii. Peucedanum & aristolochia [33] ac vitis sylucstris anno in vmbra seruantur. Et animalium quidem [34] cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta [35] spondyli, quę omnes perse-

5 vmbella in caule vt anethi,sem. Dioscor.
6 apij M. apij. CH.
7 & semen. CH.
8 radicis. M. radice. Vet.
9 malagma. Dal.
10 in, Vet.d.
11 similimo. Ver.
12 cultis vêre. Dioscor.
13 &c pota. Dioscor.
14 vitiligi. Idem.
15 simile. Vet.
16 lesum. CH. Lesum M. fortassis, tusum.
17 & cum. Vet.
18 Sternumenta CH.
19 Thalictrum Dioscor. Tharictrum. CH.
20 Thlapsi. Dioscor. & CH.
21 folliculis pelt. Vet.
22 infractum videtur. Vet.
23 acris. Dioscor.
24 thlaspi. CH.
25 Persicum sinapi. Vet. & Dioscor.
26 Trachynia. Dal.
27 lentisco. Dioscor.
28 vel semen in potione. CH.
29 semine nigro. Dioscor.
30 vsu, manditurque. M.
31 thæc mem. Vet.
32 vltra M
33 ac vitis &c. seruantur. Th.
34 exterorum Vet & Constt. in voce, *cæteros*.
35 sphondyle. Vet. & CH.

quitur. 5 Genus id serpentis est. Ne illud quidem dubitatur, omnium radicum vim effectúsque minui, si fructus priùs [36] matureſcant: item seminũ, antè radice propter succum incisa. Resoluitur autem omnium vis consuetudine: & desinunt prodesse, cùm opus est, quæ quotidie in vsu fuere, æquè quàm nocere. Omnes verò herbæ vehementiores effectu viribúsque sunt in frigidis locis, & in Aquiloniis: item siccis. Sunt & gentium differẽtiæ non mediocres: [37] sicut accepimus de [b] tineis lumbricísque, [38] ineſſe Ægypti, Arabiæ, Syriæ, Ciliciæ [39] populis: è diuerso Græciæ, Phrygiæ omnino non innasci. Minùs id mirum, quàm quod in confinio Atticæ [40] Bœotiæq; Thebanis innascuntur, cùm absint Athenienſibus. Quæ contemplatio aufert rursus nos ad ipsorum animalium naturas, ingenitásque iis vel certiores morborum omnium medicinas. Enimuero rerum omnium parens, nullum animal ad hoc tantùm vt pascereturne, aut [41] alia satiaret, nasci voluit: [42] artésque salutares inseruit & visceribus, quippe cùm surdis etiam rebus [43] inseruerit. Tum verò illa animæ auxilia præstantissima ex [44] anima alia esse voluit, contemplatione ante cuncta mirabili.

36 matureſcant. CH.

37 ſicut accipimus de tineis. CH.
38 eſſe. CH. innasci. Sic in Indice.
39 populis. dimiſſis Græcis, Phrygiaque. M. Thraciæ. Theoph.
40 Bœotis ac Thebanis Theophr.

41 aluum Vet.
42 Quin & artes ſalutares inſeruit viſceribus Alij.
43 inſereret. CH.
44 animalibus eſſe. M.

ANNOTATIONES.

a Mirum, Plinium in explicanda natura ſolani tam breuem & abruptum fuiſſe.
b Vitiis, morbis. In Græco fortaſſis ἐν τοῖς μέσοις, pro quo legit Plinius, ἐν τοῖς ὑμέσιν: remediis admouendis thoraci & præcordiis.
c Iiſdem locis naſcitur, quibus adiauton. Filici ſimile eſt, ſed valde paruum. Dioſc.
d Racemorum acini decem. Dioſcor.
e Imò potius in pratis & vdis. Quin & herba eſui apta eſt, Dioſc.
f Quinque aut ſex, Theophr. ex quo, ca. 14. li. 9. hiſt. hæc omnia.
g Imò potius vermis, in terra ſæpe quàm profundiſſimè delitescentis: aluo candida, vertebrarum modo inſtar blattæ flexuoſa, ore nigro, dentibus firmis, quibus etiam arborum, præcipuè vitis, nedum herbarum radices erodit. Lugdunenſes ruſtici vocant *Ture*, quaſi Turcam. Hortenſibus & fatis herbis animalia triapotiſſimùm infeſta ſunt: primùm ſpondylis, vel ſpondyla huc memorata: alterum praſocouris, vulgò *Taulepre*. Lugdunenſibus *Contrele*: tertium mus exiguus, breui corpore, quamobrem ruſtici vocant *Rate courte*, cauda curta, pilo fuſco, roſtro acuto inſtar muris aranei, cæcus vt talpa, eiuſque modo terram fuſſodiens. is cardeorum & cinararum magna pernicie, radices depaſcitur, holitoribus inimiciſſimus hoſtis & inſidiator.
h Tæniis. Iis nominibus complectitur etiam dracunculos Ægypto Arabiæque peculiares, de quibus Paulus lib. 4. cap. 58. & lib. 6. cap. 83.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXVIII.

PROOEMIVM.

De medicinis ex animalibus. CAP. I.

1 terras. CH.

DICTÆ erant omnium rerum naturæ, inter cœlum ac [1] terram nascentium, restabántque quæ ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent transuersos, ex ipsis animalibus quæ sanantur, reperta maiore medicina. Qui ergo dixerimus herbas & florum imagines, ac pleraque inuentu rara ac difficilia, iidem tacebimus quid in ipso homine prosit homini, cæteráque genera remediorum inter nos viuentia? cùm præsertim, nisi carenti doloribus morbísque, vita ipsa pœna fiat. Minimè verò. [2] Quin omnem insumemus operam, licèt fastidij periculum

2 Omnemque. CH.

lum vrgeat: quando ita decretum est, minorem gratiæ, quàm vtilitatum vitæ, respectum habere. Quinimò externa quoque, & barbaros etiam ritus indagabimus. Fides tantùm autores appellet. Quanquam & ipsi consensu propè iudicata eligere laborauimus, potiúsque curæ rerum, quàm copiæ institimus. Illud admonuisse perquàm necessarium est, dictas iam à nobis naturas animalium, & quæ cuiusque essent inuenta: (neque enim minùs profuere medicinas reperiendo, quàm possunt præbendo) nunc quæ in ipsis auxilientur indicari, neque illic in totum omissa. Itaque hæc esse quidem alia, illis tamen connexa. Incipiemus autem ab homine, ipsum sibi exquirentes, immensa statim difficultate obuia. [a] Sanguinem [3] quoque gladiatorum bibunt, [4] vt viuentibus
10 poculis, [5] comitiales morbi: quod spectare facientes in eadem harena feras quoque horror est. At hercule illi ex homine ipso [6] sorberi efficacissimum putant calidum spirantémque, & vnà ipsam animam ex oculo vulnerum, cùm plagis ne feratum quidem admoueri [7] ora fas sit humana. Alij medullas crurum quærunt, & cerebrum infantium. Nec pauci apud Græcos, singulorum visceruin membrorúmque etiam sapores dixere, omnia persecuti vsque ad resegmina vnguium: quasi verò sanitas videri possit, feram ex homine fieri, morbóque dignum in ipsa medicina, egregia hercule frustratione, si non prosit. Aspici humana exta nefas habetur, quid mandi? Quis ista inuenit ostenta? Tecum enim res erit euersor iuris humani, monstrorúmque artifex, qui primus ea condidisti, credo ne vita tui obliuiscereturne. Quis inuenit singula membra humana mandere?
20 qua coniectura inductus? Quam potest medicina ista originem habuisse? Quis veneficia innocentiora [8] effecit, quàm remedia? Esto, barbari externíque ritus inuenerint, etiámne Græci suas fecere has artes? Extant commentationes Democriti, ad alia noxij hominis è capite ossa plus prodesse: ad alia, amici & hospitis. Iam verò vi interempti dente gingiuas in dolore scarificari, Apollonius efficacissimum scripsit: [9] Miletus, oculorum suffusiones felle hominis sanari. Artemon caluaria interfecti, [10] neque cremati, propinauit aquam è fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem suspendio interempti catapotia fecit, contra canis [11] rabiosi morsus [12] Antheus. Atque etiam quadrupedes homines sanauere, contra [13] inflationes boum, perforatis cornibus inserentes ossa humana: vbi homo occisus esset, aut crematus, siliginem quæ pernoctasset, suum morbis dando.
30 Procul à nobis nostrísque literis absint ista. Nos auxilia [14] dicemus, non piacula: sicubi lactis puerperarum vsus mederi [15] potuit, sicubi saliua tactúsve corporis, cæteráque similia. Vitam quidem non adeò [16] expetendam censemus, vt quoquo modo [17] trahenda sit. Quisquis es talis, [18] æquè moriere, etiam cùm obscœnus vixeris, aut nefandus. Quapropter hoc primum quisque in remediis animi sui habeat: ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius esse tempestiua morte: [19] in eáque id optimùm, quòd illam sibi quisque præstare [20] poterit.

8 fecit. CH.

9 Meletos. CH.

10 ignéque. M.

11 rabidi. M.
12 Antæus. CH.

13 inflammationes. CH.

14 dicimus. CH.

15 poterit. M.
16 extendendum. Vet.
17 pertrahenda. Vet.
18 æquo. CH.

19 idque in ea opt. CH.
20 poteſt. Alij. poſſit. CH.

ANNOTATIO.

a Idem Septimius Florens in Apologetico, Aurelianus lib. 1. celerum paſſ. cap. de epilepſia. Gladiatore iugulato, qui occiderat, & confoderat, eius sanguine proluebat manus, vel in victoriæ signũ, vel vt ſic immotus ac interritus effundendo hominis sanguini aſſueſceret. Qui verò caduco morbo vexabantur, eum adhuc calidum ex plaga manantem ſorbebant vt remedium ſui mali præſtantiſſimum. Vide Lipſi. cap. 22. lib. 2. Saturnal.

An ſit in medendo verborum aliqua vis: oſtenta & ſanciri & depelli. CAP. II.

EX homine remediorum primum maximæ quæstionis, & ſemper incertæ est, [1] valeántne aliquid [a] verba & incantamenta carminum. Quod ſi verum est, homini acceptum ferri oportere [2] conueniet. Sed viritim ſapientiſſimi cuiuſque reſpuit fides. In vniuersum verò omnibus [3] horis [b] credit vita, nec ſentit. Quippe [c] victimas cædi ſine [d] precatione non videtur [e] referre, nec Deos ritè conſuli. Præterea alia ſunt verba [4 f] impetrantis, alia [g] depulſoris, alia [5] cõmentationis. Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus. Et ne quid verborum prætereatur, aut præpoſterum dicatur, de
50 ſcripto præire aliquem, rurſúſque alium cuſtodem dari qui attendat, alium verò [h] præponi, qui [6] faueri linguis iubeat: tibicinem canere, ne quid aliud [i] exaudiatur: vtraque

1 polleántve. CH.

2 conuenit. M. conueniat. CH.
3 hominis. M.

4 impetrientis. Vet. impetritis, alia depulſoris. CH.
5 commendationis. Vet.

6 fauere. Vet. & Turn.

memoria insigni, quoties [k] ipsæ diræ obstrepentes nocuerint, quotiésve precatio erra-
uerit: sic repentè extis adimi [l] capita, vel corda, aut geminari victima stante. [7] Durátque
immenso exemplo Deciorum, patris filiíque, quo se deuouere, [m] carmen. Extat [8] Tuccię
Vestalis [9] incestæ precatio, qua vsa aquam in cribro tulit, anno vrbis dcix. [n] Boario ve-
rò in foro Græcum Græcámque defossos, aut aliarum gentium, cum quibus tum res es-
set, etiam nostra ætas vidit. Cuius sacri precationem, qua solet præire [10] Quindecemui-
rûm collegij magister, si quis legat, profectò vim carminum fateatur, ea omnia appro-
bantibus octingentorum triginta annorum euentibus. Vestales nostras hodie credi-
mus nondum egressa vrbe mancipia fugitiua retinere in loco [11] precatione: [12] cùm si se-
mel recipiatur ea ratio, & Deos preces aliquas exaudire, aut vllis moueri verbis, consi-
tendum sit de tota [13] coniectatione. Prisci quidem nostri perpetuò talia [14] prodidere:
difficillimúmque ex his etiam fulmina elici, vt suo loco docuimus. L. Piso primo An-
nalium autor est, Tullum Hostilium regem ex Numæ libris eodem, quo illum, sacrifi-
cio Iouem cælo deuocare conatum, quoniam parùm ritè quædam fecisset, fulmine
ictum: multi verò magnarum rerum fata & ostenta verbis permutari. Cùm in Tarpe-
io fodientes delubro fundamenta, caput humanum inuenissent, missis ob id à Senatu
[15] legatis, Hetruriæ celeberrimus vates Olenus Calenus præclarum id fortunatúmque
cernens, interrogatione in suam gentem transferre tentauit, scipione priùs determinata
templi imagine in solo ante se: Hoc ergo dicitis Romani? Hìc templum Iouis opti-
mi maximi futurum est: hîc caput inuenimus constantissima Annalium affirmatio-
ne, transiturum fuisse farum in Hetruriam, ni prænoniti à filio vatis legati Roma-
ni respondissent: Non planè hîc, sed Romæ inuentum caput dicimus. Iterum id ac-
cidisse tradunt, cùm in fastigium eiusdem delubri præparatæ [o] quadrigæ fictiles in
fornace creuissent: & iterum simili modo retentum augurium. Hæc satis sint, exemplis
vt appareat, ostentorum vires & in nostra potestate esse: ac prout quæque accepta sint,
ita valere. In Augurum certè disciplina constat, neque diras, neque vlla auspicia perti-
nere ad eos, qui quanque rem ingredientes, [16] obseruare se ea negauerint: [17] quo mu-
nere diuinæ indulgentiæ maius nullum est. Quid? non & legum ipsarum in [p] Duode-
cim tabulis verba sunt? Qui fruges [18] excantasset. Et alibi, Qui malum carmen incanta-
sset. Verrius Flaccus autores ponit, quibus credat, [q] in oppugnationibus ante omnia soli-
tum à Romanis sacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum esset: promitti-
que illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultúmve. [19] Durat in Pontifi-
cum disciplina id sacrum: constátque ideò occultatum, in cuius Dei tutela Roma esset,
ne qui hostium simili modo agerent. Defigi quidem diris [20] deprecationibus nemo nó
metuit. [r] Huc pertinet ouorum, vt exorbuerit quisque, calices cochlearúmque protinus
frangi, aut eosdem cochlearibus perforari. Hinc Theocriti apud Græcos, Catulli apud
nos, proximéque Virgilij incantamentorum amatoria imitatio. Figlinarum opera mul-
ti rumpi credunt tali modo: non pauci etiam serpentes ipsas [21] [s] incantari: & hunc vnum
illis esse intellectum, contrahíque Marsorum cantu, etiam in nocturna quiete. Etiam
parietes incendiorum deprecationibus [22] [t] conscribuntur. Neque est facile dictu, ex-
terna verba atque ineffabilia [23] derogent fidem validiùs, an Latina inopinata, & quæ ri-
dicula videri cogit animus, semper aliquid immensum expectans, ac dignum Deo
mouendo, imò verò quod numini imperet. Dixit Homerus, profluuium sanguinis
vulnerato femine [24] [u] Vlixem inhibuisse carmine: [x] Theophrastus [y] ischiadicos sanari.
Cato prodidit luxatis membris carmen [25] auxiliari, M. Varro podagris. Cæsarem Di-
ctatorem post vnum ancipitem vehiculi casum, ferunt semper, vt primùm consedisset,
id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem [26] itinerum au-
cupari solitum. [27] Licet [28] hanc in partem singulorum quoque conscientiam coarguere.
Cur enim [z] primum anni incipientis diem latis precationibus inuicem faustum omina-
mur? Cur publicis lustris etiam [A] nomina victimas ducentium prospera legimus? Cur
[29] & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? [30] alij Græcam [B] Nemesin inuocan-
tes:

7 Durat, in M.d.

8 Tuciæ. Val. Max.
9 incesti deprecatio.

10 Quindecimuirûm. CH.

11 precationis. CH.
12 quod si semel. Vet.

13 coniectione. CH.
14 credidere. CH.

15 delegatis. CH.

16 obseruasse ea. CH.
17 quod monere diuinæ indulgentiæ maius nullum est. Quinetiam & leg. M.
18 excantasset. & mox, incantasset. Rutilius. vbi occentasset, August. de ciu. Dei. Turnebus.
19 Et durat. CH.

20 precationibus. CH.

21 recanere. Turn. & CH.

22 circumscribuntur. Vet.
23 abrogent. CH.

24 Vlyssem. Vet.

25 auxiliare. CH.

26 iterum. CH.

27 Libet. CH.
28 hanc in parte. Vet. hanc partem. CH.

29 & fascinationibus. CH.
30 alias. Vet.

tes: cuius ob id Romæ simulacrum in Capitolio est, quamuis Latinum nomen non sit.
Cur [c] ad mentionem defunctorum, testamur memoriam eorum à nobis non solicitari?
Cur impares numeros ad omnia vehementiores credimus? ídque in febribus dierum
obseruatione intelligitur. Cur [D] ad primitias pomorum, hæc vetera esse dicimus, alia no-
ua optamus? [31] Cur [E] sternutamentis [32] salutamur? quod etiam Tiberium Cæsarem, tri-
stissimum (vt constat) [33] hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Et [34] aliqui nomine quo-
que consalutare, religiosius putant. Quin & absentes [F] tinnitu aurium præsentire ser-
mones de se, receptum est. Attalus affirmat, scorpione viso, si quis dicat duo, cohiberi,
nec vibrare ictus. Et quoniam scorpio admonuit, in Africa nemo destinat aliquid, nisi
præfatus Africam. In cæteris verò gentibus, Deos ante [35] obtestatur, vt velint. Nam si
mensa adsit, [36] nullum ponere, transtatitium [37] videmus etiam, quoniam multas religio-
nes pollere manifestum est. Alius saliua post aurem digito relata, solicitudinem animi
propitiat. [G] Pollices, cùm faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. [H] In odoran-
do dexteram ad oscului referimus, totúmque [I] corpus circumagimus: quod in lævum
fecisse, Galliæ religiosius credunt. Fulgetras [K] popysmis adorare, consensus gentium
est. Incendia inter epulas nominata, aquis [38] sub mensis profusis abominamur. Rece-
dente aliquo ab epulis, simul verri solum: aut bibente conuiua, [L] mensam vel reposito-
rium tolli, inauspicatissimum iudicatur. [M] Seruij Sulpitij [39] principis viri commentatio
est, quamobrem mensa linquenda non sit. [N] Nondum enim [40] plures, quàm conuiuæ,
numerabantur. Nam [41] sternutamento reuocari ferculum mensámve, si non posteà gu-
stetur aliquid, inter diras habetur, aut omnino non esse. Hæc instituêre illi, qui omni-
bus negotiis horísque interesse credebant Deos: & ideò placatos etiam vitiis nostris re-
liquerunt. Quin & repentè conticescere conuiuium admotatum est, non nisi in pari
præsentium numero: [42] qua in re [O] famæ labor est, ad quencunque eorum pertinens.
[P] Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, vtique per mensas: vetabántque mundi-
tiarum causa deflare. Et sunt condita auguria, [43] quid loquenti [44] cogitantíve id acci-
derit, inter execratissimas. Si Pontifici accidat [45] [Q] Ditis causa epulanti, in mensa vtique
id reponi, adoleríque ad Larem, [R] piatio est. Medicamenta, priusquàm adhibeantur,
in mensa fortè deposita, [46] negantur prodesse. Vngues resecari nundinis Romanis ta-
centi atque à digito indice, multorum pecuniæ religiosum est. Capillum verò contre-
ctari, contra defluuia ac dolores capitis xvii. Luna, atque xxix. Pagana lege in ple-
risque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut
omnino detectos ferant: quoniam aduersetur id omnium spei, præcipuéque frugum.
M. Seruilius [47] Nonianus princeps ciuitatis, nõ pridem in metu lippitudinis, priusquàm
ipse eam nominaret, aliúsve ei prædiceret, duabus literis Græcis, [P] & [A], chartam inscri-
ptam, circunligatam lino, subnectebat collo. [48] Mutianus ter Consul, eadem obser-
uatione viuentem muscam in linteolo albo, his remediis carere [49] ipsos lippitudine præ-
dicantes. Carmina quædam extant contra grandines, contráque morborum genera,
contráque ambusta, quædam etiam experta: sed prodendo obstat ingens verecundia,
in tanta animarum varietate. Quapropter de his, vt [50] libitum cuique fuerit, opinetur.

31 alia sternumentis saluramus. CH.
32 salutamus. M.
33 hominem. CH.
34 alioqui. Vet.

35 obtestantur. Alij. obtestatus. CH.
36 nullum ponere. transtat. videmus: quinetiã multas &c. CH. & Turn.
37 videmus, quoniã multas etiam. M videmus. Quinetiam multas. Vet.

38 sub mensa. M. sub mensam. CH.

39 principalis. M.

40 mensæ plures. Vet. seruij. Alij.
41 sternumẽto. CH.

42 isque famæ. CH.

43 si quid. Vet.
44 cogitantive excideris, inter execratissima si põtifici accidat. Di. eau. epulanti. In. mẽsa vtique aliquid deponi. Vet.
45 dicis. CH.
46 negant. CH.

47 Nonnianus. CH.

48 Mucianus. CH.

49 seipsos Vet.

50 libitum fuerit, quisque opinetur. Vet.

ANNOTATIONES.

a *Sume igitur medicum pro tempore, próque labore,*
Ætate, atque habitu, summa ratione paratus,
Gramine seu malis ægro præstare medelam,
Carmine seu potiis. Namque est res certa salusti
Carmen, ab occultis tribuens miracula verbis. Vindiciamus.
Euripid. in Hippolyto coronato.
Νοσοῦσα δ' ἐν νυκτὶ τῶν νόσου κατασχέσι,
ἀείσω δ' ἰατρικὰς, πρὸς πόνοι θυμὸς ἥριοι:
φανήσεταί τι τῇδε φάρμακον νόσου.
Locus hic ostendit, carminibus vel grauissimam animi perturbationem amorem leniri. Muretus Var. cap. 4. 1.

b Credit vulgi opinio valere verba, nec certa cognitione & rerum sensu id persuasum habet.

c In sacris sacerdotes primùm precabantur: mox hostiam mola, vino, costo, thure mactabant: deinde libabant, è sympulo fictili vel ligneo vinum gustantes, & adstantibus propinantes: tum victimariis seu cultrariis, popis, agonibus immolari, & excoriari victimam iubebant, ac excepto pateris sanguine, mortuam proscindi: hinc exta inspiciebant, &, si litatum fuisset, postea reddebant, id est, diis, quod debetur, ministris, adstantibus partiebantur: ac postremò epulabantur, carne perpetuò tosta vel assa, nisi ex ariete, quæ elixabatur. His peractis, Græci λαῶν ἄγειν denuntiabant. Romani verò, Ilicet, proclamabant, eos qui adstiterant dimittentes. Alex. ab Alex. cap. 17. 4. Vide & quod notatum est cap. 9. 24. & 12. 34.

d Eius initium fiebat à Iano & Vesta, vt per eos aditus pateret ad Iouem Opt. Max. Apollinem, Vulcanum, Mercurium & reliquos, vt volentes ac propitij sacris adsint & precationi quæ in eundem Ianum finiebat. Alex. ab Alex. cap. 17. 4.

e Pium, sanctum, ac legitimum esse.

f Impertito rem diuinam fieri solitam Valerius scribit cap. 1. lib. 1. cùm aliquid foret inquirendum extis, vel sortibus, addo & auspicio: precatione, cùm commendandam: voto, cùm exponendum: gratulatione, cùm soluendum. Impertito verò continenti eorum precationes, quæ ostentis aut fulguribus denunciantur. Vide Turn. cap. 10. 23. Aduers. & 18. 5. Impertitum quasi in petra fixum, ratum, firmum, stabile, augurio, extis, sortibus impetratum. Plautus in Asinaria, *Impetritum, inauguratum est, quod vis admittunt aues.* Vide Festum.

g Depulsoria, aut, vt est apud Valerium, depulsa, ad portenta pertinebant, quæ conceptis verbis depellebantur, & auertebantur. Quod idem Valerius scribit, precatione diis quod saluum esse volebant, commendabant. Turn. cap. 10. lib. 23. Aduers. & cap. 18. lib. 5.

h Verba illa fuerunt, *ἰωφρικάτω, σιγάτω*, fauete linguis. Ouid.

Postera lux oritur, linguis animisque fauete:
Nunc dicenda bona sunt bona verba die.

Cicero 2. de Diuinat. Euripid. in Ione. *τόμε γ' ἰωφρικὸν φρουρὸν ἀγαθῶν, φήμας ὡς ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσι γλώσσας ἱέναι ἀνοράνειν.* Attius in Oenomao apud Nonium,

Per verbum, vt omnes quiaueana asperimque accolunt
Ciues, omnibus faustis augustam adhibeant
Fauentiam, ore obscœna dicta segregent.

i Ab eo qui precatur, quod eius mentem occupet & auertat.

k Vt Crasso apud Ciceronem lib. 1. de Diuinat.

l Caput iecinoris, inquit Liuius, à familiari parte cæsum dicitur aruspex ostendisse. Caput id, venarum hepatis truncus est, aut portæ ingredientis, aut cauæ prodeuntis. Familiaris pars fuit interior, nempe caua, siue sima: hostilis exterior, nimirùm gibba. Hepatis *λέβητες* (fibras) Cicero lib. 2. de Diuinat. fissa vocat. Vide Turn. cap. 18. 5. & 27. 11. Aduers.

m Precatio, qua se deuouit ad Veserim Decius pater, extat apud Liuium lib. 8. Dec. 1. Eodem carmine, sed adiectis præterea quibusdam execrationibus ac diraruin minis, filius se deuouit apud eundem autorem lib. 10. eiusdem Decad. Apud Græcos eadem pie tate erga patriam Menœceus Creontis filius vitam & sanguinem Thebanis suis largitus est, gladióque se transfixum è muris præcipitem dedit, autore Cic. 1. Tusc. Papin. 10. Thebaid.

Sanguine nunc spargit turres, & mœnia lustrat,
Sors, super medias acies, nondum ense remisso,
Iecit, & in seuos cadere est conatus Achiuos.

n Liuius lib. 2. Decad. 3 Plutarchus in problemate, cur Bleronensiis interdictum sit à Romanis, ne hominem immolarent. Idem in Marcello. Vide Brod. cap. 10. 5.

o Hanc historiam vide fusè narratam à Plutarcho in Poplicola, Victorium cap. 18. lib. 17. Festum in voce Ratumena.

p Versus ij sunt: Ne pelliciundo alienas segetes excantanto: Ne incantanto, ne agrum defraudanto: Ne frugem aratro quæsitam noctu furtim depascunto. Puberes si secanto, Cereri eos suspendunto: Impuberes arbitratu Prætoris verberanto. Ac noxam duplionem (Ac noxæ deinde talionem) decernito. Gaudentius Merula cap. 4. 1. Vide suprà cap. 3. lib. 18. Ræuardus cap. 23. in leges 12. tabul. Seneca. cap. 7. 4. Nat. Quæst. Apuleius apologia 1. Maleficos hos indemnatos vnicuique licebat interimere. Scalig. in Fest. vltima voce earum quæ à P. incipiunt.

q Ad eum ritum Macrobius & Seruius pertinere volunt hos versus Virgilij,

Excessere omnes adytis, arisq; relictis,
Di quibus imperium hoc steterat.

Muretus tamen Var. cap. 19. 5. eius loci abstrusiorem sensum monstrat, ex Æschylo & eius scholiaste petitum.

r Veteres cùm nomina, simulachra, testæ ouorum aeu perforarentur, hoc veneficio & maleficio aliquos ladi putabant. Ouidius,

Saga; Phœnicea deuouit nomina cera,
Et medium tenues in cecur egit acus.

Itaque ne hoc cuenirec, ouorum, cochlearumque putamina frangebant & perundebant, vt maleficium occuparent & auerterent. Turneb.

s Turneb. legit, recanere, id est, retorquere & dissoluere incantationem. Cantu vt rumpi angues prisci putabat, sic angues ipsos credebant, si præsentirent, recanere, siue incantationem diluere ac exoluere. Lucilius lib. 20. Satyr.

Iam desumpetur medicinam vt Marsus colubras
Disrumpit cantu, venas cùm extenderit omnes.

Eo loco colubram dicit poëta sæminino genere.

t Lego, circumscribuntur, hoc est, desinuntur, terminantur, ne flamma longiùs euagetur. Deprecatio illa ex Africanio nota fuit, si in pariete scriberetur Arse Verse. Vide Festum in dictione Arse.

v Homerus Odyss. 7. de Autolyci filiis id scribit, non de Vlysse, cui tum aper dextrum humerum sauciauerat. *--ἐκ δ' ἄρα κληῖδὼν Εὐρύλοχος.* inquit.

x Libro de ea husia'mo.

y *κύνας Λακωνικὰς ἢ κατευνάσει τὶς ἐνὶ τῷ νῶτῳ, τῇ φρυγιστῇ ἀχαινίῳ*, sine morbo permanere, si quis, cùm dolore vexatur, concentu Phrygio tibiam inflet. Athen. lib. 14.

z Priscis seculis, anni primus dies fuerunt Calendæ Martiæ: itaque tum nouum ignem Vestales accendebant, laureæ virides in consulum fascibus, ædibus Regis sacrorum, Flaminum, Vestalium, curia, pro veteribus mutabantur, magistris merces soluebatur, vectigalia locabantur, matronæ feriis Matronalibus seruis cœnas apponebant, viri mulieribus dona mittebant, vt Saturnalibus mulieres viris, comitia celebrabantur. Alex. ab Alex. cap. 24. 3.

A In sacris veteres quædam bona nomina dicis caussa proferebant: in nuptiis Caium Cæciliam, & Talassionē: in capicula Vestali, Amatam: Nonis Caprotinis, Caium, Marcū, Lucinimin censu vel delectu faciendo, Valesium, Salsium, Statorium: in Saliari carmine, vt ait Varro. lib. 5. de Ling. Lat. Luciam Voluminiam, & Mamurium Veturiū: ac, vt ait Cic. in lustrāda colonia ab eo qui eam deduceret, & cùm imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent eligebantur. Quod idem in delectu consules obseruant, vt primus miles fiat bono nomine. Plutarch. in Quæst. Romanis, quæst. 30. & 31.

B Quæ fuerit Nemesis vide apud Rhodig. fusè disputatum cap. 19. 11. Paulanias scribit, pictam illam coronam gestare, in qua spectantur corui & formnæ imagunculæ: de xtra fraxinum gestare ramum, sinistra phialam, Æthiopibus insculptis. Aristoteles Nemesim esse vult indignationem conceptam ex improborum prosperis rebus, sicut misericordiam, dolorem ex aduersis bonorum. Apuleio 10. Asini. Ceres est.

C *ἐμπαῖον*, inquit Plutar. in Cicerone, *μὴ βολίζεσθαι δοκῇ μηδὲν ἄδηλον λέγειν, τὸ πιθανὸν.* Dixerunt & Græci *τανῦν τ' ἰωφριλὲς χέρμ' ἀπὸ χειρὸς*, quemadmodum & Latini abire, mortis mentione abstinentes, & de eo, qui obiisset, vixit. Hinc lethum *ἀπὸ τοῦ λάθου*, quòd ij minimè solicitandi, & à quiete auocandi, quamuis Prisci dixerint leo, leui, ducat. Græcis etiam qui vita migrarunt, *μακαρίται* dicuntur, bonæ fœuæ omne, & *κρείσσον* potiùs quàm *κρεῖσσον*. vnde *κενοτάφιον* sepulchretum, Latinis letho dati. Festus, Ollus Quiris letho datus est. Cicero 1. de legibus, Manium iura sancta sunt. Hos letho datos duos habento. Scaliger.

D Meditrinalibus ouum & vetus vinum libantes ac degustantes medicinæ gratia dicebant, Nouum vetus vinum bibo: nouo veteri morbo medeor. Varr. Idem ferè Athenis fieri solitum *τοῖς ἀνθεστηρίοις*, seu vinalibus Plutarch. tradit lib. 3. Sympos. Quæst. 7. De Meditrinalibus idem Verrius Flaccus.

E Captatis augurijs sternutamenta cùm superueniunt, illa siue bona, siue mala sint, confirmant & rata faciunt. Apud Homerum Penelope procis infortunium minante Telemachus sternutat. Hippiæ sternutanti dens excussus magnam calamitatem portendit. Xenophontem concionantem ducem milites creant, quoniam eo loquente quidam sternutasset. Matutina sternutamenta tristia & infœlicia: meridiana, præcipuè à nare dextra, læta & prospera putauerunt. Alex. ab Alex. cap. 16. 2. Vide quod notatum est infrà cap. 6. Plutarchus lib. de Homero sternutationem fœlicem & lætā esse tradit. Ea fœlicet caussa est cur sternutātes saluemus.

f In Catalectis versus poëta,

Garrula quid totis resonas mihi noctibus auris?
Nescio quem dicis nunc meminisse mei? &c.

Vide adnotata infrà in cap. 6. proximum.

G Vide Ang. Polit. cap. 42. Miscell. Eò pertinet Glyceræ dictum apud Menandrum, *τοῖς δακτύλοις ἰχθύων ψιλοῦσι, ἢ δι' ἀγκιστρεύειν θέλουσι.* Turn. cap. 6. lib. 11. Aduers.

H Apuleius lib. 4. Asini de formosa virgine, quam vt Deam mirabantur, *Multi*, inquit, *denique ciuium admonentes oribus suis dextram, priore digito in crectum pollicem reflexo, vt ipsa in prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Idem in Apologia prima. *Si simum aliquod præterea, ne fas habet adorandi gratia manum labris admouere.*

I Cælestis vertiginis quadam imagine vel, quòd Ægyptiæ rotæ significabant, quia nihil in rebus humanis constans & stabile sit. Rhod. cap. 2. 12. Plaut. *Quò me vertam nescio.* B. *Vt Deos saluta dextrorsum censeo.* Pithœus cap. 7. 1. In symbolis Pythagoricis, *περὶ τῶν περιφράδην.* Suetonius in Vitellio cap. 2. Lucius Vitellius primus C. Cæsarem adorari vt deum instituit, cùm reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset, quàm capite velato, circumuertensque se, deinde procumbens.

K Tenuibus sibilis ore emissis. Alex. ab Alex. cap. 13. lib. 5. lib. 5. vel, leuiter complosis manibus canis, velut ad delinidum lonem iratum. Turnebus cap. 15. lib. 4. Aduersar. Manus cauæ complosæ poppysmū efficiunt. Ea vox fictitia est ad soni expressionē. Aristophanes, *ἢν σφιξῇ, πὰν ἀφῇσῳ ψοφοῦσιν.* Interpres adnotat, *ὡς τὸν γογγυσμόν.* Sophocles *ψοφεῖσθαι βουλόμενος.* Dexippo Comentariis in Categorias Aristot. *ἐπὶ ψόφου ἀνεμῶν ἀναφέρω τὸ τῆς ψήφου.* Politianus cap. 32. Miscellaneorum.

L Mensas Turnebus cap. 22. lib. 21. exponit fercula, magidas, lances. Ego verò præterea panis quadras, & abacos, quibus imponebantur è lance sumptus cibus discindendus & mandendus. Virgilius, *Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.* Hac superstitione perfuasi Græci sub epularum finem *ἀγαθοῦ δαίμονος* poculum merum circumferebant, ac bibebant, deinde protinus auferri mensam iubebant. Itaque Dionysius cùm auream mensam ex Æscula pij fano vellet tollere, tanquam veteris instituti studiosus, ad boni dæmonis poculum inuitauit, deinde confestim asportari mensam imperauit. Victorius cap. 1. lib. 1.

m Quod ex Seruij commentatione tradit Plinius, Scalig. apud Festum, in voce, Mensa migrare, intelligi vult de mensis sacris in templis Deorum positis, super quibus sacrificio peracto epulabantur. Oratio tamen Plinij spectare potuis videtur ad priuatas epulas. Mensas hic accipio, quadram, cui obsoniorum è lance & patina insumptum imponebant, ac frustatim concidebant, vt mundius & commodius manducarent: vulgo *Tranchoirs, Assiettes.* Eæ fiebant ex argento, ære, stanno, & alia eiusmodi materia, panis velut abaco superaddito, qui obsoniorum pingue excipere, & quæ comesse ominosum fuit, vt vel ex superiori versu Virgilij intelligitur. Eò pertinet poëtæ hemistichium *--miserum est alterna mensa quadra.* Linquebant mensam, qui festinata voracitate inquinassent. quod incitulè est. Suberat fortassis & hæc superstitiosa cogitatio, mensas nec deorum esse mutandas, nec nostras, quæ illas repræsentant.

N Mensæ non mutabantur, quod luxuriosa posteritas excogitauit in singulos ferculorū missus, vt constat ex Alexi apud Athenæum lib. 9 & Plutarcho in vita Pelopidæ: sed conuiuarum cuiq; sua, & tantùm semel dabatur.

O Augurium est, conuiuarum quemcumque famæ & existimationis periculum subiturum.

P Quidam contrà existimarunt, quæ inter epulas è mensa decidunt, heroibus sacra esse, vnde symbolum Pythagoricum, *τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι.* Ideoque nec tollenda, nec gustanda. Alex. ab Alex. cap. 22. 5. Fuit & inauspicatum, cōiuuam atra veste indutum accumberes: quod Vatinio Cicero exprobrauit. Idem. Lumen in lucernis accensum sponte emori funebre: exinxisse religiosum fuit, vt & mēlam si cū vacuā tollere, quin aliquid superesset reliqui. Idē.

Q Turneb. cap. 26. lib. 18. Aduersarior. legit. Dicis causa, ex manuscripto. Cùm inauguraciones & sacra fierent, epulis interesse solebant quondam Pontifices, ad vetustatisque memoriam & imitationem quibusdam in sacris epulatio retinebatur: quod aiebant Dicis caussa fieri. Constantinus exponit Dicis caussa, expiationis caussa, *ἀφοσιώσεως ἕνεκα*, Liuius vel *Ateselo χάριν.* nimirum vt omen triste auerterent, sacris ritè peractis cùm epulabantur. Interpretatio hæc ex Capro Grammatico & Modestino furiscōsulto petita est. Duarenus cap. 47 1. Anniuers. exponit, non ferió, non verè, sed perfunctoriè tantùm, & per simulationē. Vide locum. Olim in Mancipationibus interueniebat, & quod ait Iureconsultus l. 4. ff. commodati. cōmodabatur pecunia, nempe sestertius nummus, vt Dicis gratia numerationis loco intercederet, præsertim in donationibus, quæ fiebant per emancipationem. Græci exponunt *νόμου χάριν*, vt satisfiat iuris solennitatibus: vel *λόγου χάριν*, nempe, verbi gratia, vt dicere possint se nummerasse, ac, vt inquit Cicero, se emisse. Cuiacius cap. 37. lib. 10. Obseru. Arnobius principio lib. 4. adu. gen. Dicis causa, clarissimè vsurpat pro boni rei; omnis gratia.

R Piaculo dignum, eius ritus spicati infœlicisque omnis & augurij purgatio, lustratio, expiatio, deprecatio, auerruncatio. Nam Latinus rerum primitias offerebant, non quod homines ac conuiuæ gustare dedignati fuissent. Quin & ipsas primitias semel in mensa depositas, Latinus, iam ab homine contrectatas & tanquam inquinatas, sacrificare piaculum erat. Horatius Satyr. 4. lib. 2.

--anlcia poma,
Et quoscunque feret cultus tibi fundus honores
Ante Larem gustet venerabilior Lare dines.

Remedia ex homine contra Magos. CAP. III.

HOminum monstrificas naturas & veneficos aspectus, diximus in portentis gētium, & multas animalium proprietates, quæ repeti superuacuum est. Quorundam hominum tota corpora prosunt, vt ex his familiis, quæ sunt terrori serpentibus, tactu ipso leuant percussos, [a]fuctúve [1] modico. Quorum è genere sunt Psylli [b] Marsiq;, & qui [c] Ophiogenes vocantur in insula [2] Cypro: ex qua familia legatus [3] Exagon nomine, à Consulibus Romę in dolium serpentium coniectus [4] experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum eius familiæ est, si modò adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. Atque eorum sudor quoque medebatur, non modò saliua. Nam in insula Nili [5] Tentyri [6] nascentes tanto sunt crocodilis terrori, vt vocem quoque eorum fugiant. Horum omnium generum in sua repugnantia interuentum quoque mederi cōstat: sicuti aggrauari vulnera introitu eorum, qui vnquam fuerint serpentium canisve dente læsi. idem gallinarum incubitus, [7] pecorum fœtus, abortu vitiant. Tantum remanet virus [8] excepto semel malo, vt venefici fiant venena passi. Remedio est, ablui priùs manus eorum, aquaq; illa eos, quibus medearis, inspergi. Rursus à scorpione aliquando percussi, nunquàm posteà à crabronibus, vespis, apibúsve feriuntur. Minùs miretur hoc, qui sciat, vestem à tineis non attingi, quæ fuerit in funere: serpentes ægrè, præterquàm læua manu extrahi.

1 medico. Dal tumido. CH.
2 Paro. Turn & CH.
3 Exegon. Vet. Tur. & CH.
4 experimentum. M.
5 Tentyritæ. Supra cap. 25 lib. 8.
6 natantes. Vet.
7 & pecorum. Vet.
8 ex accepto. CH.

ANNOTATIONES.

a Leg. fuctúve medico, id est, medicato. Validus enim fucus ille est, non mediocris. Primùm enim saliua tangebatur vulnus, ne ser peret: deinde venenum carminibus & verbis eliciebatur. Hæc si nō iuuissent, fuctu valido extractum expuebatur. Apud Lucanum lib. 9. de hac re elegantissimi versus extant. Vetus exemplar habet, tumido itaq; fortassis legi potest, tumidos, vt percussos tantùm Psylli curent solo tactu, iam verò tumentes fuctu. Chifletius.

b Marrubios vocat poëta, *Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.*

c Apud Priscianum 10. Varro primo Rerum humanarum Pharios vocat. *Vt habent*, inquit, *Pharij, qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africa Psylli, quorum ophiogenes sum si arbitrantur suppositum esse aliquem in stirpe, admoueri vt purgat colubra. Si non sit, mori cùm pupugerit: si de gente sit, vi ere.* Meminit horum Aelianus cap. 39. lib. 12. de animalibus.

De quibusdam sortilegiis, & saliua hominis. CAP. IIII.

PYthagoræ inuentis non temere fallere, impositiuorū nominum imparem vocalium numerum, [1] clauditates, [2] oculorúm ve orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus, [3] parem læuis. Ferunt difficiles partus statim solui, cùm quis tectum, in quo sit grauida, transmiserit lapide, vel missili ex his, qui tria animalia singulis ictibus [4] interfecerint, hominem, aprum, [5] vrsam. Probabilius id facit hasta [a] velitaris, euulsa à corpore hominis, si terram non attigerit. Eosdem enim illata effectus [6] habet. Sic & sagittas corpore eductas, si terram non attigerint, subiectas cubantibus, amatorium esse, Orpheus & Archelaus scribunt. Quin & comitialem morbum sanari cibo è carne feræ occisæ eodem ferro, quo homo interfectus sit. Quorūdam partes [7] medicæ sunt, sicuti diximus de Pyrrhi regis pollice. Et Elide solebat ostendi [b] Pelopis costa, quam eburneā affirmabant. Nævos in facie tondere, religiosum habent etiam nunc multi. [8] Hominum verò in primis ieiunam saliua m, contra serpentes præsidio esse, docuimus. Sed & alios efficaces eius vsus re-

1 clauditates enim. Vet.
2 oculisue. CH.
3 vt parem. Vet.
4 interfecerunt. CH.
5 versum. CH.
6 agit. M.
7 medicinæ. CH.
8 Omnium verò.

vſus recognoſcat vita. [c] Deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt, contagia regerimus. Simili modo & [d] faſcinationes repercutimus, [9] dextræq; clauditatis [10] occurſum. Veniam quoque à Deis ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinum [11] ſpuendo etiam. Eadem ratione terna deſpuere [12] deprecatione: in omni medicina mos eſt [13] atque effectus adiuuare: incipientes furunculos ter [14] præſignare ieiuna ſaliua. Mirum [15] dicemus, ſed experimento facile: Si quem pœniteat ictus eminus cominúſve illati, & ſtatim expuat mediam in manum, qua percuſſit, leuatur illico [16] percuſſus à pœna. Hoc ſæpe delumbata quadrupede approbatur, ſtatim à tali remedio correcto animalis ingreſſu. Quidam verò aggrauant ictus, ante conatum ſimili modo ſaliua [17] in manu ingeſta. Credamus ergo [18] lichenas leprá ſque [19] ieiunæ illitu aſſiduo arceri: item lippitudines, matutina quotidie [20] velut in inunctione: carcinomata, malo terræ ſubacto: ceruicis [21] dolorem, ſaliua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata, læua ad ſiniſtrum: ſi quod animal aurem intrauerit, & inſpuatur, exire. Inter amuleta eſt, editæ quenque vrinæ inſpuere: ſimiliter in calciamentum dextri pedis, antequam induatur: item cùm quis tranſeat locum, in quo aliquod periculum adierit. Marcion Smyrnæus, qui [22] de [e] ſimplicibus effectibus ſcripſit, rumpi ſcolopendras marinas ſputo tradit: item rubetas, aliáſque ranas: Ophilius, ſerpentes, ſi quis in hiatum earum expuat. Salpe, torporem ſedari quocunque membro [23] inſtupente, ſi quis in ſinum expuat: aut ſi ſuperior palpebra ſaliua tangatur. Nos ſi hæc, & illa credamus rite fieri: Extranei interuentu, aut ſi dormiens ſpectetur infans, à nutrice [24] terna adſpui: quanquam [f] religione mutatur & [g] Faſcinus, Imperatorum quoque, non ſolùm infantium cuſtos, qui Deus inter ſacra Romana à Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pendens defendit medicus inuidiæ, [h] iubétque [25] eoſdem reſpicere. Similis medicina linguæ, [i] vt ſit exorata à tergo Fortuna, gloriæ carnifex. Morſus hominis inter aſperrimos quoque numeratur. Medentur ſordes ex [26] auribus: ac ne quis miretur, etiam ſcorpionũ ictibus ſerpentiúmque ſtatim impoſitæ. Meliùs è percuſſi auribus proſunt: ita & reduuias [27] ſanari. Serpentium verò ictum, contuſi dentis humani farina. Capillus [28] puerorum, qui primùm deciſus eſt, podagræ impetus dicitur leuare circumligatus: & in totum impubium [29] impoſitus. Virorum quoque capillus, canis morſibus medetur ex aceto: & capitum vulneribus ex oleo aut vino. Si credimus, [30] à reuulſo cruci quartanis. Combuſtus [31] æquè capillus, carcinomati. Pueri qui primus ceciderit dens, vt terram nõ attingat, incluſus in armillam, & aſſiduè in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet. Pollex in pede [33] præligatus proximo digito, tumores inguinum ſedat. In manu dextra duo medij lino leuiter colligati, diſtillationes atque lippitudines arcent. Quin [34] & ciectus lapillus calculoſo, [35] alligatus ſupra pubem leuare cæteros dicitur, ac iocineris etiam dolores: ac celeritatẽ partus facere. Addidit Granius, efficaciorem ad hoc eſſe ferro exemptum. Partus accelerat vicinos, ex quo quæque conceperit, ſi cinctu ſuo ſoluto fœminam cinxerit, dein ſoluerit, adiecta precatione, ſe vinxiſſe, eundem & ſoluturum, atque abierit. Sanguine ipſius hominis, ex quacunque parte emiſſo, efficaciſſimè angiñam illini tradunt Orpheus & Archelaus: item ora, comitiali [36] morbo laſorum: exurgere enim protinus. Quidam, ſi pollices pedum pungantur, [37] exq; his guttæ referantur in faciem: aut ſi virgo dextro pollice attingat: hac coniectura cenſentes [38] virgines carnes edendas. Æſchines Athenienſis [39] ex crematorum cinere anginis medebatur & tonſillis, vuíſque, & carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat [k] botryon. Multa genera morborum primo coitu ſoluuntur, primóque fœminarum menſe. [40] Aut ſi non id contingat, longinqua fiunt, maximéque comitiales. Quin & à ſerpente ac ſcorpione [41] percuſſos, coitu leuari produnt: verùm fœminas Venere ea lædi. Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui cùm pedes leuant, [l] aqua inde ter oculos tangant. Immatura morte raptorum manu, ſtrumas, paroridas, guttura tactu ſanari affirmant. Quidam verò [42] cuiuſque defuncti, duntaxat ſui ſexus, læua manu auerſa. Et è lingno fulgure icto, reiectis poſt terga manibus, demorderi aliquid, & ad dentem qui doleat, admoueri, remedio eſſe produnt. Sunt qui præcipiant dentem ſuſſiri dente hominis ſui ſexus: & eum qui

9 ſiniſtræ, dextræque. M
10 occurſu Vet.
11 ſpuendo Etiam eadem M ſpuẽdum. Eadem &c Vet.
12 prædicatione CH.
13 atque ita effectus. CH.
14 reſignare CH.
15 dicimus CH.
16 in percuſſo culpa. CH.
17 in manum Vet.
18 & lich. CH.
19 ieiuna illita. M.
20 velut, in M.d.
21 dolores. CH.
22 de ſimpliciũ. Vet.
23 ſtupente. Vet.
24 ter. Vet.
25 eoſdem reſpere. CH. & Ali. inuidiam reſpere. Vet.
26 auribus: produnt ita &. CH.
27 aiunt ſanari. Vet.
28 puero. CH.
29 impoſitu. CH.
30 & reuulſus à cruce. Vet.
31 vtique. CH.
32 alligatus. Vet.
34 & ex ciectis. Vet. id eſt, cæco matris vtero naſcentibus.
35 alligatúſque. CH.
36 malo conſapſorũ. CH.
37 exque. CH.
38 virginis. Vet.
39 excrementorum. CH.
40 Aut ſi hoc non contingit. CH.
41 percuſſus. CH. percuſsiunes.
42 cuiuſcunque. CH.

qui caninus vocetur, inſepulto exemptum adalligari. Terrã [43] [m] ex caluaria, pſilothrum eſſe palpebrarum tradunt. Herba verò, ſi qua ibi genita ſit, commanducata, dentes cadere. Hulcera non ſerpere oſſe hominis circunſcripta. Alij è tribus puteis pari menſura aquas miſcent, & prolibant nouo fictili: reliquum dant in tertianis [44] acceſſu [45] febrium bibendum. [46] Item in quartanis fragmentum claui à cruce, inuolutum lana, collo ſubnectunt: aut ſpartum è cruce: liberatóque condunt cauerna, quam Sol non attingat. Magorum hæc commenta ſunt: Vt cotem, qua ferramenta ſæpe exacuta ſunt, ſubiectam ignari ceruicalibus, de veneficio deficientis, euocare indicium, vt ipſe dicat quid ſibi datum ſit, & vbi, & quo tempore: autorem tamen non nominare. [47] Fulmine vtique percuſſo, circumactum in vulnus hominem, loqui protinus conſtat. [n] Inguinibus medentur aliqui, licium telæ detractum alligantes nouenis ſeptenísve nodis, ad ſingulos nominantes viduam aliquam, atque ita [48] inguina alligantes licio. Et clauum, aliúdve, quod quis calcauerit, alligatum [49] ipſos iubent gerere, ne ſit dolori vulnus. Verrucas auellunt à viceſima Luna, in [50] limitibus ſupini ipſam intuentes, vltra caput manibus porrectis, & quicquid [51] comprehendêre, eo fricantes. Clauum corporis, cùm [52] cadat ſtella, ſi quis diſtringat, velcitò ſanari aiunt [53] cardinibus oſtiorum aceto affuſo, lutum frontí illitum, capitis dolorem [54] ſedare: item laqueum ſuſpendioſi circundatum temporibus. Si quid è piſce [55] hæſerit faucibus, in aquam demiſſis frigidam pedibus, cadere. Si verò [56] ex aliis oſſibus, impoſitis capiti ex eòdem [57] oſſe [58] officulis. Si panis hæreat, ex eodem in vtrã que aurem addito pane. Quin & ſordes hominis in magnis fecere remediis [59] quæſtuoſorum gymnaſia Græcorum: quippe ea ſtrigmẽta molliunt, calfaciunt, diſcutiunt, complent, ſudore & oleo medicinam facientibus. Vuluis inflammatis [o] contractíſque admouentur. Sic & menſes cient: ſedis inflammationes & condylomata leniunt: item neruorum dolores, luxata, articulorum nodos. Efficaciora ad eadem, ſtrigmenta à balineis, & ideò miſcentur ſuppuratoriis medicamentis. Nam illa, quæ ſunt è ceromate [60] permiſto cœno, articulos tantùm molliunt, calefaciunt, diſcutiunt efficaciùs, ſed ad cętera minùs valent. Excedit fidem impudens cura, qua ſordes virilitatis contra ſcorpionum ictus ſingularis remedij, celeberrimi autores [61] clamant. Rurſus in fœminis, [62] [p] quas infantium aluo editas in vtero ipſo, contra ſterilitatem ſubdi cenſent: [63] meconium vocant. Imò etiam ipſos gymnaſiorum raſere parietes: & illæ quoq; ſordes excalfactoriam vim habere dicuntur: panos diſcutiunt. Hulceribus ſenum puerorúmque, & deſquamatis ambuſtíſve illinuntur. Eo minùs omitti conuenit ab animo hominis pendentes medicinas. [64] Abſtinere [65] cibo omni, aut potu, aliâs vino tantùm aut carne, aliâs balineis, cùm quid [66] eorum poſtulet valetudo, in præſentiſſimis remediis habetur. His [67] remediis adnumeratur exercitatio, intentio vocis, [68] vngue fricari cũ ratione. Vehemẽs enim fricatio ſpiſſat, lenis mollit: multa admit corpus, auget modica. In primis verò prodeſt ambulatio, geſtatio, & ea pluribus modis. Equitatio ſtomacho & coxis vtiliſſima: phthiſi [q] nauigatio: longis morbis [r] locorum mutatio. Item ſomno mederi ſibi, aut lectulo, aut [s] rara vomitione. Supini cubitus oculis conducunt, at proni tuſſibus, in latera aduerſum diſtillationes. Ariſtoteles & Fabianus plurimùm [t] ſomniari circa [69] vernum & autumnum tradunt, magiſq; ſupino cubitu, at prono nihil. Theophraſtus celeriùs concoqui dextri lateris incubitu, difficiliùs à ſupinis. [70] [u] Solum quoque remediorum maximum ab ipſo ſibi præſtari poteſt, ſicut linteorum ſtrigiliúmque vehementia: perfundere caput calida ante balinearum vaporationem, & poſteà frigida, ſaluberrimum intelligitur. Item præſumere cibis, & interponere frigidam, eiuſdémque potu ſomnos antecedere, & ſi libeat interrumpere. Notandum, nullum aliud animal calidos potus ſequi, ideóque non eſſe naturales. Mero ante ſomnos colluere ora, propter [x] halitus: [71] frigida maturinis [y] impari numero ad cauendos dentium dolores: item poſca oculos contra lippitudines, certa experimenta ſunt.

43 è. CH.
44 à deceſſu. CH.
45 febris. Ver.
46 Idem. CH.
47 Fulminis vtique percuſſu. Vet.
48 inguini all. licio. Vet. inguini. CH.
49 ictos. Vet.
50 liminibus. Vet.
51 apprehẽdêre. CH.
52 cadit CH.
53 vt cardin. Vet.
54 ſedari. CH.
55 inhæſerit. Vet.
56 ex animalis oſſibus. Ver.
57 vaſe. CH.
58 particulis Alij.
59 quæſtuoſa. Alij.
60 permixta. CH. permiſta cœ. ar. quoque. M.
61 damnant. CH. male.
62 quas infantes vtero editi. Vet.
63 meconiam. CH.
64 Hæ ſunt, abſtinere. Ver.
65 ſe cibo. CH.
66 horum poſtulat.
67 remediis, in Ver. d.
68 vngi. Ver. & CH. vnguen. Quidam.
69 ver &. Vet. & CH.
70 Sol. CH. Solium. Vet.
71 frigida aqua mat. M.

ANNOTATIONES.

a Celibarem quoque olim vocauerunt, ea ſoliti comam in fronte ſponſarũ digerere, ac diſcriminare, vel argumẽto q; ſponſas maritorum imperio ſubditas eſſe cõueniat, vel augurio fœlici, quòd fortes ſtrenuóſque bellatores paritura ſint. Alex. ab Alex. ca. 5. lib. 2.

b Pauſanias

b Pausanias in Eliacis opertæ scoptulæ Pelopis mentionem facit, nullam autem huius eburneæ coltæ.
c Plaut. in Captiuis,
AEgio, hic homo rabiosus habitus est in Aulide.
Ne tu quod fabulatur in aures immittas tuas,
Nam is fibre hastu infectatus est domi matrem & patrem,
Et illic isti qui insputatur morbus, insterdum venit.
d De iis Plutarchus lib. 5. sympos. quæst. 7.
e Simplicium. Sic Galenus suos libros inscripsit, *περὶ τῶν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων.*
f Turnebus scriptum inuenit in antiquis exemplaribus, religio ne mu tueatur. Ea syllaba veteres vtebantur, ad inuidiæ, mali, fascini depulsionem: itemque ad imperandum & ominandum silentium. Lucilius,
Nec laudare hominem quenquam, nec mu facere unquam.
Mu facere, mutire.
g Fascinum, pudendum virile, quòd fascinum depelleret collo appensum puerorum. Varro, *Pueris tenpicula res quædam in collo suspenditur, ne quid obsit, bonæ fœmæ causa.* Turn. cap. 28. 9. Appendebatur olim triumphantium currui Fascinus deus, vt in autores fascinum reiceret, cosdemque fascinum & inuidiam recipere iuberet. Vide Rodig. cap. 6. 4. Vide quod annotatum est suprà cap. 49. lib. 11. & 2. 7.
h Leg. Iubetq; inuidiam recipere. Appendebatur enim Fascinus deus vt in autores fascinum reiceret, cosdemq; fascinum & inuidiam recipere iuberet. Vel, Iubetq; eos deum se respicere. nimirùm humanâ suam sortem cogitare, ac conditionẽ, quæ triumphi gloria & honoribus elata, deum tamen currui suo subiectum & pendulum habet. Nisi quis malit ad triumphantium morem referre, quibus quidam à tergo stans identidem clamabat & inculcabat, Respice post te, hominem te esse memento. Septimius Florens in Apolog. Rhodigin. cap. 7. lib. 3. Iuuenal. Saty. 9.
—magnæq; coronæ
Tantum orbem, quanto cernix non sufficit vlla.
Quippe tenet sudans hanc publicus, & sibi consul
Ne placeat, curru seruus portatur eodem.
i Leg. ex Vet. Similis medicina linguæ, & vt sit exorata fortuna gloriæ, à tergo carnifex. Nam in triumphantes conuitia iactabant. Exoratam gloriæ fortunam dicit, id est, propitiam.
k Quòd vuæ maturæ modo nigrescerent.
l Eadem aqua commendatur ad ventris dolores cap. 7. vltimo, lib. 30.
m Vel quę intra caluariam reperitur, vel qua caluaria obducitur.
n Inguinum panis & bubonibus.
o In alterutrum latus reclinantis: sursum procurrentibus.
p Leg. quas reddunt infantes aluo, ex vtero editi, contra &c. *μηκώνιον* excrementum nigrum, & fœtidum, quod pueri nati primũ emittunt: vulgò, *Le sprop de l'enfant.*
q Præsertim in mari.
r *χῶν μακαλίδων, ὁ σὰρξ φορωνικὴ τοῖσι μαιρῶσι νοσέμασι.* Hippocr. aphor. 20. sect. 5. lib. 7. Epidem.
s Nam frequens & continuata ventriculum offendit.
t Plutar. 8. sympos. quæst. 10. Somnia veteres è terra nasci crediderunt, mittique ab inferis & Manibus. Inde Euripidi in Hecuba, terra *μελαινοπλήσαρα μάτηρ ἰνείρων.* Inde Homero & Virgilio figmentum de duabus somniorũ portis apud inferos. Turn. ca. 46. 18.
v Loci, in quo degit, natura & conditio. Alij, solium.
x Putres, aut aliquo fumosos à cibis, dum coquuntur in ventriculo, exhalantes.
y Semel, ter, quinquies &c.

De obseruatione victus. CAP. V.

a Valetudinem iuuari ratione victus obseruata. Dal. valetudinis varietas. Vet. valetudine varietate victus inobseruata. CH.
b in cibos. Vet. manus cibis ter. f. deiciebantur, CH.

SIcut totius corporis[1] valetudini in varietate victus obseruata.[a] Hippocrates tradit non prandentium exta celeriùs[b] senescere. Verùm id remediis cecinit, non epulis: quippe multò vtilissima est temperantia in cibis. L. Lucullus hanc de se præfecturam sero dederat: vltimóque probro manus[2] in cibis triumphali seni deducebatur, vel in Capitolio epulanti, pudenda re,[c] seruo suo faciliùs parêre, quàm sibi.

ANNOTATIONES.

a Lib. 2. rationis vict. in acutis.
b Dolore præcordia torqueri, veluti suspensis visceribus.
c Medico fortassis. nam eo seculo inter seruitia habebantur medici. Heronem Lucullí seruum domino gratissimum autor memorat cap. 18. lib. 36. Nominatur & Callisthenes inter Luculli seruos, quem pharmaco herum suum dementasse, animóque alienasse vulgus suspicabatur.

De sternutamento, & Venere, & cæteris remedijs. CAP. VI.

1 Sternumenta. CH.
2 capitis. Vet.
3 manu. Vet. muta enarras. CH. fortè, mutæ nares.
4 Et oculos. Ver.
5 Ad. CH.
6 Altera. Vet. in altera. CH.
7 aqua feruenti. M.
8 alius, in Vet. d.

9 remedia alicui adhibeantur. CH.

10 verò & sacris. CH.

11 aliqua. M.

12 in frontem. Vet.
13 verticem. CH. à vertice autem morsu. Dal.
14 ceruicium dolorem. CH.
15 in vnum. CH. fortè, in humum.
16 vellentibus. CH. vel aurium vellicationibus. Vet.

SIc Sternutamenta[2] [a] pinna grauedinem emendant, & si quis[3] muris nares, vt tradunt, [4]oculo attingat. Sternutamenta & singultum.[5] [b] Ob hoc Varro suadet palmam[6] alterna manu scalpere. Plerique anulum è sinistra in longissimum dexteræ digitum transferre, aut in[7] aquam feruentem manus immergere. Theophrastus senes laboriosiùs sternuere dicit.[c] Venerem damnauit Democritus, vt in qua homo[8] alius[d] exiliret ex homine. Est hercule raritas eius vtilior. Athletæ tamen torpentes restituuntur Venere, vox reuocatur, cùm è candida declinat in fuscam. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis ac melancholicis. Adsidere grauidis, vel cùm[9] remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter se implexis, veneficium est: idque compertum tradunt Alcmena Herculem pariente. Peius, si circa vnum ambóve genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideò hæc in conciliis ducum potestatúmve fieri vetuere maiores, velut omnem actum impedictia. Vetuere[10] & sacris votíve simili modo interesse. Capita autem aperiri aspectu magistratuum,[e] non venerationis causa iussere, sed (vt Varro autor est) valetudinis, quoniam[f] firmiora consuetudine ea fierent. Cùm quid oculo inciderit, alterum comprimi prodest. Cùm[11] aqua dextræ auriculæ, sinistro pede exultare, capite in dextrum humerum deuexo, inuicem è diuersa aure. Si tussis concitet, saliuam[12] in fronte ab alio afflari. Si iaceat vua,[13] à vertice morsu alterius suspendi. In[14] ceruicis dolore poplites fricare, aut ceruicem in poplitum. Pedes[15] in humo deponi, si nerui in his cruribúsve tendantur in lectulo. Aut si in læua parte id accidat, sinistræ plantæ pollicem dextra manu apprehendi. Item è diuerso. Extremitates corporis[16] vel aurium perstringi contra horrores corporis, sanguinémve narium immodicum.

Lino

Lino vel papyro principia genitalium: femur medium, ad cohibenda vrinæ profluuia.
17 frigidam. Vet.
18 parcere Dal. sermone parci CH.
19 nullissimum. CH.
§ In stomachi solutione pedes pressare, aut manus in[17] feruentem aquam demittere. Iam & sermoni[18] parci, multis de causis salutare est. Triennio Mecœnatem[19] Messium accepimus silentium sibi imperauisse, à conuulsione reddito sanguine. Nam euersos scandentésque ac iacentes, si quid ingruat, contráque ictus, spiritum cohibere singularis præsidij est: quod inuentum esse animalis docuimus. Clauum ferreum defigere, in quo loco primùm caput[20] defixerit corruẽs morbo comitiali, absolutorium eius mali dicitur. Cõtra renum autlumborum vesicæq; cruciatus, in balinearum soliis pronos vrinam reddere mitigatorium habetur. Vulnera[h] nodo Herculis[21] prælig are, mirum quantùm ocyor medicina est. Atque etiam quotidiani[i] cinctus tali nodo, vim quandam habere vtilem dicuntur: quippe cùm Hercules eum prodiderit. Numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine,[22] & quare quaterni cyathi sextariíve nõ essent potandi. Cõtra[23] lippitudines retro aures fricare prodest, & lacrymosis oculis frontem. Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillę imaginem reddant. Magna & vrinæ non ratio solùm, sed etiam religio apud autores inuenitur, digesta in genera. [k] Spadonum quoque[l] ad fœcunditatis beneficia. Verùm ex his quæ referre fas sit, impubium puerorum contra saliuas aspidum, quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum expuant: contra oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras, & cum erui farina contra adustiones, contra aurium[24] pura, vermiculósque, si decoquatur ad dimidias partes cum porro capitato nouo fictili. Vaporatio quoque ea menses fœminarum ciet. Salpe fouet illa oculos firmitatis causa: illinit Sole vsta, cum oui albumine, efficaciùs struthiocameli, binis horis. Hac & atramenti lituræ abluuntur. Virilis podagris medetur, argumento [m] fullonum, quos ideò tentari eo morbo negant. Veteri miscetur cinis ostreorum, aduersus erupriones in corpore infantium, & omnia hulcera manantia. Ea excisis, ambustis, sedis vitiis, rhagadiis, & scorpionum ictibus illinitur. Obstetricum nobilitas non alio succo efficaciùs curari pronuntiauit corporum pruritus nitro addito, hulcera capitum, porrigines, nomas, præcipuè genitalium. Sua cuique autem (quod fas sit dixisse) maximè prodest, confestim perfuso canis morsu,[n] echinoríumque spinis inhærentibus, & in spongia lanísve imposita: aut aduersus canis rabidi morsus, cinere ex ea subacto: contráque serpentium ictus. Nam contra scolopendras mirum proditur, vertice tacto vrinæ suæ[25] gutta, liberari protinus læsos. Auguria valetudinis ex ea[26] traduntur. Si manè candida, deinde rufa sit: illo modo concoquere, hoc concoxisse significatur. Mala signa rubræ, pessima nigræ: mala bullantis & crassæ: in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos aut viscera dolorem imminere. Eadem viridis,[o] morbum viscerum, pallida[27] bilis, rubens sanguinis. Mala, & in qua veluti furfures[p] atque nubeculæ apparent. Diluta quoque alba vitiosa est: mortifera verò crassa, graui odore: & in pueris tenuis ac diluta. Magi vetant eius causa[q] contra Solem Lunámque nudari, aut vmbram cuiusquam ab ipsa aspergi.[28] Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet, ne Deum aliquem nudatio offendat.[29] Hosthanes contra mala medicamenta omnia promisit auxiliari, matutinis horis suam cuique instillatam in pedem.

17 frigidam. Vet.
18 parcere Dal. sermone parci CH.
19 nullissimum. CH.
20 fixerit. CH.
21 præliganti. Vet.
22 quare. CH.
23 lippitudinem. CH.
24 pinsitam. M.
25 guttu. H.
26 traduntur. CH.
27 bilem, rubens sanguinem. Dal.
28 respergi. CH.
29 Osthanes. CH.

ANNOTATIONES.

a In tabula sic locus hic citatur: sternutamenta capitis grauedinem leuant. Vnde apparet hic pro voce pinna, legendum capitis. Alij legunt capitis & narium. Nam *κάρηνα*, quam Latini grauedinem vocant, fluxio est à capite in nares, vt *βράγχος* in fauces, *παράῤῥοος* in pulmonem.
b Vt singultus sedetur, vel sternutatio. De singultu intelligendum puto.
c Huc pertinet quod ait Pythagoras, Venere tunc esse vtendum, cùm ipso fieri vis infirmior: & quod Celsus ait, rarum concubitum corpus excitare, frequentem soluere. De raro concubitu *πάῤῥησι πρὸς ἀκρασίαν*, inquit Arist. 3. Ethic. ad Nicomach. Homer. verò vlt. Iliad.
τίπτον ἐγὼν, τίνα μοῖραν ἀποφθίσθω & πρὸς ἀχαιῶν
οἷῶν ἔδμεναι ἀγκαλίδην, μεμνυκὼς & ὀδὺν τιείνω,
ἠὲ τινὰ ξ ἀγαθὸν ἢ γυναικεί κτιῆ ἰν φιλότητι
Mitra
μίσγεσθαι---
Vide Gal. cap. 86. artis paruæ. Plutarch. De sanit. tuen.
d Fureret & insaniret libidine percitus, extra se esset.
c Contra sententiam autoris Rhodig. cap. 23. 3. honoris causa id fieri contendit. At instituti veteris fuit, vt qui Diis sacrum faceret, excepto Hercule ac Saturno, capur is operiret. Virgilius,
Et positis aris iam vota in littore solues,
Purpureo velare comas adopertus amictu.
Plaut. in Amphit. inuocat Deos immortales, vt sibi auxilium ferant, manibus puris, capite operto. Quamobrem Pindari Scholiastes haud verè scripsit, *ἄτοκα τινὲς ἐν τῇ περσεῇ πεπόμμεθα & ὅτω γὰρ ἴδοις ἄμ ἐσόμενα.* Mos ille etiamnum Iudæis seruatur, caput inter orandum ephot suo tegentibus. Brod. c. 8. 5. Alex. ab Alex. c. 19. 2. qui & eiusdẽ li. c. 12. tradit, Opi & Honori capite retecto sacrũ fieri solitũ, Æneãq; operiendi capitis morẽ inuexisse dũ sacris operaretur.

€ Ægyptijs, qui capite nudo vitam agunt, eam corporis partem firmissimam esse veteres prodiderunt, Herodotus præcipuè Persis vero qui perpetuò mitra conteguntur, tam inualidum, vt vel ictu leui offendatur. Hannibal, Diuus Iulius, Masinissa Numidarum rex, Hadrianus, Seuerus, aperiendi longa consuetudine tantum firmitatis adepti sunt, vt siue sol esset, siue imber, siue frigidum tempestuosúmque cælum, etiam hyeme sæua & niuosa, aperto capite prodirent, iterúmque facerent, obdurato contra omnem aëris iniuriam & inclementiam capite. Alex. ab Alex. cap. 19. 2.

g Cùm os ventriculi vt exolutum ab humotis acris morsu & affluxu, animi deliquium parit.

h ὑφαιμοτατῶν ὑμένων: de quo Athenagoras in Apologia. ἡμάτιον ἄμμιν describitur Oribasius.

i Sponsas olim cingulo ex ouis lana confecto, & Herculeo nodo vincto, obstringi mos fuit, quod maritas in genitali thoro cõgressurus solueret, fœcunditatis augurio, quòd Hercules septuaginta liberos genuisset. Alex. ab Alex. cap. 5. 2.

k Spadones in vniuersum vocant infœcũdos natura, qui cõeunt non gignunt: castratos, quibus execta est virilitas, quales fuere Galli Cybelles, τὸν ἐκτετμῆσθαι: τὸν θλασθέντα καὶ θλασθέντα, quibus attriti, collisúe sunt testes, atque adeò, vt quidam censent, etiam τὰς ἐντὸς πτοὰς καὶ ὁρμάς. Præcisos, Gallos fanaticos proprio nomine veteres appellarunt.

l *Si in vterum iniiciatur, vt de meconio puellulorum traditum est paulo antè.*

m Fulloniam vrinam propterea Plinius alibi vocat. Plaut. verò in Asinaria fullonicã. *Mirum*, inquit, *nisi fullonicam habere sit solitus.*

n Terrestrium, marinorum, castanearũ. Ego terrestriũ intelligo.

o Ictorum.

d Aphor. 77. lib. 4. Pro nubeculæ, legendum censeo squamulæ, vt & aphor. 81. lib. 4. nisi quis legendum malit, furfures, arrædque nubeculæ.

q In Symbolis Pythagoricis, πρὸς τὴν ἥλιον πτερυγιζόμενον μὴ ἐμπηγῆν. Hesiodus in ἔργοις,

Μηδ' αὐτ' ἠελίοιο πτερυγιζομένοιο θρῶσκε ἐμοιγ' ἄνα,
Λίτεσθαί τε καὶ ὄπιν μιμνησκόμενος θεοῦ αὐτοῦ:
Μήτ' ἐν ὁδῷ μέσῃ στεῖχε ἑκὼν, περιβήσεο δ' οὐκῆ,
Μηδ' ἀπὸ χειμαθέος: μακάρων τοι νύκτες ἕκαστα.
Ἐξοχος ὃς δ' ἐγὼ εἶδον ἀνὴρ ἐπὶ νηυσὶν ἀέθλου,
ἦ ἐγὼ πρὸς πόντον πλεύσας ἐνὶ νηὶ κοίλῃ.

De remediis muliebribus. CAP. VII.

1 de. Ver.

QVæ[1] ex mulierum corporibus traduntur, ad portentorum miracula accedunt, vt sileamus diuisos membratim in scelera abortus, mensium piacula, quæq; alia non obstetrices modò, verumetiam ipsæ meretrices prodidere. Capilli si crementur, odore serpentes fugari. Eodem [2] odore vuluæ morbo strangulatas respirare. Cinere eo quidem, si in testa sint cremati, vel cum spuma argenti, scabritias oculorum ac prurigines emendari: item verrucas, & infantium hulcera cum melle. Capitis quoque vulnera, [3] & omnium hulcerum sinus, addito melle ac thure. Panos, podagras, cum adipe suillo sacrum ignem, sanguinémque sisti [4] illicò, & [a] formicationes corporum. De lactis vsu cõuenit, dulcissimum esse mollissimúmque, & in longa febre cœliacisque vtilissimum, maximè eius quæ iam infantem remouerit. Et in [5] malacia stomachi, in febribus, [6] rosionibus efficacissimum experiuntur. Item mammarum collectionibus cum thure, oculo ab ictu cruore suffuso, & in dolore aut [7] epiphoris si immulgeatur, plurimùm prodest: magísque cum melle & narcisi succo, aut thuris polline. Sempérque in omni vsu efficacius [8] eius, quæ marem enixa sit: multóque efficacissimum eius, quæ geminos [9] peperit mares, & si vino ipsa cibísque acrioribus abstineat. Misto præterea ouorum candido liquore, madidáque lana frontibus impositum, fluxiones oculorum suspendit. Nam si [b] rana saliua sua oculum aspérserit, præcipuum est remedium. Et contra [c] morsum eiusdem bibitur, [10] stillatúmque. Qui simul matris filiæq; lacte inunctus sit, [11] liberari oculorum metu in totam vitã affirmant. Aurium quoq; vitiis medetur, modicè admisto [12 d] oleo: aut si [13] ab ictu dolent, anserino adipe tepefactũ. Si odor grauior sit, vt plerunq; fit lõgis vitiis, diluto melle [14] lana includitur. Et contra morbum regium in oculis relictum, instillatur cum elaterio. Peculiariter [15] potum cõtra venena, quæ data sunt è marino lepore bupresticq;, [15] vt Aristoteles tradit, dorycnion. Et contra insaniam, quæ facta sit hyoscyami potu. Podagris quoque iubent illini cum cicuta. Alij cum œsypo & adipe anserino: qualiter [16] etiam vuluarum doloribus imponitur. Aluum etiam sistit potum, vt Rabirius scribit: & menses ciet. Eius verò quæ fœminã enixa sit, ad [e] vitia tantùm in facie sanãda præualet. Pulmonum quoque incommoda lacte mulieris sanantur: cui si admisceatur impubis pueri vrina vel mel Atticum, omnia singulorũ cochlearium mẽsura, [17] murmura quoque aurium eiici inuenio. Eius quæ marẽ peperit lacte gustato, canes rabiosos fieri negant. Mulieris [18] saliuam quoq; ieiunæ potentem diiudicant oculis cruentatis. Et [19] si cõtra epiphoras, feruentes anguli oculorum subinde madefiant: efficacius, si cibo vinoq; se pridie ea abstinuerit. Inuenio & fascia [f] mulieris alligato capite, dolores minui. Post hæc nullus est modus. Iam primùm abigi grandines turbinésque contra fulgura ipsa in mense [20] connudata: sic auerti violentiam cæli: in nauigando quidem tempestates etiam sine menstruis. Ex ipsis verò mensibus, monstrificis aliàs, vti suo loco indicauimus, dira & infanda vaticinantur: è quibus dixisse non pudeat, si in [21] defectu Lunæ Solísve congruat [22] vis illa, irremediabilem fieri: non segniùs [23] & silẽte Luna, [h] coitusq; tum maribus exitiales

2 nitore. CH. leg. nidore.

3 & in omnibus vlceribus sinus. M.

4 illito, & infor. CH.

5 malitia. CH. forte, mollitia, aut etiam, malitia.

6 rosionibusque. Ver. & CH. tortionibus. Alij.

7 epiphora. CH.

8 eius esse, quæ. M.

9 peperit, in CH. d.

10 instillatur. Ver. instillaturque. Eũque simul. CH.

11 liberari omnium oculorum. CH.

12 opio. Ver. & CH.

13 doleant. CH.

14 lana madens inditur. Ver.

15 &, vt Aristoteles tradit, contra dorycnion.

16 &. CH.

17 murmura. M. & CH.

18 quoque saliuam ieiunæ. M. & CH.

19 sic. Dal.

20 nudata. M. ipsa mense nudato. CH.

21 defectus. CH.

22 morbum irremed. Dal.

23 & in sil. CH.

viales esse atque pestiferos. Purpuram quoque ab his eo tempore pollui. Tanto vim esse maiorem. Quocunque autem alio menstruo, si nudatæ fegetem ambiant, cruces ac vermiculos scarabæósque ac noxia [24] alia decidere. Metrodorus Scepsius in Cappadocia inuentum prodit, ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media arua, [25] rerectis super clunes vestibus. Alibi seruatur, vt nudis pedibus eant, capillo cinctúque dissoluto. Cauendum ne id oriente Sole faciant: sementem enim arescere. Item nouellas vites eius tactu in perpetuum lædi: rutam & [26] ederas res medicatissimas illicò mori. Multa diximus de hac violentia. Sed præterilla certum est, apes tactis aluearijs fugere: lináque, cùm [27] coquantur, nigrescere: aciem in cultris tonsorum [28] hebetescere: æs contactum graue [29] virus accipere & æruginem, magis si decrescente Luna id accidat: equas, si sint grauidæ, tactas abortum pati. Quin & [30] aspectu omnino, quamuis procul visas, si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virginea ætate spontanea. Nam bitumen in Iudæa nascens, sola hac [31] vi superari, filo [32] vestis contactæ, docuimus. Ne igne quidem vincitur, quo cuncta: cinísque etiam ille, si quis aspergat lauandis vestibus, purpuras mutat, florem coloribus adimit, ne ipsis quidem fœminis malo suo [33] inter se immunibus. Abortum facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur. Quæ Lais & Elephantis inter se contraria prodidere de [34] abortiuis, carbone è radice brassicæ vel myrti vel tamaricis in eo sanguine extincto: item asinas non concipere tot annis, quot grana hordei contacta ederint: quæq; alia nuncupauere monstrifica, aut inter ipsas pugnantia, cùm hæc fœcunditatem fieri iisdem modis, quibus illa sterilitatem, pronuntiaret, meliùs [35] est non credere. Bythus Dyrrhachinus hebetata aspectu specula recipere nitorem tradit, iisdem auersa rursus contuentibus: omnémque vim talem resolui, si mullum piscem secum habeant. Multi verò inesse etiam remedia tanto malo [36] aiunt: podagras illini, strumas, & parotidas, panos, sacros ignes, furunculos, epiphoras tractatu earum mulierum leniri. Lais & Salpe canum rabiosorum morsus, & tertianas quartanásque febres, menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Diotimus Thebanus, [37] vestis omnino ita infectæ portiuncula, ac [38] vel licio, brachiali inserta. Sotira obstetrix, tertianis quartanísque efficacissimum dixit plantas ægri subterlini: multóque efficacius, ab ipsa muliere, [39] & ignoranti. Sic & comitiales excitari. Icctidas medicus quartanas coitu finiri, incipientibus duntaxat menstruis, spopondit. Inter omnes verò conuenit, si aqua potúsque formidetur à morsu canis, supposita tantùm calici [40] lacinia tali, statim metum eum discuti: videlicet prævalente sympathia illa Græcorum, cùm rabiem canũ eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. Cinère eo iumentorum omnium hulcera sanari certum est, addita caminorum farina & cera. Maculas autem è veste eas, non nisi eiusdem vrina [41] elui. Cinerem per se rosaceo mistum, fœminarum præcipuè, capitis sedare dolores illitum fronti. Asperrimámque vim profluuij eius esse [42] primis annis virginitate soluta. Id quoque conuenit, quo nihil equidem libentiùs crediderim, tactis omnino menstruo postibus: irritas fieri Magorum artes, generis vanissimi, vt æstimare licet. Ponam enim vel modestissimum è promissis eorum: ex homine siquidem resegmina vnguium è pedibus manibúsque cera permista, ita vt dicatur tertianæ, vel quotidianæ, vel quartanæ febri remedium quæri, ante Solis ortum alienæ ianuæ affigi iubent, ad remedia in iis morbis: quanta vanitate si falsum est, quantáve [43] noxa, si transferunt morbos ad [44] innocentiores? Ex his omnium digitorum resegmina vnguium, ad cauernas formicarum abiici iubent, eámque quæ prima cœperit trahere, correptam subnecti collo, [45] ita discuti morbum.

24 animalia. Vet.

25 rerectis. Dal.

26 ederam. CH.

27 inquinantur. M. continguntur. Vet.

28 hebetari. M.

29 virus odoris accipere. CH.

30 aspectu, quamuis procul omnino. M.

31 vi sponte superari & in filia velut vestis contextæ dispergido cuimus. M.

32 vesti contestæ duæ. Nec igni. CH.

33 inter se, in Ver. d.

34 abortiuo carbone. Ver.

35 est, in CH. d.

36 aiunt, in CH. d.

37 vel omnino vestis. CH.

38 vel pelicio. CH.

39 aliam. M.

40 lacinia menstruo tincta cali. Ver.

41 ablui. CH.

42 pro se annis virg. reiolura. CH.

43 noxia. CH.

44 innocentiores ex iis. fidem ex omnibus digitis resegmina. Ver.

45 & ita. Ver.

ANNOTATIONES.

a Vel pruritus instar formicarum pungentium, vel τὰς μυρμηκιὰς.

b Rubeta, cuius saliua maximè venenata est.

c Fallitur Plinius. non enim rubetæ mordent, sed pestilens virus eiaculantur.

d Ver. opio: & rectè, inquit Chiffletius. Idem medicamentum tradit Archigenes apud Galenum lib. 3. περὶ τόπων.

e Lentigines, maculas à sole contractas, ruborem.

f Mirum, cùm doloribus capitis maximè sint obnoxiæ mulieres.

g Menstrua purgatio, & interim mulier concipiat, commutatem morbum insanabilem fieri, quem ideò lunaticum vocant.

h Aliquando viri ob eam causam elephantici fiunt.

Medicinæ ex animalibus peregrinis, de elephanto, & leone, & camelo, & hyæna, & crocodilo, & chamæleonte, & sfinco, & hippopotamo, & lyncibus. CAP. VIII.

HÆc sunt, quæ retulisse fas sit, ac pleraque ex iis non nisi honore dicto. Reliqua intestabilia & infanda, vt festinet oratio ab homine fugere. In cæteris claritates animalium aut operum sequemur. Elephanti sanguis, præcipuè maris, fluxiones omnes, quas rheumatismos vocant, sistit. Ramentis eboris cum melle Attico (vt aiunt) [1] nubeculæ in facie, scobe paronychia tolluntur. Proboscidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius si & [2] sternuat. Dextra pars proboscidis cum Lemnia rubrica adalligata, impetus libidinum stimulat. Sanguis [3] & syntecticis prodest, [4] iecúrque comitialibus morbis. Leonis [5] adipes cum rosaceo, cutem in facie custodiunt à vitiis, candorémque seruant. Sanant & adusta niuibus, articulorúmque tumores. Magorum vanitas perunctis eo adipe, faciliorem gratiam apud [6] reges populósve [7] promittit: præcipuè tamen eo pingui, quod sit inter supercilia, vbi esse nullum potest. Similia dentis, maximè à dextra parte, villíque è rostro inferiori, promissa sunt. Fel aqua addita, claritatem oculis inunctis [8] facit: & cum adipe eiusdem, comitiales morbos discutit, leui gustu, & vt protinus, qui sumpsere, cursu id digerant. Cor in cibo sumptum, quartanis medetur: adeps cũ rosaceo quotidianis febribus. Perunctos eo bestiæ fugiunt. Resistere etiam insidiis videtur. Cameli cerebrum arefactum, potúmque ex aceto, comitialibus morbis aiunt mederi: item fel cũ melle potum: hoc & anginæ. Cauda arefacta solui aluum: fimi cinere crispari capillum cum oleo. Et dysentericis prodest illitus cinis, potúsque quantùm tribus digitis capiatur, [9] & comitialibus morbis. Vrinam fullonibus vtilissimam esse tradunt: itémque hulceribus manantibus. Barbaros [10] constat eam seruare quinquennio, & heminis [11] pota ciere aluum. Setas è cauda contortas, & sinistro brachio [12] adalligatas, quartanis mederi. [a] Hyænam Magi ex omnibus animalibus in maxima admiratione [13] posuerunt, vt pote cui & ipsi Magicas artes dederint, vímque, qua [b] alliciat ad se homines mente alienatos. De [14] permutationis sexus annua vice diximus, [c] cæteráque [15] de monstrifica natura eius: nũc persequemur [16] quæcunque medicinis produntur. Præcipuè [d] pantheris terrori [17] esse traduntur, vt ne conentur quidem resistere: & aliquid [18] de corio earum habentem non appeti. Mirúmque dictu, si pelles vtriusque contrariæ suspendantur, decidere pilos panthe ræ. Cùm fugiant venantem, declinare ad dextram, vt prægressi hominis vestigia occupent. Quod si successerit, alienari [19] mente, [20] ac vel ex equo hominem decidere. [21] At si in læuam detorserit, deficientis argumentum esse, [22] celerémque capturam. Faciliùs autem capi, si cinctus suos venator, flagellúmque [23] imperitans equo septenis alligauerit nodis. [24] Mox, vt est solers ambagibus vanitas Magorum, capi [25] iubent Geminorum signum transeunte Luna, singulósque propè pilos seruari. Capitis dolori [26] alligatam cutem prodesse quæ fuerit in capite eius. Lippitudini fel illitum frontibus: aut ne omnino lippiatur decoctum cum mellis Attici cyathis tribus & croci [27] vncia, inũctum: sic & caligines dicuti & suffusiones. Claritatem excitari meliùs inueterato medicamento. Asseruari autẽ in Cypria pyxide. Eodem sanari [28] argema, scabritias, excrescentia in oculis: item cicatrices. [c] Glaucomata verò iocineris recentis inassati sanie, cum despumato melle [29] inunctis. Dentes eius dentium doloribus tactu prodesse, [30] vel adalligatos ordine, humeros humerorum & lacertorum doloribus. Eiusdem [31] dentes si de sinistra parte rostri cruti sint, [32] alligatos pecoris aut capri pelle, stomachi cruciatibus. Pulmones in cibo sumptos [33] cœliacis. Vẽtriculis, cinerem cum oleo illitum. Neruis, medullas è dorso cum oleo vetere ac [34] felle. Febribus quartanis, iecur degustatum [35] ter ante accessiones. Podagris, spinæ cinerem cum lingua & dextro pede vituli marini, addito felle taurino, omnia pariter cocta atque illita hyænæ [36] pelle. In eodem morbo prodesse & fel cum lapide [37] Assio. Tremulis, [38] spasticis, exilientibus, & quibus cor palpitet, aliquid ex [39] corde mãdendũ, ita vt reliquæ partis cinis cum cerebro hyænæ illinatur. Pilos etiam auferri [f] hac compositione

[40] illita,

5 maculæ. Vet.

2 sternutet. Vet.

& ischiadicis. M.
4 iocusque. CH.
5 adeps cum rof. cut. in fac. custodit & seruat. Sanat & ad. ni. oculorumq; um. Magnanitates. M. & CH.
6 populos regúve. CH.
7 promittunt. M.
8 acuit. M. iacit. CH

9 etiam. M.

10 constat, in CH. d.
11 potu. M.
12 illigatas. M. alligatas. CH
13 prostituunt. M.
14 permutatione. CH.

15 de monstrifico naturæ. CH.
16 quæ cum. CH.
17 esse hyænæ traditur. M. esse traditur. CH.
18 è corio eius. CH.

19 mentem. CH.
20 ac, in M.d.
21 Aut M.
22 firilemque. M.
23 & ipsos equos. Ver.
24 Mox autẽ solers. M.
25 iuber. Vet.
26 infigatam. CH.

27 in vncia. CH.

28 argomata. Ver.
29 inuncta. Ver.

30 vel, in Ver. d alligatos. M. & CH.
31 dentes de sin. parte illigatos per. M.
32 infigatos. CH.

33 iliacis. M.

34 melle. Vet.
35 ter, in M.d.

36 pelli. Vet.
37 Asio. CH.
38 ischiadicis. M.
39 corde cocti mand. CH.

illita, aut per se felle, euulsis prius, quos renasci non libeat. Sic & palpebris inutiles tolli. Lumborum doloribus carnes è lumbis edendas, illinendáque cum oleo. Sterilitatem mulierum emendari, oculo cum glycyrrhiza & anetho sumpto in cibo, promisso intra triduum conceptu. Contra nocturnos pauores vmbrarúmque terrorem vnus è magnis [41] dentibus lino alligatus succurrere narratur. Furentes suffiri eodem, & circumligari ante pectus [42] cum adipe renum, aut iocinere, aut pelle præcipiunt. Mulieri [43] candida à pectore hyænæ caro, & pili septem, & genitale cerui si illigentur dorcadis pelle, collo suspẽsa continere partus [44] promittunt. Venerem [45] stimulari, genitali ad sexus suos in melle sumpto, etiamsi viri mulierum coitus oderint. Quinimo totius domus concordiam, eodem genitali & articulo [8] spinæ cum adhærente corio [46] asseruatis, constare: [47] quem spinæ articulum siue nodum Atlantion vocant: est autem primus. In comitialium quoque remediis [48] habent eum. Adipe accenso, serpentes fugari dicunt. [49] Maxillæ parte comminuta [50] in aniso, & in cibo sumpta, horrores sedari. [51] Eodem [52] suffitu mulierum menses euocari. Tantúmque est vanitatis, vt si ad brachium [53] adalligetur superioris [h] rostri dextræ partis dens, iaculantium ictus deerraturos negent. Palato eiusdem arefacto, & cum alumine Ægyptio calefacto, ac ter in ore permutato, fœtores & hulcera oris emendari. Eos verò, qui linguam in calceamento sub pede habeant, nõ latrarià canibus. Sinistra parte cerebri naribus illita, morbos pernicioſos mitigari, siue hominũ, siue quadrupedum. Frontis corium fascinationibus resistere. Ceruicis carnes siue mandantur, siue bibantur, arefactæ, lumborum doloribus. Neruis à dorso armísque, [54] suffiendos nervorum dolores. Pilos rostri admotos mulierum labris, amatorium esse. Iecur [55] potum, torminibus & calculis mederi. [56] Iam cor in cibo potúve sumptum, omnibus doloribus corporum auxiliari: lienem lienibus: omentum, hulcerum inflammationibus cum oleo: medullas, doloribus spinæ & neruorum, [57] lassitudini renum. Neruos potos in vino cum thure, fœcunditatem restituere ademptam veneficio. Vuluam cum mali Punici dulcis cortice in potu datam prodesse mulierum vuluæ. Adipe è lumbis suffiri difficulter pariẽtes, & statim parere. E dorso medullam adalligatam cõtra vanas species opitulari. [58] Spasticis, genitale è maribus suffitu. Item lippientibus, ruptis, & contra [59] inflammationes, seruatos pedes, tactu: læuos dextris partibus, dextros læuis. Sinistrum pedem superlatum parturienti, lethalem esse: dextro illato, facilè eniti. Membranam quæ fel [60] contineat, cardiacis potam in vino vel in cibo sumptam, [61] succurrere: vesicam in vino potam, contra vrinæ incontinentiam. Quæ autem in vesica inuenta sit vrina, additis oleo ac sesamo, & melle, haustam prodesse [62] ægrimoniæ veteri. Costarum primam & octauã, suffitu [63] ruptis salutarem esse: ex spina verò parturientibus ossa: sanguinem cum polenta sumptum, torminibus. Eodem tactis postibus, vbicunq; Magorum infestari artes, non elici Deos, nec colloqui, siue lucernis, siue pelui, [64] siue aqua, siue pila, siue [65] quo alio genere tententur. Carnes si edantur, contra canis rabidi morsus efficaces esse: etiamnum iecur efficacius. Carnes vel ossa hominis, si quæ in ventriculo occisæ inueniantur, suffitu podagricis auxiliari. Si vngues inueniantur in his, mortem alicuius capientium significari. Excrementa siue ossa reddita, cùm [66] interimitur, contra Magicas insidias pollere. Fimum, [67] quod in intestinis inuentum sit, arefactum, ad dysentericos valere potum: illitúmque cum adipe anserino opitulari toto corpore læsis malo medicamento: à cane verò morsis adipem illitum, & corium substratum. Rursus tali sinistri cinere decocto cum sanguine mustelæ, [68] perunctos omnibus odio venire: idem fieri oculo decocto. Super omnia est, quòd [i] extremam fistulam intestini, contra ducum, ac potestatum iniquitates commostrant, & ad successus petitionum, iudiciorúmque ac litium euentus, si omnino [69] tantùm aliquis secum habeat. [70] Eiusdem cauerna sinistro lacerto alligata, si quis mulierem respiciat, amatorium esse tam præsens, vt illico sequatur. Eiusdem oculi pilorum [71] cinerem ex oleo illitum viris, qui sint probrosæ mollitiei, [72] non modò pudicos, sed & seueros mores [73] induere. Proximè fabulosus est crocodilus, ingenio quoque illo, cui vita in aqua terráque communis. [k] Duo enim genera eorum: illius è dextra

40 per se illita, aut cum felle. Vet.

41 dentibus adalligatus prodest. M.
42 suum cum CH.
43 peygnanti. M.

44 promittuntur. M. & CH.
45 stimulare, genitalia &c. sumpta CH.
46 conseruatis. M.
47 hinc. CH.

48 adhibent. Vet.
49 Maxilla comm. CH.
50 cum. Vet.
51 Eadem. Ver.
52 suffitis. CH. suffitis mulieribus. M.
53 alligetur. CH.

54 fugandos. M.

55 in potu datũ. CH.

56 Nam. CH.

57 lassitudini. Renũ nervos. M. & CH.

58 Ischiadicis. M.

59 inflationes. Alij. & CH.

60 continuerat. M. continuerit CH.
61 cõtra succurrere. CH.

62 acrimoniæ. Vet.

63 raptis CH.

64 siue visu, siue aqua. Vet.
65 quod ad genitalia tenetur. CH.

66 interimatur. CH.

67 qui in int inuentus sit. M.

68 perunctis omnibus optari venire. M.
69 tantillum. Ver. alii quantum. M aliquantulum quis secum. Alij. Vet.
70 At eius cauerna. Ver. habet. Ad eiusdem cauernam sinistro lacerto religatam si quis mulier respiciat. CH.
71 cinerem ex oleo illitum viris. M.
72 seueros non modo pudicos mores induere. CH.
73 inducere. Vet.

maxilla dentes adalligati dextro lacerto, coitus (si credimus) stimulant. Canini eius dentes febres statas arcent thure repleti (sunt enim cauí) ita ne diebus quinque ab ægro cernatur, qui adalligauerit. [74] Idem pollere & ventre exemptòs lapillos, aduersus febrium horrores venientes tradunt. Eadem de causa Ægyptij perungunt & adipe ægros suos. [l] Alter illi similis, multùm infra magnitudinem, in terra tantùm, odoratissimisque floribus viuit. Ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo [75] nidore farcta: [m] crocodileam [76] vocant, oculorum vitiis vtilissimam, cum porri succo [77] inunctis, & contra suffusiones vel caligines. Illita quoque ex oleo cyprino, molestias in facie enascentes tollit: ex aqua verò morbos omnes, quorum natura serpit [n] in facie, nitorémque reddit. Lentigines tollit ac varos, [78] omnésque maculas. Et contra comitiales [79] morbos bibitur ex aceto mulso binis obolis. Appolita menses ciet. Optima, [80] quæ candidissima & friabilis, miniméque ponderosa: cùm teratur inter digitos fermentescens. Lauatur, vt cerussa. [o] Adulterant amylo, aut Cimolia, sed maximè, [81] qui captos oryza tantùm pascunt. Felle inunctis oculis ex melle contra suffusiones, nihil vtilius prædicant. Intestinis & reliquo corpore eius suffiri [82] vulua laborantes salutare tradunt. Item velleribus circundari vapore [83] eius infectis. Corij vtriusque cinis ex aceto illitus his partibus, quas secari opus sit aut nidor cremati, sensum omnem scalpelli aufert. Sanguis vtriusque claritatem visus inunctis donat: & cicatrices oculorum emendat. Corpus ipsum excepto capite pedibúsque, elixum manditur ischiadicis: tussímque veterem sanat, præcipuè in pueris: item lúborum dolores. Habent & adipem, quo tactus pilus defluit. Hic perunctos à crocodilis [84] tuetur, instillatúrque morsibus. Cor annexum in lana ouis nigræ, cui nullus [85] alius color incurfauerit, & primo partu genitæ, quartanas abigere dicitur. Iungemus illis simillima, & peregrina æquè animalia, priúsque [86] chamæleontẽ, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra [87] desecratum, non sine magna voluptate nostra, cognitis proditísque mendaciis Græcæ vanitatis. Similis & magnitudine est suprà dicto crocodilo, spinæ tantùm [88] acutiore curuatura, & caudæ amplitudine distans. Nullum animal pauidius existimatur, & ideo versicoloris esse mutationis. Vis eius maxima contra accipitrum genus. Detrahere enim [89] suprà volantem ad se traditur, & [90] voluntarium præbere lacerandum cæteris animalibus. Caput eius & guttur si roboreis lignis accendantur, imbrium & tonitruum concursus facere, Democritus narrat: item iecur in regulis vstum. Reliqua ad veneficia pertinentia quæ dicit, [91] quanquam falsa existimantes, omittemus, præterquàm vbi irrisu [92] coarguendum. Dextro oculo, si viuenti eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli: lingua [93] adalligata, pericula puerperij. Eundem salutarem esse parturientibus, [94] si sit domi: [95] si verò inferatur, pernicioſissimum. Linguam, si viuenti exempta sit, ad iudiciorum euentus pollere. Cor aduersus quartanas illigatum nigra lana primæ tonsuræ. Pedem è prioribus dextrum, hyænæ pelle adalligatum sinistro brachio, contra latrocinia terroréque nocturnos [96] pollere. Item dextram mamillam contra formidines pauoréque. Sinistrum verò pedem torreri in furno cum herba [97] quæ etiam chamæleon vocetur, additóque vnguento in pastillos digeri: eos [98] in ligneo vase cõditos, præstare (si credimus) ne cernatur ab aliis qui habeat. Armum dextrum ad vincendos aduersarios [99] vel hostes valere, vtique si abiectos eiusdem [100] neruos calcauerit. Sinistrum [101] humerum quibus monstris consecret, qualiter somnia quæ velis [102] & quibus velis [103] mittantur, pudet referre. Omnia ea dextro pede resolui: sicut sinistro latere lethargos, quos fecerit [104] dextrum. Capitis dolores, insperso vino, in quo latus alterutrum maceratum sit, [105] sanari. Feminis sinistri vel pedis cineri si misceatur lac suillum, podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata & suffusiones corrigi [106] propè creditur, triduí inunctione: serpentes fugari [107] ignibus instillato: mustelas contrahi in aquam conjecto: corpore vero illito, detrahi pilos. Idem præstare narrant iecur, cum [108] ranæ rubetæ pulmone illitum. Prætereà iocinere amatoria dissolui. Melancholicos autem sanari, si ex corio [109] chamæleontis herbæ succus bibatur. Intestina & [110] fimum eorum, cùm id animal [q] nullo cibo viuat, cum simiarũ vrina illita inimicorum

74 Idem. Dalmagi.

75 odore referta. Vet.
76 vocant. Ocul. vtilissima cum porsue. inuncta. M.
77 inunctam. Vet.

78 maculasque omnes. CH.
79 morbos, in CH. d.
80 quæ est cand. M.

81 qui sturnos captos oryza pascunt. Vet.

82 vultum laborantis. M.
83 eiusdem. CH.

84 defendit. M.
85 aries incurf. & quę pr. par. genita sit. M.
86 chamæleonem. CH.
87 dissectum. Vet. dissecatum. Vet. alij.

88 vitio ac recuruatura. M.

89 superuolantem. CH.
90 deuolutum. Vet. volucrem pr. lacerãdam. Alij Vet.
91 tanquam. Vet. M.

92 coarguẽdus. Vet.
93 alligata. M.

94 circa domum. Vet.
95 sin verò domibus infer. M.

96 valere. It. dex. maxillam. Vet.
97 quæ æquè. CH.

98 in ligneum vas. CH.
99 vel hostes, in M. d.

100 neruos aliquis calceu. Vet. neruos calcauerint. Vet. alij. sub hostes.
101 mirum. M.
102 ac. CH.
103 mittat. Vet.
104 dexter. M. & CH.
105 sanari fœminis. Si sinistri pedis cineri misceatur. Vet.
106 creditur, propè tridui. Vet.
107 liene. M. lenibus. CH.
108 vinæ. M.
109 chamæleonis sue eius herbæ. CH.
110 fastum. CH. fortè, fartum.

micorum ianuæ, odium omnium hominum his conciliare. Cauda, flumina & aquarum impetus sisti, serpentes soporari. Eadem medicata cedro & myrrha, illigatáque gemino ramo [111] palmæ, percussam aquam discuti, vt quæ intus sint omnia appareant: [112] vtinámque eo ramo contactus esset Democritus, quoniam [113] ita loquacitates immodicas promisit inhiberi. Palámque est, virum aliàs sagacem & vitæ vtilissimum, nimio iuuandi mortales studio prolapsum. Ex eadem similitudine est scincus, quem quidã terrestrem crocodilum esse dixerunt, [114] candidiore tantùm & tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dignoscitur à crocodilo, squamarum [115] seta à cauda ad caput versa. Maximus Indicus, deinde Arabicus. Afferuntur salsi. Rostrum eius & pedes in vino albo pori, cupiditates Veneris acendunt: vtiq; cum satyrio & erucæ semine, singulis drachmis omniũ, ac piperis duabus admistis, ita vt pastilli singularum drachmarum bibantur: per se laterum carnes obolis binis cum myrrha & pipere pari modo potæ, efficaciores ad idem creduntur. Prodest & contra sagittarum venena, vt Apelles tradit, antè posteáque sumptus. In antidota quoque nobilia additur. [116] Sestius plus quàm drachmæ pondere in vini hemina potum, perniciem afferre tradit. Præterea eiusdẽ decocti ius cum melle sumptum, Venerem inhibere. Est crocodilo [117] cognatio quædam amnis eiusdem geminiq; victus cum hippopotamo: repertore [118] detrahendi sanguinis, vt diximus. Plurimi autem super Saiticam [119] præfecturam. Huius corij cinis cum aqua illitus, panos sanat: adeps [r] frigidas febres: item [120] fimum suffitu. Dentes è parte læua dolores dentium, scarifi-catis gingiuis. Pellis eius è sinistra parte frontis [121] in inguina adalligata, Venerem inhibet. Eiusdem cinis alopecias explet. Testiculi drachma ex aqua contra serpentes bibitur. Sanguine pictores vtuntur. Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt. Vngues earum omnes cum corio exuri efficacissimè in Carpatho insula tradunt. Hoc cinere poto, [122] propudia virorum: eiusdem aspersu, fœminarum libidines inhiberi: item pruritus corporum: [s] vrina, stillicidia vesicæ. Itaque eam [123] protinus terra [t] pedibus aggesta obruere traditur. Eadem autem & [124] iugulorum dolori monstratur in remedio. Hactenus de externis. Nunc reuertemur ad nostrum orbem: primúmque communia animalium remedia, atque eximia dicemus.

111 palmo. CH.
112 atque vtinam eo M.
113 illa. Vet.

114 cãdidior autem. M. cãdidiore autem CH.
115 seric. Vet.

116 Sextius. M. vt in fr d.

117 quædam affinitas. M. cognatio quædam affinitasque. Vet.
118 trahendi. CH.

119 inter Aegypti præfecturas. Vet.
120 fimus. M.
121 in agnina. M.

122 preputia virorũ libidinesque inhiberi. M.
123 protinus fera pedibus obruere. Vet: protinus pedibus obruero. Vet. alij.
124 vngularum. M.

ANNOTATIONES.

30

a Adib Arabes vocant, Dabuth, & Iesef: lupi genus. Arist. cap. 32. lib. 6. histor.
b Quoniam sermonem humanum inter pastorum fabula assimulat, & nomen alicuius addiscit, quem foras euocatum laceret. Vide suprà cap. 30. lib. 8. Sic & canes simulato vomitu prodeuntes corripit & vorat. Ælianus cap. 22. 7. de Animal.
c Hyenæ & phocæ pellem fulmine non tangi veteres crediderunt. Rhodig. cap. 6. 29. Vide cap. 55. lib. 2.
d Pardalin hyænæ inimicam esse scribit Aelianus cap. 22. lib. 6. hist. de animal.
e Festiuè Plautus in Milite glaucoma errorem velut cæcutientis & caligantis oculi dixit:

Et nos facetis fabricis, & doctis dolis.
Glaucoma ob oculos obiiciemus, eumq; ita
Faciemus, vt quod viderit, non viderit.

40 Id est, tenebras offundemus.
f Felle cum lapide Assio: vel cinere cordis cum cerebro subacto.
g Dorsi, aut lumborum. Nam colli spina, sine articulis, osse continuo riget. cap. 30. lib. 8.
h Maxillæ. Rostrum, quod auium est, de animalibus vsurpatur.
i Postremam & vltimam partem intestini recti.
k Prior in aquis & terra æquè degit, alter in terra tantùm.
l Cordylum vocant.
m Nempe eius stercus.
n Horat. *—nec illi*

Iam manet humida creta, colorq;
Stercore fucatus crocodili.

Antiphanes apud Clement. Alexandr. 3. Pædagogi, πεποιηκέναι ἀντιθέτοις χρῆσιν ἐκ ἀνωφελῶν ἀφροδισίων ἐγχρίσεως καὶ τοῖς ἀφροδισίοις ἀναβολὴν ἀναμειξάντας, ἢ ἐμμανθάνειν τὰς παρὰ δὲ ἐντριβήματα. Victorius cap. 4. 11. Putrem spumam, quod Victorius non exposuit, hic vocat Alcyonium, odorem grauem & putridum spirans, qualis est algæ, ad smegmata fœminarum vtile, & lentigines, lepras, nigritias, uitiligines, maculas omnes.
o Adulterant sturnorum simo, quos captos oryza pascunt, simum id quod simile est vendentes. Alij amylum vel cimoliam miscent. Dioscor.
p παφίσκαι. Illis vtebantur præstices, sagæ, simulatrices, fictrices, veratrices Stygialibus, siue Cocytiis sacris, ad pelliciendos in amorem sui quos vellent. Virg.

Sacra Iouis Stygio quæ vitè incepta parauit. Horat.
Nec tu multùs riseris Cocytia,

Philtra recenser apud Apuleium Lælius Poëta,

Philtra omnia vndique erunt:
Antipathes illud quæretur:
Trochili, iuges, tæniæ,
Radiculæ, herbæ, furculi,
Auriplices bitorsilæ,
Himmentium ducedines.

Antipathes notum est. Trochili, rotulæ, instrumenta magica, quibus sortes circumagebant, vt & rhombi. Iunges, iynges, aliis nota, de qua Theocritus in Pharmaceutria. inunctium dulcedines, hippomanes. Auriplices bitortilæ, laminæ in quibus insculpebatur eius effigies, quem deuouebant, & defigebant: ipsiplices vocat Festus, vel, vt alij legunt, ipsullices. Sculptarum imaginum loco interdum certas statuas fingebant, & eas fasciis, tæniis, vittis religabant. Inde simulatrices & fictrices dictæ magæ. Dido apud Virgilium,

Effigiémque toro locat haud ignara futuri.

Veratrices præterea, quia se vera dicturas profitebantur. Scalig.
q Errat cum vulgo Plinius, muscas enim, culices, & alia id genus animalia fectatur & vocat.
r Cùm frigore inuadentes: aut horrificas: aut in quibus ægri vix vel vnquam incalescunt.
s οὐρήσιον vocant.
t Id scilicet natura magistra facit ne lotij odor prætereuntes, quibus insidiatur, abigat qua ratione feles stercus pulucre contegunt.

Medicina communes ex feris animalibus, aut eiusdem generis placidis. Lactis vsus & obseruationes, & de caseis, butyro & adipe.

CAP. IX.

SIcuti de lactis vsu. Vtilissimum cuique maternum. Concipere nutrices exitiosum est: hi sunt enim infantes qui [a] colostrati appellantur, densato lacte in caſei speciem. Est autem[125] [b] colloſtra, prima à partu ſpongioſa denſitas lactis. Maximè autem alit quodcunque [c] humanum, mox caprinum: vnde fortaſſis fabulæ Iouem ita nutritum dixere. Dulciſſimum ab hominis camelinum, efficaciſſimum ex aſinis. Magnorum animalium & corporum, facilius [d] redditur. Stomacho accommodatiſſimum caprinum, quoniam[126] fronde magis, quàm herba, veſcuntur. Bubulum medicatius. Ouilium dulcius & magis alit, ſtomacho minùs vtile, [e] quoniam eſt pinguius. Omne autem vernum [f] aquatius æſtiuo, & de nouellis: probatiſſimum verò quod in vngue hæret, nec defluit. Innocentius 8 decoctum, præcipuè cum calculis. Aluus maximè ſoluitur bubulo.[127] Minùs inflat quodcunque[128] decoctum. Vſus lactis ad omnia intus exhulcerata, maximè renes, veſicam, interanea, fauces, pulmones: [129] foris pruritum cutis, [h] eruptiones pituitæ, [130] poſt abſtinentiam. Nam vt in Arcadia bubulũ biberent phthiſici,[131] ſyntecticiq; & cachectę, diximus in ratione herbarum. Sunt inter exempla, qui aſininum bibendo liberati[132] ſint podagra chiragráue. Medici ſpeciem vnã addidere lactis generibus, quod ſchiſton appellauere. Id fit hoc modo: Fictili nouo feruet caprinum maximè, ramiſque ficulneis recẽtibus miſcetur, additis totidem [133] cyathis mulſi, quot ſint heminæ lactis. Cùm feruet, ne circunfundatur, præſtat cyathus argenteus cum frigida aqua demiſſus, ita ne quid [134] fundat: ablatum deinde igni[135] refrigeratione diuiditur, & diſcedit ſerum à lacte. Quidam & ipſum ſerum iã[136] muſto potentiſſimum, decoquũt ad tertias partes, & ſub dio refrigerant. Bibitur autẽ efficaciſſimè heminis per interualla[137] ſingulis diebus quinis: meliùs à potu geſtari. Datur comitialibus, melancholicis, paralyticis, in lepris, elephantiaſi, articularibus morbis. Infunditur quoque lac contra roſiones à medicamentis facta. Etſi [138] vratur dyſenteria, decoctum cum marinis lapillis, aut cum ptiſana hordeacea.[139] Item ad roſiones in teſtinorum, bubulum aut ouillum vtilius. Recens quoque dyſentericis infunditur: [i] ad colum autem crudum: item vuluæ,[140] & contra ſerpẽtium ictus: phthiſicis,[j] cantharidum, aut ſalamandræ, aut bupreſtis, aut pityocampes venenis. Priuatim bubulum his qui Colchicon biberint, aut cicutam, aut dorycnium, aut leporem marinũ: ſicut aſininum cõtra gypſum, & ceruſam, & [k] ſulphur, & argentum viuum: item duræ aluo in febri. Gargarizatur quoque faucibus exhulceratis vtiliſſimè. Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos [s] atrophos vocát: in febri etiam quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum, lactis aſinini heminam dari, aut ſi in exitu cibi roſiones ſentirẽt, antiqui in arcanis habuerũt: hoc non[141] eſſet, habuerunt è caprino. Bubuli ſerum orthopnoicis prodeſt ante cætera, addito naſturtio. Inũguntur etiã oculi, in lactis heminis ſeſamæ additis drachmis quatuor tritis in lippitudine. Caprino lienes ſanãtur, poſt bidui inediam tertia die edera paſtis capris, per triduum poto ſine alio cibo. Lactis vſus aliâs [m] cõtrarius capitis doloribus, hepaticis, neruorum[142] vitio febres habentibus, vertigini, præterquàm [n] purgationis gratia, grauedini, tuſſientibus, lippis. Suillum vtiliſſimum teneſmo, dyſenteriæ, necnõ phthiſicis.[144] Hoc & [o] mulieri ſaluberrimum qui dicerent, fuerunt. De generibus caſeorum diximus, cùm de vberibus ſingulíſque animalium membris diceremus. Sextius eoſdem effectus equino, quos bubulo, tradit. Hunc vocant hippacen. Stomacho vtiles, quinon[144] ſint falſi, id eſt, recẽtes. Veteres aluũ ſiſtunt, corpúſq; minuunt, ſtomacho[145] vtiliores: & in totum[146] ſalſa minuunt corpus, alunt mollia. Caſeus recens cum melle,[147] ſuggillata emendat,[148] [p] mollis aluum ſiſtit. Sedat tormina paſtillis in vino auſtero decoctis, rurſúſque in patina toſtis[149] cum melle. Sapron vocant, qui cum ſale & ſorbis ſiccis è vino tritus potúſque medetur cœliacis. Genitalium carbunculis carpinus tritus & impoſitus: itẽ acidus cũ oxymelite. Maculis in balineo[150] illitus oleo

125 colostrum. Ver.

126 appetibile. M.

127 Minus autem inflat. CH.
128 decoctum. Sanat vuas, lichenas, ad omnia vtile (ſic & Vet.) intus. M. contuſa, aut luxata maximè. Ver.
129 foris ad pruritum cutis. Ver. foris pruritũ, aut intus. M.
130 cibi aut potus. M. pori at abſtin. CH.
131 ſyntecticí cacoethe. CH.
132 ſunt. M.
133 cyathis aceti muſi Dioſc.
134 effundat Ver. effundatur. Alij Vet.
135 poſt refrigerationem. Alij.
136 muſto. Vet. CH.
137 diebus quinque, à potu illius ſolitis geſtari. M. ſingulis vſque ad quinas. Dioſco. ſalis diebus. &c. CH.
138 vrat. M. vrget. Vet.
139 Item contra roſ. M.

140 & propter ſerp. ictus: potiúſve pityocampis buprefti, cantharidũ aut ſalamandræ venenis. CH.

141 adeſſet, caprini. Vet.

142 vitiis. Ver.

143 etiam mulieres, quæ dicerent ſaluberrimum, fuerunt. M. Hoc & mulieres. CH.

144 ſunt. Ver.

145 inutiliores. Dioſ. κακοσίμαχοι.
146 falſi, &c. molles. Dioſc.
147 ſuggillata emendat: mollit aluum: ſiſtit ſedátque tormina, paſtillis. CH.
148 verus. Dioſc. minus. CH.
149 cũ melle, in M.d.

tus oleo interlinitur. E lacte fit & butyrum, barbararum gentium [151] laudatiſſimus cibus, & qui [q] diuites à plebe diſcernat. Plurimum è bubulo, & inde nomen: pinguiſſimum ex ouibus. Fit & ex caprino, ſed hyeme[152] calefacto lacte, æſtate [r] expreſſo tantùm, crebro iactatu in longis vaſis, anguſto foramine ſpiritum accipiẽtibus ſub ipſo ore, aliâs [s] præligato. Additur[153] paululum aquæ, [t] vt aceſcat. Quod eſt maximè coactum, in ſummo [u] fluitat. id exemptum addito ſale, oxygala appellant.[154] Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod ſupernatat, butyrum eſt, oleoſum natura. Quo magis [x] virus reſipit, hoc præſtantius iudicatur. Pluribus compoſitionibus miſcetur inueteratum. Natura eius [155] [y] adſtringere, mollire, replere, purgare. Oxygala fit & alio modo, acido lacte addito in recens[156] quod velis aceſcere, vtiliſſimum ſtomacho. Effectus [157] dicemus ſuis locis. Proxima in communibus[158] adipis laus eſt, ſed maximè ſuilli, apud antiquos etiam religioſi. Certè nouæ nuptæ intrantes, etiamnum ſolenne habent [z] poſtes eo attingere. Inueteratur duobus modis, aut cum ſale, aut ſyncerus: tanto vtilior, quanto ſit vetuſtior. Axungiam etiam [A] Græci appellauere[159] eum in voluminibus ſuis. Neque eſt occulta virium cauſa, quoniam id animal herbarum[160] radicibus veſcitur. Itaque etiam ſimo innumeri vſus. Quamobrem [B] non de alia loquimur ſue, multo efficaciore fœmina, & quæ nõ peperit. Multo verò præſtantior in apris eſt. Vſus igitur axungiæ eſt ad [161] mollienda, excalfacienda, diſcutienda, purgandáque. Medicorum aliqui admiſto anſeris adipe, taurorúmque ſeuo & œſypo, ad podagras vti iubent. Si verò[162] permaneat dolor, cum cera, myrto, reſina, pice. Syncera axungia medetur ambuſtis vel niue: pernionibus autem cũ hordei cinere & galla pari modo. Prodeſt & cõfricatis mẽbris: itinerúmque laſſitudines & fatigationes leuat. Ad tuſſim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus addito melle. Vetus etiam [163] phthiſin in pilulis ſumpta ſanat, quæ ſine ſale inueterata eſt. Omnino enim non niſi ad ea quæ purganda ſint, aut quæ non ſint exhulcerata, [164] ſalſa petitur. Quidam quadrantes axungiæ & [165] mulſi in vini cyathis [166] tribus decoquunt contra [167] phthiſes, quintóque die picem liquidam in ouo ſumi iubent,[168] circumligatis lateribus, & pectoribus, & ſcapulis eorum qui phthiſin ſentiunt. [C] Tantaq; eſt vis, vt genibus etiam adalligata, redeat in os ſapor, eámque expuere videantur. E ſue quæ non[169] peperetit, aptiſſimè vtuntur ad cutem mulieres. Contra ſcabiem verò[170] quiuis, admiſto iumentorum ſeuo, pro parte tertia, & pice, [171] paritérque ſubferuefactis. Syncera partus in abortum vergentes[172] nutrit: collyrij modo ſubdita. Cicatrices concolores facit ceruſſa admiſta, vel argenti ſpuma. At cum ſulphure, vnguium ſcabritias emendat. Medetur & capillo fluenti & hulceribus in capite mulierum cum gallę parte quarta: & infumata[173] pilis oculorum. Datur & phthiſicis vnciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciæ è toto[174] reſidant. Aliqui & mellis exiguum adiiciunt.[175] Panis illinitur cum calce, item furunculis duritiæq; mammarum. Rupta & conuulſa, & ſpaſmata, & luxata ſanat. Clauos & rimas callique vitia, cum elleboro albo: parotidas admiſta farina[176] [D] ſalſamentariæ teſtæ: quo genere proficit & adſtrumas. Pruritus & papulas in balineo perunctis tollit: alióque etiamnum modo podagricis prodeſt miſto oleo vetere, contrito vnà ſarcophago lapide, & quinquefolio tuſo in vino vel cum calce, vel cum cinere. Facit & peculiare emplaſtrum Ixxxv. pondo, centum ſpumæ argenteæ miſtis,[177] vtiliſsimum contra inflammationes [178] hulcerum. Adipe verrino & inungi putant vtile, queq; ſerpant, illinire cum reſina. Antiqui maximè axibus vehiculorum perungendis, ad faciliorem circumactum rotarum vtebantur: vnde nomen: ſic quoque vtili[179] medicina cum illa [E] ferrugine rotarum ad ſedis vitia virilitatíſque. Et per ſe axungiam Medici antiqui maximè probabant renibus detractam,[180] & exẽptis venis aqua cæleſti fricabant crebrò decoquebántque fictili nouo ſæpius, tum demum aſſeruantes. Conuenit ſalſam magis [181] emollire, excalfacere, diſcutere, vtiloremque eſſe vino lotam.[183] Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquo tradit. Ideò nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Quæ ratio adipis, eadem in his quæ ruminant ſeui eſt, aliis modis, non minoris potẽtiæ

151 laudatiſſimus. CH.

152 in vaſe calef. M.

153 paululum. CH.

154 reliquiæ Ver. reliquum. Alij Ver. Reliquum. CH.

155 digerere. Mercurius.

156 quod dum aceſcit vtiliſsimum eſt ſtomacho M. quod immaturescere CH.
157 dicemus. CH.
158 adipis &c. ſuillo. Apud aut. et. religioſus erat. M. & CH.
159 eum, in M.d.

160 cauſa radic. CH.

161 emolienda. CH.

162 permanet. CH.

163 phthiſis in pilulis ſumpta ſanatur. M.

164 gallica recipitur CH. Falſi recipitur. M.
165 mollis. Ver.
166 ternis. CH.
167 phthiſin. Alij.
168 circumligatis lateribus pectoris. CH.
169 peperit. CH.
170 quinuis. Ver.
171 paritérve. CH.
172 ſanat. M.

173 filis. M. & CH.

174 reſtent. Ver. & CH.
175 Panis ſanat illitus cum calce. furunculos, duritiemque. M.
176 à falſamentaria teſta Ver. farina falſamentaria teſtæ. Ceſ.

177 vtiliſsimũ CH.
178 inflammationes. Hulcera quæ iuuant adipe verrino mangi putant vtile cum reſina. Ver.
179 medicinæ. Ver.

180 exemptiſque venis. M. & CH.
181 cribro. CH. Hoc ſi placet, maſſeum, efficabant cribro. Non placet.
182 molliendo calfacere. Ver.
183 Maſſurius &c tradidit. CH

Perficitur omne exemptis venis aqua marina vel salsa lotum, mox in pila tusum, [184] aspersum [185] marina. Crebrò postea coquitur, donec odor omnis aboleatur. [186] Mox assiduo Sole ad candorem reducitur. A renibus autem omne laudatissimum est. Si verò vetus reuocetur ad curam, liquefieri priùs iubent: mox frigida aqua lauari sæpius, dein liquefacere affuso vino quàm odoratissimo. Eodémq; modo iterum ac sæpius coquunt, donec virus euanescat. Multi priuatim sic taurorum, leonúmque, ac pantherarum, & camelorum pinguia curari iubent. Vsus dicetur suis locis. Communis & ratio medullarum est. Omnes molliunt, explent, siccant[F] excalfaciunt. Laudatissima ceruina, mox vitulina, dein hircina & caprina. Curantur ante autumnum recentes lotæ, siccatæq; in [187] vmbra per cribrum. Dein liquatæ per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis. Inter omnia autē communia animalium [188] vel præstantissimi effectus fel est. Vis eius excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere. Minorum animalium subtilius intelligitur, & ideò ad oculorum medicamenta vtilius existimatur. Taurino præcipua potentia, etiam in ære [189] pellibúsque colore aureo [190] ducendis. Omne autem curatur recens præligato orelino crasso, demissum in feruentem aquam semihora, mox siccatum sine Sole, atque in melle conditum. Damnatur [191] equinum tantùm inter venena, ideò Flamini sacrorum equum tangere non licet, cùm Romæ publicis sacris equus etiam immoletur. Quin & sanguis eorum septicá vim habet. Item equarum, præterquàm virginum erodit, emarginat hulcera. [G] Taurinus quidem recēs inter venena est, excepta Ægira. Ibi enim sacerdos Terræ vaticinatura, tauri sanguinem bibit priùs quàm [192] in specum descendat. Tantùm potest sympathia illa, de qua loquimur, vt aliquando religione aut loco fiat. [193] Drusus Tribunus [194] plebis traditur caprinum bibisse, cùm pallore & inuidia veneni sibi dati insimulare Q. Cepionen [195] inimicum vellet. Hircorum [196] sanguinis tanta vis est, vt ferramentorum subtilitas non aliter [197] acriùs induretur, scabritia [198] tollatur vehementiùs, quàm lima. Non igitur & sanguis animalium inter communia dici potest, & ideò quisque suis dicetur effectibus. Digeremus enim in [199] animalia singula vsus, plurimúmq; cōtra serpentes. Exitio his esse ceruos nemo ignorat, vt si quæ [200] sunt, extractas cauernis mandentes. Nec verò ipsi [201] spirantésque tantùm aduersantur, sed membratim quoque. Fugari eas nidore [202] cornus si vratur, dictum est: at è summo gutture vstis ossibus, congregari dicuntur. Pelles eiusdem animalis substratæ, securos præstant ab eo metu somnos. Coagulum quoque ex aceto potum ab ictu: & si omnino tractatum sit, eo die non ferit serpens. Testes quoque eius inueterati, vel genitale maris, salutariter dantur in vino: item [203] ventres qui [H] centipelliones vocantur. Fugiunt & omnino [204] dentem cerui habentes, aut medulla perunctos seuóve cerui aut [205] hinuli. Summis autem remediis præfertur hinulei coagulum, matris vtero execti, vt indicauimus. Sanguine quoque ceruino si vnà vrantur dracontion & cunilago & anchusa lentisci ligno, contrahi serpentes [206] dicunt. Dissipari deinde, si sanguine detracto adiiciatur pyrethrum. Inuenio apud autores Græcos animal cerui minus, & pilo demum [207] simile, quod [I] ophion [208] vocatur. Sardiniam id tantùm ferre solitā. Hoc interisse arbitror, & ideò medicinas ex eo omitto.

184 aspersa. M. & CH.
185 marina crebro. Postea. Vet.
186 Mox, in M.d.
187 vmbra. Dein bis quatæ per cribrum aut lintea. Vet.
188 fel præstantius in effectu. M vel præstantium in effectus. CH.
189 peluibusq;. Vet.
190 inducendo. Vet.
191 equorum. Vet.
192 descendat in specus. M. in specē descē. CH.
193 Furius tribunus traditur. M.
194 plebei. CH.
195 inimicū, in M.d.
196 sanguin. M. sanguine. CH.
197 acuatur, aut indueretur, aut scabritia poliatur, vehementiúsque limet. M.
198 poliatur. CH.
199 mala. CH.
200 sunt extractæ cauernis, mandant. M.
201 spirantes tātum. M.
202 cornus si. CH.
203 venter quē centri pelionem vocāt. CH.
204 aliqui M.
205 vituli. M.
206 tradunt. CH.
207 simili. M.
208 vocaretur. CH.

ANNOTATIONES.

a Fallitur Plinius. Colostrati dicuntur, qui præproperè statim à puerperio crassius lac matris, ideóque in ventriculo spissescens, fuxerunt. Lac autem earum, quæ concipiunt: obid noxium esse censetur, quoniam fœtui & infantiui nutriendis, sanguis, ex quo lac conficitur, non sufficiat: cum etiam quia quæ in vtero supersunt excrementa à nutrimento fœtus in mammas recurrunt, natura quod purius est in alimentum fœtus retinente: cum quia grauidæ primis mensibus consuetos cibos fastidientes alienis vtuntur, ex quibus vitiosus sanguis fit: cum quia sub horam concepetus magna fit humorum in corpore perturbatio & agitatio, quæ bonos cum prauis miscet. Vide cap. 41. lib. 11.

b Blandiendo vocem eam Plautus vsurpat in Pœnulo,

Meum mel, meum cor, mea colostra, meus mollusculus caseus.

Martial. *De primo matrem lacte colostra damus.*

Vide Arist. 21. 6. Hist.

a Non quidem maximè alis, sed hominis naturæ conuenientissimum & familiarissimum est. Quillum, bubulum, caprinum, multò plus alimenti præbent.

d Per alium exit.

e Et ob crassitiem ægrius coquitur.

f Serosius, ideóque caseus ex eo minùs pinguis.

g Quoniam minus in nidorem corrumpit ventriculus.

h Pustulas succo pituitoso tumentes. *τὰ φλυκτίνια.* Ruellius apud Dioscor. cap. de butyro vertit pustulas albidas.

i Intestini coli cruciatus, præsertim ex aeri humore.

k Mirum quod sulphur inter venenata recenseat, cùm citra noxam dari possit. Suspicor in Græco fuisse *ἔφιον*, id est, solanum manicon. Plinium quoque legisse *θεῖον*, id est, sulphur.

l Supra cap. 25. lib. 22. atrophos illos vocat qui cibū non sentiūt.

m Quia crassum sanguinem gignit, quamuis bonum. Hippocr. aph. 65. lib. 5.

n Si schirlon detur.

o Morbis supra recitatis vexatæ.

p Leg. Vetus alium fistit. *ὁ δὲ παλαιότερος πολὺ κε γοργότερος.* Dioscor.

q Nam diuites plurimùm quotannis è suis armentis reponunt, quod vendant: plebei parum, & quod in vsum quotidianum tantùm satis sit. Itaque locupletibus in censu & reditu est.

r Frequenti catilli ligneo, qui baculi extremo affixus est, ictu diuiso, sic vt hinc butyrum, illinc acidum lac secernatur. Nota ea est ratio in tota Gallia.

s Vel panniculo, qui foramini aduolutus manu fuisse continetur, obturato.

t Imò vt faciliùs diuidatur.

v Leg. fluitat, id butyrum est, oleosum natura. Reliquum decoquunt in ollis: ibi quod supernatat, exemptum, addito sale, oxygala appellant. Butyrum quo minus virus resipit &c. Sic emendādus hic locus Plinij: alioqui huius rei fuisse ignorantissimum fatendum est.

x Odorem insuauem, agitato lacti peculiarem.

y Propter additum salem.

z Vide quod notatum cap. 2. sequentis libri. Vnguendis postibus fusillo adipe vrebantur augurio felici, vt tam fœcundæ essent, quàm scrophæ, quæ denos pariunt. Mox tamen hoc ipso capite ex Massurio palma in hunc vsum lupino adipi datur.

A Seculo Plinij, alioqui vox prorsus Latina est, ab axibus dicta, vel ipso auctore pòst paulò.

B Quàm quæ ad pascua exit, & radicibus alitur, non autem de illa, quæ in hara domi concluſa saginatur.

C Hinc putant quidam vnguenta ad morbum Gallicum solennia, ex axungia parata magnam salutis copiam per os educere.

D Salsamentariæ testæ farinam vocat falsuginis puluerem, qui testæ & fundo, & lateribus inhærescens decutitur: vel testæ minutim tritæ puluiſculum.

E Nigra sorde, quæ axis ferrei contactu cum colorem cōtraxit.

F Hoc falsum, nisi ex calidissimis animalibus fuerint. Sunt enim natura temperatæ.

G Eius potu Midas & Themistocles mortem sibi conscierunt. Aristophanes in Equitibus, *βύσσοντε ἐμὲ ταύροιιν αἵματι ὁ δεσπότης ὁ Δῆμος ὁ Δῆμος ὁ ξυνάντιφ.* Vide Rhod. lig. cap. 12. 14. & supra cap. 38. lib. 11.

H Nos vulgò vocamus, *le Mayre de veille.* Echinum Aristoteles vocat *ἰὸν πορφυροῦν*, omasum, *le Mullachon*: *πομφόλυγας*, reticulum, *la Coiffe*: & *μεγάλου πολύπου*, *la Double.*

I Impositum nomen id fuit, quia serpentibus aduersetur, & infestum sit. Musinonem esse puto descriptum supra cap. 49. lib. 8. Fit & eius mentio sub finem cap. 15. 30. lib. Vel obliuiosus, vel parùm argutus hic Plinius fuit.

Medicinæ de apro, & capris, & equis feris, & remedia ex bestiis contra omnes morbos. CAP. X.

APri quoque cerebrum contra eas laudatur cum sanguine. Iecur etiam inueteratum [1] cum ruta potum ex vino. Item [2] adeps cum melle resinâque. Simili modo verrinum iecur, [3] exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere, vel cerebrum in vino potum. Caprarum cornu vel pilis accensis, fugari serpentes dicunt, cinerémque eorum potum vel illitum contra ictus valere: item lactis haustus cum vua [4] taminia, vel vrinæ cum aceto [5] scillite: caseum caprinum cum origano impositum, vel seuū cum cera. Millia præterea remediorum ex eo animali demonstrantur, sicut apparebit: quod equidem miror, cùm [a] febri negetur carere. Amplior potentia feris eiusdem generis, quod numerosissimum esse diximus. Alia verò & hircis. Democritus [6] etiamnum effectus eius auget, qui singularis natus sit. [7] Fimo quoque caprarum in aceto decocto illini ictus serpentiū placet, & recentis cinere in vino: atque in totum difficiliùs [8] se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè conualescunt. [9] Qui efficaciùs volunt mederi, occisæ capræ aluum dissectam cum fimo intus reperto statim illigant. Alij carnem recentem hœdorum pilo [10] suffiunt, [11] eodémque nidore fugant serpentes. Vtuntur & pelle eorum recente ad plagas, [12] carne & fimo equi in agro pasti, coagulo leporis ex aceto, contráque scorpionem & murem araneum. Aiunt autem non feriri leporis coagulo perunctos. A scorpione percussis, fimum capræ efficaciùs cum aceto decoctum auxiliatur: lardum iúsque decocti potum [13] his, qui bupresti m hauserint. Quinetiam si quis asino [14] in aurem percussum à scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt: venenatáque omnia accenso eius pulmone fugere. Et fimo vituli suffiri percussos à scorpione prodest. Canis [16] rabidi morsu facta vulnera circuncidunt ad viuas vsque [17] partes quidam, carnémque vituli admouent, & ius [18] ex eodem carnis decoctæ dant potui, aut axungiam cum calce tusam. Laudant hirci iecur, quo imposito, ne tentari quidem aquæ metu affirmant. Laudant & capræ fimum ex vino illitum, aut melle, melis & cuculi, & hirundinis decoctum [19] & potum. Ad reliquos bestiarum morsus caprinum caseum siccum cum origano imponunt, & bibi iubent: ad hominis morsus carnem bubulam coctam, efficaciùs vituli, si non [20] ante quintum diem soluant. Veneficiis rostrum lupi resistere inueteratum aiunt, ob ídque [21] villarum portis præfigunt. Hocidem præstare & pellis è ceruice [22] [c] solida existimatur: quippe tanta vis est [23] animalis, præter ea quæ retulimus, vt vestigia eius calcata equis afferant torporem. Iis qui argentum viuum biberint, lardum remedio est. Asinino lacte poto venena restinguuntur, peculiariter si hyoscyamum potum sit, aut viscum, aut cicuta, aut lepus marinus, aut [24] opocarpathum, [25] aut [d] pharicon, aut dorycnium, & si [26] coagulum alicui nocuerit: nam id quoque venenum [27] est in prima lactis [e] coagulatione. Multos eius & alios vsus [f] dicemus. Sed meminisse oportebit recenti vtendum, aut non [28] multò posteà tepefacto. Nullum enim celeriùs euanescit. Ossa quoque asini confracta & decocta, contra leporis marini venenum dantur. Omnia eadem

1 potum, cum ruta & vino. M.
2 adips. CH.
3 & fibris dum taxat fibra. CH.
4 aminea. M.
5 scillitico. M. scillato. CH.
6 & biennis effectus auget, eius qui. M.
7 Fimus &c. decoctus, & illitus, in ict. serp. placet, & recens cinis in. M.
8 se se. CH.
9 Qui medicorum efficacius volunt. M.
10 suffitum. Vet.
11 eoque. Vet. alij.
12 & carne. CH.
13 iis. Vet. & his. CH.
14 in aurem dixerit, percussum à scorpione, transire malum prot. M.
15 acconita pulmone eius. CH.
16 rabiosi, M. & CH.
17 partes. Quidam carnem vituli, M. carnes. &c. Vet.
18 eiusdem carnis. Vet.
19 &, in Ver. d.
20 ante quintum diē quam soluant. M.
21 villarum, in M.d.
22 solida manica exist. CH.
23 animalis Præterea quæ ret. & vestæ. cal. e. afferunt. M.
24 opocarpasum. Dioſc. Actius. Aegineta.
25 aut carie. CH.
26 coagulatum lac alicui. Vet.
27 cst ve & prima lactis coagulatio. Vet.
28 mutuum. CH.

eadem [29] onagris efficaciora. [a] De equiferis non ſcripſerunt Græci, quoniam terræ illæ non gignebant. Verumtamen fortiora omnia eadem, quàm in equis, intelligi debent. Lacte equino venena leporis marini & toxica expugnantur. Nec vros aut biſontes habuerunt Græci in experimentis, quanquam boue fero refertis Indiæ ſyluis: portione tamen eadem efficaciora omnia ex his credi par eſt. Sic quoque lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt, maximè ſuprà dicta, & ſi ephemerum [30] impactum ſit, aut ſi cantharides datæ, vomitione omnia egeri: ſic & caprino [31] iure cantharides. Contra ea verò quæ exhulceratione enecant, ſeuum vitulinum [32] ſeu bubulum auxiliatur. Nam contra ſanguiſugas potas butyrum [33] remedio eſt, cum aceto ferro calefacto: quod & per ſe prodeſt contra venena. Nam ſi oleũ non ſit, vicem eius repræſentat. [34] Multipedum morſus cum melle ſanat. Omaſi [35] quoque iure poto venena ſuprà dicta expugnari putant, priuatim verò aconita & cicuras: itémque vitulino ſeuo. Caprinus caſeus recẽs, his qui viſcum biberint: lac verò contra cantharidas remedio eſt, & contra [36] ephemerum potum [37] cum taminia vua. Sanguis caprinus decoctus cum medulla contra toxica venena ſumitur: hœdinus contra reliqua. Coagulum hœdi [38] contra [h] viſcum, & [39] chamæleontem album, ſanguinémque taurinum, contra quem & leporis coagulum [40] ex aceto. Contra paſtinacam verò & omnium marinorum ictus vel morſus, coagulum leporis, vel hœdi, vel agni, drachmæ pondere ex vino. Leporis [41] coagulum & contra venena additur antidotis. Papilio quoque lucernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium eſt iecur caprinum, ſicut fel veneficiis ex [i] muſtela ruſtica factis.

29 ex onagris. Vet.

30 ſumptum ſit. Vet.

31 rurſum. Vet.

32 vel. CH.

33 remedium. CH.

34 Millepedum. Vet. Multipeda. CH.

35 quoqui. CH. videnum, coci, vel coqui.

36 ephemeri. CH.

37 contra nimia vina M.

38 cõtra chamæleontis albi viſcum V.t.

39 chamæleontẽ. CH.

40 eſt ex. CH.

41 coagulum contra venena additum. M.

ANNOTATIONES.

a Obnoxias quidem eſſe morbo comitiali Plutarchus ſcribit in Quæſt. Romanis, quæſt. 3.
b Ab homine ad aſinum.
c Sola, abſque carne ſubiecta.
d Pharicon quibuſdam ab inſula Pharo: aliis ab Arcadicis Pharis: aliis à Phareis Theſſaliæ: aliis à Pharide Lacedæmoniæ: interpreti Nicandri ab inuentore Pharico, Cretenſi, venefico. Dioſcorides inter ſimplicia venena recenſet, cum taxo, dorycnio, ſolano, manico &c. Heſychius & Scribonius Largus compoſitum eſſe volunt. Euaneſcit mortifera vis illius, autore Phylarcho, vel odore ſolo mali cydonij: quod cùm accidat & veneno parati ſolito ab Hiſpanis, ex albo veratro, ringendis in venatu ſagittis. Guillandinus Hiſpanicum id venenum Pharicum eſſe ſuſpicatur.
e Suprà cap. 14. lib. 20. Mentaſtrum coire denſariq; lac non patitur: quare lactis potionibus additur, ne huius coagulat pota ſtrangulentur. Primam lactis coagulationem, coloſtrat. onem vocat, cuius ſuprà meminit cap. 41. li. 11. & proximo ſuperiori huius.
f Vim carnis aſininæ in tabidis Plinius tacet, quam, ſanato Bithylide Cretenſi, veluti per iocum, apud Ælianum cap. 55. lib. de animal. Serapis deus ὀνοκέφαλος ὑγιεινὸν ἄλογον ἀφῆκε ἐκεῖνος vocat.
g Vide cap. 15. lib. 8. & cap. 9. lib. 16. apud Ælianum de animal. hiſtor. quæſt. 44. Sect. 10. Problem. Idem ἱππομάχους memorauit cap. 12. Hiſt. vros ſiue ac biſontes boum ſylueſtrium nomine.
h Ἰξίας. Viſcotus is humor eſt, qui ex radice & fructu chamæleonis albi, cùm præciduntur, manat. Cætera, chamæleontis albi plan ta innoxia eſt, quod intellexiſſe Plinius non videtur.
i Nam eius fel contra aſpidas efficax, cætero venenum eſt, inſtar cap. 4. lib. 29.

De remedijs ad morborum multa genera ex animalibus.
CAP. XI.

HInc deinde reuertemur ad genera morborum. Capilli defluuia vrſinus adeps admiſto ladano & adianto continet, alopeciáſque emendat, & raritatem ſuperciliorum cum fungis lucernarum, ac fuligine quæ eſt in roſtris earum. Porrigini cum vino prodeſt. Ad hanc & cornus ceruini cinis è vino, vtque non tædia animalium capillis [1] inhæreſcant. Item fel caprinum cum creta Cimolia & aceto, ſic vt [2] paululum capilli inareſcant. Item [3] fel hircinum cum vrina tauri. Si verò vetus ſit, [4] etiá furfures adiecto ſulphure emendat. Cinere genitalis aſinini, ſpiſſari capillum putant, [5] & è canitie vindicari, ſi raſis illinatur, [6a] plumbóque tritus cum oleo. Denſari & aſinini pulli cum vrina: admiſcéntque nardum [b] faſtidij gratia. Alopecias felle taurino cum Ægyptio alumine [7] tepefactis illinunt. Capitis hulcera manantia, vrina tauri efficaciter ſanat: item hominis vetus, ſi cyclaminum adiiciatur [8] & ſulphur. Efficacius tamen & vitulinum fel: quo cum aceto calefacto, & lendes tolluntur. Seuum vitulinum cum ſale tritum, capitis hulceribus vtiliſſimum. Laudatur & vulpium adeps, ſed præcipuè fel, & fimum cum ſinapis pari modo illitum. Caprini cornus farina vel cinis, magiſque hircini, addito nitro & tamaricis ſemine, & butyro oleóque, priùs capite raſo, mirè continent [9] ita fluentem capillum. [10] Sicut & canis cinere ex oleo illito ſupercilia nigreſcunt. Lacte caprino lendes tolli tradunt: fimo cum melle alopecias expleri: item vngularum [11] cinere cum pice, fluentem capillum contineri. Leporinus cinis cum oleo myrteo capitis [12] dolores ſedat: item aqua

1 inareſcant. Alij. & CH. M.
2 paulum. M. & CH.
3 fel ſeroſinum vrina, cui admiſceſ. CH.
4 &, Id.
5 & d. CH.
6 plumbo tritus &c. Pulli vrina, cui admiſcent. Vet.
7 tepefacto. Vet. tepefactas Alij Vet.
8 &, in Ver. d.
9 iſta. Vet.
10 Sicuti cornis cinere. CH.
11 cinis cum &c. continet. M.
12 dolorem. CH.

aqua pota, quæ è bouis aut aſini potu relicta eſt: & ſi credimus, vulpis maſculæ genitale circunligatum: cornus ceruini cinis illitus ex aceto [13] vel roſaceo, aut ex irino. Oculorum epiphoras bubulo ſeuo cum oleo cocto illinunt. Ceruini cornus cinere [14] ſcabrities eorum inungunt: mucrones autem ipſos efficaciores putant. Lupi excrementis circunlini [c] ſuffuſiones prodeſt. Cinere eorum cum Attico melle inungi obſcuritates: item felle vrſino. Epinyctidas, adipe aprugno cũ roſaceo. Vngulę aſininæ cinis inunctus è ſuo lacte, cicatrices oculorũ, & albugines tollit. Medulla bubula ex dextro crure priore trita cum fuligine, pilis & palpebrarum vitiis angulorúmque occurrit: [15] callibleparíque modo fuligo [16] in hoc vſu temperatur: optimè ellychnio papyraceo oleóque ſeſamino, fuligine in nouum vas pennis deterſa. Efficaciſſimè tamen euulſos ibi pilos coercet. Felle tauri cum oui albo, collyria fiunt, aquáque diſſoluta [17] inunguntur per quatriduum. Seuum vituli cum anſeris adipe & ocimi ſucco, genarum vitiis aptiſſimum eſt. Eiuſdem [18] medullæ cum pari pondere ceræ & olei vel roſacei, addito ouo, [d] duritiæ genarum [19] illinuntur. Caſeo molli caprino impoſito ex aqua calida epiphoræ ſedantur: ſi tumor ſit, ex melle. [e] Vtrunque verò ſero calido fouendum. [f] Sicca lippitudo, [g] lumbulis ſuum [20] toſtis atque contritis, & impoſitis tollitur. Capras negant lippire, quoniam eæ quaſdam herbas edant: item [21] dorcades. Et ob id fimum earum cera circundatum noua Luna deuorare [22] iubent, & quoniam noctu æquè quoque cernant. Sanguine hircino ſanari luſcioſos putant, nyctalopas à Græcis dictos: capræ verò iocinere, in vino auſtero decocto. Quidam inaſſati iocineris ſanie inungunt, aut felle capræ, [23] carnéſque eas veſci, & dum coquantur oculos vaporari [24] præcipiunt. Id quoque referre arbitrantur, ſi rutili coloris [25] fuerint. Volunt & oculos ſuffiri, iocinere in ollis decocto: quidam inaſſato. Fel quidem caprinum pluribus modis aſſumunt: cum melle, contra caligines: cum verarri candidi tertia parte, contra glaucomata: cum vino, contra cicatrices, & albugines, & caligines, & pterygia, & argema: [h] ad palpebras verò cuulſo priùs pilo, cum ſucco oleris, ita vt [26] inunctio inareſcat. Contra ruptas tuniculas, cum lacte mulieris. Ad omnia [27] autem [28] inueterata, fel efficacius putant. Nec abdicant fimum ex melle illitum, epiphoris, contráque dolores medullam: item pulmonem leporis. Sedat [29] caliginem fel cum paſſo aut melle. Lupino quoque adipe, vel medulla ſuum, fricari oculos contra lippitudines præcipiunt. [30] Nam vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant. Aurium dolori & vitiis [31] medetur vrina apri in [32] vitro ſeruata: [33] fel apri vel ſuis, vel bubulum, cum oleo [34] cicino & roſaceo æquis portionibus. Præcipuè verò taurinum, cum porri ſucco tepidum, vel cum melle, ſi [35] ſuppuret. Contráque odorem grauem per ſe tepefactum in malicorio. In ea parte rupta cum lacte mulierum efficaciter ſanat. Quidam [36] etiam in grauirate aures ſic perluendas putant. Alij cum ſenecta ſerpentium & aceto [37] includunt lanas, antè aqua calida collutas. Aut ſi maior ſit grauitas aurium, fel cum myrrha & ruta in malicorio excalfactum infundunt: lardum quoque pingue: item fimum aſini recens [38] cum roſaceo [39] inſtillatur: [40] omniáque ea tepefacta. Vtilior equi ſpuma, vel equini fimi recentis cinis cum roſaceo. Seuum bubulum cum adipe anſerino, butyrum recens. Vrina [41] capri vel tauri, [42] vel fullonia vetus calfacta, vapore per lagenæ collum ſubeunte. Admiſcent & aceti tertiam partem: & aliquid vrinæ vituli, qui nondum herbam guſtauerit. Fimum etiam miſto felle eiuſdem. Et cutem, quam relinquunt angues, excalfactis priùs auribus. Lana autem medicamina ea includuntur. Prodeſt & ſeuum vituli cum anſeris adipe, & ocimi ſucco: eiuſdem medulla admiſto cumino trito infuſa. Virus [i] verrinum [43] è ſcropha exceptum priùs quàm terram attingat, contra dolores. Auribus fractis glutinũ [44] è naturis vitulorum factum, & in aqua liquatum. [k] Aliis vitiis adeps vulpiũ. Item fel caprinum cum roſaceo tepido, aut porri ſucco: aut ſi ſint [45] ruptæ ibi aliqua, è lacte mulieris. Si grauitas ſit audiendi, fel bubulum cum vrina capræ, vel hirci, vel ſi pus ſit. In quocunque autem vſu putant hæc efficaciora in cornu caprino per dies viginti infumata. Laudant & coagulum leporis tertia denarij parte, [46] dimidiáque ſagapeni in ammineo vino. Parotidas vrſinus [47] adeps comprimit, pari pondere ceræ & taurini ſeui. Addunt quidam hy-

13 vel roſaceo, in M. d.
14 ſcabricias. CH.
15 callibleparí. CH. & M.
16 in hoc vſus. Vet. in hunc vſum. Dal.
17 inunguntur. CH.
18 medulla. M.
19 illinitur. M.
20 toſtis exuſtis. CH.
21 dorcadas. CH.
22 inbẽt& quoniam no. & quo. cernunt, ſanguine. Vet.
23 carnéque ea veſci, & dum coquitur. Vet.
24 h s præcip. CH.
25 fuerit M.
26 vnctio. M. & CH.
27 autem, in CH. d.
28 inueteratum fel. Vet.
29 caligines CH.
30 Nam, in Vet. d.
31 medentur. Dal.
32 vitro Cis. lego, vitreo, ſub. vale.
33 & te. Dal.
34 citrino. CH.
35 ſuppurent. Veo ſuperet CH. dolor.
36 & CH.
37 includunt lanas. Alij. lana ante aqua calida collota. Vet.
38 cui roſaceum. M.
39 inſtillant. Vet.
40 omnia tepef. M. & CH.
41 capræ. CH.
42 aut. Cis.
43 è ſcropha à coitu exceptum M.
44 è naturis. Vet è naribus. Dal.
45 ſuppurata ibi aut, ſuppurantia ibi Dal.
46 ex dimidiáque ſacopenii CH.
47 adeps CH.

pocisthidem:& per ſe butyrum illitum,ſi priùs foueantur fœnigræci decocti ſucco. Efficacius cum ſtrychno.Proſunt & vulpium teſtes, & taurinus ſanguis aridus tritus. Vrina capræ calefacta inſtillata auribus: ſimúmque eiuſdem cum axungia illitum.[1] Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis, doloréſque eorum mitigat, ſiue infricentur, ſiue colluantur. Quidam efficaciorem ad omnes eoſdem vſus crudi cornus farinam arbitrantur. Dentifricia vtroque modo fiunt.Magnum remedium eſt & in luporum capitis cinere.Certúmque eſt in excrementis eorum plerunque inueniri oſſa. Hæc adalligata eundem effectum habent. Item leporina coagula per aurem infuſa contra dolores:& capitis eorum cinis dentifricium eſt,adiectóque nardo mulcet graueolétiam oris. Aliqui murinorum capitum cinerem miſcuiſſe malunt. Reperitur[48] in latere leporis [m]acui os ſimile: hoc ſcarificari dentes in dolore ſuadent. Talus bubulus accenſus, eos qui[49] labant cum dolore, admotus confirmat. Eiuſdem cinis cum myrrha, dentifricium eſt. Oſſa quoque ex vngulis ſuum combuſta, eundem vſum præbent: item oſſa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. Iiſdem ſanari, demiſſis[n] in fauces iumentorum[o] verminationes notum eſt: ſed & [50] combuſtis dentes confirmari. Aſinino quoque lacte percuſſu vexatos, aut dentium eiuſdem cinere: lichene item equi cum oleo infuſo per aurem. Eſt autem hoc non[p] hippomanes, quod alioqui noxium omitto,ſed in equorum[q] genibus, ac ſuper vngulas. Prætereà in corde equorum inuenitur[r] os,dentibus caninis maximè ſimile:hoc ſcarificari dolorem, aut exẽpto dente emortui equi maxillis ad numerum eius qui [51] doleat, demonſtrant. Equarum virus à coitu in [52] ellychniis accenſum. Anaxilaus prodidit,equinorum capitum viſus repræſentare monſtrificè:ſimiliter ex aſinis.Nam hippomanes tantas in veneficio vires habet, vt [s]affuſum æris miſturæ in effigiem equæ Olympiæ, admotos[53] mares equos ad rabiem coitus[54] agat. Medetur dentibus & fabrile glutinum, in aqua decoctum illitúmque, & mox paulò detractũ,ita vt confeſtim colluantur vino,in quo decocti ſunt cortices mali Punici dulcis.Efficax habetur & caprino lacte collui dentes, vel felle taurino. Talorum capræ recentium cinis dentifricio placet, & omnium ferè villaticarum quadrupedum, ne ſæpius eadem dicantur.

48 in latere capitis leporis. Vet.

49 labent.CH.

50 conſumptis CH. corruptos. M. fortaſſis, combuſtis corruptos dentes.

51 dolet,Vet.
52 lychnis.Vet.

51 mares,in Vet.d.

54 ageret.Vet.

ANNOTATIONES.

a Nam plumbum contactu colorem nigrum inducit.
b Ne faſtidium moueat vrinæ grauis odor.
c Palpebras in ſuffuſione.
d Duri ac ſcirrhoſi tumores,grandines Pauli,calculi Aëtij.
e Epiphora cum tumore palpebrarum & oculorum, & ſine tumore.
f *Ἐπιφθαλμία* Græcorum,arida lippitudo Celſo,in qua non fluũt oculi,ſed tument,rubent,cum dolore & prurigine graueſcũt, palpebris nocturna pituita cohærentibus.
g Muſculis lumborum interioribus,quos *ψόας* vocant:toſtis potiùs,quàm recentibus.
h Pilo pungente.
i Quod verres in coitu effundit.
k Aurium,vt grauitati.
l Affectum eum,eodem citato remedio,Galen. lib.5. *κατὰ τόπους*, *γαμφίσιν* vocat,vt & Dioſc.c.63.lib.2.
m Acutum & mucronatum proceſſum intelligit, quem anatomes periti,ob eandem cum acu ſimilitudinem, *βελονοειδῆ ἀνάφυσιν* vocant.Situm eſt id os in latere capitis ad maxillæ radicem.
n Cornu indito,vt fit à veterinariis.
o Vermina Feſto:dolores corporis cum quodam minuto motu, quaſi à vermibus ſcindantur:tormina:*τρίφος*.
p Aſpera tuberoſáque verruca.vulgò *des Sonnats*.
q Hippomanes tria ſignificat:primum quidem herbam in Arcadia naſcentem:de qua Theocritus *ἐστεμμένε φυτὸν ἴφι πας' ἀμάσι* alterum,caruncularn nigram,magnitudine caricæ,fronti pulli recens nati adhærescentem,veneficium amoris,quam ſtatim deuorat fœta,aut ad vbera partum non admittit. cap.42. lib.8.tertium, virus genitaræ ſimile maris,ſed liquidius,quod ex equæ pudendo ad Venerem concitatæ fluit,veneficiis expetitum, & Hippomanes patiter vocatum infrà cap.19.huius libri.Vide Victorium cap.6.7. Ælianum cap.18.14. de animal. quo loco etiam *πώλιον* vocarum fuiſſe ſcribit.
r Cordis id ligamentum eſt,chartilagineoſum, in vaſtis animalibus,vt equo,boue,ceruo,tam durum & craſſum,vt in oſſis naturam exemptum facilè ſolideſcat, Venatores vocant, *la croix du cœur*.
s Intra æream ſtatuam reconditum fuiſſe tradit Ælianus c.18. lib.14. de animal. At equum fuiſſe, opus Dionyſij Argiui, non equam,ſcribit Pauſanias lib.5.

Ad faciei vitia,ceruicis & pectoris morbos.

CAP. XII.

1 candore cuſtodire lacte CH.
2 eſt,in M.d.
3 D.cc. M.ſeptingentas.CH.
4 vxor inſt.Vet.
5 balneorum. M.balnearum quoque ſolia ſic temperans CH.
6 in faciem.Vet.
7 ea vitia quæ ſerpũt, ſuper impoſita.CH.
8 partu CH.
9 videtur.M.licet videatur.Vet.

CVtem in facie crugari & tenereſcere, [1] & candorem cuſtodire lacte aſinino putant. Notúmque[2] eſt quaſdam quotidie[3] D. cuſtodito numero fouere. Poppæa hoc Neronis principis[4] inſtituit, [5] balinearum quoque ſic ſolio temperato, aſinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. Impetus pituitæ [6] in facie,butyro illito tolluntur: efficaciùs cum ceruſſa. Syncero verò[7] vitia quæ ſerpunt, inſuper impoſita farina hordeacea. Hulcera in facie membrana è [8] partu bouis madida. Friuolum [9] videatur, non tamen omittendum, propter

propter deſideria[10] mulierum. Talum candidi iuuenci, quadraginta diebus noctibúſque, donec reſoluatur in liquorem decoctum, &[11] illitum linteolo, candorem[12] cutíſque erugationem præſtare. Fimo taurino malas rubeſcere aiunt, [13] non crocodilcam illini meliùs,ſed foueri frigida & antè & poſteà iubent:[14] Aeſtates, & quæ decolorem faciunt cutem, ſimum vituli cum oleo & gummi manu ſubactum emendat. Hulcera oris ac rimas,ſeuum vituli vel bouis cum adipe[15] anſeris,& ocimi ſucco.Eſt & alia miſtura,[16] ſeuo vituli cum medulla cerui,& albæ ſpinæ foliis vnà tritis.Idem præſtat& medullà cum reſina,vel ſi vaccina ſit,[17] iúſque è carne vaccina. Lichenas oris præſtantiſſimè vincit glutinum factum è genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum ſulphure viuo, ramo ficulneo permiſtum, ita vt bis die recens illinatur. Item lepras ex melle & aceto decoctum, quas & iecur calidum[18] illitum tollit:ſicut elephantiaſin fel caprinum: etiamnum lepras ac furfures,[19] tauri, vel addito nitro. Vrina aſini circa Canis ortum, maculas in facie: fel vtriuſque per ſeſe aqua infractum,euitatíſque ſolibus ac ventis poſt[20] detractam cutem. Similis effectus [21] in taurino ſeuo vitulinóve felle, cum ſemine cunilæ ac cinere è cornu ceruino, ſi Canicula exoriente comburatur. Aſinino ſeuo cicatricibus ac licheni lepríſque maximè color redditur.Hirci fel & lentigines tollit,admiſto caſeo[22] ac vino ſulphure ſpongiæq; cinere, vt mellis ſit craſſitudo. Aliqui inueterato felle vti maluere, miſtis calidis furfuribus pondere oboli vnius,quatuórque mellis,priùs defricatis maculis. Efficax eiuſdem & ſeuum cum melanthio,& ſulphure,& iride.Labrorum fiſſuris cum adipe anſerino,ac medulla ceruina reſináque & calce.Inuenio apud autores, his qui [23] lentiginem habeant,negari Magicæ ſacrificiorum [24] vſum. Lacte bubulo aut caprino tonſillæ & arteriæ exhulceratæ[25] leuantur.Gargarizatur tepidum, [26] vt eſt expreſſum, aut calefactum.Caprinum vtilius,cum malua decoctum & ſale exiguo.Linguæ exhulcerationi & arteriarum prodeſt ius omaſi[27] gargarizatu:tonſillis autem priuatim renes vulpium aridi,cum melle triti illitíque:[28] anginæ fel taurinum vel caprinum cum melle. Iecur meliſ ex[29] aqua oris grauitatem,hulceráque [30] butyrum emendat. Spinam aliúdve quid faucibus adhærens,felis extrinſecus fimo perfricatis, [a] aut reddi aut delabi tradunt. Strumas diſcutit fel[31] aprinum, vel bubulum tepidum illitum. Nam coagulum leporis è vino in linteolo exhulceratis dũtaxat imponitur.Diſcutit & vngulæ aſini vel equi cinis, ex oleo [32] aqua illitus,& vrina calefacta:& bouis vngulæ cinis ex aqua:ſimum quoque feruens ex aceto.Item ſeuum caprinum cum calce,aut ſimum ex aceto decoctum, teſtéſque vulpini.Prodeſt &[b] ſapo:Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis,[33] ex ſeuo & cinere. Optimus fagino &[34] caprino, duobus modis,ſpiſſus ac liquidus:vterque apud Germanos maiore in vſu viris,quàm fœminis. Ceruicum dolores butyro aut adipe vrſino perfricantur: rigores bubulo ſeuo:quod & ſtrumis prodeſt cum oleo.[35] Dolorem inflexibilẽ ([c] opiſthotonon vocant) leuat vrina capræ auribus infuſa, aut ſimum cum bulbis illitum: vngues contuſos fel cuiuſcunque animalis circumligatum: pterygia digitorum fel[36] taurinum aqua calida diſſolutum. Quidam adiiciunt ſulphur & alumen, pari pondere omnium. Tuſſim iecur lupi ex vino tepido ſanat: vrſinúmque fel admiſto melle, aut ex [37] cornu bubuli ſummis partibus[38] cinis: vel ſaliua equi, triduo [39] potu eam mori tradunt: pulmo ceruinus cum gula ſua arefactus infumo,dein tuſus ex melle quotidiano ecligmate.Efficacior eſt ad id[d] ſubulo ceruorum generis. Sanguinem expuentes, ceruini cornus cinis: [40] coagulum leporis tertia parte [41] denarij cum terra Samia & vino myrteo potum ſanat. Eiuſdem ſimi cinis in vino veſperi potus nocturnas tuſſeis:pili quoque leporis ſuffiti,extrahunt pulmonibus difficiles excreationes. [c] Purulentas autem exhulcerationes pectoris pulmoníſque,& à pulmone graueolentiam halitus,butyrum efficaciſſimè iuuat,cum pari modo mellis Attici decoctum,donec rufeſcat,& matutinis ſumptum ad menſuram [42] ligulæ.Quidam pro melle,laricis reſinam addere[43] maluerunt. Si ſanguis reiiciatur,efficacem tradunt bubulum ſanguinem,modicè & cum aceto ſumptum: nam de taurino credere, temerarium eſt. Sed glutinum taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur in vetere ſanguinis excreatione.

10 mulierum, talum candidi iumenti. Dal.
11 illinitum.CH.
12 cutisque.CH.
13 nec.Vet. non vt croc.CH.
14 Teſtas.CH.

15 anſerino.CH.
16 è ſeuo.CH.

17 & iuc.CH.

18 multum.CH.
19 tauri fel.Vet.

20 detectam.Vet.
21 & in taur.CH.

22 cum vino.CH.

23 lentigines.CH.
24 vſus.CH.
25 iuuantur.CH.
26 vt eſt vius expr. CH.

27 ſi gargarizatur. Vet.
28 anginis.M.
29 aqua Oris.M.
30 vetera.Vet.

31 aſrunum.CH.Leg. aprugnum.

32 aquave illitus. Vet.vel aqua.CH.

33 fit ex.CH.

34 carpineo.Vet.

35 Rigorem. Vet. & Gal.

36 tauri aridum.CH

37 cornus.CH.

38 cinis. Saliua equi triduo potæ eam maturari. Vet.qua triduo potæ commori tradunt.M.
39 potæ commori.
40 vel coag.Vet.
41 nardi.M.

42 lingulæ.CH.
43 maluêre.CH.

a Nam fœtore rarum impetum vomendi concitat, vt vehemẽs is conatus affixas ſpinas reuellat.
b Noſtro ſeculo ſapo Gallicus, ſiue ſpiſſus, ſit ex lixiuij aeris & duri, quod capitellum vocant, partibus duabus, & vna ſeui veruecis: mollis vero ex duabus partibus lixiuij ſuprà memorati, & vna oleilixiuium autem ex duabus partibus cineris culmorum fabæ & vna calcis.
c Supinum & poſtergancum raptum vocat Aurelianus cap. 6. lib. 3. acutorum.
d Subulones cerui, quorum cornua in ramos non explicantur, ſed acuminata, oblonga, ſimplicia creſcunt, & attolluntur. Vide infrà cap. 17. huius libri, & ſuprà 37. 11.
e Purulentos abſceſſus poſt pleuritidem, & peripneumoniam.

Ad ſtomachi & lumborum dolores, & renum vitia.

CAP. XIII.

STomachum exhulceratum lactis aſinini potus reficit: item bubuli. Roſiones eius caro bubula[1] admiſto aceto & vino cocta. Rheumatiſmos cornus ceruini cinis. Sanguinis excreationes hœdinus ſanguis recens, ad cyathos ternos cum [2] aceto acri pari modo feruens potus: coagulum tertia parte ex aceto potum. Iocineris [a] dolores, lupi iecur aridum [3] ex mulſo: [4] aſininum iecur aridum cum petroſelini partibus duabus, [5] ac nucibus tribus, ac melle tritum, & in cibo ſumptum: ſanguis hircinus [6] cibo aptatus. Suſpiriоſis ante omnia efficax eſt potus [b] equiferorum ſanguinis. Proximè lactis aſinini tepidi cum bulbis [7] decocti, ita vt ſerum ex eo bibatur, addito in tres heminas cyatho naſturtij [8] albi, perfuſi aqua, deinde melle diluti. Iecur quoque vulpinum, aut pulmo, in vino nigro, aut fel vrſinum in aqua, laxat [d] meatus ſpirandi. Lumborum dolores, & quæcũque alia [9] mollire opus ſit, vrſino adipe [10] perfricare conuenit: cinerem aprini aut ſuilli fimi inueterati, [11] aſpergi potioni vini. [e] Afferunt & Magi ſua commenta. Primùm omnium rabiem hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari: eadem præciſa, non abire eos in alienum gregem. [f] Huic admiſcent fimum caprinum, & ſubdito linteolo vncto caua manu, quantùm pati poſſit, feruens, ſuſtineri iubent: ita vt ſit læua pars dolea, hæc medicina in dextra manu fiat, aut è contrario. Fimum quoque ad eum vſum acus æreæ punctis tolli iubẽt. Modus curationis eſt, donec vapor ad lumbos [12] ſentiatur peruenire. Poſteà verò manum & porro tuſo illinunt, item lumbos ipſo fimo cum melle, ſuadẽntque in eodem dolore & teſtes leporis deuorare. Iſchiadicis fimum bubulum imponunt, calfactum [13] in foliis cinere feruenti. In renũmque dolore leporis renes crudos deuorari iubẽt, aut certè coctos, ita ne dente contingantur. Ventris quidem dolore tentari negant talum leporis habentes. Lienen ſedat fel apri vel ſuis potum, vel ceruini cornus cinis in aceto. Efficaciſsimè tamen inueteratus lien aſini, ita vt in triduo ſentiatur vtilitas. Aſinini pulli fimũ, quod primùm edidit, (polean vocant Syri) [14] datur in aceto mulſo. Datur & equi lingua inueterata ex vino, præſentaneo medicamento, vt didiciſſe ſe ex barbaris [15] Cæcilius Bion tradidit. Et lien bubulus ſimili modo. Recens autem aſſus vel elixus, in cibo. In veſica quoque bouis allij capita xx. tuſa, cum aceti ſextario, imponuntur ad lienis [16] dolorem. Eadem ex cauſa emi lienem vituli, quanti indicatus ſit, iubent Magi, nulla pretij cõtatione: quoniam hoc quoque religioſè pertineat: diuiſũmq; per longitudinẽ annecti tunicæ vtrinque, & induentem pati decidere ad pedes: dein collectum [17] in vmbra arefacere. Cùm hoc [18] fiat, ſimul reſidere lienem ægri vitiatum, liberaríque eum morbo dicitur. Prodeſt & pulmo vulpium cinere ſiccatus, atque in aqua potus. Item hœdorum [19] lien impoſitus.

1 misto. CH.
2 aceto & vino acri. CH.
3 ex aceto mulso. Ver.
4 asini. CH.
5 & nuc. tr. ex melle. CH.
6 Vide Annot quintã.
7 decocti. Ita & serũ ex eo bibitur Ver.
8 albi, in CH. d.
9 molliri. CH.
10 perfricari. M. fricari CH.
11 inspergi. Ver.
12 peruenisse sentiatur. CH.
13 in foliis. Ver.
14 dant. CH.
15 Cæcilius Bion. CH.
16 dolores. CH.
17 in vmbra, in M.d.
18 fiet. Vet. faciat. CH.
19 lien, in CH.d.

ANNOTATIONES.

a Ex obſtructione natos.
b Equorum ſylueſtrium. Horum mentio ſit c. 15. lib. 8.
c Horteuſis. Syluestre nigricat.
d Impeditos & infarctos pituita craſſa facilémque anhelitum præbent.
e Hæ duæ clauſulæ reponendæ & legendæ ſunt ante initium illius, ſuſpiriоſis ante omnia &c. Nam eo loco proximè fecit hircini ſanguinis mentionem.
f Aut vrſino adipi, aut vino, aut cineri fimi aprini, ſuillſve. Ego potiùs adipem intelligo, quo perunctum fimum, cùm igni admouetur, faciliùs ardeat: aut cum Dioſcoride lego, oleo admiſcent. Is cap. 98. lib. 2. id remedium paulò aliter explicat, de iſchiade, his verbis. Vtilem iſchiadici vſtionem hunc in modum accipiunt. Eo interſtitio vbi brachiali pollex committitur, caua veluti lacuna ſubſidet, in qua lana oleo imbuta ſubſternitur: deinde ſigillatim feruentes caprini ſtercoris pilulæ imponuntur, dum vapor per brachium ad coxam ſentiatur peruenire, & coxendicis dolorem mitigare. Adustio id genus Arabica vocatur.
g Idem præcipit Antylus apud Aetium, cùm pollicem pedis ſtercore capræ ſic accenſo in iſchiade vſtit,

Ad

Ad aluum ſiſtendam, cœliacos, dyſentericos, inflationes alui, rupta, teneſmon, & tincas, & colum. CAP. XIIII.

ALuum ſiſtit [1] ceruinus ſanguis: item cornus cinis: iecur aprinum ex vino potum citra ſalem, recénſque: item aſſum ſuillum, vel hircinum decoctum [2] in vini hemina. Coagulum leporis in vino ciceris magnitudine: aut ſi febris ſit, ex aqua. Aliqui & gallam adiiciunt, alij per ſe leporis ſanguine contenti [3] ſunt lacte cocto. Equini fimi cinis in aqua potus. Taurini cornus veteris ex parte ima cinis, inſperſus potioni aquæ. Sanguis hircinus in carbone decoctus. Corium caprinum cum ſuo pilo decoctum, ſucco epoto. Coagulum equi, & ſanguis caprinus, vel medulla, vel iecur aluum ſoluit. Fel lupi cum elaterio vmbilico [4] illigatum. Vel lactis equini potus: item caprini cum ſale & melle. Capræ fel cum cyclamini ſucco & aluminis modico. Aliqui & nitrum & aquam adieciſſe malunt. Fel tauri cum abſinthio tritum ac ſubditum [a] paſtillo. Butyrum largius ſumptum [b] cœliacis & dyſentericis medetur, [6] & iecur vaccinum. Cornus ceruini cinis, tribus digitis captus in potione aquæ. Coagulum leporis ſubactum in pane: ſi verò ſanguinem [7] detrahunt, in polenta. Aprini vel ſuilli vel leporini fimi cinis, inſperſus potioni [8] tepidæ vini. Vituli quoque [9] ius vulgariter datum, inter auxilia cœliacorum & dyſentericorum tradunt. Lactis aſinini potus vtilior, addito melle. Nec minùs efficax fimi cinis ex vino, vtrique vitio. Item polea ſuprà dicta. Equi coagulum, quod aliqui [c] hippacen [10] vocãt, etiam ſi ſanguinem detrahant: vel fimi cinis, dentiúmque eiuſdem tuſorum farina, ſalutaris dicitur: & bubuli lactis decocti potus. Dyſentericis addi mellis exiguum præcipiunt: & ſi tormina ſint, cornus ceruini cinerem, aut fel taurinum [d] cumino miſtum, & [e] cucurbitæ carnes vmbilico imponere. Caſeus recens vaccinus [f] immittitur ad vtrunque vitium. Item butyrum heminis quatuor, cum [g] reſinæ terebinthinæ ſextante, aut cum malua decocta, aut roſaceo. Datur & ſeuum vitulinum, aut bubulum. Item medullæ excoquuntur cum farina [11] & cera exiguóque oleo, vt ſorberi poſſint. Medulla & in pane ſubigitur. Lac caprinum ad dimidias partes decoctum. Si ſint & tormina, additur protropum. Torminibus ſatis eſſe remedij in leporis coagulo poto è vino tepido, vel ſemel, arbitrantur aliqui. Cautiores & ſanguine caprino cum farina hordeacea & reſina, ventrem illinunt. Ad omnes epiphoras ventris illini caſeum mollem ſuadent: veterem autem in [12] farina tritum, cœliacis & dyſentericis dari, cyatho caſei in cyathis [13] vini tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dyſentericis. Iecur aſſum capræ, cœliacis ſubuenit, magiſque etiam hirci, in vino auſtero decoctum potúmque, vel ex oleo myrteo vmbilico impoſitum. Quidam decoquunt à tribus ſextariis aquę ad heminam, addita ruta. Vruntur & liene aſſo capræ hircíve, & ſeuo hirci in pane qui cinere coctus ſit, [14] capræ à renibus maximè, vt per ſe hauriatur: [15] protinúſque modicè frigidam ſorberi iubent. Aliqui & in aqua decoctum ſeuum admiſta polenta, & cumino, & [16] anetho, acetóque. Illinunt & ventrem cœliacis, fimo cum melle decocto. Vtuntur ad vtrunque vitium & coagulo hœdi in vino myrtite, magnitudine fabæ poto: & ſanguine eiuſdem in cibum formato quem [17] ſanguiculum vocant. Infundunt dyſentericis & glutinum taurinum, aqua calida reſolutum. Inflationes [18] autem diſcutit vitulinum fimum in vino decoctum. Inteſtinorum vitiis magnopere prodeſt coagulum ceruorum, decoctum cum lente betáque, atque ita in cibo ſumptum. Leporis pilorum cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus [19] decoctus cum malua exiguo ſale addito. [20] Et ſi coagulum addatur, maioribus emolumentis fiat. Eadem vis eſt & in ſeuo caprino in ſorbitione [21] aliqua, vti protinus hauriatur frigida aqua. Item fœminum hœdi cinis rupta inteſtina ſarcire mirè traditur. Fimum leporis cum melle decoctum, & quotidie fabæ magnitudine ſumptũ, ita vt [22] deploratos [23] ſanauerint. Laudant & caprini capitis cũ ſuis pilis decocti ſuccum. Teneſmos, id eſt, crebra & inanis voluntas [24] egerendi, tollitur poto lacte aſinino: item bubulo. [25] Tinearum genera pellit ceruini cornus cinis potus. Quæ in excrementis lupi diximus inueniri oſſa, ſi terram non attigerint, colo medentur adalligata brachio. Polea quoque

1 cerui. CH.
2 ad quintam heminam in vino. CH.
3 sunt in lacte. Ver.
4 illitum. Vet.
5 cœliacis: at dysent. Ver. cœliacis medetur: & dysi. iecur. Alij Vet.
6 &, in M.d.
7 detrahunt. CH. detriduinc. Dal.
8 tepidi. CH.
9 suis vulg. dati &c. traduntur. CH.
10 appellant. CH.
11 cæræque exiguo, & oleo. CH.
12 farinam. Ver.
13 vini cibari tribus. CH.
14 capto Ver.
15 protinus liqne. CH. Leg. protinus aliqui.
16 anesso. CH. sic sepius scriptum pro, aniso.
17 sanguinculũ. CH.
18 autem, in M.d.
19 decocti. Vet. & CH.
20 Si & coag. &c. CH Si & coag. &c. fiet. M.
21 aliqua vti, si protinus. M.
22 deplanatos. CH.
23 sanauerit. Ver.
24 desiderandi M. & anus voluntas desiderandi. CH.
25 Tæniarum CH.

26 decocto.Vet.
27 teneri,in M.d.

ſuprà dicta magnopere prodeſt in ſapa decocta. Item ſuilli ſimi farina addito cumino in aqua rutæ [26] decoctæ. Cornus ceruini [27] teneri cinis, cochleis Africanis cum teſta ſua tuſis miſtus,in vini potione.

ANNOTATIONES.

a Glandis loco quidam paſtillum globulumve formant, & inuolutum linteolo ano indunt:quod auctor hic indicat.
b Obſtruæ bilis acrimoniam eo malo vexatis.
c Auctori hippace nunc herba, nunc coagulum, nunc caſeus, magna leuitate,& inconſtantia.
d Cùm ſtatus adſunt.
e Si exureus & mordax bilis deſcendit.
f Clyſtere.
g Si vleus tergendum eſt.
h Aqua calida elixo, deinde in ſartagine frixi. Alborogibus *Sanctes.*

Ad veſicæ cruciatus & calculos: de genitalium & ſedis vitijs, & inguinum remedijs. CAP. XV.

1 ſimo.CH.
2 Veſicam fœminæ ſuis elixatione emollitam manſi oportet. Inueniuntur, Vet.
3 duritiæ lap.ſim. candidæ.M.

VEſicæ calculorúmque cruciatibus auxiliatur vrina apri, & ipſa veſica pro cibo ſumpta:Efficacius,ſi prius[1] fumo maceretur vtrunque.[2] Veſicam elixam mandi oportet, & à muliere fœminæ ſuis.Inueniuntur & in iocineribus eorum lapilli,aut[3] duritiæ lapillis ſimiles, candidi, ſicuti in vulgari ſue: quibus contritis atque potis in vino, pelli calculos aiunt. Ipſi apro tam grauis ſua vrina eſt, vt niſi egeſta fugæ non ſufficiat, ac velut [4] deuinctus opprimatur. Exuri illa tradunt eos.Leporis renes inueterati,[5] in vino poti, calculos pellunt.In perna[6] ſuis articulos eſſe diximus,[7] quorum decoctum ius facit vrinæ vtile.[8] Aſinini renes inueterati tritique,& in vino mero dati, veſicæ medentur. Calculos expelluntlichenes equini ex vino aut mulſo poti diebus x l. Prodeſt & vngulæ equinæ cinis,in vino,aut aqua.Item ſimum caprarum in mulſo,efficacius ſyluestrium. Pili quoque caprini cinis.Verendorum carbunculis,cerebrũ apri vel ſuis,ſanguíſque. Vitia verò,quæ in eadem parte ſerpunt, iecur eorum combuſtum, maximè iuniperi ligno cum [9] charta & arrhenico ſanat:ſimi cinis:fel bubulũ cũ alumine Ægyptio ac [10] muria ad craſſitudinem mellis ſubactũ:inſuper beta ex vino cocta impoſita [11a] caro quoque. Manãtia verò hulcera,ſeuum cum medulla vituli in vino decoctum,[12] vel caprinũ cum melle rubíque ſucco:vel ſi ſerpant, ſimum etiam prodeſſe cum melle dicunt aut cũ aceto, & per ſe butyrũ. Teſtium tumor cum ſeuo vituli,addito nitro cohibetur: vel ſimo eiuſdem ex aceto decocto.Vrinæ incontinentiã cohibet veſica aprina, ſi aſſa mãdatur. Vngularum apri vel ſuis cinis potioni inſperſus.Veſica fœminę ſuis combuſta ac pota:Item hœdi,vel pulmo:Cerebrum leporis in vino:Eiuſdẽ teſticuli toſti, vel coagulũ cum anſerino adipe in polẽta:Renes aſinini in mero triti potíque.Magi verrini genitalis cinere poto ex vino dulci [13] demonſtrant vrinam facere in canis cubili,ac verba adiicere, ne ipſe vrinã faciat, vt canis,in ſuo cubili.Rurſus ciet vrinam veſica ſuis,ſi terrã non attigerit,impoſita pubi. Sedis vitiis præclarè prodeſt fel vrſinũ cum adipe. Quidam adiiciunt ſpumã argenti ac thus.[b] Prodeſt & butyrũ cum adipe anſerino ac roſacco.[c] Modum [14] ipſæ res ſtatuunt, vt ſint [15] illitu faciles.Præclarè medetur & taurinũ fel,in linteolis [16] cõceptis:rimáſque perducit ad cicatricẽ.Inflationibus in ea parte,ſeuũ vituli,maximè ab inguinibus cum ruta:cæteris vitiis medetur ſanguis caprinus cum polenta. Item fel caprinum condylomatis per ſe.Item fel lupinũ ex vino.Panos & apoſtemata in quacunque parte,ſanguis vrſinus diſcutit: item taurinus aridus tritus. Præcipuum tamen remedium traditur in calculo onagri:quem [17] dicitur cùm interficiatur [18] reddere vrina, liquidiorem initio,ſed in terra ſpiſſantem ſe.Hic adalligatus femini,omnes [d] impetus diſcutit,omníque ſuppurationelibe-rat.Eſt autem rarus inuentu,nec ex omni onagro,ſed celebri remedio. Prodeſt & vrina aſini cum melanthio.Et vngulę equinę cinis cum oleo & aqua illitus.Sanguis equi, præcipuè admiſſarij:& ſanguis bubulus: item fel. Caro quoque eoſdem effectus habet calida impoſita:& vngulæ cinis ex aqua aut melle:vrina caprarum,[19] hircorúmque carnes in aqua decoctæ:aut ſimum ex his cum melle decoctum:fel vrſinum ſiue verrinum: vrina ſuum in lana [20] impoſita.Femina [e] atteri aduríque equitatu notum eſt.Vtiliſſimum eſt ad omnes inde cauſas,ſpumam equi ex ore inguinibúſque illinire.Inguina & ex [f] hulcerum cauſa intumeſcunt.Remedio ſunt equi ſetæ [21] tres,totidem nodis alligatæ intra hulcus.

4 deſinctus.M.
5 in vini potu.CH.
6 ſuum.M. & CH.
7 qui decocti ius faciunt.M.
8 Aſini.CH.

9 charta Armeniaca ſanat. Vet. carretiarrhenico.CH.
10 murra. CH.ſic ſæpe pro myrrha.
11 caróque.CH.
12 fel.CH.

13 deinde monſtrant. M.

14 ipſum.CH.

15 illitus.M.
16 conceptis. Vet.& CH.*μετρίοις πιπτοῖς.*

17 dicunt.M,
18 reddere vrinam. Vet.reddere cum vrina.Vet.Alij.

19 hircorum quoque. CH.

20 poſita.CH.

21 tres, & ceſtos herba totidem.Vet.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a Bouis,ex vino cocta & impoſita.
b Ad tumores.mariſcas, & condylomata.
c Craſſitudinem,& vt vulgò aiunt,conſiſtentiam.
d Humorum collectiones,à quibus pani fiunt.
e Intertriginem hoc vitium appellant. *τὸ ἐρύθημα.*
f Inguina bubone occupantur ex hulcerum cauſa, quæ in pudendis,pedum digitis,malleolis fiunt.

Ad podagras, ad morbum comitialem, adſideratos, morbúmque regium, oſſáque fracta, remedia. CAP. XVI.

1 Podagra.CH. podagræ.
2 hypociſtideo.CH.

3 & ſinapi cum caulibus. Vet.

4 ſuper. Antylus apud Aetium.

5 quidem.CH.

6 aprunum.CH.& ſic ferè ſemper.

7 Attritum.CH.

8 melius ſi ex.CH.

9 decoctis.CH.
10 & ſuppurationes, & podagri.is &c. CH. interiecta non habet.

11 vrina elutus.M.

12 efficacior. Vet.
13 inorueric.CH.
14 cum.M.

15 foliis.Vet.

16 inſperſ. Vet. & CH.
17 olefacta.CH.
18 accedenti morbo comitiali. Vet.

19 ferratæ.CH.

20 ſine lumine. Vet, ex aqua ſublime. CH.rectè.
21 admixta.Vet.

1 POdagris medetur vrſinus adeps,taurinúmque ſeuum,pari pondere & ceræ. Addunt quidam [2] hypociſthida & gallam. Alij hircinum præferunt ſeuum cum ſimo capræ, & croco [3] ſinapíve, vel caulibus ederæ tritis, ac perdicio vel flore cucumeris ſyluestris. Item bouis ſimum cum aceti fœce.Magnificant & vituli, qui nondum herbam guſtauerit, ſimum,aut perſe ſanguinem tauri: vulpem decoctam viuam, donec oſſa tantùm reſtent:lupúmve viuum oleo [a] cerati modo incoctum:ſeuum hircinum,cum helxines parte æqua, ſinapis tertia: ſimi caprini cinerem cum axungia.Quin & iſchiadicos vri [4] ſub pollicibus pedum eo ſimo feruente, vtiliſſimè tradunt. Articulorúmque vitiis fel vrſinum vtiliſſimum eſſe,& leporis pedes [b] adalligatos. Podagras [5] quidam mitigari pede leporis viuentis abſciſſo,ſi quis ſecum aſſiduè habeat. Perniones vrſinus adeps, rimáſque pedum omnes ſarcit: efficacius alumine addito:ſeuum caprinum: dentium equi farina: [6] aprinum vel ſuillum fel:cum adipe [c] pulmo impoſitus: & ſi [d] ſubtriti ſint contuſíve offenſatione: ſi verò aduſti frigore, leporini pili cinis.Eiuſdem pulmo contuſis diſſectus, aut pulmonis cinis. Sole aduſta, ſeuo aſinino aptiſſimè curantur: item bubulo cum roſaceo. Clauos & rimas callíque vitia, ſimum apri vel ſuis recèns illitum, ac tertio die ſolutum ſanat: talorum cinis, pulmo aprinus, aut ſuillus, aut ceruinus.[7] Attritus calceamentorum, vrina aſini cum [e] luto ſuo illita. Clauos ſeuum bubulum cum thuris polline. Perniones verò corium combuſtum:[8] melius ex vetere calceamento. Iniurias è calceatu, ex oleo corij caprini cinis. Varicum dolores ſedat fimi vitulini cinis, cum lilij bulbis [9] decoctus, addito melle modico: itémque omnia inflammata [10] & [f] ſuppurationes minantia. Eadem res & podagricis prodeſt, & articulariis morbis, è maribus præcipuè vitulis. Articulorum attritis, fel aprorum vel ſuum, linteo calefacto impoſitum: vitulíque qui nondum herbam guſtauerit, ſimum:item caprinum cum melle in aceto decoctũm. Vngues ſcabros ſeuum vituli emendat: item caprinum admiſta ſandaracha. Verrucas verò aufert vitulini fimi cinis ex aceto: aſini [11] vrinæ lutum. Comitiali morbo teſtes vrſinos ediſſe prodeſt,vel aprinos bibiſſe ex lacte equino,aut ex aqua: item aprinam vrinam ex aceto mulſo:[12] efficacius,quæ [13] inaruerit [14] in veſica ſua.Dantur & ſuum teſticuli inueterati tritique in ſuis lacte,præcedente vini abſtinentia,& ſequente continuis diebus.Dantur & leporis ſale cuſtoditi pulmones, cum *thuris* tertia parte, in vino albo, per dies x x x.Item coagula eiuſdem. Aſini cerebrum ex aqua mulſa, infumatum prius in [15] foliis,ſemuncia per dies: vel vngularũ eius cinis cochlearibus binis toto menſe potus.Item teſtes ſale aſſeruati,& [16] aſperſi potioni,in aſinarum maximè lacte, vel ex aqua.Membrana partus earum,præcipuè ſi marem pepererint,[17] olfactata [18] accedente morbo comitialium reſiſtit. Sunt qui è mare nigróque cor edendum cum pane ſub dio prima aut ſecunda Luna præcipiant. Alij carnem, aliqui ſanguinem aceto dilutum per dies x l. bibendum.Quidam vrinã equi aquæ [19] ferrariæ ex officinis miſcent, eadémque potione & [g] lymphaticis medẽtur.Comitialibus datur & lactis equini potus,lichénque in acceto mulſo bibendus. Dantur & carnes caprinæ in rogo hominis toſtæ, vt volunt Magi.Seuum earum cum felle taurino pari pondere decoctum, & in folliculo fellis reconditum,ita ne terram attingat, potum verò [20] ſub limine ex aqua. Morbum ipſum deprehẽdit caprini cornus vel ceruini vſti nidor.[h] Sideratis vrina pulli aſinini nardo [21] admiſto perunctione prodeſſe dicitur. Regio morbo cornus ceruini cinis: ſanguis aſinini pulli ex vino.Item ſimum aſinini pulli, [i] quod primum edidit à partu, datũ fabæ magnitudine è vino medetur intra diem tertium. Eadẽ & ex equino pullo ſimilitérque vis eſt.

Fractis ossibus præsentaneus maxillarum apri cinis vel suis. Item lardum elixum atque circunligatum mira celeritate solidat. Costis quidem fractis laudatur vnicè caprinum fimum ex vino vetere, aperit, extrahit, persanat. Febres arcet ceruorum caro, vt diximus. Eas[22] quidem quæ certo dierum numero redeunt, oculus lupi dexter falsus adalligatúsque, si credimus Magis. Est genus febrium, quod amphemerinon vocant. Hoc liberari tradunt, si quis è vena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit. Quartanis Magi excrementa felis cũ digito bubonis adalligari iubent, [23]& ne recidant, non remoueri septeno circuitu. Quis hoc quæso inuenire potuit? quæve est ista mistura? cur digitus potissimùm bubonis electus est? Modestiores iecur felis decrescẽte Luna occisæ inueteratum sale, ex vino bibẽdum ante accessiones[24] quartanæ dixere. Iidem Magi fimi bubuli cinere consperso puerorum vrina illinunt digitos pedum, manibúsque leporis cor adalligant. Coagulum ante[25] accessionem propinant. Datur & caseus caprinus recens cum melle diligenter ſero expresso.

22 verò.CH.

23 & ni recedant remoueri. Vet. & ne decidant, remoueri. Vet.

24 quartanã.CH.

25 accessiones.CH.

ANNOTATIONES.

a Donec ad cerati crassitudinem oleum reducatur.
b Quidam ratione fortassis eadem, somno conciliando, ægrorũ pileo adnectunt.
c Pulmo suis recens euulsus, & adhuc calens.
d Si pernliones ex attritu aut contusione geniti sint.
e Quod meiendo rigauerit & perfuderit.
f In abscessum vergentia.
g Per interualla furentibus, & insanientibus.
h Iis qui ex paraplexia dimidium corpus resolutum habent.
i *πόλιον* Aristot. vocat: *πόλιον αλίς, ἀπὸ τῦ πώλω*, poleam. Stercoris in variis animalibus diuersa nomina vide apud Rhodig. cap vlt. lib. 10.

Ad melancholicos, lethargicos, hydropicos. ad ignem sacrum, & ad dolores neruorum remedia. CAP. XVII.

MElancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio est. Lethargicos excitat asini lichen, naribus illitus ex aceto: caprini cornus nidor aut pilorum: iecur aprinum. Itaque & veternosis datur. Phthisicis medentur, iecur lupi ex vino, macræ suis fœminæ herbis pastæ lardum, carnes asininæ ex iure sumptę. [1]Hoc genere maximè in Achaia curantid malum. Fimi quoque aridi, sed pabulo viridi pasto boue, fumum harũdine haustum prodesse tradunt. Bubuli quoque cornus mucronem exustum, duorum [2] cochleariorum mensura, addito melle, pilulis deuoratis. Capræ seuo in pulte[3] ex alica & phthisin & tussim sanari, vel recenti cum mulso liquefacto, ita vt vncia in cyathum addatur, rutæq; ramo permisceatur, non pauci tradunt. Rupicapræ seui cyatho, & lactis pari mensura, deploratum phthisicum conualuisse certus autor affirmat. Sunt & qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo: & cerui pulmonem, maximè subulonis, siccatum in fumo, tritúmque in vino. Hydropicis auxiliatur vrina vesicæ [4] apri paulatim data in potus: efficacius quæ inaruerit [5] cum vesica sua. Fimi [6] ceruini, maximè subulonis, sed & bubuli, de [a] armentinis loquor ([7] quod bolbiton vocant) cinis [8] cochleariorum trium in mulsi hemina, bouis fœminæ in mulieribus, & ex altero sexu in viris: quod veluti mysterium occultarunt Magi: Fimum vituli masculi illitum: Fimi vituli cinis cum semine staphylini, æqua portione ex vino: [b] Sanguis caprinus cum medulla. Efficaciorem putant [9] hircorum, vtique si lentisco pascantur. Igni sacro vrsinus adeps illinitur, maximè qui est ad renes: vitulinum fimum recens, vel bubulum: caseus caprinus [10] siccus cum porro: ramenta pellis ceruinæ [11] deiecta pumice, ex aceto trita. Rubori cum prurigine, equi spuma aut vngulæ cinis. Eruptionibus pituitæ, asinini fimi cinis cum butyro. Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle & aceto in balneis, [c] oleo remoto. [12] Pustulis suilli fimi cinis aqua illitus, vel cornus ceruini cinis. Luxatis recens fimum aprinum vel suillum: item vitulinum: verris spuma recens cum aceto: fimum caprinum cum melle. Bubula caro imposita [13] tumorem sanat. Fimum suillum [14] in testa calefactum tritúmque cum oleo, duritias corporum omnes [15] tollit optimè. Adeps è lupis illitus, [d] in his quæ [16] rumpere opus est, plurimùm proficit. Fimum bubulũ in cinere calefactum, aut caprinum [17] in vino vel aceto decoctum. In furũculis seuũ bubulum cum sale: [18] aut si dolor est intinctum oleo, liquefactum sine sale, [19] similíque modo caprinũ. In ambustis vrsinus adeps cum lilij radicibus: aprinum aut suillum fimum inueteratũ: setarum

1 Næ hoc.M.

2 cochlearium.CH.

3 alicacea.Vet. alicaria &.CH.

4 capræ.Dioſc.
5 in.M.
6 taurini.CH.
7 quidam.M.
8 cochlearium.CH.

9 hirci.CH.

10 siccus, in CH.d.
11 defecta.Vet.

12 Pustulæ.CH.

13 tumores. Vet. ad tumores. Fimum &c. CH.
14 sub testo.CH.
15 mollit.CH.
16 erumpere opus fit.CH.
17 in aceto, vel in vino.CH.
18 vt si dolores, sint, cum oleo liquef.CH.
19 simili modo.CH.

rum ex his è penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus: tali bubuli cinis, cum cera & medulla ceruina: fel tauri: fimum leporis. Sed caprarum [20] fimus sine cicatrice sanare dicitur. [e] Glutinum præstantissimum fit ex auribus taurorum & genitalibus. Nec quicquam efficaciùs [f] prodest ambustis. Sed adulteratur nihil æquè, quibúsvis pellibus inueteratis, calceamentísque etiam decoctis. Rhodiacum fidelissimum: eóque pictores & medici vtuntur: Id quoque quò candidius, eò probatius. Nigrum & lignosum damnatur. Neruorum doloribus, fimum caprinum decoctum in aceto cum melle, vtilissimum putant, vel putrescente neruo. [h] Spasmata & percussu vitiata fimo aprugno curant, vêre collecto & arefacto. Sic & [21] quadrigis agẽdis tractos, rotáve vulneratos: & quoquomodo sanguine [i] contuso, vel si recens illinatur. Sunt qui incoxisse aceto, vtilius putent. Quin & in potu farinam eam ruptis conuulneratísque & euersis ex aceto salutarẽ promittunt. Reuerentiores cinerem eius ex aqua bibũt. Ferúntque & Neronem principem hac potione recreari solitum, cùm sic [22] quoque [k] se trigario approbare vellet. Proximam suillo fimo vim putant.

20 fimum.M.

21 quadrigas agentis.CH.

22 quoque stigaria. M quoque se trigarium. Lipsius.

ANNOTATIONES.

a Quæ in armento viridibus pascuis aluntur.
b In cibo sumptus.
c Quo lauantium & balneum adeuntium corpus vngebatur.
d In abscessibus, quæ recludere & aperiri est opus.
e Glutinum id *γυαπίλλαι* ab effectu dicitur, *παρὰ τὰ γόνατα* à materia, quoniam fit è tauri corio.
f Aqua calida dilutum, & illitum, Dioscor. Nam lentore suo nihærescens, mediocri calore coquit, & sedat inflammationem. Arist. quæst. 1. Sect. 9. Problem.
g Ligni modo durũ & fragile. Apud Dioscoridẽ hoc nõ legitur.
h Vullas musculorum & vasorum neruorũmque fibras.
i Factis contusionibus. Non quidem sanguis contunditur, sed in contusionibus sub cutem effunditur: *ἐπιχεῖται*.
k Manuscriptum exemplar habet, strigaria. Quod quidam exponunt circi partem, in qua ordo & series equorum ad cursum expeditorum, collocatur & disponitur, procurrendi tempus & signum expectans. Significatum vocis striga explicat. Scaliger Appen. Virg.

Ad sanguinem sistendum, & contra hulcera & carcinomata, ad scabiem remedia: & quæ infixa corpori extrahunt, & quæ cicatricibus prosunt. CAP. XVIII.

SAnguinem sistit coagulum ceruinum ex aceto: item leporis. Huius quidem & pilorum cinis: [1] item ex fimo asinino cinis: & pilorum quidem cinis illitus. Efficacior vis è maribus aceto admisto, & in lana ad omne profluuium impositio. similiter ex equino capite & femine. Aut fimi vitulorum cinis illitus ex aceto. Item caprini cornus vel fimi ex aceto. Hircini verò iocineris dissecti sanies efficacior: & cinis vtriusque ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus. Hircini quoque vtris vinarij duntaxat cinis, cum pari põdere resinæ: quo genere sistitur sanguis, & vulnus glutinatur. Hœdinum quoque coagulum ex aceto, & [2] feminum eius combustorum cinis, similiter pollere traduntur. Hulcera sanat in tibiis cruribúsque adeps vrsinus, admista rubrica. Quæ verò serpunt, fel aprugnum cum resina & cerussa: maxillarum apri vel suum cinis: fimum suum illitum siccum: item caprinum ex aceto subseruefactum. Cætera purgantur & explentur butyro: cornus ceruini cinere, vel medulla cerui: felle taurino cum [3] cyprino oleo, aut fimo caprino, aut hircino. Fimum recens suum, vel inueterati farina illinitur vulneribus ferro factis. Phagedænis & fistulis immittitur fel tauri, cum succo porri, aut lacte mulierum, vel sanguis aridus cum cotyledone herba. Carcinomata curat coagulum leporis, cum pari pondere capparis aspersum vino. gangrenas vrsinum fel [4] penna illitum: asini vngularum cinis ea quæ serpunt hulcera insperſus. Sanguis equi adrodit [a] carnes septicas vi: Itẽ fimi equini inueterati fauilla. Ea verò quæ phagedænas vocant in hulcerũ genere, corij bubuli cinis cum melle. Caro vituli recentia vulnera non patitur intumescere: fimum bubulum cum melle. Feminum vituli cinis sordida hulcera, & quæ cacoëthe vocant, è lacte mulieris sanat. Recentes verò plagas ferro illatas, glutinum taurinum liquefactum, tertio die solutum. Caseus caprinus siccus ex aceto [5] ac melle, purgat hulcera. Quæ verò [6] serpant, cohibet seuum cum cera: [7] item addita pice ac sulphure percurat. Similiter proficit ad cacoethe, hœdi feminum cinis è lacte mulieris. [8] Et aduersus carbunculos, suis fœminæ cerebrum tostum illitúmque. Scabiem hominis, asininæ medullæ maximè abolent:

1 item ex fimo asini cinis illitus. CH. interiecta non habet.

2 feminum.CH.

3 cyprino aut irino. CH.

4 pinna.CH.

5 vel.M.
a serpunt. Dal.
7 idem. Vet.
b Et ad carb .CH.

abolent:[9] vrinæ eiusdem cum suo luto illitæ. Butyrum etiam, quod in iumentis proficit cum resina calida: glutinum taurinum in aceto liquefactum, addita calce: fel caprinum cum aluminis cinere:[b] boas fimum bubulum: vnde & nomen traxere. Canum scabies sanantur bubulo sanguine recenti: iterúmque, cùm[10] inaresc at, illito, & postero die abluto cinere lixiuo. Spinæ ac similia[11] corpori extrahuntur felis excrementis: item capræ ex vino: coagulo quocunque, sed maximè leporis, cum thuris polline & oleo, aut cum visci pari pondere, aut cum propoli. Cicatrices nigras seuum asininum reducit ad colorem. Fel vituli extenuat calefactum. Medici adiiciunt myrrham & mel & crocum, æreáque pyxide condunt. Aliqui & florem æris admiscent.

9 & vrinæ. CH.

10 inaresc it. Vet.

11 corpore. Vet. M.

ANNOTATIONES.

a Suprà modum excrescentes, τὰς ὑπερφυομένους. Rougeole.
b Rubra exanthemata, subsequentésque papulas: vulgo, la

Ad muliebria mala medicinæ, & ad infantium morbos, & Veneris remedia. CAP. XIX.

MVlierum purgationes adiuuat fel [1] taurinum [2] lana succida appositum. Olympias Thebana [3] addidit [4] hyssopum & nitrũ. Cornus ceruini cinis potus. Item [5] vuluas laborantes, [6] illitu quoque: & fel taurinum cum [7] opio appositum obolis binis. Vuluas & pilo ceruino suffire prodest. Tradunt, ceruas cùm senserint se grauidas, lapillum deuorare: quem in excrementis repertum, aut in vulua (nam & ibi inuenitur) custodire partus adalligatum. Inueniuntur & ossicula in corde & in [b] vulua, perquàm vtilia grauidis parturientibúsque. Nam de pumice, [8] qui in vaccarum vtero simili modo inuenitur, [c] diximus in natura boum. Lupi adeps illitus vuluas mollit, dolores [9] etiam iecur. Carnes lupi edisse parturis prodest: aut si incipientibus parturire sit iuxtà qui ederit, adeò, vt etiam contra illatas [d] noxias valeat. [10] Eundem superuenire, pernicios um est. Magnus & leporis vsus mulieribus. Vuluas adiuuat pulmo aridus potus: profluuia iecur cum Samia terra ex aqua potum: [e] fecũdas coagulum: cauentur pridiana balinea. [f] Illitum quoque cum croco & porri succo, vellere appositum, abortus mortuos expellit. Si vuluæ leporum in cibis sumantur, mares concipi putant. Hoc & testiculis eorum & coagulo profici. Conceptum leporis vtero exemptum his quæ parere desierint, restibilem fœcunditatem afferre. Sed pro conceptu, leporis saniem & viro Magi propinant. Item virginis nouem grana fimi, vt stent perpetuò mammæ. Coagulum quoque ob id cum melle illinunt, sanguinem, vbi euulsos pilos renasci [11] volunt. Inflationi vuluæ, fimum aprugnum suillúmve cum oleo illini prodest. Efficaciùs [12] sistit farina aridi, vt aspergatur potioni, vel si grauidæ aut puerperæ [g] torqueantur. Lacte suis poto cum mulso adiuuantur partus mulierum. Per se verò potum, deficientia vbera puerperarum replet. Eadem circunlita sanguine fœminæ suis, minùs [13] crescent. Si dolent, lactis asinini potu mulcentur: quod addito melle sumptum, & purgationes earum adiuuat. Sanat & vuluarum exulcerationes eiusdem animalis seuum inueteratum, & in vellere appositum duritiem vuluarum emollit. Per se verò recens vel inueteratum, ex aqua illitum, psilothri vim obtinet. Eiusdem animalis lien inueteratus, ex aqua illitus mammis, abundantiam [14] facit. [h] vuluas [15] suffitu corrigit. Vngulæ asininæ suffitæ partum maturant, vt vel abortus euocetur; [i] nec aliter adhibentur, quoniam viuentem partum necant. Eiusdem animalis fimum si recens imponatur, profluuia sanguinis mirè sedare dicitur. Necnon & cinis eiusdem fimi, qui & vuluæ prodest impositus. Equi spuma illita per dies [16] x x. priùs [17] quàm primùm nascantur pili restinguũtur. Item cornus ceruini decocto: meliùs, si recentia sint cornua. Lacte equino iuuãtur vuluæ collutæ. Quòd si mortuus partus sentiatur, lichen [18] ex aqua dulci potus eiicit. Item vngulæ [19] suffitu, aut fimum aridum. Vuluas [20] procidentes butyrum infusum sistit. Induratam [21] vuluam aperit fel bubulum rosaceo admisto, foris vellere cũ resina terebinthina impositio. Aiunt & suffitu fimi è mare boue, procidentes vuluas reprimi, partus adiuuari: conceptus verò vaccini lactis potu. Sterilitatem ob [22] partus vexationem fieri, certum est. Hãc emẽdari Olympias Thebana affirmat felle

1 Suprà in Iana. CH.
2 cum lana. Ver.
3 addit. CH.
4 οἰσύπυμ. Vet.
5 vuluã. CH.
6 illitus. CH.
7 opio. CH.

8 quæ. CH.

9 earũ. Vet. M. & CH.

10 Eundem verò super. Vet.

11 nolunt. Alij ex Vet. & CH.
12 resistit. Vet.

13 crescunt. CH.

14 lactis facit. Dal.
15 suffitio partus maturat. CH. & mox, adhibebatur.

16 x l. M. & CH.

17 quàm nascantur primùm pili. Ver quã primùm nascentur pili restringũtur. CH.
18 aqua dulci epotus. C.
19 suffitus. Vet.
20 procedentes. M.
21 vuam. CH.

22 partus vexatione. CH.

felle taurino, & adipe serpentium, & [23] ærugine, addito melle, medicatis locis ante coitus. Vitulinum quoque [24] fel, si in purgationibus fuerit [25] sub coitu aspersum vuluę, etiam duritiam [26] ventris emollit, & profluuium minuit vmbilico perunc̃to, atque in totum vuluę prodest. Modum statuunt fellis pondere denarij [27] ad apij tertiam, admisto amygdalino oleo, quantũ esse satis appareat: [28] hoc in vellere imponunt. Masculi fel vituli, cum mellis dimidio tritum, seruatur ad vuluas. Carnem vituli si cum aristolochia [29] inassaram edant circa conceptum, mares parituras promittunt. Medulla vituli [30] in vino ex aqua decocta cum seuo, ex hulcerationibus vuluarum imposita prodest. Item adeps vulpium, excrementúmque felium: hoc cum resina & rosaceo impositũ. Caprino cornu suffiri vuluam, vtilissimum putant. Syluestrium caprarum sanguis [31] cum [k] palma marina pilos detrahit. Cæterarum verò [32] fel, callum vuluarum emollit [33] inspersum, & à purgatione conceptus facit. Sic quoque psilothri vis efficitur, [34] si euulsis pilis triduò seruetur illitũ. Profluuium, quamuis immensum, [35] vrina capræ pota sisti, obstetrices promittunt, & si fimum illinatur. Membrana caprarum in qua partus [36] editus, inueterata, potúque sumpta in vino, secundas pellit. Hœdorum pilis suffiri [l] vuluas, vtile putãt, & in profluuio sanguinis coagulum bibi, aut hyoscyami [37] semen imponi. [38] E boue syluestri nigro si sanguine ricini lũbi perungantur mulieri, tędium Veneris fieri, dicit [39] Osthanes. Idem amoris, pota hirci vrina, admista propter fastidium nardo. Infantibus nihil butyro vtilius, per se & cum melle: priuatim & in dentitione & ad gingiuas, & ad oris hulcerã. Dens lupi adalligatus infantium pauores prohibet, [40] dentientíque morbos: quod & pellis lupina præstat. Dentes quidem eorum maximi, equis quoque adalligati, infatigabilem [41] cursum præstare dicuntur. Leporum coagulo illiro vbere sistitur infantiũ aluus. Iecur asini, admista [42] modicè panace, instillatum in os, à comitialibus morbis & aliis infantes tuetur: hoc x l. diebus fieri præcipiunt. Et pellis [43] asinina iniecta, impauidos infantes facit. Dẽtes qui equis primùm cadunt, facilem dentitionem prę̃stant infantibus adalligati: efficaciùs, si terram non attigere. Lien bubulus in melle editur: & illinitur ad lienis dolores: ad hulcera manantia cum melle. Lien vituli in vino decoctus, tritúsque & illitus, [44] hulcusc ula oris. Cerebrum capræ Magi per anulum aureum [45] traiectum, priùs quàm lac detur, infantibus instillant contra comitiales, cæterósque infantium morbos. Caprinum fimum inquietos infantes adalligatum panno cohibet, maximè puellas. Lacte [46] caprino, aut cerebro leporum perunctæ gingiuæ, faciles dentitiones faciunt. [47] [m] Somnos fieri lepore sumpto in cibis Cato [48] arbitratur: vulgus & gratiam corpori in [49] v i i. dies, friuolo quidem ioco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. Magi felle capræ, sacrificatæ duntaxat, illito oculis, vel sub puluino posito, somnum allici dicunt. Sudores inhibet cornus caprini cinis è myrteo oleo perunctis. Coitus stimulat fel aprugnum illitum: item medullæ suum haustæ: seuum asininum, anseris masculi adipe [50] permisto illitum. Item [51] à coitu equi Virgilio quoque descriptum virus, & testiculi equini aridi, vt potioni interi possint, dextérve asini testis in vino potus [52] pro portione, vel adalligatus brachiali. Eiusdem à coitu spuma collecta [53] roseo panno, & incluſa argento, vt [54] Osthanes tradit. Salpe genitale in oleum feruens mergi iubet septies, eóque perungi [55] pertinentes partes. Bialcon cinerem ex eodem bibi, vel tauri à coitu vrinam, lutóque ipso illini pubem. At è diuerso muris fimo illito, cohibetur virorum Venus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut suis assus, ieiuni cibo sumptus eo die: item hœdinus.

23 ærugine, ac melle. CH.
24 fel purgationibus sub coitu asp. CH.
25 vel sub. Vet.
26 vteri. Ver.
27 ad apij partẽ tertiam. Ver pondere x. apij tertiam. CH.
28 hæc in vellere imponuntur. Masculinum fel. CH.
29 inassata edatur. M. inassam edãt. CH.
30 cum vino & aqua. Alij in vino & aqua. CH.

31 cum pila. Vet.

32 fœtillum vulparum. CH.
33 pessis inspersum. Vet.
34 euulsis pit. trid. seruatur. M.
35 vrinæ capræ potæ. C. H.
36 editur, inueteratus. CH.

37 semine. CH.
38 si sanguine ricini ex boue syluestri nigro lumbi. Ver.
39 Osthanes. Vet.

40 dentienti ámque. Vet.
41 circum. CH.

42 modica. Vet.

43 asini. CH.

44 ad hule Vet.

45 tractum. CH.

46 camino. Gul. mœrè vouse.
47 Somnolos Vet.
48 arbitrabatur. CH.
49 nouem. CH.

50 admixto. CH.

51 ad coitum equi à Virg. CH.
52 pro, in CH. d.

53 russeo. CH.

54 Osthanes. Vet. Onesanax. CH.
55 pectinis. Vet. Quidam, perinei.

ANNOTATIONES.

a Oesypum. Dioscorides, ἔμβραχυ περὶ ἐριώνυ πραγματεύσομαι ὕστερον.
b Nempe dura & ossea chartilago, qualis & cor suspensum continet; ideóque cordis os vocatur.
c De hac re agitur cap. 45. lib. 8. Ibi tamen nulla pumicis huius fit mentio.
d Veneficia quæ partus morantur.
e Tardantes.
f Iecur leporis.
g Inflationibus ac torminibus.
h Distortas.
i Nisi fœtus mortuus sit, aut instante partu.
k Pila: θεσπεσίη σφαῖρα: cuius meminit Galen. lib. 1. περὶ εὐπορ. sub finem.
l Procidentes, vt & aliis fœdis odoribus.
m Quidam superstitiosè conciliando somno leporis pedes nocturno pilcolo alligant. λαγῶ ἀπὸ τοῦ λάσιον quidam dictum volunt: iidem & ἔρωτα ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν, indéque fieri vt leporis caro cibus sit ἐρωτικὸς: de quo extat Martialis epigramma in Lesbiam, & alterum in Alexandrum Seuerum poetæ ἀνωνύμου. Rhodig. c. 30. 26. Vide quæ notata sunt suprà cap. 55. lib. 8.

Mira

MIra prætereà traduntur in eisdem animalibus. Vestigium equi excussum vngula (vt solet plerunque) si quis collectum reponat, singultus remedium[1] esse recordantibus quonam loco id reposuerint. Iecur[2] leporum equinę vngulę[a] simile esse, & [b] rumpi equos qui vestigia luporum sub equite sequantur. Talis suum discordiæ vim quandam inesse. In incendiis si simi aliquid egeratur è stabulis, faciliùs extrahi, nec recurrere oues bouesque. Hircorum carnes virus non resipere, si panem hordeaceum eo die, quo interficiantur, ederint, laserve dilutum biberint. Nullas verò teredinem sentire, Luna decrescente induratas sale. Adeóque nihil[3] omissum, vt leporem surdum celeriùs pinguescere reperiamus. Animalium verò medicinas: si sanguis profluat iumentis, suillum simum ex vino infundendum. Boum autem morbis scuum, sulphur viuum, [c] allium syluestre, [d] ouum coctum: [6] omnia hæc trita in vino dáda, aut vulpis adipem. Carnem Caballinam[7] discoctam, potu suum morbis mederi. Omniũ verò quadrupedum morbis, capram solidam cum corio, & ranam rubetam[8] discoctas. Gallinaceos non attingi à vulpibus, qui [9] iecur animalis eius aridum ederint: vel si pellicula[10] ex ea collo inducta, galli inierint.[11] Similia in felle mustelæ. Boues in Cypro contra tormina hominum excrementis sibi mederi. Non subteri pedes boum, si priùs[e] cornua pice liquida perungantur. Lupos in agrum nó accedere, si capti vnius pedibus infractis, cultróque adacto[12] paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atque ipse defodiatur in eo loco, ex quo cœperit trahi. Aut si vomerem, quo primus sulcus eo anno in agro ductus sit, excussum aratro, focus Larium, quò familia conuenit, absumat:[13] ac lupum nulli[14] animalium nociturum in eo agro, quandiu id fiat. Hinc deinde reuertemur ad animalia sui generis, quæ aut placida nõ sunt, aut fera.

1 ast. CH.

2 luporum. CH.

3 omissum est CH.
4 tardum. M.

5 cum coctum. CH. *Vide num*, concoctũ ánne cũm coctum.
6 omnia hæc, in CH. non leguntur, & videtur glossema grãmaticam discentis.
7 decoctam. CH.
8 decoctas. CH.
9 iocus CH.
10 ex eo collo inducta CH ex ea collo indita M.
11 Similiter. CH.
12 paulatim sanguinis. CH sic; partim illorum, dicimus quanquam semper ferè, sanguinis pro sanguis, illud liabet *nominandi* casu.
13 sic. Vet.
14 animali CH.

ANNOTATIONES.

a Facultate, quæ singultui medetur.
b Diffisso abdomine. Æliano cap. 36. 1. De animal. si casu equus lupi vestigium calcauerit, torpore corripitur. Quadrigæ incitatæ, si quis lupi talũ subliciat, ab equis eo calcato, immobilis currus subsistit.
c Vlpicum. Cato.
d Ouum vnum, gallinaceum, crudum, quod integrum deuores, Cato cap. 71.
e Idem Cato cap. 72.

30 C. PLI.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXIX.

PROOEMIVM.

De origine medicinæ & quando primùm clinice, & quando primùm iatraleptice, & de Chrysippo & Erasistrato, & empirice, & Herophilo, & reliquis illustribus Medicis: & quoties ratio medicinæ mutata sit, & qui primus Romæ Medicus, & quando, & quid de Medicis antiqui Romani iudicauerint, & vitia medicinæ.
CAP. I.

[1] NATVRA remediorum, atque multitudo instantium ac[2] præteritorum, plura de ipsa medendi arte cogunt dicere: quanquam non ignarus[3] sim,[4] nullius antè hæc Latino sermone condita,[5] ancépsque lubricum esse rerum omnium [6] nouarum,[7] talium vtique quàm steriles gratiæ difficultates in promendo: sed quoniam occurrere verisimile est omnium qui hæc [8] cognoscant cogitationi, quonam modo exoleuerint in medicinæ[9] vsu, quæ tam parata atque pertinentia erant:[10] mirúmque & indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorem fuisse,[11] & etiamnum sæpius mutari, cùm sit fructuosior nulla. [a] Diis primùm inuentores suos assignauit, & cælo [12] dicauit. Necnon & hodie [13] multifariàm ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Aesculapium fabulata, quoniam [14] [b] Tyndariden reuocauisset ad vitam. Nec tamen cessauit narrare alios reuixisse opera sua, clara [c] Troianis temporibus, quibus [d] fama certior, vulnerum tamen duntaxat remediis. Sequentia eius (mirum dictu) in nocte densissima latuere vsque ad Peloponnesiacum bellum: tunc eam reuocauit in lucem Hippocrates, genitus in insula Coo, in primis clara ac valida, & Aesculapio dicata. Is cùm fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius Dei quid auxiliatum esset, vt posteà similitudo proficeret, excripsisse ea traditur, atque (vt Varro apud nos credit) [15] iã templo cremato, instituisse medicinam hanc, quæ [e] Clinice vocatur. Nec fuit posteà quæstus modus, quoniam [f] Prodicus Selymbriæ natus,[16] discipulus eius, instituẽs quam vocant [g] Iatralepticen,[17] reunctoribus quoq; Medicorum ac mediastinis vectigal inuenit. Horũ placita Chrysippus ingẽti garrulitate mutauit, plurimúmq; [18] etiam ex Chrysippo discipulus eius Erasistratus, Aristotelis filia genitus. Hic Anthiocho rege sanato c. talẽtis

1 Naturæ. CH.
2 præceptorum. CH.
3 sum. Vet.
4 nulli. CH.
5 ancepsque ac lubricum. Vet. lubricũ ancepsque. Alij Vet.
6 nouarum principiũ. tal Vet. nouar. initiũ tal. Alij Vet.
7 nec aliquid vtique gratiæ, tam steriles difficultates promẽdo Vet nec aliud vtique gratiæ, quã steriles difficultatis in promendo. Alij Vet. & alium vtiq; quàm sterilis gratiæ difficultatis in promendo. M. Omnium optimè CH. & talium vtique, tam sterilis gratiæ, tantæque difficultatis in promendo.
8 nocum. CH.
8 vsu, in CH. d. & mox pro, tam, legitur, iam. Lego, in medicina, quæ iam parata &c.
10 mirum &. Vet.
11 aut etiamnũc. CH. omnino melius.
12 dicauit. CH.
13 multifaria. CH. & M.
14 Thesiden. Vet.
15 iam, in CH d.
16 à discipulis eius, instituit. CH.
17 cultoribus quoque. CH reunctoribus. Dal.
18 &. M. & à Chr. Vet.

donatus est à rege Ptolomæo filio eius, vt incipiamus & præmia artis ostendere. Alia factio ab experimentis se cognominans Empiricen, cœpit in Sicilia,[19] Acrone [20]Agrigentino Empedoclis Physici autoritate commendato. Dissederúntque eæ scholæ: & omnes eas damnauit Herophilus, in musicos pedes venarum pulsu [20] descripto per ętatum gradus. Deserta deinde & hæc secta est, quoniam necesse erat in ea literas scire. Mutata & quam posteà Asclepiades (vt retulimus) inuenerat. Auditor eius Themison fuit, [22] qui quæ inter initia scripsit, illo mox [23] recedente à vita, ad sua placita mutauit. Sed & illa [24] Antonius Musa eiusdem autoritate Diui Augusti, quem contraria medicina graui periculo exemerat.[h] Multos prętereo Medicos, celeberrimósque ex [25] iis Cassios, Calpitanos, Aruntios, Albutios, Rubrios. ccl. H-S. annua mercede iis fuere apud principes. Quorò Strettinius imputauit principibus, quod H-S quingenis annuis contentus esset: sexcenta enim sibi quæstu vrbis fuisse numeratis domibus ostendebat. Par & fratri eius merces à Claudio Cæsare [26] infusa est: censusq;, quanquam [27] exhausti operibus Neapoli exornata, hæredi [28] H-Sccc. reliquere, quantùm ad eam ætatem Aruntius solus. Exortus deinde est Vectius Valens, adulterio Messalinæ Claudij Cæsaris nobilitatus, paritérque eloquentiæ assectator.[29] Is eam potentiam nactus, nouam instituit sectam. Eadem ętas Neronis principatu ad Thessalum [30] transiliuit, delentem cuncta [31] maiorum placita, & rabie quadam in omnis ęui medicos perorantem: quali prudentia ingenioq;, æstimari vel vno argumento abundè potest, cùm monumento suo (quod est [32] Appia via) iatronicen se inscripserit. Nullius histrionum [33] equarúmque trigarij comitatior [34] egressus in publico erat: cum Crinas Massilienśis arte geminata, vt cautior religiosiórque, ad siderum motus ex ephemeride Mathematica cibos dando, horásque obseruando, autoritate eũ præcessit. Nupérque centies H-S reliquit muris patriæ, [35] mœnibus quoque aliis penè non minori summa extructis. Hi regebant fata, cùm repentè [36] ciuitatem Charmis ex eadem Massilia inuasit, damnatis non solùm prioribus Medicis, verùm & balineis: frigidáque etiam hybernis algoribus lauari persuasit. Mersit ægros in lacus. Videbamus senes Consulares vsque in [37] ostentationem rigentes. Qua de re extat etiam [1] Annæi Senecæ stipulatio. Nec dubium est, omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari. Hinc illæ circa ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idé censente, ne videatur [38] accessio alterius. Hinc illa [39] infelicis monumenti inscriptio, turba se medicorum periisse. Mutatur ars quotidie toties interpollis, & ingeniorum Græciæ [40] flatu impellimur. Palámque est, vt quisque inter istos loquendo [41] polleat, [k] imperato rẽ illicò vitæ nostræ necísque fieri: ceu verò non millia gentium sine Medicis degant, nec tamen sine Medicina: sicut populus Romanus vltra sexcentesimum annum, [42] nec ipse in accipiendis artibus lentus, Medicinæ verò etiam auidus, donec expertam damnauit. Etenim [43] percensere insignia priscorum in his moribus cõuenit. Cassius Hemina ex [44] antiquis autor est, primum è Medicis venisse Romam Peloponneso Archagathũ Lysaniæ filium, L. Aemilio,[45] M. Liuio Coss. anno vrbis dxxxv. eíque ius Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emptam ob id publicè. Vulnerarium eum [46] tradũt fuisse vocatum, miréque gratum aduentũ eius initio: mox à sæuitia secandi vrendiq;, transisse nomen [47] in carnificem, & in tædium artem omnésque Medicos: quod clarissimè intelligi potest ex M. Catone, [48] cuius autoritati triumphus atque Censura minimùm conferunt: tantò plus in ipso est. Quamobrem [l] verba eius ipsa ponemus. Dicam de istis Græcis suo loco Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quòd bonum sit [49] eorũ literas inspicere, non perdiscere. Vincam nequissimum [l] & indocile genus illorum: & hoc puta vatem dixisse: [50] Quandocunque ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet. Tum etiam magis, si Medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barbaros necare omnes Medicina. Sed hoc ipsum [51] mercede faciunt: vt fides iis sit, & facilè disperdant. Nos quoque dictitant barbaros, & spureiùs nos, quàm alios [m] opicos, appellatione fœdant. [52] Interdixi tibi de Medicis. Atque hic Cato dcv. anno vrbis nostræ obiit, lxxxv. suo, ne quis illi defuisse publicè tempora, aut priuatim vitę spatia ad experiendum arbitretur.

Quid

19 à Creonte. Vet.
20 Agragantino. CH.
21 discreto. M.
22 ſeque inter initia ad ſcripſit illi, mox præcedente vitia ſua & placita mutauit. CH.
23 excedente à vita. Vet.
24 eiuſdem Ant. Mu. autor Aug. Dal.
25 his Caſsios, Carpe tanos, Arbuntios, Rubrios: ducenaquinquagena his annuales mercedes fuêre. CH.
26 effuſa. Vet.
27 exhauſtis opibus. M. exhauſti operis Neapolis hæredi. CH.
28 ſeſtertia trecenta. Hermol. ſeſtertium trecenties. Budæus.
29 Is & pot. Alij.
30 tranſiit. Ver.
31 maiorũ, in CH. d.
32 in App. Vet.
33 equorumque. CH.
34 cor. in publicum. Vet. regreſſus è publico. Alij Vet.
35 mœnibuſque. CH.
36 ciuitate. M. Charmis. CH. leg. ciuitatẽ Marcus. Charmis.
37 oſtentione. CH.
38 aſſertio. M.
39 infelix. CH.
40 fiſtu. Vet.
41 pollet. Vet. valeat. CH.
42 neq;. M. & CH.
43 recenſere. CH.
44 antiquiſſimis. CH.
45 L. M. Iulio. CH.
46 fuiſſe credunt, miréque. CH.
47 in carnifices. CH.
48 cui autoritatis. Alij.
49 illorum. CH.
50 Quandoque. CH.
51 mercedes facient. CH.
52 interdicit ibi. Vet.

Quid ergo? damnatam ab eo rem vtiliſſimam credimus? Minimè hercule. ſubiicit enim qua medicina & ſe & coniugem vſque ad longam ſenectam perduxerit, iis ipſis ſcilicet, quæ nunc nos [53] tractemus. Profitetúrque esse commentarium ſibi, quo medeatur filjo, [54] ſeruis familiaribus,[55] quem nos per genera vſus ſui differimus. Non rem antiqui damnabant, ſed artem. Maximè verò quæſtum esse [56] immani pretio vitæ [57] recuſabat. Ideò templum Aeſculapij, etiam cùm reciperetur is Deus,[n] extra vrbem feciſſe, iterúmque in inſula, traduntur. Et cùm Græcos Italia pellerent, diu etiam poſt Catonem excepiſſe Medicos. Augebo [58] prouidentiam illorum. Solam hanc artium Græcarum nondum exercet Romana grauitas in tanto [59] fructu, pauciſsimi Quiritium attigere, & ipſi ſtatim ad Græcos [60] transfugæ. imò verò autoritas aliter quàm Græcè eam tractantibus, etiam apud imperitos expertéſque linguæ, non est. Ac minùs credunt, quæ ad ſalutem ſuam pertinent, ſi intelligunt. Itaque hercule in hac artium ſola euenit, vt cuicunque Medicũ ſe [61] profeſſo ſtatim credatur, cùm ſit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur: adeò blanda est ſperandi pro ſe cuique dulcedo. Nulla prætereà lex, quæ puniat [62] inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ. Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt: Medicóque tantùm hominem occidiſſe impunitas ſumma est. Quinimò tranſit [63] conuitium, & intemperantia culpatur. vltróque qui periere arguuntur. Sed [o] decuriæ pro more cenſuris principum examinantur: inquiſitio per [64] parietes agitur: & qui q de nummo iudicet, à Gadibus colũníſque Herculis [65] accenſitur: [r] de exilio verò [66] non niſi die xl. quinque electis viris datur tabella.[s] At de [67] iudice ipſo quales in conſilium eunt, ſtatim occiſuri? Meritò, dum nemini noſtrũm libet ſcire, quid ſaluti ſuæ opus ſit. [t] Alienis pedibus ambulamus: alienis oculis agnoſcimus: aliena memoria ſalutamus: aliena viuimus opera. Perierúntque rerum naturæ pretia & vitæ argumenta. Nihil aliud pro noſtro habemus, quàm delicias. Non deferam Catonem [68] tam ambitioſæ artis inuidię à me obiectum, aut Senatum illum qui ita cenſebat, idq; non criminibus artis arreptis, vt aliquis expectauerit. Quid enim [69] venenorũ fertilius, aut vnde plures teſtamentorum inſidiæ? Iam verò & adulteria etiam in principum domibus, vt Eudemi in Liuia Druſi Cæſaris: item Valentis, in qua dictum est regina. Nõ ſint artis iſta, ſed hominum. Non magis hæc vrbi timuit Cato, vt equidem credo, quàm reginas. Ne auaritiam quidem arguam, rapacéſq; nundinas [70] pendentibus faris, & [u] dolorum indicaturam, ac mortis arrham, aut [x] arcana præcepta. Squamã in oculis [71] [y] emouendam potiùs, quàm extrahendam: per quæ effectum est, vt nihil magis prodeſſe videretur, quàm multitudo graſſantium. Neq; enim pudor, ſed æmuli pretia ſummittũr. Notum est ab eodem Charmide vnum ægrum ex prouincialibus H-S ducentis [72] conductũ: Alconti vulnerum Medico H-S. C. damnato ademiſſe Claudium principem. Eidemq; in Gallia exulanti, & deinde reſtituto acquiſitum nõ minùs intra paucos annos. Et hæc perſonis imputentur. Ne fæcem quidem aut inſcitiam eius turbæ arguamus, ipſorumq;[73] intemperantiam in morbis, aquarum calidarum diuerticulis; imperioſam inediam, & ab iiſdem deficientibus cibos ſæpius die ingeſtos, mille prætereà pœnitentiæ modis, culinarum etiam præceptis & vngùentorum miſturis, quando nullas omiſere vitæ illecebras. Inuehi peregrinas merces, conciliariq;[74] [z] extrema pretia, diſplicuiſſe maioribus crediderim equidem, non tamen hoc Catonem prouidiſſe, cùm damnaret artem. Theriace vocatur excogitata compoſitio luxuriæ. Fit ex rebus externis, cùm tot remedia dederit natura, quæ ſingula ſufficerent.[75] Mithridaticum antidotum ex rebus liiii. componitur, interim nullo pondere æquali, & quarundam rerum [76] ſexageſima denarij vnius imperata. Quo Deorum [77] perfidiam iſtam monſtrante? Hominum enim ſubtilitas tanta eſſe non potuit. Oſtentatio artis & portentoſa ſcientiæ venditatio manifeſta est. Ac ne ipſi quidem illam nouere. Comperíque vulgò pro cinnabari Indica in medicamenta miniũ addi, inſcitia nominis, quod eſſe venenum docebimus inter pigmenta. Verùm hæc ad ſingulorum ſalutem pertinent. Illa autem, quæ timuit Cato, atque prouidit, innocentiora multò & parua [78] opinatu, quæ proceres artis eiuſdem in ſemetipſis fatẽtur. Illa perdi-

Ooo 2 dere

53 trademus. M. tra-ctemus. Dal. quæ nũc no-bis tractamus. CH.
54 ſeruiſque. Ver.
55 quæ nos e differemus. M. quem nos &c. digerimus CH.
56 immanem Ver. in manupretio. Alij Ver. manipretio. CH.
57 recuſabant. M. & CH.
58 prudentiam. Ver.
59 fructu. Quiritum pauciſs. CH.
60 transfugêre. M.
61 profitenti. M.
62 inſcitiam eam capitale nullum exẽpl. CH.
63 in connic. Vet.
64 pirentes. Ver. parietes. Alij Vet.
65 arcuisitor. CH.
66 non niſi xlv. electis. CH
67 medio ipſo &c. occiſuro. Ver.
68 iam ambitione. CH.
69 Veneno. M.
70 impendentibus. Vet.
71 remouẽdam. Vet. amouẽdam Alij. Ver.
72 reconductum. CH.
73 intemperiem. Ver.
74 extremo pretio. Vet. externa pretia. Alii. & CH.
75 Mithridatium. CH.
76 parte ſexag. Vet.
77 per fidẽ iſta. CH.
78 opinato. CH.

dere imperij[79] mores, illa quæ ſani patimur, luctatus, ceromata, ceu valetudinis cauſa inſtituta, balineæ ardentes, quibus perſuaſere in corporibus cibos coqui, vt nemo non minùs validus exiret, obedientiſſimi verò efferrentur. Potus deinde ieiunorum ac vomitiones, & rurſus[80] perpotationes, ac[A] pilorum euiratio inſtituta reſinis eorum: Itémque pectines[81] in fœminis quidem publicati.[82] Ita eſt profectò, lues morum, nec aliunde maior, quàm è medicina, vatem prorſus quotidie facit Catonem, & oraculum: Satis eſſe ingenia Græcorum inſpicere, non perdiſcere. Hæc fuerint dicenda pro Senatu illo, ſexcentiſque populi Romani annis aduerſus artem, in qua conditione inſidioſiſsima autoritatem peſsimis boni faciunt: ſimul contra attonitas quorundam perſuaſiones, qui prodeſſe niſi pretioſa non putant. Neque enim dubitauerim, aliquibus faſtidio futura quæ dicentur animalia: at non Virgilio[83] fuit nominare formicas nulla neceſsitate, & curculiones, ac lucifugis congeſta cubilia blattis: non Homero[B] inter prælia Deorum improbitatem muſcæ deſcribere: non naturæ gignere iſta, cùm gignat hominem. Proinde cauſas quiſque & effectus, non res, æſtimet. Ordiemur autē à[84] confeſsis, hoc eſt, lanis ouiſque, vt obiter rebus præcipuis honos in primis perhibeatur. Quædam etiam[85] ſi alienis locis, tamen obiter dici neceſſe erit. Nec[86] deerat materiæ pompa, ſi quicquam aliud intueri liberet, quàm fidem operis. Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phœnicis nidóque medicinis, ceu verò id certum eſſet, atque non fabuloſum. Irridere eſt, vitæ remedia poſt milleſimum annum reditura monſtrare.

79 mores, quæ. Vet.

80 ſuperpotationes. Vet.
81 in, Vet.d.
82 Iſta profectò lues. Vet.

83 nefas fuit. Cod. aut.

84 confeſsis. Vet.
85 ſic. CH.

86 deeſſet. M.

ANNOTATIONES.

a Videlicet Apollini & Æſculapio. Agenore & Cheironem medicinam primos feciſſe ſcribit Plutarchus in Symposiacis lib. 3. Quæſt. 1.
b Theſidem. Hippolytum Theſei & Hippolytes reginæ Amazonum filium, ab equis diſcerptū Plutarchus in Parallelis hiſt. 34.
c Machaone & Podalyrio Æſculapij filiis in eam expeditionem profectis.
d Celſus in proœmio.
e Cubicularia, lectularia, ſic dicta ab inuiſendis & tractandis ægris decumbentibus.
f Herodicus apud Plutarchum ex Platone, libro De iis qui ſerò à numine puniuntur.
g Vnguentariam, quæ frictionibus, ac oleorum illitu morbos curat, & bonam valetudinem tuetur. Athleticam medicinæ addidiſſe Plutarchus ſcribit.
h Mirum inter medicos famoſos præteritum Craterum, de quo Cicero multis locis ad Atticum. Perſius,

Sed quid opus Cratero magnos promittere montes? Horat.
Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger.--

Porphyrius lib. *περὶ ἀπεχῶν ἐμψύχων*, memorata etiam rara hiſtoria ſeruli eius, qui, cùm caro ab oſſibus diſcederet & defluereret nouo inauditóque morbo, eſu viperę in modum piſcis præparatæ ſanatus eſt. Victorius cap. 12. 9.
i Lib. 7. epiſtol. ad Lucilium. *Memor artificij mei veteris, frigidæ cultor, mitto me in mare, quo modo pſychrolutem decet, gauſapatus.* Et rurſum lib. 12. *Ille tantus pſychrolutes, qui Calend. Ianuariis euripum ſaluabam, qui anno nouo quemadmodum ſcribere, legere, dicere aliquid, ſic auſpicabar in Virginem deſilire, primùm ad Tiberim tranſtuli caſtra.* Horat. 1. lib. epiſt. ad Vallam.

--gelida dum perfluor vnda
Per medium frigus,--

Eò pertinet iocus Plauti in Rudente,

Ædepol Neptune es balneator frigidus,
Cum veſtimentis, poſteaquam abs te abii, algeo.

k Eſt apud Iuriſconſultos Alpheni reſponſum de patrono medico, qui ſperabat, ſi liberti ſui medicinam non facerent, multò plures imperantes ſibi habiturum: quo ex loco medicis ægros, non ægris medicos imperare colligunt. Medico ſanè magis imperium conuenit, merces tamen, cuius gratia circumambulat, dum ægros inuiſit, autoramentum quoddam ſeruitutis eſt. Quinetiam blandiri & aſſentari ægris, magnaſque non raro moleſtias deuorare vt ipſis mongeretur, velut quædam vis ac neceſsitas eſt non ſecùs, ac ſi regis tyrannive ſubeſſet imperio. Huc pertinet locus Senecæ cap 16. 6. de Benef. *Quare medico & præceptori plus quiddam debeo, nec aduerſus illos mercede defungor? quia ex medico & præceptore in amicum tranſeunt, & nos non, nec quam vendunt obligant, ſed benigna & familiari voluntate. Itaque medico, qui nihil amplius quàm manum tangit, & me inter eos quos perambulat ponit, ſine vllo affectu facienda vitandaque præcipient, nihil amplius debeo, quia me non tanquam amicum videt, ſed tanquam imperatorem.* Duarenus cap. 54. 1. Anniuerſ.
l Hæc ex epiſtulis, quarum mentio apud Sextum Pompeium.
m Opicus ἀβρωστοπόδης, cui os ſpurcum. Opici populi Italiæ fuerunt inhoneſti, & obſcœni, vt in vitium nomen abierit. Auſonius Eunum ligniterorem magiſtrum, opicum vocat. Turn. cap. 12. lib. 10. Aduerſar.
n Vide cauſſas apud Plutarchum in Quæſt. Roman. quæſt. 94.
o Erant Romæ decuriæ quinque, in ſingulis 100. ciues, qui iudices, non equites dicti. Conſtitutum erat, ne cui ius id eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, auoque paterno ſeſtertia cccc. cenſus eſſet. Eius principum cenſura fiebat examen, & inquiſitio per parentes (ſic enim legendum, non parietes) agebatur. Vide infrà cap. 1. lib. 33.
p Vel, per parentes, vt diximus: vel, per partes. Quintilianus li. 5. Centumuiralium partes in haſtas duas diuiſas memorat. Cognoſcebāt autem Centumuiri de hæreditatibus, quæcunque de cauſa peterentur, ſiue ab inteſtato, inofficioſo, iniuſto, falſo teſtamento. Hæreditatis petitionem Centumuirale iudicium vocat Iuſtinianus l. vlt. Cod. de hæred. pet. Diuidebatur in partes, ſiue haſtas, ſiue conſilia, ſiue tribunalia (tot enim nominibus vtebantur) duas, vel quatuor, pari numero iudicum conſtantes Plinius lib. 6. Epiſt. *Quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Cedebant iudices centum & octoginta, tot enim quatuor conſiliis conſeribuntur.* Et paulò pòſt. *Duobus conſiliis vicimus, totidem victi ſumus.* Marcellus l. ſi pars. de inoff. teſtam. Papinianus l. cùm filius. de legat. 2. Cùm filius diuiſis tribunalibus actionem inofficioſi mattis perturbaſſet, atque ita variæ ſententiæ iudicum extitiſſent. Reginaldus.
q Ait ærāis Tribunos non temere legi & creari, ſed magna cum diligentia & iudicio, vt potiùs à Gadibus columniſque Herculis, ideſt, ab vltimis terris, orbiſque finibus accerſantur. Vide Aſcon. Pædianum.
r Certus is magiſtratus non fuit, vt Triumuirorum capitalium. Eligi ex Senatu veteri inſtituto ſolebāt. Honorius & Theodoſius poſtea ſortitò ad criminalium cauſſarum iudicia vocari inſſerūt, & de ſummis optimos legi. Nomine reorum delato & recepto, trigeſimo poſt die iudex dabatur, qui quadrageſimo tandem reā de tabula vel damnabat, vel abſoluebat. Vide Pithœum cap. 19. li. 2. Aduerſar.
r De medico ipſo (quem tranſlatè iudicem vocat, quia ægrum iudicat & morte damnat) ſtatim occiſuro (ita enim reponendum) nulli conſultant, & peritiæ periculum faciunt.
t Lecticarios, anagnoſtas, & nomenclatores exprobrat.
v Pactam cum ægris pecuniam, vt eorum dolores ſedentur.
x *παραδόξως*, vulgi fidem & opinionem excedentia, quæ non niſi ingenti pretio euulgantur, aut communicantur.
x Deorſum pellendam aeu.
z Idem argumentum tractatur, ſed preſſiùs, cap. 1. lib. 24.
A Hoc *περιτιλμὸν τῆ πίττῃ* vocant Græci, qua *μαλακία*, ideſt, molles euitantur & vulſi fiunt. Virilitatis autem etiam ſignum & indicium pili. Reſina autem pilari ſolitos olim nunc molles & effœminatos viros, nūc quibuſdam ſacris addictos, vt Iſidis caluos, ex veterum ſcriptis manifeſtiſſimum eſt. Iuuenalis,

--reſinata iuuentus.

Martialis, *Nec plena turpi matrix olla reſina,*
Summæniana qua pilantur vxores.
Idem, *Nuntiat octauam Pharus iam tibi lucifer horam,*
Atque pilata redit iamque, ſubique cohors.
B Iliados, φ. Τίπτ' αὖ νῦ μοι ἔπειτα βόες λιθὰ ἐκκεκάδοντες
Θάσσους ἄπτερος ἔγχεος;

De medicinis lanarum. CAP. II.

LAnis autoritatem veteres Romani etiam religioſam habuere,[a] poſtes à nubentibus[1] attingi iubentes. Prætérque cultum & tutelam contra frigora,[b] ſuccidæ plurima præſtāt remedia ex oleo vinóque aut aceto, prout quæque mulceri morderive opus ſit, & aſtringi laxariue, luxatis membris, dolentibúſque neruis impoſitæ, & crebrò[c] ſuffuſæ. Quidam[2] etiam ſalem admiſcent luxatis. Alij cum lana ruram tritam adipémque imponunt. Item contuſis tumentibúſque. Halitus quoque oris gratiores facere traditur, confricatis dentibus atque gingiuis admiſto melle. Prodeſt & phreneticis ſuffitu. Sanguinem in naribus ſiſtit cum oleo roſaceo,[3] & alio modo indita auribus obturatis ſpiſſius. Quin & hulceribus vetuſtis imponitur cum melle. Vulnera ex vino, vel aceto, vel aqua frigida & oleo expreſſa ſanat. Arietis vellera lota frigida ex oleo madefacta, in muliebribus malis inflammationes vuluæ ſedant. Et ſi procidant, ſuffitu reprimunt.[4] Succida lana impoſita ſubditáque mortuos partus euocat. Siſtit etiam profluuia[5] earum. At canis rabioſi morbus inculcata poſt diem ſeptimum ſoluitur. Reduuias ſanat ex aqua frigida. Eadem nitro, ſulphure, oleo, aceto, pice liquida[6] ferucntibus tincta, quàm calidiſſima impoſita bis die, lumborum dolores ſedat. Sanguinem[7] ſiſtit ex ariete ſuccida, articulos extremitatum[d] præligans. Laudatiſſima omnis è collo, natione verò Galatica, Tarentina, Attica, Mileſia. Succidam imponunt & deſquamatis, percuſſis, liuidis, incuſſis, colliſis, contritis, deiectis, capitis & aliis doloribus, ſtomachi inflammationi ex aceto & roſaceo. Cinis eius illinitur attritis, vulneratis, ambuſtis. Etin oculorum medicamenta additur: item in fiſtulas auréſque ſuppuratas. Ad hæc detonſam eam,[8] alij verò euulſam deciſis ſummis partibus ſiccant, carpúntque, & in fictili crudo componunt, ac melle perfundunt[9] vtrunque. Alij aſſulis tedæ ſubiectis, & ſubinde interſtratis, oleo aſperſam accedunt, cinerémque in labellis aqua addita confricant manu, & conſidere patiuntur, ſdque ſæpius mutantes aquam, donec linguam aſtringat leniter, nec mordeat. Tum cinerem reponunt.[e] Vis eius[10] ſeptica eſt, efficaciſſiméque genas purgat. Quin ipſæ ſordes pecudum ſudórque feminum & alarum adhærentes lanis (œſypum vocant) innumeros propè vſus habent. In[f] Atticis ouibus genito palma. Fit pluribus modis, ſed probatiſſimum, lana ab his partibus recenti concerpta, aut quibuſcunque ſordibus ſuccidis primùm collectis,[11] ac lento igni in æneo[12] vaſe ſubferuefactis & refrigeratis, pinguíque quod[13] ſupernatet, collecto in fictili vaſe, iterúmq; decocta priori materia: quæ pinguitudo vtraque frigida aqua lauatur, & in linteo[14] ſiccatur, ac Sole torretur, donec candida fiat ac tranſlucida. Tum in ſtannea pyxide conditur. Probatio autem, vt ſordium virus oleat, & manu fricante ex aqua non liquetur, ſed albeſcat vt ceruſa. Oculis vtiliſſimum contra inflammationes[h] genarúmq; callum. Quidam in teſta torrent, donec pinguedinem amittat, vtilius tale exiſtimantes eroſis & duris genis, angulis ſcabioſis & lacrymantibus. Hulcera non oculorum modò ſanat, ſed oris etiam & genitalium, cum anſerino adipe. Medetur & vuluæ inflammationibus, & ſedis rhagadiis & condylomatis cum meliloto ac butyro. Reliquos vſus eius ſuo loco digeremus. Sordes quoque caudarum concretæ in pilulas, ac ſiccatæ per ſe tuſæq; in farinam & illitæ dentibus mirè proſunt, etiam labantibus, gingiuíſque, ſi carcinoma ſerpat. Iam verò pura vellera aut per ſe impoſita[i] cæcis doloribus, aut accepto ſulphure: & cinis eorum genitalium vitiis. Tantúmque pollent, vt medicamentis quoque ſuperponantur. Medentur ante omnia & pecori ipſi, ſi faſtidio non paſcatur. Cauda enim quàm arctiſſimè præligata, euulſa inde lana, ſtatim veſcuntur. Tradúntque quod extra nodum ſit è cauda præmori.

1 cā cingi. Lipſ.

2 &. M.

3 & allio modico indito. M.

4 Succidæ lanæ &c. euocant. CH.

5 vuluarum. M.

6 ferbefcētibus. CH.

7 Siſtit & ſanguinē. Cn.

8 alij euulſam. CH.

9 vruntque. Vet. & Dioſc.

10 ſmectica eſt. Dioſc.

11 &. Vet.
12 vaſe, ſio CH d.
13 ſuperiacet. CH.

14 ſiccatur. Vet.

ANNOTATIONES.

a Ædium, in quas accedebat ſponſa, ianua, marito illam operiente, lana cingebatur & coronabatur, lauroque multa ornabatur: poſtes etiam vittis laneis contegebantur, quas ab interroſſa tangi mos erat, & adipe ſuillo oleoque, vel lupino vngi, ne quid venefici um aut peſtilens domui noceret: qua ſuperſtitione & magi ſelle nigri canis domos ſuffiebant, & genitale ſub limine defodiebant. Alex. ab Alex. cap. 5. 2. Scribit idem ibidem, ſponſas,

cùm ex domo patris ad maritum prodibãt, colum lana compta & fusum cum stamine gestare solitas. Quod testatur & Plutar. ὁ νύμφη, inquiens, ἀναίρησι μοῦ ἠλακάτην, καὶ τὸν ἄτρακτον: additque, quod propius huic loco est, ἵνα ἡ πίν ὕδραν ποιησάμενοι τὸ ἄνθος. Nec prætereundum quod tradit Rhodig. cap. 14. lib. 27. in lanata pelle nouas nuptas sedere solitas, vel more veteris, quòd priscis temporibus in pellium stratis dormirent: vel quòd lanificium viro præfuturas se eo symbolo pollicerentur. Plinius hic tacet cingulum ex ouis lana factam, quod nouæ nuptæ in lecto vir soluebat: apud Verrium Flaccum.

b Succidam lanam oscam Varro à Nævio dici tradit, Festus & Solocem.

c Olei, aceti, vini liquore.

d Vinculis adstrictione valida dolorem excitantibus.

e Pœni editorum infantium venas in capite lana fuccida inurũt, vt defluentem pituitam sistant. Pari consilio Æthiopes statim natorum frontem vrunt, vt capitis & oculorum superuacuum humorem exsiccent. Alex. ab Alex. cap. 25. lib. 2.

f Quæ thymo pascuntur.

g An, faccatur? vt lib. 20. cap. 19. ideſt, per colum transmittitur. Dioscorides ramen habet, in fictilem patellã coniici, quæ aquã calidam habeat: inteo vas operiri, insolari, donec candida fiat & satis crassa.

h Ciliorum, τῶν βλεφάρων.

i Internarum partium, vel quorum causa ignorat.

De ouorum natura. CAP. III.

LAnæ habent & cum ouis societatem simul fronti impositæ contra epiphoras. Non opus est eas in hoc vsu [a] radicula esse curatas: neque aliud, quàm candidum ex ouo, infundi ac pollinem thuris. Oua per se infuso candido oculis epiphoras cohibent, vrentésque refrigerant. Quidam cum croco præferunt, & pro aqua miscent collyriis. Infantibus verò contra lippitudines vix aliud [1] remedium est, butyro admisto recenti. Eadem cum oleo trita ignes sacros leniunt, betæ foliis superilligatis. Candido ouorum in oculis & pilis reclinantur Hammoniaco trito admistóque. Et vari in facie cum pineis nucleis, ac melle [2] modico. Ipsa facies illita Sole non aduritur. Ambusta aquis si statim ouo occupentur, pustulas non sentiunt. Quidam admiscent farinam hordeaceam, & salis parùm. Hulceribus verò ex ambusto cum candido ouorum tostum hordeum & suillo adipe, mirè prodest. Eãdem curatione ad sedis vitia vtuntur: infantibus quidem, etiam si quid ibi [3] procidat. Ad pedum rimas ouorum candido decocto cum ceruſſæ denariorum duũm pondere, pari spumæ argenti, myrrhæ, exiguo deinde vino. Ad ignem sarum, candido ouorum trito cum amylo. Aiunt & vulnera candido glutinari, calculósque pelli. Lutea ouorum cocta vt indurescant, admisto croco modicè, item melle & lacte mulieris illita, dolores oculorum mitigant. Vel cum rosaceo & mulso lana oculis imposita, vel cũ trito apij semine ac polenta in mulso illita. Prodest & tussientibus per se luteum deuoratum liquidum, ita vt dentibus non attingatur: thoracis distillationibus, faucium scabritiæ. Priuatim contra hæmorrhoidum morsum illinitur, sorbetúrque crudum. Prodest & renibus, vesicæ rosionibus exhulcerationibúsque, & cruenta excreantibus. Quinque ouorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysentericis, cum [4] iure putaminis sui & papaueris succo [5] ac vino. Dantur cœliacis cum vuæ passæ pinguis pari pondere, & [6] malicorio, per triduum æquis portionibus. Et alio modo lutea ouorum trium [7] lardi veteris & mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus trita ad crassitudinem mellis, & cùm opus sit, auellanæ nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta terna, totis ouis pridie maceratis in aceto. [8] Sic & lienicis. Sanguinem autem reiicientibus cum tribus cyathis musti. Vtuntur iisdem ad liuentia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. Sistunt & menses mulierum cocta, [9] & ex vino pota inflationes quoque vuluæ cruda cum oleo [10] ac vino illita. Vtilia sunt & ceruicis doloribus cum anserino adipe & rosaceo. Sedis etiam vitiis [11] durata igni, vt calore quoque prosint. Et condylomatis cum rosaceo. Item ambustis durata [12] ex aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo illinuntur. Fiunt & tota lutea, quæ vocant schista, cùm triduo [13] incubata tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant [b] pulli ouorum cum gallæ dimidio, ita ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant & dysentericis pullos in ipso ouo decoctos, admista vini austeri hemina, & pari modo olei polentæq; Membrana putaminis detracta siue crudo, siue cocto, labiorum fissuris medetur. Putaminis cinis in vino potus, sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet: sic fit & dentifricium. Idem cinis & mulierum menses cum myrrha illitus sistit. Firmitas putaminum tanta est, vt recta nec vi nec pondere vllo frangantur, nec nisi [14] paululum inflexa rotunditate. [15] Tota oua adiuuant partum, cum ruta, & anetho, & cumino pota [16] ex vino. Scabiẽ corporum ac pruritum oleo & cedria mistis tollunt. Hulcera quoque humida in capite cyclami

r remedium conuenientius est. Vet.

2 mixto. CH. modico tolluntur. Vet.

3 procedat. CH.

4 cinere. CH. mira. M forsan, farina pulnere. Vet.

5 aut vino. Vet

6 malicorij M & CH.

7 cum lardi Vet lardi CH.

8 Sicẽ illita lienicis. Vet.

9 & in eo vino. CH.

10 aut CH.

11 indurata. CH.

12 in. CH.

13 incubita. CH.

14 paulum. CH.

15 Tosta. CH. nõ prio bo

16 è vino. CH.

clamino admista. Ad puris & sanguinis excreationes ouum crudum cum porri sectini succo, pariſque mensura mellis Græci calefactum hauritur. Dantur & tussientibus cocta & trita cum melle, & cruda cum passo oleíque pari modo. Infunduntur & virilibus atris vitiis singula cum ternis passi cyathis, amylíque semuncia à balineis. Aduersus ictus serpentium cocta tritáque adiecto nasturtio illinuntur. Cibo quot modis iuuent notum est, cùm transmeant faucium tumorem, calfactúque obiter foucant. Nullus est alius cibus, qui in ægritudine [17] alat, neque oneret, simúlque [18] vim potus ac cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in [19] pane subactis cœliaci recreantur. Quidam ita resoluta in patinis torreri vtiliùs putant. Quo genere non aluos tantùm, sed & menses fœminarum sistunt, aut si maior sit impetus, cruda cum farina [20] ex aqua hauriuntur, & per se lutea ex iis [21] decocta in aceto, donec indurescant: iterúmque cum trito pipere [22] torrentur ad cohibendas aluos. Fit & dysentericis remedium singulare, ouo effuso in [23] fictili nouo, eiusdémque oui mensura, vt paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo, confusis crebróque permistis. Quo fuerint ea excellentiora, hoc præsentius remedium erit. Alij eadem mensura pro oleo & aceto [24] resinam adiiciunt rubentem, vinúmque: & alio modo temperant, olei tantùm mensura pari, pineíque corticis duabus sexagesimis denariorũ, [25] vna eius quod [26] rhus diximus, mellis obolis quinque simul decoctis, ita vt cibus alius post quatuor horas sumatur. Torminibus quoque multi medentur, oua bina [27] cum aliis piscis quatuor [28] vnà atterendo, viníque hemina calefaciendo, atque ita [29] potui dando. Et ne quid desit ouorum gratiæ, candidum ex his admistum calci viuæ glutinat vitri fragmenta. Vis verò tanta est, vt lignum perfusum ouo non ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ouis tantùm locuti sumus, cùm & reliquarum alitum reflent magnæ vtilitates, sicut suis locis dicemus. Prætereà est ouorum genus in magna Galliarum fama, omissum [30] Græcis. Angues innumeri æstate conuoluti, saliuis faucium corporúmque spumis artifici complexu [31] glomerantur, [32] anguinum appellatur. Druidæ sibilis id dicunt in sublime iactari, sagóque oportere intercipi, ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo: serpentes [33] enim insequi, donec arceantur amnis alicuius interuentu. Experimentum eius esse, si contra aquas fluitet vel auro vinctum. Atque, vt Magorum solertia occultandis fraudibus sagax, certa Luna capiendum censent, tanquam congruere [c] operationem eam serpentium humani sit arbitrij. Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine, crusta cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, insigne Druidis. Ad victorias litium ac regum aditus mirè laudatur: tantæ vanitatis, vt habentem id in lite in sinu equitem Romanum [34] è Vocontiis, à Diuo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam. Hic tamen complexus anguium & [35] efferatorum concordia, [36] causa videtur esse, quare exteræ gentes [d] caduceum in pacis argumentis circundata effigie anguium fecerint. Neque enim [e] cristatos esse in caduceo mos est. De anserum ouis magnæ vtilitatis, ipsóque anſere dicturi hoc in volumine, debemus honorem & Comagenorum clarissimæ rei. Fit ex adipe anserum, alioquin celeberrimi vsus est ad hoc in Comagene Syriæ parte cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ [f] Comagene vocatur, obrutis niue vasis, odore iucundo, vtilissimum ad perfrictiones, conuulsiones, cæcos [37] ac subitos dolores, omniáque quæ acopis curantur: vnguentúmque pariter ac medicamentum est. Fit & in Syria alio modo, adipe auium curato, vt diximus, additis eryſisceptro, xylobalsamo, phœnice elate, item calamo, singulorum pondere, qui sit adipis, cum vino bis aut ter [38] subferuefactis. Fit autem hyeme, quoniam æstate non [39] glaciat: nisi acceptã cera. Multa præterea remedia sunt ex anſere, quod miror, æquè quàm [40] capris. Nanque anſer coruúsque ab æstate in autumnum morbo conflictari dicuntur. De anserum honore, quem meruere Gallorum in Capitolium ascensu deprehenso, diximus.

17 magis alat. Vet.

18 vini vim M.

19 panem. CH.

20 &. CH.

21 decoctorum. CH.

22 torreantur. CH.

23 fictile nouũ. Vet.

24 rhu adiiciunt rubens. Vet.

25 vna eius. Vet.

26 rhum. CH.

27 cum allij spicis. Quidam legunt ex Vet. cod.

28 vnà terendo CH.

29 potando. CH.

30 à Græcis. Vet.

31 glomerari generant id quod ang. Alij.

32 omnium appellantum. CH.

33 cum. Vet.

34 euocatum, à Diuo &c. M. euocãtem. CH.

35 frugifera eorum concordia. CH.

36 in causa. CH.

37 aut. CH.

38 CH. subferuefactum.

39 glaciatur. Vet.

40 pancharis. CH.

ANNOTATIONES.

a τῷ ῥιζοβόλῳ. Nam, vt Dioscorides ait, πότῳ ἐριπωθέται χρῶνται πρὸς ἀδάκρυτα τῶν ἐρίων. Quidam ineptè legit, rudicula.

b Oua suo pullo plena, reficcata, & in puluerem trita.

c Oui partum, anguium saliuationem.

d τὸ κηρύκειον, τῶν ὀφεων ἐμπεπλεγμένων ῥάβδον. Multa de caduceo Rhodig. cap. 16. 21. multa Macrobius in Saturnal. Serpentes eos binos in summa contari

caducei parte ſpiris circumplexos fuiſſe, tanquàm aduerſa ſibila efflantes, ἵφεις κεκαυκωνισμένους, ἡγοὶ ἐμπεπλεγμένους, Græci narrãt, πρὸς συνδιαλύσεων, ἐπὶ εἰρήνης ἔρωσι, ἀφοσιώσεως, ſœcialium inſigne, ac legatorum, qui de pace faciẽda, contrahendo fœdere, pactiſcendis inducijs mittebantur. Hadr. Iun. cap. 20. 5.

c Criſtati quid in angues ſunt. Criſta galearum & caſſidum ornamentum & inſigne eſt. Si ergo caducei anguis criſtati forent, magis bellum indicarent, quàm pacem.

f Syriacam nardum eſſe putant: alij comacum Theophraſti.

g Quæ odoris ſuæ acrem minuit.

Remedia de cane, & ex animalibus quæ placida non ſunt, ſed fera, & ex volucribus, & contra morſus phalangiorum.
CAP. IIII.

EAdem de cauſa [a] ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani, viui [b] in furca ſambucea arbore fixi. Sed plura de hoc animali dici cogunt priſcorum mores. Catulos lactentes adeò puros exiſtimabant [c] ad cibum, vt etam placandis numinibus [d] hoſtiarum vice vterentur his. Genito manè catulo res diuina fit, & in cœnis Deûm etiamnum ponitur catulina. [e] Aditialibus quidem epulis celebrem fuiſſe, Plauti fabulæ indicio ſunt. Sanguine canino contra toxica nihil præſtantius [f] putatur. Vomitiones quoque hoc animal monſtraſſe homini videtur. Et alios vſus ex eo mirè laudatos referemus ſuis locis. Nunc ad [g] ſtatutum ordinem pergemus. Aduerſus ſerpentium ictus efficacia habentur, ſimum pecudis recens in vino decoctum illitúmque: mures diſſecti & impoſiti, quorum natura non eſt ſpernenda, præcipuè in aſſenſu ſiderum (vt diximus) cum lumine lunæ fibrarum numero creſcente [3] ac decreſcente. Tradunt magi, iocinere muris dato porcis in fico, ſequi dantem id animal. In homine quoque ſimiliter valere, ſed reſolui cyatho olei poto. Muſtelarum duo genera: alterum ſylueſtre. [4] Diſtant magnitudine. Græci [f] vocant ictidas. Harum fel contra aſpides dicitur efficax, [g] cæterò venenum. Hæc autem quæ in domibus noſtris oberrat, & catulos ſuos [h] (vt autor eſt Cicero) quotidie transfert, [i] mutátque ſedem, [k] ſerpentes perſequitur. Ex ea inueterata ſale denarij pondus [5] in cyathis tribus datur [6] percuſſis, aut ventriculus coriandro fartus inueteratúſque & in vino potus. Et catulus muſtelæ etiam efficacius. Quædam pudenda dictu tanta autorum aſſeueratione commendantur, vt præterire fas non ſit. Siquidem illa concordia rerum, aut repugnantia, medicinæ gignuntur: veluti cimicum animalis fœdiſſimi, & dictu quoque faſtidiendi natura, contra ſerpentium morſus, & præcipuè aſpidum valere dicitur. Item contra venena omnia: argumento, quòd [7] dicunt gallinas, quo die id ederint, non interfici ab aſpide: [8] carnes quoque earum percuſſis plurimùm prodeſſe. Ex his quæ tradunt, humaniſſimum eſt, illinire morſibus cum ſanguine teſtudinis: item ſuffitu eorum abigere: ſanguiſugas adhærentes, hauſtáſque ab animalibus [9] reſtinguere [10] in potu [11] datos. Quanquam & oculos quidam iis inungunt [12] tritis cum ſale & lacte mulierum, auréſque cum melle & roſaceo admiſtis. Eos qui agreſtes ſint, & in malua naſcantur, crematos cinere permiſto roſaceo infundunt auribus. Cætera quæ de [13] iis tradunt, vomicæ & quartanarum remedia aliorúmque morborum, quanquam ouo aut cera aut faba incluſos cenſeant deuorandos, falſa, nec referenda arbitror. Lethargi tamen medicinæ cum argumento adhibent, quoniam [14] vincatur aſpidum ſomnifica vis, ſeptenos in cyatho aquæ dantes, puerilibus annis quaternos. [15] Et ſtranguriæ fiſtulæq; impoſuere. Adeò nihil parens illa rerum omnium ſine ingentibus cauſis genuit. Quin & [16] adalligatos læuo brachio binos lana ſubrepta paſtoribus, reſiſtere noctúrnis febribus prodiderunt, diurnis in [17] roſaceo panno. Rurſus iis aduerſatur ſcolopendra, ſuffitúque [18] necat. Aſpides percuſſos torpore & ſomno necant, omnium ſerpentium minimè ſanabiles. Sed venenum earum ſi ſanguinem [19] attingit, aut recens vulnus, ſtatim interimit: [20] inueteratum hulcus tardius. De cætero potum quantalibet copia, non nocet. Non eſt enim tabifica vis: itaque occiſa morſu earum animalia, cibis innoxia ſunt. Cunctarer in proferendo ex his [21] remedio, niſi M. Varronem ſcirem l x x x v i i i. vitæ anno prodidiſſe, aſpidum ictus efficaciſſimè [22] curari, hauſta [m] à percuſſis ipſorum vrina. Baſiliſci, quem etiam [n] ſerpentes [23] ipſi fugiunt, [24] alios [o] olfactu necantem, qui hominẽ vel ſi aſpiciat tantùm, dicitur interimere, ſanguinem Magi mitis laudibus celebrant, coeuntem picis modo & colore, dilutum cinnabari clariorem fieri. Tribuunt [25] ei & ſucceſſus petitionum à Poteſta-

a putant. M. & CH.

b inſtituti. CH.

c atque. CH.

d diſtans. CH.

5 in vini cyathis. Dioſc.

6 percutitur à ſerpente. Dioſco.

7 dicunt. CH.

8 carneſque. CH.

9 extinguere. Vet.

10 cum vino, aut aceto. Dioſc.

11 datis. M. datas CH.

12 contritis ſale & lacte. CH.

13 his. CH.

14 vincetur. Alij.

15 Et in ſtranguria vrinariæ fiſtulæ immiſſere. Vet. Dioſc. & in ſtranguria fiſtulæ impoſuêre. CH.

16 alligatos. CH.

17 ruſteo. M. roſeo, CH.

18 enecat. CH.

19 attigit, aut recrudeſcit. Vet.

20 ſi inuet. Vet. & CH.

21 remedia. M.

22 ſanari. CH.

23 ipſæ fugiũt, alias. CH.

24 illos. Vet.

25 ei, in M. d.

à Poteſtatibus, & à Diis etiam precũ, morborúmque remedia, [26] veneficiorum amuleta. Quidam id Saturni ſanguinem appellant. Draco [p] non habet venena. Caput eius limini ianuarum ſubditum, propitiatis adoratione Diis, fortunatam domum facere [27] promittunt. Oculis eius inueteratis, & cum melle tritis, inunctos non [28] paueſcere ad nocturnas imagines, etiam pauidos. Cordis pingue [29] in pelle dorcadum neruis ceruinis adalligatum in lacerto, conferre indiciorum victoriæ. Primum ſpondylum aditus poteſtatum mulcere. Dentes eius illigatos [30] pedibus caprearum ceruinis neruis, mites præſtare dominos, poteſtatéſque exorabiles. Sed ſuper omnia eſt compoſitio, qua inuictos faciunt Magorum mendacia: Cauda draconis & capite, pilis leonis è fronte & medulla eiuſdem, equi victoris ſpuma, canis vnguibus adalligatis ceruino corio, neruíſque cerui [31] alternatis & dorcadis: quæ [32] arguiſſe non minùs refert, quàm [33] contraria ſerpentes remedia demonſtraſſe, quoniam hæc morborum veneficia ſunt. Draconum adipem venenata fugiunt: item virus ichneumonum, [34] & cutis cinere [35] in aceto perunctos. Viperæ caput [q] limpoſitum, vel alterius quàm quæ percuſſerit, ſine fine prodeſt. Item ſi quis eam ipſam [r] in vapore [36] baculo ſuſtineat: [37] aiunt enim præcauere: item ſi quis exuſtæ eius cinerem illinat. Reuerti autem ad percuſſum ſerpentes neceſſitate naturæ, Nigidius autor eſt. Caput quidè diſſecant Scythæ inter aures [38] ad eximendũ [s] lapillum, quẽ aiunt ab ea deuorari territa. Alij ipſo toto capite vtuntur. Fiunt ex vipera paſtilli, qui theriaci vocantur à Græcis, [39] t quaternis digitis vtrinque amputatis, exemptíſque interaneis & [u] liuore ſpinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua & [x] anetho diſcocto, ſpiníſque exemptis, & addita [y] ſimilagine, atq; ita in vmbra ſiccatis paſtillis, quibus ad multa medicamenta vtuntur. Significandum videtur è vipera tantùm hoc fieri. Quidam purgatæ, vt ſuprà dictum eſt, adipem cum olei ſextario decoquunt ad dimidias. Ex eo, cùm opus ſit, ternis ſtillis additis in oleum perunguntur, vt omnes beſtiæ fugiant eos. Præterea conſtat, cõtra omnium ſerpentium ictus, quamuis inſanabiles, ipſarum ſerpentium exta impoſita auxiliari: coſque qui aliquando viperæ iecur coctum hauſerint, nunquàm poſteà feriri à ſerpente. Neque anguis venenatus eſt, niſi per menſem Luna inſtigatus. Sed prodeſt viuus comprehenſus, & in [40] aqua contuſus, [41] ſi foueatur ita morſus. Quin & ineſſe ei remedia multa creduntur, [42] vt dicemus, & ideò Æſculapio dicatur. Democritus quidem monſtra quædam ex his conficit, vt poſſint [z] auium ſermones intelligi. [A] Atqui anguis Æſculapius Epidauro Romam aduectus eſt: vulgóque [B] paſcitur & in domibus. Ac niſi incendiis ſemina exurerentur, non eſſet fœcunditati eorum [43] reſiſtere. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt, [44] quod in aqua viuit, [C] hydri vocantur, [45] nullis ſerpentium inferiores veneno. Horum iecur [46] ſeruatum aduerſus percuſſos [47] ab his auxilium eſt. Scorpio tritus ſtellionum veneno aduerſatur. Fit [48] enim & è ſtellionibus malum medicamentum. Nam cùm [49] immortuus eſt vino, faciem eorum qui biberint lentigine obducit. Ob hoc in vnguento necant eum, inſidiantes pellicum formæ. Remedium eſt oui luteum, & mel ac nitrum. Fel ſtellionum tritum in aqua muſtelas congregare dicitur. Inter omnia venenata ſalamandræ ſceleus maximum eſt. Cætera enim ſingulos feriunt, nec plures pariter interimunt: vt omittam, quòd perire conſcientia dicuntur homine percuſſo, neque ampliùs admitti ad terras: ſalamandra populos pariter [50] necare improuidos poteſt. Nam ſi [51] arbori irrepſit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint, necat [52] frigida vi, nihil aconito diſtans. Quinimò ſi contacto ab ea ligno [53] vel pede cruſta panis incoquatur, idem veneficium [54] eſt: vel ſi in puteum cadat. Quippe cum ſaliua eius quacunque parte corporis, vel in pede imo reſperſa, omnis in toto corpore defluat pilus. Tamen talis ac tanta vis veneni à quibuſdam animalium, [55] vt ſuibus, manditur, [56] domante eadem illa rerum diſſidentia. Venenum eius [57] extingui primum omnium ab his quæ veſcantur illa, [58] veriſimile eſt. [59] Quæ prodantur, cantharidum potu, aut lacerta in cibo ſumpta: cætera aduerſantia diximus, dicemúſque ſuis locis. Ex [60] ipſis quæ Magi tradunt contra incendia, [61] quoniam ignes ſola animalium extinguat, [D] ſi forent vera, iam eſſet experta Roma. [62] Sextius Venerem accendi cibo earum, ſi detractis

26 beneficiorum munera M.

27 promittitur. CH.

28 expaueſcere. CH.

29 in, vet. d.

30 pellibus. CH.

31 alternatim. Vet.

32 coarguiſſe. CH.

33 contraria ſerpentis. CH.

34 & vricis tritis in aceto perunctis. CH.

35 ex. Vet.

36 baculo ſuſtinens neceſſitate cum Vet.

37 cum futura præcinere. M.

38 vt eximant. Vet. interque aures eximunt. Vet. alij.

39 ternis digitis mẽſurq; vtrinque amputatis. CH.

40 aqua coctus. Vet.

41 ſi foueantur. M.

42 vt digerem⁹. CH.

43 reſiſtere in orbe terrarum. Pulcherrimum. M.

44 quod & in aqua. CH.

45 nullo. CH.

46 ternatum | ceruſ ſis ab his auxilio eſt. Vet.

47 habetur auxiliũ. M.

48 enim ex ſtell. M.

49 mortuus eſt in vino. CH.

50 necari improuidus. CH. populos, populus ſcriptum.

51 arbores irrepſit. CH.

52 frigida, & nihil. M.

53 vel lapide. Vet. vel ſide. Alij Vet.

54 & ii. CH.

55 vt cibus. M.

56 dominante. CH.

57 reſtingui. CH.

58 vero ſimile. CH.

59 Dantur quæ præſunt in cãtharidum. Vet.

60 ipſa. CH.

61 quòd ignes ſolæ anim. extinguãt. Vet.

62 Sextus. CH.

tractis interaneis,& pedibus,& capite in melle seruentur, tradit, negátque restingui ignem ab iis.Ex volucribus [63] in auxilio contra serpẽtes primùm vultur est.[64]Annotatum quoque minùs virium esse nigris. Pennarum ex his nidore,si vrantur, fugari eas dicunt. Item cor eius alitis habentes, tutos esse ab impetu non solùm serpentium, sed etiam ferarum,latronúmque, & regum ira. Carnibus gallinaceorum, ita vt [65] tepeant [66] auulsæ, appositis,venena serpentium [E] domantur:item cerebro in vino poto.Parthi gallinæ malunt cerebrum plagis imponere.Ius quoque ex his potum præclarè medetur,& in multis aliis vsibus mirabile.Pantheræ leonésque nõ attingunt perunctos eo, præcipuè si & allium fuerit incoctum.Aluum soluit: validius è veteregallinaceo. Prodest & contra longinquas febres,& [F] torpentibus membris tremulísque,& articulariis morbis,[67]& capitis doloribus,epiphoris,[68]inflationibus,fastidiis,incipienti tenesmo,iocineri,renibus,vesicæ:contra cruditates, [69] suspiria. Itaque etiam faciendi eius extant præcepta .Efficaciùs enim cocti cum olere marino,aut cybio,aut cappari,aut apio, aut herba Mercuriali,aut polypodio,aut anetho: [70] vtilissimè autem in congiis tribus aquæ ad tres heminas cum suprà dictis herbis, & refrigeratum sub dio dari [71] tempestiuis antecedente vomitione. Non præteribo miraculum, quanquam ad medicinam nòn pertinens: [G] si auro liquescenti gallinarum membra misceantur,consumũt[72]id in se.Ita hoc venenum auri est.At [73] gallinaceis ipsis circulo è sarmentis addito[74] collo,non canunt.Auxiliatur contra serpentes & columbarum caro recens[75] concepta, & hirundinum:bubonis pedes vsti cum [76] [H] plumbagine herba.Nec omittam in hac quoque [77] alite exemplum Magicæ vanitatis.Quippe præter reliqua portentosa mendacia, cor eius impositum mammæ mulieris dormientis sinistræ, tradunt efficere vt omnia secreta pronuntiet. Prætereà in pugnam ferentes [78] idem,fortiores fieri.Eiusdem ouo[79]ad cappillos remedia demonstrant.[I]Quis autem quæso ouum bubonis vnquam videre potuit, [80] cùm ipsam auem vidisse prodigium sit? quis vtique experiri, & præcipuè in capillo?Sanguine quidem pulli bubonis etiam crispari capillum promittunt. Cuius generis propè videri possint,quæ tradunt & de vespertilione,si ter circunlatus domui viuus,per fenestram inuerso capite[81]infigatur, amuletum esse:priuatímque ouilibus[82] circunlatum toties, & pedibus suspensum [83] sursum in superliminari.Sanguinem quoque eius cum[k] carduo,contra serpentium ictus inter præcipua laudant.Phalagium est[L] Italiæ ignotum,& plurium generum. Vnum simile formicæ, sed multò maius, rufo capite, reliqua parte corporis [84] nigra,albis[85] incurrantibus respersum guttis.Acerbior huius,quàm vespæ ictus.Viuit maximè circa furnos & molas.In remedio est, si quis eiusdem generis alterum percusso ostendat. Et ad hoc seruantur,cùm mortui inueniuntur.Et cortices eorum contriti & poti medentur,& mustelæ catuli,vt diximus suprà.Æquè phalangion Græci vocant inter genera araneorum, sed distinguunt lupi nomine. Tertium genus est eodem phalangij nomine araneus lanuginosus, grandissimo capite. Quo dissecto inueniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatíque mulieribus ceruina pelle ante Solis ortum, præstare ne concipiant, vt Cæcilius in commentariis reliquit. Vis ea annua est: quam solam ex omni atocio dixisse fas sit, quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget. Vocatur & rhagion acino nigro [86] similis, ore minimo [87] sub aluo, pedibus breuissimis, tanquam imperfectis. Dolor à morsu eius qualis à scorpione. Vrina similis [88] arancis textis.Idem erat [89] asterion, nisi distingueretur virgulis albis.Huius [90] morsu genua labefactantur. Peior vtroque est cæruleus lanugine nigra, caliginem concitans, & vomitus araneosos. Etiamnum deterior, à crabrone penna tantùm differens. Hic & ad maciem perducit. [m]Myrmecion formicæ similis capite, [91] aluo nigra, guttis albis distinguentibus, vesparum dolore torquet. [92] Tetragnathij duo genera habent: [93] peior, medium caput distinguente linea alba, & [94] transuersa altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus posteriori parte candicans, lentior. Minimè autem noxius eodem colore, qui telas muscis in [95] parietibus latissimè pandit. Contra omnium morsus [96] remedium est gallinaceum cerebrum cum piperis exiguo potum in posca. Item formicæ quinque potæ:

pecudum

63 in auxilium con. serp primus. CH.
64 Annotandum.M.
65 repebunt.M.& CH.
66 diuulsæ. Vet.
67 in.CH.
68 inflammatiõibus. M.
69 & suspiria. Vet. cruditatis suspiria. CH.
70 vtilissimum.Vet.
71 tempestiuus.Vet.
72 illud in se.M.
73 gallinacei ipsi. Vet.
74 in collum.CH.
75 concepta.CH.
76 bulbagine.CH.
77 vanitate medicinã. Quip.per rel. portenta iam Cor bubonis M.
78 id,fortes CH
79 & capillorum. Alij ad capitulum. CH. leg.ad capillum.
80 cùm etiam ipsam. Vet.
81 adfigeratur.CH.
82 circumraptũ CH.
83 in superlimine. CH.
84 nigrum, albis respersM.
85 intercurrantibus. Vet.
86 simile.Vet.
87 subalbo CH.
88 aranearum.Ver.
89 altergion Hermul.
90 morsus genua labefactat.CH.
91 aluum nigra.CH.
92 tetraguãthij CH.
93 genus med cap.di stinguitur li.al.&trãsuersum alt Alij
94 transuersum.CH.
95 parietibus tendit. CH.
96 remedio est gallinaceorum.CH.

pecudum simi cinis illitus ex aceto: & ipsi aranei quicunque in oleo putrefacti.Muris araneimorsus sanatur coagulo[97]agnino in vino poto:vngulæ arietinæ cinere cum melle, mustelæ catulo, vt in serpentibus dictum est.Si iumenta momorderit,mus recens cũ sale imponitur,aut fel vespertilionis ex aceto.Et ipse mus araneus cõtra se[98]remedio est, diuulsus & impositus.Nam si prægnans momordit,protinus diffilit. Optimum,si imponatur qui momorderit.Sed & alios ad hunc vsum seruant in oleo, aut luto circunlitos. Est & contra morsum eius remedio terra ex orbita.[99] Fertur enim non [100] transiri ab eo orbitam,torpore quodam naturæ.Scorpionibus contrarius maximè inuicem stellio traditur,vt visu quoque pauorem iis afferat,& torporem frigidi sudoris.Itaque in oleo putrefaciunt eum,& ita ea vulnera perungunt. Quidam oleo illo spumam argẽteam decoquunt ad emplastri genus,atque ita illinunt.Hunc Græci [N] coloten vocant, & ascalaboten,& galeoten.In Italia non nascitur.Est [101] enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, & [102] vescitur, quæ omnia à nostris stellionibus aliena sunt. Prodest & gallinarum simi cinis[103]illitus,draconis iecur,lacerta diuulsa,mus diuulsus,scorpio ipse suæ plagæ impositus,aut assus in cibo sumptus, aut potus in meri cyathis duobus.Proprium est scorpionum, quòd manus palmam non feriunt, [104] nec nisi pilos attigere. Lapillus qualiscunque,ab ea parte qua in terra erat, [105] appositus plagæ, [106] leuat dolorem.Item testa terra operta [107] ex aliqua parte,sicut erat imposita,liberare dicitur. Non debent respicere qui imponunt, & cauere ne Sol aspiciat. Vermes terreni triti impositi prosunt. Multa & alia ex his remedia sunt,propter quæ in melle seruantur. Noctua apibus contraria, & vespis crabronibúsque & sanguisugis:pici quoque Martij rostrum secum habentes nõ feriuntur ab iis.Aduersantur & locustarum minimæ sine pennis,quos attelabos vocant. Est & formicarum genus venenatum:[108] non ferè in Italia.[109] [O] Solpugas Cicero appellat, salpugas Bætica.Iis cor vespertilionis contrarium, omnibúsque formicis:salamandris cantharides,[110] vt diximus. Sed in iis magna [P] quæstio,quoniam ipsæ venena sunt potæ vesicæ cum cruciatu præcipuo. Collinum equitem Romanum, amicitia Neronis principis notum,cùm is lichene correptus esset,vocatus ex Ægypto Medicus ob hanc valetudinem eius à Cæsare,cùm cantharidum potum[111] præparare voluisset,interemit.Verùm illitas prodesse non dubium est, cum succo taminiæ vuæ, & seuo ouis vel capræ.[Q]Ipsarum cantharidum venenum in qua parte sit, non constat inter autores.Alij in pedibus & capite existimant esse,alij negant.Conuenit [112] tamen pennas earum auxiliari,in quacunque parte sit venenum. Ipsæ nascuntur ex vermiculo, in spongia maximè, cynorhodi quæ fit in caule,sed fœcundissimè in fraxino:[113] cæteræ in alba rosa, minùs efficaces.Potentissimæ inter omnes variæ,luteis lineis,quas in pennis transuersas habent,multùm pingues:inertiores minutæ, latæ, pilosæ: inutilissimæ verò, vnius coloris macræq;. Conduntur in calice fictili [R] non picato,& [114] linteo colligato, congestæ rosa matura, & suspenduntur super acetum cum sale feruens, donec per linteolum [115] vaporentur,postea reponuntur.Vis earum adurere corpus, crustas obducere. Eadem pityocampis,in picea nascentibus,eadem bupresti, similitérque præparantur. Efficacissimæ omnes ad lepras lichenásque:dicuntur & menses ciere & vrinam. Ideò Hippocrates & [S] hydropicis dabat.Cantharides obiectæ sunt Catoni Vticensi, [T] ceu venenum vendidisset in auctione regia,quoniam eas sestertiis lx.addixerat.

97 agnæ.M.
98 remedium est.CH.
99 Fertur.M.
100 transire. CH.
101 autem. Ver.
102 pascitur. Ve. Herba vescitur. Alij Vet.
103 illinitur dr. iecur.CH.
104 nec si pilos.Vet.
105 impositus. CH.
106 sentit. Vet.
107 ex qua parte erat.Vet.
108 non nouere. M.
109 Solipugas Cic. app.salpucas Bær. CH.
110 prodiximus resistere. CH.
111 propinare. Vet.
112 tantùm.CH.
113 cæteræq;.CH.
114 linteo raro,puro. ore colligato. Dioſc.
115 vaPore nectitur. Dioſc.

ANNOTATIONES.

a Augusto mense Romæ πανδήμῳ canum fieri solitam Græci scriptores memorant,vrbis olim à Gallis captæ monumentum,in cuius ἀνυπόδητος canes verberibus cæsos, ansoribus clarè vociferantibus.Rhodig.cap.29.lib.17.

b Ex hoc loco Claudius Puteanus apud Ciceronem pro Roscio Amerino legendum putat,pro,Crura suffringerent,cruci suffigerent.

c Catulinam carnem esitauisse, hoc est comedisse Romanos, Plautus in Saturione refert.Festus Pomp.De esu caninæ & catulinæ carnis Hippoc.lib.2.περὶ διαίτης. Idem.lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν lienosis præscribit:ἐφθὸν δὲ ἰχθὺν πρίνα κυνὸς μάζονος.

d Lupercalibus canes infesti lupis immolabantur.Pro pecore & frugibus per Rubigalia, vt auerteretur rubigo, lactens catulus, cuius exta thure & myrrha conspergebãtur. Sacrificabatur & canis rufa iuxta Cæcularium portam placando Caniculæ feruori, quod sacrũ Canarium dicebatur.Alex.ab Alex.ca.12.3.& Gyneciæ Deæ,quam bonam Deam etiam vocabant, cùm domi puer nascereturr. Idem ibidem.Immolabantur & rufæ canes secundum Cæcularium portam,ad placandum Caniculæ sydus frugibus inimicum.Festus in voce Catularia,Canarium hoc sacrificium dicebatur,quod πυρίπνικα καυσιμῶν Plutarchus vocat in Romulo. Fiebat & cane Gynæciæ Deæ,quam Bonam Deam etiã vocabant, cùm domi puer nascereturr,referente Alex.ab Alex.c.12.lib.3.Legimus quoque apud Pausaniam in Laconicis, ephebos Lacedæmonios Enyalio Marti canis catulum mactasse: Colophonios verò Enodiæ Deæ siue Compitalitiæ,sed cum nigrum.

e Cum in-

e Cùm inaugurandi alicuius gratia, aut ob publicam lætitiam conuiuium indicebant, epulum aut cœnam adiiciebant. Tacitus lib.11. *Refertur festiuitatis, vt dictitabant foederi, communium aduersarum, eradicandi, in multam noctem lætitia per epulas ac vinolentum &c.* Inde adiicialis cœna, vt cap.20.10.

f Syluestres, nempe Viuerras: vulgo *Furet.*

g Eius remedium vide cap.10.vltimo, lib. 28. & infrà huius libri cap.5.

h In admirandis suis id Ciceronem scripsisse quidam putant, quorum mentio fit cap.2. & 4.lib. 31. huius operis.

i Plautus in Sticho,

Certum est, missa hæc nunquam posthac credere.
Nam incertiorem nullam noui bestiam:
Quæ ipsa decies in die mutat locum.

k Adde & mures, vnde fortassis nomen inditum. Idem eodem dramate,

Auspicio hodie optimo exiui foras.
Mustela murem mihi abstulit præter pedes:
Eum strenuè obsonauit. spectatum hoc mihi est.

l Aut necare, aut ex eo loco deturbare cui adhærent, abigere Dioscor. ἀδέσιτον.

m Imò potiùs à morsis. morder enim aspis, non ictu percutit.

n Sibilo eius territi. cap.21. lib.28.

o Halitu & afflatu, quo necat frutices, exurit herbas, rumpit saxa, cap.21.lib.8.

p Multis tamen locis huius operis remedia scribuntur contra draconis morsus.

q Suo vulneri.

r Vel ardentis ligni, vel feruidæ aquæ.

s Qui in potu sumptus veneni vim frangit.

t Dioscorides caudam & caput abscindi scribit, quia carne carent. ac fabulosum esse, quod vtrinque certa mensura debeant amputari extrema.

v Vena liuida.

x Albo iure, Galen. oleo, vino, sale, anetho, Dioscor.

y Orobi farina, Galen.

z Melampoda, Chalcantem, Mopsum Italum, Tiresiam, Thaletem, Apollonium Tianeum auium sermonem affectos fuisse tradunt: Helenum suum Virgilius.

—qui sydera sentit,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

A Dracones in veneratione fuisse, diuinoque cultu honoratos, vide apud Aelianum cap. 2. 16. & 17. lib. 11. de animal. Plutarcho lib. de Isid. & Osir. draco Mineruæ sacer est. Dracones sacros in Epidaurij Aesculapij templo educatos fuisse tradit Pausanias in Corinthiacis.

B Innoxius, familiaris, domesticus: quales in balneis medicatis Aquarum prope Cameriacum multi gignuntur.

C Vocantur & cherseydri, quòd in terra pariter degãt, & in aquis: Latinis, natrices, lingua, vt putant, gemina, ac, vt Aristides tradidit, voraces & gulosi, ἀπὸ τοῦ ῥύειν. Rhodig. cap.3.lib.26.

D Dioscorides scribit, frustra creditum esse salamandram iguibus non vri.

E Quoniam foras extrahuntur, ac velut exug untur.

F Stupori, tr. mori, quoniam pituitam educit.

G Inde excogitata ratio medicis est parandi iusculà ἀποκλυστικὴν, cum carne gallinæ: & auri foliis.

H Sic vocant dipsacum minorem syluestrem, echino paruo & rotundo.

I Præter rem id exclamat Plinius. facilè enim ex eorum nido ouum haberi potest.

K Cardui folio trito, vel semine.

L In agris Apuliæ frequens, & reliquis anni partibus, vel nullo morsu infestum, vel innoxium, feruida æstate pernitiosissimum, statim obsurdescentibus obstupescentibus quos momorderit, dein de cæcutientibus, & quasi attonitis ac syderatis. Remedium vsu cognitũ est, sonitu musicorũ instrumentorũ, ac præcipuè tympanorum, assiduisq; cantionibus sopitos excitare. Tarantolam vocant Apuli, & ab eo commorsos Tarantatos. Alex. ab Alex. cap. 16. lib. 2.

M Hæc bis repetere videtur ex duobus diuersis auctoribus, vel oblitus hæc anteà se scripsisse. Tu de phalangiorum morsu vide Aelianum cap.11.lib.17.de animal.

N Asyracum vocari ab Aegyptiis Galenus tradit lib. 10. simpl. cap. de dracone marino.

O Frequentes in Sardiniæ metallis.

P An iis sit vtendum nec ne, & an integris, an ademptis aliis, capite, pedibus.

Q Hippocrates. lib. 4. τῶν ἀπιόντων ἐξίωσι; pedes & caput detrahit: cuius iudicium Actius sequitur. Galenus lib.11.Simpl. recitata historia medici cuiusdam audacioris, qui infœliciter dederat nunc corpora tantùm, nunc alas, capita, pedes tantùm, absque corporibus, integras se dare profitetur, tanquam in capite, pedibus, alis vis quædam sita sit, earum venenum obtundens. Rationem totam eam positam esse puto, primùm in modo, vt grana tria solùm vel quatuor imperentur: deinde in mixtura, vt adiiciatur & quod vrinam prouocat, & quod earum venenum mitiget: ac postremò in statu corporis ægrorum, ne dentur deploratis, quibus ob scirrhos viscerum morbus insanabilis est. Refert & non parùm in iis deligendis cura, quòd tutiores & meliores sint aliis, collectæ in tritico, versicolores, virgatæ.

R ἀκόντιον vocat Dioscor. τὸ μὴ πανσπερμώδους. ὃς βοᾶσθ, inquit, ὃς ἀκόντιον ἄγγελον &c. Aliàs ἄκοντον vocat, de thalassomelite tractans, c. 16. lib. 5. quod contrarium est τῷ σπανιοσπέρμῳ.

S Lib. 4. rationis victus in morbis acutis.

T Seneca controuersia 4. lib. 6. *Venenum Cato vendidit: Quæritur proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere.*

De fœno struthiocamelino, & cane rabido, & lacerta, & anseribus, & columbis, & mustelis remedia. CAP. V.

1 H.S.x xx.CH.

ET fœnum autem struthiocamelinum tunc[a] venisse [1] sestertiis lxx x. obiter dictum sit, efficacioris ad omnia vsus, quàm est adeps anserinus. Diximus & mellis venenati genera: contra quod vtuntur melle, in quo apes sint mortuæ. Idem potum in vino, remedium est vitiorum, [2] quæ cibo piscium gignuntur. In canis rabidi morsu tuetur à pauore aquæ capitis canini cinis illitus vulneri. Oportet autem comburi omnia eodem modo, vt semel dicamus, in vase fictili nouo, argilla circunlito, atque ita in [3] furnum indito. Idem & in potione proficit. Quidam ob id [4] edendum dederunt. Aliqui & vermem è cadauere canino adalligauere: menstruáve in panno subdidere [5] calici, aut intus ipsius caudæ pilos combustos [6] insuêre vulneri. Cor caninum habentem fugiunt canes. Non latrant verò, lingua canina in calceamento subdito pollici: aut caudam mustelæ, quæ abscissa dimissa sit, habentes. Est limus saliuæ sub lingua racioſi canis, qui datus in potu, fieri hydrophouos non patitur. Multò tamen vtilissimè iecur eius, qui in rabie momorderit, datur, si possit fieri, crudum mandendum: si minus, quoquo modo coctum, aut ius coctis carnibus. Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur à Græcis lytra, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Idem ter igni circunlatus, datur morsis à rabioso, ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id deuoratum [b] anno tantùm eo prodest. Aiunt & [7] cristam contritam efficaciter imponi, & anseris adipem cum melle. Saliuntur & carnes eorum, qui rabidi fuerunt, ad eadem remedia in cibo dandæ. Quin & necantur catuli statim in aqua, ad sexum eius [8] qui momorderit, vt iecur crudum deuoretur ex iis. Prodest & fimum gallinaceum, duntaxat rufum, ex aceto impositum: & muris aranei caudæ cinis, ita vt ipse, cui abscissa sit, viuus

2 quæ è cibo. CH.

3 fumum. CH.

4 bibendum. Vet.

5 calci. aut canis ipsius. Vet.

6 imponere. Vet. inseruêre. CH.

7 cristam galli. Vet. & CH.

8 quem canis mom. Vet.

sit, viuus dimittatur: glebula ex hirundinum nido illita ex aceto, vel pulli hirũdinis combusti: membrana siue senectus anguium, vernatione exuta, cum cancro masculo [9] trita. Nam etiam per se reposita in arcis armariisque, tineas necat. Tanta vis mali est, vt vrina quoque calcata rabiosi canis noceat, maximè hulcus habentibus. [10] Remedium est fimũ caballinum aspersum aceto, & calfactum [11] in fico impositum. Minùs hoc miretur, qui cogitet, lapidem à cane morsum, vsque in [c] prouerbium discordiæ venisse. Qui in vrinam [12] canis suam egesserit, torporem lumborum [13] dicitur sentire. Lacerta, quam hi sepa alij [14] chalcidicen vocant, in vino pota, morsus suos sanat. Veneficiis [d] ex mustela syluestri factis, contrarium est ius gallinacei veteris largè haustum, peculiariter contra aconitum: addi parum salis oportet. Gallinarum fimum duntaxat candidum, [15] in hyssopo decoctum aut mulso, venena fungorum boletorúmque astringit: item inflationes ac strangulationes: quod miremur, cùm, si aliud animal gustauerit id fimum, torminibus & inflationibus afficiatur. Sanguis anserinus contra lepores marinos valet, cum olei æqua portione. Item contra mala medicamenta omnia asseruatur cum [16] Lemnia rubrica & spinæ albæ succo, pastillorum drachmis quinque, qui in cyathis ternis aquæ bibantur: item mustelæ [17] [e] catulus, vt suprà diximus, præparatus. Coagulum quoque agninum aduersus omnia mala medicamenta pollet: item sanguis anatum [f] Ponticarum. Itaque & spissatus seruatur, vinóque diluitur. Quidam fœminæ anatis efficaciorem putant. Simili modo contra venena omnia, ciconiarum vétriculus valet, coagulum pecoris. Caulis ius ex carne arietum, priuatim aduersus cantharidas: item lac ouium calidum, præterquàm iis qui bupresti aut aconito biberint. Columbarum syluestrium fimum priuatim contra argenti viui potum. Contra toxica, mustela vulgaris inueterata, binis drachmis pota.

9 ex vino trita. CH.

10 Remedio fimum. CH.

11 cum fico. Vet.

12 rabiosi canis. Vet.

13 sentire dicunt CH.

14 Chalcidicen, alij mersus putant, vt infrà lib. 32. cap. 5. & apud Arist. de animal. lib. 8. capit. 24. Calcidicen. CH.

15 cum œsypo decoctum in multo. Vet.

16 lenta. CH.

17 catulis vt sup. dix. præparatis. CH.

ANNOTATIONES.

a In singulas libras.

b Annua vis medicamenti, vt & vermiculorum phalangij lanuginosi cap. 4. huius libri.

c Vetus prouerbium est. πάνυ γε τὸν λίθον ἀγανακτεῖ τοῦτον, canis in lapidem sæuiens: in eos qui mali causam autori non imputant, vt si quis iracundiæ vitium iuuentæ, non stultitiæ tribuat. Plato lib. 5. de Repub. eos qui cæsos spoliant, facere vt canes ait, in lapidem sæuientes, omisso eo qui iecit. Pacuuius in armorum iudicio, *Canis cùm percussus est lapide, non tam illum qui fecit, quàm eum ipsum lapidem quo ictus est, petit.* Erasmus. In opinione vulgi fuit, quibus in ædib esset lapis à cane morsus, discordia, & intestinis dissentionibus omnia perturbari. Itaque si quando viderent vna habitantes discordes, rixisque & iurgiis inter se discrepantes & tumultuantes, lapidem à cane morsum in ea domo famiq; esse dicebant.

d Ex illius felle, quod efficax est contra aspides, cæterò venenum supra ibid.

e In fictili noto crematus, vt dictum est initio huius capitis.

f Quæ multis medicatis herbis pascuntur.

Ad alopecias tollendas, & ad pilos reddendos, & ad lendes tollendos, & ad palpebras, & ad glaucomata, & ad oculos, & ad parotidas remedia. CAP. VI.

ALopecias replet fimi [1] pecudum cinis cum oleo cyprino & melle: item vngularũ muli vel mulæ ex oleo myrteo. Præterea (vt Varro noster tradit) murinum fimum, quod [2] item [a] muscerdas appellat. Et muscarum capita recentia, priùs folio ficulneo asperatas. Alij sanguine muscarum vtuntur. Alij decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ, vel nucum, ita vt sit tertia pars è muscis. Alij lacte mulierum cum brassica cinerem muscarum subigunt: quidam melle tantùm. Nullum animal minùs docile existimatur, minorísve intellectus: eo mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earum immolato tauro Deo, quem [b] Myiodem vocant, extra territorium id abire. Alopecias cinis è murium capitibus caudísque & totius muris emendat: præcipuè si veneficio acciderit hæc iniuria. Item herinacei cinis cum melle, aut corium combustum cum pice liquida. Caput quidem eius vstum per se, etiam cicatricibus pilos reddit. Alopecias autem in ea curatione præparari oportet nouacula & [c] sinapi. Quidam ex aceto vti maluerũt. Quæ de herinaceis dicuntur, omnia tantò magis valebunt in [d] hystrice. Lacertæ quoque, vt docuimus, combustæ cum radice recentis harundinis, quæ vt vnà cremari possit, [4] minutim findenda est: ita myrteo oleo permisto cineres capillorum defluuia continẽt. Efficaciùs virides lacertæ omnia eadem præstant. Etiamnum vtiliùs admisto sale, & adipe vrsino, & cæpa tusa. Quidam denas virides in decem sextariis olei veteris

1 pecudis cinis cum oleo cyprio. CH.

2 idem muscerdam. Vet.

3 herinaceo. CH.

4 minuratim scindenda. Vet.

discoquunt, contenti semel in mense vngere. Pellium viperinarum cinis, alopecias celerrimè explet: item gallinarum fimum recens illitum. Corui ouum in æreo vase [5] permistum illitúmque deraso capite nigritiam [6] capillis affert: sed donec inarescat, oleum in ore habendum est, ne & dentes simul nigrescant. Idq; in vmbra faciendum, neque ante quatriduum abluendum. Alij sanguine & cerebro eius vtũtur cum vino nigro. Alij excoquunt ipsum, & nocte [7] concubia in plumbeum vas condũt. Aliqui alopecias cantharide trita illinunt cum pice liquida, nitro præparata cute. Caustica vis earum, cauendúmque ne exhulcerent altè. Postea ad hulcera ita facta, capita murium, & fel murium, & fimum cum elleboro & pipere illini iubent. [8] Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo, aut vernatione eorum, quam exuunt, pota. [9] Porrigines felle ouillo cum creta Cimolia, [10] illita capiti, donec inarescat. Capitis doloribus [e] remedio sunt cochlearum, quæ nudæ inueniuntur nondum [f] peractæ, ablata capita, ex his lapidea duritia exempta (est autem calculi latitudine) quæ [11] alligantur, & minutæ fronti illinuntur tritæ. Item ægypij ossa è capite aut vulturis adalligata, aut cerebrum, cum oleo [12] cedrino peruncto capite, & intus naribus illitis. Cornicis cerebrum coctum, in cibo sumptum, vel noctuæ, idem præstat: gallinaceúsque si incluſus [13] abstineatur die ac nocte, pari inedia eius qui doleat, cuulsis collo plumis circũligatísque, vel cristis: mustelæ cinis illitus: surculus ex nido milui puluino subiectus: murina pellis cremata ex aceto illito cinere. Limacis inter duas orbitas inuentæ osticulum per aurem cũ ebore traiectum, vel in pellicula canina adalligatũ, quod remedium pluribus [14] sempérque prodest. Fracto capiti aranei tela ex oleo & aceto imposita, non nisi vulnere sanato, abscedit. Hæc & [15] vulneribus & tonstrinarum sanguinem sistit. A cerebro verò profluentem, anseris sanguis, aut anatis [16] infusus: adépsque earundem alitum cum rosaceo coctus. Matutinò [17] pascentis hirundinis caput præcisum, maximè Luna plena, lineo panno [18] adalligát capitis doloribus licio: [19] aut cera alba fronti illinunt, & pilos caninos panno adalligant. Cerebrum cornicis in cibo sumptum, palpebras gignere dicitur: [20] œsypũ cum myrrha calidum penicillo illitum. Idem præstare muscarum, fimíque murini cinerem æquis portionibus, vt efficiatur dimidium pondus denarij, promittitur, additis [h] duabus sextis denarij è stibi, vt omnia œsypo illinantur, item murini catuli triti in vino vetere ad crassitudinem acopi. Pilos in his incommodos, euulsos renasci non patitur fel herinacei: ouorum stellionis liquor: salamandræ cinis: lacertæ viridis fel in vino albo Sole [21] coactum ad crassitudinem mellis in æreo vase: hirundinis pullorum cinis cum lacte tithymali, spumáque cochlearum. Glaucomata dicunt Magi cerebro catuli v ii. dierum emendari, specillo demisso in dextram partem, si dexter oculus curetur, in sinistram, si sinister: aut felle recenti asionis. Noctuarum est id genus [22] maximum, quibus [23] pluma aurium modo micat. Suffusionem oculorum canino felle mallebat quàm hyænæ [24] curari Apollonius Pitanæus cum melle: item albugines [25] oculorum. Murium capitum caudarúmque cinere ex melle inunctis, claritatem visus restitui dicunt: multóque magis gliris aut muris syluestris cinere, aut aquilæ cerebro vel felle. Cùm Attico melle cinis & adeps soricis combusti tritus, lacrymosis oculis plurimùm confert: [26] stibi, quod quid sit dicemus in metallis. Mustelæ cinis suffusionibus: item lacertæ hirundinísve cerebrum: quæ etiam tritæ coctæve fronti illitæ, epiphoras sedant, siue per se, siue cum polline, siue cum thure. Sic & [i] solatis prosunt. Viuas quoque cremare, & cinere earum cum melle Cretico inungi caligines, vtilissimum est. Iumentorum oculis membrana aspidis, quam exuerit, cum adipe eiusdem claritatem inunctis facit. Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum [27] vnum, & thuris [28] [k] manna vna, atque ita suffusiones oculorum & caligines inũgere vtilissimum est. Medicamentum id echion vocatur. Fit & collyrium è vipera, in olla putrefacta, vermiculisq; enatis cum croco tritis. Exuritur in olla cum sale, quem lingendo claritatem oculorum consequũtur, [l] & stomachi totiúsque [29] corporis tẽpestiuitates. Hic sal & pecori datur salubritatis causa, & in antidotum contra serpentes additur. [30] Quidam & viperis vtũtur in cibis.

5 oleo permistũ. Vet.
6 capilli. CH.
7 inconcubia. CH.
8 Lindines. CH.
9 Prorigines. CH.
10 illito. Vet. linito capite. CH.
11 adalligantur. CH.
12 & cedrio. M.
13 abstineat. Vet.
14 sempér. M. sæpéq;. Vet.
15 vlceribus. M.
16 infusus sistit. Vet.
17 nascentis. Vet.
18 alligant. CH.
19 aut cum cera. Vet.
20 œsypumque. Vet.
21 decoctum. CH.
22 maximum, in CH. d.
23 plumæ aurium micant. Vet.
24 curare. CH.
25 oculorum, in CH. d.
26 & stibi. Vet.
27 valum. CH.
28 mira. Vet. mammã vnam. CH.
29 corporis temperiẽ ac feras ætates. Ex Dios. corporis felicitates. Marcellus apud eundem.
30 Quidam & attollitur viperis vtuntur. CH. Quidam vt tollatur & vip. vtan. &c. Alij. Lego. Quidam e lephas vt tollatur, & vip. vtun. Dal.

cibis. Primùm omnium [31] occisæ statim salem in os addi iubent, donec liquescat [32] [m] humor, quatuor digitorum mensura [33] vtrinque præcisa, exemptísque interaneis discoquũt in aqua, aut oleo, sale, anetho, [34] & omnibus aut statim vescuntur, aut [n] pane colligunt vt sæpius vtantur. Ius præter suprà dicta [o] pediculos è toto corpore expellit, pruritulq; etiã summæ cutis. Effectum ostendit & per se capitis viperini [35] cinis. Vtilissimè oculos inunguntur. Itémque adeps viperinus. De felle non [36] audacter suaserim quæ præcipiunt, quoniam (vt suo loco docuimus) non aliud est serpentium venenum. Anguium adeps ęruginí mistus, ruptas oculorum partes sanat, & membrana siue senectus vernatione eorum exuta, si adfricetur, claritatem facit. [37] Vlulæ quoque fel prædicatur ad albugines, suffusiones, caligines: adeps similiter ad claritatem. Aquilæ, quam diximus pullos ad contuendum Solem experiri, misto felle cum melle Attico [38] inunguntur nubeculæ & caligationes suffusioneſq; oculorum. Eadem vis & in vulturino felle est cum porri succo, & melle exiguo. Item in gallinacei [39] felle alligato ad argema, & ad albugines ex aqua diluto: item ad suffusiones oculorum, maximè candidi gallinacei. Fimũ quoque gallinaceorum, dũtaxat rubrum, luscioſis illiniendum monstrant. Laudant & [40] gallinæ fel, sed præcipuè adipem, contra [41] pustulas in pupillis. [42] Has scilicet eius rei gratia saginant. Adiuuat mirificè & ruptas oculorum tuniculas admistis schisto & hæmatite lapidibus. Fimum quoque earum, duntaxat candidum, in oleo vetere corneísque pyxidibus adseruant, ad pupillarum albugines. Qua in mentione significandum est, pauones fimum suum resorbere tradi, inuidentes hominum vtilitatibus. Accipiter decoctus in rosaceo efficacissimus ad inunctiones omnium vitiorum putatur: item fimi eius cinis cum Attico melle. Laudatur & milui iecur. [43] Fimum columbarum ex aceto [44] ad ægilopas. Similiter ad albugines & cicatrices. Fel anserinum, sanguis anatũ contusis oculis, ita vt posteà [45] hyssopo & melle inungantur. Fel perdicum cum mellis æquo pondere, per se verò ad claritatem, dorcados. Hippocratis [46] (vt putant) autoritate adiicitur, quòd in argentea [47] pyxide [48] id seruari iubent. Oua perdicum in vase æreo decocta cum melle, hulceribus oculorũ & glaucomatis medentur. Columbarum, turturum, palumbium, perdicum sanguis, oculis cruore suffusis eximiè prodest. In columbis [49] masculæ efficaciorem putant. Vena autem sub ala ad hunc vsum inciditur, [p] quoniã suo calore vtilior est. [50] Superimponi oportet splenium è melle [51] decoctum, lanámque succidã ex oleo [52] aut vino. Earundẽ auium sanguis nyctalopas sanat: & iecur [53] ouiũ: atque (vt in capris diximus) efficaciùs fuluæ. Decocto quoque eius [54] oculos abluere suadet: & medulla dolores tumoréſque [55] illinũt. Bubonis oculorũ cinis collyrio mistus claritatem oculis facere promittitur. Turturis fimũ albugines extenuat: [56] itẽ cochlearum cinis: fimũ cenchridis: accipitrum [q] generis hanc Græci faciunt. Argema ex melle omnibus, quæ suprà scripta sunt, sanatur. Mel vtilissimum oculis, in quo sunt apes immortuæ. Ciconiæ pullum qui ederit, negatur annis continuis lippiturus: item qui draconis caput habeat. Huius adipe & melle cum oleo vetere, incipientes caligines discuti tradunt. Hirundinũ pullos plena Luna excæcant, restitutáque corũ acie capita [57] comburuntur: hoc cinere cum melle vtũtur ad claritatem & dolores, ac lippitudines & ictus. Lacertas quoque pluribus modis ad oculorum remedia assumunt. Alij viridem includunt nouo fictili: ac lapillos, qui vocantur [58] [r] cinædia, [59] quæ & inguinum tumoribus adalligari solent, nouem singulos signis signantes, & singulos detrahunt per dies. Nono emittunt lacertam: lapillos seruant ad oculorum dolores. Alij terram subster nunt lacertæ viridi excæcatæ, & vnà in vitreo vase annulos includunt è ferro solido vel auro: cùm recepisse visum lacertam [60] apparuerit per vitrum, emissa ea, annulis contra lippitudinem vtuntur. Alij capitis cinere [61] pro stibio ad [s] scabritias. Quidam viridem longo collo in fabulosis nascentem comburunt, & incipientem epiphoram inungunt: item glaucomata. Mustelæ etiam oculis punctu [t] erutis, aiunt visum reuerti: eadémque quæ in lacertis [62] & annulis faciunt. Serpentis oculum dextrum adalligatum contra epiphoras prodesse, si serpens viua dimittatur. Lacrymantibus sine fine oculis, cinis stellionis capitis cum [63] stibio eximiè medetur. Aranei muscarij [64] telæ, & præcipuè spelũca ipsa

31 occisis Vet.
32 humor, in CH. d.
33 triámque. CH.
34 & carnibus. Vet.
35 cinis, quo vtilissimum Vet.
36 audaciter. CH.
37 Boæ. CH.
38 vnguntur. CH.
39 felle ad arg. & albug. CH.
40 gallinacei. CH.
41 pustulas. CH.
42 Nec. CH.
43 Fimum quoque. CH.
44 ad alopicia. CH. leg. alopecias.
45 œsypo. Vet. Dios. Gal.
46 putant autoritate adiici. CH.
47 pyxida. CH.
48 adseruari. Vet.
49 masculis. CH.
50 Superponi. CH.
51 decocto. CH. & mel le decocto sublitum. Dal.
52 ac. CH.
53 ouis. Vet.
54 oculis adluere. CH.
55 illinere. CH.
56 item cocleri fimũ, cinis ceneridis. CH.
57 comburunt. Vet.
58 zenichia. CH.
59 quæ, in Vet. d.
60 apparuit. CH.
61 cum stibio. Vet. pro stibi. CH.
62 cum annulis. Vet.
63 stibi. CH.
64 tela. CH.

impoſita [65] per frontem ad duo [66] tempora, ita vt à puero impube & capiatur & imponatur, nec is triduò ſe oſtendat ei [67] cui medeatur, néve alteruter nudis pedibus terram attingat his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicuntur. Albugines quoque dicitur tollere inunctione araneus candidus, longiſſimis ac tenuiſſimis pedibus, contritus in oleo verere. Sed is etiam cui craſſiſſimũ textum eſt, in contignationibus ferè, adalligatus panno epiphoras ſanare traditur. [u] Scarabæi viridis natura contuentium viſum exacuit. Itaque geminarum ſculptores conuitu [68] eorum acquieſcunt. Aures purgat fel pecudis cũ melle: canini lactis [69] inſtillatio ſedat dolorem. Grauitatem adeps cum abſinthio & oleo vetere: item adeps anſerinus. Quidam adiiciunt ſuccum cæpæ & allij pari modo. Vtuntur & per ſe ouis formicarum. Nanque & huic animali [70] eſt medicina: conſtárque [x] vlcera ægros hoc cibo ſanari. Anſerum [71] quoque & omnium auium adeps [72] præparatur, [73] exemptiſq; venis omnibus patina [74] nouo fictili operta in Sole, ſubdita aqua feruenti liquatur: ſaccatuſq; lineis ſaccis, & in fictili nouo repoſitus loco frigido, minùs putreſcit addito melle. Murium cinis cum melle inſtillatus, aut cum roſaceo decoctus, aurium dolores ſedat. Si aliquod animal intrauerit, præcipuum remedium eſt murium fel aceto dilutum. Si aqua intrauerit, adeps anſerinus cum cæpæ ſucco. Gliris detracta pelle, [75] inteſtinis exemptis diſcoquitur [76] melle in vaſe nouo: [77] ſed Medici malunt è nardo decoqui vſque ad tertias, atque ita aſſeruari, deinde cùm opus ſit, [y] ſtrigili [78] repefacta infundere. Conſtat deplorata aurium vitia eo remedio ſanari: [79] aut ſi terreni vermes adipe anſeris decocti infundantur. Item ex arboribus rubri cum oleo triti exhulceratis & ruptis auribus præclarè medentur. Lacerti inueterati in os pendentium addito ſale [80] contuſi & abiectu [81] læſas aures ſanant: efficaciſſimè autem ferrugineas maculas habentes, lineis etiam per caudam diſtincti. Millepeda, ab aliis centipeda aut multipeda dicta, animal eſt è vermibus terræ piloſum, multis pedibus [82] arcuatim repens, tactúque contrahens ſe: [z] oniſcon Græci vocant, alij tylon: [83] efficaciter ſanat [A] aurium dolores, [84] in cortice Punici mali decoctum & porri ſucco. Addunt & roſaceum, & in alteram aurem infundunt. Illam autem quæ non [85] arcuatur, [B] ſepa Græci vocant, alij ſcolopendram, [86] minorem pernicioſamq;. Cochleæ, quæ ſunt in vſu cibi, cum myrrha aut thuris polline appoſitæ, item minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle. Senectus ſerpentium feruente teſta vſta [87] inſtillatur roſaceo [88] admiſto, contra omnia quidem vitia efficax, ſed contra grauiolentiam [89] præcipuè: [90] aut ſi purulentæ ſunt, ex aceto: melùs cum felle caprino, vel bubulo, aut teſtudinis marinæ. Veruſtior anno eadem membrana non prodeſt, nec imbre perfuſa, vt aliqui putant. Item aranei ſanies cum roſaceo, aut per ſe in lana, vel cũ croco, auribus prodeſt: [91] gryllus cum ſua terra effoſſus & illitus. Magnam autoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi, quoniam retro ambulet, terramq; terebret, [92] ſtridat noctibus. Venantur eum formica [93] circunligato capillo in cauernam eius iniecta, efflato priùs puluere ne ſeſe condat: ita formicæ complexu extrahitur. Ventris gallinaceorum membrana quæ abiici ſolet, inueterata & in vino trita, auribus purulentis calida infunditur, gallinarum quoque adeps. Eſt & quædam pinguitudo blattæ, ſi caput auellatur: hanc tritam vnà cum roſaceo auribus mirè prodeſſe dicunt, ſed lanam, qua incluſerint, pòſt paulùm [94] extrahendam. Celerrimè enim id pingue tranſire in animal, ſieríque vermiculum. Alij binas ternáſve in oleo decoctas efficaciſſimè auribus mederi ſcribunt, & tritas in linteolo imponi contuſis. Hoc quoque animal inter pudenda eſt: ſed propter admirationem naturæ, priſcorúmque [95] curæ, totum in hoc loco explicandum. Plura earum genera fecerunt. [D] Molles, quas in oleo decoctas, verrucis efficaciter illini experti ſunt. Alterum genus [96] mylœcon appellauere, circa molas ferèna ſeens. Has capite detracto attritas, lepras ſanaſſe, Muſa & Pictõ in exemplis reliquerunt. Tertium genus & odoris tædio inuiſum, exacuta clune, cum piſſelæo ſanare hulcera aliâs inſanabilia: ſtrumas, panos, diebus xxi. impoſitas, percuſſa, contuſa, cacoethe, ſcabiem, furunculóſque, detractis [E] pedibus & pennis. Nos hæc etiam [97] audita faſtidimus. At hercule Diodorus & in morbo regio, & orthopnoicis ſe id dediſſe tradit cum

65 ſuper. Vet.
66 tempora in ſplenio aliquo, ita. Chiff.
67 qui medebitur. CH.
68 ciuit. Vet.
69 inſtillatus. CH.
70 ineſt. Vet.
71 quoque, in Vet. d. omnimque auium. CH.
72 cùm præparatur. Vet.
73 exemptis venis. Vet.
74 nouo fictili patina operto. Vet.
75 inteſtinisque M. & CH.
76 cum melle. Vet.
77 ſed, in M. & CH. d.
78 repefactum. Vet.
79 aut ſi vermes terræ cum adipe. CH.
80 contuſas. Vet.
81 miſeras. CH.
82 arguatur. H.
83 efficacem narrant ad aurium, Vet. & CH.
84 cum. Vet.
85 arguatur CH.
86 minorem. Vet. & cap. 2. lib. 10.
87 illinitur. M.
88 admixta. CH.
89 præcipuè inſillatur. Dal.
90 & ſi purulenta ſint. CH.
91 ac gryllus. Vet.
92 ſtrider. CH.
93 circumligata. Vet. & CH.
94 extrahendum. Celebre enim. CH.
95 curam. Vet M.
96 mylicon. Alij.
97 audiui. M.

cum reſina & melle. Tantùm poteſtatis habet ea ars pro medicamento dandi quicquid velit. Humaniſſimi eorum cinerem crematarum ſeruandum ad hos vſus in cornea pyxide cenſuere, aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoicis aut [98] rheumaticis. Infixa vtique corpori illitas extrahere cõſtat. Mel vtiliſsimum auribus quoque eſt, in quo apes emortuæ ſunt. Parotidas comprimit [99] columbinum ſtercus vel per ſe, vel cum farina hordeacea aut auenacea. Noctuaq; cerebrum vel iecur cum oleo infuſum auriculæ aut parotidi: multipeda cum reſinæ tertia parte illita: grylli ſiue illiti, ſiue adalligati. At reliqua morborum genera medicináſque ex iiſdem animalibus, aut iiſdem generis, ſequenti dicemus volumine.

98 aſthmaticis. Vet.
99 palumbinũ. CH.

ANNOTATIONNES

10

a Suum, boum, murium ſtercus, ſucerda, bucerda, mucerda, atq; adeò hominis, homerda priſcis dictum eſt. *ἀπὸ τοῦ ἀμύρδην, τουτ' ἐστὶ τὸ ἀφανίζειν*, dicta hæc volunt, quòd ſtercus præ fœditate amoueatur à conſpectu. In veteri Gloſſario, rotunda ſtercora ſtrunti & *σκύβαλα* vocantur.

b Leuiſſimis de cauſſis talia cognomina diis tributa, vt Herculi Conopionos & Ipoctoni: Apollini, Erythibij, Sminthei, Pornopionos. Vide Rhodig. cap. 7. 6. Myagrus autem hic Deus dicitur cap. 28. 10. Morem eius ſacrificij ab Hercule profectum narrant, qui cùm in Olympia rem ſacram Dijs faceret, muſcarum infeſta multitudine, Ioui *ἀπομυίῳ* ſacris factis, vlera Alpheu m illas abegit. Ex hac hiſtoria *μυῖάθι*, ſiue *ἀπόμυιον θεὸν*, Iouem fuiſſe intelligimus. Apud Pauſaniam lib. 8. nundinis, quæ ad Alipheram Arcadię celebrantur, heroi Myiagro res diuina fit hoſtiis, vt eius imploratо numine, inter immolandum à muſcarum proteruia tuti ſint. Hercules quidem ſacellum, quod in foro Boario fuit, muſcæ non ingrediebantur. Inuocabant & Cyrenenſes Achorem, vel, vt Nazianzenus ait, Acaron muſcarum Deum, protinus abeunte eo tædio. Nã in Actio templo Apollinis cùm panagyris ſacra, & ſaltationes in honorem Dei fiunt, muſcis bos immolatur, cuius cruore *διικεῖσθαι*, placatæ & ſaturæ cuaneſcunt & anfugiunt Rhodig. cap. 30. 23. Alex. ab. Alex. cap. 13. 1. Lepidè Plaut. in Mercatore muſcam curioſum exploratorem vocat.

Nequicquam abdidi, abſconditi, abſtruſam habebam,
Muſca eſt meus pater: nihil poteſt clam illum haberi.

c Quo ad ruborem vſque fricetur cutis capitis.

d Eſt enim hiſtrix Aphricanus herinaceus.

e Serenus de medendo capiti. *Profuit & cochleis frontem traclare retectis*: vel, vt alij legunt, *tractare minutis*.

f Perfecta & iuſta ſua magnitudine abſolutæ.

g Quæ in tonſorum officinis recentia tractantur, vel tondendo radendóque fiunt.

h Scrupulo vno. ſi pro drachma denarium pendimus.

i Quibus ex inſolatu ephelides faciem & os maculant.

k Mica, id eſt, grano. *κόκκῳ τυβάνο* Archigenes dicit apud Galenum lib. 3. *κατὰ τόπους*.

l Quid ſi legas, & ſtomachi totiúſque corporis temperiem, ac feras ætates & *ὡς* vt ſit quod Dioſcor. ait, *μακροχρόνους γίνεσθαι τοὺς ἰδιότας*, qui veſcuntur longam ſenectutem agere.

m Earum venenum in folliculis reconditum, ad dentium radicẽ.

n Tritas & orobi farina exceptas colligunt, ac paſtillos formant. Galen. lib. de Theriaca.

o Dioſcorides ſcribit quoſdam putare viperarum eſu pediculos procreari: id autem eſſe falſum.

p Imò quoniam in aliis partibus venæ non ſic derectæ & nudæ ſunt.

q Nempe tynunculum, de quo vide cap. 37. lib. 10.

r In cinædi piſcis cerebro inuentos, cap. 10. lib. 37.

s Genarum. *τὰ τῆ βλεφάρων ἰχαδώματα*.

t Imò potiùs confoſſis.

v Is eſt aut bupreſtis, aut ſcarabeus longipes.

x Suprà cap. 27. lib. 8. Aelianus cap. 3. lib. 6. animal.

y Inſtrumenti loco ſtrigil fuerit, quod *ὀνυχόνιον* Græci vocant.

z Confundit oniſcorum hiſtoriam, cum deſcriptione millepedæ. *ὀνίσκους, πολύπους τε ἰδίως* Suidæ & Gal. 3. *κατὰ τόπους*: quibuſdam *πανθηρίδι*, & *τύλῳ*, à calloſa & compactili cute, Latinis multipeda, cutio, porcellio. At millepeda, ſiue centipeda, *μυριόπους* interpreti Nicandri in Theriacis, *ἰουλῷ* Suidæ, Columellæ eruca hirſuta eſt, quæ olera & vites rodit. Millepeda etiam ſcolopendra dicitur. Vide quod annotatum eſt ſuprà cap. 1. lib. 23. & 25. 22. & 2. 20.

A Aurium doloribus cum roſaceo triti & cocti medentur porcelliones, ſe in pilæ rotunditatem conuoluentes, & conglobantes, quos multipedas etiam vocant: non autem millepedæ, quod autor quiſpiam fide dignus tradiderit.

B A ſepe ſcolopendra diuerſiſſima eſt. Fallitur Plinius.

C Ad eroſos dentes cum roſaceo calfactam auribus inſtillari, & dentium cauernæ indi præcipit Archigenes lib. 5. *κατὰ τόπους*.

D Molles, infecta ſunt oblonga, & teretia, colore ſubrubra. Reperiuntur in ſaccis & arcis farinariis. Auidiſſimè luſciniæ iis veſcẽtur, illarúmque eſu à morbis familiaribus liberãtur. *σπερόφυγους* quidam eas vocant, quòd farina nutriantur. Dioſcorid. lib. 2. cap. 38. *ἐν ἀρτοπωλείοις ἐνφωλευόμενας* appellat. *μυλαναῖ*, ſiue *μύλαυκοι*, quæ & *μυλαγρίδες* ſiue *μυλαυρίδες*, & *μυλαβρίδες*, & Heſychio *μυλαυρίσι*, ſcarabeis ſiue cicadis ſimiles, in molerinis, & piſtrinis gignitur, colore quidem nigro, ſed ob farinam conſperſam albicantes. Fœtidæ Græcis *βδήνωνται*, quaſi *βδαυσταί*, vel *βδαυστήσουσαι*, abominandæ, in aggeribus terrenis & apricis inueniuntur, cimicum modo putidæ.

E Sic Andromachus lib. 3. *κατὰ τόπους* Galeni, & Archigenes lib. 5. laudant *σίλφας ἄνευ πτερῶν*.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXX.

PROOEMIVM.

De origine Magicæ artis, quando, & à quibus cœperit, & à quibus celebrata fuerit, & reliquæ ex animalibus medicinæ.

CAP. I.

MAGICAS vanitates sæpius quidem [1] antecedentis operis parte, vbicunque causæ locúsque poscebant, coarguimus, detegemúsque[2] etiamnum: in paucis tamen digna res est, de qua plura dicantur, vel eo ipso, quòd fraudulentissima artium plurimùm in toto terrarum orbe, plurimísque seculis valuit. Autoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, [3] quandoquidem sola artium tres alias imperiosissima humanæ [4] mentis complexa in vnam [5] se redegit. Natam primùm è [6] Medicina nemo [7] dubitat, ac specie [8] salutari irrepsisse velut altiorem [9] sanctiorémque, quàm Medicinam: ita blandissimis desideratissimísque promissis addidisse vires religionis „ [10] ad quas maximè etiamnum [11] caligat humanum genus. Atque vt hoc quoque [12] suggesserit miscuisse artes Mathematicas, nullo non auido futura de sese sciendi, atque ea è cælo verissimè peti credente. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tantum [13] fastigij adoleuit, vt hodiéque etiam in magna parte gentium prævaleat, & in Oriente regum [14] regibus imperet. Sine dubio illic orta in Perside à [a] Zoroastre, vt inter autores conuenit. Sed vnus hic fuerit, an posteà & alius, nó satis constat. Eudoxus, qui inter sapientię sectas clarissimâm, vtilissimámque eam intelligi voluit, Zoraſtrem hunc [b] sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic & Aristoteles. Hermippus qui de tota ea arte diligentissimè scripsit, & vicies centum millia versuum à Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum eius positis explanauit, præceptorem, à quo institutum diceret, tradidit [15] Azonacem, ipsum verò v. millibus annorum ante Troianum bellum fuisse. Mirum hoc in primis, duraſſe memoriam artémque tam longo æuo, commentariis non intercidétibus, præterea nec clarisnec continuis [16] successionibus custoditam. Quotus enim quisque auditu saltem cognitos [17] habet, qui soli cognominantur, Apuscorum & Zaratum Medos, Babyloniúmque [18] Marmaridium, & Arabem Hippocum, Assyrium verò Zarmocenidam, [19] quorum nulla extant monumenta. Maximè tamen mirum est, in bello Troiano tantum de arte ea silentium fuisse Homero, tantúmque operis ex eadem in Vlixis erroribus, adeò vt totum opus non aliunde constet. Siquidem [c] Protea & [d] Sirenum cantus apud eum

1 antecedente. CH.

2 etiamnum in paucis: tamen. M.

3 quandoque. CH.

4 menti. Vet.
5 redigit. CH.
6 é. in CH. d.
7 dubitauit: specie. C. !.
8 salutis. Vet.
9 sanctioremque Medicinam CH.
10 ad quam. Vet.
11 adligat. Ver. adlegat. M.
12 suggessit. Vet. fuit esse. Alij Vet.
13 fastigium Vet.
14 legibus. M.

15 Agonacen. Vet. Agoneten. CH.

16 successoribus.
17 habent, qui soli nominantur, Apuscum & Zaratum Medos, Babyloniosque Marmarum, & Arabam Tiphocum, aut Assyrium Tarmoendum. CH.
18 Marmaridrum. M.
19 Hac vitima clausula non legitur in CH.

eum non aliter intelligi volunt: Circe vtique & [20] inferorum euocatione hoc solùm agi. Nec posteà quisquam dixit, quonam modo venisset [e] Telmessum religiosissimam vrbem, quando transisset ad [21] Thessalas vrbes, quarum cognomen diu obtinuit in nostro orbe [f] alienæ [22] gentis. Troianis itaque temporibus [23] Chironis medicinis contenta, & solo Marte fulminante, miror equidem [24] Achillis populis famam eius in tantum adhæsisse, vt Menander quoque litterarum subtilitati sine æmulo genitus, Thessalam [25] cognominarit fabulam, complexam ambages [g] fœminarum detrahentium Lunam. Orphea putarem [h] è propinquo primum [26] intulisse, ad [27] vicinas vsque superstitiones ac Medicinæ profectum, si non expers sedes eius tota [28] Thrace Magices fuisset. Primus [29] extat (vt equidem inuenio) commentatus de ea [i] Osthanes, Xerxem regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus: [30] ac velut semina artis portentosæ [31] sparsisse, obiter infecto, quacunque commeauerat, mundo. Diligentiores paulò ante hunc ponũt Zoroastrem alium Proconnesium. Quod certum est, hic maximè Osthanes ad rabiem, non auiditatem modò scientiæ eius, Græcorum populos egit. Quanquam [32] animaduerto summam literarum claritatem gloriámque ex ea scientia antiquitus & penè semper petitam. Certè Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc discendam nauigauere, exiliis veriùs, quàm peregrinationibus, suscepti. Hanc reuersi prædicauere: hanc in arcanis habuere. Democritus [33] Apollonicem Captidenem & [k] Dardanum è Phœnice illustrauit, voluminibus Dardani [34] in sepulcrum eius petitis, suis verò ex disciplina eorum editis: quæ recepta [35] ab aliis hominum atque transisse per memoriam, æquè ac nihil in vita, mirandum est. In tantum fides istis fásque omne deest, adeò, vt ii qui cætera in viro illo probant, [36] hæc eius esse opera inficientur. Sed frustra. Hunc enim maximè affixisse animis eam dulcedinem constat. Plenúmque miraculi & hoc, pariter vtrasque artes effloruisse, Medicinam dico, Magicénque, eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum Græciæ bellum, quod gestum est à cc c. vrbis nostræ anno. Est & alia [37] Magices factio, à Mose [38] & Iamne & Iotape Iudæis pendens, sed multis millibus annorum post Zoroastrem. [m] Tantò recentior est Cypria. Non leuem & Alexandri Magni temporibus autoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu eius exornatus, planéque, quod nemo dubiter, orbem terrarum peragrauit. Extant [39] itaque & apud Italas gentes vestigia eius in duodecim tabulis nostris, aliísque argumentis, quæ [40] priori volumine exposui. [41] d c l v i i. demum anno vrbis, Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Coss. Senatusconsultum factum est, ne [n] homo immolaretur: [42] palámque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata. Gallias vtique possedit, & quidem ad nostram memoriam. Namque Tiberij Cæsaris principatus sustulit Druidas eorum, & [43] hoc genus vatum medicorúmque. Sed quid ego [44] hæc cõmemorem in arte Oceanum quoq; transgressa, & ad naturæ inane [45] peruecta? Britannia hodiéque eam attonitè celebrat tantis ceremoniis, vt dedisse Persis videri possit. Adeò ista toto mundo consensere, quanquam discordi & sibi ignoto. [46] Nõ satis æstimari potest, quantùm Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi verò etiam saluberrimum.

20 inferùm. CH.

21 Thessaliæ urbes, quæ. Alij Thessalas matres CH
22 alienæ gente. Troianis vtique temp. CH.
23 cùm Chir. med. cont. esset, &. Vet.
24 illis. Hermol.
25 cognominaret. CH.
26 protulisse, ad vicina (nempe Mariciam) vsque super stitionem (ego, superinstitutionem) Medicinæ profectum. CH.
27 vicinos. Vet.
28 Thracie. Vet.
29 quod extat. Vet.
30 ac in Ver d.
31 sparsit. Vet. sparsit. obiter infecto, quæ, commentorant mundo. CH.
32 animaduertam. M.

33 Apollo bechē copulet. H.
34 à tepulchro Ver. ab aliis, atque trãslatis per nominum memoriam. Vet.

36 hanc eius esse operam. M.

37 Magicis CH.
38 sic habebat: Ioseph Vet. Iochabeda. Hieronymus.

39 certè CH.

40 priore. CH.
41 dcl. CH.

42 palamque sit in tempus sili vt sacra prodigiosa. Celebrario Galli. s CH
41 lv. s Vet.
44 hanc comm artẽ Oceanum quo transuersum, & ad nat. in. pernectam 2. M.
45 perueta in Britanniam, quæ hodie eam Vet.
46 Nec. CH.

AZNOTATIONES.

a Eum primum Bactrianis imperasse credunt, temporibus Nemroth. Quidam Zoroastrem Abrahamum fuisse contendunt.

b In annorum supputatione Plinius fallitur. Plutarcho lib. de Iside & Osir. is bello Troiano antiquior fuit annis sexcentum.

c Oceani & Thetydis filium, vaticinandi peritissimum, phocarum & piscium marinorum pastorem. Fuisse regem Ægypti narrat Herodotus, Menelaóque vxorem, Patidi ad se vi tempestatum appulso & diuersato creptam, cum vniuersis opibus restituisse. Homerus Odyss. refert eum subinde alias atq; alias formas assumpsisse prout libuisset. Huius mutabilitatis caussam Diodorus refert Ægyptiorum principum consuetudinem, qui ornatus & maiestatis gratia, tauri leonis, draconis capite, arboribꝰ, igne, & alijs hoc genus insignibus ornarentur.

d Parthenopes, Ligyæ, Leucosiæ, filiarum Calliopes & Acheloj, de quibus Homerus 12. Odyss.

e Ad fines Lyciæ politam cap. 27. lib. 5. celebrem sacerdotum collegio.

f Magos enim Persæ suos sapientes vocant.

g Apparatus veneficarum Thessalarum describitur apud Apul. & vt ille ait, feralis officina, lib. 3. Asini. *Omne genus aromata, ignobiliter laminæ literatæ: infelicium paruum durantes claui: defletorum & sepulcrorum cadauerum exposita multa ad medicũ membra, hic nares & digiti, illic carnosi claui pendentium, siue suspendio necatorum: alibi trucidatorum seruatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca caluaria. His videlicet comparatis, ac decantatis fibris (pecundum) spirantibus, vario lanicelitabant, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano, missa etiam libamina &c.*

h Proximis seculis.

i Colum. lib. 10. Dardaniæ veniant artes, id est, magicæ, ab hoc Dardano, cuius commentariis perlectis doctissimus euasit Democritus. Apuleius, vel ipse Dardanus, vel quicunque alius post Zoroastrem. Euseb. *Παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὅτε ὁ Δάρδανος & ὁ μάγος βίβλους κατεσκεύασε &c.* Brod. cap. 10. lib. 4.

k Cyprianus de Idolis. *Et magis inde est (à dæmonibus) ad pernitiosa vel ludicra poti entatus, quorum tamen præcipuus Osthanes formam Dei verè negat conspici posse &c.*

l Iamnes & Mamres Pharaonis Magis fuerunt, quibuscum Moses disceptauit.
m Hanc quidam intelligunt Christianismum, expositum Cypriis à Diuo Barnaba. Quidam Paphiæ Veneris sacerdotes.
n Vide quæ adnotata sunt in cap.5.lib.36.

De speciebus Magiæ, Neronisque & magorum detestatio.
CAP. II.

VT narrauit Osthanes, species eius plures sunt. Nanque [1] & ex aqua, & ex sphæris, & ex aere, & stellis, & lucernis, ac peluibus, securibúsque, & multis aliis modis [2] diuina [3] promittit: præterea vmbrarum, inferorúmque colloquia: quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsáque comperit: quippe non citharæ tragicíque cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis. Primúmque imperare Diis concupiuit, nec quicquam generosius [4] voluit. Nemo vnquam vlli artium validiùs fauit. Ad hæc, non opes ei defuere, non vires, non discendi ingenium [6] aliáque non patiente mundo. Immensum & indubitatum exemplum est falsæ artis, [7] quam dereliquit Nero: vtinámque inferos potiùs & quoscunque de suspicionibus suis Deos consuluisset, quàm lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas: nulla profectò sacra, barbari licèt ferísque ritus, non mitiora, quàm cogitationes eius, fuissent. Sæuius sic nos repleuit vmbris. Sunt quędam Magis perfugia, veluti lentiginem habentibus non obsequi numina, vt cerni [8] non possint. [a] Fortè hoc in illo. Nihil membris defuit: nam dies eligere certos liberum erat: pecudes verò, quibus non nisi ater colos esset, facile. Nam [9] hominem immolare etiam gratissimum. Magus ad eum [10] Tyridates venerat, Armeniacum de se triumphum afferens, & ideò prouinciis grauis. Nauigare noluerat, quoniam expuere in [11] maria, aliísque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos secum [12] adduxerat. Magicis etiam cœnis cum initiauerat. Non tamen cùm regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis vmbras, sed in his veneficas artes pollere, non Magicas. [12] Quærat aliquis, quæ sint mentiti veteres Magi, cùm adolescétibus nobis visus Apion Grámaticæ artis, prodiderit cynocephaliam herbam, quæ in Ægypto [14] vocaretur osyrites, diuinam, & contra omnia [15] veneficia: sed si [16] ea erueretur, statim eum qui eruisset, mori. Séque euocasse vmbras ad percontandum Homerum, [17 b] qua patria quibúsque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.

1 & aqua, & sphæris, & aëre, & CH.
2 diuinationes. Ver.
3 promit. CH.
4 valuit. CH.
5 discentis. CH.
6 non alia. CH.
7 quòd.
8 obstet, CH,
9 homines. CH. facile: hominem vt Alij.
10 Mithridates. CH.
11 mari. CH.
12 abduxerat. CH.
13 Quæret al. quæ sunt. M.
14 vocetur osspitis sunt M.
15 veneficia vsilem. Vpt. veneficia C
16 tota ruerotur. CH.
17 quanam. CH.

ANNOTATIONES.

a Suetonius in Nerone cap. 51.
b Apud Gellium cap. 11. 3. Varro.
ἴππε νώλαι ἀιγίβοιαι ποῖ βίβαν ὁμάρτ:
σμύγερα, βλάβερ, κακοφόω, σακεμίτι, χλόερ, ἄργερ, ἀβλῶτα.
Capella Homeri candida hoc tumulum indicat
Quod aut Tetæ mortuo faciunt sacra.
Versus hos longa oratione Magius exponit cap. 1. 3. Constat in Iothusula extremum diem obiisse, vt tradit Halicarnass. ἀδύνατα ἡγ μακρὸς, lãguore & imbecillitate virium: vt alijmœrore, quòd à piscatoribus ænigma hoc propositum soluere non potuisset, ἐκεῖνα μὲν λεπτόμυθα, δ' ἐχίλωμεν φορήματα. Eius sepulchro Iętæ versus hos insculpserunt.
Ἠθάδι τῶν ἰερὰν πορφαλὶν κατὰ γαῖα καλύπτει
Ἀνέρα τὸν ἡρῶων κοσμήτορα θῆον ὅμηρον.
Cumanis & Ionibus τυφλὸς ὁμήρος dici Plutarchus autor est. Magi[a].

De Talpis, & reliquæ medicinæ per morbos digestæ in animalibus, quorum genera placida sunt, aut fera.
CAP. III.

PEculiare vanitatis sit argumentum, quòd animalium cunctorum talpas maximè mirantur, tot modis à rerum natura damnatas, cæcitate perpetua, tenebris etiamnum aliis, defossas sepultísque similes. Nullis æquè credunt extis: nullum religionis capacius iudicant animal: vt si quis cor eius recens palpitánsque [1] deuorarit, [2] diuinationis & rerũ efficiendarum euentus promittant. Dente talpæ viuæ exempto, sanari dentium dolores adalligato affirmát. Cæterò ex eo animali placita eorum, suis reddemus locis. Nec quicquam probabilius inuenietur, quàm muris aranei morsibus [3] aduersari eas, quoniam & terra orbitis (vt diximus) depressa aduersatur. [4] Cæterùm dentium doloribus (vt iidem narrant) medetur canum qui rabie perierunt, capitum cinis crematorum sine carnibus, instillatus

1 deuoret. CH.
2 diuinationem rerum. Ven
3 aduersatios. CH.
4 Cæterò. CH.

instillatus ex oleo cyprino per aurem, cuius è parte doleant. Caninus dens sinister maximus, circunscarificato eo qui doleat: aut draconis os è spina: item enhydridis. Est autem serpens masculus & albus. Huius maximo dente circunscarificant. At in superiorum dolore duos superiores adalligant, è diuerso inferiores. Huius adipe perunguntur, qui crocodillum captant. Dentes scarificant & ossibus lacertæ è fronte Luna plena exemptis, ita ne terram attingant. Colluũt caninis dentibus decoctis in vino ad dimidias partes. Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle. Fit eodem modo & dentifricium. Cauis dentibus cinis è murino fimo inditur, vel iecur lacertarum aridum. Anguinum cor si mordeatur, aut alligetur, efficax habetur. Sunt inter eos, qui murem bis in mense [5] iubeant mandi, doloréque ita [6] caueri. Vermes terreni decocti in oleo, infusíque auriculæ, [7] cuius è parte doleant, præstant leuamentum. Eorundem cinis exesis dentibus coniectus, ex facili cadere eos cogit: integros dolentes illitus iuuat. Comburi autem oportet in [8] testa. Prosunt & cum mori radice in aceto [9] scillite decocti, ita vt colluantur dentes. Is quoque vermiculus, qui in herba [10] Veneris labro appellata inuenitur, cauis dentium inditus mirè prodest. Nam [11] erucæ brassicæ, eius contactu cadunt. Et è malua cimices infunduntur auribus cum rosaceo. Harenulæ, quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ statim liberant dolore. Cochlearum inanium cinis cum myrrha gingiuis prodest, serpentis cum sale in olla exustæ cinis, cum rosaceo in contrariam aurem infusus. Anguinæ vernationis membrana cũ oleo tedæq; resina calefacta, & auri alterutri infusa: adiiciunt aliqui thus & rosaceum, eadẽ cauis indita, vt sine molestia cadant, præstat. Vanum arbitror esse, [12] Canis ortu [13] angues candidos membranam [14] exuere, quoniam nec in Italia visum est, multóque minùs credibile in repidis [15] regionibus tam serò exui. Hanc autem vel inueteratam cum cera celerrimè dentes euellere tradunt. Et dens anguium adalligatus, dolores [16] minuit. Sunt qui & araneum animal ipsum sinistra manu captum tritúmque in rosaceo, & in aurem infusum [17] cuius à parte doleat, prodesse arbitrentur. Ossiculis gallinarum in pariete seruatis, [18] fistula salua, [19] adacto dente vel gingiua scarificata, proiectóque ossiculo, statim dolorem abire tradunt. Item fimo corui lana adalligato, vel passerum cum oleo calefacto, & proximæ auriculæ infuso, [20] pruritum quidem intolerabilem facit: & ideò tolerabilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

5 iubent. CH.
6 cauere. CH.
7 in appositam aurem. CH.
8 testo. CH.
9 scillitico. CH.
10 quæ Veneris labrum appellatur, inuenitur. Ver. & M. Veneris labrum appellata inuen. Ver. alij.
11 vrucæ. M. & CH.
12 circa Canis ortũ. CH.
13 anguein candida membrana exui. M.
14 eam exuere. CH.
15 regionum. CH.
16 mitigat. CH.
17 à cuiꝰ parte. Ver.
18 fibula sola. Ven.
19 tacto. M.
20 sed pruritum id quidem. Ver.

Quomodo commendetur os, & contra maculas faciei, & ad faucium vitia.
CAP. IIII.

ORis saporem commendari affirmant, murino cinere cum melle si fricentur dentes. Admiscent quidam marathri radices. Penna vulturis si scalpantur dentes, acidum halitum faciunt. Hoc idem hystricis spina fecisse, ad firmitatem pertinet. Linguæ hulcera & labrorum, hirundines in mulso decoctæ sanant. Adeps anseris aut gallinæ rimas. Oesypum cum galla, araneorum telæ candidæ, & quæ in trabibus paruæ texuntur. Si [40] [a] feruentia os intus [1] excusserint, lacte canino statim [2] sanabitur. Maculas in facie, oesypum cum melle Corsico, quod [b] asperrimum habetur, extenuat. Item scobem cutis in facie cum rosaceo impositum vellere, quidam & butyrum addunt. Si verò [3] vitiligines sint, fel caninum priùs acu compunctas. Liuentia & suggillata pulmones arietum pecudúmque in tenues confecti membranas calidi impositi, vel columbinum fimum. Cutem in facie adeps anseris, vel gallinæ custodit. Lichenas & murino fimo ex aceto illinunt, & cinere herinacei ex oleo. In hac curatione priùs nitro ex aceto faciem foueri præcipiunt. Tollit ex facie vitia & cochlearum, quæ laræ & [c] minutæ passim inueniuntur, cum melle cinis. Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calfacit sinectica vi: & ideò caustics [4] commiscetur, psorísque & lepris & lentigini illinitur. Inuenio & formicas [d] Herculaneas [5] appellatas, quibus tritis adiecto sale exiguo, talia vitia sanentur. [c] Bupresti animal est rarum in Italia, simillimum scarabæo longipedi. Fallit inter herbas bouem maximè,

1 excusserint. CH.
2 sanabuntur. CH.
3 vel lentigines sint. M.
4 miscetur, psorisq; & lentig. CH.
5 appellari CH.

maximè, vnde & nomen inuenit: deuoratúmque tacto felle ita inflammat, vt rumpat. Hæc cum hircino seuo illita lichenas ex facie tollit septica vi, vt suprà dictum est. Vulturinus sanguis cum chamæleontis albæ (quam herbam esse diximus) radice [6] & cedria tritus, contectúsque brassica lepras sanat: item pedes locultarum cum seuo hircino triti. Varos adeps gallinaceus cum cæpa tritus & subactus. Vtilissimum & in facie mel, in quo apes sint immortuæ. Præcipuè tamen faciem purgat atque erugat cygni adeps. Stigmata delentur columbino fimo ex aceto. Grauedinem inuenio finiri, si quis nares [7] murinas osculetur. Vua & faucium dolor mitigatur fimo agnorum, priusquam herbam gustauerint, in vmbra arefacto. Vua succo cochleæ acu transfossæ illita, vt cochlea ipsa in fumo suspendatur. Hirundinum cinere cum [8] melle: sic & tonsillis succurritur. Tonsillas & fauces lactis ouilli gargarizatio adiuuat. Multipeda trita, fimum columbinum cum passo gargarizatum, etiam cum fico arida ac nitro impositum extrà. Asperitatem faucium & distillationes leniunt cochleæ: coqui debent in lacte, déptóq; tantùm [f] terreno conteri, & in passo dari [9] potui. Sunt qui Astypalæicas [10] efficacissimè putant, [11] & in iis smegma earum. Lenit & gryllus infricatus: aut si quis manibus, quibus cum contriuerit, tonsillas attingat. Anginis felle anserino cum elaterio & melle citissimè succurritur: cerebro noctuæ, cinere hirundinis, ex aqua calida poto. Hüius medicinæ autor est Ouidius poëta. Sed efficaciores ad omnia quæ ex hirundinibus monstrantur, pulli syluestrium. [g] Figura nidorum eas deprehendit. Multò tamen efficacissimi ripariarum pulli. Ita vocant in riparum cauis nidificantes. Sunt qui cuiuscunque hirundinis pullum edendum censent, [12] ne toto anno metuatur id malum. Strangulatos cum sanguine comburunt in vase, & cinerem cum pane aut potu dant. Quidam & mustelæ cineres pari modo admiscent. Sic & ad strumæ remedia dant, & comitialibus quotidie potu. In sale quoque seruatæ hirundines ad anginam vna drachma bibuntur: cui malo & nidus earum mederi dicitur potus. [13] Millepedam illini anginis, efficacissimum putant. Alij x x i. tritas in aquæ mulsæ hemina dari per harundinem, quoniam dentibus tactis nihil prosint. Tradunt & murem cum verbenaca excoctum, si bibatur is liquor, remedio esse. Et corrigiam caninam ter collo circundatam: fimum columbinum vino & oleo permistum. Ceruicis neruis & opisthotono ex milui nido furculus vitis adalligatus auxiliari dicitur.

6 & geria. CH.

7 mulinas. CH.

8 melle siccato & tonf. CH.

9 potu. CH.
10 efficaciſsimas. CH.
11 & ex aliis ſmegma. Vet & in iis ſimil limas. M. & miſſima. CH.

12 vt toto anno non metuatur M. vt toto anno metuatur. CH. ſic dictum vt Horatio, pennâ metuente ſolui. B

13 Multipedam. Vet. Index. & cap. vlt. lib. 29.

ANNOTATIONES.

a Acris & feruidi humoris defluxus. Feruentia oris vlcera ἀχῶδες vocat.
b Amatore ingratum, quoniam è buxi flore apes colligunt.
c Vide cap. 6. & 14. huius libri.
d Aliis maiores, grandiores, atriores.
e Bupreſtis & ſyluestris oleris genus est, de quo suprà cap. & lib. 22.
f Quod in illarum extrema parte cœnosum conspicitur ac veluti luteosum.
g Nam aliæ, quas apodas vocant, in parietum fissuris ova ponunt, nec nidos extruunt.

Ad strumas exhulceratas, ad humerorum & præcordiorum dolores.
CAP. V.

STrumis exhulceratis mustelæ sanguis: ipsa decocta in vino: [a] non tamen sectis admouetur. Aiunt [1] & in cibo sumptam idem efficere. Vel cineri eius sarmentis combustæ miscetur axungia. Lacertus viridis adalligatur: post dies x x x. oportet alium adalligari. Quidam cor eius in argenteo vasculo seruant. Ad [2] fœminarum strumas veteres cochleæ cum testa sua tusæ illinuntur, maximè quæ frutectis adhærent. Item cinis aspidum cum seuo taurino imponitur. Anguinus adeps [3] mistus oleo. Item anguium cinis ex oleo illitus, vel cum cera. Edisse quoque eos medios abscisis vtrinque extremis artubus aduersus strumas prodest: vel cinerem bibisse in nouo fictili ita crematorũ: efficacius multò inter duas orbitas occisorum. Et gryllum illinire cum sua terra effossum suadent: item fimum columbarum per se, vel cum farina hordacea [4] auenaceáve ex aceto. Talpæ cinerem ex melle illinire. Alij ieeur eiusdem contritum inter manus illinunt, & triduò non abluunt. Dextrum quoque pedem eius remedio esse strumis affirmant. Alij præcidunt caput, & cum terra à talpis excitata tusum digerunt in [5] pastillos pyxide stannea, & vtuntur ad omnia quæ intumescunt, & quæ apostemata vocant, quæq; in ceruice

1 & cibo. CH.

2 fœminas. CH.

3 mistus oleo, vel illitus, vel cũ cera. CH.

4 aut auenacea. CH.

5 pastillos, conduntque pyxide. Vet.

ANNOTATIONES.

a Si vlcus manu factum fuerit, tentante cheirurgo illas excindere.
b κόραβοι vel σιάραβοι Arist. cap. 19. li. 5. histor. vulgò, Cerfs volants.
c Colore non magnitudine, aut figura corporis.
d Vide posthac cap. 11. proximum.
e Paulus cap. 26. lib. 3. ex auctoritate Galeni vult linum infectum esse purpura, idq; valere ait ad παρίδρωσιν, πρὸς ὅσα πρὸς τραχήλου.
f τῶν σωλάκων significationem Plinius potius, quàm τῶν ὑποχονδρίων reddidit.
g A Melita Illyrici maris insula, quàm vulgò Meleda nuncupant.

uice sint: vescíque suilla tunc vetant. [b] Tauri vocantur scarabæi terrestres, ricino [c] similes: [d] nomen cornicula dedêre. Alij pediculos terræ vocant. Ab his quoque terram egestam illinunt strumis & similibus vitiis & [6] podagris. Triduo non abluunt: prodéstque hæc medicina in annum. Omniáque his adscribunt, quæ nos in gryllis retulimus. Quidam & à formicis terra egesta sic vtuntur. Alij vermes terrenos totidem, quot sint strumæ, adalligant, paritérque cum his arescunt. Alij viperam circa canis ortum circuncidunt, vt diximus, dein mediâ comburunt, dein cinerem eum dãt bibendum ter septenis diebus, quantùm præhenditur ternis digitis: sic strumis medentur. [e] Aliqui verò circunligant eas lino, quo præligata infra caput vipera pependerit, donec exanimaretur. Et [7] millepedis vtuntur, addita resinæ terebinthinæ parte quarta: quo medicamento omnia apostemata curari iubent. Humeri doloribus mustelæ cinis cum cera medetur. Ne sint malæ hirsutæ, formicarum oua pueris infricata præstant. Item mangonibus, vt lanugo tardior sit pubescentium, sanguis è testiculis agnorum, qui castrantur: qui euulsis pilis illitus & contra virus proficit. [f] Præcordia vocamus vno nomine exta in homine, quorum in dolore cuiuscunque partis si catulus lactens admoueatur, apprimatúrque his partibus, transire in eum morbus dicitur. Idq; [8] in exenterato [9] profusóque vino deprehendi, vitiato viscere illo quod doluerit [10] hominis: & obrui tales religio est. Hi quoque, quos [g] Melitæos vocamus, stomachi dolorem sedant applicati sæpius. [11] Transíréque morbos ægritudine eorum intelligitur, plerumque & morte.

6 podagris, triduoque non abluit. Prodest hæc medicina. Vet. podagris. Triduo non abluunt: omniaque his adícr. quæ nos in gryl. retulim. Prodeſtque hyc med. in annum. Sic quidã.

7 multipedis. Vet.

8 in, M. d.
9 perfuso. Vet. & M. Chiffletius legit, profciſſóque vino: quemodo Tertullian. dixit, vinorum profectores.
10 homini Vet.
11 Transire morbos. M.

ANNOTATIONES.

a Si vlcus manu factum fuerit, tentante cheirurgo illas excindere.
b κόραβοι vel σιάραβοι Arist. cap. 19. li. 5. histor. vulgò, Cerfs volants.
c Colore non magnitudine, aut figura corporis.
d Vide posthac cap. 11. proximum.
e Paulus cap. 26. lib. 3. ex auctoritate Galeni vult linum infectum esse purpura, idq; valere ait ad παρίδρωσιν, πρὸς ὅσα πρὸς τραχήλου.
f τῶν σωλάκων significationem Plinius potius, quàm τῶν ὑποχονδρίων reddidit.
g A Melita Illyrici maris insula, quàm vulgò Meleda nuncupant.

De pulmonum vitiis, iecoris, & sanguinis reiectionibus.
CAP. VI.

PVlmonum vitiis medentur & mures, maximè Africani, detracta cute in olco & sale decocti, atque in cibo sumpti. Eadem res & purulentis vel cruentis excreationibus medetur. Præcipuè verò cochlearum cibus stomacho. In aqua eas subferuefieri intacto corpore earum oportet, mox & in pruna torreri, nihilo addito: atque ita è vino garóque sumi, præcipuè Africanas. Nuper hoc compertum plurimis prodesse. Id quoque obseruant, vt numero impari [2] sumant. Virus tamen earum grauitatem halitus facit. Pro sunt & sanguinem excreantibus, dempta testa tritæ in aquæ potu. Laudatissimæ autem sunt Africanæ, [3] ex his Solitanæ: Astypalæicæ, Siculæ modicæ, quoniam magnitudo duras facit & sine succo: Baleariceæ, quas cauaticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur. [4] Laudatæ & ex insulis Caprearum. [5] Nullæ [6] autem cibis gratæ, neque veteres, neque recentes. Fluuiatiles & albæ virus habent: [7] necnon [a] syluestres, stomacho [8] inutiles, aluum soluũt. Item omnes minutæ. Contrà marinæ stomacho vtiliores: efficacissimæ tamen in dolore [9] stomachi. Laudatiores traduntur quæcunque viuæ cum aceto deuoratæ. Præterea sunt quæ [b] aceratæ vocantur, [10] latæ [11] multifariámque nascentes, de quarum vsu suis dicemus locis. Gallinaceorum ventris membrana inueterata & inspersa potioni, distillationes pectoris & humidam tussim, vel recens tosta lenit. Cochleæ crudæ tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tribus si forbeantur, tussim sedant. Distillantiones sedat & canina cutis cuilibet digito circundata. Iure perdicum stomachus recreatur. [12] Iocinerum doloribus medetur mustela syluestris in cibo sumpta, vel iocinera eius. Item viuerra porcelli modo inassata. Suspirioſis multipedæ, ita vt ter septenæ in Attico melle diluantur, & per harundinem bibantur. Omne enim vas earum nigrescit contactu. Quidam torrent ex his sextarium in patina, donec candidæ fiant: tunc melle miscent. Alij [13] centipedam vocant, & ex aqua [14] calda dari iubent. Cochleæ in [15] cibos his quos linquit animus, aut quorum alienatur mens, aut quibus vertigines fiunt, [16] ex passi cyathis

1 Pulmonum quoque vitiis. CH.

2 sumantur. CH.

3 exin Solitanæ, Astyp. & Sic. Vet. & CH.
4 nascuntur, laudatæ, & ex insulis Caprearum. M.
5 Nullis. CH.
6 autem earum cibis. Vet.
7 necnon, in Vet. d.
8 vtiles. CH.
9 stomachi quæcunque latiores, traduntur, viuæ cum. Vet.
10 latè. Vet.
11 multifariam. CH

12 Iocineris. CH.

13 centumpedã. CH, puto gloſſ. vñ centipedam.
14 calda, in CH. d.
15 cibis, his. M. cibos danetur his. Vet.
16 vel ex. Alij.

cyathis tribus ſingulæ contritæ cum ſua teſta & calefactæ, in potu datæ diebus plurimùm nouem. Aliqui ſingulas primo die dedêre, ſequẽti binas, tertio ternas, quarto duas, quinto vnam. Sic & ſuſpiria emendant & vomicas. Eſt animal locuſtæ ſimile ſine pennis, quod [17] tryxalis Græcè vocatur: Latinum nomen non habet, [18] vt aliqui arbitrantur: [19] nec pauciores hoc eſſe quod gryllus vocetur. Ex his xx. torreri iubent, ac bibi è mulſo contra orthopnœas ſanguinémque expuentibus. Eſt qui cochleis illotis [c] prorropum infundat, vel marinam aquam, ita decoquat, & in cibo ſumat: aut ſi tritæ cum teſtis ſuis ſumantur cum protropo, ſic & tuſſi medentur. Vomicas priuatim ſanat mel in quo apes ſint [20] emortuæ. Sanguinem reiicientibus pulmo vulturinus vitigineis lignis combuſtus, adiecto floremali Punici ex parte dimidia, item cotoneorum liliorúmque iiſdem portionibus [21] potus manè atque veſperi in vino [22] ſi febris abſit. Si minùs, ex aqua in qua cotonea decocta [23] ſunt. Pecudis lien recens Magicis præceptis ſuper dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, lieni ſe remedium facere. Poſt [24] hæc iubent cum in parietem dormitorij eius [25] tectóve includi, & obſignari annulo, térque nouies carmen dici. Caninus ſi viuenti eximatur, & in cibo ſumatur, liberat eo vitio. Quidam recentem [26] ſuperalligant. Alij duorum dierum catuli ex aceto ſcillitico dant ignoranti, vel herinacei lienem. Item coclearum cinerem cum ſemine lini & vrticæ addito melle, donec [27] perſanet. Eo liberat & lacerta viridis, viua in olla ante cubiculum dormitorium eius, cui [28] medetur, ſuſpenſa, vt egrediens reuerténtſque attingat manu: cinis è capite bubonis cum vnguento: mel in quo apes ſint emortuæ: araneus, & maximè qui [29] lycos vocatur. Vpupæ cor in lateris doloribus laudatur, & cochlearum cinis in ptiſana decoctarum, quæ & per ſe illinuntur. Canis rabioſi caluariæ [30] cinis potioni inſpergitur. Lumborum dolori [31] ſtellio tranſmarinus, capite ablato & inteſtinis, decoctus in vino cum papaueris nigri denarij pondere dimidio eo [32] ſucco bibitur. Lacertæ viridis deciſis dedibus & capite, in cibo ſumuntur. Cochleæ tres contritæ cum teſtis ſuis, atque in vino decoctæ cum piperis granis xv. Aquilæ pedes euellunt in [33] aduerſum à ſuffragine, ita vt dexter dexteræ partis doloribus adalligetur, ſiniſter læuæ. Multipeda quoque, quam oniſcon appellauimus, medetur denarij pondere ex [34] vino cyathis duobus pota. Vermem terrenum catillo ligneo antè fiſſo & ferro vincto impoſitum, aqua excepta perfundere, & defodere, vnde effoderis, Magi iubent, mox aquam bibere catillo, mirè id prodeſſe iſchiadicis affirmantes.

17 troxalis, Aelianus cap 19. lib. 6. Animal.
18 vt aliqui autores arbitr. alij nec pauc. Vet.
19 nec pauci auctores hoc eſſe quod gryllı vocentur. CH.
20 demortuæ. CH.
21 flos potus. Vet.
22 ſi febres abſint. CH.
23 ſint. CH.
24 hoc CH.
25 tectorioue. CH.
26 ſuperinſligant, Alij duũ dierum. CH.
27 perſanent. CH.
28 medeatur. CH.
29 lycus CH.
30 cibus. CH.
31 ſtellionis tranſmarini & decocti, Vet.
32 ſucco bibitur. Vet.
33 auerſum. CH, auerſum, ac ſuffragine. M. auorſum à ſuffragine. Vet.
34 vini. Vet.

ANNOTATIONES.

a In cochleario minimè clauſas, aut paſtas. Alteles eſſe, & ſaginari, vide apud Varronem cap. 14. lib. 3.
b Aceratæ cochleæ, aceris modo virgatæ, & diſcurrentibus lineis maculoſæ: vel tam exiguis & breuibus corniculis, vt ferè nullæ videri poſſint: ἄκερω τῶν κεράτων. Quidam legunt ceratæ, nempe cerei coloris. Cochleas rubras vulgus appellat.
c Primatium, quod in lacum ſponte fluit, minimè tortiuum.

Ad dyſentericos, & ventris mala, remedia. CAP. VII.

DYſentericos recreant femina pecudum decocta cum lini ſemine aqua pota. Caſeus ouillus vetus, ſeuum ouium decoctum in vino auſtero. Hoc & ileo medetur, & tuſſi veteri. Dyſentericis ſtellio tranſmarinus ablatis inteſtinis & capite, pedibúſque ac cute, [1] decoctúſque & in cibo ſumptus. Cochleæ duæ cum ouo, vtraque cum putamine contrita, atque in vaſe nouo addito ſale & paſſi cyathis duobus, aut palmarum ſucco & aquæ cyathis tribus [2] ſubferuefactis & in potu datis. Proſunt & combuſtæ, vt cinis earum bibatur in vino addito reſinæ momento. Cochleæ nudæ, de quibus diximus, in Africa maximè inueniuntur, vtiliſſimæ dyſentericis, quinæ combuſtæ cum denarij pondere dimidij acaciæ: [3] exq; eo cinere dantur cochlearia bina in vino myrtite, aut quolibet auſtero cum pari modo caldæ. Quidam omnibus Africanis ita vtuntur. Alij totidem Africanas, vel latas infundunt potiùs. Et ſi maior [4] fluxio ſit, addunt acaciam fabæ magnitudine. Senectus anguium dyſentericis & teneſmis in ſtanneo vaſe decoquitur cum roſaceo. [a] Vel ſi in alio, [5] cum ſtanno illinitur. Ius è gallinaceo iiſdem [6] medetur, ſed veteris gallinacei vehementius. Salſum ius aluum ciet. [b] Membrana gallinarum toſta & data in

1 decoctus æquè, & cibo. CH.
2 ſubferuefacta & in potu data. Vet.
3 ex eo. M.
4 fluitio. M.
5 cum tubulo ſtanneo illinitur. Vet.
6 medetur ſed veteris gallinacei ſalſum ius vehemẽtius aluũ ciet. CH.

data in oleo ac ſale, cœliacorum dol ores mulcet. Abſtinere autẽ à frugibus antè & gallinam & hominem oportet. Fimum columbinum toſtum potúmque. Caro palumbi in aceto decocta dyſentericis & cœliacis medetur. Turdus inaſſatus cum myrti baccis dyſentericis: item merulæ. Mel, in quo ſint immortuæ apes, decoctum. Grauiſſimum vitiũ [c] ileos appellatur. Huic reſiſti aiunt diſcerpti veſpertilionis ſanguine: [7] etiam illito [8] ventre ſubuenire. Siſtit aluum [9] & cochlea, ſicut diximus in ſuſpirioſis, temperata. Item cinis earum quæ viuæ crematæ ſint, potus ex vino auſtero. Gallinaceorum iecur aſſum [10] cũ ventriculi membrana, quæ abiici ſolet, inueterata, admiſto papaueris ſucco. Alij recentem torrent ex vino bibendam. Ius perdicum, & per ſe ventriculus contritus ex vino nigro. Item palumbus ferus, è poſca decoctus. Lien pecudis toſtus, & in vino tritus. Fimum columbinum cum melle illitum. Oſſifragi venter arefactus & potus, iis qui cibos non conficiunt, vtiliſſimus, vel ſi manu tantùm teneant capientes cibum. Quidam adalligant ex hac cauſa, ſed continuare non debent: [d] maciem enim facit. Siſtit & anatum maſcularum ſanguis. [11] Inflationem diſcutit cochlearum cibus. Tormina ſanat lien ouium toſtus, atque è vino potus: palũbus ferus ex poſca decoctus: [e] apodes ex vino: cinis ibidis ſine pennis crematæ potus. Quod præterea traditur in torminibus, mirũ eſt. Anate appoſita ventri tranſire morbum, anatémque emori. Tormina & melle curátur, in quo ſunt apes immortuę decocto. Coli vitium efficaciſſimè ſanatur aue galerita aſſa in cibo ſumpta. Quidam in vaſe nouo cùm plumis exuri iubent, conteríque in cinerem, bibíque ex aqua cochlearibus ternis per quatriduum: quidã cor eius adalligari feminis: alij recens tepénſque adhuc deuorari. Conſularis Aſprenatum domus eſt, in qua alter è fratribus [f] colo liberatus eſt, aue hac in cibo ſumpta, & corde eius armilla aurea incluſo: alter ſacrificio quodã [12] facto crudis laterculis [13] in formam camini, atque vt ſacrum peractum erat, obſtructo facello. Vnum eſt oſſifrago inteſtinum mirabili natura, omnia deuorata cõficienti. Huius partem extremam adalligatam prodeſſe contra colum conſtat. [14] Sunt occulti interaneorum morbi, de quibus mirum proditur. Si catuli, priuſquàm videant, applicentur triduo ſtomacho maximè ac pectori, & ex ore ægri ſuctum lactis accipiant, [g] tráſire vim morbi, poſtremò exanimari, diſſectíſque palàm fieri [15] ægri cauſas. Mori & humari debere eos obrutos terra. Magi [16] quidem veſpertilionis ſanguine contacto ventre, in totum annum caueri dolorem tradunt: [17] aut [18] per dolorem, ſi quis aquam [h] per pedes fluentem haurire ſuſtineat.

7 etiãque etiã. Vet.
8 ſubueniri. CH.
9 primum cochlea. CH.
10 aut ventr. membra, quæ abiicere ſolent. CH.
11 Inflationes. M. Inflammationem. CH.
12 facto facello è crudis. Vet.
13 ad. M. & CH.
14 Sunt, in CH. d.
15 ægritudinis. Vet.
16 quidam. Vet.
17 at præſentem dolorem leuari. Vet.
18 in. CH.

ANNOTATIONES.

a Leg. Vel cũ tubulo ſtanneo illinitur, &c. Nempe fiſtula è ſtanno parata ſedi infunditur, præcipuè in teneſmo, vt inteſtini pars extrema eo ſublinatur.
b Ventriculi.
c Dolor, aut inflammatio gracilioris inteſtini.
d Emaciat, immodica facultate diſcutiendi.
e Hirundines grandiores.
f Coli dolore.
g Suprà cap. 5. vltimo huius libri.
h Cum ij ſordidi abhuntur. Eadem aqua laudatur ad arcendam lippitudinem cap. 4. lib. 28.

Ad calculos & veſicæ dolores, teſtiúmque & inguinum tumores, & ad panos. CAP. VIII.

MVrino fimo contra calculos illinire ventrem prodeſt. Herinacei carnem iucundam eſſe aiunt, ſi capite percuſſo vno ictu interficiatur, priùs quàm in ſe vrinam [1] reddat: eos qui carnem ederint, ſtranguriæ morbum contrahere minimè poſſe. Hæc caro ad hunc modum occiſi, ſtillicidia [2] veſicæ emendat: item ſuffitus ex [3] eodem. Quòd ſi vrinam in ſe reddiderit, eos qui carnem ederint, ſtranguriæ morbum contrahere traditur. [4] Iubent & vermes terrenos bibi ex vino aut paſſo ad comminuendos calculos: vel cochleas decoctas, vti ſuſpirioſis. Eaſdẽ exemptas teſtis tritáſque, tres in vini cyatho bibi, ſequenti die duas, tertia die vnam, vt ſtillicidia vrinæ emendent. Teſtarũ verò inanium cinerem ad calculos pellendos. Item hydri iecur bibi, vel cinerem ſcorpionum in pane ſumi, vel ſi quis cum locuſta [6] edit. Lapillos qui in gallinaceorum [7] [a] veſica, aut in palumbium ventriculo inueniantur, conteri & potioni inſpergi. Item membranam [b] è ventriculo gallinacei aridam: vel ſi recens ſit, toſtam. Fimum quoque palumbinum [b] in faba ſumi contra calculos & alias difficultates veſicæ. Similiter plumarum

1 reddat, & eos qui carnem tum. Vet.
2 in veſica. CH.
3 eadem. Vet.
4 ſuuat. M.
5 ſtillicidium. CH.
6 edat. Vet.
7 ventre. Vet.

cinerem palumbium ferorum ex aceto mulſo. Et inteſtinorum ex his cinerem cochleari-
bus tribus è nido hirundinum. Gryllum[8] dilutum aqua calida. Oſſifragi ventrem areſa-
ctum. Turturis ſimum in mulſo decoctum, vel ipſius diſcoctæ ius. Turdos quoque ediſſe
cum baccis myrti prodeſt vrinæ: cicadas toſtas in patellis:[9c] millepedam oniſcon bibiſſe:
& in veſicæ doloribus decoctum aguinorum pedum. Aluum ciet gallinaceorum diſco-
ctorum ius, & acria mollit. Ciet & hirundinum ſimum, adiecto melle ſubditum. Sedis
vitiis efficaciſſima ſunt œſypum (quidam adiiciũt[10] pompholygem, & roſaceum) canini
capitis cinis: ſenecta ſerpentis ex aceto, ſi rhagades ſint: cinis ſimi canini candidi cũ roſa-
ceo: aiũntque inuentum Æſculapij eſſe,[11] & codẽ verrucas efficaciſſimè tolli: murini ſimi
cinis, adeps cygni, ſeuum bouis. Procidentia[12] alui ſuccus cochlearum punctis euocatus
[13]illita depellit. Attritis medetur cinis muris ſyluatici cum melle:[14] vel herinacei, cum ve-
ſpertilionis cerebro, & alumine, & œſypo. Fimum columbinum cum melle. Cõdyloma-
tis priuatim araneus dempto capite pedibúſque[15] infricatur. Ne acria perurant, adeps an-
ſerinus cum cera Punica, ceruſſa, roſaceo: adeps cygni. Hæc & hæmorrhoidas ſanare di-
cuntur. Iſchiadicis cochleas crudas tritas cum vino ammineo & pipere, potu prodeſſe
dicunt: lacertam viridem in cibo ablatis pedibus, interaneis, capite. Sic & ſtellionem, adi-
ectis huic papaueris nigri obolis tribus. Ruptis conuulſis fel ouium cũ lacte mulie-
rum. Verendorum formicationibus verueſíque medetur arietini pulmonis inaſſati ſa-
nies. Cæteris vitiis vellerum eius vel ſordidorum cinis ex aqua: ſeuum ex omento pecu-
dis, præcipuè à renibus, admiſto cinere pumicis & ſale: lana ſuccida ex aqua frigida: car-
nes pecudis combuſtæ ex aqua: mulæ vngularum cinis: dentis caballini contuſi farina
inſperſa. Teſtibus verò, farina ex oſſibus canini capitis ſine carne tuſis. Si [d] decidat teſtiũ
alter, ſpumam cochlearum illitam remedio eſſe tradũt. Tetris ibi hulceribus & manan-
tibus auxiliantur canini capitis recentis cineres: cochleæ latæ paruæ contritæ ex aceto,
vel cinis[16] eius: mel, in quo apes[17] ſunt emortuæ, cum reſina: cochleæ nudæ, quas in Afri-
ca gigni diximus, tritæ cum thuris polline & ouorum albo:[18] triceſimóque die[e] reſoluunt.
Aliqui pro thure bulbum admiſcent. Hydrocelicis ſtelliones mirè prodeſſe tradunt, ca-
pite, pedibus,[19] interaneíſque demptis,[20] reliquum corpus inaſſatum. [21] In cibo id ſæpius
datur, ſicut ad vrinæ incontinentiam. Caninum adipem cum alumine[22] ſciſſo fabæ ma-
gnitudine. Cochleas Africanas cum ſua carne & teſta crematas poto cinere. Anſerum
trium linguas inaſſatas in cibo: huius rei autor eſt Anaxilaus. Panos aperit ſeuum pecu-
dum cum ſale toſto. Murinum ſimum admiſto thuris polline, & ſandaracha diſcutit. La-
certæ cinis, & ipſa diuiſa impoſita. Item multipeda contrita, admiſta reſina terebinthi-
na ex parte tertia. Quidam & ſinopidem admiſcent cochleę contuſæ. Et per ſe cinis ina-
nium cochlearum ceræ miſtus, diſcuſſoriam vim habet. Fimum columbarum per ſeſe,
vel cum farina hordeacea, aut auenacea illitum. Cantharides miſta calce panos ſcalpelli
vice[23] aperiunt. Inguinum tumorem cochleæ minutæ cum melle illitæ leniunt. Varices
ne naſcantur, lacertæ ſanguine pueris crura iciunis à iciuno illinuntur.

8 dirutum.CH.
9 multipedam.Vet.
10 pompelium.CH.
11 eodémque &.CH.
12 ibi.M.
13 illitu repellit. Vet. habet 8, repellit, CH.
14 fel her cum veſp. & anſerinus cum cerebro.CH.
15 infricatus.M.
16 earum.Vet.
17 ſint immortuæ. CH.
18 tricesimo die ſoluunt. M. tricesimóq; die reſoluuntur. Vet. alio, quæ tricesimo die reſoluuntur. Alij.
19 interaneis ademptis.CH.
20 reliquo corpore inaſſato. Vet.
21 Ibidem.CH.
22 ſchiſto. Vet. & infrà cap. 15. lib. 35.
23 auferunt.CH.

ANNOTATIONES.

a Venere, aut potiùs ingluuie. Vrinaria enim veſica gallinacei carent.
b Cum fabæ lomento.
c Multipedam dicere debuit. Vide cap. vlt. lib. 29.
d Turpiter propendeat, & demittatur veluti laxatus.
e Reſoluuntur: ſponte abſcedunt, nec ampliùs hærent.

Ad podagras articulorum dolores. CAP. IX.

POdagrat lenis œſypum cum lacte mulieris & ceruſſa: fimum pecudum, quod liqui-
dum reddunt: pulmones pecudum: fel arietis cum ſeuo: mures diſſecti impoſiti:
ſanguis muſtelæ cum plantagine illitus, & viuæ combuſtæ cinis ex aceto [1] & roſacco, ſi
penna illinatur, vel ſi cera & roſaceum admiſceatur: fel caninum, ita ne manu attinga-
tur, ſed penna illinatur: fimum gallinarum: vermium terrenorum cinis cum melle, ita
vt tertio die ſoluantur. Alij ex aqua illinire malunt. Alij [2] ipſos aceto menſura cum
mellis cyathis tribus, pedibus antè roſacco peruncti. Cochleæ latæ potæ tollere di-
cuntur pedum & articulorum dolores. Bibuntur autem binæ in vino tritæ. Eadem
illinuntur

1 ac.CH.
2 ipſo aceto menſura. Vet. ipſos aceto buli menſura. Alij Vet.

illinuntur cum helxines herbæ ſucco. Quidam ex aceto [3] intriuiſſe contenti ſunt. Quidam [a] ſale cum vipera cremato in olla noua, [4] & ſæpius ſumpto, aiunt podagra liberari. Vtile eſſe & adipe viperino pedes perungi. Et de miluo affirmant, ſi inueterato tritóque quantùm tres digiti capiant, bibatur ex aqua. [5] Aut ſi pedes [6 b] ſanguinent cum vrtica: vel pennis [7] eorum, cùm primùm naſcentur, tritis cum vrtica. Quin & fimus eorum articulorum doloribus illinitur: item cinis muſtelæ aut cochlearum, & cum amylo vel [8] tragacantho. Incuſſos articulos aranei telæ commodiſſimè curant. Sunt qui cinere earum vti malint, ſicut ſimi columbini cinere, cum polenta & vino albo. Articulis luxatis præſentaneum eſt & ſeuum pecudis cum cinere [9] è capillo mulierum. Pernionibus quoq; imponitur ſeuum pecudum cum alumine. Canini capitis cinis, aut ſimi murini. Quod ſi [10] putrida ſint hulcera, cera addita ad cicatricem perducunt, vel [11] gryllorum crementorũ fauilla ex oleo: item muris ſyluatici cum melle: vermium quoque terrenorum cum oleo vetere: & cochleæ, quæ nudæ inueniuntur. Hulcera omnia pedum ſanat cinis earum, quæ viuæ combuſtæ ſint: [12] ſimíque gallinacei cinis exhulcerationes, [13] columbini ſimi cinis ex oleo. Attritus etiam calceamentorum, veteris ſoleæ crematæ cinis, agninus pulmo & arietis ſanat. Dentis caballini contuſi farina priuatim [c] ſubluuiem. Lacertæ viridis ſanguis ſubtritus, & hominum & iumentorum pedes ſublitus ſanat. Clauos pedum vrina muli mulæve cum luto ſuo illita: fimum ouium. Iecur lacertæ viridis, vel ſanguis flocco [14] impoſitus: vermes terreni ex oleo: ſtellionis caput cum viticis pari modo tritum ex oleo: fimum columbinum decoctum ex aceto. Verrucas verò omnium generum vrina canis recens cum ſuo luto illita: ſimi canini cinis cum cera: fimum ouium: ſanguis recens murinus illitus, vel ipſe mus diuulſus: herinacei fel: caput lacertæ vel ſanguis, vel cinis totius: membrana ſenectutis anguium: fimum gallinaceum cum oleo & nitro. Cantharides cum vua taminia intritæ exedunt: ſed ita eroſas aliis, quæ ad perſananda hulcera monſtrauimus, curari oportet.

3 contriuiſſe.M.
4 &, in M.d.
5 Et ſi.Dal.
6 ſanguine tumeant. Vet.
7 eius.Dal.
8 tragacantha. CH.
9 &.CH.
10 pura. CH.
11 grillium.CH.
12 ſimi gallinarum. CH.
13 colũbini ex oleo. M. columbini ſimi ex oleo.CH.
14 imponitur. M.

ANNOTATIONES.

a Sal is eſt, quem multis aliis locis viperinum vocat.
b In vtroque manuſcrip. exempl. legitur, ſanguinem. In antiquiſſimo codice ſcriptum fuiſſe puto, ſanguine tum: nempe vel contracta ſcriptura, vel deletis literis, & dormitantem aut ignarum ſcribam, ex iis notis effeciſſe ſanguinent: cùm legendum fuerit. Et ſi pedes ſanguine tumeant. Apud Quintilianum in declamationibus aliquoties legimus ſanguinantes, pro ſanguine manantes, & cruore perfuſos. Sanguinantes pedes quidam exponunt, gangræna, carcinomate, ſordidis & malignis vlceribus tentatos cum ſanguinis effluxu. Talibus vrtica prodeſt, & peculiari vi ſanguinem manantem ſiſtit, præſertim è naribus. Sed is morbus plurimùm differt à podagra de qua hic agitur.
c *ἀλοιφὴ κροκυτώδης*, Columel. cap. 5. lib. 7. de one id vſurpat. In homine is morbus eſt, cum ſub lingue, cocta inflammatione, ſanies alba colligitur: quod ſæpe mulieribus accidit, dum inter confuendum ſe acu pungunt. Vulgus vocat *vn Poſſechien*. Paronychiæ genus id mitius eſt, ac minùs dolore vexat, nec primum articulum digiti corrumpit. Quidam reduuias, *τὰ περιῤῥήγνυα*, falsò interpretantur.

Remedia aduerſus morbos toti corpori. CAP. X.

NVnc reuertemur ad ea, quæ totis corporibus metuenda ſunt. Fel canis nigri maſculi amuletum eſſe Magi dicunt domus totius, ſufficæ eo purificatæve contra omnia mala medicamenta. Item ſanguine canis reſperſis parietibus, genitalíque eius ſublimine ianuæ defoſſo. Minùs mirentur hoc, qui ſciunt fœdiſſimum animalium in quantùm magnificent ricinum, quoniam vni nullus ſit exitus ſaginæ, nec finis [1] alia quàm morte, diutius in fame viuenti. Septenis ita diebus [2] duraſſe tradunt: at in ſatietate paucioribus [3] dehiſcere. Hunc ex aure ſiniſtra canis omnes dolores ſedare adalligatum. Eundem in augurio vitalium habent. Nam ſi æger ei reſpondeat qui intulerit, à pedibus ſtanti interrogantíque de morbo, ſpem vitæ certam eſſe: moriturum nihil reſpondere.. Adiiciunt, vt euellatur ex aure læua canis, cui non ſit alius, quàm niger color. Nigidius [4] fugere tota die canes conſpectum eius, qui è ſue id animal euellerit, ſcriptum reliquit. Rurſus Magi tradunt, lymphatos ſanguinis talpæ aſperſu reſipiſcere. Eos verò qui à nocturnis Diis Faunísque agitentur, draconis lingua, & oculis, & felle, inteſtiníſque in vino & oleo decoctis, ac ſub dio [5] noctu refrigeratis, peruncto matutinis veſpertiníſque liberari. Perfrictionibus remedio eſſe tradit Nicander amphisbænam

1 aliqua.M. alius. Vet.
2 durare.Vet.
3 deficere. M.
4 fugere.CH.

mortuam adalligatam, vel pellem tantùm eius. Quinimò arbori, quæ cædatur, adalligata non algere cædentes, faciliúsque succidere. Itaque sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens, & ante cuculi cantum. Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, si dexter pes circunscribatur, ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices, vbicunque spargatur. Paralysin cauentibus pinguia glirium decoctorum & foricum vtilissima tradunt esse: millepedas, vt in anginis diximus, potas phthisin sentientibus: lacertam viridem decoctam in vini sextariis tribus ad cyathum vnum, singulis cochlearibus sumptis per dies, donec conualescant. Cochlearum cinerem potum in vino. Comitialibus morbis œsypum cum myrrhæ momento, & vini cyathis duobus dilutum, magnitudine nucis auellanæ, à balineo potum. Testiculos arietinos inueteratos, tritósque quinis diebus denarij pondere in aqua vel lactis asinini hemina. Interdicitur vini potus quinis diebus antè & posteà. Magnificè laudatur & sanguis pecudum potus: item fel cum melle, præcipuè agninum. Catulus lactens sumptus, abscisso capite pedibúsque, ex vino & myrrha. Lichen mulæ potus in oxymelite cyathis tribus. Stellionis transmarini cinis potus in aceto. Tunicula stellionis, quam eodem modo, [6] vt anguis, exuit, pota. Quidam & ipsum harundine exenteratum inueteratúmque bibendum dedêre. Alij in cibo in ligneis verubus inassatum. Operæ pretium est scire quomodo præripiatur, cùm exuitur membrana hyberna, aliâs deuoranti eam, quoniam nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde stellionum nomen aiunt in [a] maledictum translatum. Obseruant cubile eius [7] æstatibus. Est autem in [8] locis ostiorum fenestrarúmque, aut cameris sepulcrísve: ibi vêre incipiente fissis harundinibus textas opponunt casas, quarum angustiis etiam gaudet, eo faciliùs exuens circundatum torporem. Sed eo derelicto non potest remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur. Prodest & cerebrum mustelæ inueteratum potúmque, & iecur eius: testiculi vuluæq; aut ventriculus inueteratus cum coriandro, vt diximus: item cinis: sylueſtris verò tota in cibo sumpta. Eadem omnia prædicantur ex viuerra. Lacerta viridis cum condimentis quæ fastidium abstergeant, ablatis pedibus [9] & capite. Cochlearum cinis addito semine lini & vrticæ cum melle inunctos sanat. Magis placet draconis cauda in pelle dorcadis adalligata ceruinis neruis: vel lapilli è ventre pullorum hirundinum sinistro lacerto annexi. Dicuntur enim excluso pullo lapillum [b] dare. Quòd si pullus is detur [11] incipienti in cibo quem primum peperit, cùm quis primùm tentatus sit, liberatur eo malo. Posteà medetur hirundinum sanguis cum thure vel cor recens deuoratum. Quin & è nido earum lapillus impositus recreare dicitur confestim, & adalligatus in perpetuum tueri. Prædicatur & iecur milui deuoratum, & senectus serpentium. Iecur vulturis tritum cum suo sanguine ter septennis diebus potum. Cor pulli vulturini adalligatum. Sed & ipsum vulturem in cibo dari iubent, & quidem satiatum humano cadauere. Quidam pectus eius bibendum censent, & in [12] cerrino calice. Aut testes gallinacei ex aqua & lacte, antecedente quinque dierum abstinentia vini, ob id inueteratos. Fuere & qui viginti vnam muscas rufas, & quidem emortuas, in potu darent, infirmioribus pauciores.

5 nocte frigeratis. CH.

6 tanto vt anguis. CH.

7 æstibus. CH.

8 laxis. Vet. loricis. CH.

9 ac. CH.

10 linctu. CH.

11 incipienti, cùm quis primum &c. mox postea. Medetur. M. & Ver. *pullus is*, quem primum peperit, in cibo datur incipiente morbo, & cùm quis. Ver.

12 cedrino. Ver.

ANNOTATIONES.

a Criminis notam & probrum. Stellionatus crimen id est, cùm aliquid per dolum & impostaram fit. Vlpianus. De eo multa ex Capro grammatico Cuiacius cap. 26. lib. 10. Obseruat. Theophr. lib. de inuidis animalibus.

b Pullo, quem excluserint, tanquam omnium morborum remedium.

Contra morbum regium, & phreneticos, & contra febres & hydropicos.
CAP. XI.

MOrbo regio resistunt sordes aurium, aut mammarum pecudis denarij pŏdere cum myrrhæ momento, & vini cyathis duobus: canini capitis cinis in mulso: multipeda in vini hemina: vermes terreni in aceto [1] mulso cum myrrha. Gallina si sit luteis pedibus priùs aqua purificatis, dein collutis vino, quod bibatur. Cerebrum perdicis aut aquilæ in vini

1 cum mulso. CH.

læ in vini cyathis tribus. Cinis palmarum aut interancorum palumbis in mulso ad cochlearia tria. Passerum cinis sarmentis crematorum cochlearibus duobus in aqua mulsa. [a] Auis [2] icterus vocatur à colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè vocari [3] galgulum. Phreneticis prodesse videtur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus. Nam [4] non modò muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustelæ, verumetiam inueteratas herinacei carnes quis possit furcti, etiamsi certa sit medicina? Bubonis [5] certè oculorum cinerem inter ea, quibus prodigiosè vitam ludificantur, acceperim. Præcipueq; febrium medicina placitis eorum renunciat. Nanque & in xii. signa digessere eam Sole transmeante, iterúmque Luna: quod totum abdicandum paucis [6] exemplaribus docebo. Siquidem crematis tritísque cum oleo perungi iubent ægros cùm Geminos transit Sol, cristis, & auribus, & vnguibus gallinaceorum: si Luna, [b] radiis barbísque eorum: si Virginem alteruter, hordei granis: si Sagittarium, vespertilionis alis: si Leonem Luna, tamaricis fronde, & [7] adiiciunt satiuæ: si Aquarium, è buxo carbonibus tritis. Ex istis confessa, aut certè verisimilia ponemus, sicut & lethargum [c] olfactoriis excitari: inter ea fortassis mustelæ testiculis inueteratis, aut iocinere vsto. His quoque pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari putant vtile. In quartanis medicina [d] clinice propemodum nihil pollet. Quamobrem plura eorum remedia ponemus, primúmque ea, quæ [8] adalligari iubent: Puluerem, in quo se accipiter volutauerit, lino rutilo in linteolo: canis nigri dentem longissimum. Pseudosphecem vocant vespam, quæ singularis volitat: hanc sinistra manu apprehensam subnectunt: alij verò, quam quis eo anno viderit primam. Viperæ caput abscissum in linteolo, vel cor viuentis exemptum. Muris rostellum auriculásque summas [9] roseo panno, ipsumq; dimittunt. Lacertæ [10] viridis viuæ dextrum oculum effossum, mox cum capite suo decisso, in pellicula caprina. Scarabæum qui [11] pilulas voluit. Propter hunc [e] Aegypti magna pars scarabæos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat Solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suæ ritus. Sed & [12] alium adalligant Magi, [f] cui sunt cornicula reflexa, sinistra manu collectum. Tertium, qui vocatur [13] fullo, albis guttis, dissectum vtrique lacerto [14] adalligant: cæterà sinistro. Cor [15] anguinum sinistra manu exemptum viuentibus. Scorpionis caudæ quatuor articulos cum aculeo panno nigro, ita vt nec scorpionem dimissum, nec eum qui [16] alligauerit, videat æger triduò. Post tertium circuitum id [8] condat. [17] Erucam in linteolo ter lino circumdant totidem nodis, ad singulos dicentes, quare faciat qui medebitur. Limacem in pellicula, vel quatuor limacum capita præcisa harundine. Multipedam lana inuolutam. Vermiculos ex quibus tabani fiunt, antequàm [18] pennas germinent. Alios è spinosis frutectis lanuginosos. Quidam ex illis quaternos inclusos iuglandis nucis putamine adalligant: cochleásque, quæ nudæ inueniuntur. Stellionem inclusum capsulis subiiciunt capiti, & sub decessu febris emittunt. Deuorari autem iubent cor mergi marini sine ferro exemptum inueteratúmque conteri, & in calida aqua bibi. Corda hirundinum cum melle. Alij fimum drachma vna i lactis caprini & ouilli, vel passi cyathis tribus ante accessiones. Sunt qui totas censeant deuorandas. Aspidis cutem pondere [19] sextæ parte denarij cum piperis pari modo, Parthorũ gentes in remedium quartanæ bibunt. Chrysippus philosophus tradidit [b] phryganion adalligatum remedio esse quartanis. Quod esset animal neq; ille descripsit, nec nos inuenimus qui nouisset. Demonstrandum tamen fuit à tam graui autore dictum, si cuiusquam cura [20] efficacior esset [21] ad inquirendum. Cornicis carnes esse, & nidum illinire, in [22] longissimis morbis vtilissimum putant. Et in tertianis fiat potestas experiendi, quoniam [23] miseria spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela cum ipso specu toto resina ceráque imposita vtrisque temporibus & fronti prosit: aut ipse calamo adalligatus, qualiter & aliis febribus prodesse traditur: item lacerta viridis adalligata viua in eo [24] vase quod capiat. Quo genere & recidiuas frequenter abigi affirmant. Hydropicis œsypum ex vino addita myrrha modicè potui datur, nucis auellanæ magnitudine. Aliqui addunt & [25] anserinum adipem, & oleum myrteum. Sor-

2 icteris. CH.

3 galgulum. CH.

4 non modo, in CH. d. & mox pro, vermiculis, legitur, vel, pro, certa sit, forte.

5 quidem. CH.

6 exemplis Vet. & pluribus edocebo. CH.

7 dicunt. CH.

8 alligari. CH.

9 russeo. CH.

10 viridis, in CH. d.

11 pilas. CH.

12 alios alligant. CH.

13 fullo ab his, dissentium. M.

14 alligant. CH.

15 anguium. CH.

16 adalligauerit. CH.

17 vrucam. CH.

18 pennæ. Ver.

19 sextæ partis. Ver.

20 peruicaciot. Vet.

21 in quærendas. CH. Leg. anquirendo, vel, in quærendo.

22 longis. CH.

23 miseros spei. Vet. quoniam eius spei eo pax erit detecto. Alij. miseriæ copiæ spei detectæ. CH.

24 vase quo cibum capia t. Vet. Herm.

25 anserum adipem et vino myrteo. Cid.

des ab vberibus ouium eundem effectum habent. Item carnes inueteratæ herinacei sumptæ. Vomitus quoque canum illitus ventri, aquam trahere promittitur.

ANNOTATIONES.

a Actius lib.10.ca.17 morbum hunc non ab aue dictum vult, sed ab oculis ictidis, seu viuerræ auricoloribus.
b Digitis in auersa parte pedis extantibus.
c Peramicis, quæ sternuta menta cient.
d Quæ ægris in lecto decumbentibus adhibetur, ratione victus, medicamentis, manus opera.
e Vide suprà c.5. huius lib. Plutarch. Porph. Horus, aliâ præterea eius veneration is causſam reddunt, q mares sint omnes scarabæi, nulla fœmina. Hinc iocus Ausonij in masculæ Veneris sectatorem:

Peruersa Veneris postico vulnere fossor
Lucilli vatis fabulo, pullo premo,

Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,
Non caper, aut aries, sed scarabæus erit.

Rodig. cap.5. lib.8. Clemens Hypotyposeon 6. homines voluptatibus impensiùs deditos, & immersos, ac ebrios, tanquam cantharos in stercore volutari scribit.
f Taurum suprà vocauit cap.5. huius libri.
g Humo sepeliat & defodiat.
h Fortassis animal, quod paulò antehac vocauit vermiculum è fruteris lanuginosum. φύγανον, frutex. Quidam legunt, phyton: putantque animal id notissimum à Chrysippo fuisse expositum non fuisse, & Plinium exemplari vitioso deceptum.

Ad ignem sacrum, ad carbunculos, furunculos, ambusta, neruorumque contractiones. CAP. XII.

IGni sacro medetur œsypum cum pompholyge & rosaceo, ricini sanguis, vermes terreni ex aceto illiti, gryllus contritus in manibus. Quo genere præstat, vt qui id[1] fecerit, antequàm incipiat[2] vitium, toto eo anno careat. Oportet autem eum ferro cum terra cauernæ suæ tolli. Adeps anseris. Viperæ caput aridum asseruatum & combustum, dein ex aceto impositum. Senectus serpentium ex aqua illita à balineo cum bitumine & seuo agnino. Carbunculus fimo columbino aboletur per se illito, vel cum lini semine ex aceto mulso. Item apibus, quæ in melle sunt immortuæ impositis. Polentáque imposita[3] inspersa. [4] Si in verendis sit, cæteríque ibi vlceribus occurrit è melle œsypum cum plumbi squamis. Item fimum pecudum incipientibus carbunculis.[5] Tubera & quæcunque moliri opus[6] sit, efficacissimè anserino adipe curantur. Idem præstat & gruum adeps. Furunculis mederi dicitur araneus, priusquàm nominetur impositus, & [7] tertia die solutus. Mus araneus pendens enecatus, sic vt terram[8] nec posteà attingat, ter circundatus furunculo, toties expuentibus medente & eo cui medebitur. Ex gallinaceo fimo quod est rusum maximè recens illitum ex aceto. Ventriculus ciconiæ ex vino decoctus. Muscæ impari numero infricatæ digito medico. Sordes ex pecudum auriculis. Seuum ouium vetus cum cinere[9] è capillis mulierum. Seuum arietis cum cinere[10] pumicis & salis parí pondere. Ambustis canini capitis cinis medetur. Item glirium cum oleo. Fimum ouium cum cera[11] comistum. Murium[12] cinis & cochlearum: ídque sic vt ne cicatrix quidem appareat. Item adeps viperinus. Fimi columbini cinis ex oleo illitus. Neruorum[a] nodis medetur capitis viperini cinis[13] ex oleo cyprino illitus. Terreni[14] vermes cum melle illiti. Dolores tollit eorum amphisbæna mortua adalligata. Adeps vulturinus cum ventre arefactus, contritúsq; cum adipe suillo inueterato. Cinis è capite bubonis in mulso potus cũ lilij radice, si Magis credimus. In contractione neruorum caro palumbina in cibis prodest & inueterata: herinacei spasticis: item mustelæ cinis. Serpẽtium senectus in pelle taurina adalligata spasmos fieri prohibet. Opisthotonos milui iecur aridum tribus obolis in aquæ mulsæ cyathis tribus potum. [b] Reduuias, & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollunt, canini capitis cinis, aut vulua decocta in oleo, superillito butyro ouillo cum melle. Item folliculus cuiuslibet animaliũ fellis. Vnguium scabritiam[15] cátharides cum pice tertio die solutæ, aut locustæ, aut locustæ[16] frictæ cum seuo hircino. Pecudum seuum. Aliqui miscent viscum & portulacam, alij æris florem & viscum, ita vt tertio die soluant.

1 facier. Vet.
2 vitio eo toto anno careat. Vet.
3 ne insp. Vet. aut insp. Alij Vet.
4 In verendis, cæter. ibi hal. occ. ex melle, CH.
5 Tubercula. Vet.
6 est. CH.
7 tertio. CH.
8 postea nõ att. Vet.
9 capilli. CH.
10 punici. Vet. M.
11 commistum, in CH. d.
12 cinis, cochlearum quoque, sic. CH.
13 in oleo cypreo. CH. illitus, non habet.
14 vermis cinis cum oleo illitus etiam dolores tollit: item apis mortua. M.
15 cantharidæ. CH.
16 frictæ, in CH. d.

ANNOTATIONES.

a Sic vocat Græcorum τὰ γίγγλυμα. b Cutis circa radicem vnguium fissæ eminentes lacinias, τὰ παρωνυχίδια τῶν ὀνύχων

Ad sanguinem sistendum & tumores vulnerum, vlcera, vulnera, & alia mala, ex animalibus remedia. CAP. XIII.

SAnguinem sistit[1] in naribus seuum ex[2] omento pecudum inditum. Item coagulum ex aqua, maximè agninum, [3 a] subductum vel infusum, etiamsi alia non prosint. Adeps anserinus cum butyro pari pondere[4] pastillis ingestus. Cochlearum[5b] terrena. Sed & ipsæ extractæ testis. E naribus fluentem sistunt cochleæ contritæ fronti illitæ: aranei telę subpositæ: gallinacei cerebellum, vel sanguinis profluia[6] ex cerebro: item columbinus sanguis ob id seruatus concretúsque. Si verò ex vulnere immodicè fluat, fimi caballini cum putami

1 id. M.
2 omni pecude illitum M.
3 subditum. Vet.
4 pistus & ingestus. Vet. pondere pastillis ingestus cinis cochleæ unus terrenarũ. Vet alij.
5 terrenæ. Alij Vet. terrenarum. CH.
6 à. Vet.

putaminibus ouorũ cremati cinis impositus mirè sistit. [7] Vulneribus medetur œsypum cum hordei cinere & ærugine æquis partibus. Ad carcinomata quoque ac serpentia valet. Erodit & hulcerum [8] margines: carneſq; excrescentes ad æqualitatem redigit. Explet quoque, & ad cicatricem perducit. Magna [9] vis & in cinere pecudum fimi ad carcinomata, addito nitro [10] aut cinere ex ossibus fœminũ agninorum, præcipuè in [11] his hulceribus quæ cicatricem non [12] trahant. Magna & pulmonibus [13] quoque arietum. Excrescentes carnes in hulceribus ad æqualitatem efficacissimè reducunt. Fimo quoque ipso ouium sub [14] testa calefacto & subacto, tumor [15] vulnerum sedatur. Fistulæ purgantur sanantúrque: item epinictides. Summa verò vis in canini capitis cinere: excrescentia omnia spodij vice erodit [16] ac persanat. Et murino fimo eroduntur. Item mustelæ [17] fimi cinere. Durities etiam in alto hulcerum & carcinomata persequitur multipeda trita, admista resina terebinthina & sinopide. [18] Eadémque vtilissima sunt in his hulceribus, quæ vermibus periclitantur. Quin & vermium ipsorum genera mirandos vsus habent. [19 c] Cosses qui in ligno nascuntur, sanant hulcera omnia. Nomas verò combusti cum pari pondere anisi, & ex oleo illiti. Vulnera recentia conglutinant terreni, adeò vt neruos quoque abscissos illitis solidari [20] infra septimum [21] diem persuasum sit: itaque in melle seruandos [22] censent. Cinis eorum margines hulcerum duriores absumit, cum pice liquida [23] vel [d] simblio melle. Quidam arefactis in Sole ad vulnera ex aceto vtuntur, nec soluũt, nisi biduo intermisso. Eadem [24] ratione & cochlearum terrena prosunt: totaéq; exemptæ, tusæ & impositæ, recentia vulnera conglutinant, & nomas sistunt. Herpes quoq; animal à Græcis vocatur, quo præcipuè sanantur quæcunque serpunt. Cochleæ prosunt [25] eis cum testis suis tusæ: cum myrrha quidem & thure, etiam præcisos neruos sanare dicuntur. Draconum quoque adeps siccatus [26] Sole magnopere prodest: item gallinacci cerebrum recentibus plagis, sale viperino in cibo sumpto. Tradunt & hulcera tractabiliora fieri, [27] & sanari celeriùs. [e] Antonius [28] Musa Medicus cum incidisset [29] insanabilia hulcera, viperas edendas dabat, miraq; celeritate persanabat. [30] Tryxalidum cinis margines hulcerũ duros aufert cum melle: item [31] fimi columbini cinis cum arsenico & melle, ea quæ erodẽda sunt. Bubonis cerebrum cum adipe anserino mirè vulnera dicitur glutinare: quæ verò vocantur cacoethe, [32] cinis feminum arietis cum lacte muliebri, diligenter priùs elutis [33] linteolis. Vlula auis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum [34] ouillum & mel. Hulcerum labra duriora apes in melle mortuæ emolliunt. Et elephantiasin sanguis & cinis mustelæ. Verberum [35] vulnera atque vibices pellibus ouium [f] recentibus impositis obliterãtur. Articulorum fracturis cinis feminum pecudis peculiariter medetur: efficaciùs cũ cera. Idem medicamentum fit ex maxillis simul vstis, cornuq; ceruino & cera mollita rosaceo. Ossibus fractis caninum cerebrum linteolo illito, [36] superpositis lanis, quę subinde g suffundantur, ferè xiiii. diebus solidat: nec tardiùs cinis syluestris muris cum melle, aut cum vermium terrenorum cinere, qui etiam ossa extrahit. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, præcipuè ex ariete, seuum ex nitro: lacertę viridis cinis: vernatio anguium ex vino decocta: fimum columbinum [37] ex melle. Item vitiligines albas ex vino. Ad vitiliginem & cantharides cum rutæ foliorum duabus partibus in Sole, donec formicet cutis, tolerandæ sunt. Posteà fouere, oleoq; perungere, necessarium, iterumq; illinire, ídq; diebus pluribus facere, cauentes exulcerationem [38] mustam. Ad easdem vitiligines & muscas illini iubent cum radice [39] laphatorum: gallinarum fimum candidum, seruatum in oleo vetere cornea pyxide: vespertilionum sanguinem: fel herinacei ex aqua. Scabiem verò, bubonis cerebrũ cum aphronitro, sed ante omnia sanguis [40] caninus sedãt: pruritũ cochleæ minutæ, latæ, contritæ illitæ. Harundines, & tela, quæq; alia extrahenda sunt [41] corpori, cuocat mus dissectus impositus. Præcipuè verò lacerta dissecta, & vel caput eius tantùm cõtusum cũ sale impositũ. Cochleæ ex his quæ gregatim solia sectantur, contusę impositæque cum testis, & eæ quæ manduntur, exemptæ testis: sed cum leporis coagulo [42] efficacissimè. Ossa anguium eundem cum coagulo cuiuscũque quadrupedis intra tertium diem approbant effectum. Laudantur & cantharides tritæ cum farina [43] hordeacea.

7 Vlceribus. CH.
8 malas carnes, & quæ excrescunt M.
9 vis cineris pec. M.
10 aut in cinere. CH.
11 his. Ver.
12 trahunt. CH.
13 præcipuè. M. & CH.
14 testo cal. & subacto. CH.
15 in vulneribus sedatur, fistulæ. CH.
16 & pers. CH. & spurcitias erodit persanat Item mur. M.
17 simus & cinis, vlcera & carcinomata persequitur. Multipeda item trita. M.
18 Eadem. M.
19 Cossi. Ver.
20 intra. CH.
21 diem Democritus persuaserit. M. diem persuasio sit. CH.
22 censer. M.
23 vel hyblæo. Vet. vel simplo & melle.
24 ratio & terrenarii cochlearum est, quæ tusæ. M.
25 &. CH.
26 in Sole. M. & CH.
27 ac. CH.
28 quidem Medicus. CH.
29 in insanab Vet.
30 Troxalidum. Aelianus.
31 simus columbinus cum. M.
32 cinis etiam feminum. Ver. cinis, & simum. M.
33 linteolis sanat. Vlula quoque auis Vet.
34 ouillum. Et mel ad vlcera sananda vulnera. Hulcerum labra apes. M.
35 vlcera pellibus &c. M.
36 superimpositis. CH.
37 cum melle. CH.
38 altam. Ver.
39 lapathorii. CH.
40 caninus. Sedant prur. cochl. min. & lacerta. & illitæ. Ver.
41 corpore. Alij.
42 efficacissimæ. Vet.
43 hordei. CH.

a In nares attractum.
b Leg.terrenæ:nam & aquaticæ sunt. Alii nihil mutant: terrenúque exponunt,terram qua oblinitur & lutulenta est illarum testa. Vide & suprà cap. 4. proximo aliú terreni significatú in cochleis.
c Cossi.Vermes ij sunt oblongi,colore cinerei,multis hinc illinc pedibus gradientes,corniculis in capite extantibus: *Agnus.*
d Quidam,simplici.Ego lego,Hyblæo,ab Hybla monte Siciliæ. Inuenio apud quendam,sed nullius auctoris testimonio,tale mel fieri solitum in Sicilia,& Cycladibus insulis.
e Fuit quidem is doctus ac facundus plurimum, cum etiam elegantis politique ingenij, quod ostendit & Musæ cognomen ideò tributum.Virg.in Catalectis,

Cui Vemus ame alios, Diui, Diuúmque fauores
Cunctis, neque indigno, Musa, dedere bona.

Apud Euripi d.in Naupho chorus eadem ratione Palamedem τὸν μέσον vocat:

ἐκ δυοῖν ἑνὸν εἷς
τοῦ πάνσοφον ὃ δαιμὼν
τοῦ δ' ἓν ἐκ δυοῖν ἐποίησεν
ἀνδρὸς μέσου. Scalig.

f Recenter excoriatis: conspersis sale, rosis, myrtis, vt in vsu est hodie apud medicos.
g Rosaceo,aut vino nigro,& austero.Galenus.

Ad muliebria mala medenda,& conceptus maturandos.
CAP. XIIII.

IN[a] muliebribus malis membranæ à partu ouium proficiunt, sicut in capris retulimus. Fimum quoque pecudum eosdem vsus habet. Locustarum suffitu strangutiæ maximè mulierum iuuantur. Gallinaceorum testes subinde si à conceptu edat mulier, mares in vtero fieri dicuntur. Partus conceptos hystricum cinis potus continet: maturat caninum [1] lac potum: euocat membrana è canum secundis, si terram nõ attigerit. Lumbos parturientium[2] potus lactis:fimum murinum[3] aqua pluui a dilutum, mammas mulierum à partu [4] tumescentes [5 b] reficit.Cinis herinaceorum cum oleo peruncta rũ custodit partus contra abortus. Faciliùs enituntur, quæ fimum anserinum cum aquæ cyathis duobus sorbuere: aut ex [c] vtriculo mustelino per genitale effluentes aquas. [d] Vermes terreni illiti in ceruices & scapulas, ne nerui dolcant præstant. [e] Grauidis secundas pellunt in passo poti. Idem per se impositi, mammarum suppurationes concoquunt & aperiunt, extrahúntque, & ad cicatricem perducunt. Lac [f] deuocant poti cum mulso. Inueniuntur [6] & in gramine vermiculi, qui adalligati collo, continent partum. Detrahuntur autem sub partu: aliàs eniti non patiuntur. Cauendum etiam ne in terra ponantur. Conceptus quoque causa dantur in potu quini aut septeni. Cochleæ in cibo sumptæ accelerant partum: item conceptum impositæ cum croco. Eædem ex amylo & tragacantha illitæ, profluuia sistũt. Prosunt & purgationibus sumptæ in cibo, & vuluam auersam corrigunt cum medulla ceruina, ita vt [7] vni cochleæ denarij pondus addatur & cyperi. [8] Inflationes quoque vuluarum discutiunt[9] exemptæ testis, trita q; cum rosaceo. Ad hæc astypalæicæ maximè eliguntur. Alio modo Africanæ binæ tritæ cum fœnigræci quod tribus digitis[10] capiatur, additis mellis cochlearibus quatuor, [g] illinuntur aluo, priùs irino succo peruncta. Sunt & [h] minutæ longæq;, candidæ cochleæ, passim oberrantes. Eæ arefactæ Sole in tegulis,tusæque in [11] farina, miscentur lomento æquis partibus,candorémque & læuorem corpori afferunt. Scabendi desideria tollunt minutæ & latæ cum polenta. Viperam mulier prægnans si transcenderit,abortum faciet:item amphisbænam, mortuam duntaxat. Nam viuam habentes in pyxide, impunè transeunt,etiam si mortua sit:[12] atque asseruata, partus [13] faciles præstat vel mortua. Mirum,si non asseruatam transcenderit grauida, innoxiam fieri, si protinus transcendat asseruatam. Anguis inueterati suffitus menstrua [14] adiuuant. Anguium senectus adalligata lumbis,faciliores partus facit,protinus à puerperio remouenda. Dant & in vinó bibendam cum thure: aliter sumpta, abortum facit. Baculus, quo angui rana excussa sit, parientes adiuuat: [15] tryxalidum cinis illitus cum melle, purgationes. Item araneus, qui filum deducit ex alto, capi debet manu caua, tritúsque admoueri: quòd si redeuntẽ [16] prehenderit, inhibebit idem purgationes. Lapis aetites in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum insidias. Penna vulturina subiecta pedibus adiuuat parturientes. Ouum corui grauidis cauendum constat, quoniam [17] transgressus abortus asperos [18] faciat. Fimum accipitris in mulso potum, videtur fœcundas facere. Vuluarum duritias & collectiones, adeps anserinus aut cygni emollit. Mammas à partu [i] custodit adeps anseris cum rosaceo [19] & araneo. Phryges & Lycaones mãmis[20] puerperio vexatis inuenere otidum adipem vtile esse: his quæ vulua strangulentur, & blattas illinunt. Ouorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mistus, & ceræ, [k] stantes mammas seruat.

Purant

1 lacte.CH.
2 iuuat potus Vet.
3 quoque pluuiã. CH
4 contentis. CH. videndum,num fomentis, ãne tumentes.
5 reprimit. Vet.
6 & merculi, qui. CH.
7 vni vnciæ cochleæ. Vet.
8 Inflammationes. Vet.
9 & exemptis testis tritæ cum CH
10 capiatur, addato melle.CH.
11 farinam. Vet.
12 æquè affi. &c. vt mortua Vet.
13 facile.CH.
14 adiuuat. Vet.
15 troxalidum. Ael.
16 prehenderis Vet. prenderit. CH.
17 transgressis. Vet.
18 facit,M.
19 & irino. Vt sequẽti capite.
20 à puerp. Vet.

Putant & ter [21] circunductas ouo perdicis non [l] inclinari:& si sorbeantur eadem, fœcunditatem facere, [22] lactis quoque copiam. Cum anserino adipe peruncti s mammis, dolores [23] minuere, molas veteri rumpere, scabiem vuluarum sedare, si cum [24] cimice trito illinantur. Vespertilionum sanguis psilothri vim habet: sed [25] malis [m] puerorum illitus non satis proficit, nisi [26] erucæ vel cicutæ semen posteà inducantur: sic enim aut in totum tolluntur pili, aut non excedunt lanuginem. Idem & cerebro eorum [27] profici putant. [n] Est autem duplex, rubens vtique, & candidum. Aliqui sanguinem & iecur [28] eius admiscent. Quidam in tribus heminis olei [o] discoquunt viperam, exemptis ossibus psilothri vice vtuntur, euulsis priùs pilis quos renasci nolunt. Fel herinacei psilothrum est, vtique misto cerebro vespertilionis, & lacte caprino. Item per se cinis cum lacte canis primi [29] partus, euulsis pilis quos renasci nolunt: vel nondum natis, [30] peruncti s partibus, alij non surgunt. Idem euenire traditur sanguine ricini euulsi cani: item hirundinino sanguine vel felle.

21 circumducto. Vet. circũdatas. Alij Vet.
22 lactisque copiam. Vet.
23 minui. Molas veteri rumpi, scabiemque vuluarũ sedari. Vet,
24 cinere. CH.
25 alis. CH.
26 erugo. CH.
27 perfici M.
28 eiusdem. CH.
29 partus: nam euulsis pilis, quos renasci nolunt, alij non surgunt: vel nondum natis, peruũctis partibus. Idem. Vet.
30 peruncte partes aliios non sufficiunt. M. & CH.

ANNOTATIONES.

a Vteri dolore, strangulatu, distortione, & cùm secundæ morantur.
b Deplet, exhaurit, leuat.
c Vesica.
d *Vermes* vocat Numenius apud Athenæum lib. 8.
καὶ ἢ σὺς μυσσοῦται δικείως ἐπὶ τοῖς κοπρίοις ἕλκουσα
Δήμητρος αἰγυπιὸν γαλεώτου: τοὶ μὲν ἔπειτα
πίλνωνται μάλα πουλὺ γαστρὸς ἐγερσιγόνοιο γάλακτος.
e Non grauidis quidem, sed puerperis, & fœtis.
f Deuocant Plinius vertit quod Græci κατασπῶσι.
g Ad inflationes dissipandas.
h Minutas albulas vocat Varro cap. 14. li. 3. easque afferri è Reatino ait, vt maximas ex Illyrico.
i Ne immodicè turgeant.
k Ne flaccescant & corrugentur.
l Molles & vietas demitti.
m Quos imberbes esse volumus.
n Duplex est cerebrum, rubens anterioribus ventriculis, candidum cerebello posteriore.
o Diu & exactè coquunt, quoad coctura intabescat.

Promiscua medicinæ. *CAP. XV.*

OVis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt. Si verò oculi nigri nascentium placcant, foricem prægnanti edendum. [a] Capilli ne canescant, vermiú terrenorum cinere præstari admisto olco. Infantibus, qui lacte concreto vexantur, præsidio est agninum coagulum ex aqua potum. Aut [1] si vitium [b] coagulato lacte acciderit, discutitur coagulo ex aceto dato. Ad dētitionem cerebrum [2] pecori vtilissimum est. Ossibus in canino fimo inuentis, [c] adustio infantium, quæ vocatur [d] siriasis, adalligatis emẽ dãtur, ramices infantium lacertę viridis admotæ dormientibus morsu. Posteà harundini [3] alligata suspenditur in fumo: tradúntque pariter cum ea expirante sanari infantem. Cochlearum saliua illita infantium oculis, [e] palpebras corrigit [4] gignítque. Ramicosis cochlearum cinis cum thure ex oui [5] albi succo illitus per dies triginta medetur. [f] Inueniuntur in corniculis cochlearum harenaceæ duritiæ: eæ dentionem facilem præstant adalligatæ. Cochlearum inanium cinis admistus ceræ, procidentium interaneorum[g] partes extremas [6] prohibet. Oportet autem cineri misceri saniem pũctis emissam è cerebro viperæ. Cerebrũ viperæ illigatũ pelliculæ dentitiones adiuuat. Ad idẽ valent & grandissimi dentes serpentium. Fimũ corui lana adalligatũ infantium tussi medetur. Vix est seriò complecti quædam: non omittenda tamen, quia sunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi iubent. Marem hanc [7] præhendi. Id intelligi [8] & quòd sub cauda vnam cauernam habeat. Id agendum, vt per aurum [9] & argentum [10] aut ostrum mordeat virum. Tum in calice nouo illigatur, & in fumo ponitur. Vrina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabæorum cornua grandia denticulata, adalligata his amuleti naturam obtinent. Bouis capiti lapillum inesse tradunt, quem ab eo expui si necem timeat, [11] inopinatis præciso capite exemptum, adalligatúmque, mirè prodesse dentitioni. Item cerebrum eiusdem ad eundem vsum adalligari iubent: & [h] limacis lapillum siue osticulum, quod inuenitur in dorso. Magnificè iuuat & ouis [i] cerebrum gingiuis illitum: sicut aures adeps anserinus cum ocimi succo impositus. Sunt vermiculi in [k] spinosis [12] herbis asperi, lanuginosi: hos adalligatos protinus mederi tradunt infantibus, si quid ex [13] cibo [l] hæreat. Somnos allicit cœsypum cum myrrhæ momento in vini cyathis duobus dilutum, vel cũ adipe anserino & vino myrtite: auis cuculus leporina pelle adalligatus:

1 si coagulatio lactis. CH.
2 pecoris. Vet. leporis. Alij Vet.
3 illigatæ. CH.
4 cingitque. CH.
5 albo succo. Dal.
6 cohibet. Vet.
7 prendi intelligi si cauda &c. CH.
8 &, in Vet. d.
9 vel. Vet.
10 aut electrum. Vet. & clositum. CH.
11 sed inop. Vet.
12 herbis, in CH. d,
13 cibo exeat. Vet.

tus: ardeolæ roſtrum in pelle aſinina fronti adalligatum. Putant & per ſe roſtrum eiuſdem effectus eſſe vino collutum. E diuerſo ſomnum arcet veſpertilionis caput aridum adalligatum. In vrina virili lacerta necata, Venerem eius qui [14]biberit, cohibet. Nam inter amatoria eſſe Magi dicunt. Inhibet & fimum cochleæ & columbinum cum oleo & vino potum. [15] Pulmonis vulturini dextræ partes Venerem concitant viris adalligatæ gruis pelle. Item ſi lutea ex ouis quinque columbarum, admiſto adipis ſuilli denarij pondere, ex melle ſorbeantur. Paſſeres in cibo vel oua eorum. Gallinacei dexter teſtis arietina pelle adalligatus. Ibium [16] cineres cum adipe anſeris & irino peruncti ſi conceptus fit, partus [17] continere: contrà inhiberi Venerem pugnatoris galli teſticulis anſerino adipe illitis adalligatiſque pelle arietina tradunt. Item cuiuſcunque galli gallinacei, ſi cum ſanguine gallinacei lecto ſubiiciantur. Cogunt concipere inuitas ſetæ ex cauda mulæ, ſi iunctis euellantur, [18] inter ſe colligatæ [m] in eoitu. Qui in vrinam canis ſuam ingeſſerit, dicitur ad Venerem pigrior fieri. Mirum & de ſtellionis cinere (ſi verum eſt) linamento inuolutum in ſiniſtra manu Venerem ſtimulare: ſi transferatur in dextram, inhibere. Item veſpertilionis ſanguinem collectum flocco, ſuppoſitúmque capiti mulierum, libidinem mouere: aut anſeris linguam in cibo vel potione ſumptam. Phthiriaſin à toto corpore pota membrana ſenectutis anguium triduo [19] inhibet: ac ſerum exempto caſeo potum cum exiguo ſale. Caſeos, ſi cerebrum muſtelæ coagulo addatur, [20] negat corrumpi vetuſtate, aut à muribus attingi. Eiuſdem muſtelæ cinis ſi detur in offa gallinaceis pullis & columbinis, tutos eſſe à muſtelis. Iumentorum vrinæ tormina veſperilione adalligato finiuntur. [n] Verminatio ter circunlato verendis palumbo: mirum dictu, palumbus emiſſus moritur, iumentum liberatur confeſtim. Ebriosis oua noctuæ per triduum data in vino, tædium eius adducunt. Ebrietatem arcet pecudum aſſus pulmo præſumptus. Hirundinis roſtri cinis cum myrrha tritus, & in [21] vino quod bibetur inſperſus, ſecuros præſtabit à temulentia. Inuenit hoc Horus Aſſyriorum rex. Præter hæc ſunt notabilia animalium ad hoc volumen pertinentium. Gromphenam auem [22] in Sardinia narrant grui ſimilem, ignotam iam etiam Sardis, vt exiſtimo. In eadem prouincia eſt [o] ophion ceruis tantùm pilo ſimilis, nec alibi naſcens. Idem autores nominauere [23] ſirulugũ, quod nec quale eſſet animal, nec vbi naſceretur, tradiderunt. Fuiſſe quidem non dubito, cùm & medicinæ ex eo ſint demonſtratæ. M. Cicero tradit [24] animal [p] byturos vocari, qui vites in Campania [25] erodant.

14 fecerit. M. fecerit, inhibet. CH.
15 Pulmones vult. in dextra parte. CH.
16 cinere. Vet.
17 contineri. M.
18 & inter ſe colligẽtur in. Vet.
19 necat. M. & CH.
20 negant. Vet.
21 vino quod bibitur. M.
22 Sardiniam. CH.
23 ſubiugum. CH.
24 animalia. M. animalia binos. CH.
25 rodant. M.

ANNOTATIONES.

a Serenus cap. de capillo tingendo, *Lumbrici quoque terreſtres miſcentur oliuo.*
b Ob ventriculi frigiditatem.
c Ardor, τὸ καῦμα. Suprà cap. 21. lib. 22. deſtillationem exponit, cap. 3. lib. 20. ardorem vt hic vocat.
d Formatur hæc vox ἀπὸ τῦ σειρίου, qui nunc Solem ſignificat: Lycophron in Caſſandra, ὑφθιβρεμπτόδου νύκτιος ἀντὶς σειρὶς κατανάσσει: nunc ſtellam ardentiſſimam in ſyderis ὀρχήσεως & lingua, quaſi ζέειν & παρὰ τὸν ζῆσιν: vel παρὰ τὸ σαίρω, quoniam humorem noſtri corporis vacuat & inanit: vel quoniam ἀστὴρ & σκιρτᾶν. tũ enim canes aperto rictu hiant: vel ἀπὸ τῦ σειρᾶν, quòd lucet & ſiccat: vel ἀπὸ τῦ σείεσθαι, quod ſcintillat & tremulo motu vibratur: vel ἀπὸ τῦ σέβεσθαι, quòd immodico æſtu cuncta rapiat atque deſiccet. Virgilius,

Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos,
Ardebat cœlo.--

Euripedes in Hecuba, ὁ σείριος θοὰν πτερῦται φλογέαις ἀφίεσιν ἵππον αὐγαῖς. Statius, *implacido lethalis Sirius igni.*
Ibycus Rheginus quauis aſtra σείριον nuncupauit, vel quaſi τέρεθρα & nauigantibus ſigna, vel quòd vniuerſitatis res τέλεται, ideſt, δαμάζει. Quidam apud Plaut. in Trinummo Solſtitialem morbum ἡλιάσιν eſſe putant.

Tum autem Syrorum gentis, quod patientiſſimum eſt
Hominum, nemo extat qui ibi ſex menſes vixerit,
Ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt.

c Palpebrarum pilos in ciliis reflexos, ac oculum pungentes.
f Vide ſuprà cap. 3. proximum.
g Extremam partem, anum, ſedem, ſphincterem.
h Quæ nuda ſerpit.
i Elixum.
k Vt dipſaco.
l Leg. exeat: vt cùm dormientes aut vigiles lac euomunt. Vocant id nutrices, *cailloter.*
m Admotæ coxæ, lumbis.
n Inteſtinorum dolores, ſuprà cap. 11. vlt. lib. 28.
o Muſamona vocat cap. 49. lib. 8. Eius quoque mentio ſit ſub finem cap. 9. lib. 28.
p *Inter* Græcorum.

De miraculis quarundam beſtiarum. CAP. XVI.

1 dicemus M.

RElqua mirabilia ex his, quæ [1] diximus. Non latrari à cane membranam ex ſecundis canis habentem, aut leporis fimum vel pilos tenentem. In culicum genere [a] mulliones non ampliùs, quàm vno die, viuere. Eóſque qui arborarij pici roſtrum habeant, & mella eximant, ab apibus non attingi. Porcos ſequi [2] eos, à quibus cerebrum corui acceperint in offa. Puluerem, in quo ſe mula volutauerit, corpori inſperſum mitigare ardores amoris. Sorices fugari, ſi vnus caſtratus emittatur. Anguina pelle, & ſale, & farre cum ſerpyllo contritis vno die, deiectíſque cum vino in fauces boum vua matureſcente, toto

2 eum, à quo. CH.

toto anno eos valere: vel ſi hirundinum pulli tres tribus offis dentur. Puluere è veſtigio anguium collecto, ſparſas apes in aluearia reuerti. Arietis dextro teſte præligato oues tantùm gigni. Non [3] laſſeſcere in vllo labore, qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare, cùm vinum biberint. Vngulas tantùm [b] mularum reperias, neque aliam vllam materiam quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ, cùm id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum eſt, magna [c] Ariſtotelis infamia excogitatum. Nunc ad aquatilia reuertemur.

3 laſſare. CH.

ANNOTATIONES.

a Qui mulis infeſti ſunt.
b Plutarchus περὶ πραότητος ψυχῆς de aſini vngula intellexit. Idem in Alexandro ὄνυχα κυνὸς habet; vt & Ioannes Monachus in Hiſtoritis. Vide c. 109. lib. 1. & 2. libri ſequentis. Trogus vero equi, vt & Pauſanias in Arcadicis: Curtius iumenti: Ælianus aſinorum Scythicorũ cornibus. Vox ὄνυξ & ſimilis vocabulo ὀμφαλὸς, fortaſſis Plinium decepit, vt pro aſino, mulorum, mularúmue diceret. Rhodig. cap. 16. lib. 25.
c Quem aiunt pecunia corruptum ab Antipatro id conſilij dediſſe, tanti ſceleris participem ac conſcium.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XXXI.

PROOEMIVM.

Medicinæ ex aquatilibus. Aquarum mirabilia. CAP. I.

AQVATILIVM ſequũtur in medicina beneficia, opifice natura [1] ne in illis quidem ceſſante, & per vndas fluctúſque ac reciprocos æſtus, amniúmque rapidos curſus improbas [2] exerente vires: nuſquam potentia maiore, ſi verum fateri volumus. Quippe hoc elementum cæteris omnibus imperat: terras deuorant aquę, flammas necant, ſcandunt in ſublime, & cælum quoque ſibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem ſpiritum ſtrangulant. Quę cauſa fulmina elidit, ipſo ſecum diſcordante mundo? Quid eſſe mirabilius poteſt aquis in cælo ſtantibus? At illæ, ceu parùm ſit in tantam peruenire altitudinem, rapiunt eò ſecum piſcium examina. Sæpe etiam lapides ſubuehunt, portantes aliena pondera. Eædem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt, prorſus mirabili natura, ſi quis velit reputare vt fruges gignantur, arbores fruticéſque viuant, in cælum migrare aquas, animámque etiam herbis vitalem inde deferre: iuſta confeſſione, omnes terræ quoque vires aquarum eſſe beneficij. Quapropter ante omnia ipſarum potentiæ exempla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

1 nec. CH.
2 exercente. Vet.

De

De differentia aquarum, medicinis, & obseruationibus CCLXVI.

CAP. II.

EMicant benignè passimq; in plurimis terris, alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi [1] iunctæ, sicut in Tarbellis [2] Aquitanica gente, & in Pyrenæis mõtibus, tenui interuallo discernente. Alibi tepidæ egelidæq; auxilia morborum conferentes, & è cunctis [2] animalium hominum tantùm causa erumpentes. Augent numerum Deorum nominibus variis, vrbésque condunt, sicut Puteolos in Campania, Statyellas in Liguria, Sextias in Narbonensi prouincia. Nusquam tamen largiùs quàm in Baiano sinu, nec pluribus auxiliandi generibus, aliæ sulphuris, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullę etiã acida salsáve mistura. Vapore quoque ipso aliquę prosunt. Tantaq; eis est vis: vt balineas calefaciant, ac frigidam etiam in soliis feruere cogant, quæ in Baiano [3] Posidianę vocantur, nomine accepto à Claudij Cæsaris liberto. Obsonia quoque percoquunt. Vaporãt & in mari ipso, quę Licinij Crassi fuere: mediósque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare. Iam generatim neruis prosunt pedibúsve, aut coxendicibus, aliæ luxatis fractísve. Inaniunt aluos. Sanant [4] hulcera. Capiti auribúsque priuatim medentur: oculis verò Ciceronianę. Digna memoratu villa est ab Auerno lacu Puteolos tendentibus imposita litori, celebrata porticu ac nemore, [5] quam & vocabat M. Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum ibi compositis voluminibus eiusdem nominis, in qua & [6] monumentum sibi instaurauerat, ceu verò non & in toto terrarum orbe fecisset. Huius in parte prima exiguo post obitum ipsius, Antistio Vetere possidente, eruperunt fontes calidi perquàm salubres oculis, celebrati carmine Laureæ Tullij, qui fuit è libertis eius, vt protinus noscatur [7] etiam ministerium eius ex illa maiestate. Ponam enim ipsum carmen, dignum vbique, & non ibi tantùm legi,

Quo tua, Romanæ vindex clarissime linguæ,
Sylua loco melius surgere iussa viret,
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus:
Hìc etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirùm locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cùm patefecit ope.
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.

In eadem Campaniæ regione Sinuessanæ aquę sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere produntur. In Aenaria insula calculosis mederi. Et quæ vocatur Acidula, ab Teano Sidicino quatuor M. pass. hæc frigida. Item in Stabiano, quæ dimidia vocatur: & in Venafrano ex fonte Acidulo. Idem contingit in Velino lacu potantibus. Item in Syriæ fonte iuxta Taurum montem, autor est M. Varro: & in Phrygiæ Gallo flumine Callimachus. Sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat, quod in Aethiopia accidere [8] his qui [9] [b] fonte rubro biberint. Ctesias scribit. [c] Iuxta Romam Albulæ aquæ vulneribus medentur: [10] egelidæ hæ: sed [d] Cutiliæ in Sabinis gelidissimæ, [11] suctu quodam corpora inuadunt, vt propè morsus videri possit, aptissimæ stomacho, neruis, vniuerso corpori. [e] Thespiarum fons conceptus mulieribus repræsentat: Item in Arcadia flumen Elatum. Custodit autem [12] partum Linus fons in eadem Arcadia, abortúsque fieri non patitur. E diuerso [13] in [f] Pyrrhea flumen, quod Aphrodisium vocatur, steriles facit. [g] Lacus [14] Alphion vitiligines tollit. Varro autor est, Titium quendam Prætura functum, marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cydnus Ciliciæ amnis [h] podagricis medetur, sicut apparet in epistola Cassij Parmensis ad M. Antonium. Cõtrà, aquarum culpa in [i] Trœzene omnium pedes vitia sentiunt. Tungri ciuitas Galliæ [k] fontem habet insignem, plurimis bullis [15] stellantem, ferruginei saporis: quod ipsum non nisi in fine

1 vnctæ. Hermol. ex Vet.
2 animalibus. CH.
3 Posidianæ. M.
4 vulnera. Chiffl.
5 quam vocabat Cicero. CH.
6 monimenta. CH.
7 etiam ministeriorũ hausti ex illa maiestas ingenium. CH. Emendo. ministri etiam ex illarum hausti maiestas ingens. Quidam: vt protinus etiam noscatur ex ministro illarum hausti potestas ingens.
8 iis. Vet.
9 è fonte. CH.
10 Prægelidæ hæ. M.
11 succo. M.
12 fœtum. M.
13 in Pyrrha flumen, quod Ambrysius voc. Vet. ad Pyrasum, flumen, quod Amphrysus. Vet. alij.
14 Alphei. E Strabone, lib. 8.
15 stillantem. M. plurimis stellis bullante. Vet. plurimis tubulis fistulantem. Vet.

fine potus intelligitur. Purgat hic corpora: tertianas febres discutit, calculorumq; vitia. Eadem aqua [16] igne admoto turbida fit: [17] ad postremum rubescit. Leucogæi fontes inter Puteolos & Neapolim oculis & vulneribus medẽtur. [l] Cicero in admirandis posuit, [m] Reatinis tantùm paludibus vngulas iumentorum indurari. [n] Eudicus in [o] Hestiæotide fontes duos tradit esse, Ceronem, ex quo bibentes oues [18] nigras fieri: [p] Melan, ex quo albas: ex vtroque autẽ varias Theophrastus in [q] Thurijs Crathim candorem facere, [19] Sybarim nigritiam bobus ac pecori. Quin & homines sentire differentiam eam. Nam qui Sibarim bibant, nigriores esse, durioresq; & crispo capillo: qui ex [20] Crathide, candidos mollioresque, ac porrecta coma. [r] Item in Macedonia [21] qui velint sibi candida nasci, ad Aliacmonem ducere: qui nigra aut fuscã ad Axium. Idẽ omnia fusca quibusdã in locis tradit nasci, & fruges quoque, sicut in Messapijs. [22] At [s] Lusis Arcadiæ quodam fonte mures terrestres viuere & cõuersari. Erythris Aleos amnis pilos gignit in corporibus. In Bœotia ad Trophonium Deum iuxta flumen Orchomenon duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionẽ affert, inde [t] nominibus inuentis. In Cilicia apud oppidum Crescum riuus fluit Nûs, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit. At in [u] Cea insula fontẽ esse, quo hebetes [24] fiãt: [x] Zamæ in Africa, quo canoræ voces. Vinum tædio venire his qui ex [y] Clitorio lacu biberint. At Eudoxus & Theopompus inebriari fontibus [25] ijs quos diximus. Mutianus Andri è [z] fonte Liberi patris, statis dieb. septenis [26] eius Dei vinum fluere, si auferatur à conspectu templi, sapore in aquam transeunte. Polyclytus explere olei vicem iuxta Solos [b] Ciliciæ fontem. Theophrastus hoc idem fieri in Aethiopia eiusdem [27] virtutis [c] fonte. [28] Lycos, in Indiæ terris fontem esse, [29] cuius aqua lucernæ ardeant. Idem [30] Ecbatanis traditur. Theopompus in [D] Scotussa lacum esse dicit, qui vulneribus medetur. Iuba in [31] Troglodytis lacum, insanum male fica vi appellatum, ter die fieri amarum salsumque, ac deinde dulcem, totiesq; etiam noctu, scatentem albis serpentibus vicenũm cubitorum. Idem in Arabia fontem exilire tanta vi, vt nullum non pondus impactum respuat. Theophrastus Marsyæ fontem in Phrygia ad Celænarum oppidum saxa egerere. Non procul ab eo duo sunt fontes, [D] Clæon & Gelon, ab effectu Græcorum nominum dicti. Cyzici fons Cupidinis vocatur, ex quo potantes amorẽ deponere Mutianus credit. Cranone est fons calidus citra summum feruorem, [32] qui in vinum additus, triduo calorem potionis custodit in vasis. Sunt & [E] Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorũ hausti triduo feruet. Circa margines verò pumicem faciunt aquę. Quod si quis fide carere ex his aliqua arbitratur, discat in nulla parte naturę maioraesse miracula: quãquam inter initia operis abundè multa retulimus. Ctesias tradit [33] Siden vocari stagnum in Indis, in quo nihil [34] innatet, omnia mergantur. Cælius apud nos in Auerno ait etiam folia subsidere: Varro, aues, quæ aduolauerint, [F] emori. Contrà in Africæ lacu [G] Apuscidamo omnia fluitãt, nihil mergitur: Itẽ in Siciliæ fonte [35] Phinthia, vt Apion tradit: & in Medorum lacu puteoq; Saturni. [36] Fons Limyræ transire solet in loca vicina, portendens aliquid: [37] mirumq; quòd cum piscibus transit. Respõsa ab his petunt incolæ cibo, quem rapiunt annuentes: si verò euentum negent, caudis abigunt. Amnis Olachas in Bithynia Briazum alluit (hoc & templo & Deo nomen) cuius gurgite [H] periuri notantur pati velut flammam vrentẽ. [38] Et in Cantabria fontes Tamarici in [39] augurio habentur. Tres sunt, octonis pedibus distantes. In vnum alueum coeunt [40] vasto amne. Singulis siccantur duodecies diebus, aliquãdo vicies, citra suspicionẽ vllam aquæ, cùm sit vicinus illis fons sine intermissione largus. [41] Dirum est, non profluere eos aspicere volentibus: sicut proximè Lartio Licinio legato post Præturam [42] post septem dies accidit. In Iudæa riuus sabbatis omnibus siccatur. E diuerso miracula alia dira. Ctesias in Armenia scribit esse fontem, ex quo nigros pisces illico mortem afferre in cibis: quod & circa Danubij exortum audiui, donec veniatur ad fontem alueo appositum, vbi finitur id genus piscium. Ideoq; ibi caput

16 igni admota. Vet.
17 ac postremo. CH.
18 albas fieri: Melan, ex quo nigras. Vet.
19 è Sibari. CH.
20 Crathi candidos ac candidiores que CH.
21 quæ velint &c. quę nigra &c. Alij.
22 At in Lusi. CH.
24 qui hebetes facit. Vet.
25 his. CH.
26 eiusdem. Vet.
27 nominis. CH.
28 Lyeus. Vet.
29 cuius aqua lucent. CH.
30 in Ecbat. Ver.
31 Trogodytis. M.
32 qui in vino triduo additò. CH.
33 Siderin. CH.
34 innatat, sed omnia merguntur. Vet.
35 Pinthia. CH. Pythia. Alij.
36 Pons in Lycia Myris. Vt infrà ca. 2. lib. 32
37 mirũ quoque est, quòd eam. Vet.
38 In Cant. M.
39 augurijs. CH.
40 vasto singuli aquæ ne CH
41 Mirum. CH.
42 per. Vet. præturą. Polt. eptè enim dies occidit. Chiffl.

eius amnis [43] intelligitur fama. Hoc idē & in Lydia in ſtagno nympharū tradunt. In [44] Arcadia ad Pheneum aqua profluit è ſaxis, [I] Styx [45] appellata, quæ illico necat, vt diximus. Sed eſſe piſces paruos in ea tradit Theophraſtus, lethales & ipſos, quod nō in alio genere mortiferorū fontium. Necare aquas Theopompus & in Thracia apud [K 46] Cychros dicit: Lycus in Leontinis tertio die, ſi quiſquam biberit. Varro ad Soracten [47] in fonte, cuius ſit latitudo quatuor pedum: Sole oriente eum exundare feruēti ſimilem, aueſq; quæ guſtauerint, iuxtà mortuas iacēre. Nanque & hæc inſidioſa cō ditio eſt, quòd quædam etiam blandiuntur aſpectu, vt ad [L] Nonacrin Arcadię. Omnino enim nulla [48] deterrent qualitate. Hanc putant nimio frigore eſſe noxiam; vtpote cūm profluens ipſa lapideſcat. Aliter circa Theſſalica Tempe, quoniam viſus omnibus terrori eſt: traduntq; etiam æs ac ferrum ērodi illa aqua. Profluit (vt indicauimus) breui ſpatio: mirumque, ſiliqua ſyluestris amplecti radicibus fontem [49] eum dicitur, ſemper florens purpura. Et quædam ſui generis herba in labris fontis viret. In Macedonia, non [50] procul [N] Euripidis Poëtæ ſepulcro, duo riui confluunt, alter ſaluberrimi potus, alter mortiferi. [O] In Perperenis fons eſt, qui quacunque rigat, lapideam facit terram: item calidæ aquæ in Eubœæ Delio. [51] Nanque alluit riuus, ſaxa in altitudinem creſcunt. In [P] Eurymenis deiectæ coronæ in fontem, lapides fiunt. In Coloſſis flumen eſt, in [52] quò lateres coniecti, lapides extrahuntur. In Scyretico metallo arbores quæcunque flumine alluūtur, ſaxa fiunt cum ramis. Diſtillantes quoq; guttæ in lapides dureſcunt in antris Corycijs: nam Miezæ in Macedonia, etiam pendentes in ipſis cameris: at in [53] Coryco, cùm [54] decidēre. In quibuſdā ſpeluncis vtroque modo, [Q] columnaſque faciūt, vt Phauſia Cherſoneſi [55] Rhodiorū in antro magno, etiam [56] diſcolori aſpectu. Et hactenus contenti ſimus exemplis.

43 intelligit. M. & CH.
44 Inachia. CH.
45 appellatur. CH.
46 Chropas. Chroſtos Turn.
47 ſcripſit eſſe fontem. Vet.
48 deterret qualitate ſed hanc. Vet.
49 eius. Alij.
50 procul. ab Eurip. Vet.
51 Nam quā. Vet. Nē quæ. Alij Vet.
52 quod. Vet.
53 Corintio. CH.
54 cecidēre. M. & CH.
55 Rhodo. CH.
56 verſicolori. Vet.

ANNOTATIONES.

a Vide Ariſtot. Problem. 13. ſect. 1. Vitruuium cap. 3. lib. 8.
b Lege Creſię collectanea: & Sotionem, qui παραλλάττειν Διάνειραν ait, quod Plinius lymphatos agere. Idem fontem rubrum vocat, quod Sotion ὑφ' ὧν τὰ χρήματα καυκᾶται παραπλησίως.
c Via Tyburtina, Vitruuio. De his aquis, Martialis:

Hæc ad Herculei gelidas quā Tyburis arces,
Vanāque ſulphureis Albula fumat aquis.

Galeno alumineſæ ſunt.
d Cotiſcoliæ, Straboni. Hæ ſalſæ & alminoſæ ſunt.
e Vrbis Bœotiæ ad Helicona ſitæ. Athenæus lib. 2. citat hæc ex Theophraſto libro de aquis.
f Fuit Pyrrha circa Mœotin abſorpta Ponto: fuit & Locrorum, Delphis, & Amphryſo vicina, de qua hunc locum vnà cum Hermolao intelligendum puto. Fuit & Magneſiæ, Eubœæ, Lycię, Cariæ: de quibus vide ſuis locis. Alij legunt ex Strabone lib. 9. E diuerſo ad Pyraſum, flumē, quod Amphryſus vocatur, &c. Fuit autem Pyraſus oppidum vicinum Thebis Phthioticis. Apud Athenæum lib. 2. legitur, Pyrrha: apud Theoph. cap. 20. lib. 9. hiſt. & cap. 8. lib. 2. Cauſſ. Pyra. Straboni Pyrrha oppidum eſt Phrygię, & Leſbi.
g Straboni lib. 8. Aniger, Alpheus dictus eſt, quia vitiligines ſanat. Is autem è fonte Nympharum Anigriadum aquas receptas in ſolum paluſtre, & vaporoſo halitu caliginoſum ſtagnās effundit, atque adeò proximum littus arenoſum, profundum efficit, piſcesque inſuaues, & cibo ingratos. Vide locum. Pro palude, aut ſtagno, lacum Plinius dixit.
h Sic Althænus fluuius vulneribus & pecorum & hominum. Rhodig. cap. 14. lib. 27.
i Achaiæ oppido, vbi nulla alia aqua reperitur, quàm metallica, præter eam quam Cibdeli habent. Vitruuius.
k Eum fontem hodie vocant *le baing de Spach.*
l Fortaſſis Varro, qui admirāda ſcripſit, τὰ θαυμαζόμενα. Chiffletius.
m Nihil mirum, quoniam in eius paludis exitu ſaxum creſcit. cap. 103. lib. 2.
n Ariſto. de duobus fluminibus id tradit lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμ.
o Theſſaliæ parte, aut, quod magis placet, Bœotiæ.
p Cap. 103. lib. 2. Melas fluuius eſt Bœotiæ, cuius potu oues nigræ fiunt, vt Cephiſi albæ.
q Scholiaſte Callimachi Crathis fluuius eſt Arcadiæ: Herodoto, Achæorum, à quo nomen habet Italicus: Pauſaniæ, Brutiorum. Lucanię, Vitruuio. Scholiaſtes Theocriti eidyllio 5. ex Nymphodoro & Theophraſt. ait πρόσιτός ὕδωρ ξυνιέμενον. Euripides in Troadibus, ἐ ξυνθεὶς χείτεσι πορφύρας πρόσω, non, vt perperā legitur, πρεσβύς. Strabo lib. 6. & ξυνθλιβόμενος & κυκλούμενος αὐθρόπως πλησθέντος, ait, ὥσιεμ, καὶ ἄλλας πολλὰς τοιάδε ἱστορίας. Mitallerius. Vibio Sequeſtro, aut eam comam facit.
r Vide Senecam Quæſt. natur. lib. 3. cap. 25.
s Apud Sotionem, λευγαῖς: apud Stephanum, λευκαῖς: apud Ariſtot. lib. de admir. audit. κολούοις.
t Nam altera μούμμυ dicitur, altera λάθυ.
v Apud Sotionem ἐν τῇ νίῳ: apud Vitruuium, in inſula Chio, quæ uera eſt lectio.
x Vitruuius cap. 4. lib. 8.
y Vitruuio Clitori Arcadiæ ciuitas nobilis: vbi Clitorius lacus Plinio, ſpeluncæ profluens aquæ Vitruuio, fons Sotioni, Athenæo & Ouidio lib. 15. Metamorph.

Clitorio de fonte ſitim quicunque leuarit,
Vina fugit &c.
Siue, quod indigenæ memorant, Amithaone natus
Præteritas attonitæ poſtquàm poſt carmen & herbas
Eripuit furiis, purgamina mentis in illis
Miſit aquas, adiumq; meri permanſit in illis.

In Anigrū tamē, ſiue Alphium, ea iacta ſcribit Pauſanias in Eliacis. Eudoxus apud Stephanum in fontē quendam Azaniæ, partis Arcadiæ.
z Cap. 103. lib. 2. Idem & Pauſanias in Eliacis. In Naxo fontem vini ſapore fluere, adnotatum in cap. 5. lib. 7.
A Naphtha quam effundit.
B Vitruuius flumen eſſe nomine Liparin tradit.
C Lacum eſſe tradit Vitruuius. Solinus non longè abeſſe ſcribit ab Heliu trapeza.
D Macedoniæ. Eſt & Scotuſſa in Theſſalia.
D ἀπὸ τῶ πλαίειν ἢ γλίχειν, quòd ſtetum moueant ac riſum.
E Vulgò *Baden.*
F Tale eſt & Lyciæ Plutonium deſcriptum à Strabone lib. 13.
G Vt & in Aſphaltite Iudææ, cap. 103. lib. 2.
H Periuros quoque deprehendi, & certiſſimis pœnis affici ad Paliciorum lacum breuem, profundum, luridum: ad Acadinum fontā, quoſdam Sardiniæ, aliū Tianę propinquū: aquam Stygem Nonacridis, ſpecum Palæmonis iuxta Corinthum, hiſtorijs proditum eſt. Alex. ab Alex. cap. 10. lib. 5.
I Vide cap. vlt. lib. præcedentis, & cap. 103. li. 1. Vitruuius cap. 3. lib. 8. Vide & de illa prolixam commentationem apud Paulum Leopardum cap. 8. lib. 4.
K Cychros, deprauatē. Lego, Chropas, vel Chropſos. Sotion, βίωμενος ἱστορῶ πρῶτον ὑφ' ἡμῶν τῶν ὄφεων ἐξ ἧς τὸς πασμένους παραχωῤῥμα μιτελλάσειν. In editionib. antiquis Vitruuij legitur. Chropſi Thraciæ lacus, ex quo non ſolum qui biberint moriuntur, ſed etiam qui lauerint. Conſtant. ex Turn. cap. 13. lib. 6. Aduerſ. Ariſtoteles lib. de mirab. Pſittos vocat, & fonticulum eſſe ait, nō lacum, quem libro 3. hiſto. ψυχρὸν à frigiditate eximia nominati ſcribit.
L Quæ in montibus habet ſtillātes è ſaxo frigidiſſimos humores. Vitruuius.
M Eurotan intelligit, amnem, quem Peneus accipit, non recipit, ſed

pit, ſed olei modo ſupernatātem breui ſpatio portatum abdicat, pœnales aquas, dirique genitas, argenteis ſuis miſceri recuſans. cap. 8. lib. 4.
N Euripidis ſepulchrum Athenis mōſtrari, ſed κενὸν. Pauſanias ſcribit: Strabo in Argiuorum foro item κενοτάφιον, quod Palinthū vocauerunt. Canibus proſciſſus interrijt ad lacum Bormiſcum, natura triſtis & moroſus, oculis in terram defixis, σκυθρωπὸς, μισάνθρωπος, μισήγυνος. Canes, à quibus laceratus eſt, indigenæ vocant Eſterincas, Homerus τραπεζοῦντας κύνας, inquit, τραπεζοῦντας κυνῶν ἀκαί ve. Eius cōditi ſepulchrum, vt Lycurgi, de cœlo tactum. Rhodig. ca. 10. lib. 24.
O Straboni lib. 13. prope Lyciæ Hierapolin aqua fontis tam facilè in lapidem dureſcit, vt qui eius riuos deducūt, ſepta ex integro ſolidoque lapide cōficiant. Ad Gergobiam Arnernorum fons lapideum ſibi pontem facit. Straboni Perperenę Troadis oppidū cui vicinum æris metallum. Pepera Lydiæ vrbs Ptolemæo.
P Theſſaliæ, Hæcatæo: Macedoniæ, Plinio.
Q Ariſto. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. ſcribit, ἔστι καὶ ἐν λιπαρῷ ὑφ' ὃ ἀεὶ πλέον ὑγρὸν ἐ ἀεὶ λίτον ἐν τῷ ὑπὲρ κίονα, nō, vt vulgo legitur, χιόνος, ἀπὸ γὰρ τοῦτο γεννᾶται.

De qualitate aquarum, in ſalubritate vel commoditate earum. CAP. III.

QVæritur inter Medicos, cuius generis aquæ ſint vtiliſſimæ. Stagnantes pigraſq; meritò damnant, vtiliores quæ profluunt exiſtimantes: curſu enim percuſſuq; ipſo extenuari atque proficere. Eoque miror, ciſternarū ab aliquibus maximè probari. Sed hi rationem afferūt, quoniam [a] leuiſſima ſit imbrū aqua, vt quæ ſubire potuerit ac pendēre in aēre. [1] Ideo & niues præferunt imbribus, niuibuſque etiam glaciem, velut [2] ad infinitum coacta ſubtilitate. Leuiora enim hæc eſſe, & glaciem multo leuiorem aqua. Horum ſententiam [3] refellere intereſt vitę. In primis enim leuitas illa deprehendi aliter, quàm [b] ſenſu, vix poteſt, [c] nullo penè momento ponderis aquis inter ſe diſtantibus. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubiiſſe eam in cælum, cùm etiam lapides ſubire appareat, cadenſq; inficiatur halitu terræ. Quò [d] fit vt pluuiæ aquæ ſordium ineſſe plurimum ſentiatur, citiſſimeq; ideo calefiat aqua pluuia. Niuem quidem glaciémque ſubtiliſſimum elementi eius videri miror, appoſito grandinum argumento, è quibus peſtilentiſſimum potum eſſe conuenit. Nec verò pauci inter ipſos è cōtrario ex gelu ac niuibus [e] inſaluberrimos potus prędicant, quoniam [4] exactum ſit inde, quod tenuiſſimum fuerit. Minui certè liquorē omnem congelatione deprehēditur, & rore nimio ſcabiem fieri, pruina vredinem, cognatis & niuis cauſis. Pluuias quidem aquas celerrimè [f] putreſcere conuenit, minimeq; durare in nauigatione. Epigenes autem, aquam quæ ſepties putrefacta purgata ſit, perhibet amplius non putreſcere. Nam ciſternas etiam Medici [5] confitētur inutiles, aluo duritias facientes, [g] faucibúſque: etiam [h] limi non alijs ineſſe plus, aut [i] animalium quæ faciunt tædium, confitendum habent. Nec ſtatim [k] amnium vtiliſſimas eſſe, ſicuti nec torrentium vllius, lacúſque plurimos ſalubres maximè. Quędā igitur & huius generis aptiſſimæ aliæ alibi. [l] Parthorum reges ex Choaſpe & Eulæo tantùm bibunt: & eæ quamuis in longinqua comitantur illos. Et horum placere potū, nō quia ſint amnes, apparet, quoniā nec è Tigri, nec Euphrate, nec è multis alijs bibūt. Limus aquarū vitiū eſt: ſi tamē idē amnis anguillis ſcateat, ſalubritatis indiciū habetur: ſicuti frigoris, [m] tineas in fonte gigni. Ante omnia autem damnantur amāræ, & quæ [6] ſcrobem [n] ſtatim implent: quod euenit Trœzene. Nam nitroſas [7] atque [o] ſalmacidas in deſertis Rubrum mare petentes, addita polēta, vtiles intra duas horas faciunt, ipſaque veſcuntur [p] polenta. [q] Damnantur in primis fontes, qui cœnum [8] faciunt, quíque malum colorem bibentibus: refert & [r] ſi vaſa [8] ære inficiunt, aut ſi legumina [s] tardè percoquunt, [t] ſi liquatæ leniter terram relinquunt, decoctæq; craſſis obducunt vaſa cruſtis. [u] Eſt etiamnum vitium non fœtidæ modò, verùm omnino quicquam reſipientis, iucūdum ſit illud licet gratúmque, & vt ſæpe, ad viciniam lactis accedēs. Aquam ſalubrem aeri quàm ſimillimam eſſe oportet. Vnus in toto orbe traditur fons aquæ iucundè olentis in Meſopotamia [9] Caburæ. Fabulæ rationem afferunt, quoniam eo Iuno perfuſa ſit. De cætero aquarum ſalubrium ſapor odórve nullus eſſe debet. Quidam ſtatera iudicant de ſalubritate, fruſtrante diligentia, quā do perrarum eſt, vt leuior ſit aliqua. [x] Certior ſubtilitas, inter pares meliorem eſſe, quæ caleſiat refrigeretúrque celeriùs. Quin [10] exhauſtam vaſis ne manus pendeant, [50] depoſitíſque in humum tepeſcere affirmāt. Ex quonam ergo genere maximè probabilis contingat? [y] Puteis nimirum, vt in oppidis [11] conſtare video: ſed his, quibus

1 Ideóque & niues præferuntur. Vet.
2 affinium coacta. Alij.
3 refelli. CH.
4 exactum. Alij.
5 confitentur aluo duritias faciētes, inutiléſque faucibus. Vet. aluí duriciat. Alij.
6 forbentem CH.
7 atque ſalmadicas. CH.
8 ærea Vet. ærugine. Vet. æris. Alij.
9 Chabura. CH.
10 exhauſtam, vaſis quæ manu pendeant depoſitis in humum. Vet.
11 conſtat. M.

exercitationis [12] ratio crebro hauſtu contingit, & illa tenuitas colante terra. Salubritati hæc ſatis ſunt. Frigori & opacitas neceſſaria, vtque cælum videant. Super omnia obſeruatio vna, eadem & ad perennitatem pertinet, vt [13] illa vado exiliat vena, non è lateribus. Nam vt tactu gelida ſit, etiam arte contingit, ſi etiam expreſſa in altum, aut è ſublimi deiecta, [14] verberatu [15] corripiat aëra. In natando quidem ſpiritum continentibus frigidior ſentitur eadem. Neronis principis inuentum eſt, decoquere aquam, vitróque demiſſam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris cõtingit ſine vitijs niuis. Omnem vtique decoctam vtiliorem eſſe conuenit: item calefactam magis refrigerari, ſubtiliſſimo inuento. Vitioſæ aquæ remedium eſt, ſi decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida iniecta ſiſtitur ſanguis. Aeſtus in balneis arcetur, ſi quis ore teneat. Quæ ſunt hauſtu [16] frigidiſſimæ, non perinde & tactu eſſe, alternante hoc bono, multi familiari exemplo colligunt. Clariſſima aquarum omnium in toto orbe, frigoris ſalubritatiſque palma præconio vrbis, [A] Marcia eſt, inter reliqua Deũm [17] munere vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufeia, fons autem ipſe Piconia. Oritur in vltimis montibus Pelignorum: tranſit Marſos & [B] Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox ſpecu merſa, in Tiburtina ſe aperit [18] i x M.p. fornicibus ſtructis perducta. Primus eam in vrbem ducere auſpicatus eſt Ancus Marcius, vnus è regibus. Poſteà Q. Marcius Rex in Prætura. Rurſuſq; reſtituit M. Agrippa. Idé & Virginem adduxit ab octaui lapidis [C] diuerticulo i i. M. paſſ. Prænestina via. Iuxtà eſt Herculaneus riuus, quem refugiens Virginis nomẽ obtinuit. Horum [19] amnium comparatione differentia ſuprà dicta deprehenditur, cùm quantùm virgo [20] tactu, tantùm præſtet Marcia hauſtu. Quanquam vtriuſque iampridem vrbi perijt voluptas, ambitione auaritiaq; in villas ac ſuburbana [21 D] decoquentibus publicam ſalutem. [E] Non ab re ſit, quærendi aquas iunxiſſe rationem. Reperiuntur in conuallibus maximè, & quodam [22 F] conuexitatis cardine, aut montium radicibus. Multi ſeptentrionales vbique partes aquoſas exiſtimauere. Qua in re varietatẽ naturæ aperuiſſe conueniat. In Hyrcanis montibus à meridiano latere nõ pluit. Ideo ſyluigeri ab Aquilonis tantùm parte ſunt. At Olympus, Oſſa, Parnaſſus, Apenninus, Alpes vndiq; veſtiuntur, amnibúſque perfunduntur. Aliqui ab Auſtro, ſicut in Creta [G] Albi montes. Nihil ergo in his perpetuæ obſeruationis iudicabitur. Aquarum ſunt notæ iuncus aut harundo, aut [H] herba, de qua dictum eſt: multumq; [23] aliqui loco pectore incubans rana. Salix enim erratica, & alnus, aut [24] vitex, aut edera ſponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem è ſuperioribus defluentis, augurio fallaci. Certior multò nebuloſa exhalatio eſt, ante ortum Solis longiùs intuentibus: quod ex editò quidam ſpeculantur, proni terram mento attingente. Eſt & peculiaris æſtimatio peritis tantùm nota, quam feruentiſſimo æſtu ſequuntur, dieiq; horis ardentiſſimis, qualis ex quoque loco repercuſſus ſplendeat. Nam ſi terra ſitiente humidior eſt ille, indubitata ſpes promittitur. Sed tanta intentione oculorum opus eſt, vt indoleſcant: quod fugientes ad alia experimenta decurrunt, loco [I] in altitudinem pedum quinque defoſſo, olliſq; è figlino opere crudis, aut peruncta pelui ærea cooperto, lucernáque ardente [25] concamerata frondibus, dein terra. Si figlinum humidum ruptúmve, aut in ære ſudor, vel lucerna ſine defectu olei reſtincta, aut etiam vellus lanæ madidum reperiatur, non dubiè promittunt aquas. Quidã & igne priùs excoquunt locum, tanto efficaciore vaſorum argumento. Terra verò ipſa promittit candicantibus maculis, aut tota glauci coloris. In nigra enim ſcaturigines non ferè ſunt perennes. [26 K] Figulari creta ſemper adimitur ſpes. Nec amplius puteũ fodiunt, coria terræ obſeruantes, vt à nigra deſcendat [L] ordo ſuprà dictus. Aqua ſemper dulcis in argilloſa terra, frigidior in topho. Namque & hic probatur. Dulces enim [27] leuéſque facit, & colando continet ſordes. Sabulum exiles limoſaſque promittit. Glarea incertas venas, ſed boni ſaporis. Sabulum [M] maſculum & harena carbunculoſa, certas ſtabiléſque & ſalubres. Rubra ſaxa optimas, ſpéque [28] certiſſimè. Radices mõ

rium

12 crebra iteratio hauſtu. Vet.

13 illius è vado. M. Vt ſtillans vado. Vet.

14 verberatum. CH.

15 corripiatur aeris. Vet.

16 ſuauiſſimæ, non perinde eat tactu frigoriſſimæ eſſe. Vet.

17 munera. M.

18 à i x. M. p. forn. CH.

19 perennium. Vet.

20 tactu præſtat, tantum. CH.

21 detorquentibus. M. & CH.

22 deuexitatis. Vet.

23 aliqui. Alij.

24 vitex, aut arãdo, aut &c. CH.

25 concamerato dein frondibus & terra. Alij.

26 Figularis creta ſemper adimit ſpes. CH.

27 leuiſſimaſque. CH.

28 certiſſimas. CH.

tium ſaxoſæ, & ſilex, hoc amplius rigentes. Oportet autem fodientibus humidiores aſſiduè reſpondere glebas, faciliuſq; ferramenta deſcendere. Depreſſis puteis [N] ſulphurata vel aluminoſa occurrentia putearios necant. Experimentum huius pericu ſi eſt demiſſa ardens lucerna, ſi extinguatur. Tunc ſecundum puteum dextra ac ſiniſtra [29] fodiuntur æſtuaria, quæ grauiorem illum halitum recipiant. Fit & ſine his vitijs altitudine ipſa grauior aër, quem emendant aſſiduo [O] linteorum iactatu euentilando. Cùm ad aquam ventum eſt, [P] ſine [30] harena opus ſurgit, ne venæ obſtruãtur. Quædam aquæ vêre ſtatim incipiente frigidiores ſunt, quarum non in alto origo eſt: hybernis enim conſtãs imbribus: quædam Canis ortu, ſicut in Macedoniæ Pella vtrunque. Ante oppidum enim incipiente æſtate, frigida eſt paluſtris: dein maximo æſtu in excelſioribus oppidi riget. Hoc & in Chio euenit, ſimili ratione portus & oppidi. Athenis Enneaerunos nimboſa æſtate frigidior eſt, quàm puteus in Iouis horto. At ille ſiccitatibus riget.

29 fodiunt. CH.

30 arenato. CH.

ANNOTATIONES.

a Hippoc. lib. de aëre & aquis, τῶν ὑδάτων πονηρότατα τὰ ὕδατα, ὅ τε γλυκύτατα, καὶ λιμνήτατα, καὶ πιότατα. Vide in hac quæſtione multa apud Rhod. cap. 2. li. 27.

b Ventriculi grauiter aut leuiter ferentis.

c Hoc falſum. Seneca quæſt. natur. lib. 3. cap. 2. Habent præterea multa diſcrimina. Primùm tactus, frigidq;, calidéque ſunt. Deinde ponderis. omnes aut leues aut graues ſunt. Signum id leuitatis ſi addatur cæteris aquæ bonitatem indicantibus, ἀπαινότατα μέντοι σ' οἱ τὸν ἐξαχῶ Aegineta ſcribit. Athenæus lib. 2. Peirenes fontis in Corintho appenſam tradit leuiorem fuiſſe deprehenſam reliquis omnibus totius Helladis.

d Et corrumpatur, ac putreſcat.

e Ita cenſuit Hippocrates lib. de aëre, aquis, & locis.

f Aeginetæ id bonitatis certiſſimum ſignum.

g Ruffus apud Aetium cap. 165. ſect. 3. lib. 1. aquam pluuiam diſtillationes generare ſcribit, præſertim ſi frigida bibatur.

h Limum eæ colligunt è tectorum & canalium ſordibus, per quos in ciſternam defluunt.

i Quæ putredine in aquis gignuntur.

k Quæ aſſiduo fluxu exercentur. πονηρὰ καὶ ἀστόμωτα ὕδατα πρὸς φύσιν ἄνω καὶ κάτω ῥεῖν, λαμνᾶσθαι δ' ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ πικάζειν, veteres crediderunt, ideóque paluſtrem aquam noxiam eſſe, fontanam, & fluuiatilem perennem, ſalubrem. Rhodig. cap. 3. lib. 27.

l Herodotus lib. 1. Athenæus lib. 2.

m Vulgo *Ecroelles*.

n Effoſſa leuiter terra, quoniam eæ non perennibus venis ſcaturiunt, ſéd ſub exima terræ facie colatę, eius ſordibus inquinãtur.

o Lego, atque falſas: guſtu falſo ingratas ac iniucundas. Salmacides Græcis, quæ molles reddũt, ac euiratos: qualis Halicarnaſſi fons fuit, memoratus ab Ouidio, Strabone, Vitruuio. Huic lectioni adſtipulatur Vitruuius cap. 3. lib. 8. Vide Scal. in Auſon.

Vidit ſemiuirum fons Salmacis Hermaphroditum.

p Hordeo, Caſſianus cap. 4. lib. 2.

q Vitruuius cap. 5. lib. 8.

r Si maculam faciant, ſi vaſa ærugine inficiunt, ποιᾷ τὰ ἰλύδια Athenæus dixit lib. 2.

s Oſtendit magnam humoris id craſſitiem.

t Si effuſæ non ab ea combibuntur.

v Ariſtot. cap. 4. lib. de ſenſu.

x Hippoc. aph. 26. lib. 5.

y Auicennas Sect. 2. lib. 1. damnat.

z *Dum clandeſtinus ad vitia introitus paratur, aquam è ſubiecta lacuna potaturus manu hauſit. Et hæc eſt, inquit, Neronis decocta.* Suetonius. Vide Athenæum lib. 3. Iuuenal. Satyr. 5.

Siſtomachus domini feruet vinóque ciboque
Frigidior Scythicis petitur decocta pruinis.

A In Cœlium & Auentinum montes eam Nerua deduxit: pòſt Diocletianus ſuper portam Exquilinam in ſuas thermas.

B E Fucino lacu ἐξίενται, non, vt legitur, ἄνεισι, & ῥάμῳ πεῖσαν, καὶ παρὰ τ' ἄλλα ὕδατα ἐνδυναμέῳ. Strabo ſcribit lib. 5.

C Tranſuerſis ſemitis, quæ ſunt à latere viæ militaris.

D Auertentibus, & vbertatis publicæ copiam minuentibus ac prærripientibus.

E Vitruuius cap. 1. lib. 8. Palladius cap. 8. Auguſti. Paxamus & Democritus apud Caſſianum in Geoponicis ca. 4. & 5. ex ſuis hydroſcopicis, ſiue hydrophanticis. Caſſiodorus Variar. li. 3. nomine Theodorici Oſtrogothorum regis.

F Deuexi ac decliuis tumuli & collis faſtigio.

G Λευκάτου.

H Tuſſilago ſylueſtris, cap. 6. lib. 26.

I Cubitorum trium, vnius latitudine. Paxamus in altitudinem pedes quinque, latitudinem tres. Vitruuius, Palladius.

K Plato in ſuis legibus vetuit aquam è vicini puteo quęquam haurire, ni priùs eam in fundo ſuo ad cretam vſque quæſtuiſſet: πρὸς τὸν κέραμον. Victorius cap. 15. lib. 31.

L Ad maculoſam & glaucam.

M Grandius, ἀδρότερον. Aſperum, ſcabrum, ſubfuſcum, minùs flauum, interpretantur quidam: durum & compactum metallici, vt fœminam, ſolutum ac mollem.

N Bituminoſa addit Palladius. Sulphurati, aluminoſiue halitus, vaporiſque flamina & ſpiracula. Vitruu. cap. 7. lib. 8.

O Vide Agricolam lib. 6. de re metallica.

P Imus paries, qui puteum inferné ambit. Is enim lapidibus tãtùm alijs ſuper alios aggeſtis & collocatis ſtruitur, ſine intrita calcis & arenæ.

Aquarum ſubitò naſcentium, aut deſinentium ratio. CAP. IIII.

MAximè autem putei circa Arcturum. Nam ipſa æſtate deficiũt, omnéſque quatriduo eo ſubſidunt. Iam verò multi hyeme tota: vt [a] circa Olympum, vêre primùm aquis redeuntibus. In Sicilia quidem circa Meſſanam & Mylas hyeme in totum inareſcunt fontes: æſtate exundant, amnemq; faciunt. Apolloniæ in Ponto fons iuxta mare æſtate tantùm ſuperfluit, & maximè [1] circa Canis ortum, parciùs, ſi frigidior ſit æſtas. Quædam terræ imbribus ſicciores fiunt, velut in Narnienſi agro: quòd admirandis ſuis inſeruit M. Cicero, ſiccitate [b] lutum fieri prodens, [c] imbre puluerẽ. Omnis aqua [d] hyeme dulcior, æſtate autem minùs, [2] autumno minimè: minúſque per ſiccitates. Neque æqualis amnium plerunque guſtus eſt, magna aluei differẽtia. Quippe tales ſunt aquæ, qualis terra per quam fluunt, qualeſque herbarum, quas lauant, ſucci. Ergo ijdem amnes parte [3] aliqua reperiuntur inſalubres. Mutãt ſaporem

1 Canis ortu. M. & Alij.

2 Hæc duo verba in M. d.

3 alia. M.

4 imbribus.Vet.

& influentes riui, vt Borysthenem, victíque diluuntur. Aliqui verò & 4 imbre mutãtur. Ter accidit in Bosphoro, vt salsi deciderent, necarentq; frumẽta. Toties & f Nili rigua pluuiæ amara fecêre, magna pestilentia Aegypti. Nascuntur fontes decisis plerunque syluis, quos arborum alimenta consumebant: sicut in Hæmo obsidente 5 Gallos Cassandro, cùm valli gratia syluas cecidissent. Plerunque verò damnosi torrentes corriuantur detracta collibus sylua, continere nimbos ac digerere consueta. Et coli moueriq; terram, callúmque summæ cutis solui, aquarum interest. Proditur certè in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, cessasse fontes, amnesq; qui in eo situ multi erant. Rursus condito post sex annos emersisse, vti quæque cœpissent partes coli.

5 Galatæ,

ANNOTATIONES.

a Athenis rigent maximè putei circa Arcturi ortum, ad principium mensis Septembris.
b Cum arena humore priùs dissoluta, in luti spissitudinem coit.
c Primùm è cœlo cadere. Nam tum verberato solo arenæ pulsiculum commouet, & excitat.
d Quia crebris imbribus diluitur ac dulcescit.
e In Asia lacus Sinnaus circumnascente absinthio inficitur. ca. 103. lib. 2.
f Athenæus lib. 2. pag. 21. lin. 8.

Obseruatio historica. CAP. V.

TErræ quoque motus profundunt, sorbéntque aquas: sicut circa a Pheneum Arcadiæ quinquies accidisse 1 constat. Sic & in Coryco monte amnis erupit, 2 posteaquàm cœptus est coli. Illa mutatio mira, vbi causa nulla euidens apparet: sicut in Magnesia 3 calidas factas frigidas, aliâs non mutato sapore. Et in 4 Caria, vbi Neptuni templum est, amnis qui fuerat antè dulcis, mutatus in salẽ est. Et illa miraculi plena, Arethusam Syracusis simum redolere b per Olympia: veríque simile, quoniam Alpheus in eam insulam sub ima maria permeet. Rhodiorum fons in Cherrhoneso nono anno purgamenta egerit. Mutãtur & colores aquarum: sicut Babyloniæ lacus æstate rubras habet diebus x j. Et Borysthenes ætatis temporibus c cæruleus fertur, quanquam omnium aquarum tenuissimus: ideóque innatans Hypani. In quo & illud mirabile, Austris flantibus superiorem Hypanim fieri. Sed tenuitatis argumentum & aliud est, quòd d nullum halitum non modò nebulam emittat. Qui volunt diligentes circa hoc videri, dicunt aquas grauiores post brumam fieri.

1 constat, sicut & in M.
2 posteaque. CH.
3 calidam facta frigida. Vrs non. CH.
4 Carna. CH.

ANNOTATIONES.

a Theophr. cap. 1. lib. 3. hist. & cap. 5. lib. 5. Seneca cap. 11. lib. 3. Quæst. natur. Sumpta hæc esse puto ex amisso libro Theophrasti περὶ τῶν ὑδάτων, quem Athenæus citat lib. 2.
b Dum in Elide, quam Alpheus irrigat, Olympici ludi celebrãtur. Tum enim simum equorum in amnem coniectum, Arethusæ, in quem subtus mare Alpheus subit, aquas odore suo inficit. Strabo hanc de Alpheo fabulam reprehendit. Lege Senecam Quæst. natur. lib. 3. cap. 26.
c λιβαρὸν Athen. Is aquæ eius color est, nullo modo infectæ. Sic & Rhodanus cùm purus fluit, nempe suo colore: partibus annexis reliquis é cinereo candicans, vel ob arenas quas locis abradit vicinis, & secum aufert, vel permixtum niuis liquatæ humorem.
d Lipsius cap. vlt. lib. 2. in Thessaliæ fluuio, qué ob id Anauron nominarunt, idem obseruari tradit. Quin & autor ca. 9. lib. 5. scribit Nilum auram nullam expirare. Arrianus in Periplo Euxini ponti Phasin omnium fluuiorum quos nouisset leuissimum esse tradit. Leuitatis indicium esse, tum in pondere, tum quòd mari non immiscetur, sed supernatet. Brod. cap. 28. lib. 5.

Ratio aquæ ducendæ, & quomodo medicatis vtendum: & quid prosit nauigatio, & medicinæ aquæ marinæ. CAP. VI.

CÆterùm à fonte duci fictilibus a tubis vtilissimum est, crassitudine binûm digitorum commissuris pyxidatis, b ita vt superior intret, calce viua ex oleo læuigatis. c Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici, minimum erit: si vno cuni lo veniet, in binos d actus: laminæ esse debebũt, per quas surgere in sublime opus fuerit, è plumbo. Subit altitudinem exortus sui: si longiore tractu veniet, subeat crebrò descendatque, ne libramenta pereant. Fistulas denûm pedum longitudinis esse legitimum est. Et si f quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, 1 g centena: si denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. 2 Denariæ appellantur, cuius laminæ latitudo antequàm curuetur digitorum decem est, dimidioque eius quinaria. In omni anfractu collis quinariam fieri, vbi dometur h impetus, necessariũ est: item

1 nonagintasex. Vitruuius.
2 Denaria appellatur. Vrs.

item 3 i castella, prout res exiget. Homerum calidorum fontium k mentionem non fecisse demiror, cùm alioquin 4 l lauari calida frequenter 5 induceret: videlicet quia medicina tunc non erat hęc, quę nunc aquarũ perfugio vtitur. Est autem vtilis sulphurata neruis, 6 aluminata paralyticis, aut simili morbo 7 solutis. Bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia, vtilis est bibendo atque purgationibus. Pleriq; in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum: quod est inimicissimum. nanque paulò diutius, quàm balineis, vti oportet, ac posteà frigida 8 dulci, nec sine oleo discedenteis: quod vulgus alienum arbitratur, 9 idcirco non alibi corporibus magis obnoxijs. Quippe & vastitate odoris capita replẽtur, & frigore infestantur sudãtia, reliqua corporum parte mersa. Similis error, quo quidam plurimo potu gloriantur. Vidíque iam turgidos bibendo, in tantum vt annuli integerentur cute, cùm reddi nõ posset hausta multitudo aquæ. Nec hoc ergo fieri conuenit sine crebro m salis gustu. Vtuntur & cœno fontium ipsorum vtiliter, sed ita, si illitum Sole inarescat. Nec verò omnes quæ sint calidę, medicatas esse credendum, sicut in Egesta Sicilię, Larissa, Troade, Magnesia, Melo, Lipara. Nec decolor species æris n argentíve (vt multi existimauere) medicaminum argumentum est, quando nihil eorũ in Patauinis fontibus ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur. Medendi modus idem & in marinis erit, quæ calefiunt ad neruorum 10 dolores, ferruminant & fracturas, ossáq; contusa. Item corpora siccant, qua de causa & frigido mari vtuntur. Præterea est alius vsus multiplex, principalis verò nauigandi phthisi affectis, vt o diximus, aut sanguinem 11 egerentibus: sicut proximè Anneũ Gallionem fecisse post Cõsulatum meminimus. p Neque enim Ægyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem nauigandi. Quin & vomitiones ipsæ instabili volutatione commotæ plurimis morbis capitis, oculorum, q pectoris, medentur, omnibusque, propter quæ elleborum bibitur. Aquam verò maris per 12 se efficaciorem discutiendis tumoribus putant Medici, si illa 13 r decoquatur hordeacea farina 14 ad parotidas. Emplastris etiam, maximè s albis, & malagmatis miscent. Prodest & infusa 15 t crebro ictu. Bibitur quoque, quamuis non sine iniuria stomachi, ad purganda corpora, bilemque atram, aut sanguinem concretum reddendum alterutra parte. Quidam 16 & quartanis dedêre eam bibendam, & in tenesmis articularibusque morbis asseruatam, & in hoc u vetustate virus deponentem. Aliqui 17 decoctam, omnes ex alto haustam, nullaque dulcium mistura corruptam, in quo vsu præcedere vomitum volunt. Tunc quoque acetum aut vinum 18 aqua miscent. Qui 19 parum dedêre, rhaphanos supermandi ex mulso aceto iubent, 20 vt ad vomitiones reuocent. x Clysteribus quoque marinam infundunt tepefactam. Testium quidem y tumori fouendo non aliud prę ferunt. Item pernionum vitio ante hulcera, simili modo pruritibus, psoris, & lichenum curationi. Lendes quoque & tetra capitis animalia 21 hac curantur: & liuentia reducit eadem ad colorem. In quibus curationibus post marinam aceto calido fouere plurimùm prodest. Quin & ad z ictus venenatos salutaris intelligitur, vt A phalangiorum & scorpionum, & ptyade aspide 22 respersis. Calida autem in his 23 assumitur. Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina quoque & choleram 24 calida infusa clysteribus sedat. Difficiliùs perfrigescunt marina calefacti. Mammas 25 B sororiantes præcordia maciemque corporis piscinæ maris corrigunt. Aurium grauitatem, capitis dolores, cum aceto feruentium vapor. Rubiginem ferro marinæ celerrimè exterunt. Pecorum quoque scabiem sanant, lanasque emolliunt. Nec ignoro, hæc mediterraneis 26 superuacanea videri posse. Verùm & hoc cura prouidit, c inuenta ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum si plus quàm 27 sextarius salis cum quatuor aquę sextarijs mergatur, vinci aquam, salemq; non liquari. Cæterò sextarius salis cum quatuor aquæ sextarijs, salsissimi maris vim & naturam implet. Moderatissimum autem putãt, suprà dictam aquæ mensurã octonis

5 receptacula. Palladius.
4 lauantes. Vet.
5 indicauerit. Vet. indiceret. CH.
6 aluminosa. Vet.
7 solucis, vt & bituminosa. At nitrota. Vet.
8 dulci, sine oleo discedentibus. Vet. discedere. Vet.
9 idcircò morbis nõ. Vet.
10 vitia. Dios.
11 excreantibus. Vet.
12 sese. CH.
13 decoquitur CH.
14 & ad par. Vet.
15 cerebro icto. Gal. sub fin. 6. Meth.
16 & in quart. CH.
17 præcoctam. Dios.
18 aquę. Vet. ex aqua. CH.
19 parum. CH.
20 vt vomitiones. Vet.
21 hæc necat. Vet.
22 respersos. CH. respersis si quis in calidã descendat. Dios.
23 additur. Ex Dios.
24 calefacta. CH. tepefacta. Dios.
25 rigentes. Vet.
26 superuacua. CH.
27 sextarium salis in. CH.

cyathis salis tẽperari, quoniam ita & neruos calefaciat,& corpus non exasperet.Inueteratur, [28] quod vocatur thalassomeli,æquis portionibus maris,mellis, imbris:ex alto & ad hunc vsum aduehunt,fictiliq; [29] vase & picato cõdunt. Prodest ad purgationes maximè sine stomachi vexatione,& sapore grato & odore.Hydromeli quoque ex imbre puro [D] cum melle temperabatur quondam,quod daretur appetentibus [30] vinum ægris,veluti innocentiore potu,damnatum iam multis annis ijsdem vitiis, [E] quibus vinum,nec iisdem vtilitatibus.[31] Quia sæpe nauigantes defectu aquę dulcis laborant,hæc quoque subsidia demonstrabimus.Expansa circa nauim vellera madescunt accepto halitu maris,quibus humor dulcis exprimitur.Item demissę reticulis [32] in mari concauæ è cera pilæ, vel vasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem.Nam in terra [33] marina aqua argilla percolata dulcescit. [34] Luxata hominum [35] corpora & quadrupedum,natando in [36] cuiuslibet generis aqua, facillimè in artus redeunt.Est & in metu peregrinantium, vt tentent valetudinem aquæ ignotæ:hoc cauent [37] è balineis egressi statim frigidam suspectam [F] hauriẽdo. Muscus,qui in aqua fuerit podagris illitus prodest:item oleo admisto,talorum dolori tumoriq́ue.Spuma [38] aquæ affrictu verrucas tollit.Necnon harena litorum maris,præcipuè tenuis [39] & solibus candens,in medicina est siccandis corporibus [G] cooopertis hydropicorum,aut rheumatismos sentientium.Et hactenus de aquis:nunc de aquatilibus.Ordiemur autem,vt in reliquis,à principalibus eorum,quæ sunt sal & spongia.

28 & quod vocant. CH.
29 vaso.CH.
30 vini.CH.
31 Et quis. Vet.
32 in mare. Vet.
33 argilla marina aqua percolata. Vet.
34 Iacta.CH.
35 membra. Vet.
36 cuiuslibeat. CH.
37 à M.
38 aquæ marinæ affrictu. Vet.
39 sed sole.CH.

ANNOTATIONES.

a Nam & riuis per canalium structuras ducitur, & per fistulas plumbeas,& per ligneos tubos.
b Superioris fine lingulato.
c Aquam librant,dum altitudinem loci è quo colligitur,cũ loco in quẽ deducitur cõferũt,siue lineis rectis id fiat,siue obliquis.
d 240. pedes,quæ iugeri est longitudo.
e Et vt facilius,ac maiore vi currat.
f Hac portione cuiuis digito laminæ nondum curuatæ pondo libræ 12. respondent.
g Nonaginta sex.Vitruuius.
h Et vehementis spiritus,& aquæ collisæ & decurrentis.
i Aquæ publicæ diuidicula.receptacula,Palladius.
k Meminit Iliad.χ. κηρυκὰ δ' ἅμα τὼ γε καλλιφάρμακον, ὃν τέκε Δὶ πατρὶ Δαναὸς ἀνακτάων σπουδῇ ἐρύσαντε θύραζε. ἣ τῷ γε δῶκεν χλιαρὸν ὕδωρ.
l Odyss. δ. ἄμυστιν πίεμεναι, κεράσασα τὸ θυμῆρες μετὰ οἴνῳ. Ilia. χ. Hectori è prælio redeunti calidum balneum paratur. ἔνθα τοι ἐκμὰξ λύσεν μάχης ἱκομένῳ σακέων. Iliad. κ. Odyss. δ. legitur τὸ δ' ἀνοιμώξειν Βάσθαι.
m Qui ad excretionem intestina stimulat.
n Aquis intincti & immersi, quas medicatas esse nos putamus.
o Cap. 6. lib. 24.
p Plinius tamen Secundus lib. 5. Epistol. quendam sanguinem reijcientem in Ægyptũ se mississe refert, in cœlo illo potius quã in nauigatione spem habens. Brod. cap. 25. lib. 6. Vide Celsum cap. 22. lib. 3. Aurelianum cap. 14. lib. 2. tard.
q Hippocr. aphor. 14. lib. 4.
r Dioscoridi misceatur cataplasmatis ex hordeacea farina.
s Quoniam aquæ marinæ salsugo maximè dealbat omnia,præcipuè ceram.
t Leg. cerebro icto. Galeno sub finem lib. 6. meth. in vulneribus capitis membranæ valentissima remedia sustinent.
v Syncera & sine potabili aqua si reponatur virus exuit. Sũt qui præcoctam recondant. Dioscor.
x Deiectionibus mouendis. Dioscor.
y Si est flatuosus, vel serosus.
z Qui refrigerationem & tremorem afferunt. Dioscor.
A Morsos à cane rabido Septentionalis maris æcolæ cùm ter sub fluctibus demerserunt,à rabie tutos esse putant.
B Ob nimium incrementum demissas,& mutuò cõiunctas: lactis abundantia sic distentas,vt mutuò se contingant, & æquam sorores osculentur. Plautus in Fribularia, apud Festum,
—tunc papillæ primùm
Fraterculabant: illud volui dicere,
Sororiabant. quid opus est verbis?
Fœminas ea mammarum deformitate indecoras τὰ τιτθία αἴρειν ait Synesius, μαστὸν ἐπαγγόντας Dioscor.
C Muria veteribus fuit ὠμοτάριχος, crudior, quam lib. 1. Gynæceion Hippocrates γλυκύλιμν vocat, nempe minus salsa. Altera εὔπρεπος, matura Columellæ, iusto salis pondere confecta. Maturitatis indicium est Gal. lib. 4. Simpl. quòd ouum innatet. Tercia ὑπερτερος Archigeni lib. 1. κατὰ τόπους in remedijs quæ phtheiriasi conueniũt δεινὸς ἁλμυρὸς Galeno suprà citato loco, dura Celso lib. 4. cap. 9. meraca, vehementissimè salsa. In eam sal ingestus non liquescit, nec minuitur, sed integer in sporta permanet, Galeno. Verũ Columella maturę muriæ experimentũ id esse dicit, & si caseus dulcis demissus non pessum eat. cùm enim casseus innatat, maturitatem suam habet.
D Duabus partibus aquæ pluuiæ veteris, & vna mellis. Dioscor.
E Neruos enim tentat, ac caput.
F Sic enim gustatu protinus vitiosam qualitatem deprehẽdis.
G Arena litoris sole ignita, torrenda corpora, inquit Aurelianus.

De generibus salis, & confecturis, & medicinis, & obseruationibus. CAP. VII.

SAl omnis aut fit, aut gignitur: vtrunq; pluribus modis, sed causa gemina, coacto humore, aut siccato. Siccatur in lacu Tarentino æstiuis solibus, totumque stagnũ in salem abit, modicum alioquin, altitudine genua non excedens. Item in Sicilia in lacu, qui Cocanicus vocatur, & alio iuxta Gelã. Horum extremitates tantũ inarescũt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi, vbi largius coquitur, & vsque ad mediũ lacum. [a] Aliud etiam in eo mirabile, quòd tantundem [1] noctu subuenit, quantũ die auferas. Omnis est talis sal minutus, atque non gleba est. Aliud genus ex aquis maris sponte

1 nocte.CH.

sponte gignitur, spuma in extremis litorib. ac scopulis relicta. [2] Hic omnis rore dẽsatur, & est acrior qui in scopulis inuenitur. Sunt etiamnum naturales differentiæ tres. Nanq; in Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad [3] Arios, sale+ęstuant: sicut ad Cittium in Cypro, & circa Memphin, extrahunt lacu, dein Sole siccant. Sed & summa fluminum densantur in salem, amne reliquo veluti sub gelu fluẽte, vt apud Caspias portas, quæ salis flumina appellantur. Item circa Mardos & Armenios. Prętereà apud Bactros amnis Ochus & [6] Oxus, exappositis montib. deferũt salis ramenta. [b] Sunt & in Africa lacus, & quidẽ turbidi, salem ferentes. Ferunt quidem & [c] calidi fontes, sicut Pagasæi. Et hactenus habent se genera [7] ex aquis sponte prouenientia. Sunt & montes natiui salis, vt in Indis Oromenũs, in quo lapicidinarum modo cędit renascens: maiusq́ue regum vectigal ex eo est, quàm [8] ex auro atque margaritis. Effoditur & è terra, vt palàm est, humore densato, in Cappadocia. Ibi quidem cæditur specularium lapidum modo. Pondus magnum glebis, quas micas vulgus appellat. Carrhis Arabię oppido muros domosq; massis salis faciũt, aquæ ferruminantes. Inuenit & iuxta Pelusium Ptolemæus rex, cùm castra faceret. Quo exemplo posteà inter Ægyptũ & Arabiã, etiã squalentib. locis, cœptus est inueniri, detractis harenis: qualiter & per Africæ sitientia vsque ad Hammonis [9] oraculum. Is quidẽ [d] crescens cum Luna noctib. Nã Cyrenaici tractus nobilitatur Hãmoniaco & ipso, quia sub harenis inueniatur, appellato. Similis est colore alumini, quod schiston vocant, longis glebis, neque perlucidis, ingratus sapore, sed medicinæ vtilis. Probatur quàm maximè perspicuus, rectis [10] scissuris. Insigne de eo proditur, quòd leuissimus intra specus suos, in lucẽ [11] vniuersam prolatus, vix credibili pondere ingraueścat. Causa euidẽs, cuniculorũ spiritu madido sic adiuuãte molientes, vt adiuuant [e] aquæ. Adulteratur Siculo, quẽ Cocanicũ appellauimus, necnõ & Cyprio mirè simili. In Hispania quoq; citeriore Egelastæ cęditur, glebis penè trãslucentib. cui iãpridẽ palma à plerisq; Medicis inter omnia salis genera perhibetur. Omnis locus in quo reperitur [12] sal, sterilis est, nihilq; gignit: & in totum sponte nascens inter hęc est. Factitij varia genera. Vulgaris plurimusq; in salinis, mari adfuso, [f] non sine aquę dulcis riguis, sed imbre maximè iuuante, ac super omnia Sole multo, non aliter inareścẽs. Africa circa Vticã constituit aceruos salis ad collium speciẽ: qui vbi Sole Lunaq; induruere, nullo humore liquescunt, vixq; etiam ferro cęduntur. Fit tamen & in Creta sine riguis, in salinas mare infundentib. & circa Ægyptum, ipso mari influente in solum (vt credo) Nilo succosum. Fit & è puteis in salinas ingestis. Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur, oleo simile, quo & in lucernis vtuntur: hoc detracto subest [13] sal. Et in Cappadocia è puteis ac fonte aquã in salinas ingerunt. In Chaonia excoquũt aquam ex fonte, refrigerandoq; salem faciunt in ertem, [14] nec candidum. Galliæ, Germanięq; ardentibus lignis [g] aquam salsam infundunt. Hispanię quadam sui parte puteis hauriunt, [h] muriam appellant: & illi quidẽ etiam lignum referre arbitrãtur. Quercus optima, vtquæ per se cinere syncero vim salis reddat: alibi cotylus laudatur: ita infuso liquore salso, carbo etiã in salẽ vertitur. [15] Quicunq; ligno [16] confit sal, niger est. Apud Theophrastũ inuenio, [17] Imbrios harundinis & iunci cinerem decoquere aqua solitos, donec exiguum supereſſet i humoris. Quin & è muria salsamentorum recoquitur, iterumq; consumpto liquore ad naturã suã redit: vulgo è mænis iucundissimus. Marinorũ maximè laudatur Cyprius à Salamine: [18] at è stagnis Tarentinus, ac Phrygius, [19] qui [k] Tattæus vocatur. Hi duo oculis vtiles. [20] A Cappadocia verò [21] qui in [l] laterculis affertur, cutis nitorẽ dicitur facere. Magis tamẽ extendit is, quem Cittieũ appellauimus. Itaq; à partu ventrem eo cum melanthio [22] illiniũt. Salsissimus [23] sal ficcissimus: suauissimus omniũ Tarentinus, atque candidissimus. & de cætero fragilis, qui maximè candidus. Pluuia dulcescit omnis. Suauiorem tamẽ rores faciunt: sed copiosum Aquilonis flatus. Austro non nascitur. Flos salis non fit, nisi Aquilonib. In igne nec crepitat, nec exilit

[m] Traga-

2 Hæc. Vet. & mox, quæ in scop. &c.
3 Parios, Vet.
4 exæstuant. CH.
5 è lacu. CH.
6 Ixartes. Vet. & ipse Plini⁹ in Georg.
7 ex his appos. CH.
8 auro est atq;. CH.
9 oraculum, is quidem. Vet.
10 segmentis. ἐρρήγνυται διαῤῥῶγες ἐγγύς. Dios.
11 vniuersi. Vet.
12 sal sponte nascẽs, sterilis est, nihilque gignit in totum. Sũt inter hæc factitij. Vet. M.
13 sal, & in Cappadocia puteis, ac fonte, quem in salinas ingerunt. M.
14 ied. Vet.
15 Qui è ligno M.
16 conficitur Vet.
17 Vmbros Hermõ
18 de stagn's. CH.
19 qui Tatteus CH.
20 L CH.
21 qui in vtriculis aff. Vet.
22 illinunt CH.
23 sal qui ficciss. M. & CH.

m Tragaſæus, neque 24 Acanthius ab oppido appellatus: nec vllius ſpuma, aut ramẽtũ, aut 25 tenuis. Agrigentinus n ignium patiens, ex aqua exilit. Sunt & colorum differentiæ. 26 Ruber Memphi, rufus eſt circa Oxum, 27 Centuripis purpureus. Circa Gelam in eadem Sicilia tanti ſplendoris, vt imaginem recipiat. In Cappadocia 28 croceus offoditur, tranſlucidus & odoratiſſimus. Ad medicinæ vſus, antiqui Tarentinũ maximè laudabant. Ab hoc quencunque è marinis, ex eo genere o ſpumeum præcipuè. Iumentorum verò & boum p oculis, Tragaſæum & Bæticum. Ad obſonium. & cibum vtilior, quiſquis facilè liqueſcit: item humidior, minorem enim amaritudinem habent, vt Atticus & Euboicus. Seruandis carnibus aptior acer & ſiccus, vt Megaricus. Conditur etiam odoribus 29 additus, & pulmentarij vicem implet, excitans auiditatem, inuitanſq; in omnibus cibis, ita vt ſit peculiaris ex eo intellectus q inter innumera condimenta. 30 Ita eſt in mãdendo 31 quæſitus garo. Quin & pecudes armentaq; & iumenta ſale maximè ſolicitantur ad paſtum, multò largiore lacte, multoq; gratiore etiã in caſeo dote. Ergo hercule vita humanior ſine ſale nequit degere: adeoq; neceſſarium elementum eſt, vt tranſierit intellectus ad 32 voluptates animi quoque. r Nam ita ſales appellantur: omniſq; s vitæ lepos & ſumma hilaritas, laborumq; requies non alio mãgis vocabulo conſtat. Honoribus etiã militiæq; interponitur, ſalariis inde dictis, magna apud antiquos autoritate, ſicut apparet ex nomine Salariæ viæ, t quoniã illa 33 ſal in Sabinos portari cõſuerat. Ancus Marcius rex, 34 ſalis modia ſex millia in u congiario dedit populo, & ſalinas primus inſtituit. Varro etiã pulmẽtarij vice vſos veteres, autor eſt: eſitaſſe enim 35 ſalẽ cũ pane & caſeo, x vt prouerbio apparet. 36 Maximè tamẽ in ſacris intelligitur autoritas, quãdo nulla cõficiũtur ſine y mola ſalſa. Salinarũ ſynceritas ſummã fecit ſuã differẽtiam 37 quadam fauilla ſalis, quæ leuiſſima ex eo eſt & cãdidiſſima: appellatur & flos ſaliſ, in totũ diuerſa ros, humidioriſq; naturæ, & crocei coloris, aut rufi, veluti rubigo ſalis: odore quoq; ingrato ceu gari, diſſentiẽs à ſale nõ modò à ſpuma. 38 Aegyptus inuenit, videturq; Nilo deferri. Et 39 fontibus tamẽ quibuſdã innatat. Optimũ ex eo, quod olei quandã 40 pinguitudinẽ reddit. Eſt enim etiam in ſale z pinguitudo, quod miremur. Adulteratur autem tingitúrque rubrica, aut plerũque teſta trita: qui fucus aqua deprehenditur, diluente factitiũ colorem, cũ verus ille non niſi oleo reſoluatur, & vnguẽtarij A propter colorẽ eo maximè vtantur. 41 B Canitia in vaſis ſumma eſt: media verò pars humidior, C vt dixim⁹. Floris natura aſpera, excalfactoria, ſtomacho inutilis. Sudorẽ ciet, aluũ ſoluit in vino & aqua, 42 acopicis & ſmegmaticis vtilis. Detrahit & ex palpebris pilos efficaciſſimè. Fæces imæ cõcutiuntur, vt color croci redeat. Præter hæc etiãnũ appellatur in ſalinis D ſalſugo, ab aliis ſalſilago, tota liquida, marina aqua ſalſior, vi diſtans. Aliud etiamnũ liquoris exquiſiti genus, quod E garõ vocauere, inteſtinis piſciũ cæterisq; F quæ abiicienda eſſent, ſale maceratis, vt ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce, quem Græci garon vocabant. Capite eius vſto, 43 ſuffitu extrahi ſecundas 44 morantes.

24 Cantis. CH.
25 tænia. Vet.
26 Rubet. CH.
27 Centũ ripis. CH.
28 crocinus. CH.
29 addins. Vet.
30 Iterum in madendo. CH.
31 quæſitum garum. Vet.
32 voluptates, animique quoque ſamnia ſales &c. Vetus hæc erat lectio. VideTur. in Eunuch.
33 ſalẽ in Sab. port. conueneràt. CH.
34 ſalis modios vt in cong. dedit populis. CH.
35 & ſalem cũ pane eſitaſſe prouerbio. Ve. & ſale cum pane eſitaſſe eos prou. CH.
36 Maxima Vet.
37 quandã fauillã. M.
38 Aegypto inuenitur M.
39 lacubus. Dioſc.
40 pinguedinẽ. M.
41 Canities in vaſis ſummo Eſt. Vet.
42 acopis & ſmegmatis. Vet.
43 ſuffitus extrahit. Vet.
44 mõſtr antes. CH.

ANOTATIONES.

a ἀλὸς ἄχνη, Dioſcor. cap. 127. lib. 5, ſpumoſi ſalis ramentum, in exiguis petris inuentum, eiuſdem cum ſale facultatis.
b Eſt & prope Carcaſſonem, vulgò *Marſonnette*.
c Talis eſt fons in vico Monſpeſſuli vicino, quem incolę vocãt *Salerne*.
d Ex humore ſpiſſato, quę interdiu feruidus ſol nõ abſumpſit.
e Quæ iniecta grauia geſtant, & nobis monere conantibus læuia præbent.
f Monſpeſſuli ex ſola maris aqua confeciũtur, ſed imbre cadente citiùs ſpiſſantur, dũ imber non abluat diutius, ſic enim liquatur.
g Maris, vt nitroſos & ſalſos cineres eluant.
h Vulgò apud Sequanos, *Aume & Maurette*.
i Quem longiore coctura in ſalem denſarent.
k Straboni lib. 12. poſt Galatiam Auſtrũ verſus lacus eſt nomine Tatta, Cappadocię maiori vicinus, iuxta Morimenos, in Phrygia maiori.
l Minulus, qui in lacu ſiccatur.
m Tragaſa Epiri, Acanthius ab Acantho Macedoniæ vrbibus. Tragaſæ, Stephano in Epiro locus, ab Tragaſo dictus, cuius Neptunũ fecit vt ibi in Halſio campo ſal naſceretur. Eſt & apud Athenæum in Troade ſal Tragaſæus, qui cùm vectigal Lyſimach⁹ impoſuiſſet, euanuit, & vectigali mox ſublato ſuccreuit rurſum. Rhodig. cap. 12. lib. 9. Hadrianus Iunius cap. 9. lib. 3. eandem hiſtoriam recitat, & multas præterea eiuſdem argumenti.
n In igne non crepitans. Cur ſal crepiter, vide apud Ariſto. Probl. 42. & 43. Sect. 11.
o Leuem & veluti pumicoſum, ac fiſtuloſum ſpõgię modo, aut marinæ ſpumæ.
p Caligantibus, maculoſis, vngue impeditis.
q Plutarchus cõdimentũ condimentorũ vocat, vt mox dicetur.
r Catullus formoſam mulierẽ habendã nõ putat, quæ venuſtate careat, ac ſale, id eſt, lepore & argutia. Plutarch⁹ lib. 5. Sympoſ. ἀλὸς τοῦ ἴσως, αἴτ, καὶ πάλαι & γὰρ ἀνδρὸς τὸ μυκᾶν ἀσχῆμον μᾶλλον ἀπέβλεψαν, ἀλλὰ μαμμάκυθον χάριτι, νῦ κινούμενον, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἁρμῷ κατέδει. Victorius cap. 23. lib. 12. Salis vſum ante bellum Troianum multis incognitum fuiſſe, his verſibus Homerus indicat Odyſſ. λ. ἐς δὲ ἴδωσι θάλασσαν Ἀτρέος υἱὸν ἄναξ μεμιγμένον ἄλφι ἰόντα. Euſtathius putat ἄκρατα ἐκπιόντας ἀγροικίαν ἐκείνην ἀνθρώπων ἐπὶ δόξαν ἄλατα ὕδατα ἀέρι θερμαίνειν· ἢν δ᾽ ἁρυσάμενόν τις τὸν ἅλα δόῃ, quod refert & Pauſanias in Atticis. Brod. cap. 3.

ΝΑΤVRAL. HIST. LIB. XXXI. 755

cap. 3. lib. 6. Iocus eſt Plauti lepidus in Caſina de ſene fatuo & inſulſo, *Non ecaſtor vilis eſt emptus modius qui venit ſalis*: nempe hic ſalẽ carum eſſe oportet, alioqui emeret ſibi hic ſenex tã inſulſus, ſtolidus, ineptus.
f Homerus ſalem ideo θεῖον diuinum vocat, Plato in Timęo dijs chariſſimum, plærique χάριτα. Rhodig. cap. 24. lib. 27. Catullus, *Nulla in tam magno corpore mica ſalis*. id eſt, gratiæ, & Veneris, non vt Quintilianus putat, cap. 3. lib. 6. ridiculi. Plutarchus in Sympo. ἀτυχέστερ γὰρ ἐν ἅλατι τῶν ἄλλων ὄψων ἄνευ, καὶ ὑπέρευ, ἀλὸς καὶ χάριτος ἄνευ περὶ τὴν ἐρωτικὴν αὐτόν. Brod. cap. 12. lib. 6.
t Verrius Flaccus apud Feſtum.
v Congiarium populus accipiebat, donatiuum miles.
x Huc pertinent prouerbia duo. Alterum, ἅλας λείχειν, ſalẽ lingere. Perſius,

Vare reguſtatum digito terebrare ſalinum
contentus peruages, ſi cum Ioue viuere pergis. Alterum, ἅλας καὶ ἄρτον φαγεῖν, ſalem & menſam ne prætereas. Vide Eraſmũ.

y Farre roſto, & ſale addito, quo hoſtiæ conſpergebantur. Molam ſalſam Homer⁹ Odyſſ. ξ. οὐλοχύτας ἀλφίτων vocat hoc verſu, κατὰ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλει ἀκάνθινα ἀλφίτου ἀκτῆς. ἀλφίτου etiã Græci vocant. Varroni in Aboriginibus mola ſimpliciter hordeum. *Grunnit*, inquit, *tepido lacte ſatur, mola mactatus porcus*: nempe hordeo ſaginatus.
z Ideo lucernæ melius ardent ſale iniecto. Macrobius 7 Saturnal. Ariſtoteles. Sect. 23. Problem. Plutarchus Quæſt. 9. 1. Sympoſ.
A Emplaſtris & vnguentis coloris cauſſa miſcetur, vt roſaceo. Dioſcor.
B Mucidus ſuccus.
C Huius rei nuſquam alibi mentionem fecit. Obliuioſus hic Plinius.
D Salſiſaginem eſſe puto maris affuſi in areas ſalinarũ humorem, qui ſub ſalis cruſta liquidus manet, nec in ſalis naturã denſatur.
E Latinis liquamen. Cælius Aurel. 2. Chronicõn. Caſſianus in calce Geopenicõn. Vopiſcus in Aureliano. Oxygaron Apitio, liquamen acetoſum. Cuiacius cap. & lib. 9. Obſer.
F Vt ſanguine, branchiis, capitibus, præſertim garorum & lycoſtomorum.

De ſcombro piſce, & muria, & alece. CAP. VIII.

NVnc a è ſcombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartariæ cetarijs: b ſociorum id appellatur, ſingulis millibus nummûm permutantibus congios[1] penè binos. Nec liquor vllus penè prẽter vnguenta maiore in pretio eſſe cœpit, nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidem, & Mauritania, Bæticaq;, & Carteia ex Oceano intrantes capiunt, ad nihil aliud vtiles. Laudantur & Clazomenę garo, Pompeiiq; & Leptis, ſicut muria Antipolis ac Thurij, iam verò & Dalmatia. Vitium huius eſt c alex, imperfecta nec colata fex. Cœpit tamen & priuatim d ex inutili piſciculo, minimoq; confici. Apuam noſtri, aphyen Greci vocant, quoniam is piſciculus e è pluuia naſcitur. Foroiulienſes piſcem ex quo faciunt, lupum appellant. Tranſiit deinde in luxuriam, creueruntq; genera ad infinitum: ſicuti garum ad colorem mul ſi veteris, adeoq; [2] dilutam ſuauitatem, vt bibi poſſit. Aliud verò [3] f ad caſtimoniarũ ſuperſtitionem, etiam ſacris Iudęis g dicatum, quod ſit è piſcibus ſquama*carentib. h Sic alex peruenit ad oſtreas, echinos, vrticas, cammaros, mullorum iocinera. Innumeriſq; generib. ad ſaporem gulæ cœpit ſal tabeſcere. Hæc obiter indicata ſint deſiderijs vitæ, & ipſa tamen nonnulli vſus in medendo. Nanque & alece ſcabies pecoris ſanatur, infuſa per cutem inciſam: & contra canis morſus draconiſq; marini prodeſt. In linteolis autem [4] conceptis imponitur. Et garo ambuſta recentia ſanantur, ſi quis infundat ac non nominet garum. Contra canum quoque [5] morſus prodeſt, maximeq; crocodili, & [6] hulceribus quæ ſerpunt, aut ſordidis. Oris quoque & aurium hulceribus aut doloribus mirificè prodeſt. i Muria quoque, [7] ſiue illa ſalſugo, k ſpiſſat, mordet, extenuat, ſiccat. Dyſentericis vtilis eſt, [8] etiam ſi nome inteſtina corripit. Iſchiadicis, [9] cœliacis veteribus infunditur. Fotu quoque apud mediterraneos aquę marinę vicem penſat.

1 ferè. CH.
2 diluta ſuauitate. Vet.
3 ad ſuperſtitionum caſtimoniam &. ſa. Iu abdicatum, quod ſit Vet. caſtimoniarũ ſuperſtitioni etiã, ſacrificij. Iu. dic. quod ſit CH.
*nõ carẽtibus. Mital.
4 concerptis. Vet. & ex cap. ſequenti.
5 morſum. CH.
6 nomis depaſcentibus. CH.
7 ſiue halme, aut ſallugo. Vet.
8 etiam. Dal. expunxit ex Dioſc.
9 & cœl. Vet.

ANOTATIONES.

a De hoc Strabo lib. 3. Athen. lib. 2. Horat.
-his mixtum inn eſt, quod prima Venafris
Preſſit cella, garo de ſuccis piſcis Iberi.
b Ar. higones lib. 2. περὶ ἵππων Hiſpanũ vocat, Aſclepiades eodem lib. nigrum, πυρρὸν Paulus cap. 59. lib. 3. Fecoſum Martial. in Xenijs, *Expirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo*
Accipe ſi coſum munera prima garum.
Quanquam, ibi faſtoſum quidam legere malunt, vt ad raritatem & pretium referatur. Archanum idem lib. 7.
Sed cognus ingentem piperis conſumet acervum,
Addet & Archanio mixta Falerna garo.
ἀμόριτον γάρ & vocat Conſtantinus lib. 20. quaſi ſanguiculum dicas. παριγορὸν vocat Pherecrates comicus in Triptolemo.
c Alex piſcoſum ſalſamentum à ſuo liquamine nondum ſeparatum. Plautus in Pœnulo, *Tũne etiam amator audes eſſe alex viri?* quaſi viri fex, indigne qui vir habearis.
d Ex mutilo piſciculo, minutoq; confici. Quidam ſic legunt, & ijs verbis ſignificari putãt garũ paratũ ex encraſicholis, vulgò *Anchoyes*. Ii enim ſale conditi in optimũ garũ liqueſcunt. At ne garum corrumpatur ſemper auulſo capite conduntur: ſic enim vnà eſi capite f. l, hepar, inteſtina, viſcera eximũtur & abijciũtur.
e E ſpuma imbribus excitata, cùm aqua multa è cœlo decidit: Ariſtot. cap. 15. lib. 6. hiſtor. quamobrem ἀφρίτιν vocatur.
f In caſto Cereris erant, qui Cereri operabantur. Feſtus in voce Minuitur. Id autem fiebat ſummа temperantia, & continẽtia: quãobrem ἀγνεύειν λέγουσι, puriter facere Cereri dicebãt. Quãuis ijs diebus adeò ſeuera frugalitatis & parſimoniæ lex eſſet, tamen permittebatur id gari genus.
g Leg. abdicatum. Iudæi natnque piſcibus ſquama carentibus abſtinent. Garũ id fortaſſis eſt, quod vocè à Garõ detorta nos Cauiari quaſi Gauiari nũcupamus. Paratur ex ouis ac ſpenſerũ (vulgo, *Eſturgeons*) ſale cõditis in cetarijs Boryſthenis, Phaſidis, Tanais. Eius loco Iudæi nunc ouis Cyprinorum conditis eodẽ veſcũtur.
h Plautus apud Feſtum in Narita:
Muriatica autem videe in vaſis ſtameis,
Bonam naritam, cammarum, & tagenia,
Echinos fartos, conchas piſcinarias.
ὑφίνας, μαμμάρους, πελωρίδας, echinos ſaginatos in viuarijs, cõchas in piſcinis. Scalig.
i Muriam, ſiue, vt apud Feſtum legitur, murię, ſalem etiam durũ appellarunt. Seruius. Virgines tres Veſtales maximè ex nonis Maijs ad pridie Idus Maias alternis diebus ſpicas adoreas in corbib. meſſuarijs ponunt, eaſq; ſpicas ipſæ virgines torrent, pinſunt, moluntque ita molitum condunt. Ex eo farre virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Veſtalibus, Idibus Septembribus, adiecto ſale cocto & ſale duro. Scalig. in Feſtum.
k Ineptè Plinius muriam extenuare, ac ſpiſſare ſcribit, quæ cõtraria ſunt.

De

De natura salis,& eius medicinis. CAP. IX.

SAlis natura est per se ignea,& inimica ignibus,fugiens eos, omnia erodẽs. Corpora verò astringens,siccans, [a] alligans:defuncta [1] etiam à putrescendo vendicans,vt durent [2] ita per secula.In medendo verò mordens,adurens, repurgans, extenuans,dissoluens.Stomacho tantùm inutilis,præterquàm ad excitandam auiditatem. Aduersus serpentium morsus cum origano,melle,hyssopo.Contra ceraſten cum origano,aut cedria,aut pice,aut melle.Auxiliatur contra scolopendras ex aceto potus:aduersus scorpionum ictus,cum quarta parte lini seminis,ex oleo vel aceto illitus:aduersus [3] crabrones verò vel vespas,similiaq;, ex aceto. Ad heterocraneas, capitisq; hulcera,& [b] [4] pustulas,papulásve,& incipientes verrucas,cum seuo vitulino:item oculorum remedijs,& ad excrescentes ibi carnes totiusque corporis [5] pterygia:sed in oculis peculiariter:ob id collyrijs [6] emplastrisque additur. Ad hæc maximè probatur [7] Tattæus,aut Caunites.Ex ictu verò suffusis cruore oculis[c] suggillatisque,cum myrrha pari pondere ac melle,aut cum [8] hyssopo ex aqua calida,vtque foueantur salsugine. Ad hæc Hispaniensis eligitur,contraque suffusiones oculorũ cum lacte in coticulis teritur.Priuatim suggillationibus in linteolo inuolutus, crebroque ex aqua feruenti impositus.Hulceribus oris manantibus in linteolo cõcerpto.Gingiuarum [9] tumori infricatus.Et contra scabritiem linguæ [10] fractus comminutusque.Aiunt dentes non erodi [11] neque putrescere, si quis quotidie manè ieiunus salem contineat sub lingua,donec liquescat.Lepras idem & furũculos,& lichenas,& psoras emendat cum passa vua exempto eius ligno, & seuo bubulo atque origano ac fermento vel pane,maximè Thebaicus.Hic & ad pruritus eligitur.Tonsillis & vuis cum melle prodest.Quicũque ad anginas, [12] hoc amplius cum oleo & aceto eodem tempore [13] extrà faucibus illitus [14] cum pice liquida.Emollit & aluum in vino mistus.Idem noxia, [15] & [16] tinearum genera pellit in vino potus.Æstus balinearum conualescentes vt tolerare possint,linguæ subditus præstat.Neruorũ dolorem, [17] maximè vsurpanda [d] obseruatione circa humeros & renes, in saccis aqua feruenti crebrò [18] madefactus leuat.Colum torminaque & coxarum dolores potus, & in iisdem saccis impositus [e] cãdens.Podagras cum farina ex melle & oleo tritus, ibi maximè [19] obseruanda vsurpatione,qua quidem totis corporibus nihil esse vtilius sale & Sole dicunt.Itaque cornea videmus corpora piscatorum. Sed hoc præcipuum dicatur in podagris.Tollit & clauos pedum:itẽ perniones.Ambustis ex oleo imponitur,aut commãducatus, [20] pustulásque reprimit.Ignibus verò sacris hulceribúsque quę serpunt,ex aceto aut [21] hyssopo.Carcinomatis cũ vua taminia.Phagedænis hulcerum, [22] tritus cum farina hordei, superimposito linteolo madẽte vino.Morbo regio laborantes,donec sudent ad ignem,contra pruritus quos sentiũt, ex oleo & aceto infricatus iuuat:& fatigatos ex oleo.Multi & hydropicos sale curauere,feruoréque febrium cum oleo perunxere,& tusim veterem linctu eius discussere.Clysteribus infudere ischiadicis. [23] Hulceribus excrescentibus vel putrescẽtibus imposuere.Crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis,ita vt [24] batuerentur antehac hulcera.Bibitur & contra opium ex aceto mulso.Luxatis imponitur cum farina & melle:item extuberationibus.Dentium dolori cum aceto [25] & fotu,& illitus cum resina prodest. Ad omnia autem spuma salis iucundior vtiliórque. Sed quincunque sal [f] acopis additur ad excalfactiones: item [26] smegmaticis ad extendendam cutem læuandámque. Pecorum quoque scabiem & boum illitus tollit. Datúrque lingendus: [g] & oculis iumentorum inspuitur.Hæc & de sale dicta sint.

1 autem.M.
2 ea.Ver.
3 teredines. Dioſc.
4 puſulas.CH.
5 ac pterygia. Alij.
6 emplaſtris quoq;. CH.
7 Tragaſæus.Ver. Et eus.CH.
8 œſypo.Vet.
9 humori.Dioſc. τῷ πλάδι.
10 fricus.Vet.
11 nec.CH.
12 hic.Vet.
13 extra fauces illitus,aut cum.M.
14 aut cum.Vet.
15 &,in Vet.d.
16 tæniarum.Vet.
17 maximè circa hũ. & re in iſac pat. feruer.candefactus. Vet. & CH.
18 madefactis. Vet. alij.
19 vſurpanda obſeruatione(ſic & CH.) qui quidam.Ver.
20 puſuláſque. CH.
21 œſypo.Ver.
22 toſtus.Ver.
23 Hulcerum.CH.
24 batuantur arctè vincta hulcera. Dal. ex Dioſc id eſt,comprimantur.adſtringãtur rectè vincta loca. Ver.Leg.arctè. baruſtur antè ictũ hulcera.M.
25 fotus & illitus. CH.
26 ſmegmatis.Ver.

a Contrahens,συσφιγγων,δεδωκως ἐχει πασαν αγατιλιν, Dioſcor.
b ψυδράκιας,Dioſc.Ruellius vertit,albidas capitis puſtulas.
c Faciei ſuggillationibus,πρὸς ὑποσπονδια προσωπου. Dioſcor. Rectè hunc locum & fœliciter Plinius vertit.
d Celſus cap.17.lib.2.Aurelianus cap.1.lib.5.tard.paſſ.
e Feruidus.obſeruatnisi ferrum latum & cãdens intelligat,ſacco impreſſum,quale deſcribit Aurelianus.
f De ſalis flore id Dioſcor.
g Vide Plutarchum in Quæſtion.naturalibus,quæſt.3.

De

ANNOTATIONES.

a Contrahens,συσφιγγων,δεδωκως ἐχει πασαν αγατιλιν, Dioſc.
b ψυδράκιας,Dioſc Ruellius vertit,albidas capitis puſtulas.
c Faciei ſuggillationibus,πρὸς ὑποσπονδια προσωπου. Dioſc.Rectè hũc locum & fœliciter Plinius vertit.
d Celſus cap.17.lib.2.Aurelianus cap.1.lib. 5.tard.paſſ.
e Feruidus.obſeruatnisi ferrum latum & cãdens intelligat,ſacco impreſſum,quale deſcribit Aurelianus.
f De ſalis flore id Dioſcor.
g Vide Plutarchum in Quæſtion.naturalibus,quæſt.3.

De nitri generibus & confecturis,& medicinis,& obseruationibus. CAP. X.

NOn est differenda & nitri natura,nõ multùm à sale distans,& eo diligentiùs dicenda, quia palàm est & Medicos qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quenquam [a] Theophrasto diligentiùs tradidisse.Exiguum fit apud Medos,canescẽtibus siccitate conuallibus,quod vocant [1] halmirhaga. Minus etiam in Thracia iuxta Philippos,sordidum terra,quod appellãt agrium. Nam quercu cremata nunquã multùm factitatum est,& iampridem in totum omissum. Aquæ verò nitrosæ pluribus locis reperiuntur,sed sine viribus densandi.Optimum copiosúmque in [b] [2] Clytis Macedoniæ,quod vocant chalastricum, candidum, purúmque, proximum sali. Lacus est nitrosus, exiliente è medio dulci fonticulo.Ibi fit nitrum circa Canis ortũ nouenis diebus, totidemq; cessat, ac rursus innatat,& deinde cessat. Quo apparet, soli naturam esse quæ gignat, quoniam compertum est,nec Soles proficere quicquã cùm [3] cesset,nec imbres. Mirum est & illud,scatebra fonticuli semper emicante,lacum [4] nec augeri,nec effluere.Iis autem diebus, quibus gignitur,si fuere imbres, salsius nitrum faciũt, Aquilones deterius,quia validius cõmouent limum.Et hoc quidem nascitur.In Ægypto autem conficitur multò abundantius, sed deterius. Nam fuscum lapidosumq; est.Fit penè eodẽ modo, quo sal, nisi quod salinis mare infundunt,Nilum autem [5] nitrarijs.Excedente Nilo siccantur, decedente madent succo nitri xl. diebus cõtinuis,non(vt in Macedonia)statis.Si etiam imbres affuerint, minus de flumine addunt: statimq; vt densari est cœptum, rapitur ne resoluatur in nitrarijs.[6] Sic quoque [c] olei natura interuenit,ad scabiem animalium vtilis.Ipsum autem conditũ in aceruis durat.Mirum, [d] in lacu Ascanio, & quibusdã circa Chalcida fontibus, summas aquas dulces esse potariq;, [7] inferiores nitrosas. In nitro optimũ, quod tenuissimum,& ideo spuma melior.Ad aliqua tamen sordidum, tanquam ad inficiendas purpuras tincturasq; omnes.Magnus & nitro vsus, qui dicetur suo loco. Nitrariæ egregiæ Ægyptijs.[8] Nam circa Naucratim & Memphim tantùm solebãt esse,circa Memphin deteriores.Nã & lapidescit ibi in aceruis: multiq; sunt [9] tumuli ea de causa saxei.[e] Faciunt ex his vasa.necnon frequenter [f] [10] liquatum cum sulphure coquentes in carbonibus.Ad ea quoque,[g] quæ inueterari volunt, illo nitro vtuntur.Sunt ibi nitrariæ,in quibus & rusum exit à colore terræ. [h] Spumã nitri,quæ maximè laudatur,antiqui negabant fieri,nisi cùm ros cecidisset,prægnãtibus nitrarijs, sed nondum parientibus. Itaque non fieri [11] incitatis, etiamsi caderet. Alij [12] operimentum fermẽto gigni existimauere. Proxima ætas Medicorum aphronitrum tradidit in Asia colligi, [i] in speluncis [13] molibus distillans.Specus eos [k] [14] colycas vocãt: dein [15] siccant Sole.Optimum [16] putant Lydium.Probatio, vt sit minimè ponderosum,& maximè friabile,colore ponè purpureo.Hoc in pastillis affertur. Ægyptium in vasis picatis, [l] ne liquescat.Vasa quoque ea Sole inarescentia perficiuntur.[17] Nitri probatio,vt sit tenuissimum & quàm maximè spongiosum fistulosumque. Adulteratur in Ægypto calce:deprehenditur gustu.Syncerum enim facilè resoluitur:adulteratum pugit.Calce [18] aspersum reddit odorem vehementem. Vritur in testa opertum ne exultet: aliàs igni non exilit nitrum: nihilque gignit aut alit, cùm in salinis [m] herbæ gignantur,& in mari [19] tot animalia, [n] tantùm algæ. Sed maiorem esse acrimoniam [20] nitro apparet,non hoc tantùm argumento, [21] sed in illo, quòd nitrariæ calceamenta protinus consumunt,aliâs salubres, oculorúmq; claritati vtiles. In nitrarijs non lippiunt.Hulcera allata eò celerrimè sanãtur:ibi facta,tardè.Ciet & [22] sudorem

1 halmirrhaga, Dal. id est, erumpentem salem,vel sanguinẽ.
2 Chytis.Ver.
3 ceſſat.Vet.
4 neque augeri, neque fluere.CH.
5 nitrarijs,quæ accedente Nilo madent, decedente ſiccantur cõcreſcẽte nitro.Vet. nitro diebus.M.
6 Hic quoque. Vet. id eſt,in nitro.
7 interiores.CH.
8 Nam,in Vet.d.
9 cumuli.M.& CH.
10 liquant.Vet.
11 incientibus.Turn. id eſt, parcui vicinis. Vt ſuprà cap.47.li 11.
12 operimentorum fermento M.operimẽtum id pro fermento. Vet.operimentum id formẽteſcentibus gigni.Vet.alij.operimẽtũ fermenti Alij Ver. acerborum fermẽto. CH.
13 mollibus. Vet. & CH.
14 helicas. Vet.cochlicas Alij Vet.
15 ſiccari.Vet.
16 putatur.CH.
17 Aphronitri. Alij.
18 & aſperſu red.od. vehementer.CH.
19 torque animalia, non tantùm. Vet.
20 nitri.CH.
21 ſed & illo. Vet. & CH.
22 ſudores.CH.

dorem cum oleo perunctis, corpúſq; emollit. In pane ſalis vice vtuntur [o] [23] Chalaſtreo: ad[p] rhaphanos Ægyptio: [24] teneriores eos facit, ſed obſonia alba & deteriora, olera viridiora. In medicina autem calfacit, extenuat, mordet, ſpiſſat, ſiccat, exhulcerat. Vtile his, quæ euocanda [25] ſint aut diſcutienda, & lenius mordenda atque extenuanda, ſicut in papulis [26] puſtuliſq;. Quidam in hoc vſu accenſum vino auſtero reſtinguunt, atque ita trito in balineis vtuntur ſine oleo. Sudores nimios inhibet cũ arida iride [27] adiecta oleo viridi. Extenuat & cicatrices oculorum & ſcabritias genarum cum fico illitum, aut decoctum in paſſo ad dimidias partes: item cõtra [28] argema oculorum. Vngues decoctum cum paſſo in mali Punici calice adiuuat [29] nitrum: claritatem viſus cum melle inunctum. Prodeſt dentium dolori ex vino, ſi cum pipere colluantur: item cum porro decoctum. Nigreſcentes dentes crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitis animalia, & lẽdes necat, cum Samia terra illitum ex oleo. Auribus purulentis vino liquatum infunditur. Sordes eiuſdem partis [30] erodit ex aceto. Sonitus & tinnitus diſcutit ficcum [31] additũ. Vitiligines albas cum Cimolia creta, æquo pondere ex aceto, in Sole illitum emendat. Furunculos admiſtum reſinæ [32] extrahit, aut cum vua alba paſſa, nucleis eius ſimul tritis. Teſtium inflammationi occurrit: item eruptionibus pituitæ in totò corpore cum axungia. Contraque canis morſus, addita & reſina, initijs cum aceto illinitur. Sic & ſerpẽtium morſibus, phagedænis, & hulceribus quæ ſerpunt, aut putreſcunt, cum calce [33] ex aceto. Hydropicis cum fico tuſum datur illiniturque. Diſcutit & tormina, ſi decoctum bibatur pondere drachmę cum ruta, vel anetho, vel cumino. Reſicit laſſitudines cum oleo [34] ex aceto perunctorum. Et contra algores horroréſque prodeſt, manibus pedibúſque confricatis cum oleo. Comprimit & pruritus ſuffuſorum felle, maximè cum [35] aceto datum. Succurrit & venenis fungorum ex poſca potum: aut ſi buprestis [36] paſta ſit, ex aqua, vomitionéſq; euocat. His qui ſanguinem tauri biberint, cum laſere datur. In facie quoq; exhulcerationes ſanat cum melle & lacte bubulo. Ambuſtis toſtum, donec nigreſcat, tritúmque illinitur. Infunditur [37] ventris & renum doloribus, aut rigori corporum, neruorúmque doloribus. [38] Paraly ſi in lingua cum pane imponitur. Suſpirioſis in ptiſana ſumitur. Tuſim veterem ſanat, flore miſto galbano, reſinæ terebinthinæ, pari pondere omnium, ita vt fabæ magnitudo deuoretur. [39] Coquitur, dilutúmque poſteà cum pice liquida ſorbendum in angina datur. Flos eius cum oleo cyprino articulorum doloribus in Sole iucundus eſt. Regiũ quoque [40] morbum in vino exterminat potum. Et inflationes diſcutit, ſanguinis profluuium è naribus ſiſtit ex feruenti aqua vapore naribus rapto. Pruriginem alumine permiſto tollit: alarum virus ex aqua quotidiano fotu. Hulcera ex pituita nata cera permiſtum: quo genere neruis quoque prodeſt. Cœliacis infunditur. Perungi ante acceſſiones frigidas nitro & oleo multi præcepere. [41] Sic & aduerſus lepras, [42] lentigines. Podagricis [43] in balineis vti ſolio nitri prodeſt, atrophis, opiſthotonis, [44] tetanis. Sal nitrum ſulphuri concoctum [q] in lapidem vertitur.

23 nã teneriores. Vet.
24 Chalaſtrico. Strabo.
25 ſunt. Vet.
26 puſuliſque. CH.
27 adiecto. M.
28 argemas. CH.
29 nitrum, in CH. d.
30 extergit. Vet. & Dioſc. exterit. M.
31 inditum. Vet.
32 aperit. Dioſc.
33 &. Vet.
34 &. Vet. CH.
35 aceto inſudatum. M. & CH. Lego, in ſidore datũ ex Dioſc.
36 hausta. Vet
37 vrceis. CH.
38 Paralyſi linguæ. Vet. & Dioſc.
39 Vritur. Dioſc.
40 morbum exterminat in potione vini. It. M. morbum exenuat in potione vini. Et. CH.
41 Sicut aduerſus. CH.
42 & lentig. Ver.
42 in baineorum ſolio vti nitro Alij.
44 tetanis, vt ſale. Nitrum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Non extat liber is Theophraſti.
* Sed quę coctura inſolatúve in nitrũ minimè denſari poſſunt.
b Chytis. Vet. Chytas Geographi collocant in ora ſinus Macedonici, vbi eſt promontorium Chalaſtræum.
c Oleoſa pinguitudo, quã & in ſale reperiri ſuprà tradidit cap. 7. vlt. proximo. Hanc pinguitudinẽ cum detrahunt qui excutiendis tormentis bellicis igniarium puluerem conficiunt, ſuo more aiunt *Degreſſer le ſalpeſtre*.
d Ariſtoteles ſic eius aquas nitroſas eſſe tradit, vt veſtes demerſas abſtergant, earumque maculas & ſordes eluant. Is autem lacus Pruſiæ eſt, cap. 31. vlt. lib. 5.
e Vt apud nos ſit è Soda, quæ nihil aliud eſt, quàm nitrum factitium, impurum, graue, ſuſcum, lapidoſum, quale Ægyptium fuiſſe paulò ante dixit.
f Vt vaſa pingant, quemadmodum figuli noſtri ſolent ſoda & lithargyro ſimul ſuſis ſua fictilia oblinere.
g Vt mortuorum corpora. Herodot. illo nitro vtuntur, nempe in tumulis congeſto & durato.
h ἀφρὸν νίτρου. ab ea differt ἀφρόνιτρον, nempe nitrum cum ſpuma ſua adhuc confuſum ac commixtum.
i Leg. in ſpelũcarum molibus: id eſt, ſaxoſis crepidinibus & antris. Quidam legunt, mollibus, ideſt, tophaceis, quòd tophus longè ſit mollior & ſaxo & lapide. In ſtructurarum & ædificiorum camerarijs formicibus, præſertim ſubterraneis, ex humore in cemento cum calce mixto, ſtillat ſuccus nitroſus, oblongis ſtirijs, friabilis, anduſ, guſtu ſalſus, & feruidus. ab Aſiatico nitro parùm, vel nihil diſcrepans. Noſtri vocant *Salpeſtre*.
k Leg. ſpecus eos cochlacas vocant. Cochlax, ſiue cochlas, ſiue κόχλης, nunc teſtudo eſt, fornix, camera nunc lapis, ſilex, glarea, flumine congeſta & attrita. Teſtudinatos ſpecus eos incolæ cochlas vocabant.
l Humoris contactu, vel aëris occurſu.
m Ælianus cap. 3. lib. 13. hiſtor. anim. has recenſet, bryam, phycia, vites, vuas, braſſicas, mea, quæ & capillos, ſiue trichas vocant. Iis piſces veſcuntur.
n Non gignantur, ſubaudi.
o Omnium præſtantiſſimo, iudicio Platonis & Plutarchi.
p Ad braſſicas. Illas enim viridiores facit, quod paulò pòſt ait, & teneriores, coctuque faciliores: nec tantùm eas, ſed & carnes, ſi apponantur. Plutar. Quæſt. 10. lib. 6. Sympoſ. Theophr. cap. 14. lib. 6. Cauſſ.
q In lapidoſam duritiam. Hoc eſt quod ſuprà hoc ipſo capite dixit, Ægyptios nitrum liquatum frequenter in carbonibus coquere cum ſulphure.

De ſpongiarum natura. CAP. XI.

SPongiarum genera diximus in naturis aquatilium marinorum. Quidam eas ita diſtinguunt. [a] Alias ex his mares exiſtimauere, tenui fiſtula [1] ſpiſſioreſque [b] perſorbentes, [2] & quæ tingũtur in delicijs, aliquando & purpura: alias fœminas, maioribus fiſtulis ac perpetuis. E maribus duriores alias, quas appellant tragos, tenuiſſimis fiſtulis atque denſiſſimis. Candidæ cura [3] fiunt, è molliſſimis recentes per æſtatem tinctæ ſalis ſpuma, ad Lunam & [4] c pruinas ſternuntur inuerſæ, hoc eſt, quà parte adhęſere, vt candorem bibant. Animal eſſe docuimus, etiam cruore inhærente. Aliqui narrant & auditu [d] regi eas, contrahíque ad ſonum, exprimentes abundantiam humoris, nec auelli petris poſſe, ideò abſcindi ac ſaniem emittere. Quin & eas quæ ab Aquilone ſint genitæ, præferunt cæteris. Nec [e] vſquam diutius durare [f] ſpiritum Medici affirmant. Sic & prodeſſe corporibus, quia noſtro ſuum miſceant, & ideò magis recentes, magiſque humidas: ſed minùs [5] in [g] calida aqua minúſque [h] vnctas, aut vnctis corporibus impoſitas: & ſpiſſas minùs adhæreſcere. Molliſſimũ genus earum [6] penicilli, oculorũ, tumores leuant ex mulſo [7] impoſiti. Iidem abſtergẽdæ lippitudini [8] vtiliſſimi: eoſq; tenuiſſimos & molliſſimos eſſe oportet. Imponuntur [9] ſpõgiæ ipſæ epiphoris ex poſca: [10] ex aceto calido ad capitis dolores. De cętero recẽtes diſcutiunt, molliunt, [11] mitigant. Veteres [12] conglutinant vulnera. Vſus earũ ad [k] abſtergenda, fouenda, operienda à fotu dum aliud [13] imponatur. Hulcera quoque humida & ſenilia impoſitæ ſiccant: fracturæ & vulnera ſpongijs vtiliſſimè fouentur. Sanguis [14] rapitur in ſecando, vt curatio perſpici poſſit. Et ipſæ vulnerum inflammationibus imponuntur, nunc ſiccæ, [15] nunc ex aceto inſperſæ, nunc è vino, nunc ex aqua frigida. Ex aqua verò cæleſti impoſitæ, ſecta recentia non patiuntur intumeſcere. Imponuntur & integris partibus, ſed [16] fluctuatione occulta laborantibus, quæ diſcutienda ſit, & ijs quæ apoſtemata vocant, melle decocto perunctis. Item articulis aliàs aceto falſo madidæ, [17] aliàs è poſcâ. Si ferueat impetus, ex aqua. Eędem & [18] callo ſalſa madidæ: at contra ſcorpionum ictus ex aceto. In vulnerum curatione & ſuccidæ lanæ vicem implent, nunc ex vino & oleo, nunc ex eadem. Differentia hæc, quòd lanæ emolliunt, ſpongiæ coercent, rapiúntque [l] vitia hulcerum. Circunligantur & hydropicis ſiccę, vel ex aqua tepida poſcáve, vtcumq; blandioribus opus eſt, [19] operiríve aut ſiccari cutem. Imponuntur & his morbis, quos vaporari oporteat, feruenti aqua perfuſæ, expreſſæque inter duas tabulas. Sic [20] & impoſitę ſtomacho proſunt, & in febri contra nimios ardores. [21] Sed ſpleneticis è poſca, ignibus ſacris ex aceto, efficaciores quàm aliud. Imponi oportet ſic, vt ſanas quoq; partes ſpatioſe operiant. Sanguinis profluuium ſiſtunt ex aceto, aut frigida. Liuorem ab ictu recentem, ex aquâ ſalſa calida ſæpius mutata tollunt, teſtium tumorem doloremq; ex poſca. Ad canum morſus vtiliter conciſæ imponuntur, ex aceto, aut frigida, aut melle, [22] abundè ſubinde humectandæ. [m] Africanæ cinis cum porri ſectiui ſucco, ſanguinem reiicientibus hauſtu [23] ſalis ex frigida prodeſt. Idem [24] cinis vel cum oleo vel aceto fronti illitus, tertianas tollit. Priuatim Africanæ ex poſca [25] tumorem diſcutiunt. Omnium autem cinis cum pice crematarum, ſanguinem ſiſtit vulnerum. Aliqui raras tantùm, ad hoc cum pice vrunt. Et oculorum cauſa comburuntur in cruda olla figulini operis, plurimùm proficiente eo cinere contra ſcabritias genarũ, excreſcentéſque carnes, & quicquid opus ſit ibi [26] diſtringere, [27] ſpiſſare, explere. Vtilius in eo vſu lauare cinerem. Præſtant & ſtrigilum vicem linteolorúmque [28] affectis corporibus. Et contra Solem aptè protegunt capita. Medici inſcitia ad duo nomina eas redegere, Africanas, quarum firmius ſit robur, [29] Rhodiacáſque, ad fo-

1 ſpiſſiores, quæ tinguntur. M. ſpiſſiores, quæ & tinguntur. Vet.
2 quæ &. M.
3 fiũt. E molliſſimis. Vet.
4 rores. Vet.
5 in, M. d.
6 è quo penicilli. Vet.
7 impoſitæ. Eædem. Vet.
8 vtiliſſimæ, ideóque eas tenuiſſimas & molliſſimas. Vet. vtiliſſimæ. Eam quæ tenuiſſima eſt, molliſſimam. Alij Vet.
9 & ſpongiæ. CH.
10 & ex aceto. M.
11 mitigant, conglutinant vulnera, non item veteres. Vet.
12 nõ glutinant. CH.
13 adponatur CH.
14 ijs rapitur. Vet.
15 nunc aceto aſperſæ, nunc vino, nunc aqua. Vet. & CH.
16 fluxione. Vet.
17 aliàs poſca. Vet.
18 calloſa immiſſæ laxant. Dioſc.
19 aperirive. Alij.
20 & in ſtomacho. CH.
21 Et ſplenicis. CH.
22 abundè, in Vet. d. & in CH.
23 cum ſale & frig. Vet.
24 cinis cum oleo & aceto. Vet.
25 tumores. Vet.
26 adſtringere. Vet.
27 reſpiſſare. CH.
28 fricandis. Vet.
29 & Rhodiacas, quę Vet.

uendum molliores. Nunc autem molliſsimæ circa muros Antiphelli vrbis reperiuntur. Trogus autor eſt, circa Lyciam [30] penicillos molliſsimos naſci in alto, vnde ablatæ ſint ſpongiæ. Polybius ſuper ægrum [31] ſuſpenſos quietiores facere noctes. Nunc reuertemur ad marina animalia & aquatilia.

30 penicillis molliſſimus. Vet.
31 ſuſpenſus. Vet.

ANNOTATIONES.

a Noſtri duriores, & fiſtulis minoribus pertuſas, mares vocant: molliores autem, laxiores, & amplioribus cauernis fiſtuloſas, fœminas.
b Quæ plus humoris exorbent, ob corporis denſitatem.
c Rores potiùs. Æſtate nulla pruina fit.
d Plutarchus ſpongias ab animali, ſimili araneo, regi ſcribit. Spongotherem is vocat, quòd monet ac indicat cibum aut inſidias venantium adeſſe.
e In alijs maris locis quàm Aquilonijs.
f Natiuum, quem è mari natalibuſque ſuis conceptum, & fiſtulis abditum celant.
g Quæ ſalſuginem citiùs diluit, quàm frigida.
h Oleoſa enim ac pinguia ſalſuginis vim obtundunt.
i Achillæas Ariſtoteles vocat lib. 9.
k Non tantùm membra corporis, ſed alia quæuis, vt menſas &c. ἐρίουν ψιμυθιωτὸν, Homero. Martialis,
Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis
Vtilis, expreſſo cùm leuis imbre tumet. Cuiacius ca. & li. 13. Obſer.
l Prauos ſuccos, ſordes, excrementa, ſanies.
m Quæ generantur in Syrtibus. lib. 9.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ LIBER XXXII.

PROOEMIVM.

Medicinæ ex aquatilibus.

VENTVM eſt ad [1] ſumma naturę exemplorumque, per rerum ordinem, & ipſum ſua ſponte occurrit immenſum potentiæ occultæ documentum, vt prorſus nec aliud vltrà quæri debeat, nec par aut ſimile poſsit [2] inueniri, ipſa ſe vincente natura, & quidem numeroſis [3] modis. Quid enim violentius mari [4] ventiſve, & turbinibus & procellis? quo maiore hominum ingenio in vlla ſui parte adiuta eſt, quàm velis remiſque? Addatur his & reciproci æſtus inenarrabilis vis verſumque totum mare in flumen.

1 ſummam. Vet.
2 inueniri. Ipſam ſe inuenit natura. M.
3 modis declarante. Quid enim. Vet.
4 heſteiſve. CH. Lego, heſtiſve, quàm aptè, videris.

De [1] echeneide piſce, & mirabili eius proprietate, & torpedine, & marino lepore, & mirabilia Rubri maris. CAP. I.

TAmen omnia hæc pariterque eôdem impellentia, vnus ac paruus admodum piſciculus, echeneis appellatus, [2] in ſe tenet. Ruant venti licet, & ſæuiant procellę, imperat furori, viréſque tantas compeſcit, & cogit ſtare nauigia: quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irreuocabili [3] iactæ. [3] Infrænat impetus, & domat mũdi rabiem nullo ſuo labore, non retinendo, aut alio modo, quàm adhærendo. [4] Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia. Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur velut è muris. Heu vanitas humana, cùm roſtra illa ære ferroque; ad ictus armata, ſemipedalis inhibere poſſit, ac tenere deuincta piſciculus. Fertur Actiaco Marte tenuiſſe prætoriam nauim Antonij, properantis circumire & exhortari ſuos, donec tranſiret in aliam. Ideoque Ceſaria

1 perſe. Vet.
2 fadæ. Vet.
3 Is fratæ. Alij.
4 Hic tantillus. Vet. Hæc tantilla vis eſt. Alij Vet. Hoc tantulo ſatis eſt. CH.

Cæſariana claſsis impetu maiore protinus venit. Tenuit & noſtra memoria Caij principis ab [b] Aſtura [c] Antium [5] remigantis: [6] vt res eſt etiam auſpicalis piſciculus. Siquidem nouiſsimè tum in vrbem reuerſus ille Imperator, [7] ſuis telis confoſſus eſt. Nec longa fuit illius moræ admiratio, ſtatim cauſa intellecta, cùm è tota claſſe quinqueremis ſola non [8] proficeret, [9] exilientibus protinus [10] qui id quærerent circa nauim, inuenere adhærentem gubernaculo, oſtenderuntque Caio, indignanti hoc fuiſſe quod ſe reuocaret, quadringentorúmque remigum obſequio contra ſe intercederet. Conſtabat peculiariter miratum quomodo adhærens tenuiſſet, nec idem polleret in nauigium receptus. Qui tunc poſteáq; videre, eum limaci magnæ ſimilem eſſe dicunt. Nos [11] plurium opiniones poſuimus in natura aquatilium, cùm de eo diceremus. Nec dubitamus idem valere omnia genera, cùm celebri & conſecrato etiam exemplo apud Gnidiam [12] Venerem [d] conchas quoq; eiuſdem potentiæ credi neceſſe ſit. [13] E noſtris quidam Latinis remoram appellauere eum. Mirúmque, è Græcis alij lubricos partus atq; procindentes contineri ad maturitatem [14] alligato eo ([15] vt diximus) prodiderunt: alij ſale adſeruatum adalligatúmque grauidis partus ſoluere, ob id alio nomine [16] odinolyontem appellari. Quocunque modo iſta ſe habeant, quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de vlla potentia naturæ atque effectu, in remedijs ſponte naſcentium rerum [17] dubitet? Quin & ſine hoc exemplo per ſe ſatis eſſet ex eodem mari torpedo: etiam procul & è longinquo, vel ſi haſta virgáve attingatur, quamuis prævalidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari [18] pedes. Quod ſi neceſſe habemus fateri hoc exemplo eſſe vim aliquam, quæ odore tantùm & quadam aura ſui corporis afficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis ſperandum eſt? Non ſunt minus mira, quæ de lepore marino traduntur. [e] Venenum eſt aliis in potu, aut in cibo datus alijs etiam [19] viſus. Siquidem grauidæ ſi omnino aſpexerint, fœminam ex eo genere duntaxat, ſtatim nauſea & redundatione ſtomachi vitiũ fatentur, ac deinde abortum faciũt. Remedio eſt mas, ob id induratus ſale, vt in brachialibus habeãt. Eadem res in mari & tactu quidem nocet: Veſcitur eo [f] vnum tantùm animalium, vt non intereat, mullus piſcis: [20] [g] tenereſcit tantùm, & ingratior viliorq; fit. Homines quibus [21] impactus eſt, piſcem olent, hoc primo argumento veneficium id deprehenditur. [h] Cęterò moriuntur totidem diebus, quot vixerit lepus. Incertique temporis veneficium [22] id eſſe, autor eſt Licinius Macer. In India affirmant non capi viuentem: inuicemque ibi hominem illi pro veneno eſſe, ac vel digito omnino in mari tactum mori. Eſſe autem ampliorem multò, ſicut reliqua animalia. Iuba in his voluminibus, quæ ſcripſit ad C. Cæſarem Auguſti filium de Arabia, tradit [23] [i] mitulos ternas heminas capere. [24] Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe, pinguique [25] eius negotiatores & omniũ piſcium adipe camelos [26] perungere in eo ſitu, vt aſilos ab his fugent odore.

5 remeantis. Vet. remigantis. M. & CH.
6 & res. Vet.
7 ſuorum. Vet.
8 procederet. Vet.
9 & exil. M.
10 qui eum. Vet.
11 plurimum. CH.
12 venire. CH. nec habet 7ã. credi, quod ſequitur.
13 & noſtris Latinis quidam. Vet.
14 adalligato. CH.
15 vt dximus, in M. d.
16 odynolyten. M.
17 dubitare debeat Vet.
18 pedes proditur. Vet.
19 viſa. Vet.
20 ac tenereſcit. M.
21 in paſta. M. in potu datus. Dioſc.
22 de ſe. CH.
23 virulos. CH.
24 Cetum. Vet.
25 eius mercatores ac negotiatores. M.
26 perungi. CH.

ANNOTATIONES.

a Vide cap. 25. lib. 9. Fracaſtorium ca. 8. lib. De ſympathia, Rondeletium cap. 18. lib. 15. de piſcib. Ælianum ca. 17. lib. 2. de animal. Plutarchum Quæſt. 7. lib. 2. Sympoſ.
b Flumine & inſula Circeijs proxima.
c Antium (quondam Aphrodiſium) ciuitas in rupe ſita, maritima, ab Oſtia diſtans ſtadijs 260. portu carens, Romanis imperatoribus ad otium & rerum vrbanarum vacationem præcipuè ſelecta, ideoque frequentiſsimis & ornatiſsimis ædificijs exculta. Strabo lib. 5.
d Quòd natum detinuerint portantem nuntios à Periandro, vt caſtrarentur nobiles pueri. ſu prá cap. 25. lib. 9.
e Tito rogante quo genere mortis obiturus eſſet, ſatis reſponſum, Vlyſſis modo periturum ἐν τῇ θαλάσσῃ, nam paſtinacæ ictu exanimatus eſt: Titus verò marini leporis veneno, Domitiani fratris fraude dato. Rhodig. cap. 30. lib. 26.
f Athenęus lib. 8. etiam ſcarum lepores marinos venari, ijſque paſci tradit.
g In mullorum carne maximè durities commendatur.
h Sic apud Theophr. cap. 16. libr. 9. hiſtor. ſumpto aconito par ſpatiũ interitus eſt léporis intercuallo, poſt quod id effoſſum fuit.
i Inepté quidam legebant, vitulos. Rondeletius, ſed parùm fœliciter, cap. de phoca; reponendum cenſuit, lepores marinos.

De ingenijs & manſuetudine quorundam piſcium, & vbi ex manu edant, & vbi reſponſa dantur ex piſcibus. CAP. II.

MIhi videntur mira & quæ Ouidius [1] prodidit piſcium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticôn inſcribitur. [a] Scarum incluſum naſis non fronte erumpere, nec infeſtis viminibus caput inſerere, ſed [2] auerſum caudæ ictibus crebris laxare fo-

1 prodit. CH.
2 aduerſum. CH.

res, atque ita retrorsum erumpere. Quem luctatum eius si fortè alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus, cauda [3] adiuuare [4] nixus erumpentis. [b] Lupum [5] rete circundatum harenas arare cauda, atque ita conditum trãsire rete. Murænam maculas [6] appetere ipsas consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare, donec euadat. Polypum hamos appetere, brachiisque complecti, nõ morsu: nec priùs dimittere, quàm escam circunroserit, [7] aut harundine leuatum extra aquam. Scit & mugil esse in esca hamum, insidiásque non ignorat: auiditas tamen tanta est, vt cauda verberando excutiat [8] cibos. Minùs in prouidẽdo lupus solertiæ habet, sed magnum robur in pœnitendo. Nam vt hæsit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant insidiæ. Murænæ amplius deuorãt, quàm hamum, admotiéntque dentibus lineas, atque ita erodunt. Pytheas id tradit. Idem infixam hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato, spinaque lineam præsecare. Licinius Macer murenas tantùm fœminini sexus esse tradit, & concipere [9] è serpentibus, vt diximus, ob id sibilo à piscatoribus, tanquam serpentibus, euocari & capi: pinguescere [10] lactatu, fuste non interimi, easdem ferula protinus. Animam in cauda habere certum est, eáque icta celerrimè exanimari, at capitis ictu difficulter. Nouacula pisce quę [11] tacta sunt, [12] ferrum olent. Dũrissimum esse piscium constat, qui orbis vocetur: rotundus est, & sine [13] scamis, totúsq; [c] capite constat. Miluago quoties [14] cernatur extra aquam volitans, tempestates [15] mutari, Trebius Niger autor est. Xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse: ab hoc [d] naues perfossas mergi in Oceano ad locũ Mauritaniæ qui [16] Gotta vocetur, nõ procul Lixo flumine. Idem loligines euolare ex aqua tradit, tanta multitudine vt nauigia demergãt. E manu vescũtur pisces in pluribus quidẽ Cęsaris villis: sed [17] quæ veteres prodidere in stagnis, non piscinis, admirati, in Floro Sicilię castello, non procul Syracusis: item in Labradij Iouis fonte [18] anguillas: hæ [e] anguillas: hæ & [f] inaures additas gerunt. Similiter in Chio iuxta senum delubrum: in Mesopotamiæ quoque fonte [19] Cabura, de quo [20] diximus. [g] Nam in Lyciæ [h] Myris in fonte Apollinis, quem Curium appellant, ter fistula euocati veniunt ad augurium. Diripere eos carnes obiectas, lætum est [21] consultantibus: caudis abigere, dirum. Hierapoli Syriæ in lacu Veneris ædituorum vocibus parent vocati: exornati auro veniunt: adulantes scalpuntur: ora hiantia manibus inferendis [22] præbent. In Stabiano Campaniæ ad Herculis petram, melanturi in mari panem abiectum rapiunt: iidem ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt. Nec illa in nouissimis mira, amaros esse pisces ad Pelen insulam, & ad Clazomenas. Contrà, ad scopulum [23] Siciliæ, ac Leptin Africæ, & Eubœam, & Dyrrhachium. Rursus ita salsos, vt possint salsamenta existimari, circa Cephaleniam & [i] Ampelon & Paron, & Deli petras: in portu eiusdem insulæ, dulces. Quam differentiam pabulo constare, non est dubium. Apion maximum piscium esse tradit [k] porcum, quem [24] Lacedæmonij orthragoriscum vocant: grunnire eum, cùm [25] capiatur. Esse verò illam naturæ accidẽtiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdã, appositò occurrit exemplo. Siquidem salsamenta omnium generũ in Italia Beneuenti [26] recentia effici constat. Pisces marinos in vsu fuisse protinus [27] condita Roma, autor est Cassius Hemina: cuius verba de ea re hic subiiciam: Numa cõstituit, vt pisces qui squamosi non essent, [28] ni [m] pollucerent [29] patrimonia, commẽtus vt conuiuia publica & priuata, cœnæq; ad puluinaria faciliùs [30] cõpararentur: ni qui ad [n] polluctũ emerent, pretio minùs * parcerent, [31] eaq; præmercarentur. Quãtum apud nos Indicis margaritis pretiũ est, de quibus suo loco satis diximus, tãtùm apud [32] Indos, in [o] curalio. Nanque ista persuasione gentiũ constant. Gignitur quidẽ & in Rubro mari, sed nigrius: itẽ [33] in Persico [34] vocatur Iace: laudatissimum in Gallico sinu circa Stœchadas insulas, & in Siculo circa [35] Heliam [36] ac Drepanum. Nascitur & apud Grauiscas, & ante Neapolin Campanię: maximéque rubens, sed molle, [37] & ideò vtilissimum Erythris. Forma est ei fruticis, color viridis. Baccę eius candidæ

3 adiuuat. Dal.
4 nisus. CH.
5 piscem rete. M.
6 impetere. Dal.
7 vel. Vet.
8 cibum. CH.
9 à. CH.
10 iactatu'. M. Iactatu. CH.
11 attacta. M.
12 ferum. Vet.
13 squamis. M.
14 cernitur. Dal.
15 ministrari. M. Leg. minitari.
16 acte. CH.
17 quos &c admirati sunt, vt in Eloro. Vet.
18 anguillas, quæ. Vet.
19 Chabura. CH.
20 diximus, pisces. M. & CH.
21 cõsulentibus. CH.
22 præstant. M.
23 Scyllæ dulces ac Lepun. Vet.
24 Lacedæmoniorum Thagoriscum. CH.
25 capitur. M.
26 reficiconstat. CH.
27 à condita. CH.
28 ne pollue, præter sarum. Chius. ex Festo, voce Pollucere. ni polluerint patrimonia. CH.
29 parsimonia. Scal. in Festum, voce Polluctum.
30 cõparentur: ni qui ad public. CH.
* parerent. CH.
31 eosque. Ver.
32 Indos curatio. M.
33 in tu Persico. CH. fortè, in sinu Persico.
34 vocatúrque. Vet.
35 Aeolias. Vet. Aeolias ac Drepana. CH.
36 ac Pachynũ. Dios.
37 & ideo vtilissimũ. Formam &c. Cornar. voce, Erythris, expunxit, & ideò vtilissimũ. Vet. & CH.

didæ sub aqua ac molles: [p] exemptæ confestim durantur & rubescunt, [38] quasi corna satiua specie atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapidescere, si viuat. Itaq; occupari, euellique retibus, aut acri ferramento præcidi. [39] Hac [q] de causa curalium vocitatum interpretantur. Probatissimum quàm maximè rubens, & quàm ramosissimum, nec [40] scabrosum, aut lapideum, [41] vel rursus inane, aut concauum. Auctoritas baccarum eius non minùs Indorum viris quoque pretiosa est, quàm fœminis nostris [42] vniones Indici. Arupisces eorum vatésque imprimis religiosum id gestãmen amoliẽdis periculis arbitrantur. [43] Itaque & decore & religione gaudent. Priùs quàm hoc [44] noteſceret, Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo. Nunc tanta penuria est vendibili merce, vt perquàm rarò cernatur in suo orbe. Surculi infantiæ adalligati, tutelam habere creduntur. [45] Contráque torminum ac vesicę & calculorum mala in puluerem igne redacti, potíque cum aqua auxiliantur. Simili modo ex vino poti, aut si febris sit, ex aqua, somnum afferunt. Ignibus diu repugnant. Sed eodem medicamine sæpius [46] poto tradunt lienem quoque absumi. Sanguinem reijcientibus excreantibúsve medentur. Cinis eorum miscetur oculorum medicamẽtis. Spissat enim ac refrigerat. Hulcerum caua explet. Cicatrices extenuat. [47] Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est vsquam venenatius, quàm in mari pastinaca, vtpote cùm radio eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen persequitur galeos. Idem & alios quidem pisces, sed pastinacas præcipuè, sicut in terra serpentes mustela. Tanta est auiditas ipsius veneni. Percussis verò ab ea [48] medetur & hic quidem, sed & mullus ac laser.

38 quæ corna. Vet. & M.
39 Qua de CH.
40 scabiosum, γυμμὸν Dioſc. Sic 8 ff
41 aut rursus inane & concauum. CH.
42 vniones. Indici harupices. CH.
43 Ita &. CH.
44 nos decoret. CH.
45 Contra torm. Ver.
46 ex aqua poto Diosc.
47 Quod repugnantiam rerum attingit. M.
48 medentur & hi. CH.

ANNOTATIONES.

a Ælianus cap. 4. lib. 1. hist. anim. Plutarch. lib. de solert. anim.
b Ob eã causã apud Athenęũ λάβραξ ὁ πάνλυτος ἡβῶν σαφέστατος.
c Imò potiùs venere.
d De hac re vide historiã apud Ælianũ ca. 23. li. 14. hist. animal.
e In Arethusa Siciliæ ficures & sacras fuisse Ælianus tradit ca. 4. lib. 8. animal.
f Idem traditur de murena Crassi, quam mortuam is fleuit, & sepeliuit.
g Varro cap. 13. lib. 3. *Nam vt Paufias, & ceteri pictores eiusdem artis, loculatas magnas habent arculas vbi discolores sint ceræ, sic his loculatas habent piscinas vbi dispares discluſos habeant pisces, quos proinde ac sacri sint ac sanctiores quàm illi in Lycia, quos sacrificanti tibi Varro, ad tibicinem Græcum gregatim venisse dicebas ad extremum lutus atque orũ, quòd eos capere audaret nemo, cùm eodem tempore offulas Indicorum ibi corrosas vidisses, sic hos pisces nemo cocus in ius vocare audet &c.* Apud Athenęum lib. 11. in Lycia fons est mari propinquus Apollini sacer, *ἅνω* Polycharmo, *ἐν* & Artemidoro, in quo piscibus è mari adnatantibus, qui oraculum adeunt, hostiarum primitias verubus ligneis transfixas offerunt, assidente sacerdote auguria capientes. Vide locum.
h Suprà cap. 2. lib. 31. fonti Limyræ meminit. Straboni lib. 14. & Myra in excelso monte sita, & Lymira, clarissima sunt Lyciæ oppida. Ælianus cap. 5. lib. 8. animal. Lyciæ pagum eum Syrrham vocat, positumque esse inter Myra & Phellum tradit.
i Sami promontorium.
k Rondel. cap. 7. lib. 15.
l Sic euanescente sale, vt eo condita nunquam fuisse videatur.
m Verranius apud Varronem hìc legit, Numa constituit vt pisces qui squamosi non essent, non pollucerentur, commentus &c. Sextus Pompeius scribit pisces omnes squamosos polluceri præter scarum. Lego, pollucerentur sacris cęremonijs. Vide Scal. in Festum voce Pollucere.
n Alex. ab Alex. pollinctum legit, & funebrem cænam interpretatur à pollinciendo. Budæus polluctam restituit. Pollucere ad sacra pertinet, libare, dijs offerre, votiuum epulum facere. Polluctum cœna lauta, opipara, & splendida, qualis esse solet in sacris epulis.
o Coralium inter gemmas recenset Theophr. libro περὶ λίθων, rubrum, rotundum, simile radici, ac cum eo comparat Indicam arundinem in saxum duratam. De coralio multa Orpheus libro περὶ λίθων.
p Ouidius, *Sic & coralium, quæ primùm contigit auras*
Tempore, duruescit, mollis fuit herba sub vndis.
q ὅτι ἐν ἁλὶ γινόμενα, quoniam in mari tondetur.

De his, quibus in terris & in aquis victus est: & de castoreis medicina, & obseruationes. CAP. III.

SPectabilis naturę potentia in his quoq;, quibus & in terris & in aqua victus est, sicut & fibris, [a] quos castores vocant, & castorea testes eorũ. Amputari hos ab ipsis, cùm [1] capiantur, [b] negat Sextius diligentissimus [2] medicinæ. Quinimò paruos esse substrictósque, & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse. Adulterari autem renibus eiusdem qui sint grandes, cùm veri testes parui admodũ reperiãtur. Prætereà ne [c] vesicas quidem esse, cùm [3] sint geminæ, [d] quod nulli animaliũ. In his folliculis inueniri [e] liquorem, & [4] asseruari sale. Itaque inter probationes falsi esse folliculos geminos ex vno nexu dependentes, quod ipsum [5] corrumpi fraude, [6] cõijcientibus gummi [f] cum sale Hammoniaco: quoniam Hammoniaci coloris esse [7] debeãt, [ff] tunicis circũdati liquore veluti mellis cerosi, [8] [g] odoris grauis, gustu amaro & acri friabiles. Efficacissimi è Ponto Galatię, mox Africæ. Sternutamẽta olfactu mouent. Somnum conciliant, cum rosaceo & peucedano perunctо capite: & per se poti in aqua: ob id phreneticis vtiles. Item lethargicos odoris suffitu excitant: vuluarumque exanimationes vel subditi. Et menses ac secundas cient, duabus

1 capiuntur M.
2 autor medicinæ, Ver.
3 sunt. Alij.
4 seruari. CH.
5 corrumpitur fraude conijcientũ gummi, aut hammoniacũ cum sanguine & castoreo, quoniam Ex Dioſc.
6 cõijcientium. CH.
7 debent, suis tunicis. Vet. tunicis, in CH. d.
8 odore grauis. CH.

drachmis ex aqua cum pulegio poti. Medentur & vertigini, opisthotonis, tremulis, spasticis, neruorum vitijs, ischiadicis, stomachicis, paralyticis, peruncti̇s omnibus: vel triti ad crassitudinẽ mellis cum semine viticis, ex aceto aut rosaceo. Sic & contra comitiales sumpti: poti verò contra inflationes, tormina, venena. Differentia tantùm contra genera est misturæ. Quippe aduersus scorpiones ex vino bibuntur: aduersus phalangia & araneos, ex mulso, ita vt vomitione reddantur, aut vt [9] retineantur, cum ruta: aduersus [10] chalcidas, cum myrtite: aduersus cerasten & [11] præsteras, cum panace, aut ruta ex vino: aduersus cæteras serpentes. cum vino. Dari binas drachmas satis est: eorum quæ [12] adiiciantur, singulas. Auxiliantur priuatim contra [13] viscum ex aceto: aduersus aconitum ex lacte, aut aqua: aduersum elleborum album ex aqua mulsa nitróque. Medentur & [14] dentibus, infusi cum oleo triti in aurem à cuius parte doleant: aurium doloribus melius, si cum meconio. Claritatem visus faciunt cum melle Attico inuncti. Cohibent singultus ex aceto. Vrina quoque fibri resistit venenis, & ob id in antidota additur. Adseruatur autem optimè in sua vesica, vt aliqui existimant.

9 continẽtur. CH.
10 Chalcidicas. Ver. id est, aspas.
11 perstteras. CH.
12 adiiciuntur. M.
13 itiam. Dioſc.
14 Medentur dentibus cum oleo triti & infusi. Vet.

ANNOTATIONES.

a Aristotel. cap. 5. lib. 8. hist. Ælianus cap. 24. lib. 6. animal.
b Credidit Apuleius, qui lib. 1. Asini, Thessalam veneficam scribit, amatorem suum, quoniam alterius mulieris consuetudine vsus fuisset, in castorẽ mutasse, vt amputaret sibi genitalia si quãdo venatores insequerentur.
c Quæ testes circundant castoris, verùm si duplices sunt, falsas quoque esse.
d Nulli animalium, nedum castori, contingit, vt testes habeat diuersis ac diuisis membranis seiunctos. Est vnicum ac simplex scrotum, itemque dartos. Id est quod ait Dioscorides eligendos ex vno ortu connexos. fieri enim non posse vt folliculi duo in vna membrana coniuncti reperiantur.
c Pingnem & oleosum.
f Vel ammoniacum cum sanguine & castoreo subactum, aut exiccantes. Dioscor.
ff Naturalibus suis tunicis circumdati. Dioscor. id est, elytroide, quæ vtrique testi sua & peculiaris est.
g Qua de caussa virosa castorea Virgilius appellat.

De testudine, & multorum piscium medicinæ, & obseruationes.
CAP. IIII.

GEminus [1] similiter victus in aquis terráque, [2] & testudinum [3] effectus quoq; pari honore habendi, vel propter excellens in vsu [a] pretium, [4] naturæque proprietatem. Sunt ergo testudinum genera, terrestres, [5] marinæ, lutariæ, & quæ [6] in dulci aqua viuunt. [7] Has quidam è Græcis emydas appellant. Terrestrium carnes suffitionibus propriæ, Magicísque artibus refutandis, & contra venena salutares proditur. Plurimæ in Africa. Hæ ibi amputato capite pedibúsque, pro antidoto dari dicuntur: & ex iure in cibo sumptæ, strumas discutere, [8] ac lienes tollere: item comitiales morbos. Sanguis earum claritatem visus facit, suffusionésque oculorum tollit. Et contra serpentium omnium & araneorum ac similium, [9] & ranarum venena auxiliatur, seruato sanguine in farina pilulis factis, & cùm opus sit in vino datis. Felle testudinum cum [10] Attico melle glaucomata inungi prodest: & scorpionum plagæ instillari. [11] Tegumenti cinis vino & oleo subactus pedum rimas hulceráque sanat. Squamæ è summa parte derasæ, & in potu datæ, Venerem cohibent. Eò magis hoc mirum, quoniam totius tegumenti farina accẽdere traditur libidinem. Vrinam earum aliter quàm in [12] vesica dissectarum, inueniri posse non arbitror: & inter ea [13] hoc quoque esse, quæ [14] portentosa Magi demonstrent: aduersus aspidum [15] ictus singulare, efficaciore tamen, vt aiunt, cimicibus admistis. Oua [b] durata illinuntur strumis, & hulceribus frigore aut [16] adustione factis. Sorbentur in stomachi doloribus. [c] Marinarum carnes admistæ ranarum carnibus contra salamandras præclarè auxiliantur. Neque est testudine aliud salamandræ aduersius. Sanguine alopeciarum inanitas & porrigo, omniaque capitis hulcera curantur. Inarescere [17] autem eum oportet, lentéque ablui. Instillatur & dolori aurium cum lacte mulierum. Aduersus comitiales morbos manditur cum polline frumenti. Miscetur autem [18] sanguis heminis tribus aceti, hemina [19] vini addita his, & cum hordeacea farina: aceto quoque admisto, vt sit quod deuoretur fabæ magnitudine. Hæc singula & [20] matutina & vespertina dantur, dein post aliquot dies vespera. Comitialibus instillatur ore [21] diducto, his qui modicè corripiantur. Spasmo cum castoreo clystere infunditur. Quod si dentes [22] per annos colluantur testudinum sanguine, immu

1 simul. CH.
2 est. Alij.
3 effectusque par honore habendo. CH.
4 figuræque. CH.
5 marinæve. CH.
6 in fluuiorum aqua. Dal. ex sequentibus.
7 Has quidam Græci emydas. Herm. M.
8 ac, in CH. d.
9 & ranarũ, in CH. d.
10 Arantico. CH.
11 Tegimenti. CH.
12 veficis. CH.
13 hanc. Vet.
14 portentosa à Magis demonstratur. M.
15 ictus singularem, efficaciorem tamen. Vet. ictus singulare remedium. Efficacior tamẽ est, ve aiunt. &c. Alij Vet.
16 ambustione. M.
17 autem, in CH. d.
18 sanguinis M.
19 vna, addita his hordeacea farina, aceto iam admisto. Vet.
20 matutino & vespertino dan. de post al. di. vesperi. Vet. Hæc singulis matutinis & vespertinis dan. de. post all. dies vespertinis. Alij Vet.
21 diducto. Iis quij mod. corripiuntur spasmo, cũ castoreo. Vet. ore deductis labris. Vet.
22 per annũ. Vet. ter annis. CH.

immunes à dolore fiunt. Et anhelitus discutit, quásque orthopnœas vocant: ad has in polenta datur. Fel testudinum claritatem oculorum facit: cicatrices extenuat: tonsillas sedat & anginas, & omnia oris vitia. Priuatim nomas ibi: item [23] ardẽtium testium. Naribus [24] illitum comitiales erigit, attollítque. Idem cum vernatione anguium aceto admisto, vnicè purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel admiscent, decoctarúmque carnium testudinis succum, addita æquè vernatione anguium. Sed diu in vino testudinem excoquunt. Oculorum quoque vitia omnia fel inunctum cum melle emendat: suffusiones etiam marinæ fel cum fluuiatilis sanguine & [25] lacte mulierum. Capillus mulierum [d] inficitur felle. Contra salamandras vel succum [26] decoctum bibisse satis est. Testudinum est tertium genus in cœno & paludibus viuentium. Latitudo his in dorso pectori similis, nec conuexo [27] incurua calice, ingrata visu. Ex hac quoque tamen aliqua contingunt auxilia. Tres nanque in succensa sarmenta coniectæ, diuidentibus se tegumentis [28] rapiantur: tum euulsæ carnes earum coquuntur in aquę cõgio, sale modicè addito: ita decoctarum, ad tertias partes succus, paralysin & articularios morbos sentientibus bibitur. [29] Detrahit item fel [e] pituitas, sanguinemque vitiatum. Sistitur ab eo remedio aluus aquæ frigidæ potu. Ex quarto genere testudinum, quæ sunt in amnibus, diuulsarum pingui cum aeizoo herba tuso, admisto vnguento & semine lilij, ante accessiones si perungantur ægri, præter caput, mox conuoluti calidam aquam bibant, quartanis liberari dicũtur. Hanc testudinem quintadecima Luna capi [30] oportere, vt plus pinguium reperiatur. Verùm ęgrum sextadecima Luna perungi tradunt. Ex eodem genere testudinum sanguis instillatus [31] crebros capitis dolores sedat: itẽ strumas. Sunt qui testudinum sanguinem cultro æreo supinarum capitibus præcisis, excipi nouo fictili [32] iubeant: [33] ignem sacrum, cuiuscunque generis [34] sanguine illini: item capitis hulcera manantia, & verrucas. Iidem promittunt testudinum omnium fimo panos discuti. Et licet incredibile dictu sit, aliqui tradunt tardiùs ire nauigia, testudinis pedem dextrũ vehentia. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia, non quia ignoremus gratiorem esse vniuersitatẽ animalium, maioriſq; miraculi: sed hoc vtilius est vitæ, cõtributa habere remedia, cùm aliud alij prosit, aliud alibi faciliùs inueniatur.

23 ardorem. Vet.
24 inditum. Vet. & ex Dioſc.
25 lacte. Mulierum ea pillus. Vet. M.
26 decoctæ. M.
27 incuruæ calice, ingratæ visu. Ex his. Vet.
28 diripiuntur. Vet.
29 extrahit idem. M.
30 oportere, vt plus pinguis. Vet.
31 cerebro. CH.
32 iubent. CH.
33 ignemque sacrum. Vet.
34 hoc sanguine. Vet.

ANNOTATIONES.

a Ad intestina variæ supellectilis opera. Earũ cortices siue putamina siccabantur in laminas, quibus lecti vestirentur & repositoria. cap. 11. lib. 9.
c Mures marinos pisci appellarunt. Hinc Plautus festiuè sic piscatores vocat, quod illarum modo, velut animantia quædam ἀμφίβια, partim in aquis degant, partim in terra.
Saluete mures maritimi, conchita, atque hamiota,

Famelica hominum natio.

d Luteo. & aureo colore, siue flauo tingitur.
e Quidam pituitas exponunt, ἰχῶρας ἕμετους, pituitæ eruptiones: sanguinem autem vitiatum, in ecchymomata & liuores effusum. Alij deiectionem potiùs intelligendam puto, quod ostendit proximè sequens oratio: sanguinem vitiatum, in grumos concretum.

De aquatilibus, remedia in morbos digesta: & primùm contra venena & venenata animalia. CAP. V.

VEnenatum mel diximus vbi nasceretur. Auxilio est piscis aurata in cibo. Vel si ex melle syncero fastidium cruditásve, quæ sit grauissima, incidat: testudinem circunciſis pedibus, capite, cauda, decoctam, antidotum esse, autor est Pelops, scincúmque Apelles. Qui esset scincus, diximus: sæpius verò, quãtum [1] veneficium menstruis mulierum. Contra omnia ea auxiliatur, vt diximus, mullus: Item contra pastinacã & scorpiones terrestres marinósq; , & dracones, & phalangia illitus sumptúsve in cibo. Eiusdem recẽtis è capite cinis contra omnia venena, priuatim contra fungos. Mala medicamenta inferri negant posse, aut certè nocere, stella marina vulpino sanguine illita, & affixa limini superiori, aut clauo æreo ianuæ. Draconis marini scorpionúmque ictus, carnibus earum impositis: item aranęorum morsus sanantur. In summa, contra omnia venena, vel potu, vel ictu, vel morsu noxia, succus [2] earũ [3] ex iure decoctarũ, efficaciſsimus habetur. Sunt & seruatis piscibus medicinæ, salsamen

1 veneficij. in. menst. CH.
2 stellarum. Vet.
3 è iure. CH.

salsamentorumque cibus prodest à serpente percussis, & contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita vt ad vesperam cibus vomitione reddatur. Peculiariter [4] à chalcide, ceraste, aut quas sepas vocãt, aut [5] elape dipsadéve percussis. Contra [6] scorpiones largiùs sumi, sed non cuomi salsamenta prodest, ita vt sitis toleretur: & imponere eadem plagis conuenit. Contra crocodilorum quidem morsus non aliud præsentius habetur. Priuatim contra presteris morsum sarda prodest. Imponuntur salsamenta & contra canis rabiosi: vel si non sint ferro vstæ plagæ, corporáque clysteribus exinanita, hoc per se sufficit. Et contra draconem marinum ex aceto imponuntur. Idem & [7] cybij profectus. Draco quidem marinus ad spinæ suæ, qua ferit, venenum ipse impositus, vel cerebro [8] toto prodest. Ranarum marinarum ex vino & aceto decoctarum succus [9] contra venena bibitur, & contra ranæ rubetæ venenum, & contra salamandras. [10] Fluuiatiles, si carnes edantur iúsve decoctarum sorbeatur, prosunt & contra leporem marinum, & cõtra serpentes suprà [11] dictas. Contra scorpiones ex vino. Democritus quidem tradit, si quis [12] extrahat ranæ viuenti linguam nulla alia corporis parte adhærente, ipsáque dimissa in aquam, imponat supra cordis [a] palpitationem mulieri dormienti, quæcunque interrogauerit, vera responsuram. Addunt etiamnum alia Magi, quæ si vera sunt, multò vtiliores vitæ existimentur ranæ, quàm leges. Nanque harundine transfixa natura per os, si furculus in menstruis defigatur à marito, [13] adulteriorum tędium fieri. Carnibus [14] earum vel hamo additis, præcipuè purpuras certum est allici. Iecur ranæ geminum esse dicunt, obijciúque formicis oportere: eam partem, quam appetant, contra omnia venena esse pro antidoto. Sunt quæ in vepribus [b] tantùm viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci phrynos vocant, grandissimæ cunctarũ, geminis [d] veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradunt autores. Illatis in populum silentium fieri. Ossiculo, quod [15] sit in dextro latere, in aquam feruentem deiecto, refrigerari vas, nec posteà feruere, nisi exempto. Id inueniri obiecta rana formicis, carnibusque erosis, singula in [16] solium [17] addi. Et aliud esse in sinistro latere, quo deiecto feruere videatur, [e] apocynon vocari. Canum impetus eos cohiberi, amorem cõcitari, [18] & iurgia addito in potionem. Venerem adalligatum stimulare. Rursus à dextro latere refrigerari [19] feruentia. Hoc & quartanas sanari adalligato in pellicula agnina recenti, aliasq; febres. Amorem inhiberi eo. Item ex his ranis lien contra venena, quæ fiãt ex ipsis, auxiliatur. Cor verò etiam efficacius est. Coluber est in aqua viuens: huius adipem & fel habentes qui crocodilos venẽtur, mirè adiuuari [20] dicunt, nihil contrà bellua audente. Efficacius etiamnum, si herba potamogiton misceatur. Cancri fluuiatiles triti potiq; ex aqua recentes, seu cinere adseruato, contra venena omnia prosunt, priuatim cõtra scorpionum ictus cùm lacte asinino: vel si non [21] sit, caprino, vel quocunq;. Addi & vinum oportet. Necant eos triti cũ ocimo admoti. Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, priuatim, [f] scytalen, & angues, & contra leporem marinum, ac ranam rubetam. Cinis eorum seruatus prodest pauore potus periclitantibus ex canis rabiosi morsibus. Quidam adiiciunt gentianam, & dant in vino. Nam si iam pauor occupauerit, pastillos vino subactos deuorandos ita præcipiunt. Decem verò cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sint scorpiones ad eum locum coituros Magi dicunt: & cum ocymo ipsos cinerémve eorum percussis imponunt. Minùs in omnibus his marini prosunt, vt [22] Thrasyllus autor est. Nihil autem æquè aduersari serpentibus, quàm cancros, sueq; [g] percussas hoc pabulo sibi mederi. Cùm Sol [23] sit in Cãcro, torqueri serpentes. Ictibus scorpionum & carnes fluuiatilium cochlearũ resistunt crudę vel coctę. Quidam ob id falsas quoque adseruant. Imponunt & ipsis plagis. Coracini pisces Nilo quidem [h] peculiares sunt: [24] sed nos hęc omnibus terris demonstramus. Carnes eorum aduersus scorpiones valent [i] impositæ. Inter [25] venena sunt pisciũ porci marini [50] spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum: remedio est limus ex reliquo piscium eorum

4 à Chaldicica, quã & sepa vocãt, aut ceraste, aut elope. M. à Chalceride. CH.
5 helope. CH.
6 scorpionem. CH.
7 cybio effectus. CH.
8 rantum. Vet.
9 contra ea venena. Vet.
10 E fluuiatilib. CH.
11 dictos. CH.
12 trahat ranæ viuẽtis. CH.
13 adulterorum. Vet.
14 earum nasis, vel. Vet. earum vel in hamum. CH.
15 est. Vet.
16 oleum. CH.
17 indi. Vet.
18 sedari iurgia. Vet.
19 feruentem. V●.
20 produntur. Vet. dicuntur. M.
21 adsit. Vet.
22 Traxillos. CH.
23 est.
24 sed & nos, CH.
25 venena piscium sunt. Vet.

rum corpore. Canis rabidi morsu potum expaueſcentibus, faciem perungunt adipe vituli marini. Efficacius, si medulla hyænę [26] & oleum è lentisco & cera [27] misceatur. Murenæ morsus ipsarũ capitis cinere [28] sanantur. Et pastinaca cõtra suum ictum remedio est, cinere suo ex aceto illito, vel alterius. Cibi causa extrahi debet è dorso eius, quicquid simile est croco, capútque totum: & hanc autem, & omnia testacea modicè collui in cibis, quia saporis gratia perit. [29] E lepore marino veneficium restinguunt poti [k] hippocampi. Contra dorycnium echini maximè prosunt: & ijs qui succum [30] Carpathij biberint, [31] præcipuè [32] ejus iure sumpto. Et cancri marini decocti ius contra dorycnium efficax habetur.

26 & oleo lentisco. CH.
27 misceantur. Vet.
28 sanatur. Vet.
29 Leporis marini M.
30 Carpasi. ex Gal. & Dioscor.
31 præcipuè iuré sumpti. CH.
32 earum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Ad mãmam sinistram, qua cordis motus & pulsatio sentitur.
b Cap. 31. lib. 8. Rubetis vitam esse & in terra & in humore anteà scripsit.
c Buffones quidam vocant, vulgus Gallicum *Crapauæ*.
d Extuberantibus ossibus, in quibus oculi reconduntur.
e Quia canum impetus frænat.
f *σκυτάλη, μυγάλη*, seu *μυγάλα*, mus araneus Columel. ca. 17. lib. 6. serpens exiguus. Lucanus,
Et scytale sparsis etiam nunc solis pruinis
Exuuias positura suas.
g Et si quando hyoscyamo per imprudentiam depasto posteriores corporis partes resolutæ fuerint. Ælianus ca. 7. lib. 1. variæ histor.
h Inter reliquos fluuios. Nã in alios nullos amnes è mari subeunt, quàm in Nilum: & in alio nullo fluuio sponte gignuntur quàm in Nilo, qui etiam in palude origini suæ vicina multos creat. cap. 9. lib. 5. Strabo inter alios pisces Niloticos præcipuè coracinum memorat lib. 17. In Danubio etiam capi, ac viuere, scribit Ælianus cap. 23. lib. 14.
i Coracinum piscem aduersus formicas arborum valere scribit Palladius, quo loco exemplari vitioso legitur, coracinam piscem. Rhodig. cap. 5. lib. 12.
k Apud Ælianum cap. 20. lib. 14. piscator Cerennsis filios à canicula rabiosa morsos, hippocampis, abiectis ventriculo & intestinis, quæ sunt venena pernitiosissima, sanauit, partim assis, & in cibo datis: partim cum aceto & melle tritis, plagæque impositis.

De ostreis & purpuris, alga, & eorum remedia. CAP. VI.

PEculiariter verò contra leporis marini venena & ostrea aduersantur. [1] Idem [2] videtur, nec potest videri satis dictum esse de his, [a] cum palma mensarum diu iam tribuatur illis. Gaudent dulcibus aquis, [b] & vbi plurimi intiuunt amnes: ideo pelagia parua & rara sunt. Gignuntur [3] tamen in petrosis, carentibúsque aquarum dulcium aduentu, sicut circa [4] Grynium & Myrinam. Grandescunt sideris quidem ratione maximè, vt in natura aquatilium diximus: sed priuatim circa initia ætatis [c] multò lacte prægnantia, atque vbi Sol penetret in vada. Hæc videtur causa, quare minora in alijs locis reperiantur. Opacitas enim [5] prohibet incrementum, & tristitia minùs appetunt cibos. Variant coloribus, rufa [6] in Hispania, fusca in Illyrico, nigra & carne & testa [d] Circeijs. Præcipua verò habentur, in quacunque gente spissa, nec saliua sua lubrica, crassitudine potiùs spectanda, quàm latitudine: neque in luto capta, neque in harenosis, sed solido vado, [e] spondylo breui atque non carnoso, nec fibris lacinioso, ac tota in aluo. Addunt peritiores notam, ambicte purpureo crine [7] fibras, eoque argumento generosa interpretantur, calliblephara [8] appellantes. Gaudent & peregrinatione, [9] transferríque in ignotas aquas. Sic Brundisiana in Auerno compasta, & suum retinere succum, & à Lucrino adoptare creduntur. Hæc sint dicta de corpore. Dicemus & de nationibus, ne fraudẽtur gloria sua litora: sed dicemus aliena lingua, quæque peritissima huius censuræ in nostro æuo fuit. Sunt ergo Mutiani verba, quę subijciã: Cyzicena maiora Lucrinis, dulciora Britãnicis, suauiora [f] [10] Edulis, acriora Lepticis, pleniora [g] Lucensibus, sicciora [h] Coryphantenis, [11] teneriora Istricis, cãdidiora Circeiensibus. Sed his neq; dulciora, neq; teneriora esse vlla compertum est. In Indico mari Alexandri rerũ autores pedalia inueniri prodidere. Nec non inter nos nepotis cuiusdam nomenclator tridacna appellauit: tantæ amplitudinis intelligi cupiens, vt ter mordẽda essent. Dos [12] eorũ in medicina [13] hoc in loco tota dicetur. Stomachum vnicè reficiunt: fastidijs medẽtur. [14] Additq; luxuria frigus obrutis niue, summa montium & maris ima miscens. [i] Molliunt aluum leniter. [15] Eadem cocta cum mulso, tenesmo, qui sine exhulceratione sit, liberant. Vecarum hulcera quoq; repurgant. [16] In conchis suis [k] vti clausa venerint, mirè [l] distillationib. prosunt. Testæ ostreorum cinis vuam sedat, & tonsillas admisto melle. Eodẽ modo parotidas, panos, mammarumq; duritias, capitum hulcera ex aqua: cutemq; mulierum extendit. Inspergitur & ambustis. Et dentifricio placet. Pruritibus quoq; & eruptionibus pituitæ ex aceto medetur. Crudæ si tundantur, strumas sanant & pernionum pedum. Purpuræ quoque contra [17] venena prosunt. Et algam maris theriacen esse,

1 Iam.
2 videtur, in CH. d.
3 tamẽ & in petr. CH.
4 Gryniam. Ex ca. 30. lib. 5.
5 cohibet. CH.
6 Hispaniæ, fusca Illyrico. CH.
7 fibrarum. Vet.
8 propterea appell. Alij.
9 transferri in ignotas. M.
10 Adultis. Vet Edulijs. Alij Vet Getulicis Massarius.
11 temniora. Mass.
12 eorum medica in loco. CH.
13 hoc loco. Vet.
14 Addidit luxuria: Vet.
15 Eadem quoq; cocta CH.
16 In conchis suis cocta, sine clausa vti venerint. Vet. Cocta in conchis suis, vti clausa ven. CH.
17 venenum. CH.

esse, Nicander tradit. m Plura eius genera, vti [18] diximus: longo folio & latiore, [19] rubente, aliáve crispo. Laudatissima, quæ in Creta insula iuxta terram in petris nascitur: tingendis etiam lanis ita colorem alligans, vt elui posteà non possit. E vino iubet eam dari.

18 diximus. Alia longo folio: alia latiore, rubente: alia crispo. Vet.
19 herbaceo. Theoph.

ANNOTATIONES.

a Apud Macrob. lib. 3. Saturn. in pontificiæ cœnæ apparatu primum apponuntur echini, ostreæ crudæ, pelorides, sphondyli.
b Vide cap. 54. lib. 9. Arist. cap. 6. lib. 1. & cap. 15. lib. 5. histor.
c Humorem intelligit lacti similem, fœtificum, quē in ostreis compertum ex ostreis effluere tradidit cap. 51. lib. 9. Tum tēporis Athenæus suauissima esse scribit. πλήρη plena, ἁλμυρίδων, mare sapere, non cœnum, aut limum.
d *Ostrea Circeijs, Misenо oriuntur echini,* Horatius.
e Interiotis carnis solido callo.
f Suauiora Adulitis. In sinu maris rubri oppidum Aduliton, conditum à seruis Ægyptiorum, à dominis profugientibus. Populus Adulitæ, ca. 28. lib. 6. Inuenio, sed nullius auctoris testimonio, & Edulios montes Tarraconensis Hispaniæ, qui hodie *Moncaio* vocentur.
g Lucensis conuentus in Hispania citeriore suprà cap. 3. lib. 3. Hodie vocari iunt, *Macarin di Catalogna.*
h Coryphatæ Bithyniæ oppidum. Coryphas oppidum Æolidis maritimum. cap. 30. lib. 5.
i Succo suo nitro sic: sistunt: v. erò dura carnis suæ pulpa.
k Succo suo madentia, nec di sclusis testæ suæ valuis exiccata.
l Tenuibus: succi quem gignunt crassitiem.
m Ex his generibus algæ, primum paleam marinam vocant: secundum, βύρσα est: tertium, alga lactucacea: quartū, alga fœniculata tinctoria, quam & scorpionum ictibus mederi dictum est cap. 7. lib. 27.

Ad alopecias, & capillos, & oculorum, & aurium, & dentium, & faciei vitia. CAP. VII.

ALopecias replet [1] hippocampinus cinis nitro & adipe suillo mistus, aut synceros ex aceto. [2] Præparat cutem sepiarum [3] crustæ farina medicamētis. [a] Cutem replet & muris marini cinis cū oleo: Item echini cū carnibus suis cremati: fel scorpionis marini. Ranarum quoq; trium, si viuæ in olla concrementur, cinis cum melle: melius cum pice liquida. Capillum denigrant sanguisugæ, quæ in nigro vino diebus lx. computruere. Alij in aceti sextarijs duobus sanguisugarum sextarium in vase plumbeo iubent putrescere totidem diebus, mox illini in Sole. [4] Sornatius tantam vim [5] habere tradit, vt nisi oleum ore contineāt qui tingunt, dentes quoque eorum [6] denigrare dicat. Capitis hulceribus, muricū vel purpurarum testæ cinis cum melle vtiliter illinitur: cochyliorum, vel si non vrantur, farina ex aqua doloribus. Castoreum cum peucedano & rosaceo. Omnium piscium fluuiatilium marinorúmque adeps liquefactus oleo admisto melle, oculorum claritati plurimum confert: item castoreum cum melle. Callionymi fel cicatrices sanat, & carnes oculorum [c] supernatiuas consumit. [d] Nulli hoc piscium copiosius, vt existimauit Menander quoque in Comœdijs. Idem piscis & vranoscopos vocatur [7] ab [e] oculo quem in capite habet. Et coracini fel excitat visum. Et marini scorpionis rufi cū oleo vetere aut melle Attico incipientes suffusiones discutit: inūgi ter oportet intermissis diebus. Eadem [8] ratio albugines oculorum tollit. Mullorum cibo aciem oculorum hebetari tradūt. Lepus marinus ipse quidem venenatus est, sed cinis eius in palpebris pilos inutiles, euulsos cohibet. [9] Et ad hunc vsum vtilissimi minimi: Item [f] pectunculi salsi triti cū [10] cedria; & ranæ, quas [11] [g] diopetes & calamitas vocant, sanguis earum [h] cum lacryma [i] vitis si euulso pilo palpebris illinatur. Oculorum tumorem ruborémque sepiæ [k] cortex cum lacte [12] mulieris illitus sedat, & per se scabritias emēdat. Inuertunt itaque genas id agentes, & medicamentum auferunt post [13] paulum, rosaceóque inungunt, & pane [l] imposito mitigant [14] nocte. [15] Eadem cortice & nyctalopes curantur in farinā [16] trita & ex aceto illita. Extrahit & [17] [m] squamas eius cinis. Cicatrices oculorum cum melle sanat, pterygia cum sale & cadmia singulis drachmis. Emendat & albugines [18] oculorum iumentorum. [19] Adijciunt & ossiculis eius genas, [20] si terantur, sanari. Echini ex aceto epinyctidas tollunt. [21] Eundem comburi cum viperinis pellibus ranisque, & cinerem aspergi potioni iubēt Magi, claritatem visus promittentes. Ichthyocolla [n] appellatur piscis, cui glutinosum est corium: idémque nomē glutino eius. Hoc epinyctidas tollit. Quidā ex ventre, non è corio, fieri, dicunt ichthyocollam, vt glutinum taurinum. Laudatur Pontica [22] candicans & carens venis squamisque, & quæ celerrimè liquescit. Madescere autē debet concisa in aqua, [23] aut aceto nocte ac die: mox tundi marinis lapidibus, vt faciliùs liquescat. Vtilem eam in capi

1 hippocampi cinis (sic & CH.) liquida pice, aut ad fusil. mi. aut amaracino vnguento. Vet. ex Dios.
2 Præparatur autem sep. M.
3 corticis. vt mox.
4 Sozanus. Vet Sornantius tan vim hab. tradidit. M.
5 hanc tradit. CH.
6 denigrari. M.
7 ab oculis, quos in superiori capite. Vet.
8 curatio. Vet.
9 Et, in M.d.
10 cedria: ranarum &c. sanguis cū lacryma. Vet.
11 diphicas. CH.
12 mulieris ūm. CH.
13 paululum. CH.
14 nocte, in CH.d.
15 eodem & nyctalopes. M. eodem cort. CH.
16 tritò ex aceto. Extrahit. M. trito ex aceto illico. CH.
17 squamas oculorū eius cinis. Cicatrices cum melle. Vet.
18 oculorū, in CH.d.
19 aiunt. CH.
20 si alterantur. Vet.
21 eosdem. Vet.
22 candida. CH.
23 aut in aceto. CH.

[24] in capitis doloribus affirmant, & [25] o tetanothris. Ranæ dexter oculus dextro, sinistro læuus suspensi è collo [p] natiui coloris panno, lippitudines sanāt. Quòd si per coitum ranæ eruantur, albuginem quoque, alligati similiter in putamine oui. Reliquæ carnes impositæ suggillationem rapiūt. Cancri etiam oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt. Est [q] parua rana in harundinetis & herbis maximè viuens, [r] muta ac sine voce, viridis, si fortè hauriatur, ventres boum distendens. Huius corporis humorem [s] specillis derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre: ipsaque carnes doloribus oculorum superponunt. Ranas [26] etiam quindecim coniectas [27] in fictili nouo iuncis configunt quidā: succum earum, qui ita effluxerit, admiscent lacrymæ, quæ ex alba vite emanat, atque ita palpebras emendant inutilib. pilis [28] exemptis, acu instillantes hunc succum in vestigia euulsorum. Meges psilothrum palpebrarum faciebat in aceto enecās putrescentes, [29] & hoc vtebatur multis variisq; per aquationes autumni nascentibus. Idem præstare sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur. Comburi eas oportet in nouo vase. Idem tæniæ iecur siccatum pondere x. i i i i. cùm oleo cedrino perunctis pilis i x. mensibus. Auribus vtilissimum [30] bati piscis fel recens, sed [31] & inueteratum vino: item [32] t banchi, quē quidam myxona vocant: item callionymi cum rosaceo infusum: vel castoreum cum papaueris succo. Vocant & in mari [33] pedunculos, eosque tritos instillari ex aceto auribus iubent. Et per se [u] conchylio infecta lana magnopere prodest. Quidam acero & nitro madefaciunt. Suntq; qui præcipuè contra omnia aurium vitia laudent excellentis sociorum cyathum, mellis dimidio amplius, aceti cyathum in calice nouo lenta pruna [34] decoquere, subinde spuma pennis detersa, & postquàm desierit spumare, tepidum [35] infundere. Si tumeant aures, coriandri succo priùs mitigandas iidem præcipiunt. Ranarum adeps instillatus, statim dolores tollit. Cancrorum fluuiatilium succus cum farina hordeacea aurium vulnerib. efficacissimè prodest. Parotides muricum testę cinere cum melle, vel conchyliorum ex mulso curārur. Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis gingiuis: [36] cerebro caniculę in oleo decocto adseruatoq;, vt ex eo dentes semel anno colluantur. [x] Pastinacę quoque rādio scarificare gingiuas, [37] & in dolore vtilissimum. [38] Conteritur is, & cum elleboro albo illitus, dentes sine vexatione extrahit. [y] Salsamentorum etiam fictili vase combustorum cinis, addita farina marmoris, inter remedia est. Et cybia vetera [39] eluta in nouo vase, [40] deinde trita prosunt doloribus. Æquè prodesse dicuntur omnium salsamentorum spinæ combustę tritæq; & illitę. Decoquūtur & ranę singulæ in aceti heminis, vt dentes ita colluantur, contineaturq; in ore succus. Si fastidium obstaret, suspendebat pedibus posterioribus eas Sallustius Dionysius, vt ex ore virus defluere in acetum feruens, idque è pluribus ranis. Fortioribus stomachis ex iure edendas dabat. [41] Maxillaresq; ita sanari dentes præcipuè putant, mobiles verò suprà dicto aceto stabiliri. Ad hoc quidam ranarum corpora binarum præcisis pedibus in vini hemina macerant, & ita collui [42] dentes labantes iubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alij denas in aceti sextarijs tribus decoxere ad tertias partes, vt mobiles dentium stabilirent. Necnon xxxvi. ranarum corda in olei veteris sextario sub [43] æreo testo discoxere, vt infunderent per aurem dolentis maxillæ. Alij iecur ranæ decoctum & tritum cum melle imposuere dentib. Omnia suprà scripta ex marina [44] tantò efficaciora. Si carioſi & fœtidi sunt, centum in furno arefieri per noctem præcipiunt: posteà tantundem salis addi [45] atque fricari. [z] Enhydris vocatur à Græcis [46] coluber in aquis viuens. Huius quatuor [47] dentium superioribus in dolore superiorum gingiuas scarificant, inferiorum inferioribus. Aliqui canino tantùm earum contenti sunt. Vtuntur & cancrorum cinere: nam muricum cinis dentifricium est. Lichenas & lepras [48] tollit adeps vituli marini: muræ- narum cinis cum mellis obolis ternis: iecur pastinacæ in oleo [49] decoctum: hippocampi [50] & delphini cinis ex aqua [A] illitus. Exhulcerationem sequi debet curatio,

24 & capitis. CH.
25 tetanis. CH.
26 xvr. CH.
27 in fictile nouum. Vet. & CH.
28 exemptis acu, inst. Vet.
29 & ad hoc. CH. ad hocq; vtebatur multis ac varijs per. Alij.
30 batiæ. CH.
31 & in vetere. CH.
32 bacchi. M. bahui. CH.
33 pediculos. M.
34 decoquentes. Vet.
35 infundentes. Vet.
36 item cerebro. Vet.
37 est in. Vet.
38 Contritus. Vet.
39 exusta. Vet. Gal. ς. ἀκρὰ τέφρα.
40 dein. CH.
41 Maxillares. Vet.
42 dentium labētes. CH.
43 ærea testa. Vet. æreo testu. Alij Vet.
44 rana effic. CH.
45 atque ita fricari. CH.
46 colubra in aqua. CH.
47 dentibus. CH.
48 soluit. CH.
49 coctum. CH.
50 aut. CH.

quæ perducit ad cicatricem. Quidam delphini iecur in fictili torrent, donec pinguitudo [51] similitudine olei fluat, [52] ac perungunt. Muricum vel conchyliorum testæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus, cutemq; erugat, [53] extenditq; septenis diebus illitus, ita vt octauo candido ouorum [54] foueantur. Muricũ generis sunt, quæ vocant Græci [55] B colycia, alij [56] corythia, turbinata æquè, sed minora multò, efficaciora etiam, & oris halitum custodientia. Ichthyocolla erugat cutem, [57] extenditq; in aqua decocta horis quatuor, dein contusa, [58] colluta & subacta ad liquorem vsque mellis. Ita præparata in vase nouo conditur, & in vsu quatuor drachmis eius binæ sulphuris, & anchusæ totidem, octo spumę argenteę adduntur, aspersaq; aqua teruntur vnà. Sic illita facies post quatuor horas abluitur. Medetur & lentigini cæterisque vitijs ex ossibus sepiarum cinis. Idem & carnes excrescentes tollit & humida [59] hulcera.

51 similis oleo. CH.
52 eaque perũg. Vet.
53 ac extendit, septenis. Vet.
54 foueatur. Vet.
55 colydia, alij choriphia. CH.
56 corycia. Vet.
57 & extendit. CH.
58 colata. Vet.
59 hulcera sanat. Vet.

ANNOTATIONES.

a Pilo vestit.
b Testudinis coriaceæ apud Rondeletium.
c Supra modum excrescẽtes, vt cicatrices in vlceribus relictas, pterygia carnosa.
d Idipsum tradit Arist. item & Ælianus cap. 4. lib. 13. hist. animal. quo loco citantur versus Menandri ex Messenia,

πίθηκ' ἔχειν χαλῶ σὲ παλαιστρίτην
πολλά. -& Anaxippi in Epidicazomeno,
ἐκεῖ μὲ πυκτ', ἐγὼ πολέσειν εἶμι χαλῶ
ἅπαντα, δεινῶς παλλαντόμενα, βίαια. Habere censeo te callionymo fel copiosius. & Si moueris me, feceris statimq; fel feruere Totũ, more callionymi.

e Leg. oculis, quos: nisi sit numeri ἐπαλλαγή. Lego præterea, quos in superiori capite: alioqui hoc non foret eximiũ, cùm & alij pisces oculos in capite habeant.
f Tellinæ, Dioscor.
g De ijs agitur infrà cap. 10. διοπτεῖς dicuntur, quòd à Ioue plui ac immitti fucrit opinio: quod falsum esse docet Theophrastus in fragmento περὶ τῶν ἀδήλων φαινομένων. Alij legũt, Dryophitas, in arboribus nascentes. διοπτεῖς aquationibus fere autumnalib. gignuntur, & nonnunquam è cœlo decidunt.
h Apud Galen. li. 4. κατὰ τόπους, Archigenes remediũ hoc ex Papia medico Laod censi refert, sed pro lacryma vitis, chamæleon albus requritur, & illic scribitur.
i Albæ, vt paulò pòst. brionya Dioscor. psilothrum est.
k Septæ os. obserua. ὀστρακίτης, Dioscor.
l Cum sacie.
m Oculorum. Squamas, vel πτερύγια, vel λεπυίσματα, apud Dioscor. vel furfures capitis πίτυρα.
n Exos Rondeletio cap. 8. lib. de pisc. fluuiatilibus.
o Quæ faciei cutem erugant, ac extendunt.
p Fusco, citra tincturam, lanæ proprio colore.
q Calamices, infrà cap. 10. quoniam inter arundines fruticesq; viuat.
r De hac vide Rondeletium. Rubetarum modo venenata est. Alia est dryophites viridis, descripta cod. capite.
f Scalpellis, σκαλίσι σμίλαις. Plinius legit, σκάλαις μείλαις.
t Lego, Bacchi. Myxona Bacchum olim nominarunt, vel quia caput vt vino conspersum rubet circa labra, & opercula brachiarum: vel quoniã ebriorũ modo temerè huc illuc natando fertur.
v Crito lib. 3. περὶ ἰχθύων, περὶ τῶν βυσσίνων κογχυλίων, quem admodum codẽ lib. Andromachus περὶ τῶν πορφυρῶν, flocculi, siue tomenti lanæ purpura tinctæ vocat. Aëtius vocat ἰχῶρ πορφυρικὸν, cum etiam πῖνναι πορφύρας ἰχῶρ. Alij τελέπαι, τελέπαια, ψήγισμα.
x Celsus libr. 5. cap. 9. Et plani pisces, quem pastinacam nostri, πρίονα Græci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinaque excipitur, quæ denti circundata hunc soluit.
y Galen. ad finem lib. 5. περὶ τόνων, ad oris incundum odorem, dentiumque dolorem ac splendorem, salsamentorum cybijque cinere vtitur.
z Enhydris Arist. cap. 1. lib. 1. histor. lutra: Plinio serpens aquaticus, natrix, quem & hydrum vocat sequenti capite ab hoc altero, nisi mendosus locus sit. Lutras canes fluuiatiles Ælianus vocat cap. 11. lib. 14. animal.
A Et afficacius, quoad exhulceretur pars.
B Quidam legunt, nec sine probabili cõiectura, cochlidia, alij corythia: vt cochlidia, quoniam minima sint in muricũ genere, dicantur: corythia verò à similitudine quam habent πρὸς τὸ κύριον, id est, cum galea siue casside, à qua παρήλιοι & Hector Homero dicitur. Talem conchulam pinxit Rondeletius vltimam ex quinque, cap. de turbinibus intra spongias viuentibus. κόρυνες certè, à quo vocabulo duci posset κορύνιον, concharum generis sunt, non muricum aut turbinatorum. παρηλίους pro corythia Rondeletius legit, quòd in marginibus verticibusq; extremis extãt b. aculeis armata sint: Aristotelis aporrhaïdes. Hic murex genus est ad turbinatas omnes conchas.

Promiscuæ medicinæ. CAP. VIII.

PSoras tollit rana decocta in heminis quinque aquę marinę. Excoqui debet, donec sit [1] crassitudo mellis. Fit in mari & halcyoneum appellatum, ex nidis, vt aliqui existimant, halcyonum & ceycum: vt alij, è sordibus spumarum crassescentibus: alij è limo, vel quadam [a] maris lanugine. Quatuor eius genera: cinereum spissum, odoris asperi: alterum molle, lenius, odore ferè algæ: tertium candidioris vermiculi: quartum pumicosius, spongiæq; putri simile, penè purpureum, quod optimum: hoc & Milesium vocatur. Quo candidius autem, hoc minùs probabile est. Vis eorum, vt exhulcerent, purgent. Vsus tostis & sine oleo. Mirè lepras, lichenas, lentigines tollunt cum lupino, & sulphuris duobus obolis. Halcyoneo vtuntur & ad oculorum cicatrices. Andreas ad lepras cancri cinere cum oleo vsus est: Attalus thynni recentioris adipe [2] ad hulcera. [3] Murænarum muria, & capitum cinis cum melle sanat strumas. Pungi pisces eius qui rana in mari appellatur, ossiculo [4] de cauda, ita vt non vulneret, prodest. Id faciendum quotidie, donec percurentur. Eadem vis & pastinacæ radio, & [5] lepore marino impositio, ita vt celeriter remoueantur: [6] echini testis contusis & ex aceto illitis: Item scolopendræ marinę è melle: cancro fluuiatili

1 lenitudo. M. lentitudo. CH.
2 ad oris hulcera. M.
3 Murarum. CH.
4 &. CH.
5 lepori. Vet.
6 echinique. Vet.

fluuiatili contrito vel combusto ex melle. Mirificè prosunt & sepiæ ossa cum axungia vetere contusa & illita. Sic & ad parotidas vtuntur, & [7] scari piscis marini iocineribus. Quin & testis cadi salsamentarij tusis cum axungia vetere, muricumq; cinere ex oleo ad parotidas strumasque. Rigor ceruicis mollitur cum [8] marinis, qui pedunculi vocantur, drachma pota: castoreo poto cum pipere ex mulso misto ranis decoctis ex oleo & sale, vt sorbeatur succus. Sic & opisthotono medentur, [9] tetano: [b] spasticis verò pipere adiecto. Anginas mænarum salsarum excapitibus cinis ex melle illitus abolet: ranarum decoctarum ex aceto succus. hic & contra tonsillas prodest. Cancri fluuiatiles triti singuli in heminam aquæ anginis medentur gargarizati, aut è vino, [10] aut calida aqua poti. Vuæ medetur garum cochlearibus subditum. Vocem siluri recentes, salsive in cibo sumpti adiuuant. Vomitiones mulli inueterati tritique in potione concitant. Suspiriosis castoreum cum Hammoniaci exigua portione ex aceto mulso ieiunis vtilissimè potatur. Eadem potio [c] spasmos stomachi sedat ex aceto mulso [11] calido. Tussim sanare dicũtur piscium modo è iure decoctæ in patinis ranæ. [d] Suspensę autem pedibus, cùm destillauerit in patinam saliua earum, [12] exenterari iubentur, abiectisq; interaneis condiri. [e] Est rana parua arborem scandens, [13] & ex ea vociferans. In huius os si quis expuat, ipsamque dimittat, tussi liberari [14] narratur. Præcipiunt & cochleæ [15] crudæ carnem tritam bibere ex aqua calida in [f] tussi cruenta.

7 fauri. M.
8 marinis insectis, qui. Vet.
9 & tetano. M.
10 &. M.
11 caldo. CH.
12 exinterari. CH.
13 atque. CH.
14 dicitur. M.
15 crudam. CH.

ANNOTATIONES.

a Pruinosa tenuitate & flore. Sic vocat ἀκαλήφην. Homerus ἀκαλήφη δ' ἐκέλευε ἔχεσθαι. Virgil. -salsa spumantes aspergine cautes.
b Aliarum partium corporis priuatis conuulsionibus.
c Vehementiores singultus, quorum importunitate ægri conuelluntur.
d Suspenduntur & à Sallustio Dionysio, vt ex ore virus defluat proximè præcedenti capite.
e Differt hęc à rana viridi descripta loco citato. Rana hęc dryophites est Rondeletij.
f Sanguinis reiectione, τῆς τῶν αἱμάτων ἀναγωγῆς, καὶ ἀναφορᾶς.

Ad iocineris vitia laterumq;, ad stomachi, alui, & alia promiscua medicina. CAP. IX.

IOcineris doloribus scorpio marinus in vino necatur, vt inde bibatur. [a] Cõchę lõgæ carnes ex mulso potæ cum [1] aqua pari modo, aut si febres sint ex aqua mulsa. Lateris dolores leniunt hippocampi tosti sumpti, [2] tetheaque [3] similis ostreo in cibo sumpta: ischiadicorum muria siluri clystere infusa. Dantur autem conchæ ternis [4] obolis dilutæ in vini sextarijs duobus per dies quindecim. Aluum emollit silurus è iure, & torpedo in cibo. Et [b] olus marinum simile satiuo, stomacho inimicum, aluum facillimè purgat: sed propter acrimoniam cũ pingui carne coquitur. Et omnium piscium ius. Idem & vrinas ciet, è vino maximè. Optimum è scorpionibus & iulide, & saxatilibus, necvirus resipientibus. Coqui debent cum anetho, apio, coriãdro, porro, [c] additis oleo & sale. Purgant & cybia vetera, priuatimq; cruditates, [5] pituitas bilemque trahunt. Purgant & [d] myaces, quorũ natura tota in hoc loco dicetur. Aceruantur muricũ modo, viuuntq; in algosis, gratissimi autumno, & vbi multa [e] dulcis aqua miscetur mari, ob id in Ægypto laudatissimi. Procedente hyeme, amaritudinem trahunt, coloremq; rubrum. Horum ius traditur aluum & vesicas exinanire, interanea destringere, omnia [6] adaperire, renes purgare, sanguinem adipemque minuere. Itaque vtilissimi sunt hydropicis, mulierum purgationibus, morbo regio, articulari, inflationibus. Item [7] prodesse felli [f] pituitęque pulmonis, [8] iocineri, splenis vitiis, rheumatismis. Fauces tantùm vexant, vocemque obtundunt. Hulcera quę serpant, aut sint purganda, sanant: item carcinomata. Cremati autem, vt murices, & morsus canum hominumque cum melle, lepras, lentigines. Cinis eorum [g] potus emendat caligines, gingiuarum & dentium vitia, eruptiones pituitæ: & contra dorycnium aut [9] opocarpathon antidoti vicem obtinent. Degenerant in duas species, in [h] mitulos, qui [10] salem virusque resipiunt: [11] i myscas, quæ rotunditate differunt, minores aliquanto atque hirtę, tenuioribus testis, carne [12] duriores.

1 aquę &c. mulsi, lateris dolores leniunt & hippocampi. Vet.
2 tethyaque. Græcis τήθυα & τήθυον.
3 similia. Vet.
4 obolis in vino per dies. M.
5 pituitam, bilẽ. CH.
6 adaperire, spargere sanguinem, adipemque &c. M. obstructa. adaperire, renes purgare, & sanguinẽ: adipémque. Vec.
7 obesse sellis, pituitæ, pulmonis. CH.
8 & ioc. splenicique vit. ac rheum. Vet.
9 opocarpason. Alij.
10 cillam Gesn.
11 myscos, qui &c. hirti. Rond.
12 duliciores Gesn.

Mituli quoque, vt murices, cinere cauſticam vim habent, & ad lepras, lentigines, maculas. Lauantur quoque plumbi modo ad genarum craſſitudines, & oculorum albugines, caligineſque, atque in alijs partibus ſordida hulcera, capitiſque [13] puſtulas. Carnes verò eorum ad canis morſus imponuntur. [14] Et pelorides emolliunt aluum: item caſtorea ex aqua mulſa drachmis binis. Qui vehementiùs volũt vti, addunt cucumeris [15] ſatiui radicis ſiccæ drachmam, & aphronitri duas. [16] k Tetheæ torminibus & inflationibus occurrunt. Inueniuntur [17] hę in ſolijs marinis ſugentes, fungorum veriùs generis, quàm piſcium. Eędem & teneſmum diſſoluunt, renumq; vitia. Naſcitur & in mari abſinthium, quod [18] aliqui Seriphium vocant, circa [19] Taposirin maximè Ægypti, exilius terreſtri. Aluum ſoluit, & noxijs animalibus intę- 10
ſtina liberat. Soluunt & ſepiæ. In cibo dantur cum oleo, & ſale & farina decoctæ. Mænæ ſalſæ cum felle taurino illitę vmbilico, aluum ſoluunt. Ius piſcium in patina coctorum cum lactucis teneſmum diſcutit. Cancri fluuiatiles triti ex aqua poti, aluũ ſiſtunt, vrinam cient, in vino [20] aluum. Ademptis brachiis calculos pellunt tribus obolis cum myrrha triti, ſingulis [21] eorum drachmis. Ileos & inflationes [22] caſtoreum cum dauci ſemine & petroſelini quãtum ternis digitis ſumatur, ex mulſi calidi cyathis quatuor, tormina verò cum [23] aceto [24] vino miſto. [25] Erythini in cibo ſumpti ſiſtunt aluum. Dyſentericis medentur ranæ cum ſcilla decoctæ, ita vt paſtilli fiant: [26] fel ſiue cor earum cum melle tritum, vt tradit Niceratus. Morbo regio l ſalſamentum cum pipere, ita vt reliqua carne abſtineatur. Lieni medetur ſolea piſcis impo- 20
ſitus: item torpedo: item rhombus viuus: dein remittitur in mare. [27] Scorpius marinus necatus in vino, veſicæ vitia & calculos ſanat. Lapis qui inuenitur in ſcorpionis marini [28] cauda pondere oboli potus: enhydridis iecur: [29] m blenniorum cinis cum ruta. Inueniuntur & in [30] banchi piſcis capite ſeu lapilli. Hi poti ex aqua calculoſis præclarè medentur. Aiunt & vrticam marinam in vino potam prodeſſe: item pulmonem marinum decoctum in aqua. Oua ſepię vrinam mouent, renumq; pituitas extrahunt. Rupta [31] cõuulſa cãcri fluuiatiles triti in aſinino lacte maximè ſanant; echini verò cum ſpinis ſuis contuſi in vino poti calculos. Modus ſingulis hemina: bibitur donec proſit: & aliâs in cibis ad hoc proficiunt. Purgatur veſica & pectinum [32] cibo. Ex his mares alij [n] donacas, alij aulos vocant: fœminas onychas. Vri- 30
nam mares mouent. Dulciores fœminæ ſunt & vnicolores. [o] Sepię quoque oua vrinam mouent, renes purgant. [33] Enterocelę lepus illinitur tritus cum melle. Iecur quoque [34] aquatici colubri, [35] item hydri tritum potumq; calculoſis prodeſt. Iſchiadicos autem liberant ſalſamenta ex ſiluro infuſa clyſtere, euacuata priùs aluo. Sedis attritus cinis è capite mugilũ mullorumq;. Comburuntur autem in fictili vaſe. Illini cum melle debent. Item capitis mænarum cinis [36] ad rhagadas, & ad condylomata vtilis, ſicut pelamidum ſalſarum capitum cinis, vel cybiorum cum melle. Torpedo appoſita procidentis interanei morbum [37] ibi coërcet. [38] Cãcrorum fluuiatilium cinis ex olea & cera, rimas in eadem parte emendat: item & marini cancri [39] polline. Panos ſalſamenta coracini diſcutiunt: [p] ſciænæ interanea & ſquamæ cõbuſtę: ſcor- 40
pio in vino decoctus, ita vt foueantur ex illo. At echinorum teſtę cõtuſæ & ex aqua illitæ, incipientibus panis reſiſtunt. Muricum vel purpurarum cinis vtroque modo, ſiue diſcutere opus ſit incipientes, ſiue concoctos emittere. Quidam ita cõponunt medicamentum, [q] ceræ & thuris [40] drachmas x x. ſpumæ argenti xl. cineris muricum x. olei veteris heminam. Proſunt per ſe ſalſamenta cocta. Cancri fluuiatiles triti verendorum puſtulas diſcutiunt: cinis ex capite męnarum: item carnes decoctæ & impoſitæ. Similiter percæ ſalſę è capite cinis melle addito. Pelamidum capitis cinis, aut ſquatinæ piſcis cutis combuſta. Hęc eſt, qua diximus lignũ polirì: quia & è mari fabriles vſus exeunt. Proſunt & ſmarides illitæ: item muricum vel purpurarum teſtę cinis cum melle: efficacius crematarum cum carnibus ſuis. Carbuncu- 50
los verendorum priuatim ſalſamenta cocta cum melle reſtinguunt. At teſtem, ſi deſcen-

13 puſulas.CH.
14 Ar.CH.
15 ſyluestris. Vet.
16 Tethea. Vet. Tethya. Alij.
17 hæc in ſcopulis marinis ſugẽtia. Vet.
18 alij ſeriphium. CH.
19 Taphoſirin. Alij.
20 alui.CH.
21 eius dr. Ileon &. Vet.
22 caſtorea. CH.
23 anetho. CH.
24 vini Vet.
25 Erythrini. Alij.
26 vel cor earũ. CH.
27 Scorpio. CH.
28 capite. Vet. ſic emend & Rond.
29 Belennjorum. Oppianus.
30 bacchi M. & CH.
31 & conuul. M.
32 cibo, & ſolenum. Rond.
33 Enterocelis. Vet. M. Enterocelicis. CH
34 aquaticæ colubræ CH.
35 ſiue enhydri. Vet. & cap. 7. ſuprà.
36 & ad. CH.
37 ſubita. Vet. citò. Alij.
38 Camporum ſ. cin. ex oleo CH.
39 pollen.
40 drachmæ &c. hemina. Vet. M.

deſcenderit, cochlearum ſpuma illini volunt. Vrinæ incontinentiam hippocampi toſti & in cibo ſæpius ſumpti emendant. Item ophidion piſciculus congro ſimilis [41] cum lilij radice. Piſciculi minuti, ex ventre eius qui deuorauerit exempti, & crematı, ita vt cinis eorum bibatur ex aqua. Iubẽt & cochleas Africanas cum ſua carne comburi, cinerem; ex vino Signino dari. Podagris articularibuſq; morbis vtile eſt oleum, in quo [42] decocta eſt rana, & ipſius inteſtina, & rubetæ cinis cum adipe vetere. Quidam & hordei cinerem adiiciunt, trium [43] generum æquo põdere. Iubent & lepore marino recenti podagram fricari. Fibrinis quoque pellibus calceari, maxime Pontici fibri. Item vituli [44] marini: cuius & adeps prodeſt. [45] Item & [r] bryon, de quo diximus, lactucæ ſimile, rugoſioribus foliis, ſine caule. Natura eſt ei ſtyptica. [46] Impoſitum lenit impetus podagræ. Item alga, de qua [47] ſuprà dictum eſt: obſeruatúq; in ea ne arida imponatur. Perniones emendat pulmo marinus, cancriq; marini cinis ex oleo: item fluuiatiles triti, ſicq; cinere & oleo ſubacti: & ſiluri adeps. [48] Et in articulis morborum impetus ſedant ranę ſubinde recẽtes impoſitæ: [49] quas quidam diſſectas iubent imponi. [50] Corpus auget ius mitulorum, & concharum. Comitiales, vt diximus, coagulum vituli marini bibunt cum lacte equino, [51] aſininóve, aut cum Punici ſucco: quidam ex aceto mulſo. Nec non aliqui per ſe pilulas deuorant. Caſtoreum in aceti mulſi cyathis tribus ieiunis datur. His verò, qui ſępius corripiuntur, clyſtere infuſum mirificè prodeſt. Caſtorei drachmę duæ eſſe debebunt, mellis & olei ſextarius, & aquæ tantundem. Ad præſens verò correptis olfactu ſubuenit [52] cum aceto. Datur & muſtelæ marinę iecur: item [53] muris vel teſtudinum ſanguis.

41 cum radice rutæ. Rondel.
42 decocta ſunt rana rum inteſtina. M. & CH.
43 rerum. M. & CH.
44 marini cinis & adeps. M.
45 Neenon &. CH.
46 Impoſitumque. CH.
47 ipſa. CH.
48 In articulos. Ver. Et, in M. d.
49 quas, in M. d. & CH.
50 Morbos abigit &c. concharum comitiales. Vt diximus. Vet.
51 aſinæue. CH.
52 cum aceto, in M. d.
53 maris teſtudinisve ſanguis. CH.

ANNOTATIONES.

a *ευπλοῦς, καλὸς, ὄνυμα, ὄνυχος.* tor nominibus à Græcis vocatur.
b Braſſica ſylueſtris in maritimis naſcens. Sylueſtris braſſica ſatiuę quidem ſimilis eſt, ſed amara, hirſuta, candida: braſſica verò marina ſatiuæ omnino diſſimilis, ſtomacho inimica propter actimoniam eſtur cum pingui carne. Hæc Plinius pro ſuo more oſcitanter confundit.
c Tale eſt album ius, toties à Galeno memoratum.
d *μείωσις* generis nomen cõplectitur *μείους*, grandiores, ampliores, maiores longiores. Ii ſunt Latinorum inytuli. Continet & *μείους*, ſiue, vt legit Hermolaus, *μείονας*, ſiue, vt Rondeletius, *τοὺς μείους*, minores, rotundiores, Latinorum muſculos. Athenęus diſtinguit in mares & fœminas, *τὰς τῆ τὰς μείους*. Potcò purgare, vt & peloridas, echinos, oſtrea. Celſus ſcribit lib. 2.
e Quoniam eorum ſuccus altoqui, vt ſcribit Athenæus libr. 4. eſt *σκληρόθης*, id eſt, acre mordax, ingratus.
f Morbis pulmonis è bilioſo & pituitoſo ſucco genitis.
g Nihil Dioſcor. Illinitur, aut inſtillatur conuenientius.
h *μείους*. Horatius,
-ſi diuina morabitur alnus,
Mutilus & vites pellent obſtantia conchæ.
Athenæus libr. 3. *μύτιλον* interpretatur *τὸ κλίνιον*. Cato de re ruſtica, *Aluum ſi volet deijcere, mutilorum l. xx. piſcem capitonem.* Victorius ca. 13. lib. 3.
i Myſcos, qui &c. hirci. Rondel. myſcos paruos *μύσκους*. Hirtos eſſe dicit, quoniam teſta foris nigra ferè ſemper muſco aut lanugine obducitur.
k Leg. Tethya. & mox, hæc &c. ſugentia. Plinius Græcorũ neutrum genus *τήθυα* vertit in fœmininum Latinorum. Nominis ratio eſt, quòd *τιθὸν*, id eſt, nutricum mammis ſimilia ſint.
l Præſertim ex aphyis, & alijs tenellis piſciculis.
m Mugilum myxonum: de quibus lege Rondeletium. Belennos Oppianus vocat.
n *δονακας*, à figura cauæ & craſſę arundinis, quæ apud fluuios naſcitur: *ὠνάδες*, quòd tubæ modo ſculpti ſint: *ὄνυχας*, à colore & figura exteremis vnguibus noſtris ſimili, qua de cauſſa & *δακτύλους*, id eſt, digiti vocantur cap. 61. lib. 9. & huius libri cap. vlt. Diphilus Siphnius apud Athenæum lib. 2. ait *σκολίωπας λεβήτας ὀνομαζομένους ποιεῖ δυσουρεῖσθαι*, vtiles eſſe calculo & vrinæ difficultati.
o Paulo anté id iam ſcriptum fuit.
p Vmbræ: Mompeſſ. ulanis *Pois* rey. piſcis regius.
q Paulo lib. 7. deſcribitur confectio *διὰ τῶν ὀργάνων* hoc modo. Cadm æ, buris, ſing. ſ. 1. cineris oſtreorum ſ. iij.
r Alga lactucacea.

Ad febres omnium generum, & contra diuerſas infirmitates. CAP. X.

40 FEbrium circuitus tollit iecur delphini guſtatum ante acceſſiones. Hippocampi necantur in roſaceo, vt perungantur ægri in [a] frigidis febribus. Et ipſi [1] adalligãtur ægris. Item ex aſello piſce lapilli qui plena Luna inueniuntur in capite, alligãtur in linteolo. Pagri fluuiatilis longiſſimus [2] dens capillo adalligatus, ita vt quinq; diebus eum qui alligauerit, non cernat ęger: [3] ranę verò in triuio decoctæ oleo abiectis carnibus, perunctos liberant quartanis. Sunt qui ſtrangulatas, in oleo ipſas clàm adàlligent, oleoq; eo perungant. Cor earum adalligatum frigora febrium minuit: & oleum, in quo inteſtina decocta ſint. Maximè autem quartanis liberãt, ablatis vnguibus ranæ adalligatæ, & [4] rubetæ. Iecur eius vel cor adalligatur in panno leucophæo. Cancri fluuiatiles triti in oleo & aqua, perunctis ante acceſſiones in febribus proſunt. Aliqui & piper addunt. Alij decoctos ad quartas in vino è balineo egreſſis bibere ſuadent in quartanis. Aliqui verò ſiniſtrum oculum deuorari iubent. Magi 50
quoque oculis [5] earum ante Solis ortum adalligatis ægro, ita vt cęcas dimittant in

1 alligantur. CH.
2 dens 16 giſſimo capillo.
3 ranæ in triuio M. ranæ verò ex triuio, de coctæ. Vet.
4 rubeta. Vet.
5 eorum, & mox, eæcos. Dal.

aquam, tertianas abigi promittũt. Eosdem oculos cum [6] carnibus [b] luſciniæ in pelle ceruina adalligatos, præſtare vigiliam ſomno fugato tradunt. In lethargumque vergentibus coagulo balænæ, aut vituli marini ad olfactum vtuntur. [7] Aliqui ſanguinem teſtudinum lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur & ſpondylus per ſe adalligatus: quartanis cochleę fluuitiales in cibo recentes. Quidam ob id aſſeruãt ſale, vt dent tritas in potu. [d] Strombi in aceto putrefacti, lethargicos excitant odore. Proſunt & cardiacis. Cachectis, quorum corpus macie conficitur, [8] tetheæ vtiles ſunt cum ruta ac melle. Hydropicis medetur adeps delphini liquatus, & cum vino potus. Grauitati [9] ſaporis occurritur tactis naribus vnguento, aut odoribus, vel quoquo modo obturatis. Strombi quoque carnes tritæ, & in mulſi tribus heminis pari [10] modo aquæ, aut ſi febres ſint, ex aqua mulſa datæ proficiunt. Item ſuccus cancrorũ fluuiatiliũ cum melle. Ranæ quoque aquaticæ in vino vetere [10] & farre decoctæ, ac pro cibo ſumptæ, ita vt bibatur ex eodem vaſe. Vel teſtudo deciſis pedibus, capite, cauda, & inteſtinis exemptis, reliqua carne ita condita, vt citra faſtidium ſumi poſſit. Caneri fluuiatiles ex iure ſumpti, & phthiſicis prodeſſe traduntur. Aduſta ſanantur cancri marini vel fluuiatilis cinere: & ea quæ feruenti aqua combuſta ſunt. Hęc curatio etiã pilos [11] reſtituit cum cancrorum fluuiatilium cinere. Putantque vtendum cum cera & adipe vrſino. Prodeſt & febri ranarum fellis cinis. Ignes ſacros reſtinguunt ranarum viuentium ventres impoſiti: pedibus poſterioribus pronas [12] adalligari iubent, vt crebriore anhelitu proſint. Vtuntur & ſilurorum capitum cinere, [13] ſalſamentorum ex aceto. Pruritum ſcabiemque non hominum modò, ſed & quadrupedum efficaciſſimè ſedat iecur paſtinacæ decoctum in oleo. Neruos [e] vel præciſos [14] purpurarum callum, quo ſe operiunt, tuſum glutinat. [15] Lethargicos coagulum vituli adiuuat in vino potum oboli pondere: item ichthyocolla. Tremulos iuuat caſtoreum, ſi ex oleo perungantur. Mullos in cibo inutiles neruis inuenio. Sanguinem [16] fieri piſcium cibo putant, ſiſti polypo tuſo illitoque. De quo & hęc traduntur: muriam ipſum ex ſeſe emittere, [17] & ideò non debere addi in coquendo: ſecari harundine: ferro enim infici, vitiumque trahere natura [18] deſinente. Ad ſanguinem ſiſtendum & ranarum illinunt cinerem, vel ſanguinem [19] inarefactum. Quidam ex ea rana, quam Græci calamiten vocant, quoniam inter harundines frutices ſque viuat, minima omnium & viridiſſima, cinerem fieri iubent. Aliqui & naſcentium ranarum in aqua, quibus adhuc cauda eſt, in calice nouo combuſtarum cinerem, ſi per nares fluat, [20] iniiciendum. Diuerſus hirudinum, quas ſanguiſugas vocant, ad extrahendum ſanguinem vſus eſt. Quippe eadem [21] ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium; ad corpora leuanda ſanguine, [22] ſpiramenta laxanda, iudicatur. Sed vitium, quòd admiſſæ [f] ſemel deſiderium faciunt circa eadem tempora anni ſemper eiuſdem medicinę. Multi podagris quoque admittendas cenſuere. Decidunt ſatietate, & pondere ipſo ſanguinis detractæ, aut ſale aſperſæ. Aliquãdo tamen affixa relinquunt capita, quæ cauſa vulnera inſanabilia facit, & multos interimit, ſicut [g] Meſſalinum è Conſularibus patricijs, cùm ad [23] genua admiſiſſet. Intuehunt [24] virus remedio verſo: maximeque rufę ita formidantur. Ergo [25] ſugentia ora forficibus præcidunt: ac [26] veluti ſiphonibus defluit ſanguis: paulatimque morientium capita ſe contrahunt: nec relinquuntur. Natura earum aduerſatur cimicibus, & ſuffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida combuſtarum cinis, narium profluuia ſiſtit, ſucco porri molitus. Extrahunt tela corpori inhærentia ſepiarum teſtę ex aqua, ſalſamentorum carnes, cancri fluuiatiles triti, ſiluri fluuiatilis, [h] qui & alibi quàm in Nilo naſcitur, carnes impoſitæ recentes ſiue ſalſę. Eiuſdem cinis extrahit, & adeps: [27] & cinis ſpinæ eius vicem ſpodij prębet. Hulcera quæ ſerpunt, & quæ [28] ex ijs [i] excreſcunt, ex capite mænarum cinis vel ſiluri coërcet. Carcinomata percarum capita ſalſarum, efficaciùs ſi cineri earum [29] miſceatur ſal, & [k] cunila capitata, oleoque ſubigantur. Cãcri marini cinis vſti

6 carnalibus.CH.
7 Alij.CH.
8 tethya vtilia. Alij. ethea vtilia.CH.
9 odoris occurritur farctis. Vet. ſoporis. M.
10 cum. Vet.
11 reſtituit. Cum cẽr. flu. cinere putant eriam, vtcilum cera. Vet.
12 adalligare.CH.
13 & ſalſam. Vet. ſalſamentorum, in M.d.
14 id quo purpuræ ea ui ſui operiur. Vet. legit & catum, Hermol.
15 Tethanicos caſtoreum.CH.
16 cieri. Vet.
17 & ideo ſalẽ non. Vet.
18 deſerente. Vet. Lego, retinente.
19 arefactum. M.
20 inperficiendum. CH.
21 curatio earú, quæ cucurbitularum. Ve. legit & CH. cucurbitularum.
22 ſpiramentáqi. Ver.
23 genu. M.
24 & virus. Vet.
25 ſugentiũ inferiora forſ. Vet. ſugentiũ corpora forſ. Vet.
26 velut. Vet.
27 &, in Vet. d.
28 in his. CH.
29 miſceantur. Vet.

vſti cum plumbo, carcinomata compeſcit. Ad hoc & fluuiatilis ſufficit cum melle [30] lineaq; lanugine. Aliqui malunt alumen mélque miſcere cineri. Phagedænæ ſiluro inueterato, & cum ſandaracha trito: cacoethe & nomæ & putreſcentia cybio vetere ſanantur. Vermes [31] verò innati ranarum felle tolluntur: fiſtulę aperiuntur, ſiccanturq; ſalſamentis cum linteolo immiſſis. [32] Intraq; alterum diem callum omnem auferunt, & putreſcentia hulcerum, quæque ſerpunt, emplaſtri modo ſubacta & illita. [33] Et ſalpe expurgat hulcera in linteolis concerptis. Itẽ echinorum teſtæ cinis. Carbunculos coracinorum ſalſamenta illita diſcutiunt. Item mullorum ſalſamẽti cinis. Quidam capite tantùm vtuntur cum melle, vel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tumorem tollit: cicatrices fel ſcorpionis marini. Verrucas tollit glani iecur illitum: capitis mænarum cinis cum [34] allio tritus, ad thymia crudis vtuntur: fel ſcorpionis marini rufi: ſmarides tritæ illitæ. Alex deferuefacta vnguium ſcabritiam, ciniſque è capite mænarum extenuat. Mulieribus lactis copiã facit glauciſcus è iure ſumptus, & ſmarides cum ptiſana ſumpti, vel cum fœniculo decoctæ. Mãmas ipſas muricum vel purpuræ teſtarum cinis cum melle efficaciter ſanat. Cancri fluuiatiles illiti vel marini [m] pilos in mamma, vel muricum carnes [35] appoſitæ tollunt. Squatinæ illitæ creſcere mammas non patiuntur. Delphini adipe linamenta accenſa excitant vuluæ ſtrangulatu oppreſſas. Item [36] ſcombri in aceto putrefacti. Percarum vel mænarum capitis cinis admiſto ſale & cunila oleoque, vuluæ medetur: ſuffitione quoq; ſecundas, [37] extrahit. Item vituli marini adeps inſtillatur igni naribus intermortuarum vuluæ vitio: & cum coagulo eiuſdem in vellere imponitur. [38] Pulmonis marini cinis adalligatus, egregiè profluuia [39] purgat. Echini viuentes tuſi & in vino dulci poti. Siſtunt & cancri fluuiatiles triti in vino potique. Item ſiluri ſuffitu, præcipuè Africi, faciliores partus [40] fieri dicuntur. Cancri ex aqua poti profluuia ſiſtere: ex [41] hyſſopo purgare. Et ſi partus [42] n ſtranguletur, ſimiliter poti auxiliantur. Eoſdem recentes vel aridos bibunt ad partus continendos. Hippocrates ad purgationes mortuoſq; partus vtitur illis, cum quinis lapathi radicibus, [43] cũ ruta & fuligine tritis, & in mulſo datis potui. [44] Item in iure cocti cum lapatho & apio, menſtruas purgationes expediunt: lactique vbertatem faciunt. [45] Item in febri quæ ſit cum capitis doloribus & oculorum palpitatione, mulieribus in vino auſtero [46] poti prodeſſe dicuntur. Caſtoreum ex mulſo potũ purgationibus prodeſt: contraque [o] vuluam olfactum cum aceto [47] & pice, aut ſubditum paſtillis. Ad ſecundas etiam vti eodem prodeſt cum panace in iiij. cyathis vini: & [p] à frigore laborantibus ternis obolis. Sed [48] ſi caſtoreum fibrúmve ſupergrediatur grauida, abortum facere dicitur, & periclitari [49] partus, ſi ſuperferatur. Mirũ & quod de torpedine inuenio: ſi capiatur, cùm Luna in Libra [50] fuerit, triduq; aſſeruetur ſub dio, faciles partus facere poſteà, quoties [51] inferatur. Adiuuare & paſtinacæ radius adalligatus vmbilico [52] æſtimatur, ſi viuenti ablatus ſit, ipſaq; denuò in mare dimiſſa. Inuenio apud quoſdam oſtracium vocari, quod aliqui onychem vocant: hoc ſuffitum [q] vuluæ pœnis mirè reſiſtere. Odorem eſſe caſtorei, meliúſque cum eo vſtum proficere. Vetera quoque hulcera & cacoethe eiuſdem cinere ſanari. Nã carbunculos & carcinomata in mulierum [53] parte præſentiſſimo remedio ſanari tradunt cancro fœmina, cum ſalis flore contuſo poſt plenam Lunam, & ex aqua illito. Pſilothrum eſt thynni ſanguis, fel, iecur, ſiue recẽtia, ſiue ſeruata. Iecur etiã tritum, mixtaq; cedria plumbea pyxide aſſeruatũ. [54] Ita pueros [r] mangonizauit Salpe obſtetrix. Eadem vis eſt pulmonis marini: [55] leporis marini ſanguine & felle: vel ſi in oleo lepus hic necetur. Cancri [56] ſcolopendræ marini cinis cum oleo: vrtica marina trita ex aceto [57] ſcillite: torpedinis cerebrũ cũ alumine [58] illitum x v j. Luna. Ranę paruæ, quam in oculorum curatione deſcripſimus, ſanies [59] efficaciſſimè pſilothrum eſt, ſi recens illinatur: & ipſa arefacta ac tuſa, amox de coctatribus [60] heminis ad tertias, vel in oleo [61] decocta æreis vaſis. Eadem menſura alij ex quindecim ranis conficiunt pſilothrum, ſicut in oculis diximus. Sanguiſugę quoque toſtę in vaſe fictili,

30 lineáq; Vet.
31 verò, in M.d.
32 Intra alt. &c. omnẽ auferunt, & purr. hulcerum ſanãt, quęque Vet.
33 Et Salpa. Vet. obſtetricem' mulierem Rondel. intelligit, nõ piſcem.
34 oleo.CH.
35 impoſitæ.CH.
36 ſtrombi.CH.
37 extrahit.CH.
38 Pulmo marinus adligatus purgat egregiè profluuia.CH
39 virgo. Vet. prohibet Alij Vet. tardat. Echini quoque. Vet. alij
40 ſicere.CH.
41 æſypo. Vet.
42 ſtranguler. M.
43 rutaque & M. cum ruta & ſligine. Ver. trita, & in mulſo data.CH
44 idem. Vet.
45 idem. Vet.
46 dato.CH.
47 aut.CH.
48 caſtorem. M.
49 partu.CH.
50 ſit.CH.
51 inferetur.CH.
52 exiſtimatur. Vet. & CH.
53 genitali parte. Ve.
54 Iſto pueros puhe ſcere negauit mangonio Salpe. Vet.
55 leporiſque marini ſanguinis & felliu. Vet.
56 & ſcolopendræ marinæ. Vet.
57 ſcillito.CH.
58 illito vj.CH.
59 efficaciſſimũ. Vet.
60 heminis aceti ad cert. Vet.
61 decocta, in Ver.d.

& ex aceto illitæ, eundem contra pilos habent effectum. 62 Et ſuffitus vrentium eas necat cimices 63 inuectas. Caſtoreo quoque cum melle pro pſilothro vſi pluribus diebus 64 reperiũtur. In omni autem pſilothro 66 vellendi priùs ſunt pili. Infantium gingiuis dẽtitionibúſque 65 multùm confert delphini cum melle dẽtium cinis, & ſi ipſo dente gingiuæ tangantur. 67 Adalligatuſq; idem pauores repentinos tollit. Idem effectus & caniculæ dentis. Hulcera verò, quæ in auribus, aut 68 vlla corporis parte fiant, cancrorum fluuiatilium ſuccus cũ farina hordeacea ſanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo perunctis 69 proſunt. 70 Siriaſeſq; infantium ſpongia frigida 71 crebrò humefacta, rana inuerſa adalligata efficaciſsimè ſanat, quam s aridam inueniri affirmant. Mullus in vino necatus, vel piſcis rubellio, vel anguillæ duæ, item vua marina in vino putrefacta, ijs qui inde biberint, tædium vini affert. Venerem inhibet echeneis 72 & hippopotami frontis è ſiniſtra parte 73 pellis in linteolo adalligata, fẽlve torpedinis viuę genitalibus illitum. Concitant cochlearũ fluuiatilium carnes ſale adſeruatæ, & in potu ex vino datæ: 74 erythini in cibo ſumpti: iecur ranæ 75 diopetis vel calamitæ in pellicula gruis alligatum, vel dẽs crocodili maxillaris annexus brachio, vel hippocampus, vel nerui rubetæ dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rubeta alligata. Equorum ſcabiem ranæ decoctæ in aqua extenuãt, donec illiniri 76 poſſit. Aiuntq; ita curatos non repeti poſteà. 77 Et Salpe negat canes latrare, quibus in offa rana viua data ſit. Inter aquatilia dici debet & 78 t calamochnus, Latinè adarca 79 appellata. Naſcitur circa harundines 80 tenues è ſpuma aquæ dulcis ac u marinæ, vbi ſe miſcẽt. Vim habet cauſticam: ideò acopis 81 additur contra 82 perfrictionum vitia. Tollit & mulierum lentigines in facie. Et calami ſimul dici debent. x Phragmitis radix recens tuſa luxatis medetur, & ſpinæ doloribus ex aceto illita. Cyprij verò, qui & donax vocatur, cortex alopecijs medetur vſtus, & hulceribus veteratis: 83 y folia extrahendis quæ infixa ſint corpori, & igni ſacro. Paniculæ flos 84 ſi aures intrauerit, exſurdat. Sepiæ atramẽto tanta vis eſt, vt in lucerna addito Aethiopas videri ablato priore lumine, Anaxilaus tradat. Rubeta decocta, & in aqua 85 potu data, ſuum morbis medetur: vel cuiuſcunque ranæ cinis. Pulmone marino ſi confricetur lignum, ardere videtur, adeò vt 86 baculum ita præluceat.

62 Hic.CH.

63 inuctos.Vet. inuectus.Alij Vet.
64 quidẽ reper. Vet.
65 euelliendi.CH.
66 plurimum.CH.
67 Adalligatus.Vet. & CH.
68 alia.*Alij.*

69 ij proſunt.Vet.
70 Siriaſes.Vet.
71 cerebro humefacto, aut rana aduerſa. Vet.
72 & cinis hipp. &c. pelle in agnina alligatus.M.
73 in agnina pelle adalligatus.Vet.
74 erythrini.Vet.
75 dryophytis. Vet.

76 poſſint.Vet.
77 Et, in CH.d.
78 calamachne.
79 appellatus. CH.
80 tenuis.Alij.
81 vtilis.M.
82 perfricationum. CH.

83 folia extrahũt infixa corpori, & proſunt igni ſacro. Vet. Lego ex Dioſc. inueteratis: folia igni ſacro: radix extrahit quæ infixa ſunt corpori.
84 aures ſi intrauit. CH.
85 potui.Vet.
86 ſiculæ inſtar præl. Vet. ſiculã ita præl. Vet.Mediol.

ANNOTATIONES.

a Cum extremorum refrigeratione inuadentibus.
b Quoniam luſciniæ noctes totas inſomnes canunt.
c τραύγλου Athenæi. Vide Rondeletium.
d στρόβυλοι. turbines. Vide eundem.
e Leg. vel præciſos, id quo purpurę caſum ſuum operiunt. His intelligit purpuratum τὸ πώμιον Galeno: τὸ πλευμμόνιον, ὑπιπλευμμόνιον, ὑπίπλευμον Ariſtoteli.
f Præſeirim aperiendis mariſcis.
g Eius mentio ſit cap.22.lib.10.
h In Mœno, vel, vt alij legunt, Rheno Germaniæ, ſuprà cap.15. lib.9.
i Supernatans carne (τῇ ὑπερφερομένῃ) attolluntur.
k Cunila capitata Sereno πηριακοῖδι. polycnemon, cunilę bubulæ, id eſt origano foliis ſimile, ſed ea re diuerſum quòd vmbellæ loco in cacumine cauliũ corymbi caput habeat, acre, & odoris iucundi. Quamobrem cunilam vt origanum vocauerunt, capitatã verò ad origani differentiam. Vide quæ adnotata ſunt in cap. 16. lib.20.
l Vlceratas, lacte turgentes.
m Vide quæ adnotata ſunt in cap.vlt.lib.26.
n In cuxu laborioſo parturientis matris.
o Strangulantem.
p Gelatis. quod accidit ſæpe in tranſitu Alpium niuoſarum.
q Strangulationibus & ſuffocationibus τοῖς ἀγχομένοις πνιγμοῖσι. Dioſcor.
r Mangonio imberbes diu conſeruauit.
s Exiccatam nimio feruore capitis inflammati.
t Pericalamitis Galeno, & ſimiliſtris. calamachne. Vide cap.36. lib.16.cap.22.lib.20.
v Marinę, ſalſæ. Naſcitur enim in paludibus, aut lacubus ſalſis, in quorum vadis imis ſcaturit fons aliquis dulcis, non in mari: vel contrà in ijſdem aquis dulcibus, in quarum profundo ſalſus fons emicat, vt in lacu Marſonetæ prope Carcaſſonam Galliæ.
x Ad ſæpes faciendas vtilis ob craſſitiem & firmitatem. Eum eſſe volunt, quem ex Theophr. loco proximè citato appellauit χαρακίαν.
y Radix per ſe aut illita cum bulbis exrahit quæ infixa ſunt corpori: folia trita & impoſita medentur igni ſacro. Dioſcorides.

Animalium omnium in mari viuentium, centum ſuptuaginta ſex genera eſſe. CAP. XI.

1 quadraginta quatuor CH.
2 omnium.Vet.
3 nequit.Vet. non quiuit.Alij Vet.

PEracta aquatilium dote, non alienum videtur indicare per tot maria, tam vaſta, & tot millibus paſſuum terræ infuſa, extraq́ue circundata menſura penè ipſius mundi, quæ intelligantur animalia centum 1 ſeptuaginta ſex 2 omnino generum eſſe, eaq; nominatim complecti: quod in terreſtribus volucribuſq; fieri 3 nõ quit. Neque enim omnis Indiæ Æthiopiæq; aut Scythiæ deſertorúmve nouimus feras, aut volucres,

cres, cùm hominum ipſorum multò 4 plurimæ ſint differentiæ, quas inuenire 5 potuimus. Accedat his Taprobane, inſulæque aliæ Oceani fabuloſè narratæ. Profectò conueniet, non poſſe omnia genera in contemplationem 6 vniuerſam vocari. At hercule in tanto mari a Oceano 7 quæcunq; naſcuntur, certa ſunt, notioraque, quod miremur, quæ profundo natura merſit. Vt à belluis ordiamur, b arbores, phyſeteres, balænæ, 8 priſtes, Tritones, Nereides, c elephanti, d homines qui marini vocãtur, rotæ, orcæ, arietes, muſculi, & alij piſcium forma e arietes, delphini, celebréſque Homero vituli. Luxuriæ verò 9 teſtudines, & Medicis fibri, quorum è genere lutras 10 nuſquam mari accepimus mergi, tantùm marina dicentes. Iam caniculæ, 11 f dromones, cornutæ, gladij, ſerrę: communéſque mari, terræ, amni, hippopotami, crocodili: & amni tantùm ac mari, thynni, thynnides, ſiluri, coracini, percæ. Peculiaris autem 12 maris acipenſer, aurata, aſellus, 13 acarne, 14 aphya, alopecias, anguilla, araneus, 15 box, batis, 16 bãchus batrachus, 17 belone, quos g aculeatos vocamus, balanus, coruus, cytharus. 18 Chromborum genera, 19 cyprinus, chalcis, 20 cobio. 21 Callarias aſellorum generis, ni minor eſſet. 22 Colias ſiue parianus, h ſiue 23 ſaxitanus à patria Bætica, lacertorum 24 minima: ab ijs Mœotici: cybium. i Ita vocatur cõciſa pelamis, quæ poſt xl. dies à Ponto in Mœotin reuertitur. Cordyla, & hæc pelamis puſilla, cùm in Pontũ è Mœotide exit, hoc nomẽ habet: cantharus, calliony mus, ſiue vranoſcopus, k cinædi ſoli piſcium lutei: cnide, quam nos vrticam vocamus. Cancrorũ genera, 25 chamętrachea, chamæleos, chamępelorides generis varietate diſtantes & rotunditate, chamæglycymerides, quæ ſunt maiores, quàm pelorides, 26 colycia ſiue corophya. Concharum genera, inter quæ & margaritiferæ: cochleæ, quarum generis 27 pentadactyles, 28 melicembales, 29 echinophoræ dicuntur quibus cantant. Extra 30 has ſunt rotũdæ in oleario vſu cochleæ, cucumis, m cynopus, cãmarus, 31 cyno ſdexia, draco. Quidam aliud volunt eſſe dracunculum. Eſt autem 31 graculo ſimili. Aculeos in branchijs habet ad caudam ſpectantes. Sic & ſcorpio lædit, dum manu tollitur erythinus, echeneis, echinus. Elephãti locuſtarum generis nigri, pedibus quaternis, biſulcis: prætereà brachia duo binis articulis, ſinguliſq; 32 forficulis denticulatis. Faber ſiue zeus, glaucíſci, glanis, gonger, 33 gerres, galeos, garus, o hippus, hippuros, hirundo, halipleumon, hippocampos, 34 hepar, helacathenes. Sunt lacertorum genera, loligo volitans, locuſtæ, lucernæ, 35 liparis, 36 lamyrus, lepus, leones, quorum brachia cãcris ſimilia ſunt, reliqua pars locuſtæ: mullus, merula inter 37 ſaxatiles laudata, mugil, melanurus, mæna, pmeryx, muræna, mys, 38 mitulus, myſcus, murex, oculata, ophidion, oſtrea, otia, orcynus. r Hic eſt pelamidũ generis maximus, neque redit in 39 Mæotin, 40 ſimilis tritoni, vetuſtate melior. Orbis, 41 orthragoriſcus, phager, phycis 42 ſaxatilium, pelamis: earum generis maxima 43 apolectus vocatur, durior tritone: 44 phorcus, 45 phitharus, paſſer, paſtinaca. Polyporum genera: pectines maximi & nigerrimi æſtate, 46 laudatiſſimi Mitylenis, Tyndaride, Salonis, Altini, Antij, in inſula 47 Alexandriæ in Ægypto pectunculi, purpuræ, 48 percides, pinna, 49 pinnotheræ, rhina, quem ſquatum vocamus. Rhombus, ſcarus principalis hodie. Solea, ſargus, ſcylla, ſarda. Ita vocatur pelamis lõga, ex Oceano veniens. Scomber, ſalpa, ſparus, ſcorpæna, ſcorpios, s ſciadeus, 50 ſciæna, ſcolopendra, ſmyrus, 51 ſcepini, ſtrombus, t ſolen, ſiue aulos, ſiue donax, ſiue onyx, ſiue dactylus, ſpondylus, ſmarides, ſtella, ſpongia. Turdus inter ſaxatiles 52 nobilis. u Tomus thurianus, quem 53 alij xiphiã vocant. 54 Theſſa, torpedo, tethea. Triton pelamidum generis magni: ex eo vręa 55 cybia fiunt. 56 Vrenæ, vua, xiphiæ. His adijciemus 57 apud Ouidium poſita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur: ſed fortaſſis in Ponto naſcuntur, vbi id volumen ſupremis ſuis temporibus inchoauit: 58 y Bopgyrum in ſcopulis viuentem 59 orphum rubẽtem, rhacinúmque pullum, pictas mormyras, aureíque coloris chryſon. Præterea 60 paruum teragũ, & placẽtem cauda z labrũ: A epodas lati generis. Prę-

ter hæc inſignia piſciũ tradit channẽ ex ſeipſa cõcipere, glaucũ æſtate nunquã appa rere,

4 plures.M.
5 non potuimus Accedant. Vet. quas inuenire potuimus.Vet. Mediol
6 vniuerſi Vet.
7 quæque.CH.

8 priſtrices.CH.

9 natæ teſtud.Vet.

10 nunquam.M.
11 drynones.CH.

12 mari Vet.
13 Acarnan Rondel.
14 aphie, alopię CH.
15 boca, batia Vet.
16 bacchus. M. bachus.CH.
17 belonæ, quas acus. Vet.
18 Chromidum Vet. Rhomborum.CH.
19 peſſimus CH.
20 gobio Vet & CH.
21 Cullyris CH.
22 Colias Parianus, ſiue Sexcitanus Vet.
23 Sexcarius.CH.
24 minimus.Vet.

25 chame-trachęa: chame-leia Dal.
26 corycia, ſiue coryphæa.Vet. Cochlidia, ſiue corythia vel ſuprà chylethya ſiue. CH.
27 pẽtedactyli. Vet. & CH.
28 meliceribali. Vet.
29 actinophoræ.CH.
30 hæc.CH.
31 gerioulæ.CH.

32 forpiculis.Vet. forficibus.CH.
33 girres.CH.
34 hepatus.Vet.

35 laepris CH.
36 lamia.
37 ſaxatilia.M.
38 ſiue mitulus. Vet. milus.M.
39 Pontum. Vet. ex Ariſt.
40 ſimiliter Tritoni. nec vetuſt.Vet.
41 orchagoriſcus. CH.
42 ſaxatilis.Vet. ſaxatiliũque CH.
43 apolectos.Vet.
44 porcus.M. ſiue aper.
45 pſorus eũ & pſygrum Numenius appellat.
46 laudatiſſimi autẽ Mityl.CH
47 Alexandriæ Aegypti Vet.
48 percæ.
49 pinnotheras, rhina, quã iquatinã. Rond.
50 ſiue ſciæna. Ex Rond.
51 ſepiæ. Alij. ſepta. CH. forte, ſepia
52 nobilis tranſ. M. puto, trachinus.
53 aliqui xiphiæ putant. Vet.
54 Thriſſa. Alij. Thaſſa. CH
55 & cybia. Dal.
56 venerię. M. venariæ vua yphias. CH.
57 ab Ouidio. CH.
58 bouuam per gyrũ. CH.
59 orphym rubẽrémque acynum pulum. CH.
60 parum tragum. CH.

61 chronium.CH.

62 appellatus Græcis.CH.
63 sphyræna nomine, sudi rostro similis. Vet.
64 non, in M.d.
65 defixo, hianteque. Vet.

66 captũ. Exeunt præter hæc.CH.

rere, põpilum qui semper comitetur nauigiorum cursus, 61 chromin qui nidificet in aquis. Helopẽ quoque dicit esse [B] nostris incognitum vndis: ex quo apparet falli eos, qui eũdem acipenserem existimauerunt. Helopi palmam saporis inter pisces multi dedêre. Sunt præterea à [C] nullo autore nominati, sudis Latinè 62 appellata, à Græcis 63 sphyræna rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen nõ degener. Appellantur & pernę concharum generis, circa Pontias insulas frequentissimæ. Stant velut suillo crure longo in harena 65 defixę, hianteſque, quà limpitudo est, pedali non minùs [D] spatio, cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Intus pro spondylo grandis carò est. Et [E] hyænam piscem vidi in Ænaria insula 66 captũ, caput exerentẽm. Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potiùs annumeranda, quàm animalibus.

ANNOTATIONES.

a Plinij seculo derecta nondum erat America, atque adeò nec India orientalis, quarum maria pisces quamplurimos à nostris diuersissimos nutriunt.

b Arbor belua, non stellæ marinæ genus maximum, memoratur cap.4.lib.8.Ibidem Physeter. Triton & Nereis cap. 5.ibidem. Tritonem describit Aelianus cap.21.lib.13. animal. Pausanias in Bœoticis, Alex.ab Alex.cap.8.lib.3.

c Elephantum esse volunt rostmarum Olai Magni, sic dictum quòd dentes exertos habeat elephanti modo, è quibus capuli gladiorum fiunt, vt ex ebore. Rotas describit auctor cap. 4. lib.8. Aelianus cap.20.lib.13.animal. Ioui is lib.de piscibus.

d Quales episcopus & monachus Rondeletij. Apud Pausaniam in Phocicis Cleon Magnes refert marinum hominem se vidisse in littus eiectum, non breuiorem quinque ingerum spatio, qui fulmine ictus conflagrauerat.

e Arietes memorat autor ca. 5.li.8. A ietem marẽ & fœminã describit Aelianus cap.2.li.15.animal. Arietes priore loco hic appellatos quidam esse volunt arieti bellicæ machinæ similes: alios ve ò paulò pòst nuncupatos, arieti quadrupedi, & corn.b. & capite.

f Dromones à cursu, marinæ beluæ genus. Aristot.cap.2. lib.1. histor. *Ἀγαμέλους* vocat, qui in Pontũ aliunde ex currunt, thynnos, pelamidas, amias. Dromones Hesychio parui cancri, qui in maris æstuarijs velocissimè per aquam summam decurrunt.

g A similitudine, quam cum acũ habent, vnde nomen impositum.

h Vet. siue Sexitanus. Martialis, *Cùm sexitani fertur tibi cauda lacer.* Iuuenalis Satyr.14. *Alterius concham æstimi cum parte lacerti.* Quæ sequuntur sic lego. Lacertorum æmulus. Ex hoc & concisa pelamide Mœoticis paratur quod cybium vocant. Pelamis hoc nomen habet, cùm post 40. dies è Ponto in Mœotin reuertitur. Cordyla verò pelamis pusilla est cùm in Pontum è Mœotide exit. Cantharus &c. Fallitur tamen Plinius. nam pelamis auctore Aristotele à mari in Pontum reuertitur, cordyla verò è Ponto in mare exit: vt legendum sit, nomẽn habet cùm è mari in Pontum reuertitur, cordyla verò pusilla pelamis cùm post 40. dies è Ponto in mare exit.

i Verno tempore thynni Pontum è mari per euripum subeuntes, ibi fœtificant. Minutus fœtus, qui quadragesimo pòst die redeuntes in mare comitantur, cordylæ vocantur. Eędem in mare reuersę & illic augescentes, pelamides nominantur, tritones, orcyni, siue apolecti. Anni pòst tertij verno tempore, cùm in Pontum reuertuntur adultæ, thynni sunt. Ex cordylis integris fiebat salsamentum, de quo Martialis, *Ne toga cordylis, ne pemula desit olivis* &c. Ex pelamidibus (quarum maximæ, tritones & apolecti, quasi eximiæ, nunc nanciscuntur) concisis fiebant salsamenta cybia, quadratæ figurę, & *τετράπλευρα*, siue, *ου* mutata in *ω*, *πλάγια*, è locis quæ ad caudam sita sunt, macerrima, & nullo pingui grata. Plinius non satis hęc distinxit. Suetonius Vespasianum ab Alexandrinis ob sordes vocatum fuisse Cybiosacten, non, vt legimus, Cybiotaten, air, quasi Salsamentarium, à cognomine vnius è regibus suis turpissimarum sordium, de quo Strabo lib.17.

k C: nædi tou piscium. Rondel.cap.4.lib.6.nam & cancri quidam & cancelli, & leones flaui sunt. *περιπλανᾶσθε*, id est, cereos, vocat Athenæus: *πυρρόνους βαυθοὺς*, Numenius.

l Lego, *καλαμηρίδαι*, melicribali. Est autem *μαλακόστρα*, siue *μαλάκια*, Gazæ fauus, purgamẽtum buccinorum & purpurarum, vere no tempore simul coëuntium, & saliuario quodam lętore struem gignẽtium puraminibus cicerum alborum cohærentibus, & connexis similem. Vide Rondel.

m Quidam legunt cynoglosson, memoratum ab Epicharmo inter pisces apud Athenæum: quidam cucullum, Plinio hactenus non dictum.

n Legendum puto synodontis, ac reponendum in censu piscis, quorum nomen incipit à litera S.

o Lego, hippeis: nempe cancros littorales Phœnicię, rantæ velocitatis vt eos cursu assequi facile non sit.

p Cùm scari duo sint, alter *ἰσόπλευρος*, alter *ἑτερόπλευρος*, *ὑπόμυαξ* etiam *μάμυαξ* epitheto peculiari vocauerunt, quòd latis verinsque maxillę dẽtibus solus ruminet.

q Aures marinæ, siue *λιπαρὲς ὠτίον* Rondeletij.

r Hic pelamidum generis maximus, tritoni similis, neque redit in mare, neque vetustate sit melior. Sic emendandus locus. Nã cùm orcynus Athenæo carne sit dura, & senescentia corpora omnia duriora fiant, eum vetustate deteriorem fieri probabile est, contra naturam aliorum piscium. Non tamen satis attentè Plinius orcynum, qui post cetaceum maximus thynnus est, cum tritone, in pelamidum genere, maiore farda, minore quàm apolectus, comparat.

s Coracinus subniger Rondeletij.

t Vide cap.61.lib.9. & cap. 9. huius libri. De eo pisce Sophron mimographus apud Athenęum, *σωλῆνα γλυκύτητος μεγάθει χειρὸς μικρῷ μείονα λιχνείαισι*. Leopar.cap.22.10.

v Salsamenti genus fuit ex Xiphia cetaceo & ingenti pisce in frusta diffecto sale condita, quod ex Thurijs Romam adiuehebatur. Nomẽ id Græci est *ἀπὸ τοῦ τέμνειν*. Sic olim veteres præcisum vocarunt carnis & viscerum dissectã partem. Lucilius li.20. Satyr. *---præciso atque epulis capiuntur opimis.* Athe.pa.138.lin.16. *ἐπὶ δὲ τῶν ἐκτετμημένων ἀλισθήναι τριωβόλου τέως μνᾶς ὠνεῖτο τὸ ἥμισυ, καὶ μάλιστα τὸ θυρεοῦ παλούμενον βαλανείου κωλῆς, ὅπου καλλιμέγας*: ac rursum pag.155.lin.13. *τοῦτο τὸ ἰχθύδιον μέρος ὑφ' ἡμῶν ἐνταῦθα παλούμενον θύραιον τόμου, γίνεται δὲν ἀφ' ἑτερογενοῦς*.

x Veneriæ. Seneca lib.epist.o.15. Venerię, spondylique, & ostrea earenus circùmcisa, qua eduntur. Turn.cap.22.lib.17. Aduers.

y Apud Ouidium fortassis legendum fuit Box piger, quod vocabulum in bopgyrum vitiatum est.

z Vide an legendum labracem, id est lupum: an potiùs mugilem *χελῶνα*, labrum à magnitudine labrorum vocauerit.

A Quidam epodas latorum generis. De lato pisce, coracino simili, multa Rondeletius & Athenæus.

B *Et pretiosus helops, nostris incognitus vndis.* Ex fragmento Halieuticõn.

C Mirum quod scribit Plinius, sphyrænas & pernas ab auctore nullo fuisse nominatas, cùm sphyrænarum auctores omnes Græci meminerint, pernæq; pinnarum sint genera celebratũ à Græcis, & hygnas turliones esset quidam magnæ auctoritatis cẽsebant.

D Quantũ byssus, cui alligatæ hærẽt, sẽgitudine sua permittit.

E Hyæna, cetaceus, ingens & vastus piscis. Oppianus *ἀπείριον ὄγκῳ ὑαίνης*.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ LIBER XXXIII.

Metallorum naturæ.

PROOEMIVM.

METALLA nunc, ipsęq; opes, & rerum pretia dicentur, tellurẽ intus [1] inquirente cura multiplici modo: quippe alibi diuitijs foditur, quærente vita aurum, argentum, electrum, ęs: alibi delicijs gemmas, & parietum digitorúmque pigmenta: alibi temeritati ferrum, auro etiam gratius inter bella cædésque. Persequimur omnes eius fibras, [2] viuimusq; super excauatam, mirantes dehiscere aliquando, aut intremiscere illam, ceu verò nõ hoc etiam indignatione sacræ parentis exprimi possit. Imus in viscera eius, & in sede Manium opes quærimus, tanquã parùm benigna fertilique, [4] quaquà calcatur. [5] Inter hæc minimùm remediorum gratia scrutamur. [6] Quoto enim cui que fodiendi causa medicina est? Quanquàm & hæc summa sui parte tribuit, vt minimè parca, facilisq; in omnibus [7] quæ prosunt. Illa nos premunt, illa nos ad inferos agunt, quæ occultauit atque demersit, illa quæ non nascuntur: vt repentè mens [8] ad inane euolans reputet, quæ deinde [9] futura sit finis, seculis omnibus exhauriendi eam, [10] quousque penetret auaritia. Quàm innocens, quàm beata, imò verò & delicata esset vita, [11] si nihil aliud, quàm supra terras, concupiscęret, breuiterq; nisi quod secum est? Eruitur aurum & chrysocolla iuxtà, vt pretiosior videatur nomen ex auro custodiens. Parùm enim erat vnam vitæ inuenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam [a] sanies. Quærebat argentum auaritia: boni consuluit interim inuenisse minium, rubentísque terræ excogitauit vsum. Heu prodigiosa ingenia, quot modis auximus pretia rerum? Accessit ars picturæ, & aurum argentúmque cælando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. Auxere & artem vitiorum irritamenta. In poculis libidines cælare iuuit, ac per obscœnitates bibere. Abiecta deinde [12] sunt hæc, & sordere cœpere: & auri argentíque nimiùm fuit. Murrhina & crystallina ex eadem [13] terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. Hoc argumentum opum, hæc vera [14] luxuriæ gloria existimata est, habere quod posset statim totum perire. Nec hoc fuit satis, [15] turba gemmarum potamus, & smaragdis [b] teximus calices: ac temulentiæ causa [16] tenere Indiam iuuat: & aurum iam [c] accessio est.

1 exquirẽte.CH. exquirente cura multiplici. Modo quippe. M.

2 videmusque super (leg. subtus) excauatos montes dehiscere aliquando autem. M.
3 etiam exemplum indignationis. M.
4 quà secatur. Vet. quà calcatur: & interhæc. M.
5 et inter CH.
6 Cui enim fodiendi. M.
7 quæcunque. M. & CH.
8 ad hæc inania volans rep. quis deinde futurus sit. Vet.
9 futura, si finis non est seculis. M.
10 & quousque penetratura sit auaritia. Vet. quousque penetratura auar. CH.
11 si nihil, nisi quod supra terras est, concupiscęret habęrętque nihil nisi quod. M. si nihil aliúde &c. vt in vulg. CH.

12 sunt demum hæc. M.
13 tellure. M.
14 luxuria existimata est. M.
15 turbam gemm. potamus ex smar. M.
16 temeramus diem. Iuuat & aurum accessione. M.

ANNOTATIONES.

a Nam chrysocolla fit è limoso succo per auri venam fluente, & illic densato in pumicis duritiem.

b *χρυσόκολλα* vasa intelligit, aureis scalpturis, crustis, imaginibus annulis ornata.

c Id est quod Iurisconsultus ait l.19.§.pen. nonnunquam aurum gemmis & margaritis cedere. Cuiacius cap.18.lib.10. Obseruat.

Quæ

Quæ prima commendatio metallorum auri, & de origine anulorum aureorum, & modo auri apud antiquos, & equestri ordine, & de iure anulorum aureorum. CAP. I.

VTinámque posset è vita in totum abdicari [2] aurum, sacra fames, vt celeberrimi autores dixere, prosciſſum conuicijs ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum: quantùm feliciore æuo, cùm res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus factitatum, [a] Homero credi conuenit. [b] Ita enim (vt opinor) commercia victus gratia [2] inuenta. Alios corijs boum, alios ferro captiuiſque rebus [3] emptitasse tradit: quanquàm & ipse miratus aurum, æstimationes rerum ita fecit, vt cętum [c] boum arma aurea [d] permutasse Glaucum diceret cum Diomedis armis nouem bouum. Ex qua consuetudine [e] mulcta legum antiquarum pecore constat, etiã Romæ. Peſſimum vitæ scelus fecit, [4] qui anulũ primus induit digitis. Nec hoc quis fecerit traditur. Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanquã illi quoque ferreum anulum [5] dederit antiquitas: vinculumq; id, non gestamen, intelligi [6] voluerit. [f] Midæ quidem anulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur? manus & prorsus sinistræ maximam autoritatem [7] cõciliauere auro, non quidem Romanæ, quorum more [8] ferreum id erat & bellicæ virtutis insigne. De regibus Romanis non facilè dixerim. Nullum habet Romuli in Capitolio statua, nec præter Numæ Seruiſque Tullij alia, ac ne L. quidem Bruti. Hoc in Tarquinijs maximè miror, [g] quorum è Græcia fuit [9] origo, vnde hic anulorum vsus venit, quanquam etiam nunc Lacedæmone ferreo [10] vtantur. Sed à Priſco Tarquinio omnium primo filium, cùm in prætextæ annis occidiſſet hoſtem, [h] bulla aurea donatum constat: vnde mos bullæ durauit, vt eorum qui equo meruiſſent filij, [i] insigne id haberent, cęteri lorum. Et ideò miror Tarquinij eius statuam sine anulo esse. Quãquam & de nomine ipso [11] ambigi video: Græci à digitis appellauere: apud nos priſci vngulum vocabant: posteà & Græci & noſtri symbolum. Lõgo certè tempore ne Senatum quidem Romanum habuiſse aureos, manifestum est. Siquidem [12] his tantùm qui legati ad exteras gentes ituri essent, anuli publicè dabantur: credo, quoniam ita [13] exterorum honoratiſſimi intelligebantur. Neque alijs vti mos fuit, quàm qui ex ea causa publicè accepiſſent: vulgóque sic triumphabant. Et cùm corona ex auro [k] Hetruſca ſuſtineretur à tergo, anulus tamẽ in digito ferreus erat, [14] ęquè triũphantis, & serui fortaſſe coronam ſuſtinentis. Sic triumphauit de Iugurtha C. Marius: aureumq; non ante [15] tertium Consulatum ſumpſiſſe traditur. Hi quoque, qui ob legationem acceperant aureos, in publico tantùm vtebantur [16]: eis intra domos verò ferreis. Quo argumento etiam nunc [17] ſponſæ [l] anulus ferreus mittitur, iſque [m] ſine [18] gemma. Nec Iliacis temporibus vllos fuiſſe anulos video: nuſquã certè Homerus dicit, [n] cùm & codicillos miſſitatos epiſtolarum gratia indicet, & [o] conditas arcis veſtes, [p] ac vaſa aurea argenteaque, & ea colligata [19] nodi, non anuli, nota. [q] Sortiri quoque contra prouocationem duces non anulis tradit. [r] Fabricam etiam Deũm fibulas, & alia muliebris cultus, ſicut maures, in primordio factitaſſe, ſine mẽtione anulorum. Et [20] quiſquis primus inſtituit, cunctanter id fecit, læuiſque manibus [21] ac latentibus induit, [22] cùm, ſi honos ſecurus fuiſſet, dextra fuerit oſtentãdus. Quòd ſi impedimentum potuit in eo aliquod intelligi etiam [23] ſ conſertoris vſu, argumentum eſt, maius in læua fuiſſe, qua ſcutum capitur. [t] Eſt quidem apud eũdem Homerum virorum crinibus aurum implexum: ideò neſcio an prior vſus à fœminis cœperit. [24] Romæ quidem non fuit aurum, niſi admodum exiguum, longo tempore. Certè cùm à Gallis capta vrbe pax emeretur, non plus quàm mille pondo [25] efici potuere. [26] Nec ignoro duo millia pondo auri [u] periſſe, Pompeij tertio Conſulatu, è Capitolini Iouis ſolio, à Camillo ibi condita, & ideò à pleriſque exiſtimari duo millia pondo

2 aurum, in CH.d.

3 2 inuẽta. Alios. M. mutaſſe. M. emitaſſe. CH.

4 qui id primus. M. qui primus induit. CH. voce, anulũ, expuncta.

5 dedit. CH.
6 voluit. CH.

7 conciliauerunt au. non qui. Romanis quo. mo. ferẽdum erat, bellicq. M.
8 ferrum erat bellicæ. M. aliud.
9 origo. Hæc anul. vſum inuenit. M.
10 vtuntur. M.

11 ambigitur. Id Græci à dig. app. apud nos priſci cingulum. M.
12 ijs. Vet.

13 exteris. Ves.

14 æqua fortuna triũphantis, & ſerui coronam. M. Turn.
15 tertio Conſulatu. Ver.
16 his. CH.
17 ſpõſæ muneri ferreus anulus. CH.

18 gemma. Et quidẽ nec. M. gemma. Equidem nec. CH.

19 nodo, non anulo notata. Vet.

20 qui primus. Alij.

21 Latẽtibuſque. CH.
22 quaſi non ſecurus fuerit dexteræ oſtentandæ. M.
23 ſertoris vſus. M. ſertoris vſus. CH.

24 Romæ ne fuit quidem aurum. CH.
25 ſoluere. M. efficì, in CH.d.
26 Nec ign. M. Craſſum duo mil. pon. aurea puiſſe ſuo & Pompeij. M. & Turn.

lia pondo collata. Sed quod acceſſit, Gallorum præda fuit, detractúmque ab his in parte [27] captæ vrbis delubris. Gallos autem cum auro pugnare ſolitos, Torquatus indicio eſt. Apparet ergo Gallorum templorúmque [28] tantundem, nec ampliùs fuiſſe: quod quidem in augurio intellectum eſt, cùm Capitolinus duplum reddidiſſet. Illud quoque obiter [29] indicari conuenit, quoniam de anulis ſermonem repetimus, ædituum cuſtodiæ eius comprehenſum, fracta in ore anuli gemma, ſtatim expiraſſe, & indicium ita extinctum. Ergo vt maximè duo tantùm millia pondo, cùm capta eſt Roma anno [x] trecenteſimo lxiiij. fuere, cùm iam capitum liberorum cenſa eſſent clij. millia quingenti [30] lxxx. In eadem poſt annos cccvij. quod ex Capitolinæ ædis incendio cæteríſque omnibus delubris [31] C. Marius filius Præneſte detulerat, tredecim millia pondo: quæ ſub eo titulo in triumpho tranſtulit Sylla, & argenti [32] vij. [33] millia. Idem ex reliqua omni victoria pridie tranſtulerat auri pondo xv. millia, argenti pondo centum & quindecim millia. [y] Frequentior autem vſus anulorum non ante Cn. Flauium Annij filium deprehenditur. Hic nanque publicatis diebus faſtis, quos populus à paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus eſt, alioquin libertino patre genitus, & ipſe Appij Cæci ſcriba, cuius hortatu exceperat eos dies, conſultando aſſiduè ſagaci ingenio, promulgauerátque, vt Ædilis curulis crearetur cum Q. Anicio Præneſtino, qui paucis antè [34] annis hoſtis fuiſſet, præteritis C. [35] Petilio & Domitio, quorum patres Conſules fuerant. Additum Flauio, vt ſimul & Tribunus plebis eſſet. Quo facto tanta Senatus indignatione exarſit, vt anulos ab eo abiectos fuiſſe, in antiquiſſimis reperiatur Annalibus. [36] Fallit pleroſque, [37] qui tum & equeſtrem ordinem id feciſſe arbitrantur. [38] Eſt enim adiectum hoc quoque: ſed & [39] phalera poſita, propter [40] quæ nomen Equitum adiectum eſt. Anulos quoque depoſitos à nobilitate, in Annales relatum eſt, non à Senatu vniuerſo. Hoc actum P. Sempronio [41] Longo, L. Sulpitio coss. Flauius vouit ædem Concordiæ, ſi populo reconciliaſſet ordines. Et cùm ad id pecunia [42] publica non decerneretur, ex multatitia fœneratoribus condemnatis ædiculam æream fecit in Græcoſtaſi, quæ tunc ſupra comitium erat. Inciditque in tabella ærea eam ædem, [43] c. quatuor annis poſt Capitolinam dedicatam. [44] Ita cccclxviij. à condita vrbe geſtum eſt: & primum anulorum veſtigium extat. Promiſcui autem vſus alterum ſecundo Punico bello: neque enim aliter [45] potuiſſent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Inter Cepionem quoque & Druſum ex anulo in auctione vænali, inimicitiæ cœpere: vnde origo ſocialis belli, & exitia rerum. Ne [46] tum quidem omnes Senatores habuerunt: vtpote cùm memoria auorum multi Prætura quoque functi, in ferro conſenuerint: ſicut Calphurnium & [47] Manilium, qui legatus C. Marij fuerat Iugurthino bello, Feneſtella tradit: & multi L. [48] Fuſidium illum, ad quem Scaurus de vita ſua [49] ſcripſit: in Quintiorum verò familia aurum ne fœminas quidem habere mos fuerit: nullóſque omnino anulos maior pars gentium hominúmque, etiam qui ſub imperio noſtro degunt, hodiéque habeat. Non ſignat Oriens aut Ægyptus etiam nunc, literis contenta ſolis. Multis hoc modis, vt cætera omnia, luxuria variauit, gemmas addendo exquiſiti fulgoris, cenſúque opimo digitos onerando, ſicut dicemus in gemmarum volumine: mox & effigies varias cælando, vt alibi ars, alibi materia eſſet in pretio. Alias deinde gemmas violari nefas putauit: ac ne quis ſignandi cauſam in annulis eſſe intelligeret, ſolidas induit. Quaſdam verò neque ab ea parte quæ digito occultatur, auro cluſit, aurúmque [50] millibus lapillorum vilius fecit. Contrà verò multi nullas admittunt gemmas, auróque ipſo ſignant: id Claudij Cæſaris principatu repertum. [z] Necnon [51] & ſeruitia [A] iam ferrum auro cingunt: alia per ſeſe mero auro decorant: cuius licentiæ origo nomine ipſo in Samothrace id inſtitutum declarat. Singulis primò digitis geri mos fuerat, qui ſunt minimis proximi: ſic in Numę & Seruij Tullij ſtatuis videmus. Poſteà pollici proximo induêre, etiã Deorum ſi-

27 captis. M.
28 tantum. M.

29 indicere. CH.

30 lxxxiiij. Vet. lxxiij. M. lxxij. CH.
31 C. Marij.

32 vj. M. & CH.
33 millia in CH.d. & mox bis.

34 annis iudicatus hoſtis, Ver.
35 Potellio. CH.

36 Fallũtur plerique. Ver.
37 quod tum CH.
38 etenim adiectum. CH.
39 phaleræ poſitæ. M.
40 quas. Vet.
41 Longo, in CH. d.

42 publicè. CH.

43 ccc. M. fictum eã ædem ccc. quatuor. &c. CH.
44 Id. &c. annis à cõd. vr. ge. eſt. Poſt primũ annuli veſt. extat promiſcui vſus. M.
45 potuiſſet Turn.

46 eum M.

47 Manlium. Vet.

48 Puſidium. CH.
49 ſcribit. M.

50 molibus. Vet.

51 ſeruũ etiam ferrũ M.

mulacris:dein iuuit & minimo dare. Galliæ Britanniæque in medio dicuntur vſæ. Hic nunc ſolus excipitur: cæteri omnes [52] onerantur atque etiam priuatim articuli minoribus [53] alijs. Sunt qui tres vni minimo congerant: alij verò & huic vnum tantùm, quo [54] ſignatem ſignent. Conditus ille, vt res rara, & iniuria vſus indigna, velut è ſacrario promitur: & vnum in minimo digito habuiſſe, pretioſioris in recondito ſupellectilis oſtentatio eſt. Iam alij pondera eorum oſtentant. Alijs plures quàm vnum, [c] geſtandæ labor eſt. Alij [D] bracteas infarcire leuiore materia propter caſum [E] tutius gemmarum ſolicitudini putant. Alij ſub gẽmis venena cludunt, ſicut [F] Demoſthenes ſummus [55] oratorum Græciæ, anuloſque mortis gratia habent. Denique vt plurimùm [56] opum ſcelera anulis fiunt. Quæ fuit illa priſcorum vita, qualis innocentia, in qua nihil ſignabatur? At nunc cibi quoque ac potus anulo vindicantur à rapina. Hoc profecẽre mancipiorum legiones, & in [57] domo turba externa, [58] ac ſeruorum quoque cauſa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos, ſinguli [G] Marcipores Luciporéſve dominorum gentiles, omnem victum in promiſcuo habebãt: nec vlla domi cuſtodia à domeſticis opus erat. Nunc rapiendæ comparantur epulæ, paritérque qui rapiant [59] eas, & claues quoque ipſas ſignaſſe non eſt ſatis: grauatis ſomno aut morientibus anuli detrahuntur: maiórque vitæ ratio circa hoc inſtrumentum eſſe cœpit, incertum à quo tempore. Videmur tamen poſſe in externis autoritatem eius rei intelligere circa [H] Polycratem Sami tyrannum, cui dilectus ille anulus in mare abiectus, capto relatus eſt piſce, ipſo circiter c c x x x. [60] annum vrbis noſtræ interfecto. Celebratior quidem vſus cum fœnore cœpiſſe debet: argumento eſt conſuetudo vulgi, ad ſponſiones etiámnum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior: vt planè affirmare poſſimus, nummos antè apud nos, mox cœpiſſe anulos. De nummis paulò pòſt dicetur. Anuli diſtinxere alterum ordinem à plebe, vt ſemel [61] cœperant eſſe celebres, ſicut tunica ab anulis Senatum tantùm: quanquam & hoc ſerò: vulgoq; [I] purpura latiore tunicæ vſos inuenimus etiam præcones, ſicut patrem L. Ælij [62] Stilonis, Præconini ob id cognominati. Sed anuli planè medium ordinem, tertiúmque plebi & patribus inſeruere: quod anteà militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ iudices tribuũt. Nec pridem id factum: [63] Diuo Auguſto [K] decurias ordinante, maior pars iudicum in ferreo anulo fuit: iſque non equites, ſed iudices vocabantur. Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum. Iudicum quoque nõ niſi quatuor decuriæ fuere primò; víxque ſingula millia [64] in decurijs inuenta ſunt, nondum prouincijs ad hoc munus admiſſis: ſeruatúmque in hodiernum [65] eſt, ne quis è nouis ciuibus in ijs judicaret.

52 honorantur.M.
53 annulis Vet.
54 ſignanda.M.
55 Græciæ orator. CH.
56 ob ſcelera annuli ſiunt.
57 domos.Vet.
58 acta.M.coacta,forſaſſis.
59 eas.Sed &.Alij.
60 anno.M.
61 cœperunt.Vet.
62 Stolonis.Ver.
63 Diuo enim Aug. M.
64 in decuria ſunt. CH.
65 diem eſt.M.

ANNOTATIONES.

a Iliad. H. ὑθι μ' ἀρίιπίβοντο παρηκοιόωντες ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖ, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

b Idem Pauſanias in Lacedæmonijs, quo loco ſcribit Polydori domum poſt eius mortem de vxore bobus emptã fuiſſe, ac ideò partem illam vrbis βοϋννα vocatam.

c Bouem quidam Athenis nummum fuiſſe interpretantur, imagine bouis ſignarum, quem & didrachmum vocabant.

d Iliad. Z. ὣς δ' αὖτε γλαυκῶπις ἐπεύξατο πότνια Ἥρη,
ἕε πρὸς τυδεΐδην διομήδεα ποῦξ' ἄμυσσε
χρυσείῃ χαλινῷ ἰκταίμβοια ὑπαυχένιον.

e Suprà cap.5.lib.18.Gellius cap.1,lib.11.Feſtus in dictione Multa.Briſſonius cap.3.lib.1.

f Gygæ vel Gygis legend,ex Platone 3.Politic.Cicerone 3. offic. Laptus eſt memoria Plinius.

g Tarquinij Priſci pater Demaratus,Corinthius fuit.

h Figura cordis,quæ ſignificabat ætatem puerilem alterius cõ filio regi oportere.Alex.ab Alex.cap.25.lib.2.

i Quod iam puberes facti, ſolemni feſto Laribus ſuſpendebant, vt puellæ nubiles puppas ſuas Veneri.Idem cap.18.lib.5.

k Tertullian.lib.de corona milit. Præferuntur etiam illis Hetruſcæ.Hoc vocabulum eſt coronarum, quas gemmis & folijs ex auro quercinis ob ſouem inſignes ad deducendas tenſas cum palmatis togis ſumunt.

l Anulus pronubus is Septimo Florenti dicitur.

m ἄπαρος & ἀπέρωμα Græcis, ἄπιλος Polluci, alijs ἀτιλὸς, Iouis Vlpiano.κρὸς γάρ, inquit Ariſt.3.φυσικῶν ἀκροάσεως, ἀσκληρὸλιες ἀπείρου φασὶ τὸς μὴ ἔχοντας σφυρόν.Huic contrarius eſt gemmatus Liuio. Vide Rhodig.cap.12.lib.6.A ex.ab Alex.cap.5.lib.2.

n Iliad. Z. de Bellerophonte & Prœto,
——πέρᾳ δ' ὄγε σήματα λυγρὰ,
γράψας ἐν πίνακι πλακτῷ θυμοφθόρα πολλὰ.

o Odyſſ.θ,ἀνέρα γάμου φέρε χειρὸς ἀριστεύοντα: & ibidẽ,φάρος ὑπαλυὸς, ἠδὲ χιτῶνα,

p Vaſa quidem colligata fuiſſe Homerus non ait,nec veſtes, ſed arcam,in qua erant poſita, colligatam firmiſſimo nodo nequid ex eo ſurriperetur.Vlyſſem igitur ſic Ærete compellat,
αὐτὸς νῦν λύε μῶμα σ' ἐπὶ σάκεϊ δῖον ἰόντα
μή τις τὰν πατρὸς δόλῳ δυσφρονέοντα. Cui mox obſecutus Vlyſſes,
αὐτὰρ ἐπεὶ τόδε μῶμα, θεῶν σ' ἐπὶ δαῖτα κιόντα
ἤνωγεν, ἦμι πανὶ μὲν ἀλλάξαι φορεῖ πόντια πέπλα.

q Iliad. H. prouocat Hectorem proceres Græciæ ad ſingulare certamen.illi iactis ſortibus in galeam,deligunt quem opponãt.
ὃν κ' ἔραθ', οἱ δ' ἁλέοντο κατὰ κλῆρον δὲ ἕκαστος.
ὣν ἀδελφεὸν αὖθις ὀνομήνειν ἀταρείδαι.

Idem ſit & in duello Paridis Iliad. γ. Sortes autem, ἵ κλῆροι, calculi fuerunt, aut ex terra ſicli globuli, nota quadam ſignati, qua ſuum quiſque agnoſceret.Sophocles in Aiace,κλῆρον τε λάσιον καὶ ἄτιμον, ὑγρῶς ἀφῦξας βόλον.Sortes æræ licet ſignatæ forent, non tamen annulo ſignabantur, cùm eo tempore annulus prorſus in vſu nõ eſſet, nedum ſignatorius.Fuerunt & ſortis indicia, concha, aſcia, ac ſæpius lignum proprio quodam ſigno notatum, vnde κλῆρον dictum vult Herodianus ἀπὸ τῦ κλάω, vt & κάλαμος, quòd ſortes cõfectas mouerent antea quàm proferrentur: quanquam alij dictũ malunt à κοιῶ, quod κλῆρον ſignificat.Hadr.Iun.cap.5.lib.1.

r Iliad.β. Vulcanus ait; ——χάλκεον ἐκπάγλως κτύπεε,
ποιητὸς τις, γραμματικὸς δ' ἄλλως, κάλαμος, τι πρὸς ὄρυμα.
& in Hymnis,ποιητὰ τις, γραμματικὸς δ' ἄλλως κάλαμος τι, πρὸς ὄρυμα.

s Legi poteſt, cum ſartoris vſu: verùm in antiquo codice legitur,ſartoris vſus.Turne.cap.2.lib.6.Adieci.Rhodiginus verò ca.4.lib.10.legit,inſertorij: idque eſſe interpretatur lorum anulo ſimile,inter quod & ſcutum brachium inſeritur, Græcorum τελαμῶνα.Ego lego,conſertoris,id eſt militis pugnacis ac bellatoris, qui fortiter & alacriter pugnat & cõflictus tempore cum hoſte manus conſerit.

t Locus eſt apud Hom erum Iliad. ρ. paulò pòſt principium,
πολλὰ μάλ' ὀϊζυρῷ τι πρὸς ἄχνυμαι ἰφθίμοιϊν.
Aurum atque argentum mœrebant vndique erines.

v Perierunt & Iulij Cæſaris primo conſulatu tria millia pondo auri,quæ ille furatus è Capitolio, tantumdem inaurati æris reposuit.Suetonius in Iulio cap.54.

x Liuius lib.5.in oratione Camilli Romam captam fuiſſe anno ab vrbe condita ſcribit trecentеſimo ſexageſimo quinto.

y Vereres Hebræos annulis vſos fuiſſe Iosephus auctor eſt lib.3.antiquitatũ.De annulis pluravide apud Alex.ab Alex.ca.19.li.2.

z Seruis in vſu etiam fuiſſe ahenos annulos & viriolas oſtendit hic locus ex Truculento Plauti, ——dic quod te rogo,
Mancipio vnde accepiſti quos geſtas ahenos annulos?
ST. Dignis dant. AST. Iauernæ hæ ſunt quas habes viriolæ.

Apuleius lib.10.de Aſino ferreum ſerui annulum his verbis memorat. Donec iuſſu magiſtratuum miniſteria publicâ cõtrectatis nequiſſimi ſeruitij manibus, annulis famuli deprehenſum cum ſigno ſæculi conſecrant.

A Id eſt vt ferrum pro gemma ſit: alia annulum totum ferreũ inaurant. E mero ferro Lucretius factos ait hoc verſu, Exultare etiam Samothracia ferrea vidi. Iſidorus Samothracium aureum eſſe,ſed ferreo capitulo tradit,vt Thynicum, nimirum Bithyniceũ, aureum totum.Turn. cap.2. lib. 20. Samothractos hos annulos ἀνεφίδωτον vim habere credidit antiquitas, vt & Græcorum φωτινὸν ἀκοίλωτον, intus peruios & caſſos, quem admodum ſcripſit Artemidorus.In ceremonijs flaminis dialis ſcribunt fuiſſ, Anulo niſi peruio caſſóque ne oiitior.

B Eum qui minimo geritur, ob paruitatem ἀνεφῦ: qui indice ne δάκτυλον vocari ex Polluce tradit Rhodig. cap.12.li.6.In digito, qui minimo proximus eſt, annulus geſtabatur, præſertim pronubus, quòd in eo venam eſſe crederet rudis antiquitas ad cor vſque pertingentem.Alex.ab Alex.cap.19.lib.2.& cap.vlt.lib.4.quo loco apud Pollucem legit pro ἀνεφῦν, ἀχέτην: pro ναρίσμασι, παρίσσωσι.

C Alijs æſtate grauiores, vel etiam molis amplioris gemmas, Iuuenalis Satyr.1.
Pontilez aſſiuum digitis ſudantibus aſſi rum,
Nec ſuffecture queat maioris pondera gemmæ.

D Orbis anulorum intus cauí & excuſpti.

E Ne decidentibus præ nimio pondere anulis vel auri vel gemmæ,gemma amittatur.

F Sicut & Annibal, & ædiuus Capitolij ſuprà hoc ipſo capite.

G Matrici pueri, μάτρωνα πάιδες.

H Valer.cap.vlt.lib.6.& poſthac ca.1.lib.7.Herodotus lib.3.Cicero 5.de finibus.Is ab Oronte Perſarũ ſatrape in crucem actus & interfectus eſt.Vide Strabonem lib.14.

I Leg.Purpura latiore tunicæ, id eſt, aſſutis tunicæ faſcijs purpuræ latioribus:quod Plinij ſeculo tantùm conceſſum fuit Senatoribus.Præcones magiſtratuum iuſſa populo denuntiabant: auctionibus præerant:theatris ſilentium & audientiam imperabãt.

K Auguſtus ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore cenſu,quę ducenariorum vocaretur,iudicaretque de leuioribus ſummis.Suet.in Auguſt.cap 31.

De decurijs iudicum, & quoties nomina equeſtris ordinis immutata, & donis militaribus, & quando primùm corona aurea.

CAP. II.

30 Decuriæ quoque ipſæ pluribus diſcretæ nominibus fuere, [a] Tribunorum æris, & [b] Selectorum, & Iudicum. Præter hos etiámnum [c] Nongenti vocabantur ex omnibus ſelecti, ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorum in comitijs. Et diuiſus hic quoque ordo erat ſuperba vſurpatione nominum, cùm alius ſe Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret. Tiberij demum principatus nono anno in vnitatem venit [d] equeſter ordo: anulorumque autoritati forma conſtituta eſt, C. Aſinio Pollione, C. Antiſtio Veterẽ coss. anno vrbis conditæ d c c l x x v. quod miremur, futili penè de cauſa, cùm C. Sulpitius Galba, dum [1] iuuenalem famam apud principem [e] popinarum pœnis aucupatur, queſtus eſſet in Senatu, vulgò inſtitores eius culpæ defendi annulis. Hac de cauſa conſtitutum, ne cui ius id eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri auóque paterno ſeſtertia c c c c. cenſus fuiſſet, [2] & lege Iulia theatrali in [f] x i i j. 40 ordinibus [3] ſedendi. Poſteà gregatim inſigne id appeti cœptum. Propterque hæc diſcrimina Caius princeps decuriam quintam adiecit: tantúmque natum eſt [4] faſtus, vt quæ ſub diuo Auguſto impleri non potuerant decuriæ, non capiant eum ordinem, paſſimque ad ornamenta ea etiam ſeruitute liberati tranſiliant: quod anteà nunquam erat factum, quoniam in ferreo anulo equites iudicéſque intelligebantur: adeóque promiſcuum id eſſe cœpit, vt apud Claudium Cæſarem in cenſura eius vnus ex equitibus Flauius Proculus c c c. ex ea cauſa reos poſtularet. Ita dum ſeparatur ordo ab ingenuis, communicatus eſt cum ſeruitijs. Iudicum autem appellatione ſeparari eum ordinem, primi omniũ inſtituere Gracchi diſcordi popularitate in contumeliã Senatus, mox ea debellata, autoritas nominis vario ſeditionum euentu circa publicanos ſubſtitit: & aliquandiu tertię vires publicani fuere. M. Cicero demũ ſtabiliuit equeſtrẽ nomen in Conſulatu ſuo, ei Senatũ cõcilians, ex eo ſe ordine profe-

1 iuuenilem.Vet.
2 è lege,M.
3 iúe ſedendi Vet.
4 fortie.CH.

profectum esse celebrans, 5 eiusque vires peculiari popularitate quærens. Ab illo tẽpore planè hoc tertium 6 corpus in republica factum est, cœpitque adijci Senatui populóque Romano & equester ordo. Qua de causa & nunc post populum scribitur, quia nouissimè cœptus est adijci. Quinetiam ipsum equitum nomen sæpe variatum est, in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo regibusq; appellati sunt: deinde 7 flexumines: posteà 8 trossuli, cùm 8 oppidum in Thuscis citra Volsinios passuum i x. M. sine vllo peditum adiumento cepissent eius vocabuli: idque durauit vltra C. Gracchum. Iunius certè, qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis: Quod ad equestrem ordinem attinet, anteà trossulos vocabant, nunc equites 9 vocant: ideò quia non intelligunt 10 trossulos nomen quid valeat, multos 11 pudet eo nomine appellari: & causam, quæ suprà indicata est, exponit; inuitosque etiamnum tamen trossulos 12 vocari. Sunt adhuc aliquæ non omittendæ 13 in auro differentiæ. 14 Auxiliares quippe & h externos torquibus aureis donauere, at ciues nõ nisi argenteis. Præterque armillas ciuibus dedêre, quas non habent externi. Idem (quod magis miremur) coronas ex auro dedêre ciuibus. Quis primus donatus sit ea, non inueni, sed quis primùm donauerit à L. Pisone traditur. A. Posthumius Dictator apud lacum Regillum castris Latinorum expugnatis, ei cuius maximè opera capta essent, hanc coronam ex præda dedit. Item L. Lentulus cos. 15 Serg. Cornelio Merendæ, Samnitum oppido capto. Sed quinque librarum corona Piso Frugi filium ex priuata pecunia donauit: eamq; coronam testa 20 mento reipublicæ legauit.

5 & eius. M.
6 corpus iure statuti est. M.
7 Flexumentes. CH.
8 oppidum Vulsiniorum hoc nomine pedum i x M. altum sine vl. ad. cepissent. Eius vocabuli vis duravit. M.
9 vocãt. Ideóque quia. M.
10 trossitur. Vet.
11 pudet trossulos vocari. CH.
12 vocari ait. M.
13 auri. M.
14 Auxilia. CH.
15 Seruitio Corn. Mer. M. Seruio. CH. Sed huic quinque librarii Piso &c. CH. expuncto, corõna.

ANNOTATIONES.

a Alex. ab Alex. cap. 14. lib. 2. & cap. 2. li. 5. hos Iulius Cæsar sustulit Suet. in Iulio. cap. 47.
b Vide Requardum cap. 11. Protribunalium, & de tota hac iudicorum ratione cap. 19. & 20. vide & Turn. cap. 16. lib. 29.
c Ministri comitiorum olim fuerunt diribitores, siue distributores, qui tabellas populo per centurias ministrabant: rogatores, qui cistas per tribus deferebant colligẽdis suffragijs: & cistarum custodes quos hic nominat Plinius. Grucchius lib. de Comitijs.
d Quæ fuerit Equitum prima institutio, quæ dignitas, quod ornamentum, multis explicat Alex. ab Alex. cap. 29. lib. 2.
e Tiberius ædilibus negotium dedit, popinas ganeasque eò vsque inhibendi, vt ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. Suetonius in Tiberio cap. 34.
f L. Roscius trib. pleb. legẽ tulit vt equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus primi assignarentur. Florus lib. 99.
g Varro in Sesculysse apud Festum. *Itaque tum equum mordacem & calcitronem horridi milites virij; vitabat: nunc emunt trossuli, nardo uisidi, vulgò Attico talento equum.* Marcellus trossulos dictos vult, quasi torosulos.
h Apud Liuium li. 3. Decad. 5. duobus fratribus Gallorum regulis senatus munera mittit torques duos factos ex auri pondo quinque.

De reliquo vsu auri in viris & mulieribus, & de nummo aureo: & quando primùm signatum est æs, argentum, & aurum, & antequàm signaretur qui mos in ære, & qua maxima pecunia primo censu, & quoties & quibus temporibus autoritas auri. CAP. III.

DEorum verò honori in sacris nihil aliud excogitatũ est, quàm vt auratis cornib. hostiæ, maiores duntaxat, immolarentur. Sed in militia quoque in tantùm adoleuit hæc luxuria, vt M. Bruti 1 in Philippicis campis epistolæ reperiantur fremẽtes, fibulas tribunitias ex auro geri. Ad Hercules idem tu Brute mulierum 2 pedibus aurum 2 gestari tacuisti: 3 cuius sceleris nos coarguimus illum primum, qui auro dignitatem per anulos fecit, vt habeant in lacertis iampridem & viri, quod è Dardanis venit, b itaque & Dardanium 4 vocabatur. 5 Viriæ Celticæ dicuntur: viriles Celtibericæ. Habeant fœminæ in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris: discurrãt catenæ circa latera, 6 & inserta margaritarum pondera è collo dominarum auro pendeant, vt in somno quoque vnionum conscientia adsit: 7 etiámne pedibus induitur, atque inter stolam plebémque hunc medium fœminarum 8 equestrem ordinem facit? Honestius viri c pedagogijs id damus: 9 balneásque diues puerorum formæ conuertit. Iam verò etiã d Harpocratem, statuásque Ægyptiorum numinum, insdigitis viri quoq; portare incipiunt. Fuit & alia Claudij principatu differẽtia 10 in solis his,

1 ex Philippis expist. CH.
2 pedatum vidisti. M.
3 & nos sceleris coarg. CH.
4 vocatur, sicut & viriæ Celticæ dicuntur, viriolæ Celtibericæ. Habeat aurum fœm. Vet.
5 viriolæ. M. & Tur. & CH. & mox, viriæ, pro viriles.
6 & marg. pond. è col. dom. auro inserta pẽdeat. Vet. & in sec. & marg, faculi è col. dom. aureo pẽd. CH.
7 etiãmnum. M.
8 equestrem, in M. d.
9 balnéaque diues puerorum formæ conuenit. Vet. beneque aliàs diuitum puerorũ id formæ (fortunæ) conuenit. Vet.
10 insolens, quibus M.

lis his, quibus admissionem liberti 11 eius dedissent imaginem Principis in anulo ex auro gerendi, magna criminum occasione: quæ omnia salutaris exortus Vespasiani Principis aboleuit, æqualiter publicando Principem. De anulis aureis eorumque vsu hactenus dictum sit. Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signauit: quod & ipsum latet autore incerto. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhũ regem deuictum vsus est. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta. Et 12 adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia & 13 dependere. Quin & militũ stipendiorum, hoc est stipis põderandæ pensatores, libripendes dicuntur: e qua cõsuetudine in his emptionibus quę mancipij sunt, etiam nunc libra interponitur. f Seruius rex primus signauit æs. Anteà rudi vsos Romæ 14 Remeus tradit. Signatum est 8 nota pecudum: vnde & pecunia appellata. Maximus census c x. M. asium fuit illo rege: & ideò hæc prima classis. Argentum signatum est anno vrbis 15 d. l x x x v. Q. Fabio c o s. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro x. libris æris, quinarius pro quinque, sestertium pro 16 dipondio ac semisse. Libræ 17 autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cùm impensis resp. non sufficeret, cõstitutúmque vt asses sextantario pondere ferirentur. Ita 18 quinque partes factæ lucri, dissolutúmque æs alienum. Nota 19 æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis. in triente verò & h quadrante 20 rates. Quadrans anteà triuncis vocatus à i i i. vnciis. Posteà Annibale vrgente, Q. Fabio Maximo Dictatore, asses vnciales facti: 1 placuitque denarium x v i. assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis. Ita resp. dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro x. assibus datus. Nota argenti fuere bigæ atq; quadrigę: & inde bigati quadrigatique dicti. Mox lege Papyria semũciales asses facti. Liuius Drusus in Tribunatu plebis octauam partem ęris argento miscuit. Qui nũc k victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Anteà enim hic nummus ex Illyrico aducctus, l mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, & inde nomen. Aureus nummus post annum l x i i. percussus est, quàm argenteus, ita vt scrupulum valeret sestertijs vicenis, quod efficit in libras ratione sestertiorum, qui tunc erant, sestertios d c c c c. 21 Post hæc placuit x l. M. signari ex auri libris, paulatimque principes imminuere pondus: minutissimus verò ad x l v. M. Sed à nummo prima est origo auaritiæ 22 excogitata, fœnore quæstuosa segnitia. Hæc paulatim exarsit rabie quadam, non iam auaritia, sed fames auri: vtpote cùm Septimuleius C. Gracchi familiaris auro repensum caput eius exscisum ad Opimium tulerit, plumbóque in os addito parricidio suo rempublicam etiam circumscripserit: nec iam Quiritium aliquo, sed vniuerso nomine Romano infami, rex Mithridates Aquilio duci capto aurum in os infudit: hæc parit habendi cupido. Pudet intuentem tantùm nomina ista, quæ subinde noua Græco sermone excogitantur, 23 expresso argenteis vasis auro, aut incluso, quibus delicijs væneunt tam 24 aurea quàm aurata, cùm sciamus interdixisse castris suis Spartacum, ne quis aurum haberet aut argentum. Tantò fuit plus animi fugitiuis nostris. Messala Orator prodidit, Antonium Triumuirum aureis 25 vsum in omnibus obscœnis desiderijs, pudendo crimine etiam Cleopatræ. Summæ apud exteros licentiæ fuerat, poculo aureo puluino subdito, Philippum regem dormire solitum: Agonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clauis 26 suffigere crepidas. Antonius in contum eliam naturæ vilitatem auro fecit, opus proscriptione dignum. Sed præter alia equidem miror populum Romanum victis gentibus in tributo semper argentum imperitasse, non aurum: sicut Carthagini cum Annibale victæ argenti m pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri. Nec potest videri penuria mundi id venisse. Nã Midas & Crœsus 27 in infinitum possederant. Iam Cyrus deuicta Asia pondo x x x i i i j. millia inuenerat præter vasa aurea, aurumq; factum, & in eo 28 folia ac platanũ viteméq;. Qua victoria argenti quingenta millia talentorũ reportauit,

11 ius. Tup. & Lipſ.
12 adhoc. M. leg. ab hoc
13 impendere. Vet.
14 Temeos. Vet. Timæus. CH.
15 a r.v. l x x c v. Q. ogulnio & C. Conſ. Carr.
16 dupondio. Vet.
17 autem æris põdus imminutum Vet.
18 quinta parte facta lucri diſſolutum æs alienam. M.
19 aſſis.
20 ratis. Vet.
21 Poſt hæc placuit, L nummos ſignari ex auri libris paulatimque principes imminuere pondus: minutiſſime Nero ad l v. nũmos &c. Budæus.
22 excogitata fœnore, quæſtúque ſegn. M.
23 impreſſo. Vet.
24 inaurata quàm aurea. M.
25 vſum vaſis in omn. pudendo & crim. Cleop M.
26 configere. Vet.
27 in, M. d.
28 folia. Alij.

& craterem Semiramidis, cuius pondus quindecim talenta colligebat. Talẽtum autem Ægyptium pondo l x x x. capere Varro tradit. Iam regnauerat in Colchis Salauces & Esubopes, qui terram virginem nactus, plurimùm argenti auriq; eruisse dicitur [29] in Samnorum gente, & alioquin [n] velleribus aureis inclyto regno. Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrãtur, & columnæ atque [30] paraſtatæ, victo Sesostre Ægypti rege, tam ſuperbo, vt prodatur annis quibuſque ſorte reges ſingulos è ſubiectis iungere ad currum ſolitus, ſicque triumphare. Et nos feçimus, quæ poſteri fabuloſa arbitrentur. Cæſar qui poſteà Dictator fuit, primus in Ædilitate munere patris funebri, omni apparatu harenæ [31] argenteo vſus eſt: feraſq; argenteis [32] vaſis inceſſere, tum primùm viſum. Mox, quod etiam in municipijs æmulatur, C. Antonius ludos ſcena argentea fecit. Item L. Muræna, & Caius princeps in Circo [o] pegma [33] duxit, in quo fuere argenti pondo c x x i i i j. Claudius ſucceſſor eius, cùm de Britannia triumpharet, inter coronas aureas vnam v i j. pondo habuit, quã [34] contuliſſet [35] Hiſpania citerior, alteram i x. quam Gallia Comata, ſicut titulus indicauit. Huius deinde ſucceſſor Nero, Pompeij theatrum operuit auro in vnum diem, quod Tyridati regi Armeniæ oſtenderet. Et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambictis vrbem? Auri in ærario populi Romani fuere, Sex. Iulio, L. Aurelio coss. ſeptem annis ante bellum Punicum tertium [36] pondo c c x x v i j. argenti nonagintaduo millia, & extra numerum c c c. [37] & l x x x v. Item Sex. Iulio, L. Marcio c o s s. hoc eſt, belli ſocialis initio, d c c c x l v j. [38] auri pondo. C. Cæſar primo introitu vrbis in ciuili bello ſuo ex ærario protulit [39] laterum aureorum x x v j. M. & in numerato põdo c c c. Nec fuit alijs tẽporibus reſpublica locupletior. Intulit & Aemilius Paulus, [40] Perſeo rege Macedonico deuicto, prædam pondo trium millium: à quo tempore populus Romanus tributum pendere deſijt. Laquearia, quę nunc & in priuatis domibus auro tegũtur, poſt Carthaginem euerſam primò inaurata ſunt in Capitolio, Cenſura L. Mummij. Inde tranſiere in cameras: in parietes quoque, qui iam & ipſi tãquam vaſa inaurantur: cùm ſua ætas varia de Catulo exiſtimauerit, quòd tegulas æreas Capitolij inauraſſet primus. Inuentores auri, ſicut metallorum ferè omnium ſeptimo volumine diximus. Præcipuam gratiam huic materiæ fuiſſe arbitror, non colore, qui in argento clarior eſt, magiſque diei ſimilis, & ideò militaribus ſignis familiarior, quoniam is longiùs fulget: manifeſto errore eorum, qui colorem ſiderum placuiſſe in auro arbitrantur, cùm in gemmis aliiſque rebus non ſit præcipuus. Nec pondere aut facilitate materiæ prælatum eſt cæteris metallis, cùm cedat per vtrumque plumbo. Sed quia rerum vni nihil igne deperit, [41] tutò etiam in incendijs rogiſque durante materia. vt Quinimo quò ſæpius arſit, proficit ad bonitatem. Auriq; [42] experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat, quo ignis: atque ipſum [p] obryzũ vocãt. Primum autẽ bonitatis argumentum eſt, quàm difficilimè accendi. Prætereà mirum, [43] prunę violentiſſimę [44] igni indomitum, [q] palea citiſſimè ardeſcere: atque vt purgetur, cum plumbo coqui. Altera cauſa pretij maior, [45] quàm minimum vſu deteri, cùm argento, ære, plũbo, lineæ [46] producantur, manuſq; ſordeſcant decidua materia. Nec aliud laxius dilatatur, aut numeroſiùs diuiditur, vtpote cuius vnciæ in ſeptingenas & quinquagenas pluresq; bracteas, quaternũm [47] vtroq; digitorũ ſpargantur. Craſſiſſimę ex his Pręneſtinę vocantur, etiam num retinentes nomen, Fortunę inaurato ibi fideliſſimè ſimulacro. Proxima bractea quæſtoria appellatur. Hiſpania ſtrigiles vocat auri paruulas maſſas, quod ſuper omnia ſolùm in maſſa aut ramento capitur, cùm cætera metallis reperta igni perficiantur. Hoc ſtatim aurum eſt, conſummatamq; materiam protinus habet, cùm ita inuenitur. Hęc enim inuentio eius naturalis eſt: alia quã dicemus, coacta. Super cætera non rubigo vlla, non ærugo, non aliud ex ipſo quod conſumat bonitatem, minuátve pondus. Iam contra ſalis & aceti ſuccos domitores rerum conſtantia: ſuperque omnia netur, ac texitur lanæ modo, & ſine lana. Tunica aurea triumphaſſe Tarquinium Priſcum Verrius tradit. Nos vidimus Agrippinam Claudij

29 in ſuapte gẽte. M.

30 paraſtaticæ. Budæus.

31 etiam arg. M.
32 haſtis laceſſere. Ver. verutis laceſſere. Alij Vet.
33 exeruxit: vel, ſtruxit. Dal.

34 contulerat. Vet.
35 Gallia &c. quam Comata. M.

36 Auri pondo d c c. M. l x x v j. argenti x c i j. M. & in numerato trecẽties & ſeptuagies quinquies.
37 & l x x v. M.
38 auri pondo d c c c. x l v j. Idem.
39 Laterum aureorũ quindecim, argenteorũ triginta quinque millia, & in numerato ſeſterciũm quadringenties. Idem.
40 Perſeo rege victo, è Macedonici prædę, ſeſtertium ter millies. Idem.

41 tuta. Vet.

42 experimentũ. Vet.

43 pruna violentiſſima. Vet.
44 ligni. M.
45 quod minimum vſus deteriꝰ. M.

46 ducantur. Vet.

47 vtrobique. Vet. vtrinque. Alij.

dij principis, [48] edente eo nauali prælij ſpectaculum, aſſidẽtem ei, indutam paludamẽto, [49] auro textili ſine alia materie. Attalicis verò iampridem intexitur, inuento regum Aſiæ. Marmori & iis quæ [50] candefieri non poſſunt, [51] oui candido illinitur: ligno glutini ratione compoſita: [52] leucophoron vocant. Quid ſit hoc, aut quemadmodum fiat, ſuo loco docebimus. Aes inaurari argento viuo, aut certè hydrargyro legitimum erat: de quibus, vt dicemus illorum naturam reddentes, excogitata fraus eſt. [53] Nanque æs cruciatur in primis, accenſumq; reſtinguitur ſale, aceto, alumine. Poſteà exarenatur, an ſatis recoctum ſit, ſplendore deprehendente, iterumq; exhalatur igni, vt poſſit edomitum, miſtis pumice, alumine, argento viuo, inductas accipere bracteas. Alumen in purgando vim habet talem, qualem eſſe diximus plumbo.

48 ſedente eo ad.

49 ex auro textili. Vet.
50 candida fieri. M.
51 ex oui. Vet.
52 chryſophorõ. Vet.

53 Nunc verò cruciatur. Vet.

ANNOTATIONES.

a Quod vrbana calciamenta clauib. aureis ſuffigerentur, Briſſonius cap. 5. lib. 2. Auro abundãti vti Romanos fœminis permiſiſſe ſcribit Valer. lib. 2. cap. 2. cap. de miſt. antiq. Liuius lib. 4. belli Macedon.

b Dardanium, vel, vt alij legunt, Dardanum, aureum brachiorũ ornamentum, Viria ornamentum colli aureum, viriculis cælatũ ac ſculptum, gemmis per interualla diſpoſitis. Lego, itaq; & Dardanium vocatur, ſicut & viriæ Celticæ dicuntur, & viriolæ Celtibericæ. Habeaut &c. Ornamentum id Iſidorus viris & fœminis commune dextras vocat, vulgo *Braſſelets*: aitque ante manicam portari, & ibi clauo iungi. Idem armillas victorię & virilis fortunę causſa datas, virilias quõdam vocatas ait, vt hic legi poſſit, Viriæ Celticæ dicuntur, viriliæ Celtibericæ.

c Puerorum educationi qui bullas aureas è collo ſuſpenſas geſtabant. Pædagogia pueri dicuntur qui in delitijs habentur, vel puerorum multitudo.

d Vide Suidam in dictione *ἀραίωσις*. Politian. cap. 83. Miſcell.

e Rœuardus cap. 16. in leg. XII. tabul. Briſſon. cap. 7. lib. 1.

f Septimius Florens Apolog. tradit Saturnum primum omniũ numum ſignaſſe, ac ideo creditum grarij præſidem. Chariſius 1. Grammat. ex annali Varronis tradit numum argenteum conflatum primò à Seruio Tullo quatuor ſcripulis maiorem quã numum. Victorius cap. 13. lib. 5.

g Alex. ab Alex. cap. 15. lib. 4. varia numi apud pleraſque gentes *κίμματα* & cap. 24. eiuſd & quãdo aut à quibus primum ſignatum æs, aurum, argentum, multis explicat.

h Inde Lucilius quadrantes rauſtros, id eſt, ratis figura notatos & ſignatos vocat. Turn. cap. 30. lib. 20. Aduerſ.

i Eius rei argumentum apparet in quodam C. Titinnij denario capiti Romæ, quod in altera parte ſignatum eſt, adiecta hac nota. x v i. v. in alijs multis x. nempe quia feriundæ pecuniæ is præfectus fuerit cùm aſſib. ſexdecim permutatus eſt denarius, qui pro decem antea dabatur. Vrſinus.

k Vide Scaligerum in Feſtum, voce Patres.

l Dig. ad l. Corn. de falſ. l. 9. §. 1. prohibetur ne quis numos ſtanneos, plũbeos, emere, vendere, dolo malo velleçquòd, vt ait Voluſ. Metianus lib. de aſſe, peregrinus numus, puta Doricus, Philippicus, Siclus, Tetradrachmon Atticum mercis loco eſſet. Briſſon. cap. 8. lib. 1.

m Polybius & Eutropius ſcribunt, fœdere, quod ictum eſt, claſſe Punica cum Amilcare duce à C. Lutatio cos. ad Ægates ſuperata. vt in 20. annos Pœni duo millia & ducenta talenta penderẽt, inter cæteras pacis leges imperatũ fuiſſe. Liuius & Appianus tradunt victo in Africa Annibale à P. Corn. Scipione pacem datam Carthaginienſibus, conditionibus quidem, multis, ſed ea præcipuè, vt in annos 50 decem millia talentũm argenti çquis penſionibus deſcripta ſoluerent. Id autem efficiebat æſtimato talento libris ſexaginta, 600000. pondo argenti: & in annos ſingulos pondo: quorum ſingula ſi valeant 16. libras noſtras, in ſingulos annos ea ſumma colliget 192000. librarum.

n Phryxo vellere nihil noti⁹. Hoc Suidas & Palęphatus libros ſeu membranas auri conficiendi rationem docentes, rotiusq; artis chymicæ arcana continentes, fuiſſe interpretãtur. Multus eſt in eius explicanda fabula Hadr. Iun. 15. lib. 5.

o Machinam ligneam, in qua ſtarnę collocantur: tabularij *καϊρικάτωνες* & per ſe ſurgens, ac tacitè creſcens.

p Igne purgatiſſimum, purum putũ. aurum ad obruſam vocat Seneca epiſt. 23. lib. 2. Apud Suetonium in Nerone cap. 44. Nero ingenti faſtidio & acerbitate exegit numum aſperum (vſu non detritum, recenter cuſum) argentum puſtulatum (tam diu coctũ vt in puſtulas attollatur, quod perfectæ coctuꝛæ ac purgationis indicium eſt) & aurum obryzum.

q Cap. 10. lib. 18. acerem, non paleam, ad aurificum vſus decuti ſcribit.

r Argentum viuum purum & natiuum, in metallorũ venis repertum, cùm aquæ ſtillantes minium rigant, &, vt idem hic ſcriptor ait, vomica liquoris æterni: hydrargyros autẽ factitiũ, quod è minio ſit.

Ratio naturalis inueniendi auri, & quando primùm aurea ſtatua, & medicina ex auro.
CAP. IIII.

AVrum inuenitur in noſtro orbe: vt omittamus Indicũ, atque à formicis, aut gryphibus apud Scythas erutum. Apud nos tribus modis, fluminum ramẽtis, vt in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indię. Nec vllum abſolutius aurum eſt, curſu ipſo tritúque perpolitum. Alio modo puteorum ſcrobibus effoditur, aut in ruina montium. Quare vtraque ratio dicetur. Aurum qui quærunt, ante omnia ſegullum tollunt: ita vocatur indicium: alueus, vbi id eſt, arenęq; lauantur, atque ex eo quod reſedit, coniectura [1] capitur, vt inueniatur aliquãdo in ſumma tellure protinus rara [2] felicitate: vt nuper in Dalmatia principatu Neronis, ſingulis diebus etiam quinquagenas libras fundens, [3] cùm iam inuentum in ſummo ceſpite. Alutationem vocant, [4] ſi & auro ea tellus ſubeſt. [5] Cæterùm mõtes Hiſpanię aridi ſterileſq;, & in quibus nihil aliud gignatur, huic bono coguntur fertiles eſſe. Quod puteis foditur, canalicium vocant, alij canalienſe, [6] marmoris glareę inhærens, non illo modo, quo in Oriente ſapphiro [a] atque Thebaico, aliiſque in gemmis ſcintillat, ſed micas [7] amplexum marmoris. Hi venarum canales per mar-

1 capitur. Inuenitur aliquã. & in ſum. Ver.
2 facilitate. CH.

3 & iam. Vet.
4 ſi & auro ei tellus, Vet quæ auro tellur. Ver. alij.
5 Cæterò. CH.

6 marmori aut glareæ. Dal.

7 amplectitur. Vet.

mor vagantur,& latera puteorum,& huc illuc,inde nomine inuẽto,telluſq; ligneis columnis ſuſpenditur.Quod effoſſum eſt,tunditur,lauatur,vritur, molitur in farinam.Nam quod ad pilas cudunt,apilaſcudem vocant: [b] argentũ,quod [8] exit à fornacis ſudore.Quę è catino iactatur ſpurcitia,in omni metallo [9] vocatur ſcoria.Hęc in auro coquitur iterum & tunditur.Catini fiunt ex taſconio. Hæc eſt terra alba ſimilis argillæ.Neque enim [10] alia afflatum ignemq; & ardentem materiam tolerat. Tertia ratio opera opera vicerit Gigantum:cuniculis per magna ſpatia actis, cauãtur montes ad lucernarum lumina.Eadem menſura vigiliarum [11] eſt,multiſq; menſibus non cernitur dies.Arrugias [12] id genus vocant:ſiduntq; rimæ ſubitò, & opprimunt operarios,vt iam minùs temerarium videatur è profundo maris petere margaritas:tantò nocentiores fecimus terras.Relinquuntur itaque fornices crebri mõtibus ſuſtinendis.Occurſant in vtroque genere ſilices. Hos igni & aceto rumpunt. Sæpius verò,quoniam in cuniculis vapor & fumus ſtrangulat,cædunt [13] fracturis c. l.libras ferri terram agentibus: egeruntq; humeris noctibus ac diebus per tenebras proximis tradentes:lucem nouiſſimi cernunt.Si longior videtur ſilex,[14] latus ſequitur.Foſſam ambit quiete.Tamen in ſilice [15] faciliùs exiſtimatur opera. Eſt namque terra ex quodam argillæ genere glareę miſta (candidam vocant)propè inexpugnabilis.Cuneis eam ferreis aggrediuntur,& iiſdem malleis:nihilq; durius putant, niſi quòd inter omnia auri fames duriſſima eſt.Peracto opere,ceruices fornicum ab vltimo cædunt,dantq; ſignum ruinæ,eamq; ſolus intelligit in cacumine montis eius peruigil.Hic voce ictúve repente operarios reuocari iubet, pariterq; ipſe deuolat. Mons fractus cadit [16] à ſeſe longo fragore,qui concipi humana mente nõ poſſit, & flatu incredibili.Spectant victores ruinam naturę.Nec tamen adhuc aurum eſt:nec ſciere eſſe,cùm fodêre.Tantaq; ad pericula euincenda fuit ſatis cauſę,ſperare quod cuperent.Alius [17] par eſt labor,vel hoc maioris impendij,flumina ad lauandũ hanc ruinam iugis montium ducere*obiter à centeſimo plerunque lapide. [c] Corrugos vocant,à corriuatione,credo:nimirum & hic labor eſt. Præcipiſſe [19] libramento oportet,vt fruaris quando influat: itaque altiſſimis partibus [20] ducitur.[21]Conuallis & interualla ſubſtructis canalibus iunguntur. Alibi rupes [22] inuiæ cæduntur,ſedemq; trabibus [23] cauatæ præbere coguntur.Is qui cædit,funibus pendet,vt procul intuentibus ſpecies nefaria [24] quidem,ſed alitum fiat.Pendentes maiore ex parte librant, & lineas itineri [25] præfigunt. Itaque inſiſtentis veſtigiis hominis locus non eſt. [26] d Manes trahuntur ad homines,vt vitium importent.Id genus terrę [27] vrion vocant. Ergo per ſilices calculóſve ducuntur,& vrium euitant.Ad capita deiectus in ſupercilijs montium piſcinæ cauantur,ducenos pedes in quaſque partes,& in altitudinẽ denos. Emiſſaria in his [28] quina pedum quadratorum ternûm ferè linquuntur, & repleto ſtagno excuſſis obturamentis erumpit torrens tanta vi, vt ſaxa peruoluat. Alius etiamnum in plano labor.Foſſæ,in quas profluat,cauantur:agogas vocant:eę ſternuntur gradatim.Frutex eſt vlex roris marini ſimilis, aſper aurumque retinens. Latera cluduntur tabulis,ac per prærupta ſuſpenduntur,canali ita profluente [29] de terra in mare.His de cauſis iam promouit [30] Hiſpania in [e] priore genere:quę exhauriuntur immenſo labore,ne occupent puteos,in hoc rigantur.Aurum arrugia quęſitum non coquitur,ſed ſtatim ſuum eſt. [31] Inueniuntur ita maſſę.Necnon in puteis etiam denas excedentes libras. [32] Palacras Hiſpani,alij palacranas : iidem quod minutum eſt, [f] balucem vocant.Vlex ſiccatus vritur,& cinis eius lauatur ſubſtrato cæſpite herboſo,vt ſidat aurum.Vicena millia pondo ad hunc modum annis ſingulis Aſturiam atque Gallæciam & Luſitaniam præſtare quidam tradiderunt,ita vt plurimum Aſturia gignat.Neque in alia parte terrarum tot ſeculis hæc fertilitas.Italiæ parcitum eſt vetere interdicto patrum,vt diximus : alioquin nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus.Extat lex cenſoria [33] Ictimulorum aurifodinæ,[34] qua in [g] Vercellenſi agro cauebatur,ne plus quinque M.hominum [35] in opere publicani haberent.

8 extra fornacis fidorerẽ è camino iactatur. Spurcitia M. extrà fornacis ardore è catino eijcitur. Ver.

9 Scoria appellatur. CH.

10 alia flatu ignéque exardentem M.

11 eſt,ac quietis,multiſque.Vet.

12 ſtingentes vocãt. M.

13 fracturis tertæ mugicribus:eger.M fracturis vibra.i infernè terrã agẽtib. Vet.

14 latera ſequuntur, foſſam in ambitu du centes.Vet.

15 facilius æſtimatur opera. Vet. facilior exiſtimatur. Alij Ve. & M.

16 ab ſeſe longe:fragore.M.

17 ſupereſt labor, ac vel maioris.M.

18 nimius.Vet.

19 libramentum.M.

20 ducitur cõuallis. &.M

21 Conualles.Vet.

22 viuæ.M.

23 cauatis.M.

24 quidẽ ſublimium alitum Vet.

25 præfigunt, ideo quod.Alij.

26 Manes trah.ad omen.M.

27 Arq; Vet.& mox, pro,vrium.

28 quinàm &c.terniũ ve.Ver.

29 ad terrã in aceas. Vet.

30 Hiſpania.In prio re genere aquæ exhaur.imm.lab. ac no pcc.put. in rinos agũtur Vet.

31 Inueniuntur maſſæ,nec non in puteis, et.am.M.

32 Placas.Vet.Palas. Vet.

33 vici Victimuliarũ. Vet. Victimi.arũ. M.

34 quæ in Ver.ag. ea uabitur.

35 in opere aurũ ficiẽdi publicani.M.

berent.[36] Aurum faciendi eſt etiam vna ratio ex auripigmento, quod in [37] Syria foditur pictoribus, in ſumma tellure,auri colore, ſed [38] fragili lapidum ſpecularium modo.Inuitaueratq; ſpes Caium principem auidiſſimum auri, quamobrẽ iuſſit excoqui magnum pondus:& planè fecit aurum excellens, ſed ita parui ponderis, vt detrimentum ſentiret,illud propter auaritiam expertus, quanquam auripigmenti libræ x i i i i.permutarentur:nec poſteà tentatum ab vllo eſt.Omni auro ineſt argẽtum vario pondere,alibi dena,alibi nona,alibi octaua parte.In vno tantùm Galliæ [39] metallo,quod vocant Albicrarenſe, x x x v i. portio inuenitur:ideò cæteris præeſt.Vbicunque quinta argenti portio eſt, [g] electrum vocatur. [40] Scrobes eæ reperiũtur in Canalienſi.Fit & cura electrum argẽto addito.Quod ſi quin tam portionem exceſſit,incudibus non reſiſtit.[41] Et electro autoritas, Homero teſte, qui Menelai regiam auro,electro,argento,ebore fulgere tradit.Mineruę templum habet Lindos inſulæ Rhodiorum,in quo Helena ſacrauit calicem ex electro.Adijcit hiſtoria,mãtę ſuæ menſura.Electri natura eſt, ad lucernarum lumina clariùs argento ſplendere.Quod eſt natiuum,& venena deprehendit.Nanque diſcurrunt [h] in calicibus arquus cæleſtibus ſimiles,cum igneo ſtridore,& gemina ratione prædicũt.Aurea ſtatua prima omnium nulla inanitate,& antequàm ex ære aliqua illo modo fieret,quã vocãt holoſphyraton,in templo [i] Anaitidis poſita dicitur,quod in ſitu terrarũ nomine hoc ſignificauimus,numine gentibus illis ſacratiſsimo.[41] Direpta eſt Antonij Parthicis rebus. Scitumq; narratur dictum vnius veteranorum Bononiæ, hoſpitali Diui Auguſti cœna,cùm interrogaretur, eſſétne verum, eum qui primus violaſſet hoc numen,oculis membríſque captum [42] expiraſſe? Reſpondit enim, tum maximè Auguſtum de crure eius cœnare,ſeque illum eſſe, totúmque ſibi cenſum ex ea rapina eſſe. Hominum primus & auream ſtatuam & ſolidam [k] Gorgias Leontinus Delphis in templo ſibi poſuit l x x.circiter Olympiade.Tantus erat docendæ oratoriæ artis quæſtus.Aurum plurimis modis pollet in remediis.Vulneratiſſque & infantibus applicatur,vt minùs noceant,[43] quæ inferantur,veneficia.Eſt & ipſi ſuperlato vis [44] malefica, gallinarum quoque & pecorum fœturis. Remedium eſt abluere illatum,& ſpargere [45] eos,quibus mederi velis.Torretur & cum ſalis grumo, pondere triplici miſſo,& rurſum cum duabus ſalis portionibus,& vna lapidis,quem ſchiſton vocant:ita[46] virus tradit rebus vnà crematis in fictili vaſe,ipſum purũ & incorruptum.Reliquus cinis ſeruatus in [47] fictili & ex aqua illitus,lichenas in facie ſanat. Lomento eum conuenit ablui.Fiſtulas etiã [48] ſanat,& quæ vocantur hæmorroides. Quòd ſi [49] trito ſpuma adiiciatur,putria hulcera & terri odoris emendat. Ex melle verò decoctum cum melanthio,& illitum vmbilico,leuiter ſoluit aluum. [50] Verrucas curari eo M.Varro eſt autor.

36 Eſt autẽ nunc aurum faciẽdi vna. Vet.

37 Myſia.Dioſc.

38 fragile.Vet.

39 loco.M.

40 In ſcrobib.id reperitur & in Canaliẽſi.Ver.

41 Eſt.Vet.

41 Direptum. Alij. ſub.templum.

42 expiraſſe, in M.d.

43 ſi quę.Vet.

44 maleficij.M.

45 eas.Vet.

46 vires.Vet.

47 fictili ex aqua mixtus.M.

48 ſanat cum lomento,ſed eam.Ver.

49 nitri.Dal.

50 Auro verrucas curari.M.Var.M.

ANNOTATIONES.

40 a Atque lapide Thebaico.Thebaicum lapidem, qui in Africa reperitur,guttis aureis Interſtinctum eſſe, vide cap.8.lib.36.

b Nam omni auro permixtum argentum eſt plus minus: hoc autem,dum aurum pruna violentiſſima liquefacit, extrà fornacis ardore è catino eijcitur.

c Lego,corrigos,à corrigando;vel, vt Plinius legiſſe videtur, corriuos.

d Manus trahuntur ad omen.Manſcr.Senſus eſt : pendentes operarios obuiam terram manibus trahere,ad omen, & iudicium an firma ſit ad ſuſtinendas trabes,an vitioſa & tenerior. Mox lego,vt terræ vitiũ importent.Id genus araeon (ἀραίων) vocant &c. id eſt,raram,laxam,fragilem,diuerſam ab argilloſa & glareoſa, quam ſuprà dixit eſſe firmiſſimam,duriſſimam,ſpiſſiſſimam,propè inexpugnabilem,etiam malleis & cuneis.

e Cùm aqua per canales à vertice montium deducta fluit.

f Martialis lib.12.*Illunc baluci malleator Hiſpanus.* Exẽplaria vulgata habent,pro baluci,paluidis.Turn.cap.26.lib.30.

50 g Pauſanias lib.5.quo loco electrum è Pado plurimum laudat.

h *Produxit electri variantia pocula virus.*Serenus.

i Nuſquam in Geographia huius templi meminit, ſed ca. 24. lib.5.Anaëtiæ regionis Armeniæ, quam præterfluens Euphrates à Cappadocia excludit.Strabo lib.11.templum id in Zela oppido fuiſſe traditâ Semiramide conſtructo ſuper aggere, coliſque id religioſiſſimè ab Armenijs,Anaitin Dianam fuiſſe multi tradunt: at Strabo ſub finem lib.11. Venerem potius fuiſſe monſtrat, quoniam virgines dicatæ in eius templo proſtituebãtur.Vide Gyraldi hiſtoriam deorum.Anaitidis Dianæ in Lydia præcipuo honore cultæ meminit præter Herodotum Pauſanias in Laconicis.

k Is apud Athenienſes ob eloquentię vim in tanto pretio habitus eſt,vt dies quib.orabat,ἑορτὰς vocarent, Orationes verò λαμπάδας.Rhodig.cap.25.lib.11.Malè verò Plinius,ſibi poſuit,non enim ipſe ſibi,ſed ipſi Græcia auream ſtatuam poſuit.Valer.ca.vlt. lib.8.Cicero lib.3.de Oratore.Pauſanias poſitam quidem ab vniuerſa Græcia,ſed tantùm inauratam,ſcribit.Athenæus libr.11. ex Hermippo narrat, Gorgiæ Delphis Athenas reuerſo Platonem obuium diciſſe, Ecce formoſum aureumq; Gorgiam : illumque eius vocis aculeo ſtimulatum reſpondiſſe, ὦ κακὲν γε σὺ ἀθλίως ηκεῖς ἐντῦτο μόνον ἀχθόμενον ἐπιτυχών. Victorius cap. 9.lib.5.

De-

De chrysocolla, & medicinæ ex chrysocolla vi, & mirabilis naturæ eius glutinandis inter se perficiendis q; metallis. CAP. V.

CHrysocolla humor est in puteis, quos diximus, pervenam auri defluens crassescente [1] limo rigoribus hybernis vsque in duritiam pumicis. Laudatiorem eandem in ærarijs metallis, & proximam in argentarijs fieri compertum est. Inuenitur & in plumbarijs, vilior etiam [2] auraria. In omnibus autẽ ijs metallis fit & cura multũ infra naturalem illam, immissis in venam aquis leuiter hyeme tota vsq; in Iunium mensem, dein siccatis in Iunio & Iulio, vt planè intelligatur nihil aliud chrysocolla, quàm vena putris. Natiua duritia maximè distat, luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam luteam appellant, tingitur. Natura est, quę lino lanęve, ad succum bibendum. Tunditur in pila, deinde tenui cribro secernitur: posteà molitur, ac deinde [3] tenuiùs sic cribatur. Quicquid non transmeat, [4] repetitur in pila, dein molitur. Puluis semper in catinos digeritur, & ex aceto maceratur, vt omnis duritia soluatur: ac rursus tunditur, dein lauatur in conchis, siccaturq;. Tunc tingitur alumine schisto & herba suprà dicta, pingiturq;, antequam pingat. Refert, quã bibula docilisq; sit. Nam nisi rapuit colorem, adduntur [5] & schytanum atque turbystum: ita vocant medicamenta sorbere cogentia. Cùm tinxere pictores, [a] orobitin vocant, ejusq; duo genera faciunt: luteam, quæ seruatur in [6] lomentum, & liquidam globulis [7] sudore resolutis. Hæc vtraque genera in Cypro fiunt. Laudatissima in Armenia secunda in Macedonia: largissima in [8] Hispania. Summa commẽdationis est, vt colorem herbæ segetis lætè virentis quàm simillimè reddat. Visumque iam est Neronis principis spectaculis harenam circi chrysocolla sterni, cùm ipse concolori panno aurigaturus esset, [9] introducta opificum turba. Tribus eam generib. distinguunt: asperam, quæ taxatur in [10] libras v i i. mediã, quæ denarijs quinis: attritam, quam & herbaceam vocant, quæ x. i i i. sublinunt autem harenosam, priusquàm inducant, atramento & Parætonio. Hæc sunt tenacia eius & colori blanda. [b] Parætoniũ, quoniam est natura pinguissimum, & propter lęuorem tenacissimum, atramento asperitur, ne Parætonij candor pallorem chrysocollę afferat. Luteam putant [c] à lutea herba dictam, quam ipsam cæruleo [11] subtritam, pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo. Vsus chrysocollæ & in medecina est ad purganda vulnera cum cera & oleo. Eadem per se arida siccat & contrahit. Datur & in anginа, orthopnœáve, miscenda cum melle. Concitat vomitiones: miscetur & collyrijs ad cicatrices oculorum: ac viridibus emplastris, ad dolores mitigandos, & cicatrices trahendas. Hanc chrysocollam Medici [d] acesin appellant, quę non est orobitis. Chrysocollam & [e] aurifices sibi vendicant agglutinando auro: & inde [12] omnes appellatam similiter vtentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ęrugine, & pueri impubis vrina, addito nitro. Teritur Cyprio in ære in Cyprijs mortarijs: santernam vocant nostri. Ita ferruminatur aurum, quod argentosum vocant. [13] Signumq; est, si addita santerna nitescit. E diuerso ęrosum contrahit se hebetaturque, & difficulter ferruminatur. Ad id glutinum fit, auro, & septima parte argenti ad suprà dicta additis, vnaq; contritis. Contexi par est reliqua circa hoc, vt vniuersa naturæ contingat admiratio. Auri glutinum est tale. Argilla ferro, cadmia ęris massis, alumen lamnis, resina plumbo & marmori: sed plumbum nigrum albo iungitur, ipsumq; album sibi oleo. Item stannum ęramentis, stanno argentum. Pineis optimè lignis ęs ferrumq; funditur: sed & Ægyptia papyro, paleis aurum. Calx aqua accenditur, & Thracius lapis, idemq; oleo restinguitur. Ignis autem aceto maximè, & visco, & ouo. Terra minimè flagrat. Carboni maior vis exusto, iterumque flagranti.

1 humore. M.
2 auraria est. M.
3 reuuis & sicca cribr. Vet & M.
4 repetitum. M.
5 &, in Vet. d.
6 lomento. Vet.
7 humore. Vet.
8 Cypro. Dioſc.
9 inducta. M.
10 libras. x. vii.
11 sublito. Vet.
12 omnino appellatione simili. Vet.
13 Signum est. M.

ANNOTATIONES.

a Quod in grana figura & magnitudine orobo similia formarent.

b Parætonium,

b Parætonium, inquit idem cap. 6. li. 35. spumam maris esse dicunt solidatam cum limo, & ideò conchas minutas inueniri cum eo. Hæc ille. Sed si ita foret, spumæ marinæ natura siccissimæ & aridissimæ, nec tenax esse parætonium, nec pingue fuerit. At sic existimandum, pargetonium ereram esse littoralem, candidissimã, glutinosam, & pinguem, quæ tamen effodi non possit absque limo, spuma, & conchulis à mari inuectis, quod in caussa fuit vt limum cum spuma mixtum esse putarent.

c A luto herba dictum. Turn. cap. 17. lib. 6. Aduers. Vitruuio lutum herba est, qua cæruleum inficiunt. Virgil.

-croceo mutabit vellera luto.

d Vel quæ ad medicinam tantùm vsurpetur: vel ἄκεστος, ἄκεστον, inelaboratum, rudem, nulla industria curatam. Vide num legendum Acesiam. Acesium Apollinę memorat Pausanias in Eliacis.

e Apud Dioscor. cap. 92. lib. 5. ἀπὸ χαλκανθίνου, ærugo aurificum, fit ex vrina pueri impubis, trita in mortario æris Cyprij, cum pistillo eiusdem metalli, eademque vires habet auro ferruminando, quas & santerna, id quod & Plinius scribit cap. 22. lib. 34.

De argento, & argento viuo, & stibio, siue alabastro, & scoria argenti, & de spuma argenti. CAP. VI.

ABhis argenti metalla dicantur, quæ sequens insania est. Non nisi in puteis reperitur, nullaq; sui spe nascitur, nullis, vt in auro, lucentibus scintillis. Terra est alia rufa, alia cineracea. Excoqui non potest, nisi cum plumbo nigro, aut cum vena plumbi. [a] Galænam vocant, quæ iuxta argenti venas plerunque reperitur. Et eodem opere ignium descendit pars in plumbum, argentum autem supernè innatat, vt oleum aquis. Reperitur in omnibus penè prouinciis, sed in Hispania pulcherrimum: id quoque in sterili solo, atque etiam montibus: & vbicunque vna inuenta vena est, non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni [1] ferè materia: [b] vnde metalla Græci videntur dixisse. Mirum, adhuc per Hispanias [2] ab Annibale inchoatos puteos durare, sua ab inuentoribus nomina habentes. Ex quęis [3] Bebelo appellatur hodieq;, qui c c c. pondo Annibali subministrauit in dies, ad mille quingentos iã passus cauato monte, per quod spatium Aquitani [4] stantes diebus noctibusq; egerunt aquas [c] lucernarum mensura, amnemq; faciunt. Argenti vena, quę in summo reperta est, crudaria appellatur. Finis antiquis fodiendi solebat esse alumen inuentum: vltrà nihil quærebatur. Nuper inuenta æris vena infra alumen alba, nullum finem spei fecit. Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus. Aurum argentumq; quò mollius, eò pulchrius. Lineas ex argento nigras [5] produci plerique mirantur. Est & lapis in his [6] venis, [d] [illegible]s vomica liquoris æterni e argentum viuum appellatur, venenum [7] rerum omnium. Exest ac perrumpit [8] vasa permanans tabe dira. Omnia ei innatant, præter aurum: id vnum ad se trahit. Ideò & optimè purgat, cæteras eius sordes expuens crebro iactatu fictilibus in vasis, ita vitijs abiectis, vt ipsum ab auro discedat. In pelles subactas effunditur, [9] per quas sudoris vice defluens, purum relinquit aurum. Ergo & cùm æra inaurantur, sublitum bracteis pertinacissimè retinet. Verùm pallore detegit simplices aut prętenues bracteas. Quapropter id furtũ quęrẽtes, oui liquore cãdido vsum eũ adulterauere: mox & hydrargyro, de quo suo dicemus loco. Et aliàs argentum viuum non largum inuentum est. In ijsdem argenti metallis inuenitur, vt propriè dicamus, spumæ lapis candidæ nitentisq;, non tamen translucentis, stimmi appellant, alij stibium, alij alabastrũ, alij [10] larbason. Duo eius genera, mas & fœmina. Magis probant fœminam: horridior est mas, scabriorq;, & minùs ponderosus, minusq; radians, & harenosior: fœmina contrà nitet, friabilis, fissuisq;, non globis, dehiscens. Vis eius adstringere & refrigerare, principalis autem circa oculos: nanque ideò etiam plerique [f] platyophthalmon id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierũ dilatet [11] oculos. Et fluxiones inhibet oculorum exulcerationesq; farina eius ac thuris, gummi admisto. Sistit & sanguinem è cerebro [12] defluentem. Efficacior & contra recentia vulnera, & contra veteres canum morsus insperſa farina: & contra ambusta igni, [g] cum adipe ac spuma argenti cerussaq; & cera. Vritur autem ossis bubuli simi circunlitum in clibanis: dein restinguitur mulierum lacte, teriturque in mortarijs, admista aqua [13] pluuiali. Ac subinde turbida transfunditur in æreum vas, & [14] mundatur nitro. Fęx eius intelligitur plumbosissima, quæq; subsidit in mortario [15] abijcitúrq;. Dein vas, in quo turbida transfusa sunt, opertum linteo per noctem relinquitur, & postero die, quod innatat, effunditur, spongiaque tollitur. Quod ibi [16] subsidit, flos intelligitur,

1 materia eruẽdi metalli ferè Græci. M.
2 olim inchoatos. M.
3 Bebulo. M.
4 stagnantes. Vet.
5 fieri producíque miramur. M.
6 venis, vomica liq. æterni. Argentũ. M.
7 metallorũ omniũ. Vet.
8 vniuersa permeans labe. Vet.
9 perque eas sud. M.
10 turbasim. M. Iabron. Vet.
11 oculos, & fluxiones inhibeat. Vet.
12 profluentem. M.
13 pluuia. Ac sub turbidũ. M. nępe, stibiũ.
14 mundatum. Vet.
15 abijciturque ea. Dein vas, in quod tur. transf. est. Vet.
16 subsedit. M.

gitur, ac linteolo interpositò in Sole siccatur, non vt perarescat. Iterumq; in mortario teritur, & in pastillos diuiditur. Ante omnia autem [h] vrendi modus necessarius est, ne plumbum fiat. Quidam non fimo vtuntur coquentes, sed adipe. Alij tritum in aqua triplici linteo saccant, fæcemque abijciunt, idque quod [17] defluxit, trāsfundunt, [18] quicquid subsidat [19] colligentes, emplastris quoq; & collyrijs miscent. Scoriam in argento [i] Græci vocāt helcysma. Vis eius adstringere & refrigerare corpora. Additur emplastris vt molybdæna, de qua dicemus in plumbo, cicatricibus maximè glutinandis, & contra tenesmos, dysenteriásque, infusa clysteribus cum myrteo oleo. Addunt & in medicamenta, quæ vocant liparas, ad excrescētia hulcerum, aut ex attritu facta, aut in capite manantia. Fit in ijsdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argiritin: tertia, quam molybditin. Et plerunque omnes hi colores in eisdem [20] [k] tubulis inueniuntur. Probatissima est Attica, proxima Hispaniensis. [l] Chrysitis [21] ex vena ipsa fit, argyritis ex argento, molybditis plūbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen. Omnis autem fit excocta sua materia ex superiori catino defluens in inferiorem, & ex eo sublata [22] veruculis ferreis, atque in ipsa flamma conuoluta veruculo, vt sit modici ponderis. Est autem, vt ex nomine ipso intelligi potest, feruescentis & [23] futuræ materiæ spuma. Distat à scoria, quo potest spuma à fęce distare. Alterum purgantis se materiæ, alterum purgatæ vitium est. Quidam duo genera faciunt spumæ, quæ vocant [24] [m] sterelytida & peumenem: tertium molybdænam, in plumbo dicendam. Spuma vt sit vtilis, iterum coquitur, confractis [25] tubulis ad magnitudinem [26] anulorum: ita accensa follibus, ad separandos carbones cinerémque abluitur aceto aut vino, simúlque restinguitur. Quòd si sit argyritis, vt candor ei detur, magnitudine fabę confracta, in fictili coqui iubetur ex aqua, addito in linteolis tritico & hordeo nouis, donec ea [27] purgentur. Posteà sex diebus terunt in mortarijs, ter die abluentes aqua frigida: & cùm [28] desinant, calida, addito sale fossili, in libram spumæ [29] obolo. Nouissimo die condunt in plumbeo vase. Alij cū faba candida ac ptisana coquunt, & in Sole siccant. Alij in lana candida cum faba, donec lanam non [30] denigrent. Tunc salem fossilem adijciunt, subinde aqua mutata, siccántque diebus x l. calidissimis æstatis. Necnon in ventre suillo in aqua coquunt, exemptámque nitro fricant, &, vt suprà, terunt in mortarijs cum sale. Sunt qui non coquant, sed cum sale terant, & adiecta aqua abluāt. Vsus eius ad collyria, & litu ad muliebrium cicatricū fœditates tollendas maculásque, & abluendum capillum. Vis autem siccare, mollire, refrigerare, temperare, purgare, explere hulcera, tumores lenire. Talibúsque emplastris suprà dictis ignes etiam sacros tollit cum ruta myrtoq; & aceto. Itémque perniones cum [31] myrtis [32] & cera.

17 defluxerit.M.
18 & quicquid Vet.
19 id collig.M.
20 tubulis.M.
21 ex auri vena Vet. ex arena ipsa. Dal. nempe plumbaria.
22 verriculis. & mox. conuoluta verricula. Vet.
23 fusæ.Vet.
24 sterrotida & pneomenen Agricola.
25 tubulis.M.
26 auellanarum.
27 rēpentur.Dioſc.
28 desinunt.Vet.
29 pondo.Vet.
30 denigret.Vet.
31 myrro.M. Leg. myreo.
32 & cera, & abdomine. M. aliud. Non placet.

ANNOTATIONES.

a Molybdæna Dioscoridi, vena communis vel auri & argenti, vel argenti & plumbi.
b ἀπὸ τοῦ μέλλοντος, ab inquirendo & perscrutando dicuntur, vel ὅτι μετ' ἄλλων, simul cum aliis, aut μετ' ἄλλα post alia inuenitur.
c Vt quandiu accensæ olei certo modo lucernæ ardent, in eo labore sinè cùm lucernæ deficiunt, recentes ac integri succedant qui eundem laborem obeant.
d Id est quod Dioscorides ait, Aiunt per se inueniri in metallis.
e Argentum viuum (Arist. lib. 1. de anima ἄργυρος χυτὸς) duplex: alterum natiuum, alterum factitium. Natiuum quoque duplex. alterum Dioscoridi per se in metallis reperitur. Plinio vomica est liquoris æterni, fluentis è lapide in venis auri & argēti: Vitruuio ad plagas ferramentorum, dum anthrax foditur, emittitur guttis crebris: alterum in tecto fodinarum argenti stillatim concrescit Dioscoridi. Factitium, vnicum tantùm: hydrargyron peculiari nomine id auctor vocat. Conficitur id ex minio Dioscoridi, lapide argenteis arenis permixto: ex anthrace, Vitruuio, vena ferrei aut subrufi coloris, quæ circa se rubrum puluerem habet. Est autem & ea quoque minij genus. Suus porrò modus cōficiendi est Vitruuio, suus Dioscoridi, sed simili ferè industria, nempe minio calfacto. Est & factitium à nobis excogitatum ex sulphure & argento viuo simul coctis, vsus frequentissimi, quod vulgus *cinabre* vocat, quasi Cinnabari.
f Pulchriores olim fœminas putauerunt, quibus latiores essent oculi, &, vt apud Homerum legitur, βοώπιδες. Cùm autem rasa supercilia colore stibij nigro inunguntur, quod passim fit à mulieribus Græcis formæ studio deditis, oculi latiores videntur. Inde plachyophthalmon stibium est dictū. Ion Omphales reginę Lydiæ dum asciticia formæ ornamenta persequitur, recensetur μέλαινα στίμμι ἐμμαστιγοῦσα. Eo suco vtuntur mulierculæ, quas ferè & eleganter dixerunt veteres πρασινοπάπας ἔχειν ἀρὶ τὸ πρόσωπον.
g Vertendum ex Dioscoride, sed massa farinæ aqua subactæ, τῷ φύραι. Vide lapsum eundem Plinij, animaduersum suprà cap. 9. lib. 20.
h Hoc seculo cum aurificum chrysocolla excoctum, &, vt aiūt, calcinatum, pituitam & aeram biliem purgat violentissimè.
i Ἥλωσμα quoniam cùm vncino eximitur è catinis, longissimè trahitur.
k Panes, tanquam massas & offas, fusores vocant.
l In his rebus distinguendis Plinius fallitur. Chrysitis ab auro minimè dicta est, sed quia maiorem iguium vim passa colorem fuluum contraxit: vel quia fit ex mixtura plumbi & auri, vel ex mixtura æris. Lithargyrus fit ex arena plumbaria, t: ex lapide plūbario 2: ex plumbeis laminis, 3: ex mixtura plumbi & argenti, 4: ex mixtura plumbi & auri, 5: ex mixtura horum trium, 6. Agricola.
m Stereotida, quòd solida massa sit: & pneomenen, quòd flatu in tubulos dilatetur. Agricola lib. 9. de nat. fossil.

De

De minio, quantæ autoritatis fuerit apud Romanos, ac inuentione eius, & cinnabaris ratione in picturis & medicina: de generibus minij, & ratione eius in picturis.
CAP. VII.

INuenitur in argentarijs metallis minium quoque, & nunc inter pigmenta magnę autoritatis, & quondam apud Romanos non solùm maximæ, sed etiam sacræ. Enumerat autores Verrius, quibus credere sit necesse, [a] Iouis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantumque corpora: sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in vnguenta cœnæ triumphalis, & à Censoribus in primis Iouem miniandum locari. Cuius rei quidem causam miror: quanquam & hodie id expeti constat Æthiopum populis, totóque eo tingi proceres, huncque ibi Deorum simulacris colorem esse. Quapropter diligentiùs [32] persequemur omnia de eo. Theophrastus x c. annis [b] ante [33] Praxibulum Athenienſium magistratum (quod tempus exit in vrbis nostræ c c x l i x. annum) tradit inuentum minium à Callia Athenienſe, initio sperante aurum posse excoqui harena rubente in metallis argenti: hanc fuisse originem eius. [34] Reperiri autem iam tum in [c] Hispanijs, sed durum & harenosum: item apud Colchos in rupe quadam inaccessa, [35] ex qua iaculantes decuterent: id esse adulterum: optimum verò supra Ephesum Cilbianis agris. Harenam cocci colorem habere: hanc teri, dein lauari, farinam, & quod subsidat, iterum lauàri. Differētiam artis esse, quòd alij minium faciunt prima [36] lotura: apud alios id esse dilutius, sequentis autem loturæ optimum. Autoritatem colori fuisse non miror. Iam enim Troianis temporibus rubrica in honore erat, Homero teste, [37] qui naueis ea cōmendat, aliās circa picturas pigmentaque rarus. Milton vocant Græci minium, quidam [38] cinnabari. Vnde natus error Indico [d] cinnabaris nomine. [e] Sic enim appellant illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisto vtriusque animalis sanguine, vt diximus. Neque alius est color, qui in picturis propriè sanguinem reddat. Illa cinnabaris antidotis medicamentisque [f] vtilissima est. At hercule Medici, [39] quia cinnabarin vocant, pro ea vtūtur hoc minio, quod venenum esse paulò mox docebimus. Cinnabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant. Pinxerunt & Ephesio minio, quod [40] derelictum est, quia curatio magni operis erat. Præterea [41] vtrunq; nimis acre existimatur. Ideò transiere ad rubricam, & sinopidem, de quibus suis locis dicam. Cinnabaris adulteratur sanguine caprino, [42] aut sorbis tritis. Pretium [43] syncerę nummi quinquaginta. Iuba minium nasci & in Carmania tradit: Hermogenes & in Æthiopia. Sed neutro ex loco inuehitur ad nos, nec ferè aliunde, quàm ex Hispania Celeberrimū ex [44] Sisaponensi regione in Bætica, miniario metallo [45] vectigalibus populi Romani, nullius rei diligētiore custodia. Non licet id ibi [g] perficere [46] excoquiq; Romam perfertur vena signata, ad dena millia ferè pondo annua. Romæ autem lauatur, in vendendo pretio [47] statuta lege ne modū excederet [48] l x x. in libras. Sed adulteratur multis modis, vnde præda [h] societati. Nanque est alterum genus in omnibus ferè argentarijs, itémq; plumbarijs metallis, quod fit [49] exusto lapide venis permisto, non ex illo, cuius vomicam argentum viuum appellauimus (is enim & ipse in argentum excoquitur) sed ex alijs simul [50] repertis. Steriles etiam [51] plumbi deprehenduntur suo colore, nec nisi in fornacibus rubescentes, exustíq; tunduntur in farinam. Et hoc est secundarium minium, perquàm paucis notum, multùm infra naturales illas harenas. Hoc ergo adulteratur minium in officinis sociorū: item Scyrico. Quonam modo Scyricū fiat, suo loco dicemus. Sublini autem Scyrico miniū compēdij ratio demonstrat. [52] Et alio modo pingentium furto opportunū est, plenos subinde abluentium penicillos. Sidit autem in aqua, [i] constatq; furantibus. Syncero cocci nitor esse debet. Secundarij autem splendor in parietibus sentit vliginē.

32 prosequemur.Vet.
33 Thrasybulum.M.
34 Repertum.Vet.
35 à qua.M.
36 lotura: id esse.M.
37 qui eam comm.M.
38 cinnabarin.M.
39 quoniam.M.
40 relictum est. M.
41 quod vtrumq;. M.
42 ac sorbis.Vet.
43 syncero.Vet.
44 Olyssponensi.M.
45 vectigali.Vet.
46 excoctumque Romam.M.
47 statuto.Vet.
48 x.lx. in libras.Vet.
49 ex Sardo.M. ex vsto.Vet.
50 repertis, qui steriles, etiam plumbi deprehenduntur. fol. col. Hermol.
51 plurimi.M.
52 Et aliàs madidum. Vet.

Quanquam hoc rubigo quædam metalli est. Sisaponensibus autem miniarijs suæ venæ arena [k] sine argento exquoquitur. [53] Auri modo probatur. Auro candente fucatum nigrescit: syncerum retinet colorem. Inuenio & calce adulterari. Ac simili ratione ferri candentis lamina, [l] si non sit [54] aurum, deprehendi illicò. Solis atque Lunę contactus inimicus: remedium, vt parieti siccato cera Punica cum oleo liquefacta candens setis inducatur, iterumque admotis gallæ carbonibus aduratur ad sudorem vsque: posteà candelis subigatur: ac deinde linteis puris, sicut & marmora nitescunt. Qui minium in officinis poliunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando [55] pernicialem puluerem trahant, & tamen vt per illas spectent. Minium in [56] voluminibus quoque [m] scriptura vsurpatur, clariorésque literas, vel in auro, vel in marmore etiam in sepulcris facit.

53 Verùm hoc modo. Vet.

54 purum, Philander.

55 pernitiosum. M.

56 voluminum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Virgilio, Pan sanguineis ebuli baccis ac minio rubet. Pausaniæ in Achaicis τὸ τὰ διονύσια ἄγεσθαι ἀπὸ πυρριβάρβου ἐπανθισμένου ὕσγιν. Plutarchus ἐν ῥωμαϊκ. τοχὸ γὰρ ἐξαυθῆ τὸ μίλτινον, ἢ τὰ ἄκακα τῶν ἀγαλμάτων ἐρυθρίαν. Brod. cap. 13. lib. 3. Alex. ab Alex. cap. 20. lib. 1. scribit, Æthiopas pugnantes dimidiam partem corporis minio, dimidiam gypso tingere solitos.

b Praxibulo Athenis Rempublicam administrante. Theophr. lib. περὶ λίθων.

c In Iberia Asiæ Colchis finitima. Theophr.

d Fallitur Plinius. Cinnabari verum, est noster sanguis draconis, arboris in Fortunaris insulis nascētis, quas Canarias vocant.

e Iam prisco rum temporibus Arrianus in periplo nouit cinnabari lacrymam esse arboris: γίνεται δὲ ἐν αὐτῇ περὶ πυρράβαρι τὸ λαγκάβαρι ἰνδικὸν, ἐκ τῶν δενδρων, ὡς δάκρυα συναγόμενον. Brod. cap. 1. lib. 3. Cadamustus cap. 4. suæ nauigationis fructum eius arboris similem esse tradit ceraso, coloris cœrulei: arbores certo anni tempore incidi: anno verò proximè sequenti fluere lachrymam. Insulę, quæ arbores eas fert, incolæ syluam draconum vocant, & aduenas eam adeuntes periocum tali nomine deterrent.

f Mirum, Plinium credidisse draconis bestiæ maximè venenatæ cruorem salubrem esse.

g Officina, in qua perficiebatur, fuit iuxta ædem Floræ & Quirini. Vitruuius cap. 9. lib. 7.

h Balticę populos nomine peculiari Socios P. R. vocat. Indogarum sociorum, quod fiebat ad Scombrariam promontorium Balticæ. Societatem tamen, publicanorum cœtum exponere satius, à quibus minium Romæ curatum fuisse Vitruuius scribit.

i Seruatur & integrum permanet.

k Nullo argento mixto. nam plerunque minium in argentarijs metallis inuenitur.

l Philander comment. in cap. 8. lib. 7. Vitru. legit, si non sit purum. Ego nihil muto, sensumque hunc esse arbitror. Si aurum desit, quo minij bonitas probetur, ferri candentis lamina id faciundum.

m Olim legum tituli, atque primæ literæ rubrica pingebantur, vnde Iuuenal. Satyr. 14. maiorum leges rubras dixit, & Pers. Satyr. 5. Massurij rubricam. Atque inde titulos librorum dictos volunt, nimirū à tituli similitudine. Est autem titulus Festo, staminacrum capitis ornamētum, extructum in altitudinem, quod fit vitta purpurea innexa crinibus.

Ouidius, *Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.*

Martial. *Rasum pumice, purpuráque cultum.* Miniatores hinc dicuntur, qui librorum inscriptiones, & capita minio ornant. Mag. cap. 14. lib. 1.

De hydrargyro, de argento inaurando, de coticulis in argenti generibus, & experimentis. CAP. VIII.

EX [a] secundario [1] inuēnit vita & hydrargyrum in vicem argenti viui, paulò antè dilatum. Fit autem duobus modis: æreis mortarijs pistillisq; trito minio ex aceto: aut patinis fictilibus [2] impositum ferrea concha, calice coopertum, argilla superillita: dein sub patinis accensum follibus continuo igni, atque ita calicis sudore detersо, qui fit argenti colore & aquæ liquore. Idem guttis diuidi facilis, & lubrico humore confluere. Quòd cùm venenum esse conueniat, omnia quæ de minio in medicinæ vsu traduntur, temeraria arbitror: præterquàm fortasse, quòd illitum capiti ventríve, [b] sanguinem sistit, dum ne quid [3] penetret in viscera, [4] ac vulnus attingat: aliter vtendum non equidem censeam. Hydrargyro argentum inauratur solùm nunc propè, cùm [5] & in æra simili modo duci debeat. Sed eadem fraus, quæ in omni vitæ parte ingeniosissima est, viliorem excogitauit materiam, vt [6] docuimus. Auri argentíque mentionem [7] comitatur lapis, quem coticulam appellant, [8] quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt autor est [c] Theophrastus: nunc verò passim, quem alij [d] Heraclium, alij Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas [e] vncias longitudinis, binásque latitudinis non excedentes. Quod à Sole fuit in his, melius, quàm quod à terra. His coticulis periti, [9] cùm è vena vt lima rapuerint experimentū, protinus dicunt quantùm auri sit in ea, quantùm argenti vel æris, [10] scrupulari differentia, mirabili ratione, non fallente. Argenti duę differentię. Batillis ferreis candentibus ramento impositо, quod candidum permaneat, probatur. Proxima bonitas rufo, nulla nigro. Sed experimento quoque fraus interuenit: [11] seruatis in virorum vrina batillis, inficitur ita ramentum obiter dum vritur, candoremque mentitur. Est [12] aliud experimentum politi, & in halitu hominis, si sudet protinus, nubemque discutiat.

1 inuenitur. M.

2 imposita, &c. cooperta arg. superillito, d. s. p. accenso. Vet.

3 prætereat. M.

4 aut. Vet.

5 & æri sim. mo. induci deb. M.

6 docuimus in auri argentique mentione. M.

7 Coniungitur. Vet.

8 quem nō solere. M.

9 cùm euenerit in limarca rapuerunt. M. Lego, cùm è vena puncto aut lima rap. &c.

10 scripulari. M.

11 seruatis enim in. Vet.

12 aliquod. Vet.

a De

ANNOTATIO.

a Inuento minùs quidem ingenioso & vili, non aspernando tamen. In secundario pane idem locutionis genus.
b In vomitu sanguinis: idque vehementi frigiditate.
c Libro περὶ λίθων.
d Quatuor pollices. Vide quæ adnotata sunt cap. 18. lib. 21.
e Dicitur & magnes heraclius cap. 16. lib. 36.

a *De speculis & Aegyptio argento.* CAP. IX.

LAminas duci, & specula fieri non nisi ex optimo posse creditum fuerat. Id quoque iam fraude corrumpitur. Sed natura mira est imagines reddendi, quod repercusso ære atque in oculos regesto fieri conuenit. Eadem vi in speculis vsu [1] polita crassitudine, paulúmque propulsa dilatatur in immensum magnitudo imaginum. Tantùm interest, repercussum illum respuat, an [2] excipiat. Quinetiam pocula ita figurantur, [3 b] expulsis intus crebris [4] ceu speculis, vt vel vno intuente, populus totidem imaginum fiat. [c] Excogitantur & monstrifica, vt in templo Smyrnæ dicata. Id euenit figura materiæ. Plurimúmque refert concaua sint & poculi modo, an parmæ [5 d] Threcidicæ, media depressa an elata, transuersa an obliqua, supina [6] an recta, qualitate excipientis figuræ torquente venientes vmbras. Nec enim est aliud illa imago, quàm [7] digesta claritas materiæ excipientis vmbram. Atque vt omnia de speculis peragantur hoc loco, optima apud maiores [8] fuerant Brundisina, stanno & ære mistis. Prælata sunt [9] argentea. Primus fecit Praxiteles Mag. Pompeij ætate. Nuper credi cœptum, certiorem imaginem reddi, [e] auro appositо auersis. Tingit & Ægyptus argentum, vt in vasis Anubem suum spectet, pingítque, non [10] cælat, argēto. Transit inde materia & ad triumphales statuas, mirúmque crescit pretium fulgoris excęcati. Id autem fit hoc modo. [11] Miscentur argēto, tertia pars æris Cyprij tenuissimi, quod coronarium vocant, & sulphuris viui, quantùm argenti. Conflantur [12] ita in fictili circunlito argilla. Modus coquendi, donec seipsa opercula aperiant. Nigrescit & oui indurati luteo, [13] vt tamen aceto & creta deteratur. Miscuit denario Triumuir Antonius ferrum. [14] Miscuit æri falsę monetę. Alij è pondere subtrahunt, cùm sit iustum f l x x x i i i j. è libris signari. Igitur ars facta denarios probare, tam iucunda lege plebi, vt Mario Gratidiano vicatim [15] totas statuas dicauerit. Mirúmque, in hac artium sola vitia discuntur, & [16] falsi denarij spectatur exemplar, pluribúsque veris denarijs adulterinus emitur.

1 protrita Graff. paull. percussa. dil. iam dimensa. Vet.

2 accipiat. Ver.

3 exculptis. Vet.

4 tot. M.

5 Threicię modo, sed med. depr. an el. auersa. Vet.

6 an erecta. Vet.

7 regesta. Vet.

8 fuerant & blandissima è stanno. M.

9 argentea, quæ primus. Vet.

10 cælat. Transit. M. argentum, expuncto.

11 Miscetur. M.

12 ista. Vet. in aliis desideratur.

13 sic tamen vt ac. & cr. detergatur. Vet.

14 Miscentur æra. Alii. Budæus. Misceat æra. M.

15 togatas. Vet.

16 falsum. M.

ANNOTATIONES.

a De speculis multa Rhodig. cap. 12. & 13. libr. 15.
b Exculptis. Seneca Quæst. natur. libr. 1. cap. vltim. *Specula totis parua corporibus auro argentóque calata sunt, deinde gemmis adornata, & poculis.*
c In templo Heræ Arcadicæ speculum fuit, tectorio parietis inclusum, in quod qui aspiciebant suam imaginem aut parum perspicuè, aut rursus nihil cernebant, deorum tamen circumposita signa, & solium ipsum dilucidè contuebantur. Pausanias in Arcadicis.
d Vel Threcis gladiatoris, cuius arma fuere parma, siue lunata pelta, & sica, quam ἄκινδυν Clemens Alexandrinus vocat lib. 1. Strom. falcem supinam Iuuenalis: vel à Thracijs inuenta. nam in glosis parma θρακικὴν ἀσπίδα, Alexandrinus scribit, θρᾷκαι πρῶτοι ἐφεῦρον ἄκινδυν, τὸν ὑφ' ἡμῶν καμπύλον μάχαιραν, ἢ πρῶτοι τὴν ἀσπίδα ἐπὶ τῶν ὤμων χρῆσασθαι. Lipsius. ca. 9. lib. 2. Saturn.
e Vt nostro seculo Venetijs bracteam argenteam vitreis speculis auersis impingunt.
f 84. sub. denarios. Vide quæ adnotata sunt in cap. vlt. libr. 21.

De immodica pecunia, & quorum maximæ opes fuerint, & quando primùm populus Romanus stipem sparserit. CAP. X.

NOn erat apud antiquos numerus vltra centum millia: [1] itaque & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena millia, aut sæpius dicantur. Fœnus hoc fecit, numúsque percussus: & sic quoque ęs alienum etiamnum appellatur. Posteà Diuites cognominati, dum modò notum sit, eum qui [a] primus acceperit hoc cognomen, decoxisse creditoribus suis. Ex eadem gente M. Crassus negabat [2] locupletem esse, nisi qui redditu annuo [b] legionem tueri posset. In agris suis sestertiūm [3] M M. possedit, Quiritium post Syllam ditissimus. Nec fuit satis, nisi totum Parthorū esurisset aurum: atq; vt nomen quidē [4] optimi occupauerit (iuuat enim insectari inexplebilē istam habendi cupidinem) multos posteà cognouimus seruitute liberatos opulentiores, pariterque [5] tres Claudij principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum. Atque vt hi omittantur, [6] tanquā adhuc rerum potiantur, C. Asinio Gallo, [7] C. Marcio Censori

1 itaque hoc est hodie multiplicatum. M. itaque & hic hodie multiplicatur. Vet.

2 diuitem. M.

3 bis millies. Vet sestertium. xx. millia. M.

4 optimum. M. opimum. Vet.

5 duos Claudio principe. M nec Callistum enumerat.

6 quoniam ad. re. potiuntur. Vet.

7 G. Marcio Cyrino. M.

Censorino C o s s. ad v i. Kalend. Februar. C. Cæcilius Claudius Isidorus testamento
3 dixit. M. suo 8 edixit, quamuis multa ciuili bello perdidisset, tamẽ relinquere seruorum quatuor millia centum x v i. iuga boum tria millia sexcenta, reliqui pecoris cc. quinquaginta septem millia: in numerato 9 H-S. D c. Funerari se iussit 10 H-S x i. Congerant excedentes numerum opes, quota tamen portio erunt Ptolemæi? quem Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam, octona millia equitum sua pecunia toleraui sse: 11 mille conuiuas, totidem aureis potorijs, mutantem vasa cum ferculis, saginasse. Quota verò ille ipse (neque enim de regibus loquor) portio fuit Pythij Bithyni, qui 12 platanum auream, vitémque nobilem illam Dario regi donauit: Xerxis 13 copias, hoc est septies centena l x x x v i i j. millia hominum excepit epulo, stipendium quinque mensium frumentúmque pollicitus, vt è quinque liberis, senectuti suæ in delectu vnus saltem concederetur. Hunc quoque ipsum aliquis comparet Cræso regi. Quę (malùm) amentia est, id in vita cupere, quod aut etiam seruis cõtigerit, aut ne in regibus quidem inuenerit finem? Populus Romanus stipem spargere cœpit, Sp. Posthumio, Q. Marcio C o s s. 14 tanta abundantia pecuniæ erat, vt eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. c Nam quòd Agrippæ Menenio sextantes æris in funus contulit, honoris id necessitatisque propter paupertatem Agrippæ, non largitionis esse dixerim.

9 sestertium sexcenties. Vet. pondo sexcenta millia.
10 sestertiis xx. millibus. Congregatæ & numerũ excedentes. M.
11 cũtum x. con. tot. aureis paueris inuestem vasa cum ferc. mutasse. M.
12 platanum. M.
13 copias mille millia hominum. M.
14 tanta pecunia erat. M.

ANNOTATIONES.

a De Crasso intelligit, cuius suprà meminit cap. 5. libr. 21. Vide Valer. cap. 11. lib. 6.
b Dion & Plutarchus, στρατιώτην, exercitum. Dió πενταχιλίαρχον, & χιλιοχιλίαρχον fuisse tradit. Rhodig. cap. 25. lib. 20.
c Nonius Marcellus in voce Desubito, ex Ciceronis lib. 6. de Republ. illa de re hæc citat. *Meminisse cœpit leuissime multitudinis, & ære congesta, funus desubito esse ornatum.* Vide & Valerium libr. 6. cap. 4.

De luxuria & frugalitate in vasis, & lectis argenteis, & quando lances immodicæ factæ. CAP. XI.

VAsa ex argento mira inconstantia humani ingenij variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana (etenim 1 tabernas mensis adoptauimus) nunc anaglypta, in asperitatemque excisa, circa lineaturas picturas quærimus. Iam verò & 2 mensas a repositorijs imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus latera, & interest quamplurimũ lima perdiderit. Vasa coquinaria ex argento Caluus Orator fieri queritur? at nos carrucas ex argento cęlare inuenimus. Nostráq; ætate Poppæa coniunx Neronis principis delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoq; induere solebat. Libras b x x x i j. argenti Africanus 3 sequens hæredi reliquit. Idemq; cùm de Pœnis triumpharet, quater milies c c c c. l x x. M. pondo transtulit. Hoc argenti tota Carthago habuit, illa terrarum æmula, quod nunc in mensarum est apparatu. Posteà victa Numantia & deleta, idem Africanus in triumpho militibus x v i j. millia pondo dedit. O viros illo imperatore dignos, quibus hoc satis fuit. Frater eius Allobrogicus primus 4 omnium mille pondo habuit. At Liuius Drusus in Tribunatu plebis x i. millia. Nam propter quinque pondo notatum à Censoribus c triumphalem senem, fabulosum iam videtur. Item 5 Catum Ælium, cùm legati Ætolorum in Consulatu prandẽtem * in fictilibus adissent, 6 missa ab his vasa argentea non accepisse, neque aliud habuisse argenti ad supremum vitæ diem, quàm duo pocula, quæ L. Paulus socer ei ob virtutem deuicto Perseo rege donasset. Inuenimus legatos Carthaginiensium dixisse, nullos hominum inter se benigniùs viuere, quàm Romanos. Eodem enim argento apud omnes 7 cœnitauisse ipsos. At Hercules Pompeium 8 Paulinum Arelatensis equitis Romani filium, paterna quoque gente pulsum, quòd x i j. pondo argenti habuisset apud exercitum, ferocissimis gentibus oppositum scimus. d Lectos verò 9 mulierum iam pridem totos operiri argento, & triclinia 10 quædam, quibus argentum addidisse primus traditur Caruilius Pollio eques Romanus, non vt operiret, aut 11 Deliaca specie faceret, sed Punica. Idem & aureos fecit. Nec multò post argentei Deliacos imitati sunt. Quæ omnia expiauit bellum ciuile Syllanum. Paulò enim 12 antè

1 tabernis & mensis ea adoptauit, nunc anaglypha. M.
2 mensis repositoria. Vet.
3 sequenti. Vet.
4 omnium vi. mille. M.
5 Quintum Aelium Tubronem. Val.
* in. M. d.
6 mensalia ab iis vasa. M.
7 cœnauisse se ipsos. M.
8 Paulinum Arelatensis equitis filium. M.
9 mulierum, in. M. d.
10 quoque. M.
11 delicata. M.

12 antè hęc facta sunt, lancésque è centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat, multósque ob eas proscriptos dolo concupiscentium. Erubescant Annales, qui bellum ciuile illud talibus vitijs imputauere. Nostra ætas 13 fortior fuit: Claudij principatu seruus eius Drusillanus 14 nomine Rotundus, dispensator Hispaniæ citerioris quingenariam e lancem habuit, cui fabricandæ officina priùs exædificata fuerat: & comites eius 15 octo quinquaginta librarum: quæso vt quàm multi eas conserui 16 eius inferrent, 17 aut quibus cœnantibus? Cornelius Nepos tradit ante Syllæ victoriam duo tantùm triclinia Romæ fuisse argentea. Repositorijs argentum addi sua memoria cœptum Fenestella dicit, qui obijt nouissimo Tiberij Cæsaris principatu. Sed & 18 testudineatum in vsum venisse. Ante se autem paulò lignea rotunda solida: nec multò maiora, quàm mẽsas fuisse. Se quidem puero, quadrata, & compacta, aut acere operta, aut 19 citro cœpisse. Mox additum argentum in 20 angulis, 21 lineásque per commissuras. f Tympana verò se iuuene appellata 22 stateras, & lances, quas antiqui 23 g magidas appellauerant. Nec copia tantùm argẽti 24 fuerit vitæ, sed validius penè manupretium. idque iam pridem, vt ignoscamus nobis. h Delphinos quinis millibus sestertijs in libras emptos C. Gracchus habuit. L. verò Crassus Orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertijs c. Confessus tamen est, nunquam se his vti propter verecũdiam ausum. Constat eundem 25 v i. millibus sestertiis in singulas libras vasa empta habuisse. Asia primùm deuicta luxuriam misit in Italiam. Siquidem L. Scipio transtulit in triumpho argenti cælati pondo 26 millia quadringenta l. Et vasorum aureorum pondo 27 centum millia, anno conditæ vrbis quingentesimo sexagesimoquinto. Eadem Asia 28 domata multò etiam grauius afflixit mores, inutiliórque victoria illa hæreditas Attalo rege mortuo fuit. Tum enim hęc emendi Romæ in auctionibus regiis verecundia exempta est, vrbis anno d c x x v i. mediis 29 l v i. annis erudita ciuitate amare etiam, non solùm admirari, opulentiam externam: immenso & Achaicæ victoriæ momento ad 30 impellendos mores, quæ & ipsa hoc interuallo, anno vrbis d c v i i j. parta, signa & tabulas pictas 31 inúxit, ne quid deesset. Paritérque luxuria nata est, & Carthago sublata, ita congruentibus fatis, vt libêret amplecti vitia, & liceret peccare, & 32 dignatione hinc alicui veterum. i C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur, ille arator Arpinas, & manipularis Imperator.

12 antè hoc facta sunt lancesq; é. Vet.
13 certior fuit. Vet.
14 cognomine. Vet.
15 octingentas. lviij. librarum. Quæreque so, nisi. ve. M.
16 eius, in M. d.
17 æqualibus cœnantibus. Vet.
18 testudinea enim. Alij.
19 cedro. Vet.
20 angulos. M.
21 ligneásque. CH.
22 clemmateras. Vet. & ex Polluce.
23 paropsidas. Vet.
24 fuit vitæ, sed valentius. Vet.
25 vj. pondo in sing. M.
26 M. V. Sic habet M. id est, mille quingenta. Vet. verò, millia quadringẽta & L.
27 mille. M. cc. m. Vet.
28 domata. Alij. Budæus. & M. domita. Vet.
29 lvij. M.
30 conuellẽdos. Vet.
31 inuexit. M.
32 indignatione hinc aliqua veterum. Nam C. Marius. Vet. dignatamen hic accusatione veterum. Nam C. Mar. Vet. alij. indignatione hinc aliqua. Veterum C. Mar. Chiffl. non probo.

ANNOTATIONES.

a Repositoria, nunc mensarum fulcra, τὰ τραπεζοφόρα: nunc quę fercula & obsonia sustinent.
b Triginta tres, & auri duas: tantæ abstinentiæ, vt annis quinquaginta quatuor quibus vixit, nihil vendiderit, emerit, ædificarit: ab vxore Sempronia, vt rumor fuit, veneno sublatus. Alex. ab Alex. cap. 18. lib. 1.
c Fabricius Lucinus Censor Cornelium Ruffinum, duobus consulatibus & dictatura speciosissima functum, senatu mouit, quòd tanquam malo exemplo luxuriosus, decem pondo vasa argẽtea comparasset. Valer. cap. 4. lib. 2.
d Plautus Pseud. *Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito, tu idem extruito.*
e Promulsidem vocat citata hac historia Tertullianus libr. de Pallio: significatione grammaticis ignota, promulsidem vocantibus portionem conuiuis loco mulsi dari solitam ad auiditatem excitandam. Hadr. Iun. cap. 10. lib. 5.
f Vasa potoria figura simili tympanis, quibus vtebantur Galli Cybeles. Eadem dicuntur & κύμβια à scaphæ forma, parua & cauapocula, &, vt ait Dorotheus apud Athenæum, profunda, sine fundo & auribus. Demosthenes Midiæ obijcit, quòd ijs biberet, mollibus & fœmineis, nec satis castrensibus. Eadẽ dicuntur & clẽmateres à forma operimenti testudinis, quam κλιμακίδα vocauerunt. Pollux. Autor fabulæ Queroli, *Ipsum etiam pauxillum argenti leuibus tensum tympanis, lunari commutatij semper, credit, quia sæclum est fœmel.*
g μάγιδας Rhodig. cap. 15. lib. 8. mensas vocat, quæ imponuntur, & tollũtur vt libet. Paulus Iurisc. magidis meminit. Alueum lusorium interpretes esse putant. Capides priscis vasa cseaxia fuerunt, quod hîc fortè legendum.
h Vasorum genus. Fuerunt & Delficæ abaci, è quibus vinum ministrabatur. Harum mentionem facit Paulus l. 3. de sup. leg. Delphinas olim mensis in ornatum subijci solitos Græci adnotarunt, vt cantharos & Cheirones abacis.. Iuuenalis,
Ornamentum abaci. nec enim & parmulus infra
Cantharus, & vrcubans sub eodem marmore Chiron. Cuiacius cap. 13. lib. 18. Obser.
i Valer. cap. 6. lib. 3. Plutarchus lib. περὶ τῆς ἀρχαιότητος.

De statuis argenteis, & cælatura argenti, & cæteris quibusdam. CAP. XII.

1 ARgenti vsum in statuas primùm ad honorem Diui Augusti in adulationem temporum transisse, falsò existimatur. Iam enim triumpho Magni Pompeij reperimus translatam Pharnacis, qui primus regnauit in Ponto, argenteam statuã: item Mithridatis 2 Eupatoris & currus aureos argenteósque. Argentum suc-

1 Argenteas statuas primùm. M.
2 eius patris. M.

cedit[3] [a] ex re aliquando & auro, luxu fœminarum plebis [b] compedes ſibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tritior vetat. Vidimus & ipſi [4] Arellium Fuſcum motum equeſtri ordine [5] ob inſignem calumniam, cùm celebritate aſſectarentur adoleſcentium ſcholę, ex argento annulos habentem. Et quid hęc attinet colligere, cùm [c] capuli militum ebore etiam [6] faſtidio, cælentur argento, vaginæ [7 d] batillis, balthei laminis crepitent. Iam verò pędagogia [8] ad [e] tranſitum virilitatis cuſtodiantur argento, fœminæ lauentur, [9] & niſi argentea ſolia faſtidiant, eadeḿque materia & cibis & probris [10] ſeruiat. Videret hæc Fabricius, & ſtratas argento mulierum balineas, [f] ita vt veſtigio locus non ſit, cum viris lauantium: Fabricius, inquam, qui bellicoſos Imperatores plus quàm pateram & ſalinum ex argento habere vetabat. Videret [11] hinc dona fortium fieri, aut in hæc frangi. Heu mores, Fabricij nos pudet. Mirum, [12] in auro cælando inclaruiſſe neminem, argento multos. Maximè [13] tamen laudatus eſt Mentor, de quo ſuprà diximus. Quatuor paria [14] deniq; ab eo omnino facta ſunt: ac iam nullum extare dicitur. Epheſiæ Dianæ templum iacet, [15] Capitolium incendiis. Varro [16] & æreum ſignum eius habuiſſe ſcripſit. Proximi ab eo in admiratione Acragas, & Boethus, [17] & Mys fuere. Extant hodie omnium opera in inſula Rhodiorum: Boethi apud Lyndiam [18] Mineruam: Acragantis in templo Liberi patris in ipſa Rhodo, Bacchæ Centauríque cęlati in ſcyphis: Myos in eadem æde & Silenus, & [19] Cupidines. Acragantis & venatio in ſcyphis magnam famam habuit. Poſt hos celebratus eſt Calamis & Antipater, quique Satyrum in phiala grauatum ſomno collocauiſſe veriùs, quàm cælaſſe dictus eſt, Stratonicus. Mox Cyzicenus Tauriſcus. Item Ariſton & [20] Eunicus Mitylenæi laudantur, & Hecatæus: & circa Magni Pompeij ætatem Praxiteles, Poſidonius Epheſius, Lædus [21] Stratiates, qui prælia armatóſque cælauit: Zopirus, qui Areopagitas & [g] iudicium Oreſtis in duobus ſcyphis [22] H-S XII. æſtimatis. Fuit dein Pytheas, cuius [23] binæ vnciæ viginti vænierunt. Vlyxes & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium ſurripientes. Fecit idem & cocos magiriſcia appellatos, paruulis potorijs, ſed è quibus ne [24] exępla quidem liceret exprimere, tam opportuna iniurię ſubtilitas erat. Habuit & Teucer [25 h] cruſtarius famam. Subitoq; ars hæc ita exoleuit, vt ſola iam vetuſtate [26] cenſeatur, vſqueadeò attritis cælaturis, ne figura diſcerni poſsit, autoritas conſtet. Argentum medicatis aquis inficitur, atque etiam afflatu ſalſo, ſicut in mediterraneis Hiſpanię. In argenti & auri metallis naſcuntur etiamnum pigmęta, ſil & cęruleum. Sil propriè limus eſt. Optimum eſt eo, quod Atticũ vocatur. Pretium in libras xxxij. Proximum marmoroſum ſub dimidio Attici pretio. Tertium genus eſt preſſum, quod alij Scyricum vocant ex inſula Scyro. Iam quidem & ex Achaia, [27] quo vtuntur ad picturę vmbras. Pretium in libras huius H-S bini. [28 i] Dipondijs verò detractis, quod lucidum vocant, è Gallia veniens. Hoc autem & Attico ad lumina vtuntur: ad abacos, non niſi marmoroſo, quoniam marmor in eo reſiſtit amaritudini calcis. Effoditur & ad xx. ab vrbe lapidem in montibus. Poſteà vritur, preſſum appellantibus qui adulterant. Sed eſſe falſum exuſtumque amaritudine apparet, [29] quoniam reſolutum in puluerem eſt.

3 ex re, in M.d.
4 Aurelium.M.
5 ob inſigo. calumn. quòd eum cum. Vet. ob inſignem cum celebritate aſſectatione adoleſc.M.
6 faſtidito.M.
7 catillis.M.
8 in tranſitu.M.
9 niſi & arg. Vet.
10 ſeruetur.M.
11 è, donis fortium hæc fieri. Vet. dona fortium in hęc fundi, aut frangi. Vet.
12 aurum cæl.M.
13 tantum.M.
14 denique, in M.d.
15 ac Capitol. Ver.
16 ſe æreum. Alij.
17 emicuere.M.
18 Mineruã in templo.M.
19 Cupidines, & venatio in ſcyphis. Magna fama poſt hos. M.
20 Onychus. Ver.
21 Stratites.M.
22 pondo XII.M.
23 duæ. Vet.
24 exemplaria.M.
25 cruſtarius, in M.d.
26 cenſeatur. Atramę vſque ad. Vet.
27 eo. Vet.
28 Dipõdiarijs. Alij. ſub. numis. vt cap. 2. lib. 34.
29 & quoniam. Vet.

ANNOTATIONES.

a Non modeſtia, ſed iuſta cauſſa, pœnæ meru.
b Sic ornatum calceorum vocat, qui vt in fœminis equeſtris ordinis aureus fuit, ſuprà ca. 3. ſic plebeis argenteus, auro illis ad eum luxum non permiſſo.
c Priſci heroës gladios habuerunt clauis argenteis confixos. Homer. Iliad. 8. de Agamẽnone, ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.
d Batulum, & ὑποπρωτινῶν batillum, ferreum inſtrumentum, quo pruna colligitur, quaſi patulum. Horatius,

Linquimus inſanã ridentes præmia ſcribæ,
Prætextam, & latum clauum, prunæq; batillum.

Ab eius inſtrumenti ſimilitudine veteres batillas vocauerunt laminas argenteas, vtrinque ad laterum margines curuatas, quib. pugionum & enſium vaginas operiebant, vt hodie ſit à Germanis. Catillos quidam exponunt clauos argenteos, quorum capita catillorum figura extuberant.
e Fibulas argenteas intelligit, quibus adoleſcentium pudenda preſtringebãt, ne coirent, cùm ῥαιβῶσιν, & ad Venerem incitãtur, vocis conſeruandæ gratia, quam illa grate Veneris vſu mutari ac corrumpi notum eſt.
f Prius probrum eſt lauare cum viris: alterum lauare in balnearum ſolijs ſic argento ſtratis & lubricis, vt in ijs conſiſtere veſtigium non poſſit.
g Vide Victor. cap. 23. lib. 13. Lipſ. ca. 27. lib. 3. de Areopagitis. Victor. cap. 5. lib. 6. Alex. ab Alex. cap. 5. lib. 3.
h Qui ia tenuiſſimis argenti laminis, & quaſi cruſtis, retunſas caſtigataſque ſcalpebat imagines, non autem extantes, & à corio frontis extimæ prominentes: vulgo, *Ciſelées à demi boſſe*.
i Ferè ſeſtertio vno. nam ſeſtertius valet aſſes duos, ſiue pondo duo, & ſemiſſem. Quidam legunt Dipondiarijs, ſub. numis: vt cap. 2. lib. proximè ſequentis.

De

De ſile, & cæruleo, & Neſtoriano: & cælo, & quòd non omni anno æqualiter ſpecies vendantur. CAP. XIII.

[a] SIle pingere inſtituêre primi Polygnotus & Mycon, Attico dũtaxat. Hoc ſecuta Ætas ad lumina vſa eſt: ad vmbras autem Scyrico & Lydio. Lydium Sardibus emebatur, quod nunc [r] obmutuit. Cæruleum harena eſt. [b] Huius genera tria fuere antiquitus: Ægyptium, quod maximè probatur: [2] Scythicum, hoc diluitur facilè: cumque teritur, in i i i j. colores mutatur, candidiorem nigriorémve, craſsiorem tenuiorémve. Præfertur huic etiamnum Cyprium. Acceſsit his Puteolanum & Hiſpanienſe, harena ibi confici cœpta. Tingitur autem omne, & in ſua [c] coquitur herba, bibítque ſuccum. Reliqua confectura eadem quæ chryſocollæ. Ex cæruleo fit quod vocatur lomentũ: perficitur id lauando [3] terendóve, & hoc eſt cæruleo candidius. Pretia eius, xxij. in libras, cęrulei xviij. Vſus in [4] creta, calcis impatiens. Nuper acceſsit & Neſtorianũ ab autore appellatum. Fit ex Ægyptij leuiſsima parte: pretiũ eius x l. in libras. Idem & Puteolani vſus, præterquàm ad feneſtras: vocant [5] cœlon. Non pridem apportari & Indicum eſt cœptum, cuius pretium x v i j. in libras. Ratio in pictura ad inciſuras, hoc eſt, vmbras diuidendas ab lumine. Eſt & [6] viliſsimũ genus lomenti, quidam tritum vocant, quinis aſsibus æſtimatũ. Cærulei ſynceri experimentum [7] in carbone vt flagret: [d] fraus viola arida decocta in aqua, ſuccóque per linteum expreſſo in cretam Eretriam. Vis eius in medicina, vt purget hulcera. Itaque & emplaſtris adijciunt: item cauſticis. Teritur [8] difficillimè ſil. In medendo leuiter mordet, aſtringítque & explet hulcera. Vritur in fictilibus, vt proſit. Pretia rerum, quæ [9] vſquam poſuimus, non ignoramus alia in alijs locis eſſe, & omnibus penè annis mutari, prout [10] nauigationes conſtiterint, aut vt quiſque mercatus ſit, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet, non obliti Demetrium à tota [11] Seplaſia Neronis principatu accuſatum apud Conſules: poni tamen neceſſarium fuit, quæ plerunque erant Romæ, vt exprimeretur autoritas rerum.

1 omittunt. M.
2 Scyricum. M. Atticum. Vet.
3 terẽdoſque. Vet. terendóve hoc. M.
4 creta. Nam calcis eſt. Ver.
5 pœcilon. Ver.
6 ſubtiliſsimum. M.
7 in carbone, in M.d.
8 difficillè &c. leniter mord. M.
9 hucuſque diſpoſuimus. Vet.
10 nauigatione. Vet. M.
11 Hellade. Vet.

ANNOTATIONES.

a Sil Hermolao & Agricolæ, ochra. Sil quod ſpecialiter vocatur, ad lacrum ignem adhibet Celſus cap. 14. lib. 5.
b Theophr. περὶ λίθων. Vitruuius cap. 12. lib. 7.
c Glaſto. In officinis infectorijs ſpuma purpurea glaſti cortinis innatans ſiccatur & Indicum fit. Cœruleum in eadem cortina infectum durabilius & floridius eſt. Alij violam exponunt, nempe nigram, τὸ μελάνιον.
d De ſilis tinctura id prodit Vitruuius cap. vlt. lib. 7. nõ cœrulei: ſed mendoſum potiùs exemplar Vitruuij puto, quàm auctoris.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ LIBER XXXIIII.

PROOEMIVM.

Aeris metalla. CAP. I.

PROXIME dicantur [a] æris metalla, cui & in vsu proximum est pretium, imò verò ante argentum, ac penè etiam ante aurum, Corinthio. Stipis quoq; autoritas, vt diximus. Hinc æra militum, Tribuni ærarij, & ærarium, & obærati ab ære dicti. Docuimus, quandiu populus Romanus ære tantùm signato vsus esset, & alia, quæ vetustas tradidit, cùm æqualem vrbi autoritatẽ eius declararet, à rege Numa collegio tertio ærariorum fabrûm institutio. Vena quo dictum est modo effoditur, igniq́ue perficitur. Fit & è lapide æroso, quem vocant cadmiam. Celebritas in [2] Asia, & quondam in Campania, nunc in Bergomatium agro, extrema parte Italiæ. Ferúntque nuper etiam in Germania prouincia repertum.

2 Proxima.M.

2 Achaia.M.

ANNOTATIO.

a Raudus prisci illi vetustissimiq; Romani æs vocauerũt, vnde dicta Raudusculana porta, quòd ære munita foret. In ea fuit Genutij prætoris caput æneum historijs scriptorum celebris. Alex. ab Alex. cap. 16. lib. 4. χαλκὸν Græcis, παρὰ τὸ χέω τὸν ἀνδρὸν, quòd eorum qui confodiuntur vires ac robur dissiper, vocatum fuisse Tzetzes scribit.

Genera æris, quæ Corinthia, quæ Deliaca, quæ Aeginetica. CAP. II.

FIt & ex alio lapide, quem [1] chalciten vocant in Cypro, vbi prima fuit æris inuentio: mox vilitas præcipua, reperto in alijs terris præstantiore, maximè [a] orichalco, quod præcipuam bonitatem admirationemq; diu obtinuit. [3] Nec reperitur longo iam tempore, effœta tellure. Proximum bonitate fuit Sallustianum in Centronum Alpino tractu, non longi & ipsum æui. [4] Successitq́ue ei Liuianum in Gallia. Vtrunque à metallorum dominis appellatum, illud ab amico Diui Augusti, hoc à coniuge, velocis defectus. Liuianum [5] quoque certè admodum exiguum inuenitur. Summa [6] gloria nunc in Marianum conuersa, quod & Cordubense dicitur. Hoc à Liuiano cadmiam maximè sorbet, & orichalci bonitatem imitatur in sestertiis [7] dupondiariisque, Cyprio suo asibus contentis. Et hactenus nobilitas in ære naturalis se habet. Reliqua genera artificio constant, quæ suis locis reddentur, summa claritate ante omnia indicata. Quondam æs [8] confusum auro argentoq́ue miscebatur, & tamen ars pretiosior erat: nunc incertum est peior hæc sit, an materia. Mirumq́;, [9] cũ ad infinitum operum pretia [10] creuerint, autoritas artis extincta est. Quæstus causa enim, [11] vt omnia, exerceri cœpta est, quæ gloriæ solebat. Ideò etiam Deorum adscripta operi, cùm proceres gentium claritatem & hac via quærerent: adeoq́; exoleuit fun-

1 chalcitin. Vet.

2 bonitatis admirationem diu.M.

3 Nec iam repe. lon. temp. est: tell. Vet.

4 Successit & Liu.M.

5 quippe. Vet.

6 gloriæ. Mi

7 dipondiarijs. M.

8 confusè. M.

9 cùm ad fructum operum pretium creuerit. M.

10 excreuerint. M.

11 ante omnia. M.

uic fundendi æris pretiosi ratio, vt iamdiu ne fortuna quidem in ære ius artis habeat. Ex illa autem antiqua gloria [b] Corinthiũ maximè laudatur: hoc casus miscuit, Corintho, cùm caperetur, incensa: [12] miréque circa id multorum affectatio fuit: quippe cùm tradatur, non alia de causa Verrem, quem Cicero damnauerat, proscriptum [13] cum eo ab Antonio, quàm quòd Corinthijs se ei cessurum negauisset. At mihi maior pars [14] eorum simulare eam scientiam videtur, ad segregandos se à cæteris magis, quàm intelligere aliquid [15] ibi subtilius: & hoc paucis docebo. Corinthus capta est Olympiadis CLVI. anno tertio, nostrę vrbis DCVIII. cùm antè seculo fictores nobiles esse desissent, quorum isti omnia signa hodie Corinthia appellant. Quàpropter ad coarguendos eos ponemus artificum ætates. Nam vrbis nostrę annos ex suprà dicta comparatione Olympiadum colligere facile erit. Sunt ergo vasa tantùm Corinthia, quæ isti elegantiores modò in escularia transferunt, modò in lucernas [16] aut [17] trulleos, [c] nullo mundi tiarum respectu. Eius tria genera: candidum, argento nitore quàm proximè accedens, in quo illa mistura præualuit: alterum, in quo auri fulua natura: tertium, in quo æqualis omnium temperies fuit. Prætèr hæc est, cuius ratio non potest [18] reddi, quamquam hominis manu facta dederit Fortuna temperamentum simulacro signisque, illud suo colore pretiosum ad iocineris imaginem vergens, quod ideò hepatizon appellant, procul à Corinthio: lõgè tamen ante Æginetícum atque Deliacum, quæ diu obtinuere principatum. Antiquissima æris gloria [d] Deliaco fuit, mercatus in Delo cõcelebrãte toto orbe, & ideò cura officinis triclíniorum pedibus fulcrísque. Ibi prima nobilitas [19] æris. Peruênit deinde ad Deum simulacra, effigiemq́ue hominum, & aliorum animalium. Proxima laus Æginetico fuit. Insula [20] & ipsa, nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata. Bos æreus inde captus in foro boario est Romę. Hic est exemplar Æginetici æris: Deliaci autem Iupiter in Capitolio in Iouis Tonantis æde: [21] illoque ære Myron vsus est, hoc Polycletus, [22] æquales atque condiscipuli. Æmulatio autem & in materia [23] fuit.

12 miraque. Vet.

13 esse ab. M.

14 doctorum. Vet. elegantiorum. Ver. Et paulò pòst.

15 ibi, in. M. d.

16 modo in trullas. Vet.

17 trullas multo mund. despectu. M.

18 reddi, quoniam temperamentum fortuna dederit, simulachris signisque hominis manu factis, illud. Vet. reddi, quoniam hominis manu facto, &c. Vet reddi, quani hom. manus se ad formæ simulachrũ apter, signisque. M.

19 æris, quæ peruênit. Vet.

20 est ipsa. Vet.

21 illóque. M.

22 æqualis atq; condiscipulus. M.

23 fuit priuatim. Aegina. M.

ANNOTATIONES.

a Vide Rhodig. cap. 9. lib. 19. Brod. ca. 23. lib. 6. Scalig. in Festum dictione Aurichalcum. Apud interpretem Apollonij Aristoteles & Hesychius aurichalcum esse negant.

b Vide Mureum Var. cap. 5. lib. 3. Plutarch. libr. cur Pythia carmine oracula non reddit.

c Trulla, nunc lasanum in quod ventris onus deponitur: nunc vas quo è culina in latrinam aquam effundunt: nunc vasis pororij genus: nunc cæmentariorum instrumentum, quo dealbati tectorio muri, aut delutati linuntur, & complanantur, à terendo.

d Maxima est Tarteſſiaco ex Hiſpania apud Paulaniã in Eliacis.

De candelabris, & templorum ornamentis. CAP. III.

PRiuatim Ægina candelabrorum [1] superficiem duntaxat elaborauit, sicut Tarentum scapos. In his ergo iuncta commendatio officinarum est. Nec pudet [a] Tribunorum militarium salarijs emere, cùm ipsum nomen à candelarum [2] lumine impósitum appareat. Accesio candelabri talis [3] fuit: Theonis iussu pręconis Clesippus fullo, [4] gibbere prętereà & alio fœdus aspectu, emente id [b] Gegania sestertijs l. eademq́ue ostentante conuiuio emptum ludibrij causa nudatus, atque [5] impotentia libidinis receptus in torum, mox in testamentum, prædiues [6] numinum vicę illud candelabrum coluit, & hanc Corinthijs fabulam [7] adiecit: vindicatis tamen moribus nobili sepulcro, per quod æterna supra terras Geganiæ dedecoris memoria duraret. Sed cùm esse nulla Corinthia candelabra constet, nomen id præcipuè in his celebratur, quoniã Mummij victoria Corinthum quidem diruit, sed compluribus Achaiæ oppidis simul æra dispersit. [c] Prisci limina etiam ac valuas ex ære in templis factitauere. Inuenio & à Cn. Octauio, qui de Perseo rege nauale triumphum egit, factam porticum duplicem ad circum Flaminium, quæ Corinthia sit appellata à capitulis æreis columnarum. Vestę quoque ędem ipsam Syracusana superficie tegi placuisse. Syracusana sunt in Pantheo capita columnarum à M. Agrippa posita. Quinetiam priuata opulentia [8] eo modo vsurpata est. Camillo inter crimina obiecit Sp. Caruilius Quęstor, quòd ęrata ostia haberet in domo. Nam triclinia ęrata abacóſque & monopodia Cn. Manlium Asia deuicta primùm inuenisse triumpho suo,

1 superiorem faciẽ. Vet.

2 nomine. Vet.

3 fuit, vt autor est Dion. fusu præ. Clef. fusor, gibber, & alio prætereà fœdus. Vet.

4 gibber. M.

5 impudentia. M.

6 numinis. Vet.

7 addixit. Vet.

8 eum modum vsurpauit. Camillo enim crimen. Vet.

suo, quem duxit vrbis anno ccccclxvij. L. Piso autor est. Antias quidem L. Crassum hæredem L. Crassi Oratoris, multa etiam triclinia ærata vendidisse. Ex ære fecerunt & [d] cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Placuere & [9] lychnuchi pensiles in delubris, [10] aut arborum modo mala ferentium lucentes: qualis est in templo Apollinis Palatini, quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicauerat eidem Deo. Transijt deinde ars vbique vulgò ad effigies Deorum.

9 lychni pens. in del. arb. M.
10 & arb. mod. mal. fer. lucernæ. Ver. & mox, quam Alex. & captam.

ANNOTATIONES.

a Tribunorum militum salarium fuit talentum, quod valebat sesterria 50. æstimata sigillata 25. coronatis nostris. Summa 1250. coronati.
b Liuius lib. 1. Dionys. Halicarn. lib. eod. scribunt à Tullo rege principes Albanorum Tullios, Seruilios, Quinctios, Geganios, Curiatios, Cloelios, in patres lectos fuisse, vt ea quoque parte respublica cresceret.
c Q. & Cn. Oguinius ædiles curules fœneratorum aliquot bonis multatis, ex eo quod in publicum redactum est, ænea limina in Capitolio, &c. posuerunt. Liuius lib. 1. Decad. 1. Fuit & Romæ porta Rauduscula ærata, de qua huius libri cap. 1.
d Pelues tripodibus impositas. Tripus suggestus fuit, triplici graduũ ordine diuisus, in quem vates cõscendebat responsa editura, vt tutius ἀσφαλῶς θέσπι acciperet, quod propiùs adstantes aliquando suffocauerat. Rhodig. ex Diodor. ca. 16. lib. 8. Vide Hadr. Iun. cap. 3. lib. 2.

Quando primum simulacrum Romæ factum, & de origine [a] statuarum, & honore statuarum, & generibus, & figuris.
CAP. IIII.

ROmæ simulacrum ex ære factum Cereri primùm reperio ex peculio Sp. Cassij, quem regnum affectantem pater ipsius interemerat. Transiit & ab Dijs ad hominum statuas atq; imagines multis modis. Antiqui [1] pingebant eas bitumine, quò magis mirum est placuisse auro [2] integere. Hoc nescio an Romanum fuit inuentum: certè etiam Romę non habet vetustatem. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliquâ illustri causa perpetuitatem merentium, primò sacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiæ: vbi omnium qui vicissent, statuas dicari mos erat. Eorum verò, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconicas vocant. Athenienses nescio an primi omnium [b] Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publicè posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno, quo & reges [3] Romæ pulsi. Excepta deinde res est à toto orbe terrarum humanissima ambitione. Et iam omnium municipiorum [4] foris statuę ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, & honores legendi æuo basibus inscribi, ne in sepulcris tantùm legerẽtur. Mox forum & in domibus priuatis factum atq; in atrijs. Honos clientum instituit sic colere patronos.

1 tingebant. M.
2 integi. Horne. an Rom. fuerit. Ver.
3 Roma pulsi. Accepta. Ver.
4 fori. M.

ANNOTATIONES.

a Statuariæ quinque genera obseruant: ξυστὸν, quæ lignum vel ebur tractat: πλαστὸν, quæ argillam: καταπλαστὸν, quæ gypsum: κολαπτὸν, quæ armor, & lapides: γλυπτὸν, quæ metalla. & hanc duplicem: χρυσὸν alteram, quæ metallum fundit: ἀνδριαντὸν alteram, quæ scalpendo format, idque vel ἀνδριαντοποιῆ, cùm sunt retusæ: ἰμαντοποιῆ, cùm cælatæ. Rhodig. cap. 24. libr. 29.
b Ij Pisistrati filio Hippatcho interempto seruitute tyrannidis Athenienses liberauerunt. Pausanias in Atticis. Hanc historiam vide prolixè recitatam apud Thucydidem libr. 6.

De statuis togatis, & quibusdam alijs, & quibus primùm in columna, & quando primùm publicè, & quæ primùm statuæ Romæ.
CAP. V.

[1] TOgatæ effigies antiquitus ita dicabantur. Placuere & nudę tenentes hastam, ab Epheborum [2] è gymnasijs exemplaribus, quas Achilleas vocant. [3] Græca res est, nihil velare: at contra [4] Romana ac militaris, thoracas addere. [a] Cæsar quidem Dictator loricatam sibi dicari in foro suo passus est. Nam [b] lupercorum habitu factæ, tam nouitiæ sunt, quàm quæ nuper prodiere penulis indutæ. [c] Mancinus [5] eodem habitu sibi statuit, quo deditus est. Notatum ab autoribus, & L. Actium Poetã in [d] Camœnarum ædę maxima forma statuam sibi posuisse, cùm breuis admodum fuisset. Equestres [6] vtique statuæ Romanam celebrationem habent, [7] orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicabant in sacris victores. Posteà verò & qui bigis vel quadrigis vicissent. Vnde & nostris currus in his qui triumphauissent. Serum hoc, & in his non nisi à Diuo Augusto seiuges, sicut & elephanti. Non vetus & bigarum [8] celebratio in his qui Prætura functi curru vecti essent per Circum

1 Togata effigies ant. statuæ dicab. Ver.
2 gymnasia. Ver.
3 Græcis mos est. Ver.
4 Romanus. Ver.
5 eo. Ver. M.
6 verò. M.
7 teto. M.
8 celebrato ijs. Ver.

cum. Antiquior columnarum, sicut [e] C. Menio, qui deuicerat priscos Latinos, quibus ex fœdere tertias prædæ [9] Rom. pop. præstabat, eodémque in consulatu in suggestu rostra deuictis Antiatibus fixerat anno vrbis ccccxvj. Item C. Duellio, qui primus naualem triumphum egit de Pœnis, quæ est etiam nunc in foro. Item P. Minutio præfecto annonæ extra portam Trigeminam [10] vnciaria stipe collata, nescio an primo [11] honore tali à populo, anteà enim à senatu erat: præclara res, nisi friuolis cœpisset initijs. Nanque & Actij Nauij statua fuit ante Curiam, cuius basis conflagrauit Curia incensa P. Clodij funere. [f] Fuit & Hermodori Ephesij in comitio, legum, quas Decemuiri scribebant, interpretis, publicè dicata. Alia causa & alia autoritas maior in Horatij Coclitis statua, quæ durat hodieque, cùm hostes à ponte sublicio solus arcuisset. Equidem & [12] Sibyllæ iuxtà rostra esse non miror, tres sint licèt: vna, quam Sex. Pacuuius Taurus Ædilis plebis [13] restituit: duæ, quas M. Messala. Primas putarem has, & Actij Nauij, positas ætate Tarquinij Prisci, nisi regum antecedentium essent in Capitolio.

9 Respu. Romana. M.
10 vnciali. Ver.
11 honor talis à pop. anteè enim. Ver.
12 Sibyllæ tres iuxta ro. sunt, minores scilicet. Ver.
13 instituit. M.

ANNOTATIONES.

a Lucius Scipio statuam suam chlamydatam & crepidatam in Capitolio poni voluit, quoniam eo habitu aliquando vsus fuisset. Valer. cap. 6. lib. 3.
b Luperci caprina pelle amicti, cętera nudi, per vrbem discurrebant. De ijs & Lupercalibus vide Alex. ab Alex. cap. 12. lib. 4.
c Aulum Hostilium Mancinum, quòd consul cæso exercitu, consultore Tyberio Graccho ignominiosam pacem fecisset, Numantinis dedendum Senatus censuit. Iulius Obsequens. Florus lib. 55. Corn. Nepos de viris illustr. Plutarchus in vita Gracchi: qui nudum & vinctum deditum fuisse narrat. Valer. cap. 6. lib. 1. vocat Caium Hostilium Mancinum, non Aulum.
d A Fabio Nobiliore extructa. Lucius Faunus cap. 17.
e Qui vno equo vicerant: vel etiam equos, qui ab vno sessore agitantur & reguntur.
f Et L. Furio Camillo. Liuius lib. 8. Decad. 1. De columna Menia alibi diximus. Caius Menius Aricinos, Lauinios, Veliternos, Antiatibus & Volscis coniunctos, adortus ex improuiso fudit. Decretus triumphus. Additum honori vt in foro statua erigeretur, quam impositam fuisse columnæ locus hic monstrat. Idem rostratas sex naues Antiatum cepit, earumq; rostra in fori suggestu fixit, quæ Rostra Vetera dicta sunt. Liuius. Florus.
g Apud Strabonem lib. 14. Artemidorus narrat, Hermodorum virum inter Ephesios frugi, ab ijs eiectum quòd bonus esset: ideoque dignos Ephesios omnes qui strangularentur, cùm edicto publico ciuitate pellerent bonos & integros viros. Hanc historiam reperis & Alex. ab Alex. cap. 18. lib. 5.

De statuis sine tunicis, & quibusdam alijs, & quæ prima Romæ statua equestris, & quando omnes statuæ priuatim & publicè sublatæ, & quibus Romæ mulieribus, quæ primæ ab exteris publicè positæ. *CAP. VI.*

EX his Romuli est sine tunica, sicut & Camilli in Rostris, & ante ædem Castorum fuit Q. Marcij [1] Tremuli equestris togata, qui Samnites bis deuicerat, captaque Anagnia, populum stipendio liberauerat. Inter antiquissimas sunt & [2] Tulli Cælij, L. Roscij, Sp. Nautij, [3] C. Fulcinij in Rostris, à Fidenatibus in legatione interfectorum. Hoc [4] à Romano populo tribui solebat iniuria cęsis, [5] sicut & P. Iunio, [a] & T. Coruncano, qui ab Teuca Illyriorum regina interfecti erant. Non omittendum [6] videtur, quod Annales annotauere, tripedaneas his statuas in foro statutas. Hæc videlicet mensura honorata tunc erat. Non præteribo [7] C. [b] Octauium ob vnum verbum: hic regem Antiochum, daturum se responsum dicentem, virga, quam tenebat fortè, circunscripsit, & priùs quàm egrederetur circulo illo responsum dare coegit. In qua legatione interfecto, Senatus statuam poni iussit quàm [8] oculatissimo loco in Rostris. Inuenitur statua decreta & Taraciæ Caiæ siue Suffetiæ virgini Vestali, vt poneretur vbi vellet: quod adiectum non minùs honoris habet, [9] quàm fœminæ esse decretam. Meritum [10] eius in ipsis ponam Annalium verbis: Quòd campum Tiberinum gratificata esset ea populo. Inuenio & Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus Comitij positas, cùm bello Samniti Apollo Pythius fortissimo Græcorum gentis iussisset, & alteri sapientissimo, simulacra celebri loco dicari, [11] donec Sylla Dictator ibi Curiam faceret. Mirúmque est, illos patres Socrati cunctis ab eodem Deo sapiętia prælato Pythagoram prætulisse, aut tot alijs virtute Alcibiadem, aut quenquam vtroque Themistocli. Columnarum ratio erat, attolli supra cæteros mortales: quod & arcus significant nouitio inuento. Primus tamen honos cœpit à Græ

1 Tremellij. M. Tremelli. Ver.
2 Tulli Cloelij. Vrsinus. Titi Cloelij. Quidam.
3 & C. Fulc M.
4 à Republica. M.
5 sicut alijs & P. M.
6 videtur, in. Ver. d.
7 C. Popilium. Val. Max. & alij Histor.
8 honoratissimo loco qui est in Rost. Inuenitur & stat. decr. Tara. M.
9 quàm quòd fœminæ est decreta. M.
10 eius ipsis. M. expuncto, in.
11 & credo, ne Sylla M.

Græcis. Nullique arbitror plures ſtatuas dicatas, quàm c Phalereo Demetrio Athenis. Siquidem c c c l x. ſtatuêre, quas mox d lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente. Statuerant Romæ etiam in omnibus vicis C. Mario Gratidiano tribus, vt diximus, eaſdemque ſubuertêre Syllæ introitu. Pedeſtres ſine dubio Romę fuere in autoritate longo tempore. Equeſtrium tamen origo perquàm vetus eſt, cum fœminis etiam honore communicato. Cloęliç enim ſtatua eſt equeſtris, ceu parùm eſſet toga eam cingi: cùm nec Lucretię, nec Bruto, qui expulerant reges, propter quos Cloelia inter obſides fuerat, decernerentur. Hanc primam & Horatij Coclitis publicè dicatam crediderim: antè enim ſibi ac Sibyllæ Tarquinium, & reges ſibi ipſos poſuiſſe veriſimile eſt: niſi Cloeliæ [12] Piſo traderet ab his poſitam, qui vnà [10] obſides fuerant, redditis à Porſena in honorẽ eius. E diuerſo Annius Fœcialis, equeſtrem, quæ fuerit contra Iouis Statoris ædem in veſtibulo [13] Superbi domus, Valeriæ fuiſſe Publicolæ Conſulis filiæ: eamque ſolam [14] refugiſſe, Tiberimque tranauiſſe, cæteris obſidibus, quæ Porſenæ mittebantur, interemptis Tarquinij [15] inſidijs L. Piſo prodidit, M. Æmilio, C. Popilio i j. C o s s. à Cenſoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio, ſtatuas circa forum eorum qui [16] magiſtratum geſſerunt, ſublatas omnes, præter eas quæ populi aut Senatus ſententia ſtatutæ eſſent. Eam verò, quam apud ædem Telluris ſtatuiſſet ſibi Sp. Caſsius qui regnum affectauerat, etiam conflatam à Cenſoribus. Nimirum in ea quoque re ambitioni prouidebant illi viri. Extant Catonis in Cenſura vociferationes, mulieribus Romanis in prouincijs ſtatuas poni. Nec tamen potuit inhibere, quò minùs Romæ quoq; ponerentur, ſicuti Corneliæ Gracchorum matri, quæ fuit Africani prioris filia. Sedens huic poſita, ſoleiſque ſine amento inſignis, in Metelli publica porticu: quæ ſtatua nunc eſt in Octauię operibus. Publicè autem ab exteris poſita eſt Romæ C. Ælio Tribuno plebis, e lege perlata in [17] Stennium Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infeſtauerat: ob id Ælium Thurini ſtatua & corona aurea donauerunt. Iidem poſteà Fabricium [18] donauere ſtatua, liberati obſidione. Paſsimque [19] clientes in clientelas ita recepti: & adeò diſcrimen omne ſublatum, vt Annibalis etiam ſtatuæ tribus locis viſantur in vrbe, cuius intra muros ſolus hoſtium emiſit haſtam.

12 poſitam quoque Piſo trad. ret ab iis qui vna. M.

13 ſuperiore. Vet.

14 fugiſſe. Tib. tranſnatuiſſe, cæt. obſ. qui. M.

15 inſidiis, vt L. Piſo prodidit. Idem auctor eſt M. Aem. M.

16 magiſtratus geſſerant. M.

17 Septimium. M.

18 donarunt. M.

19 gentes in clien. ita receptæ. M.

30

ANNOTATIONES.

a Hoc etiam tributum fuit legatis cæſis à Tolumnio rege Veientum. Cicero in Philippica 9.
b Erratum eſt vel à librario, vel ab auctore, niſi Caius Octauius Pompilius dictus ſit. Nam Pompilium vocatum fuiſſe conſtat ex Valer. cap. 4. lib. 6. ex Appiano in bello Syriaco, ex Plutarcho in Apophthegmatibus.
c A Caſſandro Macedonum rege Athenis præfecto. Vide Strabonem lib. 9.
d Conflauerunt, in cloacas abiecerunt. Idem.
e Qua is damnaretur vt publicus hoſtis.

De antiquis ſtatuarijs, & pretijs ſignorum immodicis, & coloſsis in vrbe celeberrimis. CAP. VII.

FVIſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoque & vetuſtam, indicant, Hercules ab Euãdro ſacratus, [1] vt ferunt, in foro boario, qui trumphalis vocatur, atq; per [2] triumphos veſtitur habitu triumphali: prætereà a Ianus geminus à Numa rege dicatus, qui pacis belliq; argumento colitur, b digitis ita figuratis, vt trecentorum ſexagintaquinque dierum nota, per ſignificationem [3] anni temporis & æui ſe Deum indicaret. Signa quoque [4] Thuſcanica per terras diſperſa, quæ in Hetruria factitata non eſt dubium. Deorũ [5] tantùm putarẽ ea fuiſſe, ni Metrodorus Scepſius, cui cognomẽ à Romani nominis odio inditũ eſt, propter [6] duo millia ſtatuarũ Volſinios expugnatos obiiceret. Mirumq; mihi videtur, cùm ſtatuarũ origo tam vetus in Italia ſit, c lignea potiùs aut fictilia Deorum ſimulacra in delubris dicata, vſq; ad deuictam Aſiam, [7] vnde luxuria. Similitudines exprimendi quę prima fuerit origo, in ea quã plaſticen Greci vocant, dici cõueniẽtius erit: etenim prior, quàm ſtatuaria, fuit. Sed hęc ad infinitum effloruit [8] multorum voluminum opere, ſi quis plura perſequi velit: omnia enim quis poſsit? In M. Scauri Ædilitate tria millia ſignorum [9] in ſcena

1 vt produnt. M.

2 triumphum. M.

3 annũ. Vet.

4 Thuſcana, &c. facta non eſt dubium. Ver.

5 tamen putarem eſſe. Vet.

6 centum & decem ſtatuarum ſigna Vulſinios. M.

7 vnde irrepſit & luxuria. Vet.

8 multarum imaginũ op. ſi quis plures per. velit: omnes enim. Vet.

9 in ſcena fuere, temporario tantùm theatro. Vet.

ſcena tãtùm fuere temporario theatro. Mummius deuicta Achaia repleuit vrbem: ipſe exceſſit non [10] relicturus filiæ dotem. Cur enim non cum excuſatione ponatur? Multa & Luculli inuexere. Rhodi etiamnum tria millia ſignorum eſſe, Mutianus ter Conſul prodidit, nec pauciora Athenis, [11] Olympiæ, Delphis ſupereſſe creduntur. Quis iſta mortalium perſequi poſſit? aut quis vſus noſcẽdi intelligatur? Inſignia [12] tamen maximè, & aliqua de cauſa notata, [13] voluptarium ſit attigiſſe, artificéſque celebratos nominauiſſe, [14] ſingulorum quoque inexplicabili multitudine, cùm Lyſippus ad ſexcenta x. opera feciſſe prodatur, tantæ omnia artis, vt claritatem poſſent dare vel ſingula. Numerum apparuiſſe defuncto eo, cùm theſaurum effregiſſet hæres: ſolitum enim ex manipretio cuiuſque ſigni denarios [15] deponere aureos ſingulos. Euecta ſupra humanam fidem ars eſt ſucceſſu, mox & audacia. Inargumentum ſucceſſus vnum exemplum afferam, nec Deorum [16] hominúmve ſimilitudinis expreſſæ. Ætas noſtra vidit in Capitolio, priùs quàm id nouiſſimè [17] cõflagrauit à Vitellianis incenſum, in cella Iunonis, canem ex ære, vulnus ſuum lambentem: cuius eximium miraculum & indiſcreta veri ſimilitudo, non eo ſolùm [18] intelligitur, quòd ibi dicata fuerat: verùm & noua ſatisdatione: nam ſumma nulla par videbatur: capite tutelarios cauere [19] pro ea, inſtituti publici fuit. Audacię innumera ſunt exempla. Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarum, quas coloſſos vocant, turribus pares. Talis eſt in Capitolio Apollo, tranſlatus à M. Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe xxx. cubitorum, [20] c l. talentis factus: talis in campo Martio Iupiter à Claudio Cæſare dicatus, qui [21] vocatur Pompeianus à vicinitate theatri: d talis & Tarenti factus à Lyſippo x l. cubitorum. Mirum in eo, quòd manu, vt ferunt, mobilis (ea [22] ratio libramenti eſt) nullis conuellatur procellis. Id quidem prouidiſſe & artifex dicitur, modico interuallo, vnde maximè [23] flatum opus erat frangi, oppoſita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemque [24] moliendi, non attigit eum Fabius Verrucoſus, cùm Herculem qui eſt in Capitolio inde transferret. Ante omnes autem in admiratione fuit Solis coloſſus Rhodi, quẽ fecerat Chares Lyndius, Lyſippi ſuprà dicti diſcipulus, e Septuaginta cubitorũ altitudinis fuit. Hoc ſimulacrum poſt quinquageſimum ſextum annum terræmotu proſtratum, ſed iacens quoque miraculo eſt. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores ſunt digiti, quàm pleræque ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiant [25] de fractis mẽbris. Spectantur intus magnæ molis ſaxa, quorum pondere [26] ſtabiliuerat conſtituens. Duodecim annis tradunt effectum c c c. talentis, quæ contulerant ex apparatu regis Demetrij, relicto moræ [27] tædio. Sunt alij minores hoc in eadem vrbe coloſſi centum numero, ſed vbicunque ſinguli fuiſſent nobilitaturi locum. Præterq; hos Deorum quinque, quos fecit Bryaxis. Factitauit coloſſos & Italia: videmus certè Apollinem in bibliotheca templi Auguſti Thuſcanicum l. pedum à pollice, dubium ere mirabiliorem, an pulchritudine. Fecit & Sp. Caruilius Iouem, qui eſt in Capitolio, victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus, è pectoralibus eorum ocreiſq; & galeis. Amplitudo tãta eſt, vt conſpiciatur à Latiario Ioue. Reliquijs [28] limæ ſuam ſtatuam fecit, quæ eſt ante pedes ſimulacri eius. Habent in eodem Capitolio admirationem & capita duo, quę P. Lentulus Conſul dicauit: alteram à Charete ſuprà dicto factũ: alterum fecit Decius, comparatione in tantum victus, vt artificium minimè probabilis artificis videatur. Verùm omnem amplitudinem ſtatuarum eius generis vicit ærate noſtra [29] Zenodorus, Mercurio facto in ciuitate Galliç Aruernis, per annos decem, H-S cccc. manipretio. Poſtquam ſatis ibi artem approbauerat, Romam accitus eſt à Nerone, vbi deſtinarũm illius principis ſimulacrum [30] coloſſum fecit c x. pedum lõgitudine, qui dicatus Solis venerationi eſt, damnatis ſcelerib. illius principis. [31] Mirabamur in officina non modò ex argilla ſimilitudinem inſignem, verùm [32] & ex paruis admodum ſurculis, quod primum operis inſtar fuit. Ea ſtatua indicauit interiſſe fudendi æris ſcientiã, cùm & Nero largiri aurum argentumq; paratus eſſet, & [33] Zenodorus

10 relicta filiæ dote. Vet.

11 & Olympiæ. M.

12 tamen, & maximè aliqua. M.

13 voluptuatium. Vet.

14 ſignorum. M.

15 ſeponere. M. reponere. Vet.

16 nec hominũ. Alij.

17 conflagrarat. M. flagrarat. M. aliud.

18 intelligatur, quod ibi dicatus. M.

19 pro eo. M.

20 quingentis talentis. M.

21 deuoratur Pompeiani theatri vicinitate. M

22 ratione lib eſt, vt nul eõ proc id quod prouid M.

23 proflatum. Vet.

24 mouendi. M.

25 diffractis. Vet.

26 illud ſtab. M.

27 tædio obſeſſa Rhodo. Vet.

28 limaturæ. Vet.

29 Zenodotus. Vet.

30 Co'oſſeum. Vet.

31 Mirabantur. Vet.

32 & in. par ad. ſigillis, q p. o. inſtituum fuit. Vet. & de par. &c. vt in vulg.

33 Zenodotus Vet. Xenodot. ſ Alij.

ſcientia fingendi cælandiq; nulli veterum poſtponeretur. Statuam Aruernorum cùm faceret, prouinciæ. Vibio Auito præſidente, duo pocula Calamidis manu cælata, quæ Caſſio Syllano auunculo eius præceptori ſuo Germanicus Cæſar 34 adamata donauerat, æmulatus eſt, vt vix vlla differentia eſſet artis. Quantoq; maior in Zenodoro præſtantia fuit, tanto magis 35 deprehendi æris obliteratio poteſt.

34 adamato. Ver.

35 deprehenditur æris obliteratio. M.

ANNOTATIONES.

a Liuius lib. 1. Dec. 1. ad infimum Argiletum Ianum à Numa factum ſcribit, indicem pacis belliq; aperuiſſe, vbi in armis ciuitatem eſſe, clauſus pacatos circà omnes populos ſignificaret. Procopius lib. 1. belli Gothici ſacellum extra Ianum in medio foro fuiſſe tradit, è regione Capitolij, ſupra locum, quem ætate ſua tres Parcas vocabant, tanta amplitudine quanta ſatis eſſet ad excipiendã imaginem quinque pedes altam. Varro 12. aras ſano fuiſſe ſacras tradit, in quauis regione vrbis vnam, ſed duas præ cæteris cultas: alteram in foro boario, alteram in Romano ad aream Fabianum. De Iano medio vide Brod. cap. 19. lib. 2. Magium cap. 12. lib. 2.

b Eius ſuppurationis modum per digitos factæ Rhodig. ſubtiliter exponit cap. 11. & 12. lib. 23.

c Priſcorum inopiam & ſui temporis luxum ſcitè Varro deſcribit lib. 1. de vita pop. Rom. *Hæc adis quæ nunc eſt, multis annis poſt facta fuit: quin omnia regijs temporibus delubra parua facta ſunt, vt in cæterocultu quæ ſunt conſentanea, quòd ſint pauperiina ſine elegantia atque cæſtimonia. Quid inter hos Iones interfit, qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere & horum temporum diuitias, & illorum paupertates.* Idem quod Plinius, Pauſanias in Corinthiacis, quo loco, templi Apollinis Lycij meminit. In Arcadicis quoque earum imaginum materiam fuiſſe tradit ebenum, cypreſſum, cedrum, quercum, ſmilacem, lotum: at Cyllenij Mercurij fuiſſe è citro.

d Talis & Hercules Tarenti, &c. ex Strabone lib. 6. Coloſſum eum Fabius Maximus capto vi Tarento Romam tranſtulit, & vt donarium in Capitolio ſacrauit. Strabo quidem Iouis coloſſæi, omnium coloſſorum, qui tum extabant, poſt Rhodium maximi, in foro Tarentinorum poſiti, meminit: ſed nec opus id Lyſippi fuiſſe tradit, nec Romam deuectum.

e Apud Feſtum pedum 105. quod idem eſt. Qui fecit Chares ei ſubſcripſit.

τὸν ὑψ ἑβδομ κολοσσὸν ὑψ ἑλίου ἔτιμε
χάρης ἰνδοὲς παγχυσ ὲ λίνδ&.

Nobilitates ex ære operum & artificum cc clx vi. CAP. VIII.

SIgnis, quæ vocant Corinthia, plerique in tantùm capiuntur, vt ſecum circunferant, ſicut Hortẽſius Orator ſphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero f illo iudicio in altercatione neganti ei ſe ænigmata intelligere, reſpondit debere, quoniã ſphingem domi haberet. Circuntulit & Nero princeps Amazonem, de qua dicemus: & paulò antè C. Ceſtius Conſularis ſignum, quod ſecum etiam in prælio habuit. Alexandri quoque Magni tabernaculum 2 ſuſtinere traduntur ſolitæ ſtatuę, ex quibus duæ ante Martis Vltoris ædem 3 dicatę ſunt, totidem ante regiam. Minoribus ſimulacris ſigniſq; innumera propè artificum multitudo nobilitata eſt. Ante omnes tamen Phidias Athenienſis, a Ioue Olympię facto, ex ebore quidem & auro: ſed & ex ere ſigna fecit. Floruit autem Olympiade l x x x i i i. circiter c c c. noſtrę vrbis anno. Quo eodem tempore æmuli eius fuere Alcamenes, Critias, Neſtocles, Hęgias. Et deinde Olympiade l x x x v i i. Agelades, Callon, Polycletus, 4 Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius. Ex his Polycletus, diſcipulos habuit Argium, Aſopodorum, Alexim, Ariſtidem, Phrynonẽ, Dinonem. Athenodorum, 5 Dameam Clitorium, Myronem Lycium. Nonageſimaquinta Olympiade floruere Naucydes, Dinomedes, Canachus, 6 Patrocles. Centeſima ſecũda Polycles, b Gephiſſodorus, Leochares, Hypatodorus. Centeſimaquarta Praxiteles, Euphranor. Centeſima ſeptima Echion, Therimachus. Centeſima quartadecima Lyſippus 7 fuit, & cum eo Alexander Magnus. Item Lyſiſtratus, & frater eius Sthenis, Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion. In hoc mirabile, quòd nullo doctore nobilis 8 fuit ipſe. Diſcipulos habuit Zeuxim & Iadem. Centeſima viceſima Eutychides, Euthycrates, Lahippus, Cephiſſodorus, Timarchus, Pyromachus. Ceſſauit deinde ars, ac rurſus Olympiade cẽteſimaquinquageſimaquinta reuixit, cùm fuere longè quidem infra prædictos, probati tamen, Antheus, Calliſtratus, Polycles, Athenæus. Callixenus, Pythocles, Pythias, Timocles. Ita diſtinctis celeberrimorum ætatibus inſignes raptim tranſcurram, 9 reliqua multitudine paſſim diſperſa. Venêre autem & in certamen laudatiſſimi, quanquam diuerſis ætatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas: quę cùm in templo Epheſiæ Dianę dicarentur, placuit eligi probatiſſimam ipſorum artificum, qui præſentes erant, iudicio, cùm apparuit eã eſſe, quam omnes ſecũdam à ſua 10 quiſq; iudicaſſent. Hęc eſt Polycleti, proxima ab ea Phidię, tertia Cteſilę, quarta Cydonis, quinta 11 Phragmonis. c Phidias, præter

f in iudicij altercatione neganti ſe ænigmata. Alij.

2 ſuſtinuiſſe trad. ſolidæ.

3 ſacratæ. M.

4 Phradmon. Pauſ.

5 Demeam. M.

6 Patroclus. M.

7 fuit, cùm & Alex.

8 fuit. Ipſe diſcipulos. M.

9 reliquam multitudinem & paſſim diſperſam. Ver.

10 quiſque, in M. d.

11 Phradmonis. Pauſ.

præter Iouem Olympium, quem nemo æmulatur, fecit & ex ebore æquè Mineruam Athenis, quę eſt in d Parthenone adſtans. Ex ære verò, præter Amazonem ſuprà dictam, Mineruam tam eximię pulchritudinis, 12 vt e à forma cognomen acceperit. Fecit & f Cliduchum & aliam Mineruam, quam Romæ Æmilius Paulus g ad ædem Fortunæ 13 dedicauit. Item duo ſigna, quę Catulus in eadem ędepoſuit palliata: & alterum 14 coloſſicon nudum: primuſque artem toreuticen aperuiſſe atque demonſtraſſe meritò iudicatur. h Polycletus Sicyonius Ageladis diſcipulus, i Diadumenum fecit molliter iuuenem 15 c. talentis nobilitatum. Idem & Doryphorum viriliter puerum. Fecit & 16 quem ii canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam: ſoluſque hominum artem ipſe feciſſe, artis opere iudicatur. Fecit & 17 k diſtringentem, & nudum talo inceſſentem. 18 Duóſque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Aſtragalizontes: & ſunt in Titi Imperatoris atrio: quo opere nullum abſolutius plerique iudicant. Item Mercurium, qui fuit Lyſimachiæ: Herculem, qui Romæ, Antæum à terra ſuſtinentem: kk Artemona, qui Periphoretos appellatus eſt. Hic conſummaſſe hanc ſcientiã iudicatur, & toreuticen ſic eruditſſe, vt Phidias aperuiſſe. l Proprium eiuſdem, vt vno crure inſiſterent ſigna, excogitaſſe: quadrata tamen ea eſſe tradit Varro, & penè ad vnum exemplum. m Myronem n Eleutheris natum, & ipſum Ageladis diſcipulum, bucula maximè nobilitauit, celebratis verſibus laudata, quandò alieno plerique ingenio magis, quàm ſuo, commendantur. Fecit & canem, & diſcobolon, & Perſea, & o Priſtas, & p Satyrum admirantem tibias, & Mineruam, Delphicos q pentathlos, Pancratiaſtas: Herculem etiam, qui eſt apud Circum 19 maximum in æde Pompeij Magni. 20 Feciſſe & cicadæ monumentum ac locuſtæ, carminibus ſuis r Erinna ſignificat. Fecit & Apollinem, quem à Triumuiro Antonio ſublatum reſtituit Epheſiis Diuus Auguſtus, admonitus in quiete. Primus hic multiplicaſſe varietatem videtur, ſ numeroſior in arte, quàm Polycletus, 21 & ſymmetria diligentior: & ipſe tamen corporum tenus curioſus, animi ſenſus non expreſſiſſe, capillum quoque & pubem non emendatiùs feciſſe, quàm rudis antiquitas inſtituiſſet. Vicit eum Pythagoras Rheginus ex Italia, pancratiaſte Delphis poſito. Eundem vicit t & 22 Leontius, qui fecit ſtadiodromon u Aſtylon, qui Olympię oſtenditur, & 23 Libyn puerum tenentem 24 tabellam eodem loco, & mala ferentem nudum. Syracuſis autem x claudicantem: cuius hulceris dolorem ſentire etiam ſpectantes videntur. Item Apollinem citharœdum, ſerpentémque eius ſagittis 25 confici, qui Diceus appellatus eſt, 26 quòd cùm Thebę ab Alexandro caperentur, aurum à fugiente conditum, ſinu eius celatum eſſet. Hic primus neruos & venas expreſſit, capillúmque diligentiùs. Fuit & alius Pythagoras 27 y Samius, initio pictor, cuius ſigna ad ædem Fortunæ huiuſce 28 z Deæ ſeptem nuda, & ſenis vnum, laudata ſunt. Hic ſuprà dicto facie quoque indiſcreta ſimilis fuiſſe traditur: Rhegini autem diſcipulus & filius 29 ſororis fuiſſe Soſtratus. A Lyſippum Sicyonium Duris negat, Tullius fuiſſe diſcipulum affirmat, ſed primò ærarium fabrum, audendi rationem cœpiſſe pictoris Eupompi reſponſo. Eum enim interrogatum, quem ſequeretur antecedentium, dixiſſe demonſtrata hominum multitudine, naturam ipſam imitandam eſſe, non artificem. Plurima ex omnibus ſigna fecit, vt diximus, fœcundiſſimæ artis, inter quæ diſtringentem ſe, quem M. Agrippa ante thermas ſuas dicauit, mirè gratum Tiberio principi: 30 qui non quiuit temperare ſibi in eo, quanquam imperioſus ſui inter initia principatus, tranſtulítque in cubiculum, alio ibi ſigno ſubſtituto: 31 cùm quidem tanta populi Romani contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi Apoxyomenon 32 flagitauerit, princépſque, quanquam adamatum, repoſuerit. Nobilitatur Lyſippus & temulenta tibicina, & canibus ac venatione. In primis verò quadriga cum Sole Rhodiorum. B Fecit & Alexandrum Magnum multis

12 vt formæ cogn. M.

13 finiuſſe diei dicatur. Ver.

14 coloſſeum. Ver.

15 quinque. Dal.

16 quæ Simon. ca. M. & mox, x ijs pel velut lege quadam. M.

17 diſtring ſe, & nud. ta incedentem M.

18 Duoſque pueros item nudos talis ludentes Vet.

19 magnum M.

20 Feciſſe & cic mon. ac ioc. ſicut carm. Ver.

21 & in ſymm. M.

22 Leõtinus Ver. ſub. Pythagoras

23 Iouem pu te. tabulas. M.

24 Iouem. Ver tabulas Alij Vet. tabellas. A ij.

25 confectum. Vet.

26 quoniam. M.

27 Parius. Pauſ lib. 9.

28 diei feminudæ & valde laudata mat. Ver. deæ ſunt feminudæ, vnde & laud lij. Vet. dici ſunt feminudæ, & ſenis vnum. Turn

29 ororis Soſtratus. Lyſippũ fuiſſe Sicyonium Tul. Praxitelis fuiſſe. Vet.

30 qui nequiuit. Dal.

31 cũ tãta quidẽ. Ver.

32 eſſe flagitauerit. M.

operibus, à pueritia eius orsus. Quam ſtatuam inaurari iuſſit Nero princeps, delectatus admodum illa. Dein cùm pretio periſſet gratia [33] artis, detractum eſt aurum: pretioſiórque talis exiſtimatur, etiam cicatricibus operis atque conſciſſuris, in quibus aurum hæſerat, remanentibus: Idem fecit Hephæſtionem Alexandri Magni amicum, quem quidam Polycleto adſcribunt, cùm is centum propè annis antè fuerit. Idem Alexandri venationem: quæ Delphis ſacrata eſt: Athenis [34] Satyrorum turmam. Alexandrum amicorumque eius imagines ſumma omnium ſimilitudine expreſſit. Has Metellus Macedonia ſubacta tranſtulit Romam. Fecit & quadrigas multorum generum. Statuariæ arti plurimùm traditur contuliſſe, capillum exprimendo, capita minora faciendo, quàm antiqui, corpora graciliora ſiccióráque, per quæ proceritas ſignorum maior [35] videtur. Non habet Latinum nomen ſymmetria, quam diligentiſſimè cuſtodiuit, [36] noua intactáque ratione quadratas veterum ſtaturas permutando: vulgóque dicebat, ab illis factos, quales eſſent, homines: à ſe, quales viderentur eſſe. Propriæ huius videntur eſſe argutiæ operum, cuſtoditæ in minimis quoque rebus. Filios & diſcipulos reliquit laudatos artifices, Lahippum & Bedam, ſed ante omnes Euthycratem: quanquam is conſtantiam patris potiùs æmulatus, quàm elegantiam, auſtero maluit genere, quàm iucundo, placere. Itaque optimè expreſſit Herculem Delphis & Alexandrum, Theſpin venatorem, & [C] Theſpiadas: prælium [37] equeſtre, [D] ad Trophonij oraculum: quadrigas Medeæ complures: equum cum [38] fiſcinis: canes venantium. Huius porrò diſcipulus fuit Tiſicrates, & ipſe Sicyonius, ſed Lyſippi ſectæ propior, vt vix diſcernantur complura ſigna, ceu ſenex Thebanus, Demetrius rex, Peuceſtes Alexandri Magni ſeruator, dignus tanta gloria. Artifices, qui compoſitis voluminibus condidere hęc, miris laudibus celebrant, & Telephanem Phoceum, ignotum aliâs, quoniam in Theſſalia, [39] vbi habitauerat, latuerint opera eius: alioquin ſuffragijs ipſorum æquatur Polycleto, Myroni, Pythagoræ. Laudant eius Lariſſam, & [40] Spinarum pentathlon, & Apollinem. Alij non hanc ignobilitatis fuiſſe cauſam, ſed quoniam ſe [41] regum Xerxis atque Darij officinis dediderit, exiſtimant. [E] Praxiteles quoque marmore felicior: ideò & clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera: Proſerpinæ [42] raptum: item [F] Cataguſam, & Ebrietatem, & Liberum patrem, nobilémque vnà Satyrum, quem Græci periboeton cognominant. Signa etiam, quæ ante Felicitatis ædem fuere, Veneremque, quæ cum ipſa æde incendio cremata eſt Claudij principatu, [G] marmoreæ [43] illi ſuæ per terras inclytæ parem. Item Stephuſam, [H] Spilumenem, Oenophorum. Harmodium & Ariſtogitonem tyrannicidas, quos à Xerxe Perſarum rege captos victa Perſide Athenienſibus remiſit [44] [I] Magnus Alexander. Fecit & [45] puberem ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem, quem Sauroctonon vocant. Spectantur & duo ſigna eius diuerſos affectus exprimentia, flentis matronæ, & meretricis gaudentis. Hanc putant Phrynen fuiſſe, deprehendúntque in ea amorem artificis, & mercedem in vultu meretricis. Habet ſimulachrum & benignitas eius. Calamidis enim quadrigæ aurigam ſuum impoſuit, ne melior in equorum effigie defeciſſe in homine crederetur. [K] Ipſe Calamis & alias quadrigas bigáſque fecit, [L] equis ſemper ſine æmulo expreſſis. Sed ne videatur in hominum effigie inferior, [46] Alcmena nullius eſt nobilior. [M] Alcamenes Phidiæ diſcipulus & marmorea fecit, & æreum pentathlon, qui vocatur [N] encrinomenos. At Polycleti diſcipulus Ariſtides quadrigas bigáſque. Et Iphicratis Leæna laudatur. Scortum hæc lyræ cantu [47] familiare Harmodio & Ariſtogitoni, conſilia eorum de tyrannicidio, vſque ad mortem excruciata, [48] tyrannis non prodidit. Quamobrem Athenienſes & honorem habere ei volentes, nec tamen ſcortum celebraſſe, animal nominis eius fecere: atque vt intelligeretur cauſa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. [O] Bryaxis Æſculapium & Seleucum fecit. Bedas adorantem [P] Baton

33 operis. M.
34 Satyrum: turmam Alexandri. Turo.
35 videretur. M.
36 non incerta ref. qua. vet. ſtatuas. M.
37 equeſtre: ſimulachrũ Trophonij ad oraculũ Tur., & Vet.
38 fuſcinis. Vet.
39 vbi habitauit. Vet.
40 Spinarũ. M. Spirarchum. Vet. Spintharum. Alij Vet.
41 regi Xerxi. M.
42 raptum ad Syracuſas. Vet.
43 illi ſuper cæteras. Vet.
44 Antiochus. Pauſ. lib. 1. Seleucus. Val. Max. 2. 10.
45 puberem Apollinem ſubr. M.
46 Alcumena. M.
47 familiaris. M.
48 à tyran. M.

ton Apollinem, & Iunonem, qui ſunt Romę in Concordiæ templo. Creſilas vulneratum deficientem, in quo poſſit intelligi, quantum reſtet animæ: & [Q] Olympium Periclem dignum cognomine. Mirumq; in hac arte eſt, quòd nobiles viros [49] nobiliores fecit. [R] Cephiſſodorus Minerùam mirabilẽ in portu Athenienſium, & aram ad templum Iouis Seruatoris in eodem portu, cui pauca comparantur. [S] Canachus Apollinem nudum, qui Phileſius cognominatur in Didymęo, [50] Æginetica æris temperatura. Ceruumque vnà ita veſtigijs ſuſpendit, vt linum [51] ſubter pedes trahatur, alterno [52] morſu [53] digitis calceóque retinentibus ſolum, ita vertebrato dente vtriſque in partibus, vt [54] à repulſu per vices reſiliat. Idem Celetizontas pueros fecit. Chæreas Alexandrum Magnum & Philippum patrem eius fecit. Creſilaus Doryphoron, & Amazonem vulneratam. Demetrius Lyſimachen, quę ſacerdos Mineruæ fuit annis [55] l x i i i i. Idem & Mineruam, quę Muſica appellatur, quoniam dracones in Gorgone eius [56] ad ictus citharę tinnitu reſonant. Idem equitem [57] Sarmenem, qui primus de equitatu ſcripſit. [T] Dædalus & ipſe inter fictores laudatus, pueros duos diſtringentes ſe fecit. [58] [V] Dinomenes Proteſilaum & Pythodemum luctatorem. [X] Euphranoris Alexander Paris eſt: in quo laudatur, quòd omnia ſimul intelligantur, iudex Dearum, amator Helenę, & tamen Achillis interfector. Huius eſt Minerua Romæ, quæ dicitur Catuliana, infra Capitolium à Qu. Luctatio Catulo dicata, & ſimulacrum [Y] Boni euentus, dextra pateram, ſiniſtra ſpicam ac papauer tenens. Item Latona puerpera, Apollinem & Dianam infantes ſuſtinens, in æde Concordiæ. Fecit & quadrigas bigaſque, & [Z] Cliduchon eximia forma: & Virtutem & [aa] Græciam, vtraſque coloſſeas: mulierem [59] miniſtrantem & adorantem. Item Alexandrum & Philippum in quadrigis. Eutychides Euroram, in quo artem ipſo amne liquidiorem plurimi dixere. Hegię Minerua, Pyrrhuſque rex laudatur, & Celetizontes pueri, & Caſtor ac Pollux ante ædem Iouis Tonantis. In Pario colonia Hercules Iſidori. Buthyreus Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem languidos ignes, & Argonautas. Leocras aquilam, ſentientem quid rapiat [bb] in Ganymede, [60] & cui ferat, parcentem vnguibus etiam per [61] veſtem: puerum Autolycon pancratio victorem, propter quem Xenophon Symposion ſcripſit: Iouémque illum Tonãtem in Capitolio, ante cuncta laudabilem: item Apollinem diadematum. Lyciſcus Lagonem puerum ſubdolę ac fucatę vernilitatis. Lycus & ipſe puerum [62] ſuffitorem. [cc] Menæchmi vitulus genu premitur, replicata ceruice: ipſeque Menæchmus ſcripſit de ſua arte. [dd] Naucydes Mercurio & Diſcobolo [63] & immolante arietem cenſetur. Naucerus luctatorem anhelantem fecit. [64] Nicerates Æſculapiũ & Hygiam, qui ſunt in Concordię templo Romę. Pyromachi quadriga regitur ab Alcibiade. [ee] Policles Hermaphroditum nobilem fecit. Pyrrhus Hygiam & Mineruam, Phœnix Lyſippi diſcipulus Epitherſen. Stipax Cyprius vno celebratur ſigno, [ff] Splanchnopte. Periclis Olympij vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni ſpiritu accendens. [gg] Silanion Apollodorum [65] fecit, fictorem & ipſum, ſed inter cunctos diligentiſſimum artis, & [66] inimicum ſui iudicem, crebrò perfecta ſigna frangentem, dum ſatiare cupiditatem nequit artis, & ideò inſanum cognominatum. Hoc in eo expreſſit, nec hominem ex [67] ære fecit, ſed iracundiam: & Achillem nobilem. Item Epiſtatem exercentem athletas: [hh] Strongylion Amazonem, quam ab excellentia crurum Eucnemon appellant, ob id in comitatu Neronis principis circunlatam. Item fecit puerum, quem amando Brutus Philippenſis cognomine ſuo illuſtrauit. [ii] Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit, præter ſimilitudinem mirabilem fama magnæ ſubtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, læua tribus digitis quadrigulam tenuit tranſlatam Prænęſte, tantæ paruitatis, vt totam eam currumque & aurigam integeret alis ſimul facta muſca. Xenocrates Tiſicratis diſcipulus: aut, vt alij, Euthycratis, vicit vtroſque copia ſignorum, & de ſua ar-

49 nobiliores reddit. Fecit Cephiſſodorus. Vet.
50 Aeginetici. M.
51 ſubtus. M.
52 morſu. V et.
53 digitiſq; retin. M.
54 ad repulſum. Vet.
55 x l i i i i. M.
56 additæ citharæ & ventre ſon. M. fortè, vento.
57 Seronem. M. Simonem. Xenoph. de re equ.
58 Diomenes. M.
59 admiratem. M.
60. & quid ferat. M. & veſtem puerz. Vet.
62 ſufflatorem. Vet.
63 & in M. d.
64 Nicceratus Aeſc. & Hyg quæ ſunt. M.
65 fudit. M.
66 iniquum. Vet.
67 ære tantùm fecit, ſed & eius irac. Vet.

te compoſuit volumina. Plures artifices fecere Attali & Eumenis aduerſus [68] Gallos prælia, Iſigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus, qui condidit volumina de ſua arte. [kk] Boethi, quanquam argento [69] melioris, infans eximiè anſerem ſtrangulat. Atque ex omnibus, quæ retuli, clariſſima quæque in vrbe iam ſunt dicata à Veſpaſiano Principe in templo Pacis, aliiſque eius operibus, [ll] violentia Neronis in vrbẽ conuecta, & in [70] ſellarijs domus aureæ diſpoſita. Prætereà ſunt æqualitate celebrati artifices, ſed nullis operum ſuorum præcipui, Ariſton, qui & argentum cælare ſolitus eſt, Callias, Cleſias, [mm] Cantharus Sicyonius, Dionyſodorus Critiæ diſcipulus, Deliades, Euphorion, Eunicus, & Hecataeus. Argenti cælatores, Lesbocles, Prodorus, Pythodicus, [nn] Polygnotus: iidem pictores nobiliſſimi. Item ex cælatoribus Stratonicus, Scymnus qui fuit Critiæ diſcipulus. Nunc percẽſebo eos, qui eiuſdem generis opera fecerunt, vt Apollodorus, Androbulus, Aſclepiodorus, Aleuas philoſophos: Apellas & adorantes fœminas: Antigonus & [oo] Perixyomenon, tyrannicidáſque ſuprà dictos: Antimachus, Athenodorus fœminas nobiles: Ariſtodemus & luctatores, bigaſq; cum auriga, philoſophos, anus, Seleucum regem. Habet gratiam ſuam huius quoque Doryphorus [pp] Cephiſſodori duo fuere: prioris eſt Mercurius, [qq] Liberum patrem in infantia nutriens. Fecit & concionantem manu elata: perſona in incerto eſt. Sequẽs philoſophos fecit. Colothas, qui cũ Phidia Iouem Olympium fecerat, philoſophos. Item [rr] Cleon & Cenchramis, & [ss] Callicles, & Cephis: Chaleoſthenes & comœdos & athletas. [tt] Dahippus. Perixyomenõ. Daiphrõ, & Democritus, & Dæmon philoſophos. Epigonus omnia ferè prædicta imitatus præceſſit in tubicine, & matri interfectę infante miſerabiliter [71] blandiente. Eubolidis digitis computans: [uu] Mycon athletis ſpectatus, Menogenes quadrigis. Nec minùs Niceratus omnia, quæ cæteri, aggreſſus, repræſentauit Alcibiadẽ, lampadeq; accenſa matrem eius [72] Demaraten ſacrificantem. Piſicrates bigæ [xx] Pitho mulierem impoſuit. Idemq; fecit Martem & Mercurium, qui ſunt in Concordię templo Romæ. [yy] Perillum nemo laudat ſquiorem Phalaride tyranno, [73] qui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne ſubdito, & primus eum expertus cruciatum iuſtiore ſquitia. In hoc à ſimulacris Deũm hominumq; deuocauerat humaniſſimam artem. Ideóne tot conditores eius elaboraſſent, vt ex ea tormenta fierent? Itaq; vna de cauſa ſeruantur opera eius, vt quiſquis illa videat, oderit manus. [zz] Sthenis Cererem, Iouem, Mineruam fecit, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo. Idem flentes matronas, & adorantes ſacrificanteſq;. [74] Simon canem & ſagittarium fecit. Stratonicus cęlator ille philoſophos, [74 β] Scopas vterque. Athletas autem & armatos, & venatores, ſacrificanteſq; Batton, [γ] Euchir, Glaucides, Heliodorus, Hicanus, Leophõ, [δ] Lyſon, Leon, [ε] Menodorus, Myiagrus, Polycrates, [ζ] Polydorus, Pythocritus, Protogenes, idẽ pictura clariſſimus, vt dicemus: [η] Patrocles, Polis, Poſidonius, qui & argentum cęlauit nobiliter, natione Epheſius, Periclymenus, Philon, Simenus, [θ] Timotheus, Theomneſtus, Timarchides, Timon, [75] Tiſias, [ι] Thraſon. Ex omnibus autem maximè cognomine inſignis eſt [κ] Callimachus, ſemper calumniator ſui, nec finem habens diligentię, [λ] ob id Cacizotechnos appellatus, memorabilis exẽplo adhibendi curę modum. Huius ſunt ſaltantes. Lacænę, emendatum opus, ſed in quo gratiam omnem diligentia abſtulerit. Hunc quidam & pictorem fuiſſe tradunt. Non ære captus, nec arte, vnam ſolummodo Zenonis ſtatuam [μ] Cypria in expeditione non vendidit Cato, ſed quia philoſophi erat, vt obiter hoc quoque noſcatur tam [76] inane exemplum. In mentione ſtatuarum eſt & vna non prætereunda, licet autoris incerti, iuxta roſtra Herculis tunicati, [77] Eleo habitu Romæ, torua facie, [78] [ν] ſententeque ſuprema in tunica. In hac tres ſunt tituli: L. Luculli Imperatoris, de manubiis: alter, pupillum Luculli filium ex S.C. dedicaſſe: tertius, T. Septimium Sabinum Ædilem curulem ex priuato in publicum reſtituiſſe. Tot certaminum tantæque dignationis ſimulachrum id fuit. Nunc reuertemur ad differentias æris & miſturas.

In

68 Galatas. Alij.

69 melior. Ver.

70 ſellarijs. Ver.

71 blandiente, & Eubulide digitis computante. Ver. blãdiente. Eubulidis eſt dig. Alij Ver.

72 Demarete. Ver.

73 cui M.

74 & Scopas Ver.

75 Thyſias. Ver.

76 humanum. Ver.

77 Oetæo. Turn.
78 ſequentęque. Ver.

In Cyprio coronarium & regulare eſt, vtrunque ductile. Coronarium tenuatur in laminas, taurorúmque felle tinctum, ſpeciem auri in coronis hiſtrionum [79] præbet. Idemq; in vncias additis auri ſcrupulis ſenis, prętenui [80] pyropi bractea igneſcit. Regulare & in aliis fit metallis, itemq; caldarium. Differentia, quod caldarium funditur tantùm, malleis fragile, quibus regulare obſequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium eſt. Sed & in cæteris metallis, cura diſtat à caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, [81] excoctisque, regulare eſt. In reliquis generibus palma Campano. Simile in multis partibus Italię prouinciisque. Sed octonas plumbi libras [ξ] addunt, & [82] lenè recoquunt propter inopiam ligni. Quantum ea res differentiæ afferat, in Gallia maximè ſentitur, vbi inter lapides candefactos funditur. Exurẽte enim coctura, nigrum atque fragile cõficitur. Prætereà ſemel recoquunt: quod ſępius feciſſe, bonitati plurimùm [83] confert.

79 præbet. Eiuſdẽ in vncias, &c. præt enui bractea pycopus igneſcit. Ver.
80 pyropit. Dal.
81 excoctúmque. Ver.
82 lẽtè recoquũt. Quãtũ ea res diff. &c. funditur propter inopiã ligni Exurente. Ver.
83 cõfert, ideóque non taſſe non abs re eſt Aes omne frig ma. melius funditur. M.

ANNOTATIONES.

a Eius luculentam & prolixam narrationem vide apud Pauſaniam in Eliacis prioribus.

b Plutarchus in Phocione Cephiſodotum plaſtem eius vxoris fratrem fuiſſe ſcribit.

c Phidias præter ſigna quæ hîc numerantur, fecit è Pario marmore cœleſtẽ Venerem, & Nemeſin Athenis: ex ære Mineruam & Apollinem Parnopium ibidem. Pauſanias lib. 1. In pureali ſolij Iouis Olympij tres Horas, & totidem Gratias. Idem li. 5. Puerum tænia redimitum cœleſtem Veneré & Mineruã ex ebore apud Eleos. Idẽ lib. 6. Ex ebore Mineruam ad Pellenem. Idem lib. 7. Lingneam Mineruã pedibus ac manibus è Pentelico marmore Platęenſibus: Mercurium Thebanis. Idem lib. 9. Signa Mineruæ, Apollinis, Miltiadis, & Athenienſium multorum Delphis. Idẽ li. 10.

d Templo Mineruæ, quod Athenis in arce fuit. Eam *παρθένην* vocabant, vt ſcribit Pauſanias lib. 5. Inde *παρθενὼν* eius delubrum. *Hoc enim opus vt in apertum referas, nihil poſtulo*, inquit Cicero. *Non enim eſt tale, vt in arce poni poſſit, quaſi Minerua Phidiæ, ſed tantùm vt ex eadem officina exiiſſe videatur.* De eadem Ouid.

Arcis vt Actææ vel eburnea, vel aerea cuſtos,
Bellica Phidiaco facta Dea fictla manu.

e *καλλίμαχος*. Eadẽ appellationis & vocabuli ratione, *τῆς καλλίγυω καὶ ἀφίγνω ἀφίγνωδος* ſigna in Academia fuerunt. Pauſan. in Atticis.

f Pauſanias in Eliacis picturæ meminit, in qua fuerunt Pluton, Liber pater, Proſerpina, & Nymphæ duę, quarũ altera pilã tenuit: altera clauẽ Plutonis enim clauem inſigne eſſe, quòd inferorum ſedes ita clauſa ſit, vt reditus nemini pateat. Ex eo loco Pauſaniæ coniectandum *καλειδόχην* vocari aut Nympam illam, aut Plutonem ipſum clauigerum.

g Ad ædem Fortunæ huiuſce dici dicauit. Turn. cap. 12. lib. 16. Q. Luctati* Catulus, is qui Marij collega proſperè dimicauit aduerſus Cimbros, auctore Plutarcho in Mario, eam Fortunam dicauit. Eius & mentio fit apud Ciceron. lib. 2. de legib. E Plutarcho ſumpta eſt ea caſtigatio.

h Polycleti alia opera ſunt, Iuno in templo Mycenis propinquo curioſè deſcripta. Iupiter Meilichius Argis: Apollinis, Latonæ, Dianæ è cãdido marmore Tegeæ. Pauſan. lib. 2. Amycleæ Venus cum tripode. Idem lib. 3. Antipater pugil: Xenocles Mæualius luctator: Theſſilochus Corcyræus, & Ariſtion Epidaurius apud Eleos. Idem lib. 6. Iupiter Philius apud Megalopolin, vbi & ſtructuræ theatri præfuit. Idem lib. 8. & 2.

i Mitratum, vittatum, falciatum intelligit, quales fuerunt Perſarum nobiles, *ἀπὸ τῆ διαπλέκεσθαι τὴν περικεφαλὴν μίτρᾳ*. Quidam legunt Diadumenon, id eſt diademate, ſiue regio capitis inſigni ornatum: Doryphori autem regis Perſarum ſpiculatores fuerunt, & haſtati ſtipatores, ac ſatellites, quos Dario 1500 mille fuiſſe Curtius tradidit, propemodũ muliebriter veſtitos, & luxu magis quàm armis conſpicuos.

ii Vide apud Ælian. cap. 8. lib. 14. hiſt. prudentiſſimum eius pictoris dictum de ſuo canone.

k *ἀπεξυσμένον*, ſtrigili ſe defricantem, ſudoremque ac ſordes detergentem.

kk Artemon Plutarcho in Pericle, Anacreonti, Ariſtophani in Acharnenſibus vir mollitie effœminatiſſimus, cognominatus *περιφερὴς*, quòd lectica perpetuò veheretur. Conſtantinus. Eius & effœminatam mollitiem, & fatuam ſtupiditatẽ narrat Rhodig. cap. 11. lib. 9.

l Tale ſignum æneum viſum mihi. Ea tota ratio conſiſtit in lineæ perpendicularis inuentione.

m Myronis hæc opera Pauſanias recenſet. Lycius puer ex ære, æneum labellum tenens: Perſeus Meduſam interficiens, Athenis in arce. Lib. 1. Hecate Æginetica lignea. Lib. 2. Acceſilaus & eius filius Lichas: Timanthes Colonęus: Philippus Azan: Chionis Lacedæmonius: Pentathli apud Eleos, & ibidem Thalamus Sicyoniorum. Liber pater rectus: Erecheheus Athenis. Lib. 9.

n Athenienſem perpetuò vocat Pauſanias: quoniam relicta vrbe ſua Eleutherienſes Athenas ſponte migrauerunt, & ideò pro Athenienſibus ſunt habiti.

o Serra lignum ſecantes: vel cetorum genus.

p Minerua cùm inflaret tibias, conſpecta in Mæandro oris deformitate, abiectas fregit. Illas autem mirabundus excepit Satyrus ac inflare didicit. Ouidius luculentis verſibus hanc fabulam 6. Faſtorum perſequitur.

q De pentathlis, & pancratiaſtis vide Rhodig. cap. 30. lib. 13. & Conſtantini lexicon.

r Vide Gyraldum.

ſ Statuarum numero celebrior: aut in excogitandis quæ ad artem pertinent copioſior, ingenioſior, ſolertior.

t Fuerunt & eius opera apud Eleos, Leontiſcus Meſſanius luctator: Prorolaus Mantinenſis Dialcis filius: Euthymo pugil: Cratiſthenis Cyrenæi currus æreus. Pauſanias lib. 6. Aſtylon à Pythagora factum is auctor ſcribit, ſed à quo tacet. Vno quidem loco libri ſexti Mnaſeam, quem Libyn quòd Cyrenæus eſſet appellauerunt, expreſſum à Pythagora Rhegino tradit, altero verò loco ab Argiuo Pythagora: vt hîc legendũ ſit, Eundẽ vicit & Argiuus, vel apud Pauſaniam, Cuius ſinxit ſtatuã Pythagoras Leontinus.

v Crotoniata ille olympicas palmas deinceps tres curſu repetito tulit. Plato 8. de legib. Aſtylum, Diopompum, Criſſonem, Iecum ſ[illegible]oſos athletas recenſet, qui vt in publicis certaminibus vincerent, ab omni voluptatum genere, ac imprimis conſuetudine mulierum abſtinebant. Victor. cap. 20. lib. 6. Aſtylus, præter hîc curſorem, & alius fuit, qui Lapithis exitium vaticinatus eſt: de quo Ouid. 12. Metamorph. & item alius Troianus à Meneptolemo occiſus. Iliad. 2.

x Alcamenes etiam claudicationem Vulcani expreſſit. Valer. cap. 11. lib. 8.

y Fortaſſis Parius, vt eſt apud Pauſaniam lib. 9.

z Dici *τῶν ἡμέρας ταύτας*, Plutar. in Mario. die, codex Maffei. Vt apud Virgil. *Libra die noctiſq; pares cùm fecerit vmbras*. Leopard. cap. 14. lib. 1.

A Lyſippus fecit Muſas & Iouem Megaris. Pauſan. li. 1. Iouem & Herculem ex ære Sicyone. Idem lib. 2. Troilum curſorem: Xenarges Acarnana pancratiaſten: Polydamantem Scotuſſæum: Pithum Abderitam: Callicratem Magneſium, quæ ſigna fuerunt apud Eleos. Idem lib. 6. Cupidinem ex ære Theſpienſibus: Bacchũ in Helicone. Idem lib. 9.

B Horat. lib. 2. Epiſt. ad Aug.

Edicto vetuit ne quiſquam præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

C Muſas: à Theſpijs oppido Bœotiæ Heliconi proximo. Cicero 6. in Verrem, Luc. Mummius Theſpiadas, quæ ad ædem Fortunæ ſunt, dedicauit.

D Duplex id fuit: alterum apud Thebas Bœotiæ, alterum in Lebadia. Vide Pauſan. & Alex. ab Alex. cap. 2. lib. 6.

E *Praxitelem Parius vindicat arte lapis*. Propert. Hæc Praxitelis opera receſſet Pauſanias. Equus, & Eques: Ceres, Cereris filiæ: Iacchus facem præferens: Diana Brauronia, Athenis. Lib. 1. Megaris 12. dij: Satyrus è Pario lapide: Pitho: Fortuna: Apollo: Diana: Latona. Lib. 1. Argis, Latona. Lib. 2. Mantineæ, Latona & eius filiæ. Lib. 8. Rhea: Iuno telea è Pentelico marmore, Platęæ: Aeſculapius ad Throphonij oraculum: Herculis labores, Thebis: Cupido è Pentelico marmore: Venus, Phryne, Theſpijs Lib. 9. Phryne inaurata, Delphis: Diana Anticyręæ. Lib. 10.

F *τῶν παιδαγωγῶν*, vel quæ penſa nendo deducit, vnde & *παίδαγωγὸς*: vel quæ carminibus Lunam deuocat. Prior interpretatio melior. Caragiſamque exponunt Lacheſin, vnam ex tribus Pareis, quæ quod colo Cloſho aduoluit, net, torquet, demittit: alij *παναγέσαν τὴν ἐδὸν πρὸς ἑῴβους*, viam quę ad inferos ducit, per quã reuerſus eſt Pluto rapta Proſerpina, intelligunt. Eam Pauſanias in Corinthiacis iuxta Lernam & Chemarum fluuium eſſe tradit. Alij Proſerpinam, quæ ſecto capillo moribundis, eos *πρὸς τὸν ἅιδην παράγει*. Veteres *παιδεύειν ἴφιλα*, & *παράγειν ηρῶνα* dixerunt nere, filium deducere. *παιδὰ*

deducere. κατ᾽ ὄνομα Praxitelis imago sanè fuit mulieris cū fuso & colu nentis, siue Parcæ esset, siue alia quæuis. Quidam legunt Pergusam, nempe locum amœnissimum. Æmæ propinquum, deserti prium ab Ouid.li.5.Metamorph. ad cuius ripam ludens Proserpina rapta est. Quidā legunt cătachlysin, id est effusam caliginem, alij catacleyton, id est depressam voraginem.

G Tum Cnidiæ, tum Coæ. Vide infrà cap.5.lib.36.

H Turnebus pro Spilumenem. Oenophorum, quæ diuisim leguntur, reponit coniunctim Spilumenem oporam, id est sordidū autumnum. Ouid. *Stabat & autumnus calcatis sordidus vuis.* Ego verò in vulgata lectione Spilumenem intelligo animi quidam sordidam, vel sordes vestium eluentem. Quidam Pilumenē, id est glabram, & caluam legunt.

I Antiochus, Pausaniæ lib.1.Seleucus, Valerio cap.2.lib.10.

K Calamidis signa Pausaniæ. Apollo Alexicacos: Victoria adiũcta Icaræ, Athenis.lib.1.Æsculapius ex auro & ebore, Epidauri. lib.2.Victoria apud Eleos. Lib.5. Equi Dinomenis, & Equestres puer apud Eleos.Lib.6.Delubrum Ammonis: Mercurius Tanagræ.Lib.9.Hermione, Delphis.lib.10.

L Propert.lib.3.

Glor a Lysippo est animosa effingere signa:
Exactis Calamus se mihi iactat equis.

M Alcamenis opera Pausaniæ. Athenis: Mars: Venus in hortis: Bacchus ex auro & ebore: Progne: Itys. Lib.1. Hecate triceps. Lib.2. Æsculapius, Mantineæ.lib.8.Minerua & Hercules Colossæus è marmore Pentelico, Thebis. Lib.9.

N ἐγκριθήσεται, qui athletis adnumeratur, & in eorum numerum recipitur. ἐγκρίνειν ἀθλητῶν, athletas qui probat vt recipiantur & approbeantur. Cicero lib.1.Offic. Atqui hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset, iusta reprehẽsione caruisset. Turnebus,

O Is Megaris fecit Æsculapium & Hygeam. Pausan, lib.1,

P Battus senex, qui cùm Apollo regis Admeti pascereț armenta, boues quos furto Mercurius eduxerat indicauit: quamobrem in Indicem lapidem mutatus est.

Senserat hoc furtum nemo, nisi natus in illo
Aure senex, Battum vicinia tota vocabat. &c. Oui.2.Metamorph.

Fuit & Batton auriga Amphiarai, de quo Pausanias in Eliacis prioribus, & in Corinthiacis. Barbylli citharœdi statuam à Polycrate Sami tyranno in Iunonis templo dicatam, magnis laudibus celebrat Apuleius lib.2.Florid. ac curiosè describit.

Q Ab eloquentiæ incredibili vi, prorsusque diuina, sic dictum volunt. Vide Rhodig.cap.3.lib.25.& Leopardum cap.14.lib.5.Forma eius fuit è suggestu populum alloquentis, manibus iunctis, quoniam concionaturus semper Deos precabatur: quod vel ex Liuio lib.39.discimus, *cùm post solemne, inquit, carmē precationis, quod præfari prius quàm populum alloquantur magistratus solent* &c.

R Fecit is Megalopoli Dianam è Pentelico lapide. Pausan, lib. 8.& in Helicone Musas. Idem.

S Canachus fecit Venerem Sicyone, Apollinem Didymæum Milesijs ex ære ad Branchidarum oraculum: Apollinem Ismenium Thebanis è cedro, Pausan.lib.2.Bicellum pugilē apud Eleos Lib. 6.Signa multa Delphis.Lib.9.

T Sicyonius, qui Timonem finxit. Pausan.lib.6. non Atheniensis.

V Is in Parthenope Athenis finxit Io Inachi, & Callisto Lycaonis filiam. Pausan.lib.1.

X Idem pictor fuit excellens cap.11. lib.35.facta est & suprà hoc ipso capite huius mentio. Pinxit is Athenis porticum vicinā porticui regiæ, cuius imagines multis refert Pausanias lib.1.

Y Varro lib. 1. de re rust. Bonum euentum numerat inter Deos Consentes. Eius templum fuit prope thermas Agrippæ, quarum adhuc reliquiæ supersunt.

Z Alij Daduchum legunt: alij clauigerum interpretãtur: alij Clidicum regem Athenarum. Pausaniæ memoratum in Atticis. Vide quæ in hanc vocem non longè à principio huius capitis adnotauimus.

aa Græciæ picturam Pausanias memorat lib.5 Eiusdem imaginem lib.6.

bb Martialis, *Illesum timidis vngentibus hasit onus.* Nonius scribit, veteres Latinos Græci sermonis ignaros pro Ganymede Catamitū appellasse. De eius raptu vide Leopardum cap.4.lib.4. Emend.& Rhodig.cap.9,lib.15.

cc Dianæ Laphriæ signum, quod Patris fuit, is finxit ex auro & ebore. Pausan.lib.7.

dd Is Mothonis Atheniensis filius fecit Eualea Rhodium & Bacidem Troezenium. Pausanias lib. 6. Præterea Heben in delubro propinquo Mycenis, & Hecaten Thebis. Idem lib.2.

ee Fuit is Stadici Atheniensis discipulus. Fecit & Amyntam pantomimum. Pausan. lib. 6. Musas quoque ab eo factas testatur hic versus Varronis apud Nonium, *Nihil sunt Musa Polielis vestri quas aruifice duxit.* Lipsius cap.24.lib.3.

ff Philelphus in Suetonij Augustum cap. 6. scribit in exemplari quodam se legisse, Sparganopre quę vox fasciarum puerum significat. Contrà Plinij quidem iudicium quidam putant σπαργῶσι verbo quasi hariuspicem, ab exta dictum. Vide cap.17. vltim. lib. 22.

gg Fecit & Satyrum Eleum: & Telestam ac Demaretum Messenios. Pausan.

hh Fecit & Dianam. Pausanias lib.1.& tres Musas. Idem lib.9.

ii Pausanias multis locis memnit Theodori filij Telecles, & Khæci filij Philæi, vtriusq; Samij, qui primi æs cuderẽ ac conflare docuerunt.

kk Fuit is Carthaginiensis. Fecit & Pusionem nudum, inauratum, sedentem ad Veneris pedes in templo Iunonis apud Eleos. Pausan.lib.5.

ll Neronem 500. statuas è Græcia Romam auexisse scribit Pausan.lib.10.

mm Cantharus Sicyonius fecit Cratinū ex Ægyra. Pausan. li.6. & Alexinicum Eleum. Idem eod.lib.

nn Polygnotus pinxit Athenis, res gestas Castorum in eorum ædis cellam in arce. Pausan. lib. 1. Theseum in templo Minervæ Areæ apud Platæenses. Lib.9. Ilij excidium, Delphis.Lib.10.

oo Vt Polycletus, Lysippus, Dædalus.

pp Cephissodorus Athenis pacem fecit Plutum in sinu habentem, eodem ferè argumento quo Xenophon & Callistonicus Fortunam Thebis finxerant, Plutum in sinu gestantem, quasi vel mater eius foret, vel nutrix. Pausan.9. Dianam Sospitam Megalopoli.lib.8.Musas.Lib.9.

qq Sic apud Eleos è marmore Praxiteles fecit Mercurium, qui Bacchum infantem gestaret. Pausan.lib.6.

rr Cleon finxit apud Eleos Venerem: Pausan.lib.5.item Dinolochum, Alcetum Arcadem, & Lycinum athletas. Lib.6. duos Iones. Lib.5. Hysmonem. Lib.6. Damocritum. eod.lib.

ss Megarensis, Theocosmi filius. Is Diagorā pancratiasten fecit. Pausan.lib. 6.

tt Finxit is & Callonem, & Nicandrum athletas. Pausan. lib.6.

vv Syracusanus is, Nicocratis filius, Hieronis statuam equestrē ac pedestrem fecit. Paus.lib.6.

xx Non quidem μαλήνην Suadam, & flexanimam, sed Dianam cognomine Pitho, cui sacellum construxit Hypermestra, victoriæ in iudicio, quod Lynceī caussa effugerat. Pausan. in Corinthiac.

yy Perillum Athenien sem.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Tyrrhi, infelix incipit (imbuit) aurifex opus. Ouid.in Arte.

zz Olynthius. Fecit is & Pyttalum. Pausan.lib.6.

α Æginetæ, Finxit is & equum cum auriga. Pausan.lib.5.

β Scopas Parius fecit Athenis Amorem, Appetitum, Cupidinē. Pausan.lib.1.Herculem & Hecaten. Lib.2. Venerem popularem. Lib.6.Æsculapium & Hygieam: Templum Tegeaticum. Lib.8. Mineruam & Dianam Eucleam. Lib.9.

γ Eucheir Athenensis Eubulidæ filius apud Phenearas fecit Mercurium è marmore. Pausan.lib.8.

δ Is finxit Athenis populum. Pausan.lib.1.

ε Athenensis. Is fecit Thespium Cupidinem. Pausan.8.

ζ Cum fulmine, quo Semele icta est, è cœlo lignum in eius cubile decidit, quod ære Polydorus exornauit, & Liberum Cadmeī appellauit. Pausan.lib.9.

η Filius Dædali Sicyonij. Fecit Aristodemum, Pausan.lib. 6. & signa multa De phis.lib.10. Fuit & Patrocles Crotoniata Cratylli filius. Is finxit Apollinem cum inaurato capite. Idem lib.6.

θ Æsculapium Trœzenijs fecit Timotheus. Pausanias 2. Agelen Chium Theopmestus Sardianus. Idem lib.6.

ι Strabo lib.14. scribit, in Ephesiæ Dianæ templo monstrata sibi Thrasonis opera, Hecatæum, Penelopen fontem, & anum Eurycliam.

κ Callimachus Athenis ante Mineruæ signum lucernā auream fecit. Pausan.lib.10.& Iunonem sedentem apud Platæenses.lib.9.

λ Dictus etiam is fuit τυπίλλυτος, quòd artem subtiliùs expolisset, vel, vt scribit in Atticis Pausanias, quòd primus lapides τερέτισεν, id est pertudit ac perforauit minutim. In manuscr. codice Cacotexitechnos. Philander in Vitruu. cap.1.lib.4.

μ De illa expeditione, auctioneque supellectilis regiæ, vide Plutarchum in Catone minore.

ν Leg. sauiente. Non temerè fuit Hercules ita formatus. Apud Athen. lib.12. Stesichorus Himerœus primus omnium clauam, leonis pellē, arcum tribuit Herculi: Xanthus verò Stesichoro vetustior, è cuius versibus in opus suum multa Stesichorus transtulit, habitu Homerico nēpe priscorū Heroum depinxit: qua figura à statuario illo tunicatus, & Eleo cultu representatus fuerat. Turnebus legit Octæo: nempe tunica illa molesta, quæ tabe veneni imbuta visceribus eius inhæsit, tantosque cruciatus excitauit, vt in ardentem pyram conijcere se maluerit, quàm acerbum dolorem perferre diutius.

ξ Ad figula æris centumpondia.

Differentiæ æris & misturæ, & de seruando ære. CAP. IX.

1 Idque notasse. Vet.

1 ID quoque notasse non ab re est, æs omne frigore magno meliùs fundi. Sequens temperatura statuaria est, eademq; a tabularis, hoc modo: Massa proflatur in primis, mox

mis, mox in 2 proflatum additur tertia portio æris collectanei, hoc est, ex vsu coëmpti. Peculiare in eo b condimentum attritu domiti, & consuetudine nitoris veluti mansuefacti. Miscentur & 3 plumbi argentarij pondo duodena ac selibræ, centenis proflati. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi, 4 quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarij vigesima: maximéque ita colorem bibit, quem c Græcanicum vocant. Nouissima est, quæ d vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarij in centenas æris additis. Cyprio si addatur plumbum, colos purpuræ fit ein statuarum prętextis. Æra extersa rubiginem celeriùs trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungantur. Seruari ea optimè in liquida pice tradunt. Vsus æris ad perpetuitatem monumentorum iā pridem translatus est, f tabulis æreis, in quibus publicæ constitutiones inciduntur.

2 proflatam. Vet.

3 puri argenti pondu. ac. selibra. M. & Vet.

4 cum nigri. Vet.

ANNOTATIONES.

a Ad ducendas tabulas æneas commoda.
b Peculiaris coloris emendatio, elegantia, gratia.
c Græcienſe vocat infrà cap. 6.lib.35.
d Aliter ea fit hodie.
e Ad id nostri artifices scobem æris in coticula tritam illinunt cum oleario glutine.
f Vide Brodæum cap.12.lib.4.

De cadmia medicinæ. CAP. X.

METalla æris multis modis instruunt medicinam, vtpote cùm hulcera 1 omnia ibi ocyssimè sanentur. Maximè tamen prodest a cadmia. Fit sine dubio hæc & in argenti fornacibus, candidior ac minùs ponderosa, sed nequaquam comparāda ærariæ. Plura autē genera sunt. Nāque ipse lapis, ex quo fit æs, 2 cadmia vocatur, fusuris necessarius, medicinæ 3 b inutilis. Hic rursus in fornacibus exsistit, aliámque nominis sui originem recipit. Fit autem egesta flāmis atque flatu tenuissima parte materiæ, & cameris lateribúsve fornacum 4 pro quantitate leuitatis applicata. Tenuissima est in ipso fornacum ore, quà flammæ 5 eluctantur, appellata capnitis, exusta, & nimia leuitate similis fauillæ. Interior optima, cameris 6 depẽdens, & ab eo argumento botrytis cognominata. Ponderosior hæc priore, leuior porrò secuturis. Duo eius colores: deterior cinereus, puniceus 7 melior, friabilis, oculorumq; medicamentis vtilissima. Tertia est in lateribus fornacum, quæ propter grauitatem ad cameras peruenire non potuit. Hæc dicitur c placitis, & ipsa ab argumẽto, crusta verius, quā p umex, intus varia, ad psoras vtilior, & ad cicatrices trahendas. 8 d Fluunt & ex ea duo alia genera: onychitis extra penè cærula, intus 9 onychis maculis similis. Ostracitis tota nigra, & cæteratum sordidissima, vulneribus maximè vtilis. Omnis autem cadmia in Cypri fornacibus 10 optima, iterúmque à Medicis coquitur carbone puro, atque vbi in cinerem 11 redijt, extinguitur vino ammineo, quę ad emplastra prę paratur: quæ verò ad psoras, aceto. Quidam in ollis fictilibus tusam vrunt, ac lauāt in mortarijs, posteà siccant. Nymphodorus e lapidem ipsum quā grauissimum spississimumq; vrit pruna, & exustum Chio vino restinguit tunditque, mox linteo cribrat, atque in mortario terit, mox aqua pluuia macerat, iterúmque terit quod subsidit, donec cerussæ similis fiat nulla dentium offensa. Eadem Iollæ 12 actio: sed quàm purissimum lapidem eligit. Cadmiæ effectus siccare, 13 persanare, sistere fluxiones, pterygia & sordes oculorum purgare, scabritiem extenuare, & quicquid in plumbi effectu dicemus. Et æs ipsum ad omnia eadem vtitur, 14 prætérque albugines oculorum & cicatrices. Hulcera quoque oculorum cum lacte sanat, idque Ægyptij collyrij modo terunt in coticulis. Facit & vomitiones è melle sumptum. Vritur autem Cyprium in fictilibus crudis cum sulphuris pari pondere, circunlito spiramẽto 15 in caminis, donec vasa ipsa percoquantur. Quidam & salem addunt, alij alumen pro sulphure, alij nihil, sed acero tantùm 16 aspergunt. Vstum teritur mortario Thebaico, aqua pluuia lauatur, minore effectu, iterúmque adiecta largiore teritur, & 17 dum considat, relinquitur: hoc sæpius, donec ad speciem 18 minij redeat. Tunc siccatum in Sole,

2 cadmia quoque voc.
3 inutilis hic rursus in fornacibus exsistit alia, quæ ab igne sui. Vet.
4 propinquis leuitate. Vet.
5 eructantur. M.
6 vnà modo dependens. Vet.
7 melior. Quæ friabilis oculorum medicamentis. Vet. melior. Friabilis hæc. Vet.
8 Fiunt & eius duo. Vet.
9 onychi. M.
10 optima. Iterum à Medicis ea coquitur. Vet.
11 redigitur. M.
12 maceratio. Vet. præparatio. Alij Vet.
13 siccare, vlcera persanare. Vet.
14 prætereáque. Vet.
15 camini. Budæus.
16 perfundunt M.
17 dum purum considat, rursum eluitur. Vet.
18 cinnabaris, Dioscur.

in Sole, in ærea pyxide seruatur.

ANNOTATIONES.

a Factitia.
b Fallitur Plinius. multis enim is remedijs pollet.
c Placitis: & in ipsa argumẽtum. Planities crusta veriùs squammium intus varia ad luxura vitior. M. vitiosum. è quibus cõmoda tamen hæc lectio duci potest. Placitis, & ipsa ab argumento. Plana enim crusta est veriùs quàm squamma, intus varia ad vlcera vtilior.
d Cadmiarum genera sunt quinque: prima ex lapide pyrite vsto. secunda botrytis: tertia onychitis: quarta placodes, siue ponitis: quinta ostracitis. Confundit hæc omnia Plinius.
e Cadmiam metallicam, futuris necessariam, de qua suprà.

De scoria, & flore, & squama æris, & stomomate, & ærugine, & hieracio. CAP. XI.

ET scoria æris simili modo lauatur, [1] minore effectu, quàm æs ipsum. Sed & æris flos medicinę vtilis est. [a] Fit ære [2] fuso, & in [3] alias fornaces translato: ibi flatu crebriore excutiuntur velut milij squamæ, quas vocant [b] florem. Cadunt autem, cùm panes [4] æris aqua refrigerantur, rubéntque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida, & sic adulteratur flos, vt squama væneat pro eo. Est autem squama hæc [5] decussa vi clauis, per quos panes ærei ferruminantur. In [6] Cyprijs maximè officinis omnia. Differentia hæc est, quòd squama excutitur ictibus [7] ijsdem panibus: flos cadit sponte. Squamæ est alterum genus subtilius, ex [8] summa scilicet lanugine decussum, quod vocant [d] stomoma. Atque hæc omnia Medici (quod pace eorum dixisse liceat) ignorant, pars maior & [9] nominibus, in tantum à conficiendis medicaminibus absunt, [10] quod esse proprium medicinę solebat. Nunc quoties incidêre in libellos, componere ex his volentes aliqua, hoc est, impendio miserorum experiri commentaria, credunt seplasiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti, factáque iampridem emplastra & collyria mercantur, [11] tabésque mercium. Fraus seplasię sic exteritur. Et squama autem & flos vrũtur in patinis fictilibus aut æreis, [12] deinde lauantur, vt suprà, ad [13] eosdem vsus: & amplius ad narium carnosa vitia, itémque sedis & grauitates aurium, per [14] fistulas in eas flatu [15] impulsa, & [16] hulcera oris farina admota. Tollit & tonsillas cum melle. Fit & ex candido [17] ære squama, Cypria longè [18] efficacior. Nec non vrina pueri priùs macerant clauos panésque. Quidam verò excussam squamam terunt, & aqua pluuia lauant. Dant & hydropicis eam duabus drachmis in mulsi hemina, & illinunt cum polline. Ærugini is quoque magnus vsus. Sed pluribus fit ea modis. Namque & è lapide, ex quo coquitur æs, deraditur, & ære cãdido perforato, atque [e] in cadis super acetum suspenso, æreo obturatis operculo, multò [19] probatiore, quàm si hoc idem squamis fiat. Quidam vasa ipsa candidi æris fictilibus condunt in aceto, radúntque x. die. Alij vinaceis contegunt, totidémque post dies radunt. Alij delimatam æris scobem aceto spargunt, versántque spathis sæpius die, donec absumatur. Eandémque scobem alij terere in mortarijs ęreis ex aceto malunt. Ocyssimè verò [20] contrahit coronarum æruginem, recisamentis in acetum additis. Adulterant marmore trito maximè Rhodiam æruginem: alij pumice fauo gummi. Præcipuè autem fallit atramento sutorio adulterata. Cętera enim dente deprehenduntur, stridentia [g] in frendendo. Experimentum in batillo ferreo. Nam quæ syncera est, suum colorem retinet: quæ mista atramento, rubescit. Deprehenditur & papyro, galla priùs macerato: nigrescit enim statim ærugine illita. Deprehenditur & visu, malignè virens. Sed siue synceram siue adulteratam, aptissimũ est siccatam in patina noua vri & versari, donec fauilla fiat: posteà [21] teritur & recõditur. Aliqui in crudis fictilibus vrunt, donec figlinum percoquatur. Nonnulli & thus masculum admiscent. Lauatur autem ærugo, sicut cadmia: vis eus collyrijs oculorũ aptissima [22] [h] delacrymationibus mordendo proficiens. [23] Sed ablui necessãrium penicillis calidis, donec rodere desinat. [i] Hieracium vocatur collyrium, quod [24] ita maximè constat: temperatur autem id Hammoniaci vncijs quatuor, ærugínis Cypriæ duabus, atramenti sutorij, quod chalcanthum vocant, totidem, misyos verò vna,

1 minor. M.
2 fuso flatu crebriore, & in receptacula è fornace trãslato. Ibi excutiuntur Vet.
3 aliam fornacem. M.
4 æris rubentes aqua refrigerantur. Vet.
5 decussa clauis, quos ex panibus æreis fabricantur. Vet. decussa videlicet clauis. Vet.
6 Cypri M.
7 ex ijsdem. Alij.
8 summo scilicet acumine. Vet.
9 nominæ Vet.
10 quod proprium esse medicinæ solet. M.
11 labésque. Vet.
12 dein. M.
13 eosdémque. M.
14 fistulam. Vet
15 impulia. Farina admota tollit & tonsillas cum melle. M
16 vuuas. Chiffl.
17 ære Cyprio squama lon est seq vrina M.
18 inefficacior. Chiffl. & Dioscor.
19 probatior, quàm si hoc idem è squamis. Vet.
20 cõtingit tenacior ęresi. M.
21 teri & repõdi. Vet.
22 ex delacr. M.
23 Sed calida ablui necessarium penicillis, donec. Vet.
24 ita. Vet.

rò vna, croci sex. Hæc omnia trita aceto Thasio colliguntur in pilulas, excellentis remedij contra [25] initia glaucomatum & suffusionum, contra caligines & scabritias & albugines, ac genarum vitia. Cruda autem ęrugo vulnerarijs emplastris miscetur. Oris etiam gingiuarumque hulcerationem mirificè emendat, & labiorum hulcera cum oleo. Quòd si & cera addatur, purgat, & ad cicatricem perducit. Ærugo & callum fistularum erodit, vitiorúmque quæ circa sedem, siue cum Hammoniaco illita, vel collyrij modo in fistulas adacta. Eadémque cum resinę terebinthinæ tertia parte subacta, lepras tollit.

25 vitia. M.

ANNOTATIONES.

a Fit ære fuso, cùm in receptacula fluit, per fistulas ad ea perue nientes ẽolarum. Nam aqua gelidissima affusa, id quod fit vt tor deexpurgetur, repentinę densatione expuuntur grana milio similia, quæ florem vocant. Ineptè hæc Plinius: multo accuratius Dioscor. Quidam legunt, fit ære fuso flatu crebriore, & in receptacula è fornace translato. Ibi excutiuntur &c.
b Rhodig. cap. 10. lib. 19. scribit florem eum vocari paleas æris ramentulas. Quàm rectè & Latinè, is viderit.
c Leg. decussa clauis, quos ex panibus æreis fabricantur. Sic autem Dioscor. *Bonitate pressus æris squama crassa, ex clauis æreis officinarum (εκ τῶν χαλκουργικῶν ἥλων) Cypriarum decussa, quam helitin vocant.* Malè hunc locum Plinius vertit.
d Dioscorides agnoscit quidem τὰ λίθια & τὸ γαλκᾶνθ & τὸ στομώμα-τοῦ, æris, chalybis, siue acici, squamam, sed eam στόμωμα dici, nusquam tradit. Quamobrem Plinium falli docti suspicantur.
e Theophrastus libro περὶ λίθων.
f Quidã rasilem deteriorem, admixto gummi, pro factitia priore vendunt, inquit Dioscor. Sed vitiosum id genus improbatur.
g Dioscorides, μὴ τοῖς ὀδοντιν κατεσθίουσι, dentium appressu.
h Sic Plinius reddit quod Græci κατὰ δακρυτικὴν vocant. Est autẽ κατὰ δακρυτικὴν, quod delacrymationes sistit, vel elicit.
i A Hierace auctore. Hieracium quidã vocari contendunt quia si ἱέρακι, quòd ilyaene, accipitres, hieracium scalpendo, & succo tingendo oculos, obscuritatem eum sensere discutiant. Suprà cap. 7. lib. 20. Hieraciorum collyriorum descriptiones aliquot extant lib. 4. περὶ τῶν κόπων Galeni.

De scolecia, & chalciti, & misy, & sory, & chalcantho. CAP. XII.

1 collicia. Dal.

FIt & alterum genus æruginis, quam vocant [2] [a] scoleciam, [b] in Cyprio ære, hoc trito alumine & sale, aut nitro pari pondere, cum aceto albo quàm acerrimo. Non fit hoc nisi æstuosissimis diebus circa Canis ortum. Teritur autem, donec viride fiat, contrahatque [3] se vermiculorum specie, vnde & nomen. [c] Quod vitium vt emendetur, duæ partes quæ fuêre aceti, [4] miscentur vrina pueri impubis. Idem autẽ in medicamentis & sanerna efficit, qua diximus aurum rferruminari, vsúsq; vtriusque, qui æruginis. [5] Scolecia fit & per se, [6] derasa ab ærario lapide, de quo nunc dicemus. Chalcitim vocant lapidem, ex quo & ipsum æs coquitur. Distat à cadmia, quòd illa super terram ex subdialibus petris cæditur, hæc ex obrutis. Item, quòd chalcitis friat se statim mollis [7] natura, vt videatur lanugo cõcreta. Est & alia distinctio, quòd chalcitis tria genera continet, æris, & misyos, & soryos, de quibus singulis dicemus suis locis. Habet autem [8] æris [d] venas oblongas. Probatur mellei coloris, gracili vena rum discursu, [9] friabilis, nec lapidosa. Putant & recentem vtiliorem esse, quoniam inueterata [10] sory fiat. Vis eius ad excrescentia in hulceribus, sanguinem sistere, gingiuas, vuam, tonsillas farina compescere. [11] Vuluæ quoque vitijs in vellere imponitur. Cum succo verò porri, verendorum additur emplastris. Maceratur autẽ [12] in fictili ex aceto circunlito fimo diebus x l. & colorem croci trahit. Tunc admisto cadmiæ pari pondere, medicamentũ efficit, psoricon dictum. Quòd si duæ partes chalcitidis, tertia cadmiæ, temperentur, acrius hoc idem fiet. Acrius etiam num & vehementius, [13] si aceto, quàm vino, temperentur. Tosta verò efficacior fit ad eadem omnia. Sory Ægyptium maximè laudatur, multùm superato Cyprio, Hispaniensi & Africo: quanquàm oculorum quoque curationi quidam vtilius Cyprium [14] putant: sed in quacunque natione optimum, cui maximum virus, in olfactu trituq; pinguiter nigrescens & spongiosum. Stomacho res contraria in tantum, vt quibusdã [15] olfactu modò vomitiones moueat: & Ægyptium quidem [16] tale. Alterius nationis [17] contritum splendescit. Et misy est lapidosius. Prodest autem & dentium dolori, si cõtinearur atque [18] colluat: & oris hulceribus grauibus, quæque serpunt. Vritur [19] carbonibus, vt chalcitis. Misy aliqui tradiderunt fieri exusto lapide in scrobibus, flori eius luteo miscente se ligni pinei fauilla. Reuera autem è suprà dicto fit lapide, concretum natura discretúmque, & optimum in Cypriorum officinis: cuius notæ sunt friati aureæ scintillæ, & cùm teratur, harenosa natura, siue terrea, chalcitídi similis.

2 scoleciam, Cyprio ære trito cum alumine.
3 se in verm. speciem. M.
4 miscentur cum vrina pueri impubis. Dal.
5 Collicia. Dal.
6 rasa. M.
7 naturæ. M.
8 æris, Dioscor. non habet.
9 fragilis. M.
10 peior fiat. M.
11 vuluæ porrò & verendorum vitijs additur in emplastris. M.
12 aceto in fictili obruto fimo. Dioscor.
13 si vino. M. si aceto magis quã vino. Vet.
14 putent. M.
15 olfactum. M.
16 tale est. M.
17 quod contr non splendescit misyes modo, quo est & lapidosius. Vet. ex Dioscor.
18 colluatur. Ver.
19 & carb. M.

Hoc

Hoc admiſcent, qui aurum purgant. Vtilitas eius infuſi cum roſaceo auribus purulẽtis, & in lana [20] impoſiti capitis hulceribus. Extenuat etiã ſcabritias oculorum inueteratas. Præcipuè vtile tonſillis, contraq; anginas & ſuppurata. Ratio, vt x v j. drachmę in hemina aceti coquantur addito melle, donec lenteſcat. Sic ad ſuprà dicta vtile eſt. Quoties opus ſit molliri vim eius, mel aſpergitur. Erodit & callum fiſtularum ex aceto [21] fouentium: & collyrijs additur. Siſtit & ſanguinem, hulceraq; quæ ſerpant, quæve putreſcãt. Abſumit & excreſentes carnes. Peculiariter virilitatis vitijs vtile: & fœminarum profluuium ſiſtit. Græci cognationem æris nomine fecerunt & atramento ſutorio. Appellant enim chalcanthum. Nec vllius æquè mira natura eſt. Fit & in Hiſpania è puteis ſtagniſve, id genus aquæ habentibus. [e] Decoquitur ea, admiſta dulci pari menſura, & in piſcinas ligneas funditur. Immobilibus ſuper has trãſtris dependent reſtes lapillis extentæ, quibus adhæreſcens limus vitreis acinis imaginem quandam vuæ reddit. Exemptum ita ſiccatur diebus x x x. [22] Color eſt cæruleus, perquàm ſpectabili nitore, vitrúmque eſſe creditur: diluendo fit atramentum tingendis corijs. Fit & pluribus modis, [f] genere [23] eo in ſcrobes cauato: quarum è lateribus diſtillantes [24] g hybernò gelu ſtirias, [h] ſtalagmian vocant: neque eſt purius aliud. [25] i Sed ex eo candidum colorem ſentientem violam, leucoion appellant. Fit & in ſaxorum catinis, [k] pluuia aqua [26] corriuato limo [27] gelante. Fit & ſalis modo, flagrãtiſſimo Sole [28] admiſſas dulces aquas cogente. Ideò duplici quidam differentia, foſſile aut factitium appellant. hoc pallidius, & quantùm colore, tantùm bonitate deterius. Probant maximè Cyprium in medicinæ [29] vſu. Sumitur ad depellenda ventris animalia drachmæ pondere cum melle. Purgat & caput dilutum, ac naribus inſtillatum: item ſtomachum, cum melle [30] aut aqua mulſa ſumptum. Medetur & oculorũ ſcabritiei doloríque, necnon & caligini, & oris hulceribus. Siſtit & ſanguinem narium: item hæmorrhoidum. Extrahit oſſa [31] fracta cum ſemine hyoſcyami. Suſpendit epiphoras, penicillo fronti impoſitum. Efficax & in emplaſtris ad purgãda [32] vulnera, & excreſcentia hulcerum. [33] Tollit & vuas, vel ſi decocto tangantur. Cum lini quoque ſemine ſuperponitur emplaſtris ad dolores [34] tollendos: quódque ex eo candicat, in eo vſu præfertur violaceis, & grauitati aurium per [35] fiſtulas inſpiratur. Vulnera etiam per ſe illitum ſanat, [36] ſed ſtringit cicatrices. Nupérque inuentum, verſorum in harena & leonum ora [37] inſpargere illo: tantaque eſt vis in aſtringendo, vt nõ queant mordere.

20 impoſita. M.

21 fotu. M.

22 Color eſt cæruleo. M.

23 terreo M.

24 hyberno tempore gelantur ſtiriæ Vet.
25 Sed eſt & candidum, & colore Violæ ſimile. Vet.
26 circumlito. M.
27 gelaſcente. Vet.
28 admixtis dulcibus aquis. Vet.

29 vſum. M.

30 aut in aqua. Vet.

31 fracta. Cum ſemine hyoſcyami ſuſpendit. M.
32 vlcera. M.
33 Attollit. Vet.
34 tollendos. Quod ex eo. Vet.
35 fiſtulain Vet.
36 & tingit. M.
37 inſpargere, illiq; tanta vis eſt, adſtringendi M.

ANNOTATIONES.

a Licet apud omnes auctores, quorum ſcripta extant, legamus ἰὸν σκωλικίδων, æruginem vermiculatam, huius tamen erroris tam publicet & receptiſolum Plinium auctorem eſſe puto, legendumque κολλικίων, in placentulas, ac veluti rotundos exiguoſque panes formatam. Locus Dioſcoridis qui Plinium fefellit eſt, ἰὸς τῆ μὲν χροιᾶ ἰόδης, τῆ ξυσάσει γλισχρὸς γίνεται, καὶ οὔτως ἀναπλάσσει κέλλικας ἐπιπλοῦς ἡμίσεις, ἀκανθίνους: donec æruginis colore ſit, ac ſtrigimentorum craſſitie tum placentulas Rhodijs ſimiles forma to ac recondito. Plinius verò, Teritur autem, donec viride fiat, contrahatque ſeſe vermiculorum ſpecie &c. tacito de induſtria, Rhodiorum, vocabulo, cùm explicare non poſſet, Rhodij vermes quales eſſent. Præterea Dioſcorides non expectandum eſſe iubet, quo ad ſeſe contrahat in vermiculos, vt Plinius intellexit, ſed cum ſatis ſpiſſa eſt, manibus formari ὡς κόλλικας ἐρράδες, quod de vermibus exponi minimè poteſt. κόλλικες ἐρράδες quidam exponunt, non placentas ex inſula Rhodo, ſed paſtillos ex roſis oculariosad quem vſum, æruginis quoque illi paſtilli fiebant.
b In Cyprio ære (nempe æris Cyprij mortario) aluminis, & ſalis foſſilis, aut marini, aut nitri drachma vna, uritis cum aceti albi & acris hemina dimidia, quoad ſtrigmenti modo ſpiſſeſcant.
c Si quod autem virium, vt emenderur, duæ partes vrinæ veteris aceto miſcentur. Fit & ex vrina pueri impubis. Idem autem in auramentis, quod & Santerna efficit. Sic legendum ex Dioſcoride. Quod autẽ ait. Si quod vitium eſt, hoc eſt ſi minùs efficax ſit, ac colorata.
d Longas & ſplendentes venas. Dioſcor. æris nulla facta mentione.
e Ideoque ἰόδης dicitur, aliis præſtantius ad nigras tincturas, ad vſum medicinæ inualidius. Dioſcor.
f Atramentoſi metalli, quod chalcitin, miſy, ſory, melanteriam continet.
g Hyberno tempore ſtiriæ gelantur. Vet. impropriè gelantur, pro concreſcunt vi caloris exiccatæ. nã hyeme caliditſimæ ſunt metallorum fodinæ.
h σταλαγμίην, σταλακτικὴν, λεγχωτὴν vocati Dioſcorides tradit, & à Peteeſio πινάξιον.
i Leg. Sed eſt & candidum, & colore violę ſimile. Violaceum id paulò pòſt nominat.
k Quæ per venas atramentoſas labitur.

De pompholyge, & ſpodo, & antiſpodo, & diphryge, & triente Seruilio. CAP. XIII.

1 Etiamnum in ærarijs reperiuntur, [2] quem vocant pompholygẽ & ſpodon. Differentia, quòd pompholyx lotura paratur, ſpodos illota eſt. Aliqui id quod ſit candidum

1 Etiamnunc in arar. reperiunt CH
2 quæ voc. pom. & ſpodium M.

candidum leuiſſimúmque, pompholygẽ dixere, & eſſe æris & [3] cadmiæ fauillã. Spodon nigriorem ponderoſioremque eſſe, [4] deraſam parietibus fornacum, miſtis ſcintillis, aliquando & carbonibus. Hæc aceto accepto odorem æris præſtat, & ſi tãgatur lingua, [a] ſaporem horridum. [5] Conuenítque oculorum medicamentis, quibuſcunq; vitijs occurrens, & ad omnia, quæ ſpodos: hoc ſolùm diſtat, quòd huius elutior vis eſt. Additur & in emplaſtra, quibus [6] lenis quæritur refrigeratio & ſiccatio. Vtilior ad omnia, quę vino lota eſt. Spodos Cypria optima. [7] Fit autem liqueſcẽtibus cadmia & ærario lapide. [8] Leuiſſimè hęc efflatur & ocyùs, euolatq; è fornacib. & rectis adhęreſcit, à fuligine diſtans candore. Quod minùs candidum ex ea, immaturæ fornacis argumentum eſt: [9] hoc quidam pompholygem vocant. Quod verò rubicundius ex ijs inuenitur, [b] acriorem vim [10] habet, exhulceratq; adeò, vt cùm lauatur, ſi oculos attingat, excæcet. Eſt & mellei coloris [11] ſpodos, in qua plurimùm æris intelligitur. Sed quodcunque genus lauando fit vtilius. [c] Purgatur antè pinna, dein craſſiore lotura. Digitis ſcabritiem exterunt. Media vis eius eſt, quæ vino lauatur. Eſt aliqua & in genere vini differentia. Leni enim lota collyrijs oculorum nimiùm vigilijs fatigatorũ apta putatur. [12] Eadem efficacior hulceribus quæ manant, vel oris quæ madent, & omnibus medicamentis, quæ parantur contra gangrænas. Fit & in [d] argenti fornacibus ſpodos, quam vocant [e] lauriotin. Vtiliſſima autem oculis affirmatur, quæ [13] fiat in aurarijs: nec in alia [14] parte magis eſt vitæ ingenia mirari. Quippe ne [15] inquirenda eſſent metalla, viliſſimis rebus vtilitates eaſdem excogitauit. Antiſpodon vocãt ciñerem fici arboris vel caprifici, vel myrti foliorum cum tenerrimis ramorum partibus, vel oleaſtri vel [16] cydonij mali vel lentiſci. Item ex moris immaturis, id eſt candidis, in Sole arefactis: vel è buxi coma, vel [17] f pſeudocyperi, aut rubi, aut terebinthi, vel œnanthes. Taurini quoque glutinis, aut [18] linteorum ciñerem, ſimiliter pollere inuẽtum eſt. Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus, donec figlina percoquãtur. In ærarijs officinis & g pſegma [19] fit, iam liquato ære atque percocto, additis etiamnum carbonibus, [20] flatuq; [21] accenſis: ac repentè vehementiori flatu expuitur æris palea quædam. Solum, quo excipiatur, ſtratũ eſſe debet. [22] Facilè ab ea diſcernitur, [23] quã in ijſdem officinis diphrygem vocant Græci, ab eo quòd bis torreatur. Cuius origo triplex. Fieri enim traditur ex lapide pyrite cremato in caminis, donec excoquatur in rubricam. Fit & in Cypro ex luto cuiuſdã ſpecus arefacto priùs, mox [24] paulatim circundatis ſarmentis. Tertio fit modo in fornacibus æris fæce ſubſidente. Differentia eſt [25] quidẽ, quòd æs ipſum in [26] catino defluit, ſcoria extra fornaces, flos ſupernatat, diphryges remanet. [h] Quidam tradunt in fornacibus globos lapidis qui coquantur, ferruminari, circa hunc æs feruere, ipſum verò non percoqui, niſi tranſlatum in alias fornaces, & eſſe nodum quendam materiæ. Id quod excocto ſuperſit, diphryges vocari. Ratio eius in medicina ſimilis ſuprà dictis, ſiccare, & excreſcentia conſumere, & [27] perpurgare. Probatur lingua, vt eam ſiccet tactu ſtatim, ſaporémque æris reddat. Vnum etiamnum æris miraculum non omittemus. Seruilia familia illuſtris in Faoſtis, trientem æreum paſcit auro & argento, [28] conſumentem vtrumque. Origo [29] atque natura eius incomperta eſt mihi. Verba ipſa de ea re Meſſalæ ſenis ponam. Seruiliorum familia habet trientem ſacrum, cui ſumma cum cura magnificentiáque ſacra quotannis faciunt: quem ferunt aliàs creuiſſe, aliàs decreuiſſe videri, & ex eo aut honorem aut diminutionem familiæ ſignificari.

3 chalcitidis. M.

4 delapſam par. fot. miſtis ſimul pilis, aliqu. & car. Hęc ac. ſub acta. Vet. & ex Dioſc.
5 Conuenit pompholyx ocul. Vet.

6 lenis. Vet. M.
7 Fit autẽ quod quidem pompholygem vocant liqueſc. Daſ. hic reponit quod mox ſequitur comm.
8 Leuiſſimè hæc efflatur ocyus. Vet.
9 Hanc clauſulã Daſ. hinc expungit. vt dicum.
10 habet, & exhulceratadeóque cùm lauatur, ſi oculos attingat, excæcet. M.
11 pompholyx. Vet.

12 eademque. M.

13 fit. M.

14 parte vitæ magis eſt ingenia. Vet.
15 quærenda aſſ. mercatorum pretijs M.

16 cydoniæ. Vet.

17 pſeudocypri. Vet. ſic quidam legunt apud Dioſc.
18 lanarum. Dioſcor. ſuccidarum irriguarum pice. aut melle.
19 fit, cùm iam. Vet.

20 paulatimque. M.
22 accenſis, repente. Vet.
22 Facile, in M. d.
23 quod in ijſd. off. diphryges. Alij.

24 paulatim vſto circ. Vet. ex Dioſc.

25 quidem in M. d.
26 catinos de. ſc. ex. fornaces proijcitur, flos. Vet.

27 repurgare. Vet.

28 conſumẽte eo. vet. M.
29 autem. naturaq;. Vet.

ANNOTATIONES.

a Veluti cœni. Dioſcorides.
b Nondum exura Cadmiæ, ærosiue lapidis acrimonia.
c Purgatur in tepiditate ni craſſior lotura digitis ſcabritiæ excer nuntur. M. è quibus reſtitui poteſt lectio melior. Purgatur craſſiore tepidæ lotura: digitis ſcabritiæ diſcernuntur. Legendum tamen ex Dioſcor. cap. 85. lib. 5. Purgatur autem in craſſiore panno lotura. Quidam digitis ſcabritiem exterunt. Maxima vis eius eſt &c. quamuis cap. 18. huius libri in lotura ſpodij plumbei ſcribatur. Quidam pulluerem pẽnis detergere malunt, ac terere in vino odorato.
d Aurique & plumbi. Dioſcor.
e A Laurio Atticæ pago, Sunio proximo, vbi argenti mine t Illæ fuere. Pauſanias. Spodon Illyricam laudat Hippocrates.
f Quidam apud Dioſcor. legunt pſeudocypri.
g ψῦγμα hoc loco eſt velut apluda, acer, palea, æris, quæ vehementiori flatu extra fornacem ejicitur, tanquam ęris tamentum, aut rectiſa deraſaque particula. Dioſcor. cap. de flore æris, τὸ τῶν παλαιῶν ἥλων ψῦγμα, ramentum veterum clauorum à quibuſdam vocatum fuiſſe tradit florem æris.
h Quidam tradunt, in æreis globos lapidis æs gignentis ſolo coctos fermẽtari: circa hos æs feruere: ipſum verò percoqui trãſlatũ in altas ſerobes, & eſſe vdumiquod autem materiæ excocto ſupereſt, diphryges vocari. Ex Dioſcor. & manuſcr.

De ferro,& ferreis metallis,& differentiæ ferri.
CAP. XIIII.

PRoximè indicari debent metalla ferri, optimo peſſimóque vitæ inſtrumento. Siquidem hoc tellurem ſcindimus, ſerimus arbuſta, [1] ponimus pomaria, vites ſqualore deciſo annis omnibus cogimus [2] iuueneſcere. Hoc extruimus tecta, cædimus ſaxa, [3] omnéſque ad alios vſus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus ſolùm, ſed etiam miſſili volucríque, nunc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc verò pennato: quam ſceleratiſſimam humani ingenij fraudem arbitror. Siquidem, vt ocyùs mors peruenirẽt ad hominem, alitem [4] illam fecimus, pennaſq; ferro [5] dedimus. Quamobrem culpa eius [6] non naturæ fiat accepta. Aliquot experimentis probatum eſt, poſſe innocens eſſe ferrum. In fœdere, quod expulſis regibus populo Romano dedit Porſena, nominatim comprehenſum inuenimus, ne ferro niſi in [7] agricultura vterentur. Et [8] ſtilo ſcribere intutum eſt, vt veteſtiſſimi autores prodiderunt. Magni Pompeij in tertio Conſulatu extat edictum, in tumultu necis Clodianę, prohibentis [9] vllum telum eſſe in vrbe. Et tamen vita ipſa non deſiit honorem [10] mitiorem habere ferro quoque. Ariſtonidas artifex cùm exprimere vellet Athamantis furorem [11] [a] Learcho filio præcipitato reſidentem, pœnitentiamq;, ferrum & æs miſcuit, vt rubigine eius per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. Hoc ſignum extat Thebis [12] hodie. Eſt in eadem vrbe & ferreus Hercules, quem fecit Alcon, laborum Dei patientia inductus. Videmus & Romæ ſcyphos è ferro dicatos in templo Martis Vltoris. [13] Obſiſtit eadem naturæ benignitas, exigentis à ferro ipſo pœnas rubigine, [14] eadémque prouidentia nihil in rebus mortalius [15] faciente, quàm quod infeſtiſſimum mortalitati. Ferri metalla vbiq; propemodum repeiũrtur, quippe inſula etiam Italiæ Ilua gignente: minimaq; difficultate cognoſcuntur ipſo colore terræ manifeſto. Sed ratio eadem excoquendis venis. In Cappadocia tãtùm quæſtio eſt, aquæ an terræ fiat acceptum, quoniam perfuſa certo fluuio terra, neque aliter, [16] ferrum è fornacibus reddit. Differentia ferri numeroſa. Prima [17] in genere terræ cælíve. Aliæ [18] molle tantùm, plumbóque vicinius ſubminiſtrant: aliæ fragile & æroſum, rotarumq; vſibus & clauis maximè fugiendum, [19] cui prior ratio cõuenit. Aliud breuitate ſola placẽt, clauiſq; caligarijs: aliud rubiginem celeriùs [20] ſentit, [b] ſtricturęque vocantur [21] eæ omnes, quod non in alijs metallis, à [22] ſtringenda acie vocabulo impoſito. Et fornacum maxima differentia eſt. [23] In ijs equidem nucleus ferri excoquitur ad indurandam aciem, alioq; modo ad denſandas incudes, malleorúmve roſtra. Summa autem differentia in aqua eſt, [c] cui ſubinde candens immergitur. Hæc [24] alibi atque alibi vtilior nobilitauit loca gloria ferri, ſicuti Bilbilin in Hiſpania & [d] Turiaſſonem, Comum in Italia, cùm ferraria metalla in his locis nõ [25] ſint. Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro eſt. Seres hoc cum veſtibus ſuis [e] pellibuſq; mittunt. Secunda Parthico: neque alia genera ferri ex mera acie temperantur: cęteris enim [26] admiſcetur. [27] Mollior complexus in noſtro orbe. [28] Aliubi vena bonitatem hanc præſtãt, vt in Noricis: [29] aliubi factura, vt Sulmone aqua, [30] vti diximus. [31] Quippe cũ in exacuẽdo oleares cotes aquariæq; differant, & oleo delicatior fiat acies. Mirũq;, cùm excoquatur vena, aquę modo liquari ferrũ, poſteà in [f] ſpongias frangi. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro ſanguis humanus ſe vlciſcitur. Contactum nanque eo, celeriùs ſubindè rubiginem trahit. De magnete lapide ſuo loco dicemus, concordiáque quam cum ferro habet. Sola hæc materia vires ab eo lapide accipit, retinétque longo tempore, aliud apprehendens ferrum, [32] vt annulorum catena ſpectetur interdum: quod imperitum vulgus appellat ferrum viuum, [33] vulneráque tali aſperiora fiunt. Lapis hic & in Cantabria naſcitur, non ille magnes verus caute continua, ſed ſparſa [34] bubbatione, ita appellant: neſcio an vitro fundendo perinde vtilis: nondum enim expertus

1 puramus. Ver.
2 reiuueneſcere. Vet.
3 innumeroſq; ad al. Vet.
4 telum. Vet.
5 adiecimus. M.
6 nobis, non naturę, acc. Vet.
7 agrorum cultu. M.
8 ſtilo ferreo ſcribere vetitum eſt. Vet.
9 ne vllum telum eſſet in. M.
10 in initio. M.
11 Learchum filium præcipitare volentis, & reſidentis pœnitẽtia. M. & præcipitato illo reſidentis pœnitentiam. Vet.
12 hodierno die. M. & Vet.
13 Obſtitit. M.
14 eiuſdemq; Ver.
15 faciẽtis, quã quod eſſet infeſt. M.
16 ferrum ex fornacibus redditur. M.
17 genera. M.
18 Alia molle &c. ſubminiſtrat: alia fragile. Ver.
19 cui potior terra obtenit. Ver.
20 ſentit. Stricturæ vocantur maſſæ omnes. Vet.
21 hæ. M.
22 ſtringenda oculorum acie. Ver.
23 In his quidem ferrum excoquitur: in his ad incudes. alioque modo ſunt ad denſ. M.
24 alibi potior, alibi vtilior. M.
25 ſtant. M.
26 admiſcetur molliore cõplexu. In noſtro orbe alibi. Vet.
27 Melior. M.
28 Alicubi. M.
29 alibi. M.
30 ſicut. M.
31 Sed & exacuendo ferro oleares cotes & aquariæ æquè differant. Vet.
32 vt à collectione cat. M. Legn, annulorum collectione, ex *Aeliano & Strabone.*
33 vulneraq; ita, aſperiora fiant. M.
34 bullatione. M.

expertus eſt quiſquam: ferri vtique [g] inſicit aciem, vt magnes. [35] Eodem lapidem [36] Dinocrates architectus Alexandriæ Arſinoes templum concamerare inchoauerat, [h] vt in eo ſimulacrum eius è ferro pendẽre in aëre videretur. Interceſſit mors & ipſius & [37] Ptolemæi, qui id ſorori ſuæ iuſſerat fieri. Metallorum omnium vena ferri largiſſima eſt. Cantabriæ [38] maritimę parte, quam Oceanus alluit, mons prępruptè altus, incredibile dictu, totus ex ea materie eſt, vt in ambitu Oceani diximus.

35 Eodẽ magnete lapide. M.
36 Timocrates. Ver. Timachares. Chiſſl. Cheromocrates. Strabo.
37 Ptol. regis, qui. M.
38 maritima par. quã Oc. ambie. M. quã Oceanum ambit. M. aliud.

ANNOTATIONES.

a Athamas furens Learchum ex Ino filium, ſaxo illiſum necauit, idem facturus de matre & altero filio Melicerta, niſi eo in vltimas recepto, præcipitem Ino ſe in mare iecisſet. Quare hic præcipitatum Learchũ, ſaxo inſlictum, & ſic occiſum intelligere oportet, non autem ſcopulo deiurbatum.

b Lego, ſentit. Stricturæ vocãtur maſſæ omnes, quod non in alijs metallis, à ſtringenda oculorum acie &c. Nam inter metalla ferrum ſolum candens aciem oculorum perſtringit. Stricturęque Nonio ſcintillæ ferri feruentis, quòd ſtrictè, id eſt, celeriter emittãtur, aut quòd candore noſtros oculos percellant. Virgil. 8. Æn.

ſtricturæ chalybum & fornacibus ignis anhelat.

Lucilius li. 4. Satyr. *Crebre vt ſcintillæ inſtricturis, quod genus olim Feruenti ferro.*

Stricturæ maſſæ ferri fuſi & confecti, quæ in fornace candentes feruent, & nitent

c Varios modos purgandi durandique ferri tradit Magius cap. 8. lib. 2.

d Et chalyben. Solinus. Accolis populis qui eximio ferro præſtant, is nomen dedit. Virg. *At chalybes nudi ferrum.*

e Tigridum, pardorum, pantherarum, &c. vt coniector, moſchi, cum ſanie ſua odoratiſſima.

f Spongias vocat maſſas liquati ferri, eiectas vel extractas formace, quæ inſtar ſpongiæ molles ſunt, ac fragiles priuſquam durentur ictibus, aut aquæ gelidę immergantur, aut adiecto medicamẽto fuſoribus cognito, in aciem excoquantur.

g Aciem inſicit, vi ſua ſic imbuit, vt attrahi ſe permittat, trahentique magneti cedere cogatur.

h In Alexandria Ægypti laquearibus templi Serapis magnes infixus, ſtatuam æneam, in cuius capite ferrum inclusum eſt, ſic tenuit, vt media nec ſolum attingeret, nec culmen. Ferreum Mahumetis ſepulchrum in Medina Talnabi Arabiæ Petrææ oppido magnetis vi tractum ſuſpendere Turcæ conati ſunt.

De temperatura ferri,& medicinæ ex ferro,& ærugine,& rubigine,& ſquama ferri,& hygremplaſtro. *CAP. XV.*

FErrum accenſum igni, niſi duretur ictibus, corrumpitur. Rubens non eſt habile tundendo, neque antequam albeſcere incipiat. Aceto [1] aut alumine illitum fit ęri ſimile. A rubigine vindicatur ceruſſa & gypſo, & liquida pice. Hæc eſt temperatura à Græcis [2] antipathia dicta. Ferunt quidam & religione quadam id fieri. Et extare feream catenam apud Euphratem amnem, in vrbe quæ Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi [3] vinxerat pontem, cuius annulos, qui refecti ſunt, rubigine infeſtari, carentibus ea prioribus. Medicina è ferro eſt & alia, quã ſecandi. Nanque circũſcribi [4] circulo, térve circunlato mucrone, & adultis & infantibus prodeſt cõtra noxia medicamenta: & [5] præfixiſſe in limine è ſepulcro euulſos clauos aduerſus nocturnas [a] lymphationes. Pungíque leuiter mucrone, quo percuſſus homo ſit, contra dolores laterum pectorúmque [6] ſubitos, qui punctionẽ afferant. Quædam vſtione ſanãtur: priuatim verò caniſ rabidi morſus. Quippe etiam præualente morbo, expaueſcẽteſq; potum, vſta plaga illicò liberantur. Caleſit etiam ferro candente [7] aqua, in multis vitijs, priuatim verò dyſentericis. Eſt & rubigo ipſa in remedijs: & ſic [b] Telephum proditur ſanaſſe Achilles, ſiue id ęrea, ſiue ferrea cuſpide fecit. Ita certè pingitur eam decutiens gladio. Sed rubigo ferri deraditur humido ferro [8] clauis veteribus. [9] Vis eius [10] ligare, ſiccare, [11] reſtringere. Emẽdat alopecias illita. Vtuntur & ad ſcabritias genarum puſtuláſque totius corporis, cum cera & oleo myrteo: ad ignes verò ſacros ex aceto: item ad ſcabiem, [12] paronychia digitorum & pterygia in linteolis. Siſtit & fœminarum profluuia impoſita velleribus. Plagis quoque recentibus vino diluta, & & cum myrrha ſubacta: & condylomatis ex aceto prodeſt. Podagras quoque illita [13] lenit. Squama quoque ferri in vſu eſt ex acie aut mucronibus, maximè ſimili, ſed [14] acriore, quàm rubigo: quamobrem & contra epiphoras oculorum aſſumitur. Sanguinémque ſiſtit, cùm vulnera maximè ferro fiant. Siſtit & fœminarum profluuia. Imponitur & contra lienum vitia. Hæmorrhoidas compeſcit, hulcerúmque ſerpentia. Et genis prodeſt, farinæ modo aſperſa [15] pauliſper: præcipua tamen commendatio eius in hygremplaſtro ad purganda vulnera fiſtuláſque, & omnem callum erodendum, & [16] raſis oſſibus carnes recreandas. Componitur hoc modo: obolis

1 &. M.
2 antiodes. Vet. & vtſupra. *Theophraſtus.*
3 vinxerit. CH. coniunxerit. M.
4 ſemel circulo. Vet. circulo bis tẽrve. Alij. Vet.
5 præfixo limine à ſep. euulſis clauis. M.
6 humores. M.
7 potus &c. priuatim que dyſent. M.
8 è clauis. Dal.
9 Potentia. CH.
10 leuire. Ver. nitigare. Alij Vet. purgare. Alij.
11 ſtringere. M.
12 paronychias dig. & pter. illita tollit. Ver.
13 ſanat. M.
14 acriore vi, quàm M.
15 palpebriſque. Ve
16 roſis.

ex Cimolia,creta duobus,drachmis 17 ſex ex ære, totidé ex ſquama ferri,totidem ceræ, 18 ex olei ſextario. His adijcitur, cùm ſunt repurganda vulnera aut replenda, 19 ceratum.

17 duabus.M.

18 ex oleo ſextarius his ad.cùm ſint rapvul.aut cum repl.M. ex olei ſextario. Additur.M.aliud,Lego, adhibetur.

19 ceratum,10 M. d.

ANNOTATIONES.

a Has Greci vocant νυμφολήπτους ὑποπλησθέντας, vt & νυμφοληπτᾶς, lymphatos,fanaticos,furentes, quaſi correptos Nympharum ſpiritu. Credidit enim vetuſtas furore perpetuo exagitari, qui Nymphæ ſpeciem ex aquis prodeunte m aſpexiſſent. Ante prælium commiſſum cum Perſis ad Platæas,multos ad Cithęronem nympholeptos & fanaticos fuiſſe tradit Plutarchus in Ariſtide. Vide & Brod.cap.31. lib.1.

b Supra cap.5.lib.25.Achillea herba. Notum eſt vulgatũ illud, ὁ τρώσας ἰάσεται.

De plumbi metallis,& albo plumbo,& nigro. CAP. XVI.

SEquitur natura plumbi. Cuius duo genera,nigrum,atque candidum. Pretioſiſſimum candidum, à Græcis appellatum caſſiteron,fabuloſeque narratum in a inſulas Atlantici maris peti, 20 vitilibuſque naugijs circunſutis corio aduehi. Nunc certum eſt,in Luſitania gigni & in Gallæcia, ſumma tellure harenoſa, & coloris nigri: pondere tantùm ea deprehẽditur.Interueniunt & minuti calculi,maximè torrẽtibus ſiccatis.Lauant eas harenas metallici,& quod 21 ſubſidit,coquunt in fornacibus. Inuenitur & in aurarijs metallis (quæ 22 elutia vocant) aqua immiſſa eluente calculos nigros paulùm candore variatos, quibus eadem grauitas quæ auro: & ideò in calathis,in quibus aurum colligitur, remanent cum eo, 25 poſteà b caminis ſeparantur, conflatique in album plumbum reſoluuntur. Non fit in Gallæcia nigrum, cùm vicina Cantabria nigro tantùm abundet: nec ex albo argento, cùm fiat ex nigro. Iungi 24 inter ſe plumbum nigrum ſine albo non poteſt,nec 25 hoc ei ſine oleo.Acne album quidem ſecum ſine nigro, Album habuit autoritatem & Iliacis temporibus, teſte Homero, caſſiteron ab 26 illo dictum. Plumbi nigri origo duplex eſt:are enim ſua prouenit vena,nec quicquam aliud ex ſe parit:aut cum argento naſcitur,miſtiſq; venis conflatur.Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus,argentum:quod remãſit in fornacibus,c galæna,quæ portio eſt tertia 27 addita venæ.Hæc rurſus conflata,dat nigrum plumbum,deductis partibus duabus.

19 ſutilibuſque.M.

21 ſubſedit.M.

22 alutia.M. quod elucum.Vet.

23 poſtea ſeparantur, caminiſq; cõflati in. Vet.Poſteà caniſtris ſeparantur.Vet.

24 in ſe.Vet.

25 hoc fieri ſine.Vet.

26 eo.M.

27 additæ.M.

ANNOTATIONES.

a Caſſiteridas intelligit,quæ Luſitaniam & Gallęciam ſpectant.

b Nam aurum in camino perdurat, nec liquamur plumbi autẽ vena facilè funditur.

c Siue molybdæna.Suprà cap. 6. lib.33.Galæna, vena plumbi eſt.

De ſtanno,plumbo argentario,& quibuſdam alijs. CAP. XVII.

STannum illitum 1 æneis vaſis,ſaporem gratiorem facit, & compeſcit 2 eruginis virus,mirúmque,põdus non auget,Specula quoque ex eo laudatiſſima,vt diximus, Brunduſij temperabantur,donec argenteis vti cœpere & ancillæ. Nunc adulteratur ſtannum addita 3 æris tertia portione candidi in plumbum album. Fit & alio modo miſtis albi plumbi nigriq; 4 libris.Hoc nunc aliqui argentarium appellant. Iidem & tertiarium vocant,in quo duæ nigri portiones ſunt,& tertia albi.Pretium eius 5 in libras x x x.hoc fiſtulæ ſolidantur. Improbiores ad tertiarium additis æquis partibus albi,argentarium vocant, 6 & eo quæ volunt incoquunt.Pretia huius 7 faciunt in põdo centum triginta.In libras,albo per ſe ſyncero pretia ſunt triginta, 8 nigro ſexdecim.Albi natura 9 plura aridi habet:contraq; nigri tota humida eſt. Ideò album nulli rei ſine miſtura vtile eſt.Neque argentum ex eo plumbatur, quoniam priùs liqueſcit 10 argentum. Album incoquitur æreis operibus Galliarum inuento,ita vt vix diſcerni queat ab argento, eaque 11 incoctilia vocant. Deinde & argentum incoquere ſimili modo cœpere,equorum maximè ornamentis,iumentorúmque 12 iugis in Alexia oppido:reliqua gloria Biturigum fuit.Cœpere deinde & eſſeda,& vehicula,& petorita 13 exornare:ſimilique modo ad aurea quoque,non modò argentea,14 a ſtaticula inanis luxuria peruẽnit:quæq; in ſcyphis cerni 15 prodigium erat, hæc in vehiculis atteri,cultus vocatur. Plumbi albi experimentum in charta eſt, vt liquefactum pondere

1 æreis.M.

2 æruruginem.M.

3 æris candidi tertia port.in pl.Vet.

4 æquiſſibrijs. Vet. paribus libris.Vet.

5 in libras decem, Denarij decem.Dat.

6 & eo cùm vrj volũt recoquunt.Vet.

7 faciunt et.in triginta libras. Albo. M. fac.in pon. centum, denarios triginta. In libras albo,per ſe,Cp. ſunt denarij ſex nigro, tres. Albi. Vet. Nigro ſeptemdecim. M item nigro.x. vtr, CH.

9 plus.M.

10 argentum: affirmantque(confirmẽtque.CH.)ſi minus albo nigri, quam tertij ſit, miſceatur, arrodi (erodi.CH.)

11 coctilia.Vet.

12 iugis In Alexia oppido, quo reliqua Galliæ gloria fuit.M. tale iugum fuit.M.

13 exornari.Vet.

14 vehicula.M.

15 prodigium.M.

pondere 16 videatur,non calore,rupiſſe.India neque æs neque plumbum habet,gemmiſque ſuis ac margaritis hæc permutat. Nigro plumbo ad fiſtulas laminaſque vtimur,laboriosiùs in Hiſpania eruto,totaſq; per Gallias:ſed in Britannia ſummo terræ corio adeò largè,vt lex vltro dicatur,ne plus certo modo fiat. Nigri generibus hæc ſunt nomina:Iouetanum,Caprarienſe,Oleaſtrenſe.Nec differentia vlla ſcoriæ,modò ſit excocta diligenter.Mirúmque in his ſolis metallis, quòd derelicta fertiliùs reniuiſcunt.Hoc videtur facere relaxatis ſpiramentis ad ſatietatem infuſus aër, æquè vt fœminas quaſdam fœcundiores abortus 17 facere.Nuper id compertum in Bętica Santarenſi metallo,quod locari ſolitum x.libris per c c.antè annos,poſtquàm oblite ratum 18 erat, l v.locatum eſt.Simili modo Antonianum in eadem prouincia pari locatione peruenit ad pondo c c c c.vectigalis.Et mirũ,aqua addita non liqueſcere vaſa è plumbo cõſtat:eadem in aqua 19 calculus æreúſve quadrãs ſi addatur vas, peruri.

16 videatur cõcoleꝛ erupiſſe.Ind.M.

17 facit.M.

18 erat.reddit lxx.rem.M.

19 calculus ſi addatur.M.

ANNOTATIO.

a Hic & cap.10.lib.17.ſtaticulum currus genus. Macrobio 5. Saturn. ſtaticulus ſaltationis genus,cum ridicularijs iocis,verſibus, vocis demutatione.Inde ſtaticulos dare,& Plauto in Perſa,ſtaticulos ſaltare:vulgò,*Faire les bouffons*. Quidam ſtaticuli eſſe volũt eſſedi anteriorem partem,in qua firmus & ſtatus manet qui habenis equos regit. Hanc porrò ſolent diligentius & ſumptuoſiùs ornare,quàm reliquum vehiculum, quoniam ſpectaturis prima occurrit.

Medicinæ de plumbo,& ſcoria plumbi,de molybdæna ſiue galena,de pſimmythio,& ſandaracha. CAP. XVIII.

IN medicina per ſe plumbi vſus eſt cicatrices reprimere:adalligatiſque lumborum & renũ parti laminis frigidiore natura inhibere impetus Veneris. 1 Viſaq; in quiete venerea ſponte naturæ erumpentia 2 vſque in morbi genus,his laminis Caluus Orator cohibuiſſe traditur,viréſque 3 corporis ſtudiorũ labori cuſtodiſſe. Nero (quoniam ita dijs placuit) princeps lamina pectori impoſita ſub ea cantica exclamans,alendis vocibus demonſtrauit rationem.Coquitur ad medicinę vſus patinis fictilibus ſubſtrato ſulphure minuto,laminis impoſitis tenuibus,opertiſque ſulphure & ferro miſtis.Cùm coquitur, 4 munienda in eo opere foramina ſpiritus conuenit: alioquin plumbi è fornacibus halitus noxius ſentitur, & peſtilens, & canibus ocyſſimè: omnium verò metallorum,muſcis & culicibus:quamobrem non ſunt ea tædia in metallis.Quidam in coquendo 5 ſcobem plumbi lima quæſitam ſulphuri miſcent: alij ceruſſam potiùs,quàm ſulphur.Fit & lotura 6 plurimi vſus in medicina, 7 cùm ſe ipſo teritur in mortarijs plumbeis addita aqua cæleſti,donec craſſeſcat. a Poſteà ſupernatans aqua tollitur ſpõgijs:quod craſſiſſimũ fuit,ſiccatum diuiditur in paſtillos.Quidam limatum plumbum ſic terunt:quidam etiam plumbaginem admiſcent: alij verò acetum,alij vinum,alij adipem,alij roſam.Quidam in mortario lapideo, & maximè Thebaico, 8 plumbeo piſtillo terere malunt:candidiúſque fit ita medicamẽtum. Id autem quod vſtum eſt plumbum, 9 lauatur,vt ſtibi & cadmia. Poteſt adſtringere, ſiſtere,contrahere cicatrices. 10 Vſus enim ex eodem & in oculorum medicamentis, & maximè contra 11 procidentiam eorum & inanitatem, & hulcerum excreſcentia, rimaſq; ſedis aut hæmorrhoidas,aut condylomata. Ad hæc maximè lotura plumbi 12 facit:cinis autem vſti ad hulcera ſerpẽtia,aut ſordida:eademq; quæ chartis, ratio profectus.Vritur autem in patinis per laminas minutas cum ſulphure, verſatum rudibus ferreis aut ferulaceis,donec liquor mutetur in cinerem.Dein refrigeratum teritur in farinam. Alij 13 elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur ſiglinum.Aliqui ceruſſam miſcent pari menſura,aut hordeum,terúntque,vt in crudo dictum eſt,& præferunt ſic tritum plumbum ſpodio Cyprio.Scoria quoque plumbi in vſu 14 eſt, optimáque, quæ ad luteum maximè colorem accedit ſine plumbi reliquijs,aut b ſulphuris ſpecie,& terra carens.Lauatur hæc in mortarijs minutim fracta, donec aqua luteum colorem trahat, & transfunditur in vas purum, idque ſæpius, vſque dum ſubſidat, quod vtiliſſimum 15 eſt: coſdémque

1 Viſa in.Vet.

2 einſque morbi ingenia.M.

3 corporis in ſtudiorum labore cuſt. M.

4 muniri.Vet.

5 ſcobi pl.li. quæſitæ ſulphur.Vet

6 plumbi. M. Lego, lotura plumbi plurimi vſus.

7 cùm à ſe ipſo. Ver.

8 lapideo.Dioſc.

9 lauatur. Eſt iſtius vis vt Cadmiæ.

10 Vſus eodem. M. Vſus cuiuſmodi Ver.

11 procedentia.M.

12 fit.M.

13 limatam.M.

14 eſt. Optima quæ.Vet.

15 eſt. Eoſdem effectus M.

effectus habet, quos plumbum, ſed acriores. Mirari ſuccurrit experientiam vitæ, ne fæce quidem rerum, excrementorumq; fœditate intẽtata tot modis. Fit & ſpodium ex plumbo eodẽ modo, quo ex Cyprio ære diximus. Lauatur in linteis raris in aqua cæleſti, ſeparaturq; terrenum trãsfuſione, cribratumq; teritur. Quidam puluerẽ pennis detergere malunt, ac terere in vino adorato. [c] Eſt & molybdæna, quam alibi galenam vocauimus, plumbi & argenti vena communis. Melior hæc, quantò magis aurei coloris, quantoq́ue minùs plumboſa, friabilis, & modicè grauis. Cocta cum oleo, iocineris colorem trahit. Adhæreſcit & auri [16] & argenti fornacibus. Et hanc metallicam vocant. Laudatiſſima, quæ in [17] [d] Zephyrio [18] fiat. Probantur minimè terrenæ, miniméque lapidoſæ: coquuntur lauanturq; ſcoriæ modo. [19] Vſus in liparas [20] ad lienenda refrigerandáque hulcera: emplaſtríſque, quæ non [e] alligantur, ſed illita ad cicatricem perducunt, in teneris corporibus molliſſimíſque partibus. Compoſitio [21] eius eſt libris tribus, & ceræ libra vna, olei tribus heminis, quod in ſenili corpore cum fracibus additur. Temperatur & cum ſpuma argenti, & ſcoria plumbi, ad dyſenteriã [f] & teneſmum fouendo calida. Pſimmythium quoque, hoc eſt ceruſſam, plumbariæ [22] dant officinæ. Laudatiſſimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuiſſimis ſuper vas aceti aſperrimi impoſitis, atque ita diſtillantibus. Quod ex eo cecidit ipſum acetum, arefactum molitur & cribratur, iterumq; aceto miſto in paſtillos diuiditur, & in Sole ſiccatur æſtate. Fit & alio modo, addito [g] in vrceos aceti plumbo, obturatos per dies x. deraſóque ceu ſitu, ac rurſus deiecto, donec deficiat materia. Quod deraſum eſt, teritur & cribratur, & coquitur in patinis, miſceturq; rudiculis, donec rufeſcat, & ſimile ſandarachæ fiat. Dein lauatur dulci aqua, donec nubeculæ omnes eluantur. Siccatur ſimiliter poſteà, & in paſtillos diuiditur. Vis eius eadem, quæ ſuprà dictis, leuiſſima [23] tantùm ex omnibus: [24] præterq; ad candorem fœminarum. Eſt autem letalis [25] potus, ſicut ſpumæ argenti. Poſteà ceruſſa ipſa ſi coquatur, rufeſcit. Sandarachæ quoque propemodum dicta natura eſt. Inuenitur autem & in aurarijs & in argentarijs metallis, melior quò magis rufa, [26] quoque magis virus redolens, ac pura friabiliſq;. Valet purgare, ſiſtere, excalfacere, perrodere. Summa eius dos ſeptica. Explet alopecias ex aceto illita. Additur [27] oculorum medicamentis. Fauces purgat cum melle ſumpta. [28] Vocem lympidam ac canoram facit. Suſpiriоſis tuſſientibúſque iucundè medetur, cũ reſina terebinthina in [29] cibo ſumpta. Suffita quoque cum [30] cedro, ipſo nídore [31] itidem medetur. Et arſenicum ex eadem eſt materia. Quod optimum, coloris [32] etiam in auro, [33] excellentius: quod verò pallidius aut ſandarachæ ſimilius eſt, deterius exiſtimatur. Eſt & tertium genus, quo miſcetur aureus color [34] ſandarachæ. Vtraque hæc [i] ſquamoſa. Illud verò ſiccum purúmque gracili venarum diſcurſu fiſſile. Vis eadem, [35] quæ ſuprà, ſed acrior. Itaque & cauſticis additur, & pſilothris. Tollit & pterygia digitorum, carnéſque narium, & cõdylomata, & quicquid excreſcit. Torretur, vt validius proſit, in noua teſta, [k] donec mutet colorem.

[a] argentique fornacibus. Hanc. M.
17 Cypro. M.
18 fit. Vet.
19 vſus Liparis. Vet.
20 ad lenienda ac refrigeranda vlcera. M.
21 eſt ex eius libris tribus. Vet.
22 odiat. M.
23 tamen. Vet.
24 propterea que ad can. fœminarum adhibetur. M.
25 potu, ſicut ſpuma Vet. argẽti. Præterea cer.
26 quo magis virus redolens. M.
27 pediculorũ. Dioſc. φθειρίασιν.
28 Hæc tota clauſula in M. deeſt.
29 catapotio. Dioſc.
30 reſina. Dioſc.
31 eis. M.
32 etiam, vt in auro, Vet.
33 excellentis. M.
34 ſandaracha naturæ. Vet.
35 quæ ſandaracha, ſed. Vet.

ANNOTATIONES.

a Vide aliam rationem Dioſcoridis.
b Apud Dioſcor. ψιμμυθιοφανὲς ceruſſæ ſpecie. Magis ſequor Plinium qui legit θειοφανὲς: nam id magis conuenit cum μηλοπιδὲς, optima, denſa, fractu cõtumax, ceruſſæ prorſus ſimilis, nihil plumbei habens, luteo ferè colore, vitri modo ſplendida. Dioſc.
c Appellatione molybdænæ auctor comprehendit tum venam argento communem, & plumbo, tum plumbarium lapidem, tum etiam plumbariam arenam.
d Zephyrium oppidum Tauricæ, oppidum Ciliciæ, promontorium extremæ Italiæ è regione Siciliæ. Quidam legunt Zephyrio. Eſt autem Zephyria Meli inſulæ, quę metallis abundat, oppidum: eſt & inſula ante Halicarnaſſum.
e Quæ non mordent, Dioſcoridis. Pro ἀνιγιδήτοις Plinius legit ἀρτιγλύπτοις.
f Sic vt clyſtere metallica ea infundantur, abdomen verò ſeu venter mitigandi doloris cauſſa, aqua calida foueatur.
g Crate viminea in eorſi medio collocata firmiter, ita vt acetum non contingat. Dioſcor. ſandarachæ fiat. Auripigmento rubro. Talem colorem nacta, ſandyx, vel ſyricum dicitur.
h Quoque magis ſulphuris virus redolens. διαθὲν ἀπορραῶ ὄγκου. Dioſcor.
i πτλένης λιπιδώδης ἔχει, ὡς ἀπὸ ἀπιπαμένης ἀπλήκτου. Dioſco. ſquamatim in cruſtas diuiduntur, alias ferè ſemper alijs incumbentes.
k Pigmentum id ſandaracha factitia eſt, de qua cap. 6. libri ſequentis vr. geſimiquinti.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXXV.

PROOEMIVM.

METALLORVM, quibus opes conſtant, annaſcentiũ quoque eis natura indicata propemodum eſt, ita connexis rebus, vt immenſa medicinæ ſylua, officinarumq; tenebræ, & morоſa cælandi pingendiq; ac tingendi ſubtilitas ſimul dicerentur. Reſtant terræ ipſius genera lapidumq;, vel numeroſiore ſerie, plurimis ſingula à Græcis præcipuè voluminibus tractata. Nos in ijs breuitatem ſequemur vtilem inſtituti modo, nihil neceſſarium aut [1] naturale omittentes.

[1] vtile. Dal.

Honos picturæ. CAP. I.

PRimumq; [1] dicemus quæ reſtant de pictura, arte quondam nobili, tunc cùm expetereтur à Regibus populiſq;, & [2] illos nobilitante, quos eſſet dignata poſteris tradere: nunc verò in totum marmoribus pulſa, iam quidem & auro, nec tantùm vt parietes toti operiantur, verùm & interraſo marmore, [3] vermiculatis ad effigies rerum & animalium cruſtis. Non placent iam [a] abaci, [4] nec ſpatia montis in cubiculo delitentia: cœpimus & lapidem pingere. Hoc Claudij principatu inuentum: Neronis verò, [b] maculas, quæ non eſſent, [5] in cruſtis inſerendo vnitatem variare, vt [c] ouatus eſſet Numidicus, vt purpura diſtingueretur [d] Sinnadicus, qualiter illos naſci [6] optarent deliciæ. Montium hæc ſubſidia deficientium: nec ceſſat luxuria id agere, vt quàm plurimùm incendijs perdat.

[1] dicemus de pictura, arte quon. M.
[2] alios. M.
[3] vermiculatiſq; ad effigies animaliũ. M.
[4] nec opes montium in cubiculis delitescẽtes. Vet.
[5] in, Vet. d.
[6] optaſſent. Vet.

ANNOTATIONES.

a Abaci tabulæ marmoreæ quadratæ, ligneis ſimiles. Nam, vt tradunt Grammatici, ἄβαξ οὐ μόνον ὑπὸ τραπέζης, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ λίθων ἐφεστηκυίαν τοῖς ἐγκλείστοις ἔδαφος. Vitruuius cap. 3. lib. 7. Itaque veteribus parietibus nonnulli cruſtas excidentes pro abacis vtuntur, ipſaq; tectoria abacorum & ſpeculorum diuiſionibus (nimirum formarum quadratarum & rotundarum) circa ſe prominentes habent expreſſiones. Turn. cap. 3. lib. 26.
b Nam maculoſum variumq; marmor maximè placebat: quod ſi natura tale non eſſet, pictura fingebatur.
c Ouatum intelligo, maculis notatum ouata figura ductis.
d Sinnada Aſiæ vrbs ſuprà cap. 19. lib. 5. Ex ea Sinnadicũ marmor celeberrimum. Vide Strabonem lib. 12.

Honos imaginum. CAP. II.

IMaginum quidem pictura quàm maximè ſimiles in æuum propagabantur figurę: quod in totum exoleuit. Ærei ponuntur clypei, argenteæ facies ſurdo figurarum diſcrimine, [a] ſtatuarum capita permutãtur, vulgatis iam pridem ſalibus etiam carminum. Adeò materiam malunt conſpici omnes, quàm ſe noſci. Et inter hæc [b] pinacothecas veteribus tabulis [1] conſuunt, alienaſque effigies colunt, ipſi honorem

[1] conferel ipſi. Vet.

denario,additis his literis.I.S.M.R.id est,Iuno,Sospita,vel,vt est apud Festum,Sispita,Magna Regina. Eius præterea simulacrum hastatum & scutatum cum repandis calceis fuisse tradit Cicero lib.de nat.deor.Vrsinus 258.

De pictoribus Romanis,& quando primùm dignitas picturæ,& qui victorias suas pictura proposuerunt,& quando externis picturis dignitas Romæ. CAP. IIII.

APud Romanos quoque honos maturè huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabij clarissimæ gentis,princepsq; eius cognominis ipse ædem [a] Salutis pinxit anno vrbis conditæ cccc l. quæ pictura durauit ad nostram memoriam, ęde Claudij principatu exusta. Proximè celebrata est in foro boario æde Herculis Pacuuij Poëtę pictura.Ennij sororе genitus hic fuit:clariorемque eam artem Romæ fecit gloria scenę.Posteà non est [1] spectata honestis manibus nisi fortè quis Turpilium equitem Romanum è Venetia nostrę ætatis velit referre, hodieq; pulchris eius operibus Veronę extantibus. Læua is manu pinxit, quod de nullo antè memoratur.Paruis gloriabatur tabellis, extinctus nuper in lõga senecta, Aterius Labeo Prætorius, etiam Proconsulatu prouincię Narbonensis functus. Sed ea res in risu & iam contumelia erat.Fuit & principum virorum non omittendum de pictura celebre consilium.Qu.Pedius,nepos Q.Pedij Consularis triumphalisq;, à Cęsare Dictatore [b] cohæredis Augusto dati, cùm natura murus esset, eum Messala Orator,ex cuius familia pueri auia erat, picturam docendum cẽsuit, idque etiam Diuus Augustus comprobauit.Puer magni profectus in ea arte obijt. Dignatio autem præcipua Romæ increuit (vt existimo) à M. [c] Valerio Max.Messala, qui princeps tabulam picturæ prælij,quo Carthaginienses & Hieronem in Sicilia [2] deuicerat, proposuit in latere Curiæ Hostiliæ, anno ab vrbe condita quadringentesimo nonagesimo.Fecit hoc quidem & L.Scipio,tabulamq; victorię suę Asiaticæ in Capitolio posuit.Idq; ęgrè tulisse fratrem Africanum tradunt,iratum haud immeritò, quoniam filius eius in illo prælio captus fuerat.Non dissimilem offensionem & Æmiliani subijt L.Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat, situm eius [3] expugnationesq; depictas proponendo in foro,& ipse assistens populo [4] spectanti singula enarrando:qua comitate proximis comitijs Consulatum adeptus est. Habuit & scena [d] ludis Claudij Pulchri magnam admirationem picturæ, cùm ad tegularum similitudinem corui decepti imagine aduolarent. Tabulis autem externis autoritatem Romæ publicè fecit primus omnium L.Mummius, qui cognomen Achaici victoria dedit. [5] Nanque cùm in præda [6] vendenda rex Attalus v i. M. sestertiũm emisset Aristidis tabulam,Liberum patrem continentem, pretium miratus,suspicatúsq; aliquid in ea virtutis,quod ipse nesciret,reuocauit tabulam Attalo multùm querente,& in Cereris delubro posuit:quam [7] primam arbitror picturam externam Romæ publicatam. Deinde video & in foro positas vulgò. Hinc enim [e] ille Crassi oratoris lepos agentis [f] sub Veteribus, cùm [8] testis compellatus instaret: Dic ergo Crasse, qualem mereris? Talem, inquit, ostendens in tabula pictum [9] insicetissimè Gallum exerentem linguam.In foro fuit & illa pastoris senis cum baculo, de qua [10] Teutonorum legatus,interrogatus,quanti eum existimaret,respondit, sibi donari nolle talem [11] viuum verumq;.Sed præcipuam autoritatem fecit publicè tabulis Cæsar Dictator, Ajace & Medea ante Veneris Genitricis ędem dicatis. Post eum M.Agrippa vir rusticitati propior, quàm delicijs. Extat certè eius oratio magnifica, & maximo ciuium digna de tabulis omnibus signisq; publicandis:quod fieri satius fuisset, quàm in villarũ exilia pelli. Verùm eadem illa toruitas tabulas duas Aiacis & Veneris mercata est à Cyzicenis H-S. [12] x i i.M.In thermarum quoque calidissima parte marmoribus incluserat paruas tabellas, paulò antè cùm referrentur,sublatas.Super omnes Diuus Augustus in [13] foro suo celeberrima in parte posuit tabulas duas,quæ belli pictam faciem habent & triumphum. Idem Castores ac Victoriam

1 tractata. Vet.

2 vicerat. M.

3 oppugnationemq; depictam. M.
4 spectante. M.

5 Nam cùm. M.
6 vendenda res distraxisset, & rex Attalus vr. millib. librarum emisset. Vet. centum talentis,lib.7.cap.38.
7 primùm. M.

8 reus comp. inst. dicereque, Crasse. M.
9 insicetissimè. M.

10 Τευτονῶν. Vos

11 virum vinum. M.

12 xiii. Chiffl. & M.

13 fori sui celeberrima parte. Vet.

ctoriam posuit,& quas dicemus sub artificum mentione in templo Cæsaris patris. Idem in Curia quoque,quam in Comitio consecrabat,duas tabulas impressit parieti:Nemeam sedentem supra leonem,palmigeram ipsam,adstãte cum baculo sene, cuius supra caput [14] tabula bigę dependet.Nicias scripsit se [15] inusisse:tali enim vsus est verbo.Alterius tabulæ admiratio est,puberẽ filium seni patri similem esse, salua ætatis differentia,superuolante aquila draconem complexa.Philochares hoc suum opus esse testatus est.Immensa,vel vnam si quis tantùm hanc tabulam æstimet,potentia artis,cùm propter Philocharem ignobilissimos alioquin [16] Glaucionẽ filiumque eius [g] Aristippũ,Senatus populusque Romanus tot seculis spectet.Posuit & Tiberius Cæsar minimè comis Imperator, in templo ipsius Augusti, quas mox indicabimus.

14 tabulam bigæ dependentem. Nicias. M. in tabula biga. Vet.
15 inusisse, alieno vsus verbo. M.
16 Glauconem. Vet.

ANNOTATIONES.

a Quam C.Iunius Bubulcus dedicauerat.
b Ex quadrante. Sueton.in Iulio.
c Anno vrbis 490.M.Valerius Maximus,& M.Otacilius Crassus consules creati aduersus Hieronem,& Pœnos missi,fœliciter res gesserunt,multis oppidis mediterraneis aut receptis, aut expugnatis.In ea expeditione Messana capta, Valeri' Messala cognominatus est.Macrobius lib.1.Saturnal.
d Elephantos primùm ijs ludis pugnasse Fenestella tradidit ca. 7.lib.8.Meminit & scenæ huius pictæ Valer.Max.cap.5.lib.2.
e Cicero lib.2.de Orat.Quintilianus tamen cap.4.lib.6.à Caio Iulio id factum narrat.Illum enim obstrepenti Heluio,ac sæpius instanti qualem se tandem ostensurus esset,digito monstrasse imaginem Galli pictam in scuto Mariano Cimbrico,cui tũc Heluio simillimus visus est.
f Sub veteribus fori tabularis,porticibus,ambulationibus, agę tis iure,& productos testes interrogantis.Partẽ fori eã aiunt fuisse,in qua qui pecuniam fœnori dabant,accipiebãtve, consistebant & versabantur.Tabernas veteres legimus apud Plautum,in quibus mensarij,siue mensularij,siue collybistę, siue argentarij, argentariam permutationem, negotiaq; maiora exercebant. Eę fuerunt in vico Thusco vicinæ templi Vortumni, casæ Romuli, ædibus Ciceronis.Quidam exponunt,sub veteribus,rostris:nam & vetera fuerunt, & noua.
g Quidam Cyreneum philosophum hunc esse putant, quę regium canẽ vocauit Diogenes,& de quo Horatius,*Omnis Aristippũ decuit color.* Quod si ita sit,multa de eo Laërtij, multa Victorius cap.18.lib.8.

Ratio pingendi,de pigmentis. CAP. V.

HActenus dictum sit de dignitate artis morientis.Quibus coloribus singulis primi pinxissent,diximus,cùm de pigmentis traderemus in metallis.Qui monochromatea genera picturę vocauerint,qui deinde,& quę,& quibus temporibus inuenerint,dicemus in mentione artificum,quoniam indicare naturas colorum,causa instituti operis [1] prior est.Tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen [a] atque vmbras,[2] differentia colorum [3] alterna vice sese excitante.Deinde adiectus est splẽdor,alius hic quàm lumen:quem quia inter hoc & vmbram esset,appellauerũt [b] tonon: [4] commissuras verò colorum & transitus, [5] armogen.

1 prius est. Vet.

2 differentiã, in M.d.
3 ignauia se excitãte. M.
4 commixturas. Vet.
5 harmogen.

ANNOTATIONES.

a Pictorum hæc vocabula:opacitas quæ atro colore efficitur, vmbra:claritas,quæ candido colore præstatur,lumen. Illuminãt pictores,cùm argumento quod depingunt addunt lumen,vt clatior pictura elucear,& emineat.Cicero in Bruto,*Eaq; nũ tã in verbis pingendis habent pondus,quàm in illuminandis sententiis.* Turrebus cap.12.lib.26.
b Luminis intentionem,& splendidiorem fulgorem.

De coloribus natiuis & factitijs. CAP. VI.

SVnt autẽ colores austeri aut floridi. Vtrumque natura,aut mistura euenit.Floridi sunt,quos dominus pingenti præstat,minium, Armenium,cinnabaris, chrysocolla,Indicum [a] purpurissum.Cæteri austeri.Ex omnibus alij nascuntur,alij fiunt. Nascuntur sinopis,rubrica,parętonium,melinum,Eretria, auripigmentum.Cæteri finguntur,primumque quos in metallis diximus. [b] Prętereà è [1] vilioribus ochra,cerussa vsta,sandaracha,sandyx, [2] Scyricum,atramentum. [c] Sinopis inuenta est primùm in Ponto:inde nomẽ à Sinope vrbe.Nascitur & in Aegypto,Balearibus,Africa:sed optima in Lemno & in [d] Cappadocia,effossa è speluncis.Quæ saxis adhæsit, excellit.Glebis suus colos,extrà maculosus.[3] Hacque vsi sunt veteres ad splendorẽ. Species sinopidis tres,rubra,& minùs rubens,& inter has media.Pretium [4] optimæ in libras x i i i.e denarij.Vsus ad penicillum,aut si lignum colorare libeat.Eius, quæ ex Africa venit, octoni asses: [5] cicerculum appellant.Quæ magis cæteris rubet, vtilior abacis.Idem pretiũ eius quæ [f] presior [6] vocatur,& est maximè fusca. Vsus eius ad bases abacorum.In medicina verò blandus, emplastrisque & [7] malagmatis siue sicca

1 vilioribus,ochra vsta, rubrica: cerussa, sandyx,scyricii: sandaracha:atramẽtum. Vet.
2 Siricum. M.

3 Hac vsi. M.

4 optimæ ℔. xii. Manser. Vide Ann.

5 cicerculam. Vet.
6 vocatur. Ea est. Vet.

7 pastillis,&c. siue liquida,diluto facil is. Vet.ex Dioscor.

ſicca compoſitione eius, ſiue liquida facilis, contra hulcera in [8] humore ſita, veluti oris, ſedis. Aluum ſiſtit infuſa: fœminarum profluuia, pota denarij pondere. Eadem aduſta ſiccat ſcabritias oculorum, è vino maximè. Rubricę genus in ea voluere intelligi quidam ſecundæ autoritatis. Palmam enim Lemniæ [9] dabant, minio proximam. Hæc eſt multùm antiquis celebrata, cum inſula, in qua naſcitur. Nec niſi [8] ſignata venundabatur: vnde & ſphragidem appellauere. Hac minium ſublinũt adulterantq;. In medicina pręclara res habetur. Epiphoras enim oculorũ mitigat & dolores circunlita. Ægilopas [10] manare prohibet. Sanguinem reijcientibus ex aceto datur bibenda. Bibitur & contra [11] lienum renumq; vitia, & purgationes fœminarum. Item & contra venena, & ſerpentium ictus terreſtrium marinorumque, omnib. id-eò antidotis familiaris. Ex reliquis rubricę generibus, fabris vtiliſſima Ægyptia & Africana, quoniam maximè ſorbentur. Picturis autem [12] aptè naſcitur & in ferrarijs metallis. [h] Ex ea fit ochra, exuſta rubrica in ollis nouis luto circunlitis. Quò magis arſit in caminis, hoc melior. Omnis autem rubrica ſiccat, ideoq; & emplaſtris conuenit, igni etiã ſacro. Sinopidis Ponticæ [13] ſelibra, ſilis lucidi libris x. & melini [i] Græciẽſis duabus miſtis tritiſq; vnà per dies x i i. [14] leucophorum fit, hoc eſt, glutinum auri, cùm inducitur ligno. [k] Parętonion nomen loci habet ex Ægypto: ſpumam maris eſſe dicunt ſolidatam cum limo: & ideò conchę minutæ inueniuntur [15] in eo. Fit & in Creta inſula atque Cyrenis. Adulteratur Romæ creta Cimolia decocta cõſpiſſataq;. Pretium optimo in pondo [16] ſex x. E candidis coloribus pinguiſſimum, & tectorijs tenaciſſimum propter læuorem. [17] Melinum candidum & ipſum eſt, optimum in Melo inſula. In Samo quoque naſcitur: ſed eo non vtuntur pictores propter nimiam [l] pinguitudinem. Accubantes [18] effodiunt ibi inter ſaxa venas ſcrutantes. In medicina [m] eundem vſum habet, quem Eretria creta. Prætereà linguam [n] tactu ſiccat. Pilos detrahit [19] & mitigat. Pretium in libras ſeſtertij ſinguli. Eſt & colos tertius è candidis ceruſſæ, cuius rationem in plumbi metallis diximus. [20] Fuit & terra per ſe in [o] Theodoti fundo inuenta Smyrnæ, quà veteres ad nauium picturas vtebantur. Nunc omnis ex plumbo & aceto fit, vt diximus. Vſta [p] caſu reperta incẽdio Piræei, [21] ceruſſa in orcis cremata. Hac primus vſus eſt Nicias ſuprà dictus. Optima nunc Aſiatica habetur, quę & purpurea appellatur. Pretiũ eius in libras [22] æris quinque. Fit & Romæ cremato ſile marmoroſo & [23] reſtincto aceto. Sine vſta non fiunt vmbræ. Eretria terræ ſuæ habet nomen. Hac Nicomachus & [24] Paraſius vſi. Refrigerat emollitq;que. Explet vulnera, ſi coquatur, [25] ad ſiccanda præcipuè vtilis, & capitis doloribus, & ad deprehendenda q [26] pura. Subeſſe enim ea [27] intelligitur, ſi ex aqua illita non areſcat. Sandaracham & ochram Iuba tradit in inſula Rubri maris Topazo naſci: ſed inde non peruehuntur ad nos. [r] Sandaracha quomodo fieret, diximus. [s] Fit & adulterina ex ceruſſa in fornace cocta. Colos eſſe debet flammeus. Pretium in libras aſſes quini. Hæc ſi torreatur, æqua parte rubrica admiſta ſandycem facit. [t] Quanquam animaduerto Virgilium exiſtimaſſe herbam id eſſe, illo verſu,

Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.

Pretium in libras dimidium eius, quod ſandarachæ. Nec ſunt alij colores maioris ponderis. Inter factitios eſt & Scyricum, quo minium ſublini diximus. Fit autem ſinopide & ſandyce miſtis. [u] Atramentum quoque inter factitios erit, quanquam [28] eſt & terra geminæ originis. [x] Aut enim ſalſuginis modo emanat, aut terra ipſa ſulphurei coloris ad hoc probatur. Inuenti ſunt pictores, qui è ſepulcris [y] carbones [29] infectos effoderent. [30] Sed importuna hæc omnia ac nouitia. Fit enim [31] & fuligine pluribus modis, reſina vel picę exuſtis. Propter quod officinas etiam ædificauere, fumum eum non emittentes. Laudatiſſimum eodem modo fit è tedis. Adulteratur fornacum balinearumq; fuligine, quo ad volumina ſcribenda vtuntur. Sunt qui & vini fæcem ſiccatam excoquant: affirmantque, ſi ex bono vino fæx fuerit, Indici [50] ſpeciem id atramentum [32] prębere. Polygnotus & Mycon celeberrimi [33] pictores Athe-

8 humore obſita Alij.
9 habãt. Minio proxima hæc eſt. M.
10 manãre. M.
11 lienem. M.
12 aptą naſcitur in. M.
13 ſex libris. M.
14 chryſophorũ. Vet.
15 cum eo. M.
16 c. xr. denũ. M. xvr. tarentis. Budæus lib. 3. de Aſſe.
17 Melium. Dioſc.
18 effodiunt intra ſaxa. M.
19 & leuigat. Vet. extenuat. Dioſc.
20 Fit & è terra. M.
21 è ceruſſa cremata. M.
22 xvr. denarij. Vet. & M.
23 perfuſo aceto. Sine iſta non. M.
24 Parrhaſius. Vet.
25 ad ſiccanda vtilis: præcipua & capitis. M.
26 obſcura. Dal.
27 intelligunt. M.
28 eſt & gemine orig. Aut en. ſal. nuq. e. aut ſit è terra ipſa, quæ ſulphurea. Vet.
29 infectos. Vet.
30 Sed, in M. d.
31 ex. Vet.
32 prębere tryginon appellant. Vet.
33 picturæ Athenis, è vinacea fece. M.

Athenis, è vinaceis fecere, [34] tryginon appellant. Apelles commentus eſt ex ebore combuſto facere, quod elephantinum vocant. Apportatur & Indicum ex India, inexploratæ adhuc inuentionis mihi. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæreſcit æreis cortinis. Fit & è tedis ligno combuſto, tritiſq; in mortario carbonibus. [z] Mira in hoc ſepiarum natura: ſed ex his non fit. Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admiſto. Quod autem aceto liquefactum eſt, ægrè eluitur. [35] E liquidis coloribus, quos à dominis dari diximus propter magnitudinem pretij, ante omnes eſt [36] purpuriſſum è creta argętaria: cum purpuris pariter tingitur, bibitq; eum colorem celeriùs lanis. Præcipuum eſt primũ, feruente aheno rudibus medicamentis inebriatum. Proximũ egeſto eo addita creta in ius idem. Et quoties id factum eſt, leuatur bonitas pro numero dilutiore ſanie. Quare Puteolanum potiùs laudatur, quàm Tyrium aut Gętulicum, vel Laconicum vnde pretioſiſſimæ purpuræ. Cauſa eſt, quod [A] hyſgino maximè inficitur, rubiamq; cogitur ſorbere. Viliſſimum [37] à Canuſio. Pretium huic [38] à ſingultus denarijs in libras ad triginta. Pingentes ſandyce ſublita mox ouo inducentes purpuriſſum, fulgorem minij faciunt. Si purpuram facere malunt, [B] cæruleum ſublinunt, mox purpuriſſum ex ouo inducunt. Ab hoc maxima autoritas Indico. [C] Ex India venit, harundinum [39] ſpumæ adhæreſcente limo, cùm [40] teritur, nigrum: at in diluendo miſturam purpurę cęruleique mirabilem reddit. Alterum genus eius eſt in purpurarijs officinis innatans cortinis: & eſt purpuræ ſpuma. Qui adulterant, verò [41] Indico ſtercora columbina, aut cretam Selinuſiam, vel [42] [D] annulariam [43] vltro inficiunt. Probatur carbone. Reddit enim, quod ſyncerum eſt, flammam excellentis purpurę: & dum fumat, odorem maris [44] olet. Ob id quidam è ſcopulis id colligi putant. Pretium Indico denarii [45] viginti in libras. In medicina Indicum [E] rigores & impetus ſedat, [46] ſiccatque hulcera. [F] Armenia mittit, quod eius nomine appellatur. Lapis eſt hic quoque chryſocollę modo infectus. Optimumque eſt, quod maximè viret, communicato colore cum cæruleo. Solebant libræ eius trecenis nummis taxari. Inuenta per Hiſpanias harena eſt, ſimilem curam recipiens. Itaque ad denarios ſenos [47] vtilitas redijt. Diſtat à cæruleo candore modico, qui teneriorem [48] hunc efficit colorem. Vſum in medicina ad pilos tantùm alendos habet, maximeque in palpebris. Sunt etiamnum [49] nouitij duo colores [50] è viliſſimis, viride quod Appianum vocatur, & [51] quod chryſocollam [52] luteam mentitur, ceu parùm multa ſint mendacia eius. [G] Fit [53] & ex creta viridi æſtimatum ſeſtertijs in [54] libras. Anulare quod vocant, candidum eſt, quo muliebres picturæ illuminantur. Fit & ipſum ex creta admiſtis vitreis gemmis, ex vulgi anulis, vnde & anulare dictum.

34 Hęc duo verba in Vet. hic non legũtur, ſed paulò antè, poſt, præberel
55 E reliquis col. M.
36 purpuriſſum. Creta argętaria cũ purp. M.
37 in. M.
38 in ſingulas libras ad denarios triginta. Vet.
39 ſpuma. Alij.
40 ſecernitur. M.
41 Indico tinguntſtercora. Cliffl.
42 aluminariam. M.
43 vitro. Vet. Legò, vero.
44 ſubit. M. fortaſſis, ſubijcit.
45 triginta. M.
46 ſiccat oris hulcera. M.
47 vilitate.
48 huius.
49 nouæ. M.
50 & viliſſimi. M.
51 quod, in Vet. d.
52 lotam. M.
53 &, in Vet. d.
54 libras, & quod Anulare vocant, candidum, quo. Vet.

ANNOTATIONES.

a Vt Indicũ ſpuma eſt innatans cortinis in quibus glaſtum coquitur pannis tingendis, ſic purpuriſſum ſpuma eſt collecta effer ueſcente purpura, cùm ex ea tinctura conficitur. Loco purpuriſſi pictores nunc vtuntur lacca mixta cum cæruleo.

b Legendum, Prętereà è vilioribus ochra vſta, rubrica: ceruſſa, ſandyx, ſcyricum: ſandaracha: atramentum. Ochra quidem natiua prorſus eſt, quod apertè Victorius teſtatur: verùm ex ea fit rubricæ genus, vt ex ceruſſa ſandix & ſyricum.

c Rubricam ſinopicam *μίλτον σινωπικὴν* vocat Dioſco. & Theophr. lib. *περὶ λίθων*.

d Vnde purgata ſinopem defertur. Dioſc.

e Vocem hanc ſuperuacuam puto, additam à quodam qui ſibi notam x. interpretaretur.

f Coloris adſtricti & obſcuri magis.

g Effigie capræ, Dioſcor. imagine Dianæ, Galen. Quoniam rubra effoderetur, Dioſcorides hominum ſermonibus credidit hircinum ſanguinem admiſceri.

h Fit & rubrica ex ochra exuſta in ollis nouis &c. Sic lego aſſentiente Philandro comment. in cap. 7. lib. 7. Vitru. Nam rubrica ſit ex ochra vſta teſtibus Dioſcoride cap. 112. libr. 5. & Theophr. *περὶ λίθων*.

i Græciẽſe pro Græco vſurpauit etiam Gellius cap. 10. lib. 19. vt & Græcanicum cap. 9. lib. 14.

k Oppido Alexandriæ vicino, quod & Ammoniam dixerunt. Vide quod adnotatum eſt cap. 5. lib. 33. Pharidem terram videtur appellare Theophraſtus libro de lapidibus.

l Denſitatem, lauitatem. Theoph. lib. de lapid.

m Sanguinis ſiſtendi.

n A luminoſo guſtu. Dioſcor.

o Cretam viridem Theodorion Vitruuius appellat ca. & lib. 7. non ceruſſam.

p Idem ferè Theophr. lib. *περὶ λίθων* de ochra in rubricam mutata incendio tabernæ.

q *τὰ πῶα*, ſuppurationes. Lego, obſcuraque non patent oculis: quæ in calua ſub cute latent oſſe vulnerato.

r Ad finem capitis vleimi libri ſuperioris. Sandaracha ea nõ fit, ſed in metallis aureis & argenteis gignitur.

ſ Sandycem Dioſcorides vocat, non ſandaracham: Ægineta & ſandycem & ſyricum.

t Iudicium Plinii doctis non placet. Quamuis enim pecoris Virgilius in eo verſu memmerit herbis veſcentis, non propterea tamen ſandycis color ad herbam referendus eſt, nec magis quàm muricis in carmine adiuncto,

Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.

Eſt ergo ſandyx cotoris non herbæ nomen.

v Atramentum tribus modis pictores, clariſſimi faciunt: primũ quidem ex fuligine olei nucum vſti: deinde ex ebore cremato: tertiò, quod eſt præſtantiſſimum, ex oſſibus Perſicorum vſtis.

x Melangeriam,quæ atramentum metallicum & natiuum est, duplicem significat:alteram raram,leuem,& mollé,lanugini aut fuligini similem teste Agricola lib.4.de fossilibus: alteram glebo sam,duram,& solidam,&,vt inquit Dioscor.terrenam.Eã,quę sulphuri coloris est,cæteris omnibus præfert.Dioscor, quoniam efflorescere super ea solet velut sulphureus quidam pulvis,gustu misyos.

y Carbones cum cineribus vsti cadaueris in vrnam coniectos.

z Septentrionales populi nigro sepiæ,addito tantillo aluminis atramenti loco scribunt,nec incommodè.

A Hysginum nunc tinctura est è cocco priùs,deinde è purpura Tyria,suprà lib.9.cap.41.nunc tinctura è tubia cocci loco,& purpura,vel purpuræ loco,hysgino,Vitruuius lib.7.cap.14.Est autè hysginum hoc arbuscula, quam cap.18.lib.16.vaccinium Plinius appellat,& cap.26.lib.21.falsò hyacinthum exponit,quia hyacinthum Græcorum, Latini quidam vaccinium interpretarentur. Vulgus Magaleb vocat. Ex hujus arbusculæ nigro fructu succus exprimitur ad purpuream tinctura aptissimus. Virgilius scilicet ideò vaccinia nigra dixit,& interpres Nicandri φοινὶξ ἀραιὸν τῷ χαμαιπλῆτι (nam tale lignum est)ἠδὲ μέλαινα(talis est fructus)περὶ ἰκμαῖον ὑπτιάζεται.

B Hodie pictores cœruleo sublinunt, deinde laccam inducit.

C Indicum nihil aliud esse, quàm pigmentum confectum in Guzarate ex Indico glasto,Garcias ab Horto lib.2.cap. 26. Anil Turcæ vocant,Indi Gali,plærique Nil.Dioscorides fabulosè, vt plæraque alia, inquit pigmentum hoc sponte nasci in arundinibus, Indicis, οἷον ὑβρεμένον, veluti spumosum ac ebulliens quoddam eiectamentum.

D Eam argentariam vocat posthac cap.17.huius libri.

E Inflammationes & tumores rumpit:purgat & reprimit vlcera.Dioscor.

F Armenium Trallianus & secuti medici tam Græci, quàm Arabes obseruarunt,æquè valenter ac cœruleum,veratumq; nigrum,melancholicum humorem vacuare.

G Eius creræ viridis, quæ colore & viribus est multùm infra chrysocollam,Agric.lib.2.de nat.fossil.

Qui colores non inducantur,& quibus coloribus antiqui pinxerũt,& quando primùm gladiatorum pugnæ propositæ sunt. CAP. VII.

1 pinxerint.M.
2 pugnæ & picturæ prop.M.

EX omnibus coloribus 1 cretulam amare,vdoq; illini recusant,purpurissum, Indicum cæruleum,melinum,auripigmentum,Appianum,cerussa.Ceræ tinguntur ijsdem 2 his coloribus ad eas picturas,quæ a inuruntur, alieno parietibus genere sed classibus familiari,iam verò & onerarijs nauibus: quoniam & pericula 3 expingimus,ne quis miretur & rogos pingi.Iuuatq; pugnaturos ad mortem,aut certè cædem, speciosè vehi. Qua contemplatione tot colorum tanta varietate subit antiquitatem mirari.Quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere,ex albis melino,ex silaceis Attico,ex rubris sinopide Pontica,ex nigris atramento, Apelles, Echion,Melanthius,Nicomachus,clarissimi pictores,cùm tabulę eorũ singulæ oppidorũ vænirent opibus.Nunc & purpuris in parietes 4 migrantib. & India cõferente fluminum suorum b limum,& draconum & elephantorum c saniem, nulla nobilis pictura est.Omnia ergò meliora tunc fuere,cùm minor copia. Ita est, quoniam, vt suprà diximus,rerum non animi pretijs excubatur.Et nostræ ætatis insaniam ex pictura non omittam. Nero princeps iusserat colosseum se pingi c x x. pedum in linteo,incognitum ad hoc tempus.Ea pictura cùm peracta esset in 5 Lamianis hortis, accensa fulmine cum optima hortorum parte conflagrauit.Libertus eius cùm 6 daret Antij munus gladiatorium,publicas porticus inuestiuit pictura,vt constat, gladiatorum ministrorumq; omnium veris imaginibus redditis. Hic multis iam seculis d summus animus in pictura.Pingi autem gladiatoria munera, atque in publico exponi cœpta à C.Terentio Lucano. 7 Is auo suo, à quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit,tabulamq; pictam in nemore Dianæ posuit.

2 cretãm amant.Vet.
2 his,in M.d.
3 pingimus.M.
4 intrantibus.Vet.
5 Mœcenatianis.M. Marianis.Vet.
6 daturus esset mun⁹. M.
7 Is mortuo auo suo. Vet.

ANNOTATIONES.

a Encaustice pingendi ratio sit aut ceris,aut coloribus, aut metallis igne liquescentibus:ceris,vt in nauium pictura, cum scalptæ variis figuris tabulæ,cera diuersis etiam coloribus picta oblinebantur:coloribus,vt in siglinis,Italicis præcipuè,ac operibus, Optimiano vitro,quod *Email* vocant,depictis:metallis, vt in genere artificij quod *Damasquiner* apellant. Pertinent & ad encaustícen imagines in ebore ferro candenti delineatę,postea carbone insperso nigrescentes.
b Indicum.
c Cinnabari.
d Generosa magnificentia,primarijs viris ac excellentibus digna cura,& liberalitas.

De ætate picturæ, operum & artificum indicatura, nobilitates CCCV. CAP. VIII.

1 ampla. M. amplior narratio.Vet.
2 velut in.M.
3 tam pictores.Vet.

NVne celebres in ea arte quàm maxima breuitate percurram: neque enim instituti operis est 1 talis executio.Itaque quosdam 2 vel in transcursu, & in aliorum mentione obiter nominasse satis erit,exceptis operum claritatib. quæ & ipsa cõueniet attingi,siue extant,siue intercidêre.Non constat sibi in hac parte Græcorũ dili gentia,tam multas post Olympiadas celebrando 3 pictores, quã statuarios autores: primumq; Olympiade nonagesima, cùm & Phidiam ipsum initio pictorem fuisse tradatur,

tradatur, 4 clypeumque Athenis ab eo pictum:præterea in confesso sit, octogesima tertia fuisse 5 Panæum fratrem eius,qui clypeum intus pinxit, 6 & in Ægide Minerua,quam fecerat a Colotes Phidiæ discipulus, & in faciendo Ioue Olympio adiutor.Quid? quod in confesso perinde est,Bularchi pictoris tabulam, in qua erat Magnetum prælium,à Candaule rege Lydię Heraclidarum nouissimo,qui &Myrsilus vocitatus est,repensam auro.Tanta iam dignatio picturæ erat.Id circa ætatem Romuli acciderit necesse est:duo enim de vicesima Olympiade interijt Cãdaules: aut (vt quidam tradunt) eodem anno, quo Romulus, nisi fallor, 7 manifesta iam tum claritate artis atque absolutione.Quod si 8 recipi necesse est, simul 9 apparet multò vetustiora principia esse,eosque qui monochromata 10 pinxerint,(quorum ętas nõ traditur)aliquanto antè fuisse, 11 Hygiænontem,Diniam,Charmam, & qui primus in pictura marem fœminamq; 12 discreuerit, Eumarum Atheniẽsem figuras omnes imitari ausum,quiq́ue inuenta eius 13 excoluerit,Cimonem Cleonęum. Hic b catagrapha inuẽnit,hoc est,obliquas imagines, & variè formare vultus, 14 respicientes suspicientésve & despicientes. Articulis etiam membra distinxit. Venas protulit, pręterq́ue in veste & rugas & sinus inuenit.15 Panæus quidem frater Phidiæ, etiam prælium Athenienſiũ aduersus Persas apud Marathona factum pinxit. 16 Adeò iam colorum vsus 17 percrebuerat,adeóq; ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxisse tradatur,Athenienſium Milciadem, Callimachum, Cynegyrum: Barbarorum Datim, 18 Artaphernem.

4 Olympiumque Iouem. M.
5 Panænum.Paus.
6 in Elide. M.
7 manifestã adeò iam claritate artis, tũm nõ absolutæ. Vet.
8 recipitur,necesse est appareat multo vetustiore principio.M.
9 appareat. Vet.
10 pinxerunt. M.
11 Hygiemonem. M.
12 discreuit, Eumarũ etiam Athen.M.
13 excoluit. Vet.
14 retro aspicientes. Vet.
15 Panænus.Pausan.
16 Adeò iam ars perfecta &c.M. quę intoxicent, desiderãtur.
17 increbuerat. CH.
18 & Artaph. Vet.

ANNOTATIONES.

a Eius meminit Pausanias lib.5.Mensam ille fecit apud Eleos, super qua victoribus coronæ deponuntur.
b Linum καταγραφὴν Catullo in passere, variè depictum. Athenæo lib.2.τῶν βυσσίνων κωλυμάτων,ἐ μὲν ἁπλῶν καταγραφὴ. Turn. cap.22.lib.25.

Primum picturæ certamen,& qui primi penicillo pinxerunt. CAP. IX.

QVinimò certamen picturę etiã florente eo institutum est Corinthi ac Delphis: primusq; omnium certauit cum Timagora Chalcidense, superatus ab eo a Pythiis,quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto appareat, chronicorum errore nõ dubio.Alij quoque post hos clari fuere ante nonagesimam Olympiadem, sicut b Polygnotus Thasius,qui primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit,plurimumq; picturæ primus contulit. Siquidem instituit os adaperire,dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare. Huius est tabula in porticu Pompeij,quæ ante curiam eius fuerat:in qua dubitatur, ascendentem cum clypeo pinxerit,an descendentem.Hic Delphis ędem pinxit:hic & Athenis c porticum,quæ Pœcile vocatur, gratuitò, cùm partem eius 1 Mycon mercede pingeret: vnde maior huic autoritas.Siquidem Amphictyones, quod est publicum Græcię concilium,hospitia ei gratuita decreuere.Fuit & alius Mycon, qui minoris cognomine distinguitur:cuius filia Timarete & ipsa pinxit.Nonagesima autem Olympia de fuere d Aglaophon,Cephissodorus,Phrylus,Euenor pater 2 Parasij & præceptor maximi pictoris,de quo suis annis dicemus:3 omnes iam illustres, non tamen, in quibus hærere expositio debeat,festinans ad lumina artis,in quibus primus refulsit e Apollodorus Athenienſis 4 nonagesimatertia Olympiade.Hic primus species exprimere instituit, primúsque gloriam penicillo iure contulit.Eius est sacerdos adorans,& Aiax fulmine incensus,qui Pergami spectatur hodie:f neque ante eum tabula vllius ostenditur,quæ teneat oculos.Ab hoc artis fores apertas Zeuxis Heracleotes intrauit, Olympiadis nonagesimæ quintæ anno quarto, audentemq́ue iam aliquid penicillum (de hoc enim adhuc loquimur) ad magnam gloriam perduxit, à quibusdam falsò in octogesimanona Olympiade positus, cùm fuisse necesse est Demophilum Himeræum, & Nesæam Thasium, quoniam vtrius eorum discipulus fuerit, ambigitur. In eum Apollodorus 5 suprà dictus versus fecit, artem

1 Micon.Pausan.
2 Parrhasij. Vet.M.& Paus.
3 omnes hi ill.M.
4 nonagesimaquarta.CH.
5 suprà dictus.in M. d.

ipsis ablatam Zeuxin ferre secum. Opes quoque tantas acquisiuit, vt in ostentatione earum, Olympię aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostẽtarit. Posteà donare opera sua instituit, quòd ea nullo satis digno pretio permutari posse diceret, sicuti Alcmenam 7 Agrigentinis, Pana Archelao. Fecit & Penelopen, in qua pinxisse g mores videtur: & athletam. Adeoq; sibi in illo placuit, vt versum subscriberet, celebrem ex eo, inuisurum aliquem faciliùs, quàm imitaturum. Magnificus 8 est Iupiter eius in throno, adstantibus Dijs: & h Hercules infans dracones strangulans, Alcmena matre coràm pauente & Amphitryone. 9 Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus i articulisque: alioquin tantus diligentia, vt k Agrigentinis facturus tabulam, quam in templo Iunonis Laciniæ publicè dicarent, inspexeritvirgines eorum nudas, & quinq; elegerit, vt quod in quaque laudatissimũ esset, pictura redderet. Pinxit & monochromata ex albo. Æquales eius & æmuli fuere l Timanthes, m Androcydes, Eupompus, Parasius.

7 insertum non fu. ostentaret. M. & Ver. 7 Crotoniatis. Cicer. de Inu. 2.

8 est & Iup. M.
9 Deprehenditur tamẽ cũ grãdior. CH. Lego, Reprehẽditur &c.

ANNOTATIONES.

a Ludis Apollinaribus, celebrari solitis in Pythonis serpentis memoriam, quem adhuc puer Apollo sagittis suis occidit. Strabo lib. 9.

b Polygnotus, quod apud Plutarchum in Cimone scripsit Melanthius poëta,

ἀυτὸ τὸν δεκάπολιν διῶν νοσῦς ἀγαγόδοξε
κυπρογένειαν κόσμησ' εἰκόσιν ἡμιθέων.

Id est, Deorum templa forumq; Athenis ornauit sumptu suo heroum imaginibus. Idem in varia porticu dum Troadas pingeret, Elpinices vxoris, ac sororis Cimonis, parùm pudicæ, cum qua stupri commercium habuerat, faciem pro Laodicea expressit.

c Porticus ea priùs vocata fuit *ποικίλη*, deinde *ποικίλη*, eũ eam suis picturis ornasset Polygnotus, qui in ea Marathoniam pugnam aduersùs Persas & Medos feliciter cõmissam duce Miltiade repræsentauit. In ea porticu Zeno docuit: inde Stoici philosophi dicti. Eam porticum à Chrysippo fulciri vulgò aiebant. Pers. Satyr. 3. *Quæris, docet sapiens brachiatri illita Medis Porticus.*

d Athenæus pag. 264. versu 16. lib. 10. scribit Alcibiadem tabulas duas pictas ab Aglaophonte in publico posuisse, In altera Pythias & Olympias ipsum coronabant: in altera super Nemeæ sedentis genibus Alcibiadẽ suit pulchriore facie, quàm vel mulierem deceret.

e *σκιαγραφία*, quam & *σκιωγραφίαν* quidam vocãt, is excelluit, pileum rectum gestare solitus, tanquam picturam primus in libertatem asseruisset. De illius operibus iactatum est, *μιμήσεται μᾶλλον ἢ μιμήσεται*. Pictores, cùm *σκιαγραφίαν*, id est, vmbris lineisque tantùm constante pictura quicquam designant, *σκιαγράφειν* etiam dicunt. Rhodig. cap. 6. lib. 11.

f Mirum hoc, cùm opera Phidiæ suprà tanti fecerit.

g Picturas illas *ἤθικὰς* appellant. Rhodig. cap. 24. lib. 29. in quibus excelluit Aristides Thebanus cap. proximo sequenti.

h Plautus in Amphitr.

Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo
Maxumi: continuò extollunt ambo capita.
Et paulo pòst, *Postquàm conspexit angues ille alter puer,*
Citus è cunis exilit, fecit rectà in angues impetum:
Alterum altera eos manu prehendit perniciter.

i Id quoque reprehensum est in Euphranore Isthmio infrà ca. 11. huius libri.

k Crotoniatis, Cicero lib. 2. de Inuent.

l De hoc mox proximo capite.

m Androcydes pinxit Thebanorum victoriam duce Charone equestri prælio ad Platæas. Plut. in Pelopida. Inter omnia eius opera maximè laudatos fuisse pisces, quos circa Scyllã pinxit, auctor est idem lib. 4. Sympos. Quæst. 2. pinxisse verò tam ingeniosè, quòd esu piscium maximè delectaretur.

De auibus per picturam deceptis: & quid difficillimum in pictura. CAP. X.

DEscendisse hic in certamen cum a Zeuxide traditur. Et cùm ille detulisset vuas pictas tanto successu, vt in scenam aues aduolarent, ipse detulisse linteum pictum, ita veritate repręsentata, vt Zeuxis, alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse 1 volucres fefellisset, 2 Parasius autem se artificem. Fertur & posteà Zeuxis pinxisse puerum vuas ferentem, ad quas cùm 3 aduolassent aues, eadem ingenuitate processit b iratus operi, & dixit: vuas meliùs pinxi, quàm puerũ: nam si & 4 hoc consummassem, 5 aues timere debuerant. Fecit & figlina opera, quæ sola in Ambracia relicta sunt, cùm inde Musas Fuluius Nobilior Romã transferret. Zeuxidis manu Romæ c Helena est in Philippi porticib. & in Concordiæ delubro Marsyas religatus. 6 Parasius Ephesi natus, & ipse multa cõstituit. Primus symmetriã picturę dedit, primus d argutias vultus, elegantiam capilli, venustatẽ oris, confessione artificum in lineis extremis palmã adeptus. Hęc est in pictura summa 7 subtilitas. Corpora enim pingere & media rerum, est quidem magni operis, sed in quo multi gloriam tulerint. e Extrema corporum facere, & desinentis picturæ modum includere, rarum in successu artis inuenitur. Ambire enim debet se extremitas ipsa, & sic desinere, vt promittat alia 8 post se: ostendatq; etiam quæ occultat. Hanc ei gloriam

1 aues. M.
2 Parrhasius. Pausan.
3 aduolasset auis. CH.
4 hunc. M.
5 auis timere debuerat. CH.
6 Parrhasius. Pausan.
7 sublimitas. M.
8 posse. Ver.

riam concessere Antigonus & Xenocrates, qui de pictura scripsere, 9 prædicantes quoque, non solùm confitentes. Alia multa graphidis vestigia extant in tabulis ac membranis eius, ex quibus præcipere dicuntur artifices. Minor tamen videtur sibi comparatus in medijs corporibus exprimendis. Pinxit & 10 Demon Athenienſium, argumento quoque ingenioso. Volebat nanque varium, iracundum, iniustum, inconstantem: eundem exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, glorioſum, humilem, ferocem, 11 fugacemq;, & omnia pariter ostendere. Idem pinxit & 12 Thesea, qui Romæ in Capitolio fuit: & f Nauarchum thoracatum. Et in vna tabula, quæ est Rhodi, Meleagrum, Herculem, Perſea. Hæc 13 ibi ter fulmine ambusta, neque obliterata, hoc ipso miraculum auget. Pinxit & Archigallum: quam picturam amauit Tiberius princeps: 14 atque vt autor est Decius Eculeo, lx. sestertijs æstimatam, cubiculo suo inclusit. Pinxit & Cressam nutricem, infantemque in manibus eius: & g Philiscum & Liberum patrem adstante Virtute: & pueros duos, in quibus spectatur securitas & ætatis simplicitas: item sacerdotem, adstante puero cum acerra & corona. Sunt & duæ picturæ eius nobilissimæ, 15 h Hoplitides: alter in certamine ita decurrens, vt sudare videatur: alter arma deponens, vt anhelare 16 sentiatur. Laudantur & Æneas Castorque ac Pollux in eadem tabula: item Telephus, Achilles, Agamemnon, Vlixes. Fœcundus artifex, sed quo nemo insolentiùs & arrogantiùs sit vsus gloria artis. Nanque 17 & cognomina vsurpauit, i Abrodiætum se appellando, k aliisque verbis principem artis, & eam ab se consummatam. Super omnia Apollinis se radice ortum: & Herculem, 18 qui est Lyndi, talem à se pictum, qualem sæpe in quiete vidisset. Ergo magnis suffragijs superatus à Timanthe Sami in Aiace armorumq; iudicio, herois nomine se molestè ferre dicebat, quòd iterum ab indigno victus esset. Pinxit 19 & minoribus tabellis libidines, eo genere 20 petulantis ioci se reficiens. 21 Nam Timanthi vel plurimùm affuit ingenij. l Eius enim est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cùm mœstos pinxisset omnes, præcipuè patruum, cùm tristitiæ omnem imaginem consumpsisset, m patris ipsius vultum velauit, quem dignè non poterat ostendere. Sunt & alia ingenij eius exemplaria, veluti Cyclops dormiens in paruula tabella: cuius & sic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros, thyrso pollicem eius metientes: atque in 22 omnibus eius operibus intelligitur plus semper, quàm 23 pingitur: & cùm ars summa sit, ingenium tamen vltra artem est. Pinxit & Heroa absolutissimi operis, 24 artem ipsam complexus viros pingendi: quod opus nunc Romæ in templo Pacis est. Euxenidas hac ætate docuit n Aristidem præclarum artificem, Eupõpus Pamphilum Apellis præceptorem. Est Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. Ipsius autoritas tanta fuit, vt diuiserit picturam in genera tria, quæ ante eum duo fuere, Helladicum, & quod Asiaticum appellabant. Propter hunc o qui erat Sicyonius, diuiso Helladico tria facta sunt, Ionicum, Sicyonium, Atticum. Pamphili pictura est p cognatio, & prælium q ad Phliuntem, & r victoria Athenienſium: item s Vlixes in rate. Ipse 25 Macedo natione, sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè 26 Arithmetice & Geometrice, sine quib. negabat artem perfici posse. Docuit neminem minoris 27 talento annis decem: quam mercedem & Apelles & 28 Melanthius ei dedêre. Et huius autoritate 29 effectum est Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri 30 ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, reciperetur; ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, vt ingenui eam exercerent, mox vt honesti, perpetuò interdicto ne seruitia docerẽtur. Ideò neq; in hac, neque in toreutice, vllius qui seruierit opera celebrantur. Clari etiã c v i j. Olympiade extitere Echion 31 & Therimachus. Echionis sunt nobiles picturæ, Liber pater, itẽ Tragœdia & Comœdia. Semiramis t ex ancilla adipiscens regnũ, anus lampadas præferens, & noua nupta verecundia notabilis. Verũ omnes priùs genitos futurosq; posteà superauit

9 prædicant non hoc solũ, sed confitentes quoque alia multa. Graphidis. M.
10 τὸν δῆμον.
11 fœlicemque. M.
12 Rheam, quæ. M.
13 bis & ter. M.
14 atque ab autore duplo, lx. sest. M.
15 Hoplitæ. Turn.
16 perspiciatur. Ver.
17 & noua cogn. Ver.
18 quem Lyndi fecerat, talem. M.
19 & in min. &c. M.
20 petulantibus iocis. M.
21 Iam Timanthis vel plur. affuit ingenij. M.
22 vnius eius. M.
23 pingatur. Ver.
24 arte ipsa complexus vires. M.
25 maledici oris. M.
26 Arithmeticæ & Geometricæ. CH.
27 annuis talentis decẽ. Budæus ex Ver. talento. Plut. in Arato. vt hic. xl. M. quod absurdũ, nec credibile.
28 Melãthus. Ex Plinio ibid.
29 factum est. M.
30 ingenui omnia an tigrapha. M.
31 ac. M.

rauit [32 u] Apelles, eousq; Olympiade c x i i.in pictura prouectus, vt plura solus propè, quàm cæteri omnes, contulerit, voluminibus etiam editis quæ doctrinam eam continent. Præcipua eius in arte venustas, fuit, cùm eadem ætate maximi pictores essent: quorum opera cùm admiraretur, collaudatis omnibus, deesse ijs vnam illam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant: cætera omnia contigisse, sed [33] hac soli sibi neminem [34] parem. Et aliam gloriam vsurpauit, cùm Protogenis opus immensi laboris ac curæ supra modum anxiæ miraretur. Dixit enim, omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed vno se præstare, quòd manum ille de tabula nesciret tollere: memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Fuit autem non minoris simplicitatis, quàm artis. Nã cedebat Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris, hoc est, quãtò quid à quo distare deberet. Scitum est, inter. Protogenem & eum quod accidit. Ille Rhodi viuebat: quò cùm Apelles adnauigasset, auidus cognoscendi opera eius, fama tantùm sibi cogniti, continuò officinam [35] petiit. Aberat ipse, sed tabulã magnæ amplitudinis in machina aptatam picturæ, anus vna custodiebat. Hæc Protogenem foris esse respondit, interrogauitq;, [36] à quo quæsitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles: arreptoque penicillo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Protogeni, quæ gesta erant, anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse Apellem venisse: nõ enim cadere in alium tam absolutũ opus. [37] Ipsumq; alio colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxisse, præcepisseq; abeuntem, si rediisset ille, ostenderet, [38] adijceretque hunc esse quem quæreret: atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles, sed vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius [39] subtilitati locum. At Protogenes victum se confessus, in portum deuolauit, hospitem quærens. Placuitq;, sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum [40] præcipuo miraculo. Consumptam eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, auidè antè à nobis spectatam, spatiosiore amplitudine nihil aliud cõtinentẽ, quàm lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem, & eo ipso allicientem, omniq; opere nobiliorem. Apelli fuit alioquin perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, vt non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in prouerbium venit. Idem perfecta opera proponebat in [41] pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur auscultabat, vulgum diligentiorem iudicẽ, quàm se præferens. Feruntq; à sutore reprehensum, [42] quod in crepidis vna intus pauciores fecisset [x] ansas, eodẽ postero die [43] superbo emendatione pristinæ admonitionis cauillante circa crus, indignatum prosexisse, denuntiantem, ne supra crepidam sutor iudicaret, quod & ipsum in prouerbium [44] venit. Fuit [45] enim & comitas illi, propter quam gratior Alexãdro Magno erat, frequenter in officinam ventitãti: [46] nam vt diximus, ab alio pingi se [47] vetuit edicto. Sed & in officina imperitè multa differenti silentium comiter suadebat, [y] rideri eũ dicens à pueris qui colores tererent. [48] Tantùm erat autoritati iuris in regem, alioquin iracundum: quanquam Alexander ei honorem clarissimo præbuit exemplo. Nanque cùm dilectam sibi ex pallacis suis præcipuè nomine [49 z] Campaspẽ nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle iussisset, eumq; [50] tum pari [A] captum amore sensisset, dono eam dedit. Magnus animo, maior imperio sui, nec minor hoc facto, quàm victoria aliqua. Quippe se vicit, nec torum tantùm suum, sed etiam affectum donauit [51] artifici: ne dilectæ quidem respectu motus, vt quæ modò regis fuisset, modò pictoris esset. Sunt qui Venerem [52 B] Anadyomenen illo pictã exemplari putant. Apelles & in æmulis benignus, Protogeni dignationẽ primus Rhodi constituit. Sordebat ille suis, vt [53] plerunque domestica: percontantiq; quãti licitaretur opera effecta, paruum nescio quid dixerat: at ille quinquagenis talẽtis popposcit; famamq; dispersit, se emere, vt pro suis venderet. Ea res concitauit Rhodios ad intelligendum artificem, nec nisi augentibus pretium, cessit. [54] Imagines adeò similitudinis

32 u Apelles Cous, eousque.M.

33 hoc solo. M. hac sola. Vet.
34 paré. Idẽ & aliam. Vet.

35 petit.M.

36 ad quid eum quæreret. Ob hoc.M.

37 Ipsumq; tunc alio.M.
38 & quis esset inquireret atq; ita euenit. Reuertit enim.M.

39 subtilitatis.M.

40 præcipuè.M.

41 propatulo.M.

42 quòd in crepidarum vna. Vet.
43 super vocem & emendationem.M.

44 abijt. M. & CH.

45 etiam. Vet.

46 vnde.M.
47 vetuit inuererato edicto.M. leg. honorato.
48 Tantùm auctoritatis & iuris erat ei in regem.M.

49 Pancastam. Aelianus.
50 dum paret.M.

51 artifici, dilectæ nec respectu.M.
52 Dioneam.M.

plurimùm.M.

54 Imaginem. CH.

nis indiscretæ pinxit, vt incredibile dictu Apion Grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinantem (quos Metoposcopos vocant) ex iis dixisse aut futuræ mortis annos, aut præteritæ? Non fuerat ei gratia in comitatu Alexãdri cum Ptolemæo, quo regnante, Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude æmulorum plano regio [55] inuitatus, ad regis cœnam venit: [56] indignantiq; Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, vt diceret à quo eorum inuitatus esset, arrepto [57] carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineauit, agnoscente vultum plani rege ex inchoato protinus. Pinxit [C] & Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi: [58] obliquam nanque fecit, vt quod corpori deerat, picturæ potiùs deesse videretur: tantúmque eam partem è facie ostẽdit, quam totam poterat ostendere. Sunt inter opera eius & expirantium imagines. Quæ autem nobilissima sint, non est facile dictu. Venerem exeuntem è mari Diuus Augustus dicauit in delubro patris Cæsaris, quę Anadyomene vocatur, versibus Græcis tali opere, dum laudatur, victo, [60] sed illustrato. Huius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit [61] reperiri. Verùm ipsa iniuria cessit in gloriam artificis. Consenuit hæc tabula carie: aliamq; pro ea Nero principatu substituit suo Dorothei manu. Apelles inchoauerat [62] aliam Venerem [D] Cois, superaturus etiam suam illam [63] priorem. Inuidit mors peracta parte: nec qui succederet operi ad prescripta lineamenta inuentus est. [E] Pinxit & Alexandrum Magnum, fulmen tenentem in templo Ephesiæ Dianę viginti talentis auri. Digiti eminere videntur, & fulmen extra tabulam esse. Sed legentes meminerint, omnia [64] ea quatuor coloribus facta: manipretium eius tabulæ in nummo aureo mensura accepit, non numero. Pinxit & [65 F] Megabyzi sacerdotis Dianæ Ephesiæ pompam: Clytum equo ad bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem. Alexandrum & Philippum quoties pinxerit, enumerare superuacuum est. Mirantur eius [G] Abronem Samij, & [H] Menandrũ regem Cariæ Rhodij. Item [I] Ancæum: Alexandriæ Gorgosthenem tragœdum: Romæ Castorem & Pollucem, cum Victoria & Alexandro Magno. Item [K] belli imaginem, restrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante. Quas vtrasque tabulas Diuus Augustus in fori sui partibus celeberrimis dicauerat simplicitate moderata. Diuus Claudius pluris existimauit, in vtrisq; excisa facie Alexãdri Diui Augusti [66] imaginem subdere. Eiusdem arbitrantur manu esse & in Antoniæ templo Herculẽ auersum, vt (quod est difficillimum) faciem eius ostẽdat veriùs pictura, quàm promittat. Pinxit [67] & heroa nudum: eaque pictura naturam ipsam prouocauit. Est & equus eius, [68] siue fuit, pictus in certamine: [69] quod iudicium ad mutas quadrupedes prouocauit ab hominibus. Nanque ambitu æmulos præualere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit: Apellis tantũ [L] equo adhinniuere: idq; post eà [70] sem per illius experimentum artis ostentatur. Fecit & [M] Neoptolemum [71] ex equo aduersus Persas, [N] Archelaum cum vxore & filia, Antigonum thoracatum cum equo incedentem. Peritiores artis præferunt omnibus eius operibus eundem regem sedentem in equo: Dianam [O] sacrificantium virginum choro mistam, quibus viciſſe Homeri versus videtur idipsum describentis. Pinxit & quæ pingi non possunt, tonitrua, fulgetra, fulguraque: Bronten, Astrapen, [72] Ceraunobolon appellant. Inuenta eius & cæteris profuere in arte. Vnum imitari nemo potuit, quòd absoluta opera atramento illinebat ita tenui, vt idipsum repercussu claritates colorum excitaret, custodiretq; à puluere & sordibus, [73] ad manum intuenti demum appareret. Sed & [74] tum ratione magna, ne colorum claritas oculorum aciem offenderet, veluti per lapidem specularem intuentibus è longinquo: & eadem res nimis floridis coloribus austeritatem occultè daret. Æqualis eius fuit Aristides Thebanus. Is omium primus animum pinxit, & sensus omnes expressit, quos vocant Græci ethe: item perturbationes: durior paulò in coloribus. [75] Huius pictura est, oppido capto ad matris morientis è vulnere mãmam adrepens infans: intelligiturq; sentire mater, & timere [76] ne emortuo lacte sanguinem

55 non inuit.M.
56 indignanteque Ptol. & Voc. suos ostendente.M.
57 carbone è foculo extincto.M.

58 obliquum.M.

59 versibus aliquot Græcis collaudato & opere & pictore. Huius inf. &c. Vet.
60 Sed per tot lustra inferiorem.M.
61 inueniri. Vet.

62 & aliam.M.
63 superiorem.M.

64 ea constare quatuor coloribus. Immane tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero. Vet. Pariſſ. e.q.c. cõstare. Tabulę pretiũ accepit aureos mensura, non numero.M.
65 Megabyzo sacerdoti. Vet.

66 imagines videre. M.

67 & Hero & Leãdrũ, ad quam picturã natura eũ.M. Lego, Leandrum, qua pictura naturam ix.
68 ſicut fuit. Vet.
69 quo iudicio. Vet.
70 semper vnius experimentum artis illud ostentatur. CH.
71 ex equo pugnante aduersus. Vet.

72 Ceraunophiren. M.

73 admotum. Vet.
74 cum.M.

75 Vnus pictura oppido &c. adrepentem facit infantem.M.
76 ne mortuæ sanguinem.M.

more flagrans, & ob id Deas pingens, ſed dilectarum imagine. Itaque in pictura eius ſcorta numerabantur. Fuit & nuper grauis ac ſeuerus, idemque floridus, humilis rei pictor [126] Amulius. Huius erat Minerua, ſpectantem [127] aſpectans, quacunque aſpiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum grauitate, quòd ſemper togatus, quã quam in ff machinis gg Carcer eius artis domus aurea fuit: & ideò non extant [128] exempla alia magnopere. Poſt eum fuere in autoritate Cornelius [129] Pinus & Actius Priſcus, qui Honoris & Virtutis ædes Imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti pinxerunt: ſed Priſcus antiquis ſimilior.

[126] Fabius. M.
[127] ſpectans. M.
[128] exemplaris. Magnopere poſt eũ. M.
[129] Primus. M.

ANNOTATIONES.

a Ridentem obiiſſe Zeuxidem cùm vetulam à ſe pictam aſpicer et, tradunt. Apud Feſtum hi verſus extant citati ex vetere quodam poëta,

Nam quid modi ficturus riſu demique?
Niſi pictor fieri vult qui riſu mortuus eſt.

b Seneca Controuerſ. 5. lib. 10. narrat vuas deletas à Zeuxide, ſeruatumque puerum vt meliorem, quamuis non ita ſimilem.

c Eam picturam ſcortum vocatam fuiſſe, τὸν ἑταῖραν, quòd ad eam ſpectandam neminem Zeuxis admitteret, qui certam pecuniæ ſummam non perſoluiſſet, Ælianus ſcribit cap. 12. lib. 4. hiſtor. Nicoſtratum pictorem eam tabulam cum ſtupore aſpexiſſe refert idem auctor cap. 47. lib. 14. hiſtor. Scitu verò dignum quod ſcribit Valer. Max. cap. 7. lib. 10. Zeuxin expectandum non putaſſe quid de eo opere ſenſuri homines eſſent, ſed protinus hos verſus ex Iliadis 9. adieciſſe.

οὐ θέμις ἐστὶν ὑπὲρ τοιχοῦ ἕρκος ἐναίρειν
τοῖσ δ' ἀμφὶ γλαυκὴ πεπυκὼ κρύπτον ἄλγεα πάσχειν.
εἰνόσι δ' ἀθανάτοισι θεᾶς ὣς ἔρχεα τιμᾶν.

d Huc pertinet quod melicus Simonides dixit ζωγράφον ἄνεμα ποιητὸν εἶναι σιωπῶσαν καὶ ἀγόρευσαν, ποιητὴν δὲ ζωγράφον καλὸν φθεγγόμενον. Victorius cap. 24. li b. 22.

e Polycletus eleganter & argu tè dicere ſolebat, moleſtiſſimũ opus eſſe cùm ad vngues peruenìſſet, nempe maximam difficultatem obijci cùm ſummæ operi imponenda eſt, vt ad vnguem quod factum eſt perpoliatur, ne quid hiet, aſperiúſve proturberet ac emineat. Ars enim cùm ab informi rudimento & atypoto incipiat, particularitim formã addit, perfectoque & abſoluto opere manum addit, ſed labore maximo, qua mobrem χαλεπώτατον ἔργον ἔτεκε τὴν τέχνην. Hadr. Iun. cap. 18. lib. 4.

f Claſſis præfectum. Quidam legunt Nearchum tyrannum, qui Zenonem philoſophum & torqueri & necari iuſſit. Valer. cap. & lib. 3. Diog. Laërt. in Zenone. Nearchi ducis Athenienſis meminit Thucydides. Quidam Nicarchum legunt memoratum à Xenophonte.

g Philiſcum Abydenum memorat Xenophon lib. 7. rerum Græcarum, miſſum ab Ariobarzane ingenti pecunia, vt Thebanos ac Lacedæmonios ad pacem hortaretur. Philiſcum tragœdum auctor nominat infrà hoc ipſo capite. Ælianus cap. 12. lib. 9. hiſt. Alcæum, & Philiſcum Epicureos Roma pulſos fuiſſe tradit. Quidã Philiſcum fuiſſe volunt vnum è triginta tyrannis, quos Atheniẽſibus Lyſander impoſuit. Philiſci meminit & Ælianus cap. 11. lib. 14. hiſt. Alexandro præcepta dantis, quem hic ſignificari puto.

h Hoplitæ. Nempe qui armati currebant, quod fiebat in Olympicis & alijs ſacris certaminibus. Turneb.

i Mollem, delicatum, lautum. Idem Ælianus cap. 11. lib. 9. hiſt. refert cum purpurea veſte vſum fuiſſe, caput aurea corona redimire ſolitum, ſcipionem geſtare aureis clauiculis circumdatum, calceorumque anſas ligulis aureis obſtringere, vt non immeritò ſe ἀβροδίαιτον cognominaret.

k Verſus ij ſunt apud Athenæum pag. 269. lin. 7.

ἀβροδίαιτος ἀνὴρ, ἀφυὴς τὸ σῶμα τὸν τ' ὑγρὸν
πωρῶδες ὡς κλεινὸς ἐκ πατρίδος ἐξ ἰφίου.
οὐδεὶ πατρὸς λαθέμεν ὑὸς νόμος, δς γ' ἀνέφυνεν
γνήσιον ὀλλύων πᾶσ' ἐκ φρενὸς ἀγχόνῃ.

Accurſum. ἡδὺ γὰρ ἄνθρωπε πλάσμα τέκνου πάντων ἀνηβᾷ τέρματα τῆς ἀνοίας
χαῖρε δ' ὁμοίοις· ἀνυπέρβολος ἡ πίνημα
οὐρανὸς ἀμφιπετὴς οὐ· οὐδὲν ἐγγύτω βροτοῖς.

l Valer. cap. 11. lib. 8. Quintilianus lib. 2.

m Pictor, quamuis id eius induſtriæ tribuatur, ac poſteritas in eam partem ſit interpretata, Euripidis ingenium ſecutus, ita feciſſe viderur, —ἑκατὸν ἁρμάτων τροχήλατα κέρη, ἑξήκοντα πρῴρων, δημόσιον πωλοῦσι πάντα, Athenæus lib. 13. ſcribit, Ariſtidem, Pauſaniam, Nicophanem pictores, dictos ῥυπογράφους, quòd ſcorta & meretrices veniſtè pingerent. Aitius fuit Ariſtides Nicomachi frater & diſcipulus, memoratus infrà hoc capite.

o Id eſt quod ſcribit Plutarchus in Arato, Sicyone floruiſſe gloriam & elegantiam pictoriæ artis, quoniam illic tantùm ſplendorem inuiolatum reuneret. Quamobrem Apellem eò ſe contuliſſe in mercedemque talentum ſoluiſſe, vt cum pictoribus in ea ciuitate conſuetudinem haberet, ſimulque & in artis & in exiſtimationis ſocietatem veniret. Aratum præterea Melanthi & Pamphili tabulas emere ſolitum, quas ob artis præſtantiam nobiles Ptolemæo regi donaret.

p τὸν ῥυπαρὸν innuit, ſodalitatem, ſodalitium, tribum, contubernium, conuenticulum, curiam, ἀπὸ τῶν πολιτῶν ῥύπων. Athen ẽ ſis populus diuiſus erat in duodecim tribus. Harum ſingulæ in tres φρατρίας, ſiue curias, aut cognationes.

q Cuius magiſtratu ac ductu ad Phliuntem commiſſum id prælium ſit, aut quo ſecuto, non reperio. Suſpicantur quidam Pericles res gerente id acciditſſe, cùm Sicyonijs ad Nemeam prælio ſuis ac fugatis trophæum erexit. Eſt autem Sicyon Phlius conterminа. Quidam id acciditſſe putant Lacedæmonijs à Nicia ſuperatis ad Pylum, & à Cleone poſteà in Sphacteria captis. Athenienſes certè eius felicitatis iliuſtrandæ cauſſa æneã imaginem victoriæ in arce dedicauerunt, auctore Pauſania lib. 4. Alij cõ ectantur id euenìſſe cùm Timotheus Laconicam populatus claſſem Lacedæmonum in fugam vertit. Alij cùm Iphicrates ſuperatas Lacedæmonum copias duſieci:, & fugam arripere coëgit. Inuenio quidẽ apud Thucydidem ſub finem libri quinti, Argiuos Phliaſium agrum vaſtantes, exceptos inſidijs à Phliaſijs & exulibus fuiſſe: eoque conflictu deſideratos, circiter octogenarium etiam eodem tẽpore Athenienſes, qui in Pylo erant Lacedæmonijs præde multum eripuiſſe, quod huc loco rectè conuenit. Cæterùm magis placet hic ſignificari prælium ad Phliuntem cum Pelleneẽſis cõmiſſum victoribus Phliaſijs magna hoſtium clade à Xenophonte deſcriptum lib. 7. rerum Græcarum.

r Victoriam ἄσημον ſignificari puto nempe alis deſtitutam, cuius meminit Pauſanias in Atticis. Sic autem ſingebat: Athenienſes, quaſi ab eorum dominatu nunquam receſſura, au: euolatura eſſet: quemadmodum alij Fortunam compedibus vinctam, vt ſemper apud ſe propitiam detinerent, veluti captiuam.

s Vlyſſis tandem miſertus Iupiter, per Mercurium Calypſoni imperauit, eum vt dimitteret. Confecta igitur rate, mari ſe iterum is commiſit. Id vidiſſe eſt, quod Pamphilus pinxit.

t Eam vernæ regij ancillam ac concubinam Ninus ipſius forma captus amauit, & ſtupri conſuetudine obſtrictus ſic dilexit, vt nihil petenti denegaret. Itaque cùm poſcenti conceſſiſſet vt in ſuo ſolio ius ſedens diceret, eiuſque iuſſis omnes parerent, regio imperio ac poteſtate cultuque illa prodijt & cùm quedam leuia imperanti obtemperarent omnes, ſatellitibus & ſtipatoribus regis edicit, vt eum comprehendant, vinciant, interficiant. Ita ex diurno diuturnum principatũ adepta eſt. Muret. Variar. ea. 17. li. 6.

v Patria Colophonius, Epheſius habitus, quòd ea ciuitate donatus fuiſſet: quamuis Coum fuiſſe multi prodiderint, Pãphili Amphipolitæ diſcipulus. Rhodig. cap. 38. lib 13.

x Vittarum & faſciarum, quibus crepidæ ligantur, in anſam curuatas plicaturas: vincula quibus adſtringuntur.

y Megabyzo id ab Apelle dictum fuiſſe, non Alexandro, narrat Plutarchus libello de adulatoris & amici diſcrimine, Ælianus cap. & lib. 2. hiſt. Politianus cap. 48. Miſcellan.

z Pancaſtam vocat Ælianus cap. 34. lib. 12. hiſtor.

A Alexander conſpectis capriuis multis & corporis magnitudine & forma præſtantibus, τοιοῦτοι, inquit, ἄνδρ' ἐμοὶ στρατοπεδεύετε. Victor. cap. 5. lib. 2.

B Venerem ἀναδυομένην Apellis picta, Venerem Cnidiam Praxitelis ſculptam fuiſſe ad exemplar Phrynes ἑταίρας, ſiue ἑταῖρα, cùm in Eleuſiniorum panagyri ſpectare vniuerſa Græcia nudaſſet corpus, & in mare ſoluta coma deſcendiſſet, ſcribunt Athenæus pag. 292. verſu 29. Rhodiginus cap. 15. lib. 14. Anadyomenes meminit Pauſanias in Corinthiacis.

C Apud Coos eam fuiſſe Strabo auctor eſt lib. 14.

CC Vt generis parentem. Pro ea Cois remiſſa tributi 100. talẽti 100. talenta. Strabo lib. 14.

D De hac Ouidius,

Si nunquam Venerem Cois pinxiſſet Apelles,
Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

E De ea pictura dicere Apelles conſueuerat, duos eſſe Alexandros, alterum Philippi ἀνίκητον, alterum Apellis ἀμίμητον. Plutarch. Orat. 2. de fort. Alexan.

E μεγαβύζοι olim vocabant Dianę Epheſię ſacerdotes. Id ex Heſychio & Appiano lib. 5. bell. ciuil. diſcimus. Xenophõ lib. 5. ἀναβάσεως, μεγάβυζον, τὸν τῆς ἀρτέμιδος ἱερέα νενίκηκεν interpretatur, ædituum. Vide cap. 21. quod proximè ſequitur. μεγαλοβύζου Strabo vocat lib. 14. eoſque eunuchos fuiſſe ſcribit. Quod & oſtendit Heraclidi epiſtola ad Hermodorum apud Politianum, caſtrari ac execrari Megabyzum ſolitum, ne deæ virgini vir ſacrificaret, dicens. Locus eſt 15. Miſcellan. vbi hanc eius pompam deſcribit luculenter Xenophon Epheſius. In ea ferebantur ſacra, faces, cantiſtra, ſuffimenta: ducebantur canes, equi, &c.

G Abron Argiuus quidam vitæ perditiſſimæ, ſolutiſſimæ, luxurioſiſſimæque: vnde prouerbium Abronis vita, apud Eraſmum ex Zenodoto. πάνυ θρῆν Sardanapalum olim vocarunt, ob effœminatã mollitiem, de quo multa Rhodig. cap. 11. lib. 9.

H Quidam legendum volunt Minoëm, quem in Caria primũ regnaſſe Strabo auctor eſt lib. 14. Alij Idrica legunt, quem Hecatomni filium fuiſſe & Mauſoli fratrem, idem tradit. Alij verò legendum cenſent, Minoëm & Idrica reges Cariæ Rhodij. Inuenio & apud eundem auctorem lib. 11. Menandrum quendam natione Græcum, multas in India prouincias ſubegiſſe, & victorias ſuas longiùs protuliſſe, quàm Alexandrum. Menander Athenienſium dux & Niciæ collega Thucydidi celebratur lib. 6.

I Vel Tegeatem. Lycurgi filium, Argonautam: vel Samium Neptuno genitum, etiam Argonautam, ab apro in vinea occiſum, de quo prouerbium *Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra.*

K Eam picturam videtur Maro his verſibus expreſſiſſe,

Claudentur belli portæ; furor impius intus
Saeua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Turnebus cap. 11. lib. 10. Aduerſariorum.

L De equa id Valerius cap. 11. lib. 8. tacito nomine pictoris, Ælianus cap. 3. lib. 2. hiſtor.

M Neoptolemum intelligit, qui cum haſta & clypeo Alexandrum ſecutus, poſt eius obitum Armeniam commouit, & aliquãtò poſt commiſſo prælio, ab Eumene cum Cratero occiſus eſt. Plutarchus in Eumene. Fuit & alius Neoptolemus Olympiadis pater, de quo Pauſanias lib. 1.

N Vel phyſicum Anaxagoræ diſcipulum, Socratis præceptorem: vel Macedoniæ regem.

O Apud Homerum ἀταρτηρῶν, ludentium, Iliad. 5. & in hymno Artemidis: apud Virgil. lib. 1. Æneidos. Mitalerius.

P Cilicia: ciuitas, inſalubris ob æſtum, & fructuum fugacium copiam. Vide Strab. lib. 14.

Q Parali nauis meminit Plutarchus in Lyſandro. Sacram triremem vocat Demoſthenes quarta Philippica. Ea Athenis publica fuit nauis, qua theori Delphos mittebantur, & in publicos conuentus legati.

R Hermionida triremẽ ab Hermione ciuitate Laconiæ vocatum memorat Thucydides. Rhodig. cap. 9. lib. 8.

S Ialyſum hîc non Rhodi vrbem ſignificat, quam Homerus Iliad. 2. nominauit, ſed heroëm Ochimi, Solis & Rhodi filij, gnatũ, cuius mẽtionem facit Pindarus in Olympijs, Cicero lib. 3. de nat. deorum. Nam ex Rhodo Sol mares genuit Cercyphon, Actida, Macarea, τριόπλου, τριόπλιον, Phaëthontem, ὑπερβίονα, Ochimon: & fœminam Cydippen. Ex Ochimo verò nati ſunt Ialyſius, Cameirus, Lyndus. Ælianus ſeptennium in eo pingendo conſumptum

ſcribit cap. 41. lib. 12. hiſtorię. Idem Plutarchus in Demetrio. Hac pictura vſa Apelles cùm obſtrepuiſſet: & obmutuiſſet, voce defectus, dixit tandem, inclytum quidem id opus eſſe, ingentemque laborem, ſed deeſſe gratias, quibus picturę ſuę cœlum attingeret. Plutarchus.

T Pro, ſed, in vetuſtis legitur, niſi. quod idem eſt. πλὴν ſcilicet ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ. Loquendi genus nec Ciceroni, Terentio, Plauto, Salluſtio infrequens. Vide Manutium adnotat. in Saluſt. 70.

V Cydippe & Acontius noti ſunt ex Ouidio.

X Bello Troiano à Sarpedone Iouis filio occiſum. In manuſcripto legitur Triptolemum.

Y Phæſtiadis, quæ ex Nicomacho Ariſtotelem genuit. Laërtius.

Z Maximę venerationis Deum ac in bellicis conflictibus potẽtiſſimum ob panicos terrores, quibus immiſſis acies profligat. Vide Politian. cap. 28. Miſcella.

aa Pileum in Vlyſſeo conſpici refert D. Hieronymus. Rhodig. cap. 12. lib. 20. & cap. 19. lib. 22. Pierius lib. 11. Hieroglyphicõn auctor eſt apud Græcos pileum fuiſſe indicium nobilitatis, ideoq; additum imagini Vlyſſis, quòd ab vtroque parente eſſet nobiliſſimus. Quid.

Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi,
Iupiter huic: neque quem quiſquam dãnatus, & exul.
Eſſe quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas.

In antiquo denario Romanorum, cuſo à Manilio Limetano, qui ſuam familiam à Telegono Circes & Vlyſſis filio Tuſculi conditore ortam eſſe indicabat, impreſſus eſt altera parte Mercurius cum galero alato & caduceo: altera Vlyſſes pileatus, cum ſcipione, & cane dominum agnoſcente, & abſtẽdente, cum his literis Q. MANIL. LEMTAN. Verſinus. 150.

bb Ariſtæus is viguit ætuo Philippi. Pinxerunt eum Melanthi pictoris diſcipuli ctium phali currui inſidentem cum victoria, magna cius tabulæ claritate, cui & manum appoſuiſſe dicitur Apelles. Plutarchus in Arato.

cc τῶν ἀνίας γεωμ. λακρείας, mollitiem, iocoſam ludibundamque petulantiam, πάμμαν.

dd Quam expoſitam certo Hercules liberauit, occiſo monſtro.

ee Schola in porticibus, locus & ſtatio quædam inſtar literarij ludi, in quem philoſophi, & reliquis doctrinis exculti homines conuenire ſolebãt, vt publicis diſputationibus ac colloquijs exercerentur. Vide cap. 5. lib. 36.

ff Machinæ, quædam olim cataſtæ fuerũt, quibus in ergaſtulo, aut alibi, nõ ſerui tantũ, ſed interdum etiam liberi continebãtur. Turn. cap. 9. lib. 8. Aduerſar. Machinam ego potiùs interpretor, quod pictores vocant *Vis chemalet*, nempe tigillis coniunctis erectum organum (ὑφάβαν & ἀναβάν Pollux vocat) cum promine te aſſerculo, in quo pingendam rabulam artifex collocat.

gg Nam in ea domo, velut in carcere, pictores, ne effugerent aut dilaberentur, concluſos retineri Nero iubebat.

30

De auium cantu compeſcendo, & quis encauſto & penicillo primus lacunaria & cameras pinxerit, ſparſimq; pretia mirabilia picturarum. CAP. XI.

1 NOn eſt omittenda in picturæ mentione celebris circa Lepidum fabula. Siquidẽ in Triumuiratu quodam loco deductus à magiſtratibus in nemoroſum hoſpitium, 2 minaciter cum ijs poſtero die expoſtulauit, ſomnum ademptum ſibi voluerum concentu. At illi draconem in longiſſima membrana depictum circundedêre loco: eoq; terrore aues tum ſiluiſſe 3 narratur, & poſteà cognitum eſt ita poſſe compeſci. Ceris pingere, ac picturam inurere quis primus excogitauerit, non conſtat. Quidam Ariſtidis inuentum putant, poſteà conſummatum à Praxitele. Sed aliquanto vetuſtiores 4 encauſticæ picturæ extitere, vt Polygnoti & Nicanoris & a Arceſilai Pario rum. Lyſippus quoque Æginæ picturæ ſuæ inſcripſit ἐνέκαυσεν, quod profectò non feciſſet, niſi encauſtica inuenta. Pamphilus quoque Apellis præceptor non pinxiſſe tantùm 5 encauſtica, ſed etiam docuiſſe traditur b Pauſiam Sicyonium primum in hoc genere nobilem. Brietis filius hic fuit, 6 eiuſdémque primò diſcipulus. Pinxit & ipſe penicillo parietes 7 Theſpijs, cùm reficerentur, quondam à Polygnoto picti, multúmque comparatione ſuperatus exiſtimabatur, quoniam non ſuo genere certaſſet. Idem & lacunaria primus pingere 8 inſtituit: nec cameras ante eum taliter 9 adornari 50 mos fuit. Paruas pingebat tabellas, maximéque pueros. Hoc æmuli eum interpretabãtur facere, quoniam 10 tarda picturæ ratio eſſet illa. Quamobrem arti 11 daturus & celeritatis

1 vt inratus dicebat, introiuit quodam. M.
2 minaciterq; poſtero. M.
3 narrantur. M.
4 encauſti. M.
5 encauſto. M.
6 eidemque. M.
7 Thebis. M.
8 inſtituit, & cameras, nec ante. Vet.
9 adornare. M.
10 non tarda. M.
11 additurus. Alij.

leritatis famam, absoluit vno die tabellam, quæ vocata est [12] hemeresios, puero picto. Amauit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum, certandóque imitatione eius, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artẽ illam. Postremò pinxit illam sedentem cum corona, [13] quæ è nobilissimis eius tabula appellata est stephanoplocos, ab alijs stephanopolis, quoniam Glycera venditãdo coronas sustentauerat paupertatem. Huius tabulæ exemplar, quod apographon vocãt, L. Lucullus duobus talentis emit à Dionysio Athenis. Pausias autem fecit & grandes tabulas, sicut spectatam in Pompeij porticibus boum immolationem. Eam enim picturã primus inuenit, quam posteà imitati sunt multi, æquauit nemo. Ante omnia cùm longitudinem bouis ostendere vellet, aduersum eum pinxit, non transuersum: vnde & abundè intelligitur amplitudo. Dein cùm omnes, quæ volunt eminentia videri, candicantia faciant, coloremque [14] condiãt nigro: hic totum bouem atri coloris fecit, vmbræq; corpus [15] ex ipsa dedit, magna prorsus arte in æquo extantia ostendens, & in cõfracto solida omnia. Sicyone & hic vitam egit, diuq; fuit illa patria picturæ. Tabulas [16] inde è publico omnes propter æs alienum ciuitatis addictas, Scauri Ædilitas Romã transtulit. Post eum eminuit longè ante omnes Euphranor Isthmius, [17] Olympiade centesima quarta, idem qui inter fictores dictus est à nobis. Fecit & colossos & marmora, ac scyphos scalpsit: docilis ac laboriosus ante omnes, & in quocunq; genere excellens aç sibi æqualis. Hic primus videtur expressisse [18] dignitates heroum, & vsurpasse symmetriam. Sed [19] fuit vniuersitate corporum exilior, capitibus [c] articuliſque grãdior. Volumina quoque composuit de symmetria & coloribus. Opera eius sunt, eque stre prælium, duodecim Dij: Theseus, in quo dixit, eundem apud [20] Parasium rosa pastum esse, suum verò carne. [21] Nobiles eius tabulæ Ephesi, Vlixes simulata vesania bouem cum equo iungens, [d] & [22] palliati cogitantes, dux gladium condens. Eodem tempore [23] fuit & Cydias, cuius tabulam Argonautas ʜ-s cxliiij. Hortẽsius Orator mercatus est, [24] eique eadem fecit in Tusculano suo. Euphranoris autem discipulus fuit Antidotus. Huius est clypeo dimicãs Athenis, & luctator, tibicémque inter pauca laudatus. Ipse diligentior, quàm numerosior, & in coloribus seuerus, maximè inclaruit discipulo Nicia Athenienſi, qui diligentissimè mulieres pinxit. Lumen & vmbras custodiuit, atque vt eminerent è tabulis picturæ, maximè curauit. Opera eius, [e] Nemea aduecta ex Asia Romam à Syllano, quam in Curia diximus positam: item Liber pater in ædc Concordiæ: Hyacinthus, quem Cæsar Augustus delectatus eo secum deportauit Alexandria capta: & ob id Tiberius Cæsar in templo eius dicauit hanc tabulam: & Diana. [25] Ephesi verò est Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulchum: Athenis [26] [f] Necromantia Homeri. Hanc vendere noluit Attalo regi talentis sexaginta, potiusque patriæ suæ donauit, abundãs opibus. Fecit & grandes picturas, in quibus sunt Calypso, [27] & Io, & Andromeda: Alexãder quoq; in Põpeij porticibus præcellẽs, & Calypso sedẽs. Huic [28] quidẽ adscribuntur quadrupedes. Prosperrimè canes expressit. Hic est Nicias de quo dicebat Praxiteles interrogatus quę maximè opera sua probaret in marmoribus quib. Nicias manũ admouisset: tantũ [29] circunlitioni eius tribuebat. Non satis discernitur, alium eodem nomine, an hunc eundem quidam faciãt Olympiade centesima duodecima. Niciæ comparatur, & aliquanto prefertur Athenion Maronites Glaucionis Corinthij discipulus, & austerior colore, & in austeritate iucundior, vt in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo Eleusine [g] Phylarchũ, [30] Athenis frequentiam, quam vocauere polygynæcon. Item Achillem virginis habitu occultatum Vlixe deprehendente. Et in vna [31] tabula, quáque maximè inclaruit, agasonem cum equo. Quòd nisi in iuuenta obijsset, nemo ei cõpararetur. Est nomen & Heraclidi Macedoni. Initio naues pinxit: captóque rege Perseo Athenas commigrauit, vbi eodem tempore erat Metrodorus pictor, idémque philosophus, magnæ in vtraque scientia autoritatis. Itaque cùm L. Paulus deuicto Perseo petisset ab Athenienſibus, vt sibi quã probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos, itemq; pictorem ad triumphum

12 Hemeronsios. Vet.

13 quæ nobilissima tabula M.

4 condant. M.
15 ex ipso dedit, quod magna prorsus arte in æquo egit, extundente & cofringente solida omnia. M.
16 propterea omnes è publico pro nomine ciuitatis abductas. M.
17 Olympiade scilicet quinquagesima prima M.
18 dignitates & insignia heroum. Ver. signa heroum. M.
19 fuit in vnitu. M.

20 Parrhasium. Dal.
21 Nobilis eius est tabula Eph. M
22 Palamedes dux faces glandium condens. M fasce gladium condens. Vet.
23 fuit Cydus & Cydias, cuius tab. Argo talentis ex l xxx x.
24 eisque. Alij.

25 In Epheso. M.
26 Necyia. Aelianus.
27 & Io, in M. d.
28 Phidiæ. M.
29 circũdictioni. M. Leg. circunductioni.
30 Athenis mulierũ frequentiam. Vet.
31 tabula signa, quaque. M. ex quo Dal. figuina.

triumphum [32] excolẽdum, Athenienses Metrodorum elegerunt, professi eundem in vtroque desiderio præstantissimum: [33] quod ita quoque Paulus iudicauit. Timomachus [34] Byzantius Cæsaris Dictatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeam, ab eo in Veneris Genitricis æde positas octoginta talentis venundatas. Talentum Atticum [35] x v j. taxat M. Varro. Timomachi æquè laudantur Orestes, Iphigenia in Tauris, Lecythion agilitatis exercitator, cognatio nobilium: palliati, quos dicturos pinxit, alterum stantem, alterum sedentem. Præcipuè tamen ars ei [37] fauisse in Gorgone visa est. Pausiæ filius & discipulus Aristolaus [38] è seueriſſimis pictoribus fuit: cuius sunt Epaminondas, Pericles, Medea, Virtus, Theseus: imago Atticæ plebis, boum immolatio. Sunt quibus & Mechopanes eiusdem Pausiæ discipulus placeat diligentia, quam intelligant soli artifices, aliàs durus in coloribus, [39] sed & multus. Nam Socrates iure omnibus placet. [40] Talesq; sunt eius picturæ; cum Æsculapio filiæ Hygia, Ægle, Panacea, [h] Iaso, & piger qui appellatur [i] Ocnos spartum torquens, quod asellus [41] arrodit. Hactenus indicatis in genere vtroque proceribus, non silebuntur & primis proximi. Aristoclides, qui pinxit ædẽ Apollinis Delphis. Antiphilus puero ignem conflante laudatur, ac [42] pulchra aliàs domo splendescente, ipsiusq; pueri ore: item lanificio, in quo properant omnium mulierum pensa: [k] Ptolemęo venante. Sed & nobilissimo Satyro cum pelle pantherina, quem Aposcoponta appellant. Aristophon Ancæo vulnerato ab apro cum socia doloris [43] [l] Astypale: numerosaq; tabula, in qua sunt Priamus, Helena, Credulitas, Vlixes, Deiphobus, Dolon. Androbius pinxit [m] Scyllin ancoras Persicæ classis præcidentem. Artemon Danaen, mirãtibus eam [44, n] prædonibus: reginam [o] Stratonicen, Herculem & Deianiram: Nobilissimas autem, quæ sunt in porticibus Octauiæ, [45] operibus: Herculem ab Oeta mõte Doridos [46] exuta mortalitate consensu Deorum in cælum euntem, Laomedontis circa Herculem & Neptunum historiam. Alcimachus [p] Dioxippum, qui pancratio Olympiæ [q] citra pulueris [47] iactum (quod vocant aconiti) vicit. Cœnus stemmata. Cteſilochus Apellis discipulus petulanti pictura innotuit, Ioue Liberum parturiẽte depicto mitrato, & muliebriter ingemiscente inter [48] obstetricia Dearum: Cleon [r] Admeto: Ctesidemus [s] Oechalię expugnatione & [t] Laodamia: Clesides reginę Stratonices iniuria. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit [49] volutantem cum pisca tore, quem reginam amare [50] sermo erat: eamque tabulam in portu Ephesi proposuit: ipse velis raptus est. Regina tolli vetuit, vtriusque similitudine mirè expressa. [51] Craterus comœdus Athenis in [u] Pompeio pinxit: [52] Eutychides [53] bigam: regit Victoria. Eudorus scena spectatur: idem & ex ære signa fecit. Iphis [54] Neptuno & Victoria. Abron Amicitiam & Concordiam pinxit, & Deorum simulacra. Leontiscus Aratum [x] victorem cum trophæo, [55] psaltriam. Leon Sappho. Niccarchus Venerem inter Gratias & [56] Cupidines: [57] Herculem tristem insaniæ pœnitentia. [y] Nealces Venerem, [58] ingeniosus & solers in arte. Siquidem cùm prælium nauale Ægyptiorum & Persarum pinxisset, [59] quod in Nilo, cuius aqua est mari similis, factum volebat intelligi, argumento declarauit, quod arte non poterat. Asellum enim in litore bibentem pinxit, & crocodilum insidiantem ei. Oenias Syngenicon. Philiscus officinam pictoris, ignem [60] conflante puero. Phalerion Scyllam. Simonides Agatharchum & Mnemosynen. [61] Simus iuuenem requiescentem in officina fullonis, [62] Quinquartus celebrantem: idémque Nemesin egregiam. Theodorus [63] verò emungentem: idem ab Oreste matrem & Ægisthum interfici: bellúmque Iliacum pluribus tabulis, quod est Romæ in Philippi porticibus: & Cassandram, quæ est in Concordiæ delubro: [A] Leontium Epicuri cogitantem: Demetrium regem. [64] Theõ Orestis insaniam, Thamyram citharœdum. Tauriscus Discobolum, Clytæmnestram, [B] Paniscum, Polynicem regnum repetentem, & Capanea. Non omittetur inter hoc insigne exemplum. Nanque Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipse profecit, vt celebrem etiam discipulum reliquerit Pa-

32 excogitandum. M.
33 quod edicto quoque Paulus indicauit. M.
34 Byzantinus. M.
35 x v i. Alij. id est denariũ sex milibus. Atque ita Budæus legit. Tal. aureũ. Att. vt ait Varro. x v i. alijs taxatur. M. Tal autem Att. vt ait Varro, sexdecim sestertijs taxatur. Ver. Portius legit, xvi ii s-s.
37 fuisse. M.
38 seueriſsimus in pictoribus. M.
39 & sile multus. M.
40 Tales sunt. M.

41 rodit. M.

42 pulchrè. M. ac pulchra domo flammâ splendescente. Ver.

43 Astypale. Numerosâ æquè. Ver.

44 piscatoribus. Vet.

45 ex eius operibus. Vet.
46 exusta. M.

47 tactum, vicit conitii Nemea. Cteſil. Ver. inctum, quod vocat. vicit conjunct Maratum Cteſil. &c. M.
48 obstetrices, & earum clamorẽ. Cresid. M.
49 voluptuantẽ. Vet.

50 rumor. Vet.

51 Craterus comœdus Athenis Pompeium pinxit. M. Cratinus &c. Vet.
52 Euclides. M.
53 bigam, quam regit victa. Ver bigam regis cũ victoria. Ver. alij.
54 Neptunum & Victoriam.
55 & psaltriam. Ver.
56 Cupidinem. M.
57 Herculẽque Ver.
58 ingeniosus opere. Siquidem. M.
59 quod in Nilo fuit, aquam maris similẽ volebat intelligi, argumentoque. M.
60 afflante. Vet.

61 Simõ. M. Lamius. Vet.
62 & Quinqu. Vet.
63 & inungentem. M.

64 Theon, in M. d.

siam, fratrem Æginetæ fictoris. Illud verò perquàm rarum ac memoria dignum, etiam suprema opera artificum imperfectaſque tabulas, ſicut Irin Ariſtidis, Tyndaridas Nicomachi, c Medeam Timomachi, & quam diximus Venerem Apellis, in maiori admiratione eſſe, quàm perfecta. Quippe in ijs lineamenta reliqua, ipſaſq; cogitationes artificum ſpectantur: 65 atque id lenocinio commẽdationis dolor eſt: manus, cùm id ageret, extinctæ deſiderantur. Sunt etiamnum non ignobiles quidem, in tranſcurſu tamen dicendi, Ariſtonides, Anaxander, Ariſtobulus Syrus, 66 Arceſilas Tiſicratis filius, Corybas Nicomachi diſcipulus, Carmanides Euphranoris, Dionyſodorus Colophonius, Diogenes qui cum Demetrio rege vixit, Euthymedes, Heraclides Macedo, Mydon Soleus 67 D Pyromachi ſtatuarij diſcipulus, 10 Mnaſitheus Sicyonius, 68 Mnaſitimus Ariſtonidis filius 69 & diſcipulus, Neſſus Abronis filius, Polemon Alexandrinus, E Theodorus Samius, & Stadius Nicoſthenis diſcipuli, Xenon Neoclis diſcipulus Sicyonius. Pinxere & mulieres, Timarete 70 Niconis filia Dianam in tabula, quæ Epheſi eſt 71 antiquiſſimæ picturæ: Irene F Cratini pictoris filia & diſcipula puellam quæ eſt Eleuſine: Calypſo ſenem 72 & præſtigiatorem Theodorum: Alciſthene ſaltatorem: Ariſtarete Nearchi filia, & diſcipula Æſculapium. Lala Cyzicena perpetua virgo Marci Varronis iuuenta Romæ & penicillo pinxit, & ceſtro in ebore, imagines mulierũ maximè, & Neapolitanum in grandi tabula: ſuam quoque imaginem ad ſpeculum. Nec vllius velocior in pictura manus fuit: artis verò tãtùm, vt multùm manipretio antecederet, celeberrimos eadem ætate imaginum pictores 73 Sopylon & Dionyſium, quorum tabulæ pinacotheças implent. Pinxit & quædam Olympias: de qua hoc ſolùm memoratur, diſcipulum eius fuiſſe Autobulum. Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, G cera, & in ebore ceſtro, id eſt, 74 H viriculo, donec claſſes pingi cœpere. Hoc tertium acceſſit, reſolutis igni ceris penicillo vtendi, quæ pictura in nauibus nec ſole nec ſale ventiſque corrumpitur. Pingunt & veſtes in Ægypto inter pauca mirabili genere, candida 75 vel poſtquàm attriuere illinentes non coloribus, ſed colorem ſorbentibus medicamentis. Hoc cùm fecere, non apparet in velis: ſed in cortinam pigmenti feruentis merſa, poſt momentum extrahuntur picta. Mirumq;, cùm ſit vnus in cortina colos, ex illo alius atque alius fit in 76 veſte, accipientis medicamenti qualitate mutatus. Nec poſteà ablui poteſt: ita cortina non dubiè confuſura colores ſi pictos acciperet, digerit eos ex 77 vino, pingitq; dum coquit. Et aduſtæ veſtes firmiores fiunt, quàm ſi non vrerentur.

65 atque in len. com. dolor eſt manus, cùm id ageret, extinctæ. Sunt M.

66 Archeſilaus. M.

67 Philomachi. M. & Vet.

68 Mnaſidemus. Vet.

69 & diſcipulus, in M. d.

70 Miconis. M. Mygonis. Vet.

71 in antiquiſſimis picturæ Vet. in antiquiſſimis picturis. M.

72 & præterea gladiatorem Theod. M.

73 Sopolig. M.

74 veruculo. Vet.

75 vela. M.

76 veſte accipienti, medicaminis. Vet.

77 vno. Vet.

ANNOTATIONES.

a Pinxit is in Peiræo cum liberis ſuis Leoſthenem, qui Atheniẽſium & Græcorũ aliorum dux vicit Macedonas ter, in Bœotia, ad Thermopylas, & ad Zamiam fluuium. Pauſanias in Atticis.

b Idem fortaſſis qui & Pauſon. Eius feſtiuum dictum refert Aelianus cap. 15. lib. 14. hiſtor.

c Idem vitium obijcitur & Zeuxidi ſuprà huius libri capite no no vltimo.

d Et Palamedes dux faſce gladium condens. Sic ex vetuſ. & indice. Id eſt, quod Apul. lib. 10. Aſini, cũ de iudiciis corruptis queritur, ait, Palamedem eruditione doctrinaque præpollentem falſis inſimulationibus damnatum fuiſſe.

e Nemeam, quæ ſedentem in complexu ſuo Alcibiadem tenebat, Ariſtophontem pinxiſſe Plutarchus refert in Alcibiade. Vide cap. 4. vlt. huius libri.

f Legit Victorius cap. 15. lib. 5. Necyomantia. Plutar. in lib. ne iucundi. quid. vini ſec. Epic. Necyan. Eſt autem Necya pars Odyſſeæ, qua fingitur Vlyſſes ad inferos deſcendiſſe, vmbraſque ibi alloquutus fuiſſe. Cicero 1. Tuſcul. Necyan Homeri memorat. & Appij amici ſui Necromantiam. A Ptolemæo rege, non ab Attalo, eius picturę manipretium, 60. talenta oblata fuiſſe Plutarchus ſcribit: ac præterea Niciam dum illam pingeret, tãtopere ſtudio ſuo delectatum, vt ſæpius ſeruos interrogaret, num prandiſſet.

g Phylarchum: cuius heroicum facellum Mineruæ Pronææ vicinum Delphis fuiſſe Pauſanias ſcribit lib. 10. Perſis irruentibus is Phocẽſibus auxilium tulit. Phylarchum hiſtoricum memorat Plutarchus in Arato, & lib. de Iſid. ac Oſir. Ælia. verò cap. 29. lib. 6. hiſt. animal.

h Iaſona interpres Aratei cum Æſculapio Apollinis filio, & Achille Pelei à Cheirone Cẽtauro educatum, & medicinam doctũ fuiſſe tradit, vt & Tarrhæus Apollonij interpres. De illo Auſonius,

Idmona quod vatis, medici quod Iaſonis, dicti, (nõ, *medicâ quod Iaſide.*)

Diſcendas artes nomina præueniunt. Leopardus cap. 5. li. 4.

i Eius meminit Plutarchus libro περὶ εὐθυμίας, elegantiſſima cũ ſtupidis & fatuis comparatione. Eum pinxit & Polygnotus in tẽplo Delphis. Ocni hiſtoriam & picturam exponit Pauſanias in Phocicis. Propertius,

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Aeternúmque tuam paſcat aſella famem.

Vide Suidam in ὄνου πόκας. Cratinus fingit apud inferos quendam funiculum torquere, aſinum verò quod tortum eſt abrodere & abſcindere.

k Lego, Ptolemæo venante, quem aposcoponta appellant: ſed & nobiliſſimo Satyro cum pelle pantherina. Ariſtophon &c. vbi Aposcoponta interpretor, ictum in feram intendentem, velut ad propoſitum ſcopum. At longè aliter Scalig. in vulgata lectione. ἀποσκοπῶν, inquit, χορὸν ἀρχὸς μετὰ πάνυ τιθηνεύοντος ὑποφήτου, Heſychio. Figura ea σκοπὴ & σκόπευμα dicitur, eaque ἐχχυτικὴ ἰσχύος. A ſaltantibus exprimi ſolet, qui procul ſepoſitũ quidpiã intueri ſe fingunt. Inde σκόπας aues, quæ ceruice inflexa, & huc illuc inclinata, talẽ geſtum imitantur. ὑπάνεκτον χύφος dixit Æſchylus. Satyros γανυμήδεις, ſplendẽti nitẽtique ac rubra facie, & φαλακρὸς, caluos, quoniam olim pingebant, ad arcendum Solis calorem fronti manum obtendentes etiã delineamus, quod eſt ἀποσκοπεῖν, Silius de Pane,

Obtendéúſque manum Solem infernéſcere fronti
Arcet, & vmbrato perluſtrat paſcua viſu. Vide Athen. pag. 311. verſu 19.

l Vxore, à qua Aſtypalæa dicta eſt.

m Scyllias Herodoto lib. 8. Pauſaniæ, vt & Plinio, Scyllis natione Scyonæus vrinator optimus, ad Pelium montem & Sepiada Magneſiæ, adiutrice filia Cyane, claſſis Perſicæ, quæ ſtante Euro ve Strabo lib. 9. ſub finem ſcripſit iactata quaſſabatur, anchoras præcidit, multaq; ex eo naufragio ſeruata ſibi queſiuit. Pauſ. li. 10.

n Piſcatoribus. Vet. Nam cùm arca incluſam vna cum filio Perſeo Acriſius pater in mare abiecíſſet, à Dauniæ piſcatoribus reperta eſt. De hac re vide Pauſaniam lib. 2.

o Stratonice Straboni li. 13. Ariarathis Cappadocum regis filia, Eumenis Attalo genita vxor, & Attali tertij mater. Fuit & Stratonice regis Deiotari vxor, proba & modeſta, memorata à Plutarcho libro de virtutibus mulierũ. Stratonicẽ Demetrij & Philæ filiam Seleucus duxit, eamque Antiocho inſanè amãti vxorem tradidit. Plutarchus in Demetrio, Valerius cap. 5. lib. 7.

p De Dioxippo Ælianus cap. 12. lib. 10. & cap. 38. lib. 12. hiſtoriæ.

q Erasmus in prouerbio, Citra pulueremegit, citra pulueris tactum. Horatius lib. 1. Epiſtol. *Cui ſit conditio dulcis, ſine puluere, palmæ.* Turneb. ca. & lib. 26. Vide Hieronymum Mercurialem cap. 8. lib. 1. de arte Gymnaſtica.

r Vel Theſſaliæ rege, fabulis noto: vel Moloſſorum, ad quem exul Themiſtocles confugit, auctore Thucyd. lib. 1. & Plutar. in Themiſtocle.

s Eſt Oechalia & tractus Meſſeniaci, & Eubœæ, Euryti regia, quam Hercules diruit, quia pactam ſibi am Iolen Eurytus dare recuſaſſet. Virgil. *Vt bello egregias idem diſſecerit vrbes,*
Troiámque, Oechaliámque,

t Vel Bellerophontis & Achemenes, vel Acaſti & Laodoiheæ filia, Proteſilai vxore.

v τὸ παμφαὲς, Polluci *ναὸν ὕπαιθρον*, ædes publicæ: ſic forraſſis dictæ, quòd ex ijs pomparum frequentia & celebritas progrederetur ac prodiret. Interpres Laërtij libr. 2. reddit, celeberrimum locum vrbis, & in Diogene, palatium.

x Occiſo Sicyoniorum tyranno, cùm Achæorũ imperator ſummus eſſet, profligatis hoſtibus triumphantem. Plutarchus in Vitis.

y Scitum Nealcis dictum, cùm eximiam Ariſtrati tyranni picturam deleri vellet Aratus, pugnandum cum tyrannis, non cum eorum imaginibus. Plutarchus in Arato.

z Agatharchus primus Athenis Aeſchyli tragœdias in ſcenam produxit. Vitruuius cap. 1. lib. 7. Agatharchiden quidam legunt peripateticum memoratum à Strabone lib. 14. Agatharchi Syracuſanæ claſſis præfecti meminit Thucydides lib. 6. Agatharcho pictori depingẽdi celeritate glorianti Zeuxin dixiſſe ferunt, diu ſe pingere, quoniam æternitati pingeret. Hadr. Iun. cap. 16. lib. 4.

A Scortum ea fuit, Epicuro familiare, & eius omnibus ſectatoribus proſtitutum, de quo Atheneus lib. 13. Diogenes Laërtius in Epicuro.

B Panicus nunc exiguus Pan, qualem ſolebant in paruis tabellis pictores fingere, quaſi per iocum: nunc theatralis perſonarum larua.

C Filios quos ex Iaſone ſuſceperat necantem, præ dolore, quòd repudiata ſe Creuſam duxiſſet Creontis filiam. Hanc & Aiacem eiuſdem Timomachi Cæſar Dictator emit octoginta talẽtis. Suprà cap. 18. lib. 7. & paulò antè hoc ipſo capite.

D Philomachi. Vet. Apud Suidam in voce πραγμάτιον fit mentio huius ſtatuarij, qui imaginem Æſculapij ſummia arte perfecerat. Pyromachi tamen mentio fit ſuprà cap. 8. lib. 34. tribus in locis.

E Alius fuit Theodorus Samius inuentor fundendi æris, memoratus à Pauſania lib. 3. & 9.

F Cratini Spartani ſtatuarij meminit Pauſanias lib. 6.

G Varijs pigmentis tincta, qua ratione fiunt à nobis horti cerei penſiles cum fructibus omnis generis iconicis.

H Veruculo: igni exaſtato. Encauſtices etiam genus eſt, quod antifices vocant *Damaſquinier.*

Plaſtices primi inuentores, de ſimulacris, de vaſi fictilibus, & pretio eorum. CAP. XII.

DE pictura ſatis ſuperque: contexuiſſe his & a plaſticen conueniat. 1 Eiuſdem operę 2 terræ fingere ex argilla ſimilitudines, Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi filiæ opera: quæ capta amore iuuenis, illo abeunte peregre, vmbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circunſcripſit: quibus pater eius impreſſa argilla typũ fecit, & cum cęteris fictilibus 3 induratum igni propoſuit: eũque ſeruatum in nymphæo, donec Corinthum Mummius euerteret, trãdunt. Sunt, qui in Samo primos omnium plaſticen inueniſſe 4 Rhœcum & Theodorum tradãt multo ante c Battiadas Corintho pulſos. Demaratum verò ex eadem vrbe d profugum, qui in Hetruria Tarquinium Priſcũ regem populi Romani genuit, comitatos fictores e Euchira & Eugrammum: ab ijs Italiæ traditam plaſticen. Dibutadis inuentum eſt, rubricam addere, 5 aut ex rubrica cretam fingere. Primúſque perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quæ inter initia 6 protypa vocauit. Poſteà idem ectypa fecit. Hinc & faſtigia templorum orta, propter hunc 7 plaſtæ appellati. Hominis autem imaginem f gypſo è facie ipſa primus omnium expreſſit, 8 cerá que in eam formam gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus Sicyonius frater Lyſippi, de quo diximus. Hic & ſimilitudinem reddere inſtituit: ante eũ quàm pulcherrimas facere 9 ſtudebant. Idem & de ſignis effigiem exprimere inuenit. Creuítque res in tantum, vt nulla ſigna ſtatuæve ſine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem hanc fuiſſe ſcientiam, quàm fundendi æris. Plaſtæ laudatiſſimi fuere 10 Damophilus & h Gorgaſus, ijdemq; pictores: qui Cereris ædem Romæ ad Circum maximum vtroque genere artis ſuæ ex coluerũt, verſibus inſcriptis Græcè, quib. ſignifica runt, à dextra opera Damophili eſſe, à parte læua Gorgaſi. Ante hanc ædem Tuſcanica omnia in ædibus fuiſſe, autor 11 eſt. M. Varro. Ex hac, cùm reficeretur, cruſtas parietum exciſas tabulis marginatis incluſas eſſe: Item ſigna ex faſtigijs diſperſa. Fecit & Chalcoſthenes cruda opera Athenis, qui locus ab officina eius 1 Ceramicos appellatur. M. Varro tradit ſibi cognitum Romæ 12 Poſim nomine, à quo 13 factas Romæ vuas, item piſces, 14 ita vt non ſit aſpectu diſcernere à veris. Idem magnificat 15 Arceſilaum L. Luculli familiarem, cuius 16 proplaſmata pluris vænire ſolita artificibus ipſis, quàm aliorum opera. Ab hoc factam Venerem Genitricem in foro Cæſaris, & priuſquàm abſolueretur, feſtinatione dedicandi poſitam. Deinde eidem à Lucullo 17 H-S. l x. ſignum Felicitatis locatum, 18 cui mors vtriuſque inuiderit.

1 Eius quidem. Vet.

2 terra fingere & arg. M.

3 duratum. Vet.

4 Rhœtum. M.

5 aut ex rubrica & creta fingere. Vet. aut rubia cretam tingere. Vet.

6 prototypa. Vet. prototypa. M.

7 plaſtice appellata M. plaſta appellta. Alij.

8 ceramque in eam formã gypſi infuſam. Vet.

9 ſtudebatur. M.

10 Demophilus. Vet.

11 eſt Varro, & ex hac. M.

12 Poſſuniam. Vet.

13 fiſta pomaria vaſa. M. factas Romæ tubas. Vet.

14 quos aſpectu diſcernere à veris vix poſſes. Vet.

15 Archeſilaum M.

16 plaſtica. M. proplaſticen. Vet.

17 talentis l x. M.

18 cui luno Veneſq; inuideret. M.

Octauio equiti Romano cratera facere volenti, exemplar è gypso factum talento. Laudat & [19] k. Pasitelem, qui plasticem matrem statuariæ scalpturæque & cælaturæ esse dixit, & cùm esset in omnibus his summus, nihil vnquam fecit, antequàm finxit. Prætereà elaboratam hanc artem Italiæ, & maximè Hetruriæ: Turianumq; à Fregellis accitum, cui locaret Tarquinius Priscus effigiē Iouis in Capitolio dicādam. Fictilem [20] eum fuisse, & ideò miniari [21] solitum: fictiles in fastigio templi eius [22] quadrigas, de quibus sæpe diximus. Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodiéque materiæ nomen in vrbe retinet. Hæ enim tum effigies Deûm erant laudatissimæ. Nec pœnitet nos illorum, qui tales coluere. Aurum enim & argē tum ne Dijs quidem conficiebant. Durant [23] etiam nunc plerisque in locis talia simulacra. Fastigia quidem templorum etiam in vrbe crebra & municipijs mira cęlatura, & arte æuique firmitate certiora auro, certè innocentiora. In sacris quidem etiā inter has opes hodie nō murrhinis crystallinisve, sed fictilibus prolibatur [24] lsympuuijs: inenarrabili terræ benignitate, si quis singula æstimet, etiam vt omittantur in frugum, vini, pomorum, herbarum, fruticum, medicamentorum, metallorum generibus, beneficia [m] eius, quæque adhuc diximus, vel quæ assiduitate satiant figlinarum opera imbricibus, tubulis, tegulisque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque, aut quæ rota fiunt, etiam fictilibus dolijs ad vina excogitatis, [n] & ad aquas. Propter quę Numa rex septimum collegium figulorum instituit. Quin & defunctos sese multi fictilibus [o] dolijs condi maluere, sicut M. Varro, [p] Pythagorico modo in myrti & oleæ atque populi nigræ folijs. Maior quoque pars hominum terrenis vtitur vasis. Samia etiamnum in esculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem & [q] Aretium in Italia: [25] & calicum tantùm. Surrentum, Asta, Pollentia: in Hispania Saguntum, in Asia Pergamum. Habent & Tralleis opera sua, & Mutina in Italia: quoniam & sic gentes nobilitantur. Hæc quoque per maria terrásque vltro citroque portantur, insignibus rotæ [26] officinis Erythris. Hodiéque in templo ostenduntur [27] amphoræ duæ propter tenuitatem consecratæ, discipuli magistríque certamine, vter tenuiorē humum [28] duceret. Cois laus maxima, Hadrianis firmitas, nonnullis circa hoc seueritatis quoque exemplis. [r] Q. Coponium inuenimus ambitus damnatum, quia vini amphoram dedisset dono ei, cuius suffragij latio erat. Atque vt luxu quoque aliqua contingat autoritas figlinis, tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia. Vna erat murenarum, altera luporum, tertia [29] myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus, vt tamen eos præferre Græciæ etiam Philosophis possimus. [s] Siquidem in Aristotelis hæredum auctione [30] lx. patinas væniisse traditur. Nam nos cùm vnam Æsopi tragœdiarum histrionis in natura auium [31] diceremus sestertijs C. stetisse, non dubito indignatos legentes. At Hercules, Vitellius in principatu suo [32] c c. sestertijs condidit [t] patinam, cui faciendæ fornax in campis exædificata erat: quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris [33] constent, quàm murrhina. Propter hanc [u] Mutianus altero Consulatu suo [34] in cōquisitione exprobrauit patinarum paludes Vitellij memoriæ, non illa fœdiore, cuius veneno [x] Asprenati reo Cassius Seuerus accusator obijciebat, interisse c x x x. cōuiuas. Nobilitantur ijs oppida quoque, vt Rhegium, & Cumæ. [y] Samia testa Matris Deûm sacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputant, nec aliter citra perniciem, si [z] M. Cælio credamus, qui linguam sic amputandam obiecit graui probro, [35] tanquam & ipse iam tunc eidem Vitellio malediceret. Quid non excogitauit ars? [A] fractis etiam testis vtendo sic, vt firmiùs durent tusis calce addita, quæ vocant Signina. Quo genere etiam pauimenta excogitauit.

k Plastē Celenium, qui. M.
20 eam. M.
21 solere. M.
22 quadrigæ. M.
23 etiamnum. M.
24 sympullis. Bay fius.
25 31 calicum. Vet.
26 officinis. Erythris hodieque. M.
27 tabulæ. M.
28 circũduceret. Vet.
29 mixti. M.
30 lxxta. M.
31 diceremus sexcēta sestertia. M. Leg. sexcētis sestertijs. Supra quoque lib. 10. ca. 51. Æsopi patinam p c. exstat sestertijs.
32 decies sestertium. Budæus ex Vet.
33 consticterint. M.
34 in concione. Alij. & M. conquestione. Vet.
35 quoniam. M. quā quam. Vet.

ANNOTATIONES.

a De plastice quædam Ælianus cap. 37. lib. 14. histor.
b Diodorus Teleclea & Theodoron Rhœci filios τῶν ἀγαλματοποιῶν πολλῷ τὸν μάλιστα διενεγκόντες memorat. Leopard. cap. 25. lib. 10. Pausanias in Archadicis, & Phocicis scribit Theodorū fuisse Teleclis filium, Rhœcum verò Philæi: eosque primos ferrum fundere docuisse.
c Lego, multò antè Bacchiadas. Nam quod scribit Pausanias lib. 2. Aletes triusq; posteri Athenis regnarunt ætates quinque, vsque ad Bacchin Prumnidis filium: à quo Bacchiadæ ætates totidem regnum tenuerunt: deinde Pryţanei ex eodem genere, quos occupata tyrānide Cypselus Ectionis filius oppressit. Halicarnaseus lib. 3 aperte narrat Demaratum è familia Bracchiadum (leg. Bacchiadum) vsurpata à Cypselo tyrannide, cum suis opibus Tarquinios commigrasse. De Bacchiadis multa Herodotus li. 5.
d Ob seditiones, Liuius lib. 1.
e Eucheri Corinthij, discipuli Syadræ & Charadræ Spartanorū præceptoris Clearchi Rhegini, meminit Pausanias lib. 6. Idem & Euchiros statuarij, lib. 5. sed Athenienſis, Eubulidæ filij.
f Vbodie sit è mastiche & cera.
g Imaginem ceream, quam gypsea forma reddidisset, absolute diligentiùs ac emendatius. Quidam legunt ceramque in eam formam gypsi infusam emendare &c.
h Alius fuit Gorgasus, Machaonis & Anticleæ filius. Æsculapij nepos, cui & fratri Nicomacho Isthmius templum erexit, in quo vtrinoctibus sanantibus dijs & victimæ cædantur, & donaria mittantur. Pausan. lib. 4.
i Ceramicum Pausanias lib. 1. non à figlinis Chalcosthenis operibus dictum vult, sed ab heroe Ceramo, quem Baccho & Ariadna genitum fama tum erat. Fuit duplex Ceramicus Athenis, alter in quo sepeliebantur qui in bello perierant: alter in quo meretrices habitabant. Interpr. Aristophanis.
k Eius meminit Pausanias lib. 5. Colotæque magistrum fuisse tradit, qui mensam fecit, in qua deponebantur coronæ illorum, qui Olympijs vicissent.
l Sympullis, id est, calicibus fictilibus, à sumendo dictis, quibus in sacris vinū libabāt. Sic in Paradoxis Cicero ait: Numæ capedines, ac fictiles vrnas Dijs immortalibus non minùs gratas fuisse quàm vasa Deliaca. Iuuenal. Satyr. 6.

— aut ipsis
Sympullum ridere Numæ, nigrumq; catinum
Aut Vaticanos fragiles de monte patellas
Assus erat?

m Beneficia eius quæ adhuc diximus. Vel assiduitate satiant figlinarum opera, tubulis ad balneas, imbricibus tegulisque hamatis ad tecta, coctilibus laterculis, frontatisque ijs quæ rota fiunt, etiam &c. Sic in veter. legitur. In manuscr. verò, Beneficia eius, quæ adhuc diximus. Vel assiduitate satiant figulinarum opera, & fictilibus dolijs ad vina excogitatis: ad aquas, tributis, fundamētisque. Atqui Numa rex VII. collegia &c.
n Dolia ad aquas etiamnum Romani vtuntur, Tiberis aquam turbidam ijs adseruantes, quoad defecata sit ac potabilis.
o Pro dolijs, quod vulgata habent, in manuscr. & vetust. legitur, solijs. Cui lectioni & Blondus adstipulatur. Solia, sepulchra veteres appellarunt, Florus lib. 4. de Cleopatræ interitu agens, Suetonius in Nerone.
p Vide Alex. ab Alex. cap. 2. lib. 3. Plutarcho in Laconicis institutis Lycurgus sanxit ne quid cum cadaueribus sepelirent præter puniceam vestem, & oleæ folia, in quibus omnes æquè cadauera componerent. Hinc Pythagoras Laced. emonem profectus vt Lycurgi leges cognosceret, morem eum fortassis inuexit. Magius cap. 18. lib. 2.
q Quidam legunt, Eretum in Italia. Est autem Eretum, τὸ ὄρος τοῦ, vicus Sabinorum ad Tiberim, Tiburi propinquus, figlinis celebris, ab vrbe distans 18. millibus passuum: vnde Eretinus. Virgi.

Ereti mania omnis, olinifera q; Mutusca. Ioan. Baptista interpr. Pet. Satyr. 1.

Sese aliquem credens Italo quod honore supremus
Pregerit hem. nus Ereti adilis miquas.

Rhodie Mons rotundus, corruptè pro monte Ereto. Eretinę mentes inde stolidæ & stupidæ dicuntur apud Fulgentium ex antiquo scriptore. Auerruncaſſit diuatam Eretinas hominum mentes. Tur. cap. 10. lib. 2. 6.
r Cicero lib. 1. de Diuinat. C. Coponij meminit, qui bello ciuili Cæsaris ac Pompeij Rhodiæ classi præfuit cum imperio prætorio, hominis prudentis ac docti. Meminit & Coponij viri prætorij grauissimi Velleius Paterculus, sed non huius rei narratione. Alex. verò ab Alex. citat quidem hanc historiam de Coponio, sed vnde Plinius sumpserit, non indicat. Vide illum cap. 11. & 17. lib. 3. Inuenio & sub Augusto Coponium & Annium Ruffum Iudææ præfectos fuisse.
s Magnum hoc quidem argumentum luxuriosæ vitæ in philosopho frugi. Vide Laertium in eius vita.
t Eam patinam ob immensam magnitudinem, ἀγλαοτεχνίαν, Mineruæ clypeum vocauit. Patinarius quoque ab ea nominatus est. In ea fuerunt scarorum iecinora, phasianorum & pauorum cerebella, phœnicopterorum linguæ, murenarum lactes, & id genus alij prodigiosi cibi. Suetonius in Vitellio cap. 13. & 17.
u Licinium Mutianum significat præfectum exercitus Syriaci, qui à Vitellio defecit, & strenuè Vespasiani causſam ac partem opibus suis omnibus iuuit ac defendit. Suetonius in Vespas. cap. 6. & 13. Tacit. lib. 18.
x Nonium Asprenatem intelligit arcta amicitia iunctum cum Augusto, de quo Sueto. in Octauio cap. 43. & 56. Cassij Seueri meminit & Sueton. in Vitellio cap. 2. & Quintilian. & Tacit. lib. de clar. orator. Meminit & Asprenatis Hirtius in Commentarijs.
y Arnobius lib. 5. adu. gen. ex Timotheo vetustissimo theologo narrat Atyn, furiarum plenum, perbaccharum, iactatum, cùm se humi proiecisset sub pino, arreptæ testula, quam Agdestis instigator amentiæ gestabat, virilia sibi præsecuisse &c. Inde factum vt Galli eius imitatione genitalia sibi testa demeterent, sed Samia, quoniam eius vulnus innoxium fuit, & ad proscindendum acies, quàm aliarum, celerior. Catullus in Galliambo de Berecynthia & Atti scribit, Attin deuoluisse acuto sibi pondera silice, non testa. Samium, testeum: & acutum: vnde samiare acuere. Vide Nonii & Victor. cap. & lib. 17. & cap. 10. lib. 20.
z Marcus Cœlius clarissimo quidem genere, sed maledicentissimus, cùm publicandi nouas tabulas iustam causſam quereret, nobilium primorum, locupletum mores corruptos, apud populum seditiosis concionibus suis traduxit, præsertim luxum effusum, prodigos sumptus, guleę ac ventris nepotæus, & insolētissimas ac importunissimas voluptates accusans, tam claris & manifestis exemplis ac testimonijs, vt eo seculo iam tum videretur suis criminationibus proscindere Vitellium, inter imperatores quibus succesſit, vitijs illis deditissimum ac cōtaminatissimū. Quamobrem cùm circa Turios victus esset, nobiles quorum virtute deturbatus erat, tam indignis probris affecti, primùm Samia testa per contumeliam linguam præciderunt, quo modo matris Deûm sacerdotibus virilitas amputatur: deinde interemerunt. quod exemplum postea Antonius in proscripto Ciceron sequutus est. Locum hunc sic intelligendum arbitror.
A. Fractis etiam testis vtendo sic. Chirstlorius. non probo. Lego, fractis etiam testis, & tusis, addita calce vtitur, vt firmiùs durent, quæ Signina vocant.

Terræ varietates, & de puluere Puteolano, & alijs terræ generibus, quæ in lapidem vertuntur. CAP. XIII.

VErùm & ipsius terræ sunt alia [1] segmenta. Quis enim satis miretur, pessimam eius partem, [2] ideoq; puluerem [a] appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, [3] mersúmque protinus fieri lapidem vnum inexpugnabilem vndis, & fortiorem quotidie, vtique [4] si [b] Cumano misceatur cæmento. Eadem est terræ natura & in Cyzicena regione: sed ibi non puluis, verùm ipsa terra qualibet magni tudine excisa & demersa in mare lapidea extrahitur. Hoc idem circa Cassandriam produnt fieri: & in fonte Gnidio dulci intra octo menses terram lapidescere. Ab Oropo quidem Aulidem vsque quicquid terræ [5] attingitur mari, mutatur in saxa. Nō multùm à puluere Puteolano distat è Nilo harena tenuissima sui parte, non ad fustinenda maria fluctúsque frangendos, sed ad debellāda corpora palæstræ studijs. Inde certè [c] Patrobio, Neronis principis liberto, aduehēbatur. Quin & Leonato & Cratero ac Meleagro Alexandri Magni ducibus fabulum hoc [6] portari cū reliquis militaribus [7] commercijs reperio. Plura de hac parte non sum dicturus, non Hercules magis, quàm de terræ vsu in ceromatis, quibus exercendo iuuētus nostra corpora, vires animorum perdidit.

1 commenta. M.
2 mediamq; puluerē appellatum. M.
3 mersumque. Prot. & in vndis. M.
4 si calci misceatur & cæmeut. ex Vitr.
5 accingitur. Vet.
6 portatum. Vet.
7 commeatibus. Vet.

a Sidonius Apollinaris Dicæarchiam arenam vocat. Meminit & Dion lib. 48.
b Cumanum cæmentum quidam fieri volunt ex topho vel pumice in sulphuris metallis nato.
c Suetonius in Nerone cap. 45.

De parietibus formaceis, & lateritijs, & eorum ratione. CAP. XIIII.

QVid non in Africa Hispaniáque ex terra [1] parietes, quos appellãt, [2] formaceos, quoniam in forma circundatis vtrinque duabus tabulis inferciuntur veriùs, quàm [3] instruuntur, æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníque cæmento firmiorés? Spectat [4] etiam nunc [a] speculas Annibalis Hispania, terrenasque turres iugis montium impositas. Hinc & cæspitum natura, castrorum vallis accommodata, [5] contra fluminum impetus aggeribus. [b] Illini quidem crates parietum luto, & [c] lateribus crudis extrui, quis ignorat? Lateres non sunt è sabuloso, neque hare noso, multóque minùs calculoso ducendi solo, sed è cretoso & albicante, aut ex [6] rubrica, vel si iam ex sabuloso, è masculo certè. Finguntur optimè vêre: nam solstitio rimosi [7] fiunt. Ædificijs non nisi bimos probant. [8] Quin & intritam ipsam eorum, priùs quàm fingãtur, macerari oportet. Genera eorum tria: [d] didoron, quo vtimur, [9] longum sesquipede, latum pede: alterum tetradoron: tertium pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum vocabant, & ideò dora munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout sunt, nominantur. Eadem est latitudo. Minore in priuatis operibus, maiore in publicis vtuntur in Græcia. Pitanæ in Asia, & in vlterioris [e] Hispaniæ ciuitatibus Massia & Calento fiunt lateres, qui siccati nõ merguntur in aqua. [f] Sunt enim è terra pumicosa, cùm subigi potest, vtilissima. Græci, præterquàm vbi è silice fieri poterat structura, parietes lateritios [10] prætulere. Sunt enim æterni, si ad perpendiculum fiãt: ideò & in publica opera & regias domos adduntur. Sic struxere murum Athenis, [g] qui ad montem Hymettum spectat: sic [11] Patris ædes Iouis & Herculis quamuis lapideas colũnas & epistylia circundarẽt: [12] domum Trallibus regiam Attali: item Sardibus Crœsi, quam gerusian fecere: Halicarnassi Mausoli: quæ etiam nunc durant. Lacedæmone quidem excisum lateritijs parietibus opus tectorium propter excellentiam picturæ ligneis formis inclusum, Romam deportauere in Ædilitate ad comitium exornãdum Muræna & Varro. Quod opus cùm per se mirũ esset, translatum tamẽ magis mirabantur. In Italia quoque lateritius murus Aretij & Meuaniæ est. Romæ non fiunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries [h] non plus quàm vnam contignationem tolerat. Cautúmque est, ne cõmunis crassior fiat, nec [i] intergerinorum ratio patitur.

1 sunt par. M.
2 fornaceos, quoniã fornaciũ modò circũdari. M.
3 instruuntur. Aeuis. Ver.
4 etiamnùm. M.
5 & contra. Ver.
6 rubrica & sabulo, masculo certè. M vel si iam ex sabulo, masculo certè. Ver. & Vic.
7 fiunt, quos ædificijs non idoneos probant quidam. Terrã ipsam. M.
8 Quin & intritũ eorum. Ver.
9 longum pede, latũ semipede. Vic. Philander tamen hanc lectionem veriorẽ putat.
10 extulere. M.
11 Martis ædem. M.
12 domum regiam Attali Trallibus. M.

ANNOTATIONES.

a In quibus speculatores, ἐφεδρεύοντες, siue ἐπιτηρηταὶ stantes, & collocati, aduenientium hostium ordines, acies, numerum prospicjebant, vt suis denuntiarent. Turn. cap. 7. lib. 27.
b Adhuc multis in locis Galliæ parietes cratibus, luto, & argilla pingui, é qua lateres fiunt, oblitis extruuntur.
c Vt ignis & fornacum impensæ parcatur: vt inter se melius coagmentẽtur crudi & ideò molliores lateres: vt cæmento pauco fit opus: vt breuiori temporis spatio murus perficiatur.
d Didoron, id est, pollicum 18, tetradoron, pollicum 36. nempe trium pedum. pẽtadorõ, pollicum 45. nempe trium pedum & nouem pollicum. Vitruuius cap. 3. lib. 2.
e Hispaniæ ciuitate Calento & Galliarum Massilia fiunt. Ex Vitruuio, non probante Philandro. In Bætica Maxiluam Proleæus, Massiam Theopompus apud Stephanum collocat.
f Alia causa reddi potest è Seneca cap. 25. lib. 3. Quæst. natur.
g Hęc omnia ad verbum ex Vitruuio cap. 3. lib. 2.
h Romæ verò in vrbis maiestate, ciuiumque infinita frequentia, vt cœnacula plura fiere ut, ad pedes sexagena domorum ædificia tollere permitrebatur, quod scribit Auctius in Tranquillo vel septuagena decreto Augusti, quod Strabo lib. 5. parietum crassitudine seiqui pedali, siue loco communi, siue intergerinorum, vt ait Vitruuius lib. 2. pilis lapideis, mænianis, cõtignationibus obfirmata. Brissonius cap. & lib. 1.
i Murorum, qui ædificiorum duorum contignationem, hinc illinc sustinent. Vide quod adnotatum est in cap. 12. lib. 13.

De sulphure, alumine, & generibus eorum, & medicina. CAP. XV.

HÆc sint dicta de lateribus. In terrę [1] autem reliquis generibus vel maximè mira natura est sulphuris, quo plurima domantur. Nascitur in insulis Æolijs inter Siciliam & Italiam, quas ardere diximus. Sed nobilissimum in Melo insula. In Italia [2] quoque inuenitur, in Neapolitano Campanóque agro, collibus qui vocantur Leucogæi.

1 autem generibus secundum regiones vel maximè natura mira est sulphuris. M.

cogæi. Quod est cuniculis effossum, perficitur igni. Genera quatuor: [a] viuum, quod Græci apyron vocant, nascitur solidum, hoc est [2] glebosum. Eo solo ex omnibus generibus Medici vtuntur. Cętera enim liquore constant, & conficiuntur [3] oleo incocta. Viuum autem effoditur, [4] translucętq;, & viret. Alterum genus appellant glebam, fullonum tantùm [5] officinis familiare. Tertio quoque generi vnus tantùm est vsus ad [6] sufriendas lanas, quoniam candorem tantùm mollitiemq; confert. [7] Egula vocatur hoc genus. Quarto autem ad ellychnia maximè conficienda. [8] Cæterò tanta vis est, vt morbos comitiales deprehendat nidore, impositum igni. Lusit & Anaxilaus eo, [9] candens in calice nouo, prunaq; subdita circunferẽs, exardescentis repercussu pallorem dirum, velut defunctorum, offundente [10] conuiuijs. Natura eius [11] calfacit, concoquit: sed & discutit collectiones corporum: ob hoc talibus emplastris malagmatisq; miscetur. Renibus quoque & lumbis in dolore cũ adipe, mirè prodest impositum. Aufert & lichenas [12] à facie cũ terebinthi resina, & lepras. Harpacticon vocatur à celeritate auellendi: auelli enim subinde debet. Prodest & suspiriosis linctum. Purulenta quoque extussientibus: & contra scorpionum ictus. Vitiligines [13] viuum nitro mistum, atque ex aceto tritum & illitum tollit: item lendes in palpebris, aceto sandarachato admisto. Habet & in religionibus locum ad [b] expiandas suffitu domos. Sentitur vis eius & in aquis feruentibus. Neque alia res faciliùs accenditur: quo apparet ignium vim magnam etiam ei inesse. Fulmina & fulgura quoque sulphuris odorem habent: ac lux [15] ipsa eorum sulphurea est. Et bituminis vicina est natura, alibi limus, alibi terra: limus è Iudææ lacu, vt diximus, emergens: terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum. Spissantur hæc vtraque, & in densitatem coeunt. Est verò liquidum bitumen, [16] sicut Zacynthium, & quod à Babylone inuehitur. Ibi quidem & candidum [17] gignitur. Liquidum est & Appolloniaticum, quæ omnia Græci pissasphalton appellant ex argumento picis & bituminis. Gignitur [18] & pingue [c] liquorisque oleacei in Sicilia Agragantino fonte inficiens riuum. Incolæ id harundinum paniculis colligunt, citissimè [19] sic adhærescens. Vtũtur eo ad lucernarum lumina olei vice: item ad scabiem iumentorum. [20] Sunt qui & naphtham, de qua in secundo diximus volumine, bituminis generi [21] asscribãt. Verùm ardens eius vis ignium naturæ cognota, procul ab omni vsu abest. [d] Bituminis probatio, vt quàm maximè [e] splendeat, sitq; ponderosum ac graue: [22] leue autem modicè, quoniam adulteratur pice. Vis, quæ sulphuris, sistit, discutit, [23] contrahit, glutinat. Serpentes nidore fugat accensum. Ad suffusiones oculorum & albugines Babylonium efficax traditur: item ad lepras, lichenas, pruritusq; corporum. Illinitur & podagris. Omnia autem eius genera incõmodos oculorum pilos replicant. Dentium doloribus [24] medentur simul cum nitro illita. Tussim veterem & anhelitus cũ vino potum emendat. Dysentericis etiam datur eodem modo, sistitq; aluum. Cum aceto verò potum discutit [f] concretum sanguinem, & detrahit. Mitigat lumborum dolores, item [25] articulorum. Cum farina hordeacea impositum, emplastrum [g] peculiare facit sui nominis. Sanguinem sistit. Vulnera [26] colligat. Glutinat neruos. Vtuntur etiam ad quartanas bituminis drachma, & hedyosmi pari pondere cũ myrrhæ obolo subacti. Comitiales morbos vstum deprehendit. Vuluarum strangulationes olfactum [27] [h] discutit cum vino & castoreo. Procidentia sedis suffitu reprimit. Purgationes fœminarum in vino potum [28] elicit. In reliquo vsu ęramentis illinitur, firmatq; ea contra ignes. Diximus & [29] tingi solitas ex eo statuas & illini. Calcis quoque vsum prębuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Placet [30] & ferrarijs fabrorum officinis tingendo ferro, clauorumq; capitibus, & multis alijs vsibus. Nec minor [31] aut ab eo dissimilis est aluminis opera, quod intelligitur salsugo terrę. Plura & eius genera. In Cypro candidum & nigrum, exigua coloris differentia, cùm sit [32] vsus magna: quoniam inficiendis claro colore lanis candidum liquidumq; vtilissimum est, contraque fuscis aut obscuris nigrum. Et aurum nigro purgatur. Fit autem om-

2 gleba. M.
3 liquore. M.
4 pellucętque. Ver.
5 officijs M.
6 suffitum. Ver.
7 Eglula. M. fortasse, Æglula, ἀπὸ τῆς αἰγλης.
8 Cæterùm tanta vis eius. M.
9 candenti calice, prunaque subdita. Ver.
10 conuiuijs. Ver.
11 excalfacit. M.
12 à facie. M.
13 viuum, in M. d.
14 locũ: ad expianda suffiri id mos M.
15 ipsorum sulph. M.
16 & Zac. & quod ab Aquilone. M.
17 gignitur liquidũ. Est & Apoll. Ver.
18 & pinguis liquoris in Sicilia, Agrigentino M.
19 ijs. Ver.
20 Est & naphtha, de qua. M.
21 adscribitur. M.
22 leue. M. Ieue. Ver.
23 attrahit. M.
24 medetur si. cũ illitum: tussi veteri & anhelitui cum vino.
25 artien cũ sar. hor. impositum. Empl. peculiare facit suo nomine. M.
26 colligit. M.
27 discutit. Cũ vino & castorea procedẽti sedi suffitur M.
28 ejicit. M.
29 attingi solitũ. M.
30 in. M.
31 aut adeo. M.
32 vsu. Ver.

ne ex aqua limoq;, hoc eſt, terræ exudantis natura. Corriuatum hyeme æſtiuis ſolib. maturatur. Quod [33] fuerit ex eo præcox, candidius fit. Gignitur autem in Hiſpania, Ægypto, Armenia, Macedonia, Ponto, Africa: inſulis Sardinia, Melo, Lipara, Strõgyle. Laudatiſſimum in Ægypto, proximum in Melo. Huius quoque duæ ſpecies, liquidum ſpiſſumq;. Liquidi probatio, vt ſit lympidum lacteumque, ſine offenſis fricantium, cum quodam igniculo caloris. Hoc phorimon vocant. An ſit adulteratum, deprehenditur ſucco Punici mali. Syncerum enim [34] miſtura ea nigreſcit. Alterum genus eſt [35] pallidæ & ſcabræ naturæ, & quod [36] inficitur galla. Ideoque hoc vocant paraphoron. Vis liquidi aluminis aſtringere, indurare, rodere. Melle admiſto ſanat oris hulcera, papulas, prurituſq;. Hæc curatio fit in balineis duabus mellis partibus, tertia aluminis. Virus alarum ſudoreſq; ſedat. Sumitur pilulis contra lienis vitia, pellendumq; pruritum ac per vrinam ſanguinem. Emendat & ſcabiem nitro ac melanthio admiſtis. Concreti aluminis vnum genus ſchiſton appellant Græci, in capillamenta quędam caneſcentia dehiſcens. Vnde quidam [1] trichitin potiùs appellauere. Hoc fit è lapide, [37] ex quo & chalcitin vocant: vt ſit ſudor quidam eius lapidis in ſpumam coagulatus. Hoc genus [38] aluminis [39] ſiccat, minúſq; ſiſtit humorẽ inutilẽ corporibus. Sed auribus magnopere prodeſt infuſum, vel illitũ, vel oris hulcerib. dentibuſque, ſi ſaliua cum eo contineatur. Et oculorum medicamentis inſeritur aptè, verendiſque vtriuſque ſexus. Coquitur in patinis, donec liquari deſinat. [40] Interioris eſt alterum generis, [k] quod ſtrongylen vocant. Duæ eius ſpecies, fungoſum atque omni humore dilui facile: quod in totum damnatur. Melius pumicoſum, & foraminum fiſtulis ſpongiæ ſimile, rotundumq; natura, candido propius, cum quadam [41] pinguitudine ſine harenis friabile, nec inficiens nigritia. Hoc coquitur per ſe carbonibus puris, donec cinis fiat. Optimum ex omnibus quod melinum vocant ab inſula Melo, vt diximus. Nulli vis maior neque adſtringendi, neque denigrandi, neq; indurandi. Nullum ſpiſſius. Oculorũ ſcabritias extenuat: combuſtũ vtilius epiphoris inhibendis. Sic & ad pruritus corporis. Sanguinem quoque ſiſtit in totum foris illitum. [42] Vulſus pilis ex aceto illitum, [43] renaſcentem mollit lanuginem ſummam. Omnium generum vis in adſtringẽdo: vnde nomen Græcis. Obid oculorum vitijs apriſſima ſunt. Sanguinis fluxiones inhibet cum adipe. Sic & infantium hulcera. Putreſcentia [44] hulcerum compeſcit cum adipe, & [45] hydropicorum eruptiones ſiccat. Et aurium vitia cum ſucco Punici mali: & vnguium ſcabritias, cicatricumque duritias & pterygia, [46] perniones: Phagedænas hulcerum ex aceto, aut cum galla pari pondere cremata: ſepras cum ſucco olerum: cum ſalis verò duabus partibus, vitia quæ ſerpunt: lendes & alia [47] capillorum animalia, permiſtum aquæ. Sic & ambuſtis prodeſt, & furfuribus [48] corporum [49] cum ſero & pice. Infunditur & dyſentericis. Vuam quoque in ore comprimit, ac tõſillas. Ad omnia quæ in cęteris generibus diximus, efficacius intelligitur ex Melo aduectum. Nam ad reliquos vſus vitæ in corijs laniſque perficiendis, quanti ſit momenti, ſignificatum eſt. Ab his [50] per ſe omnia ad medicinas pertinentia terræ genera tractabimus.

33 fiſit ex eo præcox, candidum. M.

34 miſturũ fugit. M.
35 palladi, & ſcabri, & quod. M.
36 inficit vt galla. Ve.

37 & quod chalcitin vocant ſiſtor & coagulatus eſt. M.
38 aluminis minus ſiſtit hum. inut. corporis. M.
39 ſiccat minus, minuſque ſiſtit. Vet.
40 Eſt & alterum genus, quod. M.
Interioris eſt & alterũ genus, quod. Ve.

41 pinguedine. M.

42 Aufert pilos. M.
43 renaſcentemque molle lanuginẽ. Summa omnium. M.

44 hulcera, putreſcẽtiaque cõpeſcit. Ve.
45 papularũ. Dioſco. ὑπείροσι ὑδρωπικοῖς.
46 ac perniones. M.

47 capillorum vitia, animalia aque. M.
48 capitum. Ve.
49 cum ſero & pice. Dioſc.

50 penè. M.

ANNOTATIONES.

a Dioſcorides tantũ vſtum, & non vſtũ refert. Vſtum Plinius in tres ſpecies rurſum diuidit.
b Ouidius in Arte,

Et veniat quæ luſtret anus lectúmque locúmque,
Præferat & tremula ſulphur, & ova manu.

Alex. ab Alexan. cap. 27. lib. 5. Vide quæ adnotata ſunt in cap. 10. libr. 16.
c Lego ex Dioſcor. liquoriſque oleoſi in Agragantino Siciliæ agro, fontibus innatans.
d Martialis Venetum lutum appellat. *Reſina, Veneto vel reſecare luto.* fortaſſis quòd afferretur ex locis Venetorum tractui vicinis.
e Purpuræ modo, Dioſcor. qui nigrum & ſordidum vitioſum eſſe, & pice adulterari ſcribit.
f Inde mos tractus medicis, dandi lapſis ex alto, colliſis, obtritis mumiam, quæ piſſaſphaltum eſt.
g Lego, peculiare facit, & ſui nominis. Nempe, Barbarum: ſic enim medici vocant.
h Lego ex Dioſcor. diſcutit. Procidentia cuiuſdem ſuffitu reprimit. Purgationes fœminarum cum vino & caſtoreo potum elicit. &c.
i Hoc aluminis genus propterea lapidem ſciſſilem vocat Celſus cap. 7. lib. 5.
k Dioſcoridi tria ſunt genera τῆς στυπτηρίας σχιστὴ, στρογγύλη, ὑγρά. Galeno lib. 9. Simpl. & lib. 6. κτίσεως totidem, ſed ſolidi tantũ, non liquidi, aut ſciſſilis, ἀστραγαλωτὴ, ψωλοειδὴς, ψωλοῦτις, lateritiũ, ſtrongylum, aſtragalo ſimile. ψωλοειδὴς Dioſcorides cap. 123. libr. 5. ſpalacitis, quaſi gleboſum alumen vocare videtur.

De

De terra Samia, & Eretria, & Chia, & Selinuſia, & [1] pigniti, & ampeliti medicina. CAP. XVI.

1 Pnigiti. Alij.

SAmiæ duæ ſunt, quæ [2] ſyropicon, & quę after appellantur. Prioris laus, vt recens ſit & leuis, linguæq; glutinoſa. Altera [4] gleboſior, candida. Vtraque vritur, ac lauatur. Sunt qui præferant priorem. Proſunt ſanguinem expuentibus. Emplaſtriſque quæ ſiccandi cauſa componuntur, oculorum quoque medicamentis miſcentur. Eretria totidem differentias habet. Nanque & alba eſt, & cinerea, quæ præfertur in medicina. Probatur mollitie, & quod [5] ſi ęra producantur, violaceum reddit colorẽ. Vis & ratio eius in medendo dicta eſt inter pigmenta. Lauatur omnis terra (in hoc enim loco dicemus) perfuſa aqua ſiccataque ſolibus, iterum ex aqua trita ac [6] repoſita, donec [7] conſidat, & digeri poſſit in paſtillos. [a] Coquitur in calicibus crebro cõcuſſu. Eſt in medicaminibus & Chia terra candicans, effectus [8] eius, qui Samiæ. Vſus ad mulierum maximè cutem. Idem & Selinuſię. Lactei coloris eſt hæc, & aqua dilui celerrima. [9] Eademque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpolantur. [10] Pignitis Eretriæ [b] ſimillima eſt, grandioribus tantùm glebis & glutinoſa, cui effectus idẽ qui Cimoliæ, infirmior [11] tamen. Bituminis ſimillima eſt ampelitis. Experimentum eius, ſi ceræ modo accepto oleo liqueſcat, & ſi nigricans colos maneat toſtæ. Vſus ad molliendum diſcutiendumq;. Ad hæc medicamentis additur, præcipueque in callibleparis & inficiendis capillis.

2 collyriõ. M. & Dioſ.
3 lævis. Vet. lenis. M.
4 globoſior. M.

5 ſi ære producatur. M.

6 depoſita. Vet.

7 ſidat. M.

8 eiuſdem. M.

9 Ea lacte. Vet.
10 Pnigitis. Dioſc.

11 tantùm. M.

ANNOTATIONES.

a Aliam cocturæ rationem vide apud Dioſcoridem ca. 171. li. 5.
b Galeno nigra & bituminoſa, qualis Thracius lapis. Ligni & carbonis vice Phryſij ampelitide vruntur, quam *Steinkolu* vocant.

Creta genera ad veſtium vſus, Cimolia, Sarda, Vmbrica, ſaxum, argentaria. CAP. XVII.

CRetæ plura genera. Ex iis Cimolię duo ad Medicos pertinentia, cãdidum, & ad [1] purpuriſſum inclinans. Vis vtrique ad diſcutiendos tumores, & ſiſtendas fluxiones aceto aſſumpto. Panos quoque & parotidas cohibet: & lichenas illita, puſtulaſque: Si verò aphronitrum [2] & nitrum adijciatur & acetum, & pedum tumores ſanat, ita [3] vt in Sole curatio hæc fiat, vt poſt ſex horas aqua ſalſa abluatur. Teſtium tumoribus [4] Cypria cera addita prodeſt. Et refrigerandi quoque [5] natura cretæ eſt: ſudoreſq; immodicos ſiſtit illita. Atque [6] ita papulas cohibet ex vino [7] ſumpta in balineis. Laudatur maximè Theſſalica. Naſcitur & in Lycia circa Buboně. Eſt & alius Cimoliæ [a] vſus in veſtibus. Nam Sarda, quę affertur è Sardinia, candidis tantùm aſſumitur, inutilis [8] verſicoloribus: & eſt viliſſima omnium Cimoliæ generum: pretio ſior Vmbrica, & quam vocant ſaxum. Proprietaſq; ſaxi, quòd creſcit in macerando: atque pondere emitur, [10] illa menſura. Vmbrica non niſi poliendis veſtibus aſſumitur. Neque enim pigebit hanc quoque partem attingere, cùm lex Metella extet fullonibus dicta, quam [11] C. Flaminius, L. Æmilius Cenſores dedêre ad populum ferẽdam. Adeò omnia maioribus curæ fuere. Ergo ordo hic eſt: primùm abluitur veſtis Sarda: dein ſulphure ſuffitur: mox deſquamatur Cimolia, quę eſt coloris veri. [12] Fucatus enim deprehenditur, nigreſcitque, & [13] effunditur ſulphure. [14] Veros autem & pretioſos colores emollit Cimolia, & quodã nitore exhilarat contriſtatos ſulphure. Candidis veſtib. ſaxum vtilius à ſulphure, inimicum coloribus. Græcia pro Cimolia Tymphaico vtitur gypſo. Alia creta [b] argentaria appellatur nitorem [15] argento reddens. Eſt & viliſſima, [c] qua [16] Circum prædůcere ad victoriæ notã, [d] pedeſq; vænalium trans mare aduectorum denotare inſtituerunt maiores. Talemque [17] Publium mimicę ſcenę conditorem, & Aſtrologię conſobrinum eius [18] Manlium Antiochũ, item Grammaticę [19] Taberium Erotem, eadem naue aduectos videre proaui.

1 purpureum. Dioſc.

2 & æs Cyprium admiſceatur, & acetum. Vet. & Cypriũ admiſceatur, & acetum. M. Lego, alumen Cyprium.
3 vt mirabilis curhęc fi & poſt. M.
4 Cypro. & cera additis. Lego, Cyprino cerato addito.
5 cerea natura. M.
6 etiam. Vet.
7 aſſumpta. M.
8 verſicoloribus. Ac eſt viliſſima 6. Cim. generũ Vmbrica. M.
9 Proprietas ſaxi. M.
10 alia. Dal. ſub. cretaemitur.

11 M. Flaminius. M.
12 Fucata. Dal. adulterata.
13 finditur. M. offinditur. Vet.
14 Verus autẽ & pretioſus colos emollit Cimoliã. M. haud redãt Lego, Verus autẽ & pretioſus color emollitur Cimolia, & quodã nitore exhilaratur, cõtriſtatus ſulphure.
15 argenteum. M.
16 circum ducere ad victoriam noſtrã. M.
17 Publium Luciliũ. M. Potium. Vet.
18 Manilium. M.
19 Tiberium Er. eadna. aduectũ. M. Lego, Staberium. ex Suet.

ADDI-

a Vide Guillelmum cap.8.lib.2.Varia.Lipsium cap.13.libElector.
b Annulariam eam vocat suprà cap.6.huius libri.
c Seneca epist.109.cretam in Circo, calcem nempe, carcerem antiquis vocatam fuisse scribit. Persio cretata ambitio eorum qui honores petebant,seruilis,& summissa conditio,humilis,abiecta. Albæ lineæ in Circo meminit Cassiodorus 3. Variar. Alba linea,inquit,non longè ab ostijs,in vtrumque podium,quasi regula directa producitur,vt quadrigis progredientibus inde,certa men oriretur,ne dum properè conantur elidere,spectandi voluptatem viderentur populis abrogare. Quidam volunt triumphantibus aut quantibus Romanis ducibus in more fuisse, vt indicio publici gaudij Circus creta dealbaretur, quemadmodum accepta clade populus vestem mutabat, & pullam lugubremque sumebat. Ad albam lineam Cassiodori pertinent hi Vergilij versus,

-signoq; repenti
corripiunt spatia audito, limenque relinquunt.

In quibus Seruius limen exponit regulam, vel signum de creta factum. Eius meminit & Martialis lib.8.

Omnis habet sua dona dies, nec linea dines
cessat, & in populum multa rapina cadit.

De hac Circensi creta vide Rhodig.cap.14.lib.5.
d Iuuenalis, *Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.*
Tibullus gypsatos pedes vocat,& Ouidius in Amoribus,

Nec tu si quis erit capitis mercede redemptus,
Despice gypsati nomen inane pedis.

Mancipiorum pedes creta signabantur,cum heri sigillo si prinati hominis essent, si publica Reipublicæ. Itaque cælatos seruos Propertius appellat elegia 5.lib.4. Fuit & Asiaticis signatoria creta,qua ceræ loco literas obsignabant. Victorius cap. 4. libr. 14. Cretæ vsum etiam fuisse ad ornandam exhilarandamque faciem adnotarum cap. 8.lib.28.ex Horatio:ac fortassis illa quidem creta fuit,qua pilos vitorum euelli auctor scripsit cap.10.lib.14.

Qui & quorum liberti prapotentes. CAP. XVIII.

1 referat aliquis, quos literarum honor cõmendat.M.
2 rectiorem.M. is fortassis, de quo ca.5.lib.28.
3 Potaugenque.M.
4 H-larum.M.

SEd quid hos [1] refero aliquo literarum honore commendatos? Talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ, Amphionẽ Q.Catuli, [2] Heronem L.Luculli, Demetrium Põpeij, [3] Augenq; Demetrij, quanquã & ipsa Põpeij credita est: [4] Hipparchum M.Antonij, [a] Menã & Menecratem Sex.Pompeij, alioſq; deinceps, quos enumerare iam non est, è sanguine Quiritium & proscriptionum licentia ditatos. Hoc est in signe vænalitijs gregibus, opprobriúmque insolentis fortunæ: [5] quod & nos adeò potiri rerum vidimus, [b] vt Prætoriæ quoque ornamenta decerni à Senatu iubente [6] Agrippina Cl.Cæsaris viderimus libertis: tantúmque non cum laureatis fascibus remitti illò, vnde cretatis pedibus aduenissent.

5 quos & nos. Vet.

6 Agrippinæ & Claudij. M.

ANNOTATIONES.

a Menam Sex.Pompeij libertum, transfugam, aurei anuli iure, quod senatoribus ac equitib. solis permittebatur, donatum fuisse Dion scribit. Rhodig.cap.12.lib.6.
b Idem ferè Tibullus,

Nota loquor, regna ipse tenet, quem sæpe coëgit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

De Pallante Claudij liberto, cui decreta sunt ornamenta prætoria, & H-S centies quinquagies, vide Lipsium in Tacitum.

De terra ex Galata, terra Clupea, terra Balearica, terra Ebusitana. CAPVT XIX.

1 reddam. Natura terræ ex Galata. M.

PRæterea sunt genera terræ proprietatis suæ, de quibus iam diximus: sed & hoc loco [1] reddenda natura. Ex Galata insula, & circa Clupeam Africæ, scorpiones necat: Balearis & Ebusitana serpentes.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXXV.

PROOEMIVM.

Naturæ lapidum, ac marmorum luxuria. CAP. I.

1 succinis, crystallinis, murrhinisq;. M.

LAPIDVM natura restat, hoc est, præcipua morum insania, etiam vt gemmæ cum [1] succinis, atque crystalli cum murrhinis sileantur. Omnia nanque, quæ vsque ad hoc volumen tractauimus, [2] hominum causa genita videri possunt. Montes natura sibi fecerat ad quasdam compages [3] telluris visceribus densandas, simul ad impetus fluminum [4] domandos, fluctusque frangendos, ac minimè quietas partes coërcendas durissima sui materia. Cædimus hos, [5] trahimusq; nulla alia, quàm deliciarum, causa, quos transcendisse quoque mirum fuit. In portento propè maiores habuere Alpeis ab Annibale exuperatas, & postea à Cimbris: nunc ipsæ cedũtur in mille genera marmorum: promontoria aperiuntur mari, & rerum natura agitur in planum. Euehimus ea, quæ separandis gẽtibus pro terminis constituta erant: nauésque marmorum causa fiunt, ac per fluctus, sequissimam rerum naturæ partem, huc illucq; portantur iuga montium, maiore etiamnum vesania, quàm cùm ad [6] frigidos potus vas [7] petitur in nubila, cęlóque proximę rupes cauantur, vt bibatur [8] glacie. Secum quisque cogitet, quæ pretia [8] horum audiat, quas vehi trahiq; moles videat. Sed & quàm sine his multorum fuerit beatior vita, ad quámque multorum neces sit necesse ista facere, imò verius pati mortaleis, quos [9] ad vsus, quásve ad voluptates alias, nisi vt inter maculas lapidum iaceant: ceu verò non tenebris noctium dimidiæ parti vitæ cuiusque gaudia hæc auferentibus. Ingens ista reputantem subit etiam antiquitatis rubor. Extant Censoriæ leges, [b] glandia in cœnis, gliresq;, & alia [10] dictu minora apponi vetantes. Marmora inuehi, & maria huius rei causa transiri, quæ vetaret, lex nulla lata est.

2 homini aliqua ex caussa genita. Vet.
3 in tellaris. Vet.
4 frangendos, fluctusque domandos. M.
5 extrahimus. Vet.
6 frangendos. M.
7 portatur. Vet.
8 harũ &c. videt. Vet.
9 ob. M.
10 delicatiora. M.

ANNOTATIONES.

a Nam crystallum glaciem concretam multorum annorũ spatio & seculorum æuo credidit Plinius.
b Priscianо, intestini partem: alijs, cervicis suprema glandulis referta.

Quis primus marmor in publicis operibus ostenderit. CAP. II.

DIcat fortassis aliquis: non enim inuehebantur. Id quidem falsò. Trecentas lx. columnas M.Scauri Ædilitate ad scenam theatri temporarij, & vix vno mense futuri

futuri in [1] vſu, viderunt portari ſilentio legum. Sed publicis [2] nimirùm indulgentes voluptatibus. Idipſum cur? aut qua magis via irrepunt vitia, quàm publica? Enimuero non alio modo in priuatos vſus illa venêre, ebora, aurum, gemmæ: [3] aut quid omnino Dijs relinquimus? Verùm eſto, indulſerint publicis voluptatibus, etiámne tacuerunt maximas earum, atque adeò duodequadragenûm pedum, Lucullei marmoris in atrio Scauri collocari? Nec clàm illud occultéque factum eſt. Satiſdari ſibi damni infecti [4] egit redemptor cloacarum, cùm in Palatium extraherentur. 5 Non ergo in tam malo exemplo moribus cauere vtilius fuerat, quàm tacere tantas moles in priuatam domum trahi præter fictilia Deorum [6] faſtigia?

[1] in vſum. Vet. [2] nimium. Vet.

[3] & quid om. Di relinquimus rerũ? eſto. M.

[4] coegit. M. [5] Par ergo fuerat vitam malo exẽplo cauere, nec aliàs tacere. M. [6] simulachra. M. faſtidia. Vet. [7] primum. M.

Quis [1] primus peregrino marmore columnas habuerit Romæ. CAP. III.

NEc poteſt videri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepſiſſe quodam [2] vitæ rudimento. Iam enim L. Craſſum Oratorem illum, qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem [3] Palatio, Hymettias [4] tamen nec plures [5] ſex aut longiores duodenûm pedum, M. Brutus in iurgijs ob id Venerem Palatinam appellauerat. Nimirùm iſta [6] omiſere moribus victis: fruſtraq; interdicta quę vetuerant cernentes, nullas potiùs, quàm irritas, eſſe leges maluerunt. Qui nos ſequentur, meliores non eſſe probabunt. Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet? Sed priùs, quàm de marmoribus dicamus, hominum in ijs præferẽda [7] dicemus pretia. Antè igitur [8] artifices percenſebimus.

[1] vti. M. [2] atrio. M. [3] tamen, in Vet. ſ. [5] ſexagintа. M.

[6] omiſere: & moribus ac vitijs fruſtra interdicta quæ vetuerant cernentes, nullas potiùs quàm irritas leges eſſe maluerunt.

[7] iudicamus. M. indicemus. Vet. [8] ſpp. M.

Qui primùm laudati in marmore ſcalpendo, & quibus temporibus. CAP. IIII.

MArmore ſcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis geniti in Creta inſula, etiamnum Medis imperãtibus, priuſq; quàm Cyrus in Perſis regnare inciperet, hoc eſt, Olympiade circiter L. Ii Sicyonem ſe contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria. Deorum quorundam ſimulacra publicè locauerant Sicyonij, quæ priùs quàm abſoluerentur, artifices iniuriam queſti abierunt in Ætolos. Protinus Sicyonios [1] fames inuaſit ac ſterilitas, mœrorq; dirus. Remedium petentibus Apollo Pythius affuturum reſpondit, ſi Dipœnus & Scyllis Deorum ſimulacra perfeciſſent. Quod magnis mercedibus obſequiiſque impetratum eſt. Fuere autem ſimulacra ea Apollinis, Dianæ, Herculis, Mineruæ, quod è cælo poſteà tactum eſt.

[1] infanda inuaſit ſterilitas. M.

Nobilitates operum & artificum in marmore [1] c x x v i. de marmore Pario, & Mauſoleo. CAP. V.

CVm ii eſſent, iam fuerant in Chio inſula Malas ſculptor, dein filius eius Micciades, ac deinde nepos Anthermus Chius, cuius filij [a] Bupalus & Anthermus clariſſimi in ea ſcientia fuere, Hipponactis Poëtæ ętate, quẽ certum eſt lx. Olympiade fuiſſe. Quòd ſi quis horum familiam ad proauum vſque retro agat, inueniet artis eius originem cum Olympiadum origine cœpiſſe. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat: quamobrem imaginem eius laſciuia iocorum [2] ij propoſuere ridẽtium circulis. Quod [b] Hipponax indignatus, [3] amaritudinem carminum diſtrinxit in tãtum, vt credatur [4] aliquibus ad laqueum eos compuliſſe: quod falſum eſt. Complura enim in finitimis inſulis [5] ſimulacra poſteà fecere, ſicut in Delo, quibus ſubiecerunt carmen, non vitibus tantùm cenſeri Chium, ſed & operibus Anthermi filiorum. Oſtendunt & Iaſij Dianam manib. eorum factam. Et in ipſa Chio narrata eſt operis eorum Dianæ facies in ſublimi poſita, cuius vultum intrãtes triſtem, exeũtes [6] exhila-

[1] CCCXXVI. M.

[2] in promptu fœdæ. M. [3] amaritudine carminum diſtrinxit eos in tantum. M. [4] aliquos ex iis ad laqueum. Vet. aliquos eorũ ad laqueos. M. [5] ſimulacra deorum poſtea. M.

[6] exhilararum putãr. Romæ ſigna eorum ſunt in Palatina æde Apollinis in faſtigio, & in omnibus ferè quę Diuus Auguſtus fecit. Patris quoque eorum & Deli fuere opera, & in Lesbo inſula. Dipœni quidem Ambracia, Argos, Cleone, operibus refertæ fuere. Omnes autem tantùm candido marmore vſi ſunt è Paro inſula; quem lapidem cœpere lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cędererur, vt autor eſt Varro, multis poſteà candidioribus repertis, nuper etiam in Lunenſium lapidicinis. [c] Sed in Pariorum mirabile proditur, gleba lapidis vnius cuneis diuidentium ſolura, imaginem Sileni intus extitiſſe. Non omittendum, hanc artem tantò vetuſtiorem fuiſſe, quàm picturam aut ſtatuariam, quarum vtraque cum Phidia cœpit lxxxiii. [7] Olympiade, poſt annos circiter cccxxxii. Et ipſum [d] Phidiam tradunt ſcalpſiſſe marmora, Veneremque eius eſſe Romę in Octauiæ [8] operibus eximiæ pulchritudinis. [9] e Alcamenem Athenienſem (quod certum eſt) docuit in primis nobilem, [10] cuius ſunt operą Athenis complura in ædibus ſacris, præclaraque Venus extra muros, quæ appellatur Aphrodite [11] ἐν κήποις. Huic ſummam manum ipſe Phidias impoſuiſſe dicitur. [12] Eiuſdem diſcipulus fuit Agoracritus Parius, ei ętate gratus. Itaque è ſuis operibus pleraque nomini eius donaſſe fertur. Certauere autem inter ſe ambo diſcipuli in Venere facienda. Vicitque Alcamenès non opere, ſed ciuitatis ſuffragijs, contra peregrinum [13] ſuo fauentis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuum vendidiſſe traditur, ne Athenis eſſet, & appellaſſe Nemeſim. Id poſitum eſt Rhamnunte pago Atticæ, quod M. Varro omnibus ſignis prætulit. Eſt & in Matris magnæ delubro in eadem ciuitate Agoracriti opus. Phidiam clariſſimum eſſe per omnes gentes, [f] quæ Iouis Olympij famam intelligunt, nemo dubitat: [14] ſed vt meritò laudari ſciant etiam qui opera eius non viderunt, proferemus argumenta parua & ingenij tantùm. Neque ad hoc Iouis Olympij pulchritudine vtemur, non [g] Mineruæ Athenis factæ amplitudine, cùm ſit ea cubitorum xxvi. ebore hęc & auro conſtat: ſed ſcuto eius, in quo Amazonum prælium cælauit intumeſcente ambitu parmę, eiuſdem concaua parte Deorum & gigantum dimicationem, in ſoleis vero Lapitharum & Centaurorum: adeò momenta omnia [15] compacta artis illius fuere. In baſe autem quod cælatum eſt, Pandoras geneſin appellauit. Ibi Dij ſunt [16] xxx. numero naſcentes, Victoria pręcipuè mirabili. Periti mirantur & [17] ſerpentem, & ſub ipſa cuſpide æream ſphingem. [18] Hæc ſunt obiter dicta de artifice nunquam ſatis laudato, ſimul vt noſcatur illam magnificentiam ęqualem fuiſſe & in paruis. Praxitelis ætatem inter ſtatuarios diximus, qui marmoris gloria ſuperauit *etiam* ſemet. Opera eius ſunt Athenis [h] in Ceramico, ſed ante omnia, & non ſolùm Praxitelis, verùm & in toto orbe terrarum Venus, quam vt viderent multi, nauigauerunt Gnidum. Duas fecerat, ſimulſque vendebat, alteram velata ſpecie, quam ob id quidem prætulerunt optione, quorum conditio erat, Coi, cùm alteram etiam eodem pretio detuliſſet, ſeuerum id ac pudicum arbitrantes: reiectam Gnidij emerunt, immenſa differentia famę. Voluit eam poſteà à Gnidijs mercari rex Nicomedes, totum æs ciuitatis alienum, quod erat ingens, diſſoluturum ſe [19] promittens. Omnia perpeti maluere, nec immeritò. Illo enim ſigno Praxiteles [20] nobilitauit Gnidum. Ædicula eius tota aperitur, vt conſpici poſſit vndique effigies Deæ, fauente ipſa, vt creditur, facto. Nec minor ex quacunque parte admiratio eſt. Ferunt amore captum quendam, cùm delituiſſet noctu, ſimulachro cohæſiſſe, [21] eiuſque cupiditatis eſſe indicem maculam. Sunt in Gnido & alia ſigna marmorea illuſtrium artificum, Liber pater Bryaxidis, & alter Scopæ, & Minerua: [22] nec maius aliud Veneris Praxitelicæ ſpecimen, quàm quòd inter hæc ſola memoratur. Eiuſdem eſt & Cupido obiectus à Cicerone [23] Verri, [i] ille propter quem Theſpiæ viſebantur, nunc in Octauię [k] ſcholis poſitus. Eiuſdem & alter nudus in Pario colonia Propontidis, par Veneri Gnidiæ nobilitate & iniuria. Adamauit enim eum

[7] ludorũ Olympic. M.

[8] pontificibus. Vet. [9] Alcamenes. M. [10] cuius opera Athenienſes complura in ædib. ſacris potuere, præclaramque Venerem extra muros, quæ appellatur Aphrodite ἐν κήποις extra. M. [11] ἐφ' ὑδατι. Vet. nihil mouco, ira vocat Paſſeus. [12] Ipſius. Vet.

[13] ciui ſuo. Vet.

[14] ſedẽ vt M. & meo & qui op.

[15] cõperta artifi illius. Vet. compenta artis illi fuere. Vet. [16] xx. M. [17] ſipem. Vet. [18] Hæc ibi ſunt dicta. M.

[19] repromittẽs. M. & Vet. [20] nobilitauerat M.

[21] eiuſdẽ cupiditatis. M. [22] tuc nomine Veneris Praxitelicæ clarius aliud ſpecimen. M.

[23] Verri ille genuinus, quo Theſpiæ viſebantur. M.

Alchidas Rhodius, atque in eo quoque ſimile amoris veſtigium reliquit. Romæ Praxitelis opera ſunt, [24] Flora, Triptolemus, Ceres in hortis Seruilianis, boni Euentus & bonæ [1] Fortunæ ſimulachra in Capitolio: [25] item & Mænades, & quas Thyadas vocant, & [26 m] Caryatidas, & Sileni in Aſinij Pollionis monumentis, & Apollo & Neptunus. Praxitelis filius Cephiſſodorus rei & artis hæres fuit. [27] Cuius laudatum eſt Pergami [n] ſymplegma, ſignum nobile, digitis corpori veriùs, quàm marmori, impreſſis. Romæ eius opera ſunt Latona in Palatij delubro: Venus in Aſinij Pollionis monumentis: & intra Octauiæ porticus in Iunonis æde Æſculapius ac Diana. [28] Scopæ laus cum his certat. Is fecit Venerem & Pothon & Phaethontem, qui [29] Samothracię ſanctiſſimis ceremonijs coluntur. Item [o] Apollinem Palatinũ, Veſtam ſedentem laudatam in Seruilianis hortis, duaſque [p] chametæras circa eam, quarum pares in Aſinij monumentis ſunt, vbi & Canephorus eiuſdem. Sed in maxima dignatione Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipſe, & Thetis, atque Achilles, Nereides ſupra Delphinos & cete & [q] hippocampos ſedentes. Item tritones, [r] chorúſque Phorci & priſtes, ac multa alia [30] marina, omnia eiuſdem manus, præclarum opus etiam ſi totius vitæ fuiſſet. Nunc verò præter ſuprà dicta, quæque neſcimus, Mars eſt etiamnum [31] ſedens coloſſeus eiuſdem in templo Bruti Callaici apud Circum eundem ad Labicanam portam eunti. Prętereà Venus in eodem loco nuda Praxitelicam illam Gnidiam antecedens, & [32] quencunque alium locum nobilitatura. Romæ quidem magnitudo [33] operum eam obliterat, ac magni officiorum negotiorumque acerui omnes à contemplatione talium abducũt, quoniam otioſorum & in magno loci ſilentio apta admiratio talis eſt. Qua de cauſa ignoratur artifex eius quoque Veneris, quam Veſpaſianus Imperator in operibus Pacis ſuæ dicauit, [34] antiquorum dignam fama. Par hæſitatio eſt in templo Apollinis [s] Soſiani, Nioben cum liberis morientem Scopas an Praxiteles fecerit: item Ianus pater in ſuo templo dicatus ab Auguſto ex Ægypto aduectus, vtrius manus ſit, iam quidem & auro occultatus. Similiter in Curia Octauiæ quæritur de Cupidine fulmen tenente. Id demum affirmatur, Alcibiadem eſſe principem [35] forma in ea ætate. Multa in eadem ſchola ſine autoribus placent. Satyri quatuor, ex quibus vnus [36] Liberum patrem palla velatus humeris præfert: alter Liberum ſimiliter: tertius ploratum infantis cohibet: quartus cratere alterius ſitim ſedat: duæque Auræ velificantes ſua veſte. Nec minor quæſtio eſt in [t] Septis, [37] Olympum & Pana Chironémque cum Achille qui fecerint, præſertim cùm capitali ſatiſdatione fama iudicet dignos. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum, & [u] Leocharem, de quibus ſimul dicendum eſt, quoniam pariter cælauere Mauſoleum. Sepulchrum hoc eſt ab vxore Artemiſia factum Mauſolo Carię regulo, qui obijt Olympiadis centeſimæ anno ſecundo. [38] Opus id vt eſſet inter [x] ſeptem miracula ij maximè artifices fecere: Patet ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes, breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos xi. attollitur in altitudinem x x v. cubitis: cingitur [39] columnis x x x v i. Ab Oriente cælauit Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occaſu Leochares. Priuſque quàm peragerent, regina Artemiſia, quæ mariti memorię id opus extrui iuſſerat, obijt. Non tamen receſſerunt, niſi abſoluto iam, id glorię ipſorum artiſque monumentum iudicantes: hodieque certant manus. Acceſſit & quintus artifex. [40] Nãque ſuprà [y] pteron pyramis altitudine inferiorem æquauit, x x i i i i. gradibus [41] in metæ cacumen ſe contrahens. In ſummo eſt quadriga marmorea, quam fecit Pythis. [z] Hæc adiecta c x l. pedum altitudine totum opus includit. Timothei manu Diana Romæ eſt in Palatio, Apollinis delubro, cui ſigno caput repoſuit Aulanius Euander. In magna admiratione eſt & Hercules Meneſtrati: & Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cuius contemplatione admonent æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt. Non poſtferuntur & Charites in [42] propyłęo

24 Chloris. Vet.

25 in Mænades, quas & Thyadas Vet. item & Mænadum, quas Thyadas. Alij Vet.

26 Caryatides Vet. Cariatidas. Alij.

27 Huius. Vet.

28 Scopas quũ his certans fecit Venerẽ & Phaetont. M. Scopæ laus cum his certãtis fecit Ven. Vet.

29 Samothrace sanctis M.

30 marina, eiuſdem omnia, magnum & præcl M. marina, eiuſdẽ manus omnia, magnũ & præcl. Vet.

31 ſedes Coloſſus. M.

32 quæcunque al. loc. nobilitant. M.

33 operum eſt iam obliterata à magnis officiorum negotiorũque aceruis, quę omnes à contemplatione talium abducunt. Vet. operum eſt iam obliterata à magnis officiorũ & negotiorũ, qui aceruatim omnes ad contẽplationẽ talium ducunt. M.

34 antiquarum M.

35 forma & ætate. M.

36 Liberũ palla velatum præfert. Vet.

37 Olympum, Chironem cum Achille, & Pana qui. M.

38 Opus idem inter ſeptem quod hi max. M.

39 col. xxxvi. Pteron vocauere. Alij Orion. Turn. ex Vet.

40 Namque pterõ ſit perioris pyramidis, altitudinem. M. Namque ſupra ptera pyramis altitudinem inferiorũ. Vet. altitudine inferiora. Vet.

41 ſummũ cac. ſe con. M.

42 Peiræo M. propyłeis. Vet.

lęo Athenienſium, quas [A] Socrates fecit, alius ille quàm pictor, idem [43] vt aliqui putant. Nam Myronis illius, [44] qui in ære laudatur, anus ebria eſt Smyrnæ in primis inclyta. Pollio Aſinius, vt fuit acris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit. In ijs ſunt Centauri nymphas gerentes [45] Archeſitæ, Theſpiades Cleomenis, Oceanus & Iupiter [46] Entochi, [47 B] Hippiades Stephani, [48 C] Hermerotes Tauriſci, nõ cælatoris illius, ſed Tralliani. Iupiter hoſpitalis Pamphili Praxitelis diſcipuli. Zetus & Amphion [49] ac Dirce [D] & taurus, vinculúmque ex eodem lapide, Rhodo aduecta opera Apollonij & [50] Tauriſci. [E] Parentum ij certamen de ſe fecere. Menecratem videri profeſſi, ſed eſſe naturalem Artemidorum. Eodem loco Liber [51] pater. Eutychidis laudatur ad Octauiæ verò porticum Apollo Philiſci Rhodij in delubro ſuo. Item Latona & Diana, & Muſæ nouem, & alter Appollo nudus. Eum, qui citharam in eodem templo tenet, Timarchides fecit. Intra Octauiæ verò porticũs in ęde Iunonis ipſam Deam Dionyſius & Polycles: aliam Venerem eodem loco Philiſcus. [52] Cętera ſigna Praxiteles. Item Polycles & Dionyſius Timarchidis filij Iouem, qui eſt in proxima ęde, fecerunt. Pana & Olympum luctantes, eodem loco Heliodorus, quod eſt alterum in terris [53] ſymplegma nobile: Venerem lauantem ſeſe. Dædalum [54] ſtantem [55] Polycharmus. Ex honore apparet in magna autoritate habitum Lyſię opus, quod in Palatio ſuper arcum Diuus Auguſtus honori Octauij patris ſui dicauit in ædicula columnis adornata. Id eſt quadriga currufq;, & Apollo ac Diana ex vno lapide. In hortis Seruilianis reperio laudatos, Calamidis Apollinẽ illius cęlatoris, [56] Dactylidis Pythias, Amphiſtrati Calliſthenem hiſtoriarum ſcriptorem. Deinde multorum obſcurior fama eſt, quorundam claritati in operibus eximijs obſtante numero artificum, quoniam nec vnus occupat gloriã, nec plures pariter nuncupari poſſunt, ſicut in Laocoonte, quj eſt in Titi Imperatoris domo, opus omnibus & picturæ & ſtatuarię artis præferendum. Ex vno lapide [F] eum [57] & liberos draconumq; mirabiles nexus de conſilij ſententia fecere ſummi artifices Ageſander & Polydorus & Athenodorus Rhodij. Similiter Palatinas domos Cęſarum repleuere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, & ſingularis Aphrodiſius Trallianus. Agrippæ Pantheum decorauit Diogenes Athenienſis: & Caryatides in columnis templi eius probantur inter pauca operum: ſicut in faſtigio poſita ſigna, ſed propter altitudinem loci minùs celebrata. [58] Inhonorus eſt, nec in templo vllo Hercules, ad quem Pœni omnibus annis [G] humana ſacrificauerunt [59] victima, humi ſtans, ante aditum porticus [H] ad nationes: Sitę fuere & Theſpiades ad ædem Felicitatis, quarum vnam [60] adamauit eques Romanus Iunius Piſciculus, vt tradit Varro: admiratur & Paſiteles, [61] qui & quinque volumina ſcripſit nobilium operum in toto orbe. Natus hic [62] in Græcię Italiæ ora, & ciuitate Romana donatus [63] cũ ijs oppidis, Iouem fecit eburneum in [64] Metelli æde, quà campus petitur. Accidit [65] ei, cùm in naualibus, vbi feræ Africanę erant, per caueam intuens leonem cælaret, vt ex alia cauea panthera erumperet, non leui periculo diligentiſſimi artificis. Feciſſe opera complura dicitur: ſed quæ fecerit, nominatim non refertur. Arceſilaum quoque magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, [66] aligeroſque ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calcearent [67] ſoccis, omnes ex vno lapide. Idem & [68] à Coponio x i i i i. nationes, quæ ſunt circa Pompeij, factas autor eſt. Inuenio & Canachum laudatum inter ſtatuarios, feciſſe marmorea. Nec [69] Sauron atque Batrachum obliterari conuenit, qui fecere templa Octauiæ porticibus incluſa, natione [70] ipſi Lacones. Quidam & opibus præpotentes fuiſſe eos putant, ac ſua impenſa conſtruxiſſe, inſcriptionem ſperantes. Qua negata, hoc tamen [71] alio loco & modo ſurpaſſe. Sunt certè etiamnum in columnarũ [72] ſpiris inſcalpta nominum eorũ [73] argumento, rana atque lacerta. In Iouis æde extitiſſe picturam, cultuſque reliquos

43 vt quidã alij part. M.

44 qui ære laud. M.

45 Archeſilaus. M.

46 Chiron. M. Entochi: Hippiades: Hermerotes Taur. &c. Vet.

47 Heſperides. Quidam. Hippe Alij.

48 Hermæ & Eroles Tauriſci. Vet. Meropes Sol, non cælatoris. M.

49 & Dirce. M.

50 Tauriſci parentũ. Ii. M. Tauriſci. Pat autem ij certantes de ſe iudiciũ fecere Vet.

51 Euthycratis. M.

52 Cætera ſigna Praxitelis filij in Iouis ęde, quę proxima eſt, fecerunt. M.

53 ſympegma M.

54 adſtantem. M.

55 Polycharmus: ex quo apparet in magni honoris autoritate habitũ. Lyſiæ. Vet.

56 Decercitis Pythiũ. M.

57 ac M.

58 In honore eſt & in templo illo. Vet. Berardi.

59 victima ante aditum porticus ad nationes ſitæ, humi ſtãs. Fuere M.

60 amauit M.

61 qui etiam. M

62 in Græcia Ital M. in Græciæ Italiæ ora Vet.

63 cum ſuis oppidis. Vet.

64 Vitelli. M.

65 vero. M.

66 puerosque. M.

67 ſoccos. M.

68 à Q. Punto &c quæ ſunt circa Pompeium. M.

69 Samum. M.

70 ipſos. M. & ipſi. Vet.

71 alio modo M.

72 epiſtylijs. M.

73 argumenta. M.

omnes fœmineis argumentis constat. Etenim facta Iunonis æde cùm inferrentur signa, permutasse geruli traduntur: & id[74] religione custoditum, velut ipsis[75] Dijs sedem ita partitis. Ergo & in Iunonis æde cultus est,[76] qui Iouis esse debuit. Sunt & in paruis marmoreis famam consecuti, [1] Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca: & Callicrates, cuius formicarum pedes atque alia membra peruidere non est.

74 religioni M.

75 Dijs sc. dedenib. Apparet ergo quod in M.

76 qui in Iunis. M. qui Iouis esse debebat. Vet.

ANNOTATIONES.

a Primus is fortunam fecit φερέσολον, vt ait Pindarus, polum capite gestantem, & altera manu τὸν τῦς ἀμαλθείας κέρατ. Rhodig. ca. 14. lib. 18. Sculpsit & Charitas in Attali conclaui apud Pergamenos, quæ ob artificij præstantiam ostentabantur, & Charitas apud Smyrnæos. Pausanias.

b Vide Hadr. Iun. cap. 16. lib. 1.

c Apud Ciceronem lib. 1. de diuinat. Carneades narrat in Chiorum lapicidinis saxo diffisso Panisci caput extitisse. Apud Origenem lib. τῶν φιλοσοφουμένων Xenophanes Colophonius tradit, in lapicidinis, quæ Syracusis propinquæ sunt, inuentas esse pisciũ & phocarum figuras in profundissima vena marmoris Parij, lauri imaginem. Theodorus Canterus cap. 15. lib. 1. Variar.

d Ob eius in hac arte insignem excellentiam, ac præstantiam, iactarum Græcis prouerbium fuit, φαιδίου χεῖρον ψηφίσηεν, cũ pax παλλιμεφῶ esse, videanturq; gigni pacis tempore formosiores pueri, vel etiam à pictoribus imagines, & scalptoribus statuę pulchriores fingi. Leopardus cap. 15. lib. 5.

e Cicero 2. de natur. deo. Et quidem, inquit, laudamus Athenis Vulcanum eum quem fecit Alcamenes, in quo stante ac vestito leuiter apparet claudicatio non deformis. nimirum τῦ κυλλοποδίου.

Victor. cap. 19. lib. 29.

f Eo simulachro perfecto Phidias interrogatus vnde id propemodùm è cælo petitum lineamenta eboris amplexus fuisset, respondit ex Iliad. α.

ἦ, καὶ νεύσεν κρὶ κυανέῃσιν ὀφρύσιν·
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. Valer. cap. 7. lib. 3.

g Lemniam fuisse vocatam quòd eam Lemnij dedicassent, Pausanias scribit lib. 1.

h Prope Ceramicum vicum, & in ipsius aditu Pausanias libr. 1. Praxitelis opera duo fuisse tradit, alterum statuam equestrem, alterum Neptunum qui in equo sedens Polyboren gigantem hasta petit. Vide quod adnotarum est cap. 12. lib. 35.

i Pausanias in Bæoticis, C. Cæsarem ideò necarum putat, quòd eam imaginem sustulerit: eadem etiam caussa interfectum Neronem, quòd illam Thespias reportatam iterum demolitus sit. Victorius cap. 21. lib. 18.

k Schola in balneis, labri siue balnei summa pars, in qua qui nondum lauissent sedentes expectabant, donec exirent qui priores occupauerant: in porticibus verò locus in quem philosophi conuenientes considebant, conquiescunt & disputant. Rhodig. ca. 20. lib. 30. Vide quod adnot. est in cap. 10. lib. 35.

l Vide Alex. ab Alex. cap. 13. lib. 1.

m Caryatidum historiam vide apud Vitruuium cap. & lib. 1. & Philandri in eum locum adnotationes: quibus adde ex Pausan. li. 3. & 4. in historia Aristomenis, Caryas virum esse non longè à Lacedæmone, Dianæ & Nymphis sacrum, vbi ad Caryatidis Dianæ templum & signum virgines Lacænę anniuersarium sacrum faciunt, & patrio ritu saltant: vnde eæ Caryatides dictæ.

n Complexus duorum puellorum, mutuò sese osculãtium: vel duorum collustantium: vt mox hoc ipso capite.

o Cuius simulachrum Lucullus aduexit ex Apolloniatarum insula, suprà cap. 13. lib. 4.

p Socias humi sedentes, non in sedili. Verendum scorta minimè puto, quoniam id Vestæ pudicitiæ non conueniret: nisi quis putet in facie comitum Vestæ expressisse meretricũ duarum imaginem quas amabat, pedissequas. Quidam legunt, Commotrias.

q Hippocampum intelligi par est hoc loco, non pisciculũ memoratum Dioscoridi, & Galeno, sed potiùs monstrum cetaceum equo simile, quoniam & campas equos marinos vocant & alia omnia cetacea. Næuius in Ægisto,

Tum autem lasciuum Nerei simum pecus
Ludens ad cantum classium lustratur Sirenes citis
Delphino inuectæ vehiculis, hippocampisq; asperis.

apud Nonium in dictionibus hippocampus, lustrare, pecus, Scaliger.

r Sic Virgil. 3. Æn.

Tritonesq; nati, Phorcíq; exercitus omnis.

Is fuit rex Corsicæ ac Sardiniæ, & tandem habitus pro deo marino. Phorcum mithologi maris extremum ambitum interpretantur, maris & terræ filium, cumq; Cetonis congressu genuisse Græcas à partu statim canas, nimirum spumas quas illisum mare suo littori excitat. Rhodig. cap. 18. lib. 26.

s Sosianum quidam dictum volunt ἀπὸ τῦ σώζειν, quasi σωτῆρα: qua ratione σωσίνεον Deum victis Arcadib. Elei coluerunt, Pausania auctore lib. 6. Alij Sosiani interpretantur, quasi Sufiani, Susis Romam aucti. Vide Lilium Gregorium. Alijs placet Sosianũ vocari, quòd ad librariorum scriptorum officinas locatus esset. Sosios enim præstantissimos eius artis magistros Horatius memorauit in Arte, *Hic liber aera merent Sosijs*: & in Epist. *Sosiorum pumice mundus.*

t Septa, locus in campo Martio tabulis munitus, in quibus stãs populus Romanus suffragia ferebat.

v Telocharen Vitruuius appellat cap. 8. lib. 2. Idem fecit & Matis statuam colosseam in eius templo Halicarnassi, quam ἀκρώτηριον vocauerunt.

x Vide Rhodig. cap. 6, lib. 23.

y Alij ptera, alij pteromata. Sunt autem adstructi vicinique parietes templis ac ædificijs publicis ad altitudinem ædificij vtrinque assurgentes, sic dicti quòd alarum instar explicentur, ædificiumque protegant. Strabo lib. 17. eius vocabuli significatum apertissimè declarat. Vide cap. 13. huius libri.

z Locus hic suspectus est. Nam cùm altitudo inferioris ædificij fuerit 37. pedum cũ dimidio, pyramidisq; par celsitas, numeris geminatus efficit pedes 75. quos si ab altitudine totius operis, q̃ fuit 140. pedũ, auferas, restabit pedes 65. tribuendi quadrigæ impositę & vigiuti gradibus ad pyramidis basin collocatis. Non est autem probabile altitudinẽ tantam fuisse quadrigę & graduũ.

A Philosophus, Sophronisci filius, cum Mercurio, auctore Pausania libr. 1.

B Equestres statuæ, vt Amazonum, quæ primæ ascenderunt equos. Hermolaus. Rhodiginus legit, Hippades, cap. 1. Quidam, Hesperides. Alij, Hippe: Cheironis ea filia fuit. Aqueus, Appiades: illasq; interpretatur Venerem, Palladem, Vestam, Cõcordiam, Pacem, quarum simulachra ornandis Appiæ aquæ ductib. & fornicibus posita fuerunt. Ouidius lib. 2. de Arte,

Has Venus è templis multo radiantibus auro
Læta videt lites, Appiadesq; deæ.

Probabile tamen non est, Græcum scalptorem, & in Italiam fortassis nunquam transgressum, illas fecisse: nisi forte statuas illas Appiadum dearum, Entochi opera, Romam aduectas ad Appiæ aquæ ornamenta existimet.

C Hermerotes, Mercurij & Cupidinis iuncta simulachra, vt Hermathenæ Ciceroni Mercurij & Palladis coniunctæ statuæ. In vetustis legitur, Hermæ & Erotes Taurisci.

D Propertius, *Tu reddis pueris matrem, puerisq; trahendam,*
Vincentis Dircen sub truncs ora bouis.

E In veteribus legitur, Taurisci. Par autem ij certantes de se iudicium fecere. Lego ex manuscripto, Tauriscī parentum. Ii certamen de se fecere &c. Menecrates & Artemidorus patres fuerunt Apollonij & Taurisci. Ii seipsos pinxerunt æmulationis certamine.

F Præter Virgilium 2. Æneid. eius rei historiam describit Eumolpus luculentissimis versibus in Satyra apud Petronium.

H Saturno infantes Carthaginienses sacrificare solitos esse Lactantius & Silius tradunt: quinetiam Plato in Protagora, Diodorus vigesimo libro. A Tyrijs hoc traditum, & vsque ad vrbis excidium seruatum Qu. Curtius scribit. D. Augustinus infantes eũ à Gallis Saturno immolatos fuisse memorat. Vide Rhodig. cap. 23. lib. 13. Plautus in Amphitr.

Faxo vt bubulis coriis omnibus sis Saturni hostia.

H Sic dictus locus Romę ob statuas nationum 14. illic positas, quarum paulò pòst fit mentio.

I Idem Ælianus libr. 1. hist. qui & addit elegiacum distichon aureis literis scriptum fuisse in semitae sesami, cap. 21. lib. 7. Idem Myrmecides nauem fabricatus est, quam apicula pinnis abscõderet. Varro lib. 6. de lingua Latina, *Etenim facilius obscuram operã Myrmecidis ex ebore oculi videant, si extrinsecus admoneant vigeræ festa.* Hadr. Iun. cap. 4. lib. 6.

Quando

Quando primùm marmorum in ædificijs vsus, & quis primus Romæ crustauerit parietes, & quibus ætatibus quæque marmora in vsum venerint, & quis primus marmora secuerit, & ratio secandi: de harena.

CAP. VI.

HÆc sint dicta de marmorum scalptoribus, summaque claritate artificum: [1] quo in tractatu subit mentem non fuisse tum autoritatem maculoso [2] marmori: fecere è Thasio, Cycladum insularum, æquè & è Lesbio: liuidius hoc paulò. Versicolores quidem maculas, & in totum marmorum apparatum Menander etiam [3] diligẽtissimus luxuriæ interpres, primus & rarò attigit. Columnis demum vtebantur in templis, nec lautitię causa (nondum enim ista intelligebantur) sed quia [4] firmiores aliter statui non poterant. Sic est inchoatum Athenis templum Iouis Olympij, ex quo Sylla Capitolinis ædibus aduexerat columnas. Fuit tamen inter lapidem atque marmor differentia iam & apud Homerum. Dicit enim [5] Paridis os marmoreo saxo percussum: sed hactenus [a], regias quoque domos [6] cùm laudatissimè præter æs, aurum, electrum, argentum, ebore tantùm adornans. Primùm (vt arbitror) versicolores istas maculas Chiorum lapidicinæ ostenderunt, cùm extruerent muros, faceto [7] in id M. Ciceronis sale: omnibus enim ostentabant, vt magnificum. Multò, inquit, magis [8] mirarer, si Tiburtino lapide fecissetis. Et Hercules non fuisset picturæ honos vllus, non modò tantus, in aliqua marmorum autoritate. Secandi marmor in crustas nescio [9] an Carię fuerit inuentum. Antiquissima, quod equidem inueniã, Halicarnassi Mausoli domus Proconnesio marmore exculta est, lateritijs parietibus. Is obijt Olympiadis c. anno i i. vrbis Romæ anno [10] c c c i i. Primùm [11] Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram Formijs natum, equitem Romanum, præfectum fabrorum C. Cęsaris in Gallia. [12] Neque indignatio sit tali autore inuenta re. Hic nãque est Mamurra Catulli Veronẽsis carminibus proscissus, [13] quem, vt res est, domus ipsius clariùs, quàm Catullus, dixit habere, quicquid habuisset Comata Gallia. [14] Nanque adiecit idem Nepos, eum primum totis ædibus nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas [15] è Carystio aut Lunensi. Denique [b] M. Lepidus Catuli in Consulatu collega, primus omnium [c] limina ex Numidico marmore in domo posuit magna reprehensione. Is fuit Consul anno vrbis [16] d c l x v i. Hoc primum inuecti Numidici marmoris vestigium inuenio, non in columnis [17] tantùm crustísve, vt Mamurra Carystium posuit, sed [18] in massa ac vilissimo liminum vsu. Post hunc Lepidum fermè quadriennio L. Lucullus Consul fuit, qui nomen (vt apparet [19] ex re) Luculleo marmori dedit, admodùm delectatus illo, primusq; Romam inuexit, atrum alioqui, cùm cætera maculis aut coloribus commendentur. Nascitur autem in Nili insula, solumque penè horum marmorum ab amatore nomen accepit. Inter hos primùm (vt arbitror) marmoreos parietes habuit scenam M. Scauri, non facilè dixerim sectos, an solidis glebis [20] positos, sicuti est hodie Iouis Tonãtis ędes in Capitolio. Nondũ enim secti marmoris [21] vestigia inuenerat Italia. Sed quisquis primùm inuenit secare, luxuriamq; diuidere, importuni ingenij fuit. Harena hoc fit, [22] & ferro videtur fieri, serra in prætenui linea premente [23] harenas, versandoq; tractu [29] ipso secante. Æthiopica [25] hæc maximè probatur. Nam id quoque accessit, vt [26] ad Æthiopas vsque peteretur, quod [27] faceret marmora: imò verò etiã [28] in Indos, vnde margaritas quoque peti seueris moribus indignum erat. Hæc proximè laudatur. [29] Mollior tamen, quæ [30] Æthiopica. [31] Illa nulla scabritie secat. Indica non ęquè [32] læuigat: sed ea cõbusta polientes marmora fricare iubentur. Simile & Naxię vitiũ est, & Coptidi, quæ vocatur Ægyptia. Hæc fuere [33] antiqua genera marmoribus secandis. Posteà reperta est harena non minùs probanda, ex quodam Adriatici ma-

1 vbi tamẽ sciendum fuisse.
2 marmori; quã fecere Paros Cycladum insularũ vna, æquè & Lesbos. Liuidius hoc versicoloreq; macu las habens. In totum. M.
3 diligentissimæ luxuriæ inter tres. M.
4 firmius. Vet.
5 Paridem 6s. M.
6 cũ lautissimè. Vet. domos cum laudatiss simò; tum præter æs. Vet. alij.
7 in his. M.
8 mirum esset. M. mira res esset. Vet.
9 an hac arte fuerit. M.
10 cccii. M.
11 Romæ marmoris frustis operuisse tot domus suæ parietes in Cælio. M.
12 Neque ideò desinamus, indignati de tali autore inuẽti. Hic. M. Itaque indignatio sit tali autore ac inuẽtore. Vet.
13 quem Metrodorus Scepsius clariùs quã &c. Nanq; adiecit, eũ primum &c Scalig.
14 additiq;, eum primum M.
15 à Carysto. M. Lepidus Catuli i. M.
16 delxv. M.
17 tamen. M.
18 in mensas ac viliss imũ vsum. Vet. sed in mesa. Vet. quo vocabulo Vitruuius vtitur.
19 ex re. M.
20 politos. M.
21 vestigium erat inuentũ in Italia. M.
22 & ferro. Videtur enim ferri serra. M.
23 harenas versando, tractuq; ipso secante. Vet. harenas, versandoq; ipsas tractu secãte. Alij. Vet.
24 ipsas. M.
25 ad hoc. M.
26 Ab Aethiopia. M.
27 secaret Alij.
28 in India. M.
29 Melior. Vet.
30 ex Aethiopia M.
31 Illa enim multa. Vet.
32 læuat: sed ea poliẽtes. M.
33 antiquis. Vet.

ris vado, æstu 34 nudante, obseruatione non facili. Iam quidem quacunque harena fecare è fluuijs omnibus fraus artificum ausa est: quod dispendium admodum pauci intelligunt. Crassior enim harena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris, maiusque opus 35 scabritia polituræ relinquit. Ita sectę attenuantur crustæ. Rursusque 36 Thebaica polituris accommodatur, & quæ sit è poro lapide, aut è pumice.

34 inundans. Vet.

35 scabritię. M.

36 tenuatæ polituris accommodatur. Aeque fit è duro lapide. M. poron intelligo tophum.

ANNOTATIONES.

a Odyss. δ. χαλκοῦ τε στεγάοντι, καὶ ἐλάσσατα δώματα κευσοῦτ' ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος, ὁρᾶτε νυν ποροΐδη.

b Eius domus suo seculo Romæ pulcherrima fuit. cap. 15. huius libri.

c Pauimenta ex Numidico Pœnica vocat apud Festum Cato, his verbis. *Dicere possim, quibus villæ atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo opere cisto, atque ebore, atque pauimentis Pœnicis sient &c.*

De Naxio, & Armenio, & de generibus marmorum.
CAPVT VII.

SIgnis è marmore poliendis, gemmisq; etiam scalpendis atque limandis [1] Naxiũ diu placuit ante alia: ita vocantur [a] cotes in Cypro insula genitæ. Vicere postea ex [b] Armenia vectæ. Marmorum genera & colores non attinet dicere in tanta notitia: nec facile est enumerare in tanta multitudine. [2] Quoto quoque enim loco non suum marmor inuenitur? Et tamen celeberrimi generis dicta sunt in ambitu terrarum cum gentibus suis. Non omnia tamen in lapicidinis gignuntur, [3] sed multa & sub terra [4] sparsa. Pretiosissimi quidem generis Lacedæmonium viride, cunctisque hilarius. Sic & Augustum, ac deinde [5] Tiberium, in Ægypto Augusti ac Tiberij primùm principatu reperta. Differentiaq; eorum est ab ophite, cùm sit illud serpentiũ maculis simile, vnde & nomen accepit, quod hæc maculas diuerso modo colligũt, Augustum vndatim crispum in [6] vertices, Tiberium sparsim conuoluta [7] canitie. Neque ex ophite columnæ, nisi paruæ admodum, inueniuntur. [c] Duo eius genera, molle candidũ, nigricans durũ. Dicuntur ambo capitis dolores sedare [8] adalligati, & serpentium ictus. Quidã phreneticis ac lethargicis adalligari iubent [9] cãdicantẽ. Cõtra serpentes autẽ à quibusdam laudatur præcipuè ex his, quem tephriam appellãt, [10] à colore cineris. Vocatur & [d] Memphites à loco, gemmantis [10] naturæ. Huius vsus conteri, & ijs, quę vrenda sint aut secanda, ex aceto illini. Obstupescit ita corpus, [11] nec sentit cruciatum. Rubet porphyrites in eadem Ægypto: ex eo candidis interuenientibus punctis, leucostictos vocatur. Quantislibet molibus cędendis sufficiunt lapicidinæ. Statuas ex eo Cl. Cæsari procurator eius in vrbem ex Ægypto aduexit [12] [e] Triarius Pollio, non admodum [13] probata nouitate. Nemo certè posteà imitatus est. Inuenit eadem Ægyptus in Æthiopia [f], quem vocant [14] basalten, ferrei coloris atque duritię. Vnde & nomen ei dedit. Nunquam hic maior repertus est, quàm in templo Pacis ab Imperatore Vespasiano Augusto dicatus: argumento Nili x v i. liberis circà ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augentis se aninis intelliguntur. Non absimilis illi narratur in Thebis delubro Serapis, vt putant [g], Memnonis [15] statua dicatus: quem quotidiano Solis ortu contactum radijs, crepare dicunt. Onychem etiamtum in Arabiæ montibus, nec vsquam aliubi, nasci putauere nostri [16] veteres: Sudines in Germania. [h] Potorijs primùm vasis inde factis, dein pedibus lectorum sellisque, Cornelius Nepos tradit fuisse magno miraculo, cùm P. Lentulus Spinter amphoras [17] ex eo Chiorum magnitudine cadorum ostẽdisset: post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine [18] columnas vidisse se. [19] Variatum in hoc lapide posteà est. Nanque pro miraculo insigni, quatuor modicas in theatro suo Cornelius Balbus posuit. [20] Nos ampliores triginta vidimus in cœnatione, quam Callistus Cæsaris Claudij libertorum [21] potẽtia notus sibi exędificauerat.

ANNO-

1 In M. & Vet. huius capitis principiũ est, Naxium diu &c. Alia capiti superiori adnectuntur.

2 Quoto enim cuiqi loco nomen suũ marmori. M.

3 sed multa est sub terra. pars. Pretio. M.

4 sparsa, pretiosissimi quidem generis, sicuti Lacedæmonii. M.

5 Tiberianum. M.

6 vortices. Vet.

7 luce. M.

8 adalligata. M.

9 candicans. M.

10 naturæ. cuius vsus conuenit ijs &c. ex aceto illiti. Vet.

11 vt non sentiat. M.

12 treis Asinius Pollio. Vet.

13 probatæ nouitatis. M.

14 autem M fortassis barzalten nam Hebraeis barzel ferrum dicitur. Mitalerius.

15 statuæ. M.

16 veteres, sed & in Germania, potorijs. M. veteres In Germania tamen apud Sudines reperitur. Potoriis &c. Sic quidã. Citatur tamen alibi Plinio Sudines scriptor.

17 ex eo & vrceos magna M.

18 columnam. M.

19 Variatumque. M.

20 Mox. M.

21 potentissimus sibi. M.

ANNOTATIONES.

a De Naxia cote Dioscorides lib. 5.

b Theophrastus lib. de lapidibus.

c Tria Dioscoridi: primum, nigrum & pŏdero sum: secundum, cinereum notis cõpunctum: tertium, lineis candidis intercinctũ.

d Dioscoridi pingue, varium, calculorum magnitudine.

e Vitrasius, quidam legunt vt apud Modestinum iurisconsultũ in rescripto Hadriani ad Vitrasium Pollionem. Verùm id minimè quadrare videtur, cùm Hadrianum multis annis Plinius antecesserit. Quare alium Pollionem fuisse necesse est, quàm eũ ad quem scripsit Hadrianus. Manuscriptum habet Vitrasius.

f Hunc lapidem sic describit Strabo lib. 17. Nos Philas ex Syene plaustro venimus, per campum valde planum, centum stadiorum. Per totam viam vtrinque multis in locis videbantur quasi hermæa, sepulti alti, rotundi, admodùm politi, penè teretes, nigri ac duri lapidis, è quo molaria fiũt &c. Tales lapides, sed minutuli, reperiuntur prope Gaillon, arcem Rhotomagensis archiepiscopi, foris asperi, tuberosi, veluti obliti luto, & candicantes, intus gagate nigriores.

g De hac Philostratus in Iconibus & Heroicis, Lucianus in Toxari, Apollonius Tyaneus fusissimè Strabo, Paulanias, Rhodiginus cap. 5. lib. 22.

h Hic locus ostendit, contrà quàm putat Agricola, Murrhina vasa alia fuisse, quàm quę ex onychite fiunt. τῶν ὀνυχίνων ποτηρίων meminit Athenæus pag. 243. versu 50. ex Posidonio philosopho.

De alabastrite, & Lydino, & Alabandico. *CAP. VIII.*

1 HVnc [a] aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam [2] optimè seruare incorrupta dicitur. [3] Idem & vstus emplastris conuenit. Nascitur circa Thebas Ægyptias, & Damascum Syriæ. Hic cæterìs cãdidior, probatissimus verò in Carmania, mox in India: iam quidem & in Syria Asiáque. Vilissimus autem & sine vllo nitore in Cappadocia. [4] Probantur quàm maximè mellei coloris, in vertice maculosi atq; non translucidi. Vitia in ijs corneus color aut candidus, & quicquid simile vitro est. Paulùm [5] distare ab eo in vnguentorum fide multi existimant Lygdinos in Tauro repertos, amplitudine, qua lances craterásque non excedant, anteà ex Arabia tantùm aduehi solitos, candoris eximij. Magnus & duobus contrariæ inter se naturæ honos: [b] Coralitico in Asia reperto, mensuræ non vltra bina cubita, candore proximo ebori & quadam similitudine. Ediuerso niger est [c] Alabandicus terræ suæ nomine, quanquàm & Mileti nascens, ad purpuram tamẽ magis aspectu declinante. Idemq; liquatur igni, ac funditur ad vsum vitri. [d] Thebaicus [6] intertinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Ægypto adscriptæ, coticulis ad terenda collyria quadam vtilitate naturali conueniens. Circa Syenen verò Thebaidis Syenites, quem antè pyrrhopœcilon vocabant. Trabes ex eo fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacratos. Rediorum eius argumentum in effigie est, & ita significatur nomine Ægyptio. Primus omnium id [7] instituit [e] Mitres, qui in [f] Solis vrbe regnabat, somnio iussus: & hoc ipsum inscriptũ est in eo. Etenim scalpturæ illę effigiéque, quas videmus, [g] Ægyptiæ sunt literæ. Post eà & alij regum in suprà dicta vrbe, Sochis quatuor numero, quadragenũm octonũm cubitorum longitudine. [h] Ramises autem is, quo regnante Ilium captum est, [7] quadraginta cubitorum. Idem digressus inde, vbi fuit [i] Mneuidis regia, posuit alium, longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

1 Sic aliqui & lapidẽ. Vet

2 optimè ea seruare. M.

3 Idemque etiã exustus. Vet.

4 Probatur. M.

5 distat ab eo ad vnguentorum fidem, vti existimant, Lygdinus in Tauro repertus &c. excedat &c. aduehi solitus eidem. is eiusdẽ existimatur. Magnus. M.

6 interstinctus. Vet. intercinctus. Vet alij. naturæ aliàs. Vet.

7 vasi quadrag. Vet.

ANNOTATIONES.

a Plinius onychitem gemmam, quam nos *Calcedoine* vocamus, ab alabastrite, quem etiam quidam onychiten vocant, parùm arctè minimè distinguit.

b A Coralio fluuio, qui & Sangarius dicitur.

c Ex Alabanda Cariæ. Vide Agricolam lib. 5. Fossilium.

d Eum lapidem officinę quædam pro Armenio ostẽdunt. Thebaico similis, colore cœruleus efficitur prope Lugdunum in pago Diui Belli.

e Neque Mitrę, neque Sochis meminerunt Herodotus aut Diodorus.

f Busyrin scribit Diodorus cap. 1. lib. 2. Bibl. ciuitatem maximã condidisse, quam Ægyptij vocarunt ciuitatem Solis, nempe ἡλιούπολιν, Græci verò Thebas *ἑκατονπύλους διὰ τὸ πολὺ* vocari, non ἡλίου πόλιν, Strabo prodidit, quo fit vt mendosum Diodori codicem arbitrer, præsertim cùm alia sit Heliopolis.

g Hieroglyphicæ, de quibus Chæremon, Horus Apollo, Diodorus lib. 4. Biblio. ignorabiles Apul. lib. 11. Asini, Rhodig. cap. 26. li. 29. Literas has sacras soli nouerant sacerdotes, & qui ab ijs deferendis *ὑπογραμματεῖς* vocabantur. vulgus alijs vtebatur.

h Proteo regnante ad Troiã bellatum fuisse scribit Herodotus.

i Apud Heliopolin Mneuis bos non aliter colebatur, quàm Apis apud Memphitas. Strabo lib. 17. Diodorus lib. 2.

De obelisco Thebaico, & Alexandrino, & de illo qui est in Circo magno. *CAP. IX.*

1 OPus id fecisse dicuntur x x. M. hominum. Ipse rex, cùm subrecturus esset, verere turq; ne machinæ ponderi non sufficerent, quò [2] maius periculum curæ artifi cum denuntiaret, filium suum adalligauit cacumini, vt salus eius apud molientes prodesset [3] lapidi. Haç admiratione operis effectum est, vt cùm oppidum id expu-

1 Obeliscus est Thebis, quem fec. dicuntur c x x. M. hominũ. M.

2 maturius. M.

3 lapidi, in M. d.

gnaret Cambyſes rex, ventúmque eſſet incendio ad crepidines obeliſci, extingui ignem iuberet molis reuerentia, qui vrbis nullam habuerat. Sunt & alij duo, vnus [a] à Smarre poſitus, alter ab Eraphio ſine notis, quadragenûm octonûm cubitorum. Alexandriæ ſtatuit vnum octoginta cubitorum Ptolemæus Philadelphus, quem exciderat [b] Nectabis rex purum: maiuſq; opus fuit in deuehendo ſtatuendôve multò, quàm in excidendo. A Satyro architecto aliqui deuectum tradunt rate: Calixenus à Phœnice, foſſa perducta vſque ad iacentem obeliſcum è Nilo. Nauéſque duas in latitudinem patulas, [4] pedalibus ex eodem lapide [5] ad rationem geminati per duplicem menſuram ponderis oneratas, ita vt ſubirent obeliſcum pendentem extremitatibus ſuis in ripis vtrinque: poſteà egeſtis [6] laterculis alleuatas naues excepiſſe onus ſtatutum. Exciſos autem ſex tales in monte eodẽ, & artificem donatum talẽtis quinquaginta. [7] Hic autem obeliſcus fuit in Arſinoe poſitus à rege ſuprà dicto, munus amoris in [8] coniuge, eadémque ſorore Arſinoe. Inde eum naualibus incommodum Maximus quidam præfectus Ægypti trãſtulit in forum, reciſo cacumine, dum vult faſtigium addere auratum, quod poſteà omiſit. Et alij duo ſunt Alexandriæ [9] in portu ad Cæſaris templum, quos excidit Meſphees rex quadragenûm binûm cubitorum. Super omnia acceſſit difficultas mari Romam [10] deuehendi, ſpectatis admodùm nauibus. Diuus Auguſtus [11] priorem aduexerat, miraculíque gratia Puteolis naualibus perpetuis dicauerat: ſed incendio cõſumpta eſt. Diuus Claudius aliquot per annos aſſeruatam, [12] qua Caius Cæſar importauerat, omnibus quæ vnquam in mari viſæ ſunt, mirabiliorem, turribus Puteolano ex puluere exædificatis, perductam Oſtiam, portus gratia merſit: alia ex hoc [13] cura nauium, quæ Tiberi ſubuehãt. Quo experimento [14] patuit, non minùs aquarum huic amni eſſe, quàm Nilo. Is autem obeliſcus, quem Diuus Auguſtus in Circo magno [15] ſtatuit, exciſus eſt à rege Semneſerteo, quo regnante [c] Pythagoras in Ægypto fuit, centum vigintiquinque [16] pedũ, & dodrantis, præter baſim eiuſdem lapidis: is verò, qui eſt in campo Martio, nouẽ pedibus minor, à Seſoſtride. [17] Inſcripti ambo rerum naturę [18] interpretationem Ægyptiorum opera philoſophiæ continent.

4 pedalibus ex eodẽ marmore lapidibus ad. Vet. pedalibus ſju rijs ex eodem lapide ad. Alij Vet.
5 ac ratione. M.
6 lapillis Vet.
7 Hic fuit conditus à rege. M. Hic au ob. fuit in Arſinoes portu à rege poſitus, munus. Vet.
8 coniugem eãdemque ſororẽ Arſinoen. Vet.
9 ad portum in Cæſaris templo. M.
10 aduehendi. M.
11 eam, quæ priorem adu. M. nauem perpetuo dic. Vet.
12 eam, qua. M.
13 cura fuit nauium, quę Tib. ſubuehere. Vet.
14 palàm fit M. patẽ fuit M.
15 conſtituit. M.
16 pedũ eſt, & dodr. Alij.
17 Inſcriptam. Alij.
18 interpr. philoſophiamq; Aegypt. ac opera cõtinent. Vet. interpr. Aegypt philoſophorũ, ac opera cont. Vet. alij.

ANNOTATIONES.

a Ne huius quidem, aut Eraphij, Nectabidis, Meſpheæque, qui hoc capite nominantur inter Ægypti reges, vlla apud Herodotũ aut Diodorum mentio.

b Apud Athenæum pag. 207. verſu 9. Alexis mentionem facit Neochabis regis Ægypti, qui fortaſſis hic Nectabis eſt. Apud Plutarchum in Ageſilao Nectanabis Tachi Ægyptiorum regis patruelis, ab eo defecit, regnumque inuaſit, & Ageſilai ope fugato Tacho, ac Mendeſio, quem regem deſignauerant, regnum obtinuit.

c Laërtius eum in Ægyptum proficiſcentem à Polycrate Sami tyranno Amaſidi regi per literas commendatum fuiſſe ſcribit.

De illo, qui eſt in campo Martio pro [a] *gnomone.* CAP. X.

EI, qui eſt in campo, Diuus Auguſtus addidit mirabilẽ vſum ad deprehendẽdas ſolis vmbras, [1] dierúmque ac noctium magnitudines, ſtrato lapide ad obeliſci magnitudinem, [b] cui par fieret vmbra Romæ cõfecto die ſexta hora, paulatímque per regulas (quæ ſunt ex ære incluſæ) ſingulis diebus decreſceret, [c] ac rurſus augeſceret, digna cognitu res & ingenio fœcundo. Manlius Mathematicus [d] apici auratam pilam addidit, cuius vertice vmbra colligeretur in ſemetipſam, alia incrementa iaculantem apice, ratione (vt ferunt) à capite hominis intellecta. Hæc obſeruatio triginta iam ferè annis non congruit, ſiue Solis ipſius diſſono curſu, & cæli aliqua ratione mutato, ſiue vniuerſa tellure aliquid à centro ſuo dimota, vt deprehendi & in alijs locis accipio, ſiue vrbis tremoribus, ibi tantùm gnomone intorto, ſiue inundationibus Tiberis ſedimento molis facto: quanquam ad altitudinem impoſitæ rei, in terram quoque dicantur iacta fundamenta.

1 dierumq; ac noct. horas & magn. ſtr. lap. ad ob. magn. cui par ſi vumbrarum effectus, (cinctus, fortaſſis) dies etiam & horas, paulatimque. M. Quidam verò, dierumq; ac noct. magn. ſtr. lap. ad ob. magn. cui par ſi. vmbra, Romæ cõfecti diei hora ſexta Ego ex M., caſtigato lego, dierumq; ac noc. magnitudines etiam, ac horas ſtrato lapide ad obel. magn. cui par fieret vmbrarũ iectus, paulatimque. Dal.

ANNOTATIONES.

a Is conſtructus viſitur in Campi Martij cella vinaria ex aduerſo domus Chriſtophori Nardini. Vide Lucium Faunum cap. 13. lib. 4.

b Non quidem par ad obeliſci proceritatem, quomodo in Vetterorũ tractu, ſiue climate, æquinoctij die gnomoni par vmbra eſt, ſed quatenus vmbra & gnomon reſpondẽt ad rationem eius tractus.

tractus.

c Hanc ſolertiam expoſuerunt clariſſimè & ſubtiliſſimè Oronſius Fincus lib. 2. de de Horologijs, & Zieglerus Germanus.

d Quonam modo id ſit molitus dubitant. An pilam ſic impoſuerit, vt extarent tota humani capitis ſimilitudine: an inſeuerit, & demiſſam exculpto lapide coniunxerit: an de lapide reſecuerit, quantùm altitudo pilæ fuit additura: quod minimè credo, cùm obeliſcos ſacros ob religionem haberet antiquitas.

De tertio obeliſco Romæ in Vaticano. CAP. XI.

[1] TErtius Romæ in Vaticano, Caij & Neronis principum Circo, ex omnibus vnus omnino fractus eſt in molitione, quem fecerat Seſoſtridis filius [a] Nuncoreus. Eiuſdem remanet & alius c. cubitorum, quem poſt cæcitatem viſu redditò, ex oraculo Soli ſacrauit.

1 Tertius eſt in Vaticano, &c. ex omnibus vnus factus imitatione eius, quem. M.

ANNOTATIO.

a Pheronem vocat Herodotus lib. 2. Eum Diodorus, & idem Herodotus ſcribunt, reſtituto viſu duos feciſſe altos centum pedes, latos octo.

De pyramidibus Ægyptijs, & ſphinge. CAP. XII.

DIcantur obiter & pyramides in eadem Ægypto, regum pecuniæ otioſa ac ſtulta oſtentatio. Quippe cùm faciendi eas cauſa à pleriſque tradatur, ne pecuniã ſucceſſoribus [a] aut æmulis inſidiantibus præberent, aut ne plebs eſſet otioſa. Multa circa hoc vanitas illorum hominum fuit, veſtigiaq; complurium inchoatarum extant. Vna eſt in [1] Arſinoite nomo, duæ in Memphite, nõ procul labyrintho, de quo & ipſo dicemus. Totidem vbi fuit [b] Mœridis lacus, hoc eſt, foſſa grandis. Sed Ægyptus inter mira ac memoranda narrat harum cacumina extrema, quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres, quæ orbem terrarum impleuere fama, ſanè conſpicuæ vndiq; annauigantibus, ſitæ ſunt in parte Africæ monte ſaxeo ſterilíque inter Memphim oppidum, & quod appellari diximus Delta, à Nilo [c] minùs quatuor millia paſſuum, à Memphi [2] ſex, vico appoſito, quem vocant Buſirin, [3] in quo ſunt aſſueti ſcandere illas. Ante has eſt ſphinx, vel magis [4] miranda, quaſi ſylueſtre numen accolentium. [d] Amaſin regem putant in ea conditum, & volunt inuectam videri. Eſt autem ſaxo naturali elaborata, [e] & ſubrica. Capitis monſtri ambitus per frontem centum duos pedes colligit, longitudo pedum c x l i i j. eſt, altitudo à ventre ad ſummum [6] apicẽ in capite l x i j. Sed pyramis ampliſſima [f] ex Arabicis lapicidinis conſtat. [g] Trecenta l x v j. hominum millia [h] annis x x. eã conſtruxiſſe produntur. Tres verò factæ annis l x x v i i j. & mẽſib. i i i j. Qui de ijs [7] ſcripſerint, ſunt Herodotus, Euhemerus, Duris Samius, Ariſtagoras, Dionyſius, Artemidorus, Alexãder Polyhiſtor, Butorides, Antiſthenes, Demetrius, Demoteles, Apion. Inter [8] omnes eos [i] non conſtat à quibus factæ ſint, iuſtiſſimo caſu obliteratis tantæ vanitatis autoribus. Aliqui ex his prodiderunt, [k] [9] in rhaphanos, & allium ac cæpas mille [10] octingenta talenta erogata. Am pliſſima octo iugera obtinet ſoli, quatuor angulorum paribus interuallis, per [11] octingentos octogintatres pedes ſingulorum laterum, latitudo à cacumine pedes [12] x x v. Alterius interualla ſingula per quatuor angulos pares d c c x x x v i j. comprehendunt. Tertia minor prædictis, ſed multò ſpectatior, Æthiopicis lapidibus [13] aſſurgit c c c l x i i j. pedibus inter angulos. [14] Veſtigia ædificationũ nulla extant. Harena latè pura circùm, lentis ſimilitudine, qualis in maiori parte Africæ. Quæſtionum ſumma eſt, quánam ratione in tantam altitudinem ſubuecta [15] ſint cæmenta. [l] Alij enim nitro ac ſale adaggeratis cum creſcente opere, ac peracto fluminis irrigatione dilutis: alij lateribus [16] è luto factis extructos põtes, peracto opere in priuatas domos diſtributos. Nilum enim non putant rigare potuiſſe multò humiliorem. In pyramide maxima eſt intus puteus octogintaſex cubitorum, flumen illò admiſſum arbitrantur. Menſuram altitudinis earum omniúmque ſimiliũ deprehendere, inuenit Thales Mileſius vmbram metiendo, qua hora par eſſe corpori ſolet. Hæc ſunt pyramidum miracula: ſupremúmque illud, ne quis regum [17] opus miretur, minimam [18] ex his, ſed

1 Arſinoe vrbe, duæ in Memphi. M.
2 ſeptem vico appoſitæ. M. ſeptem: D. paſſibus à vico appoſito. Vet.
3 in eo ſunt. M.
4 narranda, quã ſylueſtris ſunt accolentium. M.
5 rubrica. Vet. obliqua. A ij Vet.
6 apicem c l x x. duos. Pyramis. M.
7 ſcripſerunt. M.
8 omnes verò eos. Vet.
9 in Syrnęam. Vet.
10 ſexcenta. Vet.
11 ſeptingentos. M.
12 x v i i. M.
13 conſurgit. M.
14 Aedificationis ve ſtigia nul. M.
15 ſunt omnia cæmenta. M.
16 è luto contis extracto. Vet. quo genere locutionis viſus eſt Herodotus è luto factis in priuatas domos diſtributis. M. ex punctis quæ interiacent.
17 opes. Vet.
18 exiſtiſſe laudatiſſ. M.

19 fabellarum M.

20 alia. Vet.

his, sed laudatissimam, à [m] Rhodope meretricula factam. Æsopi [19] fabularum Philosophi conserua quondam & cõtubernalis hæc fuit, maiore miraculo tãtas opes meretricio esse conquisitas quæstu. Magnificatur & [20] alia turris à rege facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse octingentis talentis tradũt: magno animo, ne quid omittamus, Ptolemæi regis, quòd in ea permiserit [n] Sostrati Gnidii architecti [21] structuræ ipsius nomen inscribi. Vsus eius, nocturno [22] nauiũ cursui ignes ostendere, ad prænuntianda vada, portúsque introitum: sicut iam tales compluribus locis flagrant, vt Puteolis [o] ac Rauennæ. Periculum in corriuatione ignium ne sidus existimetur, quoniam è lõginquo similis flammarum aspectus est. Hic idem architectus primus omnium pensilem ambulationem Gnidi fecisse tra- 10
ditur.

21 structura nomen. M.

22 nauigantium. M.

ANNOTATIONES.

a Plures in honorem sepulturæ, cuius studiosissimi ac curiosissimi fuerunt Ægyptii, extructas volunt.

b Has pyramides 50. passus super aquam extitisse, totidemque aqua occultas, colosseo lapideo super vtraque in solio sedente, scribit Herodotus. De ijs Ammi. Marcel. lib. 22.

c A Nilo stadijs 48. à Memphi stadijs 120. Diodorus.

d Amasin in Sai Colossos immanes & Androsphingas posuisse tradit Herodotus. Eum Appion Grammaticus Pharaonem fuisse putat, Iudæis inimicissimum, memoratum in sacris literis Hebræorum. At Philoni Pharao Tecmosis fuit. Eusebio Cenchres. Ar. 2. bano Nechensres. Amasin sæuum ac crudelem, in omnes impotentem ac superbum, ab Actisane Æthiopum rege principatu spoliatum fuisse scribit Diodorus lib. 2. Bibliotheces.

e Posita, iquigata. Notatur Pinetus à Strabone dici exemplum ἐξ ἀφανοῦς, quod nondum reperire in eo auctore potui.

f Marmore simili ebori iaculoso. Dioscor.

g Decem mynades ternis mensibus singulæ. Herodotus.

h Priore decennio aducta saxa fuisse narrat Herodotus; altero decennio consummatam & absolutam fabricam.

i Maximam à Cheope Herodotus, à Chemmye Diodorus facta scribit: minorem ab eius filio Chabreo Diodorus, à Cepheene fratre Herodotus (has Ægyptij, eorum regum nomina detestantes, Philitionis pastoris, qui prope illas greges ducebat, esse aiũt:) tertiam à Mycerino Cheopis filio Herodotus, Chemmyos Diodorus. Is auctor est, proditum à quibusdam, non supradictos ab ipso reges, sed maximam pyramidem fecisse Armeum, secundam Amasin, tertiam Masum, hancque velle quosdam Rhodopis pelicis sepulchrum fuisse, idque nonnullorum principum, qui eam amassent, communi opera absolutum. Addit præterea tres alias esse pyramides, minores, quas suis vxoribus pro sepulchro primi illi dicti reges ædificarunt. Herodotus quartam pyramidem extructam ad lacum Mœridis prope Labyrinthum à duodecim vtris post Sethonis regis obitum, qui Ægypto præfuerat, longitudine 40. passuum. Strabo sub ea sepulcrum Imadem fuisse tradit

k *ὡς συμβάλλω*, Herodotus. quę vox significat raphanum, apium, potionem ex aqua & sale paratam, cibum ex adipe & melle confectum.

l Gradibus eam extructam fuisse tradit Herodotus, æggeribus Diodorus.

m De hac vide Strabonem lib. 17. & Herodotum lib. 2. Sappho Doricam vocat, fuíque fratris amicam fuisse tradit, cùm Lesbium vinum negotiator Nauçratim veheret.

n Dexiphanis is filius fuit, Ægypti regum familiaris amicus, Turris tabulatis multis excelsa, ex albo lapide. Strabo 17.

o In manuscr. legitur, ac Rauennæ ad vitandum periculum, ne continuatione ignium sidus puteur, quoniam è longinquo similis est flammarum aspectus. Hic &c. Lego, ac Rauennæ. At vitandum periculum, ne continuatione ignis sidus puteur, quoniam è longinquo simile est flammarum aspectui, vel, ne coruscatione ignis sidus puteur &c.

De labyrinthis, Ægyptio, Lemnio, Italico. CAP. XIII.

Dicamus & labyrinthos, vel portentosissimum humani ingenij opus, sed nõ (vt existimari [1] potest) falsum. Durat etiam nunc in Ægypto in [2] Heracleopolite nomo qui primus factus est ante annos, vt tradunt, 1111 MD c. à [3] Petesuco rege, siue Tithoe. Quanquam [a] Herodotus totum opus regum esse [4] dicit, nouissimáque Psammetichi. Causam faciendi variè interpretantur. Demoteles regiam Motheridis fuisse, Lycias sepulcrum [b] Mœridis, plures Soli [5] sacrum: id extructum, quod maximè creditur. Hinc vtique sumpsisse Dędalum exemplar eius labyrinthi, quem [6] fecit in Creta, non est dubium, sed centesimã tantùm portionem eius imitatum, quæ itinerum ambages occursusq; ac recursus inexplicabiles continet: non (vt in pauimentis [7] puerûm ve ludicris campestribus videmus) breui lacinia millia [8] passl. plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis ad fallẽdos occursus, redeundúmque in errores eosdem. Secundus hic fuit ab Ægyptio labyrinthus: tertius in Lẽno: quartus in Italia. Omnes lapide polito fornicibus tecti: [c] Ægyptius (quod miror equidem) introitu [9] columníque reliquis è molibus compositis, quas dissoluere nec secula quidem possint, adiuuantibus [10] Heracleopolitis, qui id opus inuisum mirè infestauêre. Positionem operis eius singuláque partes enarrare non est, cùm sit in regiones diuisum, atque in præfecturas (quas vocant nomos) [d] sedecim, nominibus earum totidem vastis domibus attributis: prętereà templa omnium Ægypti Deorũ contineat, supérque [11] Nemeses quindecim ædiculis incluserit pyramides [e] complures quadragenarum vlnarum, [12] senos radice muros obtinentes. Fessi iam eundo perueniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem. Quin & cœnacula priùs excelsa, porticúsque ascenduntur nonagenis gradibus omnes: intus columnæ de porphyrite

1 possit. M.
2 Heliopolite.
3 Petesuce M.
4 dicat nouissimeq; Piam Gausas. M.
5 sacrum. Id extremũ maximè. M.
6 fecit Cretæ. M.
7 puerorum. M.
8 passuũ, & plura. M.
9 lapideis operto columnis: reliquæ semiæ molibus cõp. quas dissoluere artifices quidẽ, M. Lego, introitus lapideis operti columnis &c. columnis reliquisq; molibus cõpositis Vet.
10 etiam Horack. Vet.
11 Amasis vndecim ędiculas. Vet.
12 senas ad radicem quam. Vet.

phyrite lapide, Deorum simulacra, regum statuæ, [13] monstrificæ effigies. Quarundã autem domorum talis est situs, vt adaperientibus fores, tonitruum intus terribile existat. Maiore autem in parte transitus est per tenebras: aliáque rursus extra murũ labyrinthi ædificiorum moles, [f] pteron appellant. Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus. Refecit vnus omnino pauca ibi Circammon spado Nectabis regis, ante Alexandrum Magnum annis quingentis. [14] Id quoque traditur, fulsisse trabibus spinæ oleo incoctæ, dum fornices quadrati lapidis assurgerent. De Ægyptio & Cretico labyrinthis, satis dictum est. Lemnius similis illis, columnis tantùm centum [15] quadraginta mirabilior fuit: quarum in officina turbines ita librati pendebant, vt puero circumagẽte tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus & Rholus, & Theodorus indigena. Extantque adhuc reliquiæ eius, cùm Cretici Italiciq; nulla vestigia extent. Namque & Italicum dici conuenit, quem fecit sibi Porsena rex Hetruriæ sepulcri causa, simul [16] vt externorũ regum vanitas quoque ab Italis superaretur. Sed cùm excedat omnia fabulositas, vtemur ipsius M. Varronis in expositione eius verbis: Sepultus est, inquit, sub vrbe Clusio, in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato: singula latera pedum lata tricenûm, alta quinquagenûm: ínque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis [17] improperet sine glomere lini, exitum inuentre nequeat. Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio vna, in imo [18] latæ pedum septuagenûm quinûm, altæ centum quinquagenûm: ita fastigiatæ, vt in summo orbis æneus & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quę vento agitata, lõgè sonitus referant, vt Dodonę olim factum. [19] Supra quem orbem quatuor pyramides insuper singulæ extant altę pedum centenûm. Suprà quas vno solo [20] quinque pyramides, quarum altitudinẽ Varronem puduit adijcere. Fabulę Hetruscæ tradunt eandem fuisse, quam totius operis: [21] adeò vesana dementia quæsisse gloriam, impendio nulli profuturo. Prætereà fatigasse regni vires, vt [22] tamen laus maior artificis esset.

13 monstrificæ imagines. Quarundam domuum. M.

14 Is quoque Vet.

15 quinquaginta memorabilior. M.

16 vt & exter. M.

17 introire properet. Vet.

18 latæ pedum quinũ: ita fastigiatæ, vt in summo æneus petasus omnibus sit imp. M.

19 Supráq; orbem. M.

20 quinæ pyr. M.

21 & adeo. Vet.

22 tantum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Herodotus extructum scribit à Duodecim regibus, è quorũ numero aliquandiu fuit Psammetichus.

b Mœridis, quem & Maronem vocauerunt. Regnauit is post Actisanem Æthiopiæ regem, qui Amasi victo in suam potestatem Ægyptum redegit. Diodorus cap. 2. lib. 2. Bibliothe. Fuit & alius Mœris post Aegyptum rex duodecimus, qui Memphi propylæum ędificauit, & suprà eam ciuitatem lacum effodit: de quo idẽ Diodorus.

c In veteribus, Ægyptius (quod miror equidem) integris columnis (*μονολίθοις κίοσιν*, Strabo) & reliquis molibus compositus &c. Diodorus quidem ingredientibus illius sepulchri ambitum, domum occurrisse tradit, columnis circumfultam, quatuor ad quodlibet latus positis. Vetustum Parisiense Beraldi sic habet, Ægyptius (quod miror equidem) in introitu lapideis è Paro columnis, reliquæ erant Syenitę, molibus compositis, quas &c. Manuscriptum verò, introitu lapideis operto columnis: reliquæ semiæ molibus compositis, quas dissoluere ne artifices quidem possint &c. Lego, Ægyptij, quod equidem miror, introitus lapideis opertus columnis &c. Vide Strab. lib. 17.

d Vigintiseptem, Strabo: duodecim, Herodotus, & in ijs ædificia 3500.

e Ad angulum finitur labyrinthus, Herodotus scribit pyramidem fuisse quadraginta passuum. Idem Strabo, sed eius quadratę quodlibet latus quatuor iugerum fuisse pari altitudine, & in ea sepulcrum Imandem. Alias pyramides præter eam illi scriptores non recitant.

f *πτῆρα*, inquit Strabo, *ἰσοὐψῆ τῷ πυλῶνι τοίχῳ, ἀλλὰ κατ' ἀρχὰς μᾶλλον ἀφιεῖσι τῶν ἄκρων ἢ ἀλλήλων μικρῷ πλείω· ἢ τὸ πλάτος ἐστὶν ἴσον τῷ ὕψει τοῦ πυλῶνος· ἐπειδὰν δὲ τὸ πρόσθεν περιβληθῇ κατ' ὀπτηνεύσεως γραμμὰς μέχρι πηχῶν πεντήκοντα, ἢ ἑξήκοντα* &c. Alęs, muri duo sunt, templo pares altitudine, prima & infima parte paulò plus distantes ab inuicẽ, quá lata sit crepido templi: deinde curuatis lineis procedente, ac prominentes ad quinquaginta vsque vel sexaginta cubitos &c.

De pensili horto & oppido, & templo Dianæ Ephesiæ. CAP. XIIII.

Legitur & pensilis hortus, imò verò totum oppidum Ægyptiæ Thebæ, exercitus armatos [2] subter educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. Etiamnum hoc minùs mirum, quàm quòd flumine medium oppidum interfluente. Quæ si fuissent, non dubium est Homerum dicturum fuisse, [a] cùm centum portas ibi prædicaret. [3] Magnificẽtiæ vera admiratio extat templum Ephesiæ Dianæ [b] ducentis viginti annis factum à tota Asia. In solo id palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, [4] calcatis ea substrauere carbonibus, dein velleribus lanæ. Vniuerso templo longitudo est CCCCXXV. pedum, latitudo [5] ducentorum viginti, columnæ centum viginti septem à singulis regibus factæ, LX. pedum altitudine: ex ijs XXXVI. cæla-

1 Leguntur verò & pensiles hortos, imò verò to opp. fecisse Aeg. Vet. Parisiense.

2 subito. M.

3 Græcæ m^a gnif. M.

4 antè calcatis M.

5 centum. M.

xxxvj. cælatæ, vna à Scopa. c Operi præfuit Cherſiphron architectus. Summa miracula, epiſtylia tantæ molis attolli potuiſſe. Id conſecutus eſt ille d peronibus harena plenis, molli 6 puluino ſuper capita colũnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, vt ſenſim 7 totum inſideret. Difficillimè hoc corrigit in limine ipſo, quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit: nec ſedit in cubili, 8 anxio artifice mortis deſtinatione ſuprema. Traduntq; in ea cogitatione feſſum nocturno tempore in quiete vidiſſe præſentem Deam, cui templum fiebat, hortantem vt viueret: ſe compoſuiſſe lapidem atque 9 ita poſtero die apparuit, ponderéque ipſo correctus videbatur. Cætera eius operis ornamenta plurium librorum inſtar obtinent, nihil ad 10 ſpeciem naturæ pertinentia.

6 clino. M.
7 thotus in colle ſedet M. Lego, totus eli nus ſideret.
8 animo artificis mori ſupremum deſtinato. Ver.
9 ita, vt poſtero die apparuit, incorruptus videbatur. M.
10 ſpecimen. Alij & M.

ANNOTATIONES.

a Iliad. 1. —ἀλλ' ἴσαε Θέμις ἥρας
Αἰγυπτίοις, σῇσι φαάσσε δόμοις ἐν νηὶ θοῇσιλ κάτεκτα,
Αἰδ' ἐπιτέμνυσί σοι, ἠμὲν ἔσπετο δ' ἐν ὑμάτῳ
Αἰνῶς ἐξεχύθησι σαῦ ἔπποισι νοῒ ὀχεσφιν.

b Quadringentis, cap. 40. lib. 16. De eius incendio vide Valer. Max. cap. 15. lib. 8. Strabonem lib. 14.

c Prioris templi architectum fuiſſe Cherſiphrona ſcribit quidẽ Strabo: eius autem, quod ab Herostrato incẽſum, reſtitutum eſt, Cheromocraten, Alexandriæ deſignandæ ab Alexandro præfectum. Quem hîc Cherſiphrona vocat Plinius cum Strabone, ca. 37. lib. 7. vocauit Cteſiphontem.

d Leg. eronibus, ſiue heronib. Erones (quæ vox extat apud Iuriſc. in Pandectis, Vitruuiũ lib. 5. Donatũ in Phormione) texta ſtoreis & tegetibus ſimiliaſin quibus pauperes interdum dormiebant, & fruges imponebantur. Sic quoque dicta ſunt vaſa vimínea tegetibus & cophinis ſimilia. Conſtantinus è Turn. cap. 2. lib. 24. Adueſar. Erones φορμοὶ Græcis.

De delubro Cyzici, & lapide fugitiuo, & de Echo ſepties reſonante, & de ædificio ſine clauo, & mirabilia ædificiorum Romæ. CAP. XV.

DVrat & Cyzici delubrum, in quo filum aureum commiſſuris omnibus politi lapidis ſubiecit artifex, 1 eburneum Iouem dicaturus intus, coronante eum marmoreo Apolline. 2 Tralucent ergo iuncturæ tenuiſſimis capillamentis, leníque afflatu ſimulacra refouente, 3 præter ingenium artificis ipſa materia, quamuis 4 occulta, in pretio operis intelligitur. Eodem in oppido eſt lapis, fugitiuus appellatus: a Argonautæ eo pro anchora vſi, ibi 5 reliquerant. Hunc è Prytaneo (ita vocatur locus) ſæpe profugum fixere plumbo. Eadem in vrbe iuxta portam quæ Thracia vocatur, 6 turres v i j. acceptas voces numeroſiore repercuſſu multiplicãt: nomenq; huic miraculo Echo eſt à Græcis datũ. Et hoc quidẽ natura locorum euenit, & plerunq; conuallium: ibi caſu accidit: Olympiæ autem arte, mirabili modo, in porticu 7 quam ob id heptaphonon appellant, quoniam ſepties eadem vox redditur. Cyzici & buleuterion vocant ædificium amplum, ſine ferreo clauo, ita diſpoſita contignatione, vt eximantur trabes ſine fulturis, ac reponantur. Quod item Romæ in b ponte Sublicio religioſum eſt, poſteaquam Coclite Horatio defendente ægrè reuulſus eſt. Verùm & ad vrbis noſtræ miracula tranſire 8 conueniat, nongentorúmque annorum dociles ſcrutari 9 vires, & ſic quoque terrarum orbem victum oſtendere: quod accidiſſe 10 toties penè, quot referentur miracula, apparebit: vniuerſitate verò aceruata, & in quendam vnum cumulum coniecta, non alia magnitudo 11 exurget, quàm ſi mundus alius quidam in vno loco 12 narretur. Nam vt Circum maximum à Cæſare Dictatore extructum longitudine ſtadiorum trium, latitudine vnius, ſed cum ędificijs iugerûm quaternûm, ad ſedem 13 c c l x. millium inter magna opera dicamus, nónne inter magnifica c baſilicam Pauli 14 columnis d è Phrygibus mirabilem, forúmque Diui Auguſti, & templũ Pacis 15 Veſpaſiani Imperatoris Auguſti, pulcherrima operum, quę vnquam: Pantheon Ioui Vltori ab Agrippa factum, cùm theatrum antè texerit Romæ Valerius Oſtienſis architectus ludis e Libonis? Pyramides regum 16 miramur opera, cùm ſolum tantùm f foro extruendo H-s millies Cæſar Dictator emerit: & ſi quidem impenſæ mouent 17 captos auaritia animos, P. Clodius, quem Milo occidit 18 ſeſtertiûm centies & quadragies octies domo empta habitauerit: quod equidem non ſecùs, ac regum inſaniam, 19 miror. Itaque & ipſum Milonem 20 ſeſtertiûm

1 aboreum. M.
2 Collucent. Vet.
3 propter. Vet.
4 occultè M.
5 reliquerunt. Ver.
6 turris eſt acceptæ vocis nomen numeroſiore percuſſu ſepties multiplicans. M.
7 quã oppidani hept. M.
8 conuenic. Vet.
9 viros. Vet. vt res ipſa ſic &c. oſtenderet. M.
10 toties, quot referũtur. M.
11 exurgit. M.
12 narraretur. M.
13 c c l. M.
14 columnis Phrygibus. Vet.
15 diui Veſp. M.
16 miramur: Conſulũ opera tantùm foro extruendo, & quæ Cæſar Dictator emerit, non miramur. Alij.
17 captis auar. animis. Vet.
18 c c. x l v i. talentis emit locũ, quo habitauit. M.
19 admiror. M.
20 ſeptingenta talenta æris. M.

tiũm ſeptingenties æris alieni debuiſſe, inter prodigia animi humani duco. Sed tũc ſenes aggeris 21 vaſtum ſpatium, & ſubſtructiones inſanas Capitolij mirabãtur: præterea cloacas, operum omnium dictu maximum, ſuffoſsis montibus, atque (vt paulò antè retulimus) vrbe penſili, ſubtérque 22 nauigata. A M. Agrippa in Aedilitate poſt Conſulatum, per meatus corriuati v i i. amnes, curſuque præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti, inſuper mole imbrium cõcitati, vada ac latera quatiunt: aliquando Tiberis retro 23 infuſi recipiunt fluctus: pugnantq; diuerſi aquarum impetus intus: & tamen obnixa firmitas reſiſtit. Trahũtur moles internæ 24 tantæ, non ſuccumbentibus cauſis operis: pulſant ruinæ ſponte præcipites, aut impactæ incendiis: quatitur ſolum terræ motibus: durant tamen à Tarquinio Priſco annis 25 d c c c. propè inexpugnabiles: non omittendo memorabili exemplo, vel eo magis, quoniam 26 celeberrimus rerum conditoribus omiſſum eſt: cùm id opus Tarquinius Priſcus plebis manibus faceret, eſſétque labor incertum longior an periculoſior, paſsim conſcita nece Quiritibus tædium fugientibus, nouum & inexcogitatum 27 anteà poſteaq; remedium inuenit ille rex, 28 vt g omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora ſpectanda ciuibus, ſimul 29 & feris volucribuſq; laceranda. Quamobrem pudor Ro. 30 nominis propriùs, qui ſæpe res perditas ſeruauit in præſentibus, tunc quoque ſubuenit, 31 ſed illo tempore impoſuit, tum erubeſcens cùm puderet viuos, tanquam puditurum eſſet extinctos. Amplitudinem cauis eam feciſſe proditur, vt 32 vehem fœni largè onuſtam tranſmitteret. Parua ſunt cuncta, quæ diximus, & omnia vni comparanda miraculo, antequàm noua attingam. M. Lepido, Q. Catulo Conſulibus, vt conſtat inter diligentiſſimos autores, domus pulchrior nõ fuit Romæ, quàm h Lepidi ipſius. At hercule intra annos x x x v. eadem centeſimum locum non obtinuit. Computet in hac æſtimatione, qui volet, marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia, & cum pulcherrima laudatiſſimáque certantes centum domos, poſteaque eas ab innumerabilibus alijs in hunc diem victas. Profecto incendia puniunt luxum: nec tamen effici poteſt, vt mores aliquid ipſo homine mortaliùs intelligant. Sed eas omnes duæ domus vicerunt. Bis vidimus vrbem totã cingi domibus principum, Caij & Neronis, & huius quidem (ne quid deeſſet) aurea. Nimirùm 33 ſic habitarunt illi, qui hoc imperium 34 fecere, tantas ad vincendas gentes triumphóſque referendos ab aratro aut foco exeuntes, quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quàm cellaria iſtorum. 35 Subit verò cogitatio, quota portio harum fuerint areæ illæ, quàs inuictis Imperatoribus decernebant publicè ad 36 exædificandas domos: ſummúſque 37 illarum honos erat, ſicut in L. Valerio Publicola, qui primus Conſul fuit cum L. Bruto, 38 poſt tot merita, & fratre eius, qui bis in eodem magiſtratu Sabinos deuicerat, adijci decreto, vt domus eorum fores i extrà aperirentur, & ianua in publicum reijceretur. Hoc erat clariſſimum inſigne inter triumphales quoq; domos. Non patiemur duos Caios, vel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui: docebimuſq; etiam inſaniam eorum victã priuatis operibus M. Scauri, cuius neſcio an Ædilitas maximè proſtrauerit mores ciuiles, maiuſque ſit Syllæ malum, k tanta priuigni potentia, quàm proſcriptio tot millium. Hic fecit in Ædilitate ſua opus maximum omnium, quæ vnquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, verùm etiam æternitatis deſtinatione. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex 39 in altitudinem c c c l x. columnarum, in ea ciuitate quæ ſex Hymettias nõ tulerat l ſine probro ciuis ampliſſimi. Ima pars ſcenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiam poſteà genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ, vt diximus: imæ duodequadragenûm pedum. Signa ærea inter columnas, vt indicauimus, fuerunt tria millia numero. Cauea ipſa cepit hominum l x x x. millia, cùm Pompeij 40 m amphiteatri toties multiplicata vrbe, tantóque maiore 41 populo, ſufficiat largè 42 x l. mill. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, cæteróque choragio fuit, vt in Tuſcula-

21 vaſti ſpat. & ſubſtr. eiſdem Capitol. Vet.
22 nauigata. Id M. Agrippa fecit in Aedilitate poſt Conſulatũ corriuatis v i i. amnib. &c. coactis, qui inſuper. M.
23 infuſus recipitur, pugnantque. M.
24 tamen M.
25 ſeptingentis. M. 2
26 à celebr. M.
27 antè. M.
28 hominum vita def. figere. M.
29 à. M.
30 nominis, qui priùs ſæpe. M.
31 ied illis tum erubeſcentibus ſępore impoſuit, tanquam puditurum eſſet extinctos, quia puderet viuos.
32 vehiculũ fœni largè onuſtum. M.
33 ſic non hab. Vet.
34 fecêre tantum ad vincendas. Vet.
35 Subitque. M.
36 ædificandas. M.
37 illorum. M.
38 poſtea & fratre. M.
39 altitudine. M.
40 theatri. Vet. amphitheatro. M.
41 populo vix ſufficiat. Vet.
42 à & x l. mill. Vet.

nam villam reportatis quæ [43] superfuerant quotidiani vsus delicijs, incensa villa ab iratis seruis, [44] concremaretur ad [45] millies. Aufert animum, & à destinato itinere [45] digredi cogit contemplatio tam prodigæ mentis, aliámque connecti maiorem insaniam è ligno. C. Curio, qui bello ciuili in Cęsarianis partib. obiit, funebri patris munere, cùm opibus apparatúque non posset superare Scaurum, (vnde enim illi vitricus Sylla, & Metella mater [46] proscriptionum [n] sectrix? vnde M. Scaurus pater, [47] toties princeps ciuitatis, & Marianis sodalitijs rapinarum prouincialium sinus?) cùm iam ne ipse quidem Scaurus comparari sibi posset, quando hoc certè incendij illius præmium habuit, conuectis ex orbe terrarum rebus, vt nemo posteà par esset insaniæ illi. [48] Ingenio ergo vtendũ [49] fuit: operæ pretium est scire quid inuenerit, & gaudere moribus nostris, ac [50] nostro modo nos vocare maiores. Theatra duo iuxtà fecit amplissima è ligno, [51] cardinum singulorum versatili suspẽsa libramento: in quibus vtrisque antemeridiano ludorum [52] spectaculo edito inter sese auersis, ne inuicem obstreperent scenæ, & repentè circumactis [53] vt contrà starent, postremò [54] iam die descendentibus tabulis, & cornibus inter se coeuntibus, faciebat [o] amphitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat, [55] ipsum magis autoratum populum Romanum circumferens. Quid enim miretur quisque in hoc primùm? inuentorem, an inuentum? artificem, an autorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parêre, an iubere? Super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infida instabiliq; sede. En hic est ille terrarum victor, & totius [56] domitor orbis, qui gentes & regna diribet, iura externis [57] mittit, Deorum quædam immortalium generi humano portio, in machina pendens, & ad periculum suum plaudens. [58] Quæ vilitas animarum istà! aut quæ querela de Cannis! quantũ mali potuit accidere! Hauriri vrbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor est. Ecce populus Romanus vniuersus, velut duobus nauigijs impositus, binis cardinibus sustinetur, & seipsum depugnantem spectat, periturus momento aliquo [59] luxatis machinis: & per hoc quæritur Tribunitijs concionib. gratia, vt pensiles tribus faceret. [60] Qualis hic in rostris? Quid non ausurus apud eos, quibus hoc persuaserit? Vera nanque confitentibus populus Romanus funebri munere ad tumulum patris eius depugnauit vniuersus. Variauit hanc suam magnificentiam [61] sessis turbatisq; cardinibus, & amphitheatri formacustodita, nouissimo [62] die duabus per medium scenis athletas edidit, raptisque è contrario repentè pulpitis eodem die victores è gladiatoribus suis produxit. Nec fuit rex Curio aut gentium Imperator, non opibus insignis, vt qui nihil in censu habuerit præter discordiã principum. Sed dicantur vera æstimatione inuicta [63] miracula, quæ P. Q. Marcius Rex fecit. Is iussus à Senatu aquarum, [q] Appiæ, Anienis, [64] Tepulæ, ductus reficere, nouam [r] à nomine suo appellatam cuniculis per montes actis intra Præturæ suæ tempus adduxit. Agrippa verò in Ædilitate sua, adiecta Virgine aqua, cæteris corriuatis atque emendatis, lacus septingentos fecit: præterea saliētes centum quinque: castella centum [65] triginta complura etiam cultu magnifica: operibus ijs signa trecenta ærea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore quadringentas, eáque omnia annuo spatio. Adijcit ipse in Ædilitatis suæ commemoratione, & ludos vndesexaginta diebus factos, & gratuita præbita balinea centumseptuaginta, [66] quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerum. Vicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis inchoati à C. Cæsare, & peracti à Claudio. Quippe à lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, vt in omnes vrbis montes [67] leuarentur, influxere Curtius atque Cæruleus fontes. Erogatum in id opus [68] sestertiũm ter millies. Quod si quis diligentiùs æstimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piscinis, domibus, euripis, hortis, [69] suburbanis, villis, spatióque [70] aduenientis extructos arcus, montes perfossos, conualles æquatas, fatebitur nihil magis mirandũ fuisse in toto orbe terrarũ. Eiusdẽ Claudij inter maximè memoranda equidẽ duxerim, quãuis destitutũ successoris odio, montem perfossum ad lacum Fucinum

43 superfluebant M.
44 concremarentur bina millia sestertia M.
45 decedere, M.
46 proscriptionę dicęs M.
47 totius. M.
48 Ingenio ergo suo vrendum Curioni, a-siudq; excogitandum fuit. Vet.
49 Curionique aliquid excogitandum fuit M.
50 nostrorum M.
51 Cardine sing. vers. ac pensili libram. M.
52 spectaculo intrauerti fiebat editio. M.
53 vt cõstiterunt Vet.
54 etiam die sedentibus aliquibus (Legor-finibus.) M. sedentibus tabulis. Vet.
55 ipsum magistratũ & populum. M. ipsum magis autorarũ pop. Vet.
56 dominator M.
57 mittit, & quædam munere deorum immortaliũ generis humani portio. M. mittit, & maxim quidẽ munere deorum &c. Vet.
58 Quod vile nefas animarum istarũ? M.
59 laxatis machinis. Fuit Curioni per hoc in Tribun. conc. M.
60 Qualia. Vet.
61 versis M.
62 die diuersis duab.
63 miracu Q. Marcius rex iussus. M.
64 & Tep. Vet.
65 viginti M. moxq; & operibus. deinde, & columnas.
66 quæ ad infinitum numerum Romæ auxere. M.
67 & lauacra inflectere Curtium atque cœruleũ fontes. Erogata in id opus talenta quingẽta quinquaginta quinque millia. M.
68 sestertiũm quingenties, quinquagies quinquies. Budęus ex Vet.
69 suburbanis villis veniẽtem, extructũ. M.
70 aduenientium. Vet.

Fucinum emittendum, inenarrabili profectò impendio, & [71] operarum multitudine per tot annos: cùm aut corriuatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in [72] vertice machinis, aut silex [73] cæderetur, omniáque intus in tenebris fierent, quę neque concipi [74] animo, nisi ab ijs qui vidêre, neque humano sermone enarrari possunt. Nam portus Ostiensis opus prætereo: item vias inter mõtes excisas: mare Tyrrhenum à Lucrino molibus seclusum: tot pontes tantis impendijs factos. Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapicidinis crescere autor est Papyrius Fabianus, naturæ rerum peritissimus: exemptores quoque affirmant compleri sponte illa montium hulcera. Quæ si vera sunt, spes est nunquam defuturam luxuriam.

71 operariorum. M.
72 verticem. M.
73 excluderetur. M.
74 mente. M.

ANNOTATIONES.

a Qui templum Dindimenæ matris in ea ciuitate ædificarunt. Strabo.
b Lapideum fecit eum pontem Lepidus quæstor. Pontis figura cum imposita equestri statua spectatur in auersa parte antiqui denarij, additis inter formicis pontes his literis, L. EP.
c In vetusti denarij auersa parte basilica hæc notata est, duplici columnarum ordine infrà & suprà nouem, tecto superposito, vt quidam volunt, imbricatis tegulis, vt alij, marmoreis abacis, in interstitio quod superiores columnas diuidit ab inferioribus sculpsis clypeis partim rotundis ad formam O, partim ad speciẽ literæ V impressis, cum his literis: AIMILA. S. C. LEPIDVS. REF. Vide Lucium Faunum cap. 14. lib. 2. In medio foro Romano fuit. Plutarchus scribit, nouies centena millia numũm in eo ædificio fuisse impensa.
d Marmoris Simadici, vel, vt Phryges loquuntur, Docimitis, coloris varietate Alabastritæ similis. Strabo lib. 12.
e Isin fori Romani parte iuri dicundo tribunal erexit, quod puteal Libonis vocauerunt.
Horatius —*ante secundam*
Roscius orabat sibi adesses ad puteal cras.
Ac rursum, —*forum putealque Libonis. Mandabo fiecis.*
Tribunal id vicinum fuit arcui Fabiorum & Iani templo. Libonẽ ædilem aliquando ludos edidisse in foro, locus hic monstratur. Libonis puteal ad quod ius reddebatur, à mercatoribus fœneratoribusque maximè celebrari & frequentari solitum historiæ tradunt.
f De triplici foro iudiciario Romę, vide Alex. ab Alex. cap. li. 2.
g Simile quid de Milesijs virginibus narrant Plutarchus lib. περὶ ψυχῆς, & de claris mulieribus, Gellius cap. 10. lib. 15. Apud Seruium Cassius Hemina, hoc quoque Tarquinij factum narrat. Vide Scalig. in Festum, voce Carnifex.
h Qui primus marmor Numidicum inuexit, suprà cap. 6. huius libri.
i Non introrsum trahendo, sed in viam publicam pellẽdo. Græcia id vulgatum fuit. omnes omnium fores sic pãdebantur. Vide Muret. Variar. cap. 17. lib. 1.
k Sylla post vxores Iliam, Æliam, Cœliam sterilitatis caussa repudiatam, quartam duxit Cęciliam, Metelli Pontificis maximi filiam, viduam M. Æmilij Scauri, principis Senatus, à Cimbris occisi, & patris huius M. Scauri.
l Obeas M. Brutus Crassum Venerem Palatinam vocauit.
m Tacitus lib. 14. theatrum dicit. *Quippe*, inquit, *erant, qui ex quo Pompeium incusatum à fororibus ferrent, quòd mansuram theatri sedem posuisset. Nam anteà subitarijs gradibus, & scena ad tempus structa ludos edi solitos, vel si vetustiora repetantur, stantem populum spectauisse.* Theatrum certè, non amphitheatrum, molem gradibus maximis perpetuam, Pompeium ædificasse, & exhibendis spectaculis primum dicasse, ac iccircò reprehensum accusatumque fuisse narrant Plutarchus in eius vita, Dion lib. 39. Marcellinus, lib. 16. Tertullianus lib. de spectaculis, vt hîc mendum subesse coniectari liceat. Guillandinus.
n De huius verbi notione in auctione venalibus vide Ræuardum cap. 7. lib. 2.
o Amphitheatrum enim è duobus theatris iunctis fit, tanquam è duobus hemicyclis absolutus perfectusque circulus, rotunda aut ouata figura. Vide Guilland. cap. 12. in Plin. Amphitheatrum sic describit Calphurnius, *Et geminis medium solemibus alligat ouum.*
p Proconsul is bello Mithridatico cum tribus legionibus in Ciliciam & Lycaoniam missus est: bello Catilinario Fesulis pro Republica exercitum coẽgit: Gallos sub Alpibus sitos vicit: coloniam Narbonem Martium deduxit, Sallustius, Dion, Eutropius. Aquam Marciam, de qua hîc, adduxit.
q Appia ab Appio Claudio Cæco dicta est: quo Cęsore vna cũ collega Caio Fabio, à venis eius aquæ diligenter perquisitis, Venoee dicto, reperta est, & postea Romam perducta, M. Valerio Maximo, P. Decio Coss. quo anno summo magistratu Fabius se abdicauit. Rhodig. cap. 6. lib. 24.
r De aqua Marcia Vitruuius cap. 3. lib. 8. De eadem & reliquis hîc nominatis Frontinus multa.
s Sestertia quingenta, lv. millia. Manuscr. Summa hæc Budæi calculo efficit decies centena millia, trecenta octoginta quinque millia & quingentos coronatos.

De magnetis generibus, & medicinis. CAP. XVI.

A marmoribus digredienti ad reliquorum lapidum insignes næuras, quis dubitet in primis magnetem occurrere? quid enim mirabilius? aut qua in parte naturæ maior [1] improbitas? Dederat vocem saxis, vt diximus, respondentem homini, imò verò & obloquentẽ. Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus manusq; tribuit illi. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & [2] patitur mores: trahitur nãque à magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia [3] ad inane nescio quid currit: atque vt propiùs venit, assistit, tenetúrque, [4] & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. [a] Magnes appellatus est ab inuentore (vt autor est Nicander) in Ida repertus. Nanque & passim inuenitur, vt in Hispania quoque. Inuenisse autem fertur, clauis crepidarum & baculi cuspide hærẽtibus, cùm armenta pasceret. Quinque genera magnetis Sotacus demonstrat: Æthiopicum, [5] è Magnesia Macedoniæ contermina Bœbeida lacum petentibus dextra: tertium in Echio Bœotiæ: quartum circa Alexandriam Troadem: quintum in Magnesia Asię. Differẽtia prima, mas sit an fœmina: proxima in colore. Nam qui in Macedonia & Magnesia reperiuntur, rufi nigríque sunt. Bœotius verò rufi coloris plus habet, quã nigri. [6] Is qui in Troade inuenitur, niger est & fœminei sexus, ideóque sine viribus. Deterrimus autem in Magnesia Asiæ, candidus, neque attrahens ferrum, similisq;

1 potestas. Vet.
2 patitur amores. Vet patitur, & morsu. tralitur à magn. M.
3 ad nescio quid. M.
4 complexuque. M.
5 & Magnesiacum è Magnesia Macedonię contermina. &c. Alij.
6 Qui Troade. M.

pumici. Compertum tantò meliores esse, quàtò sunt magis cærulei. Æthiopico laus summa datur, pondúsque argento rependitur. Inuenitur hic in Æthiopiæ Zimiri-
7 Vox, magnes, superflua, & ibi & prius magnetem hæmatiten sanguinei Vet. ita vocatur regio harenosa. Ibi & [b] hæmatites [7] magnes sanguinei coloris, sanguinẽque reddens si teratur, sed & crocum. In attrahendo ferro non eadem, quę magneti, hæmatitæ natura. Æthiopici argumẽtum est, quòd magnetem quoque alium ad se trahit. Omnes autem ij oculorum medicamentis prosunt ad suam quisque portionem: maximéque epiphoras sistunt. Sanant & adusta cremati tritique. Alius rursus in eadem Æthiopia non procul [c] mons gignit lapidem theameden, qui ferrum
8 nat. eius sæpius. M. omne abigit, respuitque. De vtraque [8] natura sæpius diximus.

ANNOTATIONES.

a Ededona magnum eo primum vsum fuisse tradit ex Alberto Marbodæus, eiusque magicas vires & fidem excedentes narrat.
b Capite 20. proximè sequente Sotacus hæmatitis genus vnũ magnetibus attribuit.
c Idem de montibus duobus proditur Indo flumini propinquis cap. 96. lib. 2.

De lapidibus qui citò absumunt corpora in se condita, & de his qui diu seruant, & de Assio lapide, & medicinis eius. CAP. XVII.

1 fluctuare. M. L[1] Apidem è Scyro insula integrum [1] fluctuari tradunt, eundem cõminutum mergi. In Asso Troadis [a] sarcophagus lapis fissili vena [2] scinditur. Corpora defuncto-
2 cingatur. M. rum condita in eo, absumi constat intra x l. diem, exceptis dentibus. Mutianus specula quoque & [b] strigiles & vestes & calciamenta illata [3] omnia lapidea fieri, autor
3 mortuis lapidea. M. est. Eius generis & in Lycia saxa sunt, & in Oriente, quę viuentibus quoque adalligata, erodunt corpora. Mitior est autem seruandis corporibus, nec absumendis [c] chernites, ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt. 4 Parióque similis candore & duritia, minùs tamen ponderosus, qui porus vocatur. Theophrastus autor est & translucidos lapides in Ægypto inueniri, quos ophitæ similes ait: quod fortassis
4 Parjo quidem simi lis. Vet. tunc [5] fuerit, quoniam & ij desinunt, & noui reperiuntur. [d] Assius gustu salsus podagras lenit, pedibus, [e] in vase ex eo cauato inditis. Præterea omnia crurum vitia in ijs
5 fuit, Vet. fuerat. A lij. lapicidinis sanantur, cùm in metallis omnibus crura [6] vitiẽtur. Eiusdem lapidis flos
6 nudentur M. appellatur, [7] in farinam mollis, ad quædam perinde efficax. Est autem similis pumici rufo. Admistus æri Cyprio mammarum vitia emendat: pici autem resinæve, strumas & panos discutit. Prodest & phthisicis [8] linctu. Cum melle vetera hulcera ad cicatricem perducit: excrescentia erodit. Et ad bestiarum morsus vtilis. Repugnantia
7 farina ex eo quæ dã mol. is perinde est. M. curationi, ac suppurata siccat. Fit & cataplasma ex eo [9] podagris, misto fabæ lomento.
8 linctu cũ melle Veteri. M. quãuis apud Dioscor. sic vt hic legatur
9 podagricis M.

ANNOTATIONES.

a Alijs pyritis genus chalcanthodis, alijs mi yos, alijs pumicis æmuli.
b Quibus vtuntur in balneis ad fricãda corpora. Eas describit Apuleius 2. Floridorum de Hippia loquens.
c Theophr. περὶ λίθων.
d Idem qui paulò antea sarcophagus vocatus est, quamuis alterum ab altero hîc Plinius distinguere videatur.
e Idem Celsus tradit cap. 24. lib. 4.

De ebore fossili, & lapidibus osseis, & palmatis, & aliorum generibus. CAP. XVIII.

10 Mutianus autores sunt ef al. ap qui partum redduntur. Theophrastus, ebur fos. M, I[10] Dem Theophrastus & [10] Mutianus, esse aliquos lapides qui pariant, credunt. Theophrastus autor est & [a] ebur fossile candido & nigro colore inueniri, & ossa è terra nasci, inueniríque lapides osseos. Palmari circa Mundam in Hispania, vbi Cæsar Dictator Pompeium vicit, reperiuntur, ídque quoties fregeris. Sunt & nigri, quorũ autoritas venit [11] in marmora, sicut Tænarius. Varro nigros ex Africa [12] firmiores esse tradit, quàm in Italia. E diuerso albos tornis duriores, quàm Parios. Idem Lunensem silicem ferra secari, at Tusculanum dissilire igni. Sabinum fuscum addito oleo etiã lucere. Item molas versatiles Volsinijs inuentas, aliquas & sponte motas inueni
11 Inter. Vet. 12 nigriores. M. mus in prodigijs. Nusquam [13] hic vtilior, quã in Italia, gignitur, lapisq;, non saxũ, est.
13 autẽ vtil. quàm ſr. gignitur lapis, qui saxum non est. M.

In qui-

In quibusdam verò prouincijs omnino non inuenitur. Sunt quidam in eo genere
14 meliores, qui & cote læuigantur, vt procul intuentibus ophitę videri possint. Neque est alius firmior: quandò & lapidis natura, [15] vt lignum, similiter imbres soleſq;
14 meliores, qui & co te læuantur M. aut hyemes non patitur, in alijs atque alijs generibus. Sunt qui & Lunam non tolerent, & qui vetustate rubiginem trahant, colorẽmve candidum oleo mutent.
15 ligno similis imbres. M.

ANNOTATIONES.

a Ebœnum fossilem, qui igne non accenditur, in metallis alumnis ad Hildesemum reperiri tradit Agricola. Hoc Theophrastus libello περὶ τῶν λίθων, quem nos emendauimus.

1 molari. Vet. 10 *De* [1] *curalio vel pyrite, & medicinis eius, & ostracite, de amianto lapide & medicinis eius, & melitite lapide & viribus eius, de gagate lapide & medicinis eius, de spongijs, de Phrygio lapide & natura eius.* CAP. XIX.

M[a] Olarem quidam pyriten vocant, quoniam sit plurimus ignis illi: sed est alius etiamnum [a] pyrites similitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt, & in metallis, quæ sunt circa Acarnaniam, vnum argenteo colore, alterum aureo. [b] Coquuntur varie: ab alijs iterum tertióque in melle, donec consumatur liquor: ab alijs pruna
2 Vsus eorum. M. priùs, dein melle, & posteà lauantur, vt æs. 2 Vsúsq; eorum in medicina excalfacere,
3 discutere, in M. d. 20 siccare, [3] discutere, humorem extenuare, & duritias nimias mollire. Vtuntur & crudis tusisq; ad strumas atque furunculos. Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimùm habens ignis, quos viuos appellamus, [4] & ponderosissimi sunt. Hi
4 ij. Vet. exploratoribus castrorum maximè necessarij, qui clauo vel altero lapide percussi, scintillas edunt: quæ exceptæ [5] sulphuratis aut fungis aridis vel foliis, dicto celeriùs
5 sulphure. M. ignem [6] præbent. [c] Ostracitæ similitudinem testæ habent. Vsus eorum pro pumice
6 trahunt. M. ad læuigandam cutem. Poti sanguinem sistunt, & illiti cum melle hulcera doloreſq; mammarum sanant. Amiantus [d] alumini similis, nihil igni deperdit. Hic veneficijs
7 complexus. M. 8 vtilissimum. M. resistit omnibus, priuatim Magorum. [e] Gæoden ex argumento appellant, quoniam [7] amplexus est terram, oculorum medicamentis [8] vtilissimum: item mammarum ac
30 testium vitijs. Melitites lapis succũ remittit dulcem mellitúmque tusus. Et cerę mistus eruptionibus pituitæ maculisq; corporis medetur, & faucium exhulcerationi. Epinyctidas tollit, & vuluarum dolores impositus velleri. [f] Gagates lapis nomen habet loci & amnis Gagis Lyciæ. Aiunt & in Leucola expelli mari, atque infra x i j. stadia colligi. Niger est, planus, pumicosus, non multùm à ligno differens, leuis, fragilis: odore, si teratur, grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Cùm vritur, ódorẽ sulphureum reddit. Mirúmque, accenditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes
9 ita, recreátque vuluæ strangulationes. Deprehendit & sonticum morbũ & [h] virgini
9 ita, in M. d serpentes nidore. Vet. 10 eum cera pertimit. M. tatem suffitus. Idem ex vino decoctus, dentibus medetur, strumísque [10] ceræ permistus. Hoc dicuntur vti Magi in ea, quam vocant [i] axinomantiam, & peruri negant,
40 si euenturum sit, quod aliquis optet. Spongiæ lapides inueniuntur in spongijs, & sunt natiui. Quidam eos tecolithos vocant, quoniam vesicæ [11] medentur: calculos
11 medẽtur, & calculos. Vet. rumpunt in vino poti. [k] Phrygius lapis gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vritur [12] ante vino perfusus, flaturq; follibus, donec rufescat, ac rursus dulci vino extinguitur, [13] & hoc trinis vicibus, [l] tingendis vestibus tantùm vtilis.
12 autem. M. 13 ternis vicibus. M. & hoc, expunctis.

ANNOTATIONES.

a Pyriten lapidem viuum Gratius vocat. *Et viuum lapidem, & circa melitensia nectunt.* Turneb. cap. 9. lib. 6. Aduersar.
b Vide apud Dioscoridem cocturæ modum latiùs & clariùs expositum.
c ὀστράκῳ vocat Orpheus lib. περὶ λίθων.
d Putri ligno, Theophr. lib. περὶ λίθων.
e Aëtitis genus, quod intra se terram continet, non lapidem.
f Nicãder in Theriacis vocat ὑγγάγγιδα πίτρῳλον. Interpres exponit χαγγίτιν, quòd magnus & pallescens reperiatur in Lycia, ad Gangas oppidum Lyciæ, siue Gagas, cuius meminit Stephanus, eamque dum accensa vritur, ἀποφεύγειν ἀφ' ἑαυτὸν ὀσφρησθῆναι ἡδέως. Strabo gangitis lapidis nitorem τὰ ἡφαιστὸν φύσιν τινὰ tradit. Plinius ca. 3. lib. 10. gagaten etiam aëtiten appellari scribit, nihilque igne deperdere. Vide adnotata in eum locum. Rhodiginus cap. 20. lib. 13. Vide & apud Orpheum de hoc lapide versus luculentos.
g Epilepticum. λαὶ γὰρ ἐπιλαμβάνουσι, inquit Dioscor. Sonticum tamen morbum in 12. tabulis interpretatur eum qui nocat. Turn. cap. 7. lib. 17. Aduers.
h Virginitatem

h Virginitatem ideò deprehendit, quòd à virgine iejuna potus statim vrinam prouocat. Idem narrant & de nostra ambra cinerea odorata.
i Ea fit gagati impositio securi candenti.
k In Cappadocia tamen nascitur. Dioscor.
l Nam detersoria facultate vestium sordibus exemptis, vt commodius & fideliùs tincturam bibant, præstat.

De hæmatite, & quinque generibus eius, & schisto. CAP. XX.

SChistos & [a] hæmatites cognationem habent. Hæmatites inuenitur in metallis: Vstus minij colorem imitatur. Vritur, vt Phrygius, sed non restinguitur vino. Adulteratur schisto. Hęmatiten discernunt venæ rubentes: & friabilis [1] est natura. Oculis cruore suffusis mirè [2] conuenit. Sistit profluuium mulierum potus. [3] Bibunt eum & qui sanguinem reiecerunt, cum succo Punici mali. Et in vesicæ vitijs efficax. Bibitur & in vino contra serpentiũ ictus. Infirmior ad omnia hęc eadem est, quem schiston appellant. [4] Sed in ijs commodior croco similis, [5] peculiarius splendet. Proficit oculorum lacrymis in lacte muliebri: procidentesq; oculos præclarè cohibet. Hęc est sententia eorum, qui nuperrimè scripsere. Sed Sotacus è vetustissimis autoribus quinque genera hæmatitarum tradit, præter magnetem: [6] principatum dat ex ijs Æthiopico, oculorum medicamentis vtilissimo, & ijs quæ [7b] pancresta appellant: item ambustis. Alterum [c] androdamanta dicit vocari, colore nigro, pondere ac duritia insignem, & inde nomen traxisse, præcipuéque in Africa repertum. Trahere autem in se argentum, æs, ferrum. Experimentum eius esse in cote ex lapide basanite. Reddere enim [8] succum sanguineum, & esse ad iocineris vitia præcipui remedij. Tertium genus Arabici facit, simili duritie, vix reddentis succum ad cotem [9] aquariam, aliquando croco similem. Quarti generis elatiten vocari, quandiu crudus sit: coctũ verò miltiten, vtilem ambustis, ad omnia vtiliorem rubrica. Quinti generis [10] schiston, hæmorrhoidas [11] reprimentem. In totum autem hæmatitas omnes tritos in oleo trium drachmarum pondere à ieiunis sumendos, ad vitia sanguinis. Idem autor, schiston alterius generis, quàm hæmatiten, tradit, quem [12] vocant anthraciten. Nasci in Africa nigrum, [13] attritum aquarijs cotibus reddere ab ea parte, quæ fuerit ab radice, nigrum colorem, ab altera croci. Ipsum vtilem esse oculorum medicamentis.

4 ast, in M.d.
8 congruit, M.
8 Sanguinis reiectio nibus cũ succo Punmali, vesicæ vitijs efficax M.
4 In ijs cõmendatior. M.
5 clarius. Vet.
6 principatumque. Vet.
7 polychresta. Vet.
8 colorem. M.
9 aquariam, in M.d.
10 schistos. M.
11 reprimit. Elus in totum vis omnis strymas sanare. Tritus in oleo trium drachmarum pondere, & à ieiunis bibitus, sanat vitia sang. M, & alterius, M.
12 vocat. Vet.
13 tritum, M.

ANNOTATIONES.

a Theophr. lib. περὶ λίθων hæmatiten dici vult, nõ quòd tritus sanguineum succum reddat, nõ quòd sanguinem sistat, sed quòd similis sit αἵματι ξηρῷ καὶ συστηκότι, arido sanguini & concreto.
b Omnibus ægritudinum generibus vtilia, πρὸς πολλὰ καὶ ποικίλα χρησιμεύει, πρὸς ὀφθαλμίας: polychresta quidam legunt, & aptiùs, vt arbitror.
c Ob firmissimam duritiam, qua & alia genera hæmatitarum percellit, & tundit, quasi virilem, aut virorum domitorem.

De quatuor generibus aëtitis, & [1] calamo, & Samio, & Arabo, & pumicibus. CAP. XXI.

1 callimo. Vet.

AEtites [2] lapides ex argumento nominis magnam famam habent. Reperiuntur in nidis aquilarum, sicuti in decimo volumine diximus. Aiunt binos inueniri, marem & fœminam. Nec sine ijs parere, quas diximus, aquilas, & ideò binos tantũ. Genera eorum quatuor. In Africa nascentem [a] pusillum ac mollem, intra se & velut in aluo habentem argillam suauem, candidam, ipsum friabilem, quem fœminei sexus putant. Marem autem, qui in Arabia nascitur, durum, gallæ similem, aut subruti lum, in aluo habentem [3] durum lapidem. Tertius in Cypro inuenitur, colore illis in Africa nascentibus similis, amplior tamen atque dilatatus: cæteris enim globosa facies. Habet in aluo harenam iucundam & lapillos, ipse tam mollis, vt etiam digitis frietur. Quarti generis Taphiusius appellatur, nascens iuxta Leucadem [4] in Taphiusa, qui locus est dextra nauigantibus ex hac ad Leucadem. Inuenitur in fluminibus candidus [5] & rotundus. Huic est in aluo lapis, qui vocatur callimus, nec quicquam tenerius. Aetitæ omnes grauidis adalligati mulieribus vel quadrupedib. [6] in pelliculis sacrificatorum animálium continent partus, non nisi parturiant, remouendi:

2 lapis etiam arg. &c. habet. Reperitur. M.
3 duritiẽ lapidẽ. M.
4 vbi mons Taphius, qui locatus est degra. M.
5 ac rubicundus. M.
6 pell. vteri scarif. Vet.

mouendi: alioqui vuluæ excidunt. Sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt. Est & lapis Samius in eadem insula, vbi terram laudauimus, [b] poliendo auro vtilis. Vtilis & in medicina oculorum hulceribus cum lacte, quo suprà dictũ est modo, contra veteres lacrymationes. Prodest & contra vitia stomachi potus: [7] cvertigines sedat: mentes commotas restituit. Quidam & morbis comitialibus vtiliter dari putant, & ad vrinæ difficultates. Acopis etiam miscetur. Probatur grauitate & candore. Vuluas & partus contineri adalligato eo tradunt. [8] Arabus lapis ebori simi lis, dentifricijs accommodatur crematus. Priuatim hęmorrhoidas sanat cum lanugine linteorum, linteolis insuper impositis. Non prętermittenda est & pumicum natura. Appellantur quidem ita & [d] erosa saxa, in ędificijs quæ musea vocant, depędentia, ad imaginem specus arte reddendam: [9] sed & ij pumices, qui sunt in vsu corporum læuigandorum [e] fœminis, iam quidem & [10] viris, atque (vt ait Catullus) libris, laudatissimi sunt in Melo, Scyro, & Æolijs insulis. Probatio in candore [11] mini moq; pondere, & vt quàm maximè spongiosi [f] aridiq; sint, ac teri faciles, nec harenosi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, siccare, trina vstione, ita vt torreantur carbone puro, ac toties vino restinguantur albo. Lauantur deinde, vt cadmia, & siccati conduntur, quàm [12] minimè vliginoso loco. Vsus farinæ eius oculorũ maximè medicamentis: hulcera purgat eorum [13] leniter, explétque cicatrices & emendat. Quidam tertia vstione refrigeratos potiùs, quàm [14] restinctos, terere malunt ex vino. Adduntur etiam ad malagmata, capitum verendorumq; hulceribus. Vtilissima fiunt ex his dentifricia. [g] Theophrastus autor est, potores in certamine bibendi pręsumere farinam [15] eius, sed nisi immenso potu impleantur periclitari: tantamq; refrigerandi naturam esse, vt musta feruere desinant pumice addito.

7 vertiginem. M.
8 Arabicus. Vet.
9 sed & qui inopum turbis sit in vsu corlauandorum, & fœminis. M.
10 viris. vt inuenio in Catulli libris. M.
11 & in minimo. M.
12 minimum. M.
13 leuiter. Vet.
14 extinctos. M
15 eam. M.

ANNOTATIONES.

a Reperitur multus prope Viennam in riuulo qui montem Salomonis præterfluit.
b Inde in veteri inscriptione SAMIARII DORYPHORΩN, qui prætorianorum, & satellitum Imperatoris arma, spicula, ferramenta ad nitorem fricabant & tergebant, gladiorumque prætereà & iaculorum aciem & cuspidem exasperabãt. Tur. lib. 21. cap. 27.
c Adiuuat sensuum instrumenta. Dioscor.
d Pumex, cauum & larebrosum saxum, pendens, antrosum, nõ tantùm rari laxi, & tenuissimi lapides. Propertius eleg. 3. lib. 3.
| *Pendebántque cauis tympana pumicibus.* Virgil. 12. Æneid.
Inclusa vt cùm latebroso in pumice pastor
Vlligauit apes, fumoq; implenit amaro. Turn. cap. 33. 26.
c Quæ fœminæ pumicibus, atque etiam psilothro, & volsellis pilos detrahebant, & castigabant, stricti uellæ sunt olim dictæ: vt incoctæ, quæ nimio calamistrorum vsu pellem adurunt. Sic & homines effœminati ac molles, qui eo artificio vibrant & crispãt capillos, Straboni lib. 14. κατατηγανισταί, Tertull. lib. de pallio vstriculi. Scalig.
f Plautus in Aulul.
Pumex non æquè est aridus, atque hic est senex.
g Apud Theophr. cap. 18. lib. 9. hist. Eudemus Chius post septimam veratri potionem vomitum cohibuit primum sumpto pumice acri aceto conspersо: deinde eodem pumice mero diluto & macerato.

De lapidibus mortariorum medicinalium, & mollibus lapidibus, & speculari lapide, & silicibus, & phengite, & cotibus, & reliquis ad structuram lapidibus, igni & [1] tempestatibus resistentibus. CAP. XXII.

1 tempestati. M.

AVtoribus curę fuere lapides [a] mortariorum quoque, [2] nec medicinalium tantùm, aut ad pigmenta pertinentium. Ephesiumq; lapidem in ijs prętulere cæteris, mox & Thebaicum, quem pyrrhopœcilon appellauimus: aliqui pharonium vocant. Tertium ex [b] chalazio chrysiten. Medici autem & basaniten. Hic enim lapis nihil ex sese remittit. Ii autem lapides, qui succum reddũt, oculorum medicamẽtis vtiles existimantur: ideoq; Æthiopici maximè ad ea probantur. Tænarium verò lapidem & Pœnicum, & hæmatiten ijs medicamentis prodesse tradunt, quę ex croco componantur: [3] ex alio Tęnario, qui niger est, & ex Pario lapide, non æquè medicis vtilem: potiorem ex alabastrite Ægyptio, vel ex ophite albo. Est enim hoc genus ophitis, ex quo vasa & etiam cados faciunt. In Siphno lapis est, qui cauatur, tornaturq; in vasa coquendis cibis vtilia, vel ad esculentorum vsus, quod in Comensi Ita

2 nec, in M.d.
3 Alium verò Tænarium, qui niger est, & Parium lapidem non æquè med. vtilẽ: potiorẽ autẽ alabastritẽ Aegyptium, vel ophiten album. Vet.

liæ lapide viridi accidere scimus. Sed in Siphnio singulare, quòd excalfactus oleo nigrescit durescitque, natura mollissimus. Tanta qualitatum differentia est. Nam mollitiæ & trans Alpes præcipua sunt exempla. In Belgica prouincia candidum lapidem serra, qua lignum, faciliusq; etiam, secant ad tegularum & imbricum vicem: vel si libeat, ad quæ vocant [c] pauonacea tegendi genera: [4] & hi quidem sectiles sunt. Specularis verò (quoniam & hic lapis nomen obtinet) faciliore multò natura finditur in quamlibet tenues crustas. Hispania hunc olim citerior tantùm dabat, nec tota, sed intra centum millia passuum circa Segobricam vrbem: iã & Cypros, & Cappadocia, & Sicilia, [5] & nuper inuentum Africa: [6] postferendos omnes tamen Hispaniæ, & Cappadociæ mollissimis [7] & amplissimæ magnitudinis, sed obscuris. Sunt & in Bononiensi Italiæ parte breues, maculosi, complexu silicis alligati, quorum tamen appareat natura similis eis, qui in Hispania puteis effodiuntur profunda altitudine. Necnon & saxo [9] incluſus sub terra inuenitur, extrahiturq;, aut exciditur. Sed maiori parte fossili natura, [d] absolutus segmenti modo, nunquam adhuc quinque pedum longitudine amplior. Humorem hunc terræ quidam autumãt crystalli modo [10] glaciari. Et in lapidem concrescere manifestò apparet, quòd cùm feræ decidêre in puteos [11] tales, & medullæ ex ossibus earum in eandem lapidis naturam post vnam hyemem figurantur. Inuenitur & niger aliquando. Sed candido natura mira, cùm sit mollitia nota, perpetiendi [12] Solis rigorisq;: nec senescit, si modò iniuria [13] absit, cùm hoc etiam in [14] cæmentis multorum generùm accidat. Inuenêre & alium vsum in ramentis quoque, Circum [16] maximum ludis Circensibus sternendi, vt sit in commendatione candor. Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis durities marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fuluę inciderant venę, ex argumento phengites appellatus. Hoc [17] constructerat ædem Fortunæ, quam [18] e Seiam appellant, à Seruio rege sacratam, aurea domo complexus. [f] Quare etiam foribus [19] apertis interdiu claritas ibi diurna erat, haud alio quàm specularium modo, tanquam incluſa luce, non transmissa. In Arabia quoque esse lapidem vitri modo translucidum, quo vtuntur pro specularibus, Iuba autor est. Nunc ad operarios lapides transisse [20] conueniat, primumq; cotes ferro acuendo. Multa earum genera: Creticæ diu maximam laudem habuere: secundam Laconicæ ex Taygeto monte, vtræque oleo indigentes. Inter aquarias Naxiæ laus maxima fuit, mox Armeniacæ, de quibus diximus. Ex oleo & aqua Ciliciæ pollent, ex aqua Arsinoeticæ. Repertæ sunt & in Italia aqua trahentes aciem acerrimo [21] affectu. Necnõ & trans Alpes, quas pallernices vocant. Quarta ratio est saliua hominis proficientium in tonstrinarum officinis, [22] inutilis fragili mollitia. Flamminitanæ ex Hispania citeriore in eo genere præcipuæ. Reliqua multitudo lapidum in totum ædificijs inutilis est [23] mortalita te mollitię. Quędam tamen loca [24] non alium habent, sicut Carthago in Africa. Exercetur halitu maris, fricatur vento, [25] & verberatur imbri. Sed cura tuentur picando parietes, quoniam & tectorij calce roditur. Scitéque dictum est, ad tecta eos pice, ad vinum calce vti, quoniam sic musta condiunt. Alia mollitia circa Romã Fide nati & Albano. In Liguria quoque, Vmbria, & Venetia, albus lapis dentata serra secatur. Hi tractabiles in opere, laborem quoque tolerant, sub tecto duntaxat. Aspergine & gelú pruinisque rumpuntur in testas: nec contra humores & auram maris robusti. Tiburtini ad reliqua fortes, vapore dissiliunt. Nigri silices optimi: quibusdã in locis & rubentes. [27] Nonnusquam verò & albi, sicut in Tarquiniensi Anicianis lapicidinis circa lacum Volsinienſem. Et in [28] Statonienſi sunt, quibus ne ignis quidem nocet. Iidem & in [29] monumenta scalpti, contra vetustatem quoque incorrupti permanent. Ex ijs formæ fiunt, in quibus æra funduntur. Est & viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: & vbi inuenitur, lapis, non saxũ est. [30] E reliquis pallidus, in cæmento rarò vtilis. Globosus, contra iniurias fortis, sed ad structuram infidelis, nisi multa [31] suffrenatione deuinctus. Nec certior fluuiatilis, semper

4 & ijdem sect. M. & ignę quidem durati ijdé sectiles sunt. Vet. Parisij.

5 & quod nuper. Vet. 6 præferendũ tamen omnib. ex Hispania & Cappadocia mollissimum & maximum, sed obscurum. M.
7 & maximis, sed. M.
8 maculoso complexu &c. apparet. M.
9 incluſi sub ter. inuenjuntur, extrahuntur q́ue, aut exciditur, sed ma par. Fossilia. ab ſoluti ſeg. &c long. ampliores. M.
10 glaciari & in lap. concrescere. Hoc mirũ M.
11 tales, medullæ in ossib. earum apparẽt in eand. lap. na. &c. figuratæ. M.
12 soles rigoresq;. M.
13 non artis. M.
14 cæmentis multis generib. accidat. Vet.
15 in, Vet d
16 maxime &c. vt sit commẽdatione hac gratior. Sub Ner. M.

17 constrauit. M.
18 Selini appellatione dicebat ũ Ser. M.

19 non opertis. Vet.

20 conuenit. Vet cõueniet. M.

21 effectu. Vet.

22 inutili & frag mollitia. Lamminitanæ. Vet
23 mortali mollitie. Vet. morosicate. Quędam. Parisien.
24 morem alium. M.
25 & verberata. Vet.
26 calx. Vet.

26 Nonnunquam. M.
28 Stratonenſi. M.

29 monumẽtis locati. M.

32 In reliquis. M.

31 ſuffrenatione Vet.

semper veluti madens. Remedium est in lapide [g] dubio, æstate eum eximere, nec ante biennium eum inserere tecto, domitum tempestatibus. Quæ ex eo læsa fuerint, in subterranea structura aptantur vtiliùs. Quæ restiterint, tutum est vel cælo committere. Græci è lapide duro [32] ac silice æquato construunt veluti lateritios parietes. Cùm ita fecerint, [h] isodomon vocant genus structuræ. At cùm inæquali crassitudine [33] structa sunt, pseudisodomon. Tertium est emplecton, tantummodo frõtibus politis. Reliqua fortuitò collocant. Alternas coagmentationes fieri, vt commissuras [34] antecedentium medij lapides obtineant, necessarium est in medio quoque pariete, si res patitur: si minùs, vtique à lateribus: [35] medios parietes farcire fractis cæmentis. Dictyotheton vocant reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt, rimis opportunam. Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet.

32 vel. M.

33 structi. Vet.

34 antecedentium lapidum medij lateres, Vet.
35 & medios. Ver.

ANNOTATIONES.

a Thyitas, Hermolao. Hippocrates thyite ad terendum vtitur velut cote.
b Libro sequenti chalazias gemma grandinem imitatur.
c Docti complures legendum putant, pauita, aut pauimenta, id est pauimenti modo facta & constructa. Ego pauonacea interpretor, picturatis lapidum impositorum quadris ad instar pẽnarum pauonis fulgentia, & splendentia, vt hodie fit in principum ædibus, regulis magna colorum varietate nitentibus & conspicuis.
d A saxo terrãque diuisus, & tanquam resectus.
e Scia fortassis ea est, quam D. Augustinus ex Varrone segetib. ait fuisse præpositam quamdiu sub terra essent. Seiæ quoque deę à serendo, Segetiæ à segetibus, mentio fit suprà cap. 2. libr. 18. Fit & cap. 48. lib. 8. mentio Fortunæ à Sernio dicatæ.
f Domitianus anxius & sollicitus ne illorum quos sua crudelitate offenderat cõiuratione opprimeretur, porticuum, in quib. spatiari consueuerat, parietes lapide phengite distinxit, vt eius splendore per imagines quicquid à tergo fieret, prouideret. Sueton. in Domitiano cap. 14.
g De quo non constat an sit duraturus, & offensiones externas toleraturus.
h Vitruuius cap. 8. lib. 2.

De cisternis & calce, & harena generibus, & mistura calcis & harenæ, & vitijs structura, & tectorijs, & columnis.

CAP. XXIII.

ET cisternas harenæ purę & asperę quinque partibus, calcis quàm vehementissimę duabus construi conuenit, fragmentis silicis non excedentibus libras. [2] Ita ferratis vectibus calcari solum, parietesq; similiter. Vtiliùs geminas esse, vt in priore vitia considant aquæ, atque per colum in proximam transeat maximè pura aqua. [a] Calcem è vario lapide Cato Censorius improbat. Ex albo melior, quàm ex duro, & structuræ vtilior. quæ ex fistuloso, tectoriis. Ad vtrunque damnatur ex silice. Vtilior eadem ex effosso lapide, quam ex ripis fluminum collecto. Vtilior è molari, quia est quædam pinguior natura eius. Mirum, aliquid, postquàm arserit, accendi aquis. Harenæ tria genera. Fossitia, cui [b] quarta pars calcis addi debet: [4] fluuiatili aut marinæ tertia. Si & testæ tusę tertia [5] pars addatur, melior materia erit. Ab Apennino ad Padum non inuenitur fossitia, [6] nec trans maria. Ruinarum vrbis ea maximè causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cęmenta componuntur. Intrita quoque quò vetustior, eò melior. In [7] antiquarum ædium legibus inuenitur, ne recentiore trima vteretur redemptor. Ideò [8] nulla tectoria eorum rimę fœdauere. [9] Tectoriumq; nisi ter harenato, & bis [c] marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Vliginosa, & vbi salsugo vitiat, testaceo sublini vtilius. In Græcia tectorijs etiam [10] harenarũ quod inducturi sunt, priùs in mortario ligneis vectibus subigunt. Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohęreat. Contrà in albario opere, vt macerata calx ceu glutinum hæreat. Sed macerari non nisi [11] à gleba oportet. In Elide ædes est Mineruæ, in qua frater Phidiæ Panneus tectorium induxit lacte & croco subactum, vt feruntideoq; si [12] teratur in ea hodieque saliua pollice, odorem croci saporemque [13] reddere traditur. [14] Columellæ in æde [15] densius positę, crassiores videntur. Genera earum [d] quatuor. Quæ sextam partem altitudinis in crassitudine ima habent, Doricæ vocantur: quæ nonam, Ionicæ: quæ septimam, Thuscanicæ. Corin-

1 Oportet & cisternas fieri harenæ purę quinque partibus. M. cõstructioni conuenit, quod sequitur, expuncto.
2 Præterea. Vet.

4 fluuiatilis, & marinæ, cui tertia. Si verò &. Vet.
5 pars calci addatur.
6 nec marina. M.

7 antiquis. Vet.
8 nullæ. Vet.
9 Tectorium quidẽ. M.

10 harenatũ. Alij, & M.

11 ex gleba. M.

12 teratur ea hodieq; saliuano pollice. Alij.
13 reddit. M.
14 Columnæ. Vet.
15 densæ. M.

16 Sed. Vet.

Corinthijs eadem ratio, quæ Ionicis. [16] Et differentia, quoniam capitulis Corinthiarum eadem est altitudo, quę colligitur crassitudine imi: ideoque graciliores videntur. Ionici enim capituli altitudo tertia pars est crassitudinis. Antiqua ratio erat columnarum altitudinis, tertia pars [17] latitudinum delubri. In Ephesiæ Dianæ æde, de qua priùs fuit sermo, primùm columnis spirę subditæ, & [18] capitella addita. Placuitque altitudinis octaua pars in crassitudine, & vt spiræ haberent crassitudinis dimidium, [19] septimæq; partes detraherentur summarũ crassitudini. Præter has sunt, quę vocantur Atticæ columnæ, quaternis angulis, pari laterum interuallo.

17 altitudinum. M.
18 capitula. M.
19 septimam eius partis detrahentib. Vet.

ANNOTATIONES.

a Vitruuius cap. 3. lib. 2. Omittit Plinius calcem confectam é testis buccinarum, & aliorum id genus piscium, memoratam à Dioscor.
b De maceratione calcis ad albarium opus Vitruuius cap. 7. li. 2. de arena cap. 4. lib. 2. & Palladius cap. 10. lib. 1.
c Marmoratum fit é marmore trito & calce viua.
d Vitruuius cap. 1. 2. 3. lib. 4. Tria tantùm genera is recensetIonicam, Corinthiam, Doricam.

De medicinis calcis, & maltha, & gypso.
CAP. XXIIII.

CAlcis & in medicina magnus vsus. Eligitur recens, nec aspersa aquis: vrit, discutit, extrahit, incipientesque serpere hulcerum impetus coercet. Aceto & rosaceo temperata perducit ad cicatricem. Luxatis quoque cum adipe suillo aut liquida resina ex melle medetur: eadem compositione & strumis. [a] Maltha è calce fit recenti. Gleba vino restinguitur: mox tunditur cum adipe suillo & ficu, duplici [1] linamento: quę res omnium tenacissima, & duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur antè. Cognata calci res gypsum est. Plura eius genera. Nam & è lapide coquitur, vt in Syria ac Thurijs: & è terra foditur, vt in Cypro ac [2] Perrhębis: è summa tellure & [b] Tymphaicum est. Qui coquitur lapis, [c] non dissimilis alabastritæ esse debet, aut marmoroso. In Syria durissimos ad id eligunt, coquuntq; fimo bubulo, vt celeriùs vrantur. Omnium autem optimum fieri compertum est è lapide speculari, squamámve talem habente. Gypso madido statim vtendum est, quoniam [3] celerrimè coit, ac siccatur: tamen rursus tundi & in farinam resolui patitur. [d] Vsus gypsi in albarijs, sigillis ædificiorum & [4] [e] coronis gratissimus. Exemplum illustre C. Proculeium Augusti Cęsaris familiaritate subnixum in maximo stomachi dolore gypso poto, conscisse sibi mortem.

1 linimento. Vet.
2 Thebis summa. M.
3 celerrimè siccatur. M.
4 corijs M.
5 familiarem in maximo. M.

ANNOTATIONES.

a Maltha, vetus dictio, mollem significat. Lucilius 28. Satyr. *Infamum vocant, quem feminam & malthan dici volunt.* Bitumen, malthan natiuam vocari vide suprà cap. 104. lib. 2.
b A Tymphæis Ætolibus, quibus vicini Perrhæbi sunt, cap. 2. lib. 4. quàm à Tymphæis Macedonibus.
c Talis in Sequanis ad oppidum Pollinium in pago S. Lothini reperitur, & ab incolis alabastrum vocatur. Hæc ex Theophr. lib. περὶ λίθων.
d Veteres etiam gypso arma dealbasse cùm noctu vellent hostes aggredi, vt suos ab aduersarijs dignoscerent, monstrant Herodotus in Vrania, & Pausanias initio lib. 10. Vsus quoq; ad claudenda vini dolia, operculaque continenda, monstrat hic locus Arbitri in Satyra. *Statim*, inquit, *allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cernicibus pittacia erant affixæ cum hoc titulo. Falernum Opimianum annorum centum.* Cicero verò Medeam Ennij manibus gypsatissimis quare dicat, vide Victorium ca. 13. li. 20. Politianum cap. 17. Miscell. Muretum Variar. cap. 17. lib. 8.
e Coronis admisceri prohibet Vitruuius cap. 3. lib. 7.

De pauimentis & quando primùm Romæ, & subdialibus pauimentis, & Græcanicis, & quando primùm camerę.
CAP. XXV.

PAuimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami [1] statuit quem vocant asaroton œcon, quòniam purgamenta cœnę in pauimento, quæq; euerri solent, veluti relicta fecerat paruis è testulis tinctisq; in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens, & aquam vmbra capitis [2] infuscans. Apricantur aliæ

1 statuit. Alij.
2 infuscans, abripiente alia escam. Ludentes videres in cadhari labro. Apricantur aliæ scabentes sese. Pauimenta. Vet. Parisi. sc.

aliæ [3] scabentes sese in cantharí labro. Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc [4] reuocamus, barbarica, atque subtegulanea, in Italia [5] fistucis pauita: hoc [6] certè ex nomine ipso intelligi potest. Romæ scalpturatum in Iouis Capitolini æde primùm factum est post tertium Punicum bellum initum. Frequentata verò pauimenta ante Cimbricum magna gratia animorum, indicio est Lucillianus ille versus:

[7] Ante pauimenta, atque emblemata vermiculata.

[a] Subdialia Græci inuenere, talibus domos [b] contegentes: [8] facilè tractu tepente, sed fallax, vbicunque imbres gelant. Necessarium binas per diuersum coassationes substerni, capita earum præfigi ne torqueantur, & [c] ruderi nouo tertiam partem testæ tusæ [9] addi: deinde tudus, [10] in quo duę quintæ calcis misceantur, pedali crassitudine fistucari. Tunc [d] nucleo crasso sex digitos induci, & ex tessera grandi non minùs alta duos digitos strui. Fastigium verò seruari in pedes denos sesquuncem, ac diligenter cote [11] despumare, [e] quernisq; axibus contabulare. Quæ torquentur, inutilia putant: [12] imò & silice aut palea substerni melius esse, [f] quò minor vis calcis perueniat. Necessarium & globosum lapidem subijci. Similiter fiunt [g] spicata testacea. Non negligendum est etiamnum vnum genus [13] Græcanicum. Solo festucato injicitur rudus aut testaceum pauimentum: dein spissè calcatis carbonibus inducitur, sabulo calce ac fauilla mistis: [14] materia crassitudine semipedali ad regulam & libellam [15] exigitur, & est forma terrena. Si verò [16] cote depolitum est, nigri pauimenti visum obtinet. [h] Lithostrota [17] cœptauere iam sub Sylla paruulis certè crustis, [18] extat hodieq;, quod in Fortunę delubro Prænestę fecit. Pulsa deinde ex humo pauimenta in cameras transiere è vitro: nouitium [19] & hoc inuentum. Agrippa certè in thermis, quas Romæ fecit, figlinum opus encausto pinxit: in reliquis albaria adornauit: non dubiè vitreas facturus cameras, si priùs inuentum id fuisset, aut à parietibus scenæ, vt diximus, Scauri peruenisset in cameras. Quamobrem [20] & vitri natura indicanda est.

3 lauantes in. M.
4 vocamus. M.
5 fistucata: hoc. Vet.
6 aperte. M.
7 *Ante* Vet. Paris.
8 quod quidè facilè. Vet.
9 addere: rudę in quo duę quintę partes calcis. M.
10 in quo duæ calcis, quinque misceantur. Vet.
11 despumari, quernisque asseribus contabulari. Vet.
12 imò scilicem, aut palea subst. M imo & silice &c. Vet. & Vitr.
13 Græcanici. M.
14 materiæ. M.
15 extruitur. M.
16 politū est cote. M.
17 acceptauere. M.
18 extat hodie quod. Vet. Paris.
19 & hoc certè inuentum Agrippa in thermis, quas &c. pinxit, adornauitque, nō dubiè. M.
20 & originem vitri dicemus. M.

ANNOTATIONES.

a Hanc totam rationem vide prolixè & diligenter explicatam à Vitruuio cap. 1. lib. 7. & Palladio cap. 9. lib. 1.
b In Græciæ calidiore tractu domos, quidé tectis non operiunt sed ædificiorum summa parte reclusas, & detectas ambulationes relinquunt auræ capiendæ gratia, quę vaporosum cœlum refrigeret, & præcipuè feruidis æstatis noctibus.
c Rudus nouum fit è lapide tum primùm contuso, aut testis, addita vna parte calcis ad duas: reduuium, seu renouatum è veteri, fit ex pauimentis, aut ædificijs dirutis, adiectis duabus partibus calcis ad quinque.
d Corio, crusta, tectorio. Nucleus medium pauimenti corium, media crusta. Itali animam vocant. Is Vitruuio fit ex testæ tribus partibus & vna calcis.
e Quernos asseres Vitruuius improbat, quoniam humorem vbi perceperunt, torquent se, & in pauimento faciunt rimas: ex esculo verò præfert. Idem Palladius cap. 9. lib. 1.
f Ne calx, quæ contignationis & coassationis materiam contactu vitiare potest, in profundum subeat.
g Spicata pauimenta fiunt è latereculis coctilibus iunctis, & in latus proclinatis ad spicæ formam. Vide Philandrum in Vitruuium.
h Opus amusseatum, siue museacum, siue musiuum; vt apud Spartianum in Pescennio. Iade artifices musiuarij Theodosio & Valentiniano lib. 10. Codicis. Artis eius industriam Nilus libr. 4. Epigrammaton hoc versu monstrat.

-πῶς ἐκ λίθων ἄλλοθεν ἄλλων
Συμφυγὲς γινόμεν ἐξανθίνης εἰκόνος.

De origine vitri, & ratione faciendi, multiformibus vitri. & de Obsidiano vitro, & generibus
CAP. XXVI.

PArs est Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Iudææ, [1] intra montis Carmeli radices paludem habens, quę vocatur Cędeuia. [a] Ex ea creditur nasci Belus amnis quinque M. p. spatio in mare perfluens iuxta Ptolemaidem coloniam. [2] Lentus hic currit, insalubri potu, sed ceremonijs sacer, limosus, vado profundus. Non nisi [3] refuso mari harenas fatetur: fluctibus enim volutatæ nitescunt, detritis sordibus. [4] Nunc & à marino creduntur astringi morsu, non priùs vtiles. Quingentorum est passuum non ampliùs litoris spatium, idque tantũ multa per secula gignendo fuit vitro. Fama est, appulsa naue mercatorum nitri, cùm sparsi per litus epulas pararẽt, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri, è naue subdidisse. Quibus accensis permista harena litoris, translucentes [5] nobilis liquoris fluxisse riuos, & hanc fuisse originem vitri. Mox, vt est astuta & ingeniosa solertia, non fuit contenta

1 infra. M.
2 Lentus, sed ceremonijs &c. M.
3 repulso. M.
4 Tāc & marino cred. adstr. meatu. M.
5 noui M.

tenta nitrum miſcuiſſe: cœptus addi & magnes lapis: quoniam in ſe liquorem vitri quoque, vt ferrum, trahere creditur. Simili modo & calculi ſplendentes multifariâ cœpti vri: deinde conchæ, & foſſiles harenę. Autores ſunt, in India è cryſtallo fracta fieri, & ob id nullum comparari Indico. 6b Leuibus autem aridiſq; lignis coquitur, addito 7 Cyprio 8 ac nitro, maximè Ophirio. Continuis fornacibus, vt æs liquatur, maſſæque fiunt 9 colore pingui nigricantes. Acies tanta eſt quacunque, vt citra vllũ ſenſum ad oſſa conſecet, quicquid 10 afflauerit corporis. Ex maſſis rurſus funditur in officinis, tingiturque. 11 Et aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur, Sidone quondam ijs officinis nobili: ſiquidem etiam ſpecula excogitauerat. Hæc fuit antiqua ratio vitri. Iam verò & in Vulturno mari Italię arena alba naſcens, ſex M. paſſ. litore inter Cumas atque Lucrinum, quę molliſſima 12 eſt, pila molaque teritur. Dein miſcetur tribus partibus nitri pondere vel menſura, ac liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi fit maſſa, quæ vocatur hammonitrum: atque hæc recoquitur, & fit vitrum purum, ac maſſa vitri candidi. Iam verò & per Gallias Hiſpaniaſque ſimili modo harenæ temperantur. Ferunt Tiberio principe excogitatum vitri temperamentum, c vt flexibile eſſet: & totam officinam artificis eius abolitam, ne æris, argenti, auri, metallis, pretia detraherentur: eaque fama crebrior diu, quàm certior, fuit. Sed quid refert, Neronis principatu reperta vitri arte quæ modicos calices duos, quos 13 appellabant d pteroros, H-S. ſex millibus venderet. In genere vitri & Obſidiana numerantur, ad ſimilitudinem lapidis, quem in Æthiopia inuenit e Obſidius, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in 14 ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt: vidimuſque & ſolidas imagines Diui Auguſti, capti 15 materia huius craſſitudinis: dicauitq; ipſe pro miraculo in templo Concordiæ Obſidianos quatuor elephantos. Remiſit & Tiberius Cæſar Heliopolitarum ceremoniis repertam ibi in hę reditate eius qui præfuerat Ægypto, Obſidianam imaginem Menelai. Ex quo apparet antiquior materiæ 16 origo, nunc vitri ſimilitudine interpolata. Xenocrates Obſidianum lapidem in India, & in Samnio Italiæ, & ad Oceanũ in Hiſpania naſci tradit. Fit & tincturæ genere Obſidianum, ad eſcaria vaſa, & totum rubens vitrum atque non tranſlucens, hęmatinon appellatum. Fit & album & murrhinum, aut hyacinthos ſapphiroſque imitatum, & omnibus alijs coloribus. Nec eſt alia nũc materia ſequacior, aut etiam picturæ accommodatior. Maximus tamen honos in candido 17 tranſlucentibus, quàm proxima cryſtalli ſimilitudine. Vſus verò ad potandum argenti metalla & auri pepulit. Eſt autem caloris impatiens, ni præcedat frigidus 18 liquor: cum addita aqua f vitreæ pilæ Sole aduerſo, in tantum excandeſcant, vt veſtes exurant. Fragmenta teporata agglutinantur tantùm, rurſus affundi non queũt, præterquàm abrupta 19 ſibimet: veluti cùm calculi fiunt, quos quidam abaculos appellant, 20 aliquos etiam pluribus modis verſicolores. Vitrum ſulphuri concoctum ferruminatur in lapidem. At peractis omnibus, 21 quæ conſtant ingenio, artem natura faciente, ſuccurrit mirari, nihil penè non igni perfici.

6 Lenib.
7 ære Cyprio Vet.
8 nitro ac max. M.
9 cõlore nigricantes, pingues. M.
10 attigerit Ver.
11 Et flatu figuratur, & aliquod argẽ nio. cælatur. Sidon quon. ijs offi. nobilis, quas etiam excogitauit. at. Hæc fuit an ra vitri ratio tum. Eſt verò in Vulture M.
12 lſt, in Vet. d.
13 appellabat. M.
14 ſpeluncis M.
15 materiæ huius craſſitudine, Vet.
16 origo, vitri ſimilitudine. Xenoc. M.
17 tranſlucente. M.
18 liquor, aut addita aqua. Vitrea pila ſo. ad in tan. excãdeſcit, vt veſtes exura Frag. temperata aggl ran. rurſus tota fundi nequeunt. M.
19 ſibi, nec iungi, velu ti. Ver Parit
20 aliqui. Vet.
21 quæ conſtat ingenio. Vet, natura fieri. M.

ANNOTATIONES.

a Supra cap. 19. lib. 5. Vide prolixam huius rei narrationẽ apud Rhodiginum ex Ioſepho cap 5. lib. 22.
b Leg. Lenibus. Græci ἄπνευστα vocant, Homerus ἀάπνευστα, quæ ἐμπνεύσεως πνεύματι non habent. Lenibus τὰ ἐμπίονα contraria ſunt. Apud Catonem, *Lenibus lignis facito caleſcant*: apud Varronem ca. 63. li. 1. amurca decoquitur in ahenis, lenibus lignis.
c Rhodig. cap. 30. lib. 20. narrat, cùm ſupplex quidam coram Tiberio de induſtria poculum vitreum alliſum, ἄθραυστον, id eſt, illæſum & infractum oſtendiſſet, iuſſu eius fuiſſe intertectum.
d Quaſi pinnatos, & alatos, duabus anſis appoſitis. Quidam legunt apyrotos, & ita dici putant vaſa frigidaria.
e Vide in Diction. Conſtant. ἐξιανὲς λίθος.
f Cryſtallinæ præcipuè. Inde reperta ſpeculorum vrentium materia.

Ignium miracula, & medicinæ, & prodigia. CAP. XXVII.

1 ex quib. alibi plũbi, alibi pigmenta &c. M. quæ inter hæc leguntur, non habet.

IGnis accipit harenas, 1 ex quibus alibi vitrum, alibi argentum, alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs ſoluuntur,

uuntur, igne ferrum gignitur, ac domatur, igne cremato lapide 2 cæmenta in tectis ligantur. Alia ſępius vri prodeſt. Eademq; materia aliud gignit primis ignibus, aliud ſecundis, aliud tertijs. Quando ipſe carbo vires habere incipit reſtinctus, atq; interijſſe creditus, maioris fit virtutis. Immeſa & improba rerũ naturæ portio: & in qua dubium ſit plura abſumat, an pariat. Eſt & ipſis ignibus medica vis. Peſtilentiæ, quæ Solis obſcuratione cõtrahitur, 3 ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certũ eſt. Empedocles & Hippocrates id 4 monſtrauere diuerſis locis. Ad cõuulſa viſcera, aut 5 cõtuſa, vt M. Varro autor eſt: ipſis enim verbis eius vtar: Lix cinis eſt, inquit, foci. Inde enim cinis 6a lixiuus potus medetur: vt licet videre gladiatores cũ 7b deluſerint, hac iuuari potione. Quin & carbũculum genus morbi, quo duos Conſulares nuper abſumptos indicauimus, querneus carbo tritus cum melle ſanat. Adeò in rebus damnatis quoque ac iam 8 nullis, ſunt aliqua remedia, vt in carbone 9 ecce & cinere. Nõ præteribo & vnum foci exemplum, Romanis literis clarum. Tarquinio Priſco regnante tradunt repentè 10 in foco eius apparuiſſe genitale è cinere maſculini ſexus, eamq; quæ inſederat 11 ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocriſiam captiuam, conſurrexiſſe grauidam. Ita Seruium Tullum natum, qui regno ſucceſſit. Inde 12 & in regia cubanti puero caput arſiſſe viſum, creditumq; Laris familiaris filium. Ob id compitalia 13 & ludos Laribus primum inſtituiſſe.

2 cæmentum tectis alligatur. M.
3 ignis ſuffitũ multiformiter. Vet ignes, ſi fiant multiformiter. M.
4 demonſtrauere. M.
5 contuſa, M. Varro: ipſis enim &c. M.
6 luxatis. Vet.
7 conuulſi ſunt. M.
8 nulli incogniti, ſunt. M.
9 ſecce. Vet.
10 in foco compa- ruiſſe. M.
11 ibi, in M. d.
12 & regi accubanti & puero.
13 &, in M. d.

ANNOTATIONES.

a Lixiuium cinerem (Græcis νενιτρωμένην λύσιν) Plautus ſimpliciter cinerem vocat in Milite. Lixa, aqua: inde elixare, aqua coquere. Lixæ, qui officium ſuſtinent aquæ vehendæ militibus. Lix, cinis, vel humor cineri mixtus, hodie lixiuium. Nonius. Quidam legũt, Indecenim cinis luxatis potus medetur &c. cinerem hic lixiuium exponentes. Vide Diction. Cõſtant. in voce *noxia*. Dioſcorides de lixiuio id ipſum prodidit his verbis, πονήσεται πρὸς τὸ ὑγιάσαι, ἢ ἀνιμᾶται, ἢ ἀποπλύσαι. cap. de Fico.
b Præludunt gladiatores in arena, cùm ante veram pugnam clypeos & parmas in altum mittunt, quas venuſtè excipiant, haſtaſque rudes, & gladios iactant, quod ventilare dicitur: eludunt verò, ſiue deludunt, cùm illo exercitationis genere ludere deſierint. Sic Aquilius litus definijt, quà fluctus eluderet, id eſt, ludere ceſſaret. Lipſ. cap. 19. lib. 2. Saturn.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER XXXVII.

PROOEMIVM.

VT NIHIL inſtituto operi deſit, gemmæ ſuperſunt, & in arctum coacta rerum naturę maieſtas, multis nulla ſui parte mirabilior. Tãtùm tribuũt varietati, coloribus, materię, decori, violari etiã ſignis gẽmas nefas ducentes. Aliquas verò extra pretia vlla, taxationemq; humanarum opum arbitrantes, vt pleriſque ad ſummam abſolutamque rerum naturæ contemplationem ſatis ſit vna aliqua gemma. Quę fuerit origo gemmarũ, & quibus initiis in tantũ admiratio hæc exarſerit, diximus quadantenus in mentione auri anulorũmque. Fabulæ primordium à rupe

Caucasea tradunt. [a] Prometheithi vinculorum interpretatione [1] fatali: primumq; saxi huius fragmentum inclusum ferro ac digito [2] circundatum, anulum, & hoc gemmã.

[1] fatili Dal.
[2] circundatum. Hoc fuisse anulum, & hoc gemma sm. M.

ANNOTATIONES.

a Prometheum Caucasi rupibus Iupiter alligauerat, quòd per ludibrium sibi ossa pingui tecta in conuiuio apposuisset: quòd ignem cœlestem esset furatus: quòd de stupro Mineruam solicitasset. Eum tamen pòst soluit, quòd Thetidis amore captus, ab eo fatorum præscio cognouisset, nascturum ex Thetide filiũ patre maiorem fore: & memor eorum quæ aduersus patrẽ gesserat, metueret ne par redderetur: sed ea lege, vt suarum pœnarum monumentum annulum ferreum, & coronam textam colligatus ferribus gestaret. Rhodiginus cap. 19. lib. 6.

De gemma Polycratis tyranni, & Pyrrhi regis, & qui [3] sculptores optimi, & nobilitates artificum, & quis primus dactyliothecam Romæ habuit.
CAP. I.

[3] sculptores. Ver.

HIs initijs cœpit autoritas, in tantum amorem elata, vt [a] Polycrati Samio [1] seuero insularum ac litorum tyrãno felicitatis suæ, quam nimiam fatebatur etiam ipse, satis piamenti in vnius gemmæ voluntario damno videretur, si cum fortunæ volubilitate paria faceret: planeque ab inuidia eius abundè se redimi putaret, si hoc vnũ doluisset. Assiduo ergo gaudio lassus, prouectus nauigio in altum, anulũ mersit. At illũ piscis eximia magnitudine Regi natus, escæ vice raptum, vt faceret ostẽtum, in culinam domini rursus Fortunæ [b] insidiantis manu reddidit. [2] Sardonychẽ eam gemmam fuisse constat: ostenduntq; Romę, si credimus, in Concordiæ delubro, cornu aureo [3] Augustę dono inclusam, & nouissimum propè locum tot prælatis obtinentem. Post hunc anulum regia fama est gemmę Pyrrhi illius, qui aduersus Romanos bellum gessit. Nãque habuisse traditur achaten, in qua i x. Musæ & Apollo citharam tenens spectarentur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrẽtibus maculis, vt Musis quoque singulis sua [4] redderentur insignia. Nec deinde alia, quæ tradatur, magnopere gemmarum claritas extat apud autores, præterquàm Ismeniam choraulem, multis fulgẽtibúsque vti solitum, comitante fabula vanitatem eius, indicato in Cypro sex aureis denarijs smaragdo, in quo fuerat sculpta [c] Amymone, iussisse numerari: & cũ duo relati essent, imminuto pretio, malè [5] me Hercules curatum, [6] dixisse: multùm enim detractum gemmæ dignitati. Hic videtur instituisse, vt omnes musicæ artis hac quoque ostentatione censerentur, veluti Dionysodorus æqualis eius & æmulus, vt sic quoque par videretur. Tertius, qui eodem tempore fuit inter musicos, Nicomachus, multas gemmas habuisse traditur, sed nulla peritia electas: forte quadam his exemplis initio voluminis oblatis aduersus istos, qui sibi hanc ostentationen [7] arrogent, vt palàm sit eos tibicinum gloria tumere. Polycratis gemma, quæ demonstratur, illibata intactáque est. Ismenię ętate multos post annos, apparet scalpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexãdri Magni, qũo veruit in gemma se ab alio scalpi, quàm à Pyrgotele, non dubiè clarissimo artis eius. Post eum Apollonides & Cronius in gloria fuere, quíque Dini Augusti imaginem similem expressit, qua posteà principes signabãt, Dioscorides, Sylla Dictator[d] traditione Iugurthę semper [8] signauit. Est apud autores, & Intercatiensem illum, cuius patrem Scipio Æmilianus ex prouocatione interfecerat, pugnæ eius effigie signasse: vulgato [9] Stilonis Præconini sale, quidnam fuisse facturum eum, si Scipio à patre eius interemptus esset. Diuus Augustus inter initia [e] sphinge signauit. [10] Duas in matris anulis iam indiscretę similitudinis inuenerat. Altera per bella ciuilia, absente eo, amici signauere epistolas & edicta, quæ ratio temporum nomine eius reddi postulabat, non infaceto lepore accipientium, ænigmata afferre eã sphingem. Quinetiã [f] Mecœnatis rana, [11] per collatio nẽ pecuniarũ in magno terrore erat. Augustus posteà ad euitanda cõuicia sphingis, Alexãdri Magni imagine signauit. Gẽmas plures, quod peregrino appellãt nomine dactyliothecam, primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus. Diuque nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eã quę Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, vt M. Varro aliíque eiusdẽ ætatis autores confirmant, multùm prælatam Scauri. Hoc exemplo Cæsar Dictator sex dactyliothecas in æde Veneris Genitricis cõsecrauit: Marcellus Octauia genitus in Palatina Apollinis [12] æde vnam. Victoria tamẽ illa Pompeij primùm ad margaritas gemmasque mores inclinauit: sicut L. Scipionis & Cn. Manlij ad cælatum argentum, & vestes Attalicas, & triclinia ærata: sicut L. Mummij, ad Corinthia & tabulas pictas.

[1] seuero, in Ver. d.
[2] Smaragdum. Herodotus in Thalia.
[3] Augusti. M.
[4] darentur. M.
[5] me, in M. d.
[6] se dixisse. M.
[7] arrogant. M.
[8] signãt. M. signarũt. Ver.
[9] stilo, plerunque incõmodũ valere aliquid. Non enim hoc fuisse actutum si Scipio. Turn. ex Ver. mss. stilo mordaci & pungenti ico. Ver.
[10] Duas autẽ in mareis. Ver.
[11] propter. Ver.
[12] cella. M.

ANNOTATIONES.

a Vide suprà cap. 1. lib. 31. Valerium Max. cap. vlt. lib. 6. Tali historia, vel potiùs fabula, apud Pausaniam lib. 1. Theseus gemmã cælatam, quam Minos ira percitus in mare proiecerat, demersus retulit.
b Diximus suprà ex Strabonis, opinor, lib. 14. à Persarum satrapa dolo captum, & suspendio necatum.
c Vna ex Danai quinquaginta filiabus, quæ à Neptuno compressa Nauplium peperit.
d In antiqui denarij aduersa parte impressum est caput torquati eiusdem cum his literis, FAVSTVS: in auersa parte signatus Sylla in solio sedens, adstante Boccho in genua procumbente, & velut herbam porrigente, Iugurthaq; manibus in tergum reuinctis, humi abiecto, elato cruce dextro. Vrsinus 75. Vide Valer. cap. 15. lib. 8. Plutarchum in Sylla.
e Pompeius ensifero leone. Alex. ab Alex. cap. 19. lib. 2.
f Seneca Epist. 115. de Mœcenate, *Nam etiam cum absentis Cæsaris partibus fungeretur, signum à discrimine petebatur.*

De gemmis translatis in triumpho Pompeij, & natura crystalli, & medicinis, & luxuria circa ea, & quando primùm inuenta murrhina, & luxuria circa ea, & natura murrhinorum, & qua mentiti sunt autores de succino.
CAP. II.

IDvti planiùs noscatur, verba ex ipsis Pompeij triumphorum actis subiiciam. Ergo tertio triumpho, quem de piratis, Asia, Ponto, gentibusq; & regibus in septimo operis huius volumine indicatis, M. Pisone, M. Messala consulibus, pridie Calend. Octob. die [1] natalis sui egit, trãstulit alueum cum tesseris lusorium è gemmis duabus latum pedes tres, longum pedes quatuor: & ne quis de ea re dubitet, nulla gemmarum magnitudine hodie propè ad hanc amplitudinem accedente, in eo fuit Luna aurea pondo x x x. [3] lectos tricliniares tres: vasa ex auro & gemmis abacorum nouẽ: signa aurea tria, Mineruæ, Martis, & Apollinis: [4] coronas ex margaritis triginta tres: montem aureum quadratum cum ceruis & leonibus, & pomis omnis generis, [5] circundata vite aurea. Museum ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat. Imago Cn. Pompeij è margaritis, illa regio honore grata, illius probi oris venerãdique per cunctas gentes, illa, inquam, ex margaritis, seueritate victa, & veriore [6] luxuriæ triumpho. [7] Quàm profectò inter illos viros durasset cognomen Magni, si prima victoria sic triumphasses? & margaritis, Magne, tam prodiga re, & fœminis reperta, [8] quã gerere te fas nõ sit, hinc fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri? Nónne illa similior tui est imago, quam Pyrenæi iugis imposuisti? Graue profectò fœdúmque probrum erat, [9] ni veriùs iræ Deorum ostentum credi oporteret: claréque intelligi posset, iam tum illud caput Orientis opibus sine reliquo corpore ostentum. Cætera triumphi eiusdem quàm virilia! [10] Reipublicæ datum mille talentũm, legatis & quæstoribus, qui oras maris defendissent. H-s. bina millia, cõmilitibus singulis quinquaginta. Tolerabiliorem tamen fecit causam Caij principis, qui super omnia muliebria socculos induebat è margaritis: & Neronis principis, qui [11] sceptra, [12] & personas, & cubicula viatoria vnionibus construebat. Quinimo etiam ius videmur perdidisse corripiendi gemmata potoria, & [13] varia [14] supellectilis genera, anulos transeuntes. Quæ enim non luxuria innocentior [15] existimari possit? Eadem victoria primùm in vrbem murrhina [16] induxit: primusque Pompeius [17] sex pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit: quæ protinus ad hominum vsum transiere, abacis etiã escariisq; vasis inde expetitis. Excrescitq; indies eius rei luxus, murrhino [18] octoginta sestertijs empto, capaci planè ad sextarios tres calice. Potauit ex eo ante hos annos Consularis ob amorem [19] obroso eius margine vt tamen iniuria illa pre-

[1] natali. suo. Alij.
[2] lusorijs. M.
[3] lecti. M.
[4] coronæ &c. mons aureus quadratus. Ver.
[5] circumdatis. M.
[6] luxuria quàm triũpho. Ver. Paris.
[7] Quàm parùm inter mollier viros duraſſet cognomen Magni, ſi prima victoria ſic triumphaſſes? E marga. &c. Ver.
[8] quã habere gererequę te Ver. Par.
[9] ni veriùs (æuũ popũ lo Ro. deorum oſtẽ. M.
[10] Reip. & quæſtoribus? qui oras maris defendiſſent, danũ mille talẽtum: militib. ſingulis ſena millia ſeſtertiorum. Tolerab. M.
[11] ſceptra perſonis, & cubilia, M.
[12] & perſonas hiſtrionum, & M.
[13] variæ. Ver.
[14] ſupellectilium. M.
[15] videri poteſt. M.
[16] inuexit. M.
[17] lapides & pocula. M.
[18] ſeptuaginta talẽtis. M.
[19] abroſo. M.

tium augeret: neque eſt hodie murrhini alterius præſtantior indicatura. Idem in reliquis generis eius quantùm vorauerit, licet exiſtimare ex multitudine, quæ tanta fuit, vt auferente liberis eius Nerone Domitio, theatrum peculiare trans Tiberim [20b] hortis expoſita occuparent: quod à populo impleri canente ſe, dum Pompeiano præludit, etiam Neroni ſatis [21] erat: qui vidit tunc annumerari vnius ſcyphi fracta membra, quæ in dolorem credo ſeculi inuidiamq; fortunæ, tanquam Alexãdri Magni corpus in conditorio ſeruari, vt oſtentarentur, placebat. T. Petronius Conſularis moriturus, inuidia Neronis principis, vt menſam eius exhæredaret, trullam murrhinam trecentis [22] ſeſtertijs emptam fregit. Sed Nero, vt par [23] erat principem vicit omnes, trecentis [24] ſeſtertijs capidem vnam parando. Memoranda res, tanti Imperatorẽ patremq; patriæ bibiſſe. Oriens murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis, nec inſignibus, maximè Parthici regni: præcipuè tamen in Carmania. Humorem putant ſub terra calore denſari. Amplitudine nuſquam paruos excedunt abacos: craſſitudine rarò, quanta dictum eſt vaſi potorio. Splendor his ſine viribus, nitorque [25] veriùs, quàm ſplendor. Sed in pretio varietas colorum, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremque, & tertium ex vtroque igneſcentem, velut per tranſitum coloris [26] purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. Sunt qui maximè in ijs [27] laudent extremitates, & quoſdã colorum repercuſſus, quales in cœleſti arquu ſpectantur. His maculæ pingues placent: tranſlucere quicquam aut pallere vitium eſt. Item ſales verruceq́ue non eminentes, ſed vt in corpore etiam plerunque ſeſiles. Aliqua & in odore commendatio eſt. Contraria huic cauſa cryſtallum facit, [c] gelu vehementiore concreto. Non [28] aliubi certè reperitur, quàm vbi maximè hybernę niues rigent: glaciémque eſſe certum eſt: vnde & nomẽ Greci dedêre. Oriẽs & hanc mittit, ſed [d] Indicæ nulla præfertur. Naſcitur & in Aſia, viliſsima circa Alabanda & Ortoſiam, finitimiſque mõtibus, [29] item in Cypro. Sed laudata in Europæ Alpium iugis. Iuba autor eſt, & in quadam inſula Rubri maris ante Arabiam ſita naſci, quæ [30] Neron vocetur: & in ea, quæ iuxta gemmã topazion [31] ferat, cubitalemq; effoſsã à Pythagora Ptolemæi regis præfecto. Cornelius [32] Bocchus & in Luſitania naſci perquàm mirandi põderis, immenſis iugis depreſsis [e] ad libramẽtum aquæ puteis. Mirum & quod Xenocrates tradit Epheſius, aratro in Aſia & Cypro excitari. Non enim inueniri in terreno, nec niſi inter cautes creditum fuerat. Similius [33] vero eſt, quod idem Xenocrates tradit, [34] torrentibus ſæpe deportari. Sudines verò negat niſi ad Meridiem ſpectãtibus locis naſci: quod certum eſt: non enim reperitur in aquoſis, quanquam in regione prægelida, vel ſi ad vada vſq; glacientur amnes. Cæleſti humore paruáque niue id fieri neceſſe eſt: ideò caloris impatiens, [35] niſi in frigido potu abdicatur. Quare ſexangulis naſcatur lateribus, non facilè ratio inueniri poteſt, eò magis quòd neque mucronibus eadem ſpecies eſt, & ita abſolutus eſt laterum læuor, vt nulla id arte poſsit æquari. Magnitudo ampliſsima adhuc viſa nobis erat, quam in Capitolio [36] Liuia Auguſta dicauerat, librarũ circiter quinquaginta. Idem Xenocrates autor eſt, vas amphorale viſum, & aliqui ex India cryſtallum ſextariorum quatuor. Nos liquidò affirmare poſſumus, in cautibus Alpium naſci, atque adeò inuiis, vt plerunque fune pendentes eam extrahant. Peritis ſigna & indicia nota ſunt. Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, occulta [37] aliquando vomica, præduro fragiliq́ue cẽtro [38] & ſale appellato. Eſt & rufa [39] aliquibus rubigo: aliis capillamẽtum rimæ ſimile. Hoc artifices cælatura occultant. Quæ verò ſine vitio ſunt, puras eſſe malunt, acenteta appellantes, nec ſpumei coloris lympidæ aquę. Poſtremò autoritas in pondere eſt. Inuenio Medicos, quæ ſunt vrenda corporum, non aliter vtiliùs id fieri putare, quàm cryſtallina pila aduerſis [40] poſita Solis radiis. Alius hic furor, H-S CL. M. trullam vnã nõ ante multos annos [41] mercatam à matrefamiliâs, nec diuite. Idem Nero amiſſarum rerum nuntio accepto, duos calices cryſtallinos in ſuprema ira fregit illiſos.

Hæc

20 orcis. Alij. foris. Vet. in hortis. Alij Ver.
21 erat. Vidi tunc ann. en. ſ. fracta M.
22 talentis. M.
23 Erat principẽ facere, vicit oẽs. Vet. erat, principes vicit omnes. Ver.
24 talentis M.
25 potius. Vet.
26 purpura candeſcente, aut lacte rubeſcente. Vet.
27 laudant. M.
28 aliubi. M.
29 item Cypro laudata, & in Eur. M.
30 Neron. M. vide ſuperiõr.
31 fert. M.
32 Nepos dicit. M.
33 veri eſt. M.
34 à torrent. M.
35 non niſi frigido potu adijcitur. M. ad dicitur. Vet.
36 Diuus Auguſtus. M.
37 aliqua. M.
38 item ſale. M.
39 aliqui. M.
40 ſolis radijs oppoſita. M.
41 mercata matre familiâ. Vet.

Hæc fuit ratio ſeculum ſuũ punientis, ne quis alius ex his biberet. Fragmenta ſarciri nullo modo queunt. Mirè ad ſimilitudinem acceſſere vitrea, ſed prodigij modo, vt ſuum pretium auxerint cryſtalli, nõ diminuerint. Proximum locum in deliciis fœminarum tamen adhuc tantùm, ſuccina obtinent, eandémque omnia hæc, quam gemmæ, autoritatem, ſanè maiorem aliquibus de cauſis cryſtallina & murrhina, [42] rigidi potus vtraque. In ſuccinis cauſam ne deliciæ quidem adhuc excogitauerunt. Occaſio eſt vanitas Græcorum diligentiæ. Legentes modò æquè perpetiatur me de ortu [43] eorum, cùm hoc quoque interſit vitæ, ſcire poſteros quicquid illi prodidere mirãdũ. Phaethontis fulmine icti ſorores [44] fletu mutatas in arbores populos, [f] Iachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus: & electrum appellatum, quoniam Sol [45] vocitatus ſit [g] Elector, plurimi Poëtæ dixere, primiq́ue, vt arbitror, Æſchylus, Philoxenus, Nicãder, [h] Eurpides, Satyrus. Quod eſſe falſum, Italiæ teſtimonio patet. Diligentiores eorum, Electridas inſulas in mari Adriatico eſſe dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas vnquam ibi fuiſſe, certũ eſt: nec verò vllas ibi appoſitas eſſe, in quas quicquam curſu Padi deuehi poſsit. Nam quòd Æſchylus in Iberia, hoc eſt in Hiſpania, Eridanum eſſe dixit, eũdemque appellari Rhodanum, Euripides rurſus & Apollonius in Adriatico litore confluere Rhodanum & Padum, faciliorem veniam facit ignorati ſuccini in tanta orbis ignorantia. Modeſtiores ſed æquè falſum prodidere, in extremis Adriatici ſinus rupibus in vijs arbores ſtare, quæ Canis ortu hoc [46] effunderent gummi. Theophraſtus in Liguria effodi [47] dixit. Phaethontem in Æthiopia Hammonis obijſſe: ob id delubrum ibi eſſe atque oraculum, electrumque gigni. Philemon foſſile eſſe, & in Scythia erui duobus locis: candidum atque cerei coloris quod [48] vocaretur electrum: in alio loco fuluum, quod [49] appellaretur ſualternicum. Demoſtratus [i] lyncurion id vocat, & [50] fieri ex vrina lyncum beſtiarum, è maribus fuluum & igneum, è fœminis languidius atque candidum. Alij dixere lãgurium, & eſſe in Italia beſtias langurias. Zenothemis langas vocat eaſdem, & circa Padum ijs vitam [51] affirmat. Sudines arborem quæ gignat in Liguria. In eadem ſententia & Metrodorus fuit. Sotacus credidit in Britannia [52] arboribus effluere, quas electridas [53] vocauit. Pytheas [k] Guttonibus Germanię genti accoli æſtuarium Oceani Mentonomon nomine, ſpatio ſtadiorum ſex millium: ab hoc diei nauigatione inſulam abeſſe Abalum: [54] illo [l] vere fluctibus aduehi, & eſſe concreti maris purgamentum: incolas pro ligno ad ignem vti eo, proximiſq; [55] Teutonis vendere. Huic & Timæus credidit, ſed inſulam [56] Baltiam vocauit. Philemon [57] negauit flammam ab electro reddi. Niceas Solis radiorum ſuccum intelligi voluit. Hos circa occaſum credit [58] vehementiores in terram actos, pinguem ſudorem in ea parte Oceani relinquere, deinde [59 m] æſtibus in Germanorum litora eijci. Et in Ægypto naſci ſimili modo, & vocari Sacal: item in India, gratiuſq; thure eſſe Indis. In Syria quoque fœminas verticillos inde facere, & vocare harpaga, quia folia & paleas veſtiumq; fimbrias rapiat. Theophraſtus Oceano id exæſtuante ad Pyrenæi [60] promontorium eici: quod & Xenocrates credidit, qui de ijs nuperrimè ſcripſit. Viuit adhuc Aſarubas qui tradidit iuxta Atlanticum mare eſſe lacum [61] Cephiſida, quem Mauri vocant electrum. Hunc Sole excalfactum è limo dare electrum fluitans. Mneſias Africæ locum Sicyonem [62] appellatum, & Crathin amnem in Oceanum effluentem è lacu, in quo aues, quas meleagridas & penelopas [63] vocat, viuere. Ibi naſci ratione eadem qua ſuprà dictum eſt [64] de electride lacu. Theomenes [65] dicit, iuxta Syrtim magnam hortum Heſperidum eſſe, ex quo in ſtagnum [66] cadat, colligi verò à virginibus Heſperidũ. Cteſias Indis flumen eſſe Hypobarum, quo vocabulo ſignificetur omnia [67] vaſa ferre bona: fluere à Septentrione in exortiuũ Oceanũ iuxta montẽ [68] ſylueſtrẽ arboribus electrum ferentib. Arbores eas [n] aphytacoras vocari, qua appellatione ſignificetur prædulcis ſuauitas. Mithridates in Germaniæ litoribus eſſe inſulam,

42 frigidi. Vet.
43 eorum dicere, cũ. Vet.
44 luctu. M.
45 vocat⁹ ſit. Helios. M.
46 effundunt Vet.
47 dixit: Chares verò Phaetontem. CH.
48 vocatur. Vet.
49 appellatur. Vet.
50 fieri ait ex. Vet.
51 affignat. M. & CH.
52 petris. M. & CH.
53 vocat. M.
54 illuc. M.
55 Teutonibus. Vet.
56 Bannomannũ. Supra lib. 4 ca. 13 Baſilii. M. Baithũ. Vet. vnde mare Baithicũ. 57 ait. M vagit. CH. Lego, verò ait.
58 vehemẽtius. Vet.
59 æſtatib. M. & CH.
60 promontorii. M.
61 Cephiſiada M. Cephiſidem. CH.
62 appellat. M & CH.
63 vocat: & vêre ibi. M & CH.
64 in. M.
65 dicit, in CH. d.
66 cadit. Vet.
67 vado. Vet.
68 ſylueſtrẽ conſtrum. Vet.

vocarique eam Oserictam, cedri genere syluosam: inde defluere in petras. Xenocrates non succinum tantùm in Italia, verumetiam [69] thieum vocari, à Scythis verò [70] sacrium, [71] quoniam & ibi nascatur. Alios putare in Numidia gigni. Super omnes est Sophocles Tragicus Poeta, quod equidem miror tanta grauitate cothurni, & præterea vitæ fama, aliàs principe loco genitus Athenis, rebus gestis, exercitu ducto. Hic vltra Indiam fieri dixit è lacrymis Meleagridum auium Meleagrum defletum. Quod & credidisse eum, vel speraſſe alijs persuaderi posse, quis non miretur? quámve pueritiam tam imperitam posse reperiri, quæ auium ploratus annuos credat, lacrymásve tam grandes, auésque è Græcia, vbi Meleager periit, ploratum isse in Indos? Quid ergo? non multa quoque fabulosa produnt Poetæ? Sed hoc ea in re, quę quotidie [72] inuehatur atque abundet, & hoc mendacium coarguat, seriò quenquam dixisse, summa hominum contemptio est, & intoleranda mendaciorum impunitas.

[69] Thaion. Thyeion. Thaion. Vet
[70] Agrion quon. & ibi nascitur. Vet.
[71] quòd. M.

[72] integitur. M incrustatur atque abundat, & hoc mend. coarguit. Vet.

ANNOTATIONES.

a Quibus in itinere, profectionibus, & expeditionibus cùm Roma discessisset, vtebatur.

b *Flagit antibusque emittis cœlestem vocem, vespodit quidem in hortis sepiam volentibus saltirum.* Suetonius in Nerone cap. 21. & 22.

c Fallitur Plinius. Crystallus fit è lapidescente perspicuo succo, quem sub terris, aut inter gelidas rupium venas frigiditas vehemens glaciat, & durat. Vide Agricolam libr. 6. fossil. Diodorus crystallum scribit ex aqua pura cõrescere, sed vi caloris diuini Rhodig. cap. 10. libr. 1. De crystallo vide Orpheum & Theophr. περὶ λίθων.

d Garcias ab Horto cap. 47. lib. 1. nullam per vniuersam Indiam crystallum reperiri scribit.

e Quantùm effodere aquæ permittunt, non scaturientes. Eodé loquendi genere vsus est & cap. 9. sequente.

f Inde lacrymosum Virgil. in Ceiri,

Non me delitijs commouit regia dines
Coralio fragili ac electro lacrymoso.

Orpheus quoque in Argonauticis *διάγαιον πολύδωρον*, populum lacrymosam vocat, quòd succinum, populi esse lacrymam arbitrarentur.

g ἠλάκατος, quòd nos ἀλάκτους faciat, à somno lectoque exeites, *πάντοσε παμφαίνων ἠλάκατος ἰάλλετο*. Ilia. ε.

h Petrus Victorius cap. 4. libr. 25. Apollonij versus & Euripidis ex Hippolito coronato recitat.

i Iosephus libr. 5. ἀλώσεως Ἱερόσολ. vocat, Vide Brod. cap. 10. lib. 3. Theoph. lib. de lapidibus.

k Legendum, Guttis. Guttones cap. 14. libr. 4. in Vindilis sunt, id est Sueuorum & Bauarorum agro. Gutti verò Ptolemæo libr. 2. Gothi vocantur. Guttos alij Prussiæ Samlandiam esse putant, æstuariumq; Mętonomon, Curiense litus, quod Germanis appellatur *Den Curischem Strand*. Eò namque fluctibus Oceani magna succini copia ejicitur, sicut & ad Dantiscum Prussiæ.

l Veris temperie cap. 13. lib. 4. quamuis illic quidam legant, veris tempore.

m Æstatibus, non prorsus absque ratione legitur. Compertum enim est in Aruernis bitumen è fonte suo nõ nisi æstate scaturire.

n Eas esse quidam putant, quæ caphuram fundunt, voce ad caphuram multùm accedente.

o Thyeum, sacrificijs aptum: vel theieon, sulphuri simile: vel, thcion, diuinum.

De ortu & medicinis & generibus & luxuria succinorum, & lyncurio, & medicina. CAP. III.

CErtum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari aglessum: itaque & à nostris vnã insularum ob id Glessariã appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austrauiã à barbaris dictam. [b] Nascitur autem [1] defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in cerasis, resina pineis. [2] Erumpit humoris abundantia: densatur rigore vel tepore [3] autumnali. Cùm intumescens æstus rapuit ex insulis, certè in litora expellitur, ita volubile, vt pẽdere videatur [4] atque considere in vado: quod arboris succum esse prisci nostri credidere, ob id succinum appellantes. Pineæ autem arboris esse indicio est pineus in attritu odor, & [c] quòd accensum tedæ modo ac nidore [5] flagret. Affertur à Germanis [d] in Pannoniã maximè prouinciam. Inde Veneti primùm, quos Græci Henetos vocãt, rei famam fecere, proximi Pannoniæ, id accipientes circa mare Adriaticum. Pado verò [6] annexa fabulę videtur causa, hodieque [7] transpadanarum agrestibus fœminis, monilium vice succina gestantibus, maximè decoris gratia, sed & medicinę: quando tonsillis creditur resistere, & faucium vitijs, vario genere [8] aquarum iuxta illos infestante guttura ac vicinas carnes. [e] c. ferè M. pas. à Carnunto Pannoniæ abest litus id Germaniæ, ex quo inuehitur, percognitũ nuper. Vidit enim eques Romanus, missus ad id comparandũ à Iuliano curante gladiatorium munus Neronis principis, qui hæc cõmercia & litora peragrauit, tanta copia inuecta, vt retia arcendis feris [9] totusq; podiũ pro tegentia succinis notaretur, arma verò & [f] libitina [9] totusq; vnius dici apparatus esset è succino. [g] Maximũ pondus is glebæ attulit xiii. librarũ. Nasci & in [h] India certũ est. Archelaus, qui regnauit in Cappadocia, illinc [10] cortice inhærente tradit aduehi rude,

[1] defluens è medulla in pinei gen. &c. resina pineis erũpit. Humoris. Vet. erumpit humoris abundantia. Densatur. Alij Vet.
[2] Erumpentis. Vet. alij.
[3] aut mari. M.
[4] neque. Vet.

[5] flagrat. M.

[6] ad nexa fabula cui dante causa. M.
[7] transpadanis agrestium. Vet. transpadanorum agrestiũ. Alij Vet.
[8] aquarum gelidarũ apud illos. Vet.

[9] totusque. M.

[10] cortice pinco inhær. M.

rude, poliríque adipe suis [11] lactentis incoctum. Liquidum primò destillare, argumẽto sunt quædam intus translucentia, vt formicæ aut culices, lacertæq;, quas adhæsisse musteo non est dubium, & inclusas [12] indurescenti. Genera eius plura. [13] Candida odoris præstantissimi. Sed nec [14] his, nec cereis pretium. Fuluis maior autoritas. Ex iis etiamnum amplior translucentibus, præterquàm si nimio ardore flagrent: imaginémque igneam inesse, non ignem, placet. Summa laus Falernis à vini colore [16] dictis, molli fulgore perspicua sunt, in quibus & decocti [c] mellis lenitas placeat. Verũ hoc quoque [17] notum fieri [18] oportet, quocunque libeat, tingi, hœdorum sæuo & anchusæ radice: quippe etiam conchylio inficiuntur. Cæterùm attritu digitorum [19] accepta caloris anima trahunt in se paleas ac folia arida, [20] ac philyras, vt magnes lapis ferrum. Ramenta quoque [21] eius in oleo addita flagrant dilucidiùs diutiúsque, quàm lini medulla. Taxatio in delicijs tanta, vt hominis quamuis parua effigies, viuorum hominum vigentiúmque pretia superet, prorsus vt castigatio vna non sit satis. In Corinthijs ęs placet auro argentóque [22] misto, in cælatis ars & ingenia. Murrhinorum & crystallinorum diximus graciam: vniones, quòd capite circunferũtur, gemmæ digitis: in omnibus denique alijs vitijs ostentatio aut vsus placet: in succinis deliciarum tantùm conscientia. Domitius Nero in cęteris vitæ suæ portentis, capillos quoque coniugis suæ Poppeę in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine [23] succina appellando. Et quoniam nullis vitijs desunt pretiosa nomina, ex eo tertius quidam hic colos cœpit expeti à matronis. Vsus tamen succinorum inuenitur aliquis in medicina: sed nõ ob hoc fœminis placent. Infantibus adalligari amuleti ratione prodest. Callistratus & cuicunque ætati contra lymphationes prodesse tradit, & vrinæ difficultatibus potum, adalligatúmque. Hic & differentiam nouam attulit appellãdo chryselectrum, quasi coloris aurei, & matutino [24] gratissimo aspectu, rapacissimum ignium, &, si iuxtà fuerint, celerrimè ardescens. Hoc collo ad alligatum, mederi [25] febribus & morbis: tritum cum melle ac rosaceo aurium vitijs: & si cum melle Attico conteratur, oculorum quoque [26] obscuritatibus. Stomachi etiã vitijs vel per se farina eius sumpta, vel cum mastiche ex aqua pota. Succina etiam gemmis, quæ sunt translucidæ, adulterandis magnum habent locum, maximè amethystis, cum omni, vt diximus, colore tingantur. De lyncurio proximè dici cogit autorum pertinacia. Quippe etiamsi non electrum id esset, lyncurium tamen gemmã esse contendunt. Fieri autem ex vrina quidem lyncis, sed [27] egestam terra protinus bestia [28] operiente eam, quoniam inuideat hominum vsui. Esse autem, qualem in igneis succinis, colorem, scalpíque. Nec folia tantùm aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam ac ferri laminas, quod Diocles quidem & Theophrastus [29] credidit. Ego falsum id totum arbitror, nec visam in æuo nostro gemmam vllam ea appellatione, & quod de medicina simul proditur, calculos vesicæ eo poto elidi, & morbo regio occurri, si ex vino bibatur, aut si portetur etiam. Nunc gemmarum confessa genera dicemus, à laudatissimis orsi. Nec verò id solùm agemus, sed ad maiorẽ vtilitatem vitæ obiter coarguetur Magorum infanda vanitas, quandò illi vel plurima prodidere de gemmis, medicinæ ex [30] his species blando prodigio transgressi.

[11] lactantis. Vet.

[12] indurescente. M.
[13] Candidum. Vet.
[14] huic. Vet.
[15] imaginem enim igneã reddũt quæ placet. M.
[16] dictis. Mollia fulgore perspicua sunt, in quibus & decocti mel. len. placet. M.
[17] definiri. M.
[18] oportet, tingi, quocunque modo libeat, hœdorum seuo. Quin etiam & anchusa radice, & conchylio. Vet.
[19] accepta vi caloris trahunt. M.
[20] ac quæ leuia sunt, vt M.
[21] succini oleo addito M.
[22] mixtum. M.

[23] succineos. Vet.

[24] gratissimi aspectus. M. gratissimum, Vet.

[25] faucibus & oris morbis. Vet. fauciũ & oris. Alij Vet.
[26] obscuritati M.

[27] congesta. Vet.
[28] operiente, quoniã inuideat eã hom. M.

[29] credit. M.

[30] his blanda specie prodigia. M.

ANNOTATIONES.

a Fortè, quòd translucéat, & niteat vt vitrum. *Glass* à Germanis appellatum.

b In regione, quæ succinum mittit, resiniferæ nullæ sunt arbores. At in Septentrionalium litorum tractu bituminis certè genus flauum est, vt nigrum apud nos in Aruernis, eiusque naphtha flaua, qualem è Saxonibus afferunt, & petroleum vocant, vt apud nos atra. Cùm ergo fonte suo scaturit bitumen id, molle adhuc & liquidum obuia quæque amplectitur, retinet, includit. Fluctu verò lambente in altum prouolutum, maris vertigine ac salsugine, temporisque diuturnitate durescit, vt apud nos pissasphaltũ, & iam tum succinum est, sicque concretum in litora eius scaturigini opposita aduersis ventis ejicitur. Gagatis, qui procul dubio bitumen est in visceribus terræ multis seculis excoctum, glebam habuĩ, erutam prope Narbonem in eius lapidis fodinis, dimidia ex parte nigram, altera flauam, succini modo: quod argumento certissimo est, succinum eo modo gigni quo diximus. Globulos quoque è succino duodecim haud ita pridé in fossilium thesauro meo seruaui, singulos culicem ostendentes, vel formicam intus sepultam.

c Inde fortassis Germani *Brustem* vocant, quod accensum & nidorosum significat.

d Affirmatur à Germanis ideò maximè appetitam prouinciam, & inde aductum primùm ad eos quos Græci Henetos vocant. Famam rei fecere proximæ Pannoniæ &c. Sic legitur in manuscr. In veteribus verò, Afferrur à Germanis in Pannoniã, mox per prouinciam &c. vt in vulgatis: quæ si vera est ac integra lectio, Istriam & Venetos Romanam prouinciam intelligit. Nam Pannonia tum fuj iuris fuit.

e In theatro menianum, locum ad spectãdum idoneum, cuius, pars magis prouecta pulpitum dicitur. *Nero*, inquit Suetonius, *perrarò ludis præsidere, cæterùm accubuisse primum paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueuerat.*

f Apparatus funebris, pherecra, sandapilæ, &c, vt inquit Martialis, orcinianæ spondæ. Pugnaturis gladiatoribus in arenam libiti

æ instrumenta ferebantur, vt sandapilæ, & lecti, siue thori, vt mortui prominus efferrentur. Portam verò qua cuchebantur, in amphitheatro Libitinensem ideò vocabant. Quintilianus, *somnum habent ferale clangore tubarum tibiarumque libitinæ thoris discebatur funus ante mortem.* Lipsius cap. 22. lib. 2. Saturn.

g Hector Boëtius tradit apud Scotelandiæ Buthquamiam Electri massam equo maiorem appulisse, qua rustici & parochi sacerdotes, ignari quid nam esset, thuris loco vtebantur.

h Fortassis Indiæ Tartariæ Septentrionali.

De [a] adamantis generibus & medicinis, & margaritis. CAP. IIII.

MAximum in rebus humanis, nō solùm inter gemmas, pretium habet adamas, diu non nisi regibus & ijs admodum paucis cognitus, [1] vnus modò in metallis repertus, perquàm [2] rarò comes auri, nec nisi in auro nasci [3] videbatur. Veteres eum in Æthiopum tantùm metallis inueniri existimauere, inter delubrum Mercurij atque [b] insulam Meroen, dixerúntque non ampliorem [4] cucumis semine, aut colore dissimilem inueniri. Nunc genera eius sex noscuntur: [5] [c] Indici, non in auro nascentis, sed quadam crystalli cognatione. Siquidem & colore translucido non differt, & laterum sexangulo læuore [6] turbinatus in mucronem, [7] aut duabus contrarijs partibus, quò magis miremur, vt si duo turbines latissimis suis partibus iungātur: magnitudine verò etiam auellanæ nuclei. Similis est huic quidem Arabicus, minor tantū, [8] similiter & nascens: cæteris pallor [9] gentis, & in auro nō nisi excellentissimo [10] natalis. Incudibus [11] hi deprehenduntur, ita [d] respuentes ictum, vt ferrum [12] vtrinque dissultet incudésque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simúlque ignium victrix natura, & nunquam incalescens. Vnde & nomen indomita vis Græca [13] interpretatione accepit. Vnum ex ijs vocant cenchron, quod est milij magnitudine. Alterum Macedonicum in Philippico auro repertum: & hic est cucumis semini par. Post hos Cyprius vocatur in Cypro repertus, vergens in [14] æreum colorem, [16] sed in medicina, vt dicemus, efficacissimus. Post hunc est siderites ferrei splendoris, pōdere ante cæteros, sed natura dissimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari potest: [17] quod & Cyprio euenit: breuitérque, vt degeneres, nominis tantùm autoritatem habent. [18] Idque, quod totis voluminibus his docere & mādare conati sumus, de discordia rerum concordiáque, quam antipathiam ac sympathiam appellauere Græci, nō aliter clariùs intelligi potest. Siquidem illa inuicta vis duarum [19] violentissimæ naturæ rerum ferri igníque contemptrix, [e] hircino rumpitur sanguine, [20] nec aliter quàm recenti calidóque macerata, & sic quoque multis ictibus, tunc etiam, præterquàm eximias, incudes, malleósque [21] ferreos frangens. Cuius hoc ingenio inuentum? quóve casu repertum? aut quæ fuit coniectura experiendi rem immensi secreti, & in fœdissimo [22] animalium? Numinum profectò muneris talis inuentio omnis est. Nec quærenda in vlla parte naturæ ratio, sed voluntas. Et cùm feliciter rumpere [23] contingit, in tam paruas frangitur crustas, vt cerni vix possint. Expetuntur à scalptoribus, ferroque includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes. Adamas [f] dissidet cum magnete lapide in tātùm, vt iuxtà positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat, atque auferat. Adamas & venena irrita facit, & lymphationes abigit, metúsque [24] vanos expellit à mente: [25] & ob id quidam eum [g] anachiten vocauere. Metrodorus Scepsius, in eadem Germania & Baltia insula nasci, in qua & succinum, quod equidem legerim, solus dicit: & præfert Arabicis: quod falsum esse quis dubitet? Proximum apud nos Indicis Arabicisque margaritis pretium est, de quibus in nono diximus volumine inter res marinas.

[a] ita appellabatur auri nodus. CH. fortassis appellatur.
[1] Post, rarò, distinguēdum hiatus puncti, aure, comes, per quē raro comes &c. Bal.
[3] visus. Ver.
[4] cucumeris. M.
[5] Indicus in auro nascens, quadam. Ver.
[6] turbinatur. Ver.
[7] & interdum duo. Ō. par. quod magis mirā mur.
[8] & similiter nascens, cæteris pallidior, argēto & auro nou. M.
[9] ingens. Alij.
[10] natales. Ver.
[11] hic deprehenditur ita respuēns M.
[12] vtrumque. M.
[13] appellatiōne. M.
[14] æarium. M.
[16] sed in medicami ne, de quo dicemus.
[17] qui è Cypro venit. M.
[18] Id autem. Ver. Id quoque. Alij Ver.
[19] violentissimarum. M.
[20] ac nec. Ver. neq; M.
[21] ferreos, in M. d.
[22] animalium omniū? Numinū profectò talis inuentio est. M.
[23] contigit in tam par. franguntur. M.
[24] nocturnos. Hermol.
[25] ob id quondā euna citen (forrassis, eunacœ) vocauēre. M.

ANNOTATIONES.

a Vide Garciam de Horto cap. 47. lib. 1. Rerum Indicarum.
b Fabulosum id.
c In Indiæ prouincia Bisnager, duabus vel tribus cautibus, in Decan duabus vna ad fretum Taniam reperiri, scribit Garcias.
d Fabulosum id esse tradit idem. nam & in scobem malleolo redigi, & facilimè confringi, arteriqúe in mortario pistillo ferreo.
e Garcias ab Horto expertum se id scribit sed vana spe.
f Fabulosum id quoque idem non semel expertus tradit.
g Anachyten, quòd animi mœrorem effundat, ἀνέχυσιν mollities, lasciuia. In manuscr. legitur, eunacitem: fortassis ἐυαναίτιν, quòd cubituris metu depulso, mœroreque leuato, somnum conciliet, recreata tranquillataque mēte. Alij quòd τὰ ἄχη, id est, τὰς λύπας ἀναιρῇ, quòd animi egritudines & anxietates sedat & discutit.

De smaragdi generibus, & gemmis viridibus & translucidis. CAP. V.

TErtia autoritas [a] smaragdis perhibetur pluribus de causis. [1] Nullius coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoque virentes frondesq; auidè spectamus. Smaragdos verò tantò libentiùs, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Prætereà soli gemmarum contuitu oculos implent nec satiant. Quin & ab intētione alia obscurata, aspectu smaragdi recreatur [2] acies. Scalpentibusque gemmas non alia gratior oculorum refectio est: ita viridi lenitate lassitudinē mulcent. Prætereà longinquo amplificantur visu, inficientes circa se repercussum aëra, non. Sole mutati, non vmbra, non lucernis, semperq; sensim radiantes, & visum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate translucida: quod etiam in aquis [3] non fit. Idem plerunque & concaui, vt visum colligant. Quapropter decreto hominum iis parcitur scalpi vetitis. Quanquam Scythicorum Ægyptiorumque duritia tanta est, vt nequeant vulnerari. Quorum verò corpus extensum est, [4] eâdem, qua specula, ratione supini imagines rerum reddunt. Nero princeps gladiatorum pugnas spectabat smaragdo. Genera eorum duodecim: [b] Nobilissimi Scythici, ab ea gente in qua reperiuntur appellati. [5] Nullius maior [6] austeritas, nec minùs vitij. Et quantùm smaragdi à gemmis distant, tantùm Scythici à cæteris smaragdis. Proximam laudem habent, sicut & sedem, Bactriani, quos [c] in commissuris saxorum colligere dicuntur Eteſijs flantibus. Tunc enim tellure [8] internitent, quia ijs ventis maximè harenæ mouentur. Sed hos minores multò Scythicis esse tradunt. Tertium locum Ægyptij habēt, qui eruuntur circa Copton oppidum Thebaidis in collibus [9] & cautibus. Reliqua genera in metallis ærarijs inueniūtur. Quapropter principatum ex ijs Cyprij obtinent: doſq; eorum est nec in colore liquido nec diluto, verùm ex humido pingui, quáque [10] perſpiciatur, imitante translucidum [11] mare: [12] paritérque translucet & niteat, hoc est, colorem expellit, & aciem recipit. Ferunt in ea insula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis, ita radiātibus etiam in gurgitem, vt territi instrumenta refugerent thynni, diu mirantibus nouitatem piscatoribus, donec mutauere oculis gemmas. Sed & vitia demonstrari [13] oportet in tam procliui erratu. [14] Sunt quidem omnium eadem. Quædam tamen nationum peculiaria, sicut in homine. Ergo Cyprij variè glauci, magisque ac minus in eodem smaragdo alijs partibus tenorem illum Scythicæ [15] autoritatis non semper custodiunt. Ad hoc quibusdam intercurrit vmbra, [16] surdúsque fit colos: qui improbatur etiam [17] dilutior. Hinc genera distinguuntur. Sunt aliqui obscuri, quos vocant cæcos: alij densi, nec è liquido translucidi: quidam varia nubecula improbati. [18] Aliud est hoc, quàm vmbra, de qua diximus. Nubecula enim [19] albicantis est vitiū, cùm viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor. Hæc coloris vitia: illa corporis, capillamētum, sal, plumbago. Ab ijs Æthiopici laudantur à Copto dierum trium itinere, vt autor est Iuba, [20] acriter virides, sed non facilè puri aut cōcolores. Democritus in hoc genere ponit [21] Hermineos & Persicos. Illos extumescentes [22] pinguiter: Persicos verò [23] non translucidos, sed iucundi [24] tenoris, visum implere, quem non admittant, felium pantherarúmque oculis similes. Nanque & illos radiare nec perspici. Eosdem in sole hebetari, [25] vmbris, refulgere, & longiùs, quàm cæteros, nitere. Omnium horum etiamnum vitium, quòd fellis colorem [26] aut aeris habet. In Sole dilucidi quidem ac liquidi, sed non virides. Hæc vitia & [27] Atticis maximè sentiuntur in argētarijs metallis repertis in loco qui [d] Thoricos vocatur, semper minùs pingues, & è longinquo speciosiores. Frequens & ijs plumbago, hoc est, vt in [28] Sole plumbei videantur. Illud peculiare, quòd quidam ex ijs senescunt, paulatim viriditate euanida, & Sole læduntur. Post hos Medici plurimùm [29] viriditatis habent, interdum & è sapphiro. Ij sunt fluctuosi, ac rerum imagines complexi, vt verbi gratia papauerum aut auium, pinnarumq; vel [30] catulorum aut

[a] Smaragdis perhibetur pluribus de causis.
[1] Nullius. Ver.
[2] acies sculpentibusque. M.
[3] nos iuuat. M.
[4] eadem speculatione. sup. M.
[5] Nullius. Ver. M.
[6] autoritas. Fuxensis.
[7] vt quanc. sma. à reliquis gem. M.
[8] versa nitent, Ver. tersi nitent. Alij Ver. tersa nitent, quod ijs. M.
[9] exstantibus. M.
[10] perspicitur. M.
[11] maris. M.
[12] pariterq; transluce tem colorem expellit. & acié reficit. Fuxense.
[13] oportet reperta. Sunt quidem. Ver.
[14] Reperta sunt quidem. M.
[15] austeritatis. Fuxense.
[19] sudussque. M.
[17] dilucidior. M.
[18] Aliud hæc quàm. M.
[19] albicans est vitiū, cum viride. M.
[20] alacriter. Fuxense. M.
[21] Hermeos. M. Fuxense M.
[22] pinguiter, in M. d.
[23] translucidos, sed non iuc. Ver.
[24] tenoris visu impleri. M. Fux.
[25] in vmbra. M.
[26] aut aeris aut oleī habent, dilucidi. M. aut aeris oleī. Fux.
[27] Attici max. sentiūt in arg. met. reperti loco qui. Ver.
[28] Sole. M.
[29] varietatis. M.
[30] capillorum. M. & Ver.

aut

aut ſimilium. Qui non omnino virides naſcuntur, vino & oleo meliores fiunt: neq; eſt aliorum magnitudo amplior. Carchedonij neſcio an in totũ exoleuerint, poſtquàm metalla æris ibi defecerunt: & ſemper tamen [31] viliſiſſimi fuere minimiq;. Ijdẽ fragiles, ſed colore incerti, & virentium [32] in caudis pauonum columbarumque collo plumis ſimiles, ad inclinationem magis aut minùs lucidi, venoſi quidem ſquamoſiq;. Peculiare [33] erat in his vitium ſacrcion appellatum: hoc eſt quædam gemmę caro. [e] Mons iuxta [34] Carchedonem, in quo legebantur, ſmaragdites vocatus eſt. Iuba eſt autor, ſmaragdum quem [f] cholon vocant, in Arabia ædificiorum ornamentis includi, & lapidem, quem alabaſtriten Ægyptij vocant. Complures verò è [36] proximis Laconicos in Taygeto monte erui Medicis ſimiles, & alios in Sicilia. Inferitur ſmaragdis & quæ vocatur tanos, è Perſis veniens gemma, ingratè viridis, atque [37] intus ſordida. Item calcoſmaragdos è Cypro, turbida æreis venis [g] Theophraſtus tradit in Ægyptiorum commẽtarijs reperiri, regi eorum à rege Babylonio miſſum ſmaragdum munere i i i j. cubitorum logitudine, & trium latitudine. Et fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcum è i i i j. ſmaragdis x l. cubitorum longitudine, latitudine verò [38] in parte quatuor, in parte duorum. Se autem ſcribente, eſſe in Tyro Herculis templo ſtantem pilam è ſmaragdo, niſi potiùs [39] pſeudoſmaragdus ſit. Nam & hoc genus reperiri, & in Cypro inuentum ex dimidia parte ſmaragdum, ex dimidia iaſpidẽ, nondum humore in totum transfigurato. [h] Apion cognominatus Pliſtonices, paulò antè ſcriptum reliquit, eſſe etiam nunc in labyrintho Ægypti [40] coloſſeum Serapin è ſmaragdo nouem cubitorum. [i] Eãdem multis naturam aut certè ſimilem habere berylli [41] videntur, in India originem habẽtes, rarò alibi reperti. Poliuntur omnes [k] ſexangula figura artificum ingenijs, quoniam hebeſcunt, ni color ſurdus repercuſſu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorẽ eundem. [l] Probatiſſimi ſunt ex ijs, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi, qui vocantur chryſoberylli, & ſunt paulò pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic eſt pallidius, & à quibuſdam proprij generis exiſtimatur, vocaturq; [42] chryſopraſus. Quarto loco numerantur hyacinthizontes. Quinto quos aëroides vocant. Poſt eos autem [43] cerini: ac deinde oleagini, hoc eſt, colore olei. Poſtremi cryſtallis ferè ſimiles. Hi capillamenta habẽt, ſordéſque, alioquin euanidi, quæ ſunt omnium vitia. Indi mirè gaudent longitudine eorum, ſoloſq; gemmarum eſſe prædicant, qui carere auro malint: [44] ob id perforatos elephantorum ſetis religant. Et alios conuenit nõ oportere perforari, quorum ſit abſoluta bonitas, vmbilicis [45] ſtatim ex auro capita comprehendentibus. Ideò [m] cylindros ex ijs facere malunt, quàm gemmas, quoniam eſt ſumma commendatio in lõgitudine. Quidam & anguloſos putant ſtatim naſci, & perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta, additoq; auro [46] repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinem. Vitia præter iam dicta eadem ferè, quæ in ſmaragdis, & pterygia. In noſtro orbe aliquando circa Pontum inueniri putantur. Indi & alias quidem gẽmas cryſtallo [47] inuento adulterare repererunt, ſed præcipuè beryllos.

31 viles Fux.
32 in pauonibus caudarum Fux.
33 eorum vitium morſarcion M. id eſt, ſolida firmaq; caro.
34 Chalcedonem M.
35 chloron. Ver. vel, chloeron. Dal.
36 proximo. M.
37 vitijs. M.
38 in vna parte quat. in altera parte. Ver.
39 iaſpis quàm ſmaragdus ſit. M.
40 coloſſum Serapis. M.
41 viderũt. India eos gignit rarò alibi repertos. M.
42 chryſopraſon. M. chryſopraſion. Fux.
43 acerini. M.
44 & ob id. M.
45 tantum ex auro compreh. M.
46 repreſſa. Ver.
47 liquato. Ver.

ANNOTATIONES.

a Athenæus lib. 3. μάρμαρον abſque ſigma pronunciandum putat, ἀπὸ τῦ μαρμαίρειν, id eſt, quòd ſplendeat & fulgeat.

b Garcias ab Horto locum eius natalem vix cognoſci tradit, nullis fragmentis remanentibus, quoniam ea propter raritatem mercatores auferant. Verùm alia & certa hæc ratio eſt, quòd ſmaragdi in Scythis, Bactris, Ægypto, regionibus procul diſſitis ab India, in qua Garcias degebat, reperiantur.

c Nihil de hac re Theophraſtus. Et probabile, ſi arena commota inueniantur, in ſabulo magis naſci: niſi fortè putemus, alio tempore nitorem illorum obſcurari arenarum appulſu, Eteſijs verò flantibus diſcuti ſabulum illud ac diſijci, ideoque tum fulgere. Theophraſti verba ſunt hæc lib. περὶ λίθων. οἱ δ' ὅτε τὰ λιθύλλια χεῖται ἐν τοῖς βασίλειοις, οἱοί περ τῇ ἡμέρᾳ συλλέγουσι δ' αὐτὰ ὑπὸ τὴν ἐτησίαν ἐπιπνεῖ γὰρ ἰσχυρὸς πνεῦμα τότε, πρὸ τῦ μεσῦν τὸν ἥλιον· τότε γὰρ ἐκφαίνεται γίνονται μικρὰ λίθων τῶν ὑμμὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν πνευμάτων, οἱοί περ μικροὶ πρὸς τὸ μεγάλοι. Id eſt. Carbunculi ex Bactrianâ, quibus vtuntur ad gemmata monilia, in deſertis naſcuntur. Colligunt eos flantibus Eteſijs equites illò egreſſi. tum enim auræ vehementia commotis arenis apparent. Sunt autem paruí ac non magni.

d Populus ex Acamantide tribu.

e Inſulam fuiſſe Theophraſtus auctor eſt: & fortaſſis in inſula anons ille fuit.

f χωλὸν vocant, quaſi claudum, & alijs gratia, nobilitate, auctoritate inferiorẽ. Lego, chloëron, vel chloron, id eſt è pallido vire ſcentem. Iaſpidis viridis genus eſſe putant.

g Libro περὶ λίθων, vnde Plinius hęc omnia mutuatus eſt. Garcias auctor eſt, apud Indos è fruſtis lagœnarũ vitrearum, ac iaſpide viridi, confici ſmaragdos eximij coloris, & inſignis magnitudinis.

h Apion ille eſt, quem mũdi cymbalum Tiberius vocauit, præfatione huius operis dictus πλειονίκης, ab ingenio contentioſo, vel πλειονεύτης, quòd in hiſtorico certamine multas palmas adeptus fuiſſet. Aulo Gellio Polyhiſtor nominatur. Scal.

i Vide Garciam ab Horto cap. 47. lib. 1. Rerum Indicarum.

k Ob eam cauſſam inęquales vocat Iuuenalis Saryr. 5.

—ipſe capaces
Æteliadum cruſtas, & inæquales beryllos.

l Aquas marinas gemmarij vocant.

m Eò pertinet verſus Iuuenalis, Tu nube, atque tace, donant arcana cylindros.

De opali generibus, & vitijs, & experimentis, & varijs gemmis. CAP. VI.

[1] Minimum, ijdémque plurimum ab ijs differunt opali, ſmaragdis tantùm cedẽtes. India ſola & horum eſt mater. Atque ideò eis pretioſiſſimam gloriã [2] a cõpoſitores gemmarum & maximè inenarrabilem difficultatem dederunt. Eſt enim in ijs carbunculi tenuior ignis, eſt amethyſti fulgens purpura, eſt ſmaragdi virens mare, & cuncta pariter incredibili miſtura lucentia. Alij ſummo fulgoris [3] argumento to [4] colores pigmentorum [5] ęquauere: alij ſulphuris ardentem flammam, aut etiam ignis oleo accenſi. Magnitudo nucem auellanam æquat, inſigni apud nos hiſtoria. Siquidem extat hodieq; huius generis gemma, propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius Senator eſt, filius Strumæ Nonij eius, [6] b quem Catullus poëta in ſella curuli viſum indignè tulit auúſque Seruilij Noniani, quem Conſulem vidimus: [7] il leq; proſcriptus fugiens, hunc è fortunis ſuis omnibus annulum abſtulit ſecum, quẽ certum eſt ſeſtertijs viginti millibus æſtimatum. Sed mira Antonij feritas atque luxuria, propter gemmam [8] proſcribentis: nec minor Nonij contumacia, proſcriptionem ſuam amantis, [9] cùm [c] etiam feræ abroſas partes corporis relinquant, propter quas ſe periclitari [10] ſciant. Vitia opali, ſi color in florem herbæ, quæ vocatur heliotropium, exeat, aut cryſtallum, aut grãdinem: ſi ſal interueniat aut ſcabritia, aut pũcta oculis occurſantia: [11] nulloſq; magis India ſimilitudine indiſcreta vitro adulterat. Experimentum in Sole tantùm. Falſis enim contra radios [12] libratis digito ac polline, vnus atque idem tranſlucet colos in ſe conſumptus. Veri fulgor ſubinde variat, & plus huc illúcque [13] ſpargit, & fulgor lucis in digitos funditur. Hanc gẽmam propter eximiam gratiam plerique appellauere pæderota. Sunt & qui priuatum genus eius faciunt, ſangenonq; ab Indis vocari dicunt. Tradũtur naſci & in Ægypto & in Arabia, & viliſſimi in Ponto. [14] Item in Galatia ac Thaſo & Cypro. Quippe opali gratiã [15] habet: ſed molliùs nitet, rarò nõ ſcaber. Sũma coloris ex [16] ære & purpura coſtat; viriditas ſmaragdi deeſt. [17] Conſtatq; [18] melior ille color, cuius fulgor vini colore fuſcatur, quàm qui diluitur aqua. Hactenus de principatu conuenit, mulierum maximè ſenatuſconſulto. Minùs [19] certa ſunt, de quibus & viri iudicant. Singulorũ enim libido ſingulis pretia facit, & præcipuè regum. Claudius Cæſar ſmaragdos inuebat [20] & ſardonychas. Primus autem Romanorum ſardonyche vſus eſt prior Africanus, [21] vt tradit Demoſtratus, & inde Romanis hanc gemmam fuiſſe celeberrimam. Quamobrem proximum ei dabimus locum. Sardonyches olim, vt ex nomine ipſo apparet, intelligebantur candore in Sarda, hoc eſt, velut carnibus vngue hominis impoſito, & [22] vtroque tranſlucido. [23] Taléſque eſſe Indicas tradunt, Iſmenias, Demoſtratus, Zenothemis, Sotacus: hi quidem duo reliquas omnes, [24] quæ nõ tranſluceant, cæcas appellantes, quæ nunc nomen abſtulere. Nullo Sardarum veſtigio Arabicæ ſunt, cœperuntq; pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi, radice nigra, aut cæruleum imitante, & [25] vnguem: creditum enim candido pingi, nec ſine quadam [26] ſpe purpuræ candore in minium tranſeunte. Has Indis non habitas in honore conſtat ibi torrentibus detegi. Et placuiſſe in noſtro orbe initio, quoniam ſolæ propè gemmarum [27] ſcalptæ, ceram [28] non auferrent. Perſuaſimus deinde & Indis, vt ipſi quoque ijs gauderent. Vtiturque perforatis, vtique vulgus tantùm in collo. Et hoc eſt nunc Indicarum argumentum. Arabicæ excellunt candore circuli [29] præcido atque non gracili, neque in receſſu gẽmæ aut in deiectu [30] renitente, ſed in ipſis vmbonibus nitente, præterea [31] ſubſtrato [32] nigerrimi coloris. Et hoc in Indicis ceream aut corneum inuenitur, etiam circuli albi: quædam in ijs cæleſtis arquus, [33] anhelatio eſt. Superficies verò locuſtarum [34] maris [d] cruſtis rubentior. Iam melleæ aut fæculentæ

1 minimum, ijdemq; deſunt in Fux. &c.
2 expoſitores. Ver. cõ quiſitores. Vet.
3 augmento. M.
4 colori pigm. æqual. ſulph. ardenti flãmæ. Ver.
5 æquare tradũt. Alij Ver.
6 quem Q. Cæ. Fux.
7 Ille fugiens proſcriptis omnibus fortunis ſuis hunc anul. abſtu. ſec. quẽ cer. eſt viginti mille nummũ tunc æſtim. M.
8 proſcribendi. M.
9 cum etiam abroſas &c. relinquãt beſtiæ, propter. M.
10 ſciunt. Ver.
11 nullaſque. Ver. ſub. gemmas.
12 vibratis digitis ac poll. Ver. indice digito ac poll. Alij Ver.
13 ſe ſpargit. Ver.
14 In Græcia, ac Thaſo, & Cypro, qui profecit opa. gr. M.
15 habent, ſed molnitent, ra. nõ ſcabri. Ver.
16 ære. M.
17 Melior ille cuius fulgor. M.
18 melioremillum eſſe colorem. Ver.
19 creditа. M.
20 aut. Fux. M.
21 vt in hiſtoria tradit. M.
22 vtrinque. Ver.
23 Talesque eſſe. Ver.
24 quæ non tranſlucent, quniés ſunt Arabicæ, cæcas app. quæ nunc nom. abſtuliere, nullo Sard. veſtig. o. Cœperunt plur hæ gem. col. int. radice nigra, medio carulei imitante, aut vnguẽ. Traditum etiam cãdido. Ver.
25 & vngue minium. M.
26 ſpecie. Ver.
27 ſculpturam ceræ. M.
28 non auferũt. Ver.
29 prope lucido. M.
30 rime ridente M. Lego, ſ. minum arridente. nitente Ver. renidente Alij Ver.
31 ſubſtrata Ver.
32 nigerrimo colore. M.
33 anhelatio Ver.
34 maris toſtis cruſtis. Ver.

fæculentæ (hoc enim nomen est vitio) improbantur, & si zona alba fundat se, non colligat. Simili modo, [35] si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter. Nihil enim in sua sede alieno interpellari placet. Sunt & [36] Armeniacæ, cætera probandæ, sed pallida zona. Exponenda est & onychis ipsius [37] natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam transilit ex lapide Carmaniæ. Sudines dicit in gemma esse [38] candorem vnguis humani similitudine: item chrysolithi [39] colorẽ & sardæ & iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, interuenientibus [40] quarundam [41] oculis obliquis venis. Sotacus & Arabicam onychem tradit: sed eam à cæteris distare, quòd Indica igniculos habeat, albis cingentibus zonis singulis pluribúsve, aliter quàm in sardonyche Indica. Illic enim momentum esse, hîc circulum. Arabicas onychas nigras inueniri candidis zonis. Satyrus carnosas esse Indicas, parte carbunculi, parte chrysolithi & amethysti, [42] totúmque id genus abdicat. Veram autẽ onychem plurimas variásque cum lacteis zonis habere venas omnium in transitu colore inenarrabili, & in vnum redeunte concẽtum suauitate grata. Nec sardæ natura [43] differenda [44] est, diuiduæ ex eodẽ [45] nomine: obiterq; ardentiũ gẽmarum indicãda.

35 si ab alio. M.
36 Armeniæ. M.
37 natura. Propter nom. societatem hîc in gem. transijt. M.
38 colorem. M.
39 colorem, in Ver d.
40 quibusdã & ocul. Vet.
41 & albis venis. M.
42 totumque genus abdicat. Ver.
43 differenda, diuidæ dare est in eod. nom. Ver.
44 est. Diuiditur. M.
45 nomine. Quapropter omnium obiter. M.

ANNOTATIONES.

a Qui de gemmis libros composuerunt. Opalum mirifice laudauit suis versibus Orpheus, qui opallium vocat.
b Versus Catulli sunt iambici trimetri,
Quid est Catulle quod moraris emori?
Sedeas in culi strumæ Nonius sedet.
Boëthius strumam vitium esse vult, ac per translationẽ probrum & dedecus intelligit. Eius verba sunt, *Vnde Catullus licèt in culi sedentem Nonium tamen strumam appellat.* Turn. cap. 1. lib. 21. Aduers.
c De fibro id supra scripsit cap. 30. lib. 8.
d Leg. crustis tostis rubentior. Nam locustarum crustæ nõ rubent, nisi torreantur.

De generibus carbunculorum, & vitijs, & experimentis, & gemmis ardentibus. CAP. VII.

PRincipatum habent carbunculi, à similitudine [a] ignium appellati, cùm ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam [1] apyroti vocati. Horum genera, Indici & Garamantici, quos & [b] Carchedonios [2] vocauere, [c] propter opulentiam Carthaginis magnæ. Adijciunt Æthiopicos & Alabandicos, in Orthosia caute nascẽtes, sed qui perficiantur [d] Alabandis. Prætereà in omni genere masculi [3] appellantur acriores, at fœminæ, languidiùs refulgentes. In masculis quoq; obseruant [4] liquidioris alios flammæ, nigrioris alios, & quosdam [5] lucidiùs, ac magis cæteris in Sole flagrantes. Optimos verò amethystizontas, hoc est, quorum extremus igniculus [6] in amethysti violam exeat: proximos illis, quos vocant [7] syrtitas [8] e pinnato fulgore radiantes. Inueniri autem vbicunque maximè Solis repercussu. Satyrus Indicos non esse claros dicit, [9] ac plerunque sordidos, ac semper fulgoris [10] retorridi: Æthiopicos pingues, lucemq; non [11] emittentes, sed conuoluto igne [12] flagrare. Callistratus fulgorem carbũculi debere candidum esse [13] positi, extremo visu nubilantem: si attollatur, exardescẽtem: ob id à plerisque [14] hunc carbunculum candidum vocari. Qui languidiùs ac liquidiùs ex Indicis lucent, lithizontas appellari. [15] Carchedonios multò minores esse: Indicos etiam [16] in sextarij vnius mẽsuram cauari. Archelaus Carchedonios nigrioris aspectus esse, sed igne, vel Sole, & inclinatione acriùs, quàm cæteros, excitari. Eosdem [17] vmbrante tecto purpureos videri, sub cælo flammeos, contra radios Solis & [18] scintillare, ceras signantibus his liquescere, quamuis in opaco. Multi Indicos Carchedonijs candidiores esse, & è diuerso inclinatione hebetari scripsere: [19] etiamnum in Carchedonijs maribus [f] stellas intus ardere, fœminas fulgorem vniuersum fundere extra se. Alabandicos cæteris nigriores esse scabrósque. Nascuntur [20] & in Thracia coloris eiusdem, ignem minimè sentiẽtes. Theophrastus autor est, & in Orchomeno Arcadiæ inueniri, & in Chio. Illos nigriores, è quibus & [21] specula fieri. Esse & Trœzenios varios interuenientibus maculis albis: item Corinthios [22] ex pallidiore candidos. Massilia quoque importari Bocchus & [23] Olyssipone scripsit magno labore

a ἀπύρους Græci vocant.

1 apyroti vocati. Fux. & M.
2 vocauere, M. Lego, accausti.
3 appellati aerius, at fœm. laug. refulgent. M.
4 candidioris. Ver. fex alio lucidos. Fux. M. fortassis, ex albo.
5 in amethystum exeat. M.
6 Sicyrtas. M. Citites. Fux.
7 innato. Vet.
8 sed. Vet.
9 dicit, plurimumque horridi. Pux.
10 emittentes, aut fugientes, sed. M.
11 flagrantes. Vet.
12 posuit. Alij, ex cõiectura postes exit. visu nubilum, ac si attoll. M. Fux.
13 nunc Fux.
14 Chalcedonios. Fux. & M. ſic & mox.
15 sext. vn. mensura. M.
16 obumbrari tecto, purp. videri sub cælo, flammeos contra. Fux.
17 scintillantes. Vet.
18 et etiam in Carch. mar. stellam. M.
19 in terra coloris. M.
20 vascula fieri. M. Fux.
21 & pallidiores, & cand. M. Fux.
22 in Olyssiponẽsi ea. Fui scripsit, M. Fux.

bore ob [g] argillã [24] Sole adustis saltibus. Nec est aliud difficilius, quã discernere hęc genera: tanta est in [25] eis occasio artis, subditis per quæ translucere cogantur. Aiunt [26] ab Æthiopibus hebetiores in aceto maceratos quatuordecim diebus nitescere, totidem [27] mensibus durante fulgore. Adulterantur vitro simillimè, sed [h] cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia & fragilis: & centrosa scobe [28] deprehenduntur & pondere, quod minus est vitreis: aliquando & pustulis argenti modo relucentibus. Est & anthracitis appellata, in Thesprotia [i] fossilis, carbonibus similis. Falsum arbitror, quod & in Liguria nasci tradiderũt, nisi fortè [k] tũc [29] nascebantur. Esse in ijs & præcinctæ candida vena traduntur: [30] harum igneus color, vt superiorum est: peculiare quidem, [l] quòd iactatæ in ignem velut intermortuę extinguuntur: contrà aquis perfusæ exardescunt. Cognata est huic [31] sandastros, quã aliqui Garamantiten vocant: nascitur in India loco eiusdem nominis. Gignitur & in Arabia ad meridiem versa. Commendatio summa, [32] quòd velut in translucido stellantes intus fulgent aureæ guttæ, semper in corpore, nunquam in cute. Accedit religio narrata [33] à siderum cognatione ab inspectoribus, quoniã ferè stellarum Hyadum & numero & dispositione [34] stellantur, ob id Chaldæis in [35] ceremonijs habitę. [36] Et hic mares austeritas distinguit, [37] quodam vigore apposita tingens. Indicæ quidem etiam hebetare visus dicuntur. Blandior fœminis flamma, alliciens magis, quàm accendens. Sunt qui præferant Arabicas Indicis, [38] fumidaq́ue chrysolitho illas similes dicunt. Ismenias verò negat poliri sandastros propter teneritatem, & ob id in magno errore [39] sunt, qui sandareson vocant. Inter omnes constat, quantũ numero stellarum accedat, tantùm & pretio accedere. Affert errorem aliquando [40] similitudo nominis, [41] sandaser, quod [42] Nicanor sandaserió vocauit, alij sandaseron. Quidam verò hanc sandastron, illam sandareson, in India nascentem illã quoque, & loci nomen custodientem: mali colore, aut olei viridis, omnibus improbatã. Ex eodem genere ardentium [43] lychnites appellata à lucernarum [44] accensarũ [45] prę̃cipua gratia. Nascitur circa Orthosiam, totáque Caria ac vicinis locis, sed probatissima in Indis, quam quidam remissiorem carbunculum esse dixerunt. Secunda bonitate similis est [46] Ionis [m] appellata à prælatis floribus. [47] Et alias inuenio [48] differentias: vnam quæ purpura [49] radiet, alteram quæ cocco, à Sole [50] excalfactas, aut digitorum attritu, [n] paleas & chartarum [51] fila ad se [52] rapere. Hoc idem & Carchedonius facere dicitur, quanquàm multò vilior prædictis. Nascitur apud Nasamonas in montibus, vt incolæ putant, imbre diuino. Inuenitur ad repercussum Lunæ, maximè plenæ. Carthaginem quondam deportabatur. Archelaus & in Ægypto circa Thebas nasci [53] tradidit, fragiles, venosas, [54] morienti carboni similes. Potoria vasa & ex hoc lapide & ex lychnite factitata inuenio. Omnia autem hęc genera scalpturæ contumaciter resistunt, partémque ceræ in signo [55] renẽt. E diuerso ad hæc farda vtilissima, quæ nomen cum sardonyche communicauit. Ipsa gemma vulgaris, & primùm Sardibus reperta, sed laudatissima circa Babyloniam, cùm lapidicinę quędam aperirẽtur, hærens in [56] saxi corde. Hócque modo metallum apud Persas defecisse traditur. Sed inueniuntur compluribus alijs locis, sicut in [57] Paro & Asso. In India trium generum: rubrum, & quod [58] demium vocant à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis sublinitur. Indicæ [59] perlucent: crassiores sunt Arabicæ. Inueniuntur & circa Ægyptũ, quæ bractea aurea sublinuntur. Et in his autẽ mares excitatiùs fulgent: fœminæ [60] pinguiores sunt, & crassiùs nitẽt. Nec fuit alia gemma apud antiquos vsu frequentior. Hac certè apud [o] Menandrum & Philemonem fabulæ superbiunt. Nec [61] vllæ translucentium tardiùs suffuso humore hebetantur, oleóque magis, quàm alio liquore. Damnantur ex ijs melleæ, & validiùs testaceæ.

24 soli. M. Fux.
25 his. M.
26 ab Aeth. in Fux. d.
27 mensibus, in Fux. d.
28 deprehenditur. Fux.
29 nascebantur. Ver.
30 harumquo. Vet.
31 Sandaresus. Fux. & M.
32 quod in trãsl. ignis obtentu, celanteſq; se transfulgent. M.
33 à siderum inspectoribus ob cognationẽ, quoniam. Vet.
34 stellantur. in Fux. d.
35 ceremonia. M.
36 Hic & mares. Vet.
37 siquidem vigor appositus tingens indicat. Quidã etiã heb. M.
38 fumidoque. M. Fux.
39 esse, qui Sãdaricas vocent. M.
40 similitudine. M. Fux.
41 Sandazel. Fux.
42 Nicander sandaserion vocat. M. Fux.
43 Lychnis. M.
44 accensu. M. assensu. Vet.
45 præcipuæ gratiæ. M.
46 Ionia. Fux.
47 Et inter has. M. Fux.
48 differentiam. M. Fux.
49 radiat. M. Fux.
50 excalfacta. M.
51 folia. Fux.
52 rapit. M.
53 tradit. M
54 morientibus carbonibus. M.
55 retinent. E diu. ad hoc. Fux.
56 saxo, cordis modo, Hoc metallũ. M. Fux.
57 Ephyra M. Ephiro. Fux.
58 Dionium vocant à magnitudine. M Fux.
59 prælucent. M. Fux.
60 pigriores. M. Fux.
61 vlla est translucẽtium. CH. vlla est ex translucentibus, quæ tar suff hum. hebẽtetur. M. Fux.

ANNOTATIONES.

50 b Theophrastus lib. περὶ λίθων afferri præstantissimos à Carthagine & Massylia tradit.
c Propter diuitias mercatorum eius ciuitatis, qui ex Garamantibus, Æthiopiæque & Persiæ populis aduehebant.
d Id Carbunculi genus nostri adhuc gemmarij vocant, nunc *Alabandines*, nunc *Almandines*.

e Lego innato. Nam gemmæ ferè ſordido luto obuolutæ, aut ſcabro corio veſtitæ reperiuntur, quod mola deteri oportet & auferri priuſquam radient.
f Velut ſcintillantium fulgentiumque ſtellarum proiectos radios.
g Quæ obuolutæ hæ gemmæ vix inueniuntur, ac deteguntur.
h Mola è cote facta, ad quam gemmæ poliuntur.
i Fortaſſis quem naſci ad Binas ſcribit Theophraſtus lib. de lapidibus. Anthracitin hanc hæmatitis genus facit Agricola.
k Theophraſtus prodidit lib. περὶ λίθων hocq; genus ligno puri ſimile aſpectu, oleo perfuſum accendi, & cùm extincta fuerit tale videri quale antea fuerat.
l Idem de Thracio lapide recitat Dioſcorides, quem noſtrum carbonem foſſilem eſſe, pro indubitato habetur.
m Quoniam violæ colorem præſefert, & repræſentat. Durum loquendi genus. ἰον, κατ' ἐξοχὴν nigram violam Græci vocant.
n De Chalcedonio id Albertus, Iſidorus, Bartholomæus Anglicus, Pandectarius.
o Athenæus lib. 3. ex Menandri comœdia, cuius eſt titulus Ψιθύρος, hunc verſum citat: μάχαιραν ἄνευ τακέτα· τὸν γὰρ ὀξέα.

De generibus topazij, & callaide, & de gemmis viridibus non tranſlucentibus. CAP. VIII.

EGregia [1] etiamnum [2] topazio gloria eſt, ſuo [2] virenti genere, & cùm reperta eſt, [2] prælatæ omnibus. Id accidit in Arabiæ inſula, quæ [3] Chitis vocatur: in qua Troglodytæ prædones, [4] cùm diutius fame & tempeſtate [5] preſſi, herbas radicéſque effoderent, eruerunt topazion. Hæc Archelai ſententia eſt. Iuba topazon inſulam in Rubro mari à continente [6] ſtadijs c c c. abeſſe tradit, nebuloſam & ideò quæſitam ſæpe nauigantibus, ex ea cauſa nomen accepiſſe. [7] Topazin enim [8] Troglodytarum lingua ſignificationem habere quærendi. Ex hac primùm importatam Berenicæ reginæ, quæ fuit mater [9] ſequentis Ptolemæi, à Philemone præfecto regis, ac mirè placuiſſe, & inde factam ſtatuam Arſinoæ Ptolemæi Philadelphi vxori quatuor cubitorum, ſacratam in delubro, quod aureum cognominabatur. Recentiſſimi autores & circa Thebaidis Alabaſtrum oppidum naſci dicunt: duo eius genera faciunt, praſoidem atque [10] chryſopteron ſimilem [11] bchryſopraſio. Eius enim [12] tota ſimilitudo ad porri ſuccum dirigitur. Eſt autem ampliſſima gemmarum. Eadem ſola nobilium limam ſentit: cæteræ [13] Naxijs cotibus poliũtur. Hæc & vſu atteritur. Comitatur eam ſimilitudine propior, quàm autoritate, [c] callaïs, è viridi pallens. Naſcitur poſt auerſa Indiæ apud incolas Caucaſi montis Phicaros [15] ac Aſdatas amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa ac ſordium plena. Syncerior multò præſtantiórque in [15] Carmania. Vtrobique autẽ in rupibus inuijs & [16] gelidis, oculi figura extuberans, leuiterq; adhærens, nec vt [17] agnata petris, ſed vt appoſita. [18] Quapropter ſcandere ad eam pigritia pedum equeſtres populos tædet, ſimul & periculum terret. Ergo fundis è longinquo inceſſunt, & cum toto muſco excutiunt. Hoc vectigal, [19] hocque geſtamen diuites in ceruice gratiſſimum norunt. [20] Hic cẽſus, hæc gloria à pueritia deiectorum numerum prædicantium, in quo varia fortuna. Quidam ictu primo cœpere præclaras, multi inſectando nullas. Et venatus quidem callaidis talis: ſectura formantur, aliàs fragiles. Optimus color ſmaragdi: vt tamẽ apparet, ex alieno eſt quòd placeãt. Incluſæ decorantur auro, aurúmque nullæ magis decent: Quæ ſunt earum pulchriores, oleo, vnguento, & mero colorem deperdunt. Viliores conſtãtius repræſentant: neque eſt imitabilior alia mendacio vitri. Sunt qui in Arabia inueniri eas dicant in nidis auium, quas melancoryphos vocãt. [21] Viridantium & alia plura ſunt [22] genera. [23] Vilioris eſt turbæ praſius: cuius alterum genus ſanguineis punctis obhorret: ter tium [24] virgulis tribus diſtinctum eſt candidum. Præfertur his [25] dchryſopraſius, pori ſuccũ & ipſa referens, ſed hæc paulùm declinans à topazio in aurum. Huic & amplitudo ea eſt, vt cymbia etiam ex ea fiant: cylindri quidem [26] celerrimè. India & has generat, & nilion, fulgore hebeti ac breui, & cùm intueare, fallaci. Sudines dicit & in Syuero Atticæ flumine naſci. Eſt autem color [27] fumidæ topazij, aut aliquando melleę: Iuba in Æthiopia gigni tradit, in litoribus amnis, quem Nilum vocamus, & inde nomen [28] trahere. Non tranſlucet molochites ſpiſſius virens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata ſignis, & infantium cuſtodia quadam innato contra pericula ipſorũ [29] medicamine. Viret, & ſæpe trãslucet iaſpis, etiã ſi victa à multis, antiquitatis tamẽ gloriã retinens. Plurimæ ferunt eã gentes, ſmaragdo ſimilẽ Indi: Cypros durã [30] eglaucóq; pingui: Perſę aeri ſimilẽ: ob id vocatur aërizuſa.

Talis

1 etiamnunc. CH.
2 nitenti gen. & cùm eximia rep. Alij.
2 præiato Vet.
3 Trogodytis voc. in qua prædones M. Fux.
4 cõ, in CH. legitur ante, herbas, non hic.
5 feſſi M. CH. Fux.
6 diei nauigatione. M. Fux. ſtadijsce. CH.
7 Topazun. Fux. M.
8 Trogodytarum. M. & CH.
9 ſecundi. Vet.
10 chryſoteron. Fux. M.
11 chryſopraſo M.
12 tota, in Fux. d.
13 naxo & cote. M. forte, ſaxo & cote, vt & Ve. Naxo & cotibus. CH.
14 &. Vet.
15 Germania. Fux.
16 Geliãs. Vet. Fux.
17 annata. Fux.
18 Quamobrem. CH.
19 hoc eſt geſtamen in ceruice & digitis gratiſſimum. Fux. M. & CH. expuncto, non-ſunt.
20 Is cenſus. Vet.
21 Viridium. Vet.
22 genera, vilioriſq; eſt. Alij.
23 Praſius porracei coloris eſt, ſed vilioris cuius. M.
24 eſt diſtinctum virgulis candidis. M. Sic & Fux. niſi quòd habet, vngulis pro virgulis.
25 chryſopraſus. Vet.
26 creberrimè. Vet.
27 fumidi top. aut al. melleæ. Vet.
28 trahere. Molochites ſpiſſius virens & craſſius quàm ſmaragdus, à col. mal. nomen accepit, in ſignis reddendis laudata. M. Fux.
29 medicamine. Naſcitur in Arabia. Viret. &c. M.
30 glaucam pinguẽque. Vet.

Talis & Caſpia eſt: cærulea circa Thermodoontem amnem: in Phrygia purpurea: in Cappadocia ex purpura cærulea, atque non refulgens. [31] Amiſos Indicæ ſimilem mittit, Chalcedon turbidam. Sed minùs refert nationes, quàm bonitates, diſtinguere. Optima ergo, quę purpuræ quicquam habet: ſecunda, quæ roſæ: tertia, quę ſmaragdi. Singulis autem Græci nomina [f] ex argumento dedêre. Quarta apud eos vocatur Borea, cælo autumnali matutino ſimilis: & hæc erit illa, quę vocatur aerizuſa. Similis eſt & Sardæ, [32] imitata & violas. Non minùs multę ſpecies reliquę, ſed omnes in vitio cæruleę aut cryſtallo ſimiles, [g] aut myxis. Item terebinthizuſa, improprio (vt arbitror) cognomine, [33] velut è multis eiuſdem generis compoſita gemmis. Quamobrem præſtantiores funda clauduntur, [34] id eſt patentes, nec præterquàm margines auro amplectente. Vitium eſt & breuis in ijs nitor, & longè ſplendens, & ſal, & omnia, quæ in cæteris. Et vitro adulterantur, quod manifeſtum fit, cùm extrà fulgorem ſpargunt, atque non in ſe continent: nec diuerſæ, quas ſphragidas vocant, publico [35] gemmarum dominio ijs tantùm datò, quoniam optimè ſignent.

31 Thracia. Vet.
32 imitatur & violas. Vet.
33 velut & mul. eiuſ. gen gemmis eandem ob rem impoſitæ. Præſtantiores. Vet.
34 ſed paten. Vet.
35 harũ gemm. Vet.

ANNOTATIONES.

a Topazum vocat Orpheus lib. περὶ λίθων, ſcriptis de eo multis & venuſtis carminibus.
b Topazij Sibemburgenſis meminit, cuius pallor ad auri colorem vergit.
c Callais, *la Turquoiſe*. Tota Perſia eam plurimam naſci tradit Garcias ab Horto, Peruzaaque Arabibus vocari.
d Gemmarijs *Eau marine*, *Aigue marine*, Chryſopraſon à Chryſoprafio diſtinguunt Albertus, Iſidorus, Pandectarius: quod & adnotatum eſt in vocabulo Chryſolampis.
e Glaucam pinguemq; in nonnullis veteribus legiturin alijs, glacieique pinguis. Fortaſſis id genus, quod eſſe pituitæ ſimile Dioſcorides ſcribit.
f τὸ πεφυρμένον, ἐοικὸς πτισάνῃ διεφθαρμένῃ.
g Leg. aut pituitæ, τῇ μύξῃ. Plinius ambigua voce τῆς μύξης hallucinatus eſt.

De iaſpidum generibus. CAP. IX.

TOtus verò [1] Oriens pro amuleris traditur geſtare eam, quæ ex [2] ijs ſmaragdo ſimilis eſt: & [3] tranſuerſa linea alba media præcingitur, & grãmatias vocatur: quæ pluribus, polygrammos. Libet obiter vanitatem Magicam hic quoque coarguere, quoniam hanc concionantibus vtilẽ eſſe prodiderunt. Eſt & [4] onychipuncta, [5] quæ [a] iaſponyx vocatur, & nubem complexa, & niues [6] imitata. Hęc ſtellata rutilis punctis eſt, & ſali Megarico ſimilis: [7] & veluri fumo infecta, quæ capnias vocatur. Magnitudinem iaſpidis [8] vndecim vnciarum vidimus, [9] formatamque inde effigiem. Neronis thoracatam. Reddetur & per ſe [10] cyanos, accommodato paulò antè iaſpidis nomine, colore cæruleo. [11] Optima Scythica, dein Cypria, poſtremò Ægyptia. [b] Adulteratur maximè [c] tinctura, idq; in gloria regis [12] Ægyptij aſcribitur, qui primus eam [13] [d] tinxit. Diuiditur autem & hęc in mares fœminaſq;. Ineſt ei aliquando & aureus puluis, non qualis in [14] ſapphirinis. [15] [e] Sapphirus enim & [f] aureis punctis collucet. Cæruleę & ſapphiri, raroq; [g] cum purpura. Optimę apud Medos, [16] nuſquã tamen perlucidę. Præterea inutiles ſcalpturę interuenientibus cryſtallinis centris. Quæ ſunt ex ijs cyanei coloris, mares exiſtimantur. Alius [17] ex hoc ordo purpureis dabitur, & ab illis [18] deſcendentibus. Principatum amethyſti Indicæ tenent. Sed in Arabię quoque parte, quæ finitima Syrię Petræa vocatur, & in Armenia minore, & in Ægypto, & in [19] Gallia reperiuntur: ſordidiſſimæ autem viliſſimęque in [20] Thaſo & Cypro. Cauſam nominis afferunt, quòd vſque ad vini colorem [21] accedens, priùs quàm eum deguſtet, in violam deſinat: fulgoréq; quidam in illa [22] purpuræ non ex toto igneus, ſed in vini colorem deficiens. Perlucet autem omnes violaceo colore, ſcalpturis faciles. Indicæ abſolutum [23] felicis purpurę colorem habent: ad hãcque tingentium officinæ dirigunt vota. Fundit autem eum aſpectu leniter blandum, ne que in oculos, vt carbunculi, [24] vibrat. Alterum earum genus deſcendit ad hyacinthos. Hunc colorem Indi ſacon vocant, [25] talem gemmam [26] ſacodion. Dilutior [27] ex eodẽ ſapinos vocatur. Eadẽ paranites in contermino Arabię, gentis nomine. Quartũ genus [28] colorem vini habet. Quintùm ad viciniam cryſtalli deſcendit, albicante purpurę [29] deiectu. Hoc [30] & minimè probatur, quãdo præcellens debet eſſe in ſuſpectu velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roſeus niror.

1 Oriens iaſpidũ ſpecies ſexdecim traditur geſtare. Quæ ex. Fux. M.
2 illis. Vet.
3 per tranſuerſum. M. Fux.
4 onychiponix. M. Fux.
5 & quæ punctæ vocantur. Fux. M. Leg. quæ & iaſponyx.
6 in ſummitate. Eſt ſtell. rut. punctis, eſt & ſalẽ imitata. & veluti M. Fux.
7 eſt & veluti. Vet.
8 xv. M.
9 formatam in effigie Neronis thoracata. Fux. & M.
10 cyano accommodata gratia paulò antè nominatæ. M.
11 Hæc clauſula in M. d.
12 Aegypti. M.
13 finxit. Vet. eam, in M. d.
14 ſapphiris. M.
15 In Sapphiris enim aurum punctis coitu cęt cæruleis. Sapphirorum, quę cum purpura, optimæ apud Medos, enim nuſquã. Fux.
16 nuſquam enim ſic peſſimeidæ. Cæterum inur. Vet.
17 ex hinc. Vet.
18 diſcedãt b. M. ab ijs diſcedentib. Vet.
19 Galatia M.
20 Thario M.
21 non accedãt. Priuſquàm enim deguſtet in violam deſinit. ſul gor. Aliqua ſiquidẽ in illis purpura, non ex toto in igneũ, ſed in vini co. orem def. Fux.
22 purpura. M. illius purpura. Vet.
23 Phœnicis. M.
24 vibrant. M.
25 talemque. M. Sacodion, diluitiorẽ. Eadem & Capenos (Capnos) vocatur. Eadem & Pharanitis in ora & termino gẽtis Arabiæ. Quartũ. Fux.
27 eadem & ſap. voc. Iad. & par M.
28 colore vini. Quintum. M. co. re vini. Fux.
29 deiectu M. Fux.
30 &, in Fux. d.

Tales aliqui malunt [h] pæderotas vocari, alij anterotas, multi Veneris gemmã, quòd maximè videtur decere & [31] & ſpecie & colore extremo gemmæ. Magorum vanitas reſiſtere ebrietati [32] eas promittit, & [i] inde appellatas. Prætereà ſi Lunæ nomen [33] ac Solis ſcribatur in ijs, atque ita ſuſpendantur [34] è collo capillis cynocephali vel plumis hirundinis, reſiſtere veneficijs. [35] Iam verò quo modo adeſſe reges aduturis. Grãdinem [36] quoque auertere, ac ſimilia, & locuſtas, precatione addita, quàm demonſtrant. Nam [37] è ſmaragdis quoque ſimilia promiſere, ſi aquilæ ſcalperentur, aut ſcarabæi: quæ quidem ſcripſiſſe eos non ſine contemptu & [38] irriſu generis humani arbitror. Multùm ab ea diſtat hyacinthos, tamen è vicino [39] deſcendens. Differentia hæc, quòd ille emicans in amethyſto fulgor violaceus, dilutus eſt in hyacintho. Primo quoque aſpectu gratus, euaneſcit antequàm ſatiet, adeóque non implet oculos, vt penè non attingat, marceſcens celeriùs nominis ſui [40] flore. Hyacinthos Æthiopia mittit & chryſolithos, aureo [41] colore tranſlucentes. Præferuntur ijs Indicæ, & [42] ſi variæ non ſint, Bactrianæ. Deterrimæ autem Arabicæ, quoniam turbidæ ſunt & variæ, & [43] fulgoris interpellati nubilo macularum, etiam quæ lympidæ contigere, veluti ſcobe ſua refertæ. Optimæ verò ſunt, quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includuntur perſpicuæ. Cæteris ſubijcitur orichalcum. [44] Tametſi iam expertes gemmarum vſu appellantur aliqui & chryſelectri, in colorem electri declinantes, [45] matutino aſpectu iucundiore. Ponticas deprehẽdit leuitas. Quædam in ijs duræ ſunt rufæque, quædam molles & ſordidæ. Bocchus autor eſt, & in Hiſpania repertas, quo in loco chryſtallum dicit ad [46] libramentũ aquę puteis [47] deſoſſis [48] inde rutam. Et chryſolithon x i j. pondo à ſe viſam. [49] Fiunt & leucochryſi, interueniente candida vena. Sunt in hoc genere capniæ. Sunt & vitreis ſimiles, veluti croco refulgentes. [50] [k] Vitreæ verò, vt viſu diſcerni non poſſint. Tactus autem deprehendit, tepidior in vitreis. In eodem genere ſunt melichryſi, [51] veluti per aurum ſyncero melle tranſlucente, quas India mittit, quanquam [52] ad iniuriam fragiles. Eadem & xyſtion parit, plebeiam ibi gemmam. Candidarum dux eſt pæderos: quanquam poteſt quæri, an in colore numerari debeat [l] toties [53] iactati per alienas pulchritudines nominis, adeò decoris prærogatiua in vocabulo facta eſt. [54] Eſt & ſuum genus expectatione tanta dignum. Coeunt [55] in tranſlucidam cryſtallum viridis ſuo modo aër, ſimúlque purpura, & [56] quidam vini [57] aureus nitor, ſemper extremus in viſu: ſed purpura coronatus [58] madere ſingulis videtur [59] his, & pariter omnibus. Nec gemmarum vlla eſt liquidior, [60] capiti iucunda, ſuauis & oculis. Laudatiſſima eſt in Indis, apud quos [61] argenon vocatur. Proxima apud Ægyptios, vbi [62] ſenites. Tertia in Arabia, verùm ſcabra. Mollius radiat Põtica & Aſiatica. [63] Ipſæ verò molliores ſunt, Galatica & Thracia & Cypria. Vitia earum languor, aut alienis turbari coloribus, & quę cęterarum. Proxima candicantium eſt Aſteria, principatum habens proprietate naturæ, quòd incluſam lucem pupillæ modo [64] quandam continet, ac transfundit cum inclinatione, velut intus ambulãtem ex alio atq; alio [65] loco reddens, eademq; contraria Soli regerens [66] candicãtes radios, vnde nomen inuenit, difficilis ad cælandum. Indicæ præfertur in Carmania nata. Similiter candida eſt, quæ vocatur [67] aſtrios, cryſtallo [68] propinquans, in India naſcens, & in Pallenes litoribus: intus à centro ceu ſtella lucet fulgore Lunæ plenæ. Quidam cauſam nominis reddunt, quòd aſtris oppoſita fulgorem rapiat, ac regerat. Optimam in Carmania gigni, [69] nullamq; minùs obnoxiam vitio. Ceraunian [70] enim vocari, quæ ſit deterior. [71] Peſſimam lucernarum lumini ſimilem. Celebrant [m] [72] aſtroiten, miraſq; laudes eius in Magicis artibus Zoroaſtrem [73] cecinìſſe. Quidam diligentiùs de ea produnt. Aſtrobolon Sudines dicit oculis piſcium ſimilem eſſe, & radiare cãdido, [74] vt Solem. Eſt inter candidas & quæ ceraunia vocatur, fulgorem ſiderum rapiens. Ipſa cryſtallina, ſplẽdoris cærulei, in Carmania naſcẽs. Albã eſſe Zenothemis [50] fatetur, ſed habere intus ſtellã concurſantẽ. Fieri & hebetes ceraunias, quas nitro & aceto

ge ſpecies, & colos. Eas gemmas Magorũ van. re. ebrietati prom. M. Fux.
32 eas, in Fux. d.
33 aut ſolis inferatur. M. Fux.
34 collo è ea. M. Fux.
35 Iam quoque adeſſe regem 3d. M. Fux
36 quoque, in M. d ac ſimili, in Fux & M.
37 ex, in Fux d.
38 riſu M.
39 deſcendens differentia. Nã in iſto fulgor violaceus dilatatur in Hyacintho, & primo quo aſp. euaneſcit. Fux. M.
40 flore Hyacin hy. Aethiop. Fux. M.
41 fulgore. M. Fux.

42 ſi veræ ſint. Vet.
43 fulgentes, interpellatæ. M.

44 Iam eriã expertis gemmarũ vſum, Vet.
45 mat. tantùm aſp. iucundi. M. mat. tuque perſpectu iucundi. Fux quibus matutinus aſpectus iucundior Vet.
46 libramenta M.
47 depreſſi. Fux. M.
48 inde in M. d.
49 Sunt. M.
50 Vitreæ à veris vſu diſc. non poſſunt. Vet.
51 qui vel, per au, ſyncel, tranſlucẽt, quos. Fux. M.
52 in duritia frag. M. Fux.

53 iactãti per al. pul. nomen Vet.

54 Eſt tamen ijs ſuũ genus ſpectatione. Vet. Fux.
55 latus tranſlucida cryſtallus M in tranſlucida cryſtallo Vet.
56 q. uddã. M. quidã vitri. Fux.
57 aureuſque. Vet. aurei M.
58 radiare Vet.
59 & his pariter omn. M expidto, ſing. vid.
60 capitis iucunda vanitare M. Fux. fortaſſis, variotate
61 Sagenon M. Fux.
62 Tenites. M. Fux.
63 Ip à Vet.
64 quodam. M. Fux.

65 loco, in Vet d.
66 cadentes. Vet.

67 Aſterios. Vet. & Dionyſ. de ſitu orb.
68 propinqua. Vet.

69 nullíq; de obnox. vitio. M.
70 etiam Vet.
71 Peſſima verò later narum lumini ſimilis eſt M.
72 Aſterione Fux. M.
73 cecinìſſe, qui diligentes ſunt, produnt. M.
74 in Sole. M. candido in Solem. Fux.

& aceto per aliquot dies maceratas concipere [75] ſtellam eam, quæ poſt totidem mẽſes relangueſcat. Sotacus & [76] alia duo genera fecit ceraunię, [77] nigras rubentéſque, ac ſimiles [78] eas eſſe ſecuribus: per illas, quæ nigræ ſunt & rotundæ, vrbes expugnari & claſſes, eaſque betulos vocari: quæ verò longę ſunt, ceraunias. Faciunt & aliam ramadmodum, & Parthorum Magis quæſitam, quoniam [79] non aliubi inueniatur, quàm in loco fulmine icto. Proximum ceraunię nomen apud eos habet, quæ appellatur iris. Effoditur in quadam inſula Rubri maris, quæ diſtat à Berenice vrbe ſexaginta millia paſſ. cætera ſui parte cryſtallus. Itaque quidam radicem cryſtalli eſſe dixerunt. Vocatur ex argumento iris. Nam ſub tecto percuſſa Sole ſpecies & colores arquus cæleſtis in [80] proximos parietes eiaculatur, ſubinde mutans, magnaq; e varietate admirationem ſui augens. Sexangulam eſſe, vt cryſtallum, conſtat. Sed eſſe aliquas ſcabris lateribus & angulis inæqualibus dicunt, in Sole aperto proiectas, radios in ſe cadentes diſcutere: aliquas verò ante ſe proiecto nitore adiacentia illuſtrare. Colores verò non niſi ex opaco reddunt, nec vt ipſæ habeant, ſed vt [81] repercuſſu parietum elidant: optimaque, quæ maximos arquus facit ſimillimoſque cæleſtibus. Eſt & alia iris [82] ceræ ſimilis, prædura: quam Horus crematam tuſamq; ad ichneumonum morſus remedio eſſe, naſci autem in Perſide tradit. Similis eſt aſpectu, ſed non eiuſdem effectus, quæ vocatur zeros, alba nigráque macula in trãſuerſum [83] diſtinguente cryſtallum. Expoſitis per genera colorum principalium gẽmis, reliquas literarum ordine explicabimus.

75 ſtellam, eamq; poſt totid. men. relangueſcere. M. Fux.
76 alia eius duo. M.
77 nigræ, rubentiſq. M. Fux.
78 ijs quæ nigræ ſunt & rot. vrbes per illas exp. M. ſecuribus ijs quæ nigrantur ſitu, rotundas. Vrbe per illas exp. & claſſes, eaſque Bes. voc. Quæ verum lon. ſunt Ceroas. Fux.
79 non alibi inuen. quàm loco fulp. M.
80 proximo pariter eiac. M.

81 percuſſu parietem elidant. M.

82 cætera ſimilis & prædura. Hanc corijs crem. tuf. ad ignes & canum mor. rem. eſſe dicunt naſci aut, in Perſide. Similis ei aſp. ſed non eiuſd. effectus, voc. erros. (fortaſſe, Eros) M. Fux.
83 diſtringente. M.

ANNOTATIONES.

a Iaſponyx, quæ altera parte iaſpidem repræſentat, altera onychen.

b Theophraſtus lib. de lapid. non tingi ſolùm in Ægypto memorat, ſed σχιωτὸν ἡδὺ τιχιτὸν ἄνωι, facititum & arte fictum.

c Vt ex fœminis mares fiant. Mares enim valde nigri, fœminæ candidæ. Agricola lib. 6. de foſſilibus.

d ὑπόθεσις χρυσίου, μιμικὰ ἁμωνίου τὸν αὐτὸν Theophr. fuſilem fecit ad imitationem nativi.

e Locus hic ſumptus eſt ex Theophraſto lib. περὶ λίθων, ſed depravatiſſima ſcriptura. Verba illius ſunt. ἐξ ὧν γὰρ τὰ σφραγίδια γλύφουσι τὸ μὲν τῆ ὄψει μέλαν (ὑάλιτης) δοκεῖ σάρδιον, ἡδὺ ἐστὶ τοῦτο, ἡδὺ ὁ σάπφειρος. ἀντὶ δὲ λίθου ἄσπιν χρυσόπαστον. Legendum verò, σάπφειρος, ἡδὺ τοῦτο. καὶ τὸ ἧ &c. Satis mirari non poſſum, Plinium, tantum virũ & in perſcrutandis rerum naturis curioſum ac diligẽtem, hic erraſſe tã pueriliter, cùm de ſapphiro ea ſcribit, nimirum quòd nó pellucet, & aureis punctis conſpergitur, quæ prorſus de cyano gemma, colore cæruleo ſimili audienda ſunt.

f Remigius Belleau poëta Gallus lepidiſſimis verſibus pretioſiſſimum & rariſſimum ſapphirum à ſe viſum deſcribit, nubeculã ẽrubro purpuraſcente, ſubcœruleo colore in infima gemmæ parte conſpicua, ſimili ſulphuris glauco nitori: dum accenditur, granis aureis, exiguis, intus ſcintillantibus, & flauo fulgore ſplẽdentibus. Aureis autem vel guttis, vel lineis diſtinctas, notatas, variatas, conſperſas gemmas in hoc Plinij velut indice reperio 1. Sandaſtrum, fulgentem aureis guttis: 2. Cyanon: 3. Sapphiron: 4. Coralloachaten: 5. Acopida: 6. Chelonitida: 7. Hormeſion, radiantem auro: 8. Leucoperalon, aureis lineis candore diſtincto: 9. Lyſimachum, Rhodio marmori ſimilem, aureis venis picturatum: 10. leucochryſon: 11. Ponticam primam, ſtellatam aureis guttis: 12. Ponticam ſecundam, lineis aureis virgatam.

g Garcia, qui de rebus Indicis ſcripſit, tradit in eadem fodina reperiri nonnunquam ſapphirum mixtum cum carbunculo (rubino.) eumque vocari ab incolis ſapphiro-rubinũ (ſapphiranthracã.) Gemmarij noſtri vocant, *ſapphir rouge*.

h Quòd à pueris amentur, vel quòd qui geſtant pueris amabiles ſunt: anteroras quòd mutuum amorem concilient.

i Alia paulò antè nominis interpretatio reddita, quòd ad vini colorem accedentes, eo prorſus inebriatæ, atque temulentæ non ſint, ſed leuiter tantùm deguſtarint.

k Fortaſſis ὑπόκαυστοι Theophraſti lib. de lapidibus.

l Nam & opalum cap. 6. huius libri, & hoc ipſo paulò antè, amethyſtum pæderota vocari ſcribit.

m Aſtroites Cardano gemma minimè perſpicua, cinerea, ſtellatis maculis diſtincta, quæ in acero, aut vino ſponte mouetur, animalium inceſſu progredientes, nunc antrorſum, nunc retrorſum, nunc in latus.

De quibuſdam gemmis per alphabeti ordinem.

CAP. X.

40 a AChates in magna fuit autoritate, nunc in nulla [1] eſt: reperta primùm in Sicilia iuxta flumen eiuſdem nominis, poſteà plurimis locis, exceedens amplitudine, [2] numeroſa varietatibus diuerſis mutantibus cognomina eius. Vocatur enim phaſſachates, cerachates, ſardachates, hæmachates, leucachates, [b] dẽdrachates, velut arbuſcula [3] inſignis: [4] antachates, cùm vritur, myrrham redolens coralloachates guttis aureis ſapphiri modo diſtincta, qualis copioſiſſima [6] in Creta, ſacra appellata. Putant eam cõtra aranearum & ſcorpionum ictus prodeſſe. Quod in Siculis vtique credidẽrim, quoniam [7] primùm eius prouinciæ afflatu ſcorpionũ peſtis extinguitur. Et in India inuentæ contra eadem pollent & aliis magnis miraculis. Reddunt enim ſpe- 50 cies fluminum, nemorum & iumẽtorum, [8] etiam eſſeda & ſtaticula & equorũ ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectaſſe etiã prodeſt oculis. Sitim quoque

1 eſt, in Ver. d.

2 varietatibus numeroſa. Multa & cognomina ejus. M. Fux.

3 in ſignis. M.
4 Anthacathes. Fux.
5 ſparſa. M. perſperſa. Fux.
6 in Creta, appellata ſacrata. Fux.
7 quam primũ. Vet.

8 iam & ederas M. etiam edetas Ver.

sedant in os [9] additæ. Phrygiæ viridia non habent. Thebis Ægyptijs repertæ carẽt rubentibus venis & albis. Et hæ quoque contra scorpiones validæ. Eadem autoritas & Cyprijs est. Sunt qui maximè probent vitream perspicuitatem in his. Reperiuntur [10] & in Thracia & circa Oetam, & in Parnasso, & in Lesbo ac [11] Messene, similes [12] limitum floribus, [13] & Rhodo. Aliæ apud Magos differentiæ. Leoninæ [14] pelli similes, potentiam habere contra scorpiones dicuntur. In Persis verò suffitu earum tempestates auerti, & prætereà [15] flumina sisti. Argumentum esse, si in feruentes [16] cortinas additæ refrigerent: sed vt prosint, leoninis [17] iubis alligandas: nam hyænæ pelli similem abominantur, discordialem domibus. Eam verò, quæ vnius coloris sit, inuictam athletis esse. Argumentum eius, quòd in olla plena olei [18] cocta cum pigmentis, & intra duas horas subferuefacta, vnum colorẽ ex omnibus [19] facit minij. [20] Aco pis nitro similis est, pumicosa, aureis guttis stellata. Cum hac oleum subferuefactum peruncti is lassitudinẽ (si credimus) soluit. [c] Alabastrites nascitur in [21] Alabastro Ægypti, & in Syriæ Damasco, candore [22] interstincto varijs coloribus. Hæc cremata cũ fossili sale ac trita, grauitates oris & dentium extenuare dicitur. Alectorias vocãt in ventriculis gallinaceorum inuẽtas, crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Mi lonem Crotoniensem vsum in certaminibus, [d] inuictum fuisse videri volũt. Andro damas argenti nitorem habet, vt adamas, quadrata, sempérque tessellis similis. Magi putant nomen impositum ab eo, quòd impetus hominum, & iracundias domet. Eadem sit, an alia, argyrodamas, autores non explicant. [e] Antipathes nigra nõ trãs lucet. Experimentum eius si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhæ simile immissa, [23] Eámque contra effascinationes auxiliari Magi volunt. [f] Arabica ebori simillima est, & hoc videretur, nisi abnueret duritia. Putant cõtra dolores neruorum prodesse habentibus. [24g] Aromatites & ipsa in Arabia [25] traditur gigni, sed & in Ægypto circa Pyras, vbique lapidosa, & myrrhæ coloris & odoris, ob hoc reginis frequentata. Asbestos in Arcadię montibus nascitur, coloris ferrei. Aspilaten Democritus in Arabia gigni [26] tradit, ignei coloris. Eã oportere cameli [27] pilo spleneticis alligari, inueniriq; [28] in nido Arabicarum alitum. Et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra nasci argentei coloris, [29] radiantem, contra [30] lymphatum habẽdam. Atizoen in India & in Perside ac Ida monte nasci tradit, argenteo nitore fulgentem, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi, necessariam Magis [31] regem constituentibus. Augites [32] non multis alia videtur esse, quàm quæ callais. Amphitane alio nomine appellatur chrysocolla, in Indiæ parte, vbi formicæ eruunt aurum, in qua inuenitur auro similis quadrata figura: affirmatúrque natura eius, quæ magnetis, nisi quòd [33] trahere quoque aurum traditur. [h] Aphrodisiace ex cãdida rufa est. [34] Asyctos septenis diebus calorem tenet excalfacta igni, nigra ac ponderosa, distinguentibus eam venis rubentibus. Putant prodesse contra [35] frigora. [i] Ægyptillam Iacchus intelligit, per album sarda nigraq; vena trãseunte: vulgus autem in nigra radice cæruleam facit. [k] Balanitæ genera duo habent, subuirides, & Corinthij æris similitudine. [36] Illa Copto, hæc ex Troglodytica [37] veniens, [38] medias secãte flãmea vena. [39] Coptos & Batrachitas mittit: vnam ranæ similem colore: alterã [40] ebori: tertiam [41] rubentis è nigro. [l] Baptes, mollis alioquin, odore [42] excellit. Beli oculus albicans pupillam [43] pingit nigram, è medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter [44] suam speciem sacratissimo Assyriorum Deo dicatur. Aliam autem quam Belum vocant, in Arbelis nasci Democritus tradit, nucis iuglandis [m] magnitudine vitrea specie. Baroptenus siue [45] baroptis nigra, sanguineis & albis [46] nodis [47] alligata dicitur, velut portentosa. Botrytes alia nigra est, alia [48] pampinea, incipienti vuæ similis. Zoroastres [49] crinibus mulierum similiorem [n] Bostrychiten vocat. [o] Bucardia bubulo cordi similis Babylone tantũ nascitur. [50] Brõtia capitib. testudinũ [51] similis, & cũ tonitruis cadens (vt putant) fulmines [52] icta restinguit, si credimus [53] [p] Bolœ [54] nimbo inueniũtur, glebę similitudine. [55] Cadmitis eadẽ esset, quã Ostracitin vocãt nisi quòd hanc

9 inditæ Fux.

10 hæ & in Tarracina. M Fux.
11 Syene. M. Fux.
12 palmitum. Vet.
13 & in Rhodo. M.
14 pellis. M.
15 fulmina. M. Fux. expuncto, sisti.
16 lebetes. M. Fux.
17 pellibus alligãdas. M. Fux.
18 incoctis pingm. Vet.
19 faciat. M.
20 Acopos vitro. M. Fux.
21 Alabastride. M.
22 intertincto. M.
23 Eam contra. Vet.
24 Aromatitis. M.
25 inuenitur. M.
26 traditur. M.
27 fimo spl. adalligari. M.
28 ibi eũ in nido. M. forcalis, Ibium.
29 radiantẽ, in Vet. d.
30 limphaticũ morbũ hab. Vet. lymphationes. Alij Vet.
31 regum constitutionibus. M. Fux.
32 multis non alia. Vet.
33 augere. M. agere.
34 Apsychos. Fux. Apsydos. Marbodæ, inepte. Sic tamen & Vet.
35 fulgura. Agistilla magis intelligitur, per aluum sar. nigr. venis transeuntibus. M. Fux.
36 Hæc ex Troglodi te venisset. Fux.
37 regione veniunt. Vet.
38 media. M.
39 Batrachitas mittit & Coptos M. Fux.
40 eboni. M. Fux.
41 rubentem. Vet.
42 excellens M.
43 cingit nigrã è medio, fulg. Fux.
44 suam, in M. d.
45 Batippe. M. Fux.
46 nodis. Vet.
47 alijs sacra dicitur. M. Fu. forcalis, aliàs.
48 pinea. M. forcalis, punicea.
49 à crinibus mulierum. Bostrychen vocat Fux.
50 Brone (Bronte) è capitibus testudinum conitribus cadit. putantque ea restingui fulminationi, si Fux: si simulis, tonitruis cadit. Putant ea fulmitia restingui, si cred M.
51 tacta. Vet.
52 Bolemias glebę similitudine. Fux.
53 nimbis inuehuntur. Vet.
54 Calamitis. Vet. Cheramis. Strabo. Ceramices. Alij Vet.

hanc cærulæ interdum [56] cingunt bullæ. Callais sapphirum imitatur, candidior, [57] & littoroso mari similis. [q] Capnites quibusdam videtur suum genus habere, [58] pluribus spiris fumida, vt suo loco diximus. In Cappadocia & in Phrygia nascitur, ebori similis. [59] Callainas ferunt plures coniũctos semper inueniri. Catochites [r] Corsicæ lapis est, cæteris maior, mirabilis, si vera traduntur, impositam manum veluti gummi retinens. Catopyrites in Cappadocia prouenit. [s] Cepites, siue [60] cepocapites, cãdida est, venarum [61] nodis coeuntibus, candore imaginem regerens. Ceramites, testæ colorem habet. [t] Cinædiæ inueniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis, candidæ & oblongæ, euentúque mirandæ, si modò est fides præsagire eas habitum maris nubilo colore aut tranquillitate. Cerites ceræ similis est: [u] Circos [62] pyris [x] Corsoides canitiei hominis: Coralloachates corallo aureis guttis [63] distinctæ: Corallis [64] minio: gignitur in India & Syene. Craterites inter chrysolithum & electrum colorem habet, præduræ naturæ. Crocallis cerasum repræsentat. [y] Cissites [65] circa Coptõ nascitur candida, & videtur intus habere [66] partum, qui sentiatur etiã strepitu. [z] Chalcophonos nigra est, sed illisa æris tinnitum reddit, tragœdis, vt suadent, gestanda. Chelidoniæ duorum sunt generum, hirundinum colore, [67] & altera parte purpureæ nigris interpellantibus maculis. Chelonia oculus est Indicæ testudinis, vel portento fissima Magorum mendaciis. Melle enim [68] colluto ore impositam linguæ, futurorum diuinationem præstare promittunt: quintadecima Luna [69] & silente, tota die: decrescente verò ante Solis ortum, cæteris diebus à prima in sextam horam. Sunt & chelonitides [70] testudinum similes, ex quibus ad tempestates sedandas [71] multa vaticinantur. Ea verò, quæ sit aureis guttis, cum [72] scarabæo deiecta in aquam ferũtem, tempestates auerti. Chlorides herbacei coloris est, [73] quam dicunt Magi inueniri in motacillæ auis ventre, congenitam ei: ferróque includi iubent, ad quædam prodigiosa moris sui. [A] Choaspites à flumine dicta est, viridis, fulgoris aurei. [B] Chrysolampis in Æthiopia nascitur, [74] pallidi coloris die, noctu ignei. [75] [C] Chrysophis aurum videtur esse. [76] [D] Cepionides in Æolidis Atarne, nunc pago, quondam oppido, nascuntur, multis coloribus transluicentes, aliâs vitreæ, aliâs crystallinæ, aliàs iaspideæ. Sed & sordidis tantus est nitor, vt imagines reddant, ceu specula. [E] Daphniam Zoroastres [77] morbis comitialibus demõstrat. Diadochus beryllo similis est. [78] Diphris duplex, candida ac nigra, mas ac fœmina, [79] genitale vtriusque sexus distinguẽte linea. Dionysias nigra ac dura mistis rubentibus maculis: ex aqua trita saporem vini facit, & ebrietati resistere putatur. [F] Draconites siue dracõtia [80] è cerebro fit draconum, sed nisi viuentibus [81] abscisso nunquam gemmescit, [82] inuidia animalis mori se sentientis. Igitur dormientibus amputant. Sotacus qui visam eam gemmam sibi apud regem scripsit, bigis vehi quærentes tradit, & viso dracone spargere somnifica medicamenta, atque ita præcidere. Esse autem candore translucido, nec posteà poliri, aut artem admittere. Encardia cognominatur & [83] cardisce: vna, in qua nigra effigies cordis eminet: altera, eodem nomine viridi colore, cordis specie repræsentat: tertia nigrum cor ostendit, reliqua [84] sui parte candida. Enorchis candida est, diuisaq; fragmentis testium effigiem repræsentat. Exhebenum Zoroastres speciosam & candidam tradit, qua aurifices aurum poliunt. [85] Eristalis cùm sit candida, ad incli nationes rubescere videtur. [86] Erotylos [87] eadem amphicome & hieromnemon, à Democrito laudatur in argumentis diuinationum. [88] Eumeces in Bactris nascitur, silici similis, & capiti supposita visa nocturna oraculi modo reddit. Eumetren Beli gemmam, sanctissimi Deorum [89] sibi, Assyrij appellant, porracei coloris, superstitionibus gratam. [G] Eupetalos quatuor colores habet, cæruleum, igneum, minij, mali. [H] Eureos nucleo oliuæ similis est, [90] striata concharum modo, non adeò candida. Eurotias situ videtur operire nigritiam. Eusebes ex eo lapide est, ex quo [91] traditur Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua Dij facilè surgebant. Epimelas fit, cùm in candida gemma supernè nigricat colos. Galaxiam aliqui

56 pingunt. Vet. inoxant. Fux.
57 litori maris. Vet.
58 pluribus. M.
59 Callaites in turbido calamo, ferunt; plures Callaitas simul inueniri. Vet. Calamitã vocãt, è turbido calamo (leg. è calami tubulo: ferunt plures simul inueniri coniunctos. Fux. M.
60 Cepocatoprites. Vet. Cepo. ames. M.
61 notis.
62 spiris. Turnebus.
63 distincta Vet.
64 min. similis gigni tur. M.
65 in Copto. M.
66 petram, quæ sentitur. M. Fux.
67 ex alia.
68 colluta, & linguæ impositam, fiet ur. M. colli-ã, & linguæ impositã futurorũ scientiam. Fux.
69 fulgorem ei decrescere tota die, à Solis ortu, cæteris. M. Fux.
70 oculis testud: Vet.
71 multi vtuntur Vet. multa pollicentur. Vet.
72 scarabæo decocta & deiecta in acu. fer. temp. moueri. M. Fux.
73 dicunt Magi eam inuen. M.
74 pallida die, noctu ign. a. M.
75 Chrysopis Fux, M.
76 Ceponides in Aeolide & Acarnania, in pago quondam. Fux. M.
77 & Orchastres mor. com. demõstrat. Vet. Parif.
78 Diphie s. Fux. Diphyis. Turn.
79 genitile. M Fux.
80 &. Vet. in. Ve.. alij.
81 abscisso capite nunq. Vet. abscissa. M.
82 In India igitur moris est vt dormientibus animalibus dentes (leg. caput) amputent. Fux.
83 cardisce: in nigra est. M.
84 sunt arte. M.
85 Eristilla (Cõst. leg. Erythrilla) cui sit. Fux
86 Erochilos Fux. Erocheilos. Dal.
87 eademque. Vet.
88 Eumenes. Fux.
89 suorum. Vet.
90 Eueratus Vet.
91 traditur imago Heres. is in Tyri templo facta, & sedes, ex qua difficile surg. Fux. M.

galacti ten vocant, ſimilem proximè dictis, ſed intercurrentibus ſanguineis aut candidis venis. Galactites ex 92 vino colore lactis eſt. Eandem dicunt 93 leucam, & leucographiam appellant, & ſynnephiten, tritam lactis ſucco ac ſapore notabilem. In educatione [I] nutricibus lactis fœcunditatem, infantium quoque alligata collo ſaliuam facere dicitur, in ore autem liqueſcere. Eandem memoriam 94 [K] adimere dicũt. Mittit eam & Achelous amnis. Sunt qui ſmaragdum albis venis circunligatum galactiten vocent. 95 Galaicos argyrodamanti ſimilis eſt, paulò ſordidior. 96 Inueniuntur autem binæ vel ternæ. 97 Gaſidanem Medi mittunt, coloris orobini, veluti floribus ſparſam. Naſcitur & in Arbelis. [L] Hæc quoque gemma concipere dicitur, & intra ſe partum fateri concuſſa, concipere autem trimeſtri ſpatio. Gloſſopetra linguæ ſimilis humanæ in terra non 98 naſcitur, ſed deficiente Luna cælo decidere, & lenocinãti neceſſaria creditur. Quod ne credamus, promiſſi quoque vanitas facit. 99 Ventos enim ea comprimi narrant. Gorgonia nihil aliud eſt, quàm corallium: nominis cauſa, 100 quod in duritiam lapidis mutatur. Emollit 101 maria [M] Fulminibus & typhoni reſiſtere affirmant. Genianen eadem vanitate inimicorũ pœnas efficere promittunt. Heliotropium naſcitur in Æthiopia, Africa, Cypro, porracei coloris, ſanguineis venis diſtincta. Cauſa nominis, quoniam 102 deiecta in vas aquæ fulgorẽ Solis accedẽtem percuſſu ſanguineo mutat, maximè Æthiopica. Eadem extra aquam ſpeculi modo Solem accipit, deprehenditque defectus, ſubeuntem Lunam oſtendens. Magorum impudentiæ vel manifeſtiſſimum 103 in hac quoque exemplum eſt, quoniam admiſta herba heliotropio, quibuſdam quoque additis 104 precationibus, gerentem conſpici negent. Hephæſtites quoque ſpeculi naturam habet in reddendis imaginibus, quanquam 105 rutila. Experimentum eſt, ſi feruentem aquam addita ſtatim refrigeret, aut ſi in Sole addita aridam materiam accendat. Naſcitur in Corycо. 106 Horminodes, ex argumento viriditatis in candida gemma vel nigra, & aliquando pallida, ambiente circulo aurei coloris, appellatur. Hexecontalithos in parua magnitudine multicolor, hoc ſibi nomen adoptauit. Reperitur 107 in Troglodytica regione. Hieracites 108 alternat tota, miluinis nigricans veluti plumis. Hammites ouis piſcium ſimilis eſt, & alia velut nitro compoſita, prædura alioquin. Hammonis cornu inter ſacratiſſimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiẽ reddens promittitur 109 prædiuina ſomnia repræſentare. Hormeſion inter gratiſſimas aſpicitur, ex igneo colore radians auro, portante ſecum in extremitatibus candidam lucem. Hyæniæ ex oculis hyænæ, & ob id 110 in vaſe inueniri dicuntur: & ſi 111 credimus, linguæ hominis ſubditæ futura 112 prædicere. Hæmatites in Æthiopia quidem principalis, ſed & in Arabia & Africa inuenitur, ſanguineo colore, 113 nõ omittenda promiſſis ad coarguẽdas barbarorũ inſidias. Zachalias Babylonius in his libris quos ſcripſit ad regem Mithridatem, humana gemmis 114 attribuit fata: has nõ contentus oculorum & iocinerum medicina decoraſſe, à rege etiam aliquid petituris dedit, & litibus iudiciiſque interpoſuit: in prælijs etiam 115 eas ſalutares pronuntiauit. Eſt & alia eiuſdem generis, quæ vocatur 116 henui ab Indis, xanthos appellata Græcis, è fuluo candicans. Idæi dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Icterias 117 aliti lurido ſimilis, ideò exiſtimatur ſalubris cõtra regios morbos. Eſt & alia eodem nomine 118 liquidior. Tertia folio viridi ſimilis, latior prioribus, 119 penè ſine pondere venis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris venis 120 deſcendentibus. Iouis gemma candida eſt, non ponderoſa, tenera. Indica gentium ſuarum habet nomen, ſubrufo colore, in attritu 121 ſudorem purpureum, emanat. Alia eodem nomine candida, puluereo aſpectu. Ion apud Indos violacea eſt, 122 ſed rarò ſaturo colore lucet. Lepidotes ſquamas piſcium varijs coloribus imitatur. Lesbias Lesbi patrię nomen habens, inuenitur & in India. Leucophthalmos rutila aliàs, oculi ſpeciem candidam nigrámque continet. Leucopetalos candorem 123 niuis 124 ex aureo diſtinguit. Libanochros thuris ſimilitudinem oſten-

92 vno M.
93 leucogeam. Vet.
94 adiuuare. Vet.
95 Gallæca. M.
96 Inuenitur in terra aequa M.
97 Gesinaden Magi diciſſe, coloris orobi, veluti coloribus ſparſam. Fux.
98 naſci dicitur (ſic & Fux. ied Lun. cælo decidere ſono (in ioui) monenſique eſſe ne cellaria. Quod. M.
99 Ventrem. M.
100 quod è ligno in dur. Fux. M.
101 marina: hoc & fulminibus & tonitribus. M.
102 deiecta in vaſa, fulgore Solis accedẽte, aquã percuſſu ſanguineo mutat. deiecta in vas fulgore ſolis accendit, accedente repercuſſu. Aethiopica extra. M.
103 hoc quoque. M.
104 precationibus. Fux. præcantationibus M
105 rutilans. M. Vet.
106 Hormeodes. M.
107 in Troglodyte. Hierac. &c. M.
108 alternata miluinis nigriſque velut plumis. Fux. M.
109 prædiuina omnia præſentare. Fux.
110 pertuſæ. Vet. in traſis Alij Vet. id eſt, cùm illas inuaſerunt & confecerunt.
111 credimus, linguæ ſubditis hominis futura prædicere Vet.
112 præcinere M
113 non omittendis in ea promiſſis ad coarguẽdas ſic barb. inſantias. Vet.
114 attribuens facta, hanc M
115 ex ea vngi ſaluta re pron. M.
116 Memn. M. Memn. Fux
117 aliti luridæ. Vet. mali guti luridæ, Vet. mali cute, aut ſe ma pillis, ideo. Fux M.
118 liuidior. M
119 & ſpecie offenſa (leu ofuſa) venis luridis (luridis) M.
120 ſi curentibus M.
121 ſudore purpureo prang. Vet. ſudor purpureus manat. Vet.
122 & rarum ve alio colore luc. at. M. Fux.
123 niueis Fux.
124 & auro. M.

dit, ſed ſuccum mellis. Limoniates eadem videtur, quæ ſmaragdus. De lipare hoc tantùm traditur, ſufita ea omnes beſtias euocari. Lyſimachus Rhodio marmori ſimilis eſt 125 aureis venis: politur ex marmore, amplitudine in anguſtias coeunte, vt inutilia 126 exterantur. [N] Leucochryſos 127 fit chryſolitho interalbicante. Mennonia qualis ſit, non traditur. Medea nigra eſt, à [O] Medea illa 128 fabuloſa inuenta: habet venas aurei coloris: ſudorem reddit croci, ſaporem autem vini. Meconites 129 papauera exprimit. 130 Mitrax à Perſis accepta eſt 131 & Rubri maris montibus multicolor, contra Solem variè refulgens. 132 Merocles porracea lacte ſudat. 133 [P] Morion Indica, quæ nigerrimo colore tranſlucet, vocatur pramnion: in qua miſcetur & carbunculi colos, 134 Alexandrinum: vbi ſardę, Cypriũ. Naſcitur & in Tyro & in Galatia. Xenocrates & ſub Alpibus naſci tradit. Hæ ſunt gemmæ, quæ ad ectypas ſcalpturas aptantur. Myrrhites myrrhę colorem habet, 135 faciemque minimæ gemmę vnguenti odorem, 136 attrita etiam nardi. Myrmecias nigra habet eminentias ſimiles verrucis. Myrſinites melleum colorem habet, myrti odorẽ. Meſoleucos eſt, mediam gemmam candida diſtinguente linea: Meſomelas, nigra vena quemlibet colorem ſecante per medium. Nalamonites eſt ſanguinea, nigris venis. [Q] Nebrites Libero patri ſacra, nomẽ traxit 137 à nebridum eius ſimilitudine. Sunt & aliæ nigræ generis eiuſdem. Nympharena vrbis & gẽtis Perſicæ nomen habet, ſimilis hippopotami dentibus. 138 [R] Orca barbari nominis, è nigro fuluoque 139 ac viridi & candido placet. Ombria, quam aliqui notiam vocant, ſicut ceraunia & brontia cadere cum imbribus & fulminibus dicitur, eundemque effectum habere, quem brontia, narratur. Prætereà in 140 aras addita ea, traditur libamenta non amburi. [S] Orites globoſa ſpecie, à quibuſdam & ſiderites vocatur, ignem non ſentiens. Oſtracias ſiue oſtracites eſt teſtacea durior: altera achatæ ſimilis, niſi quòd achates politura pinguescit: duriori tanta ineſt vis, vt aliæ gẽmę ſcalpantur fragmentis eius. 141 Oſtraciti [T] oſtrea nomen & ſimilitudinem dedere. Ophicardelon Barbari vocant, nigrum 142 colorẽ binis lineis albis includentibus. De Obſidiano lapide diximus ſuperiore libro. Inueniuntur & gemmæ eodem nomine ac colore, nõ ſolùm in Aethiopia Indiaque, ſed etiam in 143 Samnio, vt aliqui putant, & in litoribus Hiſpanienſis Oceani. Panchrus ferè ex omnibus coloribus conſtat. Pangonius non longior digito, ne cryſtallus videatur, numero 144 plurium angulorum 145 cauetur. Paneros qualis ſit, à Metrodoro non dicitur: ſed carmen Timaridis reginæ in 146 eadem dicatum Veneri non inelegans ponit, ex quo intelligitur 147 additam ei fœcunditatem. Quidam hanc pãſebaſton vocant. Ponticarum plura ſunt genera. Eſt ſtellata nunc ſanguineis, nunc 148 atris guttis, quę inter ſacras habetur. Alia pro ſtellis eiuſdem coloris lineas habet, alia montiũ conualliumque effigies. Phloginos, quẽ & [V] chryſiten vocant, 149 oſtreę Atticæ aſſimilata inuenitur in Ægypto. Phœnicites ex balani ſimilitudine appellatur: Phycites algæ. Perileucos, 150 filo ab ore gemmæ ad radicem vſque candido deſcendente. Pęantides, quas quidam gemonidas vocant, pręgnãtes fieri & parere dicuntur, mederique parturientibus. Nam 151 tales in Macedonia iuxta monumentum Tireſiæ inueniuntur, ſpecie [X] aquæ glaciatæ. Solis gemma candida eſt, & ad ſpeciẽ ſideris in orbem fulgẽtes ſpargit radios. 152 [Y] Sagdam Chaldæi adhæreſcẽtem 153 nauibus inueniunt, praſini coloris. Samothracia inſula eiuſdem nominis gemmã dat nigram, ac ſine pondere, [Z] ligno ſimilem. 154 Sauriten in ventre viridis lacerti harũdine diſſecti tradunt inueniri. Sarcites bubulas carnes 155 præſentat. [aa] Selenites ex candido tranſlucet melleo fulgore, imaginem Lunæ continens, reddítque eam in dies ſingulos creſcentis minuentíſque 156 numero: 157 naſcique putatur in Arabia. Siderites ferro 158 ſimilis, litigio illata diſcordias facit: quæq; naſcitur in Æthiopia Sideropœcilos ex ea fit variantibus guttis. Spongites ſpongiæ nomen repræſentat. [bb] Synodontites è cerebro piſcium eſt, qui ſynodontes vocantur. 159 Syrtitæ in litore Syrtium, iam quidem & in Lucania inueniuntur è melleo colore croco refulgẽtes:

125 auratis. M.
126 exteruentur. M.
127 ſi. ut cryſtallus albicat M. Fux.
128 fabuloſa. Fux.
129 papauer. M.
130 Mithrax. Vet.
131 in Vet. è Fux
132 Morochites M.
133 Morio in India vocatur Prominium. in qua miſcetur & carbunculus. Alex Fux.
134 proximum Alex. & vbi. M.
135 faciẽ minima gẽma M.
136 attritu. Vet.
137 à nebride. Eius ſimilitudine eſt alia nigra. M.
138 Olea. M. Fux.
139 ac viridi, in M. d.
140 ara addita hac libam, non amb. M. mare addita hoc aiunt lib. Vet. Fux.
141 Oſtritidi. M. Oſtracidi.
142 colore. M.
143 Sanno. M.
144 plurimorum. M.
145 cauet M.
146 ædę Veneris dicatum Vet M.
147 aditum fœcunditate. M.
148 auratis Fux. aureis M.
149 oſtraciæ aſsim. M.
150 filo ab ora gemmæ. Alij Vet. ſilo gẽmæ. Alij Vet.
151 talis &c inuenitur, ſpecie glaciata. M.
152 Sagadam. M.
153 nauibus habent. Inuenitur. Vet.
154 Saurina vena eſt terræ ſimilis, hirundine diſſecta. M.
155 repræſentat. Vet
156 numeris. M.
157 Naſcitur in. M. Fux.
158 ſimilis etiam litigio inceptata. M. ſimilis, illata litigia & diſcordias facit. Vet.
159 Syrtides. M.

intus autem ſtellas cõtinent languidas. Syringites ſtipulæ [cc] internodio ſimilis, perpetua fiſtula cauatur. [160] Trichrus ex Africa nigra eſt, ſed tres ſuccos reddit, à radice [161] nigrum, medio ſanguineum, ſummo cãdidum. Telirrhizos cinerei coloris aut ruſi, candidis radicibus ſpectatur. Telicardios colore cordis, [162] Perſas apud quos gignitur, magnopere delectat, maculamque appellant. Thracia trium generum eſt, viridis, [163] aut pallidior, tertia ſanguineis guttis. Thephritis [164] nouæ Lunæ ſpeciem habet curuatæ in cornua, quamuis cinerei coloris. Tecolithos [165] oleæ nucleo ſimilis videtur: neque eſt ei gemmę honos, [166] ſed lingentium calculos frangit pellítque. Veneris [167] crines nigerrimi nitoris continent in ſpeciem ruſi crinis. Veientana Italica gemma eſt, Veijs reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo. Zanthenem in Media naſci Democritus tradit, electri colore, & ſi quis terat in vino palmeo & croco, ceræ modo [168] lenteſcere, odore magnæ ſuauitatis. [169] Zmilaces in Euphrate naſcitur, Proconneſio marmori ſimilis, medio colore glauco. [170] Zoroniſios in Indo flumine naſcitur: Magorum gemma eſſe narratur: neque aliud amplius de ea.

160 Trichius M. forſan ſic, Thrichylus.
161 nitrũ, medio ſanguineũ, ſummo ochrã. M.
162 Perſæ ap. quos gig. eo magnificè delectari, Maculam ap. Tragia trium. M.
163 ac. Vet.
164 nouem Lunæ ſpecies habet, & curuata cornua. M.
165 oleæ nucleus videtur. M.
166 ſed ægrè mejen ciũ. Ver. ſed vngẽtium. M. ſed ſumẽtiũ. Alij Vet.
167 crinis, nigerr. nitoris, continet ſpeciem. M. Fux.
168 lenteſcentẽ. Vet.
169 Zmilampis. Fux. M.
170 Zoraniſcos. Fux. M.

ANNOTATIONES.

a De achate multa Orpheus li. περὶ λίθων, laudes eius quater repetens, quaſi gemmæ maximæ dignitatis. Gemmarum variarum naturam prodiderunt Orpheus, Theophraſtus, Solinus, Auicennas, Albertus, Vincentius, Bartholomæus Anglicus, Marbodæus, Iſidorus, Galenus.

b Nemoroſæ, ſyluoſæ. Camillus Piſaurenſis achaten ſe teſtatur vidiſſe, in cuius planitieſeptem arbores delineatę conſpiciebantur.

c Apollonius apud Galenum lib. 5. καλὰ τόνωτ. alabaſtritem veſtum cum ſale & pumice toſtis, valde probat ad dentes denigratos.

d Vicit eum Tritormas bubulcus. Rhodiginus.

e Creſias apud Stobæum. ἔρᾳ δ' ἐγὼ τῶν μυσίας ἀθῆρας καλλιβόαν. μυννάτιν δ' ἐν αὐτῷ λίθῳ κεῖνται δύο γεγονυιαῖσιν, ὃς πάλλιστα πως ἐπ πηρὸν ἀφῆτε, πρὸ λύπας δι' ὕπνε ἐριβρόμβ δ', ὅπερ τοῖς ἄλλοις ἐστὶ τὸ ἄλεξητήριον βοτρύος δ'.

f Marmoris genus. Hanc ab Orpheo lib. περὶ λίθων Barbarum lapidem vocari putant.

g Succini ſpecies.

h Achatis ſpecies.

i Onychis genus.

k Tecolithi ſpecies.

l Succinum anchuſa tinctum.

m Tecolithi ſpecies.

n Amianti genus.

o Callaidis, ſiue Turciçæ genus, quale ego vidi.

p βόλοι, vulgò *crapaudines*.

q Marmoris genus, Arabicus lapis, chryſolithus fumida.

r Bituminis, aut ſuccini ſpecies.

ſ A cepa, vel ab horto dicta, achatis genus.

t De ijs vide cap. 6. lib. 29.

v Thecolithi genus. Turnebus cap. 36. lib. 28. Aduerſ. legit, Circos ſpiris, id eſt, circulis.

x Amianti ſpecies. κίρσαι, maxillæ, tempora, barba: inde κερσνὸς, ponſor, κερσοῦ ἔργον, tonſtrina. Rhodig. cap. 2. lib. 4.

y Cyſtites, ἀπὸ τῆς κύσεως, à conceptu, quaſi grauida: quanquam & μαστῶν Græci etiam κύσεις dixerunt. Turn. ibid.

z Vide Solinum cap. 50. Chalcophoni prope Anicium Vellauiorum plurimę ſunt vbiuis in ſtructuris murorum, & parietibus temere congeſtis, nigræ, leues, fiſtuloſæ, tophaceę, cum ferro percutiuntur tinnientes. Parieres delubri diuæ virginis alternis ordinibus huius lapidis & candidi illic extructi ſunt.

A Chryſoberilli genus.

B Chryſolithi genus. Chryſopaſion vocant Iſidorus, & Marbodæus: Chryſopagion Albertus: Chryſopſin quidã. Alius eſt Chryſopaſius deſcriptus ſuprà cap. 8.

C Hyacinthi ſpecies.

D Ab horto ſic vocatæ.

E Præter gemmas, quarum nomen incipit à litera C. memoratas Plinio, Orpheus libro περὶ λίθων, Coryphodę recenſet, & Chabazium. Coryphoden alij eſſe volunt ſex lateribus anguloſum cuius meminit auctor capite altero huius libri: alij verò Indicũ adamantem, lateribus ſexangulum, deſcriptum cap. 4. huiuſdem libri: alij beryllum, è quo cylindros Indi faciunt, ſuprà cap. 5. vltimo proximo. De Chabazio nondum liquet.

F Philoſtratus ſcribit in India dracones eſſe, alios paluſtres, rudes, pigros, ſine criſtis: alios montanos, grandiores, acriores, criſtatos. In horum capite reperiri gemmam ſpecie aſpectúque floridam, & iucundam, potentia mirabilem, quod teſtatur Gigis annulus, Rhodig. cap. 11. lib. 6.

G Opali genus, vel noſtri Heliotropij.

H Epicoros. Ver. quidam, Epichorios: alijs, Epichoros: alijs, Epichloros. In dictione ἐνίπαρ, vt & in νύπαρ, latet ſignificatio religionis, ornamenti, cuſtodiæ. Turn. cap. 36. lib. 28.

I Apud Orpheum poëmate de lapidibus, Galactitis hoc nomine magna commendatio eſt.

K Legit, adimere, Marbodæus: quod ex hoc verſu manifeſtum eſt, *Sed turbat mentes, & clauſus in ore liqueſcit*. Quanquam vulgatis exemplaribus legatur, *Sed turbat mentem, ſi clauſus in ore liqueſcat*.

L Geodis genus. Fortaſſis noſtrum Bezaar.

M De corallo hoc ex Metrodoro ſcribit Marbodæus.

N Nomen indicat cryſtallum candidam, aureis vel guttis, vel lineis diſtingui, & variari.

O A Medis populis Medum vocatum Albertus credit, ciúſ vires aſſignat monſtroſas, quas ſuis verſibus Marbodæus expoſuit.

P Fortaſſis Morochrus, quem & Galaxian, & Leucographida vocari Dioſcorides ſcribit, mollis, liqueſcens, dealbandis veſtib. vtilis, in Ægypto naſcens.

Q Vide num ea ſit, quam πυρσῖτιν Orpheus vocat. Gagatromeũ ex Alberto Marbodæus vocat, Gagatronica Pandectarius.

R In his, quæ ab Incipiunt, Neuriten Plinius non recenſet, memoratam ab Orpheo libro περὶ λίθων, ſicut nec in ijs quæ à P. τὸν πύροκλον ab eodem Orpheo celebratũ: & in ijs quæ ab O. Omphacem, cuius meminit Theophraſtus lib. περὶ λίθων, niſi Botrytẽs, ab auctore deſcripta.

S Albertus tria deſcribit genera, primum rotundum ac nigrum: ſecundum viride, alba macula notatum: tertium colore ferri, aſperũ altera parte, altera planũ, prodigioſoſq; tribuit effectus.

T Nam ὑέρανον, oſtreorum teſtam dixerunt.

V Ab auri colore igneo & flammeo.

X Aquam glaciatam intelligo, non externam gemmæ ſpeciẽ, ſed teſtarum qui intus aluo continetur.

Y De Sagda vide non inelegantes Marbodęi verſus, Solinum cap. 50. Albertum, & Vincentium.

Z Suum anthracitem Theophr. libr. περὶ λίθων cum ligno putri comparat.

aa ἀνθρακίτην dictum vult Dioſcorides, non quòd imaginem Lunę cõtineat, ſed quòd adlucẽte Luna, ὑπὸ τῆς σελήνης πυρσαυγέσι, media nocte ac intempeſta reperitur.

bb Tales ſunt qui & in coracinorum & in vmbrarum piſcium capitibus reperiuntur, quos ad regium morbum, colicos ac nephriticos dolores prodeſſe vulgus credit.

cc Dentalem vocant pharmacopolæ.

De gemmis, quæ à membris [1] hominum cognominantur, & quæ ab animalibus, & de ijs, quæ à cæteris rebus. CAP. XI.

ESt etiamnum alia diſtinctio, quam equidem fecerim, ſubinde variata expoſitione. Siquidem à mẽbris [2] corporis habent nomina, Hepatites à iocinere, Stearites

1 hominis. M.

2 corporum. M.

tites ſingulorum animalium adipe numeroſa. [a] Adadunephros [3] eiuſdem oculus dicitur: Deus & hic colitur [4] Syris. [b] Triophthalmos cum onyche naſcitur, tres hominis oculos ſimul exprimens. Ab animalibus cognominantur, carcinias marini cancri colore, [c] echites viperæ, [d] ſcorpites ſcorpionis aut colore aut effigie, ſcarites ſcari piſcis, triglites mulli, ęgophthalmos caprino oculo: [5] [e] item alia ſuillo. & à gruis [6] [f] collo geranites, hieracites accipitris. Aetites à colore aquilæ [7] candicante cauda. Myrmecites innatam repentis formicæ effigiem habet, ſcarabæorum cantharias. Lycophthalmos quatuor eſt colorum ex rutilo [8] ſanguinea: in medio nigrum cãdido [9] cingitur, vt luporum oculi, illis per omnia ſimilis. Taos pauoni eſt ſimilis, [10] itẽ aſpidi, quam vocari [11] chelidoniam inuenio. Arenarum ſimilitudo eſt in hammochryſo, velut auro harenis miſto. Cenchrites milij granis velut ſparſis. Dryites [12] è truncis arborum: hęc & ligni modo ardet. Ciſites in candido [13] collucet ederæ [14] foliis, quæ totam tenẽt. [g] Narciſsites venis [15] etiam ederæ diſtincta. Cyamea nigra eſt, ſed fracta [16] ex ſe fabæ ſimilitudinem parit. [17] Pyren ab oliuæ nucleo dicta eſt: huic aliquando ineſſe piſcium ſpinæ videntur. [18] Chalazias grandinum [19] & colorem & figuram habet, adamantinæ duritię. Narrant etiam in ignem additæ manere ſuum frigus. Pyrites nigra quidẽ, ſed attritu digitos adurit. Polyzonos nigra multis zonis candicat. [20] Aſtrapię in candido aut cyaneo diſcurrunt è medio fulminis radij. In Phlegontide intus ardere quædam videtur flamma quę non exeat. In [21] Anthracitide ſcintillę diſcurrere aliquando videtur. [h] Enhydros ſemper rotunditatis abſolutę, in cãdore eſt leuis, ſed ad motũ fluctuat intus in ea veluti [22] in ouis liquor. Polytrixi in viridi capillatur, ſed defluuia comarum facere dicitur. Sunt & à leonis pelle & pãtheræ nominatæ, leontios, [k] pardalios. Colos appellauit chryſolithum aureus, chryſopraſum herbaceus, melleus [23] melichrota: quamuis plura eius genera ſint. [24] Melichloron eſt geminus, parte flauus, parte melleus: [25] Crocian croci. Polia canitiem quandam [26] ſparti indicat: eandem duriorem, nigra Spartopolios. Rhodites [27] à roſa eſt. Melites mali coloris, Chalcites [28] æris, Sicites fici. Ratio nominum non eſt [29] in Borſycite, in nigro [30] ramoſa, candidis aut ſanguineis frondibus: [31] nec gemite, velut in petra candidis manibus inter ſe complexis. [m] Ananchitide [32] in hydromãtia dicũt euocari imagines deorum: Synochitide [33] vmbras inferorum euocatas teneri: Dendritide alba [34] defoſſa ſub arbore, quæ cædatur, ſecuris aciem non hebetari. Et ſunt multò plures, magiſque monſtrificæ, quibus Barbari dedẽre nomina, cõfeſsi lapides eſſe. Nobis ſatis erit in his coarguiſſe [35] dira mendacia.

3 & eiuſdem. Vet.

4 à Syris. M.

5 hemalia. M. fortaſſis, hyalia, ἀπὸ τῆς ὕης.

6 colore Vet.

7 candidata. M. leg. candida.

8 ſanguineo. M.

9 cingit. M.

10 & teſtudini, quam vocant ſhelonian. Rerum Vet.

11 Aſpiditen. Alij Vet.

12 è, in Vet. d. Dędri tes truncis Fux

13 perlucet. M. Fux.

14 floſculus. Vet.

15 & odore diſt. M.

16 freſæ. Vet.

17 Pyrene. M.

18 Chalazię grãdinũ eandem & figuram & adamantinã duritiem ineſſe narrant: etiã igni additos. M. Lego, in ignẽ inditæ.

19 figuram & eandorem. Fux.

20 Aſtrapeę in nigro. Fux.

21 Anthracite ſcin. diſcurrunt aliquãdo & nigræ Fux M.

22 nouus liquor. M. veluti oui. Vet.

23 melichron, quamuis plura genera melichrorum ſint M.

24 Melichloros gemi nus. Vet.

25 Crocias acropolia canitiem. Vet.

26 Sardi. Fux. Carduſ. Conſtant. Sardæ inducis. M. ſparſã ind. Vet.

28 roſę. Vet. roſeieſt. Alij. eſt. in Vet. d. & ſanè redundat.

28 ærei. M.

29 in his. Borſycite. M. in Boroſycite Tu. Boſtrychite. Dal.

30 ramo. Fux.

31 gemite petra velut cand. Vet.

32 qua in hydr. Vet.

33 qua vmbras Vet.

34 qua def ſub arb. quæ cædatur. Vet.

35 illorum. Vet.

ANNOTATIONES.

a Adu nephros, à renibus. Deus hic colitur à Syris: iidem Theudactylum digitum dei vocant. Ex manuſcr. & vetuſt. quorundã ſententia locus hic ſic reſtituendus. Vetuſt. habet, Adu nephros: eiuſdem Theudactylus. hic & à Syris colitur. At manuſcr. Adu neptros, eiuſdem oculus, digitum Dei. & hic à Syris colitur. Ego verò lego, Adad nephros. hic Aegyptijs colitur. Eiuſdem Theudactylus, Adad Aſſyrijs ſummus Deus. Nomen id vnum ſignificat: Solem eſſe Macrobius interpretatur. Huic Adargatin ſubijciunt, id eſt, Tellurem. Vide Gyraldum.

b Marbodæus in ſuo poëmate Ophthalmiũ nominare videtur.

c Ophites Dioſcoridi.

d Scorpion vocat Orpheus lib. περὶ λίθων.

e Hyophthalmos,

f Leg. colore. Sic legendum eſſe verba ſequentia oſtendunt. Inaceipitris enim colore Hieracitis ſimilitudinem intelligimus, vt antea dixit, non in collo.

g ἀφ' ὑγρᾶς νεφρωτίτου dixit Dionyſius de ſitu orbis.

h In viridi coloris ſolo lineis ſubtilibus capillos imitatur. Ridiculè & ineptè coactor dictionarij Roberti Stephani explicat, in virentis ætatis homine capillos renaſci facit.

i Pantherus, ex Marbodæo in ſuo poëmate.

k Enhydron dici vult Albertus, & eius auctoritate nimium fiſus Marbodæus, quòd aqua ſtillet ex eo perpetuò.

l Turnebus emendat gamite, vel gamitide, quod Conſtantinus non probat. Eſſet enim ratio nominis ἀπὸ τοῦ γάμου, à nuptijs ducta, quod auctor negat.

m Ananchitis Turnebo ἀπὸ τῆς ἀνάγκης, id eſt, à neceſsitate dicitur: vt ſynochitis, à continendo.

De gemmis naſcentibus & factitijs, & figuris gemmarum. CAP. XII.

GEmmę naſcuntur & repentè nouæ ac ſine nominibus: vt [1] Lampſaci in metallis Gaurarijs vna inuenta, quę propter pulchritudinem Alexandro regi miſſa fuit, vt autor eſt Theophraſtus. [a] Cochlides quoque nunc [2] vulgatiſsimę, fiunt veriùs, quàm naſcuntur: in Arabia repertis ingentibus glebis, melle exco- qui tradunt ſeptenis die

1 Lampſ. vnam inuenio in met. aur. repertam, quæ. &c. Alex. rę. miſſa ſit. M.

2 vulgatę famę. Fux.

terræ puluere decuſſo. Fux. ter. vitioſoq; puluere decuſſo. M.
3 ſecantium. Vet.

4 fuêre. Vet.
6 phaleras facerent. Fux.
7 gẽmæ decoctæ. M.

8 acrimoniam. Fux. acrimonia. M. variè ad nou. acc call ing. contingit. M.
9 ſi. Fux. Vet.
10 vendentes. M.
11 quidem. M.
12 innumeris & Gr. van confictis. Vet.
13 immò etiam plebeis rariorum gen. dignas diſtinxiſſe ſatis erit. Illud modo ſemin. Fux.
14 mutata. M.
15 obſeruationẽ. M.

16 aut ſ minima. Fux. Vet.
17 & veras gemmas. Vet.
18 grauatis glutinãtur gemmis. Fux. grammatijs gemmis. Conſtantinus.

nis diebus noctibuſque ſine intermiſsione: ita omni [3] terreno vitioſoque decuſſo purgatam purámque glebam artificum ingenio variè diſtribui in venas, ductuſque macularum quàm maximè vendibili ratione [4] ſectantium: quõdámque tantæ magnitudinis [5] fecere, vt equis regum in Oriente [6] frontalia atque pro phaleris penſilia facerent. Et aliàs omnes [7] gemmæ mellis decoctu nitescunt, præcipuè Corſici, in omni alio [8] vſu acriora abhorrentes. Quæ variæ ſunt, & ad nouitatem accedere calliditate ingeniorum contigit, [9] vt nomen vſitatum non habeant, phyſes appellant, velut ipſius naturæ admirationem [10] in ijs venditãtes, cùm finis nominum non ſit, quæ perſequi non [11] equidem cogito, [12] innumera ex Græca vanitate conficta. Indicatis nobilibus gemmis, [13] etiam plebeijs rarorum generum, dictu dignas diſtinxiſſe ſatis erat. Illud verò meminiſſe conueniet, increſcentibus variè maculis ac verrucis, linearumque interueniente multiplici ductu & colore, [14] mutari ſæpius nomina in eadem plerunque materia. Nunc communiter ad omnium gemmarum [15] obſeruationes pertinentia dicemus, opiniones ſecuti autorum. Cauę aut extuberantes viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maximè probatur, deinde quę vocatur lenticula, poſteà [b] clypeidos & rotũda: angulosis [16] minima gratia. Veras à falsis diſcernendi magna difficultas: quippe cùm inuentum ſit, [17] ex [c] veris gemmis in alterius generis falſas traducere. Sardonyches [18] è ceraunijs glutinantur gemmis, ita vt deprehendi ars non poſsit, aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio ſumptis, [d] omnibus in ſuo genere probatiſsimis. Quinimò etiam extãt commentarij autorum, quos non equidem demonſtrarim, quibus modis ex cryſtallo tingantur ſmaragdi, aliæque tranſlucentes, ſardonyx è ſarda, item cæteræ ex alijs. Neque eſt vlla fraus vitæ lucroſior.

ANNOTATIONES.

a Cochlidibus diſsimiles non ſunt conchides, Megaris vbiuis in lapicidinis obuij, alijs molliores, inſignitè candidi, conchijs marinis pleni, auctore Pauſania lib. 1. Cochlides in lapicidinis Lugduno propinquis frequenter inueniuntur compreſſæ cochleæ ſimiles, multis ſpiris flexuoſæ, ſaxo incluſæ, amplæ, ponderoſæ, viſenda & admiranda in ijs formandis naturæ ſolertia. In ijſdem lapicidinis ad pagum diui Cyriaci & Romani conchides reperiuntur, quales Pauſanias deſcribit. Alexander Neapolitanus cap. 9. lib. 5. Genial. dierum ſcribit, in montibus Calabris procul à mari verſicoloris ſe marmoris fruſtum vidiſſe, in quo multiplices conchæ congeſtæ & concretæ coaluerant, oſſeæ potiùs quàm lapideæ, etiam cùm marmor diſſecaretur, intus deliteſcentes. Cochlidis id genus eſt.

b Turnebus emendat Epipedos. Conſtantinus verò legit κυκλάδιτας. Vide cap. 21. lib. 1. Aduerſar. Lego, clypei modo rotunda. Clypeoeides, alij.

c Vt electrum in amethyſtum, cryſtallum in ſmaragdum.

d Sic ſunt hodie perdicophthalmi, & ælurophthalmi, paſsim venales in tabernis gemmariorum.

De ratione probandarum gemmarum. CAP. XIII.

1 fraudem. Vet.

2 Factitijs. Vet.

3 & prius.
4 recuſant. M.

5 Obſidiani. Vet.
6 candicantiã. Vet. Gic & Budeus.

7 atribus prof. Vet.
8 Oaxis. Vet.

9 conuenit. M.

10 omnibuſq; rebꝰ Vet.

NOs contrà rationem deprehendendi falſas demonſtrabimus, (quandò etiam luxuriam aduerſus [1] fraudes muniri decet) præter illa, quæ in principalibus quibuſque generibus priuatim diximus. Tranſlucentes matutinò probari cenſent: aut ſi neceſſe eſt, in quartam horam, poſteà vetant. Experimenta pluribus modis conſtant. Primùm pondere, ſi grauiores ſentiuntur, poſt hæc corpore. [2] Factitijs puſtulæ in profundo apparent, ſcabritia in cute, in capillamento fulgoris inconſtãtia, [3] priùs quàm ad oculos perueniat deſinens nitor. Decuſsi fragmenti paulum, quod in lamina ferrea teratur, efficaciſsimum experimento [4] excuſant mangones gemmarum. Recuſant ſimiliter & limę probationem. [5] Obſidianæ fragmenta veras gẽmas non ſcarificant. Factitiæ ſcarificationis [6] candicantiam fugiunt. Tantaque differentia eſt, vt aliæ ferro ſcalpi non poſsint, aliæ non niſi retuſo, verùm omnes adamante. Plurimùm verò in his [7] terebrarum proficit feruor. Gemmiferi amnes ſunt [8] Aceſines & Ganges: terrarum autem omnium maximè India. Et iam peractis omnibus naturæ operibus, diſcrimen quoddam rerum ipſarum atque terrarum facere [9] conueniat. Ergo in toto orbe & quacunque cæli conuexitas vergit, pulcerrima eſt [10] omnium, rebuſque meritò principatum naturæ obtinens, Italia, rectrix parénſque mundi altera, viris, fœminis, ducibus, militibus, ſeruitijs, artium præſtantia, ingeniorum

geniorum claritatibus, iam ſitu ac ſalubritate cæli atq; temperie, acceſſu cunctarum gentium facili, litoribus portuoſis, benigno ventorum afflatu, (etenim contingit [11] recurrẽtis poſitio in partem vtiliſsimam, & inter ortus occaſusque mediam) aquarum copia, nemorũ ſalubritate, montium [12] a articulis, ferorum animalium innocẽtia, ſoli fertilitate, pabuli vbertate. Quicquid eſt, quo carere vita nõ debeat, nuſquã eſt præſtantius: fruges, vinum, olea, vellera, lina, veſtes, iuuenci. [13] Ne equos quidem in trigarijs præferri vllos vernaculis animaduerto. Metallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis ceſsit: & ijs nunc in ſe grauida pro [14] omni dote varios ſuccos, & frugum pomorúmque ſapores fundit. Ab ea, exceptis Indiæ fabulo- 10
ſis, proximè quidem duxerim Hiſpaniam, quacunque ambitur mari.

11 excurrentis. Vet. procurrentis. Alij Vet.
12 obſtaculis. Vet.
13 Nec. Vet.
14 ſolemni. Vet.

ANNOTATIO.

a In veteribus legitur, montium obſtaculis: quę ab externarum gentium iniuria mœnium vice Italiam defendũt. Id nimirum eſt, quod ſcribit ca. 1. lib. 12. Gallias inexuperabili munimento Alpium coërceri, ne Italiæ ſe ſuperfundant. Vide cap. 1. lib. 36.

C. PLINII NATVRALIS HISTORIÆ
LIBRI XXXVII. ET VLTIMI
FINIS.

CLARISSIMO VIRO DOMINO DAMIANO AGOES SIGISMVNDVS GELENIVS S. P. D.

HAVD facile erat, Damiane optime, post Hermolaum super historia Pliniana annotanti impudentiæ arrogantiæve opinionem euadere, si primus tale aliquid attentassem. Nunc posteaquam eruditorum aliquot in hoc genere lucubrationes magno applausu exceptas video, non opinor vllis apologiis opus, quòd, quæ pro parte virili animaduerti, ipse quoque studiosis communico. Et tamen, etiamsi alius nemo post illum annotasset, dicere poteram, mancre illi mansurámque suam gratiam, quòd labore suo nos maxima parte laboris leuarit: qui, vt primus hanc viam ingredientibus muniuit, ita neminem, quò minùs eiusdem industriæ successionem capesceret, vetuit, modò suis vestigiis insistere studeret: & fortasis quædam, quæ vir ille restituit, post eius obitum à librariis denuò vitiata sunt. Quin & gloria illi manet illibata per nos, quotquot aliquid castigationibus Plinianis adiecimus. Neque enim statim doctior est, qui posterior aliquid deprehendit, sed sæpe numero felicior. Equidem quamuis cupidè arripuerim conferendi exemplaria munus, quòd partim iam expertus essem, id publico studiosorum commodo me facturum: Annotationes tamen inuitus adieci, nec nisi doctissimorum amicorum autoritate compulsus: quibus neque quicquam pernegari decebat, & illis sciebam consilij sui rationem constare. Nec hæc dico, quòd hoc modo velim culpam in illos translatam, imò non deprecor arrogantiæ crimen, nisi in his Annotationibus euicero, me nihil temerè, nihil superuacanè mutasse: sed tamen libentiùs Persiorum, quàm Læliorum, iudicio staturus, quantumuis diuersam ipse Plinius iudicum reiectionem habeat, idque non sine causa. Nam ille sua per modestiam extenuare maluit: nos non nostra in medium proponimus, sed Pliniana ex vetustissimis archetypis reuocata adferimus. Nanque eam castigandi rationem secutus sum, quam omnium certissimam vsu comperi. Quid enim certius, quàm duo peruetusta exemplaria inter se consentientia sequi: alterum longè integerrimum, deprauatius alterum, ità tamen vt syncerioris lectionis manifesta etiamnunc vestigia retineat: maximè, si phrasin quoque Plinianam diligenter obserues? Me certè hic oculatiorem fecit cùm diuturna in cæteris Latinis scriptoribus exercitatio, dum eò attentiùs in his versor, quòd non mihi solùm caueo, sed & his qui Frobenianos codices euoluunt prospectum cupio: tum hic ipse autor plus minùs decies, non oscitanter perlustratus, ac proinde iam familiarior. Et in prima quidem editione quædam non exigui momenti restituimus, parciùs tamẽ, quia vltrò, & à nemine dum demandata ea prouincia: at in secunda accuratiùs idem egimus, sed tum quoque ob angustiam temporis saltuatim dũtaxat prout ad singulos scrupulos res poscere videbatur, exemplaria consulendo. Nunc postremò nactus pluisculum otij, à capite vsque ad calcem totum opus contuli: tantúmque erratorum sublatum est, quantùm superesse non eram crediturus, nisi ipse periculum feciſſem: non solùm eius generis, quę sensum vitiant, sed etiam quę orationis venustatem deformant, maiora pleraque quàm pro literarum numero. Dicet aliquis, Túne igitur postulas, vt quicquid quomodocunque mutasti, pro syncera lectione recipiamus: quod nemo ante te postulauit, quãtumuis doctior? Hic, quisquis est, non aliud responsum feret, quàm diuersam esse meam, atque illorum, castigãdi rationem. Illi homines ingenioſi, etiam sicunde se non satis explicabãt, vel ex autorum, quos citat Plinius, collatione, vel alioqui coniecturis probabilibus, interdum variis, adiutare Lectorem pro sua benignitate conati sunt. Ego secutus consensum probatæ fidei codicum, quoties inueni manifestò veriorem lectionem, eam in contextum reposui: si cubi hæsi, (quod sanè, præterquàm in nomenclatura herbarum, perrarò incidit in tanto archetyporum præsidio) locum aliis disquirendum relinquere malui, quàm frustra vexare. Quoniam verò ingenuè fatendum erat, nonnulla hodiéque depraua manere, si quis eis quoque restituendis operam impendere volet, aut etiam à nobis attacta retractare, vnum orabitur, à diuinationibus, non semper feliciter cadentibus, abstineat, & ea demum adferat, quæ nõ solùm speciem syncertitatis præ se ferant, verùm etiam alicuius ex tam multis manuscriptis codicibus testimonio fulciri possint. Meam verò opellam ideò tibi, vir integerr me, dedicaui, quòd & te hoc genus studiis cumprimis delectari animaduerti: & affectionis erga te meæ, quam degustata tua humanitas excitauit, pignus aliquod esse volui: simul vt per te hic meus conatus innotescat Italis quoque, apud quos nunc viuis, quorúmque exacta iudicia demiror, & candorem exosculor. Vale. Basileæ Calendis Ianuarij, Anno M. D. XXXV.

SIGISMVNDI GELENII
CASTIGATIONES EX VETVSTORVM ARCHETYPORVM COLLATIONE,
in aliquam multa Pliniani operis loca, ab aliis anteà parùm animaduersa.

EX LIBRO SECVNDO,
CAPITE VIII.

CIRCVLORVM quoque cæli ratio in terræ mentione aptius dicitur, quandò ad eam pertinet tota Signiferi modulatio inuentionibus non dilatis.) Si hoc modo legamus, quò referentur hæc verba, *Inuentionibus non dilatis*? Non ad circulos, de quorum inuentione hic nihil: vt iam demus Signiferi modulationem hic rectè posse dici. Veteres codices habent, *Quandò ad eam tota pertinet, Signiferi modo inuentionibus non dilatis*: vt, *Tota*, referatur ad, *Ratio*, non ad, *Modulatio*, quæ vox in manuscriptis non est: & sensus sit, de vno Signifero circulo hic se dicturum, quid circa eum primi Anaximandet & Cleostratus obseruauerint, cæterorum circulorum mentionem cum mentione terræ aptiùs coniungendam: quod facit in fine libri. Minutiora annotare nõ videtur necesse. Satis est, in eis, quæ maioris sunt momenti, fidem codicum, quos sequimur, approbare. [*Tertium Martij, quod quidam Herculis vocant, ignea ardentis Solis vicinitate, binis ferè annis cõuerti.*) Vetus lectio, *Ignei, ardentis à solis vicinitate*, quemadmodũ & Liuius sæpe loquitur. Causam dedit, non cur biennio circulum absumat, sed cur ardens sit & igneus. [*Temperari Iouem, salutarémque fieri Deum.*) De sydere loquitur, nõ de Deo. Scriba proximè sequentem particulam, *Deinde*, depraua uit in, *Deum inde*. [*Vt temporum ratio faciliùs Solis itineri congruat.*) *Facilius*, redundat. [Circa finem capitis pro, *Cteſias & Soſigenes*, legitur, *Hic idem & Soſigenes*, magno mãnu scriptorum codicum consensu. Refertur autem ad Timæum. Quin & in catalogo mox post Timæum Sosigenes substituitur. [Eodem versu in vtroque exemplari est, *Peculiaris ſ̃derũ ratio*, nõ, *Statio*. ¶ Cap. IX. *Quæ mensis exitu latet, cum laborare iam creditur.* Antiquorum atque emendatorum codicum lectio est, *Cùm laborare non creditur*, id est, interquiescere creditur, eo quòd tunc lucere desinat. Vnde quod interlunio fit, aliquoties Plinio silente Luna fieri dicitur. Vnum locum adscribam, qui primus occurrit lib. 28. cap. 7. *Non segnius silente Lunæ, coitúsque tum maribus exitiales esse.* Tale est & illud apud Maronem: A Tenedo tacitæ per amica silentia Lunæ. Vbi interlunium significat, noctisque obscuritatem, Græcorum insidiis accõmodam. Reperiuntur quidem apud poëtas Solis labores, & Luna laborans: verùm illi tum de eclipsibus loquuntur. Reliqui tamen vulgatam lectionem, contentus diuersam indicasse, mutaturus alioqui, nisi maturè animaduertissem, esse quibus & illa non displiceat. [Tertio inde versu illic legitur de Endymione, *Et ob id amore eius famæ traditus.* Arbitrium sit penes eruditum lectorem. [*Dein remorata in coitu.*) Scripsi, *Morata*. Remorari enim actiuam significationem habet: vnde remora piscis, quòd naues remoretur. [*Omnium, quæ in cælo prænoſci potuerunt, magiſtra.*) Lego, *Pernoſci*, vt intelligas certam & absolutam cognitionem. De præsagiis Plinium hîc non loqui indicant quæ mox subsequuntur, *In duodecim mẽſium ſpatia*, &c. [Sequenti versu lege, *Ipſa toties Solem*, non, *Ipſum*. ¶ Cap. XI. *Immenſum eſſe conſtat, quia arborum*, &c.) Verbum, *Conſtat*, redundat. Refertur enim hęc tota oratio ad præcedens verbum, *Aperitur*, &, *Qui arborum*, habent veteres codices, non, *Quia*. Scriba, *A*, literam geminauit.

¶ Cap. XII. *Solis defectu, qui ſub Aſtyage rege factus eſt.*) Vetus lectio, *Qui Alyatte rege f.e.*

¶ Cap. XVI. *Hoc vno protinus intelligi poteſt viſu.*) Lege, *Hoc non protinus*. ¶ Caput XVIII. *In triquetro ſemi ambitur orbe.*) Legendum, *Seminani ambitur orbe*. ¶ Cap. XXV. *Fiũt & hirci, villorum ſpecie.*) Scribo, *Hirti*. [*Lampades ardentes imitantur faces.*) Legendum, *Lampadias ardentes imitatur faces. Lampadias*, eâdem forma, qua proximo versu dixit, *Ceratias*, singulari numero. [Item versu à fine pagin. 4. *Spirę modo*, non, *Spinæ*. [Pagin. sequentis versu decimotertio, *Eo ſidere ſignificari*, non, *Eo ſigno*. ¶ Cap. XXVI. *Non modò an obirent noſcerẽtúrque, ſed omnino aliqua tranſirent.*) Melius, *Non modò an obirent naſcerentúrve, ſed an om.* &c. ¶ Cap. XXVII. *Atqui hæc ego ratis temporibus.*) Rectius, *Atque hæc ego ſtatis temporibus*. ¶ Cap. XXXI. *Semel in meridie.*) Vetus lectio, *Semel & meridie*. Exemplaria consentiunt. [Mox post singula paria Consulum adiecimus coniunctionem, quò euidentius anni ab inuicem secernerentur. ¶ Cap. XXXII. *Alter Conſul eſt C. Fannius*, non, *L. Annius*. ¶ Cap. XXXV. *Poſtquam in Lunæ magnitudinem facta ſit.*) Miror, cur hîc Hebraismus placuerit. Sic enim illi loquuntur: Factus est mihi Deus in protectorem, & in locum refugij. Nostri codices habent, *Lunæ magnitudine*. ¶ Cap. XXXVIII. *Infra Lunam hæc ſedes multò inferior (vt animaduerto propemodum conſtare infinitum) ex ſuperiore natura aëris, & terreni halitus miſcens vtraque ſorte conditur.*) Planior lectio, *Infra Lunam hæc ſedes, multóque inferior (vt animaduerto propemodum conſtare) infinitum ex ſuperiore natura aëris, infinitum & terreni halitus miſcens, vtraque ſorte confunditur.* Attestantur ambo exemplaria. ¶ Cap. XLVII. *Veteres quatuor omnino ſeruauere per totidẽ mundi partes: ideò nec Homerus plures nominat. Hebetius mox indicatum id eſt. Secuta ætas octo addidit, ratione nimis ſubtili & conciſa. Proximus inter vtranque media placuit.*) Est quidem sensus idem in antiqua lectione, mirum tamen, quantùm sibi hîc indulserit castigator nescio quis, dictiones alias addendo, alias transponendo, alias diuisas componendo vn

Sigiſm. Gelenii Annotationes.

do, vnàmque continuam orationem in plures minutas ineptè concidendo. Talem audaciam ardelionum probare non possum. Hermolaus extra culpam est: Aleriẽſis fortasse non est. Nunc vide synceriorem lectionem. *Veteres quatuor omnino ſeruauere, per totidem mũdi partes (ideò nec Homerus p'ures nominat, hebeti'vt mox indicatum eſt ratione: ſecuta ætas octo addidit, nimis ſubtili & conciſa: proximis inter vtranque media placuit.* Quod si quis contendat nostram lectionem scribarum temeritate inuectam, primùm exemplaria consentiunt: deinde scribæ non solent tam feliciter errare. Castigatorum hæc solertia est, depraua tionibus speciem aliquam synceritatis affingere, quorum impudentia sæpius, quàm vellem, ansam destomachandi præbet. [*Argeſten intelligit & Cæciam.*) Distingue, vt Cæcias sequentibus cohæreat, *Et Cæciam aliqui vocant Helleſpontium.* [*Saluberrimus autem omnium Aquilo, quia ſiccus & frigidior: noxius Auſter, fortaſſe quia magis humidus.*) Non video, cur hic quoque libuerit castigatoribus tantùm verborum transponere, fortiter contempta fide archetyporum. Auster, qui Græcis Notus, sæpius quidem imbrifer, interdũ tamen sereneficus est, vel Horatio teste: Albus vt obscuro detergit nubila cælo Sæpe Notus: neque semper imbres adfert: vtroque modo noxius: atque etiam magis, quoties est siccus, quòd tunc etiam æstuosus sit. Id au non satis Latinè Plinius expressit his verbis? *Saluberrimus autem omnium Aquilo. Noxius Auſter: & magis ſiccus, fortaſſis quia humidus frigidior eſt.* [Sequenti versu in ambobus legitur, *Eteſiæ nocte deſinunt ferè*, non, *Flare*. Et quorsum attinebat supponere, *Flare*, cùm æquè perfecta locutio sit, *Eteſiæ nocte deſinunt?* [Nec malè nostri in sequenti versu, *Cùm vocantur Ornithiæ*, pro quo in vulgatis est, *Qui vocantur*. Nam & Ornithiæ sunt Eteſiæ, æquè flari.

¶ Cap. XLVIII. *Rurſuſque deiecti in terram, obducta nubium cute.*) Antiqua scriptura, *Rurſuſque deiecti, interim obducta*. [*Quod ſi maiore depreſſæ nubis eruperit ſpecu, ſed nimiis alto, quàm procella.*) Scribo, *Lato*, non, *Alto*. Superiùs enim dixerat, *Si latè ſiccam ruperint nubem, procellam gignunt*.

¶ Cap. XLIX. *Quòd ſimul rupit nubem, exarſitque, & ignem habuit, aut poſtea concepit, fulmen eſt.*) Lego, *Nõ poſtea concepit*. Id addit ad differentiam presteris, quem in fine præcedentis capitis dixit, rupta nube demũ dum furit, accendi. [*Vortex autem hoc meando diſtat à turbine, quo ſtridor à fragore.*) Non displicet, quod habent nostra exemplaria, *Vortex autẽ remeando diſtat à turbine & quod ſtridor à frigore*. ¶ Cap. L. *Quæ à ſeptentrione deſcendunt ad teporem, qualis eſt omnis Campaniæ tractus.*) Rursus in ambobus est, *Quæ à ſeptentrione diſcedunt ad teporem, qualis eſt Vrbis & Campaniæ tractus*. ¶ Cap. LII. *Saturni ca ſidere proficiſci.*) Deest præpositio, *A Saturni ſidere*.

¶ Cap. LIII. *Impetratũ Vulſinis, & vrbe & agris depopulatis, ſubeunte noſtro, quod vocauere Oltram.*) Syncera lectio, *Impetratum, Volſinios vrbem agris depopulatis ſubeunte monſtro, quod vocauere Voltam*. Alioqui serum erat Iouis Tonãtis auxilium iam depopulata vrbe. Quod autem ad monthi nomen attinet, Tusci terram vocabãt Volam. Inde Volta, terrigena bellua. ¶ Cap. LV. *Quia nonnullæ earum ſunt fulmine diruta.*) Magis idonea causa est in manuscriptis voluminibus *Nulla non earum fulmine diruta*. ¶ Cap. LXIII. *Cuius numen vltimum iam nullis imprecamur, vti graue.*) Quid est imprecari numẽ? Imprecamur mala. Numen, nisi aliquid addas, nihil mali est. Transposuit vnam syllabam nescio quis, *Imprecamur vti*, scribendo, pro, *Precamur irati*. Dicebant enim malè precantes, Sit tibi terra grauis: sicut contrà bene precantes, Sit tibi terra leuis: vt est videre in epitaphiis. Irati precantur defunctis terram grauẽ, cupientes & ipsam eis iratam, quasi nesciamus solam nunquã homini irasci.

¶ Cap. LXVIII. *Iam primùm in dimidio computari mihi videtur, tanquam nulla portio ipſi decedat Oceano.*) *Mihi*, redundat: nam ipse improbat eam opinionem. Et pro, *Decedat, Decidatur*, legendum. Portio terræ deciditur Oceano, eique accedit, nõ decedit. [*Europæn Aſiámque diſpartit.*) In nostris exemplaribus pro, *Diſpertit*, legitur, *Diſpeſcit*.

¶ Cap. LXX. *Neque enim (vt dixere aliqui) mundus hic polo excelſiore ſe attolit vt vndique non cernantur hæc ſidera.*) Primùm non, *Mundus hic*, sed, *Hoc polo*, legendum: deinde, *Aut vndique cernerentur hæc ſidera. Aut*, id est, alio qui. nam & hoc significatu apud probos autores reperitur hæc particula. Sic lib. 19. cap. 5. *Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illicò fiunt*.

¶ Cap. LXXI. *Eumdémque remeans obuium contrario præuertebat occurſu.*) Malui, quod est in scriptis exemplaribus, *Præuertebat*: præuertimus enim ad eandem metã nobiscum tendentes, non obuios. Et æquè integra locutio est absque coniunctione, *Que*.

¶ Cap. LXXII. *Vaſáque horoſcopa non vbique eidem ſunt vſui.*) Lege, *Eadem*, f. vasa. ¶ Cap. LXXVIII. *Ipſóque crinium argumento.*) Melius, *Crurũ*, quàm, *Crinũ*. ¶ Cap. LXXXVIII. *In eadem & oppidum hauſtum profundo: aliáque motu terræ Statimas emerſiſſe: & alio pronolutis montibus inſidam extitiſſe Prochytam.*) Veteres codices pro, *Statimas*, habent, *Stagnum*, vt intelligas omnia in vna insula accidisse, oppidum hiatu hausturn, stagnum emersisse, montes pronolutos, non eodem tamen terræ motu, sed alio post alium.

¶ Cap. LXXXIX. *Domiſton & Prienem Mileto, Artemiſiam Parthenio promontorio.*) Illic verùs legitur, *Dromiſcõ & Pernen, Mileto, Nartheciſam Parthenio promontorio*.

¶ Cap. XCIII. *Similiter in Reatino.*) Hæ tres voces cũ fine huius capitis cohærent, non cum sequentis initio.

¶ Cap. XCVIII. *His adde, vt nihil quod equidem nouerim præteream, Ariſtoteles.*) Legendum, *Addit*, & sequẽti versu redundat, *Affirmat*. ¶ Cap. CIII. *In Faliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit.*) Hominem peritum regionum, qui tam leui momẽto Clitumnum ex Vmbria in Herturiam traduxit. Vetus lectio, *In Faliſco omnis aqua potata candidos boues facit*. [*In Ponto fluuius Aſtaces irrigat campos, in quibus paſtæ oues nigro lacte æque gentes alunt.*) Cui absurdũ visum est, Scythicam gentẽ equino lacte, ali, is multò vaniora credidisset, quæ Pausanias de victimis ex hoc armento tradit, & sacras quoque dapes apud illos equinis visceribus constare. Certè apud Maronem legisse debuerat: Et lac concretũ cum sanguine potat equino. Quare non erat cur mutaretur vetus lectio, *In quibus paſtæ nigro lacte equæ gentem alunt*.

¶ Cap. CVI. *In medio mari Hiera inſula ardet. Aeolia inſula iuxta Italiam cum ipſo mari aſſit.*) Nulla insula propriè vocatur AEolia, sed ex septem AEoliis vni nomẽ est Hiera. Proinde magis placet antiqua lectio, *In medio mari Hiera inſula iuxta Italiam*, &c. ¶ Cap. CVII. *Quid quòd innumerabiles partus, ſed naturales ſciant?*) Pro, *Partus*, illic legitur, *Parui*. Naturales dixit propter præcedentem speculorum mentionẽ: Parui, quia hactenus de magnis loquutus. ¶ Cap. CVIII. *Quæ menſura Artemido-*

vo atiestante efficit.) Melius, *Artemidori ratione efficit.*

EX LIBRO TERTIO.

CAP. I.

Vsum enim Liberi patris ac Lysam: cum eo bacchãtem.) Lysiam istum numquam natum opinor, & plana est vetus lectio, *Lusum enim Liberi patris, ac lyssam cum eo bacchantium, nomen dedisse Lusitanię.* Nota est ex poëtis lyssa, hoc est rabies, Mænadum Bacchi comitum obuios thyrso ferientium, & canes, pecudésque discerpẽtium: de qua illud, Et torum vitulo caput ablatura superbo Bassaris & lynce Mænas flexura corymbis. [*Libida quæ Clausa, Stici quod Iulienses.*] Antiqui codices veriùs, *Ilipula, quæ Laus: Artigi, quod Iulienses.* Ac mox pro, *Auiæ, Ecdanum, Arialdunum:* pro, *Heburæ, Vbedæ:* pro, *Ipho, Hippo:* pro, *Tuati, Tucci.* Et subiicit, *Omnia Bastetaniæ*, quod aliquis in, *Obuia*, depraua uit. [*Obuleo, quod Botificẽse.*) Lege, *Pontificense.* Ferè enim barbaris oppidorum in hoc tractu nominibus Latina cognomina adiungit. [Mox, *Ilipa cognomine magna, Italica.*] *Magna*, redundat. [*Ab ora venti prope Menobam.*] *Venienti*, lege, non *Venti.*

¶ Cap. III. *Oppida orę prima, Vrci.*) Lege, *Orę proximæ.* [*Qui Phocensium fuere soboles.*] Scribo, *Phocaensium*, à Phocęa Ioniæ, nõ à Phocide Hellados. [*Oscenses regionis, Bastetaniæ.*] Rectiùs, *Vescitaniæ.* Hæc mediterranea est regio, illa maritima: quamuis & illa suam habeat Oscam ab hac diuersam. [Ac mox pro, *Carecenses, Cimenses, Cortenses*, illic legitur, *Carnicenses, Cincenses, Cortomenses.* [*Capitque Celtiberię, Segobrigenses, Carpetani & Toletani.*) Lege & distingue sic. *Capitque Celtiberię Segobrigenses, Carpetaniæ Toletani.* [Aliquanto post, *Asturum duodecim populi ciuitate donauit Augustanos.* Lege addendo, *Diuisi in Augustanos & trãsmontanos.* (Ac mox, *In ijs sunt Gyri.*) Legendũ, *Gigurri*, attestante Ptolemæo.

¶ Cap. IIII. *Amnis Cema.*) Cum omnes Geographi Varum in hac ora Galliæ finẽ faciant, miror cur castigatoribus libuerit Ceman pro Varo supponere, reclamantibus manu scriptis codicibus. ¶ Cap. V. *A Corsica minus* CXX.) Est quidem huic fermè par interuallum, & inter Corsicam: magis tamen placet Coreyram legi, quàm Corsicam, quemadmodum habent vetusti codices: alioqui Corsica ante Sardiniam, non ante Ilsam ponẽda erat, eo videlicet ordine, quo ipsæ insulę sitæ sunt. [*Oppido Vendiasicorum, ciuitas Cemelion.*) Melior vetus lectio, *Oppidum Vediantiorum ciuitatis Cemelion.* Cæsar, Liuius, & Plinius solent gentes Hispanas atque Gallicas in ciuitates diuidere, cuiusmodi nunc imperitum vulgus communitates vocat. Sic inter Belgarum ciuitates numerantur, Remi, Treuiri, Eburones, Neruij, Morini, atque alij. Singulæ ciuitates plura habebant oppida, pro suis quæque opibus: quædam exiguæ non plus vno. Ita hoc loco Vediantiorum ciuitatis oppidũ Cemelion recensetur non longè ab ora. Et Vediantij dicuntur ea forma, qua in eisdem Alpibus Ebrodantij, qui hodie sunt Ebroduñenses. Venidates diuersi sunt ab his trãs Padũ vicini Camis. [*Trira, Barderate.*] *Trua*, nõ, *Trira.* [*Atentanis Græca gente.*) Scribo, *Atintanis*, à recto, *Atintan*, sicut, *Acarnan.* [*Fluentini præfluenti Arno apposita.*) Non mutaui lectionem: omnes tamen, quotquot vidi, manu scripti codices, *Florentinos*, habent. [*Ih fuère Amycle.*] Antiqua lectio, *Et vbi fuere Amy.* [Mox, *Deinlacus Fundanus.*] Lege addendo iuxta fidem veterum codicum, *Dein locus spelunca, lacus Fundanus.* Meminerunt huius loci Tacitus & Tranquillus. [Item sequenti versu pro, *Oppidum Formiæ, antiq. Lasi. sedes.*] *Oppidum Formiæ, Hormiæ dictam, et existimauere, antiqua Lestrygonum sedes.* [*Nauigatione à Circeiis.*) Lege, *Nauigatio* Et pro, *Capua ab xi. campo dicta*, illic est tantùm, *Capua ab campo dicta.* [Nec multò post, *Verulani*, pro, *Nerulanis.* [*Compita earum* CCLXV. *pass.*) Syncera lectio, *Cõpita Larum* CCLXV. attestatur Ouidianus versiculus, Compita grata Lari, compita grata cani. Nam in compitis sacrum anniuersarium Laribus fiebat: vnde Compitalia dicta, dies ei sacrificio status. Et verba, quæ subiiciuntur, intelligenda sunt de paribus inter se à millario ad omnes portas spatiis. [*Quòd si quis altitudinem.*) Meliùs, *Quò si quis.* [Paulò post pro, *Ficuhnea*, veteres habent, *Ficana*: & pro, *AEneipolis*, constanter habent, *Antipolis.* Verisimiléque est, Pelasgos aut Arcadas, qui cũ Aboriginibus Saturniam tenebant, hoc nomen laniculo indidisse, quòd id oppidum sibi ex aduerso situm esset. [Ibidem, quòd, *Antennas*, pluratiuo numero malui scribere, Virgilium quoque secutus: sum, nõ solum libros manu descriptos. [*Mutucumenses, Olliculani.*] Nostra exemplaria, *Mutucumenses, Municipes, Numisienses, Olliculani.* Atque ita confit. LIII. populorum numerus. [*In antiquo Latio* LIII. *populi.*) Syncera lectio. *Ita ex antiquo Latio.* [*Pæstum, à Græcis Posidonia appellatum.*] Præpositionẽ calligatores de suo adiecerunt. Idẽ facta & aliis locis plurimis. [*Crathis fluuius, pater, vt dixere, Scylle.*) Alius est Crathis, non in hac ora, sed in fronte Italiæ, circa Thurios. Legendũ igitur, *Crat eis fluuius, mater, vt dixere, Scylle*, testãtibus Homero simul & emẽdatis exemplaribus Plinianis. [*Inde Apennini sylua.*) Addendũ nomẽ sylvæ, *Sila*, cuius & Virg. meminit. Id aliquis fullulli, putauerit errorem repetitam dictionẽ. [*Oppida habet ciuiũ Romanorũ Palmã & Pollentiam, Latina Ciniũ & Cunici, quod fœderatiũ Bochoriũ fuit.*) Quis hic sentiret errari? Est tamen non leue. Legendũ enim, *Et fœderatiũ Bochri fuit.* Sensus est, Olim quinque in ea insula oppida fuisse, duo ius ciuitatis habuisse, duo ius Latij: quintum fœderatum Romanorũ fuisse, idque intercidisse. [*Qui* lectionẽ mutauit, somniãte Bochos rege, nec scisse eodẽ propè modo dictũ, *Fuit*, quo illud, Fuit Ilium. [*Iamnonẽ & Magonẽ.*) Scio Strabonẽ has solas enumerare, fieri tamẽ potest, vt tertiã Sanifera aut ignorauerit, aut prudens, tanquam minus nobilem, prætermiserit. Verisimile est autem eam solam indigenarum fuisse, reliquas duas à Pœnis colonias deductas, & à deductoribus denominatas vocabula Punica indicãt. Sequenti versu pro, *Meraria*, legendũ, *Menaria*, à mœnis piscibus fallamento aptis. ¶ Cap. VI. *Et Barpona, Menaria, Colubraria, Venaria.*) *Barpona*, vox est nihili & fictitia. Lege, *Et paruæ, Menæ. Col. Ven.* ¶ Caput VIII. *Inter se autẽ hæc promontoria late diuidant his spatiis.* Antiqui codices, *Inter se autem hæc promontoria ac latera diuidant his spatiis. [Cephaledis, Aleuntium, Agathyrsum.*) Vera lectio, *Cephaledis, Aleuntium, Agathina.*) Hæc & Ljuius sic nominat. Cephalœdis hodieque nomẽ retinet. ¶ Cap. IX. *Cui successit Aeolus.*) Lege, *Qui successit AEolo*: &, *Longonis*, vox est depranata: nam, *Aielogonis, siue Melogonis*, scribendum est, à prouentu ouium, μῆλα ovis.

¶ Cap. X. *Amita, Pactius, Anfidus.*) Scribendũ, *Amnes, Pactines, Aufidus.* In fine capitis intercidit vna vox. Integra lectio est, *Norbanenses, Palionenses, Sturnini.* ¶ Cap. XII. *Succentes, Lucentes.*) Scribo, *Fucentes, Lucenses. Fucentes*, à Fucino lacu, *Lucenses*, à luco quopiam: & pro, *Mutustæis, Mutustæos.* Virg. Oliuiferæque Mutuscæ: & *AEquiculos*, non *AEquicolas*. est enim diminutiuum.

¶ Cap. XIIII. *Foroscempronienses, Inginini.*) Imò, *Iguini*, hodie Eugubini dicuntur. [*Aestini Sentinates.*] *Peselini*, non *Aestini.* [*Suprà Interamnam.*) Lego, *supra Interamnã*: cohærent enim hæ duæ voces cum præcedentibus.

¶ Cap. XV. *Regiates, Vrbinates.*) Imo, *Vmbranates*: nam Vrbinates in sexta regione censentur.

¶ Cap. XVI. *Fimbus Ligurum Gabiennorum.*) Lege, *Vagiennorum*, quorum oppidum Augusta, non longè a fonte Padi. ¶ Cap. XVII. *Transpadana appellatur ab eo regio nona.*) Quia mox cap. 18. sequitur, *Inetia decima regio*, castigator pro sua sapientia hic ex vndecima fecit nonam, oblitus suprà Ligurium ex descriptione D. Augusti dici nonam regionem: totam Italiam diuisit in regiones vndecim. Quòd si hæc nona est, quæ nam erit vndecima? sequenti versu non est, *Fructuoso aheo*, sed, *Fructuoso*, videlicet ob impertationem variarum mercium. ¶ Cap. XIX. *Pola, quæ nunc Iulia pietas.*) Rectius, *Pietas Iulia.* Solet enim ferè in talibus oppidorum nominibus substantiuum adiectiuo præponi. Sic in Iulia, Cõcordia Iulia. Similiter in Italia Laus Põpeia. [*In mediterranea regionis decimæ, Colonia Cremona Brixiæ, Cenomannorũ agro Venetorũ autẽ Natri Atestę.*) Antiqua & syncera lectio, *In mediterranco regionis decimæ Colonię, Cremona, Brixia Cenomãnorũ agro Venetorũ autẽ Atestę.* Error est nõ simplex. Primũ sola Cremona Colonia vocatur, quasi non & Brixia & Atestę coloniæ fuerint: deinde Natri coloniarum enumerationi inferitur, quo nomine nulla vsquam colonia legitur. [Paulò post, *Fertini*, legẽdum, non, *Feltrini*: nam hoc posterius nomen recẽs est, & ex illo altero vetere deprauatum. ¶ Cap. XXI. *Populorum pauca effatu digna aut felicia nomina.*) Meliùs, *Facilia.* [*Insulæ in eo sinu, Absyrtium, Arba.*) Integra lectio, *Insulæ eius sinus cum oppidis, præter suprà significatas, Absyrtium, Arba.* ¶ Cap. XXII. *Petunt in ea iura iuribus descriptis in decurias.*) Legendum, *Petunt in eam iura descripti in decurias.* [*St. ei, Colẽtini.*) *Issei*, non, *St. ei.* ¶ Cap. XXIII. *In ora verò ciuium Romanorum.*) Lege addendo, *In ora verò Denda ciuium Ro.* vt intelligamus huic oppido ius municipale fuisse.

¶ Cap. XXIIII. *Iam tamen colonia D. Claudy Sabaria, & oppida Carabatia, Iulia.*) Restituimus, *Iam tamen colonia D. Claudy Sabaria & oppido Scarabantia Iulia habitantur.*

¶ Cap. XXVI. *Flumina clara Dardanus, Margus, Pingius, Timachus ex Rhodope, Oescus ex Hæmo, Vtus, Escamus, Ieteros.* Lege & distingue, *Flumina clara, è Dardanis Margis, Pingus, Timachus: ex Rhodope Oescus: ex Hæmo V. E. I.* [*Electridas vocauere, in quibus prouenit & succinũ.*) Scribo, *Prouenire succinum.* [*Adeo vt iis quas earum designent, haud vnquam consliterit.*) Particula, *Iis*, redundat, quemadmodum sequenti versu hæc dictio, *Trucones*, si credimus vetustis iuxta atque emendatis codicibus.

EX LIBRO QVARTO.

CAP. III.

Vm oppidis, Gymnis, Thebis.) Vera lectio, *Siphis, Thebis.* ¶ Cap. V. *Amnis Alpheus nauigabilis prope sex oppida.*) Veteres codices habẽt, *Amnis Alpheus nauigatur in oppida Aulos & Lepreon*, vt intelligamus non vltra hęc oppida nauigabilem. [*Intus autem ipsa Messene, Ithome, Oechalia, Arene, Pteleon, Thryon Dorion, Tamyræ vatis clara temporibus.*) Lege, *Dorion, Zancle, varys clara temporibus.* Sensus est, hæc oppida non simul claruisse, sed diuersis temporibus aliud post aliud effloruisse. Pleraque heroicis temporibus nobilia fuere: inter quæ post Zancle eminuit, cæteraque obscurauit, & ad vltimum Zanclen Messene, aliquantò post Peloponnesiacum bellũ opera Thebanorũ condita. [*Locus Thyræ, Gerania.*) *Thyrea*, est in vetustis exemplaribus: & sic Herodotus quoque nominat. [*Apesas, Antes.*] Pro his duobus nominibus vnum reposuimus, *Apesantus*, ex fide eorũdem codicum. Sic enim Apelas dicitur Apesantus Latina terminatione, sicut elephas elephantus.

¶ Cap. VII. *Oppida Sidus, Cremyon.*) *Sidus*, incuria scribarum omissum fuerat.

¶ Cap. X. *Ampelos, Torone, Soggostedes.*) *Singos*, non, *Soggostedes.* [Paulò post, pro, *Acanthus, Istria, Grastonia*, vetus lectio habet, *Acanthus: Stagira, Sitone.* [Ac mox, *Amphipolis liberũ.* ¶ Cap. XI. *Dorisci* CXXM. *hominum capax.*) Lege XM. hoc est, *myriadis*, attestãte Herodoto. [*Veteranorum Phinopolis.*) Hæc vox, *Veteranorũ*, coniungenda est cum, *Deuelto*, præcedente proximè: nam ea fuit Colonia, non Phinopolis, teste præter alios Ptolemæo.

¶ Cap. XII. *In quem mutatam Vlysis nauem.*) Neminem offendat, quòd vbique Vlixem scripsi sequutus antiqua exemplaria. Fui & ipse quondam in ea opinione, vt putarem barbarè dici Vlixem. Postèà reperi apud Plutarchũ *de Fortuna* Romanos Vlixẽ sua lingua appellare. Sed hęc leuiora passim consectari non est propositũ, duntaxat in annotationibus: in contextu & talium est habita ratio. [Paulò pòst pro, *Arnoxię, Oxię*, scribendum, attestãtibus Græcis Geographis. [*Dacenchris, Aspis.*] Nulla est insula Dacenchris nomine: sed Cenchreis nauali Corinthiorum obiacet. Aspis insula: & sic lectionem vitiosam emendauimus. [*Ophiussa, Buto, Aranus.*) Scribo ad fidem codicũ, quos sequor, *Butoa, Rhamnus*, & sequẽti versu pro, *Plachiæ, Placiæ.* [Rursus hic proximè pro, *Lycades, Lichades*, à Licha in hoc mare ab Hercule proiecto, cuius Naso meminit in sua Metamorph. [Eodem uersu pro, *Phocasia, Phocaria*, à phocis, hoc est, vitulis marinis. [*Mesatia, Eantiron.*) Lege, *Mesate, AEantion*, quasi dicas, Aacis fanum. [Aliquantò pòst, *Mõtis Abnobię*, non, *Arnobę.* [*In ora Carcinite.*) Scribo, *In ora à Carcinite.*

¶ Cap. XIII. *Circa Istum Apollonitarum vna.*) Lege, *Citra Istrum.* [Aliquanto pòst, *Corpora prægrandes ipsorũ aures tota contegant*, nõ, *Integant.* ¶ Cap. XVIII. *Sed peninsulam spectatiorem excurrentem in Oceanum, à fine Ossimiorũ circuitu* DCXXVM *pass. longitudine. In latitudine* CXXVM.) Vera lectio, *Circuitu* DCXXM. *pass. ceruice in latitudinem* CXXVM. Ceruicem vocat Isthmon, qua insula, ceu caput, continenti ceu corpori cohæret. [Sequenti versu pro, *Vannetes, Nannetes*: pro, *Cauritani*, lege, *Carnutani*: pro, *Eburones, Eburonices*: ac mox, *Secusiani liberi*, pro, *Secusij, Albyj liberi.* ¶ Cap. XIX. In primo versu, *Bituriges liberi*, redundat, nam hoc ipso capite post aliquot versus horum facit mentionem. [*Bergebi, Tarbeli quatuor. Signani, Cocossates, Sexagnani.*) Veteres codices, *Begerri, Tarbeli quatuor signani, Cocossates sex signani.* [In fine capitis decrat nomẽ insulę, *Et in Aquitanico sinu Vliarus.*

¶ Cap. XX. *Ipsa Pyrenæi iuga ab ortu æquinoctiali in occasum brumalẽ.*) Deest vna dictio, *Ab ortu æqu. fusa in oc. br.* [Eodem capite, *Pesici*, scribendum, nõ, *Pisici*, & pro, *Gronijs, Grauij*, quasi, *Crayj.* ¶ Cap. XXI. *Oppidum & flumen Eunenum.*) Lege, *Minũ.* ¶ Cap. XXII. *Absit à cotinete proxima parte minus pedes* DCC. *Passus*, nõ, *Pedes. Nostri Tartesson appellãt, quã Pœni quondã Gadiranã Gadira Punica lingua septum significant.*) Antiqui codices, *Nostri Tartession appellant, Pœni Gadir, ita Punica lingua sepem significante.*

In Plinii naturalem Historiam

EX LIBRO QVINTO.

CAP IX.

CAEsareæ in Theseo dicatus.) Quid Mauris cum Theseo? Antiqua lectio, *In Iseo*, hoc est in Isidis fano, cuius nomen initio ab AEgyptiis orto, tota Africa religiosè colebat. [*Elephantis insula infra nouissimum cataractem cessem. pass.*) Scribendum, IIII. *pass.* Est enim cataractis vicina. [*Copiosa Indicarum Arabicarúmque mercium Nilo proximum emporium.*) Coptos emporij nomen est, quod in copiosa deprauauerunt. [*Infra quod Abydus, Memnonii regiæ & Osiris templo inclytum, septem dierum itinere in Libyam remotum à flumine.*) O crassum erratum! Quomodo enim Abydus infra Tentyra in AEgypto atque adeò inter ripenses vrbes recenseretur, si tantum spatij inter eam & flumen interesset? Itaque reposuimus ex manuscriptis, VIIMD *pass. in L. r. a fl.* ¶ Cap. XXVM. *laxitate inserta.*) *Inserta*, non, *Inserta*. [Ac mox, *Quinta situs parte regiæ dicata*, non, *Regi*. [Et paulo pòst, X I. *enim reperiuntur, super quæ* IIII. lege, *Supérque*. ¶ Caput XII. *Qui subtilius diuidunt, circum Euphraten Syriam, Phœnicen volunt esse oram maritimam Syriæ, cuius pars sit Idumæa & Iudæa: deinde Phœnicem. deinde Syriam.*) Mollius erat, *Circa Euphratem*. Sed præstat ab exemplaribus non discedere, quæ sic habent, *Qui subtilius diuidunt, circunfundi Syria Phœnicen volunt & esse oram maritimam Syriæ, cuius pars sit Idumæa & Iudæa, deinde Phœnice, deinde Syria.* Hìc nulla mentio Euphratis. Syria Phœnicem à lateribus, & à tergo amplectitur: frontem mare alluit. eius oræ partes sunt Idumæa & Iudæa, Phœnice, & Syria Antiochena.

¶ Cap. XIII. *Iannes duæ, altera vicus.*) Scribo, *Altera intus*. ¶ Cap. XIIII. *Pars enim Syriæ iuncta.*) Vetus, *Pars eius Syriæ iuncta*. [Et inter toparchias est, *Gophnitica*, non, *Zophantica*, atteſtatur Iosephus. [*Nomen Iudææ modò Herodium.*) Portentosa depravatio. Legendum, vt cohæreat cum præcedentibus, *Hierosolyma longè clarissima vrbium Orientis, non Iudææ modò: Herodium cum oppido.* Est autem Herodium arcis nomen.

¶ Cap. XVII. *Haud procul ab Asphaltite.*) Vetus lectio, *Haud procul Asphaltite.* ¶ Cap. XXVII. *A mari relata, vbi vocabatur Olmia.*) Legendū, *Hormia*, à portu. [*Lalaſſa fluuius.*) Dele, *Fluuius*, quæ vox non habetur in manuscriptis. Est enim Lalassis oppidi nomē, teste Stephano. Cæterùm, *Decurrit*, verbum ad Isauriam referendum, quòd declivis sit, quà versus mare protenditur editiore situ mediterraneo. Metaphora castigatorem parùm attentum fefellit. [*Oronda, Sagalessos.*) *Oroanda*, est in codicibus manuscriptis, & apud Liuium. [*Edigis, Paropamisus, Circius.*) Scribo, *Emodus, Paropamisus, Circius*. [*In proxima ora Caria est, mox Ionia, vltra eam AEolis, media Doride. Circunfunditur mari vtroque latere ambiente.*) Hominem geographiæ peritum, quisquis Dorida Ioniam inter & AEolidem collocauit. Quid autem est libros depravare, si hoc non est? Syncera lectio manet etiam nunc in antiquis exemplaribus. *In proxima ora Caria est, mox Ionia, vltra eam AEolis. Caria media Doridi circunfunditur, ad mare vtroque latere ambiens.* Sic superiùs cap. 12. dixerat Syria Phœnicem circunfundi. Nec dubium est vtrumque locum ab vno castigatore data opera tam bellè depravatum.

¶ Cap. XXVIII. *Amnis Ninus.*) Hermolao placet, *Nimus*, de quo tamen subdubitat; manuscripti libri, tum etiam typis excusi quidam *Indum*, habent. Et sunt nonnulli amnes binomines, atque haud scio an huic ipsi nomen mutatum narret Liuius, posteaquàm in eum Indus belluæ rector ab elephanto prolapsus est.

¶ Cap. XXIX. *Fuit in ora eius oppidū Temnos, nunc in extremo sinu Smyrnæ Chesciopolis promontorium. Leuce dein oppidum, quod insula fuit finisque Ioniæ.*) Syncera lectio, *Fuit in ore eius oppidum Temnos: hunc in extremo sinu Myrmeces scopuli, oppidum Leuce in promontorio quod fuit insula, finisque Ioniæ Phoceæ.*

¶ Cap. XXX. *Pergamum, quod intermeat Sidenus.*) *Selinus*, non, *Silenus*. ¶ Cap. XXXI. *Elysia, Nymphalis, Mœris.*) Lege, *Lasia, Nymphais, Macris. Proximáque Cynorrhodussa.*) Lege. *Proximáque Cauno Rhodussa.* [*Præter has citra Rhodum Cyclopis, Tergamon.*) Verius, *Præter has circa Rhodum, Cyclopis, Teganon*. Posteriorem à similitudine patellę dictam apparet. [Ac mox, *Ciserussa, Therion, Archia.*) Legēdū, *Ciceruſſa, Therionarce*. Hæc inde dicta, quòd in ea venenatæ bellolæ obtorpescant. [*Argiæ numero viginti, Ethecusa.*) Lego, *Et Hyetussa*, quasi dicas Pluuialis. [*Bolbu le, Phœate, Priapos.*) Vetus lectio pro, *Phœate*, habet, *Phane*, & sic etiā Liuius nominat. ¶ Cap. XXXII. *In quo portus Azari.*) *Amyci*, non, *Azari*. Is fuit Bebrycum rex, pugil eximius, à Polluce in eo certamine victus & occisus, cùm Argonautas hospitio prohiberet.

EX LIBRO SEXTO.

CAP. I.

CAlpéque Africæ auulsa multò maiora absorbuisse, quàm reliquerit, spatia.) Antiqui codices habent, *Tantò maiora*, non, *Multò maiora*. ¶ Cap. II. *Cerambis vadosa excursu.*) Lege, *Vasto excursu*. [Paulò pòst, *Colonia Sinope Pteria. Pteria*, redundat. ¶ Cap. III. *Megapolin, Zelam.*) Scribe, *Magnopolin, Zelam*. [Et in fine capitis, *Sortira, Amasia, Comana*, lege addendo, *Sotira, Amasia, Comana, nunc Manteum*, hoc est oraculum. Testis est Strabo.

¶ Cap. IIII. *Nunc Manteum Genetarum, Chalybum.*) In antiquis voluminibus hoc caput sic incipit, *Gentes, Genetarum, Chalybum*. [Mox est, *Pharnacea op.* non, *Pharnace: & Pyxites flu.* non, *Pyrites*. ¶ Cap. VII. *Iaxamatæ Medorum (vt ferunt) soboles, & ipsi in multa genera diuisi.*) Legendum, *Sarmatæ*. Nam Iaxamatarum gens non erat tā ampla, vt in multa genera diuidi posse. & mox subiicit, *Primo Sauromatæ Gynæocratumeni.* [Paulò pòst est, *Saltuosis conuallibus asperas*, non, *Saxosis*. ¶ Cap. IX. *Adiabenē Tigris & montes in* VII. M. *p. cingunt.*) Vera lectio, *Adiabenē Tigris & montium sinus cingunt*. ¶ Cap. XII. *Insulæ in Ponto Planetæ siue Cyaneæ.*) *Planētæ*, legendum. Hom. ὡς δ' ὅτε πλαγκτάς. ¶ Cap. XV. *Adiabenis connectuntur Cadurci quondam dicti, nunc Gordueni præfluente Tigri, Hyspiratæ Paredoni appellati.*) Veteres codices, *Adiabenis conectuntur Carduchi, nunc Cordueni, præfluente Tigri. his Pratitæ Paredoni appellati*. Caduræi Galliæ sunt provinciæ, non Parthorū regni. Et Carduchorum appellationē Macedones postea in mollius deflexerunt Corduenos vocantes. Pratitarum mentio fit & 25. cap. [Circa finem huius capitis legendum, *Stadia* 15680. *Prodendo*, non, *Procedendo*.

¶ Cap. XVI. *Fertilitatis inclytæ locus Darieum mons gentes Tapyri, Auariaci.*) Lege & distingue sic, *Locus Darieū. mox gentes, Tapyri, Anariaci*. [Aliquātò pòst est, *Aduersa montis Paropamisi. & aduersus fontes Indi.* vbi legendum, *Auersa mōtis Paropamisi, ex aduerso fontis Indi*. [Item pro *Demodamante* Demonax repositus est: cuius nominis fuit & philosophus Luciani ætate non incelebris.

¶ Cap. XVII. *Perse illos Sacas vniuersos appellauere.*) Plinius scripsit, *In vniuersum appellauere*. Sic enim & alibi

Sigism. Gelenii Annotationes.

alibi sæpe loquitur. ¶ Cap. XX. *Pagungæ, Italy. hi montium, qui perpetuo tractu Oceani oram tenent, incolæ.*) Manuscripti codices, *Pagungæ: iam hi montium*, &c. [Elegans verò, quòd mox nescio quis X M. *elephantorum posuit*, pro, X. *elephantis*. [*Mutaui super hos Cancaso subiecti, Soleadæ, Sondræ.*) Lege, *Montani super hos*, quibus enumeratis subiicit Taxilas iam in plana demisso tractu.

¶ Cap. XXII. *Patrem Mabaciem commeasse eò.*) In vetustis codicibus est, *Patrem Rachiæ com. eò*, nam id fuit legato nomen. Scribam fefellit similitudo literarum. [*Agros diligenter coli, pomis abundare.*) Plus est in manuscriptis, *Ag. dil. coli, vitis vsum non esse, po. abundare*.

¶ Cap. XXIII. *Hæc regio est ex aduerso Bactrianorum. Deinde eius oppidum Alexandria.*) Lege & distingue sic, *Hæc regio est ex aduerso. Bactrianorum deinde, cuius oppidum Alexandria*. [*Arienæ partem esse Dararin aliqui volunt.*) Pro, *Dararin*, scribo, *Daritin*. [*Circumnectitus in mediterranea Persidis & Indiæ.*) *Ex India*, non, *Et Indiæ*. [*Mille millibus passuum ab Alexandria abest oppidum Heliopolis.*) Scribendum, *Duo* M. *passuum*. Scriptum erat hoc modo MM. id typographi veterū IM, *Mille millia*, adeò nulla ratio habita est numerorum, perinde ac si minimùm referat. Deinde ex, *Iuliopoli*, fecerunt *Heliopolim*, quæ alibi sita est. [*Ibi regnat Paridion.*) Lego, *Pandion*. [*Aut Mecheris AEgypti intra diem sextum.*] Lege addendo, *Aut vtique Mechiris*.

¶ Cap. XXVI. *Habet ipsa ab ortu Caspios.*) Adde coniunctionem, *Habet ergo ipsa*. [*Antiochiam, quæ à præfecto Mesopotamiæ Nicatore condita, Nicatoris vel Arbelis vocatur.*) Nostra exemplaria habent, *Antiochiam, quæ à præfecto Mesopotamiæ Nicanore condita, Arabis vocatur*. Arabis cognominata est ad differentiam aliarum, ideo quòd esset inter Arabas sita. Nicator verò regis est cognomē, non Præfecti nomen. [*Suprà Siciclasi tria millia passuum, per quos Lycus*, &c. Illic tantùm legitur, *Suprà Silici, Clasitæ, per quos Lycus*, &c. [Paulóque pòst, *Gobaris*, non, *Cobaris*. [*Feruntur ei plebes vrbanæ* DC. *esse.*) Et hìc vitiatus est numerus. Legendum est, *Feruntur ei plebis vrbanæ* DCM. *esse*: alioqui malè cohærent sequentes accusatiui, *Situ*, &, *Agrū*. [*Cùm Persæ quoque schœnos & parasangas alia mensura determinent.*) Lege addendo, *Alij alia mensura determinent*. Sensus est, non debere cuiquam mirum videri, quod inter autores de spatiis earum regionum parùm constet, cùm apud ipsos Persas locorum indigenas alibi magis, alibi minùs prolixæ sint parasangæ, quod idem apud Germanos quoque in milliariis accidit.

¶ Cap. XXVII. *Alterum deinde transit lacum, qui Tesbites appellatur.*) *Thospites*, non, *Tesbites*. [Aliquantò pòst est, *Zagrus mōs*, non, *Sagrus*. [*Susianis ab Oriente sunt Cossæi*. Addo vnam dictionem, *Ab Oriente proximi sunt*. Sunt enim his ab Oriente & aliæ gentes, sed nulla æquè propinqua, ac Cossæi. [*Circuit arcem Susarum, ac Dianæ templum augustissimum cùm illis gentibus & ipse magna ceremonia sit.*) Vetusta exemplaria, *Circuit arcem Susarum, ac Dianæ templum augustissimum illis gentibus, & ipse in magna ceremonia*. [*Præter asylum Persarum venientem ad vnum ex Susianis oppidum.*) Lege, & distingue, *Præter asylum Persarum venientem, & vnum ex Susianis*, videlicet asylis. [*Oppidum iuxta eum Magora Pasiones Sogdonaci filius.*) *Pasines*, est in antiquis exemplaribus: & sic Græci Geographi vocant παστίνου χάρακα.

¶ Cap. XXVIII. *Insulæ Denuade.*) *Denadæ*, scribo, vt sit genitiuus: sicut aliquantò pòst, *Dioscoridu*, pro, *Dioscoridæ*. Sic enim solent denominari à præfectis classium. Eadem ratione in hoc ipso capite leges, *Malchu insulam*, vbi hactenus in impressis exemplaribus corruptè, *Malacho*, legebatur. [*Sueleni, Sarraceni, Arrareni Oppidum, in quo*, &c. *Scribendum, Suelleri, Sarraceni, Arra oppidū.*) [*Amyelome colonia Milesiorū.*) Milesij coloniis suis, vel in barbarissimas gentes deductis, Græca tamen solebant imponere nomina, quemadmodùm videre licet in tot eorum coloniis per oram Ponticam dispertis. Proinde magis placet, *Ampelone*, à vinetis; (quę appellatio est in manuscriptis exemplaribus) quàm, *Amyelome*, vox Græcis nihil significans.

¶ Cap. XXIX. *A Troglodytico verò.*) *A*, præpositio redundat: præcedit enim in fine proximi capitis, *Arabiæ latere*, absque præpositione. [*Fuit & Cambsis.*) Scribo, *Cambysis*, paterno casu, & Græca inflexione. Sic enim pleraque in eo tractu oppida nominantur ἡρώων πόλις, καμβύσου πόλις. [*Insulæ Stenæ direæ aliquot, Hallomenses non pauciores, Cardamin, Topazos.*) Lego, *Halonesi* nō pauciores, *Cardamine, Topazos. Et Stenæ direæ*. Græcæ sunt voces, στεναὶ δεῖραι. [*Insula ibi Cytis, topazium ferens, & ipsa vltra syluas, vbi Ptolemais.*) Lege & distingue, *Topazium ferens & ipsa. Vltrà, syluas*: vt intelligas nō in sola Topazo insula gemā ipsius cognominem inueniri. Deinde Ptolemaidos cognomen nō est, *Epitherias* sed, ἐπὶ θήρας, quemadmodùm Antiochia ἐπὶ δάφνης. [*Horarum sex consumuntur vmbræ.*) Non leue & hoc mendum. Castigauimus sic, *Hora sexta consumuntur vmbræ*: hoc est meridie, iuxta Romanam supputationem. [*Insula Cytis.*) Vetusta exemplaria, *Colocasitis*. Dictam apparet à prouentu copioso colocasiæ. [*Celetum testudinum.*) Eadem exemplaria habent, *Celticum*: & sic Græci quoque hoc genus vocant, κέλτιον. [*Animal spingion.*) Scribo, *Sphingion*. Diminutiuum est à sphinge, & simiarum generis est hoc animal. [*Herbas circa Meroën demum viridiores syluarúmque aliquid aperuisse rhinocerotum elephantorúmque vestigia.*) Scio verbum hoc, *Aperire*, interdum perquàm eleganter dici de nauigantibus, maximè quoties oram aliquam sinuosam legunt: mihi tamen videtur hìc non habere locum: proinde malui & hic manu scripta sequi exemplaria, quæ hanc lectionem habent, *Herbas circa Meroën demum viridiores, syluarúmque aliquid apparuisse, & rhinocerotum elephantorúmque vestigia*. [*Insula Diodori, & aliæ desertæ.*) Addendum hic, *Per continentem quoque desertā*, vt intelligamus, quicquid litoris ex aduerso harum insularum, inter sinum Abaliten & Gazam situm est, totum esse desertum & incultum. [*Gentes Troglodytarum Iubæ tradit.*) Scribe, *Idem Iuba*. [*Gaucomen, Emeum, Pidibotas Endondacomitas.*) Syncera lectio, *Graucomen, E. P. Hebdomecontacometas*, acsi Latinè dicas, Graium, & septuagintā vicanos à numero vicorum. [*Enonimiton AEthiopum.*) Vera lectio extat in manu scriptis, *Enonymiton*, Græca appellatione, quòd accolant sinistram Nili ripam aduerso flumine nauigātibus. [*Aliam insulam tractu dextro subeuntibus alueo.*) Legendū non, *Tractu*, sed, *Tatu*, est enim genitiuus Græcus, & insulæ nomen Τάτου νῆσος, &, *Dextro*, ad alueum refertur. [*Delubrum Hammonis est ibi religiosum.*) Meliùs legitur, *Et ibi*. Dicit enim in Meroë quoque Hammonis delubrum esse, diuersum ab illo Lybico, in quo oracula reddebantur, & quod Alexander adiit, Hammonem patrem, vt credi volebant, salutaturus.

¶ Cap. xxx. *Inde Paropas oppidum, Nauos Modundæ, Mandadini, Secanduni, Colligati, Secandæ, Nauectabæ, Cumi, Agrospi, AEgipani, Candrogari, Arabum Summorum.*) Hic nostra exemplaria, quę tequimur, discrepāt à vulgatis editionibus, inter se verò consentiunt: vbi sic legitur, *Inde per ripas, oppida, Nauos, Modundam, Andatim, Setundum, Colligat, Secande, Nauectabe, Cumi, Agrospi, AEgipam, Candrogari, Arabam, Summaram.* Per ripas; dicit ideò, quia superiùs ex Bionis commentariis relata, in insulis Nili sita sunt, Sunt autem appellationis barbaricæ, & accusatiuo casu posita. [*Meridianæ parte imminēs mari mons.*] Illic legitur, *A media eius parte imm.m.*

¶ Cap. xxxi. *Contra hoc promontorum Gorgones insulæ narrantur.*) Lege, *Gorgades*, quod est denominatiuum à Gorgon.

¶ Cap. xxxii. *Ex quibus perducti sunt à Iuba duo.*) *Iubæ*, est in vetustis codicibus. Iuba enim nunquam illuc nauigauit, sed ab ipsius classiariis hi canes ei aduecti sunt. ¶ Cap. xxxiii. *Agrippa hoc idem interuallum à freto Gaditano ad sinum Persicum.*) Legendum est, *Ad sinum Isicum.* ¶ Cap. xxxiii. *Besicam Thraciam, Mœdiam.*) Est quidem Mœdia Thraciæ pars, sicut & Bessica: magis tamen placet ita additum Mœdiam, quemadmodum superiùs dixit Hispania media: itémque Septentrionalia Siciliæ, Narbonensis Gallię exortiua; quòd hæ prouinciæ longè latéque pateant; Huc accedit quòd in manuscriptis non est diphthongus. [Paulò pòst, *Galliam, Aquitaniam.*] Lege coniunctim, *Galliam Aquitanicam.* [Et versu sequenti, *In parte Venetiæ*, non, *In partem.*

EX LIBRO SEPTIMO.

CAP. VII.

At qui etiam hodie minoris potes.) Meliùs veteres, *Atque etiam hodie.* ¶ Cap. xi. *Sed vbi paululum temporis inter duos conceptus intercesit, vterque est perfectus.*) Lege, *Vterque perfertur.* ¶ Cap. xvi. *Quod alij Orionis, alij Etionis fuisse tradunt.*) Vetus lectio, *Quod alij Orionis, alij Oti fuisse arbitrantur.* Hunc Otum tam valto corpore tantúsque viribus præditum fuisse poëtæ narrant, vt socio Ephialte fratre Martem ipsum ex insidiis aggredi sit ausus. Hos Maro AEneid. sexto Aloidas vocat. [Sequenti versu illic legitur, *Monumentis ereditur.*) non, *Traditur*, & rectè, mea sententia: quod hoc posterius ab Historicis memoriæ proditum sit, non à poëtis. [*Salamiam Euthimenis filium.*] Scribo, *Salamine.* Quid enim attinebat nominare puerum? Sic mox, *In filio*, inquit, *Cornelij Taciti.*

¶ Cap. xvii. *Id esse sparsis manibus.*) Rectiùs est, *Passis manibus.* Sequenti versu hæc vox, *Quibusdam*, priore loco redundat, neque in nostris archetypis geminatur.

¶ Cap. xx. *Obnoxio contrà nitentibus iumentis.*) Lego, *Obnoxius.* [Ac mox, *Et ducenaria duo humeris*, non, *Duobus.* [Et sequenti versu, *Quingenario thorace*, non, *Quinquagenario.*

¶ Cap. xxiii. *Leænæ meretricis exemplum.*) *Exemplum* redundat. [Sequenti versu est, *Anaxarchi*, non, *Anaxarchus.*

¶ Cap. xxiiii. *Sui verò nominis oblitus Messalla Corninus.*) Et hic, *Oblitus*, redundat.

¶ Cap. xxvi. *Bellóque ciuili, quod omnia concutiebat externa.*) Quid opus erat hìc, *Concièbat*, mutare in, *Concutiebat?* quasi non rectè dictum esset, externos hostes Mithridatem, aliósque intestinis Romanorum bellis excitos fuisse, ratos inuicto alioqui populo inferendi bellum nullum aliud tempus opportunius fore.

¶ Cap. xxviii. *L. Sicinius Dentatus.*) *Siccium*, vocant manuscripti codices, atque etiam Liuius, & Dionysius Halicarnassensis. [*Ante xxii. annos bina cæperat spolia.*] Verior antiqua lectio, *Ante decimum septimum annum*: nam ab hoc anno militaris ætas incipiebat. At hoc idem ante vigesimum secundum in tam insigni viro mirum videri non debuerat. [*Quas Trebia, Ticiniúsque, aut Thrasymenus ciuicas coronas dedère?*] *Coronas*, aliquis interpretans primò in spatio, quod versus dirimit, adscripsit: ea vox deinde in cōtextum irrepsit: alioqui elegantiùs subintelligitur, quemadmodùm in Laurea.

¶ Cap. xxx. *Ille semper alioquin exitiali appellans nomine, vniuersos ex Italia pellendos censuit Græcos.*) Hæc tria verba, *Exitiali appellans nomine*, nec in vetustis habentur exemplaribus, nec Plinium admodum sapiunt, & alioqui etiam absque eis integra est sententia. Quibus de causis haud illibenter ea omisimus, maximè cùm similem superuacanea verbula infulciendi licentiam sæpius & alibi, & in hoc ipso capite deprehenderimus. [*Quo potius, quàm vniuersi populi & illius gentis amplissimo testimonio, & in tota vita tua, & ad Consulatum tantùm operibus electis?*] [*Roscio theatralis seditionis autori leges ignouerūt, notatásque sedes ingnominiæ discrimine æquo animo tulerunt.*] Et hoc indidem restituimus ad hunc modum, *Roscio theatralis autori legis ignouerunt, notatásque sedis discrimine sedis æ.a.t.*

¶ Cap. xxxvii. *Cui ob meritum honores illos, quos Herculi, decreuit Græcia.*) Sensus vtcunque manet: à verbis Plinij discessum est. Legendùm, *Quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decreuit Græciæ.* Ibidem, *Cleombrotus Ceus*, legitur non, *Theombrotus.* Hic medicus fuit, alter Ambraciotes patria, professione philosophus. [*Relato è funere homine & conseruato.*] Lege, *Seruato.* [*Laudatus Ctesiphon.*] Lege addendo, *Laudatus est & Ctesiphon.*

¶ Cap. xxxix. *Sed hoc pretium belli, non hominis fuit: tam Hercule, quàm libidinis. non fortunæ Peronetomi spadonis, Seiano iii. md. mercante à Sutorio Prisco.*) Hic locus multùm torsit eruditos, multa frustrà diuinantes. Atqui expedire illos potuerant ex hac difficultate exemplaria vetusta, quæ nobis certè cùm hìc, tùm alibi sæpe egregiè succurrerunt. Ea sic habent, *Tam Hercule quàm libidinis, non formæ, Pæzontem è spadonibus Seiani iii md. mercante Sutorio Prisco.* Nomen conuenit homini probroso, quale est Camazon, quem Heliogabalus Imperat. in deliciis habitum ad consulatum vsque euexit. Porrò participia interdum verti in propria nomina, nouum videri non debet, cùm etiā passiua forma quædam in hoc genere reperiantur, vt Sozomenus. Is fuit ecclesiasticæ historiæ scriptor.

¶ Cap. xl. *Numerus dierum computatur, vbi queritur pondus.*) Non erat mutanda vetus lectio, *Numerus dierum comparatur*, hoc est, numeri dierum felicium infeliciúmque inter se conferuntur, vter maior sit.

¶ Cap. xli. *Lampido Lacedæmonia refertur.*) *Reperitur* meliùs

meliùs, quàm, *Refertur.* Et Ambusti filius, *Rullianus*, est, non, *Rutilianus*, in Liuianis æquè ac Plinianis vetustis exemplaribus.

¶ Cap. xliii. *Sed accusatus, atque de iure virgarum in iudicium consilium missus.*) Plenior ac planior est antiqua lectio, *Sed accusatus, atque de iure virgarū in eum, iudicium in consiliū missus.* Neque enim in omnes palim ius virgarum magistratus habebat, sed in tergum ciuis Romani nihil illi licebat. [Paulò pòst legendum, *Supremo somnio*, non, *Somno.*

¶ Cap. xliiii. *Quod superesset, nescio maior gloriæ, an indignationi, dolor accedat; inter tot Metellos tam scelerata tam Catinij audaciam semper fuisse inultam.*) Codices antiqui habent, *Nescio morum gloriæ, an indignationis dolori, accedat.* Subindicat Plinius, maiorem vlciscendi libidinem ætate sua regnasse, quàm Metellorum, de quibus loquitur, tempore, cùm mores P. R. adhuc minùs corrupti essent.

¶ Cap. xlv. *Proscriptionis inuidia in collegam.*) *In collegam*, redundat. [*Solicitudo Martis Actiaci Pannonicique belli ruinæ pontis.*] In exemplaribus nostris constanter legitur, *Solicitudo Martis Actiaci, Pannonici belli ruina è turri.* Videtur aliquis data opera lectionem miratile ex Tranquillo. [*Hæredē hostis sui non suo filio excessit.*] Nihil opus erat addere duas voces: satis plena erat vetus lectio, nempe hæc, *Hærede hostis sui filio excessit.* Sed hìc quoque glossula interpretis irrepsit in contextum.

¶ Cap. xlviii. *Cui astipulatur Damiates.*) *Damastes*, legendum. Is fuit historiarum scriptor, patria Sigiensis ex Hellesponto.

¶ Cap. l. *Hebescunt sensus, membra torquentur.*) *Torpent*, non, *Torquentur.*

¶ Cap. li. *Profundi humoris è corpore effluuium.*) Vetus & syncera lectio, *Præfandi humoris.* Sic enim Plinius more suo verecundè genitale semen circunloquitur, ac si dicat, cum præfatione honoris autium nominandi.

¶ Cap. lii. *Nam Cælium Tuberonem.*) Scribo, *C. AElium Tuberonem.* Tuberonum enim familia AEliæ gentis est. [Mox est, *Hermotimus*, nō, *Hermotinus.* [*Se enim ab inferis remissum, haberéque quod nuntiaret.*] Vetus, *Habere quæ nuntiaret.*

¶ Cap. liii. *Duo Cæsares, Prætor, & Prætura populi Romani functus.*) Legendum, *Prætor, & Prætura perfunctus.* [*Cū populo admodum placuisset.*] Adde, *Is. Is cùm p.a.p.*

¶ Cap. liiii. *Et tamē multifariè priscos seruauere ritus: sicut in Cornelia domo nemo ante Syllam Dictatorem traditur esse crematus.*) Lege, *Et tamen multæ familiæ priscos seruauere ritus, sicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus.*

¶ Cap. lvi. *Vtique in Græciam attulisse è Phœnice Cadmum xvi. numero.*) Legendum, *Intulisse.* Hic nescio quis subiecit Latina elementa, cùm Plinius de Græcis literis loquatur, quare sustulimus ea, nec enim sunt in archetypis. [*Doxius Cælij filius.*] *Cæli*, non, *Cælij.* [*Phœnices, vt Thophrastus.*] *Tirynthij*, non, *Phœnices*, teste Pausania. [Paulò pòst est, *AEacus inuentor argenti*, non, *Ceacus.* [*Terebrā, glutinum, ichthyocollam.*] Malim veterem lectionem, *Terglu. lithocollam.* [*Staphylus Sitheni filius.*] Imo, *Sileni.* [*Bouē & aratrum Briges Athenienses.*] Scribo, *Buzyges*, ex re nomen habet. [*Inducias Lycaon.*] *Lycaonr*, verius. [*Cithara edita carmina composuit Terpāder.*] Lege, *Citharœdica car.* [*Prosaicam orationem.*] A pagè, *Prosaicam*, Scribo, *Prosam orationē.* [*In Græcia verò Pyrrhus Dædali cognatus.*] *Euchiro*, *Euchir*, non, *Pyrrhus*, in estantibus Græcis scriptoribus. [*Hippagum Salaminij.*] Vetus lectio habet, *Sanij*, pro, *Salaminiis.* ¶ Cap. lviii. Græca inscriptio plenior erit hoc modo, Νεωσιφάντης τυραμένου Ἀθηναῖος κόρας ἀ Ἀθηνᾶς ἀνέθηκεν. Vbi omissū erat, cui numini anathema consecratū esset. ¶ Cap. lx. *Nasica collega Lanati.*) *Lænatis*, legi debet.

EX LIBRO OCTAVO.

CAP. I.

Quippe intellectus illis sermonis patrij, & in primis obedientia.) Rectiùs legitur in manuscriptis, *Et imperiorum obedientia.* [*Indicis Arabici minores.*] Veteres codices, *Indis arant mīnores.* Suprà quoque libri sexti cap. xix. de elephantorum apud Indos vsu dixit, *Iis arant, ijs inueheruntur.* Ad hoc cap. huius libri xi. docens vbi nascātur, Arabiæ non meminit. ¶ Cap. ii. *Aut lasciuiente pernicitate colludere.*) Syncera lectio veterum codicum, *Aut las. pyrrhiche col.* Est autem πυῤῥίχη saltationis genus, Cretensibus in primis familiare. [*Lecticas etiā ferentes quaterni singulas, puerperas imitantes.*] Nec lecticæ puerperas imitabantur, nec elephanti lecticarij. Quapropter sic scripsimus, *Lecticis etiam ferentes quaterni singulos, puerperas imitantes.*

¶ Cap. iii. *Circa hos belli cura summa.*) Veteres rectiùs, *Circa hos belluis summa cura.* ¶ Cap. vii. *Et illum dimitti pactus si interemisset. Solus ergo in harena congressus, magno Pœnorum dolore cōfecit.*) Scribo ex fide nostrorū exēplarium, *Et ille dimitti pactus si interemisset, solus in harena congressus. m.p.d.c.* [Et non longè à fine huius capitis, *Pari equitum ex aduerso dimicante*, non, *Ediverso.*

¶ Cap. viii. *Antea domitandi gratia gregis, equitatu cogebant in conuallem.*) Distinguendum, *Domitādi gratia, greges equitatu cogebant.* ¶ Cap. xv. *Cuius contactus sequētes vt ignis aliquis comburat.*) Nimium est, *Comburat. Amtes vt ignis aliquis comburat*, satis erat. ¶ Cap. xvi. *Non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentia iratus.*) *Amentia*, legi debet. [*Velut deputans absconsione turpitudinem.*] Noua elegantia, dideputans *absconsione turpitudinem.*) Noua elegantia, dideputans *absconsione* turpitudinem. Noua elegantia, dideputans *absconsione* turpitudinem. Noua elegantia, dideputans *absconsione* turpitudinem.

in specus, qui sunt multifores in terra. ¶ Cap. xxii. *Itaque Copas, qui Olympionicas scripsit.*) Antiqui codices, *Agriopas.* Nomen est Doricum, quale Gorgopas. [*Et in lupum se conuertisse.*) Conuertisse dixit, pro conuersum esse: itaque, *se*, redūdat. Sic vertere quoque sæpe est apud Liuium reperire: Id cōsilium in caput autoris vertit: & similes locutiones. [Sequitur, *Eundem x. anno restitutum, athletice restitisse in pugilatu, victorémque victoria Olympia reuersum.*) Vetus potior, *Eundem decimo anno restitutum athleticæ, certasse in pugilatu, victorémque Olympia reuersum.* Sic Horatius, Magna coronati quis victor Olympia, & Athletice est τῆ ἀθλητικῆ, sicut Arithmetice dicimus.

¶ Cap. xxiii. *Nec pedibus pauendas tantùm serpentes.*) Restitue luxatum ordinem, *Nec pedibus tantùm.* [*Eósque non in fronte aut ex aduerso cernere.*) *Aut*, redundat.

¶ Cap. xxvii. *Iaculando ea petendóque deficiat.*) Quātò melior antiqua lectio? *Iaculando se appetendóque deficiat.*

¶ Cap. xxx. *Alternis annis esse marem, alternis fœminā fieri.*) Germana lectio, *Alternis annis mares, alternis fœminas fieri.* ¶ Cap. xxxi. *Theophrastus autor est, angues eo modo & stelliones senectutē exuere, eámque protinus deuorare.*) Quōnam referendum est illud, *Eo modo?* Nihil enim præcedit, quò referri possit. Et exuuias deuorari, vt de stellionibus verum ipse Plinius libro trigesimo capite decimo testatur, ita de anguibus manifestò falsum est, cùm eæ passim reperiantur. Legendum itaque, *Anguis modo*, non, *Angues eo modo.* [*Eosdem pestiferos ferunt in Græcia, innocuos esse in Sicilia.*) Hoc quoque, sicut id quod præcedit, ex auctoritate Theophrasti refertur. Quid igitur attinebat veterem lectionem mutare? *Eosdem pestiferi morsus in Græcia, innoxios esse in Sicilia.*

¶ Cap. xxxii. *A partu duas habent herbas, quæ aves & seselis appellantur pastæ redeunt ad fœtum illos imbui lactis primo nolunt succo.*) Cur, *Illos*, potiùs, quàm, *Illum*? Sed longè aliter scripsit Plinius, *Illis imbui lactis primos volunt succos. Illis*, aro & seseli, quòd intelligant eis occultam quandam vim inesse, fœtui suo salubrem.

¶ Cap. xxxvi. *Sæpe in harena colaphis infligitis examinātur.*) Rursus data opera vitiata lectio. Opinor parùm Latinum doctulis istis videbatur, *Infracto colapho examinantur.* ô industriam colapho dignam! [*Arborem auersi diripiunt.*) Bellum & hoc. Sed quis vnquam id vidit saltem scriptum aut pictum? Legendum igitur, quemadmodum habent magno consensu vetusti codices, *Arborem auersi derepunt*, hoc est, non proni, sed posterioribus primùm pedibus, anterioribus interim molem corporis sustentantes, ne ruant: id quod notum est omnibus, qui modò vel semel vrsum ab arbore descendētem viderunt. Atque in hoc quoque hominem imitantur, præter morem quadrupedum. Quamobrem pulchrè cohæret cum eo quod proximè præcedit, *Ingrediuntur & bipedes.* ¶ Cap. xxxvii. *Conduntur & alpini, quibus magnitudo media est.*) Vera lectio vetus, *Quibus magnitudo medium est.* [*Sunt his pares & in AEgypto: similiter residēt in clunes.*) Lege, *Similitérque residunt in clunes.* [Aliquantò pòst, *Maleficio eo*, al quis de industria mutauit in, *Maleficio illo* nimirum quò minùs esset vocalium. Grande verò operæpretium. ¶ Cap. xxxviii. *Sufflatæ cutis distentæ, ictus hominum & morsus canum arcent.*) Manente sensu, verba tantummodò mutata sunt. Sed quid opus erat? Nostri codices habent, *Sufflatæ cutis distentu.*

¶ Cap. xxxix. *Vel annua fame e durant.*) Rectiùs, *Durant*, Scriba dormitans, *e*, literam geminauit.

¶ Cap. xl. *Canes defendère Cimbros, cæsis dominis eorum plaustris impositi.*) Legēdum, *Canes defendère Cimbris cæsis domus eorum plaustris impositas.* [*Cui nomen Hyrcani reddidit Durides.*) *Duris*, lege, quemadmodum primo libro in catalogo. Samius is fuit, Alexandri rerum scriptor. Et reginam Bithyniæ, *Consingin*, vocant veteres codices, non, *Consygnem.* [*Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro retrahens. quamuis aquam transiliens se occultasset, quàm significans demonstratio est, cauda primùm, deinde rostro.*) Hæc oratio media sui parte malè farta est. Consulamus archetypa. Illic reperio sic scriptum, *Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantemq; ad ferā inquisitorem loro trahēs. qua visa; quàm silens & occulta, quàm sign. dem.* &c. *Qua*, scilicet fera, à cane visa. Vides nimirum Lector, quantùm interfit. [*Et ab ea, quæ fœmina sit ex primipara genita, citius cerni.*) Hīc quoque longe aliter habent incorrupta exemplaria, vbi legitur, *Faunos cerni*, quam dictionem deprauator non intellexit.

¶ Cap. xlii. *Laceratúmque pariter aurigā inuenimus.*) Quid hīc facit auriga, cuius longè aliud officium est? Lege non, *Pariter aurigam*, sed, *Prorigā*, vnica voce. Proriga enim appellatur, qui equos admittit, vt est apud Varronem lib. 2. c. 7. In fine capitis legendum, *Prætérque vesicæ conuersio*, non, *Prætercquàm.* Est enim is morbus iumentorum proprius, non hominum. Simile mendum & alibi aliquoties in hoc autore occurrebat.

¶ Cap. xliii. *Vt bibant cogendæ exonerandæve sunt.*) Melius, *Exorandæve*, hoc est, cogendæ sunt, nisi malis eblandiri, vt bibant. [*Notum est in Celtiberia singulas quadragenis millibus nummorum emi.*) Lege, *Quadragenis millibus enixas.* Cùm enim dixisset, quæstus ex iis optima prædia exsuperare, qui ferè ex fœtura solet fieri vbertimus, hoc subiecit exemplum.

¶ Cap. xlv. *Sunt autores, ipsa complente decimum mēsem duos parere, nunc varò geminos.*) Hæc lectio nihil est. Plinius longè aliud scripsit, *Sunt autores, ipso complente decimum mensem die parere. Gignunt varo geminos.*

¶ Cap. xlviii. *Hispania nigri velleris præcipuas habet: Pollentia iuxta Alpes, Canusia rutili, quas Erythras vocant: item Bætica, vt Canusium: furuas Tarentū ac pulliginis suæ, & succidis omnibus vsus medicatus.*) Facilè agnoscas & hic eundem castigatorem. Syncera lectio est hæc, *Hispania nigri velleris præcipuas habet, Pollentia iuxta Alpes cani: Asia rutili, quas Erythreas vocant: item Bætica: Canusium fului, Tarentum & suæ pulliginis. Succidis omnibus vsus medicatus.* [*Quippe ahenis coquentium extracta, indumentis vsu veniunt.*) Et hinc se explicare nequiuerunt, etiam doctissimi viri. Vetus ac syncera lectio, *Quippe ahenis polientium extracta, in tomenti vsum veniunt.* Loquitur de lanarum purgamentis. Est autem tomentum, culcitræ fartum. Martialis, Culcitra tomento quàm viduata suo. Et de tomento, non de indumento, accipiendum alioqui satis indicant quę sequuntur, *Antiquis enim torus è stramento erat.* [*Sicut villosa & etiam ventralia.*) Coniunctio, *Et*, superfluit. [*In tēplo M Anci durasse.*) Quid sibi vult hīc M. Anci tēplum? aut quisnā fuit iste supposititius M. Ancus? Certò scio in Roman. historia neminem hominum, aut Deorum esse hoc nomine. Dicet aliquis de Anco Marcio accipiendū. at ex omni regum Roman. numero solum Romulum consecratum legimus. Sed quid ego his lectorē remoror, cùm in prōptu sit in archetypis verum nomē, *In templo Sangi.* Equidem demiror, quòd hic Sangus

Sangus tantopere ignotus fuerit recentioribus Grammaticis, vt etiam in Liuiana historia vno atque altero loco in Ianum sit demutatus. Et est quidem vnius numinis vtrunque nomen: sed hęc Romana appellatio est, illa altera Sabina. Vehementer suspicor pro talibus castigationibus Alerienſi nos malā gratiam debere: nā huius primi opera typographi Romani sunt vſi. [*Vndulata vestis primo laudatissimis fuit.*) Lege, *Fautissimis* [Ac mox, *Acu facere Idei Phryges inuenerunt.*) Quid significat, Acu facere, Latinè scientibus: Lego, *Ac facere id*, (hoc est pingere: nam pictæ vestis mentio præcessit.) *Phryges inuenerunt.* Et sic habent antiqua exemplaria.

¶ Cap. li. *Mares quā maximè simos, lōgis auriculis, infractisque armis quàm villosissimos probant.*) Lege, & distinguе, *Mares quàm maximè simos, longis auribus infractísque, armis quàm villosissimis probant.*

¶ Cap. lii. *Primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus.*) Et hic & lib. 9. ca. 56. in antiquis exemplaribus cōstanter legitur, *Fulvius Lippinus.* ¶ Cap. liiii. *Mira solertia, viſco inungunt oculos, calcearique imitatione venantium tradunt.*) Vetusti codices, *Viſco inungi laqueísque calcearis*: nam vtroque modo capiūtur. Sequenti versu, *Cornelius*, s. perfluè adiectus est: nam & hoc ex auctoritate Mutiani narrat, quod nescio quis ad Cornelium autorem retulit. Alioqui cùm duo sint in Indice Cornelij, Valerianus & Celsus, Plinius cognomen adiecisset. [Item sequenti versu lege, *Nouam exultatione adorare*, non, *Nouæ exultationem adoriri.* ¶ Cap. lv. *Vltima huius capitis dictio Dilabidas, est*, nō, *Labili.* ¶ Cap. lvi. *Damæ mansuescunt raro cùm ferę iure dici non possint.*) Cum Plinius hic perquā elegantem transitionem faciat ad reliqua animantia, vt videre licet in manu scriptis, hoc modo, *Hi*, (nempe lepores) *mansuescunt varò cùm feri dici iure non possint. Cōplura namque sunt nec placida nec fera*, &c. demiror, quibus intemperiis agitatus deprauator lectionem mutandam putarit, ac, *Damæ*, hīc inserendas, quanuis iam antè in alio genere recensitas, nec hic vllo modo quadrātes. Et, quasi hoc parum esset, titulum quoque, quem Plinius fecit, *De semiferis*, ipse vertit, *De damis.* Sic nobis hic verè literarius porcus bonos autores castigat. Et alia dissimulanter transilit Hermolaus, dum Aristotelem, dum Theophrastum, dum id genus alios consulit, dum Roman. editionem cum Veneta confert, non paucis locis vtranque ex æquo vitiatam, securus interim quid in ipsis Plinianis habeatur archetypis, quod tamen in primis curandum erat: quod non illius infectandi causa dictum accipi velim, cui perpauci in literis conferri possūnt, præferri fortassis nemo: sed vt appareat, hanc viam siccurendi veterum monumentis, quam nos ingredimur, esse lōgè certissimam, si modò viri docti negotium id, qua par est cura ac religione tractādum suscipere non grauentur.

¶ Cap. lvii. *Quos Censorię legis princeps Q. Scaurus & M. in Consulatu non alio modo cœnis ademere, quàm conchylia.*) Vbinam legitur illuc Consulum par? imò vbi Q. Scaurus? deinde, vbi sic loquuntur Latini scriptores, Q. Scaurus & M. & non potiùs, Q. & M. Scauri? Fatendum est & hic corruptam esse lectionem. Integra sic habet. *Quos Censoriæ leges, princépsque M. Scaurus in Consulatu*, hoc est, Cēsores, & ante eos Scaurus Consul, cœ. ad. Sic enim dictum est hic *Princeps*, quomodo apud Poetam, Princeps ærata Tarchō fecat æquora prora, id est, primus. Librarij ferè non aliter scribebant, *Que*, coniūctionem, quàm primæ literæ pūcto posito. id lector imperitus prænomen putauit: vnde deprauandi occasio.

EX LIBRO NONO.

CAP. VIII.

Delphinus non tantùm hominis amicum animal, verùm & musica arte mulcetur symphoniæ cantu.) Rectiùs, *Non homini tantùm amicum animal, verùm & musicæ arti, m. s. c.* [*Ex hominum manibus vescens, ferénsque se tractandum.*) Lege, *Præbénsque se tractandum.* [Paulo post, *Amphilochi*, scribendum, non, *Amphilochij*, ἀμφιλόχιοι. Sunt autem in Epiro. ¶ Cap. x. *Et cooperta terra, ac pauita corpore.*) Melius, *Ac pauita pectore.*

¶ Cap. xiii. *Ipsis in somno mugitus: vnde nomen vituli accipiunt. Tenent disciplinam.*) Lege, & distingue, *Vnde nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam.* ¶ Cap. xv. *Silurus grassatur, vbicunque est, omne animal appetens, equos innatantes sæpe demergens, præcipuè in Mœno Germaniæ amne prope Lisboum, & in Danubio. Mari extrahitur porculo marino simillimus.*) Hoc loco nominatim recensentur pisces magnitudine insignes, non marini, sed fluuiorum, Nili, Rheni, Padi, Danubij, Boysthenis, Gangis. Horum medio catalogo non satis aptè inseritur marinus quidam piscis innominatus. Sequenda igitur antiquorum codicum lectio, vt post, *Lisboum*, nouæ orationis initium faciamus. *Et in Danubio mario extrahitur porculo marino simillimus.* Is vulgo Italorum etiam nunc semilatino nomine Moro appellatur, ob similamenta illis notus, gustu aspectúque porcinam saltam nōnihil referentia: Germanis Hudo, dictus, quasi ὗς, sicut Mario ἀπὸ τῆς μαρίδος.

¶ Cap. xvi. *Sunt & piscibus præsita in hac parte auguria.*) Nostri codices melius, *Sunt & in hac parte naturæ auguria, sunt piscibus præsita.* ¶ Cap. xvii. *Inde adnectos Tib. Claudio principe Optatus Elpertius præf. classis, inter Ostiensem & Campaniæ oram sparsos disseminauit.*) Lego, *Optatus è libertis*, scilicet ipsius principis. Notum est autem ex Tranquillo & Tacito, quanta fuerint potentia liberti Cæsarum. ¶ Cap. xviii. *His aquam acceptam ore remittunt.*) Quisquis hīc ordinem mutauit, fecit fermonem ἐμφροδον. Vetus ordo est hic, *His aquam emittunt, acceptam ore.*

¶ Cap. xix. *Miratur Arcadia suum exoctatum.*) Deest coniunctio, *Et.* Commemorato enim Verbani & Larij piscium miraculo, subiecit, *Miratur & Arcadia.* [*Nam stagna & amnes transeunt. Plerisque euidens ratio est.*) Scribendum coniunctim, *Nam in stagna & amnes transeundi plerisque euidens ratio est.* ¶ Cap. xxvii. *Item miluus subit in summa maria.*) Has voces, *Item miluus*, adiunximus fini præcedentis capitis, quas inde resectas nescio quis hic non suo loco assuit. [*Attollit cornua è mari sesquipedalia ferè cornuta, quæ ab his nomen traxit.*) Diuersa lectio antiquior, quam secuti sumus, *Attolit è mari sesquipedaneas ferè cornua, quæ ab his nomen traxit*, vt peripharti vtantur, de vulgo nota loquens, alioqui superuacaneum videri potest, de etymologia admonere in re tā cl ra. Si quis tamen illam alteram lectionem mauult, fruatur.

¶ Cap. xxix. *Terreni maiores quàm pelagici.*) Lege, *Pelagij*, πελάγιοι. Sic Græci longè à litoribus dissita vocant: nostri πέλαγος altum. [In fine capitis, *Liburnicarū ludens imagine*, scribēdū ex fide archetypor', pro, *Liburnicarū gaudēs imagine.* ¶ Cap. xxx. *Simulq; eam descendere in duo sensu carentia, nisi forte tristi. Id enim vbi constat rumore nauigantium humana calamitas in causa est.*) Antiquior lectio, *Nisi forte tristi* (*id enim constat*) *omine nauigan-*

tium, humana calamitas in causa est. ¶ Cap. XXXIII. *Nauigant ex his neritæ, præbentéſque concauam ſibi partem, & alteram auræ opponentes, per ſumma æquorum velificãt.*) Primùm rectiùs legitur, *Veneriæ*. Sunt enim conchæ non gratæ modò Veneri, ſed etiam cognatæ, ob communem è mari originem: celebríſque eſt eius deæ effigies, concham, atque haud ſcio an ex hoc ipſo genere, pede premẽs. Deinde mirum, quòd non cõcauam partem aurę præbeat concha, ſed diuerſam, cùm concaua ſit velificationi aptior. Sequenda igitur & hîc vetera exemplaria, *Nauigant ex his veneriæ, præbentéſque concauam ſui partem & auræ opponentes, p. ſ. æ. v.* Caſtigator non intelligens quid Latinis ſignificet, præbere ſe, & hunc locum corrupit, & ſuprà, *Præbens ſe tractandum*, in *Ferens ſe tract.* deprauauit, quemadmodùm illic annotauimus.

¶ Cap. XXXIIII. *Iam quidem in tota rerum natura damnoſiſſimum ventri mare eſt.*) *Ventri*, ſupereſt, nec habebatur in archetypis manuſcriptis.

¶ Cap. XXXV. *Animæ hominis periculo quæſita maximè placent.*) Idem caſtigator nec hîc ſenſit, *Quæſita*, poſitum pro, *Acquiſita*. Proinde vitiauit veterem lectionem, *Anima hominis quæſita m.p.* [Ac mox, *E tantis Solis ardoribus, atque Indicis quoque inſulis petunt, & admodum paucis.*) Syncera lectio, *Atque Indis quoque in inſulas petuntur, & admodum paucæ*. Nec aliter ferè Plinius hoc verbo vitur, quamuis vbique ſtudium fuit literatori neſcio cui ſyntaxin temerè mutare. [*Speciem verò inani inflatam.*) Vetus lectio, *Speciem modò inani inflatam. Modò*, id eſt, tãtummodò, frequens apud hunc ſcriptorem. [*Præcipuum cuſtodiunt, pelago altiùs merſæ, quàm vt penetrent radij.*) Tu ſcribe, *Quare præcipuum cuſtodiunt pelagiæ, altiùs merſæ, quàm vt penetrent radij*. De pelagiis piſcibus ſuprà monui. [*Nam apud Græcos non eſt, nec apud barbaros inuentores eius aliud, quàm margaritæ.*) Lege addendo, *Nam apud Græcos id non eſt: nec apud barbaros quidem inuentores eius aliud, quàm margaritæ.* [Mox eſt, *Squamas aſſimulat*, non, *Aſſimilat*, quod Gallicum idioma ſapit. [*Enormes, & feri, coloríſque marmorei.*) Vetus lectio, *Enormes ferè c. que. m.* [*Lautitiam eius omnem, apparatúmque detractans.*) Imò, *Obtrectans*. [*Gerebátque auribus tum maximè.*) Scribe, *Gerebat cum maximè*. In primis elegans locutio, ſed perſępe apud bonos autores ſcribarum vel oſcitantia, vel peruerſitate mutata. [*Vniones conuiuis ad ſorbendum dedit.*) Melius, *Abſorbendos dedit*.

¶ Cap. XXXVI. *Quia cum vita ſua ſuccum eum euomũt.*) *Sua*, ſupereſt. [*Fraudatam ſe protinus luxuria credat, nos indiligentiæ damnet.*) Magis placet vetus lectio, *Fraudatam profectò ſe luxuria credat, nóſque indiligentiæ damnet*.

¶ Cap. XXXVII. *Capiuntur autem purpuræ paruulis rariſque conchis textu, veluti naſsis, in alto iactis. Ineſt ijs eſca cluſiles mordaceſque concharum, quales videmus has ſemineces, ſed redditas mari auido hiatu reuiuiſcentes. Appetunt eas purpuræ.*) Et hic locus peſſimè eſt à caltigatoribus acceptus. Deprauationibus ſingillatim commonſtrandis prolixior eſſe nolo: collatio ea ſatis indicabit. Scribi debet iuxta fidem archetyporum ſic, *Capiuntur autẽ purpuræ paruulis rariſque textu veluti naſsis, in alto iactis. Ineſt ijs eſca, cluſiles mordaceſque conchæ, cui mitulos videmus. Has ſemineces, ſed redditas mari auido hiatu reuiuiſcentes appetunt purpuræ.*

¶ Cap. XXXIX. *In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino, præterquè ius temperaturæ. AEquè pro indiuiſo humani potus excremento dimidia & medicamina addunt.*) Hæc perobſcura ſunt, nec mirum, cùm ſint depravati. Legendum, *Prætérque ius temperatur aqua pro inuiſo humani potus excremento: dimidia & medicamina adduntur*. Hoc eſt, præterquàm quòd buccinum detrahitur, etiam hoc intereſt, quòd hic ius pro lotio aqua temperatur, & ex medicaminibus dimidiũ inditur eius, quod in purpuræ tinctura indi ſolet. *Præter*, Plinius vtitur pro, *Præterè*: id vbique fefellit caſtigatorem, qui exceptionem eſſe putabat. ¶ Cap. XL. *Sed alia ſunt, nec habent finem vitia: iuuátque ludere impendio, & luſus geminare miſcendo iterum, & ipſa adulterare adulteria naturæ.*) Syncerior lectio, *Sed alia ſunt è fine initia*, quod pulchrè quadrat cum his verbis, *Luſus geminare miſcendo iterum*. ¶ Cap. XLIII. *Glanus, qui & glanis vocatur.*) Caſtigatior lectio, *Cautius, qui glanis vocatur*, nam ſic præcedentibus pulchrè cohæret.

¶ Cap. LI. *Plani piſciũ, quibus cauda non obeſt, aculeíque vt teſtudines & raiæ in coitu ſuperueniunt.*) Itáne teſtudines inter planos piſces numerãtur? Rectiùs, *Plani piſciũ, quibus cauda nõ eſt, aculeatique, vt teſtudines, in coitu ſuperueniunt*, id eſt, teſtudinum modo. [*Spari, torpedo, ſquali.*) *Sargi*, nõ, *Spari*. [Circa finem capitis eſt, *Coaleſcit vulnus*, non, *Calleſcit*. ¶ Cap. LIII. *Poſteà viſum tanti in extrema Italia petere Brunduſium oſtreas.*) Rectiùs, *In extremâ Italiam*, familiari Plinio locutione. ¶ Cap. LVII. *In cauernis aquas hebetes remanere.*) Vetus lectio, *In cauernis aquas habentibus remanere*.

EX LIBRO DECIMO.

CAP. III.

INgenitum eſt ei, teſtudines raptas frangere.) Legendum, *Ingenium eſt ei*, id eſt, natura. [*Quarti generis eſt percnopterus eadẽ moratur per la-us.*] Vetuſta exemplaria, *Pernocpterus: eadem oripelagus*. [Sequenti verſu, *Vt quam verberet coruus*, nihil erat neceſſe mutare in, *Vtpote quam*.

¶ Cap. VIII. *Traditum eſt, miſſas in ſublime ibi excipere eos.*) Melius, *Miſſa in ſublime ſibi*. ¶ Cap. IX. *Ac ritu columbis potiùs.*) Vetus lectio, *Ac victu columbi potiùs*, vt intelligamus, eam & leguminibus veſci, præter reliquorũ accipitrum morem. Ad hoc ritum vix puto inueniri de vllis auibus, nedum de columbis. ¶ Cap. XIX. *Vncos vngues habentes omnino non congregantur, & ſibi quoque prædantur.*) Lege, *Et ſibi quæque prædantur*. ¶ Cap. XXII. *Scipio, an Metellus vir Conſularis, an M. Sextius.*) Prius, *An*, ſupfluit. Is Scipio Metellus Pompeij Magni ſocer fuiſſe fertur. ¶ Cap. XXIII. *Cyrenaici Achorem.*) Legendum, *Et Elei Myiagron*. Atteſtatur noſtris exẽplaribus & Pauſanias. [Ibidem, *Qua litatum eſt illi die*, non, *Poſtquàm litatum eſt illi deo*. ¶ Cap. XXXIII. *Madefactum multa aqua pẽnis puluerẽ ſpargunt.*) Lege, *Madefactæ multa aqua*. [*In genere item ripariarum eſt.*) Antiqua lectio, *In genere parrarum eſt*. Parrarum & Horatius meminit, tanquàm inauſpicatarum. Impios parrę recinentis omen Ducat. [*Eadem iam pauore libera, ac materna vocante cura.*) Rectiùs. *Eadem in pauore libera, ac materna vocãs*. Nõ enim narrat, quid perdix facere ſoleat abducto per dolũ à nidis aucupe, (nam tunc volatu ſe proripit) ſed quo ingenio aduerſus illum alioqui vtatur, cùm aut non habet pullos, aut longè alio loco habet. ¶ Cap. XL. *Caprimulgi appellantur grandiores merulæ aſpectu.*) Lege, *Grandioris*. Hæc minutiora pigeret annotare, niſi animaduertiſſem omnibus inoleuiſſe editionibus. ¶ Cap. XLII. *Super omnia humanas voces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes,*

nantes. India autem hanc mittit, Pſittacem vocant.) Legendum, *Pſittaci quidem etiam ſermocinantes*. nam hæc verba, *Super omnia humanas voces reddunt*, ad præcedentia referuntur. Prætereà legendum, *Sittacen vocat*, & ita adhuc nõnullis barbaris nominatur. Nam quod ad terminationes attinet, altera Græca eſt, Latina altera, neutra barbara. [Vltimorum hoc capite verborum vera lectio eſt, *Ac cibis blandiente*, non, *Ad ciues*. Senſus eſt apertus. [Quin & proximè ſequentis cap. extrema verba depraua tè leguntur, *Quæ poturo ſufficeret*, pro, *Quantùm poturo ſuff.* ¶ Cap. XLIII. *Hunc ſiue æmulatione incitatus mãceps.*) Nihilò deterius habuit priſtina lectio, *AEmulatio ne vicinitatis*? & plena erat locutio etiam abſque participio. ¶ Cap. XLIX. *Venerunt in Italiam Bebriacenſes bellis ciuilibus trans Padum externæ & nouæ aues (ita enim adhuc vocantur) turdorum ſpecie.*) Quibuſnam bellis ciuilibus? nam plura fuerunt diuerſis temporibus. Deinde ſi Bebriacenſes vocabantur, verba per parentheſim interiecta, poſt hanc vocem, *Bebriacenſes*, ſtatim ſubiici debuerant. Præclarè adiuuerũt hîc quoque noſtra exemplaria, vbi ſic legitur *Venère in Italiam Bebriacenſibus bellis ciuilibus trans Padum & nouæaues (ita enim adhuc vocantur) turdorum ſpecie*, &c. Loquitur de bello ciuili Othoniano, quod eladem ad Bebriacum Galliæ Ciſalpinæ oppidum, Bebriacenſe nominat: &, *Externæ*, verbum eſt ſuperuacaneum, inſcitia caſtigatoris adiectum. Is, quiſquis fuit, non ſentiens, *Et*, pro, *Etiam*, dictum, putauit aliquid deeſſe. Cæterùm aues ipſæ nouæ appellatæ ſunt, cùm recens aduenirent, ac deinde appellatio mã ſit, etiam poſt multos annos ab earũ aduentu: id quod ſatis indicare poterat vel titulus capitis, *De nouis auibus*. Sic enim & hîc & in primo libro conſtanter habetur in manu ſcriptis voluminibus. ¶ Cap. L. *Gallinaceos quoque paſcendi lacte addito cibis.*) Non multùm fortaſſe refert: attamen antiqua ſcriptura eſt, *Lacte madidis cibis*. ¶ Cap. LV. *Liuia Auguſta.*) Vetus lectio, *Iulia Auguſta*. Nec erat mutanda, nam tametſi hæc ipſa gentilitio nomine Liuia primùm dicta eſt, tamen iam natu grandior, vt marito tam honorifica appellatione æquaretur, Auguſta conſalutata, & perèquè honoris gratia in gentem Iuliam aſcita, Iulia Auguſta vocari cœpit, relicto priore nomine: quemadmodum ex Tacito diſcere licet. Nec aliter legitur in omnibus emẽdatis autorum monumentis, duntaxat quoties Auguſtæ cognomen additur. ¶ Cap. LX. *Nec aliàs in pluribus tanta fœcunditas, maior tamen paruis.*) Legendum, *Nec alia plures*. ſ. parit, quàm melanocyphus. *Tantò fœcunditas maior paruis*. ¶ Cap. LXI. *Cui membrana, ceu pennæ.*) Melius. *Cui & membranaceæ pinnæ vni*. ¶ Cap. LXIII. *Ea de cauſa ingrediuntur in conceptu.*) Melius quadrabit, ſi legas, *In coitu*, vt eſt in manu ſcriptis. [*Viciſſe Olympia prægnantem equã Hecratidis Theſſali inuenimus.*) Scribe, *Prægnantem Echecratidis*. ¶ Cap. LXIIII. *Ex omnibus quæ perfectos fœtus, vel tantos & innumeroſos edunt.*) Lege, *Ex omnibus, quæ perfectos fœtus, ſues tantùm & numeroſos edunt*.

¶ Cap. LXX. *Qui ob id coguntur in naſſas.*) Lege, *Quæ ideò cõiiciuntur in naſſas*. ¶ Cap. LXXII. *Orygem perpetuò ſitientem Africa generat, ex natura loci potu carentem mirabili modo ad remedia ſitientium.*) Germana lectio, *Orygem perpetuò ſitientia Africæ generant, & natura loci potu carẽtem mirabili modo ad rem. ſi.* [Sequenti verſu vbi legitur, *Saluberrimi liquoris hauſtu veſicis*, dele, *Hauſtu*.

¶ Cap. LXXIII. *Vulpes & milui: angues, & muſtelæ, & ſues.*) Codices antiqui melius, *Vulpes, & Nili angues. muſtelæ, & ſues*. Componit enim animalium paria inter ſe diſſidẽtium. [*De aſpide miraculum à Philarcho traditur. Is enim autor eſt*, &c.) Vetus lectio. *De aſpide miraculum Philarcho reddatur*. Vult enim Plinius fidem rei, quam narrat, penes autorem Philarchum eſſe. Id cùm non intelligeret caſtigator, homo craſſæ Mineruæ, more ſuo caſtigauit, hoc eſt, mutauit in deterius.

EX LIBRO VNDECIMO.

CAP. VII.

NIgra cruſta eſt prima, ſaporis amari.) Lege, *Commoſis cruſta eſt prima*. Explanat enim has voces, commoſin, piſſoceron, propolin, ac primò commoſin.

¶ Cap. X. *Apprehenſis ponduſculo lapilli ſe librant.*) Melius, *Apprehenſi ponduſculo lapilli ſe librant*. ¶ Cap. XI. *Fucus ademptis alis in alueum traiectus.*) Scribo, *Reiectus*.

¶ Cap. XII. *Itaque cum prima.*) Lego pro, *Cùm, Tũ*, hoc eſt, Vergiliarum exortu. ¶ Cap. XIII. *Qua feruoris ipſius ſpuma concreſcit.*) Scribe, *Quæ*, videlicet membrana. nã ſi ſpuma nominatiuus non ablatiuus eſſet, *In quam*, dixiſſet potiùs, quàm, *Qua*. ¶ Cap. XIIII. *Contrà copia ignauiam affert Maciem melle non erithace paſcunt.*) Non leue erratum. Lege, *Ac iam melle, non erithace paſcuntur*: vt ſit ſenſus, Si copia mellis adſit, faſtidiri erithacen in cibo ab apibus. [Et mox error errorem peperit: quia deprauato, *Ac iam*, in, *Maciem*, non bellè cohæret. [*Ergo diligentiores.*) Pro vna voce, *Ergo*, ſuppoſitæ ſunt tres, *Qui autẽ ſunt*. [Mox, *Dies ſtatus inchoandi.*) Melius quàm, *Statutus*. [In fine capitis pro, *Non talia ſuauitas, viſque*, repoſuimus, *Non alia ſuauitas, viſque*.

¶ Cap. XV. *Aptiſſimum in æſtimatione è thymo.*) Vetus lectio, *Aptiſſimum exiſtimatur è thymo*. [Et ſequẽti verſu pro, *Cùm ſit Quod ſit*. [*Sequens probatio, vt ſit odoratum, & dulce, reglutinoſum.*) Quid hoc verbi eſt, *Reglutinoſum*? Reſtituimus, *Odoratum, ex dulci acre, glutinoſum*.

¶ Cap. XVI. *AEquitas etiam in eis obſtringitur.*) Lege addendo voculam, *AEquitas quidem etiã in eis obſtringitur*. Nec caret ſua elegantia particula, *Quidem*, ſicut ſequẽti verſu temerariè fecit, qui detraxit vocem, *Ego*, ſcribẽs, *In primis præcipitur*, pro. *In primis ergo præcipitur*. [*Nã vbi incubauere, fauos liuidos faciunt.*) Antiqui codices: *Nã niſi incubauere*. vt quod præcedit, *ad opera*, non de melificio, ſed de prolificatione intelligatur, quæ incubatu fit. [Tertio inde verſu adde verbum, *Exiſtimatur. Hulceribus aptiſſimum exiſtimatur*. [*Quam probabilem aliàs ſententiam fucorum euentus coarguit.*) *Prouentus*, non, *Euentus*. ¶ Cap. XVII. *Cùm procedit, vnà eſt totum examen circa eum conglobatur.*) In vetuſtis codicibus aliter legitur, ac diſtinguitur, *Cùm procedit vnà eſt totum examen circáque eum cõglobatur*. [Bellum verò, quòd mox, *Aſſidui cuſtodes autoritatis*, neſcio qui ſs deprauauit in, *Aſſidua cuſtodientes autoritate*. [*Apparatus indicio diem tempeſtiuum eligentium.*) Lego, *Apparatus indice*, nempe murmure, quod nomen proximè præceſſit. [*Si quà laſſatus deficit. aut fortè aberrauit, odore proſequuntur.*) Verior lectio *Si qua laſſata def. a. f. a. odore perſequitur*. nam laſſari, & aberrare in regem competere non poteſt. [*Sedére in ore infantis Platonis, tunc etiam ſuauitatem illam præculcis eloquij portendentes.*) Vt verior, ita multo elegantior vetus lectio, *Sedére in ore infantis tum etiã Platonis ſuauitatẽ*, &c. [Et continenter. *Sedére in caſtris ducis Druſi Imperatoris, tũc proſperrimè pugnatũ.*) Lege, *In caſtris Druſi Imperat. quũ, pſp. pug.* [Et circa finẽ capitis, *Alterutra pars, q̃*

ſuis, non, *Quæſu ſuis.* [Et ſequenti verſu, *Maximè rixa in conuehendis floribus exorta*, non, *Maxima rixa & in c.f.e.*

¶ Cap. XVIII. *Aliqui non niſi in tantum adacto inteſtino in ſape aſſequatur.*) Vetus lectio, *Vt inteſtini quippiã ſequatur.* [Sequenti verſu redundabat, *Dein.* [*Adrepentéſque foribus operta ſufflant: ab hoc ſpatio prouolant.*) Reſtituimus ex fide veterum codicum, *Adrepentéſque foribus per eas ſufflant: ad hoc prouolant*, hoc eſt, ad flatum ranarum prouolant apes.

¶ Cap. XIX. *Papilio etiam ignauus & inhonoratus, lumiribus accenſis aduolans.*) Adde voculam, *Hic. Papilio etiam hic*, quòd non de quouis papilione loquatur, &, *Aduolitans*, frequentatiua forma legendum. [Sed grauius erratum mox ſequitur, vtpote non ſimplex, *Filis etiam arapeus, quacunque inceſſerit, alarũ maximè languines obtexit.* Non enim de araneo loquitur, ſed tertium nocendi modum papilionis narrat: *Filiis etiam araneoſa, quacunque inceſſit, aliarum maximè languine obtexit.*

¶ Cap. XXII. *Prima eas retorquere rurſuſque texere inuenit.*) Veteres codices, *Redordiri, rurſuſque texere.*

¶ Cap. XXIII. *Hanc ab his quoque cogi ſubigique.*) *Quoque*, redũdat, ſicut antepenultimo verſu duæ dictiones, *More cera*, quæ cera ex poſtremis ſyllabis verbi, *Lentéſcere*, nata eſt. [Et primam dictionem huius capitis, quæ eſt, *Bombyces*, mutatis poſtremis literis perperàm aſſuerunt fini vigeſimiſecundi capitis: cùm ibi non minùs grauiter, quàm arguteè, dictum ſit, *Vt denudet fœminas veſtis*, ac ſi dicat, nihil abſurdius fieri poſſe, quàm cùm veſtis ad tegendum partes, quibus pudor debetur, inuentã, eadem ad nudandum eas adhibeatur pellucida: quæ argutia perit, ſi dicas, *Veſtis bombycina*, ac non ſimpliciter, *Veſtis.* [*Nec puduit has veſtes etiam viros leuitate uſurpare propter onera æſtiua.*) Itáne hæ veſtes propter onera vſurpantur, ac non magis propter leuitatem? Verior lectio, *Nec puduit has veſtes vſurpare etiam viros, leuitatem propter æſtiuam.* Primùm fœminarum laſciuia his vſa eſt, quæ gauderent nuditatem ſuam per eas aſpectari. Deinde viri quoque vſurpare cœperunt, ob delicatam leuitatem æſtati conuenientem. ¶ Cap. XXIIII. *Circinato adnectens.*) Hoc adiectiuum nomen ſubſtantiuũ poſcit: & habetur ſanè in manuſcriptis, *Circinato orbe adnectes.* Circinatum vocat tam abſolutũ, vt circino ductus videri poſſit. [*Derelicto laxo prætẽti ſumma parte.*) In his quidem verbis nullum commodum ſenſum video. Quod ſi legas, vt in noſtris archetypis habetur, *Derelicta laſſo prætenti ſumma parte*, ſenſus erit, prætẽtæ telę ſummam partem imperfectam præ laſſitudine ab araneo derelictam. [Ibidem, *Arbitrari licet*, legẽdum eſt, non, *Liceat.* [*Pariũt autem ouа eа in telas expanſa, quia ſaliunt.*) Pro, *Expanſa*, lege, *Et ſparſa.* Ideò ſparſa, quia ſaliũt. [*Pariunt autem trecentos.*) Reposuimus, *Pariunt autẽ & tricenos.* ¶ Cap. XXVIII. *In Thracię partibus iuxta Olynthum.*) Vetus lectio, *In Thracia iuxta Olynthum.* Quod in hoc annotaui, ne indocti, qui ſic loqui ſolent, exemplũ apud Plinium inueniri iactent. ¶ Cap. XXIX. *Iidem quippe noctibus non volare eas propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis tranſiri, continuata plurium dierum profectione. Quod maximè miremur, famem quoque, quam propter externa pabula petiere ſciunt immineре.*) Non obſcurum erit ex collatione, quantò & hîc antiqua lectio ſit incorruptior; lidẽ quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis tranſiri, continuata plurium dierum (quod maximè miremur) fame quoque, quam propter externa pabula petere ſciunt. [*Italiam ex Africa magna cohorte in feſtant.*) Scribo, *Italiã ex Africa maximè coorta infeſtant.*

¶ Cap. XXXII. *Multa autem inſecta & aliter naſcuntur, atque aſilus in primis ex rore.*) *Aſilus*, nec eſt in emendatis exemplaribus, nec alioqui hîc locum habere poteſt, vbi de papilionibus fit mentio, non de aſilis. [Sequenti verſu eſt, *Inde porrigitur vermiculus*, non, *Oritur.*

¶ Cap. XXXVII. *Alij præfixa his pila cuſpidant.*) Malim, vt vetus, *Alij præfixa haſtilia cuſpidant*: præcedit enim, *Cornibus.* [*Oculos vnicolores nulli, cum candore omnibus mediuſculo differentes.*) Vetus lectio melior, *Oculus vnicolor nulli, cum candore omnibus medius color differens.* [*Ardent, intenduntur, humectantur, cohibentur.*) Legi debet, *Humectant, conniuent.* [*Ab iiſdem, qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites vocantur: queis parui vtrinque ocelli, Lucini iniuriæ cognomen habuere.*) Locus eſt fœdè corruptus. Exẽplaria manu ſcripta habent: *Ab iiſdem, qui altero lumine orbi naſcerentur, Coelites vocabantur: qui paruis vtriſque, Ocellæ: Luſcini iniuria cognomen habuere.* Vt hoc interſit inter Luſcinum & Coclitem, quòd hic ſit vnoculus natus, ille per vim eluſcatus. Porrò Coclitem eo modo Opici ex Cyclope detorſerũt, quo ex Ganymede Catamitũ. Fuerũt autẽ Coclites Horatiorũ gẽtis, ſicut Seruiliorum Ocellæ, Fabriciorum Luſcini, Pompeiorum Strabones, Papyriorum atque Aeliorũ Pęti. [*Bobus bis mutantur.*) Vetus lectio, *Boues bimi mutant.* [*Setis intus os hirtum, & linguam etiam appellatam.*) Lege, *Et linguam etiam ac palatum.*

¶ Cap. XXXIX. *Quæ verò ratio crocodilis, ſi non cruori ſed duritiæ tergoris tribuatur & ſolertia.*) Lectio ſanè inepta, caſtiganda ad exemplaria vetera ſic, *Ceu verò non crocodilis duritia tergoris tribuatur, & ſolertia.* Coarguit enim hoc exemplo quorundam opinionem, qui ſubtilitatem animi conſtare cute operimentiſque corporum putabant. [*Velut languidiores, cùm menſtrui curſus ſtetere.*) Legendum, *Vt & lanugines orls, c.m.c ſ.* ¶ Cap. XL. *Primogeniti in quaque parte ſues primas premunt, & ſi eſcæ ſunt fauctibus proximæ.*) Prodigioſa deprauatio, cùm à Plin. ſcriptũ ſit, *Primis genitis in quoque partu ſues primas præbent: eæ ſunt fauctibus proximæ*, ſcilicet mãmæ. ¶ Cap. XLI. *Temuiſſimũ camelis, mox equabus.*) Manu ſcripti codices habent, *Equis*, nuſquam obſeruãtes recentiorum exceptionem de ablatiuo in filiabus, equabus, aſinabus. Sicut & ſ. prà 40. cap. *Aſinis à fœtu dolent*, non, *Aſini.* Idem animaduerti & in Liuianis exemplaribus. ¶ Cap. XLII. *Duobus alpes generibus pabula ſua approbant Dalmatiæ Docleatẽ mittũt, Centronum terræ Natuſicum.*) Vetus lectio, *Dalmaticæ Docleatem mittunt, Centronicæ Vatuſicum.* Dalmaticas vocat iuga à Carnis ad Dalmatas vſque pertinentia.

¶ Cap. XLV. *Sunt autem crura his obliquа, humani poplitis modo.*) *Pollicis*, non, *Poplitis.* [*Qua perfoſſa, ceu vinculis, ſpiritus fugit.*) Legendum, *Ceu iugulo*, ſcilicet perfollò.

¶ Cap. XLVI. *Leo etiamnum tortuoſos.*) Scribo, *Tortuoſius.* ¶ Cap. LVII. *Confirmant & apodas habere, nycterin & drepanin, in eis quæ rariſſimè apparent,*) Nycterin pro rara non agnoſco, quæ Græcis veſpertilionem ſonat, volucrem potiùs, quàm auem. Raræ aui rarum nomen magis conuenit, quemadmodùm habet antiqua ſcriptura, *Et apodas habere, & ocen, & drepanin.*

¶ Cap. LI. *Hinc tot cantibus & modulis flexiones.* Antiqua lectio potior, *Hinc tot cantus & moduli flexioneſque.* ¶ Cap. LIII. *Qui venena ſerpentium ſuctu è corporibus exigerent,*) Meliùs, *Corporibus eximerent.* [*Scythæ ſagittarum vngunt aciem.*) Vetus lectio, *Scythæ ſagittas iungunt.*

EX LIBRO DVODCIMO,

CAP. IIII.

VNam, quam peculiariùs Virgilius celebrauit, ebenum.) Rectiùs manu ſcripta volumina, *Vnam è peculiaribus Indiæ Virg. celebrauit ebenum.*

¶ Cap. V. *Quorum pondera adeò in terram curuantur, vt annuo ſi.*) Incorruptiora exemplaria, *Quorum imi adeò*, &c. ¶ Cap. VI. *Qua ſapientiores Indorum, viuunt.*) Lege, *Sapientes*, id eſt, philoſophi. ¶ Cap. IX. *Facilius hoc & cruſtoſius amariuſque & gummoſius.*) Lege addendo iuxta fidem veterum codicum, *Facilius hoc, & cruſtoſius, amariuſque: at Indicum humidius & gummoſum.* [Ibidem legitur, *In libras x. ſterni*, non, *x. tantùm.* ¶ Cap. XIII. *Vt alij exiſtimauere frutice veneſo.*) Exemplaria noſtra, quæ ob vetuſtatem ſequimur, habent, *Frutice myrtuoſo.* Quod neſcio cur debuerit magis abſurdum videri, quàm, *Gũmoſus*, & ſimiles Plinianæ voces. ¶ Cap. XIIII. *Græci ſtagoniam & atomum tali modo appellant, minorem autem Arabiam.*) Imò, *Orobiã, à magnitudine ὀρόβου*, hoc eſt, *Erui.* [Vltimo capitis verſu lege, *Potiùs quàm in micas frietur.*

¶ Cap. XVI. *Facillimè autem adulteratur Indica myrrha.*) Scribo, *Fallaciſſimè autem adult.* ¶ Cap. XVIII. *Periti rerum aſtruxerunt.*) *Aſſeuerant*, non, *Aſtruxerunt.* ¶ Cap. XIX. *Reuehunt vitrea & ænea.*) Meliùs, *Et ahena.* [*Sterilior imbre, ceu diræ naturæ.*) Vetuſti codices, *Sterilior imbre, cædue naturæ.* [Et mox illic legitur, *Venia cædendi*, nõ, *Metendi.* [*Deinde ſorte germina diſcerni.*) *Cremia*, nõ, *Germina*, q̃ vox vel ex Pſalmographo nota eſſe poterat. ¶ Cap. XX. *Per Nabatæos Troglodytáſque confines, qui conſidère ex Nabatæis.*) Vetus lectio, *Per Nabatæos Troglodytas, qui cõſidère ex Nabatæis*: vt intelligamus coloniam à Nabatæis negotiatoribus in Troglodyticen deductam.

¶ Cap. XXIIII. *Eandem quæcunque ſit aſpalatho.*) Lege, *Eandem, quæ ſit aſpalatho.* ¶ Cap. XXV. *Maximè probatur, quod antè ſemel fluxit.*) Meliùs vetus exemplar, *Maximè probatur, quod ante ſemen fluxit*, id eſt, antequàm ſemen prolatũ ſit. [Paulò pòſt illic legitur, *Exit & in Pãphylia, ſed aridior*, non, *Acrior.*

EX LIBRO DECIMOTERTIO.

CAP. I.

PRimúmque id ſcire conuenit, mutata autoritate ad peius tranſiſſe gloriam.) Syncera lectio, *Mutatam autoritatem, & ſæpius tranſiſſe gloriam.* ¶ Cap. III. *Veſtes prolongant tempus.*) Antiqui codices, *Veſtes prorogant tempus.* [*Summa commendatio eorum, vt tranſeuntem fœminam odor imuitet, etiam aliud agentem.*) Magis placet quod in iiſdem codicibus habetur, *Vt tranſeunte fœmina odor imuitet etiã aliud agentes.* Neque enim vſque adeò corrupti fuerunt Romanorum mores, vt frequentior eſſet viris, quàm fœminis, vnguentorum vſus. [Ac mox, *Sed quoſdam craſſitudo maximè delectat, idipſum approbantes.*) Illic eſt, *Spiſſum appellantes*, nõ, *Idipſum approbantes.* [*Atque Caiii principem ſolitum lauari.*) Lege, *Atque Caium principem ſolia temperari*, ſcilicet iuſſiſſe. [*Vtnámque dicere poſſemus, quis primus inſtituiſſet iſta: nimirum hac mercede orbem terrarum corruptæ deuicère aquilæ.*) Duas voculas, *Ita eſt*, quibus perquàm eleganter Plinius vtitur, ſcribarum ſiue potiùs caſtigatorum temeritas deprauauit in, *Iſta.* Sic enim ſcribitur ac diſtinguitur in emendatis voluminibus, *Vtnámque dicere poſſemus, quis primus inſtituiſſet. Ita eſt, nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicere aquilæ.* Sic lib. 7. cap. 40. dixit, *Ita eſt profectò*, alius de alio indicat dies. Item lib. 18. cap. 6. *Itáque eſt profectò, opera, non impenſa, cultura conſtat.* Prætereà lib. 24. cap. 1. *Ita eſt profectò, magnitudo populi Romani perdit ritus, vincendóque victi ſumus.*

¶ Cap. IIII. *Genera earum plurima: & prima fruticem non excedentia: ſterilem hanc, alibi & ipſum fertilem, breuémque ramis obiri vmbra foliorum.*) Emẽdata lectio, *Sterilem hunc, alibi & ipſum fertilem, breuíque ramorum orbe foliorum.* Qui error tã craſſus eſt, vt mirum ſit à nemine deprehenſum. [*Prætereà cæſum à dorſo puluinato, & in aluo media fiſſura pleriſque vmbilicatum.*) Reposuimus ex manuſcriptis, *Prætereà cæſum à dorſo puluinata fiſſura, & in aluo media pleriſque vmbilicatum.* [*Quod erat prius, pomis refertam.*) Pro his verbis longè alia ſunt in antiquis voluminibus, nempe hæc, *Eratq́, cùm hæc proderem, fertilis.* ¶ Cap. VII. *Certoq́ eam ſugit alienus humor, qui aluũ omnem rigat.*) Lege, *Qui aliam omnem rigat.*

¶ Cap. XI. *Neque ad alios vſus illis, quàm funibus. Rex Antigonus in nauallibus vſus eſt rebus, nondum ſparto communicato.*) Syncera lectio, *Nec aliis vſus eſt quàm inde, funibus rex Antigonus in nauallibus, rebus n. ſ. c.* ¶ Cap. II. *Quæ potuit eſſe ſegminibus vtring, amputatis.*) Scribo, *Reſegminibus.* [*Minùs ſorbet. Politur & charta magis, vt ſplẽdeat.*) Lege, & diſtingue, *Minùs ſorbet politura charta, magis ſplẽdet.* [*Deprehenditur & lentigo oculis, ſed mediis inſerto glutinamentis ceu tænia iunco papyri bibulo, ibi vix litera fundente ſe.*) Voluminum veterum emendatior lectio, *Sed inſerta mediis glutinamentis tænia fungo papyri bibula, vix niſi litera fundente ſe.* [*Nam fabrili à gummi commiſſuræ fragiles ſunt.*) In eiſdem codicibus meliùs eſt, *Nam fabrile, gemmiſque fragilia ſunt. Fabrile*, videlicet glutinum: &, *Gummis*, genitiuus eſt à Gummi, κόμμι κόμμεως. [*Minimum hunc modum integerit.*) Lege, *Minimum hoc modo intergerij.*

¶ Cap. XIII. *Quod cò magis miror, ſi etiamnum Homero condente AEgyptus non erat. At cur ſi iam hic erat vſus, in plumbeis linteiſque voluminibus ſcriptitatum conſtet? Cur & Homerus in ipſa illa Lycia Bellerophonti, codicillos datos, non Epiſtolas prodidit?*) Hic tenebrio neſcio quis aliquot voces ex II. cap. repetitas, ſed deprauatè, infulcire auſus eſt: nam vetuſta exẽplaria omnia tantùm habẽt, *Q e.m. m.ſe. H.c. Ae. nõ erat: aut cur, ſi iã hic erat vſus in ipſa illa L. B.* &c. Agnoſcis erudite Lector, Plinianum orationis fluxum, nullam interpolatoris operam deſiderantem. ô impudentiam! ¶ Cap. XV. *Interiit nuper incendio, quam Cethegus decedens libris 14. permutauerat.*) Vetus lectio, *Interiit nuper incẽdio à Cethegis deſcendẽs.* H-SXIIII. *permutata.* [*A Nomio Tiberij Cæſaris liberto.*) Lege addendo, *Item à Nomio*: nam duas recenſet ampliſſimas, Ptolemæi ynam, alteram Nomij. [*Operimento conchylij & lamina per mediam veſtitam fuiſſe.*) Pro peſſima opera malam gratiã meritus eſt, quiſquis hic Pliniana verba, aliquot de ſuo additis, interpolare non eſt veritus. Nam ſyncera ſcriptura tantùm habet, *Operimẽto laminæ veſtitam fuiſſe.* quemadmodùm lateritij parietes ornatus cauſſa marmoreis cruſtis veſtiuntur. [*Nutriuntur optimè ſplendeſcúntque, manúque ſicca fricantur ab alienis maximè: nec abaculis læduntur, vt in his genitæ.*) O bellè tractatũ Plinium! Vide obſecro, Lector, quantùm hęc à germana lectione diſcrepent, quæ talis eſt, *Nutriuntur optimè*

splendéscunt que manu ſicca frictæ à helleboris maximè, nec à vinis læduntur vt his genitæ. ¶ Cap. XVIII. *Totúmque abire in lacum.)In altum*, non, *In lacum.* ¶ Cap. XIX. *Punicum malum cognomen ſibi vendicat.)* Lege, *Cognomine ſibi vendicat.*

¶ Cap. XXI. *Semine colore & ſpecie foris.)Farris*, non, *Foris.* ¶ Cap. XXIIII. *Vtilitas herboſa ergo, & eò latior ſatietas, quod perquàm modico pinguéſcunt & quadrupedia.)* Exẽplaria vetera, *Vtilitas quæ eruo, ſed ocyor ſatietas, per quàm modico pinguéſcente quadrupede.* [*Obitérque inter ordines allium capeſſere fertile eſt.)* Lege, *Alliũ & cæpe ſeri fertile eſt.*

¶ Cap. XXV. *Vix vt reſpicere è naui tutum ſit.)Proſpicere*, non, *Reſpicere.*

EX LIBRO DECIMOQVARTO.

CAP. I.

SVbdiales inambulationes vmbroſis operculis opacat.) Syncera lectio, *Vmbroſis pergulis*, vt eſt videre in emendatis manu ſcriptis. ¶ Cap. II. *Vua tam parua, vt niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit.)* Rectiùs, *Colere non proſit.* [*In neglecto ſolo moroſa pingui putreſcit, gracili omnino non prouenit.)* Legẽdum, *In eligendo ſolo moroſa.* Moroſam in eligendo ideò dicit, quòd ei nec pingue nec gracile ſatis conueniat. [*Túncque Albanum vinum æmulantur.*) Reſtituimus ex vetuſtis codicibus, *Albano vino æm.* Sic Martialis, AEmula Baianis Altini littora villis, locutione à Græcis accepta, *ἀμιλλωμαί σοι.* [Leuis hoc videri poterat, niſi in his leuibus tã ſæpe ſcribæ ludere ſibi permittãt. [*Mærica contra omnes ictus firmiſſima.*) Veteres libri, *Contra omne ſidus fir.* ¶ Cap. III. *Et coronaria naturæ luſu ſtephanithis.)* Scribo, *Coronario naturæ luſu.* ¶ Cap. IIII. *Cum C. Gracchus Tribunus plebis ſeditionibus agitatis interemptus.)* Latiniùs noſtra exemplaria, *Plebem ſeditionibus agitans.* [*Rarò quippe adhuc fuere, nec niſi importatis ſingulis teſtis millia nummum.*) Vetus lectio, *Nec niſi in nepotatu.*

¶ Cap. VI. *Pucino retulit acceptos, non aquoſo.)* Lego, *Pucino retulit acceptos, non alio vſa.* [*Cùm eadem vitis, aliud aliis locis pullulet.)* Maluimus & hìc noſtros manu ſcriptos ſequi, in quibus eſt, *Aliud aliis locis polleat.* ¶ Cap. VII. *Nec Cymoliti per ſe gratia.)* Noſtri veteres codices, *Timoliti*, habent, cuius & apud Galenum fit mentio. [*Cæſarem non aliud potaturum.*) Scribo, *Poturum.* ¶ Cap. VIII. *Interfectam fuiſſe à marito.)* Scribo ad exemplar vetus, *Interfectam fuiſte à marito*, atteſtante Gellio. [*Aromaticis delectaros.)* Lege, *Aromatite*, id eſt, quod nũc Hippocratis vocant, cuius inuentum videri volunt. ¶ Cap. XIIII. *Sic quoque diu tranſmarina fuerũt in auctoritate ad ætatis vſque noſtros, etiam Falerno iam reperto, ſicut apparet ex illo Comico verſu Anaxipolis Thaſij: Quinque Thaſij vini inde depromum, Falerni bina.)* Quid ego audio, Anaxipolim Thaſium Latinos verſus ſcripſiſſe? an fortè Græcè quidẽ ſcripſit, ſed togatas fabulas. Alioq; ineptè citatur teſtis, vbi agitur de auctoritate, quæ fuit vinis in Vrbe atque Italia, Subiiciam & hìc veterem lectionem, quò magis appareat depraua tio *Sic quoque poſteà diu tranſmarina in autoritate fuerunt, & ad nauos vſque noſtros: quin & Falerno iam reperto, ſicut apparet ex illo Comico verſu: Qui que Thaſij*, &c. Neque enim ratio temporum patitur, vt legamus ad ætauos, de vinis, quæ poſt Opimium Conſulem in pretio fuerunt. [*Millia cadorum congiorum.*) Lege, *Cadorum congiariorum*, id eſt, qui congium caperent. [Sequenti verſu eſt, *C. Sentius*, non, *Cenſius.* [*Hortenſius ſuper decem cados hæredi reliquit.*) Non video cur hoc magnũ videri debeat, cùm Lucullo eiuſdem vini pluſquàm c M. cadorum fuiſſe ſupra in hoc ipſo capite ſcriptum ſit. Verior eſt dubio procul manu ſcripta lectio x M. cadorum, quod ſcribæ hoc modo ſcribere ſolent x. inde lapſus occaſio.

¶ Cap. XV. *Quidni? Et Cæſar dictator triumphi ſui cœna vini Falerni amphoras c. Chij cados c. in conuiuia diſtribuit.)* Conuiuia hìc vocat certum conuiuarum numerũ vnà diſcumbentium, qui ferè intra Muſarum numerum conſiſtebat, iuxta tritum illud prouerbium: Septẽ conuiuium, nouem conuitium. Quare nimiò plus eſſent centum cadi vel Cyclopum conuiuio. Itaque malui antiquam ſcripturam ſequi, *Quid, nõ & Cæſar Dictator triumphi ſui c v. F. amphoras, Chij cados, in conuiuia diſtribuit*, id eſt, in ſingula conuiuia ſingulos cados, ſingulaſque amphoras. ¶ Cap. XVI. *Fit & è pomis.)* Meliùs, *Fiunt & è pomis.* [Ac mox, *Primumq; è palmis*, non, *Proximumq; ei è palmis.* [*Myrtitem Cato quemadmodum fecerit hoc paulò pòſt indicabimus.)* Meliùs, *Myrtiten Cato quemadmodum fieri docuerit, mox paulò indicabimus.* [*Ex cæteris herbis colatis.)Colatis*, redundat. [*Qualem & redolent ſalicum Patauinorum in paluſtribus vindemiæ.*) Lege, *Qualem & ſalicũ redolent Patauinorum in paluſtribus vin.* ¶ Cap. XVII. *Adeò nihil intentatum in vita fuit.)* Elegantius datiuo caſu, *Adeò nihil intentatum vitæ fuit.* ¶ Cap. XVIII. *Aſpendios, dãnata à feris.)Damnata aris*, lege. σπένδειν enim libare ſignificat. [*AEgyptus & ebolinam habet abortiuos facientẽ.*) Vetus, *AEgyptus & ebolada habet, abortus facientem.* [*Sic & maris nauigio.)* Rectiùs, *Mari nauigato.* ¶ Cap. XIX. *Prolibare dijs nefaſtum habetur vino.)* Rectiùs, in vetuſtis codicibus ſcribitur, *Vina*, ſicut tertio ab hinc verſu, *Pollua & Græca.* [*Præcepta tradiderint.*) *Præcepta condiderint*, eſt in veteribus: idque non ineleganter, vt nihil opus fuerit mutare. [*Anni prioris vna nonneſquam fæce acetóve cõdiunt.*) Vetus lectio, *Nonnuſquam prior ſuini fæce acetóve condiunt.*

¶ Cap. XX. *Iterũ ſponte feruere: quæ calamitate cùm deferbuit, deperit ſapor.)Cùm deferbuit*, voces ſunt ſuperuacaneæ, & ab interprete primùm adiectę. [*Acor aut fumidum virus, aut picis aduſtio.*) Lege, *Piſcis autem aduſtio*: nã ſuperiora reſinæ vitia ſunt, hoc picis. [*Aſia picem Indicam maximè probat, Græcia Picericam.*) Nõ Indicam, quod abſurdum erat, ſed, *Idæam*, ab Ida cantatiſſimo Troadis monte, atteſtante etiam Theophraſto. ¶ Cap. XXI. *Sic coopercula doliorum medicãda.*) Imò, *Opercula.* Error natus ex gemmatione literarum. ¶ Cap. XXII. *Poſtera die ex ore halitus fœtidi.)* Veteres codices diſertè habent, *Halitus cadi*: vt intelligamus eos nimia temulentia cadum olere. [*Cùm priorem diem quotidie perdant, imò verò & venientem.*) Nihilò deterior erat vetus lectio, *Illi verò & venientem.* [*L. Piſonem vrbis Romæ curatorem ab eo delectũ.*) Syncerior lectio extat in antiquis voluminibus, *L. Piſonem vrbis Rom. curæ ab eo delectum*, hoc eſt, ad curam, Præfectus vrbis creatus eſt, non curator: & præfecturam circunloqui libuit.

EX LIBRO DECIMOQVINTO.

CAP. I.

OLeam Theophraſtus celeberrimus è Græcorum autoribus.) Moderatiùs Plinius, *Theophraſtus è celeberrimis Græcorum autoribus.* [*M. Seruius T. F. AEdilis curulis.*] Antiqua ſcriptura, *M. Seius L. F.* Certè Seruius, præno

pronomen eſt, non nomẽ. *Nec deſiderare raſtros, aut falcẽ vllam, aut curam.)* Elegantiùs vetus, *Nec deſiderare raſtros, aut falces, vllámve curam.* ¶ Cap. III. *Has enim ocyſſimè occupat æſtas, quia ſunt tenerrimæ, & amurca cogit decidere.)* Vera lectio, *Has enim ocyſsimè occupatas, quia ſunt tenerrimæ amurca cogit decidere. Cum omni hora oleum decreſcat.*) Lege, *Omni mora.* ¶ Cap. V. *Quam earum in his locis optimam eſſe dicant.)* Veteres codices, *Quam earum finitimis locis o. e. d.* Nec erat opus mutare. ¶ Cap. VI. *Prætereà conchas & plumbeas cortinas æræ vitiari.)* Vitiata lectio eſt: reſtituimus iuxta fidem archetyporum ſic, *Prætercà in conchas & plumbeas cortinas ære vitiari.* Refertur enim ad, *Decapulandum*, quod præceſſit.

¶ Cap. VII. *Suis herbis componunt inter Cappadociam & Seleuciam, quod Selecinum vocant.)* Vera lectio vetus, *Inter Cappadociam & Galatiam quod Selgiticum vocant.* Idem erratum deprehendimus & caſtigauimus lib. 23. cap. 4. ſcribẽdo ſic, *Selgiticum neruis vtile diximus.* [*Picem fit, quod picinum appellant.*) Lege, *Piſſinum*, non, *Picinum* vt ſit Græcà vox.

¶ Cap. XI. *Præcocia verò muſtea.)* Scribo, *Præcoci*, referendo ad proximè præcedens, *Prouentu.* [*Eſtrutheis odoratiſſima.)* Lege, *Aſtrutheis*, id eſt, poſt ſtruthea.

¶ Cap. XIIII. *Tamen peculiare nomen dedit.)* Lege addendo, *His tamen peculiare. His.* ſ. lanatis, quorum mentio præceſſit. [*A conditione caſtrati ſeminis, quæ ſpadonia appellant. Belgemela à ſoliis: ſolium enim vnum, aliquando & geminum erumpit è latere medio.*) Mira verò denominatio à gemino ſolio, *Belgemela.* Sed cur potiùs à gemino, cùm ſæpius vnicum erumpat? Antiqua exemplaria aliter habent. *Quæ ſpadonia appellant Belgæ Meloſolijs ſolium vnum, aliquando & geminum, erumpit.* Mirum autẽ videri non debet, ſi Belgæ ſpadonia vocabãt Romano, & non Gallico vocabulo, vt qui prouinciales id temporis eſſent, apud quos ipſe Plinius aliquandiu vixit: vnde hoc pomum in eius notitiam venit, vrbanis alioqui non admodùm notum. Melofolium verò dictio eſt ex Græca ac Latina compoſita, quaſi μηλόφυλλον.

¶ Cap. XV. *Reliquorum nomina aliter in alijs locis appellantur.*) Scribe addendo, *Aliter in alijs atque alijs loc. a.* [*Conduntur verò pyra, vt uuæ, ac totidem modis, non aliter quàm in cadis. Prætereà quæ in pomis proprietas pyris quoque vini. Similiter ijs ægris medentes in eſcã dant.)* Vera lectio, *Conduntur verò pyra, vt uuæ, ac totidem modis nec aliud in cadis, præterquàm pruna. Pomis proprietas pyríſque, vini: ſimiliterque in ægris medentes cauent.*

¶ Cap. XVII. *Eandem pomis vino ſubigunt.*) Meliùs, *Vino ſubigunt.* [*Oleo aſpergi in ore, vt de palmis diximus.)* Hoc nuſquam dictum eſt: ſed particula, *Vt*, redundat. Mox legendum, *De palmis diximus*, vt ſit tranſitus ad reliqua. Ac ſi dicat, Niſi inter peregrinas arbores de palmis dictum eſſet, potuiſſe hic inter ſecundas mẽſas de earum fructu dici, nunc de ficis proximè dicendum.

¶ Cap. XVIII. *Ad nos ex alijs tranſiere gentibus Chalcidica, quarum plura genera: ſiquidem & Lydia, quæ ſunt purpureæ, & mamillanæ ſimilitudinem mammarum habent.)* Legendum ex fide veterum exemplariorum. *Ad nos ex alijs trãſiére gentibus, Chalcide, Chio quarum plura genera: ſiquidem & Lydiæ, quæ ſunt purpureæ, & mamillanæ, ſimilitudinem earum habent.* Alioqui Plinius omiſerat Chias, Romæ nõ incelebres, & Martiali in primis amatas. [*Nã Alexandrinæ enixiores. Candicans terina, cognomine delicata.*) Eadem exemplaria veram etiam nunc lectionem retinent, *Nam Alexandrina è nigris eſt, candicante rima, cognomine delicatæ.* Alioqui nõ bene cohæret quod mox ſubſequitur, *Nigra & Rhodia eſt.* [*Tantò propiùs Carthaginem pomo Cato admonuit.*) Elegantiùs vetus lectio, *Tãtò propiùs Carthaginem pomo Cato admonuit.* ¶ Cap. XIX. *Ergo culices partim fraudati alimento in matre, hoc eſt, putri eius tabe, ex qua nati ad cognatam volant.*) Antiquior lectio melior, *Ergo culices parit: hi fraudati alimento in matre, putri eius tabe, ad cognatam volant.* ¶ Cap. XX. *Setaniæ tamen maius pomum eſt.*) *Tamen*, ſuperuacaneũ eſt, natum ex proximis ſyllabis, *tanie*, nec ad ſenſum quicquam facit. ¶ Cap. XXI. *Hæc obnoxia acri odore, nec ſuauitate iucunda.)* Quinam obnoxia? Syncera lectio, *Hæc obnoxia acori. Odore & ſuauitate rotunda præcellunt. Cæteris vini ſapor.* [*Et ruſatur capillus primùm prodeũtibus nucleis.*) *Nuculis*, non, *Nucleis.*

¶ Cap. XXIII. *Molitura etiam præſtant.*) Vetus, *Moluntur etiam, & præſtant*, &c. ¶ Cap. XXV. *Minus quinquennio eſt.)* Satis Latinè dixerat Plinius, *Minus quinquennii eſt*, nec erat cur mutaretur. ¶ Cap. XXVIII. *Aliquorum lignum ipſum in vſum & pomi vicem, vt grana myxis, quas in AEgypto gigni diximus.)* Vetus lectio, *Aliquorum lignũ ipſum in vſu & pomi vice, vt generi amygdalæ, quam in AEgypto gigni diximus.* Dixit autem Plinius his verbis, Pomum longius pyro, incluſum amygdalæ putamine & corio, colore herbido. ¶ Cap. XXIX. *Antequàm piper reperiretur, illam obtinens vicem.)Illius obtinens vicem*, legendum eſt. [*Plebeia, torrida, ac ſqualida.*) Scribo, *Retorrida*, qua voce libẽter vtitur. [*Quin & virgæ anuli.*) Lege, *Virgei anuli.* [*Papyrium Naſonem.*) *Maſſonem*, non, *Naſonem*, atteſtante Liuio. ¶ Cap. XXX. *Et poſteà acceſſere genera eius. Hãc ſylueſtrem &c.*) Quam. *Hanc?* Libri veteres, *Poſteà acceſſere genera: tinus, hanc ſylueſtrem*, &c. Alioqui malè cohæret, *Acceſſit & regia*, nili, *tinus*, præcedat. [*Folio criſpo ac breui, quæ inuenitur rara.*) Lege, *Inuentu rara.* [*Præferenda vtique myrto & oleæ eſt.*) Vetus lectio, *Præferenda ei vtroque olea.*

EX LIBRO DECIMOSEXTO

CAP. I.

NAulgantibus ſimiles, cùm integãt aquæ circũdata naufragijs. Cùm verò receſſerint, fugientes cùm mari piſces circa tuguria venantur.) Vera lectio, *Nauigantibus ſimiles, cùm integant aquæ circumdata, naufragis verò, cùm receſſerint, fugientéſque cum mari*, &c. [*Non pecudes hos habere, non lacte ali, vt finitimos. Ne cum feris quidem dimicare contingit.)* Meliùs. *Non pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare con.* [*Potus non niſi ex imbre.*) Legendum addendo, *Potus ijs.* [Et ſequẽti verſu, *Et hæ gentes certè. Certè*, ſuperfluit. ¶ Cap. II. *Roborũ vaſtitas intacta.*) Et hìc adde vnam dictionem, *AEuis roborum vaſtitas intacta.* ¶ Cap. IIII. *Veluti pop. Rom. ipſa corona impoſita.)Ipſi*, non, *Ipſa.* [*Longum eſt, ex inſtitutione operis* Vetus lectio, *Nec inſtituti operis.* [*Quíque patriæ muro primus ſcandens, audentem irrumpere occidit. Quíque ciuẽ maluit ſeruare, quàm hoſtẽ occidere.*) An non hæc inter ſe pugnant? Sicut nec id aptè cohæret, quod mox ſubiicitur, *Vtque eum locũ, in quo ſit actum, obtineret hoſtis eo die.* O ſtrenuè nauatam è deprauatore operam, & cui nulla ex his, quæ hìc memorantur, corona dignum ſit præmium! Reſtituimus ex fide manudeſcriptorum hoc modo. *Quæ ſub ipſo Ioue datur, cuíque muros patria gaudẽs rumpit.* Confert enim leges Romanas de ciuica, cum illa Græcorum de Hieronicis, hoc eſt ſacrorum certaminum victoribus, in quorum honorem patria cuiques

sua redeunti murorum partem diruebat, quà oppidum intraret: tanquàm nihil opus esset mœnibus ciuitati, quæ tales viros gigneret. Mox subiiciuntur capita legum, *Ciuem seruare, Hostem occidere, Vtque eum locũ, in quo sit actum, hostis obtineat eo die.*

¶ Cap. v. *Nec non & in copia frugum.*) Veteres codices, *Nec non & inopia frugum.* [*Distinguemus ergo proprietate naturáque, & vbi res coget, etiam Græcis nominibus vtẽdum.*) *Vtendum*, superfluit. nam omnia referuntur ad verbum, *Distinguemus.* ¶ Cap. vi. *Continentur hispido calice, per genera plus minùs complectente.*) Scribe addendo, *Plus minùs cutem complectente. Cutem*, glandis scilicet.

¶ Cap. vii. *Gignunt & alia ramorum eius pilulas corpori, non pediculo, adhærentes.*) Legẽdum, *Gignũt & alæ ramorum eius pilulas, corpore, non pediculo adh.* [Item circa finem capitis, *Et in folio rubente aquosos nucleos candicãtes.* non, *Rubentes*, quod nescio quis ad pilulas præcedentes referendum putauit.

¶ Cap. viii. *Granũ hoc, primóque ceu spectes frutices paruos aquifoliæ ilicis, quisquilium vocant.*) Syncera lectio, *Primóque seu scapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis: cuscilium vocant.* Est enim Hispanum vocabulum, non Romanum: & cuscuIiatum videtur olim dictum, quod nunc deprauatè scarlatum. [*Signum hoc eius, quod in tenebris decerpitur.*) *Quo*, non, *Quod.* [Græci cortices arborum appellãt Vetus, *Corticis arborem.*

¶ Cap. viii. *Tingendi causa ad seruorum vestes.*) Illic legitur, *Ad sernitiorum vestes.*

¶ Cap. xiiii. *Et apud nos vêre palmæ à matre integræ decerpuntur meliores enim sunt, quæ non diuisæ fuerint.*) Integra lectio, *Et apud nos ferè palmis à messe decerpuntur ex his meliora, quæ sese non diuiserint.* Loquitur de foliis. [*Decidua à populo quernáque.*) Rectiùs, *Deciduæ populeæ quernáque.*

¶ Cap. xv. *Cæteræ vêre concepto.*) Vetus lectio *Cæteræ vêre cæpturo.* [*Sic fit, vt dum prima cacumina impelluntur, se cutis operiat, geniculato incremẽto.*) Et hîc diuisa lectio, *Vt prima cacumina impelli sequutis appareat.*

¶ Cap. xvi. *Cedri, & iuniperus, & ilex, annuæ ferè habentur: nouus fructus in iis autumno pendet.*) Nostra exemplaria, *Citreæ, & iuniperus, & ilex, anniferæ habentur: nouúsque fructus in his cum annotino pendet.*

¶ Cap. xix. *Quoniam omnis infirmitas cælo magis accidit.*) Lege, *Cælo magis obnoxia est.*

¶ Cap. xxii. *Fastidio balsamum alibi nasci natura, quàm in Syria, noluit ferè: nec non & palmam nasci vbique, aut natam parere.*) Si dixisset, *Alibi quàm in Iudæa*, verisimilius erat: neque enim in tota Syria nascitur aut vlla alia eius parte, præterquàm Iudæa. Antiquior ac verior lectio hæc, *Fastidit balsamum alibi nasci, Assyria malus alibi ferre: necnon & palma nasci vbique, aut nata parere.* [*Cælum nullo modo quit flecti.*) *Quit*, redũdat. [*Mutari naturam in iisdem locis, atque in profundo valere.*) Exemplaria vetera, *Atque pro indiuiso valere.* [*An in Lyciis frigidisque montibus nascitur.*) Lege, *At in Lyciis Phrygiisque m.n.*

¶ Cap. xxxvi. *Durántque eius alta tecta.*) *Eius*, nõ est quo referatur. Lego, *Durántque auis.* Sic suprà, *AEuis roborum vastitas intacta.* [*Et canori tibia ipso educenda.*) Melius, *Et canere tibia ipsa docenda.* Nec aliter est in emendatis exemplaribus.

¶ Cap. xxxvii. *Licet populi vitibus placeant, & Cæcubũ ducant.*) Lege, *Et Cæcuba educent.* [*Sequacis ad iunctũras lentitiæ.*) Rectius, *Ad vinctũras.* [*Mollioribus vasis, quàm vt è corio fiant.*) *Vilioribus*, non, *Mollioribus.* [*Deciduæ sarcidi fertilitatis.*) Legi debet, *Cæduæ salici fertilitas.* ¶ Cap. xxxviii. *Ictus ab altero capite vel grauis sentiatur.*) Atqui magis conueniebat, *Vel leuissimus.* Legendum itaque, *Vel graphij*, non, *Vel grauis.* Est autem graphium (vt vulgò etiã notum est) stylus ferreus, quo in ceratis tabellis, quicquid libuerit, exarare solemus. [*Fagis pectines transuersi in pulpa apud antiquos. Inde & vasis honos.*) Distingue, *Apud antiquos inde & vasis honos.*

¶ Cap. xl. cxx. *modij tunc lentis pro saburra ei fuere.* Pudendum erratũ, cùm tam modica saburra vix mediocri nauigio sufficiat, nedũ illi vsque ad miraculum ingenti. ἀλλὰ τῶν τοιούτων οὐ φροντὶς ἐπιοῦσιν, modò sensus sit vtcunque Grãmaticus. Vera lectio est. cxxm. *modium lentis.* [*Quas & ipsas esse modicas admodum miror.*) *Modico*, scilicet simulachro. Id miratur, quòd alioqui iuncturæ ferè nullæ sint in grãdibus simulachris. [*Nónne simulachrum Iouis in arce è cupresso durat.*) Veteres codice, *Simulachrum Veiouis.*

¶ Cap. xliii. *Et dulcior in Punicis.*) Restituimus ex archetypis nostris, *Et dulciori in Punicis.* Sensus est, Quò dulciora poma, eò minùs viuacem esse arborem. [*Decem arbores metiens.*) *Mittens*, non, *Metiens.* [*Quod notatur & in spina fullonia.*) Scribo, *Quod verò in spina fullonia.* Pendet enim à præcedẽte verbo, *Gignatur.* [*Edendi ratio ætatis quadragenis diebus.*) Rectius, *Ea medendi ratio ætatis quadragenis diebus.*

EX LIBRO DECIMOSEPTIMO.
CAP III.

IN *Aquilonem obseruare vites & arbores poni suasere.*) Lege, *In Aquilonem obuersas vites.* ¶ Cap. iii. *Sed idem solum vbicunque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acriùs penè pascit, quàm vitiis. Affligit agricolam & carbunculus terræ, quæ ita vocatur. Emendari vitem hac terra putatur.* Longè emendatior, ac planior vetus lectio: id quod vel absque commõstratore cuiuis Latinè scienti perspicuum esse potest. Est autem hæc, *Sed idem solum vbicunque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acriùs penè, quam vitiis posset, affligit agricolam. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur.* Hæc lectio bellè quadrat & ad præcedentia, & ad sequentia. [*Item vites aduri, quod nõ anteà, Thracia sensit admoto Hebro.*) Nostra exemplaria verùs, *AEnos sensit.* [*Campos Rosciæ dixit Italiæ flumen esse.*) *Roseæ*, scribendum, vt est in veteribus. Virg. Et Rosea ruta Velini. ¶ Cap. viii. *Harenacea vtuntur, si aliqua non sit: in vliginosis verticibus, & si alia sit, vbi hos gentium solos nouimus*, &c.) Emendatior lectio, *Harenacea vtuntur, si aliena non sit: in vliginosis verò, & si alia sit. Vbios gentium solos nouimus*, & reliqua. Vbii Germanica gens erat, sed in Gallicam ripam à Romanis traducta, quo loco nũc est celeberrima Aggrippinẽsis Colonia. ¶ Cap. x. *Amygdalæ in argilla molli meridiẽ spectãti seri iubẽtur.*) *Amygdala*, legi debet, *Iubet*, nõ, *Iubentur.* Præcedit enim proximo versu, *Mago*, cuius hoc est præceptum. [Ac mox codẽ versu, *Gaudere & dura*, non, *Gaudere eas in dura.* [*Quo in genere & cùm parui sunt, auellunturi.*) Vetusti codices magno consensu habent, *Et cum perna sua auelluntur*, & ita meliùs cohæret cum his quæ sequuntur. [*Namque & huic principio eligi solum refert.*) Melius, *Nanque ad principium e.s.r.* [*Non omittẽdum naturæ miraculum, ex tam paruo gigni arbores.*) Magis placet vetus lectio, *Non omittendo naturæ miraculo.* Sic enim sæpe Plinius loquitur. ¶ Cap. xi. *Cato, si locus aquosus sit, inquit, latas pedes ternos: in fancibus imiſq; palmum & pedem.*) Restituimus mutata distinctione sic, *Latos pedes ternos in faucibus, imóque palmum & pedem. In faucibus*, id est, summa sui parte. *Imoq;*, id est, ima sui parte. [*Cato crassiorem quinque digitis non omisit. Idem ait, attinere meridianam cæli partẽ signari in cortice.*) Scribo, & distinguo, *Cato crassiorem quinque digitis. Non omisisset idem, si attineret*, &c. *Cato*, referri debet ad præcedẽs verbum, *Præcipiunt.* Et, *Non omisisset*, eleganti eclipsi dictum est, acsi dicat, ideò à Catone omissum præceptum hoc, quia nullius sit momenti. ¶ Cap. xii. *Illam inscitiam pudendã esse conueniet, & adultas inter se luctari iusto plus.*) Pudenda sanè inscitia locum hunc depraua tum apparet, cùm in antiquis voluminibus rectè legatur, *Adultas interlucare iusto plus.* Interlucari autem arbores dicuntur, quoties adempta ramorum parte, quantùm opacitati earũ detrahitur, tantùm luci accedit, vnde & Interlucare, dictum. ¶ Cap. xiiii. *Ne excutiatur in vento, ne cortex à ligno decidat alterutri.*) Vetus lectio, *Ne exacuatur inuẽto, ne cortex à ligno decedat alterutri.* Præcessit enim, *Calami exactio medullam ne nudet.* ¶ Cap. xv. *Atque vt gemmascere incipiens ligetur calamus.*) Legendum pro, *Ligetur, Legatur.* [Ac mox, *Vt inde potiùs distillaret mucor*, vbi, *Humor*, pro, *Mucor*, legebatur. ¶ Cap. xvii. *Autúno ablaqueato, & stercus adijcito.*) Lege. *Addito*, non, *Adijcito.* Sic enim Caro loquitur. [*Vt eadẽ olineta consẽt.*) Integra lectio est, *Vt eius eadem olineta constent.* Sic suprà lib. 16. capite secundo, *AEuis roborum vastitas intacta.* Eiusdem capite 36. *Durántque eius tecta alta.* Mirúmque, quæ Pallas castigatori hanc mentem dederit, vt eam vocem vbique aut omitteret, aut deprauaret. [*Confessa enim de tempore serendi æquè ratio est, vêre & autumno. Id ex magna parte fieri decreuere.*) Rectiùs in archetypis legitur, & distinguitur, hoc modo, *Connexa enim de tempore serendi æquè ratio est. Vêre & autũno id magna ex parte fieri decreuere.* [Ac mox, *Naturæ totius*, nõ, *potiùs.* [*Ideò faciles corticum esse amplexus.*) Illic habetur, *Complexus.*

¶ Cap. xx. *Ideò nucibus potiùs, quàm radice, p.c.i.*) Scribo, *Potiùs, quàm viuiradicibus.*

¶ Cap. xxi. *Et prædictis velut armamentis vinearum.*) Hęc verba, quæ nescio quis fini præcedentis perperàm assuerat, huius capitis initio adposuimus, meliùs hîc cohærentia. [*Id enim, cùm decisi, nec intorti trigemmes.*) Lege, *Idẽ cũ decisi.* [Paulò post pro, *In area*, restituimus, *Marra.* [*Oculorũ exinde materia emicat cũ aqua, trigesimosexto mense viuiradix transfertur.*) Scribo & distinguo, *Oculorum inde materia emicat, cum qua xxxvi. mense v.t.* [*Detraxere hoc experimenta seminarij curáque. Sequitur vinearum ratio.*) Distinguendum, *Detraxere hoc experimenta. Seminarij curam sequitur v.r.*

¶ Cap. xxii. *Sulco latitudo palæ est.*) Lege addendo, *Sulco latitudo palæ sat is est.* [Eodẽ versu, *In quanque partẽ*, non, *Quancunque.* [*Quæ ex his longiores fient, vt vites binas accipiant.* [*E diuerso aliæ labuntur.*) Antiqua lectio, *Qui ex his longiores fient, vt vites binas accipiant è diuerso, aluei vocabuntur.* [*Intra biennium autem fructus.*) Malui veterem lectionem, *Interest autem biennium fructus, quò tardiùs in sato prouenit, quàm in translato.* [*Ideò vtriusque fructum tardum, præterea retorridum & nodosum puluinosúmque reddi incremento.*) Alia lectio antiquior, in quam exemplaria consentiunt, sic habet, *Id vtrunque fructum tardum præterea retorridum & nodosum reddit, pumilionum incremento.* [*Operarum ista computatio est. In latifundijs verò legitima naturæ festinatio.*) Vetus lectio, *Operarum ista computatio est in latifundiis, nõ legitima nat. fest.*

¶ Cap. xxiii. *Et vlmus detruncata & media inter ramorum scamna digeritur.*) Legendum, *In ramorum scãna.* [*Meridianum Solem spectare palmites debent.*) Nõ malè est in manu scriptis, *Spectare palmæ debent.* Nam sequitur mox, *Rami à proiectu digitorum modo subrigi.* nec de vitibus loquitur, sed de arboribus, quæ vitibus maritantur. [*Traduces Gallica cultura binis vtrinque lateribus, si pedum quadrageno distent spatio, quaternis viceno, inter se obuij miscentur alligantúrque vno conciliati, virgultorum comitatu obiter ligati quà deficiant. Aut si breuitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem iunco.*) Repræsentabimus & hîc veterem lectionem, quam veriorem esse certè illi facilè iudicabunt, quibus id culturæ genus visu cognitum est, etiam hodie in ea Italiæ parte frequens. Nam de Cisalpina Gallia loquitur. Est autem talis, *Traduces Gallica cultura bini vtrinque lateribus, si pes quadrageno distet spatio, quaterni si viceno, inter se misceantur alligantúrque vnà conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati, quà deficiant, aut si breuitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem vnco.* [*Sed quia vilitate redituum impendia exuperent.*) *Reditum*, non, *Redituum.* Vilitas enim de vino intelligi debet. [*Cartosíque tantùm vitis partes incipientes marcescere deputando.*) Antiqua scriptura, *Incipientes inarescere.* [*Quoniam certa latera est facilius abscondere, quàm detorquere, quò velis.* [*Plagas in arborum tonsura supinare, velut calices faciendi.*) Satis apparet depraua torem hunc neque iteraturam calluisse, nec agriculturam. Reponenda igitur ex vetustis exemplaribus incorrupta lectio, & hoc modo distinguendũ, *Quàm detorquere, quò velis, plagas. In arborũ tonsura supiniore velut calices faciẽdi, ne consistat humor.*

¶ Caput xxiiii. *Itaque per hyemes cæli rigorem probamus. Non enim solùm infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ.*) Verior lectio, & cum proximè præcedentibus Plinij verbis meliùs cohærens, est hæc, *Itaque per hyemes cæli rigorem probamus, non soli. Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur sed maximæ.* [*Vnde partium adhibita societate, nominum quoque cum hominum miserijs.*) Castigauimus ex fide manu descriptorum, *Vnde partium debilitas, societate nominum quoque cum hominum miseriis.* [*Idq; aues corticis sono experiuntur.*) Adde, *Caui. Aues caui corticis sono experiuntur.* [*Quapropter & grando in iis causis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit.*) Deest cõiunctio, *Et. Et pruinarum iniuria euenit.* Sũt enim tria diuersa mala. [*Nascitur hoc malum tempore humido & lento.*) Lege, *Tepore humido.* [*Quod araneum vocant.*) *Quod*, particulam scriba de suo adiecit. Legendum (*Araneum vocant*) per parenthesin. Idem peccatum scribarum aliis locis, nec in hoc solo autore, deprehendere licet. [*Ibi autem & in reliquis partibus.*) Malè detracta est coniunctio, cùm scriptum sit, *Et ibi autem, & in reliquis partibus.* [*Intereunt pleraque excisa stirpe.*) Lego, *Et scissa stirpe.* [*Olfactrix enim intelligitur, & tangi eam odore mirum in modum.*) Vetus scriptura molliùs, *Olfactatrix enim intelligitur, & tangi odore mirum in modum.*

¶ Cap. xxv. *Inter vitia arborum est & prodigiis locus.*) Et hîc nescio quis tres primas huius capitis voces fini præcedentis assuerat.

¶ Cap. xxvi. *Autumno varia, & hoc est ex natura soli.*) Scribo, *Varia, & ex natura soli.* [*Cæterùm matore in parte orbis etiam pluuia aut in omni aqua seri & arari non conuenit.*) Antiqua lectio manu scriptorum voluminum,

Etiam pluuias autumni aquas eruari conuenit, quod ſanè ęgrè ad præcedentia de Hiſpanorum vindemiis verba quadrat. [*In Sulmonenſi Italiæ agro Fabiano.*) Lege addendo. *In Sulmonenſi Italiæ agro, pago Fabiano.* [*Tanto magis ſi niues ſcateant.*) Quis vnquam vel vidit, vel legit niues ſcatere? Vſque adeò nihil referre putant iſti, quem ſermonem etiam facundiſsimis autoribus affingant. Scribi debet, *Si nives iaceant.*

¶ Cap. xxvii. *Et ab ima parte circunforato defluens pituita abſtrahatur.*) *Abſtergeatur*, nõ, *Abſtrahatur.* [*Similis ſtercoratio. Gaudẽt ea*, &c.) Melius, *Similis fimi ratio. Gaudent ea*, & reliqua. [*Eo anno violenta, proximo dulcia futura.*) Lege, *Vinolenta.* De punicis loquitur.

¶ Cap. xxviii. *Multi talpas amurcant.*) Lege addendo, *Multi & has, & talpas. Et has*, ſcilicet formicas, quarum mentio proximè præcedit. [Vltimo verſu legendum, *Cuius rei rationem quoque eodem volumine tradidit.*

EX LIBRO DECIMOOCTAVO.

CAP. I.

Tenebris quoque & ipſarum noctium quieti inuidentium gemitu.) Neſcio quis detraxit vnum verbum minimè hoc loco ſuperuacaneum. Legendum enim, *Tenebris quoque ſuis*, &c.

¶ Cap. iii. *Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerunt.*) Lego, *Inuenerat.* Eſt enim paternus caſus, *Pilũni*, ſicut mox, *Piſonis.* Et vnus tantùm apud autores Latinos memoratur Pilumnus, qui ob hoc ipſum inuentum ſuum à priſcis conſecratus eſt. [*Ludos boum cauſa celebrantes, Bupetios vocabant.*) Vetus ſcriptura, *Bubetios.* [*Noxámve duplionémve decerni.*) Antiqui cod. *Noxiámve*, & ſic alibi quoque. [*Marci quidem Curij poſt triumphos.*) *Manius*, eſt verum prænomẽ huius Curij. [*Et quidem vt tradit Norbanus nudo.*) In huius libri indice, vbi recenſet Plinius quos autores ſequatur, nullus eſt Norbanus, & in manu ſcripti exemplaribus tantùm eſt, *Et quidem, vt traditur, nudo*, nulla omnino Norbani hoc loco mentione. [*D. Syllanus ſapientiæ compoſitiſſimæ. Quos ſequeremur præteximus in hoc volumine.* Hæc duo verba, *Sapientiæ compoſitiſſimæ*, neque apte cohærent Syllano, & alioqui ſunt depravata. Incorrupta lectio eſt hęc, *Sapientes verò complures, quos ſequẽtes prætexuimus in hoc volumine.* Aliquot, inquit, reges & duces ſcripſerunt de agricultura; ſapientes verò, id eſt, philoſophi, complures.

¶ Cap. vi. *Nouiſſimus villam in Miſenenſi poſuit C. Marius ſepties Conſul, ſed peritia caſtrametandi, ſicut comparatus ei in cæteris etiam Sylla Felix, quos cæcos fuiſſe dicere cõgenit. Nec iuxta paludes ponendam eſſe, neque aduerſo anno.*) Næ hic caſtigator magno conatu magnas nugas attulit. Nunc vide germanam lectionem. *Sic vt comparatos ei cæteros etiam Sylla Felix cæcos fuiſſe diceret.* Cæcos ideò, quod cùm Marius nouiſſimus in Miſenenſi villã ædificaret, tamen commodiſſimo eam ſitu poſuit, quẽ alij præoccupare neglexiſſent ob imperitiam eligendi. Id teſtimonium eò grauius fuit, quia ab inimico prolatum. [Poſtea ſequitur, *Conuenit nec iuxta pal.* &c. [*Non fraudabo magnitudine hac quoque ſua Cn. Pompeium.*) Vera lectio, *Non fraudando magnitudine hac quoque ſua Cn. Pompeio.* Quæ locutione per ſeptimum caſum cùm ſæpe Plinius vtatur, tamen caſtigatores ferè ſemper mutare eam auſi ſunt. [*Omnium ſententijs abſolutus itaque eſt. Profectò opera non impenſa cultura conſtat.*) Diſtinguendum aliter, hoc modo, *Omnium ſententijs abſolutus. Itaque eſt profectò, opera non impenſa cultura conſtat. Frutecta igni optimè tolluntur.*) Lego, *frutecta.* Sic enim à frutice frutectum denominatur, ſicut à carice carectum. [*Humidum agrum foſſione concidi.*) Melius, *Focis concidi.* [*Foſſas autem retuſis locis apertas relinqui, in ſolutiore terra ſepibus firmari, imbricibus ac ſupinis lateribus procumbere.*) Malè tractato loco ſuccurrimus auxilio veterum codicum hoc modo, *Foſſas autem cretoſis locis apertas relinqui, in ſolutiore terra ſepibus firmari, ne procidant, aut ſupinis lateribus procumbere.* Hæc lectio longè eſt planior. Cretoſum enim ſolum opponit ſolutiori, & pro natura terræ foſſas alia atque alia latera habere debere præcipit. [*Ora vtrinque lapidibus ſtatuminari.*) Plenior antiqua lectio, *Ora autẽ earum binis vtrinque lapidibus ſtatuminari.*

¶ Cap. vii. *At communis quadrupedum hominúmque vſui lupinus.*) *Commune lupinum*, neutro genere, legi debet. [*Sed nullum frumento ponderoſius.*) Lege, *Sed nullum frumentum ponderoſius eſt*: nam Plinius milium quoque frumenti genus facit, vt ex quo tum panem ruſtica plebs conficeret, cùm hodie in pulte ſit eius vſus, in panificio perrarò. [*Et fortunatam Italiam frumento caneſcere candido.*) Magis conuenit, *Canére*, quàm, *Caneſcere*, inchoatiua forma, nec habent inchoatiuum vetera exemplaria. [Sequenti verſu lege, *Peculiaris hodiéque.* [*Adiycit ſex libras.*) Vetus lectio, *Adiycit Sardum ſelibras*, quod veriſimilius eſt, cùm ſequatur, *Bæoticum totam libram addit.* Porrò, *Selibras*, diſtributiuè dixit. [*Lex naturæ certa eſt in quocunque genere. Pani militari tertia portio ad grani pondus accedit. Sicut optimum eſſe frumentũ quod in ſubactu congium aquæ capiat.*) Emẽdata lectio, *Lex certa naturæ, vt in quocunque genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat, ſicut optimum frumentum eſſe, quod in ſubactu congium aquæ capiat.* [*Quibuſdam impermixtis, vt Cyprio & Alexandrino.*) Rectiùs, *Quibuſdam in binis mixtis.* [*In Bætia & Africa genus.*) *In Batica*, non, *Bætia.* [*Seri non valet, niſi in ſicca & ſt.*) Elegantius, *Seri non vult.* [*Quod quadrageſimo die, quod ſatum eſt, matureſcit.*) Lege, *Quam ſatum eſt.* [*Proximum trimeſtri, quod eſt minimè ponderoſum, tritico.*) Scribo, *Proximum è trimeſtri quodam minimè ponderoſo tritico.* [*Probatur autem leuitate, & lũore, atque vt recens ſit. Iam & Catonis dicto, apud nos hordei farina ad medendum vtuntur.*) Verior antiqua lectio, *Atque vt recens ſit, iam & Catoni dictum. Apud nos hordei farina & ad medendum vtuntur.* Significat autem amylum, tametſi rem exoticam, tamen iam tum ætate Catonis Romæ fuiſſe notum. [*Ignibus durato, ac poſteà emollito.*) *Mollito*, non, *Emollito.* [*Ita ſapientes agricolæ triticum cibarijs tantùm ſeruat.*) Legendum, *Itaque ſapientes.* [*Quod in Hiſpania & Carthagine Aprili menſe collectum eſt.*) Lego, *In Hiſpaniæ Carthagine.* Ea eſt Carthaginenſium colonia, ab aliquibus Noua, ab aliis Spartaria cognominata.

¶ Cap. viii. *In AEgypto autem & Syria, Ciliciáque & Aſia, ac Græciæ parte peculiares.*) Nec hîc operæpretiũ erat mutare veterem lectionem hanc, *AEgypto autem, & Syriæ, Ciliciæq́, & Aſiæ, ac Græciæ peculiares.* [Et mox, *AEgyptus ſimilaginem conficit è tritico ſuo, nequaquam Italiæ parem.*) Scribo, *Italicæ.* [*Obſidionis famem deſcribens.*) *Famem exprimens*, eſt in emendatis codicibus. [*Pulte fritilla conficiuntur.*) Legendum, *Fitillæ*, atteſtante Arnobio libro aduerſus gentes ſeptimo.

¶ Cap.

¶ Cap. ix. *Et cibarij tria, furfurum ſemodium.*) Melius, *Furfuráque ſemodius.*

¶ Cap. x. *Tritico nihil eſt fertilius: hoc enim natura ei attribuit.*) Vetus lectio, *Hoc ei natura tribuit.* [Sequenti verſu eſt, *Byzatio Africæ campo*, non, *Byzantio.* [*Triticũ antè perfundi aqua multa iubet, poſteà euelli, deinde Sole ſiccatum pilo repeti.*) *Euelli*, hîc male conuenit, vbi de piſtrinis ſermo eſt. Magis placet, quod habent vetera exemplaria, *Eualli*, ſicut paullò pòſt iterum eodem verbo vtitur Plinius. *Et ipſa autem*, inquit, *quæ euallantur, variam piſturarum rationem habent.* Acus vocatur cùm per ſe pinſitur ſpica. Eualli frumentum intelligo, dum repurgatur modò, non etiam frangitur. Id Baſilienſes molitores vernacula ſua lingua, *Renlen*, dicunt: quomodo alij vocent, neſcio. ¶ Cap. xi. *Cùm fieret autem panis hordeaceus, eruiliæ, aut ciceruelæ admiſtione fermentabatur.*) Abſurda lectio, reſtituenda ad vetum ſic, *Eruiliæ aut ciceruelæ farina ei præfermentabatur.* hoc eſt, ex eruiliæ aut ciceruelæ farina fermentum ei præparabatur. [*Vulgò verò nec ſuſſeruere faciunt.*) Lege, *Sufferuefaciunt*, cõpoſita dictione. [*Cùm apud veteres ponderoſiſſimo cuique, præcipuo tritico, ſalubritas perhibita ſit.*) Craſſum hercle erratum, pro, *Ponderoſiſſimo cuique tritico præcipua ſalubritas.* [*A feſtinatione, vt ſpeuſici.*) Imò, *Speuſtici.* [*Non pridem etiam è Parthis aduecti.*) Lege, *E Parthis inuecto*, alias oratio erit parùm congrua. [*Durat ſua Piceno in panis inuentione gratia, ex alicæ materia ciũ nouem diebus macerata, decimo ad ſpeciẽ tracta, & ſubacta vuæ paſſæ ſucco eſt. Ibi poſteà in furnis ollis inditæ quæ rumpantur ibi, torrent.*) Admetiar & hîc totidẽ verbis veterem lectionẽ: ea per ſe ſatis coarguet iſtam ſuppoſititiam. *Eum nouem diebus macerant, decimo ad ſpeciem tractæ ſubigunt vuæ paſſæ ſucco: poſteà in furnis, ollis inditum, quæ rumpantur ibi, torrent.*) Vetus tractæ vocabulo & Cato ca. 67. [*Galliæ ſetis equorum inuenere, Hiſpaniæ lino.*) Scribe, *Galli è ſetis, Hiſpani è lino.* [*Sed inter hæc dicatur prima & alicæ ratio.*) Melius manu deſcripti libri. *Sed inter prima dicatur & alicæ ratio. Inter prima*, ſicut, In primis. [*In Campania tamen laudatiſſimus campus eſt mõtibus ſubiacens.*) Lego, *Laudatiſſima*, & aliter diſtinguo, *Sicut Veronenſi. Piſanóque agro, in Campania tamen laudatiſſima.* Deinde eſt nouæ orationis initium, *Campus eſt ſubiacẽs montibus. Extáque D. Auguſti decretum, quo anno ad vicena millia.*) Scribe, *Quo annona v.m.* [*Alica adulterina fit maximè è zea.*) Rectius, *Alica adulterina fit, maximè quidẽ è Zea.* [Ac mox legendum, *Difficulter deterunt vtriculos*, non, *Conterunt.*

¶ Cap. xii. *Ob hoc Pythagorica ſententia dãnata: vel, vt alij tradidere, quoniam mortuorũ animæ ſunt in ea.*) Vetus lectio, *Ob hæc Pythagorica ſententia damnata: vt alij tradidere, quoniam mortuorum animæ ſunt in ea.* [*Eſt enim arietino capiti ſimile, vnde ita appellatur. Album, nigrúmque eſt & columbinum, quod alii venerium vocant, cãdidum, rotundum, leue. Arietino minus, quod religio peruigiliis adhibet. Eſt & cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habẽs, veluti piſum.*) Hæc partim ſunt depravata, partim (quod non leuius eſt crimen) perperàm diſtincta: quamobrem totam orationem retexam. *Eſt enim arietino capiti ſimile, vnde ita appellatur, album nigrúmque: eſt & columbinum, quod alii venerium vocant. candidum, rotundum, leue, arietino minus, quod religio peruigiliis adhibet. eſt & cicercula minuti ciceris, inæqualis, angulóſi, velut piſum.* [*Siliquæ rotundæ ciceri, cæteríſque leguminum longæ.*) *Que*, redundat.

¶ Cap. xiii. *In tranſcurſu eas attigere noſtri.*) Scribo, *Ea*. Sunt enim rapa Plinio vbique neutri generis: ſicut mox. [*Quadrupedes & fronde eorum gaudent*, non *Earum.* [*Maſculinum, fœmininúmque.*) Antiqua ſcriptura, *Maſculũ fœmininúmque.* [Ac rurſum *aũdis aũ*, *Rapam lætiorem*, pro eo quod rectè erat, *Rapa lætiora.* [*Quota Luna procedente hyeme nix prima ceciderit.*) Scribe ndum, *Præcedente.*

¶ Cap. xiiii. *Et vnum hoc ſeritur non arata, vbi fuerit maximè ſabuloſa.*) Incorrupta lectio, *Seritur non arato: querit max. ſ.* &c.

¶ Cap. xv. *Degenerãque ex leguminibus cracca.*) Lege, *Degenerãſque*, nam & hæc pabulum eſt. [*Marris à ſolo radi.*) Melius, *Ad ſolum*, quemadmodũ dicimus, Ad viuũ radi. [Ac mox, *Ita reliquæ*, non, *Itaque.* [Et paulò pòſt, *Deplere ſanguinem*, non, *Repellere.* Sunt enim contraria, Deplere, & Replere.

¶ Cap. xvii. *Quippe cùm Germaniæ populi edant eã.*) Melius, *Serant eã.* Frumentum eſſe probat, quòd cultura proueniat.

¶ Cap. xvi. *At in Bactris, Africa, Cyrene, omnia hæc ſuperflua: quæ fecit indulgentia cæli.*) Syncera lectio, *Omnia hæc ſuperuacua fecit indulgentia cæli.*

¶ Cap. xxii. *Vt merſis capitibus totis eas querãt viribus.*) *Viribus*, abundat. Satis eſt, *Merſis capitibus totis.* & atteſtãtur antiqui codices. ¶ Cap. xxiii. *Niſi hic malè ſubtrauiſſe pecari colonum appareat.*) Integra lectio, *Niſi hoc cõtingat, malè ſubſtrauiſſe pecori. col. app.*

¶ Cap. xxiiii. *Id enim optimum, quoniam grauiſſimum, neque alio modo vtilius diſpergitur.*) Antiqua ſcriptura, *Vtilius diſcernitur.* [*Nihilque contrarium præripere quadam falſa diligentia.*) Hæc verba neque cohærent enim ſuperioribus, neque ſenſum habent probum. Germana lectio eſt, *Idq́ in contrarium præcepere quidam falſa diligentia.* [*Spes ardua & immenſa, miſereri poſſe cæleſtem diuinitatem imperitiæ, ſed contemplanda tamen, grandi vitæ emolumento.*) Poſteriora verba aliter leguntur in vetuſtis exemplaribus, nempe ſic, *Sed tentanda iam grandi vitæ emolum.*

¶ Cap. xxv. *Foueas aperire, aquam de agro pellere.*) Vetus lectio, *Incilia aperire, aquam de a.p.* [*Bubus glandem tunc aſpergi conuenit, in iuga ſingula modios* CCXL.) Ipſa abſurditas numeri faltam ſcripturam coarguit. Tollendus eſt omnino, cùm abſoluta ſit locutio etiam abſque eo, q.d. iugatim ſingulos modios. [*Non vtique* VI. *Idus, Febr. ſed ſiue antè quàm ver præuenit, ſiue poſtquàm hyemarit.*) Confer veterum codicum lectionem, & ſenties quantò pulchriùs cùm ad præcedentia, tùm ad ſequẽtia quadret. Illic ſic legitur, *Sed ſiue antè, quando præuernat, ſiue pòſt, quando hyemat. Quando præuernat*, hoc eſt, quando præmaturè ver incipit: *Quando hyemat*, hoc eſt, quando hyems nondum deſæuit. In priore verbo elegans eſt cõpoſitio, poſterius ex Græco *χειμάζειν*, tranſlatum eſt. ¶ Cap. xxvii. *Dedi ecce tibi herbas horarum indices: & vt ne ſic quidem oculos tuos à terra reuoces, heliotropium ac lupium circumaguntur cum Sole.*) Antiqua ſcriptura melius, *Et vt ne ſole quidem oculos tuos à terra auoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur tum illo.*

¶ Cap. xxviii. *Itali fœnũ ex dextera vna manu ſecant.*) Reſtituimus ex noſtris manuſcriptis, *Italus fœniſex. vm ſecat.* [*Ex hoc vſque ad brumam decreſcunt dies, qui creuerunt ſex menſibus. At Sol ipſe ad Aquilonem ſcandens, aſper, arduæ emenſus ab ea meta incipit flecti.*) Hæc lectio aliquot manifeſta errata habet: in vetere nihil eſt offenduculi. *In hoc vſque, à bruma dies creuerunt ſex menſibus. Sol ipſe ad Aquilonem ſcandens, ac per arduæ eniſus,*

Contrà phlegmon ipsos illinire tusos vtile. Inchoantibus verò recentem corticem cum melle.) Hic fœdissimam depravationem sustulimus, aduti exẽplaribus antiquis. Legendum enim, *Aquam foliis eius decoctis bibere, vel succum ipsius cyathis binis contra phthiriases: Phlegmoni ipsos illinire tusos, liuori verò recenti corticem cum melle.* Nec est necesse addere hanc dictionem, *Vtile.* Pendet enim oratio à præcedenti verbo, *Prodest.* [*Cæterùm cerastis scorpionibus aduersatur, vel ipso semine infectis manibus impunè tractantibus. Impositò rhaphano scorpionibus moriuntur.*) Nõ multò minùs hunc locum depravator tractauit. Castiganimus, vnde & priorem, hoc modo, *Cætero scorpionibus aduersatur: vel ipso, vel semine infectis manibus impunè tracta bis: impositoq; raphano scorpiones moriuntur.* [*Hydropicis quoque & aceto & sinapi sumpti.*) Scribo, *Ex aceto aut sinapi sumpti.* [*Hippocrates capillis mulierum defluos fricari raphanis.*) Vetus lectio, *Capitis mulierum defluuia fricari.*

¶ Cap. v. *Et Phagedenas hulcerum sistit recens cũ melle impositum. Vel aridæ farinæ insperſam radicem eius Dieuches,* &c.) Lege, & distingue sic, *Et phagedenas hulcerũ sistit recens cum melle impositum, vel aridæ farina insperſum. Radicem eius Dieu.* &c. [*Inde quoque est proverbium.*) Meliùs, *Indéque est proverbium.* [*Similimam staphylino herbam serit, quam alij gingidion vocant. Tenuius tamẽ & amarius, eiusdémque effectus est coctum crudúmque stomachi magna vtilitate.*] Ex his verbis intelligitur, gingidion coctum eiusdẽ effectus esse, cuius crudum. Atqui Plinius aliud dicit, videlicet gingidij eundem esse effectum, quem staphylini. Sed nihil mirum, si depravatis verbis & perpràm distinctis etiam sensus vitiatus est. Proinde lectiùs legitur hoc modo, *Quam alij gingidion vocant, tenuius tantùm & amarius, eiusdémque effectus. Estur coctum crudúmque, stomachi magna vtilitate.* [*Fastidium absterget.*) *Absterget,* grammatista nescio quis mutauit in, *Absterget,* quasi verò alterum Latinè dicatur. [*In eadem sententia est Diocles.*) Lege addendo, *In eadem sententia est & Diocles.* [*Heraclides contrà argentum viuũ dedit, & Veneri subinde offensantem, agrisque se recolligentibus. Hunc Hicesius ideò stomacho vtilem videri dixit, quoniam nemo tres ciceres edendo continuaret: esse tamen vtilem conualescentibus ad vitam transeuntibus.*) Primùm, *Offensanti,* legẽdum pro, *Offensantem:* deinde particula, *Hunc,* superfluit: præterea, *Vtile,* bis mutatum est in, *Vtilem,* non recte. Apparet enim cicer inter illa nomina connumerari, quæ genus cum numero mutant. Superius enim dixerat. *Cicer erraticum satiuo simile est.* Sed grauissimum erratum, quod nescio quis pro, *Ad vinum transeuntibus,* scripsit, *Ad vitam transeuntibus,* non sentiens verba hæc de hydropsia ægrotum & œnopsia intelligenda. [*Et quoniam plerosque similitudo nominum Græcorum confundit, contexemus & de sesili.*) Vetus lectio hic, & in Indice, *De sili,* nec erat necesse Græcam vocem pro Latina supponere: quod enim Græci medici, σέσελι μακεδονικὸν vocant, apud Marcellum, qui sub Theodosio florut, Sil Massiliense legitur. Qui mutauit lectionem putabat Sil pigmenti tantùm nomen esse, cùm sit vox polysema. [*Boũ morbis medetur, vel si contritum infunditur.*) Satis erat, *Boum morbis tritum infunditur:* nec egebãt Pliniana verba tali interpolatore. [*Siccata autem in vmbra farina tussi & conuulsis, & instationibus, & arterijs medetur.*) Legendum, *Siccata autem in vmbra farina tussi, & conuulsis,* &c. [*Satiuo olfactu ipso & delacrymationi, & caligini medentur, magis verò succi inunctione.*) Caligini tantùm his verbis remedia tradũntur, si legamus ita, vt Plinius scriptũ reliquit, nempe sic, *Olfactu ipso & delacrymationi caligini medentur.* Significat delacrymationem acrimonia cæparum excitam oculorum caligini prodesse. [*Purgamenta quoque earum cremata in cinerem illinentes ex aceto serpentium morsibus inter ipsáque multipedes ex aceto.*) Dele, *Inter,* & pro, *Multipedès,* repone, *Multipedæ.* scil. morsibus, *Ipsásque,* videlicet cepas. [*Et si succum ieiuni quotidie edant.*) *Succum,* superuacanea dictio. [*Stomacho vtilia esse, ac spiritus agitationi.*) Lege, *Stomacho vtilia esse spiritus agitatione.* Apparet eundem castigatorem supra in hoc ipso capite ex, *Delacrymatione,* fecisse, *Delacrymationi.*

¶ Cap. xvi. *Porro sectiuo profluuia sanguinis sisti in naribus, contrito eo obturatis.*) Scribo, *Porrum sectiuum profluuia sanguinis sistit, naribus contrito eo obturatis.* Neque enim hoc ita, vt superius, ex autoritate Varronis refert: sed transitum facit ad aliam speciem, quemadmodum est videre in emendatis exemplaribus. [*Hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humor emanans.*) Lege. *Perpetuo humore manans.* Epinyctidis est descriptio. [*Sanguinem reijcietibus succus eius cum caule, aut thuris farina, vel acacia datur.*) Scribendum, *Cum galle aut thuris farina.* [*Allio magna vis, magnæ etiam vtilitates, contra aquarum & quorumlibet locorum mutationes.*) In vetustis voluminibus nec, *Etiam,* est, nec, *Quorumlibet.* [*Acoritum, quod alio nomine pardalianches vocatur, depellit: item hyoscyamum: contra canum morsus. Inij, vulnera cum melle imponitur.*) Vetus & syncerior lectio, *A.q.a.n.p. vocatur, debellat, item hyoscyamum, canum morsus, in quæ vulnera,* &c. [*Attritis corporum partibus, vel intumuerit.*) Scribendum, *Vel si in vesicas intumuerint,* hoc est, Etiamsi vesicas produxerint attritæ partes. [*Vel si decocta aqua colluantur.*) *Decocti,* non *Decocta.* Porrò si indicare pergam quotiescunque in distinguendo peccatum est, vereor ne Lectori tædiosum sit. [*Sic & voci plus confert.*) *Plus,* redũdat. [*Aut si sanguis etiam excreetur, vel purulenta sint. Et pituita sub prunæ coctum, potum, & cum mellis pari modo sumptum.*) In antiquis voluminibus tantùm est, *Aut si sanguis excreetur vel purulenta, sub pruna coctum, & cum mellis pari modo sumptum.* Cætera verba satis apparet esse migatoris alicuius additamenta. [*Quartanas quoque excutere potum caput vnum cum laserpitij obolo. In vino austero. Tussim & alio modo, ac pectorum suppurationes quantaslibet sanat, fractæ,* &c. Sensus est, Tussim & hoc modo sanari, & illo altero remedio, iam contra quartanas dicto. [*Iumentis vrinam reddere, atque non torqueri tradunt.*) *Iumenta,* non *Iumentis.*

¶ Cap. vii. *Huius lac expissatum.*) Scribe, *Spissatũ. Thyrso & foliis scabritia.*) Vetus lectio, *Et ipso & foliis scabritia. Ipso.* scil. caule, quod nomen proxime præcedit. [*Quidam & satiuis colligunt succo minùs efficaci.*) Meliùs legetur, *Quidam & è satiuis colligunt succum minùs efficacem.* [Et tertio inde versu, *Nunc non paucæ restant. Nunc* superfluit. [*Nec nulla res maiorem in cibis auiditatem incitat inhibétque. Eadem in causa alterutrinque modus.*) Lege & distingue, *Nec vlla res in cibis auiditatem incitat inhibétque eademin causa alterutráque modus est.* Nunc pulchrè cohærebit, quod sequitur, *Sic & aliũ copiosiores solunt, modicæ sistunt.*

¶ Cap. viii. *Nigræ radices ita in aqua coctæ, pruriginem tollunt.*) Lege, *Porriginem tollunt.*

¶ Cap. ix. *Ergo vel cum vino tritam sorbendam, vel ex olei intinctu sumendam.*) Incorruptior lectio, *Ergo vel cum his tritam sorbendam, vel ex hoc intinctu sumendam.* Pendet enim hæc oratio à præcedente. [*Et alij compescere mala corporis.*) Lege addendo, *Et alij verò.* [*Semen eius totum auxiliatur contra serpentes, fungorúmque venena. In tauri sanguine folia cocta splenetici sque in cibo data, & cruda illita cum sulphure & nitro, prosunt.*) O bellum medicum! hic nimirum tauri sanguinem etiam pro antidoto præberet. Germana lectio est hæc, *Contra serpentes, fungorúmque venena, & tauri sanguinem. Folia cocta splenetícis in cibo data,* &c. [*Nervis vtiles. ideò & paralyticis dantur. Luxata in pedibus. Qui sunt ruffi ex his citissimè sanant.*) Lege & distingue, *Ideò paralyticis dantur. Luxata in pedibus, qui sunt ruffi,* &c. [*Elixos asis minùs vtiles esse adiicunt.*) Scribo, *Adiicit,* scilicet, *Diocles.*

¶ Cap. x. *Vesicæ quoque nisi coctũ aqua. Si canibus detur, occidi eos.*) Distingue, & castiga sic, *Vesicæ quoque nisi decoctum: quæ aqua si canibus detur, occidi eos.* Alioqui canes non vescuntur asparagis.

¶ Cap. xi. *Verùm apud eruditos non aliud erutum terra in maiore sententiarum autoritate est.*) *Varietate,* non, *Autoritate.* [*Nam id defunctorum epulis feralibus dicatum existimatur. Ipsius quoque visus claritati inimicum.*) Lego, *Epulis feralibus dicatum esse, visus quoque claritati inimicum.* Nã hoc ex Chrysippi & Dionysij autoritate refertur: ideóque meliùs per infinitum legitur absque verbo existimatur. [*Semen datur ex tribus cyathis ex vino albo.*) Antiqua scriptura potior, *Semen datur & arquatis ex vino albo Arquatis,* id est, ictericis.

¶ Cap. xii. *Ocimum quoque Chrysippus grauiter increpuit, inutile esse dicens stomacho, vrinæ, oculorum quoque claritati.*) Duo verba, *Esse dicẽs,* aliquis de suo adiecit, mirũ ni elegantiæ causa. [*Alij verò si eo die feriatur quispiam à scorpione, qui ederit ocimum, sanari non posse.*) Vera lectio, *Afri verò, si eo die feriatur quispiam à scorpione, quo ederit ocimum, seruari non posse.* [*Secuta ætas aliquiter defendit.*) Rectiùs, *Acriter defendit.*

¶ Cap. xiii. *Sextius adijcit, hoc serpentes fugare.*) Vetus lectio. *Sextius adiicit, vũtum serpentes fugare.* [*Multi succo eius cum melle attrito inũcti.*) Lege. *Cum melle Attico.* [*Dederunt & cũ bitumine trifrictã.*) *Infriatam,* nõ. *Infrictã.* [*Itẽ vitiligines vel rugas, strumas, & similia cum hircino & adipe fuillo.*) Codices veteres, *Itẽ vitiligines, verrucas, strumas, & similia, cum strychno & adipe fuillo.*

¶ Cap. xiiii. *Iis commanducatis & impositis sanari elephantiam, sicut Magni Pompeij ætate fortuito cuiusdam experimento propter pudorem facie illita compertum est.*) *Elephantiasin,* nõ, *Elephantiam,* hunc morbum Plinius vocare solet. Legendum igitur pro, *Elephantiam sicut, Elephantiasin,* & bene habebit tota oratio. [*Mentæ ipsius odor animum excitat & sapor auiditatẽ in cibis: ideò in mãmarum mistura familiares ipsæ accessere, vt coire densérque lac non patiantur.*) Tota via aberrarum est. Vera lectio est hæc, *Ideò embammatum mistura familiaris. Ipsa accessere ac coire densérque lac non patiãtur.* Embammata Græcè vocantur inunctus. ad exercandam orexim inuenti. [*Recentis succus narium vitia spiritu subducto emendat.*) Scribo, *Spiritu subductus.* [*Impetigines quoque, vel si teneatur tantùm, prohibet.*) *Intertrigines,* legendum quemadmodùm est in archetypis. [*Morbo regio in vino albo ab alienis datur.*) Lego, *A balneis datur.*

¶ Cap. xv. *Propter colum quoque bibitur, illinitúrque vel penicillis feruens, vel astringitur fasciis.*) Vetus lectio, *Propter colum quoque bibitur, illinitúrque, vel penicillis feruens apprimitur fasciis.* [*Namque & panibus subigitur.*) Vetus lectio, *Subditur.* Sic cap. 17. *Panis etiam crustis inferioribus subditur.* [*Sunt & quidam qui cunilam bubulam appellauerint.*) *Quidam,* superuacanea vox est hoc loco.

¶ Cap. xvi. *Trita mellis odorem habet, digitis tactu eius coehrentibus.*) Meliùs, *Cohærescentibus.*

¶ Cap. xvii. *Castore taliter demonstrante.*) Vetus lectio, *Castor & aliter monstrabat,* vt intelligamus alterum piperitidis genus. [Sequenti versu lego, *Vtilem.* scil. demõstrabat. [*Luxata & contusa in aceto.*) Archetypa, *Luxata & incussa.* [*Vrinam & menstrua ciet.*) Plinius scripsit, *Vrinam & menses ciet,* sicut paulò pòst, *Pythagoræ inter pauca laudatum,* nõ, *A Pythagora,* quod genus deprauationis frequens est in hoc opere. [*Epiphoris oculorum radicem eius tusam imponit Iollas.*) Lege addendo, *E vino radicem eius.* [Et mox, *Extrahẽdésque, siqua in oculos inciderint. Dysentericis & tenasmis datur.*) Rectius, *Dysentericis & in tenesmo.* [*Semen hydropicis & cœliacis dedit tritum cum menta. Verùm & radicem ad renes.*) Castigauimus ad exemplaria hoc modo, *Tritum cum menta è vino, radicem & ad renes.* [*Pythagoras quidem non corripi vitio comitiali in manu habentes.*) Legendum, *Pythagoras quidem negat corripi.*

¶ Cap. xviii. *Sed satiui albi calix ipse teritur, & bibitur somni causa. Semen elephantiis medetur.*) Scribẽdum erat, *Et è vino bibitur.* Item, *Elephantiasi,* non, *Elephantiis.* [*Succus & hic, & herbæ cuiusque.*) Lege, *Cuiuscunque.* [Sequenti versu, *Vt lactucis,* non, *Aut.* [*Prætorij viri patrem in Hispania bauili.*) *Bauili,* malim, vt sit loci nomen, quemadmodum dicimus, Bilbili, Sacili. [*Cum his aurium dolori instillatur.*) Meliùs, *Cum hoc & aurium dolori. Cum hoc.* scil. rosaceo. [*Sic & foliis ipsis vtũtur ad sacros ignes. Item vulnera cum aceto.*) Si sic legamus, & podagræ vnum remediũ peribit, nec sacro igni suum, vt oportet, adhibebitur. Synceram lectionem etiamnum retinent antiqui codices, *Sic & foliis ipsis vtuntur. Item ad sacros ignes & vulnera ex aceto.* [*Experimentum opij est primum odore: syncerum enim perpeti non mos est. Dein in lucernis.*) Indidem caligauimus & hæc, *Syncerum enim perpeti non est. mox in lucernis.* Sed hîc Latinitatis grauior iactura est, quàm sensus. [Fœdiore mendo mox pro, *In pustulas coit,* scriptum est, *In posca coit,* cùm tamen experimentum fiat in aqua, non in posca.

¶ Cap. xix. *Inter satiua & syluestria mediũ genus, quod nisi in aruis esset sponte nasceretur, rhœam vocauimus erraticum.*) Lectio vetus magis Plinium sapit, *Inter satiua & syluestria medium genus, quoniam in aruis, sed sponte nasceretur, r. v. & e.* [*Alterum est in syluestribus generibus heraclion: vocatur ab aliis aphron.*) Elegantior est vetus lectio, *Alterum è syluestribus genus heraclion vocatur, ab aliis aphron.*

¶ Cap. xx. *Dysenteriæ & vomicis datur ex aceto.*) Nostra exemplaria habent, *Estur ex aceto.* [*Caput inde litum distillationem toto anno non sentire.*) Illic legitur, *Caput illitum ea, distillationem anno toto non sentire.* [Aliquantò pòst pro, *Coquitur difficilimè,* reposuimus, *Coqueretur.* Refertur enim ad præcedentem particulam, *Tanquam.* [*Hippocrates vulnarum vitiis id infundi.*) Lege, *Infundit.* [*Duritias omnes vel cocto, vel crudo vtiliter illitũ putant.*) Scribo, *Putauit.* scil. Lycus. [*Cocto aut per se, aut cum malua, aut lenticula.*) Rectiùs, *Vel per se, vel cum malua,*

aut lenticula. ¶ Cap. XXI. *Aculeos omneis extrahunt illitæ crudæ, aut cum anetho potæ. Decoctæ verò cum radice suæ leporis marini venena restringunt.*) Incorrupta scriptura aliter habet, *Illitæ crudæ cum nitro: potæ verò decoctæ cum,* &c. [*Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem syluestre,*) Non hoc dicit, Lapathum herbam esse syluestrem, sed præter satium esse etiam aliud lapathi genus syluestre. Quare melius legitur adiecto, *&. Est autem & syluestre.* [*Foliis aquosis.*) Rectius, *Acutis*, vt est in veteribus voluminibus. Vnde etiam oxalidem appellatam videri potest. [*Oxylapathi semen lotum in aqua cœlesti, sanguinem prodest reijcientibus, adiecta acacia lætis magnitudine, prodest.*) Prius, *Prodest*, redundat. [*Radicis tantim altitudine differens, & erga dysentericos efficacis effectus, potum ex vino.*) Veteres codices habent, *Et erga dysentericos efficaci effectu, potu ex vino.* Vt intelligamus hoc quoque differre à reliquis lapathi generibus quòd peculiarem vim contra dysenteriam habeat.

¶ Cap. XXII. *Sensus atque sternutamenta capitis purgat.*) Lege, *Sternutamentis caput purgat.* [*Et vulvarum conuersione suffitum excitat odore,*) Melius, *Et vulvarum conuersione suffocatas excitat odore.* [*Addito exiguo oleo & salis.*) Scribo, *Olei & salis.* [*Ruptis, conuulsis, spasmatum nervis salutare.*) *Spasticis nervis*, non, *Spasmatum.* [*In oium inane succum adicit is.*) Rectius, *Addit*, quàm, *Adicit.* [*Fugat & odore, cominus si vratur.*) Legendum, *Fugat & odore omnes, si vratur. Omnes.* [*Serpentes.* [*Ex aqua bibitur & ad iocinerum dolores.*) Antiqui codices habẽt, *Ad iocinerũ desideria*; familiari Plinio locutiõe. [*Stomachi dissolutiones cohibet siue in cibo sumptũ, siue in succo potũ.*) Lego, *Siue succo potum.* [*Epiphoras cum thure & aqua, aut cum myrrha. Cum vino sedat parotidas. Cum melle, aut adipe, aut cera, stomachi solutiones, inspersum polẽtæ modo.*) Aliter legitur & distinguitur in vetustis codicibus, *Epiphoras cum thure & aqua, aut cum myrrha ac vino sedat: parotidas cũ melle aut adipe, aut cera stom. s. i. p. m.* [*Ad iocinoris dolores ẽtur cum vua passa, & ad phthisim vtilissimè. Semine fiunt & ecligmata.*) Nimis sæpe in distinguendo peccatum est, maximè in his medicinalibus libris, aliquando non vno loco in eodem capite, vt in hoc ipso. Distinguẽdum ad hunc modum, *Ad iocineris dolores ẽtur cum vua passa. Ad phthisim vtilissimè è semine f. e.*

¶ Caput XXIII. *Prodest vesicæ cum vino leni, & fœminarum menstruis.*) Lege addendo, *P. v. c. v. leni, & fœ. mẽstruis hærentibus.*

¶ Cap. XXIIII. *Sed ante discessum ab hortensibus.*) Elegãtius, *Sed discessuri ab hortensibus, vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus.*

EX LIBRO VIGESIMO PRIMO.

CAP. II.

QVin & vocabulum ipsum tarde inde cõmunicatũ est,) *Inde*, superfluit. ¶ Cap. III. *Cælare eos primum instituit P. Claudius.*) Malo veterem scripturam, *Primus instituit.* [*Qui coronam, ipse pecuniáve eius, virtutis ergô arguitur, quam serui equive meruissent, Pecuniam partam lege dicit, nemo dubitauit.*) Verba Plinij, quibus duodecim tabularum legem interpretatur, restituimus ex fide archetyporum. *Quam serui, equive meruissent, pecunia parta lege dici, nemo dubitauit.* Videlicet quia serui ipsi, & equi pecunia parantur. [*Ingẽsque & his seueritas.*) *Hinc*, non *His.* [*P. Mutianus, cum demptam Marsyæ.*) *Munatius*, scribi debet. [*Cuius luxuria noctibus coronatum Marsyam, literæ illius describunt.*) Antiqua exemplaria habent, *Literæ illius dei gemunt.* Apparet ironiam esse. [*Florum quidem P. R. honorem Scipioni tantùm adhibuit. Suario cognominabatur, propter similitudinem suarij cuiusdam negotiatoris.*) Pro, *Adhibuit*, lege, *Habuit*, pro, *Suario, Serapio:* nam idem nomen fuit negotiatori. Huius fit mentio & libri 7. ca. 12. [*Nec ei fuit in bonis funeris impensa.*) Vetus lectio, *Nec erat in bonis.* Leuius hoc, fateor, sed cùm videam in hoc capite tam multa de industria mutata, nihil dubito, quin hoc quoque mendum eidem debeamus, cui cætera. [Sequenti versu est, *Quáque præferebatur*, non, *Quáque parte fer.* [Et aliquantò pòst pro, *Quod nocerent capiti*, legendum, *Quæ nocent.* [*Quoniam & in hoc est aliqua valetudinis portio in potu atque hilaritate præcipuè, odorum vi surripiente fallaciter solertiam. Nanque scelerata Cleopatra, apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur ab orè eius lusisse extremis coronæ floribus, veneno illitis, Ipsáque capiti imposita,* &c.) Egregiè hoc loco adiuuerũt nostra exemplaria, in quibus ita legitur, *In potu, atque hilaritate præcipuè odorum vi surrepente fallaciter, scelerata Cleopatræ solertia. Nanque apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pauore eius lusisse, extremis coronæ floribus veneno illitis, ipsáque capiti imposita.* Est autem perquàm familiare Plinio, septimo casu orationem claudere. [*Quis istas timeret insidias?*) Nihilo peior erat vetus lectio, *Quis ita t. i.* [*Adeò mihi, si posim sine te viuere, occasio & ratio adest.*) Rectius ironicè, *Occasio aut ratio deest.*

¶ Cap. IIII. *Contrà genera eius nostri fecere.*) *Contrà*, redundat. [*Vtilissimum verò plurimis, sed minutissimis, spermoniam.*) Pro, *Spermonia*, emendati codices habent, *Spineolam*, à spinis denominatam, quemadmodùm in alio genere Coroneola à coronis nomen traxit. [*Pangæus nanque mons in vicino ferè est.*) Lege, *Pangæus mons in vicino fert.* [*Negauit centifoliam in coronis addi.*) Antiquior lectio est, *In coronas addi.* [*Quæ Græcula altera est.*) Vetus lectio, *Quæ è Græcis altera est.*

¶ Cap. V. *Nec vllis florum excelsitas maior.*) Melius, *Nec vlli.* [*Ita odor colórque duplex vt alius calicis, alius flaminis.*) Non malè vetus, *Et alius calicis, alius flaminis*: nam ita ad præcedentia refertur. [*Inuenta est in his & ratio inserendi.*) Rectius, *Inuenta est & in his.* [*Mense Martio macerantur, vt colorem accipiant.*) Magis placet, *Percipiant*, ac si dicat, vt colorem perbibant.

¶ Cap. VI. *Calathiana munus autumni, cæteris vêris.*) Scribo, *Cæteræ vêris.* [*Vincit numero foliorum marinã quinque folia non excedentem.*) Quid opus repetere, *Folia?* satis erat, *Quinque non excedentem.* [*Foliorum exilitate vsque in fila extenuata.*) In antiquis voluminibus legitur, *Attenuata.* [*Prima nobilitas Cilicio croco.*) *Croco*, aut scriba addidit, aut interpres aliquis inter prælegendum. [Sicut paulò pòst, *Gaudet calcari & atteri pede.*) *Pede*, non est in manuscriptis.

¶ Cap. VII. *Troianis temporibus ei iam erat honos. Et hos certè flores Homerus treis laudat, lotõ, crocon, hyacinthũ.*) Rectior lectio, *Troianis tẽporibus iã erat honos ei. Hos certè flores*, &c. Dicet aliquis, leuicula sunt ista, nec annotatu digna. Hunc ego rogabo, ipse æquóne animo ferret huiusce modi leuicula in suis scriptis à librariis depravati. At multò plus religionis debetur veterũ monumentis. [*Omnis autem verno tempore acrior, & matutinis. Quicquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur.*) Verior lectio vetus, *Quicqd ad meridianas horas dies vergit.* [*Animalia nul. um*

nullum odoratum, nisi de pantheris quicquam dictum est, si credimus.) Vetus lectio, *Nisi de pantheris quod dictum est, credimus.* Dixit autem hoc lib. 8. cap. 17. tametsi quidam illic odorem in colorem depravauerant. [*Vt irim atque saliuncam, & quamquam nobilissimi sit odoris vtraque.*) Lege, *Quanquam nobilissimi sit odoris vtranque.* [*Proxima in Macedonia, longissima hæc & candicans. Et ex illis tertium locum habet Africana.*) Lege & distingue, *Longissima hæc, & candicans, & exilis. Tertium l. h.* [*Pannonia hanc gignit & Norica.*) Scribo, *Norici:* alioqui Noricum dicendum erat, sicut Illyricum. [*Supérque cætera ad famam etiam dignitatis.*) Legendum *Ad famam etiam ac dignitates.*

¶ Cap. VIII. *In quibus vnguenta vicisse naturam gaudent. Luxuria vestibus quoque prouocauit eos flores, qui colore commendantur.*) Hæc verba non depravauerunt modò homines insulsissimi, verumetiam partem eorum reuulsim præcedentis capitis fini assuerunt. Scribendum. *In quibus vnguento vicisse naturam gaudens luxuria, vestibus quoque*, &c. [*Paria nunc componũtur, & natura atque luxuria depugnante.*) Lege, *Depugnant.* ¶ Cap. IX. *Folia similacis & edere in coronamẽta se dedêre, coronéq; earum obtinent principatum.*) Hanc tam ingeniosam depravationem mirum ni professor aliquis excogitauit, dum diuinare mauult, quàm ad archetypa recurrere. Vera lectio aliud sonat, *Folia in coronamentis similacis & edera, corymbíque earum obtinent principatum.* [*Quia nostris maiore ex parte nomen dare iis defuit cura.*) Non minor priore hic error, vtcunque sensus manet: Plinius enim longè aliis verbis vsus est, *Quia nostris maiore ex parte huius nomenclaturæ defuit cura.* ¶ Cap. X. *Non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris seratur.*) *Seratur*, supernacaneum verbum est, natum ex vltima litera, *Maris*, & prima dictione sequentis orationis. *Erat.* [*Abrotonum iucundi odoris est, & grauis Floret æstate.*) Elegantiùs, *Abrotonum odore iucundo grauis floret æstate.* [*Alsiosa enim admodũ sunt, & Sole nimio lædentur.*) Hic particulam necessariã, per incuriam librariorum omissam, denuò adiecimus, *Et Sole tamen nimio lædentur.* ¶ Cap. XI. *Eruitur post æquinoctium vernum radicitus, siccatúrque ad Lunam* XXX. *diebus, ita lucens noctibus.*) Lege, *Erui siccari, lucere*, quòd hæc omnia ex commentariis Democriti referantur. Sequitur enim. *Magos Parthorúmque reges vti hac.* [*Et in Italia quidem, vt diximus post rosam.*) Satis erat, *In Italia quidẽ.* Coniunctio hîc addita vitiat fermonem. [*Cæterum hyacinthus maximè durat.*) Lego, *E cæteris hyacin. m. d.* [*Sed hac ita, si deuulsa crebrò, prohibeatur in seminibus.*) Legendum, *Prohibeatur in semen abire.* Attestantur vetera exẽplaria: & alioqui ex illis verbis nullus sensus elici potest. [*Alterum candidius, qui ferè nascitur ad tumulos.*) Rectiùs, *In tumulis.*

¶ Cap. XII. *Hostilia vicus abluitur Pado.*) Melius, *Alluitur.*

¶ Cap. XIII. *Nos tamen trademus, quæ comperimus. Herba est alba, vexatio quidem iumentorum est, sed præcipuè caprarum, appellata ægolethron.*) Antiqua scriptura potior, *Nos trademus, quæ comperimus. Herba est ab exitio & iumẽtorum quidem sed præcipuè caprarum, appellata ægolethron.* [*Huius flores concipiũt noxiũ virus, aquoso vêre marcescẽte.*) Lege, *Marescentes.* [*Aliud genus in eodem Ponti situ viget, ex annona mellis.*) Codices vetusti longè aliud habent, *Aliud genus in eodem Ponto gente Sannorum mellis, quod ab infamia, quam gignit, mænomenon appellant.* Hi sunt, quos posterior ætas Tzanos vocauit, Lazis conterminos. Vtraque Colchica gens fuit in clientela fidéque Constantinopolitani Imperatoris. [*Et in Mauritania Cæsariensi, Getulia conterminæ Massylis.*) Emendatior lectio, *Et in Mauritaniæ Cæsariensis Getuliæ, conterminæ Massæsulis.* Nam & Getuli, & Massæsuli hanc prouinciam incolebant, quod ipse Plinius suprà docuit. [*Remedium aduersus has vtique non differẽdum.*) Lege, *Remedio*, non, *Remedium.* De quo loquendi modo iam suprà capite tertio monui. ¶ Cap. XIIII. *Circunlini aluearia fimo bubulo vtilissimum. Operculum à tergo esse ambulatorium, vt properatus intus sit prosper. Si magnus sit vterus aluearijs, prouentus autem sterilis, ne operandi desperatione curam abiciant, id paulatim reduci oportet, fallente operis incremento.*) Huius lectionis absurditas magis detegetur, collata ad germanam lectionem, quam ex fide veterum codicum restituimus ad hunc modum. *Circunlini alueos fimo bubulo vtilissimum: operculum à tergo esse ambulatorium, vt properatur intus, si magnus sit alueus, aut operatio sterilis, ne desperatione curam abiiciant, id paulatim reduci, fallẽte operis incremento.* [*Post has Corsica quoniam ex buxo sit, & habere aliquantam vim medicaminis putatur.*) Lege, *Quoniam ex buxo sit, habere quandam vim m. p.* [*Inde ligulis eligunt florem, id est, candidissima quæque: transfundúntque in vas, quod exiguum marinæ habeat frigidæ.*) Toties expertus fidem veterum codicum, ne hîc quidem ausus sum ab eis discedere. Illi pro, *Eligunt*, habent, *Hauriunt.* Item, *Quod exiguum frigidæ habeat.* [*Siccant Sole, Lunáque: hoc enim candorem facit, si sic siccantur. Et ne liquefaciant, protegunt tenui linteo.*) Melior vetus lectio, *Siccant Sole, Lunáque, hæc enim candorem facit siccantes, ne liquefaciant, p. t. l.*

¶ Cap. XV. *Maximéque AEgyptus, frugum fertilissima, sed vt sola ijs carere possit.*) Non parùm detraxit elegantiæ, quisquis hîc particulam, *Quidem*, detraxit. Legendum enim *Frugum quidem fertilissima.* [*Hanc à Nilo metunt.*) Scribo, *E Nilo.* [*Foliis latissimis, etiam si arbores comparentur.*) Rectiùs, *Arboreis.* [*Scandix, come, ab aliis tragopogon.*) Vetus lectio, *Scandix, quæ ab aliis tragopogon vocatur.* [*Syluestrium duæ species. Vna mitior est simili caule, tamẽ rigido, itaque & colu antiquæ mulieres vtebantur, exilis, quã quidam atractylida vocant.*) Legendum, *Itaque & colu antiquæ mulieres vtebantur ex illis, quare q. a. v.*

¶ Cap. XVI. *Et ex diuerso stans anchusa, inficiendo ligno cerísque apta. Est autem mitior ijs anthemis, & phyllantes, anemone, & aphace.*) Lege, *E diuerso stant, anchusa inficiendo ligno cerísque radice apta, & è mitioribus anthemis, & phyllãtes, & anemone, & aphace.* Sic enim meliùs quadrabit ad præcedentia.

¶ Cap. XVII. *Perdicio, quam & AEoliæ & AEgyptij edũt, nomen dedit auis.*) Verior lectio, *Perdicium & aliæ gentes, quàm AEgyptij, edunt.* Suprà dixerat, AEgyptios præ cæteris gentibus herì is vesci: nunc dicit, perdicium herbam etiam aliarum gentium cibum esse. [*Iulio mẽse secari iubet.*) Lege addendo, *Iulio mense toto secari iubet.*

¶ Cap. XVIII. *Iunio mense eximi, ante Iulium medium præcipiens.*) Meliùs, *Iunio mense eximi ad Iul. m. p.* [*Vsus ad nassas marinas, vitilium nexus elegantium.*) In antiquis codicibus tantùm est, *Vitilium elegantiam.* [*Quanquam professus efficacissimum esse aduersus calculosos. Eo factas fœminas quidem abortus facere non dubitat.*) Syncera lectio, *Quanquã professus efficacissimũ esse aduersus calculos, eo fouet. Fœminis quidẽ abortus facere nõ dubitat.* [*Largiori tanta vis expellit eas.*) Legendum, *Largiori tanta vis, vt expellat eas.* [*Laudatissimus ex Nabathæa iumcus.*) Nõ erat opus hîc repetere, *Iuncus.* ¶ Cap. XIX. *Ita vt à ba*

lineis inarescant corpora.) Scribo, *Inarescant corpori.* [*Lienique & ruptis vulsis prosunt: & menstruis fœminarum in vino decoctæ: Impositæq; cum melle nervis præcisis medentur. Contrà lichenas & lepras, & furfures in facie emendant.*) Lege & distingue. *Lienique & ruptis vulsis prosunt, & mẽstruis fœminarum. In vino verò decoctæ, impositæq; cum melle, nervis præcisis medentur. Lichenas*, &c.

¶ Cap. xx. *In hunc locum dilata, cùm disputaremus de peregrinis arboribus.*) Vetusta exemplaria tantùm habent, *Dilata in peregrinis arboribus*, id est, in mentione peregrinarum arborum. [*Sistit purgationes mulierũ. Nardi verò eius, quam Phu eodem loco appellauimus, &c.*) Antiqua scriptura melius, *Sistit purgationum mulierum impetus. Eius verò, quod Phu eodem loco appellauimus*, & reliqua. [*Crocum cum melle non soluitur.*) *Cum*, redundat. [Sequenti versu pro, *Vino & aqua*, lege, *Vino aut aqua.* [*Collyrio vni nomen dedit.*) Lege addendo, *Collyrio vni etiam nomen dedit.* [*Dentientibus præcipua est, & tussientibus.*) Scribo, *Dẽtientibus præcipuè.* [*Partem eius seruantium, & quarundam aliarum herbarum: sicuti plantaginis. Substituentiũ si parùm mercedis tulisse se arbitrantur. Rursusq; vt plus operis acquirant, p. e. q. s. e. l. i.*) Incorrupta lectio etiamnum durat in vetustis codicibus manu descriptis, *Partem eius seruant, quarundam aliarum herbarum sicuti plantaginis: si parùm mercedis tulisse se arbitrantur, rursusque opus quærunt, partem eam, quam seruauere, eodem loco infodiunt: credo, vt vitia quæ sanauerint, faciant rebellare.* [*Ciet mẽstrua: & si cruda detur, hydropicorum aquam sistit.*) *Sistit*, verbum superfluit: nam, *Ciet*, ad vtrunque refertur.

¶ Cap. xxi. *Coxendicibus imponitur cum vino. Articularibus morbis trium obolorum pondere*, &c.) Lege addendo non pauca verba, *Coxendicibus imponit, & articularibus morbis & luxatis, tritum ac lanæ inspersum ex oleo. Dant & potionem articularibus morbis t. o. p.* [*Præterea putãt usu eius quandam datam gratiam iis venerémque conciliari.*) Hæc dictio, *Datam*, superflua est. [*Coquitur panis cum farina hordacea.*) Lege, *Concoquit panos.*

¶ Cap. xxii. *Mouet & narium sternutamenta.*) *Aridum*, non, *Narium.* ¶ Cap. xxiii. *Imposita hulcerum facit stipticam vim.*) Scribe, *Hulcus facit septica vi*, id est, corrosiua.

¶ Cap. xxxi. *Vt radice eius propius admota soporentur, illam sopore enecante vim earum.*) Sic scilicet Plinius loqui solet. Scribo, *Soporetur illa sopore enecans vis earum.*

¶ Cap. xxxii. *Nec de cnico siue atractylide verbosius disputetur, AEgyptia herba est, & magnũ contra venenata animalia præbet auxilium.*) Hanc sententiam Plinius aliis extulit verbis, quàm quæ in vulgatis leguntur editionibus, *Nec de cnico, siue atractylide verbosius dici par esset, AEgyptia herba, ni magnum cõtra venenata animalia præberet auxilium.*

EX LIBRO VIGESIMO SECVNDO.

CAP. II.

Iam verò infici vestes scimus admirabili succo.) *Fuco*, non, *Succo. Vtans & in sicco carpit, quo frugi mundos exculpat vsu alioquin fulgentis. Instrui luxuria poterat certè innocentius.*) Pro, *Vsu alioquin fulgentis*, antiqua scriptura habet, *His alioqui fulgentibus instrui poterat luxuria certè innocentius.* [*Et in sacris legationibus quàm verbenæ.*) *Quam*, redundat.

¶ Caput iiii. *Vlli nisi ab vniuerso.*) Scribo, *Nulli nisi ab vniuer.* distinctione etiam mutata.

¶ Cap. v. *Donatus est ea L. Sicinius.*) *L. Siccius*, legendum, vt etiam supra libro octauo monuimus. [*Hic Decius posteà Consul, & imperio & collegio se pro victoria deuouit.*) Lege, *Hic Decius posteà se Consul, Imperioso collega, pro victoria deuouit.* Intelligendum de Manlio Imperioso.

¶ Cap. vi. *Ipse tamen obsessus in toto orbe proscriptus. Hæc corona Sertorio etiam cessit.*) Vera lectio, *Ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis, hæc corona Sertorio cessit.* Notum est ciuile bellum Sertorianum, in quo præcipua fuit opera proscriptorum à Sylla. [*Cohortibus seruatis, totidémque ad eas seruandas eductis.*) Lege addendo, *Tribus cohortib. seru.* [*Quod & statuæ eius in foro suo Diuus Augustus scripsit.*) *Adscripsit*, non, *Scripsit.* [*Addidere videndi pretia deliciæ luxúsque. Pretio*, non, *Pretia.* [*Aliorum hanc operam esse credimus.*) Vetus lectio, *Aliorum hanc operæ credimus.* [*In quibus ipsius prouidentiam naturæ.*) Melius, *In quibus ipsis*, scilicet aculeatis.

¶ Cap. x i. *Hæmorrhoide quoque & dysenteriæ infusa.*) Scribo, *Hæmorrhagiæ.*

¶ Cap. xxi. *Imposita verò herba, aut inde omnino respersum, protinus mori.*) Antiqua scriptura, *Aut vda omnino respersum.* [Sequenti versu lege addẽdo, *Vel si herba ipsa.* [*Infantes quoq; hulcerati.*) Lege, *Exhulcerati.* ¶ Cap. xxii. *Constat bulbos eius cum ptisana decoctos aptissimè mederi.*) Scribo, *Aptissimè dari.* [*Foliis in quocunque morbo decoctis magis mederi vtuntur.*) Legendum, *Ferè in quocunque.* De bulbis enim accipi debet, non de foliis. [*Vtrunque prodesse dysentericis & exhulceratis.*) Melius, *Etiam exhulceratis*, hoc est, etiam si sit dysenteria cum exhulceratione intestinorũ, quod sanè periculosius est. [*Contra sanguinem tauri demonstrant succo eius vti.*) Paulò elegantius videtur, *Demonstrat succum eius.* [*Optimus quidem ex iis cibus.*) Vetus lectio magis placet, *Optimi quidem hos cibi*, vt cum præcedentibus cohæreat. [*Si enim caligaris clauus, si ferri vel chalybis aliqua rubigo.*) In veteribus tantùm est, *Ferrive aliqua rubigo.* ¶ Cap. xxiii. *Communes in omni eorum genere obseruationes.*) Illic legitur, *In omni eo genere.* [*Item hyeme quàm æstate vtilius, verumtamen aquã bibentibus.*) Scriptura vetus, *Item hyeme, quàm æstate, vtilius, & tum aquam bibentibus.* [*Atque ex aceto his qui coagulum lactis sorbuerint.*) Lege, *AEquè ex aceto.* [*Qui se eadem causa præcipitauit.*) Scribe, *Ea de causa.* [Mox est, *Coniecturam sæpius fallacem*, non, *Sæpe.* ¶ Cap. xxiiii. *Calefacta incitat vomitiones.* Rectiùs, *Inuitat.* [*Quem centesimum annũ excedentem cùm D. Augustus hospes interrogaret, quánam ratione maximè vigorem illum animi corporísque custodisset, ille respondit, Intus mulso, foris oleo.*) Ad sensum quidem nihil refert, libet tamẽ reponere veterem lectionem, ab audaculis temerè mutatam, *Centesimum annum excedentem eum D. Augustus hospes interrogauit, quanam r. m. v. i. a. corporísque custodisset. at ille respondit.*

¶ Cap. xxv. *Leuatísque siccatis pedibus mirabili modo.* Et hic nihilo petius erat anteà, *Mirabilẽ in modũ.* [*Ad iocineris dolores eã in posca posita am concoqui opus est.*) Veteres codices melius. *Eã cum posca concoqui opus est.* [*Quæ à farina hordei distat, eò quòd torretur. Ad stomachũ vtilis.*) Antiqui codices, *A farina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho vtilis.* [*Datur tepida sorbenda efficaciter prodesse.*) Lege, *Datur tepida sorbenda efficaciter.* [*Peculiariter tamẽ longo morbo ad tabitudinem redactis.*) Emendata exẽplaria habent, *Ad habitudinem redactis*, vt de hecticis intelligatur. [*Neruorum doloribus & aliis feruens in sacco ponitur.*) Scribendũ, *Imponitur.* [*Amplius hoc oculis impo r itur.*) Melius est, *Hoc amplius oculis imponitur.* [*Et per se drachmæ pondere exinaniunt.*) Lego, *Exinanit.* [*Granũ. Quoniam in aluo non tumescerent.*) Vetus, *Intumescerent.* [*Semuncia amyli cum ouo & passis tribus.*) Antiqua lectio, *Cum ouo & passi tribus ouis.* [Mox est, *Auenaceæ farina*, non, *Auenæ farinæ.* [*Sitanius, hoc est trimestris.*) Scribe, *Hoc est è trimestri.* [*Frumento.* [*Et vini, in saccis additus.*) Rectiùs, *In saccos additus.* [*Fabalium etiam siliquarum cinis.*) Scribo ex veteri exemplari, *Siliquarúmque.* Nec redundat coniunctio, quando, *Fabalia*, hîc substantiua vox est, vt alibi quoque apud hunc ipsum autorem. [*Sed si largiùs sumatur, aluus soluitur.*) *Sed*, superfluit. *Horrorem tertianæ & quaternæ minuere traditur.*) Vetus lectio, *Minuere creditur.* Refertur enim hoc ex vulgi opinione, non ex auctoritate medicorum. [*Maculas ex toto corpore emendat.*) Particula, *Ex*, superuacanea est. [*Aqua decoctum pernones & pruritus sanat.*) *Decocti*, non, *Decoctum.* [*Si verò ad mellis crassitudinem decoquantur satiui.*) Adde necessariam particulam, *Vel. Decoquantur vel satiui.* Suprà enim dixit syluestres efficaciores esse. [*Si verò calcisti aqua decoquantur, succus ille sinegma fit.*) *Discoquantur*, non, *decoquantur.* [Sequẽti versu verbum, *Solent*, redundabat. [*Item fistulis, cum axungia veteri, ne intus addatur.*) Lege addendo. *Ita ne intus addatur.* [*Nascitur inter vitia segetis auenæ Græcæ genere.*) *Græcæ*, superfluit. [*Estur & per se, & in patiuis cum tonera est recocta.*) Posterius, *Et*, redundat.

EX LIBRO VIGESIMO TERTIO.

CAP. I.

Et ad expiationem sanguinis quoque adhibent non vltra gargarizationes.) Quid facium gargarizationes in expiatione? Legendum igitur, *Ad expuitionem sanguinis*, qua laborantes hæmoptoicos Græci vocant. [*Ideò & purgationibus anipitem temperant.*) *Putant*, non, *Temperant.* Error natus est ex geminatione præcedentis syllabæ. [*Huius enim colorem nigrum esse diximus, cuius asparagos similes Diocles pratulit veris asparagis.*) Vetus lectio, *Huius enim nigrum esse diximus. Asparagos eius Diocles p. v. a.* [*Ossa infracta efficacius extrahit, quam suprà dicta.*) Plinius scripsit, *Vel efficaciùs*, id est, efficacius etiam. [*Aiunt, si quis in villa eam extruxerit, fugere accipitres, tutásque fieri aues villaticas. Aliter eadem in iumento hominéque phlegma aut sanguinem qui screatur, talos circũligata sanat.*) Hoc ita tractari, vt hîc Plinius tractatus est. Equidem peruelim discere, quanam ratione radices extruantur apud istos deprauatores. vt nec cætera portenta exagitem. Præstat enim syncera indicare lectionẽ, ex archetypis erutam, *Aiunt, si quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutásque fieri villaticas alites. Eadem in iumento hominéque phlegma aut sanguinem, qui se ad talos deiecerit, circunligata sanat.* [*Quod sunt cãdida, aut nigra, aut inter vtrunque alia ex alijs, in quibus vinum fiat, alia ex quibus passum.*) Emendata lectio. *Aut inter vtrunque, aliáque ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum.*] [*Albana neruis vtiliora. Stomacho minùs quæ sunt dulcia, ve lauśtera Falerna vtiliora.*) Lege, *Austera vel Falerno vtiliora.* [*Somno verò ac securitatibus iamdudum hoc fuit.*) Sic enim legendum ac distinguendum, sublata dictione, *Accommodatum*, quæ redundabat. [*In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omnes alias rationes foris in spongia imponitur.*) Legendum, *In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omni alia, foris in spongia impositum. Omni aliæ*, scilicet sanguinis fluxioue.

¶ Cap. ii. *Quandiu extinguatur descensionis periculum denuntians.*) *Descensionis*, superfluit. ¶ Cap. iii. *Succus corũ carbunculantibus exsescẽtibus circa oculos hulceribus.*) Dele, *Exsescentibus.* [*Nã lacrymam, quæ ab arbore ipsa distillat, AEthiopicæ maximè oleæ, mirari satis nõ est. Reperti sunt, qui dentium dolores illmendos censerent, venenum esse prædicantes.*) Hîc vna oratio, praua, nescio cuius industria, in duas dissecta est. Legendum enim cõiunctim, *Nam lacryma, quæ ex arbore ipsa distillat, AEthiopicæ maximè oleæ, mirari satis non est. reportos qui dentium dolores illmendos censerent.* Non enim lacrymam ipsam miratur, sed eorum potiùs temeritatem, qui tam ancipiti remedio vti non dubitarent, cùm etiam ipsi venenum faterentur. [In fine cap. legendum, *Cum decocto lupinorum*, si ō, *Lupino.*

¶ Cap. iiii. *Fauces exasperat, & venena omnia cohibet, hebetátque.*) Emẽdatior lectio. *Et venena omnia hebetat*, absque verbo, *Cohibet.* [*Cum pari portione mellis ac opij.*) Lege *Mellis acapni.* [*Cæterum iners & graue sapore corpori.*) Dele superfluum vocem, *Corpori.*

¶ Cap. vi. *Expeditur in grauidatum malacia, & quoniam gustatu mouetur infantẽ.*) Lege, *Expetitur grauidarum malacia, quoniam gustatu mouetur infantẽ.* [*Cytinus vocatur à Græcis.*) Satis erat, *Vocatur Græcis.* Tales præpositiones sexcentas de suo adiecerunt castigatores.

¶ Cap. vii. *Quoniã sudantia huius cibi opera corpora refrigescũt.*) Scribendũ, *Perfrigescunt.* [*Folia eius trita illita hæmorrhoiam sistũt.*) Lege, *Hæmorrhagiam.* *Post additur omphacij aridi pondus sextariorum duorum, aut myrrhæ sextarij vnius. Sed hæc simul mixta vel trita, misceantur decocto.*) Hîc, *Sextarij*, pro, *Dextarijs*, sunt suppositi, vt indicãt vetusta exemplaria, in quibus sic legitur. *Post additur omphacij aridi pondus x. duorum, aut myrrhæ x. vnius, croci x. vnius. Hæc simul trita misceantur decocto.*

¶ Cap. ix. *Lenius succo oleum est ex eodem myrto, & vinũ quo nũquam inebriatur.*) Lege addendo, *Lenius & virum.* [*Et folys crematis vtuntur & succo decocto.*) Lege, *Et succo & decocto.*

EX LIBRO VIGESIMO QVARTO.

CAP. I.

Similis vis Rhodiæ cretæ, & argillæ nostratis cõcordia valentium. Pix oleo extrahitur.) Hæc dictio, *Concordia*, nouam orationem incipit, hoc modo, *Concordia valent, cùm pix oleo extrahitur, quando vtrunque pinguis naturæ est.*

¶ Cap. iiii. *Emollit, discutit humore siccat strumas.*) Lege, *Emollit, discutit tumores, siccat strumas.* [*Hulcera commanducata impositáque optimè sanari.*) Scribo, *Commanducato impositóque.*

¶ Cap. v. *Defuncta corpora incorrupta conseruat.*) Vera lectio, *Incorrupta aeuis seruat.* De hac locutione & suprà libro xvi. monui. ¶ Cap. vi. *Chamæpitys Latinè ainga appellatur, diciturque propter abortus.*) Vetus & syncera lectio, *Camæpitys Latinè abiga vocatur propter abortus. Abiga*, ab abigendo partu, *Aingæ* cum abortu nihil est cõmune. ¶ Cap. viii. *Ita vt puero quinque folia tribus cyathis dentur.*) Rectiùs *Diluantur*, quam, *Dentur.* [*Acetis radix contusa iocinoris doloribus vtilissimè imponitur.*) Lege, *Efficacissimè imponitur.* ¶ Cap. ix. *Grauis quid in autor in medicina, virgam ex eadem fractam*, &c.) Antiqua scriptura, *Grauis autor in medicina, virgam ex ea defractam.* [Ac mox, *Vulgus infelicem arborem eam appellat*, non, *Infelicem eam, arborem.* ¶ Cap. xi. *Erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant.*) Lege addendo, *Alia est erythrodanus.* [*Tingentibus & radicula ramos præparat.*) *La*

nas, non, *ramos*. [*Gummi genera diximus*.) Lege *Gummiũ*.

¶ Cap. XIIII. *Sed & frutex humilior atque spinosus in Nisyro*.) Scribo, *AEque spinosus*, non, *Atque*. [*Calculorúmve ex vino decoctum, vel præstantaneum remedium est*.) Nisi legas, *Cauliculorũ ex vino decoctum*; neque præcedentia cohærebunt aptè, neque sequentia. [*Vel efficaciorum stomatícen præbuere*.) Rectiùs, *Præbuerint*.

¶ Cap. XIIII. *His subnectemus ea, quæ Græci*, &c.) Non malè vetus scriptura, *His subtexemus*. ¶ Cap. XV. *Atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi*.) Antiqui codices habent, *Per infurnibulum*. ¶ Cap. XVII. *Pythagoræ verè esse pertinax fama antiquitásque vindicant*.) Duæ voces, *Verè esse*, redundant. [*Quod feciſſe ſcimus Cleemporum, cùm & alia ſuo & nomine ederet, quis credet?*) Vetus lectio, *Quod feciſſe Cleemporum cùm alia ſuo & nomine ederet, quis credat?* [*Achæmenidon colore eſt electri, ſine folio, naſcens in Tardaſtilis*.) Legendum, *Achæmenidõ colore electri, ſine folio, naſci in Tardaſtilis*. nã & hoc Democritus tradit. [*Alio de his aptiore dicturus loco*.) Lege *Dicturis*. *Abundè ſit dicturis*. ¶ Cap. XVIII. *Celebratur autem à Græcis ſtratiotes. Eſt ea in AEgypto tantùm, & inundatione Nili naſcitur*.) Melior antiqua lectio, *Celebratur autem & à Græcis ſtratiotis, ſed ea in AEgypto tantùm & inundatione Nili naſcitur*.

¶ Cap. XIX. *Qui peruncti ſunt, ſi deſputat ad ſuam dexteram ter*, Lege, *Qui peruncti eſt, deſputit ad ſuam dexteram ter*. [*Tuetúrque & ab inflammationibus placat*.) Scribo, *Tuetúrque ab inflammationibus plagas. Decoctum ex vino gramen ad dimidias è balneis bibi iubent*.) *A balneis*, non, *E balneis*. [*Et cùm caro unguibus excreuerit*.) *Increuit*, nõ, *Excreuit*. [*Diocles difficile parientibus ſemen eius dedit acetabuli menſura tritum in nouẽ cyathis ſapæ ad tertias partes bibere, vt qui biberint in calida lauarentur*.) O Grammaticum deprauatorem, cui parientes maſculi ſunt generis! Emendata lectio hæc eſt, *Diocles difficile parientibus ſemen eius dedit, acetabuli menſura tritũ in nouem cyathis ſapæ: vt cùm tertias partes biberint, calida lauarentur: & in balneo ſudantibus dimidium ex relicto iterũ dedit, mox à balneo reliquum, pro ſummo auxilio*.

EX LIBRO VIGESIMO QVINTO.

CAP. I.

IPſa quæ nunc dicetur herbarum claritas, *medicinæ tantùm gratia gignente eas tellure*.) Satis erat dixiſſe, *Medicinæ tantùm gignente eas tellure*. *Gratia*, doctulus quiſpiam de ſuo adiecit. [*Tantùm ab excogitandis nouis, ac adiuuanda vita mores abſunt: ſummúmque opus ingeniorum diu in hoc fuit*, &c.) Codices vetuſti, *Iuuanda*, habent, non, *Adiuuãda*, &c, *Diu iam hoc*, nõ, *Diu in hoc*. [*Omniúmque vitam clariorem fecere cognominibus herbarum*.) Illic legitur, *Omniũ vtique vitã*. ¶ Cap. II. *Popeius Lenæus, Magni Põpeÿ, libertus*. *Põpeÿ*, nõ additur in emãdatis exẽplaribus, nec refert addidiſſe: ſatis eſt, *Magni libertus*. [*Atque ſubſcripſere effectus*.) Deeſt vna particula neceſſaria. Legẽdũ, *Atque ita ſub.e*. [*Verum & pictura fallax eſt ex coloribus tã numeroſis, præſertim in æmulatione naturæ, multúmque degenerat tranſcribentium ſors varia*.) Rectior eſt antiqua ſcriptura, *Verum & pictura fallax eſt, & coloribus tã numeroſis, præſertim in æmulatione naturæ, multùm degenerat tranſcribentium ſors varia*. [*Atque effigie quidem indicata, & nudis plerunque nominibus defuncti*.) Scribo, *Aliqui ne effigie quidem indicata, & nudis plerunque nominibus defuncti*. [*Durat tamen tradita perſuaſio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi. In eo nanque fœminarum ſcientiam præualere*.) Malo veterem lectionem, *Veneficijs & herbis id cogi, eámque num fœminarum ſcientiam præualere*. Sic enim interdum hac parelctica particula Plinius vtitur, vt ſuprà 22. libro, 24. capitis initio, *Eam quoque num, quam laminum, inter genera earum appellauimus*. Sic enim eo loco legendum indicauimus. Vulgus caſtigatorum, quicquid rarum eſt, pro deprauato damnat, ſuóque mox arbitratu mutare ſibi permittit. Ea deinde lectio paſſim recipitur, etiam ſummatibus in literis viris talia vt minutiora diſſimulantibus. Hinc fit, vt ſexcentis locis apud autores Latinos, *Etiam nunc*, ſuppoſitum ſit pro, *Etiamnum*, aduerbium pro coniunctione: quamuis hoc ipſum, *Etiamnunc*, Latinè, dicatur, ſicut, *Hodiéque*, ſed perſæpe non ſuo loco poſitum reperitur, idque deprauatorum (vt dixi) opera. [*Multique Circeios agros, vbi habitauit illa*.) *Agros*, redundat, nec eſt in antiquis exemplaribus. Sunt enim Circeij oppidum in Latio maritimum, & antiqui Latij finis. [*Tum etiam cùm rigaretur AEgyptus illa, non tamen eſſet, poſteà fluminis limo inuecta*.) Incorruptior eſt vetus lectio, *Cùm etiam, quæ rigatur, AEgyptus illa non eſſet poſteà fluminis limo inuecta*. Tantùm enim AEgypto, aggerente Nilo acceſſit, vt Pharos inſula, quam Homerus ætate ſua vnius diei curſu à continente abeſſe ſcribit, poſteà litorali vrbi Alexandriæ ponte iungeretur. [*Inde & pleroſque video exiſtimare*.) Lego addẽdo, *Ita video exiſtimare*. [*Sed quare nunc non plures noſcantur cauſæ? niſi quod eas agreſtes literarúmque ignari experiuntur, vtpote qui ſoli inter illas viuant*.) Et hîc vetus potior, *Sed quare non plures noſcantur, cauſa eſt, quòd eas agreſtes literarúmque ignari experiuntur, vt qui ſoli inter illas viuant*. [*Vt radicem ſylueſtris roſæ: quàm cynorrhodon vocant, eblanditam ſibi aſpectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam in lacte. In Luſitania res gerebatur, Hiſpaniæ proxima parte*.) Atqui Luſitania remotiſſima eſt à Roma, non proxima. Recurrendum eſt ad archetypa, vbi ſic legitur, *Vt radicem ſylueſtris roſæ, quam cynorrhodon vocant, blanditam ſibi aſpectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam. In Lacetania res gerebatur*, &c. Nunc probè quadrant omnia. Eſt enim Lacetania regio Pyrenæo vicina, in ea citerioris Hiſpaniæ parte, quæ prima ſe Roma venientibus offert. Deprauator ex, *In Lacetania*, fecit, *In lacte*, idque præcedentibus verbis pro ſua ſapientia attexuit. Eadem autoritate regioni nomen aliud, quod tum libitum eſt, finxit, nec religione vlla erga veterum monumẽta, nec lectorum reſpectu, quos opinor omnes pro fungis habuit. Et talium operam Typographi nonnunquam ampla mercede conducunt, ne non habeant ſimiles labra lactucas. [*Alius eſt, quem nos in priori volumine eiuſdem nominis diximus*.) Legendum, *Alius eſt, quàm quos in p. v.* Tria enim dracunculi genera monſtrauit capite 16. [*Aliúdque miraculum exeuntis è terra*.) O temeritatem! quorſum attinebat priorem lectionem mutare, *Exerẽtis ſe terra*: Sed bellè penſatum eſt damnũ ſcilicet, mox ſcribendo, *In terram ſe condentis*, pro, *In terram condẽtis*.

¶ Cap. III. *Stomacacem medici vocabant, & ſceletyrben. Ei malo reperta auxilio eſt herba*.) Haud multò minùs detrimenti accepiſſe bonos libros, dum confunditur lectio ineptis diſtinctionibus, quàm dum deprauatur, cũ aliis innumeris hic quoque locus, & qui proximè ſequetur, teſtes eſſe poſſunt. Nõ ſolùm enim ſenſus obſcuratur, quoties aliquid perperàm diſtinctum eſt, ſed etiam deprauandi occaſio vix aliunde fæpius cõtingit. Veterũ codicũ lectio talis eſt, *Stomacacem medici vocabant & ſceletyrben ea mala. Reperta*, &c. [*Miror quidem quæ nominis eſſet cauſa, niſi fortè confini Oceano Britanniæ velut propinquam dicauere. Non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima naſceretur, certum eſt. Etiam tum libera Britannia fuit quidem: & hic quondam ambitus, nominibus ſuis eas adoptandi*.) Sequamur & hîc archetypa vetera, & ſtatim multùm lucis accedet, *Miróque nominis cauſam; niſi fortè confines Oceano Britanniæ, velut propinquæ, dicauere. Non enim inde appellatam eã, quoniam ibi plurima naſceretur, certum eſt, etiam tum Britannia libera. Fuit quidem & hic*, &c. [*Non fortaſis crederet aliquis, cùm hæc noſtra friuola quoque exiſtimentur*.) Vetus lectio melior, *Nunc fortaſis aliquibus curam noſtram friuolam quoque exiſtimaturis*.

¶ Cap. IIII. *Laudatiſſima herbarum eſt Homero teſte, quam vocari à diis putant moly. Aſt inuentionem eius Mercurio aſſignat*.) Incorruptior lectio, *Laudatiſſima herbarum eſt Homero, quam vocari à diis putat moly, & inuentionem eius M.a*. [Veſt penultimo lege, *Miréque vt contra venenum*, non, *Miréque contra venenum*.

¶ Cap. V. *Inſtillauit auribus ſurdis ſuccum*.) Antiqua lectio, *Auribus ſolidis*. [*Cum extà ſuper eam proiecta eſſent, fertur adhæſiſſe ſieni*.) *Fertur*, redundat: pendent enim hæc à præcedenti verbo, *Conſtat*. [*Cui ante omnes plebs adſtans plauſit*.) *Stans*, non, *Adſtans*. Is fuit non vulgaris honor: nam ſedens in theatro plebs plurimis & ante Dorſum plauſit. [*Antiqui radicem, cortices quàm carnoſiſſimos eligebant*.) Meliùs, *Radicem cortice quàm carnoſiſſimo ſeligebant*. [*Turgeſcentémque in longitudinem fingebãt*.) Lege addendo, *Turgeſcentémque acu in longitudinem fingebant*. [*Nunc ramulos ipſos ab radice ſui grauiſſimi corticis, ita dantes*.) Vetus lectio, *Nunc ramulos ipſos ab radice quàm grauiſſimi corticis ita dant*.

¶ Cap. VI. *Alteram lenem ſcordotin, ſiue ſcordion, ipſius manu deſcriptam*.) *Alteram Lenæus, in ſcordotin, ſiue cordiõ: ipſius manu adſcriptam*. [*Atque in Alpibus pluribúſque locis in Lycia*.) Emẽdatiores codices, *Et in Alpibus verò, pluriméſque aliis locis*. [*Medetur & omnium morbis decoctæ ſuccus*.) *Omnium*, non, *Omnium*.

¶ Cap. VII. *Sunt qui ab Artemide Artemiſiam cognominatam putent, quoniam priuatim medicatur fœminarũ malis*.) Anti qui codices meliùs, *Sunt qui ab Artemide Ilithya cognominatam putent, quoniam priuatim medeatur fœminarum malis*. Solenne autem erat Græcis fœminis in partu Artemidem Ilithyam inuocare, quemadmodùm Romanæ Iunonem Lucinam implorabant. Intelligendũ igitur ab obſtetrice Artemide, hoc eſt, Diana denominatam herbam, non à venatrice. [*Vis tanta eſt, vt vel è longinquo ſuccus excipiatur inciſæ conto. Suſcipitur excipulis ventriculo hædino. Humor lactis videtur effluere. Siccatur cont* . . *ic thuris effigiem habet*.) Non paulò ſyncerior eſt antiquorum voluminum lectio, *Vis tanta eſt, vt è longinquo ſuccus excipiatur. Inciſæ conto ſubditur excipulus ventriculo hædino. humor lactis videtur effluere. ſiccatus cùm coit, thuris effigiem habet*.

¶ Cap. VIII. *Aliam quoque ampliſſimam, quam ſpartaniam vocant. Magna & ea commendatio, quòd in ore eam habentes famem ſitimque non ſentiant*.) Cùm dicit, *Magna & ea commendatio*, ſatis apparet quod & alium eius vſum indicauit Plinius: alioqui, *Et*, nõ habet quod coniungat. Quo fit, vt libenter accedam archetypis, quæ ſic habent, *Aliam vtiliſſimam ad ea quæ ſpaſmata vocant. Aliam*, ſcilicet Scythicẽ. Certè in Indice ſpartaniæ nulla fit mentio, vt iam nihil dubitem, diuinatoris cuiuſpiam opera nouam herbam hîc ſubitò enatam, Plinio ipſi ne per ſomnum quidem cognitã. [*Vt in quibus etiãnum hodie in virorum lætiore conuictu*.) Emendata exemplaria habent, *In numeroſo & lætiore conuictu*. [*Seruilius Damocrates primus medentium*.) Rectiùs, *E primis medentium*. [Leuius & quod paulò pòſt, *Vt dein in balneum deſcendatur in calidam*, ſcriptum eſt pro, *Vt deinde in balineis deſcendatur in calidam*. [*Imponitur in ipſa inflãmatione, ſed imminuta*.) Vetus lectio, *Non in ipſa inflammatione*.

¶ Cap. IX. *Serpentes necat, cuicunque admota fuerit: & his torporem adfert*.) Exemplaria vetuſta, *Cuicunque admota fuerit feræ & hæc torporem affert*. Senſus eſt, eã vim huic quoque therionarcæ ineſſe, quam magicæ illi ſuprà memoratæ, vnde & nomen vtrique commune, Θηριονάρκην, ac ſi dicas, feræ torpor.

¶ Cap. X. *Folia ei plantaginis, niſi anguſtiora eſſent*.) Vetus lectio, *Folia erant plan*. Sic Virg. de malo Medica, Et ſi non alium latè iactaret odorem, Laurus erat.

¶ Cap. XIII. *Quanquam mala in alijs terris mandantur*.) Manuſcripti codices habent. *In aliquibus terris*. [*Hæc commanducata, ſi oculis ſubinde religetur, plumbum, quod eſt genus vitii, ex oculis tollit*.) Syncera lectio, *Hæc commanducata ſi oculus ſubinde liniatur, plumbum, quod eſt genus vitij ex oculo tollitur*.

EX LIBRO VIGESIMO SEXTO.

CAP. I.

SIne dolore quidem vllo, *aut ſine pernicie vitæ*.) Elegantiùs. *Sine dolore quidem illos, ac ſine pernicie vitæ*. [*Nec niſi vſque in oſſa corpus exuſtum eſſet, non rebellante tædio*.) Et hoc mollius eſt in manu deſcriptis codicibus, *Ni vſque in oſſa corpus exuſtum eſſet, rebellãte tædio*. [*H-SC.C. elocaſſe in eo morbo ad curandum ſeſe*.) *Ad*, redundat. [*Durtia rubens variis modis*.) Vetus lectio, *Varicis modo*. [*Ad poſterum verò nigreſcente*.) Lege, *Ad poſtremum*. [*Quid hoc eſſe dicemus?*) Rectius, *Dicamus*. [*Parum enim erant hominí cætera morborum genera, cùm ſuprà ccc. eſſent, niſi etiam noua timerentur. Neque ipſi homines pauciora ſibi opere ſuo negotia important*.) In emendatis exemplaribus legitur, *Certa morborum genera*, non, *Cætera*. Deinde, *Neque ipſi autem*, coniunctione adiecta. Præterea, *Opera ſua*, non, *Opere ſuo*.

¶ Cap. II. *Sedere nanque in his ſcholis auditioni occupatum gratius erat*.) Malim veterem lectionem, *Auditioni operatos*, id eſt, operam dantes. Sic apud Naſonẽ, ſtudijs operata Mineruæ.

¶ Cap. III. *Aſclepiades ætate Magni Põpeÿ Rhetoricæ magiſter, nec ſatis in ea arte quæſtuoſus*.) Nihilò deterior eſt antiqua ſcriptura, *Orandi magiſter, nec ſatis in arte ea quæſtuoſus*. [*Ambulationem, geſtationéſque, cùm vnuſquiſque ſemetipſum ſibi præſtare poſſet intelligere. Fauentibus cunctis, vt eſſent vera, quæ facillima erant, vniuerſum propè humanũ genus circumegit in ſe*.) Syncera lectio ex antiquis exemplaribus repetita eſt hæc, *Ambulationem, geſtationes: quæ cùm vnuſquiſque ſemetipſum ſibi præſtare poſſe intelligeret, fauentibus cunctis vt eſſent vera quæ*, &c.

¶ Cap. IIII. *Siccentur AEthiopide Pontinæ paludes*. Adde aduerbium, *Hodie AEthiopide*. Tranſit enim à priſcis

temporibus ad ſua. Caſtigator delicatus hiatu offenſus ſubmouit aduerbium, vt illi quidem videbatur, ſuperuacaneum. [*Nanque apud eundem Democritum inuenitur compoſitio medicamenti, quo pulchri bonique & fortunati gignantur liberi. Cur nũquam Perſarum regi talis eſt dedita?*) Præclarè ſanè de Plinio merentur, qui illi talem ſermonem affingunt, qualis vix hoc ſeculo in aliquo mediocriter erudito ferri poſſet. Quid enim ſibi volunt hæc verba, *Cur nunquam Perſarum regi talis eſt dedita?* Scribendum iuxta archetyporum fidem, *Nam quæ apud eũdem Democritum inuenitur compoſitio medicamẽti, quo pulchri bonique & fortunati gignantur liberi, cur nunquã Perſarum regi tales dedit?* hoc eſt, pulchros, bonos, & fortunatos. Atque ita meliùs iam hæc oratio ad præcedentia quadrabit. [*Igitur demonſtratarum priore libro herbarum reliquas effectus dicemus, adiiciemúſque, quas ratio dictauerit.*) Elegantiùs, *Reliquos effectus reddemus: adiiciemus, vt quaſque ratio dictauerit.* [*Vt rumicis radix trita ex aceto illinitur.*) Parùm quidem ad ſenſum refert: malo tamen & in talibus probatorum exemplarium fidem ſequi, vbi ſic legitur, *Vt rumicis radix trita ex aceto illinatur*, [*Petris tantùm adhærens, vt muſcus,*) Lege, *Totum adhærens*, Nam & muſcus petris totus adhæret. [*Pro ſerpinaca cum muria & ex oleo trita.*) Vetus lectio, *Cum muria ex manis & oleo trita.* Vt non ex quouis ſalſamento muria adhibenda ſit, ſed è ſolis mænis.

¶ Cap. v. *Condurdon herba ſolſtitialis, flore rubro ſuſpenſa in collo, comprimere dicitur ſtrumas: Item verbenaca cum plantagine, digitorum vitiis omnibus, & priuatim pterygiis. Quinquefolium medetur pectoris vitiis. Vel quod grauiſſimum eſt tuſſis, huic medetur panacis radix in vino dulci.*) In medicinalibus his libris grauiore periculo peccatur, qui tamen nihilo maiore religione tractati ſunt, quàm cæteri. Vel hic locus quot mendis ſcatet! taque totum retexemus noſtra exemplaria ſequendo. *Condurdũ herba ſolſtitialis, flore rubro. ſuſpenſa in collo, comprimere dicitur ſtrumas: Verbenaca cum plantagine. Digitorum vitiis omnibus, & priuatim pterygiis quinquefolium medetur. In pectoris vitiis vel grauiſſimum eſt tuſſis*, &c. ¶ Caput, VII. *Plantago autem per ſe ſumpta in cibo cum lete, aliceve ſorbitione.*) Legendum *Aut per ſe ſumpta in cibo, aut cum lente aliceve ſorbitione.* [*Capnion herbam qui edêre, bilem per vrinã trahunt.*) Vetus lectio melior, *Capnon herbam qui edêre, bilẽ per vrinam reddunt.* [*Radix verò conſiliginis, quam nuper inuentam diximus, ſuum & pecorum omniũ remedium præſens eſt. Pulmonum vitium vel traiecta tantùm in auricula.*) Et hic vetus potio, *Radix herbæ conſiliginis, quam nuper inuentam diximus, ſuum quidem & pecoris omnis remedium preſens eſt pulmonum vitio, vel traiecta tãtùm in auricula.* [*Tripolium in maritimis naſcitur ſaxis, vbi allidit vnda*) *Alludit*, non, *Allidit.* [*Cacuminibus thymo, dulcis, & ſitim ſedat.*) Mollius eſt, *Dulcis, & ſitim ſedans.* ¶ Caput VIII. *Pſyllium in aqua cum radicibus decoctũ.*) Antiqua ſcriptura, *Pſyllium in aquã: Acori radicis decoctũ.* Vtrobique ſubintelligitur verbum, *Bibitur*, ibidem præcedens. [*Naturæ ei molliendi ſiccandi coquendi.* Rectius, *Concoquendi.* [*Cochlearibus quinque additis in cyathis tribus vini.*) Latinius eſt, *in cyathos tres.* Sicut mox, *In aquam mulſam addito pondere denariorum duorum.* [*Sumitur & ecligmate ad pectoris vitalia.*) *Vitia*, non, *Vitalia.* [*Bibi ex aqua acetabuli menſura dimidia detrahere pituitam.*) Legendũ, *Bibi ex aquæ acetabuli parte dimidia, detrahere pituitam.* [*Radix eius in aqua mulſa duodecim pondere denariorum.*) Nimiũ ſanè hoc pondus eſſe vel cæco apparet. Lego, x. *duorum pondere.* Errori occaſionem dedit nota denarij. [*Scammonium quoque diſſolutionem facit.*) Lege addendo, *Diſſolutionem ſtomachi facit.* [*Virus redolens, fumoſum linguæ tactu lactescens.*) Scribo, *Gũmoſum, linguæ tactu lactescens.* [*Quod ſit herbæ farina & tithymali marini ſucco.*) Lege, *Eruſ farina.* [*A radice foliis. pendet*) Legendũ, *Foliis penaulis.* (*Farina erui, aut fici.*) *Ficis*, non, *Fici.* [*Foliis tuſſis, priore minus efficax.*) Lege addendo, *Fit & è foliis tuſſis.* [*Semen & dentium cauis cera includitur. Colluuntur & dentes ſucco radicis decocta in vino.*) Vetus lectio, *Colluuntur & radices decocto è vino. Dentes*, repetere ſuperuacaneum eſt, & *decocti* ſignificatio ſatis nota. [*Et ipſum etiam in aſperis naſcens.*) *Etiam*, reduudat. [*Ita vt ſit totum acetabuli modo.*) Rectiùs, *Acetabuli modus.* [*Pecedani ſuccus inflationes & ructus gignit.*) Longè aliter antiqui codices, [*Peucedani ſuccus inflationes, ructus gignens*: nam & huc referendum verbum, *Diſcutit*, quod proximè præcedit. [*Datur in ſomnum euntibus, addito nitro ſeu polenta. Simul ſi poſt cibum detur.*) Vera lectio, *Datur & in ſomnum euntibus addito nitro vel polenta, ſi multò poſt cibum detur.* [*In vino ictericis dari atque illini, vtiliſſimum eſt.*) Antiqui codices, *Hoc in vino enterocelicis dari.* Et enterocelarum remedium huic loco magis appoſitè conuenit, ſecundum ordinem membrorum. [*Itémque genitalium inflammationem.*) Adde, *Omnem: Inflammationem omnem.* [*Symphyti radix illita enterocelas cohibet. Aufert & genitalium nomas hypociſthis alba.*) Legendum, *Symphyti radix illita enterocelas cohibet: genitalium nomas hypociſthis alba.* Nam, *Cohibet*, tam ad, *Nomas*, refertur quam ad, *Enterocelas.* [*Præcipuéque eius vſus ad ſtranguriam.*) Elegantius abſque coniunctione, *Præcipui vſus.* (*Verùm largior quoque inflationes.*) Scribe, *Verùm æquo largior inflationes.* Et ſequenti verſu, *Humorem trahit*, non, *Dolorem.* [*Veſica autem callithricon trita, ſimilis cumino, medetur, & data ex vino albo*) Vetus lectio, *Trita ſimul cum cumino, & data ex vino albo.* Nec eſt neceſſe repetere verbum, *Medetur*, eodem verſu præcedens. [*Paruis è radice foliis quinis.*) Meliùs, *A radice.*

¶ Cap. IX. *Plurimum remedium eſſet ſi virgo imponat.*) Lege, *Plurimum referre, ſi virgo imponat.*

¶ Cap. x. *Quæ talis eſt, mollugo vocatur. Similis & aſperioribus foliis aſparago.*) Scribendum, *Quæ talis eſt, mollugo vocatur, ſimilis, ſed aſperioribus foliis, aſperugo.* Vt intelligas duo lappaginis genera, vtrunque à peculiari qualitate denominatum.

¶ Cap. XI. *Ramoſam, & interuallis binũm palmorum.*) Rectiùs, *Ramoſam ex interuallis*, vt binũm palmorum interualla inter ramos intelligantur. [*Phthiſin ſanat & plantaginis ſuccus, ſi bibatur. Et ipſa decocta in vino cum ſale & oleo à ſomno matutino refrigerat.*) Magis placet, quod in vetuſtis habetur codicibus, *Phthiſin ſanat & plãtaginis ſuccus, ſi bibatur, & ipſa decocta. In cibo cum ſale & oleo à ſomno matutino refrigerat.* Certè hæc lectio magis Plinium reſipit: nec medicos diſſenſuros puto, ad quorum tribunal nunc locum reiicio, ſicut & eũ, qui mox ſubtexetur. [*Quinquefolij cõtrita folia ex vino ſumpta diebus. x x x. in betonicæ farinæ pondo denariorum tredecim cum aceti ſcillitici cyatho.*) In iiſdem codicibus longè aliud legitur, & quidem rectius, quantùm ego video, *Quinque folii contrita folia ex vino pota diebus x x x i.* *Vetonicæ farina pondere x. trium cum aceti ſcillitici cyatho.* [*Ediuerſo lethargicos excitari labor eſt. Hoc præſtat euphorbium (vt perhibent) ex aceto naribus tactis peucedani ſucco*) Agnoſco noſco eundem, quem prioribus duobus locis, caſtigatorem: quem ſi offendebat ſoporifera vis in peucedano, eadem opera poterat id omnino tollere, contentus euphorbio ſuo, nunc manet idem ſcrupulus, neque docet, quomodo ſit euphorbium adhibendum. Syncera lectio in noſtris exemplaribus eſt hæc: *Hoc præſtante (vt perhibent) ex aceto naribus tactis peucedani ſucco.* [*Eruptiones pituitáſque emendat plantago.*) Scribo, *Eruptiones pituitæ emendant plantago, cyclamini radix.*

¶ Cap. XIII. *Et ad hoc amplius addo, iocineris aut lateris contorſionibus.*) Legendum, *Et hoc amplius à vocis aut lateris contenſionibus.* [*Eriſithale eſt flore luteo.*) Lege, *Eriſithales.*

¶ Cap. XIIII. *Spicula ſagittariorum extrahit.*) *Sagittarum*, & non *Sagittariorum.* [*Pſilothrum nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus, verùm etiam viris in vſu eſt.*) Antiqua ſcriptura: *Verùm iam & viris eſt in vſu.* Cùm dicit *Iam*, ſignificat nouum eius vſum apud viros eſſe, poſtquàm mores degenerare cœperunt. [*Quadrupedum ſcabiem ſanat hyſſopum ex oleo fotum. Anginas peculiariter ſideritis.*) Satis apparet ineptè dici, *hyſſopum ex oleo fotum.* In noſtris exemplaribus durat ſyncera lectio: *Quadrupedum ſcabiem ſanat hyſſopum ex oleo, ſuum anginas peculiariter ſideritis.*

EX LIBRO VIGESIMO SEPTIMO.

CAP. I.

CReſcit apud me certè tractatu ipſo admiratio antiquitatis.) Libens audirem, quidnam mouerit caſtigatorem, vt vnam particulam in ipſo ſtatim initio detraheret, idque contra fidem archetyporum, quæ ſic habent: *Creſcit profectò, apud me certè, tractatu ipſo admiratio antiquitatis.* [*Nunc verò Deorum fuiſſe eam apparet, aut certè diuinam etiam cùm homo inuenerit: eandémque omnium parentem genuiſſe hæc & oſtendiſſe.*) In emendatis codicibus eſt, *Cùm homo inueniret.* Ibidem coniunctio geminatur, *Et genuiſſe hæc, & oſtendiſſe.* [*Verumetiam montes, & excedentia in nubibus iuga, paſtúſque pecorum & herbas quoque inuicem oſtentant.*) Hic quoque veteres codices à vulgatis editionibus diſcrepant: ſic enim in eis legitur: *Verumetiam montes, & excedentia in nubes iuga, partúſque eorum & herbas quoque inuicem oſtentante*, ſcilicet Romanæ pacis maieſtate.

¶ Cap. II. *Hoc quoque tamen in vſus humanæ ſalutis, vertere, ſcorpiorum ictibus aduerſari experiendo aconitum.*) Cùm hæ particulæ, *Hoc quoque*, nihil aliud quàm aconitum referant, non erat opus repetere. Sed talia permulta paſsim ex interpretum gloſſulis in contextum irrepſerunt.

¶ Cap. III. *Omnia animalia quæ ſint ſalutaria ipſis noſſe ipſa, præter hominem.*) *Ipſa*, non eſt in emendatis exemplaribus, ſenſu nihilominùs abſoluto. [*Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus venenata, nunc demonſtrare, quale ſit aconitum.*) Rurſus illic minùs eſt verborum ac ſyllabarum, nullo tamen ſenſus detrimento, hoc modo: *Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus venena, monſtrare quale ſit aconitum.* Poterant videri caſu aliquot literæ omiſſæ, niſi toties deprehenſa eſſet, quidlibet in quiduis mutandi temeritas, etiam gratis, nullâque occaſione inuitante.

¶ Cap. IIII. *Præterea in Aethiopia naſcuntur, & in Ida.*) Lego, *Præter Aethiopiam naſcuntur & in Ida.* [*Huius vetuſtæ nidor vrinam ciet.*) Scribo, *Huius vſtæ nidor vrinam ciet.* [*Radice vna, ceu palo in terra demiſſa.*) Rectius, *in terram demiſſa.* [*Vſus in multis & principalis aliuum ſoluere, cùm penè ſit ſola medicamentorum, quæ per ſe id præſtant. Confirmat etiam ſtomachum, adeò vt non infeſtet vlla vis contraria.*) O hominem (ne quid durius dicam) malè feriatum, quiſquis hunc locum ſuo more interpolauit, pro elegantiſſima Plinij locutione ſuas nugas ſubſtituens! Germana lectio hæc eſt: *Vſus in multis, ſed principalis aliuum ſoluere, cùm penè ſola medicamentorum, quæ id præſtant, cõfirmet etiam ſtomachum, adeò non infeſtet vlla vi contraria.* [*Vſus eius ad collectiones inflammationéſque: quin emendat omnia quæ helxine.*) Pro *Quin emendat omnia*, veteres codices habent, *Et in eadem omnia.* [*Ambroſia vagi nominis eſt, & circa alias herbas fluctuans, fruticem vnum habens denſum.*) Pro *Fluctuans*, lege *Fluctuati*, ſcilicet nominis: pro *Habens, Habet.* [*Anonymos à non inueniendo nomine nomen inuenit.*) Argutior eſt vetus lectio: *Anonymos non inueniendo nomen inuenit.* [*Item ariſtogiton, in vulneribus præclara.*) Hîc ſtupidus aliquis conatus eſt noua metamorphoſi ex medico herbam facere, éique virtutes, quæ ſunt anonymi, attribuere, cùm ſit legendum, *Ariſtogitoni*, & ſubintelligendum præcedens participium, *Celebrata.* Quin & in Indice Ariſtogiton inter externos autores connumeratur.

¶ Cap. V. *Arction aliqui potiùs arctiurum vocant.*) *Potiùs*, redundat. [*Sed aſcyron maiores habet ramos, qui aſcyroides vocantur.*) Dele has duas voces, *Sed aſcyron:* atque ita lege, *Maiores habet ramos, quod aſcyroides vocant.* Sic enim legitur in emendatis exemplaribus, & ſic magis lectio quadrabit, quòd aſcyroides herbæ nomen ſit, non ramorum. [*Comæ tritæ veluti cruentatæ.*) Rectiùs, *Cruentant*, hoc eſt, cruorem reddunt.

¶ Cap. VII. *Actæa grani foliorum odore, caulibus aniſi geniculatis.*) Vetus lectio, *Caulibus aſperis geniculatis.*

¶ Cap. VIII. *Trahit eadem potione ſecundas ſemine, lac minuitur in vino aut mulſa aqua pota.*) Lege & diſtingue hoc modo, *Trahit eadem potio & ſecundas ſemine, lac minuitur, in vino aut mulſa aqua poto.* [*Cynoſorchin aliqui orchin vocant, foliis oleæ, mollibus, ternis, paruiſque ſemipedis longitudinis, in terra ſtratis.*) Antiqua ſcriptura, *Foliis oleæ, mollibus, ternis, per ſemipedem longitudinis in terra ſtratis* [*Et albi genus chryſolachani traditur.*) Veteres codices, *Et aliud genus chryſolachani traditur.*

¶ Cap. X. *Caulem habet duorum palmorum.*) Imò, *Cubiorum.* loquitur enim de pæonia. ſi quis dubitat de fide codicum, ſuis certè oculis credere cogetur, ſi hos modò conſulere libuerit.

¶ Cap. XI. *Hippogloſſa folia habet figura ſylueſtris myrti.*) Non *Hippogloſſa*, ſed *Hypogloſſa.* Non enim ab equinæ linguæ ſimilitudine dicitur, ſed quòd paruum folium, ceu lingua, de folio eius exeat. [*Aliqui agonychon vocant, alij Diospyron, alij Heraclean.*) Vetuſta exemplaria pro *Heraclean* habent *Heracleos*, vt ſit genitiuus, quemadmodum *Dios*, & ſubaudias *Pyron*, ac ſi Latinè dicas, Iouis Herculiſve triticum. [*Quod & magis miror, quoniam vtilis prodatur ſanguinem excreantibus.*) Legendum, *Quod eò magis miror.*

¶ Cap. XII. *Vis ei ſtyptica & exulceratrix.*) Scribo, *Septica*, id eſt corroſiua, vt nunc medici vocant. [Sequenti verſu ſcribo: *In Auguſtum menſem incurrente*, non *In Auguſto menſe.* [*Ergo ſpecies lymphantium hoc modo animorum eſſe credimus.*) Vera lectio, *Ego ſpecies lymphantium hoc modo animorum eſſe crediderim.* [*Foliis rutæ, ſimilis gramini.*) Antiqua lectio, *Foliis rutæ, ſemine graminis.* De Polygono, ſiue ſanguinaria loquitur. [*Mares autem*

rem femine tantùm differunt, quod est incipiente oliua.) Incorruptiores codices hanc lectionem habent, *Mares autem femine tantùm differens, quod est incipientis oliuæ.* Mares autem, scilicet partus facit, quod hîc quoque subintelligi debet.

¶ Cap. XIIII. *Foliis lenticulæ densis, amaris, aduersis in se.*) Lege, *Aduersis inter se.* De trichomane loquitur. [*Tragonia herba qualis sit, non traditur.*) Vetera exemplaria & hîc in contextu pro *Tragonia* constanter habent *Trachiniam* & in margine adnotatâ: nec aliter est in primo libro, qui Indicis vicem obtinet. [*Tragonis, siue tragion, nascitur in Creta tantùm insula, in maritimis.*) Paulò elegantius est, *Nascitur in Creta tantùm insulæ maritimis.* [*Phrygiæ omnino non nasci.*) Lege, *Non innasci.*

EX LIBRO VIGESIMO OCTAVO.

CAP. I.

QVanquam & ipsi consensu proprij iudicij ita eligere laborauimus, potiúsque curæ rerum, quàm copiæ, insistimus.) Antiqui codices multò meliùs, *Quanquam & ipsi consensu propè iudicata eligere laborauimus.* Quod Plinius hîc de se prædicat, id non minùs verè ipse quoque vsurpare possem, vt qui nihil magis, dum hæc trado, præ oculis habuerim, quàm veterum iuxta atque emendatorum exemplarium inter se consensum: cuius propositi necdum pœniter, & bona quædam spes pollicetur, caudidos quosque qui Musarum fores pulsant, hanc nostram opellam non omnino fastidituros: fieríque potest, vt & illis qui iam intra adyta penetrarunt, nonnihil conferat: de ijs duntaxat loquor, qui Plinianæ lectionis auidi non semper vetera exemplaria ad manus habent, quò recurrere possint, quotiescunque scrupulus aliquis inciderit. [*Sanguinem quidem gladiatorum bibunt, vt bibentibus populis procul sint comitiales morbi.*) Quantò melior vetus lectio, *Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, vt viuentibus poculis, comitiales morbi.* [*Cùm è plagis hunc ne ferarum quidem admoueri eri fas sit humano.*) Scribo iuxta fidem nostrorum exemplariorum, *Cùm plagis ne ferarum quidem admoueri ora fas sit humana.* Idque magis ad præcedentia quadrat. [*Quasi verò sanitas videri possit, feram ex homine fieri. Quin morbo dignum, non ipsa medicinæ gratia, egregia hercule frustratione, si non prosit. Aspici humana exta nefas habetur, quanto magis mandi!*) Et hic locus est vnus è pulchrè contaminatis. Restituimus, vnde cætera, sic, *Quasi verò sanitas videri possit, feram ex homine fieri, morbóque dignum in ipsa medicina, egregia hercule frustratione, si non prosit. Aspici humana exta nefas habetur, quid mandi?* Sequenti versu, *Fecisti*, redundabat. [*Vitam quidem non adeò extendendam censemus, vt quoquo modo pertrahenda sit.*) Syncera lectio, *Vitam quidem non adeò expetendam censemus, vt quoquo modo trahenda sit.* Vel ex hoc capite abundè perspicuum esse potest, & nostrum laborem minimè supervacuum esse, & illos persæpe falli, qui librorum typis excusorum fiducia de veteribus manuscriptis vix vnquam cogitant, ignari quantùm sibi in priscorum monumentis conspurcandis sacrilega, publicóque odio digna, quorundam non dico amusorum, sed planè asinorum, audacia permiserit: cùm non rarò fiat, vt tenebrio quispiam plus mendarum in vnum aliquod boni autoris opus ex putido suo cerebro inuehat, quàm quantùm septem alij docti viri, omni conatu adnisi, perpurgare sufficiant.

¶ Cap. II. In titulo capitis scribe, *Ostenta & sanciri, & depelli.* [*Extat Tuccia Vestalis incestæ procatio.*) Atqui incesti crimen falsum erat. Legendum igitur, *Incesti deprecatio.* [Ac mox sequenti versu, *Anno vrbis*, non *Anno vrbis Romæ.* Nam Romæ, nugator aliquis addidit contra omnium doctorum consuetudinem. Sic dicimus, Anno ab vrbe condita, non Ab vrbe Roma. [*Et omnia approbantibus dcccxxx. annorum euentibus.*) Lege, *Ea omnia.* [*Mancipia fugitiua retinere in loco precationis.*) *Precatione*, non *Precationis.* [Et quod ibi statim subtexitur, *Quod si semel recipiatur*, in antiquis voluminibus non malè legitur, *Cùm si semel recipiatur.* [*Neque diras aues, neque vlla auspicia pertinere ad eos, qui quæque rem ingredientes obseruare se ea negauerint.*) In emendatis codicibus non additur *Aues*: quibus eò libentiùs accedo, quòd suprà in hoc ipso capite sic legatur, *Quoties ipse diræ obstrepentes nocuerint.* Et solent plerunque voculas tales assuere glossularij, longè interdum à scopo aberrantes: quod & hîc factum equidem non dubito. [*Quinetiam & legum ipsarum in xii. tabulis verba sunt.*) Rectiùs antiqua scriptura, *Quid non & legum*, &c. Ineptè enim simul ponuntur, *Etiam &.* [*Non pauci etiam serpentes ipsas recantari, & hunc vnum esse ipsis intellectum.*) Aliquantò melior est vetus lectio: *Et hunc vnum illis esse intellectum*, quàm si repetatur, *Ipsas, ipsis.* [*Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur.* Quem non offendat huius lectionis absurditas? aut quis non sentiat, alteram esse synceram, quæ in impressis etiam quibusdam codicibus habetur? *Incendia inter epulas nominata aquis sub mensas profusis abominamur.* Aqua profusa pulchrè conuenit incendium abominantibus: at quid causæ vel comminisci possumus, cur ad incendium nominarum aquæ effusionem abominari debeamus? aut cur aquam effundi potiùs abominamur, quàm incendij mentionem? [*Priusquàm eam ipsam nominaret, aliúsue ei prædiceret.*) Lege, *Priusquàm ipse eam nominaret.* Nam *Ipse* & *Alius* sibi inuicem opponuntur. [*Carmina quædam extant contra ambusta. Quædam etiam in partus. Sed in prodendo obstat ingens verecundia.*) Antiqua exemplaria hoc loco non parùm discrepant à vulgatis editionibus, *Contráque morborum genera, contráque ambusta, quædam etiam experta, sed prodendo obstat ingens verecundia:* vt de experimentis intelligatur, non de partubus.

¶ Cap. III. *Hominum monstrificas naturas, & venesicos aspectus pleniùs diximus in portentis gentium.*) *Pleniùs*, superfluit. [*Nam in insula Nili Tentiriy.*) *Tentyra* potiùs, quàm *Tentyriy.*

¶ Cap. IIII. *Sed & alios efficaces eius vsus recognoscat vita. Ita despicimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus, dextraq; clauditatis occursu.*) Primùm *Ita*, redundat, natum ex præcedenti dictione, *Vita.* Deinde *Sinistræ*, similiter superfluit. Legendum enim, *Fascinationes repercutimus, dextraq; clauditatis occursum.* Quæ postrema vox cùm finalem literam casu aliquo amisisset, nec iam compareret alter accusatiuorum, castigator, ne nihil ageret coniunctio, de suo adiecit *Sinistræ*: itáque error errorem peperit, vt ferè fit, quoties absque archetyporum præsidio, ex nobis ipsis synceram lectionem addiuinare conamur: iustissima hercle frustratione, sed graui studiosorum incommodo, quibus ad hunc modum

modum nimiùm sæpe os sublinitur. [*Veniam quoque à Deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spúedo. Etiam eadem ratione terna, &c.*) *Etiam*, aptiùs præcedentibus cohæret, *In sinum etiam proprium.* [*Nunc mirum dicemus, sed experimento facile.*) Dele, *Nunc.* Sic enim magis aures ferit, atque ad attentionem excitat, *Mirum dicemus:* & sic ferè Plinius loqui solet, nec aliter habent probatæ fidei exemplaria: quod dissimulassem, ni studium esset non sensus modò suos reddere Plinio, sed verba etiam ipsa, quantùm fieri potest, annumerare. [*Lepráque ieiuno illitu arcent.*) *Ieiunæ*, non *Ieiuno.* [Ac mox, *Marcion*, non *Martion.* [*Adiecta precatione, se vinxisse eandem & soluturum.*) Scribo & distinguo, *Se vinxisse, eundem & soluturum.* [*Ea sunt: abstinere à cibo nimio.*) Scribe, *Abstinere cibo omnino.* [*Notandum, nullum animal aliud præter hominem calidos potus sequi.*) Hîc duæ dictiones superfluunt, *Præter hominem*, hominis videlicet alicuius malè feriati assumentum. [*Item posca oculos contra lippitudines, certa experimenta sunt.*) Sic enim claudendum hoc caput, vt sequentis initium sit, *Sicut totius corporis*, contrà quàm in vulgatis editionibus hæc capita distinguuntur.

¶ Cap. V. *Vltimóque probro maius in cisijs triumphalibus sedenti dicebatur, vel in Capitolio epulanti.*) Tota hîc aberratum est via: in eam reducent nos archetypa, in quibus ita scriptum est, *Vltimóque probro manus in cibis triumphali sceni deducebatur, vel in Capitolio epulanti.* Sensus est iam planus, qui antehac erat obscurissimus.

¶ Cap. VI. *Digitis pectinatim inter sese amplexis.*) Magis placet antiqua scriptura, *Digitis pectinatim inter se implexis.* [*Nam è diuerso scandentésque.* Lege, *Nam euersos scandentésque.* [*Atque etiam quotidiani cinctus tali modo.*) Rectiùs, *Tali nodo.* [*Augurium ex homine ipso non est timendi mortem in ægritudine.*) Scribendum, *Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine.* [*Contra aurium pituitas vermiculósque.*) Lego, *Aurium pura*, id est, aures suppuratas. [*Hulcera capitum, prurigines.*) Pro *Prurigines*, malim *Porrigines*, quod est in antiquis exemplaribus.

¶ Cap. VII. *Alij cum hyssopo & adipe anserino.*) *Oesypo*, non *Hyssopo.* Est autem œsypum, vt Nasonis verbis vtar, succus ab immundæ vellere raptus ouis. [*Pulmonum quoque incommoda lacte mulieris sanantur, cui admisceatur imbubis pueri vrina & mel Atticum, omnia singulorum cochlearium mensura. Murmura quoque aurium eijci inuenio.*) Confusa sunt remedia, hoc modo distinguenda, *Pulmonum quoque incommoda, lacte mulieris satur. cui si admisceatur impubis pueri vrina & mel Atticum, omnia singulorum cochlearium mensura, murmura quoque aurium eijci inuenio.* [*Anguli oculorum subinde madificentur.*) *Madefiant*, non *Madeficentur.* [*Non segnius & in silente luna coitus suos maribus exitiales esse.*) Legendum, *Non segnius & silente Luna, coitúsque tum maribus exitiales esse. Non segnius*, ad præcedentia refertur. [*Metrodorus Sceptius in Cappadocia inuentum prodit, ob multitudinem cantharidum ire illas per media arua, retectis super clunes vestibus.*) Vera lectio, *Ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media*, &c. [*Item nouella vitis eius tactu in perpetuum leditur. Vt ad noxiam res medicatissima transferatur, rutam & ederas illico mori.*) Lege, *Item nouellas vites eius tactu in perpetuum ledi: rutam & ederas res medicatissimas illico mori.* Suffragantur & hîc, quemadmodum in cæteris, vetusta exemplaria. [*Aciem in cultris tonsorum hebetari, æs contactum graue virus odoris accipere.*) Scribo, *Hebetescere*, & *Odoris*, redundat. [*Nam bitumen in Iudæa nascens, sola hac vi sponte superari. Et fila vestis contactæ, vt docuimus, ne igne quidem vincuntur, quo cuncta. Cinisque etiam ille, si quis aspergat eum lauandis vestibus, purpuras mutat, floribus colorem adimit, ne ipsis quidem fœminis malo suo immunibus.*) Aliter in nostris exemplaribus legitur, & quidem non paulò meliùs, itaque retexemus totum, illáve sequemur. *Nam bitumen in Iudæa nascens, sola hac vi superari, filo vestis contactæ, docuimus. Ne igne quidem vincitur, quo cuncta, cinisque etiam ille, si quis aspergat lauandis vestibus, purpuras mutat, florem coloribus adimit, ne ipsis quidem fœminis malo suo inter se immunibus.* De bitumine Iudaico meminit suprà libro septimo cap. 15. [*Quæ Lais & Cleophantus inter se contraria prodidere.*) Scribendum, *Lais & Elephantis.* Fuit autem vtraque meretrix, & vtraque de rebus muliebribus scripsit, posterior etiam de concubitus schematibus, cuius & Martialis meminit, & Politianus. Legendum itaque mox, *Aut inter ipsas pugnantia, cùm hæc fœcunditatem fieri ijsdem modis, quibus illa sterilitatem, pronunciaret.* Catalogus quoq; autorum, quos Plinius hoc libro sequitur, Laida & Elephantida coniungit. Cæterùm pro radice *Brassicæ vel myricæ*, in manuscriptis est, *Brassicæ vel myrti.* [*Bythus Dyrrhachinus hebetari aspectu speculorum nitorem tradit. Iisdem aduersa rursus contuentibus, omnem talem vim resolui, si nullum piscem habeant secum.*) Bonam hercule operam deprauator hîc nauauit, cuius præmium equidem non aliud darem, quàm magnum aliquod malum, iam sexcenties promerito. Syncerum lectionem archetypa commonstrant, nempe hanc, *Bythus Dyrrhachinus hebetata aspectu specula recipere nitorem tradit, iisdem auersa rursus contuentibus, omnémque vim talem resolui, si nullum piscem secum habeant.* [*Vestis omnino ita infectæ portiuncula, acu vel licio, brachiali inserta.*) Lege, *Ac vel licio:* quasi dicat, vel vnico filo. [*Sic & comitiales excitari, morbósque sanari.*) *Morbósque sanari*, de suo aliquis attexuit, contra veterem archetyporum fidem. [*Supposita tantùm calici lacinia menstruo tincta tali.*) Satis erat, *Supposita tantùm calici lacinia tali*, idque Plinij ciuilitatem magis decebat, cætera haud dubium, quin glossularius aliquis, vt solent, adiecerit. [*Correptam subnecti collo, & ita discuti morbum.*) Dele, *&.*

¶ Cap. VIII. *Promoscidis tactu capitis dolor leuatur, efficaciùs si & sternutet.*) Rectiùs, *Si & sternuat.* [*Sanguis & ischiadicis prodest.*) *Syntecticis*, non *Ischiadicis*, si veteribus ac emendatis voluminibus credere libet. Mox, ne nihil ageret castigator, *Leonis adipes custodiunt*, in *Adeps custodit*, mutauit, & *Magorum vanitas promittit*, in *Vanitates promittunt.* [*Similiter dentis.*) Lege, *Similia*, scilicet promissa. [*Setas è cauda contortas, & sinistro brachio illigatas.*) Scribo, *Adalligatas.* [*Permutationes sexus ex his annua vice diximus, cæteráque monstrifica naturæ eius.*) Antiqua scriptura, *De permutationis sexus annua vice diximus, cæteráque de monstrifica natura eius.* [*Præcipuè pantheris esse in metu hyenæ dicuntur.*) Germanè Latina lectio hæc est, *Præcipuè pantheris terrori esse traduntur:* nam hyenam hîc repetere quorsum attinebat? [*Facilíùs autem capi, si cinctus suos venator, flagellúmque, & ipsos equos septenis alligauerit nodis.*) Elegantior simul & verior est vetus lectio, *Flagellúmque imperitans equo septenis alli-*

gauerit nodis. [*Febribus quartanis iecur deguſtatum ante acceſſiones.*) Lege, *Deguſtatum ter.* quod non parum referre putatur in eiuſmodi remedijs. [*Promiſſo in triduum concepta.*) Meliùs, *Intra triduum. In triduum*, aliud ſignificat: vt cùm dicimus, Aſſumpto in triduum commeatu, id eſt, quantùm tribus diebus ſufficiat. [*Mulieri prægnanti à pectore hyænæ caro, & pili ſeptem, & genitale, à ceruice ſi alligentur, dorcadis pelle collo ſuſpenſa, contineri partus promittunt.*) Repræſentabitur & hîc vetus lectio, vel quò ex collatione veritas faciliùs eluceat. *Mulieri candida à pectore hyænæ caro, & pili ſeptem, & genitale cerui, ſi illigentur dorcadis pelle, collo ſuſpenſa continere partus promittunt:* vt, *Suſpenſa*, neutri generis ſit, caſus accuſatiui, & omnia ſuprà dicta referat. [*Eodem genitali & articulo ſpinæ cum adhærente corio conſeruatis.*) *Adſeruatis*, non, *Conſeruatis.* [*Eodem ſuffitu mulieribus menſtrua euocari.*) Scribo, *Mulierum menſes:* quod Plinio eſt vſitatius. [*Membranam, quæ fel continuerat, à cardiacis potam.*) Codices vetuſti, *Quæ fel contineat cardiacis potam.* [*Quæ autem in veſica inuenta ſit vrina, additis oleo ex ſeſamo, & mello Aſiano hauſtam prodeſſe acrimoniæ veteri.*) Deprauator, quantùm video, non leui brachio caput hoc attigit. Quæ ſequimur exemplaria, non addunt, *Aſiano*, neque medici inter mellis genera Aſiaticum celebrant: & pro *Acrimoniæ*, habent *Aegrimoniæ.* [*Siue lucernis, ſiue viſu, ſiue peluibus.*) Illic legitur, *Siue lucernis, ſiue peluis.* Nec video, quid hîc, *Siue viſu*, faciat. [*Fimum, qui in inteſtinis inuentus ſit.*) Scribo, *Quod in inteſtinis inuentum ſit.* nam neutro genere Plinius hoc nomen vſurpat. [*A cane verò morſis adipem illitum, & corium ſi ſit ſubſtractum.*) Aequè pleno ſenſu ſcriptum erat, *Et corium ſubſtratum.* Quid ſibi volunt in Pliniana purpura tam crebra pannorum aſſumenta? aut qualis gratia debetur prauis iſtis ſartoribus? [*Perunctos omnibus odio euenire.*) *Venire*, non, *Euenire.* [*Contra ducum ac poteſtatum iniquitates comminiſtrant.*) Quid, malim, *Comminiſtrant? Commonſtrant*, legi debet. [*Si omnino aliquantulum quis ſecum habeat.*) Non malè vetus lectio, *Si omnino tantùm aliquis ſecum habeat.* Plinius ait ſufficere, ſi tantùm habeas tecum eam fiſtulam: alius mutauit ſenſum, docens ſatis eſſe quantulamcunque eius partem. [*Canini eius dentes febres ſtatas arcent repleti: ſunt enim cani.*) Lege addendo, *Thure repleti.* [*Adulterant amylo aut cimolia, ſed maximè ſturni, quos captos oryza tantùm paſcunt.*) Coniector multùm aberrauit à ſcopo. Vera lectio eſt hæc, *Sed maximè, qui captos oryza tantùm paſcunt.* Sentit enim Plinius, crocodileam ex captiuis adulterinam eſſe: vtpote longè deteriorem, nimirùm mutato animalis victu. [*Præterquàm in riſu coarguentium.*) Lego, *Præterquàm vbi irriſu coarguendum.* [*Eundem ſalutarem eſſe parturientibus circa domum. Sin verò domibus inferatur, perniciosiſſimum.*) Egregiè deprauatum & hoc, non minus quàm ſuperiora. Reſtituetur in integrum hoc modo, *Eundem ſalutarem eſſe parientibus, ſi ſit domi: ſi verò inferatur, perniciosiſſimum.* Eſt enim verus ſenſus longè alius, quàm ille prior. eſt autem hic: Chamæleontem ſalutarem eſſe, ſi multò antè parturitionem illatus ſit: ſin idem parturienti iam ſuperueniat, perniciosiſſimum eſſe. Suffragantur vbique vetuſti codices. [*Siniſtrum, mirum quibus monſtris conſecret, qualiter ſomnia quæ velis & quibus velis mittantur, putet referre.*) Syncera lectio ex archetypis petita eſt hæc, *Siniſtrum humerum quibus monſtris conſecret, qualiter ſomnia quæ velis & quibus velis mittantur, pudet referre.* [*Capitis dolores, inſperſo vino, in quo latus alterutrum maceratum ſit, ſanari fœminis.*) Mirum verò, ſi hoc remedium in ſolis fœminis vim ſuam exerit, in maribus non item. Diſtinctio praua ſenſum deprauat: nam *Fœminis*, paternus caſus eſt, & ſequentis orationis initium, hoc modo, *Fœminis ſiniſtri vel pedis cineri ſi miſceatur*, & cætera. Quibus in verbis, *Vel*, detractum erat, *Si*, tranſpoſitum. [*Serpentes fugari liene inſtillato.*) At quónam inſtillandus eſt, aut quomodo? Lege, *Serpentes fugari ignibus inſtillato.* Nam & hoc experimentum & duo proximè ſequentia, de felle, non de liene accipi debent, iuxta fidem emendatorum codicum. [*Illita inimicorum immane odium & omnium his conciliare.*) Certè ad inimicorum odium nullo opus eſt veneficio, vt qui vltro & exoſi ſunt, & oderunt, viciſſim. Verior igitur vetus lectio, *Illita inimicorum iamæ odium omnium hominum his conciliare.* [*Prodeſt contra ſagittas venenatas, vt Appelles tradit, poſteà ſumptus.*) Vetus lectio, *Prodeſt & contra ſagittarum venena, vt Appelles tradit, antè poſteáque ſumptus.* Vt intelligamus, cum præſeruatiuam etiam vim habere. [*Præterea eiuſdem decoctum cum melle ſumptum Venerem inhibere.*) Paulò meliùs legetur, *Eiuſdem decocti ius cum melle.* [*Eſt crocodilo cognatio quædam affinitáſque.*) *Affinitas*, ſuperuacua eſt. [Sequenti verſu lege, *Detrahendi ſanguinis*, non, *Trahendi.* [*Plurimi autem ſuper Saiticam inter Aegypti præfecturas.*) Lege, *Super Saiticam præfecturam.* Ac rurſus, *Item ſimum ſuffitu*, non, *Fimus.* &, *Dentes è parte læua*, addita præpoſitione. Tandem finem fecit deprauator, duntaxat in hoc capite, ſed non niſi proximus capitis fini. Porrò vel hoc caput argumento eſt, quòd tot mendis refertum hactenus Plinium (vt cæteros autores taceam) habuerimus, non tam librariorum oſcitantiam in culpa eſſe, quàm malè literatos iſtos caſtigatores, iuſtiùs diuinatores aut coniectores appellandos: qui tamen alibi plus, alibi minùs, prout collibitum eſt, ſe exercuerunt. Cæterùm ſcribæ inſcitia labi ſolent, non temeritate: erratáque eorum non magni negotij ſit deprehendere, maximè cordato & erudito lectori. Illi contrà homines nefarij, maiore periculo, nec tam facili remedio, & in maioris momenti rebus peccant, nulla religione nihil non contaminantes, planéque, iuxta Flacci dictum, mutant quadrata rotundis. Dicas eos Manibus ſe deuouiſſe, niſi omnes, quotquot poſſunt, bonos autores ſuis venenis infecerint, ſuiſque fœtoribus conſpurcauerint. Sed deſinat ſtomachatio, etſi nimiò, quàm vellem, iuſtior, & ad præſens potiùs negotium redeamus.

¶ Cap. IX. *Sicuti è lactis vſu, vtiliſſimum cuique maternum, nutricis exitioſum eſt.*) Vt in ipſo ſtatim portu impegit egregius gubernator! Nam quid ego audio, nutricis lac infantibus exitioſum eſſe? Cur igitur tantùm vbique nutricum numerum videmus, infantum tamen exitia nihilo crebriora, quàm inter eos, qui maternis vberibus aluntur? Lego, *Sicuti de lactis vſu.* Quæ verba à prioris capitis fine pendent. Deinde, *Vtiliſſimum cuique maternum.* Alioqui iuxta priorem lectionem non vtiliſſimum erat, ſed planè neceſſarium. Sequitur, *Concipere nutrices exitioſum eſt.* Sic enim, quæ ſequuntur, nunc demum probè quadrabunt. [*Minùs inflat quodcunque decoctum. Sanat vuas, lichenas. Ad omnia vtile contuſa aut luxata, maximè renes, veſicam, interanea, fauces, pulmones.*) Obſecro quid commune licheni cum vuis? aut quis vnquam fando audiuit, luxatos renes, veſicam, interanea, fauces, pulmones? vel veſicam contuſam interaneáve, aut pulmonem? Quid igitur præſidij reliquum eſt, niſi in archetypis? ea ſic habent, *Minùs inflat quodcunque decoctum. Vſus lactis ad omnia intus exulcerata, maximè renes, & cætera.* [*Nam vt in Achaia bubulum biberent phthiſici ſintectuique & cachectæ, diximus in ratione herbarum.*) *In Arcadia*, non, *Achaia.* Dixit autem hoc libro vigeſimo quinto, capite octauo. [*Quod eſt maximè coactum, in ſummo fluit. At id exemptum addito ſale, oxygala appellant.*) Sic nobis tranſcribunt vetera exemplaria, qui nec legere ſciunt, nec ſcribere. Lege, *In ſummo fluitat. Id exemptum*, &c. [*Quod magis virus reſpuit, hoc præſtantius iudicatur.*) Quid eſt, *Virus reſpuit?* Lege, *Reſpit.* Præſtantius autem medicinæ, opinor, non cibis. [*Oxygala ſit & alio modo, acido lacte addito in recens, quod dum aceſcit, vtiliſſimum eſt ſtomacho.*) Legendum, *In recens quod velis aceſcere, vtiliſſimum ſtomacho.* [*Proxima in communibus laus eſt adipi, ſed maximè ſuillo. Apud antiquos etiam religioſius erat.*) Elegantior lectio, *Proxima in communibus adipis laus eſt, ſed maximè ſuilli, apud antiquos etiam religioſi.* [*Medicorum aliqui admiſto anſeris adipe, taurorúmque ſeuo & hyſſopo.*) Rurſus, *Oeſypum*, deprauatum in, *Hyſſopum.* Vbi notandum, ſympathiam quandam eſſe œſypo cum adipe anſerino, quandoquidem & ſuprà capite ſeptimo ad podagras, ad vluæ dolores, eædem ſpecies miſcentur. [*Omnino enim non niſi ad ea, quæ purganda ſint, aut quæ non ſint exhulcerata & calida, recipitur.*) Legendum, *Aut quæ non ſint exhulcerata*, falſa petitur ſcilicet axungia. Iámque probè quadrabit, quod hactenus ad præcedentia non congruebat. [Mox ſequenti verſu, *Contra phthiſes*, lege, non, *Contra tuſſim.* Sic enim in probatæ fidei voluminibus ſcriptum eſt, & aliàs non bene conueniet, quod mox ſequitur, ſcapulis eorum, qui phthiſin ſentiunt. [*Parotidas admiſta farina è ſalſamentaria teſta quo genere proficit ad ſtrumas. Pruritus ad papulas in balneo peruncti tollit.*) Scribo, *Parotidas admiſta farina ſalſamentariæ teſtæ: quo genere proficit & ad ſtrumas. Pruritus & papulas in balineo peruncti tollit.* nam & hæc vox, *Balneum*, vitioſa eſt, cùm vterque Plinius, *Balineum*, appellet. Quin & Græcis quadriſyllabum eſt βαλανειον. [*Multi priuatim ſic taurorum, leonum, pantherarum ac camelorum pinguia curari iubent.*) Elegantius eſt, *Taurorum, leonúmque, pantherarum & camelorum:* vt quædam coniunctionum ceu catena nectatur. [*Inter omnia autem communia animalium, fel præſtantius in effectu.*) Reſtituimus vnde cætera ſic; *Inter omnia autem omnia communia animalium vel præſtantiſſimi effectus fel eſt. Vis eis*, &c. [*Item equarum, præterquàm virginum, erodit, emarginat, hulcerat.*) Lege, *Emarginat hulcera.* [*Tantùm poteſt ſympathia illa, de qua loquuntur.*) *Loquimur*, non, *Loquuntur.* [*Hircorum ſanguini tanta vis eſt, vt ferramentorum ſubtilitas non aliter acuatur aut induretur, aut ſcabritia poliatur, vehementiúſque quàm lima.*) Antiqua lectio, *Vt ferramentorum ſubtilitas non aliter acriùs induretur, ſcabritia tollatur vehementiùs quàm lima.* [*Et ideò ſuis quæque dicentur effectibus.*) Lego, *Quiſque ſuis dicetur.* nam de ſanguine tantùm loquitur. [*Vt ſi quæ ſunt, extractas cauernis mandant.*) Scribo, *Mandentes.* Nam, *Vt*, pro, *Vtpote*, ponitur hoc loco. [*Fugiunt & omnino aliquid cerui habentes.*) Vetus lectio, *Omnino dentem cerui habentes.* nam, *Omnino*, ad, *Habentes*, refertur. Sic ſuprà capite octauo, *Si omnino tantùm aliquis ſecum habeat.* [*Aut medulla perunctos ſeuo ve cerui aut vituli.*) *Hinuli*, non, *Vituli.*

¶ Cap. X. *Item lactis hauſtus cum vua amminea.*) *Taminia*, non, *Amminea*, cuius vſus in medicina nullus eſt. [*Fimum quoque caprarum in aceto decocto & illitum in ictus ſerpentium, placet, & recentis cinis in vino.*) Antiqua lectio planior, *Fimo quoque caprarum in aceto decocto illini ictus ſerpentium placet, & recentis cinere in vino.* [*Canis rabidi morſu facta vulnera circuncidunt ad viuas uſque carnes. Quidam carnem vituli admouent.*) Lege & diſtingue, *Canis rabidi morſu facta vulnera, circuncidunt ad viuas vſque partes quidam, carnémque vituli admouent.* [*Hoc idem præſtare & pellis è ceruice ſolida exiſtimatur: quippe tanta vis eſt animalis. Prater ea quæ retulimus, & veſtigia eius calcata equis afferunt torporem.*) Similis error priori. Legendum, *Quippe tanta vis eſt animalis, preter ea quæ retulimus, vt veſtigia eius calcata equis afferant torporem.* [*Verumtamen fortiora eadem, quàm in equis, intelligi debent.*) Scribo, *Fortiora omnia eadem.* [*Et toxica expurgantur.*) Exemplaria vetuſta habent, *Expugnantur*, vt hoc de antipathia intelligatur. [*Omnia ſeſami quoque iure poto.*) Vera lectio, *Omaſi quoque iure.* Neque enim ex frugibus remedia in hoc libro traduntur, ſed ex animantibus. Ius omaſi & duodecimo capite eſt inter remedia.

¶ Cap. XI. *Cum ſucco oleris, ita vt vncto inareſcat.*) Codices veteres, *Ita vt vnctio inareſcat.* [*Sed & corruptos dentes confirmari.*) Iidem codices pro, *Corruptos*, habent, *Combuſtis*, ſcilicet oſſibus. [*Aſinæ quoque lacte percuſſu vexatos.*) Manu ſcripti codices, *Aſinino quoque lacte.* Caſtigator, veritus ne fortè quis de maris aſini lacte id acciperet, ſcripſit, *Aſinæ.* ô ſolertiam aſininam! [*Equarum à coitu in lychnis accenſum.*) Meliùs, *In ellychnijs.*

¶ Cap. XII. *Poppæáque hoc vxor Neronis principis inſtituit.*) In vetuſtis exemplaribus tantùm eſt, *Poppea hoc Neronis principis inſtituit.* Sicut dicimus, Cornelia Gracchi, Terentia Ciceronis. [*Friuolum licet videatur, non tamen omitendum.*) Eadem exemplaria non addunt, *Licet:* tantùm eſt, *Friuolum videatur*, δυνατικῶς. [*Æſtates, & quæ diſcolorem faciunt cutem.*) *Decolorem*, non, *Diſcolorem.* [*Hirci fel & lentigines tollit, admiſto caſeo & vino, ſulphure ſpongiæq; cinere.*) Lege, *Et vino, ſulphure ſpongiæque cinere.* [*Labrorum ſciſſuris cum adipe anſerino.*) *Fiſſuris*, non, *Sciſſuris.* [*Et bouis vngulæ cinis ex aqua: Fimum quoque feruens ex aceto decoctum, teſtéſque vulpini.*) Lege addendo, *Et bouis vngulæ cinis ex aqua: Fimum quoque feruens ex aceto. Item ſeuum caprinum cum calce, aut fimum ex aceto decoctum, teſtéſque vulpini.* [*Prodeſt & ſapo. Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, ex ſeuo & cinere. Optimus fagino & carpino.*) *Optimus*, non ad cinerem refertur, ſed ad ſaponem. his verò duabus vocibus, *Seuo*, &, *Cinere*, redduntur aliæ duæ, *Fagino*, &, *Caprino*, quod poſterius in, *Carpino*, deprauatum eſt. [*Vngues contuſos fel vniuſcuiuſque animalis circumligatum.*) Scribo, *Fel cuiuſcunque animalis circumligatum.*

¶ Cap. XIIII. *Vtuntur ad vtrunque vitium & coagulo hœdi in vino myrteo, magnitudine fabæ poto: & ſanguine, & eiuſdem in cibo formato, quem ſanguiculum vocant.*) Lege, *Et ſanguine eius in cibum formato.* Item, *In vino*

myrteo. [*Cornus ceruini teneri cinis, cochleis Africanis cum testis suis mixtis, in vini potione.*) Melius, *Cochleis Africanis cum testa sua tusis mistus.*

¶ Cap. xv. *Calculos expellunt lienes equini.*) Legendum, *lichenes equini*, itaque scriptum visitur in vetustissimis exemplaribus: alioqui satis erat dicere, *Lien equinus.* [*Demonstrat urinam facere in canis cubiculo, ac verba adijcere, ne ipse urinam faciat, vt canis, in suo cubiculo.*) Vtrobique, *Cubili*, legendum: nam canis cubiculum nemo vnquam Latinus dixit. [*Quem dicunt, cùm interficiatur, reddere urinam liquidiorem in initio, sed in terra spissantem se.*) *Quem*, calculum, non onagrum. Proinde rectior est antiqua scriptura, *Quē dicitur, cùm interficiatur, reddere urinā liquidiorem initio, sed in terra spissantem se.* ¶ Cap. xvi. *Perniones vrsinus adeps, rimásque pedum omnes arcet.*) *Sarcit*, non, *Arcet.* [*Iniurias à calceatu.*) Vetus lectio, *E calceatu.* [*Potum verò sublime ex aqua.*) Hæc verba malè in vulgatis editionibus distrahuntur à præcedentibus: &, *Sub limine*, scribendum, pro, *Sublime*. nam hoc ad Magicam superstitionem attinet: & remedium ex Magorum autoritate præscribitur. [*Quis hoc quæso inuenire potuit? Quæ est ista mistura? Cur digitus bubonis potissimùm electus est?*) Et hîc vetus lectio paulò melior, *Quis hoc quæso inuenire potuit? quæve est ista mistura? cur digitus potissimùm bubonis electus est?*

¶ Cap. xvii. *Lupi & capræ seui cyatho, vel lactis pari mensura deploratum phthisicum conualuisse, certus autor affirmat.*) Mira verò mistura, si credere dignum est. Equidem malim veterem lectionem, vt verisimiliorem, *Rupi capræ seui cyatho, & lactis* &c. [*Ramenta pellis ceruinæ defectæ pumice.*) Imò, *Deiecta*. Pum ex enim non secat. [Sequenti versu pro, *Rubórem*, lege, *Rubori*: pendet enim & hoc à verbo, *Illinitur.* [*Sunt qui id coxisse aceto, vtilius putent.*) Rectiùs, *Sunt qui incoxisse aceto vtilius putent.* ¶ Cap. xviii. *Aut cum muscipari pondere, aut cum propoli.*) *Visci*, non, *Mansci*, attestantibus vetustis exemplaribus. ¶ Cap. xix. *Quod si mortuus partus sentiatur lien ex a.d. p.e.*) *Lichen*, non, *Lien.* [*Tædium Veneris fieri dicit Aeschines.*) Legendum, *Osthanes*. Is fuit vir Persa, professione Magus. [*Et testiculi equini aridi vt potioni interseri possint.*) *Inseri*, non, *Interseri.* ¶ Cap. xx. *Insuper pedes boum, si priùs cornua pice liquida perungantur.*) Emendati codices, *Non subteri pedes boum, si*, &c.

EX LIBRO VIGESIMO NONO.

CAP. I.

QVanquam non ignarus sum, nullis ante hæc Latino sermone condita, ancepsque ac lubricum esse rerum omnium nouarum principium, nec aliud vtique gratiæ, quàm sterilis difficultati in promendo.) Quis obsecro in postremis verbis micam Plinianæ elegantiæ agnoscat? In vetustissimo codice scriptum reperi, *Quanquam non ignarus sim, nullis ante hæc Latino sermone condita, ancépsque, lubricum esse rerum omnium nouarum, talium vtique, quàm sterilis gratiæ difficultates in promendo.* Cæterum, *Lubricum*, hîc substantivum nomen est: idque fefellit eum qui principium adiecit. [*Mirúmque & indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorem fuisse, & etiamnum sæpius mutari contigerit.*) *Contigerit*, redundat. [*Scribere in templo eius Dei, qui auxiliatus esset.*) Scribo, *Quid auxiliatum esset*: &, *Eius Dei*, ad Aesculapium refertur. [*A Croonto Agrigentino.*) Legendum, *Acrone Agrigentino*, septimo casu. In eum Acronem Empedocles ciuis eius & amicus, hoc lusit epiraphio:

Ἀκρων᾽ Ἀκράγαντα μέγαν ἀνέρα, Ἀκραγαντῖνον πατέρα ἀνέρων,
Κρίσιν ἀκριμόθου ἀκρῳ & πατρὶ ἀκρῳ & ἀκροτάτῃ.

[*In musicos pedes venarum pulsu diserto.*) Rectiùs, *Descripto.* [*Censúsque, quanquam exhaustis opibus Neapoli exornata, vt haredi H-S CCC. relinqueret, quadragena, id est Aruntius solus.*) In manu scriptis reperio *Censúsque, quàquam exhausti operibus Neapoli exornata, haredi H-S CCC. relinquere, quantium ad eam etatem Aruntius solus* vt hæc verba de ambobus fratribus accipiantur. [*Nullius histrionum par, ex quo de trigario comitatu regressus in publico erat.*) Vetusta scriptura, *Nullius histrionum equarúmque trigarij comitatior egressus in publico erat.* Vult enim autoritatem eius demonstrare per turbas in honorem eius assectantium: qua in re confert eum gratiosissimis tum apud plebem, sed histrionibus aurigísque, qui Circensibus trigas equarum agitarent: qua exercitatione Nero quoque ipse eius temporis Romanorum princeps in primis delectabatur. Iamque pulchrè congruet quod mox subiungitur, *Cùm Crinas Masilienſis*, &c. [*Nullo idem censente, ne videatur assertio alterius.*) Melius, *Accessio alterius*: itaque legitur in incorruptioribus exemplaribus. [*Iis ipsis scilicet, quæ nunc nos trademus.*) *Tractamus*, non, *Trademus.* Intelligendum enim etiam de iam dictis. [*Quæ nos per generavsus sui differimus.*) Rectiùs, *Quem.* s. commētarium. [*Quinimò transit in conuicium.*) Lege, *Transit conuicium*: nam hoc est, quod mox dicit, *Vltróque, qui periere, arguuntur.* [*At de iudice ipso quales in consilium eunt, statim occasuri?*) *Occisuri*, non, *Occasuri.* Crassum sanè erratum, quod tamen non vnam editionem occupauit. [*Non desertà Catonem tam ambitiosæ artis inuidiæ à me obiectum, vt à Senatu illum, qui ita censebat.*) Lege, *Aut Senatum illum*: nam aliquantò pòst ita sermonem hunc claudit, *Hæc fuerint dicenda pro Senatu illo.* [*Non sunt artis ista, sed hominum.*) Paruulum erratum, sed non leuis momenti: legendum enim, *Non sint artis ista, sed hominum.* [*Archontio vulnerum medico.*) Reposuimus ex vetusto codice, *Alconti.* Huius & Martialis meminit: Ostendit digitum, sed impudicum, Alconi, Dasióque, Symmachóque, [*Et ab ijsdem deficientibus cibo sæpiùs die ingesto.*) *Cibos ingestos*, lege, vt cum præcedentibus cohæreat. [*Illa prodidere imperij mores.*) Scribo, *perdidere.* [*Neque enim, dubitauerim aliquibus fastidio futura quæ dicuntur animalia, at non Virgilio nefas fuit.*) *Nefas*, superuacuum est: subintelligitur enim, *Fastidio.* [*Ordiemur autem à confessis, hoc est, lanis ouibúsque.*) Lege, *Lanis.ouísque*, de quibus secundo & tertio capitibus. [*Nec deesset materiæ pompa.*) Elegantiùs, *Nec deerat.*

¶ Cap. ii. *Sanguinem in naribus sistit cum oleo rosaceo & allio, indita auribus obturatis modico spissius.*) Legendum, *Et alio modo indita auribus obturatis spissius.* atque ita legitur in probatis exemplaribus. [*Vulnera ex vino, vel aceto, vel aquæ frigida & oleo aspersa sanat.*) Illic legitur, *Expressa*, non, *Aspersa.* [*Sordes quoque caudarum concretæ in pilulas, ac siccatæ per se, tusáq; farina, & illitæ dentibus, mirè prosunt, etiam labentibus.*) Lege, *Tusáq. in farinam.* [Item pro, *Labentibus*, *Labantibus*, id est, vacillantibus, ¶ Cap. iii. *Sic & illita lienicis.*) Ilita, redundat. [*Cibis quot modis iuuent, notum est, cum transmittant faucium tumorem.*) Vetus lectio, *Cibo quot modis iuuent notum est, cum transmeent fauciũm tumorem.* [Ac mox, *Simúlque vim potus & cibi habeant*, non, *Vini visum.* (*Quò fuerint ea excellentiora, hoc præsentaneum remedium erit.*) Scribo, *Hoc præsentius.* [*Equitem Romanum euocatum.*) Pro, *Euocatum*, legi debet, *E Vocantiis.* nam Vocontij Galliæ ciuitas est: & quorum genus, de quo loquitur, Gallis peculiare: atque ita habent vetusta exemplaria. [*Multa præterea remedia sunt ex anſere, quod miror, aequè quàm in coruis.*) Atqui è coruis non admodùm multa remedia traduntur. Vetusti codices habent, *Aequè quàm in capris*, & rectè. Nanque id miratur Plinius, quòd ex animalibus morbo obnoxiis tanta sit remediorum copia, anſere videlicet, & capra. Huc facit, quòd libri præcedentis cap. mox circa initium, enumeratis aliquot è capra remediis, subiicit, *Quod quidem miror, cùm febri negetur carere.* Verùm errori occasionem præbuit, quod & coruus aliquot mensibus singulis annis ægrotare dicatur, æquè quàm anser. ¶ Cap. iiii. *Præcipuè in ascensu siderum.*) *Assensu*, non, *Ascensu.* Alioqui malè quadrat, quod sequitur, *Cum lumine Lunæ fibrarum numero crescente ac decrescente.* [Ac mox, *Serpentes persequitur*, legendum, nó, *Prosequitur.* [*De mustela, Tribuunt ei, & successus petitionum à Potestatibus & à Diis etiā precum, morborum remedia beneficiorum munere.*) Vera lectio, *Morborum remedia, veneficiorum amuleta.* [*Propitiatis oratione Diis, fortunatam domum facere promittunt.*) *Adoratione*, non, *Oratione.* [*Item si quis eam ipsam in vapore baculo sustineat, aiunt eum futura præcinere.*) Legendum, *Aiunt enim præcauere*, attestantibus emendatis codicibus: alioqui nec præcedentia congruunt, nec sequentia. [*Democritus quidem monstrat quædam ex his confici.*) Germanior lectio, *Democritus quidem monstra quædam ex his conficit.* Vnde monstrificæ dicuntur sagæ, quales Medea & Circe fuisse feruntur. [*Quidam oleo illo spumam argenteam decoquunt ad emplastri genus, atque illa illinunt.*) Lege, *Atque ita illinunt.* ¶ Cap. v. *oportet igne comburi omnia, modo vt semel diximus,*) Syncera lectio, *Oportet autem comburi omnia eodem modo, vt semel dicamus.* ¶ Cap. vi. *Aly lacte mulierum cum brassica cinerē muscarum subiiciunt, quidam mel tantùm.*) *Subigunt*, lege, non *Subiiciunt*, &, *Melle*, non, *Mel.* [*Additis duabus sextis denarij sextiui, vt omnia æypo illinātur.*) *Est ibi*, non, *Sextiui.* Porro ibi quid sit, ipse Plinius docet in metallorum tractatione. [*Cinis lacertæ viridis, vel in vino albo Sole coctus.*) Vetusti codices, *Lacertæ viridis fel in vino albo Sole coactum.* [*Quibus pluma aurium modo eminet.*) Illic legitur, *Aurium modo emicat.* [*Apollonius Tyaneus.*) Lege, *Pitaneus.* Est autē Pitane Aeolidis oppidum in Asia. Nam vt Tyanæi testimonio Plinius vtatur, temporum ratio vix patitur. Ad hoc non memorantur vlla Apollonij Tyanęi in hoc genere scripta. [*Et præcipuè spelunca ipsa imposita fronti ad duo tempora.*) Antiqua scriptura, *Impositā per frontem ad duo tempora.* [*Venantur eum formicæ circunligatæ capillo in cauernam eius coniectæ, efflato priùs puluere, ne sese condat: & ita formicæ complexu extrahitur.*) Antiquior lectio, *Venantur eum formica circumligato capillo in cauernam eius coniecta, efflato priùs puluere, ne se sese condat: ita formicæ complexu extrahitur.* [*At Hercule Diodorus & morbo regio & orthopnoicis reſtitisse tradit.*) Rectiùs, *At Hercule Diodorus & in morbo regio & orthopnoicis se id dedisse tradit.*

EX LIBRO TRIGESIMO.

CAP. I.

ISTos enim quisque communi auditu saltem cognitos habet.) Melius quadrat vetus lectio, *Quotus enim quisque auditu saltem cognitos habet?* *Siquidem Proteæ & Sirenum cantus apud eum non aliter intelligi volunt. Circen vtique & inferorum euocationem solitam hac agi.*) Quantò elegantior antiqua lectio? *Circe vtique & inferorum euocatione hoc solum agi.* [*Troianis itaque temporibus cum Chironis medicinis contenta esset, solo Marte fulminante, miror equidem illis populis famam eius in tantum adhæsisse, vt Menander quoque literarum subtilitatibus peritus, in eadem Telmesso genitus, Thessalam cognominarit fabulam, complexam ambages fœminarum detrahentium Lunam.*) Non dubito, quin & hîc vetus lectio, tantò sit verior, quantò tùm simplicior est, tùm planior. Sic enim habet, *Troianis itaque temporibus, Chironis medicinis contenta, & solo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam eius in tantum adhæsisse, vt Menander quoque literarum subtilitati genitus, Thessalam* &c. [*Orphea putarem è propinquo primum inuasisse, ad vicinas vsque superstitiones ac medicina profectum, si non ex Persis esset vis tota, in Thraciámque Magice delata fuisset.*) Hîc quoque temerè discessum est ab archetypis, in quibus sic legitur, *Si non expers sedes eius tota Thrace Magices fuisset.* [*Voluminibus Dardani è sepulchro eius petitis.*) Germana Plinij verba sunt, *In sepulchrum eius petitis.* [Ac mox, *Cætera in viro illo probant*, non, *De viro.* [*Est & alia Magices factio, à Mose etiamnum & Iochabele Iudæis pendens.*) Modò dixit, *Est & alia*, id est, etiam alia: quid igitur opus repetere, *Etiammum?* Emendati certe codices aliud habent, nempe sic, *A Mose, & Iamne, & Iotape Iudæis pendens.* Is Iamnes in thaumaturgia antagonista Mosi fuit coram Pharaone, quod in Paulinis epistolis legimus, Magus insignis, quo factum opinor, vt Plinius Mosem quoque similiter Magum fuisse putauerit. Castigatorem fefellit similitudo scripturæ, dum pro, *Et Iamne*, legit, *Etiamnum.* Tertium nomen eriam typis excusa quædam exemplaria habent, rectè quidem mea sententia, cùm Hebræum sit, & apud Hebræos autores reperiatur. [*Palámque in tempus siluit sacri prodigiosi celebratio.*) Lege, *Palámque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata.* [*Quid ipse ego hanc memorem artem Oceanum quoque transgressam, & ad naturæ inane peruectam in Britanniam, quæ hodie eam attonitè celebrat.*) Elegantior & germanior lectio, *Sed quid ego hæc commemorem in arte Oceanum quoque transgressa, & ad naturæ inane peruecta? Britannia hodiéque eam attonitè celebrat.*

¶ Cap. iii. *Canum, qui rabiem præferunt capitum cinis.*) Scribendum, *Qui rabie perierunt.* [*At in superiore dolore duos superiores adalligant.*) Lego, *At in superiorum dolore.* [*Fit eodem modo & dentifricium è caninis dentibus. Cinis è murino fimo inditus.*) Lege, & distingue, *Fit eodem modo & dentifricium. Canis dentibus cinis è murino fimo inditur.* [*Vanum esse arbitror. Canis ortu angues cauda membranam exuere, quoniam neutrum in Italia visum est.*) Antiqua scriptura, *Vanum arbitror esse Canis ortu angues candidos membranam exuere, quoniam nec in Italia visum est.* [*Prurítum quidem intolerabilem facit: & ideò vtilius est.*) Vetus lectio, *Et ideò tolerabilius est.* ¶ Cap. iiii. *Hæc cum hircino seuo lichenas illita ex facie tollit fœtica vi.*) Scribo, *Hæc cum hirc. seuo illita lichenas ex facie tollit septicæ*

v i.[Sequenti versu lege, *Contectúsque brassica*, pro, *Contemptúsque.* ¶ Cap. v i. *Iure pecudum stomachus recreatur.*) *Perdicum*, non, *Pecudum.* [*Item viperæ porcelli modo inassatæ.*) *Viuerra*, non, *Vipera.* [*Caninus si viuenti exprimatur.*) Lege *Eximatur.* [*Eliberat & lacertæ viridis eo dolore viua, in olla ante cubiculum dormitorij eius, cui medetur, suspensa.*) Emendati codices, *Eo liberat & lacertæ viridis, viua in olla ante cubiculum dormitorium eius, cui medetur, suspensa.*

¶ Cap. v ii. *Restitit & cochleæ, sicut diximus, in suspiriosis temperatæ.*) Nisi legas, *Sistit aluum & cochleæ*, quemadmodum est in vetustis iuxtà atque incorruptis exẽplaribus, non quadrabit quod paulò pòst sequitur, *Sistit & anatum masculorum sanguis.*

¶ Cap. v iii. *Album cit & gallinaceorum decoctum ius.*) Legendum, *Aluum ciet & gallinaceorum discoctorum ius.* [*Vel herinacei, vel vespertilionis. Et anserinus cum cerebro, & alumine & æspo.*) Melior vetus lectio, *Vel herinacei cum vespertilionis cerebro: & alumine æspo.* Loquitur de cinere herinacei. [*Cochleas Africanas cum sua carne & testa crematas pro cinere.*) Scribo, iuxta fidem archetypotum, *Poto cinere*, non, *Pro cinere.*

¶ Cap. i x. *Fel arietis cum seuo muris dissecti imposita.* Quis vnquam vidit seuum muris? Lego & distinguo, *Fel arietis cum seuo. Mures dissecti imposita.* [*Quod si putrida hulcera, cera ad cicatricẽ perducunt.*) Lege, *Cera addita ad cicatricem perducunt.* ¶ Cap. x. *Nunc autẽ reuertemur ad ea, quæ totis corporibus medenda sunt.*) Antiqua lectio, *Nunc reuertemur ad ea, quæ totis corporibus metuenda sunt.* [*Si dexter pes circunscribatur, ac vestigium id defodiatur.*) *Effodiatur*, non, *Defodiatur.* [*Item fel cum melle, præcipuè anguinum,*) *Agninum*, non, *Anguinum.* [Ibidem, *Lichen mulæ*, non, *lien.* [*Eadem omnia prædicãtur ex vipera.*) Rursus, *Viuerra*, in, *Viperam*, est deprauata. Vult enim eadem esse remedia è sylue stri muttela, viuerra appellata, quæ iam è domestica commonstrauit. [Et sequenti versu, *Abstergeant*, Plinianum erat, non, *Abstergant*: quod tamẽ semper mutatum est, sicut *Ciet*, in, *Cit*, &, *Cient*, in, *Ciunt*, *Balneum*, in, *Balneum*, *Aquæ calda*, in, *Calidam*, & alia id genus non pauca.

¶ Cap. x i. *Bubonis quidem oculorum cinerem.*) Non malè antiqua lectio, *Bubonis certè oculorum.* [*Si Luna, rasis barbis eorum.*) Vetus lectio *Radijs barbisque eorum.* [*Quoniam eius erit copia spei de tecto.*) Argutius est, *Quoniam miseria spei delectat*, suffragantibus vetustis exemplaribus.

¶ Cap. x i i. *Cinis cochlearum terrenarum: sed & ipsæ extractæ testis.*) In emendatis exemplaribus non est mentio cineris. Tantùm est, *Cochlearum terrena: sed & ipsæ extractæ testis.* Sicut paulo post, *Eadem ratione & terrena cochlearum prosunt: totaq; exemptæ tusæ & impositæ, recentia vulnera sistunt.* Quanquam & hic posterior locus in vulgatis editionibus deprauatè legebatur, nimirùm eiusdem opera, cuius & superior. [*Fimo quoque ipso ouium sub testa calefacto.*) *Sub testo*, non, *Sub testa.* Est autem testum vas testaceum, sub quo placentæ coquũtur. Vtitur hac voce Cato quoque cap. 76. [*Adeò ad nervas quoque abscissos illitis solidari infra septimum diem Democritus persuaserit, itaque in melle seruandos censet.*) Antiqua scriptura, *Adeò vt nervos quoque abscisos illitis solidari intra septimum diem persuasum sit: itaque in melle seruandos censent.* [*Bubonis cerebro cum adipe anserino mirè vulnera dicuntur glutinari; quæ vocantur cacoethe. Cinis etiam feminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutus linteolis sanat. Vlula quoque auis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ouillum & mel, ad hulcera sananda valet.*) Operæ pretium est & hîc conferendi causa veterem adscribere lectionem, *Bubonis cerebrum cum adipe anserino mire vulnera dicitur glutinare: quæ verò vocantur cacoethe, cinis feminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutis linteolis: vlula auis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ouillum & mel.* Vides Lector totam hanc orationem pendere ab illis verbis, *Dicitur glutinare*, nihilque opus esse tam multis adiectis, vt iam mutata ac perperàm distincta taceam.

¶ Cap. x i i i i. *Muliebribus malis membranæ à partu onium proficiunt.*) Lego, *In muliebribus malis.* [*Alio modo Africanæ binæ cum fœnogræco quod tribus digitis capiatur, additis mellis cochlearibus quatuor. Illinuntur aluo, priùs irino succo perunctæ.*) Lege addendo, distinctione quoque mutata, hoc modo. *Alio modo Africanæ binæ tritæ cũ fœnigræci quod tribus digitis capiatur, additis mellis cochlearibus quatuor, illinuntur*, &c. [*Miscentur lomento æquis portionibus.*) Vetus, *AEqui partibus.* [*Putant & ter circundatas ouo perdicis, non inclinari.*) *Circunductas*, non, *Circundatas.*

¶ Cap. x v. *Infantibus qui lacte concreto vexantur, præsidium est anguinum coagulum.*) Quis vnquam vidit anguinum coagulum? Scribo, *Præsidio est agninum coagulum.* [*Lacertæ viridis admotæ dormientibus morsu emendantur.*) Quid opus erat repetere verbum, *Emendantur*, cùm in proximè præcedenti versu habeatur? [Et sequenti versu lego, *Harundini alligata suspenditur*, non, *Adalligata*: nam, *Adalligata*, vocare solet, quæ Græci periapta, superstitiosa fere ac magica remedia, quæ suspẽsa collo, aut brachio alligata gestantur. [*Cogunt concipere inuitas fetæ ex cauda mulæ si iunctis inter se colligentur in coitu.*) Antiqua lectio, *Si iunctis cuellantur, inter se colligata in coitu.* [*Byturos vocari, qui vites in Campania rodant.*) Scribo, *Erodant.*

EX LIBRO TRIGESIMOPRIMO
CAP. I.

Q*Væ causa fulmina edidit.*) *Elidit*, non, *Edidit.*

¶ Cap. i i. *Alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi inunctæ.*) Lege, *Alibi iunctæ*, id est, vnà cum calidis frigidæ eodem in loco. [*Sextias in Narbonensi prouincia.*) Melius, *Sextias.* [*Ibi compositis voluminibus eisdem nominibus.*) Scribo, *Voluminibus eiusdem nominis.* [*Lacus Anphion vitiligines tollit.*) Imò, *Alphion*, nam ab hoc effectu etiam nomen inuenit, vitiligo enim ἀλφὸς Græcis dicitur. [*Tygri ciuitas Galliæ fontem habet insignem, plurimis bullis stillantẽ.*) Rectius, *Bullis siellantem*, quod in emendatis exemplaribus legitur. [*Eudicus in Hestiæa Euthice.*) Scribandum, *In Hestiæotide.* [*At Lusis Arcadiæ quodam fonte mures terrestres bibere & conuersari.*) *Viuere*, non, *Bibere.* [*In Sicilia apud oppidum Iusgum riuus fluit vnus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri Varro tradit.*) Triplex erratum, nec tamen cuius deprehendi facile, nisi ex collatione. Restituimus autem hoc modo, *In Cilicia apud oppidum Cesicum riuus fluit Nûs* &c. vnde prouerbium κέφκον οἶνος. Quanquam autem parœmiographi in hebetes ac stupidos id dici solitum affirment, ἐφεστικῶς tamen procul dubio accipiendũ est, quemadmodũ illud, Sapientiũ octauus, aut ἕνθρωπος θαλῆς. [*Mirum quoque & quòd cum piscibus transit.*) Vetus lectio, *Mirúmque quòd cum piscibus transit.* Leue hoc videri poterat, nisi hæc ipsa menda nõ vno loco occurreret.] *Non procul ab Euripidis Poëtæ sepulchro.*) *Ab*, redundat. Sic enim Plinius loqui solet. *Non procul sepulchro.* [*Item calidæ aquæ in Eubœa. In Lebedo nanque alluit riuus, in quo saxa in altitudinẽ crescunt.*) Antiqui codices, *Item calidæ aquæ in Eubœa Deliosnam quæ alluit riuus saxa in altitudinem crescunt.* [In fine secundi capit. *In quibusdam spheluncis vtroque modo columnas faciunt.*) Lego & distinguo, *In quibusdam spheluncis vtroque modo, columnásque faciunt*: nam hæ voces, *Vtroque modo*, ad verbum præcedens, *Durescunt*, referuntur.

¶ Cap. i i i. *Cursu enim procurrisque ipso extenuari atque proficere.*) Legẽdum, *Cursu enim percussúque ipso.* [*Et vt sæpe ad vicina lactis accedens.*) Scribo, *Ad viciniam lactis.* [*Quædam aquæ vêre statim incipiente frigidiores sunt, quarum non in alto origo est: hybernis enim constant imbribus, quædam Canis ortu, sicut in Macedonia apparet. Vtrunque ante oppidum Pellam: incipiente enim æstate frigida est palustris, dein maximo æstu in excelsioribus oppidi riget.*) Malui veteres codices sequi, in quibus sic legitur, *Quædam Canis ortu, sicut in Macedoniæ Pella vtrunque. Ante oppidum enim incipiente æstate frigida est palustris*, &c.

¶ Cap. v. *Illa mutatio mirabilis nulla euidente causa apparet.*) Vera lectio, *Illa mutatio mira, vbi nulla euidens causa apparet.*

¶ Cap. v i. *Cum alioqui lauari calida frequenter indicarit.*) *Induceret*, non, *Indicarit.* [*Idem ad corpora siccãda. Qua de causa & frigidi mari vtuntur. Præterea est alius vsus simplex.*) Scribo iuxta fidem emendatorum codicum, *Item corpora siccant: qua de causa & frigido mari vtuntur. Præterea est alius vsus multiplex.* [*Difficiliùs perfrigescunt marina calefacta.*) *Calefacta.* [Ibidem pro *Mammas rigẽtes*, vetusti codices *habent*, Mammas sororiantes: nec dubito, quin rectiùs, quandoquidem hoc vocabulo præter alios etiam Politianus vtitur. [Sequenti versu lege, *Aurium grauitatem, capitis dolores.*

¶ Cap. v i i. *Et in Cappadociæ puteis ac fonte, quem in salinas egerunt.*) Congruentior erit lectio, si legas, *Et in Cappadocia è puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt.* [*Quicunque ligno conficitur sal niger est.*) Vetus lectio, *Quicunque ligno confit sal.* [*At è stagnis Tarentinus, ac è riguis Phrygius.*) In vetustis exemplaribus tantùm est, *At è stagnis ac Phrygius.* [*Salinarum syncritas summam facit suam differentiam. Quædã enim fauilla salis, quæ leuissima ex eo est & candidissima, flos salis appellatur. Et flos quidem salis in totum diuersa res.*) Verbotior hæc lectio est, at vetus multò elegantior simul & verior, *Salinarum syncritas summam facit suam differentiam quadam fauilla salis, quæ leuissima ex eo est & candidissima appellatur flos salis, in totum diuersa res.*

¶ Cap. v iii. *Nunc è scombro pisce laudatissimũ in finibus Carthaginis Spartariæ, & cetarijs: sociorum appellatur.*) Antiqui codices mélius, *Laudatissimum in Carthaginis Spartariæ certarijs: sociorum id appellatur.* [*Laudatur & è Clazomenæ garo.*) Illic legitur, *Laudantur & Clazomenæ.* [Ac mox, *Sicut muria Antipolis ac Thurij, iam verò & Dalmatia.* Quod priùs non rectè legebatur, *Antipolis ac Thuriæ. Iam verò in Dalmatia.* [*Nanque & alece scabies pectoris sanantur.*] Imò, *Pecoris.*

¶ Cap. i x. *Defuncta autem ac putrescentia ita vendicãs, vt durent ea per secula.*) Syncera lectio. *Defuncta etiamà putrescendo vendicant, vt durent ita per secula.* [*Ad hoc maximè probatur Tragasæus aut Caunites.*) In vetustis codicibus pro, *Tragasæo, Tattæus* legitur. Is in Phrygia cõficiebatur. ¶ Cap. x. *Magnus & nitro vsus, qui dicetur suo loco.*) Legendum, *Et vitro*, id est, ad vitrum. quod enim prõmittit suo loco se dicturum, id libro 36. cap. 26. in mentione vitri dicit. [*Podagricis in balneis vngi solia nitro prodest.*) Vetus lectio, *Podagricis in balneis vti solio prodest.*

¶ Cap. x i. *Item abstergendæ lippitudini vtilissimi. Eam quæ tenuissima est, mollissimã quoque esse oportet.*) Rectius, *Iidem abstergendæ lippitudini vtilissimi, eósque tenuissimos & mollissimos esse oportet.* [*Imponuntur & integris partibus, & fluxione occulta laborantibus, quæ discutienda sunt.*) Vetus lectio, *Sed fluctuatione occulta laborantibus, quæ discutienda sit.* [*Sed splenetics è posca, ignibus sacris ex aceto. Efficaciores quãdo aliud imponi oportet, sic vt sanas quoque partes spatiose operiant.*) Lege & distingue, *Sed splenetics e posca, ignibus sacris ex aceto, efficacius quàm aliud. Imponi oportet sic*, &c.

EX LIBRO TRIGESIMOSECVNDO.
CAP. I.

H*Omines, quibus in pastu est, pisces olent.*) Vetus lectio, *Quibus impactus est*, alioquin nõ quadrabit quod subiungitur. *Cetero moriũtur totidẽ diebus, quot vixerit lepus.* [*Vitulos marinos ternas heminas capere.*) Absurda hercle lectio. Legi debet, *Mitulos ternas heminas capere. Id conchæ genus est.* ¶ Cap. i i. *Nouacula & ferrũ quæ pisce tacta sunt, olent.*) Cod. antiqui, *Nouacula pisce quæ tacta sunt, ferrum olent.* [*Item in Labro Cuidij Iouis fonte.*) Legendum, *Item in Labradij Iouis fonte.* [*Nam in Lyciæ Limira fonte Apollinis, quem Cinum appellant.*) Differunt ab hac lectione vetera exemplaria, quæ sic habent, *Nam in Lyciæ Myris, fonte Apollinis quem Curium appellant.* id est, *Curuius*, Apollinis est cognomen, non fontis nomen. ¶ Cap. i i i. *Vrina earum aliter quàm in vesica dissectarũ inueniri posse non arbitror, & intra eam esse. Hæc quoque portentosa à Magis demonstratur aduersus aspidum ictus singulare remedium. Efficacior est tamen, vt aiunt, cimicibus admistis.*) Emendati codices. *Et inter ea hoc quoque esse quæ portẽtosa Magi demonstrent, aduersus aspidum ictus singulare, efficaciore tamen, vt aiunt, cimicibus admistis.*

¶ Cap. v. *Sæpius verò quantum veneficium præstaret mẽstruis mulierum.*) *Præter*, redundat. [*Adinueniri obiecta rana formicis.*) Lege. *Id inueniri.* [*Cinis eorũ fernatus prodest pauori. Prodest periclitantibus ex canis rabiosi morsibus.*) Germana lectio, *C. e s prodest pauore potus periclitantibus ex c. r. m.*

¶ Cap. v i i. *Huius corporis humorem penicillis derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre.*) Scribo iuxta fidem veterum codicũ, *Specillis derasum.* Est autẽ specillum instrumentum inungendis oculis aptum: quemadmodùm legimus lib. 7. capit. 53. C. Iulius medicus dũ inungit, specillum per oculum trahens. [*In calice nouo lenta pruna decoquere, deinde spuma pennis deterse.*) *Subinde*, non, *Deinde.*

¶ Cap. i x. *Pisciculi minuti ex ventre eius, quos deuorauerit, exempti.*) Lego, *Qui deuorauerit.* [*Item vituli marini, cuius cinis & adeps prodest.*) *Cinis*, redundat per anadiplosin præcedentis vocis paulum immutatæ natus. [*Morbos abigit ius mitulorum.*) Hoc ius præcellit furi Cæsareo pariter ac Pontificio, si verum est quod hic legitur. Sed extra iocum pro, *Morbos abigit*, legi debet, *Corpus auget.* ¶ Cap. x. *Neruos præcisos purpurarum cauum, quo se operiunt, tusum glutinat.*) Antiqua lectio, *Neruos vel præcisos purpurarum callum, quo se operiunt.* Intelligo autem operculum, quale & in terrestribus cochleis conspicimus, quoties intra calicem contractæ suo succo

victitant. [*Secari hayundine ferro enim intingi vitiumque trahere natura deserente.*) *Ferro enim infici,* legendum: & *Desinente*, pro, *Deserente*, attestantibus vetustis codicibus. [*Ita pueros pubescere negauit mango Salpe obstetrix.*) Vera lectio, *Ita pueros mangoni Zauit Salpe obstetrix.* [*Iecur ranæ dryophytis & calamitæ.*) Incorruptiores codices *Iecur ranæ diopetis vel calamitæ.* Vidi equidem certis locis tantum numerum ranunculorum, vt cum imbre delapsi. vel certè ex imbre prouenisse videri possent Hos opinor hîc diopetes vocari, quòd Græci *Διοπτεύειν* nominent quicquid est ex aëre delapsum, quasi à Ioue demissum. Legitur hoc vocabulum & suprà. [*Pulmone marino si confrictetur lignum, ardere videtur, adeo vt faculam ita præluceat.*) Malo quod in vetustis est codicibus, *Adeò vt baculum ita præluceat. Baculum* autem neutro genere dixit, quemadmodum Græcis Βάκτρον.

EX LIBRO TRIGESIMOTERTIO.
Ex prooemio.

VIdemúsque *super excauatos montes, mirantes,* &c.) Syncera lectio *Viuimúsque super excauatam, mirantes,* &c. [*Et in sede Manium opes quærimus, tanquam parum benigna fertilique, quà secetur.*) Pro, *Quà secetur*, melius leges, *Quaquà calcatur*, vt est in probatæ fidei volumini bus. [*Cui enim fodiendi causa medicina est?*) Nostra exemplaria elegantiùs, *Quoto enim cuique fodiendi causa medicina est.* [*Quàm innocens, quàm beata, imò verò & delicata esset vita, si nihil aliud de ea, nisi quod supra terras concupisceret, haberétque non nisi quod secum est?*) Vetus lectio nonnihil variat: ea ex vetustis exemplaribus totidem verbis adscribetur. *Q. i. q. b. i. v. & d. e. v. si nihil aliud, quàm supra terras, concupisceret, breuitérque nisi quod secum est?* [*Parùm enim erat naturæ vnam inuenisse vitæ pestem, nisi in pretio etiam esset sanies auri.*) Illic legitur, *Parùm enim erat vnam vitæ inuenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam sanies.*

¶ Cap. I. *Manus & prorsus sinistræ maximam autoritatem conciliauere auro, non quidem Romani, quorum more ferendum erat bellicæ virtutis insigne.*) Quàto melius nostri codices! *Non quidem Romanæ, quorum more ferreum erat id, & bellicæ virtutis insigne.* [*Nec præter Numæ Seruiique Tullij alia, nec L. quidem Bruti.*) Lege, *Ac ne L. quidem B.* [*Quanquam & de nomine ipso ambigitur: id Græci à digitis appellauere.*) Potior lectio, *Quanquam & de nomine ipso ambigi video: Græci à digitis appellauere.* [*Aequa fortuna triumphantis & serui coronam sustinentis.*) Antiqua scriptura magis arridet, *Aequè triumphantis & serui fortassè coronam sustinentis.* [*Et conditas artes vestes ac vasa aurea.*) Alius pro, *Artes*, scripsit, *Arte*, atque ita locum bellè castigatum putauit, cùm legi debeat, *Et conditas arcis vestes.* [*Et qui primus instituit, cùctanter id fecit.*) Melius, *Et quisquis primus instituit.* [*Inter Cepionem quoque & Drusum ex annulo in actione nauali inimicitiæ cœpere. Venali,* non, *Nauali.* [*Multi Prætura functi in ferreo consenuerint.*) Lege addendo, *Multi Prætura quoque functi.* [*L. Fusidium illum, quem Scaurus in vitæ suæ scribit.*) Antiqui codices *Ad quē Scaurus de vita suæ scripsit.* [*Nullúsque omnino annulos maior pars gentium hominumque, etiam sub imperio nostro degunt, hodie habent.*) Lege, *Hodicque habeat.* [*Alij verò & huic vnum tantùm, quo signanda signent. Conditúrque ille, vt res rara, & ad iniuriæ vsus indigna, velut è sacrario promitur.*) Prætulerim & hîc veterem lectionem, *A. v. & h. v. t. quo signantem signent. Conditus ille, vt res rara, & iniuria vsus indigna, velut è sacrario promitur.* Porrò, *Quo signantem signent*, sic dictum est, quemadmodum illud apud Sa yricum, Sed quis custodiat ipsos Custodes? (*Alij bracteas inferunt leuiore materia, & propter casum gemmarum tot solicitudinem putant.*) Quis hæc verba obsecro pro Plinianis agnoscat, cui modò Plinius vel mediocriter cognitus sit? Imò quis non statim ineptam orationem & vitiosam esse sentiat? In nostris exemplaribus legitur sic, *Alij bracteas infarcire leuiore materia, tutius propter casum gemmarum solicitudini putant.* [*Demúmque vel plurimum opum, ita scelera annulis fiunt.*) Bene exercuit castigatorem & hoc caput, vt video, quamuis non bonam gratiam meritum. Germana lectio est, *Denique vt plurimum opum scelera annulis fiunt*, [*Hoc profecere manipiorum legiones, & in domo turba externa acta. Seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Sed aliter apud antiquos. Singuli Marcipores &c.*) Quid est, *In domo turba externa acta?* Syncera lectio, *Et in domo turba externa, ac seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos singuli* &c. [*Nunc rapiendæ comparantur epulæ, paritérque qui rapiant eas. Sed & claues quoque ipsas signare non est satis.*) Elegantiùs absque coniunctione, *Sed. Nunc r. c. e. p. q q. r. eas: & c. q. i. s. n. e. s* Et hoc est quod suprà dixit, *Quod signantem signent.* [*Celebrationem quidem vsum cum fœnore cœpisse, argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiamnum anulo exiliente, ab eo tempore, quo nondum erat æra velocior.*) Nec hîc video cur mutare libuerit veterem lectionē. Ea sic habet, *Celebratior quidem vsus cum fœnore cœpisse debet: argumento est c. v. ad s. e. a. exiliente tracta ab* &c. Eadem loquendi forma lib. 9. capit. 41. dixit, *Pœnitentia hoc primùm debet inuenisse.* [*Seruatúmque in hodiernum diem est.*) *Diem*, elegantiùs subintelligitur, quàm exprimitur.

¶ Caput. II. *Propter hoc etiamnum Nongenti vocabantur ex nominibus selecti, ad custodienda suffragiorum scita in comitiis.*) *Plebiscita*, passim legimus apud bonos Latinæ linguæ autores: at, *Suffragiorum scita*, equidem nusquam legere memini. Præstiterit igitur & hîc veterum codicum fidem sequi, toties iam expertam, *Præter hos etiamnum Nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas suffragiorum cistas in comitiis.* [*Cùm C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur, occupatúsque in his esset, quæstus in Senatu, vulgò institores eius culpæ defendi anulis.*) O bellum castigatorem! At quid erit corrumpere veterum monumenta, si hoc castigare dicitur? An illi parùm integra videbatur hæc vetus lectio? *Cùm C. Sulpitius Galba, dum iuuenalē famam apud Principem popinarum pœnis aucupatur, quæstus esset in Senatu* &c. [*Quod ad equestrem ordinem pertinet.*) Rectius, *Attinet.* ¶ Caput III. *Antonius Sopus in contumeliam naturæ vilitatem auro fecit, opus proscriptione dignum.*) *Sopus*, redundat: nam de Triumuiro intelligendum est, ad cuius tabulas proscriptorias alluditur.

¶ Cap. IIII. *Tum maximè Augustum de cruore eius cœnare.*) Aliæ editiones, *De cruce eius.* Vtraque dictio vitiosa. Legendum, *De crure eius*: vt intelligamus huic in direptione fractæ statuæ crus obtigisse, cuius partem in hospitalem cœnam insumpserit. ¶ Cap. V. *Hæc sunt tenacia eius in colore blanda.*) Melius, *Et colori blanda.*

¶ Cap. VI. *Lineas ex argento nigras fieri producique miramur.*) Vetus lectio, *Lineas ex argento nigras produci plerique miramur.* [*Nanque ideò etiam platyophtalmon id appellauere, quoniam in collyris mulierúmque epiphoris dilatet oculos; & fluxiones inhibet oculorum.*) Tutiùs & hîc vetusta exemplaria sequemur, quæ sic habent, *Nanque ideò etiam plerique platyophthalmon id appellauere, quoniam in callibleparis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorū*, &c. Porrò callibleph: ri appellatione fuc' palpebrarum intelligitur. [*Quæq, subsidit in mortario abigitúrque.*) Lege, *Abiicitúrque.* (*Alij tritū in aqua triplici linteo siccant, fæcémque abiiciūt.*) *Siccant*, non, *Siccant.* [*Confractis tubulis ad magnitudinem auellanarum.*) *Anulorum*, melius quadrat, quam, *Auellanarum*: atque ita legitur in emendatis exemplaribus. [*Temperare, purgare, explere, hulcerum tumores lenire.*) Scribe ex fide veterum codicum. *Temperare, purgare, explere hulcera, tumores lenire.* [*Itémque pernliones cum myrto & cera & abdomine.*) In exemplaribus, quorum fidem sequimur, tantùm est, *Cum myrtis & cera*, abdominis nulla mentione. ¶ Cap. VII. *Minium quoque, & nunc inter pigmenta magnæ autoritatis, & quondam apud Romanos non solùm maximæ, sed etiam sacræ religionis, vt autor est Verrius, & cuius sit necesse credere autoritati, Iouis ipsius simulachri faciem diebus festis minio illini solitam.*) Codices nostri longè melius distingunt, vbi sic legitur, *Et quondam apud Romanos non solùm maximæ, sed etiam sacræ. Enumerat autores Verrius, quibus credere sit necesse, Iouis ipsius simulachri*, &c. ¶ Caput. VIII. *Dum ne quid prætereat in viscera, ac vulnus attingat.* Lego, *Dum ne quid penetret.*

¶ Cap. IX. *Quin etiam pocula ita figurantur, excultis intus crebris ceu speculis.*) Alius, *Excultis*, mutauit in, *Exculptis*, atque ita rem acu se attigisse putauit, cùm legendum esse, *Expulsis*, vetusta exemplaria nobis indicent. [*Plurimúmque refert concaua sint & poculi modo, an media depressa, an elata, an auersa, an obliqua.*) Antiqui codices, sic habent, *Plurimúmque refert concaua sint & poculi modo, an parmæ Threcidicæ, media depressa an elata, trauersa an obliqua.* [*Optima apud maiores fiebant Brundusina.*) *Fuerant*, non, *Fiebant*: atque ita legitur in emendatioribus voluminibus. [*Conflatur in fictili circunlito argilla.*) Lege addendo, *Conflantur ita in fictili.* [*Et falsum denarij spectatur exemplar.*) *Falsi*, rectiùs, quàm, *Falsum.*

¶ Caput X. *Eum qui primus asceperit hoc nomen, decoxisse.*) *Cognomen*, non, *Nomen.* [*M. Crassus negabat diuitem esse, nisi qui reditu annuo legionē tueri posset.*) Nec hîc video cur, *Diuitem*, nescio quis maluerit, quàm, *Locupletem*; quantumuis reclamantibus probatæ fidei exemplaribus. [*Iuuat enim insectari inexplebilem istam habendi cupiditatem.*) Nihilo minùs elegans est, *Habendi cupidinem*, quod in nostris legitur exemplaribus. [*C. Asinio Gallo, C. Marcio Cyrino* COSS.) *Censorino*, non, *Cyrino.*

¶ Cap. XI. *Nec copia tantùm argenti fucrat vitæ, sed validius pœna metu pretium.*) Antiqua scriptura melius, *Sed validius penè manupretium.* Alioqui ex vulgata lectione quis sensus commodus elici possit, equidem non intelligo. [*Parthica signa & tabulas pictas inuexit.*) Demiror quid sibi velint hîc Parthica signa per Achaicā victoriā Romam inuecta, nisi fortè castigator iste Achaiam, ex qua hæc spoliauerant, Parthorum prouinciam fuisse existimauit. Certè manu descripti codices pro, *Parthica*, habent, *Parta. s.* victoria. quam lectionem si recipimus, nihil supererit scrupuli. [*Vt liberet amplecti vitia, & liceret precare ex dignatione. Hinc aliqui veterum, vt C. Marius.*) Lege & distingue sic, *Vt liberet amplecti vitia, & liceret peccare, & dignatione hinc alicui veterum C. Marius*, &c. atque ita legitur in emendatis codicibus.

¶ Caput XII. *Vidimus & ipsi Valerium Fusum.*) *Arellium*, non, *Valerium*, suffragantibus vetustis voluminibus. Hūc Seneca inter claros sui temporis oratores annumerat. [*Boëthi apud Lyndiam Mineruam in templo.*) *In templo*, superfluit. [*Myos in eadem æde & Silenus & Cupido & venatio in scyphis. Magna fama post hos celebratus est Antipater.*) Exemplaria incorruptiora aliter hîc habent ad hunc modum, *Myos in eadem æde & Silenus & Cupidines. Acragantis & venatio in scyphis magnam famam habuit. Post hos celebratus est Calamis, & Antipater, quique* &c. Nec dubito quin & hæc data opera depravata sint. [*Mox Cyzicenus Tauricus. Item Ariston & Onichus Mitylenæi laudatur.*) Legendum, *Mox Cyzicenus Taurisius, item Aeriston & Eurichus Mitylenæi laudantur.*

¶ Caput XIII. *Non obliti Demetrium tota Hellade Neronis principatu accusatum.*) Syncera lectio, *Demetrium à tota Seplasia Neronis principatu accusatum*, attestantibus bonæ fidei exemplaribus. Cæterùm Seplasiæ nomine pigmentorum atque aromaticarum specierum negotiatores significantur, origine vocabuli à Campanis deducta, quorum vicus erat Seplasia, huiusce modi mercibus attributus.

EX LIBRO TRIGESIMOQVARTO
C. A. P. I.

IMò verò *ante argentum ac penè etiam ante aurum, Corinthium.*) Lege, *Corinthio.* s. pretium est. [*Docuimus quandiu P. R. ære signato tantùm vsus esset.*) Scribo, *Aere tantùm signato.* ¶ Cap. II. *Quippe cùm tradatur nō alia de causa Verrem, quem Cicero damnauerat, proscriptum esse ab Antonio, quàm quòd Corinthijs se ei cessurum negauisset.*) Vetus lectio, *Proscriptum cum eo ab Antonio*: hoc est, cùm Cicerone. [*Cùm anteà in seculo fictores nobiles esse desissent.*) Rectiùs, *Cum antè seculo*, id est, ante centum annos. [*Sanè ergo vasa tantùm Corinthia, quæ isti elegantiores nūc ex sculpendo transferunt modò in lucernas, modò in trullas.*) Vetusti codices sic, *Quæ isti elegantiores modò in esculenta transferunt, modò in lucernas, aut trulleos. Esculenta*, dixit, quæ alibi *Escaria*. [*Insula ipsa est, nec gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.*) Vetus lectio melius quadrat, *Insula & ipsa, nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.* ¶ Caput III. *Accensio candelabri talis fuit, vt autor est Dion. Iussu præconis Clesippus fullo gibbere & prætereà alio fœdus aspectu fabricatus est, emente id Gegania sestertijs l. eodémque ostentāte in conuiuio emptum, ludibrij causa nudatus, atque impudentia libidinis receptus in torum, mox in testamentum. prædiues numinum vice illud candelabrum coluit.*) Quis intelliget hæc? Nunc vide quantùm præstant vetera exemplaria, in quibus ad hūc modum legitur, *Accessio candelabri talis fuit, Theonis iussu præconis Clelippus fullo, gibbere prætereà & alio fœdus aspectu, emente id Gegania sestertijs l. eodémque ostentante conuiuio emptum ludibrij causa nudatus, atque impotentia libidinis receptus in torum, m. i. t. p. n. v. i. c. c. Quid* nunc dici potuit planiùs? [*Camillo enim crimini obiecit Sp. Caruilius.*) Legendum, *Camillo inter crimina obiecit Sp. Caruilius.*

¶ Cap. IIII. *Et iam omnium municipiorum & fori statuæ ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, & honores legi æuo & basibus inscribi.*) Aliquantò melior est antiqua lectio, *Et iam omnium municipiorum foris st. o. e. c. p. que. m. h. & honores legendi æuo basibus inscribi.* ¶ Caput V. *Togata effigie antiquitus statuæ dicabantur.*) Codices veteres verbis variant, si nō sensu

Togatæ effigies antiquitus ita dicabantur. [Et sequenti versu pro *Ab epheborum gymniciis exemplaribus*, illic legitur, *Ab epheborum è gymnasiis exemplaribus.* [*Mancinius eodem habitu sibi instituit, quo deditus est.*) *Statuit*, non, *Instituit.* [*Vnde & nostri currus nati in his qui triũphassent.*) In vetustis codicibus tantùm est, *Vnde & nostris currus in his qui triumphassent.* [*Nescio an primo honor talis à populo.*) Rectiùs *Nescio an primo honore tali à populo.* [*Equidem & Sibyllæ tres iuxta rostra sunt, minores sint licèt: vna, quam Pacuuius Taurus Aedilis plebis instituit, duæ quas M. Messala.*) Magis placet vetus scriptura, *Equidem & Sibyllæ iuxta rostra esse non miror, tres sint licèt: vna quam Sex. Pacuuius Taurus &c.* ¶ Cap. VI. *Et antè eadem Castorum fuit M. Tremelij.*) Lego, *Q. Marcij Tremeli. Qui regem Antiochum, dilaturum se responsum dicentem.* Nostri codices, *Hic regem Anthiocum, daturum se responsum dicentem &c.* [*Habuit è diuerso Annius Fœcialis. Equestrem statuam contra Iouis Statoris ædem in vestibulo superiore domus Valeriæ fuisse Publicolæ Consulis filiæ, eámque solam fugisse, Tiberímque transnatauisse.*) Syncera lectio ex antiquis exemplaribus reposita est hæc, *E diuerso Annius Fœcialis, equestrem, quæ fuerit contra Iouis Statoris ædem in vestibulo Superbi domus, Valeriæ fuisse Publicolæ Consulis filiæ, eámque solam refugisse, Tiberímque transnauisse.* [*Passímque statuæ in clientelas sunt receptæ.*) Depraua tam lectionem hoc modo ex fide archetyporum restituimus, *Passímque clientes in clientelas ita sunt recepti.*

¶ Cap. VII. *Vt trecentorum quinquagintaquinque dierum nota.*) Crassum erratum, cùm nunquam minus CCCLX. in anno numerati sint. [*Deorum tantùm putarem esse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen Romani nominis odio inditum est, Vulsinios pulsatos propter centum & decem statuarum signa obiceret.*) Emendati codices, *Deorum tantùm putarem ea fuisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen à Roman. nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Volsinios expugnatos obiceret.* [*Signorum quoque inexplicabili multitudine, cùm Lysippus ad sexcenta x. opera fecisse tradatur, ante omnia, vt arti elaritatem posserent dare vel singula.*) Illic legitur, *Singulorum quoque inexplicabili multitudine, cùm Lysippus ad sexcenta x. opera fecisse prodatur, tantæ omnia artis, vt claritatem possent dare vel singula.* [*Solitum enim ex immani pretio cuiusque signi.*) Lege, *Ex manipretio*, quod nunc vulgus illiteratum manufacturæ pretium vocat.

¶ Cap. VIII. *Cephisiodotus, Leochares, Epatodorus.*) Scribo, *Cephissodorus, Leochares, Hypatodorus.* Et paulò pòstpro, *Tymoles, Timocles*, attestantibus vetustis exemplaribus. [*Proprium eiusdem, vt vno crure insisterent signa, excogitasse, vt ait Varro.*) Plus verborum habent vetusta exemplaria *P. e. v. v. c. i. s. excogitasse: quadrata tamen ea esse tradit Varro, & penè ad vnum exemplum.* [*Cuius signa ad ædem Fortunæ huiusce Deæ sunt feminuda: vnde & laudata sunt.*) Malui sequi archetypa, vbi scribitur hoc modo, *Cuius signa ad ædem Fortunæ huiusce Deæ septem nuda, & senis vnum, laudata sunt.* Tale senile signum Corinthium graphicè describit Plinius Iunior in quadam epistola. nec nouum est Fortunæ simulachra nuda depingi, sicut & Occasionis. [*Quamobrem Athenienses eam honore habere volentes, ne tamen scortum celebrasse viderẽtur, animal nominis eius fecere.*) Antiqua lectio melior, *Quamobrem Athenienses & honorem ei habere volentes, nec tamen scortum celebrasse animal nominis eius fecere.* [*Canachus Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur, in Didymæo Aeginetici æris temperatum.*) Lege, *Aeginetica æris temperatura.* [*Et Virtutem egregiam, vtraque colossea.*) Scribo, *Et Virtutem & Græciam, vtraque colossea.* Alioqui non est, quod referat hæc dictio, *Vtraque.* [*Eutychides Eurotam fecit, in quo artem ipsam amne liquidiorem plurimi dixere.*) Notatu exemplaria. *Eutychides Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere.* [*Leocras aquilam sentientem quid rapiat in Ganymede, & quid ferat.*) Lego, *Et cui ferat.* [*Boethi quanquam argento melior.*) *Melioris*, rectius, quàm *Melior.* [*Habet gratiam suam huius quoque Doryphorus. Vnam solummodo Zenonis Cypriam statuam in expeditione non vendidit Cato.*) Scribendum, *Vnam solummodo Zenonis statuũ Cypria in expeditione non vendidit Cato.* ¶ Cap. X. *Cadmiæ effectus, siccare, sanare.*) Melius, *Siccare, persanare.*

¶ Cap. XII. *Prodest autem & dentium doloris, si contineatur atque colluatur.*) Imò, *Colluat.* ¶ Cap. XIIII. *Aristonidas artifex cùm exprimere vellet Athamantis furorem, Clearchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo residentis pœnitentiam, ferrum & æs miscuit.*) Incorrupta manu scriptorum codicum lectio hæc est, *Aristonidas artifex cùm exprimere vellet Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentem, pœnitentiámque, ferrum & æs miscuit.*

EX LIBRO TRIGESIMOQVINTO.

CAP. II.

QVe etiam dominis mutatis domus ornamenta erant.) Argutius est, quod in vetustis simul ac emendatis codicibus legitur hoc modo, *Triumphabántque etiam domini mutatis ipsæ domus.* ¶ Cap. III. *Omnes ab vmbra hominis lineis circunducta.*) *Ab*, præpositio redundat. [*Primus inuenit eos colores, teste (vt ferunt) Arato, Cleophantus.* Quosnam colores, cùm modò dixerit, *Sine vllo etiamnum colore.* Deinde quoties ita loquimur, vt ferunt, rumori nos credere significamus, non certè alicuius testimonio. Quid igitur hic facit Aratus? qui tamẽ non est in enumeratione scriptorum, quos in hoc libro Plinius sequitur. Quo fit, vt facilè hîc vetustis codicibus assentiar, vbi sic legitur, *Primus inuenit eas colorare testa, vt ferunt, trita Cleophantus Corinthius.* Nimirum simplicissimus color conueniebat rudimentis artis, quandoquidem absolutissimi etiam artifices, Apelles & eius ætatis alij, non nisi quatuor coloribus pinxisse leguntur. [*Durauere & cæteræ, antiquiores & ipsæ.*) Satis apparet hanc dictionem, *Cæteræ*, hîc locum non habere. Antiqui codices habent, *Durauere*, &, *Care.* Ea vrbs est Hetruriæ, olim Agylla à Pelasgis cultoribus vocitata. [*Nisi fortè quis Turpicium equitem Roman. è Venetia nostræ ætatis belle referat.*) *Velit referre*, meliùs, quam, *Belle referat*, suffragantibus antiquis exemplaribus. [Paulò antè, *Cùm restringerentur, sublatas.*) Lege, *Cùm reficerentur.* s. thermæ. ¶ Cap. IX. *Superatúsque est ab eo Pythis.*) Legendum, *Superatus ab eo Pithÿs.* nam Pythia Delphis celebrabantur. [*Fecit & Penelopen, in qua amores pinxisse videtur.*) Vetus lectio est, *In qua pinxisse mores videtur.* ¶ Cap. X. *Ipsius autoritas tanta fuit, vt diuiserit picturam in genera tria, quæ ante eum duo fuere, Helladicum & Asiaticum. Asiaticum appellabant propter hunc qui erat Sicyonius. Dimisso Helladico tria facta sunt, Ionicũ, Sicyonium, Atticum.*) Vitiatam lectionem caltigauimus ex fide veterum codicum in hunc modum, *Quæ ante eum duo fuere, Helladicum, & quod Asiaticum appellabant. Propter hunc qui erat Sicyonius, diuiso Helladico tria facta sunt.* Ionia Græcorum fuit colonia in Asiam deducta: Athenæ autem caput erant veræ Helladis, in qua est & Sicyon, altera post Athenas picturæ patria: vnde mox generibus ipsis cognomina sunt facta, Atticum, Sicyonium, & Ionicum, olim Asiaticum appellatum. [*Vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est picturam, in buxo docerẽtur.*) Secutus archetypa nostra, lego & distinguo, *Diagraphicen, hoc est pict. in buxo, docerẽtur*: vt ea voce rudimenta picturæ intelligamus. neque enim omnes pueri in absolutos artifices euadebant. Est autem διαγραφὴ, vnde Diagraphice deducitur, tabella buxea, in qua pueri scribere vel pingere meditabantur, subinde errata emendantes, quòd Græci διαγράφειν vocant. & diagrammata propriè dicuntur descriptiones Mathematicæ, deformationésve architectonicæ. Cæterùm buxus ad id potissimùm electa est propter materiæ læuorem, simúlque densitatem, quòd minimè colores biberet, nec lineas fluidas redderet. [*Voluminibus editis, quæ doctrinam eam continent.*) Lege addendo, *Voluminibus etiam editis.* [*Vnde, vt iam diximus, ab alio pingi se vetuit inueterato edicto.*) Meliùs aliquantò cohærebit oratio, si iuxta veterem scripturam legamus hoc modò, *Nam, vt diximus, ab alio pingi se vetuit edicto.* Porrò hæc dictio, *Inueterato*, haud dubiè nata est ex verbi, *Vetuit*, literis aliquot ab oscitante scriba repetitis, ac mox à castigatore quopiam, quò ei tum visum est, detortis. [*Imaginum ille similitudines adeò indiscretè pinxit.*) Rectiùs, *Imagines adeò similitudinis indiscretæ pinxit.* [*Tantúmque ea in parte è facie ostendit.*) Meliùs vetus, *Tantúmque eam partem.* [*Sed legentes meminerint, omnia ea constare quatuor coloribus. Immane tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero.*) Cui hîc suboleret mendum? Est tamen non simplex. Nam vetus ac syncera lectio habet sic. *Sed legentes meminerint, omnia ea quatuor coloribus facta: manipretium eius tabulæ in auro mensura accepit, non numero.* Vt intelligamus, in opere artem fuisse pretiosam, non colores. [*Est & equus eius sine fine dictus in certamine.*) Aptiùs quadrabit ad sequentia, si legas, *Est & equus eius, siue fuit, pictus in certamine.* [*Vicisse Homeri versus videtur idipsum scribentis.*) Meliùs, *Describentis.* [*Vt idipsum repercussu claritates oculorum excitaret.*) *Colorum*, non, *Oculorum.* [*Ex illáque reposuit ablatos colores.*) Vetùs lectio melius, *Et illa reposuit ablatos colores.* [*Cylicium tragœdiarum scriptorem*). Scribo, *Philiscum.* [*Impetus animi & libido in hæc quædam artis eum potiùs tulere.*) Melior ordo, *Impetus animi & quædam artis libido in hæc potiùs eum tulere.* [*Tradunt nanque conductum eum ab Aristrato Sicyoniorum tyranno ad pingendum, quod is faciebat, Telesti Poetæ monumentum.*) Vera lectio, *Tradunt nanque conduxisse pingendum ab Aristrato Sicyoniorum tyranno quod is faciebat Telesti Poetæ monumentum.* Aristratus locauit pingẽdum, Nicomachus conduxit. [*Parua & Callides fecit.*) Scribo, *Callicles.* [*Vnde hoc genus picturæ Grÿllus vocatur.*) Vetus lectio, *Grylli vocantur*: est enim picturæ nominatiuus. &, *Hoc genus*, dixit pro, *Huius generis.* [*Plurimæ preterea faciles argutiæ.*) Legendum, *Plurimæ preterea tales argutiæ.* ¶ Cap. XI. *Pinxit & ipse penicillo parietes Thebis.*) *Thespijs*, non, *Thebis*, habent veteres codices. [*Quamobrem daturus celeritatis famam, absoluit vno die tabellam.*) Lege addendo, *Quamobrem arti daturus & celeritatis famam.* [*Quæ nobilissima tabula appellata est stephanoplocos.*) Scribo, *Quæ è nobilissimis eius tabula appellata est stephanoplocos.* [*Quoniam Glycera coronas venditando sustinuerat paupertatem.*) Vetus lectio, *Quoniam Glycera venditando coronas sustentauerat paupertatem.* [*Mirati sunt multi, aquauit autem nemo.*) Elegantiùs absque coniunctione, *Æquauit nemo.* [*Hic primus videtur & expressisse dignitates, insignia heroum, & usurpasse symmetriam.*) In emendatis exemplaribus tantùm est, *Hic primus videtur expressisse dignitates heroum, & usurpasse symmetriam.* [*Nobilis eius est tabula Ephesi, Vlyxes simulata, vesania bouem cum equo iungens, & Palamedes dux fascæ gladium condens.*) Antiqua scriptura verior, *Nobiles eius tabulæ Ephesi, Vlyxes simulata insania bouem cum equo iungens, & palliati cogitantes, dux gladium condens.* [*Huius est clypeo dimicans Athenis.*) Addidimus, *Athenis*, quòd ibi pictura ea seruaretur. [*Non satis discernitur alius eodem nomine. At hunc eundem quidam faciunt Olympiade CXII.*) Lege & distingue sic, *Non satis discernitur, alium eodem nomine, an hunc eundem quidam faciant Olympiade CXII.* [*Ioue Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebriter ingemiscente inter obstetrices & Dearum clamorem.*) Antiqua lectio, *Inter obstetricia dearum. Obstetricia*, sicut Famulitia, Seruitia. Nec enim credendum, pictorem tantò Deo alias obstetrices, quàm Deas, admouisse. [Superest vnum verbum *Clamorem*, pro eo reposuimus, *Cleon Admeto*, vt sit pictoris & picturæ appellatio, & referatur ad verbum præcedens, *Immotuit.* [*Nealces Venerem, solers hic arte ingenioso operi superpinxit. Siquidem cùm prælium, &c.*) Caltigauimus ex manuscripto exemplari ad hunc modum, *Nealces Venerem, ingeniosus & solers in arte. Siquidem cùm prælium nauale*, & reliqua. [*Lheontius Epicurum cogitantem.*) Vetera exemplaria, *Leontium Epicuri cogitantem*, vt sit picturæ nomenclatura, non pictoris, & tabulæ hæc Theodori operibus annumeretur. Fuit autem Leontium Epicuri concubina, philosopha & ipsa, mirum ex amatoris domestica consuetudine, in tantum vt libros quoque contra Aristotelem scripserit, quemadmodum legitur in præfatione ad Vespasianum Imperatorem à Plinio in operis huius frontispicio præfixa. [*Mydon solus.*) Lego, *Mydon Soleus*, id est, Solensis. Sunt enim Σόλοι Ciliciæ oppidum, & alterum eiusdem nominis in Cypro. [Ac mox, *Stadius*, non, *Tadius.* [*Dianam in tabula, quæ Ephesi est in antiquissimis picturæ.*) Meliùs, *Antiquissimæ picturæ.* [*Discipulum eius fuisse Autobolum.*) Scribe, *Autobulum.* [*Hoc cùm fecere, non apparet in velis, sed in cortina pingi. In feruentes aquas mersa, post momentum extrahuntur picta.*) Incorruptiora exemplaria aliter distinguunt, mutata nonnihil etiam lectione: *Hoc cùm fecere, non apparet in velis: sed in cortinam pigmenti feruentis mersa, post momentum extrahuntur picta.*

¶ Cap. XII. *M. Varro tradit sibi cognitum Romæ Possumium nomine, à quo factas Romæ tubas, item pisces, quos aspectu discernere à veris vix posses.*) Crediderim nostros potiùs codices germanam habere lectionem hoc modo: *M. Varro tradit sibi cognitum Romæ Posim nomine, à quo factas Romæ tubas, item pisces, ita vt non sit aspectu discernere à veris.* [*Cuius proplasticen pluris venire solitam ab artificibus ipsis, quàm aliorum opera.*) Illic legitur, *Cuius proplasmata pluris venire solita artificibus i. q. a. o.* [*Fictilem eam fuisse, & ideò mirari solere.*) Vetus lectio, *Fictilem eum fuisse, & ideò miniari solitum.* [*Et arte firmitatéque æui sanctiora auro.*) Scribo, *Et arte æuique firmitate certiora auro. Firmitate certiora*, magis quadrat, quàm *Sanctiora.* [Sequenti versu, *Sed fictilibus prolibatur sympulis.*) Antiqui codices pro, *Sympulis*

pulis habent *Sympuuijs:* quod vocabulum & apud Satyricum in eodem significatu reperitur. - quis ausit Sympuuium ridere Numæ, prisćumque catinum? [*Vter teniorem humum circumduceret.*) Meliùs, *Duceret*, hoc quidem in loco, assentientibus vetustæ scripturæ voluminibus: [*Exprobauit patinarum paludes Vitellio, memoria non vlla fœdiore, cuius veneno Asprenati reo Cassius Seuerus accusator obiiciebat interisse* cxxx. *c̃ouiuas.*) Hæc Lectio nullo modo consistit, cùm neque Asprenas, neque Cassius, vsque ad Vitellij principatum vixerit. Emendati codices aliter habent, *Exprobauit patinarum paludes Vitellij memoriæ, quàm illa, fœdiore, cuius veneno*, &c. *Vitellij memoriæ*, dicit, non *Vitellio*, quia tum iam supplicium dederat Vitellius: vt sic sensisus, fœdiorem fuisse in Vitellio principe tam immanem profusionem, quàm in Asprenate primato veneficium.

¶ Cap. XIIII. *Parietes quos appellant fornaceos, quoniam fornacum modo circumdati vtrinque duabus tabulis inferciuntur.*) Confer nunc synceram lectionem, *Formaceos, quoniam in forma circundatis vtrinque duabus tabulis inferciuntur.* [*Quos ædificiis non idoneos probant.*) Tolle, *Quos*, & scribe, *Ædificijs non nisi bimos probant.* [*Halicarnassi Mausolea.*) Lego, *Mausoli*, scilicet regiam. pendet enim oratio à præcedentibus: nec de Mausoleo hîc loquitur, sed Mausoli domo, cuius & sequenti lib. cap. 6. memint. ¶ Cap. XV. *Fungosum atque omnium ore diluí facile.*) Legendum, *Omni humore diluí facile.*

EX LIBRO TRIGESIMOSEXTO.

Cap. III.

Columnas habuit in eodem atrio, Hymettias.) Lege, *In eodem Palatio.* [*Quẽ M. Brutus in iurgiis ob id Venerem Palatinam appellauerat.*) *Quem*, redundat. [*Antè igitur artifices censebimus.*) Meliùs, *Percensebimus.*

¶ Cap. V. *Quod Hipponax indignatus, amaritudinẽ carminum distrinxit eos tãtùm, vt credatur aliquos ex iis ad laqueum compulisse.*) Meliùs, *Amaritudinem carminum strinxit intantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse.* Quemadmedum enim gladium distringimus petituri hostẽ, ita hîc Hipponax metaphorice dicitur amaritudinem carminis, quæ illi pro telo fuit, in inimicos distrinxisse. [*Cuius opera Athenienses complura in ædibus sacris posuere, præclaráque Veneris imaginem extra muros, quæ appellantur Aphrodite exopolis.*) Et hîc vetus lectio est incorruptior, *Cuius sunt operæ Athenis complura in adibus sacris, præclaráque Venus extra muros quæ appellatur Aphrodite* ἐξω κώπους, *Ἐξω κώπους* legendum pro *Exopolis.* Paulanias quoque in Atticis attestatur. [*Proferemus argumento paruo & ingenij tantùm.*) *Argumenta paruo*, non *Argumento paruo.* [*Scopæ verò laus eum bis certantis. Fecit Venerem.*) Legendum, *Scopæ laus cum bis certat. Is fecit Venerem.* [*Et quencunque alium locum nobilitant.*) Scribo, *Et quencunque alium locum nobilitatura.* neque aliter legi commodè potest. [*Romæ quidem magnitudo operum est iam obliterata à magnis officiorum negotiorúmque aceruis, quæ omnes à contemplatione talium abducunt.*) Aeque fœdum & hoc mendum sustulimus ex fide veterum codicum, hoc pacto, *Romæ quidem magnitudo operum eam obliterat, ac magni officiorum negotiorúmque acerui omnes à c.t. a.* Syncerita lectionis euidentiùs in contextu apparebit, collatis præcedentibus. [*Ex quibus vnus Liberum patrem palla velatus Veneris præfert.*) Vetusti codices pro *Veneris*, habent *Humeris.* [*Hippiades & Hermerotes Tauriſci.*) Vetus lectio, *Hippiades Stephani, Hermerotes Tauriſci.* [Eodem loco, *Liber pater Eutychidis manu laudatur.*) *Manu*, supersest, nec habetur in probatæ fidei exemplaribus. [*Ex quo apparet in magni honoris autoritate habitum Lysiæ opus.*) Meliùs vetus scriptura, *Ex honore apparet in magna autoritate h. l. o.* & sic rectiùs quadrabunt, quæ sequuntur. [*In honore est & in templo illo Hercules, ad quem Pœni omnibus annis humana sacrificauerũt victima, humi stans ante aditum porticus agnitiones sita. Fuere & Thespiades ad eadem Felicitatis.*) Clariorem & hunc locum fecit collatio ad manuscriptos codices, qui sic habent, *Inhonorus est nec in templo vllo Hercules, ad q. p:o. a. h. ſ. victima, h. ſt. a. a. p. ad nationes. Sita fuere & Thespiades* &c. Suffragatur huic lectioni, quod mox in eodem capite legitur his verbis, Idem & à Coponio quatuordecim nationes, quæ sunt circa Pompei, factas autor est. [*Quarum vnam amauit eques Rom. Iunius Pisciculus.*) Scribendum, *Adamauit.* [*Alij calcearent soccos, & omnes ex vno lapide.*) Lego, *Alij calcearent soccis, omnes ex vno lapide.* [*Nec minus Sauron atque Batrachum obliterari conuenit.*) Vox hæc, *Minùs*, delenda est, vt hoc loco planè superuacanea.

¶ Cap. VII. *Argumento XVI. liberis circa ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi arguentes annos eius intelliguntur.*) Emendata lectio, *Argumento Nili xvi. liberis circa ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augentis se amnis intelliguntur.* [*Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec vsquam alibi, nasci putauere nostri veteres, sed in Germania.*) Pro *Sed*, legendum *Sudines*, nomen scriptoris, qui & in Catalogo recensetur. [Ac mox *Chiorum magnitudine cadorum*, non *Et vrceos magnitudine cadorum.* [*Nos amplores triginta vidimus in scena, quam Callistus Cæsaris Claudij libertorum potentissimus exædificauerat.*) Magis placet vetus lectio, *N. a. t. v. in cœnatione, quam Callistus Cæsaris Claudij libertorum potentia notus sibi exædificauerat.* ¶ Cap. VIII. *Ad terenda collyria quadam vtilitate naturæ alia conueniens.*) Lego, *Quadam vtilitate naturali conueniens.*

¶ Cap. IX. *Hac admiratione opus effectum est vt cùm op. id ex. Cambyses &c.*) Scribo, *Hac admiratione operis*, nó, *Opus.* [*Pedalibus spatijs ex eodem lapide. Spatijs*, redundat. [*Postea egestis lateculis alleuata naue.*) Scribo, *Alleuatas naues.* [*Et alij duo sunt Alexandriæ ad portum in Cæsaris templo.*) Lege *In portu ad Cæsaris templum.* ¶ Cap. XI. *Tertius est in Vaticano.*) Rectiùs, *Tertius Romæ in Vaticano.* Nam sequenti versu in emendatis codicibus legitur, *Fractus est in molitione*, non, *Fractus in molitudine eius.*

¶ Cap. XII. *Alij lateribus è luto factis extracto contis in priuatas domos distributo.*) Verà lectio, *Alij lateribus è luto factis extructos pontes, peracto opere in priuatas domos distributos.* [*Minimam extitisse laudatissimam à Rhod. mer. factam.*) Meliùs, *Minimam ex his, sed laudatissimam.*

¶ Cap. XIII. *Refecit vnus omnino pauca ibi ex mõte Phado Thebis rex.*) Longè aliter legitur in manuscriptis voluminibus, *Refecit vnus omnino pauca ibi Circammom spado Nectabis regis.*

¶ Cap. XIIII. *Leguntur & pensiles hortos, imò verò totum oppidum feciſſe Aegyptiæ Thebæ.*) Restituimus, *Legitur & pensilis hortus, imò verò totum oppidum, Aegyptiæ Thebæ.* Sequenti versu pro *Subitò*, *Subter.*

¶ Cap. XV. *Id M. Agrippa fecit in Aedilitate post Cõsulatum, per meatus corriuatis septem amnibus, cursu præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coactis. Insuper mole imbrium concitati vada ac litora quatiunt.*) Melius quadrat, mea quidem sententia, vetus lectio, *A M. Agrippa in Aedilitate post Consulatum, per meatus corriuati septem annes, cursúque præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti, insuper mole imbrium concitati vada ac latera quatiunt*, & reliqua. [*Is iussus à Senatu aquarum Appiæ & Anienis tegula ductus reficere.*) Vera lectio, *Is t. a. S. aquarum, Appiæ, Anienis, Tepulæ, d. r.* [*Innarrabili profectò impendio & operariorum multitudine.*) Elegantiùs, *Et operarum multitudine.*

¶ Cap. XVI. *Et Magnesiacum è Macedonia ei contermina.*) Legendum, *E Magnesia Macedoniæ contermina.*

¶ Cap. XVII. *Et vestes & calceamenta illita, mortuis, lapidea fieri.*) Prodigiosa sanè lectio, & à vetere multùm degenerans, quæ sic habet, *Et vestes & calceamenta illata, omnia lapidea fieri.* ¶ Cap. XXI. *In pelliculis scarificati vti veteri animalium.*) Ridiculum, pro *Sacrificatorum an.* [Paulò pòst pro, *In ostrina ter siccantur*, duæ tantùm voces repositæ. *ſ. Trina ustione.* ¶ Cap. XXII. *Græci è lapide duro ac silice æquo.*) Meliùs, *Silice æquato.*

¶ Cap. XXIII. *Et cisternas harena pura & aspera quinque partibus.*) In antiquis exemplaribus est, *Et cisternas harenæ puræ & asperæ quinque partibus.*

¶ Cap. XXIIII. *Et lapide speculari, squamam vitalem habent.*) Legendum. *squamámve talem habente.* [*Quod malthatur, oleo perficitur antè.*) *Perficatur*, non *Perficitur.*

¶ Cap. XXV. *In Italiæ festucis cannea: hoc apertè ex nomine ipso intelligi potest.*) Nihil simile est in vetustis voluminibus, vbi sic legitur, *In Italia fistucis pauita: hoc certè ex nomine ipso intelligi potest.* [*Pulsa deinde ex humo pauimenta in cameras transferre, vt pronum vitium. Et hoc certè inuentum ab Agrippa in Thermis, quas Romæ fecit. Figlinum opus encausto pinxit.*) Et hîc vetus lectio magis arridet. *Pulsa deinde ex humo pauimenta in cameras transiere è vitro, nouitium & hoc inuentum. Agrippa certè in thermis, quas Romæ fecit, figlinum opus encausto pinxit.*

¶ Cap. XXVI. *Sex M. p. à litore inter Cumas atque Lucrinũ.*) *A* præpositio redundat, nõ otiosa modò, sed & sensum vitians. [*Fit & intinctura genere Obsidianum, ad escaria vasa totum rubens vitrum, atque non transfucens, hematinon appellatum.*) Legi debet, *Fit & tinctura genere obsidianum ad escaria vasa, & totum rubens vitrum atque Contransfucens, hematinon appellatum.* Nam alterum *Et* necessariò addendum, cùm diuersa genera sint Obsidianum & hæmatinon, hoc rubens, illud verò nigricans. ¶ Cap. XXVII. *Repentè in foco comparuisse genitale.*) Lege addendo, *Repentè in foco eius comp.*

EX LIBRO TRIGESIMO SEPTIMO.

CAP. I.

Vltùm enim detractum erat gemmæ dignitati. Erat, redundat: sunt enim verba Ismeniæ choraulæ. [*Vt sibi quoque par videretur.*) Legendum, *Vt sic quoque par videretur.* [*Sed nulla peritia electas, sed forte quadã. His exemplis initio voluminis oblatis.*) Lege, & distingue sic, *Sed nulla peritia electas: forte quadam his exemplis*, & reliqua. [*Hoc in Polycratis gemma, quæ demonstratur illibata intactáque ab Ismeniæ ætate post multos annos apparet scalpi etiã smaragdos solitos.*) Melior vetus lectio, *Polycratis gemma quæ demonstratur, illibata intactáque est. Ismeniæ ætate multos post annos, apparet scalpi etiam smaragdos solitos. Quique Diui Augusti imaginem similem expressit, qua posteà principes signabant.*) Adde nomen artificis, *Quique Diui Augusti imaginem similem expressit, qua posteà principes signabant, Dioscorides.* [*Quidnam fuisse acturum eum, si Scipio à patre eius interemptus esset.*) *Factarum*, non *Acturum.* Vitium enim est Latinitatis hoc loco, grauius quàm prima fronte videtur.

¶ Cap. II. *Seuerit ate victa & veriore luxuria, quàm triũpho.*) Antiqua scriptura, *Et veriore luxuriæ triumpho:* quasi luxuria tunc veriùs triumpharit, quàm Pompeius. [*Ni verius sit eum Deorum ostentum credi oportere.*) Rectiùs nostra exemplaria, *Ni verius ire Deorum ostentum credi oporteret.* [*Qui sceptra personis histrionum, & cubicula viatoria vnionibus consternebat.*) Scribo iuxta fidem veterum codicum. *Qui sceptra, & personas histrionum, & cubicula viatoria vnionibus construebat.* [*Dum Poppæanis præludit.*) Non *Poppæanis*, sed *Pompeiano. ſ.* theatro: vt intelligamus theatrum hoc Transtiberinum Pompeiani fuisse præludium. Nam Nero priusquàm probè perfricuisset frontem minoribus se ostentauit theatris, postremò in Pompeij theatro in conspectu totius populi Romani ineptire non erubuit. [*Hoc artifices litura occultant.*) *Antiqua lectio, Cælatura oc.* Alioqui non quadrat quod sequitur, *Putas enim.* nam puræ hîc cælatis opponuntur. [*Guttonibus Germaniæ gẽti accolis æstuarium Mętonomon nomine, Oceano spatio stadiorum sex millium.*) Syncera lectio antiquorum voluminum est hæc, *Guttonibus Germaniæ genti accoli æstuarium Oceani Mentonomon nomine, spatio stadiorum sex millium.*

¶ Cap. III. *Centum ferè M. p. abest à Carnunto litus Pannoniæ, quò id à Germania inuehitur.*) In emendatis codicibus legitur sic, *D C. ferè M. p. à Carnunto Pannoniæ abest litus id Germaniæ, ex quo inuehitur.*

¶ Cap. IIII. *Omnium profectò muneris talis inuentio hominis est.*) Scribo, *Numinum profectò muneris talis inuentio omnis est.* ¶ Cap. V. *Quapropter principatum ex ijs Aegyptij obtinent.*) Nisi legas, Cyprij, vt est in vetustis exemplaribus, nec præcedentia quadrabunt, nec sequentia. [*Mox iuxta Carchedonem, in qua legebatur, smaragdites dictus est.*) Lego, *Mons, in quo legebantur iuxta Carchedonem, smaragdites dictus est.*

¶ Cap. VI. *Sunt & Armeniacæ, vt cæteræ improbandæ, sed pallida Zona.*) Recta lectio, *Cæteræ probandæ, sed pallida Zona.* [Sequentis versus scripturam emendauimus sic, *Hoc in gemmam transilit ex lapide Carmaniæ.* [Vltimus etiam huius capitis versus sic legendus, *Obiterq; omnium ardentium gemmarum indicanda.* ¶ Cap. VII. *Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse posuit, extremo visu nubilantem, & si ita attollatur exardescentem.*) Et hîc veram lectionem, vnde cætera, transcripsimus. *Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse positi, extremo visu nubilantem: si attollatur exardescentem.* Opponuntur. n. *Poni* & *Attoli.* Qui *Positi*, genitiuum in verbum *Positi* vertit, non Latinitatis solùm oblitus erat, sed etiam verbi *Dicit*, quod ex præcedentibus huc quoque refertur. [Et paulò pòst legendum, *Indicos etiam in sextarij vnius mensuram cauari.* nam deprauata lectio nullam certam mensuram definiebat. [*Sicut in Ephyra & Asso.*) Nostri codices, *Sicut Paro.* alioqui Corinthum potiùs dixisset, quàm obsoleto nomine Ephyram.

¶ Cap. VIII. *Cæteræ saxo & cote poliuntur.*) Imò, *Naxijs cotibus*, vt extat in veter. codic. nõ à Naxo, vna è Cyclades, sed ab alia Cretensi. Sthephanus. ναξία λίθος, ἡ κρητικὴ δηλονότι. Cretensis cotis mentio fit etiam decimo-octauo volumine in ratione pratorum. [*Ergo cuntes è lo-*

ginquo incessunt, & cum toto musco excutiunt.) Pro *Euntes*, scribo *Fundis. Ergo fundis è longinquo incessunt.* [*Hoc vectigal hócque gestamen diutius in ceruice gratissimum norunt.)Diuites*,non *Diutius.* [*Quidam ictu primò cepere præclaras,multi in secundo nullas.)* Non, *In secundo*, sed *Insectando.* [*Et quidem callaides tali sectura formantur.* Qualínam sectura? Nihil enim præcesit, quò referatur. Incorruptiores codices habent, *Et venatus quidem callaidis talis.Sectura formantur*,&c. *Et venatum* aptè nominat propter funditores. [*Neque est mutabilior alia aut mendacior vitri.)* Reposuimus synceram lectionem hoc modo: *Neque est imitabilior alia mendacio vitri.* [*Et milion, fulgoris si antè habeas breuis, & cùm intueare fallacis.)* Antiqua scriptura, *Fulgore hebeti, aut breui & cùm intueare fallaci.* [*Smaragdo similem Indicæ, Cyprij dicunt glaucum pinguémque.)* Melius quadrat vetus lectio, siue præcedentia consideres, siue sequentia. Est autem hæc: *Smaragdo similem Indi, Cypros duram glaucóque pingui.* [Et sequenti versu, pro *Talis & iaspis est*, scribo, *Talis & Caspia est.* [*Thracia Indicæ similem mittit, Chalcidia turbidam.)* Antiqua lectio: *Amisos Indicæ similem mittit,Chalcidon turbidam.*Est autem Amisos Ponti vrbs, sicut Chalcidon Bithyniæ.

¶Cap. IX. *Quæ ex ijs smaragdo similis est è petra per transuersum lineæ alba præcingitur.)* Legendum, *Smaragdo similis est, & per transuersum*, &c. [*Indicæ absolutum purpuræ colorem habent.)* Addendum, *Felicis purpuræ*, hoc est,cuius tinctura feliciter successit.

¶ Cap. X. *Candore interstincto varijs coloribus.) Interstincto*, idest, distincto, *διαφίντῳ*,de alabastrite. [*In India & Persidis Acidiæ monte.)* Scribo, *Et Perside ac Ida monte.* [*Batrachias mittit & Coptos.)* Melius, *Coptos & Batrachitas mittit.* [*Et fulmine tacta restinguit.)* Vetus lectio, *Fulmine icta.* De brontia loquitur. *De cœlo tacta*, legi sæpe, *Fulmine tacta*, non memini legere apud Latinitatis autores. [*Et alia parte purpuræ.)* Lego, *Et altera parte*. Hoc de secundo genere chelidoniarũ intelligendum. [*Deiectam in aquam feruentem tẽpestates tueri.)* Scribendum, *Deiecta in aquam feruentem tempestates auerti, de chelonitide.* [Proximè sequenti versu restituimus, *In motacillæ auis ventre.* Quis enim vnquam Scyllam auem aut vidit,aut legit? [*Ad Dardanum nunc pagum, quondam oppidum.)* Vetus lectio, *Atarne nunc pago, quondam oppido.* [*Lactis succo ac sapore notabilem.)* Lege addendo, *Tritam lactis succo ac sapore notabilem.* [*Sed etiam in Samo, vt aliqui putant.)* *In Samnio*, veteres codices habent. [Et sequẽti versu, *Panchrus*. Sic enim apud Græcos quoque terminatur. [Ac paulò pòst, *additam fœcunditatem*, non *Addictam.* [Item pro *Philoginos, Phloginos.* [*Iuxta monumentum Tiresiæ inueniunt speciesque est eis aquæ glaciatæ.)* Satis erat, *Specie aquæ glaciatæ.* Plinius nõ solet huiusmodi hiatus reformidare. [Sequenti versu legendum, *Sagdam Chaldæi adhærescentem nauibus inueniunt prasini coloris.*

¶Cap. XI. *aduncphros eiusdem Theudactylus hic & à Syris colitur.)* Quis intelliget hæc? Synecra lectio, *Adadunephtos eiusdem oculus nominatur.* Fuit autem Adadus vnus è priscis illis Syrorum regibus, cuius sacra Hebræorum historia meminit.Hunc Syri ob merita consecratum in cælitum numerum retulerunt, diuinisque honoribus, ceu peculiare suæ gentis numen, vsque ad Plinij tempora colere perseueraverunt. [*Triophthalmos Ionacæ nascitur.)* Scribo, *Cum onyche nascitur.* [*Pyrene ab oliuæ nucleo.)* Imò *Pyren*, ipsius nuclei vocabulo.

¶Cap. XII. *Cochlites quoque nunc vulgatissimæ.)* Lego, *Cochlites*, alioqui *Cochlitæ*, d. xisset.

¶Cap. XIII. *Gemmiferi amnes sunt, Oaxis, Mater, Gãges.)* Malim veterem lectionem, *Gemmiferi amnes sunt Acesines & Ganges.*

IN PLINII HISTORIAM NATVRALEM ANNOTATIONVM SIG. GELENII FINIS.

INDEX

IN C. PLINII SECVNDI NATVRALEM HISTORIAM COPIOSISSIMVS,

Non contemnenda nunc denuò accessione locupletatus, innumerísque propemodum in locis,quæ cum autoris sensis non satis congruebant,non rarò etiam ex diametro pugnabant, quàm accuratissimè restitutus.

LVGDVNI,
APVD BARTHOLOMÆVM HONORATVM,
Ad insigne vasis aurei.
CIↃ IↃ XXCVI.

PLINIANÆ HISTORIÆ
INDEX LOCVPLETISSIMVS.
CVIVSVIS ANIMANTIS, PLANTÆ,

aut metallicæ ſpeciei naturam, ac vires medicas, & ſi quid præterea id genus cognitu vtile iucundùmue toto opere continetur, alphabetico ordine, notiſque arithmeticis, veluti digito, commonſtratis.

In hoc Indice prior numerus paginam, alter verſum ſignat.

BACVLI, ſiue calculi ex vitro. p. 876 verſu 37
Abdomẽ quid 282.33
Abdomina ſuum, lege interdicta 197.16 & inde
Abellinæ, olim, quæ nunc Auellanæ 364.30
Abietis conſideratio 376.45.377.21
Abies cachryn pilulam gignit 375.28
Abietis corticis vſus 375.50
Abies apta nauigiis 376.45
Abies quæ loca amet 381.23
Abieti folia non decidunt 382.32
Abieti folia pectinum modo inſecta 383.41
Abietis germinatio qualis 384.46
Abietis flores quales, & quando ſemen reddat 385.42
Abietis rami quo pacto diſpoſiti 387.50
Abies deciſis cacuminibus moritur 388.3
Abies Latinis, quæ Græcis elate 312.28
Abies arborum altiſſima, nauium malis, & antennis vtilis. 397.12.& 398.15
Abies prodigioſæ magnitudinis 398.15
Abietes quibus in locis optimæ 397.16
Abietes vbi peſſimæ Ibidem.18
Abies ponderi ſuſtinendo idonea 400.36
Abies quibus apta operibus Ibidem.44
Abietis vmbra noxia ſatis omnibus 415.25
Abortus cauſa, lucernarum odor 142.27
Abortum facientia 347.27. & inde, & 504.30.& 527.19.& 549.20.& 552.40 & 601.10.& 615.4.& 633.50.& 658.27.& 668.40.& 672.32.& 687.15.& 740.36.& 761.26.& 775.34.
Abortus remedia 508.6
Abrodiætus quis cognominatus 833.19
Abron Apellis opus apud Samios 835.26
Abrotoni herbæ conſideratio 531.30
Abrotoni genera, ſexus, natura, medicinæ 554 13.& inde
Abrotonum vbi optimum 554.15
Abrotoni herbæ qualis odor 538.33
Abſentum ſermones aurium tinnitu præſentiuntur 679.7
Abſides ſtellarum quæ 9.38.48.& 10.33. 50.52.& 11.1
Abſides quæ altiſſimæ, breuiſſimæque 9.48
Abſinthij herbæ conſideratio, natura, genera, loca, vſus, medicinæ 665.12.& inde
Abſinthij ſuccus erucas arcet 501.25
Abſinthium in ſacris Romanorum 665.16
Abſinthij eiusque decocti medicinæ 665.27
Abſinthium marinũ quale 665.50.& 776.9
Abſinthio Pontico veſcentia, ſelle carent 281.3
Abſinthites vinum quomodo conficiatur 336. 43
Abſyrtus Medeæ frater vbi interfectus 68.10
Abſtinentiæ exemplum 175.28.& 178.9. & 836. 20
Abſtinentia optima medicina 683.33. & inde
Achãtia ſpina, eiusque ſuccus ac medicinæ 611. 2. & inde
Acanon, herba aculeata 561. 48. per totum
Acanthi herbæ deſcriptio 568.22.& inde
Acanthij ſpinæ deſcriptio, vſus, & medicinæ 611.2.& inde
Acanthice maſtiche 547.9
Acanthidis auis fœcunditas 252.42
Acanthis auis cui inimica 257.3
Acanthis herba quæ 639.39
Acapnon mellis genus. 264.9
Acarne piſcis 777.14
Acaron frutex, idem cum myrto ſylueſtri 355. 50
Acca Laurentia Romuli nutrix 437.11
Accendi quæ arbor nequeat 297.42
Accipitrum conſideratio, genera, &c. 231.12
Accipitri vbi cum hominibus aucupij ſocietas 231.22
Accipitres auium non edunt corda. 231.27
Accipitres ne aues capiant 583.5
Accipitrum generi pernicioſius chamæleon 687.18
Accipitres quo oculos ſuos ſanent 509.38
Acenteta in cryſtalli generibus quæ dicantur 880.46
Acerat æ cochleę quæ 731.41
Aceris arboris conſideratio, & eiusdem genera decem 380.16.& inde
Aceris arboris nobilitas 380.15
Aceris arboris medicinæ 604.45
Acer quando germinet 384.34
Acer quo tempore ſemen edat 385.40
Aceſis, cbryſocollæ genus 790.36
Acetabulum menſuræ genus 558.20
Acetaria quæ, & vnde dicta 487.30
Aceti conſideratio 328.37
Aceto cum melle miſto, oxymeli fit 347.15
Acetum quomodo ex aqua fiat 544.44
Aceti natura, & medicinæ & inde 785.28
Aceto ſaxa rumpi 685.46
Aceti ſcillini natura, & medicinę & inde 586.34
Aceti fœcis natura, & medicinę & inde 587.10
Aceto facile gummi eluitur 599.11
Aceto margaritas reſolui 217.26
